RANCESCO

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

lica in Latinum ſermonem editæ:

CUM

INDICE LOCUPLETISSIMO.

Editio ut poſterior ita prioribus multo emendatior.



AMSTELODAMI,
Apud JOANNEM JACOBI SCHIPPER.
M. DC. LXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

D. MARTINUS BUCERUS, THEOLOGUM vulgo nominabant non injudicioſe: quod & ipſum ipſius adverſarii non auſi ſunt inficiari. Quanta vis autem ipſius in docendo fuerit, adhuc ii meminerunt, qui docentem audiverunt. Quanquam fateor ipſum neque docentem, neque ſcribentem in ornatu verborum & humana eloquentia, quæ inanibus pigmentis & floſculis magis quam rebus ipſis delectatur, eximium, ſed in rerum ac ſententiarum numero & pondere admirandum fuiſſe. Verum ea eſt ſeculi noſtri cæcitas, ut bonorum virorum, & inſignium Dei ſervorum labores, aut parvi fiant, aut etiam neglecti jaceant, quod nullo fuco pigmentati prodeant. Ac fortaſſe iſto in numero futuræ ſunt iſtæ Homiliæ, quas quum author fato præventus ne relegere quidem potuerit, multi rudes & impolitas ac deformes ſuo calculo damnabunt, & cenſoria ſua virgula, parum æqui tam ipſi authori quam ejuſdem interpreti futuri, jugulabunt. Equidem rudes illas & impolitas agnoſco, ſi verborum ornatum quæras, quin & multas in iiſdem ſententias repetitas, quas omittere interpretem debuiſſe, non immerito fortaſſis aliquis dixerit. Verumenimvero quum & nihil authori nobis affingere permiſerimus, & non opus novum inſtituere, ſed tantum ex Gallicis ejus concionibus Latinas facere noſtri fuerit inſtituti, nihil prorſus in illis immutandum duximus: quod illa ſimplicitas melius dicentis animum aperiat, magiſque piorum virorum animos quam inanis verborum ornatus afficiat, & illa ſententiarum repetitio non omnino videatur inutilis quam aliqua nova doctrina ſemper excipiat. Tuam igitur Celſitudinem, Illuſtriſſime Princeps, rogo, ut viri illius vere Theologi, & bene de Eccleſia meriti, veluti reliquias loquentes gratas & acceptas habeat, ut ejus favore & benevolentia, tanquam fortiſſimo clypeo tectæ, adverſus eos, qui ſunt in aliorum laboribus carpendis induſtrii, protegantur: & eorum, qui offerunt, bonum animum magis quam oblatum munus reſpiciat, & ex anguſtiis paupertatis uberes divitias producentes, toti etiam Eccleſiæ utiles futuras, benigne recipiat. Atque hoc loco non poſſum non gratulari celeberrimæ Marpurgenſi Academiæ, & tuæ Celſitudini ſubjectis populis, quibus id contigiſſe videtur quod dicebat Plato, tum denique fore beatas Reſpublicas, ſi aut docti, aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent. Utinam vero tua illa pietas, & ſanæ propagandæ doctrinæ ſtudium non ſit inane, miſeris iſtis præſertim temporibus, quibus Antichriſtus Romanus per emiſſarios ſuos ovile Chriſti dilaniat. Utinam Deus iis omnibus, quos ſuæ lucis ac veritatis radiis illuſtravit, eam mentem injiciat, ut concordibus animis ipſius veritatem adverſus eundem hoſtem propugnemus ac tueamur, quam diſcordiarum tempeſtate concidere, quis vere pius ſiccis oculis intueri poteſt? O Deus immortalis (liceat enim mihi Lipſii quondam verbis exclamare) quam ſpem ſalutis oſtendis? In tam parvo & anguſto grege fideles tui non ſolum ab externis hoſtibus oppugnantur, ſed etiam inter ſe invicem diſcordiis atteruntur: eoque pernicioſæ diſſenſiones jam proruperunt, ut acriora inter fratres odia ſint, quam inter hoſtes conjuratos? Sane iſtis artibus Satan Chriſti regnum evertere ſatagit, eos

Digitized by Google

Illuſtriſſ. Tuæ Celſitudinis

obſervantiſſimus

DAVID CLAUDUS.

HOMI-

Digitized by Google

IN cæteris omnibus ex quibus maximam utilitatem percipere poſſumus, iſtud ultimo loco non eſt habendum, ſi Deum ſingulis ætatibus ſuam Eccleſiam rexiſſe & gubernaſſe cognoſcamus. Niſi enim mentibus noſtris infixum hæſerit, eum noſtri curam gerere, noſque ſuo imperio regere, perpetua nos animorum fluctuatione turbatum iri, atque miſerrimam omnium noſtrûm fore conditionem certum eſt. Equidem divinam providentiam in univerſum genus humanum ferri libens agnoſco, adeo quidem ut ipſas animantes, quatenus ab ipſo creatæ ſunt, pertingat, ſuamque beneficentiam in quotidiano illarum paſtu exerat: ſed eam nihilominus ſpeciali quadam ratione erga ſuam Eccleſiam, quæ Dei domus eſt, conſpicuam eſſe dico. Quare ex ea ſpeciali qua nos intuetur cura noſtris animis iſtud eſt infigendum, non tantum Creatoris illum officium erga nos, ut manuum ſuarum opus, facere, ſed Patris erga filios amorem quibuslibet teſtari: ac proinde in anguſtiis & difficultatibus nobis ad illum eſſe confugiendum. Neceſſaria ſane doctrina, & quæ plurimum ad noſtram eruditionem facit, ſi probe noverimus Deum ab omni ævo ſuam Eccleſiam velut extento brachio tutatum. Ac licet peccatis hominum provocatus nonnunquam velut faciem occultaſſe, imo etiam abjeciſſe populi ſui curam viſus eſt; ſuæ tamen miſericordiæ ac clementiæ locum dedit, tantiſper dum tempus quo ſe apertius patefaceret adveniſſet. Hactenus vidimus à Deo ſubinde ſuſcitatos difficillimis temporibus Judices, qui populi curam gererent, ac in pace foverent, ecce jam aliam gubernationis formam, Samuelem puta Prophetam conſtitutum, donec Saulus in Regem electus ſit. Hoc pulchre Paulus perſequitur, Actor. 13: 17. docens Deum poſt electam Abrahami ſobolem in peculium ſuum, ſuam beneficentiam erga populum illum teſtari non deſiiſſe novis quotidie beneficiis, & ſingulari cura, adeo ut amore paterno complexus illos, tutatus ſit regnum in familia Davidis, donec liberator ille promiſſus Dominus noſter Jeſus Chriſtus adveniret. Quæ tempora Paulus notat, ut Dei præſentia & continuus favor erga hunc populum omnibus clarius appareat, qui primum quidem in Abrahami familia per ſingula ſecula viros maximos ſuſcitavit, qui bonis legibus illam regerent & tutarentur, deinde Judices ſive Liberatores, & Aſſertores excitavit, donec longe ante promiſſum Davidem Regem toti populo præfecit, & in regni poſſeſſionem miſit: ac tandem poſtquam populus propter morum corruptionem in captivitatem Babylonicam relegatus eſſet, & licet poſt annos ſeptuaginta in patriam redux, tamen prorſus devictus jaceret, & magnis calamitatibus concuteretur, promiſſum ante ſecula liberatorem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum dedit. Quo tempore ſe populi jacentis non oblitum, ſed promiſſorum memorem fuiſſe, & Eccleſiæ ſuo tempore liberatorem, teſtatus eſt. Hic igitur nobis unus ex ſtatibus Eccleſiæ memoria dignis ſpectandus proponitur, nimirum tempus illud quod Judicum tempora excepit, quando Deus pro ſua miſericordia ſui cultus in populo reformationem reſtituit. Nam ſub finem hiſtoriæ Judicum vidimus quandam divini cultus interruptionem fuiſſe, quam adminiſtrationem Judicum propterea Paulum vocare Dei præfecturam certum eſt, quod his vel illis ſuſcitatis Judicibus, Deus populum ſcire voluit & agnoſcere, ſe non plane deſtitutum, ut in officio ſic retineretur. Verumtamen nihilominus Deus quodammodo ſuam abſcondiſſe faciem viſus eſt, multis & magnis ſceleribus in illo populo graſſantibus, quod ea etiam fuerunt tempora in quibus non eſſent qui populum regerent ac coërcerent. Nam ait Scriptura, quemque quod ſibi libido dictaret feciſſe, quod in Iſraële Rex non eſſet. Stupenda ſane diſſipatio. Nam ſe reliquæ animantes ſine Rege regunt, non item homines, quos oportet in officio veluti vi majore contineri. Tanta enim mortalium corruptio, ut inſtar gigantum adverſus Deum ipſum fremant, & in quævis ſcelera præcipites ferantur. Unde magis ac magis inſita mortalium animis malitia cognoſcenda, & ad quodlibet flagitium proclivitas: ac proinde opus eſſe Magiſtratibus quorum auctoritate contineantur, ne pravis affectibus locum dantes deteriores ipſis beſtiis evadant, quarum in ſe regendo major eſt quam ipſorum prudentia, quum Magiſtratibus deſtituti, pro ſua quiſque libidine huc illuc impellitur. Quum igitur Rex nullus eſſet in Iſraële, quam deploratus ac perturba-

Digitized by Google

adverſus populum, quem veluti abjecerat, tamen adhuc collegiſſe & crexiſſe. Ex quo diſcamus, & tanquam in ſpeculo intueamur Dei judicia, puta non ſemper Eccleſiæ ſuæ ſic præſentem Deum adeſſe, ut in ea ſingula ex ipſius voluntate & præſcripto legum fiant, ſed ſæpe contra ex ſpecie externa videri Deum procul receſſiſſe, imo penitus Eccleſiam abjeciſſe. Dignum ſane maxima attentione argumentum. Nam Pontificios audimus jactantes, Eccleſiam à Deo nunquam deſeri, quo ſuam ambitionem, & confuſionem in Eccleſiam invectam à ſe tegant, fucumque nobis faciant, quum violati divini cultus & diſciplinæ Eccleſiaſticæ abolitæ, à nobis arguuntur. Quærunt enim, Fierine poſſit, quandoquidem oportet Eccleſiam à Deo ſemper foveri & ſuſtineri, ut unquam ab ipſo deſeratur: ac proinde inferunt non recedendum à ſua Eccleſia, licet in ea ſus deque omnia pollutionibus & abominationibus ferrentur, ſed manendum, quòd Eccleſia nunquam à Deo deſeratur, ac proinde nec poſſit unquam errare. Verum enimvero, ut ſupra audivimus, ſacra ſcriptura ſatis aperte docet, niſi ultro falli volumus, Deum, etſi ſuam Eccleſiam nunquam deſerit, tamen propter ingratum animum populi, qui ad quodlibet flagitium habenas laxaverat, coactum ordinem politicum tollere, ut invecta confuſio, rerumque omnium perturbatio, cogeret ipſum cum pudore ad Deum confugere, & meliorem mentem induere. Quare quum Deus ad hominum peccata punienda progreditur, etiam in ſumma clementia & manſuetudine, ne putemus ſic illum perſonis alligatum, ut Eccleſia nunquam deficere poſſit, id eſt ut qui Eccleſiæ præſunt, & ad ejus gubernacula ſedent, nunquam à veritate poſſint aberrare. Nam bonitate, modeſtia, bonis moribus præire ſuis ovibus illos decet, & exemplar eſſe ad quod reliqui ſeſe componant: verum raro iſtud accidit, ut merito ſi qui ſunt ejusmodi poſſint cum grano frumenti quod palearum mole tegitur comparari. Interea Deus, uti dixi, promiſſi tenax eſt, etſi externa facies nihil tale conſpiciendum oculis ſubjiciat. Quibus & iſtud adjiciendum, Pontificios hæc non objicere, niſi quum animadvertunt Deum à nobis quodammodo receſſiſſe, noſque veluti corporis laceri membra in hanc vel illam partem divelli. Querelæ veteris Eccleſiæ variis afflictæ calamitatibus ſatis notæ, Eheu, Domine, diruiſti ſepem vineæ tuæ, & diſcerpunt eam omnes tranſeuntes per viam. Vaſtant eam apri ex ſylvis, & feræ agri depaſcunt eam. Quanto cum animi dolore, quæſo, fideles in has querelas effuſi ſunt, quum ſeſe velut abjectos à Deo promiſſionum ſuarum immemore, ac proinde ſpe ſua veluti deluſos excidiſſe conſpicerent? Verum quum hic videamus populum externa qui-

teſtas nobis innoteſcat. Dicitur *Elcana duas uxores habuiſſe, quarum altera ſterilis erat.* Quod primo intuitu parvi momenti eſt: ſed eam eſſe rationem divinorum operum noſſe nos oportet, ut licet initio ſe non magno quodam ſplendore commendent, tamen infinitam Dei Opt. Max. virtutem, ſapientiam, juſtitiam inenarrabilem in illis latentem eſſe ſuſpiciendam. Cæterum ita Deum agere nobiſcum conducibile eſt, quos certum eſt, ſi alia progrederetur via, puta magno cum apparatu & magnificentia, non agnituros eum operantem, nec gloriam illi debitam reddituros, ſed fortunæ potius aut hominum robori opus divinum attributuros. At quum ex tenuibus initiis, nihil magnum pollicentibus, præter exſpectationem ingens ſurgit opus, & perficitur, tunc divinam manum agnoſcere vel invitos neceſſe eſt. Quinimo Dei hac in parte commendanda clementia, hominum infirmitatem ſublevantis, ut hac via quantumvis malignos ac deſides excitet, & ſeſe illis patefaciat: de quo argumento deinceps pluribus agam. Porro quæ de nomine Elcana, de cognatis, urbe, tribu & familia hic inſeruntur, Samuelem indicant ex tribu Levi oriundum, quod clarius longe apparet ex 1 Chronic. cap. 6. ubi tota ejus familia deſcribitur, & ad Caathum, unum ex filiis Levi, genus ipſius refertur. Locus habitationis dicitur Rama ex familia Tzophæorum, quod ſi verbum verbo reddas idem ſignificat ac ſi dicas ſpeculatores aut exploratores. Quamquam quidam interpretantur vocem illam Tzophim, Sacerdotem aut Prophetam: ſed nimis coacta eſt interpretatio. Non eſt enim dubium quin Tzophim fuerint duo colles aut è regione alter alterius, aut è quibus tota regio conſpici poterat. Cæterum iſtæ circumſtantiæ non parum ad hiſtoriæ fidem faciunt, Deo ſuſcitante Samuelem cujus opera tanquam exerto brachio populi collapſum ſtatum reſtauraret. Neque enim Deus ſe fore Patrem teſtari voluit iis qui pene demerſi jacuerant, ſuſcitando tantum Gubernatore, ſed maxime Prophetis, longe majore quam ſuperioribus ſeculis copia & auctoritate ſuſcitatis, ut floridum & delectabile tempus aſpiraret. Nam ſcriptum eſt infra illis temporibus, *Dei verbum in pretio fuiſſe*, *1 Sam. 3.*
id eſt, gratum & acceptum. Nam antea fuerat exiguus *verſ. 1.*
Prophetarum numerus. Et quidem Petrus, Act. 3. quo loco oſtendit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſine contradictione recipiendum, vel ipſius Moſis teſtimonio irrefragabili, à quo ad illum remittimur his verbis, Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter ex fratribus veſtris, ſicut me: audietis eum in omnibus quæ loquutus fuerit vobis: ac docuit, nunquam ſpe ſua exciſuros qui fiduciam in illo collocarint, (ex quibus apparet, Deum patribus ſemper

per

Digitized by Google

[illegible] quam nomini videatur, nonne adeo tamen contemtus fuit ab ingrato populo ac reprobo, ut ſua à protervia & adverſus Deum contumacia revocari nullis habenis potuerit, quin Dei Legem ſumma cum rebellione & confuſione veluti pedibus conculcatam violarit? Jam vero Dei cultus inſtaurari, non tamen ſine maximis difficultatibus, incipit. Vix enim affulſit Dei favor erga populum, vix explicare cœpit ſuam beneficentiam, quum ecce populus novis turbis, Arca Dei capta, ac populo ab hoſtibus fuſo, afflictatur, ut ſuo loco deinceps videbitur. Itaque ſcire ſufficiat, hactenus hanc hiſtoriam Samuelis nomine inſigniri, quod Deus populo conciliatus Patris ac Paſtoris officium facere tunc excitato Samuele cœpit. Accedamus ad Elcanam: ubi primum obſervandum, nullas hic ejus virtutes, quum duas uxores habere dicitur, prædicari, ſed vitium tunc ſatis vulgare, intolerandum tamen, & maxime in Levita, notari. Nam etſi populus ſibi hanc licentiam ſine mandato divino dediſſet, quis tamen tantum ſacri conjugii abuſum ferat, in iis potiſſimum qui à Deo ſuæ Legis cuſtodes & defenſores, ac veræ religionis conſtituti ſunt? Quare hic obſervandum, Elcanam à virtutibus non reportare gloriam, ut Dei bonitas magis ac magis commendetur, quum Samuelem talem tantumque Prophetam ex illo naſci voluit, ſicuti deinceps viſuri ſumus. Agnoſco quidem viri pietatem in obſervandis quæ Dei Lege præſcribebantur, de adorando Deo in Sanctuario, quod tum temporis erat in Silo: verumtamen nihilominus vitium animadvertendum quo ſe Dei favore reddebat indignum. Nam quum in eam evectus eſſet dignitatem, ut populum doceret, Dei Legem exponeret, in Sanctuarium ingrederetur, & ratione dignitatis & auctoritatis propius ad Deum quam reliqui accederet, nihilominus autem duabus ſimul ductis uxoribus fœdus cum Deo initum frangeret, ſacroſanctam matrimonii inſtitutionem pollueret, Dei cultum & ordinationem everteret, ſane ſe indignum reddebat, cujus Deus preces exaudiret. Deus tamen illi pro immenſa miſericordia, præſertim Samuele ex tali conjugio tanto Dei Propheta nato, benedixit. Verum, ut ante monui, quum ſcriptura nobis etiam clariſſimorum virorum vitia ponit ante oculos, id in eum finem facit, ut nobis imponi ſcientibus volatur, plebique metus injiciatur, tunc futurum eſt ut incendiorum ac peſtis vis omnis debilitata corruat, & in otio ac tranquillitate vitam honeſtam quiſque tranſigat. Contra, niſi occurſum ſit, etſi ab initio quoſdam contagio non polluerit, tamen futurum eſt ut progreſſu temporis eodem cum cæteris incendio & lue corripiantur. Quis ergo miratur, Elcanam, progenie licet ſacerdotali oriundum, (etſi culpa hoc eum non eximit) conſuetudine tamen deceptum, duas uxores ſimul duxiſſe, quandoquidem iſto ſeculo non haberetur in vitio digamia. Hinc diſcamus, monitorem Apoſtolum ſequuti, non permittere ut ulla radix amara ſuppullulet, puta pravæ conſuetudines, quibus à ſincero Dei cultu vel tantillum avertamur: illis, ſi ſemel ſuccreverint, tantum virium habituris ut vix quin aliqua labes adhæreat reſtitui puritas poſſit. Cæterum ex nimia prolis cupiditate, non autem ex nimio voluptatis pruritu, veriſimile eſt Elcanam duas uxores duxiſſe, quandoquidem uxorem dilexiſſe dicitur. Quare igitur priori, quam diligebat, alteram ſuperinduxit? Forte quis hic eum ſcortationis accuſaverit, ſed excuſant contextus verba, quod factum iſtud propter prioris ſterilitatem dicant. Neque propterea tamen ſecundum iſtud priori ſuperinductum matrimonium Deo comprobatum fuiſſe dicendum eſt. Verum quum promiſſiones à Deo veteres illi de ſeminis benedictione & multiplicatione accepiſſent, in polygamiam nimium propendebant: ſed maxime quum ſpecialem de Meſſia ex ipſorum ſobole venturo promiſſionem haberent, in quo eſſent omnes nationes benedicendæ, ſummis votis ex ſe naſci expetebant. At non ideo tamen lex conjugii & Domini inſtitutio violanda. Quare danda nobis opera, ut nos intra limites contineamus: atque ſi vel prolis, vel alterius cujuſlibet rei cupidi ſumus, quæ nec Dei gloriæ, nec noſtræ ſaluti contraria ſit, eam à Deo nobis concedi precibus poſtulemus, exitumque Deo commendemus. Namque Deus Abrahamo ſobolis tantam propagationem, ut marini litoris arenam ſuperaret, pollicens, neque ſibi ipſi contrarius eſſe, neque à ſe conſtitutum ordinem violare voluit. Sed Iſraëlitæ, ut natura pravi erant, magnam confuſionem & corruptionem invexerant. Verum ad verbi divini normam examinandi ſunt: neque enim Iſraëlitarum

A 2 nomen

tiam Deo reddendam cohortantes & ſuo exemplo incitantes, oportuit? Quapropter non eſt veriſimile, ſemel in anno tantum Elcanam in Silo adoraturum Deum veniſſe, quum præſertim non procul abeſſet, ut qui à Levi duceret originem. Quidam ergo putant, illum extraordinarium ſacrificium, præter ea quæ à Domino præcipiebantur, veniſſe annuatim oblaturum. Sed quid impedit quominus per hæc verba ſtatutos dies illos intelligamus quos Deus à populo juſſerat in Lege obſervari ad debitum ipſi cultum reddendum? Nam nobis hic quidem Elcana proponitur, non ab omni culpa alienus, quod alteram uxorem priori ſuperinduxiſſet, verumtamen non ut Dei contemtor, qui ſuperfluis ſacrificiis Deum coleret & veneraretur. Porro adoratio illa fuit publica profeſſio populi, ſe ſua omnia Deo uni debere confitentis, gratias eidem de tot beneficiis agentis, veniamque peccatorum deprecantis, & ſe ad Dei voluntatem vitam compoſiturum pollicentis. Poſſet quidem hæc adorationis materia pluribus explicari, ſed multum profecerimus ſi hæc noſtris infixa mentibus doctrina penitus hæſerit, quam ad hæc tria capita ſublevandæ memoriæ noſtræ cauſa referamus. Primum, ut Deum adoraturi, nos illi noſtra omnia debere agnoſcamus, & gratias de præteritis agentes, in poſterum donorum ejus incrementa majora, & in anguſtiis ac difficultatibus auxilium, imploremus. Alterum, ut ſupplices & tanquam rei peccata confitentes, precemur, ut veram peccatorum agnitionem & reſipiſcentiam nobis largiatur, ac noſtri veniam deprecantium miſereatur. Tertium denique, ut nos abnegatis nobis ipſis, & ipſius in humeros recepto jugo, debitam obedientiam illi reddere, & noſtras cogitationes & affectus ad Legis ipſius normam & voluntatem unicam componere, paratos profiteamur. Quibus & iſtud adjiciendum eſt, veros Dei adoratores oportere vacuos à pravis omnibus cogitationibus & odiis eſſe, ſi ritus ac cerimonias, quas in venerando Deo obſervant, pro veris & non ſimulatis haberi volunt, cujuſmodi ſunt, genuum inflexio, manuum aut oculorum in cœlos elevatio, & ſimilia quæ ad verum finem ferri debent. Nam hypocritas certum eſt plurimas iſtiuſmodi cerimonias & geſtus adhibere in adorando conſueviſſe, multiſque ejulatibus Deum ad ſe quodammodo pellicere videri, quaſi extra ſe poſitos, quum tamen internis odiis ac ſimultatibus laborent, ac religionis tantum nomine ſuam hypocriſin tegant. Quare diligenter iſtud obſervandum eſt, Deum non tantum velle ſe invocari aut adorari, ſed maxime ſimplicitatem & integritatem in adoratione requirere. Fateor equidem, non paucos Deum bonorum omnium datorem ac largitorem agnoſcere, ac ſe, tanquam peccatores, ejus judicio, gratiam ac miſericordiam per mitatem corrigat, ſuaque virtute ſic corroboret, ut ejus jugo colla ſubjicientes, & ad obedientiam nos componentes, gratiam ac veniam majore fiducia nos impetraturos ſperemus. Cæterum ſolennibus precibus etiam ſacrificia hic adjunguntur, ut Elcanam populo præſcriptum à Deo cultum rite & diligenter obſervaſſe cognoſcamus. Porro fateor, non per ſe fuiſſe illa neceſſaria, ſed Deus illa ſublevandæ populi ruditati & infirmitati præſcripſerat. Quare oportuit Elcanam ſacrificia Deo offerentem, in id quod erat in ſacrificiis longe præcipuum intueri, puta veram & puram ſine hypocriſi adorationem. Namque Deus, ut Legem ſuam, & populum in inito fœdere magis ac magis confirmaret, ſacrificia precibus conjunxerat, ut peccatorum ſeriam contritionem, gratuita remiſſio ſequeretur, quam ſacrificia teſtificabantur. Quare ad ſpiritualem adorationem neceſſe fuit etiam confeſſionem publicam peccatorum accedere. Sic hodie nos ad Dei cultum & timorem incitari Sacramentis oportet, quæ Deus inſtituit ut magis ac magis in fide corroboremur. Equidem agnoſco, Legis Cerimoniis nos hodie non aſtrictos, quod ipſarum corpus Chriſtus apparuerit: verumtamen & illud fatendum, nos nec Angelos eſſe, nec perfectos adeo, quin duci, veluti adhuc infantes, ad Dei cultum manu nos oporteat: ac proinde utendum iis omnibus ſubſidiis quæ Deus ipſe noſtræ imbecillitatis ſatis gnarus ſuppeditat. Idcirco quum in Eccleſiam cœtus Chriſtiani conveniunt, Dei verbum audituri, mutuam inter ſe conjunctionem profitentur: preces pro tota Eccleſia apud Deum concipiunt, ut gratiam & miſericordiam ejus, per & propter unum Jeſum Chriſtum, noſtræ ſalutis auctorem, conſequantur: & Sacramentis, cerimoniarum quadam ſpecie, ad fidem ſublevandam utuntur. Porro ſi quis Dei cultum profitetur, & Sacramenta tamen, à Chriſto inſtituta, cum reliqua Eccleſiaſtica diſciplina flocci facit, ecquis non illum Dei contemtorem, verbique profanatorem, ac nimium impudenter hoc fidelis titulo gloriantem merito dixerit? Ut verbi gratia, qui Baptiſmum aut ſacram Euchariſtiam neglexerit, cauſatus ſibi ſufficere Deum Patrem habere, & Jeſum Chriſtum unicum Servatorem; an non, quatenus Sacramenta reſpuit, gratiæ Dei ſigna & teſſeras, ſine quibus ad ipſum nemini patet aditus, merito Dei contemtor & inimicus habendus eſt? Quiſquis enim inſtrumenta nobis ad ſalutem conſequendam data, quam alioquin ne mente quidem poſſumus aſſequi, multoque minus obtinere, niſi illis mediis pedetentim ad Deum veluti quibuſdam gradibus perveniamus, ſecurus contemſerit, à Deo alienus eſt, ejuſque gratia indignus. Et de ſacrificiis quidem hactenus. Jam expendenda verba illa, quibus dicitur

... quæ verbo notanda ſunt, nam deinceps videbimus illos omni abjecto pudore depravatos: ut qui Dei Sanctuarium in latrocinia converterint, aſſumtis contra Dei Legem de ſacrificiis quaſcunque voluiſſent partibus: ſcortationibus id infecerint, ſtupro illato virginibus quæ adoraturæ conveniſſent. Quæ filiorum Eli vita profuſa & deteſtanda, quantum, quæſo, Elcanæ & cæteris ad ſacrificandum & adorandum Deum Schiluntem venientibus, potuit ... nobis ipſis & pravis omnibus cupiditatibus & affectibus renunciantes, quibus natura dediti ſumus, ſic in ejus cultum incumbamus, ut non tantum cerimoniis externis religionem non ſimulemus, ſed toto corde ſic illum veneremur ac colamus, ut tandem ejus auxilium experiamur, tanquam non ficti & ſimulati ſed ſinceri adoratores. Noſtras autem infirmitates ſic benignus toleret, ut licet nihil in nobis boni appareat, tamen ſuo favore nos complecti non deſinat, &c.

HOMILIA SECUNDA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. I.

6. Et ipſam quoque valde provocabat æmula ejus, ut commoveret eam: quia occluſerat Jehova vulvam ejus.

7. Sic autem faciente eo quotannis, quum illa aſcenderet in domum Jehovæ ita *æmula* provocabat eam, ut fleret & non comederet.

8. Quamvis diceret ei Elcana vir ejus, Channa quare fles? & quare non comedis? & quare male ſe habet animus tuus? an non melior ſum tibi quam decem filii?

HEſterna concione didicimus, nunquam Dei cultum nobis deſerendum, licet mille peſſimis exemplis ad malum provocatis: nec quid hic vel ille faciat intuendum, ſed ad hominum cujuſcunque conditionis vel ordinis offendicula potius occludendos oculos: ut ſi rectum virtutis ac pietatis tramitem ingreſſi ſumus, nunquam vel ad lævam vel ad dextram declinemus, ſed rectam viam indefeſſi ſemper inſiſtamus. Ac ne ſiquidem depravati fuerint, quos ſanctitatis ac pietatis exemplar eſſe decuerat, reſilire debemus, quum ſibi ipſis malum accerſant, etſi lento adverſum ipſos paſſu divina vindicta progrediatur. Neque enim par eſt propter hominum malitiam ac proterviam, quicquam Deo detrahi, aut de Legis ipſius dignitate minui. Nobis in præſentia de rixis & contentionibus Annæ cum altera Elcanæ uxore Pheninna dicendum eſt. Ubi obſervandum quam propenſi mortales ad cultus Dei violationem. Nam Schiluntem aſcendente Elcana cum familia ad ſacrificandum in Sanctuario, nonne ſiquæ domi exercebantur odia aut rixæ, tum oblivioni tradendæ fuerunt? Siquidem ſeſe Domino ſtituri, & in ejus Majeſtatis conſpectum, ut ſæpe Deus in Lege loquitur, venturi accedebant. Deinde nobis hujus profectionis & adorationis ad Sanctuarium à Domino inſtitutæ finis conſiderandus. Neque vero cogitandum, Deum aliqua virorum aut mulierum curſitatione delectatum, qualia ſibi ſomnia finxerunt à quibus excogitatæ peregrinationes, quaſi labore hominum huc vel illuc diſcurrentium Deus coleretur: Sed potius voluiſſe ut arca ſui fœderis, ara ſuffitus, ac denique ſacrificia eſſent inſtar vinculi, quo populus in mutua concordia & pace foveretur. Quare ſi quos nulla ſtrictior jungebat neceſſitudo coram Deo apparentes oportuit pacem colere, quanto magis eos qui una familia continebantur id decuit? Quid igitur iſtis mulieribus faciendum arbitramur, quarum unus erat maritus? Nonne

depo-

divino erga ſe favore & benevolentia confirmarentur. Precibus vero nihil magis repugnans quam diſcordiæ, odia & ſimultates. Nam, obſecro, quomodo manus ſupplices ad Deum tendas, quibus tecum ſupplicanti velis oculos effodere? Qualis quantaque mortalium perverſitas? Ad Deum accedere concordiam ſimulantes ac præ ſe ferentes, qui tamen corde ſimultates & odia premunt? An non iſtud eſt nimis impudenter Deo mentiri? Quare Deum precari, & odia cum fratribus exercere omnino contraria ſunt. Deus enim preces veluti teſſeram mutuæ noſtræ cum fratribus conjunctionis eſſe vult. Nec precantes propriam tantum cauſam agere, ſed etiam proximorum commoda & ſalutem procurare jubet, ac ſingulari cura & ſollicitudine Eccleſiæ totius ſalutem expoſcere. Sic Chriſtum, precari ſuos docentem, verba iſta præſcripſiſſe videmus. Nam nemo privatim panem ſuum quotidianum ſed toti Eccleſiæ petere docetur, quum his verbis dicimus, Da nobis hodie panem noſtrum quotidianum, Remitte nobis debita noſtra. Magnæ ergo divini nominis profanationis rea eſt Pheninna, Annam provocans & irritans, eoque major & indignior ejus petulantia, quod ſociam lecti, quo quietior & pacatior eſt, eo magis tamen laceſſit ac provocat. Næ inhumana Pheninna fuit, quæ ſuperbiæ ſuæ laxans habenas, in eam à qua læſa non fuerat adeo procax fuit. At quæ cauſa tantarum ſimultatum? Nempe quædam major beneficentiæ Dei erga Pheninnam prolificam teſtificatio. Sed quanta ſit mortalium perverſitas, hinc, oro, diſcite, Dei donis miſere ſic abutentium. Nam in quem finem ea nobis Deus largitur, niſi ut proximos adjuvemus, cujus rei frequenter ſacræ Scripturæ nos admonent, præcipientes ut quæcunque à Deo accepimus, in proximorum quibus devincti natura ſumus utilitatem & commoda convertamus: & cum quadam cura & ſollicitudine egentibus diſtribuamus? Quare qui majora dona quam alii acceperunt, ſeſe tanto magis egenis proximis devinctos noſcunto. Secus vero qui faxint, ac minoribus donis præ ſe donatos contemſerint, ſciunto ſe perinde facere ac ſi membratim laceros & à corpore Chriſti revulſos canibus projicerent. Itaque magnum eſt hac in parte hominum adverſus Deum inſurgentium, dum proximos adeo flocci faciunt, ingrati animi vitium. Accedit ad ſuperiora non tanti fuiſſe gratiam illam quam acceperat Pheninna, ut præ illa fuerit Anna contemnenda, & cum tanto faſtu irritanda. Nam felix prole eſt Pheninna, ſed Anna ſterilis. At Dei timore, qui maximus eſt honor, & laude ſumma digniſſimus, Anna ſeſe commendabat. Ecquid enim pretioſius eſſe nobis debet Dei timore & veneratione non ſimulata? Gloriatur tamen, ſed quam inani gloria Pheninna! Neque vero

offenſos, omiſſo coram altari munere, reconcilientur ipſis, irritis alioquin coram Deo futuris precibus. Ergo quicunque ſuas Deo preces gratas & acceptas eſſe volet, fratri primum reconciliator. Quorſum enim preces apud illum funderentur? Si Patri filius exoſus eſt, nec ſupplex veniam deprecari vult, fruſtra querulas voces emiſſurus eſt. Dei vero filii eſſe non poſſumus niſi omni odio & ſimultate depoſita mutuam inter nos familiaritatem & fraternitatem colamus. Et de precibus quidem hactenus. Alterum obſervandum eſt in Dei cultu caput, ne corruptelis noſtris illum alteremus, qua in re magnum admittitur ſacrilegium. Velut ſiquis exempli gratia gradum aliquem ac dignitatem in Eccleſia donis excellentioribus ornatus ſit aſſequutus, & propterea nimia honorum cupiditate & ambitione turgeat, nonne Dei cultum, quem ſacroſanctum nobis eſſe oportuit, pervertere & polluere merito dicetur? Quare danda nobis opera ut quoſcunque Deus ad ſuum cultum ritus inſtituit, ad verum uſum referamus, nempe illis tanquam inſtrumentis utamur quibus ad Deum propius accedamus, mutuamque pacem ac familiaritatem cum fratribus foveamus: vetera odia, ſimultates, contentiones ex quibus aliæ ſubinde naſcerentur perpetua oblivione ſopiamus: denique ne cum proximis ullas inimicitias exerceamus: ſed mutuas operas potius ad proximorum ſalutem quærendam & promovendam pro viribus conferamus. Deinde ſi donis excellentioribus à Deo ſimus ornati, ne efferamur, ſed illis modeſte utamur, ſcientes inter ſe tanquam ignem & aquam pugnare ſuperbiam & Eccleſiam Dei, id eſt ſincere & ex animo Deum colentes toto cœlo à ſuperbis & ambitioſis hominibus diſtare oportere. Neque enim ſeſe mortalis ullus vel tantillum effert ſuperbia, quin tantundem de Dei gloria, quantum in illo eſt, detrahat: atque Dei dona profanet atque polluat, quum ambitione turgidus honores ab hominibus appetit, qui ſoli Deo bonorum omnium auctori debentur: imo ſibi quod Dei eſt proprium, veluti plumis ejus ſuperbiens, arrogat. Quare non tantum ille eſt abuſus, ſed mera Dei donorum, quæ in nobis lucere debebant, profanatio & pollutio. Imo & ipſi Deo Gigantum more bellum inferre tanquam ſolio ſpoliaturi videntur, qui gloriam ſuam apud homines quærunt. Accedit & aliud non minus vitium: puta proximorum, quos pro donorum à Deo acceptorum menſura juvare oportebat, injuria & contumelia: cum injuſta dominatione & ſæpe faſtidio conjuncta. Intolerandus ſane donorum Dei abuſus. Quamobrem tanto majorem in illis eſſe modeſtiam, quos Deus ad miniſterium vocat, oportet, quanto majora dona ſunt conſequuti: ut vitæ exemplo reliquos ad Dei cultum pelliciant, quibus donorum excellentia præire Deus voluit. Cæterum omnis adverſus

ſericordiam impetraturum ſupplicem his verbis factum legimus, 2 Reg. 19: 16. *Inclina, Jehova, aurem tuam, & audi: aperi, Domine, oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, &c.* Ezechiam in tantam evectum dignitatem intuentes tam placide Deum interpellantem, & hoſtis ſuperbiam commemorantem, de duobus admonemur. Primum, ut hoſtibus in nos inſurgentibus, & veluti pedibus ſuis conculcantibus, horum cogitatione triſtitiam & dolorem, quo nos alioquin obrueremur, levemus. Alterum, ut Deum nobis tum maxime adfuturum, ſuamque in nos benevolentiam teſtatam facturum ſperemus. Neque enim ſine cauſa gloriatur in Scripturis hoc titulo, Benefici ac Miſericordis, & ad contemtos & abjectos oculos convertentis: Non fruſtra fideles ſuos ſervos quo ſunt abjectiores in hoc ſeculo, eo ſuæ gloriæ fieri propinquiores, prædicat. Quare, fratres, hæc animis veſtris altius infigite, tum nos Deum faciliorem erga nos magiſque beneficum ſenſuros, quo gravioribus odiis ab hoſtibus infeſtati fuerimus. Præſentes animos gerite maximis ingruentibus tempeſtatibus: imo ne ſi cœlum terræ miſceatur, terremini. Cavete tamen, obſecro, ne quibus ſe Deus inimicum oſtenderit, iiſdem vos uſi familiarius ſimiles evadatis. Superbis enim Deus reſiſtit. Metuenda igitur Dei Omnipotentis vindicta, ſi nos in proximos re aut verbis inſolentius efferri contigerit. Quare cavendum ne ſic cum proximis verſemur, ut ſine cauſa vel injuria laceſſitos ipſi Deo bellum intuliſſe videamur. Anna vero ſic laceſſita, fleviſſe, & indoluiſſe, ac cibum non ſumſiſſe hic dicitur. Qua in re aliquid humani paſſam apparet. Neque id mirum: ſic enim fere fit ut bona indole præditi, contumeliis & vituperio maxime afficiantur. Virum fortem & magnanimum facile illatam corpori injuriam ferre videmus, vehementer autem contumeliis, cum vituperio ac dedecore conjunctis, affici. Veruntamen etſi hoc humanum eſt, non tamen coram Deo culpa vacuum. En quid ſuo faſtu Pheninna efficiat. Quare noſtris paſſionibus modum adhibere diſcamus: ac ſi nos mortales deſpectui habent, Dei favore & benevolentia nos conſolemur, & quaſcunque illatas injurias patienter, in Deum noſtri curam rejicientes, feramus. Quis vero doloris ac lacrymarum Annæ

2 Reg. 19. verſ. 16.

... injurias, & lacrymis ſeſe ac ſui contemtum vindicantem videt, in ejus cauſam propenſior, verbis etiam amicis eam ſolatur: Etſi non omni hac in parte culpa eximendus videtur. Nam, quum in arrogantem fœminam auctoritatem haberet, an non eam ſeverioribus verbis increpare debuit, Quid tibi cum Anna uxore eſt rei? Quid moleſta es? Quid afflictæ tam inſolenter inſultas? An non uxor eſt, etſi non idem tecum à Deo ſortita beneficium ut ex me liberos ſuſciperet? Iſtiuſmodi ſane verbis erat coërcenda: ſed Elcanæ ſatis eſt uxorem conſolari, & ſe illius patronum profiteri: quare jubet eam bono eſſe animo, ac de ſe omnia ſperare officia, non ſecus ac ſi decem filios haberet. In ſumma videmus Elcanam Annæ uxori patrocinari, & amorem erga illam ſuum profiteri, quod arrogantis illius fœminæ contumelias modeſte ac patienter tuliſſet. Cæterum & illud obſervandum, non fuiſſe leves ac momentaneas injurias, ſed diuturniores, ut quæ quotannis aſcendentibus illis Schiluntem ad ſacrificandum renovarentur. Ubi nobis iterum obſtinatæ fœminæ pertinacia obſervanda, quam non ſacræ illæ cerimoniæ, non divina Lex à propoſita malitia dimovent, ſed potius occaſionem novarum rixarum ſubminiſtrant. Quare omnem humanitatem exuiſſe, omnem Dei timorem abjeciſſe merito dici poteſt. Danda itaque nobis opera ne malo aſſueſcamus: Nam, quæſo, quales quantæque Diaboli fraudes quibus in hominibus operatur? Cui ſi locum dederimus, futurum eſt ut incauti paulatim in feras transformemur, ut rationi nullus amplius locus ſuperſit. Porro quid Elcanas profecerit duabus contra divinæ Legis inſtituta ductis uxoribus, vel ex eo conſpicuum eſt, quod utrimque conſtringatur: hinc lacrymabundam ex injuria paſſa uxorem, inde alteram arrogantem ex illata conſpicit, ſed tanto malo remedium adferre nequit: etſi non dubium eſt quin illatæ uxori injuriæ acriter eum momorderint atque lancinarint. Sed quid agas, jugo ſe illicito implicuerat, itaque libertate privatus ſerviat neceſſe eſt. Si una contentus fuiſſet uxore, quamvis moroſam ac difficilem, tamen juvante Deo legitimis remediis domuiſſet: ſed quandoquidem matrimonii Legem violavit, ſeque præter priorem alteri addixit? quis non jure agi cum illo, ſi hinc inde naſcuntur illi mole-

ſtiæ

det, imo & odia plus quam Vatiniana, Deum in fa-
milia ſua graviter offendi, ſuamque domum mutuis
odiis infeſtam cogitur intueri, nullam apud uxores
auctoritatem retinens. Sed quid agas? Hunc ſibi mi-
ſer laqueum injecerat; contra matrimonii juga dua-
bus ductis in uxores ſororibus. Hinc itaque diſcamus.
Quantum ſit peccatum à Divinæ Legis regula vel tan-
tillum deflectere: quum veteribus patribus à recta via
deflectentibus Deum minime peperciſſe conſpicia-
mus. Quod vero dicitur expreſſe Deus Annæ vulvam
occluſiſſe, eo docemur nonnunquam Deum ſuorum
patientiam explorare. Veriſimile eſt Elcanam alteram
uxorem duxiſſe propter Annæ ſterilitatem. At nequa-
quam conveniebat iſtud remedium. Nota enim paſ-
ſim in Lege ſparſa doctrina, fertilitatem eſſe Dei do-
num, quum vel ipſas beſtias fœcundare dicatur: &
neque vacca, neque jumentum concipiant, quin ad
Deum ſit nobis aſſurgendum. Quare ſi vel ipſas beſtias
fœcundat, quid de hominibus longe excellentioribus
atque dignioribus ſentiendum eſt? An non ergo quo
digniores & excellentiores ſumus, ut qui filii etiam
dicamur, eo nos major etiam honeſtas decet? Quam-
obrem Elcanam ad Deum unum veluti patrem con-
fugere, doctrinam illam ſecum diligentius meditan-
tem oportuit. Hoc ab Iſaaco, licet nondum lata Lege,
factum tamen videmus: ad Deum, quum Rebeccæ
uxoris vulvam occluſam ab ipſo animadverteret, pre-
Gen. 30. cibus confugiente & prolem impetrante. Non aliter
verſ. 2. Jacobus Rachelem tanquam in Deum blaſphemam in-
crepat, quum ſibi ab illo dari liberos poſtularet. Quid,
inquit, putas me eſſe loco Dei? An generandi vis ineſt
hominibus, niſi deſuper concedatur? Itaque notandum
eſt, nullas in nobis eſſe natura vires ad generandum,
niſi Deus pro ſua liberalitate ſemini benedicat, ut
prolis multitudinem uni illi acceptam feramus, quum
vel ſcintilla benedictionis ipſius precibus impetratæ
longe ſit omnibus humanis viribus ſuperior. Admi-
randum ſane Domini opus. Quare graviter hac in
parte peccatum ab Elcana, quod ad Deum pro uxoris
fœcunditate ſupplex confugere neglexerit. Graviter
etiam à Pheninna, non agnoſcente Deum infœcun-
ditate illa Annam ad modeſtiam exercere, & for-
taſſe ſic amorem, alioquin immodicum in marito fu-
turum, temperare. En quibus modis ſæpe quos Deus
diligit coerceat, & veluti ſubactos à vitiis, quibus
alioquin nimis indulgerent, avertat. Quare judicio-
rum Dei hæc obſervanda ratio: qui, ne omnino defi-
ciamus, ſua quidem nobis dona largitur, ſed multis
admixta moleſtiis & difficultatibus, ad noſtri emen-
dationem: atque adeo benefaciendo non quieſcit, etſi
noſtræ voluntati non reſpondet ejus liberalitas. Novit
enim optime bonorum abundantia proſperoque re-
rum omnium ſucceſſu mortales à Deo fieri alieniores,
his ſuam induſtriam, illis ſuos labores prædicantibus,
ſumit. Cæterum quæ maxima in muliere virtus ob-
ſervanda eſt, conviciis mutuis & injuriis non modo
abſtinet, ſed Deo rem omnem, ſupplex ad ipſum con-
fugiens, permittit. Ac ſane, licet non exigua virtus
eſt injurias quaſcunque patienter tolerare, non ideo
tamen vera atque perfecta eſt. Nam ſæpe corde pre-
mimus altum dolorem, ſæpe multa vel hominum me-
tu, vel ſiniſtri aliquid molientes occultamus. Itaque
non hic ſubſiſtendum, ſed ſimultates & odia depo-
nenda, quibus Deus à nobis alienior effici poteſt.
Quorſum enim Deum precibus fatigabimus, niſi
omnibus abjectis ſimultatibus & odiis, tanquam in
ejus ſinum curas noſtras deponamus? Patientiæ qui-
dem laudem injurias diſſimulantes coram hominibus
aſſequi poſſunt, ut multi Philoſophi, quos tanta pa-
tientia donatos fuiſſe videmus, ut in Deum reſpexiſſe
videri poſſint. Neque enim ullis vel contumeliis vel
injuriis commovebantur: quin imo cæteros homines
ob rem leviſſimam iraſcentes merito deridebant, ut
notus eſt cujuſdam inter illos riſus, Quid ſi aſinus cal-
ce me petiiſſet, num & in jus vocarem? Omitto ſi-
milia multa virtutum ſimulacra: neque enim animis
veram virtutem colebant, aut vere temperantes erant,
ſed verbis fucum faciebant. Quamobrem hoc unicum
eſto remedium ad veram patientiam quam Deus præ-
cipit efficiendam, ut ad eum tanquam unicum aſy-
lum confugiamus, & in eum omnes noſtras curas ac
ſollicitudines rejiciamus, ſupplicesque precemur ejus
Majeſtatem, ut ſi ab hominibus rejicimur ac conte-
mnimur, ipſe noſtri curam ſuſcipiat. En cur David
querelas ſuas in ſinu Domini reponens, ait, *Inimici
mei verbis odii circumdederunt me, & me oppugnave-
runt ſine cauſa, Pro dilectione mea adverſantur mihi,
& ego ad preces confugio*, quaſi dicat, mihi unicum
ſupereſt precum perfugium, & tutiſſimum aſylum,
in quo uno conquieſco. Tu pacem mihi unus conci-
lias qui paſſiones detegis, ut conſolationem adferas.
Iſtud nobis contumeliis laceſſitis quod Scriptura præ-
ſcribit ſequendum, ut Deum ſincere & ſine ſimula-
tione precemur, conjectis in eum omni cura ac ſol-
licitudine noſtra, quo favorem ejus paternam ac be-
nevolentiam in maximis noſtris anguſtiis experia-
mur, & in officio retineamur. Ex eo vero quod An-
na dicitur *animo amaro fuiſſe, ac Deo ſupplicans vehe-
menter fleviſſe*, diſcendum, quod tempus ſit preci-
bus opportunum. Nempe malis ingruentibus, & ve-
luti nos obruentibus, incendiis hinc inde graſſanti-
bus, & jam jam nos, ſine Dei extraordinaria, & velut
ἀπὸ μηχανῆς ope, conſumturis. Fateor, quotidie,
mane, ſub veſperam, imo ſingulis horis Deum in-
vocandum, & in rerum omnium ſucceſſu nos ejus
auxilio maxime indigere, quum ab ejus liberalitate
omnia promanent bona, & iiſdem ejus miſericordia
freti utamur. Tempus quidem eſt hilarandi ſe, Deo
rerum

... pedibus veluti provoluti. Sic bene monet nos etiam Jacobus, ut quo quis cum majoribus difficultatibus luctatur, eo ardentiores ad Deum preces ingeminet. *Jac. 5:13.* Noſtro enim vitio plerumque accidit, ut ingruentibus calamitatibus videatur à nobis alienior Deus ac remotior. Atque adeo quemadmodum ejus in hoc mundo beneficia, quibus cumulamur, totidem ſunt nobis divini favoris ſigna; ſic contra, quæcunque afflictiones aut perſecutiones ingruerint, totidem iræ & furoris

facientes, nos ad rationem in ejus conſpectu factorum noſtrorum reddendam apparemus, in gloriam ejus unicam quamdiu in terris degimus intenti, ad quam ſolam nati ſumus. Veræ in nobis religionis fundamentis poſitis, ſic vitam inſtituamus, ut in dies auctiores, & meliores facti, ab ejus unius voluntate pendeamus, proximoſque ad meliorem vitam exemplo noſtro degendam incitemus. Neque vero nobis ſolis gratiam hanc, ſed omnibus Populis ac Gentibus deprecemur, &c.

HOMILIA TERTIA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. I.

11. Anna votum vovit, dicens, Domine exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederiſque ſervæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, & novacula non aſcendet ſuper caput ejus.

12. Factum eſt autem quum illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli obſervaret os ejus.

13. Porro Anna loquebatur in corde ſuo, tantumque labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur. Exiſtimavit ergo Heli eam temulentam.

14. Dixitque ei, Uſquequo ebria eris? amove vinum tuum à te.

15. Sed reſpondens Anna, dixit: Nequaquam, domine mi: mulier ægra animo ſum; & vinum aut potum inebriantem non bibi: ſed effundo animum meum coram Jehova.

16. Ne compares ancillam tuam cum ulla fœmina nequam: nam præ magnitudine meditationis meæ, & indignationis meæ, ſic loquuta ſum hactenus.

17. Tum reſpondens Heli, dixit, Abi cum pace: Deus autem Iſraëlis præſtet petitionem tuam quam petiiſti ab eo.

18. Quæ dixit, Inveniat ancilla tua gratiam in oculis tuis.

QUibus gemitibus, & quam ardentibus votis Anna, contumeliis à Pheninna, conjuge altera Elcanæ, provocata, Deum ſollicitarit, hactenus audivimus. Quæ tamen primo intuitu forte videbuntur indigna Dei conſpectu, vel quæ in tabulas publicas referantur. Ecquid enim tanti ſunt duarum mulierum rixæ, ut coram Deo, velut de ingenti facinore litem altera alteri intendat? Ridicula plane potius hæc videntur: verum ex iis certiſſimum divini favoris in exaudiendis noſtris precibus teſtimonium colligimus, quoties ad eum familiariter accedentes, velut in ejus ſinum, omnes noſtras curas ac ſollicitudines conjicimus. Quare agite, quum tanta ſit Dei in homines propenſio, quicquid moleſtiarum patimur, quas vix familiariſſimis aperuerimus, Deo ipſi patefacere ne vereamur; cujus perpetuæ

ricorum faceret magis conſpicuam. Sic Jephthe, licet ortus ex concubina, res tamen magnas & memorandas geſſit, Deum fideliter coluit, deque rebus magnis prophetias edidit. Sed etiam ſæpe contra viros ab utero Sanctos excitavit, ex quibus appareret, eos quorum ad Eccleſiæ liberationem uteretur opera, vere à Deo delectos. Hoc in Joanne Baptiſta conſpicuum: quem oportebat eſſe præconem adventus Filii Dei in carnem, ut homines tempeſtive ad eum excipiendum per præconium ipſius excitarentur. Patrem ejus Zachariam mutum etiam propter incredulitatem fieri oportuit: qui, recepto vocis uſu, prophetias inſignes edidit. Ita Deus non dubiis ſignis ad hunc infantem quum adoleviſſet tanquam à Deo miſſum excipiendum ſuos excitavit: & quo majoribus donis ornavit, tanto majorem auctoritatem ejus præconio conciliavit. Idem eſto de Samuele judicium, à Deo deſignato Judice & Propheta, ut populi ſui memor fuiſſe agnoſceretur, & populus in ſpem meliorem erigeretur, fore nimirum ut miſera conditio illa, in qua videbatur à Deo plane derelictus, in meliorem ſtatum immutaretur.

Tranſeamus ad illa Prophetæ verba, quibus Anna dicitur *votum Deo voviſſe, fore, ut, ſi Deus illi prolem maſculam largiretur, daret eum Domino omnibus diebus vitæ ejus, ac Nazaræus eſſet:* hic eſt enim ſenſus horum verborum, *novaculam non aſcenſuram ſuper caput ejus*, quod in Samſonis hiſtoria declaravimus. Quod attinet ad vota, fuſe de illis in hiſtoria Judicum egimus, ubi quomodo & in quem finem vovere nobis liceat docuimus. Nam in Jephthe caſu præclarum habemus exemplum, quam cautos homines in vovendo eſſe oporteat, nequid temere inter vovendum illis excidat. Quin imo ſiquid temere in vovendo exciderit, irritum eſſe oportere diximus. Pertinacia ſiquidem eſt, non conſtantia, ad mentis conceptiones conſtanter ſervandas, fidem quæ Deo debetur adulterare. Nam ita vovendum eſt, ut ad Dei voluntatem vota noſtra exigamus. Quare hæc de votis pauca hoc loco dicenda: Primum, ea vovenda quæ Deo grata & accepta fore, minime quidem ex quadam opinione aut divinatione, ſed ejus ipſius ore docti cognovimus. Niſi enim vota ad Divini verbi regulam appendantur, irrita & inania fore certum eſt. Deinde cavendum, ne ſupra vires aliquid Deo voveamus, ſed ea quæ ab ipſo acceperimus, grato viciſſim animo offeramus. Quanta enim, quæſo, facinora mundo illata ex monachorum votis, perpetuam caſtitatem aut continentiam voventium, quam deteſtandus finis, quod ſola opinione ejuſmodi vota niterentur? Et tamen hoc ſibi permiſſum à Deo dicunt, quaſi vero continentiam in ſua poteſtate habeant: qua in re non modo condemnandi ſed exe*mum patris mei, denique fuerit mihi Jehova in Deum, quicquid dederis mihi, ejus decimas omnino dabo tibi.* 23: 20.
Quid aliud votum iſtud quam animi grati teſtificationem continet, Jacobo ſic palam faciente bonitatis Dei memoriam animo ſuo penitius infixam, & nulla, ſi redux in patriam & paterna bona fuerit, unquam oblivione delendam? Atqui ne pedem quidem terræ tunc in ea regione habebant in ſua poteſtate, vel ipſe vel parentes: ſed divina fretus promiſſione de terra illa olim poſſidenda, fidem ac gratitudinem teſtabatur. Idem eſto de reliquis Sanctorum votis judicium. Quamobrem Papiſtarum ridiculæ de votis Deo reddendis vociferationes. Neque enim quicum nobis ſit negotium ſatis conſiderant: Deumque ludificari velut infantem cogitant: cujus tamen adeo veneranda Majeſtas eſt, ut ipſi grata & accepta ſolum vota nuncupanda ſint, noſtraque tenuitas agnoſcenda, ne arroganter nobis quæ ſibi ſoli Deus vendicat arrogemus. Nos vero quum ſic voverimus, facile vota præſtabimus, non alium in finem, quam vere & ex animo coram Deo teſtaturi, nos omnium quæ accepimus bonorum memores uni illi accepta ferre, & pro illis gratias immortales agere. Et de votis hactenus. Cæterum ut de peculiari Annæ voto dicam, licitum id ipſi fuiſſe ex ipſa Lege divina manifeſtum eſt. Nominatim enim in ea Parenti tale votum pro filio nuncupare permiſſum erat: non tamen cuilibet exemplum iſtud imitari licebat. Verum enim illud eſt quod Chriſtus dixit Apoſtolis, Neſcitis cujus ſpiritus ſitis: quare hunc vel illum vota nuncupando velle imitari Sanctum, & in ſpeciem quandam præ ſe ferre ſanctimoniam parum eſt: ſed ſanctorum virorum imitanda eſt affectio, ac Dei Spiritus invocandus, quem in votis ducem ſequamur. Cæterum Annæ nihil amplius vovere licuit quam Samuelem Deo ſecundum ſuam conditionem miniſtraturum. Neque enim potuit aut debuit Anna conſtitutum à Deo in Lege ordinem violare, qui fuit ſacroſanctus. Non itaque vota pro futuro Sacerdote Samuele nuncupat; quod licuit, vovit, Deo naſciturum dicavit, ac Sacerdoti commiſit, ſecundum ſuum ordinem in Sanctuario miniſtraturum. Ex quibus illud quod attigimus ſupra conſpicuum, Deo ſolum nuncupanda vota de iis quæ ab ipſo accepimus, & quæ grata acceptaque ſibi fore verbo patefecit. Hic fuit Jephthe lapſus, voventis ſe Deo in holocauſtum oblaturum, quodcunque primum egrederetur foribus domus ſuæ obviam ſibi. Filia prior occurrit; dignus ſane voto exitus. En enim propriæ filiæ parricidam, ſcelus deteſtandum ac plane diabolicum, & quidem ſpecioſo religionis nomine tectum. Quare maximopere cavendum ne illum imitemur, ſed vota omnia ad Dei voluntatis regulam examinanda eſſe ſciamus. Et hactenus de

parte

ſua vitam inſtituentes. Denique Deus hoc ſigno voluit populum ſuum erudiri, & in officio contineri, & ut ſingulis momentis Dei beneficiorum memoraculum ante oculos habentes, tanquam pueri manu ad eorundem agnitionem & confeſſionem ducerentur. Ideoque cavendum, ne in legem & exemplum quæcunque tunc temporis, quo inſtar pueros ſub pædagogia Legis populum Deus continuit, factitata ſunt, trahamus. Magnum enim eſt inter Judæos & nos diſcrimen. Ac non ignoramus, adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſublatas omnes umbras, noſque, ut loquitur Apoſtolus, ad virilem ætatem perveniſſe, ut ejuſmodi ritibus & exercitamentis nobis amplius non ſit opus. In ſumma, Nazaræos eſſe Deus in Eccleſia ſua voluit, tanquam anteſignanos qui reliquos ad Dei cultum exemplo ſuo incitarent. Idcirco Jeremias querelas de Eccleſiæ deſolatione fundens apud
Lament. Deum, inter cætera conqueritur, Nazaræos abjectos
4: 8. & derelictos, totamque illam ſanctitatem veluti pedibus conculcatam in fumos abire. Ex ſupradictis igitur conſpicuum eſt, non temerarium votum ab Anna nuncupatum: ſed ex Verbi Dei & Legis mandato inſtitutum. Porro voces etiam reliquæ ſunt expendendæ. *Jehova*, inquit, *exercituum, ſi omnino reſpiciens ad afflictionem ancillæ tuæ recordaberis mei, & non oblviſceris ancillæ tuæ.* Quibus magis exprimitur vehemens illa animi affectio, de qua ſuperiore concione diximus, puta fuiſſe Annam amaro animo, vehementerque illam fleviſſe. En igitur ſimplicem orationem: nullus enim hic Rhetoricæ locus, nullus verborum ornatus, nulla denique multarum vocum congeries, ut ſolent hypocritæ Deum multis precum ambagibus ſollicitare, ſperantes ſe inani illo verborum ſtrepitu quidvis impetraturos. Sed Anna ſupplex ad Deum, ab hominibus rejecta, confugit: neque, ut multi ſolent, injuriis laceſſiti, ferocem præ ſe fert arrogantiam, ac ne contumelioſe quidem ab Heli excepta reſponſat, ſed cum inſigni modeſtia & humilitate Deo rem ſuam committit, & ſolum illum bonorum omnium auctorem & largitorem agnoſcit ac profitetur. Idcirco ſe ancillæ nomine commendat, ut Deum ad ferendam opem commoveat, intuentem contemtum cum maximis contumeliis hanc mulierem ſola commoventem labia intuentibus, quæ cauſa Helin impulit ut ſuſpicaretur ebriam, domumque amandaret, ne Dei Sanctuarium, quod oportuit ſanctum & inviolabile eſſe, profanaret. Porro non ſe vino, non cerviſia, non alia ejuſmodi quavis potione inebriatam, à qua prorſus abſtinuerit, ſed ſe maximis curis & animi moleſtiis, quas paucis Sacerdoti explicat, perturbatam reſpondet. Tum vero Sacerdos, ſua cum illius votis conjungens, domum eam, pacem illi bene precatus, dimittit. Ex quibus apparet, non poſſe in exemplum ſingula ſervorum Dei facta ſine delectu trahi, quin magna in Eccleſiam rerum confuſio invehatur. Multos paſſim videas hypocritas Deum precari non poſſe quin cum labiorum motu precatiunculas ſuas demurmurent: quorum maxime culpanda eſt, non tantum ſtultitia, ſed ambitio, quod illa demurmuratione gloriolam ab hominibus religioſorum piorumque virorum, non contenti Deo teſte, aucupentur. Verum quotieſcunque preces laudis & gloriæ ſtudio ab hominibus conceptæ fuerint, perinde illas eſſe ſciendum eſt ac ſi nubibus irritæ darentur. Deum autem precaturos oportet mente ad ipſum uſque aſſurgere. Abſit autem Annam in hypocritarum catalogum preces ſine mente demurmurantium referamus, aut inanem ab ipſa gloriam quæſitam cogitemus, ſed potius quaſi extra ſe poſitam, ex vehementi mentis affectu, Deum compellaſſe nobis perſuadeamus.

Veruntamen & hoc obſervandum, ſæpe inter precandum etiam os & labia eſſe adhibenda, quod nimirum tanta ſit noſtræ mentis levitas, ut ſubinde variis cogitationibus preces noſtræ veluti quibuſdam fluctibus frangantur, quas pura mente concipi oportuit. Quam infirmitatem ſuperaturi, ardenter Deum orare, & non tantum labiorum, ſed linguarum etiam motu nos ipſos excitare, torporemque diſcutere debemus. (Precum vero ſolennium ac publicarum longe alia ratio eſt: nam in illis concepta verba clare & diſtincte pronunciamus, ut conjunctis votis mutuis Deum invocemus.) Quinimo nonnunquam lingua, tanquam ſubdito calcare, cogitationes & mentes noſtræ, alioqui remiſſiores, etſi non perpetua oratione ſed interrupta, excitantur. Neque enim
fideles

Digitized by Google

cet Iſaïas, concipiantur. Nihil enim voces inanes, nihil labiorum motus ad exauditionem facit, ſed ſolus animi ardor Deum movet: ſola veritas gratos facit: Linguæ vero ſuus etiam aliquando eſt uſus, qua incitatiores & vehementiores preces efficiuntur, proximis bonum exemplum præbetur, ac coram hominibus ſolennis proteſtatio, nos omnia noſtra uni Deo accepta ferre, editur. Sæpe vero evenit ut inter precandum coram hominibus ſtulti fatuique appareamus, quod incautis neſcio qui oris aut manuum geſtus excidant inſolentiores: verum Deo cor noſtrum approbari ſatis eſt: quæ pars eſt orationis maxima, dummodo ſine fuco & ſimulatione ad Deum accedamus. Heli deinceps Annam ita preces demurmurantem increpaſſe dicitur: quod ex Sacerdotis officio faciebat: cujus erat munus, populum non tantum publice ſed etiam privatim docere. Fallitur tamen opinione. Unde apparet, nullum adeo perſpicacem eſſe, qui de rebus incertis & incognitis judicans, falli & errare non poſſit. De rebus quidem, quas à Deo ipſo præſcriptas ſcimus, certum ex ipſius verbo judicium ferendum: at in mediis, non temere de proximis judicandum. Quare quum Heli deceptum in Anna tam ardenter Deum orante videamus, ut temulentam arbitratus ſit; quanta cura & ſollicitudine nos decet judicium cohibere, ne ſeverius in proximorum facta inquirentes, de ipſis ſententiam temere feramus? Ea ſummi Pontificis erat auctoritas, ut quemlibet arguere ac reprehendere peccantem poſſet, à Deo nimirum inſtitutus ut tanquam ipſius legatus ſacerdotium exerceret: culpam tamen erroremque ſuum agnoſcit. Quare diſcendum, in rebus dubiis, quæ in bonam vel malam partem trahi poſſunt, rem totam Deo, receſſuum cordis humani vero ſcrutatori & judici, committendam: quæ certiſſima eſt judiciorum omnium regula, ne in nos iſtud quadret, A temerario judice, præceps ſententia, temere de re quapiam judicantes. Si tamen in ejuſmodi hypocritas forte inciderimus, quibus iſta ſola precum demurmuratio placet, merito deteſtari illos debemus: quod ſola ambitione ducti laudem apud homines aucupentur, ac levibus rumuſculis oblectentur, nullum interea veræ pietatis guſtum habentes. At ſiquis ſeorſim & velut in occulto Deum orans, voces quaſdam abruptas & interciſas emittat, ac demurmuret, geſtumque præ ſe ferat cœtu quolibet indignum, temerarium & arrogans fuerit, Deoque ipſi & proximis noſtris injurioſum. Atque hac in parte lapſus eſt Heli, quamquam incautus. Nam bonas fuiſſe Annæ preces, & à Dei Spiritu profectas, certum eſt. Quare dum illam temulentiæ redarguit, non modo in mulierculam eſt injurius, ſed in Deum ipſum, licet non volens, tamen blaſ-rei, tamen recalcitramus admoniti. Quid ergo futurum eſt nobis, qui quum Deum & Angelos teſtes habeamus, tamen juſtitiam noſtram in illorum conſpectu tueri non verebimur? Id experientia ſatis compertum eſt: nihil non audentibus iis quorum fama ſiniſtro dicto læſa fuerit. Nihil quidem impedit quominus noſtram innocentiam apud homines tueamur, quod olim ſanctos illos viros, Abrahamum, Jacobum & alios feciſſe conſpicimus: at non ideo tamen in iras exſurgendum, ſi vel innocentes de re aliqua accuſemur. Exemplo nobis igitur hæc mulier eſto, quæ Pontifici Heli, licet laceſſita, non tamen reſponſat. Magnum enim erat ebrietatis accuſari, verumtamen intra modeſtiæ ſeſe fines continuit. Norat enim, illum, à Deo in Pontificiam dignitatem evectum, hanc auctoritatem obtinere, labentes arguendi: & hanc populi regendi ſui rationem Deum uſque ad Chriſti adventum inſtituiſſe. Ac deinceps videbimus Annam, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, etſi nondum mundo patefactum, fide eſſe contemplatam. Unde vero, quæſo, tanta in muliere modeſtia, ut à Sacerdote temulentiæ accuſata, patienter injuriam ferat, ac ſola depulſione injuriæ contenta ſit, quod eum falli dicat? Quare diſcamus, immerito licet accuſatis, non licere tamen exaſperari & effervere in iras: ſed innocentiam noſtram nos teſtari ac notam facere; adeoque ab omni vindictæ cupiditate vacuos, precari etiam pro iis qui nos injuria afficiunt, oportere. Viciſſim vero laude digna eſt in Heli Sacerdote modeſtia, tam placide Annæ excuſationi acquieſcente, erroremque ſuum agnoſcente. Nam, de Anna male ſenſiſſe, multum erat; at temulentiæ verbis increpaſſe, longe gravius. Quare quum placide Annæ reſponſionem excipit, errorem agnoſcit, ac quodammodo veniam etiam deprecatur, neque levitatis aut temeritatis notam metuit; multis apparet diſſimilis, qui in dignitatis aliquem evecti gradum, ne ſimpliciſſimam quidem reſponſionem admittunt, & centies erroris convicti, atque illatæ contumeliæ rei, tamen illa diſſimulari volunt, neque ad fatendum errorem veniamque deprecandam ulla ratione poſſunt adduci. Quare quod in Heli Pontifice modeſtiæ exemplum nobis proponitur, tanto diligentius eſt conſiderandum, & memoria dignius quanto rarius. Nam quum Annam valere, & in pace abire jubet, eo ipſo ſeſe accuſat, & crimine objecto ipſam liberat: atque ſe excuſationem ipſius admittere, ac proinde temere ſic loquutum profitetur. Quin etiam injuriam expiare videtur, conjunctis ſuis cum Anna votis & precibus: ut, quam prius Sanctuario pellere volebat, eandem ſibi precum & orationum magiſtram ſequatur. Atqui erat ſummus Pontifex, Domini noſtri Jeſu

Chriſti

HOMILIA QUARTA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. I.

18. Et abiit mulier in viam ſuam, & comedit, & irata facies non erat amplius ei.

19. Cumque ſurgentes mane incurvaviſſent ſe coram Jehova, & revertentes perveniſ-
ſent domum ſuam Ramam, cognovit Elcana Annam uxorem ſuam: & Jehova recordatus
eſt ejus.

20. Fuit enim poſt revolutiones temporis ex quo concepit Anna, ut pareret filium:
vocavitque nomen ejus Schemuelem: Nam, inquit, à Jehova petivi illum.

21. Deinde aſcendente ipſo viro Elcana cum tota familia ſua ad ſacrificandum Jehovæ
ſacrificium illud anniverſarium, & votum ſuum *perſolvendum*,

22. Anna non aſcendit: dicebat enim viro ſuo, *differendum* donec educatus fuerit puer
iſte: tunc adducam eum ut comparens in conſpectu Jehovæ, maneat ibi uſque in ſeculum.

23. Cui dixit Elcana vir ejus, fac quod bonum *videtur* in oculis tuis, mane donec edu-
caveris eum: tantummodo præſtet Jehova verbum ſuum. Sic manſit mulier illa ut lacta-
ret filium ſuum, donec educaſſet eum.

24. Deinde abduxit eum ſecum, poſtquam educavit eum, cum juvencis tribus & Epha
uno farinæ, & utre vini: introduxitque eum in domum Jehovæ Schilunte: puer autem
erat *admodum* puer.

25. Mactaveruntque juvencum, quum adducerent puerum ad Helin.

26. Cui dixit *Anna, attende* ad me, Domine mi, ut vivit anima tua, Domine mi, ſum
mulier quæ ſtabat tecum hic ſupplicando Jehovam.

27. Pro puero iſto ſupplicabam: præſtititque mihi Jehova petitionem meam, quam
petebam ab eo.

28. Quamobrem ego quoque commodatum reſtituo eum Jehovæ omnibus diebus qui-
bus fuerit, ipſe commodatus eſt Jehovæ: incurvavitque ſe *Schemuel* ibi Jehovæ.

NIſi Anna probe cognitum habuiſſet, ſingulare Dei donum eſſe, propagationem ſobolis, minime ſane tanta cum animi vehementia, quanta audivimus, preces apud Deum fudiſſet. Sed vulgata ſatis erat ea doctrina apud Iſraëlitas, quam Lex ipſa docebat, & Patrum exempla confirmabant: quos etiam Deum eſſe pro ſuſcipiendis liberis precatos ſacra ſcriptura docet. Ita videmus Iſaacum Deum interpellare precibus, ut uxoris uterum, quæ ſterilis erat, aperiret: atque à Deo fuiſſe exauditum. Jacobus vero Rachelem, importune liberos à ſe marito flagitantem, graviter reprehendit, docens, ſic ab hominibus generari liberos, ut à Dei bonitate vis illa tota dependeat: neque omnibus eſſe prolis ſuſcipiendæ vim inſitam. Quare hoc eſto axioma & regula, ut, quicunque liberos genuerunt, Deum reipſa patrem agnoſcant, ſoboliſque auctorem ac largitorem profiteantur, quos tanto dignatus eſt honore, ut in

Abſit vero, Deum dicam tanta licentia interpellandum, ut quæcunque libido ſuaſerit ab eo poſtulemus. Nam in primis divina voluntas eſt intuenda ad quam vota noſtra componantur, qua res abjectiſſimas, puta calceos, vel ſubligacula, & alia iſtiuſmodi petere non erubeſcamus: quum ne leviſſimarum quidem rerum quas nobis à ſe adoptatis filiis neceſſarias eſſe novit, curam ac ſollicitudinem abjiciat. Et hoc ſane Anna dicitur agnoviſſe; nam poſtquam marem peperit, Deo eundem & ejus cultui dedit ac dicavit, Samuelemque nuncupavit, quòd, inquit, eum à Domino petii, atque ad meas ille preces annuit. Obſervanda vero ratio illa firmiſſima qua nititur, quum ſe, ut impetraret filium, Deum invocaſſe dicit. Nam ita fidem ſuam magis ac magis confirmat, ſibi Deum agnoſcens benedixiſſe, non tantum largiendo ſibi fœcunditatem ex humanæ conſuetudinis more, ſed extraordinaria quadam ratione: quaſi Deus teſtaretur palam hoc miraculo, cœlo potius delapſum illum infantem quam ordinaria ratione natum. Itaque hæc fuit Annæ mens: nam etſi ex ſupra dictis, quibus audivimus illam poſtulandi finem non feciſſe, videri poſſit de exauditione incerta fuiſſe, tamen non dubium eſt quin plena bonæ ſpei fuerit, ac ſecundum fidem exaudita ſit. Neque vero propterea tantum nobis permittendum, ut quicquid in buccam venerit, à Deo petamus, ſperantes nos exauditum iri: ſed hinc diſcendum potius, etſi à Deo nos exaudiri credamus, tamen in precando aſſiduos eſſe oportere, & ab ipſo quodcunque neceſſarium erit exſpectare. Multum quidem eſt, ſcire ac profiteri Dei oculos ferri in eos omnes qui ipſum in veritate invocant, verum ut ſinguli fideles ſeſe diſcant coram ipſo abjicere, & hoc ſacrificium ſciant ipſi uni Deo deberi, hoc nominatim ab ipſis requiritur, ut ſi Deum proximum ad ſuos in rebus incertis juvandos experiri volunt, precibus illum interpellent, & velut oculis ſuam egeſtatem & inopiam ſubjiciant. Minime quidem quaſi rerum noſtrarum ignaro & neſcio, ſed ut aperte profiteamur nos ab ejus unius bonitate pendere, ſine qua futurum eſt ut omnium egeni jaceamus: atque etiam ne ut ſolent profani homines, eum invocemus. Itaque Annam ſimul illa duo conjungere preces & exauditionem videmus, quum ait, Deus exaudivit me, nam ego illum invocavi. Potuiſſet ſane Deus etiam illi non petenti largiri quæ ejus precibus dedit: ſic enim plerumque ſolet ſuam erga nos munificentiam atque bonitatem patefacere, ut nobis etiam quid utile ſit ac neceſſarium ignorantibus, tamen ſponte & liberaliter donet, atque abunde ſubminiſtret. Verum in hac re noſtrum omne ſtudium eſt collocandum, ut Deum ſedulo, in qualibet inopia conſtituti, prece-

Multos vero videas iſtiuſmodi nomina filiis imponere, ſed incogitantes, &, ut quod res eſt dicam, illa potius profanantes. Quare danda nobis opera, ut, ſiqui natis ſibi liberis iſtiuſmodi nomina velint imponere, Deum precentur, ut liberi olim eos imitentur quorum nomine inſigniuntur, quo ſeſe totos Dei cultui toto vitæ curriculo dedicent. Præterea ſupplices à Deo hanc gratiam efflagitent, ut prolem ipſis, quæ Deum colat ac veneretur, benigne donet: ac tandem, natos infantes à Deo ſe tanquam donum ac theſaurum ſuæ fidei commiſſum agnoſcant accepiſſe, ut tanto majore cura & ſtudio in Dei timore illos educent ac erudiant, rationem olim Deo reddere parati nutricationis. Nam alioquin, ut dixi, iſtiuſmodi nominum temeraria uſurpatio, mera eſt profanatio.

Deinceps Elcana in domum Dei aſcendiſſe dicitur, ſacrificium anniverſarium oblaturus, & votum perſoluturus, Anna vero non veniſſe: tum quod filium nondum ablactaſſet, tum quod abſque ipſo, quem Deo dederat dicaratque, venire nollet. Hic nobis in memoriam revocanda, quæ ſuperius attigimus, Elcanam nimirum ſuæ pietatis, ac ſtudii ſui in vero & ſincero cultu Dei retinendo, teſtimonium dediſſe, quum adeo religioſe & diligenter Sanctuarium Dei frequentaret. Atque hoc quidem Iſraëlitæ habebant in mandatis, ſed multi varias cauſas prætexebant, ut non excederent ſuis locis: licet tria tantum in ſingulos annos iſtiuſmodi feſta inſtituta. Sed mirum non eſt, multos tum contemtores divini numinis, ægre relictis ædibus in hunc locum adoraturos & ſacrificaturos veniſſe. Namque erat iter difficile; deinde in ſacrificia erat aliquid inſumendum. Quare quum Elcana ſolenni ac præſtituto die feſto veniſſe dicitur, in eo ſatis appareret eum non reponendum in numero Deum perfunctorie venerantium: & qui ſe ab illo quicquid bonorum habent accepiſſe quidem profitentur, ſuaque omnia illi accepta ferunt, ſed tamen verbi ipſius prædicationem flocciſaciunt, ſuæque pietatis veras notas edere contemnunt. Ac nominatim die ſolenni Elcanam dici veniſſe ad ſacrificandum, obſervandum eſt. Quod quidem exemplum nobis non in eum finem proponitur ut eo abutamur ad fingendos varios cultus, modo hunc modo illum locum religioſe frequentantes, quales ſunt Papiſtarum peregrinationes, hoc exemplum ad ſuam idolomaniam prave detorquentium. Superius enim cauſas attulimus, cur Deus nullo alio loco quam Hieroſolymis adorari ſibique ſacrificia offerri vellet, nempe, ne ſibi populus varios Deos pro arbitrio fingeret: atque ut ſacrificia ſic à Sacerdotibus, ut præſcriptum illis à Domino fuerat, adminiſtrarentur. Non ergo

ſibi

[illegible]
populi mei Iſraelis, vos verò potentiores Deo arbitramini? Quo facto Deus teſtatum facere voluit, ſe licet terrenum aliquem locum ſuo cultui delegiſſet, non tamen ſe in omne ævum illi veluti data fide adſtrictum. Inde factum ut captivitatis Babylonicæ tempore, deſtructis ac deſolatis licet locis, quæ tanquam terrenum aliquem paradiſum Deus elegerat, & in quibus aliquot ſecula quieverat, non ideo tamen abolita ſint ſacrificia. Porro ſi Deus olim ſuorum judiciorum ſeveritatis exempla in ea loca, quæ tanquam paradiſos terrenos ſibi ſelegerat, & in quibus per longa ſecula domicilium habuerat, voluit exſtare, quis adeo vecors & hebes eſt, ut hodie certis locis eum adfixum eſſe ſibi perſuaderi patiatur: quemadmodum Papam illum Romanum videmus de ſua ſede gloriantem, quod Petrus Romæ ſederit? An vero Petrus regnum cœlorum Romam tranſtulit, quod ſibi Hieroſolymis, celebri civitate, veriſimile eſt potuiſſe jure meliore arrogare? An vero Deum infanti ſimilem arbitramur, qui ſe vi quadam retineri patiatur, tanquam mancipatum iis locis, ex quibus illum tot facinora & abominanda flagitia pellunt: an illis adſtrictum, à quibus, etſi verbis quidem in honore habetur, nomen ipſius tamen fœdiſſime polluitur & conſpurcatur? Næ ingens & intolerabilis error iſte eſt. Quare licet ad tempus ſuæ Arcæ Deus Silunte domicilium elegit, tamen in eum locum exſtare deinceps ſuorum judiciorum exempla voluit, ut populus monimentum haberet, in quod tanquam in ſpeculum intuitus, ad judicia Dei horrere, & ſincere ac ſine fuco in poſterum Deum venerari ac colere diſceret. Et hactenus quidem de hoc capite.

Sequitur, Elcanam domi uxorem donec filium ſuum ablactaſſet reliquiſſe. Ac prima quidem fronte illud intuenti videri poſſet Anna ingrati animi rea, quæ, ſi quod impedimentum fuiſſet, videbatur illud omne ſuperare debuiſſe. Nihil enim zelum ejus, tantum beneficium à Domino conſecutæ, debuit remorari. Nonne enim æquum videtur, ut quæ miraculo prolem ſuſcepit, etiam in Sanctuarium veniat, palam gratum animum teſtatura, Deoque gratias usitata Scripturæ phraſi, Deum verbum ſuum dediſſe, quum Annæ preces exaudiit. Namque Scriptura ſolet dicere Deum nobis reſpondere, quum ipſum precamur. Atqui vocem nullam edi ſcimus: non enim cœlum intonat, non mittuntur à Deo Angeli, denique nullum ſonum auribus percipimus: verum quum reipſa Deum noſtri miſertum ſentimus, atque ipſum ad noſtras preces benignum annuiſſe ſcimus, merito reſponſum illud divinum appellatur. Etſi Deus igitur ore loquutus non eſt, Elcanæ tamen minime defuit certum teſtimonium, quo Deus illum de exauditis Annæ uxoris ipſius precibus certiorem fecit. Hinc diſcamus, ſi qua bona nobis contigerint, ea omnia à Deo manare, ut ſacra Scriptura loqui ſolet, & uni accepta ferenda: deinde laudes & ſacrificia digna illi offerenda, ſed ita tamen ut nihil niſi præeunte verbo faciamus. Hic tamen obſervandum, nos etſi Deum nunquam ut par eſt bonorum omnium auctorem agnoſcamus, niſi quatenus verbo ejus erudimur: tamen oportere tranquillo animo eſſe quum voluntatem noſtram illi gratam agnoſcimus. Neque enim exſpectanda in dies ſingulos nova quædam revelatio, qua vel Deus ipſe ad nos deſcendat, vel Angelum mittat nunciaturum, ſe hoc vel illud feciſſe: nam experientia nobis abunde ſatisfacere debet, qua divinam vim atque virtutem impleri edocemur, atque adeo tanti eſſe ponderis debet atque ſi Deus ipſe loqueretur. Et de prima quæſtione hactenus. Quod vero Elcana precatur ut Deus verbum ſuum perficiat, non fruſtra fit. Nam etſi Deus vere illi filium dederat, nonne tamen vel perendie mori, vel in hominem nequam ac flagitioſum evadere poterat, atque à Deo, tanquam ad cultum ſuum non idoneus, rejici? Quare hoc Elcana à Deo expetit, & precibus ſupplex deprecatur, ut, quandoquidem maſculam prolem ipſi Deus largitus erat, eundem conſervet, & ad ſuum cultum idoneum faciat, Sanctique ſui Spiritus virtute regat: quo gratum & acceptum Deo ſit ejus miniſterium. Ac ſane, ut deinceps viſuri ſumus, non abs re tales Elcana preces fundebat: nam veniente Samuele ad ſacerdotale miniſterium, quam metuendum ne in tam fœdo lupanari depravaretur?

hoc exemplo parentes commoveri maxime decet, quod Elcana divinæ beneficentiæ particeps factus, verbum tamen Domini perfici, ſupplex orat. Cæterum gratiæ Dei & benedictioni commendatos ita liberos, ne verentor parentes illi committere, atque aſſiduis precibus ſollicitare, ut dona ſua cœpta in ipſis perficiat: & certum eſt, Dominum ad preces eorum ſe facilem præbiturum, reque ipſa demonſtraturum nihil à ſe peti quod non impetretur. Multæ quidem interim incident difficultates: ſed quæ facillime ſtudio & ſollicitudine ſuperabuntur. Si quid vero ſecus acciderit, ſibi quiſque imputet, vel ſegnius, vel aliter quam oportuit, precato: ac in poſterum ſegnitiem aſſiduitate precum compenſet. Et de hac re quidem hactenus.

Deinceps vero ſequitur, ablactatum puerum, adductum à parentibus, cum tribus juvencis ad ejus nutrimentum, cum epha farinæ & utre vini, quod annuatim factum inferius videbimus. Non ergo fuit iſtud votum Papiſtarum ſimile, qui liberos ſuos in monaſteria relegant, & religione aſtringunt. Nam, exempli gratia, is cui multæ natæ ſunt filiæ, queritur in eas elocandas nimiam pecuniæ vim inſumendam, ac proinde de illis in monaſteria varia relegandis cogitat, ut hæc huic religioni, illa illi aſtringatur: ſin mares fuerint, hic quidem in Abbatem deſignatur, alter in Monachum, ille in Presbyterum & Canonicum, ut hac ratione proviſum ipſis optime ſit & affatim, ac opimis præbendis ac reditibus inſtructi genio indulgeant. Quæ, obſecro, quantaque hypocriſis, religionem in vovendis ac dicandis Deo liberis ſimulare, & turpe tamen ſacrilegium admittere? pauperum & egenorum facultates vorare? Eccleſiaſticos reditus compilare? Crucifixum iſtis omnibus alendis ſufficientem jactare? Sed religionem attendite, Non ſunt, inquiunt, ex mundo. Næ, non ex mundo, ſed ex inferis. Quis enim neſcit, quam fœdis ac ſpurcis libidinibus monaſteria ſcateant? Qui neſcit, in illis nihil niſi veræ religionis profanationem audiri? Nos vero contrarium in Elcana & Anna exemplum intueamur, qui ad filii nutritionem neceſſaria ſecum adducunt, & annuatim provident, ne Heli Pontificem ſumtibus ullis gravent, quum ſe tamen omni patria poteſtate abdicaſſent, filiumque ſuum Pontifici miniſtraturum dediſſent ac dicaſſent. Sic votum ipſorum rite fuit inſtitutum. Nominatim vero puer dicitur fuiſſe admodum puer, id eſt juvenis ac debilis. Unde Annam minime procraſtinaſſe videmus, ut plerumque multæ ineptulæ ac delicatulæ matres ſolent, quum de liberorum inſtitutione agitur: nunquam illis ſatis matura ætas ad ſcholam frequentandam, infirmitatem ac teneros annos prætexunt; lectionis portiunculam eum Jehovæ omnibus diebus quibus fuerit, ipſe commodatus eſt Jehovæ. Primum expendenda vox illa, Domine mi. Neque vero pluribus eſt diſputandum, an ſummo Sacerdoti fuerit ille titulus attributus, tantùm hunc fuiſſe linguæ Hebrææ uſum obſervandum. Atque eſſe quaſdam nationes & regiones in iſtiuſmodi honorificis appellationibus politiores & profuſiores quam alias videmus. Quare nequid hic ambitione peccatum putemus, equidem hoc ad patriam conſuetudinem referendum exiſtimo, & hanc ſimpliciſſimam eſſe ſalutationem: quod Judæi tam aliqua dignitate inter ſe præditos, quam etiam ignotos, hoc honore, nempe Domini appellatione, afficerent.

Præcipuum vero caput hujus hiſtoriæ conſiderandum ſupereſt, *Annam puerum adduxiſſe, quem Deus ipſi dederat.* Quibus iterum verbis idem quod ſuperius diximus, quum Samuelem eum nuncupavit, ipſa teſtatur. Palam enim ſuam à Deo exauditam ſupplicationem profitetur: neque enim tantum datum infantem ſibi ait, ſed precibus ſuis datum: minime quidem tanquam precum ſuarum meritis iſtud tribuat; ſed non ignara, Deum ita ſuorum exercere fidem velle, & aditum ad ſe precibus eorum patefacere, ut certiores faciat ſuos, ſe in veritate ipſum invocantes exauditurum. Quod magis etiam confirmat dum ait ad Helin, Anima tua vivit. Neque vero arbitrandum, illam per animam Heli juraſſe, quod plane eſſet idololatricum. Neque enim per alterius quam Dei nomen jurare licet. Quare per Dei nomen jurantes, judicem illum noſtrum eſſe profitemur, ante cujus tribunal olim omnes ſiſti neceſſe ſit. Anna itaque minime voluit in mortalem, quæ viventis Dei ſunt propria, transferre: ſed aſſeveratione quadam utitur cujus vis à juramento longe eſt diſſimilis. Quum per alicujus vitam juratur, hoc ipſo quod ea in teſtem aſſumitur, eandem eſſe pretioſiſſimam juranti, aperta eſt profeſſio. Si per Dei vitam Anna juraviſſet, ita Dei vitam, id eſt æternam eſſe, & ſibi charam eſſe profeſſa fuiſſet. At quum teſtem vitam Heli dicti ſui facit, ita quanta Helin, ut Dei viventis Sacerdotem, obſervantia colat, oſtendit. Et quidem hujus loci verus ac ſimplex eſt ſenſus, diligenter obſervandus, ne ad juramenta levia & inania, temere illum Dei nomine ſine occaſione abutentes trahamus: nam qui res creatas cum Dei Majeſtate miſcet, eandem & ille aboleat neceſſe eſt. Quare ſoli Deo reſervandum quod ipſi proprium uni eſt, quippe conſortis omnis impatienti. Ac proinde ſi rerum creatarum mentio inciderit, omni formula jurandi ſciamus abſtinendum: ne in totidem idola creaturas convertamus.

Porro Anna ſic infantem Deo conſecrat, ut eum dicat omnibus diebus, quibus fuerit, Jehovæ eſſe datum.

Digitized by Google

tandem illa ſint, licet etiam hic peculiaris quædam eſt ratio.

Cæterum dicuntur *ſacrificaſſe & adoraſſe coram Dei facie: mactato juvenco ex voto.* Quod de adoratione coram Dei facie dicitur, oſtendit ſacrificia fuiſſe tantum appendices cultus qui Deo eſt exhibendus. Et vox Adorationis, quæ additur, ritum precandi Deum apud Judæos oſtendit, qui proni in terram Deum adorabant. Ergo Anna in genua, ſupplex Deo facta, procubuit. Verum quidem eſt, cultum Dei eſſe ſpiritualem: ſed nihilominus Deum corporibus non minus quam animabus venerari fideles decet. Ac ſane vix

indies progreſſus in verbi ſui auditione faciamus, noſque ita ipſi dedicemus, ejuſque cultui ſtudeamus, ut vere in ipſius populo cenſeamur: atque viciſſim nos ita tutetur ipſe ac protegat, ne unquam pereamus, quandoquidem nos ſibi in populum peculiarem tanto pretio aſſeruit. Sic vota noſtra dirigat ut ſine fuco & ſimulatione Nominis ejus propagationi & gloriæ ſtudeamus: nos ab omnibus hujus ſeculi immunditiis expurgatos Juſtitia ſua veſtiat, ut ſanctimoniam ſic in dies excolentes, ad ipſum propius pedetentim accedamus, donec in ſummam illam & æternam perfectionem recipiamur, Amen.

HOMILIA QUINTA
IN I. LIB.
SAMUELIS.

CAP. II.

1. ET oravit Anna, & dixit, Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum eſt
cornu meum in Domino: dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia
lætata ſum in ſalutari tuo.
2. Non eſt ſanctus ut Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.
3. Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia
Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.

ACceptum à Deo beneficium in ſuſcipienda prole, Anna, prima fronte intuenti, nimium prædicare videri poteſt. Nam etſi nullum beneficium divinitus datum parvi faciendum eſt, licet perexiguum illud, quod paterni erga nos amoris divini ſit teſtimonium, certi tamen ſunt beneficiorum & gratiarum actionis gradus. Quemadmodum, ſi exempli gratia, nos Deus ingenti quopiam periculo eripuerit, longe magis tantum beneficium celebrabimus, quam quum gratiæ ſuæ continua ſerie nos proſequitur. Idcirco ſæpe in ſacris quum de ſingularibus & memorandis quibuſdam beneficiis gratiæ agendæ ſunt, hæ phraſes occurrunt, Canticis novis Deum celebrate, id eſt eximiis & non uſitatis. Hoc ſe feciſſe David à Deo ſpeciali quadam ratione liberatum profitetur. Itaque quum Deo gratias agimus, habenda nobis ſemper ratio ſubjecti eſt. En vero hanc mulierem, magnum quidem beneficium conſequutam, quum de ſterili prolifica & fœcunda facta eſt; ſed an tantum erat beneficium, natus ipſi infans, quod tantis laudibus efferret atque prædicaret? Sane equidem: nam obſervandum eſt, ejuſmodi eſſe Dei erga nos beneficia, ut vel minima nos in ejus admirationem rapere debeant, & eorundem prædicationem: etſi nihil impedit quominus in maxime divinis & admirandis operibus, majorem animi lætitiam gratiarum actione profiteamur; & bonitatem ejus

Digitized by Google

rum abyſſis erutam in libertatem aſſeruiſti. Nam quæ quantave eſt vitæ illius cœleſtis nobis per Filium partæ dignitas & excellentia, quantum decus longe ipſa etiam Angelorum gloria & majeſtate majus? Neque enim Angeli ipſi Dei Majeſtati intuendæ pares ſunt, niſi Domini noſtri Jeſu Chriſti merito ac beneficio. Tu me tamen, Domine Deus, in hæredum ac filiorum tuorum numerum adſcribere non dedignaris. Hic eſt igitur uſus doctrinæ illius quam hoc loco diſcimus; ut Dei ſingula erga nos beneficia ſic expendamus, ut debitas ipſi gratias agamus, & ejus bonitatem, virtutem, potentiam & juſtitiam meritis laudibus efferamus. Anna igitur in hoc Cantico magnifica Dei opera ſic prædicat, ut de accepto à Deo filio ſibi gratuletur, Deoque pro tanto beneficio gratias agat. Porro quod hic Anna dicitur oraviſſe, Deique gratiam prædicaviſſe, non ſic intelligendum quaſi precibus aliquid à Deo petierit; (etſi quidam hanc vocem ad ſuperiores Annæ preces referant, & hac una voce comprehendi illas velint) ſed gratiarum actionem orationis vocabulo notari dicendum. Transeamus ad ipſius Cantici verba, *Exultavit*, inquit, *cor meum in Domino &c.* Duplicis hic lætitiæ mentio eſt. Nam quum exaltatum cor ſuum dicit, minime dubitandum quin ad Dei ſingularem favorem reſpiciat, quo ad preces ejus annuerat. Deinde quum iterum ſe lætatam dicit, ad lætitiam eam qua mœror ſuus ac triſtitia fuerat ſublata. Sed obſcuriora hæc videbuntur niſi apertius explicentur. Quare ſciendum, oportere nos, licet multis hinc inde anguſtiis & doloribus velut obrutos, hilares tamen ſemper eſſe. Hanc ob cauſam Philippenſes Paulus jubet in Domino ſemper gaudere. At tunc temporis Eccleſia permultis perſecutionibus agitabatur, Paulus in vinculis tenebatur, miſeri fideles inſtar ovium intra luporum fauces verſabantur, in ipſis Eccleſiæ viſceribus multa malorum ſemina fovebantur, quibus omnibus fidelium animus ita concuti poterat, ut penitus deficeret. Nam animi ægritudo & ſumma triſtitia hominem plane dejiciunt, eidemque ſtuporem adferunt. Idcirco in his difficultatibus gaudio ſpirituali ſuperanda triſtitia illa eſt, ut quicunque caſus, quæcunque tandem procellæ ac tempeſtates ingruerint, ſæviente mundo ac Satana, tamen imperterriti & inconcuſſi ſubſiſtamus. Quare etſi multæ quidem doloris ac triſtitiæ cauſæ nos circumſtant, tamen eas oportet leniri ac molliri, & eo ardentius Deus invocandus eſt, atque in memoriam ejus promiſſiones revocandæ, ut quo majoribus procellis impetiti fuerimus, eo magis in ejus erga nos paterno favore conquieſcamus: certoque nobis perſuadeamus, nihil eſſe tam violentum quo concuti poſſimus, teſte Apoſtolo ad Romanos 8. cap. nullum

lætata eſt, in Dei ſinum omnem ſuam ſollicitudinem, quaſi de eventus veritate certior jam facta, conjiciens. Nam ſterilitas olim erat veluti divinæ maledictionis ſignum, licet non minus in fideles quam in incredulos illa caderet: quemadmodum enim terrenæ facultates bonis & impiis ſine diſcrimine contingunt, ſic etiam res adverſæ ſunt ipſis communes. Quamobrem Anna de ſingulari hac Dei benedictione loquens, etiam ad illam reliqua Dei beneficia applicat, quibus ſuos ſolet pro ſua bonitate & clementia cumulare. Hinc nobis diſcendum eſt, ſi lætitia vera perfrui volumus, Deique beneficia reipſa in nos derivari cupimus, ut ſi forte noſtri Deus oblitus videbitur, aut à nobis faciem occultaſſe adeo ut bonitatis ejus nulla viſibilia effecta ſentiamus, tamen certa fiducia promiſſiones ipſius exſpectemus. Fidelis enim eſt, & nunquam paſſurus ut periculis obruamur, quin felicem exitum tandem quarumcunque miſeriarum experiamur. Hæc unica & vera lætitia eſt, in Domino lætari: hæc nunquam vana eſt aut irrita: neque enim Deus fideles unquam ſpe lactat inani. Quinimo aio etiam, minime mirandum, ſi rebus ſecundis & proſperis, nulla ſæpe vera lætitia fruimur à Deo, quod nimirum ab ipſo nihil exſpectemus, ac veluti clauſum os habeamus, quum contra in anguſtiis conſtituti & maximis hinc inde periculis velut obruti, tunc aperto ad Dominum ore clamantes, res ab ipſo meliores exſpectemus. Quid hîc autem agat Dominus? Nam, oro, quibus obicibus & repagulis Dei beneficii erga nos oſtium occludimus? Quare diſcendum Annæ exemplo eſt, tunc nobis gaudendum eſſe maxime, quum maxime turbulenta erunt omnia: ac licet nullus miſeriarum finis aut exitus appareat, Dei verbum in tenebris denſiſſimis tanquam ardentiſſimam facem nobis ſequendum, quæ prius occulta patefaciat: & adverſus noſtram infirmitatem dimicandum tamdiu, dum à Deo ſufficientibus viribus inſtructi, audacter adverſus quæcunque pericula ſubſiſtamus.

Cæterum vocem illam *Cornu* Scriptura frequenter pro vi & robore uſurpat. Anna ergo dicit ſuum cornu ſic exaltatum, quemadmodum alibi Deus Regis ſui cornu dicitur exaltaſſe, id eſt robur ac potentiam. Quare ſe à Deo confirmatam palam profitetur: quaſi dicat, non eveniſſe ſibi tantum à Domino beneficium, niſi ſperanti & divinum favorem tandem aliquando venturum patienter exſpectanti. Digna vox quam diligenter obſervemus, quum miſeros mortales tamen plerumque ſua ipſorum virtute ac fortitudine gloriari videamus, adeoque nimis inſoleſcere. Sed firma & ſtabilis lætitia nobis quærenda eſt, quam nulla tempeſtas interturbet. Nam multos quidem lætari, ſed ludicris, videas. Sic divites, ſuis opibus, ebrioſos, abdomine

Digitized by Google

conculcare, ac convitiis & probris onerare, ſilentium colere diſcamus, tantiſper dum Deus nos adverſus ipſorum ſuperbiam corroboratos exhilaret, veraque lætitia perfrui faciat. Hanc ob cauſam Anna dilatatum os ſuum à Domino dicit ſuper ſuos adverſarios: dedit enim ipſi gratiarum actionis occaſionem & materiam; & ſic opprobrium omne ſublatum ab ipſa eſt. Interim vero minime dubium eſt, quin ſe in ſilentio patienter continuerit, quod ipſam ita Deus exercere, & humilitatem docere hac ratione voluerit. Pergamus ad reliqua, *Non eſt*, inquit, *ſanctus ut Dominus: & non eſt fortis ſicut Deus noſter.* Quibus verbis innuit, vel tantillum à Deo recedentes, nihil niſi fraudes & dolos vanitatemque reportare: contra, Deo uni adhærentes, nihil expetere cujus fieri compotes non poſſint. Nam voce illa *Sancti* omnia hæc Anna complectitur. Sic, exempli gratia, quum ſupplices Deo facti petimus ab eo res nobis neceſſarias ſuppeditari, ita nos agnoſcere ipſum omnis ſapientiæ, bonitatis, ac juſtitiæ fontem profitemur. Quare tum Deus Sanctus eſt, quum talem eum qualis eſt agnoſcimus: neque in idolum transformamus, ſed quod uni ipſi proprium eſt attribuimus, à reliquis omnibus rebus creatis Majeſtatem ejus ſeparantes, debitum ipſi honorem habemus, non tantum quod ſuo Imperio omnia regat & adminiſtret, ſed maxime quod ſceleratos meritis pœnis afficiat, ſuoſque fideles miſertus vindicet. En quomodo Deus hic Sanctus prædicatur. Ex hac vero voce ſingularis doctrina eſt elicienda. Nam quum Dei virtutem obſcuramus, Sanctitatem ejus profanamus. Inſignis enim profanatio eſt, quum Deum auctoritate ſua ſpoliamus! At longe ſatius eſſet, univerſum orbem interire, quam Deo ſic illudere. Et tamen quantum ab hoc abſumus! Nam quum ſeſe nobis patefacit, & ipſum qualis eſt non agnoſcimus: quum fidem noſtram & obedientiam explorat, & in ipſum fiduciam noſtram non reponimus, & in afflictionibus ad ipſum per preces non confugimus: quum denique, ab ipſo caſtigati, nos ipſi non ſubmittimus, an non profanatæ Majeſtatis ipſius rei merito dicimur? Et multo magis adhuc quum in indignationem uſque progredimur, & blaſphemas voces, fruſtra illum invocari, fruſtra denique ſpem in illo poni, eructamus. En quibus modis miſeri

aut etiam quando cum ipſo eſt communicandum: Qua in re Davidem exemplar habemus imitandum, quum ait, Domine, quam tua opera ſunt admiranda, ut efferri ac narrari non poſſint, & nihilominus eorundem narrationem inſtituit. Atqui duo illa inter ſe contraria eſſe videbuntur, niſi Davidem intelligamus pro ſua menſura & captu narraturum quidem quæcunque de divinis operibus poterit, ſed ea tamen nihil eſſe ad eorum excellentiam & magnitudinem. Nam humana mens craſſior eſt ac rudior quam ut divinorum operum Majeſtatem aſſequatur. Atque hic eſt verborum Annæ ſenſus, nullum eſſe Sanctum, niſi Dominum. Deinde nullum in hominibus eſſe robur oſtendit, niſi à Domino promanarit, quum ad ſuperiora iſtud addit, *non eſſe fortem ſicut Deum noſtrum.* Atque huc nobis confugiendum, à Deo gratiam & favorem exſpectantibus: hoc inquam, Dei robur ac fortitudo cunctis tentationibus opponenda ſunt. Hæ ſunt maximæ quibus nos Satan adoritur tentationes, ut dum rerum humanarum aſpectum terribilem & horrendum nobis objicit, ſic percellat ut animum prorſus abjiciamus. Si forte hoſtium in nos multitudo inſurrexerit, robur ac potentiam ipſorum, numerum, munitiones, apparatum bellicum, propugnacula, currus armatos, & ſimilia multa Satan noſtris oculis ſubjicit. Quibus ſane terriculamentis, ad primum illorum aſpectum dejiceremur, ſi in illa ſola oculos conjiceremus. Porro ſi in morbum etiam aliquem inciderimus, heu in quos gemitus, & in quas querelas erumpimus, heu quam indignabunde adverſum Deum obmurmuramus, non tribuentes illi potentiam quæ illi propria eſt! Idcirco Anna de Dei fortitudine nominatim loquitur, & non contenta Deum vel Dominum æternum dicere, adjicit, *Deus noſter*, quæ maximi momenti voces ſunt. Nam ſæpe quidem videas, incredulos Dei virtutem ſentire: ſed quid hic ſenſus aliud facit quam quod magis adverſus Deum ipſos irritat, quod pro vero Deo non agnoſcant? Atque hæc ratio eſt cur Anna Deum fortem ſuumque Deum nuncupet, quod hac potentia & virtute fidem noſtram oporteat confirmari, quandoquidem in noſtris difficultatibus & anguſtiis illas exerit. Ergo quum Deus ſuam potentiam ad ſuos tutandos producat, agite, illam tanquam fortiſſimum clypeum quibuslibet

omnis ſapientiæ & perfectionis auctor, imo ſolus ſapiens agnoſcatur, ut Paulus loquitur 1 Tim. 1:17. Atque hanc fuiſſe mentem Annæ, ſatis apertum eſt, ut hac ratione ſtultam hominum opinionem rideat, ſibi maximam ſapientiam & prudentiam arrogantium, & quaſi his verbis Deo inſultantium, An non ego ratione, an non judicio polleo? Sed age, miſer, à quo judicium accepiſti, quis denique tibi aliunde acceptum conſervat? Itaque ſic mortales duplici ratione peccant, primum quando Deo debitum honorem ſibi aſſumunt, deinde quum in tantam ſuperbiam & inſolentiam efferuntur ſuarum virtutum opinione, ut pro ſcintilla ſcientiæ quam acceperunt, quaſi de perenni flumine glorientur. Anna igitur Deum vocans ſcientiarum Deum, oſtendit mortales vehementer falli quum ſibi indulgent couſque ut ſcientiæ opinione turgidi magna quædam moliantur, quæ tamen momento Deus diſſipat & donat ventis irrita. Ex hoc loco itaque diſcamus, primum ſi animi noſtri vires exiguæ fuerint, ad Deum ſupplices accedere, ut illas augeat & roboret: deinde ſi viribus polleamus, eundem precari ne nos ingratitudine & arrogantia noſtra tanto bono privari permittat. Denique ipſius verbo nos ipſos & judicium noſtrum ac rationem, & in ſumma quicquid virtutis accepimus, ſemper ſubjiciamus: noſtroque ſic officio fungamur, ne arroganter inſoleſcamus, ejuſque dona floccifaciamus, quaſi noſtris viribus aut conſiliis quæcunque ſuſcipimus perfecturi: nequid inſolenter nobis arrogemus, ſed cum omni modeſtia & moderatione vitæ curriculum, ex Dei mandatorum præſcripto decurramus, ne ſenſui noſtro & libidini locum demus, ad ea quæ fas non eſt ſuſcipienda.

Pergens Anna dicit, *ipſi præparari cogitationes*, qui locus eſt ſubobſcurior, ac proinde etiam varie explicatur. Nam vox Hebræa proprie numerare, vel ponderare ſignificat, aliquando etiam vox eadem ſola litera immutata bonum valde indicat: hinc fit ut quidam hunc ſenſum eliciant, Dei opera omnia bene eſſe compoſita ac ordinata. Qui ſenſus bonam quidem doctrinam continet, quod nempe Deus quid bonum ſit, quidque utile, probe notum habeat, nihilque illum lateat, ac proinde talem eſſe rerum quas ordinaverit ſtabilitatem, ut eas nullus immutare poſſit. Verum ſi genuina vocis ſignificatio retineatur, ſenſus videtur elici commodior, Dei nempe opera neque digeri neque ponderari poſſe. Quem ſi ſenſum, qui mihi commodiſſimus videtur, retineamus, non parva ad nos ex ipſo redibit utilitas. Nam, Deo hoc vel illud decer-

Sunt enim admiranda Dei opera, imo ipſe fons eſt omnis ſapientiæ: ſapientiæ, inquam, quæ omnem humanum captum ſuperet, atque adeo quam ipſi Angeli ſuſpiciunt. Quis enim ſingula Dei opera expendens in ſeſe non obruatur confuſione, ſi mente ſe aſſequuturum illa ſperet? Meditanda quidem illa ſane ſunt nobis, ſed nunquam adeo perfecte id futurum eſt, ut ſingulorum notitiam aſſequamur: verumtamen ſciendum etiam ea vel tantillum à nobis delibata, maximam utilitatem allatura, Deumque nobis ex illis ſui glorificandi maximum argumentum præbiturum, atque omni faſtu & arrogantia depoſita, qua plerumque turgidi mortales ſeſe ſupra ipſos Angelos efferunt, cum ſumma modeſtia & animi demiſſione ipſius adorandi. Atque hinc conſpicuum eſt, quum Scriptura de Dei Sapientia loquitur, eumque Omniſapientem vocat, non loqui tantum de Sapientia quæ in Deo ſolo hæret, ſed quæ ſeſe in omnibus ejus operibus patefacit. Quum igitur præter hominum exſpectationem aliquid contingit, aut ſuam Deus potentiam exerit, quam tamen ſatis apprehendere non poſſumus, hujus doctrinæ memores, ſic illa Dei opera admiremur, ut in omnibus ipſum glorificemus: ac licet omnem noſtrum captum & ſpem ſuperent, quæ illo duce ſuſcipimus, adeo quidem ut unde faciamus initium incerti ſimus, ac penitus cæcutiamus: hoc nobis ſufficiat, ſi ipſum ſolum Omniſapientem eſſe firma & conſtanti fide tenuerimus. Et quandoquidem ipſe Deus eſt ſcientiarum, diſcamus, modeſte de nobis ſentientes, nos noſtro pede metiri, ac noſtram cum ipſius ſapientia comparare metuamus: ſed ejus Omnipotentia freti, ſciamus ipſum quæcunque promiſit, & quæ ad noſtram ſalutem eſſe neceſſaria cognoverit, impleturum; denique etiam præter opinionem pro nobis omnia præſtiturum.

Agite vero, fratres, coram Dei Opt. Max. Majeſtate ſupplices facti procumbamus, ac peccata coram ipſo confitentes, precemur ut nos Sancti ſui Spiritus virtute regat, quo ad ipſum non tantum veniam deprecaturi accedamus, ſed hac mente ut nos totos ipſi regendos ſic permittamus, ne nobis ipſis aut vanis opinionibus noſtris addicti ſimus, ſed ipſemet pro ſuo arbitrio regat nos, ſuppeditans dona ſua quibus natura prorſus vacui ſumus: eique pro ipſis acceptis gratias immortales agamus. Interea vero nos ſuæ voluntati conformes ita efficiat, ut reipſa nos in filiorum ipſius numerum aſcitos demonſtremus, quum patrem noſtrum ipſum profitemur, &c.

Digitized by Google

[illegible] ut deprimat & erigat: deprimat, inquam, arrogantes & ſuperbos, ac ſeſe adverſus ipſum efferentes: miſeros vero & afflictos fideles, ac veluti jam in pulvere jacentes, erigat & attollat. Idcirco hîc Anna prædicat primo loco, arcum valentium ſuperatum, infirmos autem accinctos fuiſſe robore. Ex quibus diſcendum, mortales inſolenter aliquid arrogantes ſibi, gigantum more ſeſe adverſus Deum efferre, ſed tam imparem eſſe congreſſum, ut ſuperbi vel ſolo flatu conterantur, & tanquam vas fictile diffringantur. Contra vero, fideles, in tantum calamitatis ſtatum redactos, ut penitus corruiſſe videantur, ſi ad Deum votis ardentibus confugerint, potente ipſius manu erigi, atque corroborari. En igitur rationes duas illas, quas ſupra diximus, ex quibus quod ſuperius attigi ſit conſpicuum, nempe nos de Dei omnipotentia, vel ab aliis aliquid audientes, vel ipſi in ſacris legentes, oportere eandem in nobis intueri, ne otioſam eam in cœlis, ut Epicurei ſolent, imaginemur, quum ſeſe, niſi penitus in media luce caligemus, ſuis effectis ſatis patefaciat. Porro quod hic validi ac robuſti ſagittarii cum ſuis arcubus ſuperandi & confringendi dicuntur, non ita intelligendum, quaſi Deo robur diſpliceat, quum robur ac fortitudo ſit Dei donum, neque ipſi quæ hominibus dona largitur diſpliceant; ſed quod his verbis profiteatur, ſeſe unicum ſuorum eſſe vindicem & aſſertorem, atque erga ipſos liberalem & munificum. At multos bonis iſtis propter animum ingratum privari ſæpe contingit. Nam, obſecro, quam multi viribus ſuis ſuperbiunt & gloriantur? atque ita Deo debitum honorem & gloriam detrahunt? Hinc fit ut Deus ab illis non invocetur, imo ab ipſis velut ad congreſſum provocetur, ut donis etiam ab ipſo acceptis adverſus ipſum veluti digladientur, ac more gigantum de ſolio detrahere velle videantur. Porro non de ſolis iis hîc Anna loquitur, qui robore & viribus corporis præditi ſunt, ſed valentium nomine complectitur eos etiam qui auctoritate & dignitate aliqua pollent, quales ſunt Reges, Principes, aliique ejuſmodi Magiſtratus. At quales, oro, plerumque ſunt iſtorum hominum cogitationes, qualia ſtudia! Fateor quidem, interrogatos, à quo in hanc dignitatem evecti ſint, reſponſuros, à Deo: verumtamen illos gloria, minis, ſævi-

Deus vult. Quare ergo non placet Deo robur illud equorum? nempe propter hominum arrogantem inſolentiam, qui quo generoſiores & fortiores equos nacti fuerint, eo magis efferuntur, & adverſus Deum cum ſummo contemtu calcitrant: atque ipſum proſpere ſibi conſiliis ſuccedentibus prorſus pedibus conculcant. Quod igitur malitia, & ingratitudine, Dei dona fœdamus & polluimus, merito illi etiam diſplicent. Denique rerum experientia magiſtra nos ſatis ſuperque docet, Deum ſeſe ſuis viribus nixos adeo efferentes contundere ſolitum: quod ſi non ſemper accidit, ne tamen in dubium divina judicia revocemus, quorum hic plenitudinem videre non poſſumus, ſed ex parte ſi contemplemur multum eſt. Verum enimvero ſi attentis oculis & mente eadem intueremur, næ hujus ſententiæ veritatem, *Arcus fortium confringi*, reipſa impleri conſpiceremus. Quamobrem ex iſtis diſcendum eſt, non adeo nos eſſe virium ac roboris cupidos oportere, quandoquidem tam debiles ſumus, tamque incauti, ut ſint ea nobis tanto majoris lapſus occaſio. Quare ſi Deus in altiorem gradum nos evexerit, noſtræ tenuitatis memores, cum omni modeſtia, Deique timore, vitæ curriculum decurramus: atque Deum nobis ac noſtræ ſaluti conſulere, quum nos in tenui ſtatu continet, & non ad noſtram voluntatem extollit, perſuaſum habeamus. Contra vero infirmi dicuntur accincti robore, ut doceamur, Deum, quando debiles ac infirmi fuerimus, opportunum auxilium nobis allaturum. Atque adeo ſciendum, fieri poſſe, ut totum vitæ noſtræ curriculum viles atque abjecti degamus, ac velut humi repteмus, verumtamen Deum in hac dejectione & infirmitate nobis nunquam defuturum: ſed neceſſarias vires ſuffecturum, ne unquam deficiamus. Nam ipſe Deus promiſit, ſeſe vires oppreſſis daturum. Hinc itaque nobis iſtud diſcendum in ſumma eſt, Dei potentiam ac Majeſtatem omnibus ſeſe efferentibus ac ſuperbientibus magnopere metuendam atque tremendam, quæ omnibus adverſus ipſum giganteo more inſurgentibus ac bellum inferentibus imminet, atque ultimum minitatur exitium & confuſionem. Contra vero, eandem illam potentiam quæ ſuperbis omnibus exitium adfert, abjectis & humilibus, ſibique nihil arrogantibus, ſed infirmitatem agnoſcentibus, conſola-

Digitized by Google

ſtis depreſſis atque debilitatis: divitibus & opulentis exhauſtis & depauperatis: ſaturibus denique, exinanitis & famelicis effectis? Imo vero primùm ſi continua rerum ſerie ac viciſſitudine hunc orbem regi conſpiceremus, certe Dei providentia longe obſcurior eſſet, atque univerſalis illa diſpenſatio tantum ſtuporem noſtris ſenſibus injiceret, ut omnem de Deo nobis cogitationem atque memoriam eriperet. Nam, exempli gratia, ſi Sol terrarum orbem ſemper ſine noctis viciſſitudine radiis illuſtraret, nunquam ſane nobis in mentem illa toties in Sacris repetita doctrina, Deum res omnes à ſe creatas gubernare, veniret. Sic quum ex ſterilitate damnum aliquod patimur, peccatorum admonemur: ſi vero ſerena tempeſtas fuerit, divinæ benedictionis teſtimonium locupletiſſimum, atque perpetuæ ejus providentiæ, qua tempeſtates ex arbitrio ſolus moderatur, habemus. Et in hunc ſenſum Scriptura dicit Pſal. 147: 16. Deum minuta pruina ſolum quaſi cinere conſpergere. Sic Deus cœlum nubibus atris involvit, & idem mox ſerenat, Sole radiis orbem illuſtrante: tum pluvias terris immittit. Quibus cœli mutationibus excitamur ad Dei providentiam contemplandam, qua ſolus omnia moderatur atque ex animi ſententia regit & adminiſtrat. Idem eſto de variis in hominum vita caſibus: nam ſi cuncta eodem tenore ferrentur ſine ullis mutationibus, næ, Deum honore proprio ſpoliantes, fortunæ adminiſtrationem orbis tribueremus, atque in erroris tenebras immergeremur. At quum de divite pauperem aliquem factum aſpicimus, & de potente miſerum & abjectum, atque nihil tam ſtabile quod commoveri non poſſit, animadvertimus; tum, niſi prorſus in media luce caligamus, ad harum mutationum cauſas quaſdam abſtruſiores mentem attollere, divinæque providentiæ effecta ſuſpicere, jubemur. Atque hæc primum ex his verbis haurienda doctrina. Deinde & hoc obſervandum venit, Deum, depauperantem divites, & ſaturos ad inopiam & famem redigentem, juſtas apud ſe ſui conſilii cauſas habere; etſi non omnibus ſtatim notas: ſed eum, exempli gratia, qui depauperatus eſt, oportet apud ſeipſum eaſdem inveſtigare, ſeque totum vitamque ſuam expendere, num videlicet Dei dona in malos uſus converterit, & malis artibus opes tantas cumularit, quomodo iiſdem uſus ſit, num in luxum, ſuperbiam, aut alia ejuſmodi vitia quibus ſeſe indignum illis effecerit. Denique etſi occultæ plerumque divinorum judiciorum cauſæ ſunt, tamen ſæpe in oculos eædem occurrunt, ut nullus dubitationi locus relinquatur. Quare divina judicia nos admirari & revereri ſic oportet, ejuſque infinitam ſapientiam ſuſpicere, urgente, etſi prius veluti ſtupidi & hebetes torpebamus, tamen, velut ab alto veterno excitati, confugere ad ipſum cogimur. Quare merito Deus pauperes & famelicos explere & ſaturare dicitur. Equidem verò fateor, iſta non ſemper & perpetua ſerie ſic contingere; multis naſcentibus pauperibus & afflictis, quos ad tumulum uſque paupertas comitatur: contra multis à nativitate locupletibus, ſuas etiam ad poſteros opes tranſmittentibus, & quidem in multas generationes: idcirco etiam multis locis Propheta conquerente, ut Pſalm. 17. verſ. 14. & 73: 12. Dei contemtores tantis deliciis exſatiari, & ventrem ipſorum impleri, ut reſiduum ſuum nepotibus relinquant. Verum enimvero, ſicut attigi ſuperius, non eſt in hoc mundo divinorum judiciorum exſpectanda perfectio & adimpletio: nam alioquin, obſecro, quid ſpe noſtra fieret? Quid, inquam, ſi omnia impleta nobis viderentur, præcipuo illo noſtræ reſurrectionis articulo fieret? Quare ſciamus, Deum in hujus mundi adminiſtratione tantum aliquem ſuorum judiciorum guſtum nobis dare, ut ſenſibus noſtris in ſublime erectis majora exſpectemus. Interim vero potentiam & providentiam ejus attente ſic ſuſpiciamus & admiremur, nequid divinorum operum fortunæ tribuamus: ſed unius Dei proprium eſſe, hos vel illos etiam ad ſatietatem explere, contra vero depauperare, & fortunis, licet ampliſſimis, omnibus ſpoliare. Neque vero rerum iſtarum exempla pauca eſſe exiſtimandum eſt: atque ô utinam non tam multa exſtarent! Nam, quæſo, aſpicite quæ infortunia noſtris & ſuperioribus exorta bella temporibus exceperint, tot ampliſſimarum, potentiſſimarum opulentiſſimarumque familiarum caſu & calamitate, tot miſerorum hominum interitu, quorum alii frigore, alii fame, alii gladio, alii denique alia calamitate & neceſſitate perierunt. Quam multos, quæſo, nos etiam oculis noſtris aſpicere cogimur, olim opulentiſſimos, nunc vero ſtipem emendicantes, atque ſexcentis aliis incommodis obrutos? Et hæc quidem à nobis fortean remotiora dixerit aliquis: verum quum vel ad nos uſque perveniant tanquam è naufragio tabulæ; quis ſtupor eſſet, illas non intueri? Verum enimvero cavendum contra, ne animum ideo deſpondeamus, quandoquidem Dominus ad noſtram eruditionem ipſemet patefacit, ſe eſſe à quo divitiæ & opulentia manant, & eundem à quo fames & paupertas: ac precemur eum, ut oculos aperiat, quibus, quum harum rerum exempla producit, ea ſic intueamur, ut, quamdiu vitam hic egerimus, in iis magis atque magis proficiamus. Et de his quidem hactenus.

Sequi-

[illegible] ejus beneficia, ac de iis ipſum, ut par eſt, laudabimus atque celebrabimus. Sed parum convenit iſta expoſitio, quum iſtis Annæ verbis ſpem quam in futurum conceperat potius aperire videatur. Neque enim dubium eſt, quin ipſa Dei virtutem experta, quam ad concipiendum acceperat, bene in poſterum ſperet, ac majora deinceps exſpectet, fideque conſpiciat quæ nondum reipſa impleta erant. Deus vero ſane minime verbis iſtis Annæ alligatur, ſed potius virtus ejus ac potentia celebratur, qua filiorum multitudinem uſque ad ſeptenarium numerum ipſi largiri poteſt. Porro numerus ſeptenarius in ſacris multitudinem in ſe continet. Ex ſuperioribus igitur colligimus Deum fœcundantem mulieres prius ſteriles, & ſaturare & macerare, & explere bonis famelicos, & contra divitiis ſuis atque opibus nitentes ſpoliare. Atque id, inquit, etiam ante partum mulierum conſpicuum. Quibus docemur, Dei etiam minima beneficia tanti apud nos eſſe oportere, ut ex iis ad divinorum operum perfectionem uſque aſſurgamus, Deique gloriam atque magnificentiam magis ac magis ſuſpiciamus, atque ut infinitæ & incomprehenſibilis alioquin Majeſtatis ejus guſtum aliquem habeamus, à minimis ejus beneficiis ad majora ſurgere, & cum admiratione ſuſpicere diſcamus. Multum igitur ſane profecerimus, ſi ex ſingulis Dei in oculos noſtros operibus incurrentibus ejus virtutem admiremur: velut, exempli gratia, quum vel gramen aſſurgere conſpicimus, in hoc ipſo conquieſcentes ad Deum ipſum, licet ipſius cœli vel terræ conſpectu privati efferamur. Quamobrem nihil adeo eſt in toto terrarum orbe exiguum, quod non Dei juſtitiam, gloriam ac bonitatem teſtificetur. At quod plerumque minima iſta nobis vileſcunt, idcirco magna etiam adjicit. Quoniam igitur tam hebeti ſumus ingenio, ut vix Dei Majeſtatem ut decet agnoſcamus, à minimis iſtis faciendum exordium eſt, à quibus ad illa majora deducamur. Sic Anna hic nominatim inter Dei ſingularia beneficia mulierum fœcunditatem antea ſterilium recenſet. Et quidem in ſacris ſæpe hæc ſententia repetitur, ut non ſolam Annam hoc prædicare ſciamus: præſertim in Pſalmis, ubi Pſalm. 113:9. dicitur Deus à Propheta facere habitare ſterilem in familia, & matrem filiorum lætantem, ut numeroſam prolem in Dei maximis beneficiis cenſendam ignoramus. Ecquis enim rectum illius uſum & ad ſalutem eſſe dixerit, quum ipſum adverſus nos provocamus, cum, quantum in nobis eſt, juſtitia & bonitate ſua ſpoliantes, quum ejus in nos beneficia ad ipſius Eccleſiæ utilitatem & ædificationem non referimus, quum denique tam liberalem datorem non, ut par erat, agnoſcimus?

Pergit Anna, docetque, *Jehovam morte afficere & in vitam reſtituere: demittere in ſepulcrum & educere*, quorum idem cum ſuperioribus eſt ſcopus ac finis, ut nimirum tot tantaſque in his terris converſiones atque mutationes, totidem divinæ potentiæ, minime quidem illius confuſæ, ſed cum ſumma juſtitia conjunctæ, teſtimonia eſſe ſciamus. Ergo Anna hic rectitudinem divinorum operum celebrare inſtituit: quam in eo primum agnoſcit, ut ſupra diximus, quod Deus famelicos ſaturet, nempe quod ad ipſum confugiant, illorumque Deus preces exaudiat: contra vero ſaturos & bonis ſuis elatos, à Deo averſos, bonis ſpoliet & exuat. Atque hæc aliqua eſt Dei judiciorum pars, quod hi quidem depauperentur, illi vero diteſcant: ſequitur altera, Jehovam morte afficere & vitæ reddere. Commune quidem iſtud tam fidelibus quam incredulis, ſed hoc in Dei filiis maxime nobis & præcipue eſt conſiderandum. Non abs re igitur Deus morte afficere vitæque contra reddere dicitur: vitam enim mors præcedat neceſſe eſt: vitæ vero nomine quamlibet diminutionem intelligit: nam bene & feliciter res ſuas agentes, vivere; contra, declinantes & in pauperiem ruentes, imminui & veluti mori dicuntur. Atque in hanc ſententiam Paulus, dicens oportere nos eſſe mundo mortuos, non de ſolis mundanis voluptatibus ac deliciis, ſed de iis omnibus quæ caducam & fragilem hanc vitam ſpectant, loquitur. Sic magnos honores in hoc ſeculo aſſequutos & ſeſe illis paſcentes, Deus deprimit & abjicit, ne in altum cum rebellione & contumacia efferantur. Sic magnis opibus ſuis gloriantes, iiſdem ſpoliat, vel de iis diminuit, ne letales poſſeſſoribus fiant. Quare mortis nomine merito Anna quamlibet imminutionem & quicquid pedetentim ad mortem deducit complectitur, ſicut contra vitæ nomine quemlibet felicem ac proſperum rerum ſucceſſum, ac quicquid hominem rebus optatis fruentem contentum efficere ſua ſorte poteſt. Hanc vero ſententiam etiam ad ipſos incredulos dixi per-

Digitized by Google

nat, agite, ne miremur ſiquando non tantum imminuimur ac dejiciamur à Domino, verum etiam depreſſis cervicibus veluti pedibus calcati premimur atque opprimimur: ſed eo magis coram ipſo dejiciamur, & humiliemur: ſalutare nobis enim illud eſt. Cavendum itaque ne queſtibus ex mollitie nimium indulgeamus, cauſas cur à Deo ſic tractemur non agnoſcentes: ſed potius quoties nos penè opprimi ac velut in inferos redigi contigerit, animis noſtris hujus ſententiæ ſubeat recordatio, Dei Juſtitiæ conveniens eſſe nos ad mortem uſque deducere: quum præſertim tantus ſit humanæ naturæ ſtupor ut non niſi duriſſimis caſtigationibus & terrore mortis commoveatur, & ad Deum agnoſcendum adigatur. Verum enimvero contra ſperandum etiam eum qui ad mortem deducit, vitæ nos reſtituturum: ut in ipſa morte vitam confidenter exſpectemus, & in graviſſimis afflictionibus divinum auxilium ne deſperemus. Neque vero ſolius mortis, ſed etiam ſepulcri meminit, Dei potentiam & auxilium ut tanto magis magnifaciat. Morti enim proximum aliquem eſſe, fieri poteſt, necdum tamen adhuc ita mortuum atque ſi in ſepulcro jaceret, quod è vivis tunc ſublatus omnino foret, quum ſepultura mortis ſit confirmatio. Itaque docet Anna, Deum non tantum punire & affligere homines, ſed ita dejicere ut in ipſum uſque ſepulcrum demittat: quaſi dicat, Deo ictus ingeminante, non modo nos inſtar mortuorum eſſe, ſed cadaverum in cinerem ac pulverem redactorum. Magis itaque magiſque hoc dicto confirmamur, & in ſpem erigimur, ut licet nos Deus ita flagellet ut penè deficiamus & in nihilum redigamur, ne tamen animum deſpondeamus, ſed patienter reſtitutionem atque vivificationem, ejus potentia freti, præſtolemur. Nam qui mundum ex nihilo creavit, qui perditum reſtituit, quomodo nos mortuos non revocaret vitæque redderet? Neque vero cogitandum, ſepulturam noſtram illi remoram ullam injicere poſſe, ſed potius illud Prophetæ mentibus noſtris altius infigendum, Jehovæ Domini eſſe egreſſus ex morte: quibus verbis docemur, nos, licet ſexcentis mortibus obrutos, poſſe tamen ipſius immenſa poteſtate vivificari: &, licet oppreſſos, innumeris modis, quos Deus habet in poteſtate, liberandos atque eruendos eſſe. Cæterum, præterquam quod in hac miſera & caduca vita, mille licet miſeriis obruti, ſperamus divinum auxilium & integram reſtitutionem, etiam aliquid amplius ex hoc loco diſcendem ac mentibus noſtris altius reponendum, nempe, nos, licet in ſepulcro jacentes in cinerem ac pulverem redactos, vitæ nihilominus reſtituendos: quod nimirum id Deus ipſe promiſerit. Quare, agite, fiduciam omnem ac vere nos ab ipſo è ſepulcro educi teneamus, & ad hunc ſcopum quaſcunque noſtras afflictiones referamus.

Pergens Anna dicit, *Deum depauperare & ditare, dejicere & etiam extollere.* Quæ ſane cum ſuperioribus eadem plane ſunt. Sed ex iis, quo ſpiritus ardore in hanc orationem Anna devenerit, fit nobis conſpicuum, ut nimirum tanquam in ſpeculo divinam providentiam intuendam proponeret, ut nihil in toto terrarum orbe caſu fieri vel fortuito, ſed ſingula Dei providentiam adminiſtrare ſciamus. Ac ſane hanc nobis ſæpe doctrinam inculcari, & ſæpe iterando ingeri neceſſe eſt, antequam eam vel aſſequamur, vel fructum aliquem ex ea percipiamus. Nam licet ſacra pagina toties divinam providentiam prædicet, ac nominatim in Euangelio Dominus nos certiores faciat, ne unum quidem paſſerculum ſine Dei voluntate decidere, ac capitis noſtri capillos omnes eſſe numeratos, tanta tamen diffidentia & obtuſione mentis laboramus, ut vix ad Deum aſſurgere, ab eo uno pendere, & auxilium in afflictionibus opportunum ſperare poſſimus, ſed vel humanis rationibus, vel fortunæ, liberationem affingamus. Quamobrem ſæpe inculcanda, ſæpe, ut dixi, ruminanda hæc doctrina eſt, & ſæpe iterando noſtris animis ingerenda, quam vix ac ne vix quidem concoquimus, oportere à Deo depauperari, imminui atque abjici homines. Ac minime id quidem quod eum ſuæ erga ipſos munificentiæ pœniteat, ſed partim quod divitiis atque opibus elati ferocientes & tyrannice illis adverſus miſeros & egenos abutentes, dignis à Deo pœnis æquum eſt etiam illos affligi: partim ut ſuam bonitatem & poteſtatem erga fideles ipſum invocantes patefaciat, quod in maximis anguſtiis & miſeriis ſuis ad ſe confugientes audiat, atque etiam omnibus illis eripiat. Equidem vero agnoſco libens non quotidie ſic iſta contingere, nempe quod nobis, non ſit utile futurum; ſed contingentibus ſimilibus exemplis, in memoriam hæc revocanda, ut hoc diteſcente, illo ad paupertatem redacto, hoc in altiorem gradum evecto, illo dejecto, teneamus, ita pauperem & abjectum ad majorem modeſtiam revocari, & contra improbi flagitia non impunita relinqui. Atque adeo pauperibus tot miſerias atque calamitates non fortuito ullo caſu contingere, ſed volente Deo immitti.

Idem etiam de honoribus ac dignitatibus, atque de fortunis, Anna deinceps prædicat, ut quum in his terris tot tantaſque rerum viciſſitudines atque converſiones conſpicimus, ad Dei providentiam, cuncta in cœlis & terris ex ſuæ voluntatis nutu regentis, aſſurgamus, nihilque hic nobis fortuitum affin-

[illegible] repentinum & inopinatum multorum olim Regum atque Imperatorum caſum, qui quum multos vi & armis populos oppreſſiſſent, & confirmata tyrannide toti terrorem orbi inferrent, ac cœlum capite contingerent, repente tamen ad furcas tracti ſunt. Noſtra vero memoria, imo nuper admodum, nonne audivimus diras adverſus miſeros fideles miſtræ curriculum in ipſius obedientia decurramus; gratiaſque illi pro tot tantiſque ejus in nos beneficiis immortales agamus: denique ut ſenſus noſtri omnes in cultum ejus ad ſempiternam ipſius laudem ac gloriam ferantur, & in ſalutis via non ad ſolam privatam noſtram utilitatem, ſed ad proximorum ædificationem deducamur. Amen.

HOMILIA SEPTIMA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. II.

8. Erigit è pulvere tenuem, è ſterquilinio extollit egenum, collocando cum ingenuis, & faciendo ut ſolium gloriæ poſſideant; nam Jehovæ ſunt cardines terræ, quibus impoſuit orbem habitabilem.

9. Pedes eorum quos benigne accepit conſervabit, improbi vero in tenebris conticeſcent: quia viribus *ſuis* non obtinebit quiſquam.

10. *Singuli* contendentes in Jehovam conterentur, contra quemque in cœlis intonabit, Jehova judicabit fines terræ: nam dabit fortitudinem regi ſuo, & extollet cornu uncti ſui.

11. Denique abiit Elcana Ramam in domum ſuam.

Quemadmodum heſterna lectione didicimus, humanarum rerum converſiones, quibus ſua judicia Deus exercet, non tantum in Regibus & Rebuspublicis, ſed in ſingulis perſonis ſunt conſiderandæ. Quo referenda ſunt, quæ nobis explicanda ſuperſunt, quum hîc dicitur *Deus tenuem erigere è pulvere, & egenum ex ſterquilinio extollere, & facere ut ſolium gloriæ poſſideant:* & quæ Pſalm. 113. repetuntur iiſdem pene verbis. Inſolens iſtud hominibus videtur, vilis & abjectæ conditionis quempiam, atque adeo calamitoſum ut vix in hominibus cenſeatur, ad ſummos honores evehi, & ita quidem ut ſubjectis populis imperet, rerumque habenas moderetur. Contra vero, potentes ac divites, & ad clavum Rerumpublicarum & Imperiorum ſedentes, depauperari & de ſoliis dejici: adeo ut ſupplices iis, quos antea deſpiciebant, fieri cogantur. Hinc fit ut in illa Dei judicia homines inquirant, quare nimirum Deus iſtiusmodi rerum converſiones patiatur. Verum enimvero licet illa ſint admiranda & ſtupenda, tamen quo inſolentiora & magis inexſpectata, eo certiora ſunt de Dei manu & potentia teſtimonia. Fortunæ vero licet maxima pars hominum id tribuat, tamen niſi omnino meridie cæcutimus, fatendum eſt tantam inæqualitatem in his terris contingere, Deo ſic hominum ſuperbiam caſtigante, & præ nimia ferocia turgentes, ut modeſtiam diſcant, de ſoliis deturbante. Neſcia enim eſt mens hominum & ignara Dei, cujus unius eſt de ſoliis detrahere potentes, & infimos ad rerum gubernacula evehere. Cæterum Deo prius abjectæ & vilis conditionis homines, ad ſummos honores rerumque gubernacula evehente, docemur, Reges ac Principes non ob virtutem dignitatemque ſuam, ſed ex Dei voluntate dominari, quam etiam hæreditarios ipſos Principes agnoſcere par eſt: quod primum Deo volente ac diſponente

C Regum

cipibus qui vix apud homines ullo loco erant. Nam ſæpe videas miſerorum hominum & inopum tam eſſe miſeram vitam, ut vix apud homines locum inveniant. Porro quum Deus dicitur facere ut ſolium gloriæ poſſideant, & ſummos honores aſſequantur, quos ſuus ortus miſeros & abjectos effecerat; apparet, ipſos non in paternas opes, neque in paternos honores ſuccedere, ſed ſpeciali quadam ratione & adminiſtratione fieri, ut licet neque ſuos majores, neque ſuam in parandis divitiis & honoribus conſequendis induſtriam prædicare poſſint, juſto tamen titulo poſſideant quos Deus in poſſeſſionem illam miſit.

Ratio converſionum & mutationum iſtiusmodi ſubjungitur his verbis: *Nam Jehovæ ſunt cardines terræ, quibus impoſuit orbem habitabilem.* Porro quum terræ cardines tribuuntur, metaphoricam locutionem eſſe tenendum eſt. Nam alio loco, Pſal. 24: 2. & 136: 6. Deus terram ſuper maria fundaſſe, & ſuper flumina diſpoſuiſſe dicitur. Atqui in fluminibus aut uliginoſis ac paluſtribus locis ædificaturi, fundamenta palos in terram defixos & adactos muris ſubſternunt, non futuris alioquin firmis ſaxeis fundamentis. Ita Deus dicitur veluti palis in mare defixis terræ molem ſuis baſibus fulciviſſe. Nempe quod ſuper aquas ædificari nihil poſſit, imo ne lapillus quidem unius unciæ ſupernatare, quin deorſum tendat, quandoquidem aqua fluidum eſt elementum, ac proinde nihil grave ſuſtineat. Sed Scriptura de iſtis non differit acute, quod non ſit illi propoſitum arcana Philoſophiæ accuratius nobis proponere, ſed nobiſcum veluti balbutire. Ac ſane Deus ſe ad rudiorum captum ſic accommodare voluit, nequis de difficultate & obſcuritate conqueratur: quare noſtræ ruditati ſermonis facilitate conſuluit. Itaque quum terra cardinibus ſuis & baſibus nixa dicitur, ex noſtro captu dictum illud intelligendum. Nam alioquin terra mediam orbis ſedem obtinet, atque aquis cingitur, ac proinde aqua eſt terrâ altior. Quod vero pars illius arida eſt, miraculo contigit, quod vel ipſos fateri Philoſophos ratio cogit. Natura enim poſcebat non ut pars quædam ſicca & arida emineret, ſed ut tota ſubſideret & aquis mergeretur, at Deus mare & aquas ſuis finibus concluſit, nunquam ad operiendum univerſam terram redituras, ut hominibus præbeat domicilium. Denique terram univerſam aquis circumdatam videmus, nec fundamentum aliud imaginari poſſumus. Quin & aquarum montes, quibus obruenda videretur terra, conſpicimus ſuis terminis contineri, quod plane præter & contra naturam ipſarum eſt. Quare quum tantam maris ſupra terram altitudinem intueamur, & tamen in arida nobis domicilium & ſedem firmam dari, quantam eſſe noſtram ſocordiam, quantum ſtuporem dixero, niſi Deum terram ſuper aquas

converſiones eveniunt in his terris, ne earum mutabilitas ſine divinæ providentiæ manu & cura pateſit. Et hactenus de iſtis eſto dictum.

Sequuntur verba illa, fore *ut pedes eorum quos benigne accepit, conſervet, improbi vero in tenebris conticeſcant*: quæ nimium ſubtiliter quidam interpretantur, quaſi Deus dicatur viam fidelium ita directurus, ut in ipſius timore vitam degant. Certum enim eſt, hominem non poſſe libero ſuo arbitrio ſeſe ad virtutem erigere ac componere, niſi verbi divini & Spiritus Sancti virtute excitatum. Sed non ſunt adeo hæc reſtringenda quæ latius patent, nempe fore ut Deus ſuos in omnibus viis ipſorum cuſtodiat & dirigat, quemadmodum Propheta Pſal. 29: 9. & 91: 11. docet. Equidem & infideles ſic à Deo regi fateor, ut ne pedem quidem ſine ipſius permiſſu movere poſſint: atque adeo manu ejus ſic contineri, ut pro arbitrio ſuo huc & illuc eos agat: quinimo non aliter eos verſare quam quilibet artifex ſicam aut aliud quodlibet inſtrumentum. Et ita quidem improbi & flagitioſi homines Dei imperio ſubſunt, ſed longe aliter quam fideles. Neque enim parem curam de impiis habet, quam de fidelibus, qui ad eum confugiunt totosque ſeſe ipſi permittunt, quos paterno favore complectitur. Et in hunc ſenſum Propheta, cap. 10: 23. ait, Novi, Jehova, non eſſe penes hominem viam ipſius: non eſſe penes virum ambulantem vel dirigere greſſum ſuum. Atqui incredulos videas ſtulta inire conſilia, atque illis fretos montes ac maria trajicere, & nihil non ſibi polliceri. Quonam vero qui ne labia quidem commovere ſine Deo poſſunt, conſilia ſua in ultimas uſque terras producant? Nempe non attendunt neque appellunt animum ad hanc cogitationem, à Deo pedes hominum oportere regi. Fideles vero, probe verborum Prophetæ memores, ſeſe Deo totos permittunt, vitam ſuam miſeram & erraticam fore ſine ipſius ſpeciali cura libenter agnoſcentes. Hîc igitur Anna prædicat fideles ad Deum confugientes ſpe ſua nunquam exciſuros, ſed ab ipſo pedes ipſorum cuſtodiendos. Sic Pſ. 91: 11. dicitur Deus Angelis de ſuis fidelibus mandaſſe, ut cuſtodiant eos in omnibus viis ſuis, ne ad lapidem ipſorum pedes offendant. Digna ſane doctrina quam nocte dieque meditemur, alioquin aut prorſus hebetes atque plumbei futuri aut perpetuis animi fluctuationibus agitati, niſi certo perſuaſum habeamus nos à Deo in ſuam tutelam eſſe receptos. Quid enim alioquin, obſecro, miſeris nobis fieret? quæ tandem ſpes futuræ ſalutis? Notæ ſunt enim Diaboli capitaliſſimi hoſtis exitium noſtrum continuo molientis inſidiæ. Denique nunquam naſci longe foret utilius, quam naſci hac conditione, Deique erga ſuos præcipua dona ignorare, quæ Propheta Pſ. 121: 3 paucis iſtis verbis complectitur, quum ait, Non dabit ad lapſum pedem

tuum:

Digitized by Google

revera, quales cupimus haberi, filii Dei eſſe volumus, clementiæ & miſericordiæ ſtudendum eſt, ac belluina natura, qua modo hic, modo ille arroditur, exuenda: miſerorum & infirmorum habenda ratio, mores aliorum modeſtia tolerandi, eorum, quibuſcum vivimus, commodis certatim ſtudendum: denique tanta humanitatis habenda ratio, ut nemo de noſtra feritate & immanitate merito conqueratur, ac nihil impediat, quominus placide cum iis, quibuscum nos Deus ſociavit vitam, tranſigamus. Atque hujus vocis *benignorum* vel *miſericordium*, ſæpe in ſacris occurrentis, hæc eſto ratio.

Contra dicitur fore *ut improbi in tenebris conticeſcant*, id eſt confundantur & os illis occludatur: hic enim ſenſus eſt horum verborum, *in tenebris conticeſcant*. Atque de improbis hæc nominatim dicuntur, quod ad Dei nomen blaſphemis vocibus lædendum, apertum os habeant, & ſit ipſis jocus adverſus Deum inſurgere, & ejus verbo flagitioſe illudere. At quæ hominum inſania! imo vero quis furor diabolicus? Neque enim audaciam tantum nominandam illam adverſus Deum viventem inſultandi licentiam judico. Siccine vero miſeros homunciones, imo vero lumbricos erepentes è terra, & putria cadavera adverſus Creatorem inſurgere, de ſolio detrahere atque virtutes ejus lacerare? Atqui ruentibus cæteris mortalibus in tam effrenem licentiam, nos patienter præſtolemur Dei vindicis manum, frenum olim impuro iſtorum ori injecturam. Ita ergo dicitur fore ut improbi conticeſcant in tenebris, & omnis iniquitas contrahat os ſuum. Neque vero improbi momento conticeſcunt, quum ſubinde videas ipſos recalcitrantes: verumtamen divinam ſapientiam & juſtitiam tandem emergere neceſſe eſt, ut qui adverſus Deum obgannierint, tandem ſummo cum dedecore in æternum præcipites dentur exitium. Idcirco Pſal. 51: 6. Deus juſtificari dicitur in ſermonibus, licet adverſus ipſum hominibus murmurantibus. Nam, quæ eſt hominum amentia, quod ipſos Dei judicia ad ſuam trutinam expendere, & eadem niſi placeant rejicere, ſeque ſuis rationibus tueri non pudeat? Atqui, fateor, ad tempus capita cœlo inferunt ac, furorem ſuum adverſus Deum evomunt, verum enimvero non tam diuturnus ille furor eſt quin Dei potentis ac vindicis

[illegible] minum, æſtimationem. Nam ſi quem in auctoritate aliqua eſſe conſpicimus, atque adeo magnos honores aſſequutum, idolum nobis fingimus, ac neſcio quid immotum & æternum imaginamur, denique nunquam interiturum. Verum mens noſtra, cogitationibus iſtiuſmodi præoccupata, rectum de rebus iſtis judicium nobis adimit, atque pacem ullam in conſcientiis habere non ſinit: denique tranquille vitam degere, Deo uni nos ſubjicientes, vitamque noſtram illi permittentes, non patitur. Nempe ipſi nos in has turbas conjicimus ſtultis judiciis, quum tales de rebus creatis cogitationes parvi momenti judicamus. Quamobrem hanc mentibus noſtris doctrinam altius infigamus, nempe nullas hominum eſſe in hoc mundo vires, nullum imperium, nullum regnum durabile, atque adeo quæ maxima florentiſſimaque ſunt imperia, vel ad auræ leviſſimæ flatum, volente Deo, momento corruitura: quo tanquam freno, improbis petulanter & ſuperbe ſeſe efferentibus, & nihil non laxis ad quodvis flagitium habenis audentibus, retineamur, ſcientes Dei vindicem manum ipſos nequaquam effugituros, ſed & honoribus & auctoritate, quam à Deo acceperant, abuſos, ſuis flagitiis dignas pœnas reportaturos. Nos verò Deo, ſi in aliquam dignitatem evexerit, hanc gloriam tribuamus, ut illius unius virtute ſubſiſtere nos agnoſcamus, ac ſine illa brevi dejiciendos & in nihilum redigendos: ideoque modeſtiam colamus, minime dubitantes quin vires ipſe ſufficiat, modo ad ejus cultum & gloriam omnia noſtra referamus: atque ipſe nos, mundus licet ſursum deque feratur, ſartos tectos tueatur. Idcirco ſequentia quoque nobis expendenda, quibus dicitur Deus *inimicos contriturus, terræque fines judicaturus*, quibus ſuperiora magis confirmantur. Nam objeciſſet aliquis, improbos à Deo in tantam dignitatem evectos, non ignorante quid illis futurum eſſet, ſtare autem ipſos & in eodem ſtatu permanere. Quare ut omnem ipſorum ſplendorem & gloriam in fumos abituram, ac triumphos perituros, atque pro dignitate & honoribus dedecus & ignominiam reportaturos ſciamus, Deus hoſtes ſuos contriturus terræque fines judicaturus prædicatur: quibus verbis Deus eſſe Deus aſſeritur, & impiorum exitium prædicitur. Digna ſane obſervatione repetitio, ut Deum mundi judicem eſſe

elaturus. Quæ ſi pro temporis illius ratione conſiderentur, ſcrupulum aliquem afferre poterunt; ſed ex Prophetæ ſenſu ſimpliciter expoſita nullam in ſe difficultatem habebunt. Nam etſi peculiarem ſibi tunc populum Deus elegerat, quem imperio ſuo regeret, non tamen omnem reliqui mundi curam abjeciſſe putandus eſt. Itaque hæc duo inter ſe cohærent, Jehovam fines terræ judicaturum, & Regi ſuo fortitudinem daturum, atque uncti ſui cornu exaltaturum. Nullus porro tunc in Iſraële Rex erat: ac licet Moſes à Deo ſuſcitandum aliquem prædixerat, tunc tamen erat populi confuſa conditio: & deinceps Samuelem huic populo ad tempus præfuiſſe, & jus dixiſſe, videbimus: ac populum, Regem à Deo flagitantem, in ſe ejus iram concitaſſe, non exſpectato Davidis regno, quod non modo terrenum erat futurum, ſed Chriſti regni, quod ipſe Deus ſtabilivit, figura. Denique nullam videtur Anna tunc occaſionem, de judicandis terræ finibus, & danda Regi fortitudine, loquendi prætermiſiſſe. Quare ergo hic uncti Jehovæ nomen futuro Regi tribuit? Nempe hic prophetiam eſſe conſpicimus, quam non ſuo ipſius, ſed Sancti Spiritus afflatu Anna profert. Quare quum eam duce Spiritu Sancto loquutam appareat, ne talem, obſecro, magiſtram audire nos pigeat. Quare abſit ut quam nobis hîc doctrinam proponit reſpuamus, quum non humana commenta, ſed Dei decreta & arcana conſilia, eaque æterna & immutabilia, patefaciat. Alterum hic nobis obſervandum eſt, nempe fidelium omnibus ſeculis ſpem in hoc à Deo ſtabiliendum regnum incubuiſſe. Nam etſi Moſis & Aaronis temporibus populus Dei ſpecialem erga ſe Dei benevolentiam quidem multis non dubiis ſignis teſtatam ſenſit, & ſeipſum Regem ipſius, ut per Moſen edixerat, exhiberet, non tamen perfectum adhuc regnum illud dicendum eſt: & quæ Deus præſentiæ ſuæ ſigna dabat, meliora ſperare populum jubebant. In hunc igitur Regem intenti Patres fuerunt, Redemtorem à Deo promiſſum exſpectantes: & quidem perfectam ſuam in eo felicitatem collocare debuerunt, ut ſi forte variis procellis huc illuc agitarentur, ne tamen animum deſponderent, ſed liberationem ab eo exſpectarent, quem ipſis Redemtorem Deus erat miſſurus. Denique nullam unquam fideles conſcientiis ſuis pacem dediſſe, ſuæque ſalutis unquam factos certiores comperiemus, quam in hunc Redemtorem intuentes, quem Deus ipſis pollicitus erat, à quo ut vero capite regerentur. Porro ſi fideles illi hac ſpe foverunt ſe, quibus tantum umbræ proponebantur; quales eſſe nos oportet hodie, quorum ſenſus omnes in omnis boni manifeſtatione exercitati ſunt? Quare diſſimiles eſſe nos oportet illis miſeris incredulis qui Papatum ſectantur, & ſeſe quidem

Deo dominium ac poteſtatem regnandi acceperit. Quibus verbis docemur, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non ab hominibus miſſum, ſed à Deo Patre qui ſic mundum dilexit ut proprio Filio non pepercerit. Quæ ſane digniſſima eſt obſervatu ſententia, qua noſtram ſalutem uni Deo acceptam ferre docemur. Nam quæ, obſecro, vel noſtra vel veterum fiducia, niſi in eo quod Chriſtus apparuit, ut à maledictione genus humanum redimeret? Porro apparuiſſe illum parum eſt, niſi & nobis à Patre datum, & de omnibus inimicis triumphaturum teneamus. Neque enim humana potentia aut viribus regnum ejus, ſed unica Dei poteſtate, qua nititur, ſtabit. Quamobrem quoties de Jeſu Chriſto ejusque regno fieri mentionem audimus, ac proinde de noſtra ſalute; ſciamus, ſalutem noſtram adeo certam & ſtabilem eſſe, ut ne ſi cœlum quidem ac terra adverſus eam conſpirent, unquam poſſit labefactari, modò tamen fundamento quod hic nobis proponitur innitamur. Ea igitur cur Jeſus Chriſtus Rex Jehovæ & Unctus Dei appelletur. Sic Simeon ipſum, ulnis ſuis complexum, Chriſtum Dei vocat. Contra ſæpe in Pſalmis, Unctus Dei, de figura & umbra illius prædicatur. Anna igitur unctum ac Regem Dei vocat promiſſiones patribus factas, quas mente repetit, nempe promiſſum Meſſiam minime venturum vacuum, ſed omnibus Dei gratiis plenum: quemadmodum etiam Eſaïas Propheta tribuit ei dona Dei, his verbis, Super eo quieſcet Spiritus Jehovæ, Spiritus ſapientiæ & intelligentiæ, Spiritus conſilii & potentiæ, Spiritus ſcientiæ & reverentiæ Jehovæ. & alibi, Spiritus Domini Jehovæ eſt ſuper me, eo quod unxit Jehova me &c. Ex quibus fit nobis conſpicuum, Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, minime acceſſiſſe ad nos vacuum, ſed omnibus divinis divitiis & dotibus ſpiritualibus exornatum: unde apud Joan. de ejus plenitudine accipere jubemur omnes, qui ne ſcintillam quidem vitæ in nobis habemus, & ad Chriſtum venire, certo perſuaſi, nos nunquam inanes ab ipſo receſſuros. Eſt enim hoc Chriſto proprium, ut Dei dona omnia in ipſum effuſa ſint, quorum nos ipſe participes faciat; quam ob cauſam etiam conſortes ipſius Pſal 45. dicimur, nempe quod omnibus bonis vacui, ea in ipſo reperiamus, quæ communicet nobis: quoniam ipſi viſum eſt nos ad ſe vocare, ut virtus ipſius in nos tanquam à capite in membra defluat. Ex ſupradictis igitur ſatis conſpicuum eſt, in verbis illis Annæ, Jehovam fines terræ judicaturum, prophetiam contineri. Nam qua ratione Deus in ſuam poteſtatem terram reduxit, niſi in perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti? ſicuti loquuntur Iſaïas, 11. cap, & Micheas, 4. Deum in adventu filii ſui revocaturum & reducturum ad ſe qui ex Juda

Eſa. 11:2.

diſperſi

Digitized by Google

… majus accipere poteſt. Contra ſi Euangelii prædicatione deſtituamur, quid aliud ſupereſt quam ut illius tyrannidi, qui mundi Princeps eſt, nempe Diabolo, ſubjiciamur? Vah, quæ & quam horrenda conditio! Quis non merito lugeat ac deploret ejusmodi hominum ſtatum, ſi Deo per verbum ſuum in nobis non regnante, Diaboli tyrannidi parere cogimur? At vero contra, quantum eſt, quantique faciendum beneficium, quantus, inquam, theſaurus, Euangelii prædicatio, qua Deus ſe Regem noſtrum profitetur, nosque in populum ſuum adſciſcit, quem ſine fine regat, foveat & tueatur? Quamobrem danda nobis opera, ne adverſus ipſius verbum recalcitremus,

nium vero filium ſuum Jeſum Chriſtum Regem ac Dominatorem ſuis fidelibus dedit, ejus bonitatem; virtutem, vires atque potentiam ita noſtris animis percipiamus, ut ſpontaneum obſequium illi exhibeamus, atque ad ejus mandata paratiſſimi ſemper ſimus, atque ſub ejus vexillis ita militemus, ut nos ab illo adverſus quoslibet hoſtium inſultus eſſe protegendos perſuaſum habeamus. Nam etſi nos mundus, tanquam omnium miſerrimos & abjectiſſimos, odit & perſequitur, ne tamen dubitemus, quin ſatis ille virium ad nos adverſus Diaboli, mundi, & aliorum inimicorum noſtrorum furores tuendos atque protegendos habeat. Atque non nobis ſolis.

HOMILIA OCTAVA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. II.

11. Et abiit Elcana in Ramatha, in domum ſuam: puer autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem Heli Sacerdotis.
12. Porro filii Heli, filii Belial, neſcientes Dominum.
13. Conſuetudo autem Sacerdotum cum populo erat ut quicunque immolaſſet victimam, veniebat puer Sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinam tridentem in manu ſua.
14. Et mittebat eam in lebetem, vel in labrum, vel in ahenum, vel in cacabum: & omne quod levabat fuſcina, tollebat Sacerdos ſibi: ſic faciebant univerſo Iſraëli venientium in Silo.
15. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer Sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem, ut coquam Sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, ſed crudam.
16. Dicebatque illi immolans, Incendatur primum juxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque deſiderat anima tua. Qui reſpondens aiebat ei, Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollam vi.
17. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebant homines ſacrificio Domini.

IN primis hic obſervanda eſt Elcanæ obedientia, filium ſuum adducentis, ac ſummi Sacerdotis cuſtodiæ tradentis, paternoque jure ſeſe quodammodo abdicantis. Scimus enim quam teneræ parentum erga liberos στοργαί: præſertim erga infantes quibuscum colludant, quos non adeo facile cuivis, alieno præſertim, permittant, ut eorum præſentia & conſpectu priventur. Verumtamen

ter rexit & tutatus eſt, quam ſi in bonos morum doctores incidiſſet, quod longe majus fuit beneficium, quam ſi aliter contigiſſet. Nam age, filios Heli Angelorum inſtar fuiſſe nobis fingamus, atque adeo ſanctimoniæ, pudoris, modeſtiæ ſpeculum, ſane Samuelis educationem futuram ſanctiorem melioremque nemo pius diffitebitur: ſed hominum induſtriæ & labori tributa laus omnis, tantundem de Dei gratia detraxiſſet. Contra vero quum in flagitioſorum, perditorum, Dei contemtorum, helluonum, ſcortatorum, denique ad omne flagitium proclivium hominum conſortio educatus, tamen impollutus à Deo conſervatur, an non ſpecialis gratiæ teſtimonium illud longe eſt excellentius atque commendabilius quam ſi melior inſtitutio ei contigiſſet? Hinc diſcamus, nobis Deo ſervire cupientibus, Diabolum multa ante oculos objecturum, quibus à propoſito dimoveamur, niſi in ſancto propoſito firmiter perſeveremus. Nihil aggredi, inquam, aut ſuſcipere unquam nos poſſe certum eſt ad Dei gloriam, quin reluctantem variaque impedimenta ſuſcitantem Diabolum experiamur. Quare diſcamus, nullis terriculis à propoſito dimoveri; ſed Elcanæ exemplum imitantes quoſcunque caſus ſuperare: atque adeo, ſi forte nos in flagitioſos & improbos homines incidere contigerit, Deo nos commendare, ut, quemadmodum Samuelem, ita & nos Spiritus ſui gratia & virtute protegat, ne unquam malis exemplis in ultimum exitium pertrahamur, noſtramque infirmitatem nos magis atque magis edoceat, ut tanto ardentius & cum majore ſollicitudine ad ipſum confugiamus. Abſit autem occaſionem hinc inde diſcurrendi, & conſortia quævis quibus ad vitia ſollicitemur frequentandi putemus oblatam: ſed potius admoneri, ut ſi forte nos incauti pro Angelis & religioſis hominibus in flagitioſos inciderimus, tum ad Deum confugiamus, atque ejus in nos gratiam & beneficentiam ſperemus, certo perſuaſi fore ut nunquam ipſe nos permittat pravis conſortiis inſici, atque in ultimum exitium pertrahi.

Cæterum quum hic *filii Heli dicuntur*, *filii Belial*, id eſt nequam & flagitioſi, ne leve quoddam illorum vitium exiſtimemus, quemadmodum nemo inter mortales ſine crimine vivit, quod nunquam eam quæ requiritur perfectionem aſſequamur: ſed potius notari quandam inſignem improbitatem, atque Dei contemtum, teneamus. Vox enim illa Belial, depravatos & inemendabiles deſignat, qui nullo pudore moverentur, nullo Dei metu retinerentur, ſed Dei & hominum contemtores pudorem omnem atque metum abjeciſſent. Non ergo tantum flagitioſos & improbos fuiſſe Heli filios, ut multos videas ad quævis vitia proclives, ſed in malitia confirmatos fron-

eſt. Quare cavendum ne in hominum facta intueamur, niſi in ea quæ bona ac juſta ſunt, ut nos ad eorum mores & doctrinam componamus. At ſi doctrinæ mores ipſorum non conveniunt neque reſpondent, nos tamen animis noſtris penitus infixum iſtud habeamus, Deum nihilominus ſincere colendum, neque propterea verbum ipſius contemnendum. Sed de his paulo poſt plura dicturi ſumus.

Sequitur, filios Heli *neſciviſſe Dominum*, quibus verbis inſignis illorum improbitas deſignatur, quod ad cumulum ſceleris & malitiæ deveniſſent. Quamdiu enim in nobis timoris Dei reliquiæ veluti ſcintillæ quædam ſuperſunt, nondum plane nudi ſumus. At ſi Dei oblivio nos ceperit, tum plane Diabolo ſubjicimur, & ab eo tanquam reprobi jactamur, & ad ejus arbitrium rapimur. Ac ſane licet maximis in ſpeciem virtutibus inſignes ſimus, niſi Dei timor præceſſerit, nihil niſi fucus erunt. Contra ſi Dei timor, quæ vera ſapientia dicitur, nobis inhæſerit, eos fructus producit, ex quibus probe agnoſcamus, nos in hunc finem conditos, ut ei, à quo formati ſumus, & à quo non modo in hac vita opes & bona, ſed maxime vitam æternam exſpectamus, cum omni modeſtia ſubjiciamur. Timor itaque Dei fons eſt ex quo hæc ſapientia & juſtitia procedit. Nam qui Dei quandam confuſam notitiam tantum habent, & ex ſuis ſenſibus de Deo judicant, ac quis qualiſve ſit & ejus virtus ignorant, ii ſane Deum nunquam, ut par eſt, neque agnoſcunt neque timent. Metu quidem, fateor, ipſos aliquo retineri, ſed ut ſincero animo ſeſe ad ejus cultum applicent fieri non poſſe dico. Deum itaque prius agnoſci quam amari & coli neceſſe eſt: atque hanc cognitionem altas in noſtris mentibus radices agere, ſuo tempore fructus reddituras. Nam quum filiorum Heli improbitatis ratio redditur, Dei ignorantia; docemur, non eo uſque improbitatis fuiſſe ipſos progreſſuros, ſi Deum agnoviſſent: atque potius in hanc cogitationem fuiſſe venturos, æquum eſſe ut Deum in omni vita ſua colerent. En ut Dei cognitio eſt inſtar animæ, ad nos in divinum cultum animandos & excitandos. Quemadmodum enim anima dat motum corpori, non aliter Dei timor vitam nobis indit qua inſtauramur atque reformamur: ſic enim nos Sancti ſui Spiritus afflatu movet, ut ad bonum opus dirigamur, teſte Paulo, in hæc verba Galatas compellente, *Gal. 5.*
Si vivimus ſpiritu, ſpiritu etiam incedamus: quaſi *verſ. 25.*
dicat, Si Dei Spiritu regeniti ſumus, reipſa id declaremus, puta operibus externis: ſecus enim ſi factum erit, ſane Dei timor exulabit: quem in toto vitæ humanæ curriculo fieri ſignis manifeſtis, puta bonis *Tit. 1.*
operibus, manifeſtum oportet. En cur Apoſtolus *verſ. 16.*
alio loco dicat, hypocritas quidem Deum profiteri ſe
ſcire,

[illegible] hodie ſupercilie excuſationem apparet iis qui ſuos Antiſtites, puta Epiſcopos, Archiepiſcopos, & reliquam hominum iſtiuſmodi colluviem, quum ad puræ doctrinæ Evangelicæ fontes revocantur, opponunt, à quibus quum regantur, & ſanctæ matris Eccleſiæ columnæ habeantur, ab iiſdem Deo reddendam eſſe ſuarum animarum rationem, & penes ipſos curam hanc eſſe oportere, dicunt. Sane reddenda olim ipſis erit animarum ratio:
Ezech. 24. vera enim eſt illa apud Prophetam comminatio,
verſ. 10. Deum animas ex manibus ipſorum repetiturum. An vero propterea ſponte perire volentibus & cæcutientibus, atque adverſus ſalutis ſplendorem nitentibus, locus erit ullus excuſationi reliquus, quandoquidem tetro cœni ſui volutabro delectantur? Et de his quidem hactenus: ſequentia vero diligenter obſervanda, atque illud in primis, quod dicuntur *Sacerdotes habuiſſe fuſcinulam tridentem in manu ſua, & miſiſſe in ahenum, atque ſibi ſuſtuliſſe quod fuſcina levabant*, qui maximus abuſus ſui muneris fuit. Nam ſecus erat Dei lege conſtitutum, à cujus præſcripto quam longe recedant conſpicuum. Et ita fit ipſorum peccatum gravius, quod nullo ignorantiæ prætextu tegi queat, quum Deus partes Sacerdotibus proprias attribuiſſet: atque vel ipſis infantibus notæ eſſent Sacer-
Levit. 7. dotibus partes ab ipſo Deo aſſignatæ. Namque Dei
verſ. 31. mandato dexter humerus, tum etiam pectus, ipſis cedebant. Hoc vero niſi diſerte fuiſſet expreſſum, ſpecioſa quadam excuſatione niti viſi eſſent. Verum quum Deus ipſe partes ipſis ceſſuras ex ſacrificiis expreſſerit, quicquid præterea fuſcina trahebant, merito dicebantur rapere præter officium atque contra Dei mandatum. Itaque in ahenum fuſcinam injicientes, opimas quaſque partes attrahebant, atque ſurripiebant: ſed fœdius iſtud & gravius, quod antequam, ſecundum Legis præſcriptum, adeps adoleretur, crudarum carnium portionem Sacerdotis miniſtri poſtulabant. Atqui reſponſabant ſacrificia offerentes prius adolendum adipem ſupra altare quam illis quidquam cederet; quod certiſſimum teſtimonium erat, omnia Deo conſecrata, ac proinde ante omnia adipem coram Deo adolendum: neque propterea tamen ſacrificia ceſſabant, licet magnus abuſus ipſorum eſſet. At quantum hoc flagitium? Mortalemne hominem eo uſque ſuperbiæ devenire, ut adverſus ſuum Creatorem pellere? ſic fere ſolent flagitioſi homines, in aliquem dignitatis gradum evecti, Dei nomen jactitare, quod ludibrio tamen habent. Hoc fit maxime conſpicuum in illa Papiſtica Synagoga, in qua nihil niſi ſacroſanctam Majeſtatem Dei ſplendere dixeris, nihil niſi ſacrum atque religioſum, ut miſeri ac ſimplices homines in admirationem rapiantur. At ſi vitam, ſi mores iſtorum inſpexeris, nonne merito dixeris omnem religionem ipſos atque ſanctimoniam ejuraſſe, atque penitus extinctam atque abolitam velle? Nos vero, quo major iſtorum furor atque inſania fuerit, in Dei donis contemnendis & pedibus conculcandis, eo diligentius caveamus ne à fide vel tantillum dimoveamur: neque enim hujus tantum illa ſunt temporis, ſed omnium ſeculorum exempla. Neque enim unquam Diabolus conquievit quin prædam aliquam inter homines venaretur, cujus in nobis decipiendis, invadendis ac degluticndis, hæ ſunt artes uſitatiſſimæ. At fortiter obſiſtendum, atque omni cura & labore efficiendum ne hominum improbitate à verbi divini ſtudio avertamur: neve nos illius capiat ullum faſtidium, quod ſacroſanctum atque inviolatum ſemper eſſe apud nos oportet. Porro maximus & intolerandus in iſtis Sacerdotibus divinæ Majeſtatis contemtus, hic nobis obſervandus, in eo quod crudas carnes vi rapuiſſe dicuntur, niſi petentibus ſponte à plebe ſacrificante darentur. Ergone in ipſo templo, velut in ſpelunca, ſoli locus eſt violentiæ? Notanda enim circumſtantia reſponſi eorum qui ſacrificia offerebant: neque enim de iſtis quod plus quam ex præſcripto par ſit auferant, ſed patienter injuriam tolerant, his verbis, *Incenſo adipe tolle tibi quantum deſiderat anima tua.* En quam patienter illatam injuriam ſibi ferant, quos Deo rite ſacrificandi religio tenebat. Sacerdotes enim iſtos ſatis animadvertunt rem ſacram vi rapere, & nihilominus ab honorandi Dei zelo & ſtudio minime dimoventur. Tanto itaque inſignior eſt miſerorum iſtorum hominum pietas & religio, quo in Sacerdotibus major eſt impietas, & omnis divini atque humani juris magis profana violatio. Illi enim patienter injuriam ferunt, hi ad malitiæ cumulum, Dei cultu neglecto, deveniunt. An non enim ſua Sacerdotibus, ipſius Dei mandato & præſcripto, propria portio erat aſſignata? Sane, ſed in eum finem, ut Deum in Sanctua-

per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quem illa ſigna repræſentabant. Verum iſta Sacerdotes ne hili quidem faciebant, modo ferveret olla, & carnium copiam torridarum & elixarum obtinerent. Hinc itaque conſpicuum, illos frontem perfricuiſſe adverſus Dominum, & contumaciſſimos fuiſſe, atque à Domino Satanæ emancipatos, ut deinceps amplius audituri ſumus.

Denique ab iſtis admiſſorum peccatorum gravitas notatur his verbis, quod *ſacrificia Domini viluerint & parvi facta ſint.* Grave ſane in ſe fuit, ut diximus, peccatum, ſed à Spiritu Sancto hic gravius fit, quum propterea populus faſtidiiſſe ſacrificia, & Sanctuarium contemſiſſe, & in Dei cultu remiſſior factus, dicitur. Superius vero diximus oportuiſſe hunc populum Dei gratia & favore confirmari in ipſius cultu, quod quum pietati & religioni ſtudentibus multa in Sanctuario ipſo ſeſe quotidie offerrent offendicula, quibus à ſancto propoſito deterrerentur, nihilominus tamen in officio ſeſe continuiſſent: tandem vero faſtidium illos cepiſſe nunc audimus. Quod à nobis eſt diligenter obſervandum; nam docemur hoc exemplo, nos, licet unam aut alteram tentationem ſuperaverimus, tamen niſi Dei ipſius manu ſuſtineamur, tandem nutaturos, imo & prorſus ab officio defecturos. Quamobrem eam perſeverantiæ atque conſtantiæ vim eſſe ſciamus, ut precibus efflagitanda ſit à Domino, quo cœptum in nobis opus perficiat, & ad finem uſque nos conſtanter deducat, ne ad diem aut ad annum unum aut alterum, ſed in omnem vitam in curſu cœpto fœliciter pergamus: futuris alioqui nobis ſimilibus iſtis qui licet de ſuo jure cedere parati fuiſſent, & quaslibet injurias patienter propter Dei cultum tolerare, tamen ubi nullum eſſe finem malorum iſtorum vident, animum abjiciunt, atque non tantum in officio faciendo remiſſiores fiunt, ſed in ſacrificiorum & ſanctuarii contemtum veniunt. Atqui non ideo tamen apud Deum excuſabiles: neque enim Deo quicquam, furentibus licet hominibus, detrahendum. Sed maxima eſt omnium hominum ſeculis omnibus imbecillitas: atque ideo Dei gratiam implorare jubemur, ſurgentibus ſcandalis & offendiculis, ne à recta via unquam aberremus, religionemque abjiciamus.

Quod porro *grande hoc peccatum coram Domino* dicitur, eos admonet per quos ſcandala eveniunt, Deo rationem olim eſſe factorum reddituros, atque horrendam ipſos vindictam manere, ad cujus vel leviſſimam cogitationem totos ipſos horrere neceſſe ſit, niſi ſenſus omnis expertes fuerint. Certiſſima enim illa
Matth. 18:7. eſt Domini ipſius ſententia, Væ homini illi per quem offendiculum evenit: præſtiterit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris. Quis ad hanc ipſius futuri Judicis ſen-boant, & frequentibus miſſarum demurmurationibus, ac pro mortuis orationibus remugiunt: denique cerimoniarum ac rituum nullus finis. Verum licet miſera plebs iſtiuſmodi miſſificationes frequentet, atque fidei formulam quandam retinere videtur, ludicra tamen iſta exiſtimat, & faſtidit, ideoque Dei cultus curam omnem abjicit. At vero nos decet eo majore ſtudio debitum honorem Deo reddere, quo major eſt hominum in rebus à Deo ſanctificatis profanandis improbitas: neque animum deſpondere aut abjicere: ſed ſacroſanctam Dei Majeſtatem magis ac magis venerari, ac religioſum ejus cultum ſartum tectum retinere. Sed decet in primis Doctores ac Paſtores, quibus alios erudiendi cura incumbit, hanc doctrinam meditari, & cavere ne cathedra veritatis ſua ulla culpa veniat in hominum contemtum, neve Dei cultus negligatur: aut Sacramenta ſuis facinoribus & improba vita vileſcant, aut non ſatis fideliter adminiſtrentur. Neque enim fieri poteſt, quin miſera plebs, quantumvis rudis & ignara, flagitioſam iſtorum vitam intuens, & ab iiſdem adminiſtrata Sacramenta percipiens, paulatim eadem contemnat, aut ſaltem non debita reverentia & honore colat. Quare quos Deus hoc honore dignatus eſt, ut verbi ſui diſpenſatores fecerit, oportet diligenter cavere ne ſua culpa Dei verbum ac Chriſtiana Religio veniat in contemtum, quod Deo ſint olim ſuæ adminiſtrationis rationem redditturi. Quamquam vero propria iſta ſunt eorum quibus verbi divini adminiſtratio commiſſa eſt, ad ſingulos tamen eorum quibus Deus verbum ſuum patefecit, etiam minimos, ſpectant. Sancte enim atque religioſe nos vivere oportet, ut licet improborum atque flagitioſorum hominum improbis moribus pellecti, nunquam tamen à recto, nunquam ab officio dimoveamur. Deus enim nos honore maximo dignatur, quod ſancte viventes doctrinam Servatoris noſtri Dei ornamus, quemadmodum Apoſtolus ipſe docet. Tit. 2.
Contra vero certiſſimum eſt, iis qui Chriſtianiſ- verſ. 10.
mum profitentur, filiorumque Dei nomine gloriantur, flagitioſe viventibus ſalutis doctrinam infamari, atque nota quadam pollui atque profanari. Ac vitio quidem hominum id fieri Spiritus Sanctus teſtatur, at quis Dei Majeſtatem hominum malitia & peccatis obſcurari, vel etiam lædi, æquo animo ferat? Neque vero æquum eſt, ideo quod homines ad vitia proclives ſunt, doctrinam, quæ recti & honeſti regula eſt, male audire: atqui hominum malitia id evenire plerumque conſpicimus; atque nimium, proh dolor! propter quorundam improbitatem, ſanam doctrinam, vel parvi, vel nihili fieri, experimur. Verum tantò majore cura & ſtudio nobis eſt in hoc incumbendum, ut coram hominibus ſic ambulemus, ne quam divinarum rerum parvi faciendarum, puta vel divini

verbi,

Digitized by Google

glorificetur, & in æternum benedicatur. Denique quum Heli filios ipſius Spiritus Sancti judicio hic condemnari conſpicimus, quanti à Deo fiant ſanctæ oblationes diſcamus: ac proinde magis ac magis ad noſtræ vocationis & officii munia perficienda excitemur: nam, Euangelii prædicationem eſſe ſacrificii inſtar coram Deo ſciendum eſt. Atque ita ſe Paulus ad Rom. 15. capite Sacerdotem oſtendit, per Euangelii prædicationem, ut Deo grata ſit oblatio Gentium. Nos ergo ejuſmodi ſacrificia Deo libentes offeramus, quos ſibi verbo ſuo dedicavit; atque ſcia- [...] accidant, aut rerum in hoc mundo quævis perturbatio, ipſis licet, quibus docendi nos cura demandata eſt, peſſimo exemplo præeuntibus, vitam inordinatam degentibus, & Bacchanalia dum Curios ſimulant viventibus, ab officio deterreamur, ſed verbi ipſius ſacroſancti virtute ſemper ad debitum illi honorem & obſequium præſtandum parati ſimus. Nos de[...]ique ſic regat, ut ad extremum uſque vitæ noſtræ halitum reipſa vocationem noſtram non inutilem aut inefficacem fuiſſe, nec fruſtra nos ipſi in ſacrificium oblatos, notum faciamus

HOMILIA NONA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. II.

18. At Schemuel miniſtrabat in conſpectu Jehovæ: puer cinctus amiculo lineo.
19. Tunicam autem parvam faciebat ei mater ejus, quam adferebat ei annuatim: quum aſcenderet cum viro ſuo ad ſacrificandum ſacrificium anniverſarium.
20. Benedixerat autem Eli Elcanæ & uxori ejus, dicendo, Reponat tibi Jehova ſemen ex muliere hac, pro reſtitutione ejus quem petierat à Jehova: quum abirent in locum ſuum.
21. Quumque viſitaret Jehova Annam, concipiens peperit tres filios & duas filias: dum puer Schemuel creſceret apud Jehovam.
22. Heli autem ſenex erat valde: qui audiens quæcunque faciebant filii ſui toti Iſraëli, & ut concumbebant cum mulieribus quæ turmatim conveniebant ad portam tentorii conventus?
23. Dicebat eis, Quare facitis res hujuſmodi? ut ego audiam ſermones hos malos de vobis ab ipſo toto populo.
24. Nequaquam, filii mei: non enim bona eſt iſta fama quam ego audio, vos avertere populum Jehovæ.
25. Si peccaverit ullus in alterum, judicabit eum magiſtratus: ſed ſi in Jehovam ullus peccat, quis oret illum? Non tamen auſcultarunt voci patris ſui: quia volebat Jehova morte afficere eos.

HIc conſideranda nobis proponitur benedictio & vocatio ad quam Samuel à Deo vocatus eſt, ſummi Sacerdotis Heli domum & filios ejus, quos in hac dignitate ſacerdotali ſucceſſores eſſe patris decuerat, reprobante atque rejiciente. Primum autem dicitur Samuel Deo miniſtraſſe amiculo vel Ephod lineo amictus: fuit autem iſtud amiculum non abſimile humerali quo nunc

omni macula immunem fore. Quod impletum ultimis eſt temporibus in Filii ipſius Dei Domini noſtri perſona, qui omni labe & macula vacuus, totus in ſeſe ſanctus atque perfectus fuit. Quamobrem veteres iſtiuſmodi figuras & umbras hodie ſine præcepto revocantes, quid aliud quam Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum abjiciunt? Cæterum illo ſeculo præſcriptos à Deo ritus & ordinem diligenter oportuit obſervari. Et idcirco adhuc puer Samuel Ephod lineum geſtaſſe dicitur. Quibus verbis innuitur, illum Deo & ejus miniſterio jam tum à parentibus dicatum, quum Heli oblatus eſt.

Porro *Heli Elcanæ & Annæ benedixiſſe deinceps dicitur, precatus illis aliam præter Schemuelem ſobolem.* Vox, qua utitur Heli, reciprocationem notat, nam & petere & dare ſignificat. Quare bene congruent iſta inter ſe, ſi Deum precatus dicatur Heli ut pro Samuele, quem Dei miniſterio parentes dicarant, ipſis aliam ſobolem reſtitueret, quod precibus ipſum prius impetraſſent. Nam ſuperius precibus Annæ datum Samuelem audivimus, ſed ejuſdem voto Deo in omnem ejus vitam datum atque dicatum. Mutuum igitur donum, Dei quidem ad preces eorum annuentis, ac filium hunc ipſis largientis: horum vero, qui ſuam gratitudinem pro accepto infante teſtaturi, eundem Deo, à quo acceperant, conſecrant, ſeque paterno & materno jure ſponte ad Dei gloriam abdicant. Quamobrem Heli Deum rogat, Elcanæ & uxori benedicens, ut pro Samuele prolem aliam ipſis reſtituat. Nec irritæ ſunt preces: dicitur enim deinceps Anna ex marito tres filios & duas filias ſuſcepiſſe, licet multos annos fuiſſet ſterilis; quam ſane nunquam auſa eſſet fœcunditatem ſperare, donec ipſo duce Sancto Spiritu animum ad preces pro impetranda ſobole applicuit. Porro *benedicendi* vox in ſacris omnes quidem in ſe preces in genere complectitur quibus à Deo res proſperas expetimus: ſed ſacerdotalis benedictionis ſpecialis quædam ratio fuit. Neque enim preces illius cum cujuslibet è plebe precibus comparandæ, quum expreſſa promiſſione fultus medius inter Deum & homines eſſet, atque teſtis divinæ benedictionis ſuum effectum revera ſorlituræ. Perſpicuum id ex pluribus Scripturæ locis, in quibus de officio & munere ſacerdotali agitur, ubi nominatim dicuntur electi ad populum benedicendum. Sic Numerorum cap. 16. verſ. 23. poſtquam Deus Moſi & Aaroni leges & ſtatuta præſcripſit, quibus ſe à populo coli voluit, addit, Populo meo benedicetis, & erit benedictus. Quorum verborum hic eſt ſenſus, Benedictionem, qua populo benedicetis, ratam habebo. Neque vero Deum adſtrictum fuiſſe Sacerdotibus hac promiſſione nobis perſuadendum, ſed potius ſuis miniſterium laudaſſe, ac ſecundaſſe, ut in Dei cultu & miniſterio inſtitueretur & formaretur. Nam etſi prius dictus ſit Deo miniſtraſſe, & in ejus conſpectu; de inſtitutione in Dei cultu & miniſterio eſt intelligendum, & futuri temporis rationem habet. Juvenis iſte in locum eorum qui tanti muneris honore ſeſe indignos reddebant ſucceſſor ſufficiendus deſignabatur. Nam deinceps Heli dicetur ætatis provectæ fuiſſe, ſuorumque filiorum flagitia reſciviſſe: nam ante dictum eſt, ipſos fraudibus, rapinis indulſiſſe, Deo dicatas carnes vi ex offerentium manibus rapuiſſe, imo ex ipſo aheno, latronum inſtar, extraxiſſe, ut Dei ſacerdotium in populi contemtum venerit. Gravius crimen acceſſerat, violato Sanctuario, ſtuproque fœminis quæ Domino ſacrificia offerre parabant illato. Vox enim, qua uſus eſt auctor, cogere ſignificat nonnunquam, & de quolibet, ſive bellico, ſive alio quovis miniſterio dicitur. Porro ſua peculiaria fœminis fuiſſe ſacrificia, puta puerperis, ſatis ex Lege notum eſt: ſed & in uſu erat, ut piæ quædam fœminæ ad oſtium tentorii conventus cum precibus excubarent. Quemadmodum enim Levitæ ſortiebantur inter ſe noctis vigilias, ne vacuum unquam Dei tabernaculum reperiretur: ſic & mulieres quædam, Deum precaturæ, vigilabant; quod ex ſacræ ſcripturæ locis nonnullis eſt conſpicuum. Quo gravius fuit Heli filiorum flagitium, quos quum iſtis mulieribus exemplo ſanctimoniæ pietatiſque præire deceret in precibus ad Deum fundendis, ne ſe fruſtra excubias egiſſe in Sanctuario arbitrarentur, ſed potius ſe faciliorem viam nactas ſcirent qua curis omnibus & ſollicitudine vacuæ Dei cultui purius vacarent, quos quum eaſdem ſana Legis doctrina erigere & confirmare deceret, tamen non puduit ſtuprum iiſdem inferre. O ſcelus, ô immane flagitium atque deteſtandum! Atque illos quidem Heli dicitur objurgaſſe, & in vulgus flagitium ipſorum evulgatum eſſe declaraſſe: longeque aliter faciendum ipſis dictitaſſe. Denique addidiſſe Heli hæc verba memoratur, *Si peccaverit vir in virum, placari ei poteſt Deus:* vel, *judicabit illum judex.* Vox enim Hebræa tam de Deo quam de Judicibus & Gubernatoribus explicari poteſt, qui Dei Legati multoties in Scripturis nuncupantur. Et altera item vox Hebræa nonnunquam pro Judicare, nonnunquam pro Precari uſurpatur: ut vel hic horum verborum eſſe poſſit ſenſus, Judicabit judex, ſi quis injuriam alteri intulerit: quaſi dicat, Controvertunt quidem inter ſeſe homines de mutuis injuriis, ſed judex tandem de controverſiis fert ſententiam. Vel hic, ſi precandi ſignificationem retineamus: Siquis proximum injuriis aut contumeliis affecerit, poſſe Judices ſuppliciter deprecari, qui de pœna remit-

Digitized by Google

[illegible] curam, qualem eum decebat, non geſſerit. Quinam enim, obſecro, factum ut domus ejus in ſpeluncam latronum, & in profanum ac fœdum luſtrum verſa ſit, in quo Dei Majeſtas graviſſime læ-datur, conſciis omnibus, ſolo vero Heli ignorante? Quare minime dubium quin Spiritus Sanctus negligentiam ejus ſupinam hic redarguat, neque id immerito. Nam ſuæ quemque familiæ patrem oportere curam habere, ratio ipſa dictat, & ipſe Deus efflagitat. Quare ſingulos in familia ſibi commiſſa curam incumbere neceſſe eſt, ac Deo ſibi rationem de commiſſa familia reddendam ſcire: patribus puta, de liberis; dominis ac heris, de famulis: namque Deus ita liberos ac famulos patribus aut heris permittit, ut jus ſuum nihilominus in eoſdem ſartum tectumque velit: quare ſiquam dignitatem adepti ſunt, aut ſiquam poteſtatem, ſic eam tuentor nequid de debito Deo honore decedat. Quæ quum ſingulis patribus familias cura incumbat, quantam eorum eſſe dicemus oportere quos Deus ad populorum evexit gubernacula, in vitiis populi corrigendis & comprimendis? Idcirco Paulus de Paſtorum differens electione, qui Eccleſiæ bene præſint, inter alias virtutes has enumerat, ut domui ſuæ bene præſint, ut liberos in ſubjectione cum omni honeſtate contineant. Nam, ait, ſiquis propriæ domui præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiam Dei curabit?

1 Tim. 3. verſ. 5.

En vero qualis hic Heli, quem, quum & Sacerdos eſſet, & Filii Dei imaginem referret, tanquam Dei Legatum oportebat in omnibus controverſiis & rebus dubiis reſponſa dare, qualis, inquam, pater familias, quam diligens, quam ſeverus, cujus filii eo impudentiæ, eo profligatæ vitæ devenerunt, ut ſint vulgi fabula, ſit tamen ipſe ſolus neſcius eorum quæ domi à filiis profligatis geruntur? Etenim non ab uno vel altero de flagitioſa ipſorum vita certior factus dicitur, ſed ab univerſo Iſraële: quin & ipſe ſeipſum judicat, quum ait, non unum aut alterum de ipſis, ſed & infimæ ex plebe & ſummæ dignitatis viros queri: atque ideo non paucos, ſed univerſam plebem ſacra contemnere, Religionem apud omnes vileſcere, ſacroſanctum Domini ſacerdotium contemtum jacere, ſibique ad quælibet flagitia ſingulos habenas laxare. Hinc itaque diſcunto quos familiis Deus præfecit, in hanc diligenter curam incumbere, ut religionis, pacis ac Dei timoris ſtudium in iis vigeat, ſinguli certatim diligentem navemus operam, in ſceleribus & flagitiis coërcendis, caveamus diligenter ne ad vel minimum flagitium cæcutiamus, ſed initiis ipſis mature occurramus: lapſos ipſos etiam erigamus: ne, hypocritarum inſtar, pulchre nos officio defunctos arbitremur, ſi de his aut illis ſententiam tulerimus, aut in hunc aut illum animadverterimus: ſed, ſive in nobis, ſive in aliis, vitium aut peccatum hæſerit, emendemus. Porro prima fronte intuenti Heli increpationem, non male functus officio videatur, ita liberos corripiens. Nam auctores illos eſſe populo violandæ Legis Domini criminatur: Auctorem enim offendiculi, reum eſſe omnium quæ ſua culpa fiunt ab aliis peccatorum, extra dubium eſt. Idcirco Dominus noſter Jeſus Chriſtus graves ei pœnas denunciat, qui reliquis offendiculo fuerit, quum ait, Quiſquis offenderit aliquem ex parvis iſtis qui in me credunt, præſtiterit ei ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris.

Matth. 18: 6.

Næ homini illi ſatius foret, nunquam naſci. Quamobrem increpantem Heli ſuos liberos tam duris verbis, quis merito quaſi parum officii memorem reprehendat? At increpaſſe non ſufficiebat. Quam multos enim videas duris quidem & aſperis verbis malefacta reprehendere, quæ tamen impunita relinquant, ut illa potius adulatio ſit quam increpatio? Nam ad hujuſmodi increpationes flagitioſi homines obduruerunt: & ſæpe Judicibus videas cum iſtiuſmodi hominibus pulchre convenire: quos tamen palam tueri non audeant, ſed accerſitos durius increpent, ne forte & ipſi in aliorum reprehenſionem veniant. An non, inquient, ſumme flagitioſus es, & ſceleratus? quid te futurum miſero, ſi flagitium innoteſcat? Apage hinc. En quibus ſæpe increpationibus multi Judices improbos terreant, quas ſane potius malorum illecebras, quam correctiones merito dixeris, quum impune ſe ſua flagitia laturos improbi ſperent. Quamobrem minime videri novum debet, ſi nullum excuſationi locum Heli datum videmus, non correptis & coërcitis ſuis liberis, & ſi Deus perpetuo ipſum dedecore affecit. An enim, obſecro, tantum illos increpare, ac non potius corripere, cædere, exauctorare, & à ſacroſancto tabernaculo flagitioſos depellere debemus? Siccine Dei Sanctuarium pollui, & tanta notari infamia ferre Sacer-

dos

expertes eſſe vos humanitatis velim, ut non agnoſcam etiam manſuetudine & comitate ducendos: ſed tamen quum juvenilis ætas ad malum quodlibet propenſiſſima ſit, manſuetudinem ſeveritate aliqua moneo, prout tempus & res ipſa poſtulaverit, eſſe temperandam. Scimus enim, in hac ætate fervere cupiditates, quas non niſi metu poſſe cohiberi & frenari certum eſt. In primis autem qui ad rerum gubernacula ſedent animadvertunto, nequid per ſuam negligentiam peccetur: neve, quemadmodum Heli fecit, ludo flagitiorum impunitatem ducant: ſed contra gravibus ſuppliciis meritos coërcento, ſi Deo ſe ſuumque cultum gratos acceptoſque, & ſuo munere ſe pulchre defunctos cunctis teſtatum facere volunt. Sed non leviter prætereundum, quod Heli filii ſcortati dicuntur cum mulieribus iis, quæ ad tabernaculum ſacrificia oblaturæ, ſuoque cultu pietatem ſuam teſtaturæ, veniebant. Hinc enim diſcendum, unum flagitium alterum ſecum trahere, & mala malis ſemper augeri, nullumque modum retineri, quum quis ſuæ libidini ſemel habenas laxavit, donec in ſenſum reprobum conjectus in ultimum exitium ruat. En quam horrenda ſit in contumaces, atque rebelles, ſummi numinis vindicta, ut nos Diabolo noſtriſque cupiditatibus ad libidinem rapiendos permittat. Initio quidem levitate quadam peccaſſe videbimur: ſed ubi perrexerimus, tum quidlibet nobis licere, tanquam in peccati poſſeſſionem miſſi, arbitrabimur; neque quodcunque facinus atque flagitium admittere formidabimus, aut religioni ducemus. Quid Dominus interea juſtus flagitiorum vindex? Næ tam effreni mortalium licentia indignatus ut ſua mandata ſponte floccifaciant, & veluti pedibus proculcent, merito ſua benevolentia indignos abjicit, Spiritum ſuum adimit, in reprobum ſenſum injicit, excæcat & indurat: quos tandem ſic abjectos & induratos Diabolus ad libidinem ſuam movet, & ad quævis ſcelera impellit, ut iiſdem tandem in æternum ex animi ſententia potiatur. Iſtis igitur gradibus Heli filios ad flagitiorum cumulum veniſſe conſpicimus: furta, rapinas exercuerunt, tandemque in ſcortationem fœdiſſimam ruerunt. Neque enim tantum uxores vicinorum ſollicitaſſe aut corrupiſſe dicuntur, ſed eas nominatim quæ Deum veneraturæ, & illi ſacrificaturæ, tanquam extra mundum collocatæ veniebant. Nam etſi quemvis domi colere venerarique ſincere Deum oportuit, tamen ex Dei præſcripto veniebant ad Sanctuarium frequentes fideles, ut quaſi rerum terreſtrium omni cura & ſollicitudine vacui, Deo ſoli puras ex animo preces funderent. Conveniebant ergo piæ quædam ad Sanctuarium mulieres, tanquam mundo renunciaturæ, ſeſeque ad tempus etiam à propriis maritis ſeparaturæ, quod fidelibus Paulus non-

deret tanta) ut haram potius porcorum, quam aram repræſentaret? Quis vero non totus ad iſta fremat & cohorreſcat, ut quum nullus alius in toto terrarum orbe locus Deo ſacer eſſet, quam ille quem ipſe ſibi apud Iſraelitas elegerat, illum tamen iſti tantopere neglexerint, ut tanto dedecore affici paſſi ſint? Quamobrem diligenter nobis cavendum, ne hic nimium nobis indulgeamus, ſed potius ut nos attentius exploremus, & in facta noſtra inquiramus, proſpiciendum: ac proinde quum in Eccleſiam multæ corruptelæ irrepſerint, Dei judicio & ſeveriore vindicta factum ſciamus, ut paulatim à via recta incauti fideles deflectentes, tandem etiam prorſus aberrarint. Ac ſane quis non videt quam horrenda confuſio & deſolatio Papatum invaſerit? Quouſque flagitiorum qui ſe Apoſtolorum ſucceſſores prædicant devenerunt? Quibus hodie ſunt elogiis inſignes? Nempe mendaces ſunt, ſcortatores, adulteri, raptores, homicidæ, parricidæ; quid non denique? Ac proculdubio, ut uno verbo rem totam complectar, nihil niſi abominatio ſunt: quorum tanta eſt in omne ſcelus & flagitium licentia, ut eam non ſi mihi centum linguæ eſſent, oraque centum, verbis exprimere queam. Quoniam autem ab iis ortum malum eſt, quos aliis exemplo præire pietatis omnis oportuerat, de nobis ſerio cogitemus, Deumque precemur, uti nos Sancto ſuo Spiritu regat, atque affectus noſtros ita cohibeat ne in iſtiuſmodi flagitia & horrenda facinora præcipites ruamus. Danda interim opera, ut, licet graſſantibus iſtiuſmodi in Eccleſia flagitiis, nihilominus à vero Dei cultu nunquam deflectamus, neque ab ejus ſincero timore deficiamus. Neque enim quum hic dicitur averſus populus à Dei timore, in juſtificationem ejus aut excuſationem aliquam dicitur, ſed ad filiorum Heli nequitiam augendam & magis magiſque deteſtandam. Nobis igitur, ſi forte conſpexerimus, eos, quibus docendi populum cura commiſſa eſt, ſuis indulgere cupiditatibus, ſic ut eorum exemplo ad quævis flagitia poſſimus allici, & eo nequitiæ pertrahi, ut Deum offendere non ſit nobis amplius religioni, (nam facile peſſimis exemplis allicimur, præſertim vero eorum qui rebus præſunt, ad quorum mores facile noſtros componimus,) quod pro vitæ ſanctimonia & pio inſtituto, nihil niſi flagitia & omnis generis impietatis præ ſe ferant, ut à Deo deflectendi videatur oblata occaſio, tanto magis eſt viribus omnibus enitendum, ne in mortalem ullum oculos injiciamus, ſed in Deum toti ex animo feramur, ut ſuum illi honorem ſartum tectum tueamur, & ab illo ſolo pendeamus. Et hoc quidem ex filiorum Heli exemplo diſcendum eſt, quum Dei populum avertiſſe dicuntur, id eſt ſuo exemplo in tantam peccandi licentiam induxiſſe, ut ſibi quidvis licere arbitraren-

Digitized by Google

[illegible] ſed peccanti in Deum, nullum adeſſe patronum. Quis enim adverſus Deum jure experiri velit, aut eidem ſeſe opponere auſit? Et quidem ante docuimus, injuria proximos afficientes in ipſum Deum eſſe contumelioſos: ſed & iſtud nobis etiam obſervandum, ita de peccatis judicandum, ut nullum à nobis admitti poſſe ſciamus quo non Deus offendatur: quandoquidem eo inter ſe nexu Dei mandata vinciuntur, ut qui adverſus unum deliquerit, & omnium merito reus ſit. Sic idem Deus, qui nomen ſuum in vanum capi vetat, etiam ſcortari, prædari, furari prohibet. Et in hunc ſenſum Jacobus dicit, Quiſquis totam Legem ſervaverit, offenderit autem in uno, omnibus eum teneri. Quibus ſane verbis nequaquam peccatorum æqualitatem à Jacobo doceri arbitrandum eſt; ſed huc nos ab eo deduci, ut ſerio cogitemus, quælibet peccata tandem eodem impietatis devenire, eandemque omnium peccatorum formam eſſe. Sic multos, exempli gratia, videas minime quidem ſponte alteri injuriam illaturos, ſed libenter quidem ſcortaturos. Sic denique non pauci ſuis vitiis indulgentiores in ea magis ac magis immergerentur. Maxima enim pars mortalium veluti diviſum cum numine vellet imperium habere: ut, qualicunque cultu ſui numinis Deus contentus, illos etiam ſuis cupiditatibus permitteret. At quod ante docuimus, & ex Jacobo modo didicimus, nequaquam ſeparanda ſunt quæ Deus conjunxit: ſed ſincere Deus in utraque Legis tabula colendus. Diſcrimen aliquod tamen eſſe peccatorum agnoſcimus: alia enim præcepta ſunt primæ tabulæ, alia ſecundæ, ac proinde etiam alia peccata in primæ tabulæ præcepta, alia in ſecundæ. Nam primæ Legis divinæ tabulæ præceptis Deus nos, quomodo venerari ac colere ipſum debita reverentia quemque par ſit, fiduciam omnem in ipſo collocando, docet: ne in vanum ipſius nomen aſſumatur prohibet: nos denique omne ſtudium, curam ac ſollicitudinem in eo colendo & omni obſequio venerando conferre docet. Et hæc quidem ſumma divinæ Legis præceptorum eſt: quæ ſiquis tranſgreditur, in Deum ipſum velut ex animi ſententia inſurgere, gloriamque ipſius oppugnare cenſendus eſt. Quod ad ſecundæ tabulæ præcepta, Deum quidem illorum violatione offendi minime dubitandum: ſiquis enim vel ſcortatur, vel furto, vel vi, vel faciat, quum ſit naturale. Verum, inquit Apoſtolus, cavete nequis inanibus ſermonibus, & iſtis illecebris animos veſtros pelliciat, & à recta Dei mandatorum ſemita vos ſeducat, propter illa ſiquidem peccata venit ira Dei in homines contumaces. Atque ut uno verbo rem totam complectar, hanc animis noſtris hærere cogitationem par eſt, ſatius & conducibilius homini fore nunquam natum eſſe, vel in profundiſſimam abyſſum immerſum, quam Deum, quacunque tandem ratione, offendere. Nam ipſius obedientiam longe pluris quam ipſam vitam noſtram faciendam eſſe certum eſt. Neque propterea tamen efficitur ut non ſit peccatum aliud alio majus & gravius. Quis enim non merito judicaverit, gravius eum peccare, qui fratrem germanum fraude circumvenerit, quam qui ignotum ac peregrinum? Quanto igitur majora & graviora peccata, quibus ipſa Dei Majeſtas ſponte & directe ac immediate petitur, ſunt exiſtimanda? Sic, exempli gratia, ſiquis proximo facit injuriam, is & in Deum injurius eſt: at ſi in Deum ipſum blaſphemus eſt, ſi adverſus ipſum obmurmurat, ſi ſævitiæ aut crudelitatis incuſat, ſi de ipſius operibus, ſi de verbo, & virtute detrahit; ecquis auſit inficiari, longe gravius & immanius eſſe flagitium adverſus ſummam Dei Majeſtatem admiſſum, qui ſolo nutu cœlum ac terras concutere poteſt, quam adverſus mortalem homuncionem, qui coram Dei Majeſtate ne lumbricis quidem humi reptantibus major eſt? Atque hæc verborum Heli vis eſt hoc loco. Quare peccatorum iſtud obſervandum diſcrimen, nempe alia quidem majora, Deum immediate reſpicientia, alia minora, quod in homines ferantur, verumtamen ita ut in Deum ipſum offenſa redundet. Sic furtum dicimus, quum vi aliquid ex bonis & facultatibus hominum invitis illis aut neſcientibus avertitur, grave ſane peccatum: at quum Dei ipſius Majeſtas læditur, quum de gloria ipſius detrahitur, quale quantumque eſt flagitium? Non furtum ſane ſimplex, ſed intolerandum ſacrilegium. Quare ſic nobis in Domini timore ambulandum eſt, ut ſemper ante oculos Majeſtas ejus obverſetur: & ab iis abhorreamus quibus ad defectionem ab ipſius cultus & venerationis puritate ac ſinceritate ſollicitamur. Atque adeo, ſiquando nos tentari contigerit, ac quodammodo incautos à concupiſcentiis abripi,

naturæ

Digitized by Google

SAMUELIS.

CAP. II.

25. Et non audierunt vocem patris ſui: quia voluit Dominus occidere eos.
26. Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Deo quam homi-
nibus.
27. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Numquid non
aperte revelatus ſum domui patris tui, quum eſſent in Ægypto in domo Pharaonis?
28. Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſraël mihi Sacerdotem, ut aſcenderet ad al-
tare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret Ephod coram me: & dedi domui pa-
tris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſraël.
29. Quare calce abjeciſtis victimam meam, & munera mea, quæ præcepi ut offerrentur
in templo: & magis honoraſti filios tuos quam me, ut comederetis primitias omnis ſacri-
ficii Iſraël populi mei?
30. Propterea ait Dominus Deus Iſraël, Loquens loquutus ſum, ut domus tua, & do-
mus patris tui miniſtraret in conſpectu meo, uſque in ſempiternum. Nunc autem, dicit
Dominus, Abſit hoc à me; ſed quicunque honorificaverit me, glorificabo eum: qui au-
tem contemnunt me, erunt ignobiles.

ETſi non ea fuiſſet reprehenſio, qua filios ſuos Heli corripuerat, qualem eſſe decuerat, quemadmodum eam Deo minime ſatisfeciſſe conſpicimus; ea tamen, niſi callum obduxiſſent & in malitia obduruiſſent, commoveri, & ad meliorem frugem revocari, atque irati Numinis iram placare, & à ſuis cervicibus avertere potuiſſent. Sed induratos & obfirmatos fuiſſe videmus, adeo ut ſibi ultimum exitium ac perniciem tandem accerſiverint. Et quidem merito. Nam, ſi, qui novit Domini ſui voluntatem ſervus, & eam negligit, duplicibus pœnis dignus eſt: quas tandem eos mereri exiſtimabimus qui à Deo moniti, non modo non reſipiſcunt, ſed animum ad malum obfirmare pergunt, medicamque Dei manum aſpernantur, & paternas ejuſdem admonitiones reſpuunt? Nam quoties admoneri nos Deus vult, à quocunque tandem id fiat, toties divini favoris ac paternæ ejus clementiæ certa & indubitata teſtimonia nobis exhibentur, nolentis quemquam perire. Non vult enim Deus, ait Propheta, mortem peccatoris, ſed magis ut reſipiſcat & vivat. Deo nos igitur tam paterne, tam benevole, tam clementer excitante, noſtramque miſeriam miſerente; qua ſponte in certam perniciem ruimus, & tantam erga nos humanitatem teſtante; ſi contra torpemus, & vocanti reſiſtimus, & adverſus paternam clementiam calcitramus, an non oportet nos plus quam mente captos eſſe, & noſtro ſcelere, tanta nimirum ſuperbia atque contumacia adverſus Deum, horrendum ipſius in nos judicium accerſere? Quare diligenter hoc obſervandum, ſemel admonitos ſi peccare perſeverent, neque peccatorum ſenſu ſerio tangantur, in Deum graviter peccare, qui tantum ſui contemtum non ſit inultum tandem relicturus. Nullus hîc excuſationi locus, nullus ſubterfugio: res ipſa hoc clamat, ac coram Deo ſcelus noſtrum vociferatur. Nam à Deo omnis veritas & virtus promanat. Quare quoties à Deo ſuſcitantur, quorum admonitionibus & objurgationibus ad integritatem vitæ revocemur, ſalutem noſtram à Deo procurari certum eſt. Si Deo igitur tam ſollicite nos quærenti, noſtramque ſalutem procuranti, reſpondere dedignamur, & gratiam ipſius contemnimus, quid nobis futurum miſeris? An non æquum eſt ut diris ſuppliciis tantam à nobis ſibi factam injuriam perſequatur? Quis enim inter mortales pater filium ferat, à ſe admonitum, recalcitrantem, linguam contumelioſe exerentem, aut de peccatis reprehenſum, ſeſe ad flagitia quævis obfirmantem & indurantem? Quis, inquam, pater iſtiusmodi filium ferat, ac non millies potius perditum velit? Quanto vero nos magis Deo devincti, quam communibus patribus liberi, ſumus? Itaque hoc ſemel dictum eſto, Deo nos de peccatis admonenti minime reſiſtendum, ſed ad primam auris, ut

ita

[illegible] ſeu quoniam natura noſtra nonnihil ad malum proclives ſumus: & tanta eſt naturæ hominum, id eſt, humanorum affectuum & ſenſuum cum Dei verbo & juſtitia repugnantia, ut à natura ſimus inimici Dei; idcirco Lex mortem adferre, & in inferos præcipites dare dicitur. Minime quidem ſua natura, quæ, ut admonet Apoſtolus, perfecte ſancta eſt & ſpiritualis, Roman. 7: 12, & 14. ſed à nobis ipſis malum proficiſcitur. Carnales enim ſumus, venditi ut ſubjiceremur peccato, Lex vero ſpiritualis: atque idcirco puritatem & ſanctitatem omnem docet, ut Deo ſincere ac perfecte ſerviamus. Nos igitur in vetitum ſemper nitimur, & ita Deo & præceptis ipſius perpetuo reluctamur: unde fit ut non niſi mortifera nobis Lex fiat. Cæterum tanto malo Deus per Euangelium remedium attulit. Nam erat impoſſibile, ut ſatis experientia docet, per Legem gratiam obtinere, quæ ſummam perfectionem ab hominibus requirit; at per Euangelium gratis condonari nobis peccata docemur, atque ratione Legi prorſus contraria ad ipſius cultum invitamur, veluti quum ait, nos, ſi debiles fuerimus, ab ipſo ſublevatum, & defectus noſtros ſuppletum iri, ac ſi ipſum offenderimus, omnes curas & ſollicitudines velut in ipſius ſinum effundere nos, & ad ipſum intrepide venire oportere. Habetis igitur quale ſit Euangelium, quod & ipſum idcirco potentia Dei ad ſalutem cuivis credenti dicitur. Verum enimvero, & ipſum Euangelium naturæ noſtræ vitio in venenum peſtiferum vertitur, ut loquitur Paulus, quum ait eſſe odorem mortis ad mortem, 2 Corinthior. 2: 16. Nempe quod verum Euangelii guſtum non habemus: ac proinde in maledictionem nobis vertitur, ac tandem etiam exitium ſempiternum parit. Ex quibus conſpicuum eſt, Dei verbum quidem natura ſua, vitam & ſalutem nobis adferre: ſed uſum à nobis immutari, quod vitio noſtro & malitia fit ut Deus magis ac magis ſuccenſeat, & majoris in dies coram ipſius tribunali rebellionis rei fiamus: quod tarditas noſtra ad credendum ipſius verbo etiam ad præcedentia omnia noſtra peccata accedat.

Porro nominatim Deus ita voluiſſe dicitur: nempe ſic judiciorum divinorum æquitas poſtulabat, ut, qui admonitiones parvi fecerant, à mendacio decipein ſenſum reprobum conjectos, & penitus excæcatos animadverterit? Quum, inquam, iſtiusmodi offendicula conſpiciunt Eccleſiæ ſalutis ſtudioſi Paſtores, in quantas putatis redactos anguſtias? Næ curam gregis omnem ipſos abjicere poſſe certum eſt, ac ſuam ſuorumque conditionem his verbis deplorare, O inanem operam, ô fruſtra ſuſceptos labores! nonne longe ſatius eſt iſtorum curam abjicere quam condemnationem & exitium majus iiſdem accerſere? Atqui Prophetam videmus non ideo tamen juſſum à Domino vocationem ſuam abjicere, etſi erat ipſius prædicatio non tantum inutilis, ſed etiam exitioſa miſero huic populo, quod ea magis atque magis excæcaretur: quare ſtatuendum, quum Eſaïas non modo non abrumpat vocationis ſuæ curſum, ſed in ea Deo morem gerens pergat, idem Euangelii Paſtoribus hoc tempore faciendum. Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus, eadem hodie impleri oportere nos docet, quum nomi-
natim Joannis 12. verſ. 39. dicantur Judæi non po- *Mat.* 13.
tuiſſe in Chriſtum credere, quod olim Eſaïas Pro- *verſ.* 14.
pheta dixiſſet, Excæcavit oculos eorum: ut Chri- *Marc.* 4.
ſtum hæc Prophetia reſpexiſſe merito videatur. Qua- *verſ.* 12.
propter eo diligentius à nobis iſta ſunt animadver- *Luc* 8.
tenda, quod à quatuor Euangeliſtis hic locus ſit *verſ* 10.
ſummo conſenſu, & ab Apoſtolo Paulo duobus lo- *Actor.* 28.
cis adverſus incredulos Judæos allatus. Hinc diſcen- *verſ.* 29.
dum, adverſus Deum contumaces & rebelles, ita *Rom.* 11.
tandem puniendos, ut Deus ſui contemtum ultu- *verſ.* 8.
rus, aut verbum ſuum nonnunquam prorſus tollat, quo magis indurentur, & recti pravique diſcrimen ipſis adimatur: aut ſi verbum ſuum adhuc relinquit, id in majorem ipſorum condemnationem & confuſionem fiat. En quibus pœnis incredulos & ingratos ulciſcatur. Verbum quidem ſuum Deus ad omnes dirigit, eoque omnes ſine exceptione ad ſe invitat: Euangelium enim inſtar tubæ totum orbem perſonat, Deumque propitium omnibus ipſum quærentibus & gratiam oblatam admittentibus fore pronunciat. At quis hic hominum ſtupor, quanta denique ingratitudo? Alios enim videas parum de tanto bono ſollicitos, bruto quodam ſenſu præoccupatos illud pedibus conculcare: alios aliquid amplius audentes, etiam adverſus Deum ipſum inſurgere, fremere & audacius inflari: alios etiam ad-

Digitized by Google

tam tamque pudendam ... ſevera & horrenda
vindicta ſequatur neceſſe eſt, & tantam etiam ingratitudinem ſeveræ pœnæ excipiant: quæ ſi non primo quoque tempore apparent, differuntur ſane, non auferuntur. Quinimo etſi præſentes adſunt, ſæpe non ſentiuntur, tanta eſt miſerorum mortalium cæcitas. Porro duobus plerumque modis ſeſe divina hæc ultio in mortales exerit. Nam ſæpe Deus omnem ſui cognitionem adimit iis qui prius ſacra ejus myſteria bene docti fuerant, ut neque verbi divini lectionem, neque prædicationem ejuſdem habeant, ſed inſtar famelicorum deficiant, quam verbi Dei famem totum orbem pervaſiſſe conſpicimus. Nonnunquam vero Deus quidem Prophetas ſuſcitatos in orbem dimittit, quorum prædicatione ſtupidorum hominum aures feriantur, ſed in majorem eorundem confuſionem. Quanto enim majora Dei erga ſe gratiæ & benevolentiæ extiterunt teſtimonia, tanto major erit ejuſdem ad extremum contemtæ & rejectæ condemnatio, tantoque ſeverius judicium. Accedit & illa, de qua ſuperius egimus, verbi divini excæcatio & induratio, pro luce quam alioqui fuiſſet allatura, & quam morigeris & obſequentibus offerebat. Quod quidem non ipſi verbo, cujus ſane radiis illuſtrandi erant, ſed innatæ malitiæ & vitio tribuendum: quemadmodum lucis quidem ſplendore grato & ſalubri terrarum orbis illuſtratur, ſed multis tamen ingrato & exitioſo. Cæcutientes enim ſolaribus radiis haud afficiuntur, & oculis affecti magis læduntur, & quo major eſt lucis ſplendor, magis etiam excæcantur: ut vel in tenebris, vel in obſcura luce, remedium oculis quærere cogantur. Quare quum doctrina ſalutis totum terrarum orbem irradiarit, tanto majore cura in hoc nobis incumbendum, ne tanti beneficii rejecti coram Deo rei agamur: ſic enim ad priorem major etiam cæcitas accederet. Neque vero tantum audienda doctrina illa cœleſtis carneis auribus, ſed ipſis eſt animis inſculpenda: vis enim divini verbi eſt ea, vel ipſo teſte Apoſtolo, ut ſit inſtar ancipitis gladii, ac pertingat uſque ad
Hebr. 4. verſ. 12. diviſionem animæ ſimul & ſpiritus. Quare & corporis & animi auribus eſt haurienda, ſic, ut caligine diſcuſſa videntes fiamus. Quid ergo miſeris futurum eſt, qui ad verbi prædicationem magis obſurdeſcunt? Sed juſta Dei judicia ſunt, quibus ſeſe vindicem patefacit, veruntamen & paternæ benevolentiæ quam multa exhibet teſtimonia? Per Prophetam enim nos ad converſionem & pœnitentiam invitat, ut nobis ipſis diſplicentes, ipſi reconciliemur. Salutis noſtræ fontem ac ſcaturiginem indicat, & per verbi prædicationem offert. Nempe ſi nativam corruptionem agnoſcentes, eo ſummiſſius factas ipſius nomine re-

... præcipites in ipſos inferos detrudamur:
& cibi, quibus ali nos oporteret, in venenum & luem convertantur. Cæterum & iſtud obſervandum, parum nobis profuturum ſi crebris admonitionibus & cohortationibus aures noſtræ feriantur, & nihilominus in induratione perſeveremus. Quare & rogandum Deum, cujus eſt aures aperire, & cor flectere, ut in nobis id Spiritus ſui gratia perficiat. Natura enim ſaxea corda gerimus, ut ait Propheta Ezech. 36. verſ. 26. ſed ſi ad nativam illam duritiem etiam acceſſerit contumacia, qua Deo monenti, cohortanti, per verbum denique vocanti, pervicaciter ſponte reſtiterimus, tanto magis augetur in nobis peccatum, quanto in dies ſimus obſtinatiores, & ferro ac chalybe duriores. Quapropter ſummopere cavendum, ne eo amentiæ deveniamus, ſed iſtiuſmodi vindictæ mature occurramus, Deo placide nos ſubmittentes, & paternas reprehenſiones admittentes, ne ipſius dona in luem ac perniciem nobis vertantur: & qui nutricationis noſtræ futuri erant cibi fomites, interitum & perniciem afferant. En cur Pſal. 69: 23. hoſtibus hæc imprecetur Propheta, Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in ſcandalum, & in retributionem. Menſæ enim voce Propheta complectitur quicquid ad hominum utilitatem facit, ſive corporis ſive ſpiritus donum ſit: & imprecationes tanquam in conjuratos hoſtes Domini noſtri Jeſu Chriſti, & tanquam membra putrida, contorquet. Erat enim, David quum hæc proferret, ipſius Chriſti Propheta, & perſonam ac figuram ejus referebat. En igitur non tantum ex Eſaiæ Prophetæ verbis ratum id quod diximus, verbum Dei peſtiferum & letale eſſe ipſum ſpernentibus, & adverſus Deum contumacibus: ſed etiam per Davidem loquentis Sancti Spiritus teſtimonio: nos, ſi Dei verbum ſpreverimus, & adverſus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum contumaces fuerimus, horrendam Dei vindictam manere. Nobis, ſi vitio noſtro à Deo reſiliamus, ad quem verbo ipſius advocabamur, menſam, id eſt quæcunque tum corporis tum animi beneficia, in laqueum verſum iri, in ſcandala, quibus in exitium præcipites feramur: & venenum denique, quo dirumpamur. Abſit à nobis igitur tantus ſtupor: ne tamdiu exſpectemus donec vindicem Domini manum experiamur: ſed mature per veram & minime fucatam reſipiſcentiam juſto Dei furori obviam eamus, & ad ejus voluntatem verbo ſuo revelatam nos componamus. Ac ſi quos prius in Dei cognitione probe inſtitutos, ad vomitum redire, & in Diabolos degenerare conſpexerimus, juſti judicis vindictam in eorum ingratitudinem agnoſcamus, & eorundem exemplo edocti ſapiamus, ne luem ab ipſis contrahamus. Quod plerumque nihilominus accidere, nimium, eheu! multis

Digitized by Google

occidendis ſequitur altera de Samuele, *crevisse* nimirum *ipſum & placuiſſe tam Deo quam hominibus*, qui veluti eſt tranſitus ad horrendam totius populi, quæ à Deo ipſi imminebat, deſolationem, Deo nihilominus ſibi ſemen aliquod reſervante, ut promiſſiones ſuas nihilominus impleat. Quid enim factum miſera plebe, niſi à Domino ſuſcitatus Samuel fuiſſet, quum, ut deinceps videbimus, cæſis in prælio filiis Heli, & Arca Dei in manus hoſtium tradita, ipſemet Heli tam infauſto nuncio paveſactus cecidit de ſella retrorſum, & fractis cervicibus mortuus eſt? Quid, inquam, miſera plebe factum eſſet, niſi Deus illi de Sacerdote, à quo regeretur & doceretur, mature providiſſet? Hinc vero diſcimus, Deum juſtas pœnas hominibus parantem, & ultimum ipſis exitium minantem, tamen miſericordiæ meminiſſe, & locum ei facere. Quapropter hunc populum ſemper fovit, neque ſuo favore vacuum unquam dereliquit: etſi prima fronte quale ſibi à Deo pararetur auxilium non intellexerunt: neque enim, quid Samuele fieret, mente præſagire poterant. Fuerat enim Samuel adhuc puer à parentibus voto adſtrictis Dei cultui conſecratus. Quis puerum illum igitur populi olim vindicem & aſſertorem fore unquam in animum induxiſſet, tot tantiſque victoriis adverſus conjuratos populi hoſtes Philiſtæos clarum, tam conſiliorum peritum, tantum denique tamque celebrem fore Prophetam? Fuit enim omnium à Moſe Prophetarum celeberrimus, cujus & qui poſt eum Prophetæ miſſi ſunt mentionem honorificam fecerunt, uſque ad Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum. Sic itaque non animadverti poterat, Deum de liberando & aſſerendo populo ſuo cogitare: quod viæ, quibus iſtud erat effecturus, ſenſibus humanis eſſent incognitæ. Docemur vero, Deum voluiſſe quidem in ſuum populum animadvertere, & variis illum pœnis exercere, at non ideo tamen perdere & penitus tollere, ut ſumus deinceps viſuri. Idcirco non fruſtra dixit olim Habacuch Propheta, Deum, quum iratus fuerit, miſericordiæ ſuæ recordari: ut, quum omnia funditus tollere velle videatur, ſibi tamen modis incognitis & incomprehenſibi-

Deinceps vero ſequitur, *virum Dei*, Prophetam puta, *veniſſe ad Heli, & dixiſſe: Numquid non aperte revelatus ſum domui patris tui, quum eſſent in Ægypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſraël mihi Sacerdotem, ut aſcenderet ad altare meum, & adoleret mihi incenſum, & portaret Ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de ſacrificiis filiorum Iſraël.* Quare pro tantis beneficiis hanc mercedem mihi retuliſti, ut altare meum filiórum tuorum flagitiis pollutum contemnatur & opprobrio ſit Iſraelitis? Quo ſtudio & animi fervore cultus mei puritatem tutatus es? At tu magis honoraſti filios tuos quam me. Quare non amplius feram, non patiar, non ſinam inulta flagitia: ſed quicunque honorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Quod ad vocem illam, *vir Dei*, attinet, ex Scripturæ uſu Prophetarum propria eſt: minime quidem quod non quicunque coram Deo in integritate cultus ejus ambulant, ſint etiam illi viri Dei, & in ſervorum atque adeo filiorum ſuorum numerum ipſos admittat, ſed κατ' ἐξοχὴν de Prophetis dicitur, ut doctrinæ illi concilietur auctoritas, quam hominibus annunciandi præceptum à Domino acceperunt. Non igitur perſonam ipſorum vox illa reſpicit, ſed munus & dignitatem qua ſunt ornati, ut cum honore & reverentia ſuſcipiantur, ac eorum doctrina non habeatur ludibrio, ſed potius cum metu & tremore audiatur, ſiquando præſertim viventis Dei minas propoſuerint. Nam, ut ait Iſai. 66: 2. hac nota Deus ſuos dignoſcit, ſi tremuerint ſermones ſuos. Quum dicitur itaque vir Dei veniſſe ad Heli, non quilibet è vulgo, ſed inſignis quidam à Deo miſſus Propheta notatur, qui Dei nomine Sacerdotem compellaret, ut Deus ipſe per Prophetam ipſum alloqui videatur: quod & Heli fuiſſe cognitum, ſatis ex eo apparet quod ad iſtiuſmodi comminationem non reſponſarit, ſed prorſus obmutuerit. Et merito tamen id facturus prima fronte rem intuenti videbatur. Summus enim Sacerdos Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum repræſentabat, ac proinde vulgarem hominem averſari, & cum gravi objurgatione rejicere poſſe videbatur, quod non deceret inferiorem dignitate virum tanta

Digitized by Google

rit, ſed tantam dignitatem & auctoritatem à Domino, cui vel ipſos Reges oporteret ſummitti, quibus non minus quam ulli ex infima plebe parci Deus volebat. Et in hunc ſenſum accipienda verba illa, quibus Propheta jubetur montes ipſos & colles arguere, Nahum. 1:4. id eſt, eos primos corripere quos ſuperbia eo amentiæ impelleret, ut ſe omni lege & diſciplina vellent eximere: quaſi Deus jubeat Prophetam nominatim illos inſectari & corripere, quos ſibi repugnare & reſiſtere velle conſpiceret. Atque in eos iſta competunt, non tantum qui Rebuspublicis præſunt: ſed etiam in eos quibus docendi plebem cura commiſſa eſt, quos Dei veritatem ſic cognitam oportet habere, ut cæteris vitæ exemplo præeant, quo reprehenſiones ipſorum ſuum uſum habeant, ſi à ſeipſis initium fecerint. Metuendum enim, ne, ſi ſecus faxint, gravius in ſe Dei judicium & hominum atque adeo infimorum quorumcunque odium ac contemtum accerſant. Sæpe enim uſuvenire conſpicimus, ut, ſi, quibus prædicandi verbi cura commiſſa eſt, voluptatibus indulſerint, in tantum contemtum veniant, ut digito à ſingulis deſignentur, & in reprobum ſenſum à Deo traditi, omnium cujuſcunque conditionis hominum ludibrio & ſannis pateant. Hic vero mecum, obſecro, Papæ ſummam nequitiam, & diabolicum inventum expendite: quem non pudet hæc palam de ſe prædicare, Totum orbem à ſe quidem, ſe vero à nemine judicandum. En quibus artibus Prophetis os occludere, & in ſuam tyrannidem inquirendi viam intercipere conatus eſt. Nam ſi res ita ſe habet, quis dubitat quin ſine contradictione cœlum terræ miſceat? quam ſuæ tyrannidis poſſeſſionem per tot jam ſecula his artibus tutatus eſt. Ergo liceat illi quicquid libuerit, ſi peccantem arguere non licet: Dei Majeſtatem profanet, jura divina & humana ſuſque deque ferat, omnem religionem irrideat, quælibet flagitia admittat, omnem honeſtatem evertat. Quid ita? Nempe inviolatam hanc belluam eſſe oportet. Sed age, quis Papam in Eccleſiæ caput evexit, quo ſeſe nomine ille inſignem facit? Næ longe eſt Heli abſimilis, qui vocationem ſacerdotalem à Domino acceperat. Et tamen corripuit Deus hanc familiam quam ad munus ſacerdotale ipſemet vocaverat. Sed ubi tandem Papæ vocationis teſtimonium nanciſcemur? Quare ſi Heli, qui Domini noſtri Jeſu Chriſti geſtabat imaginem, ram puta ſervitutem paſſi, comparat. Neque vero ſolum hoc loco Deum videas hominibus ſua in illos beneficia exprobrare, ſed tota paſſim Scriptura: neque immerito. Nam quotuſquiſque, obſecro, inter homines de acceptis à Deo beneficiis gratias agit, & ad uſum illa ſuum legitimum, Dei puta nominis gloriam & proximorum utilitatem, refert? Vix ſane millibus è multis unum reperias, qui officium hac in parte faciat, ut grato animo Dei beneficia colat, & in ſeſe foveat. Alios enim illis efferri videas, & inde proximos opprimendi occaſionem arripere: alios laſciviendi, & gulæ, belluationi, cæteriſque iſtiuſmodi laſciviis indulgendi. Verum enimvero pluribus à Deo beneficiis cumulati, pluribus ſe teneri, & eorum ſibi rationem olim Deo reddendam meminerint: ſeque ſuis proximis magis devinctos, quo majoribus donis & opibus à Domino ditati ſunt. Sed alios ſic excæcat ambitio, ut ſibi opibus & dignitate impares faſtidiant & contemnant: alios vero ſic nativa dementat corruptio, ut ipſa dona Dei in malum vertant. Sic donis ſpiritualibus inſignes, & veritatis cognitionem non vulgarem adepti, eo dementiæ plerumque veniunt, ut ſibi diſcipulos faciant, quos Domino Jeſu Chriſto adducere ipſos oportuerat. Sic denique videas à divitibus pauperes variis contumeliis premi: ab induſtriis & ſagaciore præditis ingenio, ſimpliciores fraudibus & dolis decipi. Denique cuivis, mortalium facta propius intuenti, fiet manifeſtum, paucos inveniri, qui Dei donis non abutantur, & non in contrarium uſum ea vertant; ut non immerito Deus illis ſuam ingratitudinem exprobret, quoties pœnas ab illis, à quibus offenſus eſt, repetere parat. Reliqua in craſtinum, annuente Domino, differentur.

Ergo ſupplices Deo facti, & peccata quibus ipſius in nos iram ſic provocavimus, ut nullus veniæ locus ſupereſſe videatur, niſi miſericordia ſua nos complectatur, agnoſcentes; precemur ipſum, ne nos nobis ipſis permittat, neu contumaciæ noſtræ frena laxet, qua contra doctrinam ipſius & admonitiones calcitremus, ſed potius eas qua par eſt humilitate & modeſtia admittentes, immutemur in melius, & ad bonam frugem reverſi pœnitentiæ fructus edamus, & paternum ejus favorem, quo ſalutem noſtrûm quærit, quos juſto ſuo judicio excæcatos perdere poterat, amplectentes, gratias immortales agamus, &c.

HOMI-

dicat, & reos peragat tantæ ingratitudinis conſcios? Quas vero pœnas tantæ Dei liberalitatis contemtores mereri arbitramur? Jacobum quidem fateor dicere, Deum dare benigne, nec cuiquam exprobrare: nempe hominibus longe diſſimilem, qui, ſi ſemel benefici erga ullos fuerunt, iterum rogati, moleſte ferunt, & denuo beneficium flagitantes, à ſe durius, quaſi importunos & parum gratos, repellunt. At non ita Deus, qui nunquam benefaciendo defatigatur; & cujus nunquam opes liberalitate minuuntur, aut munificentia exhauriuntur. Fons enim omnium bonorum perennis & perpetuus Deus, qui benefacta liberaliter in homines profundens, nunquam ea natura quidem ſua exprobrat: licet nonnunquam ad id faciendum hominum ingratitudine & malitia impellitur. Nam, ut jam attigi, quo animo Dei in nos benefacta recipimus, agnoſcimus, prædicamus? Næ plerumque ita jacent apud nos ſepulta, ut operam & oleum perdidiſſe videatur. Sed & longe gravius à nobis hac in parte peccatur, quod quæcunque manu Dei benigna recipimus beneficia, vertimus in contrarium, ut pro Dei gloria, & proximi ſalute, quorum nos ſtudioſos in primis eſſe oportebat, inde nos efferendi capimus occaſionem, & adverſus Deum inſurgendi, & eos quibus devincti eramus contemnendi. Quotieſcunque Deus igitur ſua benefacta contemta & rejecta queritur, & ingratitudinem exprobrat, ſane tantam eſſe hominum malitiam & corruptionem palam teſtatur, ut digni ſint quos ima terra dehiſcens abſorbeat, & niſi Deus ipſos benigne ſua veluti manu ſublevet, & gratiam agnoſcendi peccata largiatur, actum eſſe de ipſis, quod contra Dei voluntatem ſemper nitantur. Hic porro Propheta exprobrat ſingulare Dei in Heli collatum beneficium, nempe munus ſacerdotale, ad quod peculiari Dei favore fuerat vocatus. Nam, obſecro, quo tempore Deus Aaronem fratri Moſi ſocium & collegam adjunxit, & deinceps eidem prætulit, qualis erat ipſius conditio? In domo Pharaonis captivus erat, miſera ſervitute premebatur, pari cum cæteris lege, qui miſerarum inſtar ovium ſine paſtore palantes errabant deſolati, niſi Deus paterni ſui favoris ſignum aliquod inſigne edidiſſet. Nihil itaque tunc Aaronem Deo commendabat, nulla in eo ſervitutem, ex qua nulla ſpes exitus apparebat, paterentur, & nihil niſi undique anguſtiæ oculis ipſorum obverſarentur. En quam abjecta tunc Aaronis conditio, quod non modo miſera ſervitute premeretur, ad quam etiam contumeliarum omne genus accederet, ſed ipſi morti addictus, & Pharaonis arbitrio traditus videretur, ab eo penitus cum toto reliquo populo conſumendus. Quare, hac temporis illius & conditionis circumſtantia, Dei gratia & beneficentia fit illuſtrior, quod Aaronem, ab ipſis velut inferis revocatum, in tantum dignitatis faſtigium extulit, ut inter Deum & homines eſſet Mediator, & Domini Sacerdotium exercens, Domini noſtri Jeſu Chriſti perſonam quodammodo figuraret, ejuſque in terris Legatum & Vicarium ageret. Qualis, obſecro, quantaque Dei hæc eſt bonitas & juſtitia? Et ſane ſi Heli ſui muneris partibus probe functus eſſet, in hanc exprobrationem non incurriſſet. Tanta enim Deus bonitate & liberalitate dotes ſuas profundit in homines, ut eſſe velit perennes, niſi ſeſe iiſdem indignos præbuerint. Nam benefactorum pœnitere ipſum Scriptura docet, neque ſane immerito. Quamobrem Heli non fideliter officium facienti merito Deus indignatur, eidemque, quod pluris filios quam Deum ipſum fecerit, dedecus & infamiam minatur. Obſervandum porro eſt id quod ſeſe Deus Aaronis familiæ & tribui Levi patefeciſſe profitetur, quoniam inde docemur, nos quo majoribus beneficiis à Deo cumulamur, eo propius ad nos Deum accedere, & ſibi nos devincire, ut, quo majora ſunt ejus in nos beneficia, eo majorem ipſi gratiam omni obſequio referamus, totique ab ipſius nutu pendeamus. Nam, obſecro, quomodo Deum eſſentia incorporea inviſibilem contemplabimur? Nempe quoniam in hujus orbis excellentia gloria ipſius reſplendet, quod in eo juſtitiam ſuam, bonitatem, virtutem denique patefaciat. Sed quum in ſingulos præterea beneficus eſt, & larga ſua manu donis quemque privatim cumulat, næ tum ſeſe nobis familiarius communicat, & propius etiam ad nos accedit. Cæterum non procul abeundum nobis, ut ait Paulus, ad hanc Dei virtutem inveſtigandam: neque enim ipſi noſtra virtute vivimus, ſed divina: quamobrem in nobis ipſis ſatis quid Deus ſit experi-

 mur.

lis & abjectæ conditionis hominem ſuum panem emendicantem, alium in dedecus & opprobrium natum, alium in vinculis miſere viventem viderit? An non plus quam ingratus eſt, niſi in benigni Patris laudes erumpat, qui tam prope benefactis ad ipſum accedere, ſeque ipſi communicare dignatus eſt? Atque hæc una ad Deum accedendi ratio eſt, qua ſeſe Deus nobis patefacit, ſuam munificentiam erga nos exerens, & præ cæteris animantibus tam prope ſeſe nobis conjungit. Cæterum longe excellentius ſeſe nobis communicat quum in filiorum numerum nos teſtatur ſeſe admittere: cujuſmodi eſt Euangelii prædicatio, in quo palam ſeſe nobis in Chriſto factum Patrem annunciat. Hanc etiam ob cauſam Euangelium, communicatio Chriſti nuncupatur: minime quidem inanis illa, ſed cujus tanta vis eſt, ut in corpus ipſius inſiti, membra ipſius fiamus, vitamque cum illo communem habeamus; & quemadmodum unus eſt in Patre, ita nos unum in ipſo fiamus. Quare, quum tanta ſit Dei erga nos benignitas, danda omnis opera, ne procul ab ipſo, ferarum inſtar, reſiliamus, ſed placide virtutis ipſius, amoris, juſtitiæ, rectitudinis teſtimonium amplectamur. At non leviter prætereunda circumſtantia illa eſt quam attigimus conditionis illius noſtræ, in qua conſtitutos & miſere jacentes Deus quærere nos dignatur. Neque enim dignitate aliqua & viribus pollentes amat & evehit, ſed miſeros & abjectos, imo in ipſam inferorum abyſſum immerſos inveſtigat, atque inde benignis manibus eruit in cœlum evehendos. Quantum igitur, oro, noſtrum dedecus ſi tardiores ſumus in ipſius cultum & gloriam, quum ea ſit vocantis & adoptantis voluntas, ut totos nos ipſi dicemus, ac pro viribus gloriam ipſius promovere ſtudeamus?

Tranſeamus ad verba illa quibus Aaron *vocatus & electus in Sacerdotem dicitur, ut aſcenderet ad altare Domini, & adoleret ipſi incenſum & coram ipſo portaret Ephod, partemque de ſacrificiis acciperet.* Inſignis illa, ſicut ante diximus, dignitas. Ecquis enim mortalem non minus quam reliquos peccatorem, coram Dei tribunali reum, & quem terra ferat indignum, conſtituit mediatorem inter Deum & homines, ad cujus preces juſtus Dei furor veluti cohibeatur? quique ſacrificia pro peccatis expiatoria offerat? Quamobrem quo major illa fuit Aaronis dignitas, eo graviores pœnas in ſe ipſius ſucceſſores, in contrarium ipſius Dei dona vertentes, accerſiverunt. Idcirco ſequitur apud auctorem, Deum quidem loquutum eſſe ut domus Aaronis miniſtraret in Domini conſpectu uſque in ſempiternum, id eſt, continuam fore ſacerdotii ſucceſſionem: ſed nunc ita Dominum dicere, Abſit hoc à me: ſed quicunque me honorificaverit, glorificabo eum;

ut de Dei cultu, qualis eſt hodie, ſpirituali, & ejuſdem ritibus aliquid dicamus, agite, ſi in Eccleſiam quidem oraturi, confeſſionem fidei edituri, Sacramenta percepturi convenimus, ſed interim doctrina non quantum oportebat apud nos pondus habeat, ſed inſtar anilium fabularum & mendacii ſit, ſi Deum quidem precibus ſollicitamus, ſed confuſionis & irreverentiæ plena ſunt omnia: ſi denique Sacramenta ſine Dei timore accipimus, & ad ea ſine diſcrimine accedimus; ſi quum infantes baptiſandi offeruntur, ac baptiſmi formula prælegitur, ad tantum myſterium mentem non advertimus, ſed aut in ipſo templo deambulamus aut invicem garrimus: denique ſi nihil niſi inordinate facimus, nonne perinde eſt ac ſi Deum & cultum ipſius pedibus calcaremus? Ecquid igitur nos aliud, quam Dei vindicta manet, coram cujus tribunali cauſam dicentes, obmuteſcere cogamur, & tanti ſceleris, puta divini Numinis contemtus, pro ejuſdem adoratione religioſa rei & convicti meritas pœnas luamus? Videte igitur quantopere noſtra interſit diligenter voces illas expendere, *Heli filios ſuos magis quam Deum ipſum honoraſſe.* Ac potuiſſet quidem Heli excipere, longe aliam fuiſſe ſuam mentem, neque ſe unquam in iſtiuſmodi furta, rapinas, ſcortationes denique filiorum conſenſiſſe, ſed contra graviter & iniquo animo tuliſſe, & de iiſdem filios ſæpius à ſe reprehenſos & objurgatos, non diſſimulaſſe apud ipſos ſcelerum iſtorum gravitatem, nullum veniæ locum apud Deum amplius ſupereſſe denunciaſſe, graviora ipſorum eſſe peccata, quam ſi atrociſſimis injuriis reliquas in toto terrarum orbe res creatas affeciſſent: Deo enim ipſi ab ipſis illatam injuriam. An non officio ſuo & auctoritate paterna pulchre defunctus Heli videtur? an non acris illa & ſevera reprehenſio? Næ reprehenſio illa quidem & objurgatio, ſed imbellis fuit, utpote perfunctorie facta. Serpit enim malum, & fit in dies atrocius, ut quædam illuſio potius divinæ Majeſtatis quam ſeria objurgatio dicenda ſit. En cur Deus ſeſe dedecore & ignominia minatur operturum eos à quibus contemnitur. Hinc itaque diſcendum, nos, ſi in proximi aut amici gratiam cui parcere ſtudemus, aut ad hujus vel illius offenſionem vitandam, Dei gloriam lædi patimur, non minus peccare quam ſi Deum de ſolio detrahentes, mortales in illud regnaturos eveheremus. Neque vero quicquam negare nos juvabit: ſedet enim Dominus judex & arbiter. Quare danda omnis opera eſt, ut Dei nomen in pretio ſit apud omnes, ut quanti par eſt juſtitiam ejus faciamus, nulli mortalium adverſus Deum inſurgenti parcamus, ſed mature mali quamvis anſam præcidamus, Dei cauſæ ſedulo patrocinemur, neque ullo modo mandata ipſius violari patiamur. Seſe vero ſigillatim ad hanc

Digitized by Google

ſcentes pœnitentia duci coguntur. At nihil in Deum tale contingit, cui omnia ſunt præſentia; adeo ut rata eſſe quæ ſemel decrevit oporteat. Nihil tamen prohibet quin ſeſe Deus ad noſtrum captum, hoc vel illud pollicitus, accommodet, ac velut in aliam formam transformet. Ecquis enim mortalium divinorum ſermonum majeſtatem capiat, ſi Deus ipſe nos alloquatur, quam ne Angeli quidem ipſi ferunt? Idcirco ſeſe eo demittit, ut ad noſtrum captum ſuum ſermonem accommodet. Quod ſane tantum abeſt ut inſolens videri debeat, ut contra quoties nobiſcum ipſum inſtar matris cum infante balbutientem audimus, mirari bonitatem ejus nos oporteat. Quare quædam ſunt Dei promiſſiones conditionales: quædam vero, puta quæ ſalutem noſtram ſpectant, ſola Dei miſericordia nituntur. Nos enim Paulus Deo gratos aſſerit, ut noſtræ ſalutis πληροφορίαν habeamus, quam in Lege minime conſiſtere docet. Nam promiſit quidem Deus, Legem implenti, vitam æternam: ſed, eheu! quis in Lege ſalutem adipiſcatur, quæ millies nos tranſgreſſionis reos peragit, addita comminatione, Si quis in uno ex minimis mandatis defecerit, totius Legis tranſgreſſorem eſſe. Quare, ait Paulus, ad gratuitam Dei bonitatem eſt aſcendendum, quam in Chriſto Filio ſuo patefecit, morborum & languorum noſtrorum unicum remedium. Quamvis vero ſola Dei gratuita bonitate ſalus noſtra nitatur, tamen ſæpe multa Deus nobis cum conditione promittit. Quamobrem tenendum, Deum non eſſe mutabilem quum ingratum hominem ſuis donis ſpoliat: ſed ſua judicia patefacere. Namque Deus homines ſuis beneficiis exornatos qui qualeſve ſint explorat: atque ingrati animi convictos ignominia & dedecore afficit. Nempe Dei beneficia ſuis vitiis fœdantes graviſſimas pœnas merentur & in ſeſe derivant, quod Deum veluti ludibrio habentes, digni ſint quos ipſe viciſſim abjectos rerum omnium creatarum ludibrio exponat. En quis iſtorum verborum ſenſus, quibus ait Dominus, ſe loquutum eſſe domui Aaronis ut in conſpectu ſuo miniſtraret in ſempiternum: ſed jam abeſſe procul ſe ab hac ſententia: ſed quicunque ſe

illa, quam immerito jactitant Sacerdotii & Apoſtolatus, ut omnis illis exceptionis occaſio præcludatur, nihilominus tamen ad hoc aſylum confugere, ſibi non poſſe eripi ſucceſſionem Apoſtolicam, & dignitatem illam qua toti Eccleſiæ præferuntur. Verum enimvero reſpondendum illis eſt, quod hîc ipſe Dominus profitetur, non alia conditione Dominum illos in hanc evexiſſe dignitatem, quam qua familiam Aaronis. Neque enim Dominus ſe auctoritate ſua abdicavit, conſtitutis & ordinatis Paſtoribus, quos etſi audiri juſſit, non ideo tamen de ſua Majeſtate quicquam detrahi vel imminui voluit, ad ipſos transferendum. Mortaleſne vero homunciones, miſera potius & putria cadavera, eo devenire inſaniæ potuiſſe, ut pro Deo ſe audiri & coli velint? Imo potius ad Deum unum adducendos hominum miniſterio ſciamus, & in ipſo colligendos, ut Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſummus Paſtor & Propheta, qualem eum Deus Pater conſtituit, adhibito ſolenni jure- *Pſal. 110.*
jurando perpetuitatis, agnoſcatur & colatur. Quæ *verſ. 4.*
quum ita ſint, ecquis patienter ferat Prælatorum titulos & alia inſignia nomina præ ſe ferentes, aut aliis imaginariis prærogativis gaudentes, interea tamen impios homines, contemtores divinæ Majeſtatis, profanos, & omnis ordinis hoſtes manifeſtos, tam audacter & impudenter, ſpecioſo titulo dignitatis, impedire quominus Deus rite colatur: atque in animas tyrannidem exercere, in quas unus Chriſtus regiam adeptus eſt poteſtatem, & co m quo genu omne fle- *Phil. 2.*
ctatur oportet? Quis, inquam, & qualis iſte ſtupor *verſ. 10.*
eſt, de Prælatis prædicare, tantum illis honorem, tantamque reverentiam deberi, ut nemo ipſis, licet terræ cœlum miſcentibus, audeat contradicere? Næ, ſi præſcriptam hic à Domino conditionem obſervarint, omni exceptione majores ſunto: neque enim Domini verbum pro fabulis anilibus habendum Deus ipſe hîc loquitur, *Abſit*, inquit. Quare quum miſera plebecula Papiſtica dementata Prælatorum & ſuperiorum obedientiam jactitet, & ſuperſtitioſe colat, ea ſimplicitate tegi pertinaciam facile animadvertimus, qua Dei Majeſtatem blaſpheme & contuma-

Digitized by Google

tenuit? Neque vero tamen exiſtimandum, fideles Dei gloriæ ſtudioſos, à mundi calumniis & odio fore prorſus immunes: quale Dominus noſter Jeſus Chriſtus exemplar omnibus intuendum proponitur, quem improborum calumniis impetitum aſpicimus. Et ipſe D. Paulus admonet, 2 Cor. 6: 8. ſuperandas multas difficultates fidelibus, & per gloriam ac ignominiam, per convitia & laudes tranſeundum: quod ipſe, quem inſtar Angeli tamen converſantem mundus aſſpexit, tamen expertus eſt, ac ſuo exemplo, à Judæis omni contumeliarum genere & convitiorum affectus, ferre nos docuit. Ac proinde fidelibus hanc incumbere neceſſitatem ſciamus, ſeſe ad quodlibet ignominiæ & convitiorum genus præparandi, præſertim quum de Dei gloria promovenda, & verbo ipſius promulgando inter homines agitur. Ad quod ſane munus inepti ſunt quoſcunque metus & humana fragilitas occupavit. Quamobrem Deo ſervire ſtudentem hominem multos quidem inimicos in ſe concitaturum certum eſt, in deteriorem partem ejus ſermonem interpretantes: at convitia iſtiuſmodi omnia, blaſphemæ voces, contumeliarum denique genus omne fortiter ferendum, & animi præſentia ſuperandum, donec vitæ hujus decurſo ſtadio felicitatis metam attingamus. Nihilominus tamen Deum vindicem fideles Dei ſervi ac bonæ ſuæ cauſæ defenſorem fore ne diffidunto, etſi calumniis & convitiorum omni genere ab improbis afficiantur: ac tandem juſtitiam ipſorum tanquam auroram emerſuram. Patientiam igitur à ſuis Dominus exigit, ut ſi ab hominibus immerito calumniis graventur, ac nonnunquam obruantur, ac ipſum mortis limen attigiſſe videantur, ſævientibus hinc inde tempeſtatibus & procellis, & nulla ſpe undecunque ipſis affulgente, exorituram tamen tandem auroram, ac nubes iſtas omnes diſſipaturam: Deum nempe ipſum liberatorem tanquam ἀπὸ μηχανῆς affuturum, ſuamque nobis gratiam & miſericordiam patefacturum, modo ſpem noſtram omnem in illum defigamus, & promiſſionum memores patienter impletionem præſtolemur: ac cæcutientibus cæteris omnibus hominibus, & in denſam tenebrarum caliginem immerſis, Dei juſtitiam ſuis fidelibus apparituram, tandemque Dei oſores ac contemtores, ignominia & dedecore obrutos, factis dignam mercedem reportaturos. Neque vero mirari nos oportet ſi Dei contemtores tanta corruptione depravati ſunt: quod nimirum cæcutiunt, & perpetuis tenebris ac nocte profunda demerſi premuntur. Quare licet nos ſecum veluti demerſos in tenebrarum abyſſum omni contumeliarum genere afficiant, & miſeris illudant, adque Dei abnegationem ſollicitent, ne dubitemus quin lux illa cœleſtis tandem in maximis anguſtiis affulgeat, ac divi-

deamus, & ab iis divortium facientes, brevi in fumos abituram dignitatem procul intueamur. Nihil enim Domino ſupereminet: ſed quæ ab ejus liberali manu conſequuti fuerimus, ſummum noſtrum bonum eſſe norimus. Ac proinde non à mundo quærendos honores; plena enim omnia ambitionis, qua ſi ſemel inficiamur, non dubitandum quin inde labem vita noſtra contrahat in Domini conſpectu, & eo major ſit à nobis exſpectanda condemnatio, quo fœdior erit vitæ noſtræ conditio. Sed nominatim honorem promitti Dei cultoribus meminerimus propter hominum infirmitatem, ne, quaſi ſint rejectanei, deſpondeant animum, aut nondum ſatis ab humanis affectibus repurgati, ſeſe, vel contumeliarum, vel injuriarum omni genere premi ſentientes, immeritos & innocentes, moleſte ferant: futuram enim dignitatis & honoris ſempiternam gloriam promittit, iſtis omnibus momentaneis & brevi tranſituris contumeliis opponendam. Sed & ad promiſſionem accedit etiam comminatio, Deum contemnentes omni dedecore & ignominia tandem afficiendos. Cujus comminationis vim ut percipiamus, paucis quid ſit Deum contemnere nobis eſt explicandum. Nam alioquin multoties nequaquam à nobis de contemnenda Dei Majeſtate cogitatum, ac malle terram nobis dehiſcere, quam de divina gloria quicquam detrahi, teſtabimur, quum tamen divini contemtus maxime rei ſimus. Quare tenendum eſt, nos nunquam ab hoc crimine liberandos, niſi omnes noſtræ actiones & cogitationes in Dei gloriam ferantur, quam pro noſtris viribus augere & amplificare ſtudeamus, noſtramque ſalutem promoveamus. Quare, exempli gratia, ſi malefacta diſſimulamus ac toleramus, aut ſi offendicula noſtris adulationibus fovemus, nonne Dei contemtus eſt, & divinæ Juſtitiæ quædam oppugnatio? Denique in hanc curam incumbendum, ut quibus in rebus Dei gloria ſita ſit attendamus: nempe, ut ad ejus verbum tremamus, de Majeſtate ipſius divina nunquam niſi honorifice ſentiamus ac loquamur, ejus opera ſingula magni faciamus: rebus afflictis, ad ejus opem confugiamus, de tot tantiſque ejus in nos beneficiis gratias agamus, ac tandem pura & ſincera mente Numen ejus colamus. En quæ Deo debeatur gloria: de qua ſiquis ſciens ac volens vel tantillum detraxerit, certum eſt ludibrio & contemtui omnium eandem illum exponere, Deique promiſſiones profanare, ac melius homini illi ſi nunquam natus eſſet fore, quamdiu in hac pertinacia perſtiterit. Quamobrem eo nobis diligentius cavendum, quo gravius hic peccatur, ne in illud crimen abominandum violatæ divinæ Majeſtatis, & læſæ ipſius gloriæ incidamus. Atque adeo primariæ dignitatis viri ſedulo hic animadvertunto, gravius ipſos

Digitized by Google

CAP. II.

31. Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non ſit ſenex in domo tua.

32. *Et videbis æmulum tuum in templo, in univerſis proſperis Iſraël: & non erit ſenex in domo tua omnibus diebus.

33. Verumtamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo: ſed ut deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur quum ad virilem ætatem venerit.

34. Hoc autem erit tibi ſignum quod venturum eſt duobus filiis tuis Ophni & Phinees. In die uno morientur ambo.

35. Et ſuſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui juxta cor meum & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Chriſto meo cunctis diebus.

36. Futurum eſt autem ut quicunque remanſerit in domo tua, veniat ut incurvet ſe ei petens nummum, & buccellam panis, dicatque, Dimitte me, obſecro, ad unam partem ſacerdotalem, ut comedam buccellam panis.

HEſterna concione comminationem illam Domini audivimus, qua ſpoliandum ſacerdotali dignitate tam Heli, quam ipſius poſteros Dominus comminatus fuerit. Nempe quod quum ſacerdotalis dignitatis hic eſſet finis, ut Deo debitus cultus & honos redderetur, Heli vero nimia in filios indulgentia effeciſſet, ut Dei cultus apud populum vileſceret, & in contemtum veniret, atque omnia profanatione & confuſione plena eſſent, æquum eſſet ea dignitate privari & ſpoliari, quam, quantum in ſe erat, dedecoraverat, ac ea proinde indignum ſe præbebat. Jam vero pergit à Deo miſſus ad Helim Propheta, ſpeciatim docere, quibus Heli pœnis à Deo cum tota poſteritate ſit affectus. Dicit itaque, *brachium illi amputandum*: id eſt, robur illius exſcindendum; metaphorica locutione indicans auctoritatem illam quam Patribus ipſius Deus ipſe largitus erat: *& brachium domus patris ipſius*: id eſt, auferendam ſacerdotalem dignitatem, ac totam ejus familiam in contemtum venturam, ac ludibrio omnium exponendam. Deinde ſignum, ad fidem comminationibus faciendam, adjicit, duos illos, egregios ſcilicet Sacerdotes & populi rectores, Heli filios, quorum rapinis & ſcortationibus ipſum Dei tabernaculum fuerat profanatum, una ſimul die morituros. Tertio addit, *Deum ſibi fidelem Sacerdotem* ſuſcitaturum: porro, fidelem intellige, vel qui officio fideliter fungatur, vel qui perpetuo ſacerdotium exerceat: ſic fidelis domus dicitur, quæ in longum ævum perdurat: qua ſignificatione ſæpius vox illa, fidelis, in Sacris uſurpatur. Porro Deus ſe ſibi alium Sacerdotem ſuſcitaturum nominatim dicit, ut huic objectioni occurrat quam videri poterat Heli merito allaturus, ſuum eſſe ſacerdotium, nec ad alium, ex Dei promiſſione, poſſe transferri. Atqui decretum Dei aliud eſt, cui quis loquenti contradicat? Porro hîc Sacerdos ſuſcitandus eſt Tſadoc, ut infra videbimus, qui in Abiatharis locum ſuffectus eſt. Denique Propheta ſubjungit, Heli poſteros ac ſucceſſores, eo paupertatis venturos ut buccellam panis emendicent, ac ſeſe nummum petentes incurvent. Nam etſi Sacerdotibus erat ſua portio attributa, paucique eſſent Sacerdotes, tamen in tantas anguſtias redigendos ut panem emendicare cogantur, ac ſupplices petere ut ad unam partem ſacerdotalem dimittantur, quo buccellam panis comedant, ac ſeſe à fame tueantur. Hæc ſunt bujus loci ſummaria

Digitized by Google

iteras confitentes, ut laudes ipſi ſacrificemus, aucto-
remque unum ipſum bonorum omnium celebremus. Id ſi rite factum à nobis fuerit, ne dubitemus quin ipſe vires ſuas in noſtri defenſionem exerat. Et de brachii voce hactenus. Porro in divina comminatione iſtud adjicitur, neminem ex Heli familia ad ſenectutem maturam perventurum, ſed æmulum in locum ipſius ſufficiendum. Quibus verbis Dominus poſteris Heli notam ignominiæ inurendam minatur. Senectus enim ſingulare Dei donum eſt. Etſi libens agnoſco, tot ærumnis miſeram hanc vitam plenam eſſe, ut videatur felix eorum conditio quibus exitus cum ingreſſu unus & idem eſt. Ecquid enim aliud eſt, obſecro, hominum vita quam perpetuus languor & ægritudo? Nam ſiquando ſeſe rebus proſperis gaudii & lætitiæ nobis offert occaſio, ſubinde tamen & momento ſæpe in triſtitiam deſinit, adeo ut ſi dies hodiernus nobis beatus affulſerit, craſtino cum infortunio colluctemur. Exempli gratia, Si Dominus familiam auxit, liberis præſertim, ac ſubinde unus & alter morte perimatur, quantam putamus hujus familiæ deſolationem? Nam ſi unus tantum è medio tolleretur, conſolari ſeſe reliqui quodammodo poſſunt, ſed ſi ad internecionem tota familia devenerit, quam id luctuoſum & deplorandum? Quare ſiquando proſperis ac lætis rebus fruimur, ſubinde multis adverſis permiſcentur: denique ſi quot quantiſque offendiculis vita hominum expoſita ſit intueamur, minime dixerimus vitam eſſe bonum expetendum, ſed mortem potius eligendam: præſertim ſi cum crebris morbis, cum paupertate, cum mortis horrore & aliis iſtiusmodi incommodis & damnis colluctemur, quibus in dies deficimus ac in nihilum redigimur. Nihilominus tamen Dei bonitas in omnibus iſtis ærumnis ſplendet ac micat, ut aſtrum in tenebris, ut non immerito vita hominis, & ipſa ſenectus in bonis reponantur. Idcirco Dominus minatur fore ut in familia Heli nullus conſeneſcat, quaſi Deus ipſe morti addicat & ipſemet interimat omnes Heli poſteros, ut ſacerdotali deinceps dignitate priventur. Sæpe quidem unum aut alterum morte perimi in familiis, at totam extingui familiam raro videmus. At hìc Deus ſeveram Judicis vindictam exercet, & in hac comminatione divinæ iræ ſignum apparet: quaſi ſeparet à reliquis & ſeorſim ordinet iræ ac morti deſtinatos. Omnes quidem, fateor, ab ipſo matris utero morti ſumus addicti, verumtamen ex eadem familia nonnulli ad maturam ætatem perveniunt, alii immatura morte præveniuntur, ut non una ſit omnium conditio. Sed quum adverſus familiam unam hoc decretum Dei fertur, ut nullus in ea ſenectutem contingat, divinæ juſtitiæ & furoris ſignum eſt non dubium. Hinc diſcamus, etſi nobis hæc vita multis cum angu-

dit, ſi e terris mature tollantur.

Cæterum quæ deinceps ſequuntur, leviter prætereunda non ſunt, quibus divinæ ſententiæ ſeveritas quodammodo lenitur, nempe, *ſe non penitus ex hac familia virum ablaturum ex altari ſuo, neque penitus Heli poſteros à ſacerdotali munere rejecturum.* Quæ verba poſſumus in hunc ſenſum interpretari, quaſi Deus punitionis executionem in longum tempus remitteret: quod & reipſa factum eſt; nam longo demum poſt tempore divinæ ſententiæ ſeveritas effectum ſuum eſt conſequuta. Namque Abiathar ab Heli poſteris oriundus multos poſt annos ſacerdotali munere exauctoratus eſt. Nam David ſatis diu regnavit, & ſatis longo temporis intervallo Samuel rerum gubernacula tenuit, antequam Rex ullus Iſraëlis ortus eſſet. Quare conſpicuum eſt, Deum non ſubito ſententiam ſuam adverſus Heli exequutum eſſe, ſed ad tempus eidem pepercisse. Porro quod ſe Dominus pollicetur ex hac familia virum non ablaturum penitus, ad Solomonis tempora referri quidem poteſt, ut ad illa uſque ſucceſſores Heli non exſcindantur; verumtamen quod in ſequentibus adjicitur, non perventuros ad ſenilem ætatem ipſius poſteros, ſic intelligendum magis videtur, quaſi Dominus à ſacerdotali quidem munere polliceatur non omnino Heli poſteros rejiciendos, ſed nunquam tamen ad ſummam Pontificis dignitatem evehendos: ſed potius iis quibus antea dominabantur ſubjiciendos. Nihilominus tamen, ad virilem ætatem quum pervenerint, morituros repetit, ac ad ſenectutem maturam non venturos. Unde obſervandum, Deo nonnunquam correctionum ac pœnarum minas prorogante, non ideo nobis occaſionem indurationis præberi, quaſi ſupplicii dilatio illud auferret. Atque neceſſaria nobis hæc doctrina eſt. Quam multos enim videas ſuorum facinorum pœnas ablatas exiſtimantes, quod differantur; & impunitatem ſibi pollicentes, in quævis flagitia, factos audaciores & inſolentiores, ruere? Namque malefactorum rationem nunquam reddendam ſibi perſuaſi, ad quævis flagitia frena laxant, & impunitatem in perpetuum ſperant. Ac ſane Deus nonnunquam ad impiorum flagitia connivere videtur, donec nimirum impleta menſura gravius illis incumbat judicium. Quamobrem agite, fratres, Deum minantem metuamus, ac de nobis ſerio cogitantes, nos ipſos expendamus, ac ſententiam adverſum nos feramus, ut judicium ipſius prævenientes etiam ipſi reconciliemur. Ac licet non appareant certa & indubitata ſigna divinæ ultionis, ubi primum peccaverimus; nihilominus nunquam nobis in craſtinum ſeria pœnitentia eſt rejicienda: nam quo diutius in noſtrarum ſordium cœno volutabimur, eo magis ſordeſcemus ac contaminabimur. Denique

diſca-

Digitized by Google

[illegible] promiſſionum complementum exſpectamus; ſic viciſſim, attenta & vigili mente comminationes ipſius metuamus, quibus tanquam præſentibus afficiamur, etſi rebus proſperis & alta pace ac tranquillitate fruamur. Ita futurum eſt, ut fideles nullo unquam gaudio ſic afficiantur, & nullis unquam rebus ſuis ſecundis lætentur, ut illis, ut ſolent increduli, efferantur, & inſoleſcant: neque viciſſim rebus adverſis opprimantur, ſed res adverſas proſperis temperent. Contra infideles. Nam Deo ad tempus judiciorum ſuorum impletionem differente, & velut ad ipſorum pœnas tardante, mirum in modum inſoleſcunt, divinamque doctrinam ſannis excipiunt, & ludibrio habent, ac velut immanes feræ, indomitæ ac effrenatæ calcitrant: opibus ſuis & auctoritate ſic inebriantur, ut ſibi quidvis licere exiſtiment, ac in ſordibus ſuis magis magiſque volutentur. At ubi ſe vindicis ira Numinis exeruerit, cujus ſe manus effugere poſſe deſperent, tum miſere attoniti & conſternati cohorreſcunt, & in ſummis anguſtiis animi de ſalute deſperant, inferorum cruciatus horrent, nullam denique conſolationem admittunt: nullo inſequente, perpetuis agitati terroribus fugiunt. Non ita fideles. Nam, uti diximus, licet ipſorum vitam Deo fortunante, & benigne ac placide cum ipſis agente, tamen metuunt, ac ſibi ipſis frenum injiciunt, ne adverſus Majeſtatem ipſius calcitrent. Quinimo Deo licet plagis ipſos afficiente, gratias agunt, ſibique vitæ hujus conditionem in memoriam revocant, ut quum omnia mortem intentent, tanto majore ſollicitudine ad Deum aſſurgant. En ut rebus ſecundis & proſperis fideles non modo non efferantur, ſed magis metuant, ut tanto majore cura, & ſollicitudine, Dei cultui ſeſe totos tradant. Neque vero cogitandum, hoc timore fieri conditionem ipſorum deteriorem. Nam etſi variis afflictionibus & calamitatibus urgeantur, nunquam tamen obruuntur: quin potius in medio calamitatum æſtu, recreantur & refocillantur, Dei auxilium opportunum patienter præſtolantes, ad quod in ſummis anguſtiis tanquam ad aſylum unicum confugerunt. En ut fideles modum in omnibus ſervant, incredulis contra in hanc vel illam partem pendentibus, & immoderate ſeſe gerentibus, ut nunquam vera tranquillitate fruantur.

Tranſeamus ad verba illa quibus *ſe Deus dicit fideſo*, vitam dedit. Denique hinc diſcamus, nullam adeo firmam & perpetuam dignitatem, nullos adeo certos honores, nihil adeo tutum ab omnibus periculis, quin momento Deus ſecuriſſimos exauctorare, & in viliſſimam abjectiſſimamque conditionem redigere poſſit. Quare ſub alarum ipſius tutelam confugere diſcamus, & de nobis modeſte ſentire, ne ſupra modum efferamur. Neque enim, ſi altiori aëri nos tradere volumus, alæ ſufficiunt: ſed altius, alarum fiducia fretos, volare cupientes, horrendus lapſus & quidem mortalis manet. Sed ſi contra gratiarum Dei continuationem ſupplicibus votis exſpectemus, fiet ut in dies & in annos perſiſtamus, nihil tamen certi nobis de nobis pollicentes, ſed ab unius Dei bonitate & benevolentia toti pendentes, quæ in ipſam recumbentes nunquam eſt deceptura.

Quod porro dicit Dominus ſe ſuſcitaturum fidelem Sacerdotem, videtur aliquid difficultatis in ſe continere, quum id à Salomone factum videamus. *1 Reg. 2. verſ. 35.*
Sed tenendum eſt, Deum rebus omnibus creatis, & earum omnium opera ſic uti, ut hominum conſiliis ad faciendam decretis ſuis viam & ad exitum illa perducenda. Quod & ipſum in hiſtoria illa, in qua Abiathar exauctoratus legitur, & in ejus locum Sadoc ſuffectus, nominatim Dei Spiritus memorat. Nam etſi Salomon Abiatharum officio ſacerdotali depulit neceſſitate impulſus, puta ipſius Abiatharis perfidia, quam 1 Reg. 2:26. pluribus in hæc verba perſequitur, Es quidem, inquit, vir mortis: ſed hodie te non interficiam, quia portaſti arcam Domini Dei coram David patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus, in quibus laboravit pater meus: tu ad agrum tuum abi, non enim amplius Sacerdos eris: ac Sadocum in Abiatharis locum deinceps ſubſtituit: quæ quidem prima fronte ab hac Domini comminatione videri poſſunt alieniſſima: namque Abiathar ſuorum facinorum pœnas luit, quæ ad liberos ipſius non ſpectabant; ac proinde hujus Prophetiæ de qua hic agimus, non fuiſſe impletionem factam: illud Solomonis tamen nominatim in hiſtoriæ illius loco Dominus adjectum voluit, ejectum à Solomone Abiatharim ut impleretur ſermo Domini, quem loquutus eſt ſuper domum Heli in Silo. Quibus verbis oculi nobis pateſiunt ad Domini providentiam propius intuendam: quum nominatim dicitur Abiathar graviore

& ad ſuam voluntatem implendam diſponat. Nam etſi pœnas Abiathar propter læſam regis Majeſtatem luit, reus enim mortis erat, Dei tamen judiciis hac ratione via facta eſt, Deo in Abiatharis perſona Helin puniente, & in ejus familiam, quod ſe facturum erat minatus, dedecus & ignominiam derivante. Quibus omnibus ea quam ſuperius attigimus doctrina confirmatur, Deo non patefaciente ſuorum judiciorum ſigna manifeſta, quorum intuitu terreamur, non ideo tamen inſoleſcendum, ſed modeſte de ſe ſentiendum & coram Domino ambulandum, quandoquidem & poſt fata ſuas rationes habet, nos, non minus quam vita fungentes, corripiendi & caſtigandi. Et hactenus quidem de divinorum judiciorum occultis viis & rationibus dictum eſt; quod tamen argumentum ampliorem tractatum poſceret, ſed in præſentia quum de occultis Dei judiciis agatur, intellexiſſe ſufficiat, non inulta fuiſſe filiorum Heli flagitia, licet in tempus uſque Solomonis dilata ſit ultio, ac proinde licet temporis longinquitate ſepulta & obliterata videri poſſet iniquitas, in Dei tamen conſilio æterno impreſſam & inſculptam hactenus remanſiſſe.

Sequitur in Prophetæ verbis, *Deum illi domum ædificaturum*, quibus verbis alia metaphorica locutio continetur. Domum enim ædificare dicitur, qui ſtatum aliquem firmum & ſtabilem efficit, nullis mutationibus obnoxium. Sic Pſal. 127:1. quum dicitur *Domus fruſtra ædificari, quam Dominus non ædificaverit*, non parietum, lignorumve aut lapidum ex quibus aſſurgit ædificium reſpectu dictum illud exiſtimandum, ſed diuturnitatis & ſtabilitatis, quam ſibi homines, augendis familiis opibus & dignitatibus intenti, fruſtra, ſine Dei auxilio, pollicentur. Atque in Scripturis hæc loquendi phraſis occurrit ſæpe, Deum ædificare domum, quum ita ſervis ſuis benedicit, ut tam corporeis ejus donis quam ſpiritualibus augeantur & locupletentur. Quibus docemur non niſi Dei benignitate & favore homines, vel ad ſummos honores & dignitates evehi, vel divitiis & opibus abundare, licet vel ſua induſtria & labore, vel etiam caſu & fortuna plerumque videantur illa conſequuti. Sola itaque Dei benedictione iſta contingere ſciendum eſt, quod Deus in omnes res creatas imperium obtineat, cujus vim in ipſos exerat: ac proinde quibuſcunque aliis fundamentis nitantur familiæ, imo ipſæ monarchiæ & ſtatus quicunque validiſſimi, tamen corruituros & in nihilum redigendos, quoties Deo videbitur, niſi manu & favore ipſius fulciantur. Quamobrem parentes liberis domos ædificantes hæc jacere fundamenta, liberoſque ſuos eadem edocere oportet, ſi ſuis familiis ſtabilitatem aliquam diuturnitatemque parare ſtudent. Porro coram Chriſto Sacerdos ambulaturus dicitur, id eſt, quibus indicarit fore ſacerdotium momentaneum, etſi in ipſius familia perduraſſet, donec ſuam Eccleſiam ad gloriam & felicitatem duxiſſet: quæ, licet ipſe Chriſtus in carne veniens non fuiſſet factus conſpicuus, tamen erat Eccleſiam illuſtratura, ipſo ſeſe conſpiciendum in Davidis & aliorum figura præbente. Dicit itaque Propheta Heli, tunc ei ſacerdotium adimendum, quum Deus ipſe veluti vexillum ſalutis extulerit, ac ſeſe non fruſtra Redemtorem eſſe pollicitum reipſa patefecerit, ſeque regnare velle oſtenderit. Cæterum obſervandum, ſequuta eſſe Solomonis mortem tempora infelicia, nempe totius populi diviſionem, decem illis tribubus à Davidis domo deficientibus: ac proinde in Solomone, non in Roboamo, non denique in aliis ullis à Davide Regibus oriundis, nobis ſubſiſtendum, ſed ſub typo & figura veritatem quærendam & comprehendendam: perinde ac ſi ſit horum verborum ſenſus, Heli filiis exauctoratis & ſacerdotio abdicatis, Deum gratiam ſuam & paternam benevolentiam exerturum, ac vivam imaginem Redemtoris exhibiturum, ut Dei decreta finem tandem ſuum aſſequerentur, apparente in terris Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ſubſtantia ipſa rerum in Lege figuratarum exiſteret. Et hoc ſatis ante conſpicuum eſt factum Annæ cantici verbis, puta, Deum nunquam vere ſe aliter veteribus illis patribus, quam in Rege, Dei quodammodo legato & vicario, patrem exhibuiſſe. En quæ veteris populi ſpes, intuentis in Dei promiſſiones, quibus ſe nimirum patrem in exſpectato Rege intermedio pollicitus fuerat. Idcirco Jeremias in Lamentationibus, Chriſtus Dei, inquit, cujus Spiritu vivimus, *Lamen. 4. verſ. 2.* quaſi dicat, qui vita noſtra eſt, de Rege loquens in captivitatem tamen abducto. Regem à Deo unctum vocat vitam & ſalutem populi: quemadmodum in Pſalm. Deus ſalutem Chriſto ſuo dare dicitur: quod *Pſal. 20.* de totius Eccleſiæ tamen corpore eſt intelligendum. *verſ. 7.* En ut Deus patres aſſuefacit ad Redemtoris illius unici exſpectationem, à quo unico vitam haurirent. Nos vero quanto magis in illo fiduciam omnem reponere decet, ex quo Chriſtus ipſe Dominus in terris apparuit, quo duce & interceſſore ad Patrem nobis aditus patefiat, quemadmodum ipſe de ſe teſtatur, quum ſe viam eſſe, vitam & veritatem ait? Quare ſi in alterutram partem declinaverimus, certum eſt nos ſemper [illegible] aberraturos. Hoc in Papatu ſatis eſt conſpicuum, in quo mera ubique confuſio. Nam quot, quæſo, ſunt ubique mediatores, quot merendi, ut aiunt, rationes, ſed ſine pace conſcientiæ, & ſine animi ulla tranquillitate, ſemper dubiis, ſemper hæſitantibus & anxie quærentibus miſeris illis tenebrionibus? Næ ſimiles vere dixeris eſſe brutis ſeſe invicem collidentibus,

nec

verentiam exhibentes, viciſſim honorem & dignitatem conſequuturos: Deum vero contra decorantes, dedecus & infamiam reportaturos. Æquum enim eſt, ut qui Deum toto corde & viribus non coluerunt, omni dedecoris & infamiæ genere obruantur. Sed quotusquiſque de his, obſecro, ſerio cogitat? Nam ſi forte de Dei honore & gloria tuenda adverſus profanorum blaſphemas voces agitur, faciles, imo remiſſi ac cæci; at ſi contra de noſtris injuriis, rigidi, implacabiles ac lynceis oculis ſumus. Et ii præſertim plerumque qui ad rerum gubernacula ſedent riſum iſta jocumque exiſtimabunt. Nos vero divinæ illius ſententiæ memoriam ſancte colamus, judiciorumque ejus ſeveritatem metuamus. Quid iis igitur futurum putamus, qui jam pridem omnem honeſtatem in Eccleſia Dei perverterunt, imo ſuſtulerunt: nullam ipſi à Deo vocationem adepti, & falſo ac ſpurio Eccleſiæ nomine gloriantes? Si poſteri Aaronis, quibus Lege divina ſacerdotalis dignitas debebatur, tamen in poſterum panem emendicaturi, in flagitiorum pœnam, dicuntur; quid fiet miſeris iis, qui quum nullum à Deo titulum juris acceperint, ſed ipſimet irrepſerint, & in Dei Eccleſiam ſibi auctoritatem arrogarint [illegible], Papa, inquam, Romano, & omni illa hierarchia Papiſtica, ſpecioſo tamen divinæ Legis prætextu, & Eccleſiæ protectionis, cujus ſe falſo dum caput eſſe

quæ vel ad corpus, vel ad animum pertinent, urgeamur, ad unicum illum confugere, cujus eſt unius alimenta nobis ſubminiſtrare: quam ob cauſam etiam non immerito ſe Patrem animarum noſtrarum vocat. Quare ſi amplas facultates & opes habuerimus, ejuſdem tutelæ commiſſos ſciamus nos quietè illis & tranquille fruituros: & contra ſi exiguæ facultates, tamen effecturum ut abunde nobis ſatisfaciant: ut, quæcunque tandem noſtra fuerit conditio, nobis debitum illi honorem & cultum exhibentibus, nihil unquam eorum quæ ad vitam tuendam neceſſaria ſunt defuturum; & contra, ab ejus patrocinio recedentibus & debita reverentia & cultu ipſum non proſequentibus, infauſta & infelicia omnia futura, & ipſas noſtras facultates ad nihilum redigendas, perſuaſi ſimus.

Sed agite, fratres, ſupplices coram Dei Majeſtate facti, & tot offenſas, quibus coram ejus judicio rei ſumus, agnoſcentes, eum deprecemur, ut in dies illis ſpoliatos, & in gratiam receptos ſuo Spiritu regat, & omnes affectus & cogitationes noſtras ſibi ſubjiciat, & ad ſuam voluntatem flectat, ut paternum ipſius in nos amorem experti, quem filiorum inſtar viciſſim coluerimus, & exemplis, quæ nobis hic proponuntur, cautiores facti, patientia ipſius non abutamur, ſed potius veluti quibuſdam ſtimulis ad ſeriam pœnitentiam incitemur, &c.

HOMILIA DECIMA TERTIA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. III.

1. PUER autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non erat viſio manifeſta.

2. Factum eſt ergo in die quadam, Heli jacebat in loco ſuo, nec poterat videre.

3. Antequam lucerna Dei extingueretur, Samuel dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei.

Narratur nobis hac hiſtoria, judiciorum Dei futurorum adverſus ipſum Heli, filios ac poſteros, confirmatio. Ac ſane Deus quidem judicia poterat exequi, nec ea tamen ulli prædicere: ſed ita voluit illo tempore pateſieri judiciorum ſuorum certitudinem, adverſus profanos illos ſui Nominis & Sanctuarii profanatores, & cultus ſui depravatores atque corruptores. Sed & hujus ætatis illa ſunt quod ea nobis Deus proponat, ex quibus inſtructionem percipiamus. Notum enim, quam ingenioſi homines in Dei judiciis obſcurandis, & ingratitudine ſepeliendis, & ab iis ſuis cogitationibus avertendis, ut nunquam niſi vi quadam aut præter ſpem ad eorum meditationem cogantur, & animis eorum, ut deleri nunquam poſſint, inſculpantur. Deus itaque voluit mature ſua judicia patefacere, ne caſu aut temere contigiſſe illa, ſed à Deo ſui contemtum & cultus ſui corruptelas diutius non tolerante manaſſe cognoſcerentur. Porro temporis illius fideles oportuit adverſus offendicula præmuniri, ne in deſperationem venirent, quaſi Dei promiſſionibus locus nullus amplius ſupereſſet, niſi Deus ipſe medicam manum adhiberet. Quare non parum recreati & confirmati ſunt, cognito de Eccleſia repurganda Dei decreto, quam Heli filii ſuis corruptelis magnopere labefactarant: quæ omnia ſigillatim hujus loci capita excutientibus fient notiora. Et in primis conſideratione dignum, quod puer Samuel coram Heli domino miniſtraſſe, id eſt, Eccleſiæ miniſterio vacaſſe, ipſo Heli doctore & ductore, dicitur. Nam erat Samuel adhuc juvenis admodum, in ſummi Sacerdotis curam ac diſciplinam traditus, quo ſeſe Dei cultui daret, dicaret. Hic igitur juvenis Samuelis ſtudium deſcribitur, omni cura & ſollicitudine in Dei cultum incumbentis, cui ſe à parentibus voto adſtrictum ſatis memoria repetebat. Non contemnenda ſane adoleſcentis virtus, ſuam vocationem agnoſcentis, fideliter in ea ſe exercentis, & officium alacriter facientis. Adde & modeſtiam & obſequium Heli ſummo Sacerdoti, tanquam Patri & Doctori præſtitum. Quare hujus exemplum imitati, diſcamus fidelem operam navare Deo, ad quamcunque vocemur ab ipſo conditionem, & omni ſtudio ac labore in eam incumbere: noſque iis quibus traditi ſumus, & qui auctoritate pollent, morigeros ac obſequentes cum omni modeſtia præbeamus. Hoc nomine Paulus Timotheum commendat, quod obediverit Euangelio ſuo, minime quidem ſibi quod unius Dei eſt ac Domini noſtri Jeſu Chriſti arrogans, poteſtatemque hoc vel illud imperandi tribuens, ſed quod Timotheus juvenis Pauli conſilio opus haberet. Itaque Samuel hîc à modeſtia commendatur, quod officio ſuo fideliter functus ac Heli præeunti alacriter obſequutus ſit, minime refractarius aut pervicax, aut arrogantia tumidus, ſed à Doctoris verbis & voluntate pendens. En igitur quomodo officio pulchre coram Domino defuncturi ſumus, ſi ab eorum auctoritate, quibus commiſſi ſumus, ita pendeamus, ut de nobis ipſis modeſte ſentientes, totos nos illis permittamus: ac viciſſim, pro ſuæ vocationis gradu, qui aliis præſunt, certatim & unanimiter Dei gloriam & honorem ac cultum quærant, ut quum auctoritate polleant, non uſurpent in inferiores ullam tyrannidem, ſed bono exemplo præeant: reliqui vero ſponte obſequantur, & ad eorum doctrinam ſeſe componant, in ſummis Dei beneficiis hoc reponentes, quod à quibus doceantur ab ipſo conſequuntur.

Deinceps ſequitur, *Dei verbum tunc temporis in pretio fuiſſe*, minime quidem populo tanti illud quanti decebat, faciente; ſed raro viſionibus ac revelationibus tunc apparentibus, & paucis Prophetis emergentibus, atque adeo religione valde corrupta. Notum enim eſt, quæ communia ſunt non plerumque magni æſtimari. Nam qui fit, exempli gratia, ut nobis opera Dei in oculos quotidie ingruentia & ejuſdem quotidie repetitæ admonitiones vileſcant, niſi quod illarum aſſuetudine induramur & in dies obſtupeſcimus? Ecquis non in ſummam admirationem raperetur, ſi ſemel in anno ſolis jubare terras illuſtrari cerneret? Verum ordinarium & quotidianum ſolis exortum & occubitum parvi facimus. Quod igitur quæ rara ſunt, & quæ in ſui admirationem homines excitant, pro miraculis habentur, idcirco tum temporis fuiſſe Dei verbum in pretio dicitur, cujus ratio additur, quod non manifeſta viſio fuiſſet. Obſervandum porro, quod quum Deus quodammodo ſeſe iſti populo ſubduxerit & ab illo ad tempus occultarit, juſto ejus id factum judicio, ingratitudinem populi ulciſcentis. Namque irrevocabiles & ratæ promiſſiones erant huic populo factæ, ſi debitam verbo Dei & ejuſdem cultui reverentiam exhibuiſſet, quæ apud Moſen in Deuteronomio continentur his verbis, Suſcitabo vobis Prophetas & Legis meæ Interpretes ne pereatis. *Deut. 18. verſ. 15.* Præmonuerat vero populum ac ſerio interdixerat, ne ſe pollutionibus ac ſuperſtitionibus Ethnicorum pateretur abduci & inquinari, quorum alii helluationibus & ebrietati obnoxii, alii blaſphemis & contumelioſis vocibus, alii ſcortationibus erant addicti: ac denique ex animi libidine & voto vivebant. Quare ne ſuam conditionem deteriorem Ethnicorum populus iſte quereretur, Dominus ſe fore facilem ad eorum preces pollicetur, ſi ſponte ſe ipſi ſubjecerint, ac vitam ex ſuæ Legis præſcripto inſtituerint, cujus nunquam ipſis Interpretes defuturos ſpondet, & Prophetiæ donum nunquam inter ipſos deſideratum iri: ac proinde Deum ſemper ipſos

per

dejicerentur, & iiſdem terra purgaretur. Recedentem itaque à Domino populum, & nuncium illi veluti remittentem, à Deo viciſſim oportuit quodammodo deſeri & repudiari: verbumque ipſius, quod facis inſtar ipſis prælucere debebat, extingui. Neque vero ſemel hoc in iſto populo tantum hoc tempore contigit, ſed alias ſæpe: Quales exſtant apud Prophetam

Amos 8. verſ. 11. comminationes, *Ecce, dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini*: qui cibus animarum verus eſt. Quemadmodum igitur Dominus hominum ulciſcitur peccata, terris immiſſa panis & vini fame, rerumque aliarum, quibus corpora ſuſtentantur: ſic ſevera illa fame, ſtupenda ſane vindicta, mortales caſtigat, animabus cibo neceſſario deficiente languentibus, ac plane deficientibus. Porro ſatis cuique notum iſtud eſt, nos in vitæ ſpem æternæ non alio quam Dei cœleſti verbo poſſe foveri ac ſuſtentari. Quare quæ gravior maledictio accidat hominibus, quam ſi Dei verbo, unico theſauro animarum noſtrarum, juſto ipſius judicio, ſpolientur? Nam miſeros horrenda confuſione & diſſipatione neceſſe eſt jactari quibus vitæ norma & regula ſublata eſt. Nos itaque ſi Deum noſtri curam habere certiores fieri cupimus, verbum ejus pluris quam iſti, quorum hic fit mentio, faciamus: ac tanquam inæſtimabilem theſaurum animis noſtris recondamus, & penitius inſculpamus. Alioquin enim huc illuc errare & tranſverſos agi neceſſe erit, ſemper inſtabiles, ac nunquam de ſalute noſtra πληροφορίαν habentes. Sic Paulus pleroſque dicit à fide deſciviſſe, quod bonam conſcientiam non retinuerint. Quibus verbis oſtendit, nos, ſi cupiditatibus habenas laxemus, & à ſalutis doctrina deflectamus, tandem à Domino penitus excæcandos, & in reprobum ſenſum mittendos, ac denique in hujus mundi corruptelarum abyſſum demergendos. Ac, vos obſecro, mecum hic expendite quam à multis jam ſeculis Dei verbum non modo non fuerit in pretio, ſed ex memoria penitus ſit obliteratum. Nam ante annos quinquaginta, quantæ fuerint paſſim tenebræ, & quidem eo uſque provectæ, ut quid Lex, quid Evangelium fuerit, ignoratum ſit, & plebecula in denſiſſimis tenebris caligans prorſus obſtupuerit, & in quævis flagitia præceps ruerit, ut nunquam Paganorum tanta fuerit, quam eorum qui Chriſti nomen ementiun-

Ac licet per multa ſecula veluti terra obrutum & ſepultum fuerit Dei verbum, ut mundum dereliquiſſe merito videretur ob ipſius perverſitatem & corruptionem: admiranda tamen & incomprehenſibili ratione ſibi reſiduum Dominus aliquem reſervavit populum, donec religionis puritas inſtauraretur, & in priſtinam dignitatem revocaretur. Et hæc quidem maxime digna ſunt obſervatione, ut iis reſpondeatur qui Deum populum ſuum dereliquiſſe promiſſorum immemorem inferunt, quæ per Moſen ediderat. Quod non ita eſt. Nam verum illud quidem, non apparuiſſe fructum, quod illo eſſent homines indigni: ſed Deus ipſe fidelis ſemper exſtitit. En ut in mediis, quibuſcum Eccleſia luctatur, tempeſtatibus, Deus ſe peculiarem ejus curam gerere teſtatur, & re ipſa comprobat ſe ſartam illam tectam conſervare velle. At non ideo tamen Eccleſia maxima pars neque apparentiſſima hominum eſt, quin potius contemtiſſima & abjectiſſima eſt, & quidem adeo humilis & abjecta ut vix emergat, non ſecus ac paucula frumenti grana plurima palea conteguntur.

Deincepa *Samuel* narratur *in lecto ſuo in Sanctuario cubuiſſe, vocatuſque à Domino Deo fuiſſe, & expergefactus ad Helin accurriſſe*, tribus repetitis vicibus: *unde cognoviſſe Heli dicitur, Dominum Deum Samueli ſe patefacere velle*, etſi, ut ſupra docui, raræ tunc admodum eſſent Prophetiæ & viſiones: & Samuelem ab Heli edoctum fuiſſe, quid ipſi, vocante Deo, facto eſſet opus, nempe teſtari, & proclamare ſe apparatum ad Domini audienda & ſuſcipienda mandata, & eadem exequenda. Denique Deus dicitur iterum latam adverſus Heli ſententiam ratam feciſſe. Quod ad primam partem attinet, ex ea fit nobis conſpicuum, Deum ad nos, etſi non quæſitum, priorem accedere. Samuelem quidem agnoſco bonum de ſe ſpecimen edidiſſe, & in hunc finem educatum & à parentibus Deo dicatum, cultui ipſius ut vacaret; ac proinde non in aliena domo, ſed in Sanctuario dormire, ac non modo paratum ad officii ſui partes implendas, ſed etiam ad obſequium ſummi Sacerdotis, cujus curæ commiſſus erat, attentiſſimum. Quæ ſane bona quædam ad Dei doctrinam recipiendam præparatio: ſed Samuel ſe Prophetam fore in animum nunquam induxiſſet, niſi Deus ipſe prior apparuiſſet, & peculiari quadam revelatione patefeciſſet; quare

ſe à quo & animam & corpus habemus accepiſſe agnoſcit, à quo ſit ad id formatus & vocatus. Adde, vocantem Deum hunc vel illum pro ſua voluntate, donis etiam eundem, ad muneris illius functionem neceſſariis, ornare. Qualis erat, obſecro, Paulus ante vocationem, & quam ad Apoſtolatum male diſpoſitus, imo quam remotus & alienus? Nam non modo in Chriſtianorum numero non cenſebatur, ſed etiam hoſtis Eccleſiæ, ac veritatis perſequutor erat: atque adeo bellum ipſi Deo indixiſſe, & adverſus ipſius gratiam pugnare videbatur. Nihilominus vero ad Apoſtolatum à Domino vocatur, ac gregis Domini noſtri Jeſu Chriſti gubernatio illi committitur. Unde vero tanta mutatio? Nempe à Deo, antequam ex utero matris egrederetur, fuerat cognitus. Hoc ipſum in Samuelis perſona expendamus. Qui etſi cum ſacrilegis, ſcortatoribus, atheis, profanis educatus, tamen à Deo paulatim fuerat à profanis illorum pollutionibus ſegregatus, & præter omnium exſpectationem adverſus omnes illorum illecebras communitus, ne ſe illis pollui pateretur. Ecquis vero non miretur factum, quum nullus tunc appareret Propheta, ac populus eſſet corruptiſſimus, ipſaque Religio peſſum iviſſe videretur? Quare hoc diligenter animadvertendum, ut, quum à Deo fuerimus ad excellentem aliquam dignitatem vocati, nos tanto ipſi eſſe devinctiores ſciamus, quanto minus nos aliqua virtus aut induſtria commendabat. Nam etſi præſtanti ingenio, & ſcientia quis præditus eſt, nihil tamen illa faciunt ad noſtram coram Deo commendationem: etſi nihilominus illis tanquam præparatoriis ſtimulis ad Dei cultum & reverentiam magis ac magis urgeri par eſt: agnoſcentes, quicquid bonorum aſſequimur, ex mera ejus in nos liberalitate promanare: neque ullam ſupereſſe nobis gloriandi materiam, quaſi aliquid præſtiterimus, aut noſtro labore & induſtria conſequuti fuerimus: ſed os omne occludendum, ut ſua Deo ſoli gloria conſtet, ac non obſcuretur, noſque noſtraque omnia dona ſoli illi accepta feramus. Et hæc quidem de iis, qui ad vocationem aliquam Eccleſiaſticam vocantur, hactenus. Nos vero etiam ſingulos hæc convenire nobis animadvertere par eſt: & agnoſcere, nos à Deo, quum procul abeſſemus ab ipſo, quæſitos, & ipſum, non quærentibus nobis, obviam factum & à nobis inventum. Nam, quæſo, quibus adminiculis, quo mentis impulſu ad Euangelii cognitionem pervenimus: quis hic ſuum ſtudium in quærendo Deo & ejus veritate auſit prædicare? Quid enim aliud, obſecro, quam rebellio & contumacia eramus quum nos Deus ipſe quæſivit? Pars enim in vitiorum luto penitus jacebat, niſi Deus ipſe in rectam viam revo-

Deus apparuiſſe Samueli in templo & ſanctuario dormienti. Nam ſi vigilanti, ſi precibus & orationi vacanti reſpondiſſet, merito Samuel ſeſe præparaſſe, & à Deo exauditus fuiſſe videretur: ſed dormiens exauditus dici non potuit. Quid ergo, nonne ſuorum etiam preces Deus exaudit? Næ: verum non ideo non prævenit. Neque enim preces noſtræ poſſunt aliunde quam à fide manare, fides vero à Deo eſt, ac proinde ſuorum preces Deus dum exaudit, etiam eos prævenit. Quare mentibus noſtris altius iſtud infigendum, & ad hanc unam divinæ gratiæ ſcaturiginem aſcendendum, nos à Deo cognitos quo tempore illum neſciebamus. Id Paulus ad Galatas docet, quum ait, Vos antequam Deum cognoſceretis, qui eratis? [*1 Cor. 12. verſ. 2.*] Cognitionem autem illam Galatarum eſſe docet ex fide. [*Gal. 4. verſ. 8.*] Atque idcirco ne ſuæ ſapientiæ & induſtriæ illam tribuerent, nominatim illos à Deo cognitos & præventos tempore cæcitatis & ignorantiæ ipſorum dicit. Itaque, fratres, hic tanquam in tabula depictam gratiam Dei inſpiciamus, & nobis dormientibus ipſum pro nobis vigilaſſe agnoſcamus, & quum non eum noſſemus, nec de ipſo cogitaremus, nos tamen quæſiviſſe, memori mente reponamus.

Porro terna repetitio illa, qua Samuelem ter Deus interpoſito aliquo temporis intervallo vocavit, conſideranda, quod non tantum Samuelis, ſed ipſius etiam Heli cauſa facta ſit, quo nimirum hujus Prophetiæ particeps eſſet. Neque enim, ut attigimus, illa Samueli ſic oportuit revelari, ut non ad omnes Prophetia perveniret. Nam alioquin in quantam incidiſſet populus tentationem, Arca fœderis in hoſtium poteſtatem veniente, ut ipſe Deus captivus videretur ab hoſtibus abduci, in quas anguſtias redactus eſſet, niſi prius Deus ſeſe teſtatus fuiſſet ſui contemtum & Sanctuarii pollutionem his pœnis velle ulciſci, ablato pignore gratiæ quo ſe populus indignum reddiderat? Arca enim fœderis Dei præſentiam repræſentabat: qua capta & in manus hoſtium veniente, quid aliud quam Judæam Deus deſeruiſſe videbatur, ac quodammodo teſtari, nolle ſe amplius cum profanis iſtis hominibus, à quibus tam graviter offenſus fuerat, commercium habere? Quare oportuit populum ad ſuæ miſeriæ & divinæ vindictæ cognitionem adduci, ut coram Domino abjectus ac ſupplex factus, ad ipſum converteretur; quod minime factum fuiſſet, ſi primo vocantem Deum Samuel ſtatim intellexiſſet, & Prophetiam accepiſſet, Heli minime conſcio. Neque enim ipſe à Domino audita Heli patefeciſſet, quum & iſtam Prophetiam vix ac ne vix quidem illum Heli voluiſſe, niſi adjuratum, & quodammodo vi adactum,

aperire

Digitized by Google

enim utrumque ſuperſtitem habebat. At vero cubat in Sanctuario, paratus ad miniſterium altaris ſi ejus opera deſideretur: itaque ſtatim ad primam vocem exilit, & ſe ad miniſterium alacri animo offert, non ut iterum vocetur exſpectat: ſtatim ad primam inclamationem reſpondet, & ſe ad obſequium Sacerdoti paratum exhibet. Næ laude digna eſt Samuelis hæc animi alacritas & promtitudo, ſuam operam & ſtudium omne Sacerdoti liberaliter offerentis. Quo vero rarior eſt hæc apud homines virtus hoc ſeculo, eo magis in hanc curam incumbere debemus, ut ad hoc exemplum nos conformemus. Certum enim eſt, in noſtram condemnationem propoſitum, niſi illo excitemur ad Deum, per os hominum nos alloquentem, audiendum, omni ſuperiori dignitati nos ſubjicientes, & in omnibus morigeros, ac obſequentes nos exhibentes.

Porro factum iſtud narratur *antequam lucerna Dei extingueretur*. Lampades autem per lucernam intelliguntur, quæ noctu accendebantur in Sanctuario. Candelabrum quidem erat aureum cum facibus accenſis, quo Spiritus Sancti gratiæ ſignificabantur, & ipſa Domini præſentia repræſentabatur, ut apud Zachariam Prophetam iſta explicantur. Sed præter illud & aliæ quædam accendebantur lampades noctu, ad vigilias in templo peragendas. Hoc imitati quidem Papiſtæ ſunt, ſed ut ſimiæ. Nam Deus quidem horum uſum præceperat in ſuo tabernaculo, ſed Domini noſtri Jeſu Chriſti adventu finiendum, quod illæ tantum eſſent figuræ & umbræ quibus ipſe venturus adumbrabatur, & quarum virtus & impletioin ipſo reperta eſt: ac proinde quorum uſus hodie eſt inutilis, imo nullus. Dominus enim noſter Chriſtus verum illud eſt templum, in quo habitat plenitudo divinitatis: ac proinde nullum amplius in Sione templum requirendum eſt: quod totus orbis Dei cultui dicatus eſt. Idcirco cerimoniæ ceſſarunt & abolitæ ſunt. Quamobrem ridicula fuit eorum imitatio, qui ſolennes vigilias inſtituerunt, & in ſuperſtitionem Legis figuras & cerimonias converterunt. Hujus vero loci non alius ſenſus eſt, quam profunda nocte Samueli hanc viſionem datam fuiſſe, quod alto tunc ſomno mortales veluti ſepulti ſint: prout ſæpe noctu ſervis ſuis Dominum apparuiſſe ſacræ teſtantur tabulæ: licet etiam interdiu id fecerit tibus, & quidem præcipuis, inſignem fuiſſe. Timor enim Dei fuit in ipſo conſpicuus, & certa perſuaſio, Deum ut olim Prophetis initio ſeſe communicarat, ſic eandem in poſterum gratiam in populum collaturum, & nunquam eſſe privandum Dei favore, promiſſionemque Domini nunquam adeo labefactandam, ut penitus ab ea populus ſemel adoptatus excideret & prorſus repudiaretur. Hoc fit ſatis conſpicuum ex verbis ipſius, quibus Samuelem ad Dei verbum excipiendum diſponit, inquiens, *Non vocavi te: ſed abi, & dormi, & ſi te Dominus vocaverit.* Itaque licet corruptiſſimis fuerunt moribus Heli filii, non ideo tamen ipſe divini numinis contemtor: ac licet non qualem ipſum decuit auctoritatem retinuit, & de Dei cultu ſarto tecto retinendo curam quam debebat, non adhibuit; hoc tamen fundamentum & firmum principium retinuit, Dei verbo ſuam majeſtatem & reverentiam deberi, ad quam etiam Samuelem erudiit. Nihilominus tamen graves eum pœnas luiſſe deinceps videbimus, prout ipſe Dominus ſententiam adverſus ipſum tulerat. Quandoquidem igitur Deus ſuorum judiciorum ſeveritatem adverſus illum, licet non impium aut contemtorem, ſed ſola incogitantia, & ſenectutis vitio peccantem, exeruit; quid futurum iis putamus, qui ultro ſcientes ac volentes omnem doctrinam rejiciunt, pedibus eandem conculcant, Deoque veluti ipſi bellum indicunt, & eo profanitatis devenerunt, ut Dei verbum jacere ſepultum optent, & in flagitiis immerſi perſeverent: an non horrendam ipſos manere vindictam neceſſe eſt, quum Dominus ipſi Sacerdoti Heli, tam bonum religionis fundamentum in animo retinenti, minime pepercerit? Hinc vero diſcendum, qua ratione in Dei ſchola multum proficiamus, nempe ſi Deum loquentem audiamus, & tantum apud nos verbum ipſius pondus habeat, ne in terram id excidere patiamur, ſed tanto cum timore, tanta cum modeſtia & reverentia, quanta par eſt, illud excipiamus.

Samuelem porro videmus in omnibus Sacerdoti Heli obſequentem cum omni modeſtia, quem ut ſummum Pontificem colebat & reverebatur, ab eodem admoneri ut ſeſe ad Dei verbum majore adhuc cum modeſtia & timore excipiendum componat, donec à Domino viſio ſit illi patefacta. Quæ ſi attentis animis perpenderimus, mirari deſinemus, tam

 paucos

SAMUELIS.

CAP. III.

11. Et ait Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbum in Iſraël, quod quicun-
que audierit, tinnient aures ejus.
12. In die illa ſuſcitabo adverſum Heli omnia quæ loquutus ſum ſuper domum ejus,
incipiam & complebo.
13. Prædixi enim ei quod judicaturus eſſem domum ejus in æternum, propter iniqui-
tatem, eo quod noverat indigne agere filios ſuos, & non corripuerit eos.
14. Idcirco juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis &
muneribus uſque in æternum.
15. Dormivit autem Samuel uſque mane, aperuitque oſtia domus Domini. Et Sa-
muel timebat indicare viſionem Heli.
16. Vocavit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel, fili mi. Qui reſpondens ait,
Præſto ſum.
17. Et interrogavit eum, Quis eſt ſermo qui dictus eſt ad te? oro te, ne celaveris me.
Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem ex omnibus verbis
quæ dicta ſunt tibi.
18. Indicavit itaque ei Samuel univerſos ſermones. & non abſcondit ab eo. Et ille re-
ſpondit, Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.

Coepimus heſterna concione docere, quomodo diſpoſitos eſſe nos deceat, quum Deus nos hoc beneficio afficit, ut verbum ſuum nobis pateſiat, nempe, attentas aures ad ejus verba oportere præberi à nobis. Neque vero Dominus nos, ſurdas licet aures & contumaces adferentes, alloqui & compellare deſinit ſed ut multi fiant inexcuſabiles, audita quidem ſed contemtæ veritate. Itaque verbum quidem Dei omnibus ſine diſcrimine prædicabitur, tam incredulis quam fidelibus, tam refractariis & contumacibus, quam morigeris & obſequentibus: ſed nunquam cum debita reverentia excipietur, niſi animum ad ejus verba excipienda præparatum, & ad ejus obſequium compoſitum habeamus: ut doctrinam propoſitam cum omni modeſtia noſtris animis infigamus. Quamobrem, etſi non eadem quæ Samuel verba uſurpemus, tamen ejus exemplo ſtatuendum apud nos omnino eſt & animis altius infigendum, Dei verbum ſuum ſemper effectum ſortiturum. In præſentia igitur nobis obſervanda confirmatio ſententiæ jam à Deo prius latæ, quod iterum illam oporteret promulgari, non ad ipſius tantum Heli, ſed ad populi totius inſtructionem, ut probe noſſet à Deo toti illi familiæ punitionem denunciari, qua ipſe etiam corrigeretur, propter neglectum Dei nomen, & cultum ejus depravatum. Porro quum ait Dominus, *rem ſe facere, quam qui audiant, futurum ſit eorum aures tinniant*, phraſis obſervanda tam Legi quam Prophetis uſitatiſſima, ad ſtupenda Dei judicia denotanda, ad quæ homines velut attoniti obſtupeſcant, & tanquam icti divinitus horreant: hoc, inquam, ſibi volunt hæ voces, fore ut aures tinniant. Ducitur autem hæc loquendi forma ab eo quod plerumque accidit ut tinniant aures, quaſi vento aliquo percuſſæ, qui tamen unde ſit ignoretur, neque enim ſonus ille cum aliqua eſt intelligentia. Quare quum de divinis judiciis, omnem humanam rationem ſuperantibus, agitur, ad quæ ſenſus ipſi obſtupeſcunt, aures tinnire illis noſtræ dicuntur. Ac merito ſane populum oportebat ad hæc Domini judicia, de quibus deinceps, horrere. Nam ea ſe Deus populi hujus protectorem ratione promiſerat, quod in medio ipſius, propter Sanctuarium puta ſuo nomini dicatum, habitaret: quod ſignum eſſe perpetuum, certum & indubitatum, præſentis virtutis ſuæ volebat. Quum igitur hoſtes populi deinceps de Sanctuario triumphant, immaniter ſæviunt, ſanctitatem omnem evertere nituntur,

populum

[illegible] Quibus verbis ſacra Scriptura frequenter utitur, ut oſtendat, Deum tam comminationes quam promiſſiones ſuas ad exitum perducere, ut nihil unquam Deus cadere eorum quæ dixit, id eſt, irritum eſſe, ſinat. Ducitur autem hæc ſimilitudo à rebus corporeis, ut tum Dei verbum cecidiſſe dicatur, quum non primo quoque tempore ſuum effectum producit. Sic paulo poſt additur, eorum, quæ Deus pronunciaverat, in terram nihil decidiſſe, id eſt, Deum rata ſemper feciſſe quæ in auras abiiſſe videbantur. Quare obſervandum, Deum ad aliquod tempus ſuorum judiciorum differentem executionem, non ideo tamen non metuendum, aut non ideo comminationibus ipſius fidem non adhibendam, quaſi vanis & irritis. Abſit imitemur profanos, quos ſi Deus ad tempus tolerarit, & caſtigationem ſuam diſtulerit, ſibi videas impunitatem polliceri: Dei comminationes non abſimiles ardenti candelæ judicantes, quæ licet ad horæ unius aut alterius momentum ſplendeat, puncto tamen temporis extinguitur. At non hujuſmodi eſt verbum Domini; cujus eadem eſt ſemper vis, quam opportuno demum exerit tempore. Quapropter ſi non primo quoque die ſimus divinarum promiſſionum participes, patienter illarum impletionem præſtolemur: quas ſuo tempore Deus perficiet. Ac viciſſim Deo minis terrente atque ad officium excitante, ne ſegneſcamus, &, tanquam lethargo correpti, metum comminationum ipſius in nobis ſopiri ſinamus: ſed in memoriam ſingulis momentis ea quæ ab ipſo audiverimus revocemus, ne incauti deprehendamur, aut nobis ipſis incredulorum more delicias faciamus, ac vitiis indulgeamus, perpetuam pacem & tranquillitatem nobis pollicentes, donec tandem incautos Deus opprimat; quod plerumque improbis accidit, dum
cap. 28. verſ. 15. ſibi, ut loquitur Propheta, quidvis pollicentur, quaſi ab omni malo ſint immunes, quod cum morte fœdus inierent.

Ratio deinceps adjicitur, nempe *quoniam Deus Heli patefecit ſe ulturum & judicaturum domum ipſius propter iniquitates, quas in illa & toto populo deprehenderat.* Quibus verbis ſuam juſtitiam Deus coram omnibus patefacit, ut nec injuſtitiæ, nec ſeveritatis accuſari merito poſſit, licet adverſus Heli familiam ſeveriſſimam vindictam exerceat, quæ in totum deinceps populum & regionem derivetur. Prius enim admoni-tamcunque homines ignorantiam prætexant peccatorum, ſi cum Deo jure velint experiri, convinci ipſos neceſſe eſt. Nam quî fit, obſecro, ut ſibi ipſis mortales imponant, ac veluti conſopita conſcientia laxas habenas ad vitia ſibi permittant, donec turpitudo ipſorum palam appareat, & ſibi injuriam fieri conquerantur, quum de peccatis arguuntur? An non hypocriſis, hominibus innata, cauſa iſtorum eſt? Nempe latebras quibus effugiant, ut ait Jeremias, quærunt: & ſe reprehendi moleſte ferunt, omnia cum ſimulatione & hypocriſi faciunt, nihil triſte aut luctuoſum audire volunt. Atque adeo rationem ſui facti Deo reddere recuſant, & ejus judicium effugere pro viribus conantur: ipſi ſibi ſtuporem adferunt, & omni, ut ita dicam, ſenſu ſeſe privant. Nos vero ſanam & utilem hinc doctrinam eruamus, nempe dandam omnem nobis operam, ut diſcamus agnoſcere peccata noſtra, & in nos ipſos diligenter inquirere; ut de nobis ſicuti par eſt ſentientes, Deo nos per verbum incuſante, ſileamus, Deoque debitam gloriam tribuamus: ac ſponte nos ipſi cum omni modeſtia & manſuetudine ſubjiciamus. Quinimo & iſtud obſervandum, nos, licet teſtibus convinci non poſſimus, tamen accuſanti intus conſcientiæ non oportere reluctari: ſed ſufficere ſi mali notitiam habeamus. Quemadmodum hoc loco videre eſt, potuiſſe quidem Deum, accuſantem Heli, objicere, filiorum flagitia toti populo innotuiſſe, & confuſionem in Dei cultum ab ipſis invectam in omnium oculis eſſe. Et, obſecro, quantum in ipſum Heli dedecus redundabat, quem oportuerat non tantum patremfamilias in regenda familia diligentem, ſed tanquam ſummum Pontificem, omnis eſſe ſanctitatis & pietatis exemplar, quum filiorum ſuorum flagitioſam vitam diſſimularet, qui tamen inſtar latronum graſſabantur, & Dei cultus contemtum ſcortationibus & helluationibus ſuis in univerſum populum inducebant. An non iſta graviſſimam à Domino vindictam, in totam ipſius familiam & univerſum populum attrahebant? Ergo ait Dominus, cognitam ſibi Heli fuiſſe ſceleratam filiorum vitam: quaſi diceret, nullo etiam accuſante, tamen coram divinæ Majeſtatis tribunali detegendam ipſius ſocordiam, quod admonitus admovere neceſſaria remedia recuſaverit. Quare agite, fratres, ſerio meditemur hanc doctrinam, & in peccata noſtra diligenter inquiramus, ut quo

magis

Digitized by Google

ut omnibus ipſorum infamia innotuerit, & ideo deteſtabiles & peſtiferi apud omnes fuerint. An non igitur iſtis merito patrem oportebat commoveri, & ad filios coërcendos non quidem ſolis verbis, & minis, quod ipſum antea feciſſe videmus, ſed graviſſimis pœnis ac ſeveriſſimis, quibus paternam in filios auctoritatem & poteſtatem demonſtraret, quibus etiam ſummam illam dignitatem Summi Sacerdotis quam acceperat à Domino retineret? Denique dicuntur filii Heli ſatis condemnati, quod nemine licet accuſante, tamen flagitioſa & deteſtabilis vita ipſorum, ſatis palam faceret ipſorum turpitudinem, qua in ſe omnium contemtum concitarent. Nam, ut antea vidimus, ſcortationibus, helluationibus, rapinis, ſacrilegiis, omnibus denique flagitiis erant nobiles, & flagitioſa vita Dei nomen & cultum in contemtum adduxerant: denique monſtra hominum potius quam homines erant, digni quos terra dehiſcens abſorberet. Quantopere igitur hic oportebat patrem commoveri, quum tantam animadverteret confuſionem in domum ſuam invectam, quam eſſe Dei domicilium oportuerat, quum præſertim plus in Sanctuario quam in propriis ædibus verſaretur? His itaque verbis videmus Deum voluiſſe Sacerdotis Heli peccatum aggravare: qui filiorum animadvertens flagitia, quibus apud omnes erant infames & abominandi, tamen remiſſior in corripiendis illis fuiſſet. Vidimus porro ſuperius, Helin quidem ſatis fuiſſe de filiorum improbitate certiorem factum, ſatis notam illorum impietatem, etſi populi non acceſſiſſent querimoniæ, quibus magis ac magis ſocordiæ ſuæ & ignaviæ arguitur, quod populi querelis magis ſtimulari debuerit ad filiorum coërcitionem. Næ ſatis erat, ſolum fuiſſe conſcium tantorum flagitiorum, & ſatis acres aculei quibus ad officium ſtimularetur: ſed quum publica eſt & in vulgus emanavit iniquitas, ut ſingulis ordinibus horrori ſit & deteſtationi, ceſſante tamen & deſidente eo, cujus in illam ſeverius animadvertere partes erant, tanto gravius fuiſſe malum, certum eſt: veluti ſi in populo graſſentur ſcandala, & tam mulierculæ quam infantes de iis conquerantur, quod libere admittantur, quod impunita maneant, quod Magiſtratus ad hæc conniveat, & diſſimulet, ac veluti clauſis oculis prætereat, an non iſtius, obſecro, Magiſtratus querelis hujuſmodi culpa vehementius aggravaretur? Similiter etiam, ſi graſſantibus vitiis, & quolibet è vulgo conquerente, tamen qui è pulpito docet, & cujus eſt in occulta flagitia inquirere & invehi, obmuteſcit, & inſtar muti canis jacet, an non, quæſo, dignus eſt in cujus faciem omnes deſpuant? Nam, quod ejus officium eſt? an ut hæreat lingua palato, ut loquitur Propheta, & omnem injuſtitiam & iniquitatem permittat? En quis hujus doctrinæ uſus, ut nimi-

reprehendit illos, ut ſupra vidimus, ac docuit ipſos ſuis flagitiis in Deum inſurgere & Majeſtatem ipſius lædere, tamen mollior ac remiſſior illa fuit correptio, ac proinde laterem lavans oleum & operam perdidit. Quibus verbis docemur, eos qui corripiendis aliis præfecti ſunt, licet ſeveritatem quandam præ ſe ferant in vitiis verbo reprehendendis, quæ paſſim graſſari vident, & non in illa ſeverius animadvertant, ſi poteſtatem acceperunt, venire in partem flagitiorum, & culpam in ſe maximam derivare. Neque enim verbis teſtari ſatis eſt, flagitium admiſſum nobis diſplicere, ſi dedit Dominus poteſtatem, illa pœnis meritis corripiendi. Nam clara eſt & aperta Domini hoc loco adverſus Helin ſententia, iis omnibus futura communis qui in ſcelerum & flagitiorum pœnas remiſſiores & laxiores fuerint. Adjicit ad ſuperiora Dominus ratam jurejurando ſententiam, *nunquam expiandam domus ejus iniquitatem, neque victimis, neque muneribus uſque in æternum.* Jusjurandum adhibitum, ratum & irrevocabile Dei eſſe hoc decretum oſtendit. At Deo ſatis ſua ſine juramento conſtat in verbo veritas, ut non opus ſit teſtari ſe non variabilem. Longe enim hominum eſt diſſimilis, qui temere quidlibet promittentes, deinde pœnitentia ducti ſententiam mutant. Inde fit ut non ſemper hominibus fides adhibenda ſit, niſi juramento fidem verbis ſuis fecerint. Nam etiam vix ſæpe jurati Deum intuentur: aut multa temere effutiunt aut pollicentur, quorum ſi poſtulaveris impletionem, præſtare nequeant. At longe aliter Deus, cujus rata & irrevocabilia decreta omnia ſunt, quorum nulla vis effectum & impletionem impediat vel remoretur. Verum enimvero quoniam plerumque Deum noſtro modulo metimur, & naturam ipſius noſtræ plerumque ſimilem facimus, idcirco ratas facere illum jurejurando promiſſiones aut minas oportet. Sic videas, Deum, non contentum ſimplici promiſſione facta fidelibus ſe Patrem ipſorum fore & Servatorem, eandem juramento per nomen ſuum, per fidelitatem ſuam, per eſſentiam denique ratam facere; ac nihil eorum quæ pollicetur unquam irritum fore teſtificari, modo tamen id vera fide amplectamur. Quanta, quæſo, quanta, inquam, hæc eſt Dei manſuetudo, ut quorum incredulitatem punire debuerat, ita toleret, ut ſimplici ipſius verbo fidem non adhibentes, etiam jurejurando confirmet & erigat? quaſi fides ipſi, niſi jurato, non eſſet adhibenda, quam blaſphemiam execrari nos oportet. Ecquis enim Dei veritatem, niſi diabolica malitia faſcinatus, in dubium vocaverit? Quid enim eſt, obſecro, Dei verbo verius aut conſtantius, quod eſt ipſiſſima veritas? Nihilominus tamen, etſi incredulitatis vitio plus æquo laboremus, & adverſus Deum & nomen ejus blaſphemi ſimus & contumelioſi, quoties

jure-

Digitized by Google

[illegible], neque muneribus, uſque in æternum. Primum enim, quum Deus in Lege promiſſione ſanciverit, fore, ut, ſi peccator manum ad ſacrificium mittat, & aſperſio ſanguinis facta ſit, peccatoris iniquitas aboleatur: merito ſibi contrarius hic videbitur, aut ſententiam ſuam revocare. Deinde ſcimus ſacrificia quæ olim fiebant, fuiſſe figuras reconciliationis noſtræ à Domino noſtro Jeſu Chriſto factæ, quum ſanguinem ſuum in peccatorum noſtrorum lavacrum ſemel effudit: ac mortem ipſius fuiſſe ſatisfactionem pro noſtris omnibus peccatis & debitis: quod ſi ita eſt, quomodo igitur iniquitas domus Heli dicitur nunquam ſacrificiis expianda? Quidam ſic nodum hunc ſolvunt, ut de temporali caſtigatione mentionem hic fieri dicant. At licet noſtri Deus miſereatur, ut peccata non imputet ad perditionem, non ideo tamen non corrigere: & experientia teſtatur expedire ut caſtigemur: quod caſtigationibus tanquam medicinis & præparatoriis remediis ad pœnitentiam adducamur. Verum ſimpliciſſimus ſenſus eſt, ut Deum dicamus his verbis declaraſſe, ſibi non poſſe fucum externa ulla ſpecie fieri, ne ſibi ipſi Heli aut filii imponant, quaſi, quod apud Deum pro populo intercederent, & eum ipſi reconciliarent, multo magis ſibi eſſent ipſum reconciliaturi. Nam qui univerſi populi eſt interceſſor, quomodo ſui ipſius non eſſet? ita ſibi poterant Heli & filii ejus imponere, privilegium neſcio quod ſibi præ cæteris pollicentes. At inutile fore Deus pronunciat quicquid prætendant, neque pœnas evaſuros: ſed ratam adverſus ipſos fore condemnationem, quod nullo pœnarum metu ad præveniendum Dei judicium moti fuerint. Nam etſi Heli procul ab iniquitate filiorum ſuorum abfuit, nec eodem loco eſt quo illi habendus, quod ex hoc loco ſatis perſpicuum eſt, & ex ipſius deinceps morte, nunquam tamen eo divinorum judiciorum metu, quo decuerat, perculſus eſt. Nos vero mentibus noſtris altius infigamus tam horrendum in filios Heli derivatum judicium, quod paternis monitis aurem præbere facilem recuſarint. Nam hinc facile colligimus, ipſos, ſi pœnitentiam ſeriam egiſſent, veniam à Domino fuiſſe impetraturos. Verum quod in reprobum ſenſum erant conjecti, oportuit & ipſos in ſuis flagitiis indurari, & eo quidem uſque, ut ne paternis quidem admonitionibus

[illegible] ciamus, Deo jurante pereundum hominibus, in reprobum ſenſum conjectis. Quamobrem ſedulo cavendum nobis eſt, ne Deum tentemus, patientia ipſius abuſi, ne tandem in Diaboli laqueos & tyrannidem conjiciamur, juſtoque Dei judicio tandem opprimamur. Ac viciſſim & hoc penſitandum, poſſe nos quidem hominibus imponere ſimulata externa quacam pœnitentia; ſed Dei oculos, in ima cordis penetralia intuentes, malitiam noſtram detegere, & tandem ſevere caſtigare. Itaque diſcendum, inanes eſſe ritus omnes externos, niſi veritas adſit, quam Dei oculus intuetur, ut ait Propheta Jer. c. 5. v 3. in hypocriſin populi gravius invectus, quod multis ritibus ac cerimoniis, ac frivolis & inanibus cultibus pietatem ſimularet, & quandam ſanctitatem ſibi perſuaderet. Hanc hypocriſin ridens Propheta, dicit, oculos Dei ad fidem reſpicere, id eſt ſinceritatem & rectitudinem.

Deinceps vero Samuel dormiviſſe dicitur uſque mane, & timuiſſe indicare viſionem Heli, licet ſibi juberet patefieri: ac tandem quum urgeretur ab Heli, qui viſionem illi factam ſciebat, & adjuraretur, eam patefeciſſe. Ac primum quidem obſervante, blandis verbis Samuelem hic ab Heli compellari, *Fili mi, quis ſermo dictus eſt ad te? Oro te, ne celaveris me*: deinde animadverſo pueri timore, acrius inſtare & adjurare, his verbis, *Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem ex omnibus verbis quæ dicta ſunt tibi.* Q. d. Caveſis quicquam abſconderis à me eorum quæ Deus in ſinum tuum depoſuit, mihi revelanda & patefacienda: nam te præcone vult uti: alioqui ſi abſconderis, merito proditor habearis. Tum Samuelem ei ſermones univerſos indicaſſe, nihilque ab eo abſcondiſſe: Helinque excepiſſe, *Dns Deus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.* Hic primum notandum, Samuelem non habuiſſe quidem in mandatis illa quæ revelatione acceperat Heli Sacerd. patefacere: ſed tamen eam fuiſſe Dni mentem. Nam ita voluiſſe magis ipſum Heli Sacerd. dejicere, & veluti majore ictu ferire, ut ſocordiam ſuam agnoſcens, veniam deprecaretur à Dno, cujus iram in ſe concitaverat & eo quidem uſque ut in univerſum populum confuſio manaret, quod remiſſior in filiorum inquirendis & corripiendis flagitiis fuiſſet. Sed tamen nondum Samueli patefecerat mentem ſuam Dns: quamobrem quum puer adhuc eſſet, & timidus, merito ſe apud Helin purgare potuit,

Digitized by Google

triſtitiæ plena omnia ſint. Neque enim triſtitia illa ut moleſta fugienda eſt, quæ ad pœnitentiam ducit: ſed contra votis ſummis expetenda præ omni gaudio terreno, quo profani Deum oblivioni tradentes inſoleſcunt. Ne nos igitur tædeat his mediis ad Deum invitari: neque moleſte feramus, ſi primam perſecutionem altera longe gravior excipiat, ut ſubinde vulnera recrudeſcere videantur. Nam quemadmodum in corporeis morbis, non uno ſcalpelli ictu, vel penicullo ſolo, vulnera & vomicæ ſanantur, ſed ſæpe repetitis vicibus, ut ſubinde recrudeſcere vulnera videantur: & patienter illa, graviſſimum licet inferentia dolorem, toleramus, quod quum vita hæc nobis chariſſima ſit, ad ejus conſervationem quidlibet ferre parati ſimus: ſic quum de noſtrarum animarum ſalute agitur, quos non ferre dolores debemus? Quare diſcamus, nos totos Dei manibus permittere, ut vomicas noſtras aperiat, & vulnera ſanet. Ac ſi difficiles & intolerabiles videantur ejus correctiones, ad verbum ipſius confugiamus, ex quo diſcamus, patienter Domini manum ferre, tanquam ſapientiſſimi medici, ne forte miſere ab ipſo derelicti pereamus. Et hæc quidem documenta nobis Heli exemplum ſuggerit, qui licet nuncium injucundum, puta iræ divinæ, acciperet, tamen illum à Samuele ſibi pateſieri contendit. Porro adjurationis formula illis temporibus uſitatiſſima Samuelem adigit ad veritatem ſibi pateſaciendam, quum ait, *Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis*, &c. Qui fuit Judæorum jurandi ſtylus, quum Deum ut vindicem & judicem implorarent. Atque hic juramenti etiam uſus eſt, etſi non ſemper directe voces illæ, Deus ſit judex, exprimantur, quæ per ſe ſatis intelliguntur. Quid enim aliud eſt ſubtendum. Uſitata hæc phraſis igitur fuit, *hæc faciat mihi*, &c. ut parciores eſſent ad jurandum homines, ſua natura nimium ad juramentum proclives. Idem vero eſt, ac ſi precaretur, ut Deus, licet non primo quoque tempore puniat, ſuo tamen judicio peccantem perſequatur. Quod vero Deus velut frenum quoddam juramentis adhibuit, factum eſt, ut homines ad ſeriam illorum meditationem excitarentur, ne temere effuſo juramento, ſecuri eſſent, ſed potius de Dei Majeſtate ſerio cogitarent, & non eſſe luſum aut jocum, ſed rem ſeriam & de divina vindicta agi cogitarent: & ita retinerentur, ne temere quidvis jurejurando confirmarent. Digna hæc ſane ſunt quæ animis altius infigamus, ut parce ad jurandum accedamus, ne Dei nomen temere, & inconſulte aſſumamus: ſed ſi jurandi neceſſitas acceſſerit, cum ſumma Numinis reverentia id faciamus, & quaſi coram ejus ſtantes tribunali vindictam ejus horreamus, omnibus illis imminentem, qui veritatem in mendacium converterint. Et hactenus.

Jam ſupereſt ut coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & innumera peccata, quibus rei coram ipſo tenemur, agnoſcentes, precemur ipſum, ut nos ſibi magis magiſque ſubjiciat, quo ab ipſo ſolo pendeamus. Ad hoc donet ſuam gratiam, ut admoneri in dies optemus, & locum admonitionibus dantes emendemur, itaque vitiis noſtris terreamur, ut ſolius Dei voluntati placide nos ſubjiciamus: ne noſtris cupiditatibus habenas remittat, ſed ut magis ac magis exutos noſtris infirmitatibus, in ſuæ juſtitiæ obſequium formet: quod nobis ipſis relicti, nunquam ſimus ex luto peccatorum emerſuri. Neque nobis tantum hanc gratiam, ſed omnibus, &c.

HOMILIA DECIMA QUINTA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. III.

18. Indicavit itaque ei Samuel univerſos ſermones, & non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit, Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.

19. Crevit autem Samuel, & Dominus erat cum eo, & nihil cecidit ex omnibus verbis ejus in terram.

20. Et cognovit univerſus Iſraël à Dan uſque Berſabee, quod fidelis Samuel Propheta eſſet Domini.

21. Et addidit Dominus ut appareret in Silo: quoniam revelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, juxta verbum Domini.

Latam

Digitized by Google

cui nulla nobis appareat divinorum judiciorum ratio, & potius injuriam pati nos arbitremur, tamen adorandam divinorum judiciorum rectitudinem. Nam ſi ſibi hac in parte homines indulgerent, & habenas cupiditatibus laxarent, nullum unquam rixarum & contentionis finem cum Deo facerent, præſertim Deo ipſos contra ipſorum voluntatem tractante. Hinc eruenda generalis hæc ſententia, Deum, quandoquidem rerum omnium Dominus eſt, libere quidvis agendi [illegible] habere poteſtatem: & ſummam illi attributam Majeſtatem, quam revereri & adorare omnes oportet, eique placide ſeſe ſummittere. Ac proinde quum de divinæ Juſtitiæ gubernatione agitur, omnem excludi judicii humani vim, & rerum omnium cognitionem adminiſtrationemque ſoli ipſi attribui: ut, ſi forte vel inſcio vel invito Deo quidquam ſuſcipere voluerimus, vel hoc ipſo deſiſtere debeamus, quod Dei voluntas contraria ſit. Denique hinc obſervandum, homini contra vel præter Dei voluntatem nihil audendum ſuſcipiendumque. Imo potius tanta cum reverentia colendum ipſum, ut ipſi nos ipſos abnegare, & nobis non ſapere diſcamus, ne vanas noſtras opiniones ejus judiciis opponamus, ſed ſilentium noſtræ rationi & judicio imponamus. Neque enim noſtris hic ſuffragiis locus eſt, Dei unius partes ſunt, cujus unius judicio eſt acquieſcendum, ne refragemur. Quare quum Dominum feciſſe aliquid dicimus, ceſſat omnis humana ratiocinatio, nullus ſupereſt amplius diſputationi, aut humanis judiciis reliquus locus; quaſi foret melius aut æquius aliquid, ſi ſecus accideret: cæcam eſſe humanam rationem in ferenda de divinorum judiciorum rectitudine ſententia ſciamus: ſed eandem ad illorum admirationem & utilitatem ex iis percipiendam exacui poſtulemus, quum Deus verbi ſui veritatem tuetur, & contemtores ejuſdem punit. Ita nos docet Paulus, ſi caſtigati fuerimus, non obmurmurare, ſed nos ipſos intuentes, & explorantes, peccata noſtra condemnare, & averſari. Deo itaque ſumma poteſtas conceditor, noſtra vero ratio obmuteſcito. Ecquis enim cum Domino contendere auſit? Quis in ipſius judicia inquirere? An non enim deteſtanda illa eſt blaſphemia, quum miſer homuncio Dei judicia vult ad ſuam normam & trutinam exigere, & in ejus opera inquirere? Sed quid aliud, tus apparet, quod placide ſeſe Domino ſubmittit, & denunciatæ ab adoleſcentē condemnationi prorſus acquieſcit, ea tamen minime, ſicuti decebat, affectus eſt. Nam filios ad pœnitentiam & meliorem mentem à turpi & flagitioſa vita revocare illum oportebat, vel ſaltem omnem operam in idipſum adhibere: quod tamen non eſſe factum ab illo, videmus. Quare hoc obſervandum, etſi Heli ex parte Dei Spiritu regatur, quum ſeſe docilem ac minime refractarium præbuit, ad injucundum ſane nuncium futuræ mortis filiorum, & arcæ fœderis capiendæ, ac ſacerdotii in perpetuum à familia ſua cum dedecore transferendi: etſi, inquam, laudabilis illa fuit in ipſo modeſtia, tamen officio non eſſe ſuo defunctum. Nam vel improbos ipſos & incorrigibiles homines in has voces erumpere conſueviſſe certum eſt. Quemadmodum ipſe Paulus, hoſtes divinæ prædeſtinationis & improbos homines ſic loquentes, & quaſi canes divinam providentiam allatrantes, inducit, *Deus eſt, quis ejus voluntati reſiſtat?* Vel invitos omnes parère ipſi neceſſe eſt. At care olim illis hæ voces conſtabunt, & reipſa tandem, quantum flagitium ſit adverſus divinam Majeſtatem inſurgere, ſentient. En itaque improborum hominum voces blaſphemas, quibus Dei quidem abſolutam poteſtatem confitentur, cui nemo reluctetur: ſed cujus juſtitiam non agnoſcunt, nempe indigni tanto beneficio, ac proinde quum obſcurare & irritam facere conantur: & quod animis ipſorum incomprehenſibilis eſt, tyrannicam, violentam & injuſtam calumniantur. Itaque improbos, frenum mordentes, & dentibus frendentes, videmus in has voces erumpere, Dominus eſt, faciat quod volet, quis illius voluntati reſiſtat? Sed non ea mens Heli fuit, cujus modeſtiam, & reverentiam divinæ Majeſtatis, in iſtis pronunciandis vocibus animadvertimus, etſi non ſit ea in re plane officio ſuo defunctus. Quare danda omnis opera, ut nun tantum ore Deo gloriam pro ſapientia ſua & juſtitia ac rectitudine tribuamus, ſed quotieſcunque ad pœnitentiam ab ipſo ſtimulabimur, in vitam noſtram ſeverius inquiramus, ut deinceps pro peccatis apud Deum gemamus, & vitia toto animo deteſtemur ac fugiamus. Davidem ulterius etiam progreſſum videmus, ut ex 15. cap. lib. 2. perſpicuum eſt. Quum enim ab ipſo filio ſuo Abſalomo regno pulſus eſſet, quod longe gravius

illi

exhibet: non quidem abſolutam illi dominationem, ut ſolent improbi, tribuens, ſed Deum ſuum, & quidem ſemper juſtum, agnoſcens. Porro quum ait, Si me rejecerit Dominus, cavendum eſt ne rejectionem illam de cœleſti vita intelligamus, quaſi ex libro vitæ deletus eſſet. Nam hæret altius animo defixa ſpes, ſe à Deo ſemel in Eccleſiæ membrum adoptatum, nunquam ab eadem ejiciendum, ſed Deum Servatorem experturum. Regno vero temporali ita ſeſe abdicat & cedit, ut à Deo ſe caſtigari petat, ea ratione, ut ſit utilis ipſi & fructuoſa caſtigatio. Hinc igitur diſcamus, quaſcunque caſtigationes Deus immiſerit, ſic ab ipſius manu proficiſci, ut non ſit nobis reſponſandum, aut cum Deo contendendum. Et quum nova & inſolentia videbuntur ejus judicia, quibus merito poſſe contradicere nos exiſtimemus, tamen ore clauſo ſubſiſtamus, noſtræque naturæ infirmitatem humanique judicii imbecillitatem agnoſcentes, illis placide acquieſcamus. Ac proinde paſſiones ſi efferveſcant in nobis, & extra rationis terminos ebulliant, eaſdem coërceamus & compeſcamus, ac nos ipſos ad Dei Majeſtatem expendentes ſic examinemus, Tene vero miſerum homuncionem adverſus Deum contendere, & adverſus ejus potentiam obniti, & incomprehenſibili Majeſtati ipſius reluctari? Quamobrem non modo ſic agnoſcenda Dei potentia eſt, ut neminem ipſi poſſe reluctari fateamur, & patienter quod ipſi videbitur exſpectandum dicamus: ſed ut fructuoſæ ſint Domini caſtigationes, tanquam paternæ: ac proinde ſic ut Judicem metuamus, ne unquam de paterna ipſius erga nos bonitare dubitemus. Sed in primis frenanda eſt noſtrâ curioſitas, & arrogantia, ne Dei judicia ad noſtrum judicium expendamus, ſed ejus immenſam & infinitam ſapientiam adoremus, & judicia inſcrutabilia ſuſpiciamus, & velut oculis clauſis ipſum, quocunque tandem duxerit, ſequamur. Et hæc quidem hactenus.

Interea Samuel creviſſe dicitur, & cum ipſo Dominus fuiſſe: ex quo diſcimus, quicquid honeſti ac boni contingit hominibus, Dei donum eſſe, non à natura manare. Quinimo quæcunque dona habemus à natura, Deo ſunt accepta ferenda, quod ab ipſo bonorum omnium fonte manent. Cujuſmodi beneficium eſt, quod homines formarit: & ſingulare ipſius eſt hoc beneficium: nam poterat bruta eſſe jubere. Deinde qui ingenii bonitate, promtitudine, aut qui alio dono præditus eſt, ut ſunt varia Domini dona & ea varie largitur, an non Deo pro illis gratias agere debet, ingratus alioquin erga Deum futurus, & merita ipſum laude ſpoliaturus? Verum enimvero peculiare aliquid habet hic locus, quo docemur, non modo temur ad debitam laudem & gloriam illi reddendam, ſed ut ad hunc fontem accurramus, quo defectus noſtros & inopiam expleamus: quoniam Pater eſt Luminum, & omne donum ab ipſo eſt, ut monet Jaco- *Jacob. 1.*
bus, & ad ipſum ut confugiamus exhortatur. Quare, *verſ. 17.*
non aliunde, quam à mera Dei liberalitate, quicquid eximium eſt, haurire nos poſſe, tota id clamante Scriptura, teneamus.

Deinceps univerſus Iſraël à Dan, uſque Berſabee, id eſt, univerſus populus, ſic enim Scriptura ſæpe ab his terminis univerſas tribus duodecim deſcribit, cognoviſſe dicitur, quod Samuel fidelis Domini eſſet Propheta. Nominatim vero fidelis Dei Propheta Samuel dicitur: nam fideles quidem omnes eſſe debemus, quocunque loco vel quacunque conditione dignitateve ſimus: hoc enim à nobis Deus poſtulat, ut ſincere coram ipſo ambulemus. Quin etiam privatis hominibus teſtimonium in Sacris fidelitatis & integritatis ſæpe tribuitur: ſed hic Samueli peculiari quadam ratione traditur, fuiſſe fidelem Prophetam, puta fideliter officio Prophetæ defunctum. Et quidem nominatim Propheta Domini dicitur, ut doceat, omnes Dei verbi præcones, voluntatem ipſius edoceri, nequid temere in medium adferant, oportere: ac plane fieri de illa certiores, ut eam à Domino probari tanquam à ſe profectam ſciant, ac fideliter adminiſtratæ rationem reddant, coramque omnibus merito poſſint aſſeverare, nihil à ſe confictum, ac ſe non ſua auctoritate rem aggreſſos ſomnia ſua narrare, ſed tanquam ipſius ore Dei loquutos verbum ipſius annunciare.

Deinceps vero ſunt & illa expendenda, *nihil cecidiſſe ex verbis ejus in terram*: quibus de fidelitate ipſius dicta ſuperius confirmantur. Sunt enim illa fidelis Prophetæ, ut docet Moſes, indicia, cujus verba *Deut. 18.*
ſunt, Quum Propheta prædixerit aliquid, quod ta- *verſ. 20.*
men non evenerit, ſatis convictum eſſe falſitatis, ac proinde merito è vivis tollendum, quod Dei nomine fuerit abuſus. Quare quum nihil cecidiſſe in terram dicatur eorum quæ Samuel prædixerat, inde facile apparet quam fidelis & approbatus Domino fuerit. Ac proinde ſciamus, tunc facile poſſe de Prophetiis judicari, ſintne à Domino profectæ, quum illas impleri videmus. Neque vero, fateor, proprium hoc ſignum ſemper eſt veræ Prophetiæ, ejuſdem impletio, quum ſæpe falſas quaſdam impleri contigerit: quod ex alio Moſis loco apparet, Deo nimirum id *Deut. 13.*
permittente ad hominum iniquitates puniendas, *verſ. 3.*
quod veritati divinæ patefactæ non ſatis attenderint, ſed novitati ſtudentes ad mendacium proclives fuerint, ac divinum verbum flocciſecerint. Verum enimvero quum quivis Propheta fungens fideliter officio

quid Deus nobis promiſerit, tandem illud impleat. Fidelis enim Dominus, & rata ſunt & irrevocabilia ipſius verba. Contra, minas intentantem metuamus, ac noſtræ perverſitati & malignitati in nos ejus iram concitatam imputemus. Verumtamen omnibus ipſius comminationibus additam conditionem ſciamus: quod finis illarum præcipuus ſit pœnitentia, ad quam Deus nos vocat, id eſt, ut agnitis peccatis ad meliorem mentem revertamur, & gratiam ac remiſſionem gratuitam impetremus: quæ vere lugentibus & peccata agnoſcentibus omnibus promittitur. Quotieſcunque igitur agnoſcentibus peccata, & ad meliorem frugem redeuntibus, eadem remittuntur, videri poſſint Dei comminationes irritæ in terram decidiſſe, quod non quem minabantur effectum ſint aſſequutæ. Sed ſciamus, quicunque effectus ſequatur, Deum invariabilem: ac proinde metuamus, ne, ſi ad ejus comminationes ſurdas aures attulerimus, & minis ejus non commoveamur, tandem vel invitos, & fruſtra dentibus ringentes, judicia Dei decidant, ſeraque nimis ſit pœnitentia. Quare mature ſerioque ſententiam hanc meditemur, Dei comminationes nunquam decidere in terram, ſed ſuum exitum ſemper ſortiri: ac proinde metu pœnarum à peccatis deterreamur. Ac viciſſim promiſſiones ipſius ſic amplectamur, ut illis freti adverſus quoſcunque diaboli, mundi, & cujuſvis alterius poteſtatis inſultus imperterriti ſtemus, & nullis minis, nullis cruciatibus à fiducia in ipſum abducamur. Contra, quoties velut exertam ipſius manum in pœnas animadvertimus, toti cohorreſcamus, judicemque illum experiri, ni ad meliorem redierimus mentem, timeamus.

Verum quædam hic occurrit difficultas: nam quum hîc Samuel Dei Propheta fidelis & deinceps Dei verbum ipſi patefactum fuiſſe dicatur, ac toti populo revelatum; ad cujus mandatum videtur exercitu conſcripto adverſus Philiſtæos prælio decertaſſe, ac tandem ab ipſis hoſtibus ſuperatus fuiſſe, neque tamen prædicta ſit clades, ſed contra potius juſſus populus arma ſumere adverſus hoſtes Philiſtæos: quis non dicat vanam & irritam ipſius fuiſſe Prophetiam? Quis non deluſum, vanaque ſpe lactatum po-

reat, locus ut eſſet in quem populus conveniens in Legis ſimplicitate retineretur. Nam ſupra vidimus, & deinceps viſuri ſumus, Arcam illam fœderis, in qua Legis volumen continebatur, & quæ pignoris inſtar erat præſentiæ divinæ, ejuſdemque juſtitiæ, potentiæ, virtutis & bonitatis, in Silunte reſediſſe, ibidemque ſacrificia fieri oportuiſſe. Vidimus inſuper, hunc populum voluptatibus ſuis indulſiſſe, ac brutorum inſtar libidinibus habenas laxaſſe, & ſacrificia ex animi arbitrio obtuliſſe, contra Legis expreſſas prohibitiones: quibus nominatim cautum erat, nequis ad Dei verbum quidquam adderet eidemve detraheret: nequis etiam faceret quod ſibi rectum videretur, ſed propoſitis à Domino Legibus obſequeretur. Itaque deſperata ſalus hujus populi, quod ad Legem attinet, videbatur. Quare Dominus in hoc Siluntis loco peculiarem quandam notam exſtare voluit, qua populus admonitus, in eum conveniret, ac ſuperſtitionibus, propriiſque cupiditatibus, quiſque cujuſcunque ordinis ac ætatis renunciaret, Deumque ex ipſius ſtatutis non ullis ἐθελοθρησκείαις coleret ac veneraretur. Neque vero perpetua illa fuit hujus loci, quemadmodum nec templi poſtea nota, ne loco iſti Deus alligatus videretur, quod ſibi tamen hypocritæ plerumque perſuadent: quemadmodum Hieremiam videmus Judæorum hypocritarum ingratitudinem reprehendere, ſeſe à templi dignitate jactantium, & quandam ideo ſanctimoniam ſibi tribuentium. Sunt Prophetæ voces, *Ite ad locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum in principio, & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Iſrael.* Jer. 7. verſ. 12. Quaſi dicat, Agite, contemtores, videte jam Siluntis locum, & ad mea judicia cohorreſcite: vos, inquam, hypocritæ, ad hæc animum advortite, veſtroque templo, quo gloriamini, idem exitium metuite. Quamobrem ſciamus, Deum, etſi Siluntem tanto honore dignatus eſt, non ideo tamen obligatum illi in æternum fuiſſe: ſed ita voluiſſe populum in veri cultus divini obſervatione retinere. Quod vero Samuel perrexiſſe dicitur, tenendum ideo commemorari ne unam aut alteram tantum fuiſſe Samuelis Prophetiam ſciremus, eorum quæ vel Heli vel populo eſſent eventura;

tionem neceſſarius, quin cœlitus à Domino illabantur in illos, & quidem in ſingulos dies eorum confirmationem accipiant: quemadmodum jam ante docuimus, nullis virtutibus aut donis eximiis inſignes ullos mortales, quin ea Deo ferre accepta debeant: quod non à natura, ſed ſupernaturali Dei gratia promanent. Idem igitur de dono Prophetiæ docemur hoc loco, quod ad totius populi ſalutem ſpectat. Quin & illud adjiciendum, clarum licet & excellentem ac fidelem Scripturarum interpretem, nihili tamen eſſe, & momento defecturum niſi vi divina acceptum donum intelligentiæ ipſi confirmetur, ut loquitur Petrus Apoſtolus. Atque hæc quidem nobis ita ſunt applicanda, & in noſtrum uſum convertenda, ut iis quæ nobis à Scriptura proponuntur, fidem adhibeamus, & hæreamus: licet novis ſubinde prophetiis & revelationibus, quales ſub Lege contigerunt, non erudiamur. Neque vero ſentio, Deum ſeſe hodie non patefacere nobis, ſed aliam eſſe quam olim patefactionis rationem aio: & idcirco à Paſtoribus & omnibus verbi Dei præconibus hoc requiri, ut ſeſe ad ſanæ doctrinæ puritatem conforment, & in ea perſeverent: atque à Deo precibus impetrent, ut quemadmodum ipſos ad veritatis teſtimonium vocavit, ita vires ad tantum onus idoneas quotidie ſufficiat, & in dies etiam augeat. Nam alioquin periculum eſt, ne, ſi ſuis fidant viribus, vel à ſtolidiſſimo & imperitiſſimo quolibet in eas anguſtias redigantur, ut plane obmuteſcant & obſtupeſcant, niſi divina vi ſuſtineantur & confirmentur. Quamobrem ad Deum confugiendum, ut omnis boni auctorem, ſciamus, ut ſuis donis cumulatos ne deſerat, ſed eadem in nobis confirmet & adaugeat. Vos vero, fratres, ne hæc Paſtorum ita propria exiſtimate, quin ad omnes etiam, cujuſcunque tandem ſint conditionis, illa pertinere intelligatis. Nam quamcunque artem profiteri quis inſtituat, ſemper ad Deum illi recurrendum eſſe certum eſt, quod ad eam non aliter idoneus eſſe poſſit quam ejus unius auxilio & favore, à quo, ut bene monet Apoſtolus, omnis noſtra ſufficientia eſt. Quare nos regat oportet, & ad priorem gratiam novam ſubinde addat, atque adeo nos manu deducat, ac reipſa ſuam apud nos præſentiam teſtetur. Denique beati erimus, ſi tanto cum timore coram ipſo ambulaverimus, ut omnia noſtra ipſi accepta tulerimus; & illud tenuerimus, nobis nullam virtutem, ſapientiam aut aliam gratiam contingere poſſe, niſi cœlitus data fuerit, ut loquitur ipſe Dominus: ex quibus proinde etiam conſpicuum eſt, nemini licere ſibi prædicandi verbi divini auctoritatem arrogare, niſi miſſus fuerit. Ideo Paulus de multis queritur Euangelium prædicantibus, qui vocatione carebant: ac proinde non ea ſimplicitate, qua fidos Dei miniſtros par eſt, incedebant: do-

Joan. 3. verſ. 27.

ſunt, tenendum eſt. Itaque quoties pure & ſane verbum Domini nobis annunciatur, vere poſſumus de ipſius præſentia lætari, noſtramque conditionem non eſſe deteriorem quam veterum agnoſcere: ac proinde licet non ſe præbeat viſibilem externis ſenſibus, quemadmodum olim fecit, non ideo tamen procul à nobis abeſſe noverimus, ſed præſentiſſimum, ſicuti verbo ſuo teſtatum facit. Tanti ergo faciamus doctrinam ipſius nomine prædicatam, ut in ea tanquam in ſpeculo faciem ejus contemplemur. Quam faciem ſi veteres intuiti fuiſſe dicuntur, longe magis iſtud Euangelicæ doctrinæ convenit, in qua, ut docet Paulus, nos omnes retecta facie gloriam Domini ut in ſpeculo intuemur. Neque vero omnibus fuit tunc, ut nec eſt hodie, gratia hæc communis, in ſignis illis viſibilibus Dominum intueri: ne illis plerique nimium adhærentes ſuperſtitionibus ac rebus iſtis caducis implicarentur, ut eſt hominum ingenium ad εἰδωλομανίαν proclive. Quapropter Deum intueri nos oportet, ſeſe nobis in verbo ſuo & Legis expoſitione patefacientem. Denique ſciamus, Deum ſeſe nobis quatenus expedit patefacere: faciemque ſuam in verbo revelare, ut plene perſuaſum habeamus, veritatem ipſius nobis nunquam defuturam proponi. Quare quum viam, qua ad ipſum pervenitur, nos doceat, verbis ejus fidem habeamus. Idcirco Deus apparere dicitur, & quidem in verbo: minime id quidem quaſi viſio externa quædam accedat, aut ipſe viſibili forma nos alloquuturus deſcendat: ſed quod in verbo ſe conſpicuum faciat. Quare nullam à nobis excuſationem adferri poſſe teneamus, ſi miniſtris à Deo ſuſcitatis, veritatem nos docentibus, fidem non adhibuerimus, & conſtanter illorum doctrinæ adhæſerimus. Nullum hic prætextus ignorantiæ locum obtinet: nulla quamlibet ſpecioſa excuſatio admittetur: quod nimirum ſponte oculis caligaverimus, & ſurdis auribus audiverimus. Satis enim in ipſius verbo Dei Majeſtas conſpicua eſt. Nullus denique locus effugio multorum, de opinionum varietate & incertitudine conquerentium: nam veritas ſeſe ipſa patefacit; & ſui contemtores coram Domino reos facit, ut nullus coram Domino ſit excuſationi reliquus locus, in verbi ſui contemtores ſevere animadverſuro.

2 Cor. 3. verſ. 18.

Jam vero, fratres, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & peccatorum noſtrorum numerum immenſum agnoſcentes, quibus coram ipſo rei ſumus, precemur, ut in agnitionem ipſorum ſeriam nos quotidie ducat, & ſinceram ac minime fucatam pœnitentiam largiatur, qua peccatis renunciantes, ad meliorem frugem revertamur, & ipſius Juſtitiæ obedientiam amplectamur, & ad præſcriptam in ipſius verbo regulam vitam exigamus, ac ſincere coram ipſo ambulemus, & ad ipſius obſequium nos fideliter

Digitized by Google

5. Cumque veniſſet Arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus eſt omnis Iſraël clamore grandi, & perſonuit terra.
6. Et audiverunt Philiſtiim vocem clamoris, dixeruntque, Quænam eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et cognoverunt quod Arca Domini veniſſet in caſtra.
7. Timueruntque Philiſtiim, dicentes, Venit Deus in caſtra. Et ingemuerunt, dicentes, Væ nobis! non enim fuit tanta exultatio heri & nudiuſtertius.
8. Væ nobis! Quis nos ſalvabit de manu Deorum ſublimium iſtorum? Hi ſunt Dii qui percuſſerunt Ægyptum omni plaga in deſerto.

HEſterna concione audivimus, quum hic ſit mentio ſermonis Samuelis, non inde tamen effici, fuiſſe peculiare mandatum Iſraëlitis datum ab ipſo, de movendo adverſus Philiſtæos exercitu: ſed contra potius prædictionum impletionem denotari, adverſus univerſum populum, non tantum adverſum Heli familiam, quæ ſenſit effectum eorum quæ Samuel prædixerat, ut fidelis Domino, veruſque eſſe Propheta probaretur. Id vero maxime toti populo conſpicuum factum eſt in illa clade, de qua deinceps dicturi ſumus. Quæ vero cauſa belli adverſus Philiſtæos excitati fuerit, an ipſi Philiſtæos an contra Iſraëlitas illi adorti ſint incertum eſt. At iſtud conſtat, Philiſtæos perpetuis odiis certaſſe adverſus Iſraelitas, & bellis illos continuis exercuiſſe, & ſæpe crudeliſſime & tyrannice tractaſſe. Itaque incertum eſt, ſpontene ipſis occurrerint Iſraëlitæ: quamquam non ſit veriſimile bello ab Iſraëlitis ultro laceſſitos Philiſtæos inimicos, quum pacis potius colendæ ſtudioſiſſimi fuiſſe videantur. Sed oportuit ab hoſtibus illatam vim repulſuros, in Heben Hezer caſtrametari ad occludenda itinera. Cæterum loci illius non iſtud fuiſſe tunc nomen ex ſequentibus apparet, ac proinde per prolepſin uſurpatum. Deinceps enim videbimus, Samuelem hujus auctorem fuiſſe nominis, atque in memoriam ac monimentum auxilii ſingularis, quod Deus populo in re anguſtiſſima attulerat, impoſuiſſe. Sed hic Scripturæ mos eſt, ut certum quendam locum deſignatura, de nomine rei illic geſtæ denominet.

Deinceps Philiſtæi prælio ſuperiores fuiſſe dicuntur, & ab ipſis Iſraëlitæ in fugam verſi; quorum ad hominum quatuor millia occubuerunt. En ut implere Deus cœperit quæ prædixerat, ſe nempe tam Sacerdotum quam populi peccata puniturum. Porro filii Heli, Ophni & Phinees, huic prælio non interfuerunt, licet id munus ipſorum poſtularet. Cautum enim erat Lege Dei, ut cum tubis argenteis, Num 10. verſ. 9. quæ in Sanctuario erant, adeſſent Sacerdotes, exeunte populo in bellum adverſus inimicos, ut prolatis ex Sanctuario tubis, Dei ipſius auſpiciis velut proprium Domini bellum geri videretur. Neque tamen exiſtimandum, tantam tubarum fuiſſe vim, ut ipſæ per ſe hoſtibus terrorem adferrent: ſed Deum talibus uſum inſtrumentis, ad populum ſuum retinendum, ne bellum temere ac ſine Dei permiſſu, aut præter ipſius voluntatem ſuſciperet. Atque ita vere populus teſtari poſſet, conſcientiæ ſuæ teſtimonio, non à ſe bellum excitari: ac proinde ſanguinis effundendi minime cupidum, neque reum. Sed Deum potius, pœnas ab hoſtibus de tyrannide ipſorum & violentis factis repoſcentem, ejus auctorem. Quinetiam præterquam quod populus nullum bellum temere ſuſcipere docebatur, etiam accedebat ſpecialis Dei promiſſio, fore ut inſonantibus tubis victoria penes populum eſſet, quod cœleſtis eſſet & ſpiritualis: & cuncta ex ipſius nutu & arbitrio ac auſpiciis gererentur. Quare oportuit tubas in caſtris cum Sacerdotibus adeſſe, ut nominatim jubet Moſes, tam ut doceretur populus quid liceret, quidve prohiberetur, quam ut certior de victoria fieret, modo ex Dei juſſu & in ipſius timore ſingula hæc adminiſtrarentur. Ophni vero & Phinees domi ſe, dum adverſus hoſtes prælio Iſraëlitæ decernerent, continuerunt. Qua in re graviter ab ipſis adverſus Deum & ejus Legem peccatum eſt. Quare quum fugati cæſique dicuntur Iſraëlitæ, quis miretur, quum hujus adverſus Deum contumeliæ rei eſſent non tantum Sacerdotes, ſed etiam Iſraëlitæ, in bellum tanquam bruta potius animalia quam Dei populus ruentes? Nam licet inſtructiſſima foret acies ex diſciplina militari, tamen Deo ſuam dignitatem reddi oportebat, & gradum in exercitu ſupremum. At dum oblivioni traditur, nonne in contemtum venit, ac proinde tanti contemtus pœnæ ab ipſis merito repetuntur, & impietas ipſo-

Digitized by Google

tes haberi volunt, ubi omnem adverſus Deum licentiam permittant. Tandem etiam agnoviſſe videntur ſe à Deo deſertos, & procul ab ipſis ejus abeſſe bonitatem: ac proinde divinam iſtam caſtigationem incipiunt agnoſcere ob ipſius contemtum in ſe immitti ab ipſo, quod honore debito ipſum ſpoliaſſent. Sic ſolent iſtiuſmodi homines Deo reſponſare, & nunquam ſponte ſe illi ſubmittere, niſi magna vi ad modeſtiam & veram humilitatem adigantur. Quamobrem, quicunque futurus ſit eventus, concludunt, arcam adducendam in caſtra, Dei præſentiæ teſtimonium. Bonum ſane conſilium, ſi mens recta fuiſſet: ſed in externo ſymbolo hærent, quaſi aliqua virtus illi ineſſet, quam in re ipſa quærere ipſos oportebat. Videbantur enim ſibi Deum hac arca cum Lege clauſum continere, ac proinde ab ipſo in caſtra advecto impetraturos, ut adverſus inimicos vim ſuam exereret. At miſeri Legem ipſius pedibus conculcabant, & cultum ipſius ſuſque deque vertebant flagitiis; ſcortationibus, helluationibus, Sanctuarium ipſius polluebant, denique paſſim impietas regnabat. Quare quum ad Deum confugiunt, an non aperte conſpicuum eſt, ab ipſis illum haberi ludibrio? Neque enim rectam impetrandi divini auxilii viam ſequuntur. Arcam itaque volunt in caſtra duci, ad cujus adventum exſultant, & crebris vociferationibus lætitiam teſtantur, ut cœlum undique clamoribus impleatur, & terra perſonet vocibus Iſraëlitarum ſibi victoriam promittentium. Interea Philiſtæi terrentur initio, ac ſibi in memoriam vaſtatas regiones, & fuſas cæſaſque gentes potentiſſimas Dei manu & potentia, ad Iſraëlitarum in illas terras adventum, revocant: itaque de victoria deſperant. At non fuit pavor iſte diuturnus: nam paulatim receptis animis ſeſe ad prælium obfirmant, & quemcunque caſum experiri tentant, & cum ipſo Deo veluti deſperabundi prælium committere deliberant. Atque hæc in præſentia nobis expendenda, cædem & cladem Iſraelitarum in craſtinum dilaturi. In primis vero digna ſunt obſervatione verba illa, *Et evenit ſermo Samuelis univerſo Iſraëli:* quibus admonemur, quotieſcunque Deus immiſſis plagis nos afflixerit, ad comminationes ipſius, quæ Lege comprehenduntur, eſſe recurrendum, quod natura ſtupidiores ſimus ad examinanda peccata noſtra; & ad ea damnanda, & ad pœnitentiam faciendam tardiores. Itaque Dei verbum adiri neceſſe eſt, & ad plagas illas adjungi, ex quo diſcamus Deum merito in nos animadvertere, ut ſerio de pœnitentia, & in meliorem mentem reditu cogitemus. Namque ſacra Scriptura non tantum docet afflictiones eſſe divinæ vindictæ & maledictionis teſtimonia, ſed ad ipſam ſcaturiginem deducit, ex qua divinæ illius iræ adverſus peccatores cauſam cognoſcamus. Quare ſi caſti-

ipſius [illegible]. Verum enimvero ſi ut Judicem ipſum apprehenderint, tum non aliter quam ebrius à vino cum metu excitatus, vehementius perturbatur, iſti Dei contemtores, maximo terrore, Deo manum ultricem flagitiorum ab illis admiſſorum exerente, percelluntur, & de Deo cogitare incipiunt, ac in cauſas malorum pœnarumque quas ſuſtinent inquirere.

Porro Iſraëlitæ nominatim agnoviſſe dicuntur à Deo ſe puniri: parum enim promoviſſent, ſi tantum malis ſuis territi, ſe magnam cladem paſſos eſſe conqueſti eſſent. At quum libere confitentur ſe à Deo in hoſtium manus traditos, tum ſe ex Legis Moſaicæ doctrina reos agnoſcunt. Nam ſic Moſes ipſe populum in Cantico ſuo compellat, *Quomodo perſequatur unus mille, & duo fugarent decem millia? Nonne ideo, quia Deus ſuus vendidit eos, & Dominus concluſit illos?* Quapropter Iſraëlitæ proxime ad hanc doctrinam accedunt, quum à Deo ſe in Philiſtæorum manus traditos, Deumque Judicem agnoſcunt. Atque hoc quidem initium eſt pœnitentiæ, miſeriam ſuam ſentire, & iram divinam adverſum ſe concitatam cognoſcere: ſed minima pars eſt pœnitentiæ. Quam multos enim ſibi Deum adverſantem ſentientes, adverſus ipſum murmurare, & veluti dentibus frendere videas? At Judicem ipſum & quidem juſtum cognoſcentes, tum ſuum agnoſcere peccatum, & in ſeipſos ſententiam ferre neceſſe eſt, ſedulo in vitam priorem ſic inquirentes ut innatum vitium oderint, & iniquitates abominentur: amorem vero contra Dei retineant, quo ad illum propius accedant, & impetrata venia concilientur. Quæ deinde ſequuntur digna ſunt etiam obſervatione, nempe Iſraëlitas ſentientes Dei manum ultricem, noviſſe, non poſſe ſe hoſtibus, niſi divino auxilio adjutos, reſiſtere, ac proinde divinum auxilium requiſiviſſe. Sed de ſeria converſione ad Deum nulla eſt apud ipſos mentio: ac proinde quod ſibi Deum conciliare & propugnatorem habere cupiunt, non ex animo, ſed perfunctorie & ſimulate faciunt. Fides enim à pœnitentia divelli non poteſt: quamobrem quiſquis ab uno Deo ſalutem ſuam pendere fatetur, & auxilium ipſius implorat, ſeria peccatorum agnitione tangatur neceſſe eſt, ut pudore ſuffuſus, ac ſenſu peccatorum affectus, agnoſcat Dei Juſtitiam in omnes peccatores incumbere, donec ſibi ipſis diſplicere didicerint. Quum itaque nulla ſit Iſraëlitarum ad Deum converſio, nulla pœnitentia, nullam ipſorum fuiſſe fidem eſt conſpicuum, ac proinde vanam quandam & inanem fuiſſe ipſorum cogitationem, quum de adducenda in caſtra fœderis arca deliberant. Hinc diſcamus, non tantum oportere Dei vindicem manum ſentientes cogitare merito nos à Domino caſtigari, quacunque

Deut. 32. verſ. 30.

cunque

Digitized by Google

[illegible] ſubjecerit, ut ex ejus nutu pendeat, quum à ſolo ſigno, non ab ipſo Deo, auxilium efflagitet? Nam ab ipſorum perfidia divortium iſtud veritatis à figura manabat, atque ideo ſe fructu, quem exſpectabant ab illa, reddunt indignos. Neceſſaria ſane his temporibus doctrina, quod natura homines in hoc vitium proclives ſint, ut rebus externis & terrenis magis adhæreſcant, quam divinis: id eſt, rebus externis freti ſibi Deum nunquam defuturum, ſed perpetuo propitium habituros putent. Idcirco populum Iſraëlitarum olim vehementer Iſaïas increpabat, quod Deum templo ſuo clauſum & captivum tenere velle viderentur: ita ſtuporem eorum cum ſtulta & vana religione conjunctum, & nimis temerariam arrogantiam, in quam nimium erant proclives, arguens,

Iſa. 66:1. quum ait, *Cœlum ſedes mea: terra autem ſcabellum pedum meorum*: paucis verbis incomprehenſibilem Dei Majeſtatem exprimens, quo ab omni vana illius imaginatione deterreamur. Nam Deus quum ſit incorporeus, ſede opus non habet: ſed iſtiuſmodi verbis omnia implere ſua Majeſtate denotatur. Idcirco ad ſuperiora adjicit, *Quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? quandoquidem potentia immenſa mea & incomprehenſibilis neque cœlis neque terra continetur. An non hæc omnia manus mea fecit?* Quibus verbis vehementer falli Judæos docet, ſi, templi prætextu, Deum ſibi propinquum auxiliatorem fore, & quod eum ſacrificiis multis colant devinctum habere perſua-

Jer. 7:4. deant. Huic conſentit Jeremias Propheta, ſic Judæos reprehendens, *Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt. Numquid enim ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua invocatum eſt nomen meum in oculis veſtris? Abite jam & illius alis tegimini.* Porro non unius ætatis, loci, aut regionis proprium, ſed omnium ætatum, locorum, perſonarum: utpote omnibus natura inſitum fuit iſtud vitium. Nam, oro, quam multis ſubinde novis cultibus & ἐθελοθρησκείαις homines ſibi Deum conciliare ſtudent, & in iis pertinaciter adhærent? Interim vitiis ſuis indulgent, ac rebus inanibus Deum demulcere & placare ſtudent, puta externis geſticulationibus, & ſignis in oculos incurrentibus, quod Deum eſſe Spiritum, animo non contemplentur, ac proinde cultum ejus etiam ſpiritualem eſſe oportere, quod dicit Joannes, *Deus eſt Spi-*

[illegible] Nam hoc [illegible] primis damnandum, quod ſuperſtitioſe Dei gratia transfertur ad res creatas: deinde inanis arrogantia, qua ſignis externis adhærentes, Deum tamen ipſum ſibi devinctum arbitrantur. Quare quum jam à multis ſeculis homines vana turgeant arrogantia & ſuperſtitione, & hodie vitium iſtud longe excreverit, diſcamus ſignis externis & viſibilibus ſuum uſum legitimum dare; nimirum ut illis ducibus ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & Chriſto duce ad Deum Patrem veniamus. Iſtis enim gradibus ad veritatem duci nos oportet. Alioquin in idola transformantur Sacramenta, quod faciunt Papiſtæ, ac proinde Chriſtus vileſcit, nulloque loco eſt, & ita Deus ab illis colitur, ut ſe ipſos, non Deum, quærant. Ecquis jam non animadvertit quam blaſphema ſit illa doctrina, qua Sacramenta alio loco habentur quam inſtrumentorum, quibus Deus in nobis per Sanctum Spiritum operatur, quaſi inſit in ipſis ſignis natura quædam & innata vis in nobis operandi? Quaſi, exempli gratia, Aqua in baptiſmo ſordes noſtras & iniquitates ablueret, ac proinde Chriſti ſanguis eſſet inutilis. Quamobrem Papiſtas videmus primum ignorare Jeſum Chriſtum eſſe veram materiam & ſubſtantiam Sacramenti, & in nobis per Sanctum Spiritum operari, & omnem ipſi laudem oportere attribui. Deus enim in illis ſuam gratiam nobis præbet. Deinde non agnoſcere, Sacramenta reprobis omnibus eſſe inutilia. Nam Dei quidem gratia, Chriſti ſanguine nobis acquiſita, poteſt etiam in lapides effundi: ſed non ideo tamen illi ad fertilitatem rigari. Quare nos oportet, iſtud Papiſtarum vitium fugientes, ore aperto ad Dominum accedere; & in primis agnoſcere, Deum per Sacramenta noſtræ ruditati ſeſe accommodare, & ad nos [illegible] deſcendere. Nam ſi fide in cœlos uſque penetraremus, & angelicam perfectionem aſſequuti Dei gratiam aſſequeremur, inutilia forent Sacramenta, & potius impedimento quam adjumento. Quare quum per Sacramenta manum nobis porrigit, non vult nos in illis tanquam in limite ſubſiſtere, ſed ad ſe per illa aſſurgere: quod quum non poſſimus, ipſe ad nos deſcendit. Quamobrem quum agnoſcamus Sacramenta tanquam adminicula nobis data, quibus ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum adducamur, illum vera fide amplectamur, & quicquid bonorum habemus, illi uni acceptum feramus, qui per Sacramenta ſua nobis ea

Digitized by Google

qui etiam alis Arcam ſuis alis texiſſe dicuntur. Atque Cherubini illi Angelos quidem referebant, ſed ſupra Arcæ operculum collocati ſeſe invicem alis expanſis intuebantur, ad declarandum Deum ibi cum ſua virtute præſentem adeſſe. Sunt enim Angeli Dei miniſtri, ad noſtram procurandam ſalutem, & Dei nobis beneficia diſtribuenda, ſicuti tota clamat Scriptura. Deus igitur iſtis vocibus promiſſionum ſuarum virtutem prædicat, ut ſe non fruſtra hunc ordinem in populo ſuo inſtituiſſe doceat: ſed ita tamen, ne in Ethnicorum ſuperſtitionem ferrentur, qui multas ſuperſtitioſas præſentiæ divinæ evocandæ rationes erant commenti. Namque omnibus hoc ſemper fuit ſtudium populis, Deos in ſuas partes pelliciendi, quibus defenſoribus ac protectoribus uterentur: ſed Dei præſentiam multis deinde ridiculis commentis evocarunt. At in Lege divina ferri Deus dicitur ſuper Cherubim, ut certiores fierent Iſraëlitæ de præſentia divina, & certa exauditione, ſi ad Arcam fœderis precarentur, in qua ſuam præſentiam Dominus pollicebatur, modo ne hoc ſigno externo abuterentur, ſed fide ad ipſum Deum aſſurgerent, ſignis viſibilibus & externis tanquam inſtrumentis ad fidem confirmandam utentes. Sic ad Dei gratiam nobis in Baptiſmo præbitam magis commendandam, dicitur Baptiſmus lavacrum regenerationis, ut certo perſuaſi ſimus noſtram in Baptiſmo perfici regenerationem, ſed per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt vitæ ſermo & vera ſubſtantia atque complementum hujus ſigni: ac proinde non exiſtimemus nos decipi, quum promittitur in Sacramentis Deus nobis fore Pater & Servator, quod hoc Aquæ ſigno teſtetur ſe velle nos ab omnibus peccatis nobis à natura inſitis purgare. Quin imo his loquendi phraſibus, velut in cœlum ipſum erigimur, ut ipſius corporis membra fiamus, & ſubſtantiæ ipſius uniamur, ex qua vitam æternam hauriamus. Sed increduli falſis & imaginariis expoſitionibus Dei conſilium ſemper depravarunt, quod fit nobis ex hoc loco manifeſtum. Nam Deum Iſraëlitæ ſecum eſſe dicebant, quod inter Cherubim ſederet. Atqui à ſe illum repulerant: quemadmodum etiam Ezechiel 10. cap. dicit Deum in templo ſedere cum gloria & majeſtate, ſed caligine ingenti excitata exceſſiſſe, vacuumque locum fuiſſe relictum & profanum. Nempe quod cum Judæi ſuis pollutionibus profanaſſent, ut nulla veræ amplius religionis veſtigia ſupereſſent. Quare quum ſibi Deum auxiliatorem fore inter Cherubim ſedentem pollicentur, longe opinione falluntur, quod procul eum ſuis flagitiis repulerint, & ſola externa & viſibilia ſigna retinuerint, quorum ne legitimum quidem uſum etiamnum noverint, unde factum ſit ut Deus merito indignatus ab ipſis receſſerit. Illi Arcæ illius externæ præſentia con-

lætari non poſſe, non agnoſcunt: ac ſiquo modo lætantur, brevem tamen fore ſuam lætitiam, & in maledictionem tandem deſituram miſeri non animadvertunt. Ecquis enim ignorat quæ Dominus ipſe palam eſt profeſſus, Væ vobis qui ridetis nunc: nam lugebitis & flebitis: nempe quod in Deo non acquieverint, riſum in dentium ſtridorem convertendum eſſe minatur. At ſi in illa ſua lætitia Deum ſtudioſe quæſiviſſent, infirmitatis quidem teſtimonium erat illud Arcæ illius deſiderium, ſed quam tamen facile Deus condonaſſet. Contra vero, David, profugus licet, Arcam moveri loco, fidem ſuam hoc facto teſtatus, noluit. Nam etſi mandatum habebat Domini, de illa non transferenda; tamen probe ſciebat, ſe, licet ab Arca fœderis corpore avulſum, nunquam tamen Dei auxilio & ope deſtituendum, ſeque Eccleſiæ reſtituendum, & in illa Deum à ſe adorandum ſperabat. Neque vero idcirco exiſtimandum eſt, Davidem fuiſſe externi illius ſigni contemtorem: nam venturi olim Chriſti eſſe Sacramentum, & in hunc finem populo datum à Domino, probe ſciebat. Notæ ſunt enim ejuſdem querelæ, noti ejulatus propter abſentiam à tabernaculo, *Sitit anima mea ad Deum, ad Deum vivum*, (dicens) *Quando ingrediar ut appaream coram facie Dei?* Itaque vehementer lamentatur David, quod procul à conſpectu tabernaculi Domini, & conſuetudine piorum hominum exul oberret, neque ſuas cum illis preces conjungere poſſit. Quamobrem conſpicuum eſt, Sacramenta, quæ Deus inſtituerat, ab illo non negligi: neque viciſſim etiam eadem ſuperſtitioſe coli, ut in illis hypocritarum more fiduciam ſuam collocaret. Contra vero, Iſraëlitas de Deo non cogitaſſe videmus: ſed in Arcæ præſentia fiduciam omnem ſpemque ſuam collocaſſe, quaſi Deus præſente illa nunquam ſit ipſis defuturus: ſed certam victoriam allaturus: licet tamen ab ipſo defeciſſent, atque ſuis flagitiis iram ipſius in ſe toties concitaſſent. Hinc vero diſcendum, nunquam quidem immodicam eſſe poſſe noſtram in Deo lætitiam, neque inanem unquam fiduciam: ſed magnopere eſſe cavendum ne arrogantiam fiduciæ nomine tegamus. Abſit igitur à nobis ſtupor ille, qualis ebrioſorum eſt, qui vero illi per Spiritum Sanctum gaudio, in quo regnum Dei conſiſtit, ſua commenta ſubſtituunt: quemadmodum pulchre Paulus admonet, ut diligenter caveant fideles, ne pro fide arrogantiam ſubſtituant. Fideles enim illa fide quæ Dei promiſſis nititur, foventur & ſuſtentantur, non temere ſibi quicquam fingentes, ſed vitam ſibi promiſſam firme animo concipientes & comprehendentes, adeo ut ſit hæc unicum illis fundamentum & unica ſalus. Quod fieri ſane non poteſt, quin penitus in Deum reſpiciant, atque patrem illum agnoſcant. Unde vero tandem hæc cogni-

tio,

Digitized by Google

[illegible] Quod Dei promiſſis [illegible] &
de iiſdem certiores facti gloriemur. At fide gloriamur, certi de divino auxilio adverſus Satanæ fraudes & inſultus, quum in ipſum Jeſu Chriſti ſanguinem immergimur. Hanc Papiſtæ fiduciam habere non poſſunt, qui nullum unquam divinæ bonitatis guſtum habuerunt. Sed noſtra fides, verbo Dei certo nixa, nullis unquam tempeſtatibus concuſſa nutabit. Sed quid agas miſeris illis, qui Deum certa exauditionis fiducia precandum ignorant, & hanc fiduciam arrogantiæ accuſant? Næ, ut dixi, merito iſtud: quod Dei bonitatis & charitatis guſtum nullum habeant, quæ verbo ipſius nobis offertur. Quare ſibi quidvis homines fingant & polliceantur, irrita enim omnia futura ſunt ipſorum ſomnia, quum ſolus Deus ſit verax & fidelis: homo autem omnis vanus & mendax. Quare Deo ſoli fidamus: atque vera lætitia perfruamur, quod adepti pacem illam ſimus,
Rom. I: 5. de qua Paulus 5. ad Romanos his verbis, Juſtificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: & cum fiducia poſſumus ipſum invocare. Porro pax illa verum nobis gaudium adfert per Spiritum Sanctum, ut ex eodem Paulo ſupra docuimus. Intueamur in Iſraëlitarum ultionem, de qua deinceps agendum, quæ nobis tanquam ſpeculum ante oculos proponitur, ut ex ea diſcamus, eos omnes, qui Dei gratia abutuntur, tandem ſpes inanes aluiſſe comperiri. Quid ita? Nempe quod ſolis ſuis imaginationibus vaniſque ſpeculationibus adhæſerint. Et hactenus quidem de re iſta: quæ vero de Ophni & Phinees dicuntur, Iſraëlitas oportebat excitare ad removenda à ſe offendicula & pollutiones, quibus hactenus polluti fuerant, & Dei cultus depravatus, nempe Ophni & Phinees. Nam ex Lege quidem illis Sacerdotium debebatur; ſed quum fœdis ſcortationibus eſſent infames, ac Sanctuarium Domini in lupanar abominandum convertiſſent; & quidem religionis prætextu, fœminas, in Sanctuarium venientes adoratum, polluiſſent: hel-

[illegible] dedit diſcipulis ſuis, ut ſuo corpori & ſanguini participarent, accipientes, & tamen in flagitia quælibet ruentes, idem faciunt ac ſi pedibus ipſis Chriſtum ipſum conculcarent? Etſi Chriſtus altior eſt quam ut pedibus illorum conculcetur: ſed tamen horrendæ blaſphemiæ rei tenentur. Quamobrem animis noſtris penitius iſtud infigamus, tantum abeſſe ut viſibilia ſigna verbi Divini contemtoribus & flagitioſis hominibus utilitatem aut ſolatium adferant, ut contra in ipſorum capita graviorem condemnationem trahant: quod illis abuſi tanquam flagitiorum ſuorum velo, in ſacrilegium nunquam remittendum inciderint. Eo igitur nobis major adhibenda cautio eſt, quum de Baptiſmo, de Cœna, de precibus & omnibus aliis à Domino inſtitutis in Eccleſia ritibus agitur, ne in hypocriſin incidamus: ſed in illa tanquam fidei & veræ religionis exercitia intuentes, ſedulo & ſine fuco pietatem colamus, ad hanc unicam, ut verum ſcopum, collimantes: neque in rebus iſtis externis & terrenis ſubſiſtamus, & ſolas figuras, ſine vero illarum corpore & ſubſtantia, inanes & vacuas eſſe, probe agnoſcamus: ac proinde ſenſus noſtros & cor ad unicum Chriſtum elevemus, à quo uno felicitatem noſtram exſpectantes omnino pendeamus.

Jam vero fiamus Dei Majeſtati ſupplices, eamque pro tot tantiſque peccatis deprecemur, quibus ejus in nos iram quotidie provocamus: atque flagitemus ut mentis oculos aperiat, ut ſeria de præteritis peccatis pœnitentia & ſenſu tacti, nos in poſterum totos ad ipſius obſequium, vera fide & pœnitentia componamus: minime dubitantes quin illum ſemper facilem in condonandis offenſis experturi ſimus, modo ad ipſum, nos ſuo verbo ſollicitantem, confugere non dubitemus; atque ſic ejus freti bonitate totos nos ipſi conſecremus, ut in omni vita noſtra glorificetur: & ejus ſemper auxilium paratum adverſus quaſlibet tentationes patienter & conſtanter exſpectemus. Amen.

HOMI-

tum.
11. Et Arca Dei capta eſt: duo quoque filii Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees.
12. Currens autem vir de Benjamin ex acie venit in Silo, in die illa, ſciſſa veſte, & con-
ſperſus pulvere caput.
13. Cumque ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpectans. Erat autem
cor ejus pavens pro Arca Dei. Vir autem ille poſtquam ingreſſus eſt, nunciavit urbi, & ulu-
lavit omnis civitas.
14. Et audivit Heli ſonitum clamoris, dixitque, Quis eſt hic ſonitus tumultus hujus?
At ille feſtinavit, & venit, & nunciavit Heli.
15. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi ejus caligaverant, & videre
non poterat.

HEſterna concione didicimus, quomodo Deo fidendum ſit: quum hypocritæ quidem Dei nomine glorientur, ſed quem non quærant ſine fuco & ſimulatione, in veritate. Quare veram fidem oportere cum pœnitentia perpetuo nexu cohærere tenendum eſt, ſi gratiam apud Dominum impetrare cupimus: quos alioquin non modo non acceſſuros ad ipſum, ſed potius procul receſſuros certum eſt, ſi fiduciam ſimulantes, falſo tantum prætextu nomine ipſius gloriemur. Itaque ſi vera fide promiſſiones divinas amplectamur, & ſerio noſtræ miſeriæ ſenſu affecti, coram ipſo nos humiliemus, nunquam inanem fore fiduciam noſtram certum eſt; & contra prorſus irritam & inanem, ſi ſecus fecerimus. Exemplo eſto hiſtoria quæ nobis jam explicanda proponitur, in qua narratur vehemens ille Iſraëlitarum ob Arcæ fœderis in caſtra adventum clamor, quo victoriam ante triumphum canebant, vanus & irritus fuiſſe: nempe, ſine Deo triumphare velle videbantur, imo adverſus ipſum trophæa erigere, licet ipſius nomen, ſed falſo, præ ſe ferrent, & eo gloriarentur. Deinceps cognoviſſe Philiſtæi dicuntur Arcam fœderis illatam in caſtra, & vehementer perturbati & obſtupefacti fuiſſe, ſuam dicentes immutatam fortunam, reſque ſuas deteriore loco futuras; Deos ipſos populo præſentem opem ferre, & ipſi militare. *Hos eſſe Deos qui olim percuſſerunt Ægyptum:* quomodo tandem reſiſtere Diis poſſint? Pluraliter autem Deos appellare non mirum, quod increduli, in ſacris non edocti, Deo ſolo non contenti ſint: ſed innumeros ſibi perpetuo fingant. Ergo hic ſermo eſt incredulorum & veritatem ignorantium hominum. Etſi ſæpe vox Hebræa pluralis de vero Deo & unico ſolet dici ex uſu ſacræ Scripturæ: ſed ita, ut quum vero Deo tribuitur, adjecta epitheta & verba à quo regitur, ſingulari numero efferantur. At Philiſtæorum alia mens eſt, *Dii*, inquiunt, *à quibus olim vaſtata eſt Ægyptus, præſentes adſunt, Dii illi magnifici & excellentes.* Itaque cognito Arcæ in caſtra adventu, terrentur, & quæcunque tandem ſit ipſorum opinio Dei potentiam reformidant. Nempe ad omnes fama perlatum erat, quam magnificus Iſraëlitarum ex Ægypto fuiſſet exitus, quibus nulla vis hominum, quantacunque illa fuiſſet, reſiſtere potuerit: quare Dei præſentia terrentur. Atque primo quidem intuitu dicta videri poſſent iſta in Iſraëlitarum laudem, à quibus Arca in caſtra fuerat advecta. Nam ita videmus Dei gloriam ab inimicis prædicari, ad cujus adventum hoſtes tantopere terrentur: ſed contra ad inanem ipſorum lætitiam & ſecuritatem corripiendam dicta ex ſequentibus apparebit. Et primum quidem ſuperſtitioſa fides ipſorum arguitur, quod Deum huic Arcæ ſibi fingunt alligatum. Deinde ſuperba arrogantia, quod ſibi deberi auxilium in rebus anguſtis perſuadent, quod erat olim ipſis Deus pollicitus: neque tamen ad conditionem adjectam attendunt. Hinc tamen obſervandum, improbos, etſi divinæ Majeſtatis apprehenſionem abjicere à ſe conantur, ut ſecurius vitiis indulgeant, tamen præſentiam ſuam Domino declarante, perterrendos & confuſione opprimendos. Teſtis eſto ſeculorum omnium experientia. Nam ut Dei virtutem immenſam omittamus, ipſamet iniquitas depravatis & diſſolutis hominibus terrori eſt. Certum enim eſt, apud ipſos Paganos flagitioſos homines, puta ſcortatores, fures, latrones, contumelioſos, & iſtiuſmodi hominum genus, ad ſuorum Idolorum nomen etiam obſtupuiſſe: & idcirco memoriam Deorum ſepelire & ex animis ſuis evellere conatos fuiſſe. Papiſtarum eadem hodie ratio eſt. Nam etſi quale ſit quod adorant Numen ignorant: tamen quum ſtimulis conſcientiæ excitantur, Dei nomen, ſi fieri poſſet, è terris ſublatum vellent, & modis omnibus id efficere conantur. Tale flagitioſorum omnium hominum ingenium eſt, qui Dei contemtum veluti jurarunt, ad cujus mentionem cohorreſcunt, & dentibus frendent. Porro hic ſpecialiter conſiderandum, Philiſtæos non tantum fuiſſe Dei nomine perterritos; ſed Deum Iſraëlis, quem prius non

alio

Deo placere ex ipſius verbo didicerimus: ne in potentem Dei manum incidamus. Nam terrores illi quibus increduli obſtupeſcunt, nullam vim ſunt adverſus fideles habituri. Et quidem increduli, ſicuti deinceps viſuri ſumus, adeo animi impotentes ſunt, ut blaſphemas in Deum voces evomant, & tanquam efferæ belluæ in ipſum inſurgant: tam cæca eſt mens hominum. Quare ad Dei timorem accedat oportet ſtudium, ipſi ex vera Spiritus charitate obſequendi, & ſponte potenti manui ipſius nos ſubjiciendi. At vero, fratres, quantos eſſe conſcientiæ terrores iſtorum arbitramur, qui hodie velut aperte Deo bellum indicunt, veritatis cognitionem præ ſe ferentes, & Papiſticas abominationes retinentes, & pro viribus defendentes: quibus, inquam, illos ſtimulis agitari conſcientiæ exiſtimamus? Næ irrequieta eſt ipſorum conſcientia, & perpetuus tortor, etſi quantum poſſunt diſſimulent, adeo ut ſæpe in deſperationis voces erumpant iſtiusmodi, Væ mihi miſero! Eheu! quid me miſero fiet? Quare ipſis de nobis triumphantibus aut de ſalutis doctrina detrahentibus non eſt quod invideamus. Sardonium enim riſum rident, & quantumvis diſſimulent, tamen acribus à Deo ſtimulis illos lancinari certum eſt, quum ad obſequium vel inviti coguntur. Similes ſane ſunt facinoroſis ad mortem damnatis, & arctis compedibus vinctis, quibus aliqua ſupereſt adhuc lucta, ſed quos tandem deficientibus illos viribus cedere fato neceſſe eſt. Talis eorum, qui adverſus Deum ſeſe efferunt, exitus. Longe ergo diſſimilis eſt improborum metus, fidelium timori: quum illi terreantur quidem momentaneus, ſed non tamen ad meliorem mentem redeant: hi vero ſic metuant, & ad divinæ Majeſtatis intuitum contremiſcant, ut in ſeipſos deſcendant, & ſe, quales ſint, probe explorent, ac ſupplices facti Deum deprecentur, & velut ad genua ipſius provoluti gratiam ejus implorent, & ſeſe ad ſpontaneum obſequium componant. Itaque terrentur quidem nonnunquam increduli, & ad divinas comminationes toti cohorreſcunt, atque magnitudine dolorum ejulant, Væ, væ nobis, inclamantes: ſed non diuturna eſt illa ipſorum apprehenſio, quandoquidem ad vomitum ſuum revertuntur,
Iſa. 57. verſ. 20. atque Deo ipſi reluctari pergunt. Itaque in illis Iſaïæ dictum illud impleri oportet, nempe improbos illos eſſe inſtar maris, undique procellis & horrendis tempeſtatibus agitati, ut nunquam quieſcant. Verumtamen nihil de rebellione & contumacia ſua propterea

tamen furore & phrenitide correpti, ac ſui ipſorum obliti, in Deum ipſum belluino impetu feruntur, cujus Majeſtatem tanquam indomiti tauri cornibus impetunt, ſed ſuo maximo damno & ultimo exitio. Et quidem hic locus plus ſatis iſtud declarat, & quotidiana experientia facit manifeſtum. Nam, obſecro, quam multos paſſim videas ad Dei mentionem aliquam cohorreſcere: vel etiam ſine ulla mentione ipſius internis conſcientiæ morſibus agitari, quaſi diem illis Deus ipſe coram ſuo tribunali diceret: atque ideo licet coram hominibus pavores internos diſſimulent, tamen vehementer conſternari? Quare, ſiquod divinæ vindictæ exemplum illis proponatur, obſtupeſcunt: ſi proſtratum divina manu proximum aſpiciunt, toti cohorreſcunt; ac ſibi par judicium metuunt: denique ſi Deus ipſe plagis contundat, in deſperationem ruunt: quóque ſe vertant neſciunt. Sed diuturnus iſte pavor non eſt, nam adverſus ipſum Deum, poſito tandem metu, tanquam cum illo bellaturi inſurgunt. Conſpicuum iſtud eſt exemplo Pharaonis. Quoties enim illum Moſis miracula terruerunt, quoties plagæ quibus illum Deus ipſe percutiebat, quarum metu cogebatur Moſis aſſentiri mandato de dimittendo populo Iſraelis, ſicut Dominus jubebat? Næ ipſemet Pharao quamdiu ante oculos plagæ verſarentur, timore perculſus, non ſimulate loquebatur, verumtamen latebat in præcordiis hypocriſis. Nam ſatisfeciſſe Deo videbatur, ſi agnoſceret Deum Iſraëlis Omnipotentem eſſe, ſeque nolle adverſus ipſum bellum gerere: ſed in horas, imo in momenta mutabatur. Quum plagis urgeretur, delictum fatebatur: ſublata vero plaga, ſubinde ad ingenium redibat, & graviora ſuperioribus patrabat. Quibus profanorum hominum exemplis admonemur, ita timendum à nobis eſſe Deum, ut ſit timor ille freni inſtar, quo in ejus cultu & veneratione retineamur, ne uno tantum impulſu momentaneo moveamur. Atque ex hoc loco doctrina hæc haurienda atque animis noſtris infigenda, ne ad Philiſtæorum exemplum, væ quidem nobis imminens lugeamus, ſed momentaneo luctu & terrore. Sed contra potius terrore illo dejiciamur & prorſus exinaniamur, quo facilior ſit nobis ad Deum acceſſus, & peccatorum remiſſionem facilius obtineamus. Sed quantus hodie eſt, obſecro, ſtupor eorum qui Eccleſiam perſequuntur, & Evangelicæ veritati reluctantur, ac ruinis & confuſionibus cœlum

terræ

producendos. Quum vero deinceps attoniti fuiſſe dicuntur Philiſtæi, dicentes, *Deos illos eſſe qui Ægyptios olim profligarint*; inde apparet, tam admirandæ illius liberationis memoriam, jam olim factæ, apud Ethnicos illos remanſiſſe,& ita Deum in ſuis operibus fuiſſe ab ignaris illis popolis,etſi non ad ipſorum ſalutem, glorificatum: quod quam inviti retinent memoriam vellent abolitam. Sic videmus in Papatu miracula valde prædicari: ſed in quem uſum, obſecro? Nam certum eſt,Papiſtis illa non modo non profuiſſe ad ſalutem, ſed etiam in contrarium uſum verſa fuiſſe, ut in contumacia adverſus Deum confirmarentur. Verum enimvero Deus vel apud invitos eſt glorificatus: unde conſpicuum eſt, Deum etiam inimicorum ſuorum in medio ex ſuis operibus gloriam conſequi: etſi confuſa illa cognitio ſit,& mentis illorum per caliginem acies perſtricta, ut illis miraculis ad Deum adduci nequeant, ad veritatem ipſius à fallaciis & imposturis Diaboli diſcernendam. Quemadmodum hoc loco fatentur quidem Philiſtæi Deum illum eſſe qui Ægyptios olim in gratiam Iſraëlitarum afflixit & proſtravit: ſed,ut mens ipſorum eſt cæca, plures Deos imaginantur, ac quibus videtur epithetis illos deſignant. Et ita miſere Majeſtatem divinam diſcerpunt: quod non loquantur de ipſa ut voluit per Filium in Sancto ſuo Euangelio agnoſci. Plurali numero dicunt, Deos magnificos, Deos excellentes, Deos robuſtos. Itaque ex parte quidem aliquem Deum cognoſcunt: ſed in errore permanent, quod verum Deum non agnoſcunt. Quamobrem tanto diligentius à nobis obſervandum eſt quod ſuperius diximus, nempe oportere, quum Deus nobis ex ſua benevolentia Majeſtatis ſuæ quædam indicia patefacit,quorum apprehenſionem habemus,ut iiſdem ad ejus obſequium deducamur: &, loquente ipſo in ſuo verbo, ſilentium præbere, quo in ipſius voluntate erudiamur, à qua unica toti pendeamus, cultumque uni illi debitum ab omnibus ἐθελοθρησκείαν diſcernamus, Deumque verum à falſis & imaginariis omnibus idolis diſtinguamus. Atque hujus doctrinæ hic uſus eſto, ut non modo nunquam incertam ac fallacem de Deo apprehenſionem habeamus, ſed eum qualis eſt agnoſcamus: & voluntatem ejus intelligamus, qua cognita poſſimus ipſum vera fide invocare. Porro extra omne dubium eſt, nos ſenſibus noſtris & intellectus viribus nunquam ad ejus cognitionem perventuros, niſi ſeſe prior ipſe nobis patefaciat. At ſeſe verbo ſuo patefacit, ad quod Sancti Spiritus lumen accedit, quo mentes irradiantur,quæ alioquin profundiſſimis ignorantiæ tenebris immerſæ permanerent. Quamobrem quo denſior eſt noſtrarum mentium cæcitas, niſi cœlitus illuminentur, eo ardentius noſtrum eſſe ſtudium

bus, obſecro, reportata victoria triumphant? Nempe de Iſraëlitis, Dei gloriam promovere ſtudentibus, de filiis Dei adoptivis, de electa Dei hæreditate. At quis non cœlum terræ potius miſcendum, quam factum tam horrendum exiſtimet eventurum? Veræ Religionis hoſtes capitaliſſimi, verbi Dei contemtores, imo Dei ipſius velut in faciem conſpuentes, victoria potiri ſuoſque triumphos agere: electum vero populum, Dei peculium, amicos Dei, imo & adoptivos filios, quorum in gratiam reliquæ gentes abjectæ fuerant, in tantum dedecus venire, tantam multitudinem cæſam occubuiſſe, reliquos palantes inſtar pavidarum ovium nihil niſi gladios cervicibus exſpectare, quis non merito miretur? quis non horreat? Quis hujus igitur hiſtoriæ fructus, quæ utilitas? Quare quo inſolentior nobis videtur,eo attentius nobis eſt expendenda: quum præſertim Pſalmus ſeptuageſimus octavus eadem plane commemoret, quorum animus horreat auditu. Poſtquam enim præfatus Propheta populum cohortatus eſt, ne fierent ſicut patres eorum generatio prava & exaſperans, contumax & rebellis; ſed, ab ipſorum viis averſi, à Deo doceri & regi ſe paterentur, eidem exprobrat toties repetitam à Deo defectionem, toties introductam idolomaniam, Judicum temporibus, qua Dominus ad ipſos variis plagis afficiendos fuerit incitatus: quibus illi quidem excitati Deum invocabant, & multis cum geſtibus ad miſericordiam illum flectere nitebantur; ſed ſui ſemper ſimiles, ubi primum Deus ad preces illorum plagas remiſiſſet,ad ingenium redibant. Sed tandem addit Propheta, Deum viciſſim tot contumeliis irritatum, Siluntem, electum ſibi prius in domicilium locum, in quo ſuæ præſentiæ & pulchritudinis exſtaret peculiare teſtimonium, derelicturum & à ſe omnino repulſurum. Et hoc nominatim dicitur fuiſſe ſignum iræ & maledictionis divinæ in miſerum hunc populum, quem tam duræ cervicis, refractarium & inemendabilem toties erat expertus. Quæ quidem poſtrema verba plurimum ad hujus loci interpretationem faciunt, ut ex ea qualem oportet utilitatem referamus. Quamobrem notandum, à Deo tanta ſtrage populum Iſraelitarum fuiſſe percuſſum, & arcam ipſam ex ipſius voluntate in Philiſtæorum manus captam deveniſſe, ut populum de tot admiſſis tranſgreſſionibus totieſque repetitis caſtigaret: quod ſæpius à Prophetis admonitus, & ad pœnitentiam agendam invitatus, ſurdas aures admonitionibus præbuiſſet: legemque ipſam, in qua ſeſe exercere & quam ante oculos & in auribus ſemper habere debebat, ex qua Dei voluntatem diſceret, tamen ſummo contemtu habuiſſet. Quin etiam ad paternas illas admonitiones cohortationeſque, etiam variis vicibus

mur, ut nos derelictos ſuo Sancto Spiritu ſpoliet, & tanquam bruta animantia nos nobis in noſtrum exitium permittat? Porro quum quiſque ſigillatim ſeſe ſic explorarit, & ſua peccata examinarit, etiam in genere fateamur oportet, tot peccatis omnia ubique plena, ut ſummo jure nobiſcum agendi Deo maximam præbeamus occaſionem. Ecquis vero, licet ſæpius à Domino correptus & caſtigatus, ut ad peccatorum cognitionem adduceretur, & ſupplex factus veniam ac remiſſionem impetraret, tamen ſerio de illis cogitavit? Itaque metuendi cauſam maximam habemus, & cavendi ne Dei patientia velle abuti videamur. Hic vero merito quærat aliquis, quomodo Deus paſſus ſit Arcam illam ſuam capi ab hoſtibus, & captam abduci; quandoquidem, Arca illa capta, ipſemet captus & in

Pſal 78. verſ. 61. triumphum ductus videbatur. Ac revera Propheta in Pſalmis ſic loquitur, *Deus*, inquit, *tradidit in captivitatem virtutem ſuam, & pulchritudinem ſuam in manus inimici.* Quam dictu inſolens iſtud, quamque inauditum! Sed tamen ita loqui Prophetam certum eſt, ut populi peccata redargueret, & eo graviora doceret, quod tam illam cladem accerſiviſſent, qua factum, ut ipſe Deus velut captivus ab hoſtibus teneretur, & in triumphum abduceretur. At paulo poſt videbimus, Dei gloriæ hac captivitate non modo nihil dedecoris & ignominiæ ſed gloriæ plurimum acceſſiſſe. Etſi Philiſtæis incredulis, fateor, magnam oblatam occaſionem fuiſſe divini Nominis omni genere contumeliarum & convitiorum lacerandi. Quod etiam quum feciſſe illos conſtet, tamen non fuiſſe diuturnam illam lætitiam & petulantiam certum eſt, quam care illis conſtitiſſe deinceps videbimus, Deo non permittente ut diutius inſoleſcerent, quin graviſſimis ſupplicijs illorum flagitium vindicaret, ut ne Arcam illam quidem propius contingere auderent. Videris ut plus gloriæ Dominus ſit ex iſta captivitate quam dedecoris conſequutus, quod ex ſequentibus deinceps fiet etiam notius. Quamobrem etſi inimicorum ſannis, ludibriis, convitiis expoſitum Dei nomen videatur: tamen, vel ab invitis hoſtibus, Servator & Judæorum Deus tutelaris agnoſcitur. Quid vero captivo inſultarent, cujus tum maxime viſa eſt tremenda potentia? Tunc enim maxime Philiſtæi ſenſerunt ſe impuros & pollutos, & indignos qui rem tam ſacram & religioſam contingerent. Quare abducta in capti-

& Sacramenta ſincere adminiſtrantur. Vivæ ſunt enim illæ imagines, in quibus faciem ejus contemplari nobis licet: illa ſunt pulchritudo ipſius & virtus; quum nimirum ex illis agnoſcimus, Deum nos in unum populum velle congregare, quum mutuam inter nos concordiam fovemus: ac certi ſumus fore, ut in ſuam tutelam receptos, nunquam deſerat: ſed verum Paſtorem erga ſuas oviculas agat, quandoquidem nos in ovium ſuarum numerum recipere dignatus eſt, quare in ejus curam & charitatem recumbamus. Contra vero, quum improbi adverſus doctrinam ſalutis conſpirant, & blaſphemas voces in Sacramenta proferunt; certum, eſt Deum ab illis velut in exilium pelli, & pulchritudinem ac virtutem ejus ab illis quantum in ſe eſt, in captivitatem mitti: nec fore coram Dei ſolio minus reos, quam ſi Dei ipſius Majeſtatem ludibrio habuiſſent. Atque nos in illa tempora & in illas perſonas incidimus: nam, obſecro, nonne ubi Euangelium fuerat prædicatum, ubi ſublatæ ſuperſtitiones, ubi ab omnibus pollutionibus templa expurgata, vidimus pleriſque locis revocatas idolomanias & reſtitutas, ut ſibi viſi ſint improbi illi homines de vivente Deo triumphare? Quare certum eſt, eos omnes qui in iſtas confuſiones inciderunt, coram Deo fuiſſe divini contemtus reos. Neque enim poteſt Deus aliter quam in Chriſto Jeſu & Euangelij prædicatione cognoſci. Sed unde, quæſo, talis confuſio niſi ab hominum malitia manavit? Porro quum ex Dei verbo certiores ſiamus, eos qui Euangelio improbe abutuntur, & Deum ſuis operibus abnegant, reos eſſe coram Domino, tanquam ſi Deum ipſi captivum abducerent, & nomen ipſius blaſphemis vocibus læderent, cavendum ſummopere ne cum iis conſpiremus, ſed potius danda omnis opera ut & damnemus & deteſtemur eos, ac in timore & ſollicitudine verſemur, ſcientes Deum juſtis olim pœnis nos non minus quam Iſraëlitas ulturum. Væ autem nobis ſi in Dei ultoris ac Judicis manus inciderimus. Næ mille modis perire mundum ſatius eſſet, quam noſtra culpa Dei nomen in contemtum venire veritatis ipſius conjuratorum hoſtium: quod ſi contingeret, malum perinde eſſet ac ſi Deus ab illis vinceretur. Quamobrem hoc exemplo docti, ſapiamus, & in metu ac ſollicitudine retineamur, ac duplicem hinc utilitatem hanc referamus. Ac primum

Digitized by Google

tinuit, tamdiu ſit illum beneficum & propitium expertus. Atque hac ratione Deus inter illos ſuum dicitur habuiſſe tabernaculum. Nos vero peculiari quadam ratione Deum inter nos etiam habitare ſciamus, quum Euangelium pure prædicatur, & Sacramenta fideliter ex Domini inſtituto adminiſtrantur. Neque vero tale iſtud domicilium nobis fingamus, ad quod virtus ipſius & potentia ſit alligata. Namque ſe nunquam ita Deus ullis alligat perſonis, quin ab illis, quando viſum fuerit, recedat, quum nominis ſui gloriam venire in eorum contemtum animadvertent. Quare agite, ſerio de iſtis cogitemus: ac omni faſtu & arrogantia depoſita, de nobis modeſte ſentientes, ſic coram ipſo ambulemus, ut reipſa quicunque caſus ingruant, experiamur: &, modo ad illum non ficta pœnitentia convertamur, ab ipſo remiſſionem omnium peccatorum, quibus ejus iram eramus promeriti, faciliime conſequamur.

Jam vero coram Dei Optimi Maximi Majeſtate facti ſupplices, & tot offenſas noſtras ac iniquitates, quibus ejus iram in nos quotidie provocamus, agnoſcentes, precemur eum ut ſuam clementiam ac bonitatem paternam magis ac magis nobis impertiatur: ac, ſi ex ignorantia receſſimus ab ipſo, ad meliorem frugem reverſi ad ipſum redeamus, mente nunquam recedendi, ſed in ipſius cultu perſeverandi: & in ſtadio hujus vitæ ſic decurramus, ut optatam metam tandem contingamus.

HOMILIA DECIMA OCTAVA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. IV.

13. Cumque ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpectans. Erat autem
cor ejus pavens pro Arca Dei. Vir autem ille poſtquam ingreſſus eſt, nunciavit urbi, &
ululavit omnis civitas.
14. Et audivit Heli ſonitum clamoris, dixitque, Quis eſt hic ſonitus tumultus hujus?
At ille feſtinavit, & venit, & nunciavit Heli.
15. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi ejus caligaverant, & videre
non poterat.
16. Et dixit ad Heli, Ego ſum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui
ille ait, Quid actum eſt, fili mi?
17. Reſpondens autem ille qui nunciabat, Fugit, inquit, Iſraël coram Philiſtiim, &
ruina magna facta eſt in populo: inſuper & duo filii tui mortui ſunt, Ophni & Phinees, &
Arca Dei capta eſt.
18. Cumque ille nominaſſet Arcam Dei, cecidit de ſella retrorſum juxta oſtium, &
fractis cervicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir, & grandævus: & ipſe judicavit Iſraël
quadraginta annis.
19. Nurus autem ejus, uxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui, & audito nuncio quod capta eſſet Arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus, incurvavit ſe & peperit: irruerant enim in eam dolores ſubiti.
20. In ipſo autem momento mortis ejus, dixerunt ei quæ ſtabant circa eam, Ne timeas,
quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animadvertit.
21. Et vocavit puerum Jehabod, dicens, Tranſlata eſt gloria de Iſraël, quia capta eſt
Arca Dei. Et pro ſocero ſuo, & pro viro ſuo, ait,
22. Tranſlata eſt gloria ab Iſraël: eo quod capta eſſet Arca Dei.

DE obitu ſummi Sacerdotis Heli, & morte uxoris Phinees, quæ duplex quædam & geminata fuit plaga qua populus à Deo cæſus eſt, acturi ſumus. Neque enim tantum erat ſummus Sacerdos Heli, ſed, ut hic docet contextus, per annos quadraginta populum rexerat. Quare obitu illius viri Sanctuarium ſuo honore & dignitate ſpoliatum jacere: deinde etiam Reipublicæ

adm-

mortuus ſit. Triſtis ſane & luctuoſus tanti viri in tanta dignitate conſtituti, ſummi puta Sacerdotis & in Repub. viri primarii, exitus. Minime quidem ille ſane fortuitus, quod ſuperius mortem filiorum illi fuiſſe prædictam audiverimus, & ingentem in univerſum Iſraëlis populum deſolationem. Quare juſto Dei judicio virum hunc cecidiſſe hoc caſu conſpicuum eſt. Ex quo exemplo diſcimus, quam grave ſit iram Dei non prævenire, ſi præſertim ante annos mature præmonuerit, & ad ipſum accedendi iræque ipſius placandæ ſpatium conceſſerit. Nam mature præmonitum Helin, miſſo ad illum Propheta, & quidem repetita per Samuelem, licet adhuc juvenem, Domini nomine comminatione, ſuperius vidimus. Ac licet ille Dei minas non ſpreverit quidem, neque adverſus eum murmurarit: ſed contra potius ſubmiſſo ac placido animo ſeſe Deo ſubjecerit, & plagas ex ſpectarit quas Domino immittere illi placuiſſet: non tamen ad Domini mentem adverterat, neque familiæ ſuæ providerat, in qua ſua ſocordia malum in dies auctum potius quam emendatum fuerat. Itaque merito nunc à Domino punitum videmus. Quod ſi hæc ligno viridi accidunt, quid arido futurum putamus? Quare cogitemus qualis Heli fuerit. Neque enim ille Dei contemtor, ſed liberis ſuis indulgentior, non fungitur officio in corrigenda liberorum malitia, ſicuti par erat. Horrenda tamen & ſtupenda Dei vindicta. Quid enim futurum nobis putamus Heli longe deterioribus, quod non ſolum flagitia multa noſtra ſocordia toleraverimus, ſed eorum conſcii, imo & primi auctores fuerimus? Noſne hæc impune laturos ſperamus? Notanda vero in primis illa circumſtantia, Helin de Arca Dei ſollicitum contra viam reſpexiſſe. Nam ex illis verbis facile colligimus, quæ deinceps experientia rata facit, Helin de Dei honore magis quam de liberorum ſuorum ſalute fuiſſe ſollicitum. Neque enim dubium eſt, quin etſi fuerit in corripiendis illis remiſſior, tamen eos ſit deteſtatus, & de naturali illa *στοργῇ* paterna plurimum remiſerit; quod dignos videret qui in omnium contemtum & odium venirent. Itaque videmus hic Helin liberorum ſuorum pene oblitum, vel non magnopere de ipſis ſollicitum. Atqui illum oportebat de imminente Dei judicio meminiſſe, quod à Propheta nominatim admonitus fuiſſet, fore ut ambo ipſius filii uno die occiſi

verſ. 13.

ſua negligentia pati debuerat Dei Sanctuarium tamdiu pollui & profanari. Neque enim tempus erat de ſe cogitandi, quum poſt comminationem Deus in judicium adveniebat. Interim animadvertere licet quanta fuerit ſollicitudo & cura ipſius de Arca Domini, cujus ſalutem morti filiorum longe præferebat. Quod ille reipſa teſtatum fecit, quum ad nuncium quidem de obitu filiorum, minime commovetur: ſed forti & patienti animo calamitatem privatam devorat: at quum de Arcæ captura fieri mentionem audit, præ formidine corruit, divinorum nempe judiciorum ſeveritatem, quæ toti populo imminere videbatur, metuens, ac præ horrore retro lapſus, concidit & mortuus eſt. Ex his verbis conſpicuum eſt, Helin in ipſa morte ſtudium illud retinuiſſe & affectionem illam de qua Propheta in Pſalmis gloriatur, *Zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me.* Qua in parte ſingularis Dei in ipſum apparet benevolentia, quod in ipſo obitu Dei amorem retinuerit, quum tamen nimis diu liberorum flagitiis diſſimulatis, dignus videretur quem Deus prorſus excæcaret, & omni rationis ſenſu privaret. Sed ita ſolet ſuos Dominus, etiam procul errantes & devios per hujus mundi deſerta, iſtis quidem hoc vitio, illis alio laborantibus, ad meliorem viam revocare, & in ſuum ovile recipere, qui prorſus alieni ab illo eſſe videbantur. Denique videmus Helin ſtudio promovendæ Dei gloriæ vehementi fuiſſe incenſum, etſi antea non feciſſet in ea promovenda quod debuerat officium. Nam quum ex Arcæ captura vidit Dei nomen in hoſtium profanorum & impiorum contemtum venturum, & eorundem convitiis & contumeliis expoſitum animadvertit, totus cohorruit, mortemque ſibi vita meliorem duxit. Tale fuit olim fidelium erga Eccleſiam ſtudium: notæ ſunt enim illæ in Pſalmis voces, *Adhæreat lingua faucibus meis, ſi non meminero tui, ſi oblitus tui fuero, Jeruſalem.* Quandoquidem igitur ex audito captæ Arcæ nuncio tantum concepit dolorem, exiſtimans Dei cultum apud homines in contemtum deinceps venturum: ſane non eſt dubitandum quin maximum ipſius gaudium fuerit ut Sanctuario ſuus ſervaretur honos & dignitas. Digna ſunt iſta ſingulari animadverſione, ut Helin, quem videmus non fuiſſe quidem antea tanto ſtudio

Pſal. 69. verſ. 10.

Pſal. 137. verſ. 6.

quanto

nomen blaſphemis impiorum vocibus lædatur &
profanetur. Quiſque de ſeipſo cogitat, de Dei gloria
parum aut nihil ſollicitus: & ſiquam jacturam fecit,
de ea vehementer deplorat. Si parentes aliquem ex
liberis, ſi maritus uxorem, ſi uxor maritum, ſi deni-
que cognatus cognatum, & amicus amicum amiſit,
aut ſiquis aliquam calamitatem paſſus eſt, magnos
hinc inde clamores, magnos undique paſſim ejulatus
audias: at ſi improbi & ſcelerati homines Deum bla-
ſphemis vocibus lacerant, ſi ad flagitia laxis habenis
præcipites feruntur, ſi fidelibus perſecutio intenta-
tur, ſi Eccleſia convitiis improborum proſcinditur, ſi
ubique graſſantur flagitia, ſi denique flagitioſi homi-
nes adverſus Dei cultum efferuntur, & eundem ſus
deque ferre velle videntur, quis tamen commovetur,
quis iſta curat? Interim tamen Chriſtianorum titulo
maxime gloriamur, imo & Catholicæ fidei columnæ
haberi volumus. At ſane licet coram hominibus glo-
riam aliquam reportemus, Deo tamen non proba-
mur, nec in ipſius filiis habemur: niſi aliam mentem
induerimus, nempe, ut zelo Majeſtatis ipſius ardea-
mus, & promovendæ ipſius gloriæ ſtudio afficiamur.
Ac proinde, ſi venire in hominum contemtum ipſius
cultum conſpexerimus, ſi ſus deque omnia ferri,
& magnam ubique confuſionem adverterimus, non
leviter id feramus, ſed ex ipſis cordis penetralibus lu-
gentes, ſerium dolorem teſtemur, vel ipſa mortis, ſi
verſ. 18. res poſtulaverit, electione. Et hactenus. Quæ vero de
mortis genere dicuntur, talia ſunt ut horrorem le-
gentibus merito adferre videantur: quaſi nimirum
Heli fuerit à Domino plane rejectus & reprobus fa-
ctus. Verum enimvero potius iſtud certum eſto teſti-
monium divinæ erga ipſum benevolentiæ, quod eum
in electorum numero habuerit, ſiquidem tanta pro
Dei gloria & Arca fœderis ſollicitudo, qua Helin
æſtuare conſpicimus, non niſi à Deo manare potuit.
Quapropter etiam videtur ei Dominus, dum corri-
pit, parcere. Nam ſæpe videas Dei miſericordiam
cum ipſius ira ſic conjunctam, ut puniens tamen
ſignum aliquod edat, ex quo non ſummo jure expe-
riri ipſum nobiſcum, ſed potius miſereri & placide
agere dignoſcamus. Quare etſi Heli mortuo videtur
Deus judicii ſui teſtimonia edidiſſe, ſi præſertim
mortis genus aſpicias, tamen ſi viciſſim attendas He-
lin fuiſſe jam annis gravem, puta centenarium, ac
proinde valde infirmum, & viribus debilitatum,
futurum fuiſſe, ſi longior ei vita poſt liberorum obi-
tum contigiſſet, & ſequutam Eccleſiæ deſolationem
conſpexiſſet, ut dolores ipſius ac pœnæ tormentum
& cruciatus augerentur & exaggerarentur? Quare
quum morte repentina ſublatus eſt, non dubium eſt,
quin ex Dei favore & benevolentia iſtud ei contige-
miniſtrationis everſio. Nam ut miſeras pecudes er-
rare palantes & confuſe ac inordinate cuncta geri ne-
ceſſe eſt. Itaque cadente retrorſum Heli, & vitam
cervice fracta finiente, certum eſt de populo univer-
ſo Deum pœnas ſumſiſſe. Atque ideo videmus Ec-
cleſiam in Pſalmis etiam conqueri de ingenti clade & Pſal. 78. v. 63, 64.
deſolatione Eccleſiæ, quæ morte Sacerdotum longe
aucta eſt, quod mortuos etiam lugere non potuiſſent.
Quid ita? Nam nonne maritum defunctum uxor,
maritus uxorem mortuam luget? nonne cognati co-
gnatos, vicini vicinos lacrymis mortuos proſequun-
tur? Quanto majorem igitur oportuit eſſe Iſraëlita-
rum luctum ac mœrorem, non uno aut altero caden-
te, ſed tot millibus cæſis, & una internecione velut ſu-
bita tempeſtate ſublatis? Verum enimvero Propheta
docet, eo majorem & acerbiorem fuiſſe cladem, quod
mortuos, & inſepultos civium acervos, lugere non
poſſent. Et hactenus de Heli obitu: ſequitur deinceps
alia de uxore Phineesa, alterius Heli filii, narratio: cui,
quum vicina eſſet partui, allatus de ſtrage Iſraëlitica
& mariti obitu nuncius tantum ſtuporem attulit, ut
præ doloris magnitudine repente incurvata fœtum
enixa ſit, & in ipſo partu mortua ſit. Eam quum
adſtantes ſolari conarentur, & ei de nato filio gratula-
rentur, noluiſſe admittere conſolationem, neque ani-
mum advertiſſe, ſed filio nomen indidiſſe Ichabod, in
perpetuam memoriam illius inſignis cladis quæ po-
pulo contigerat. Nam apud Hebræos כבוד *gloriam*
ſignificat, alia vero præcedens particula, vel *ubi*, vel
non: eodem ſenſu; nempe, *Ubi gloria?* vel, *non glo-
ria*: quaſi puerum dicat, natum ubi non gloria, quod
videlicet populus tanta clade affectus eſſet inglorius.
Porro idem in hac fœmina zelus obſervandus qui &
in Heli. Nam ad publicam calamitatem accedebat
mariti interitus, & ſoceri. Sed qualium virorum!
Nam hic quidem ſummus Sacerdos, populi Rector
& Gubernator erat: ille vero Sacerdos, & cui ſummi
Pontificis dignitas ſucceſſione debebatur. Ergo vidua
morte mariti, & ſoceri interitu orba relicta, quantam
habuit luctus materiam, quum præſertim cum ſocero
& marito gloria omnis familiæ concidiſſet, & ſola-
men, quod vel à marito, vel à ſocero exſpectabat,
ademtum eſſet? Nonne in has aut ſimiles voces po-
tuit erumpere, Me miſeram, me afflictam, me de-
ſolatam morte mariti, & ſoceri interitu, quid me
miſera vidua fiet! ut ſunt mulierculæ infirmiores,
& ſuis affectibus obnoxiores. Sane magnæ doloris
& luctus graviſſimi cauſæ ei videntur oblatæ, ut me-
rito ejulare & lamentari potuerit, ſuamque conditio-
nem deplorare. Sed tamen levia illi ſunt hæc omnia,
& facillime tentationes iſtas omnes ſuperat: atque
Dei gloriam & honorem cæteris omnibus rebus
ante-

Digitized by Google

petendum, ſiquidem caduca omnia & meræ tantum illecebræ, quibus magis ac magis irretimur & excæcamur. Nam terrenis iſtis & caducis rebus addicti, parum de divinis cogitamus. Itaque danda eſt opera ut de iſtis ſerio cogitemus, & ſic exemplum propoſitum uſurpemus, ut quod optimum eſt, & vitæ humanæ præcipuum, toto animo quæramus. Et hactenus, modo circumſtantiam hic obſervaverimus temporis: quod nempe mulier hæc in maximis licet doloribus: quales enim quantique partus dolores, ſatis cognitum, quum præſertim immaturus eſt: tamen divini cultus non modo non abjicit memoriam, ſed ſe ejus maxime ſtudioſam profitetur. Ecquis vero mulieris hic conſtantiam non admiretur? Nam ſi diu ante præmeditata voces iſtas emiſiſſet, næ ſingulari laude dignam merito judicaremus: quanto magis igitur, quum in ſummis doloribus, & in ipſius mortis faucibus, nihil niſi Arcam Dei, Gloriam Dei deplorat? Quod Eccleſiæ miſerrima conditio ſola illi ante oculos, etiam liberorum oblitæ, verſetur?

Joan. 16. *verſ.* 21. Mulier, fateor, quum parit dolorem habet, quoniam advenit hora ejus: poſtquam autem peperit puerulum, jam non meminit afflictionis, propter gaudium, quod homo ſit natus in mundum: lætatur enim ob infantis vagitum. At naturam ipſam vicit hæc mulier: nam audito nuncio de mare in lucem edito, ad quem Pontificia dignitas naturæ jure deferebatur, eo non afficitur: ſola Dei Arca ipſius mentem occupat, ſola verſatur ante oculos, ut nulla res humana lætitiam illi parere poſſit. Quandoquidem igitur Dei gloriæ ſtudio muliercula tantopere commota eſt, quale noſtrum hac in parte eſſe putamus officium? Sane de nobis ſerio cogitandum eſt, ac ſciendum, profanos, Dei nomen blaſphemis vocibus lacerantes, ac religionis contemtores, non impune tantum flagitium laturos, ſed olim coram Dei ſolio ſiſtendos, & pœnis meritis afficiendos. Neque vero tantum rebus adverſis iſto nos decet ſtudio flagrare Dei gloriæ, ſed maxime proſperis. Nam licet omnia nobis ex arbitrio ſuccedant, Deuſque in omnibus ſeſe facilem nobis & propitium præbeat: & domi quiſque fortunis certis & bonis fruatur, & non paupertas, non morbus, nulla calamitas, nihil denique adverſum urgeat; tamen Dei gloriam omnibus rebus anteponendam, & eandem initium eſſe

Pſa. 37:6. oportere noſtræ lætitiæ ſciamus, ut loquitur in Pſal- privatis negotiis majorem quam de Dei honore & gloria curam habentes; quam tamen, ſanctæ mulieris hujus exemplum ſequutos, oportet nos rebus omnibus etiam pretioſiſſimis anteponere? Sedulo ſane ſunt iſta nobis penſitanda, ut ſi hactenus ſegniores in officio noſtro faciendo fuerimus, pudore ſuffundamur, & coram potente Dei manu magis ac magis dejiciamur, & ſtudio promovendæ ipſius gloriæ magis ardeamus. Nam qui erga ſanguinem ſuum ſic affecti ſunt, liberos puta, cognatos, affines, neceſſarios, ut Dei nomen malint in contemtum venire, quam illis aliquam ignominiæ notam inuri, ſane palam teſtantur, ſe neque Dei timore neque amore ullo tangi: & tamen quam commune, obſecro, vitium? Ecquis enim non videt, nos, ſi Dei nomen contumeliis affectum ſit, & offendicula multa irrepſerint ab iis qui nobis nulla conſanguinitate juncti ſunt, magno quidem fervere zelo, & ſummo ardore pœnas ab iiſdem repoſcere, quod Dei gloriam ita contemni non patiamur? At ſiqua interceſſerit neceſſitudo, aut ſi qua aliunde commendatio, nonne ſceleris advocati & patroni ſimus, ut adverſus ipſum Deum conjuraſſe videamur: multis hinc inde curſitantibus, & hunc atque illum prenſantibus, huic aliquid in aurem inſuſurrantibus? Denique tales ſumus, ut ſæpe qui maxime Chriſtiani videri volunt, Deo tamen reſiſtere non deſinant, quod ſibi ſanguine aut aliqua neceſſitudine junctis patrocinari volunt. Atque hi ſunt hodie mores, hæc tempora. Veniat ergo nobis in mentem, ſi adverſus iſtiuſmodi homines ſententiam ferre volumus, ſanctæ hujus mulieris factum, quæ filio non pepercit, quin ei notam inureret, & tanquam in theatro collocaret ab omnibus intuendum, ut ex eo populus diſceret quid ſit adverſus Deum peccare, & ejus gloriam ludibrio habere. Deinceps ſequuntur verba illa, *Dei gloriam emigraſſe ab Iſraele: propterea quod capta eſſet Arca Dei.* Quînam vero Dei gloria, capta Arca, emigraſſet? Nempe, ut rudes ſunt & infirmi homines, Deus voluit hanc Arcam fœderis eſſe in populo tanquam vivam ſuam imaginem: ut hac ratione populus agnoſceret, Deum unum eſſe, de cujus præſentia certiores ita fierent, ac proinde ad quam non eſſet arduus acceſſus, ſed familiaris & facilis. Atqui, fateor, hypocritæ in ſuperſtitionem id converterant, ut antea dictum eſt, & ſigno externo nimium hærebant, ut procliviores ſunt homines in ſua

Digitized by Google

liis, & non eſſet populus tanta clade cæſus, tamen nullam amplius eſſe in Iſraële gloriam. Quid ita vero? Quod nempe Deus in Iſraële non eſſet, qui à populo indignatus receſſiſſet. Merito itaque dignam obſervatione vocem dixi. Nam, obſecro, quibus maxime rebus ſolent homines efferri & gloriari ? Alij dignitate atque amplitudine; ut, ſi in locum aliquem atque ſedem dignitatis atque honoris aſcenderint, adeo inſoleſcant, laude inebriati, ut nihil niſi gloriam ſpirent, & ſeſe, veluti pavones caudam, admirentur. Alij tam ardenti avaritia ſunt, ut ſibi paradiſum fingant bonorum & fortunarum copiam, itaque ad divitias inflammati aviditate rapiuntur, & maxime gloriantur amplis villarum reditibus, gravi fœnore miſeros trucidant, & præſenti ſemper pecunia delectantur: denique ſua quiſque cupidine gloriatur, & maxime lætatur ſi poteſt eſſe animi ſui compos. Interim vero Dei parvam curam aut nullam habemus: ideoque major noſtra futura eſt condemnatio. Nam voces illæ quas moriens ſancta mulier protulit, nobis inſtar Teſtamenti eſſe debent, quo quid officij noſtri ſit erudiamur: cujus perpetua ſemper, quantumvis à nobis profanetur, futura eſt auctoritas. Teſtem hunc itaque loquentem & nos cohortantem audiamus, & imitemur: voluit enim illa ſingulos admonere de Dei gloria, cujus ſtudium rebus omnibus privatis & chariſſimis antepoſuit. Agnoſcamus nos ſine Deo benevolo & propitio longe omnium miſerrimos: & quæcunque bona concupita fuerimus adepti, in confuſionem & exitium convertenda. Quare, ſi lætis & proſperis uti volumus, Deum in primis patrem habeamus. Nam hoc ſi conſequuti fuerimus, deque ipſius erga nos benevolentia certo perſuaſi, tum nobis amplam gloriationis materiam propoſitam certo ſciamus. Contra vero væ nobis, væ, inquam, nobis & gloriationi noſtræ, etiamſi votorum omnium compotes ſiamus, quod in perniciem & exitium noſtrum potius
Jer. 9: 23. quam commodum cumulata ſint. Sic Propheta docens quomodo ſit nobis in Deo gloriandum, gloriam omnem mortalium dejicit, qua plerumque falluntur & decipiuntur. Nam plerumque dives in divitiis ſuis gloriatur: fortis in fortitudine & robore ſuo, ſapiens in ſapientia. At Propheta, *Sic ait*, inquit, *Jehova, Ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua, neque glorietur potens in potentia ſua: neque glorietur dives in divitiis ſuis.* E-bus, aut ſpeculationibus humanis longe anteponendum. Contra vero, rebus omnibus licet proſpere ſuccedentibus, ſciamus, nos gloriari non poſſe, niſi nobis ad Deum pateat aditus, & ipſum invocare, & fiduciam noſtram in illo uno collocare poſſimus. Futurum namque eſt, ut ab illo ſeparatis & disjunctis, quæcunque dona, quantumvis excellentia, & omnis ſplendor ac gloria in perniciem & exitium convertantur. Teſtem vero & auctorem graviſſimum & locupletiſſimum Dominum noſtrum JeſumChriſtum audiamus,
ſic loquentem, *Væ vobis divitibus, quia accepiſtis con-* Luc. 6. verſ. 26.
ſolationem veſtram. Væ vobis ridentibus nunc, quia flebitis & lugebitis. Idem eſto de cæteris rebus omnibus humanis, de deliciis ac voluptatibus judicium, ad quas homines animum adjiciunt: ex quibus majorem in dies confuſionem & condemnationem in illos derivari certum eſt, niſi diligenter animum ad hæc adverterint, ut videlicet riſus omnis & delectatio ipſorum ſit in Domino, & in ejus gratia conquieſcant, à qua ſola ſalutem exſpectare & ſperare debent: atque ſummopere caveant, ne procul unquam à Deo recedant, quoniam, eo recedente, certum eſt, quicquid bonum videtur, in malum eſſe convertendum, & quo plura à Deo dona acceperint, eo majorem ipſorum fore condemnationem & perniciem. Hic ergo ſenſus eſto, atque utilitas horum verborum, Quandoquidem Arca Dei capta eſt, gloria Dei emigravit ab Iſraële: quibus admonemur, extincta apud ipſos favoris Dei lampade, ſolam reliquam ſupereſſe confuſionem & maledictionem, donec quod ſua culpa homines perdiderunt, Deo ſibi conciliato recuperent.

Jam vero agite, fratres, procumbamus in genua coram Dei Opt. Max. Majeſtate, & illi peccata noſtra confitentes, ac facti ſupplices, ut in dies magis ac magis coram ipſo dejecti & humiles facti, ac nobis ipſis renunciantes, omnibus infirmitatibus & corruptionibus nos ſpoliet, ſua Juſtitia induendos & tegendos: ſuoque nos Sancto Spiritu ſanctificet: ideoque oblivioni tradat offenſas noſtras, quibus iram ipſius in nos concitavimus, neque unquam permittat nos ad tribunal ipſius tanquam reos rapi, tandem, quas meriti ſumus pœnas laturi: ſed benigne noſtri miſereatur. Neque vero ſolis nobis hanc gratiam communicet, ſed omnibus, &c.

HOMI-

Digitized by Google

nis omnibus, ad Dei viventis Legem & cultum omni contumeliarum genere lacerandum. Ac ſane veriſimile eſt, Philiſtæos, niſi vis major animos ipſorum continuiſſet, Arcam illam fœderis, in Dei contumeliam, raptaturos fuiſſe, & veluti de Deo triumphaturos, quod hoc Deo fruſtra fuiſſent Iſraëlitæ gloriati; à quo ſalutem exſpectaſſent, in cujus eſſent tutela. Deinceps igitur quid Arca illa factum ſit videamus. Dicun-
verſ. 2. tur *Philiſtæi Arcam captam tuliſſe, & in templum Dei ſui Dagon intuliſſe, & honeſto loco tam juxta Dagon ſtatuiſſe.* Non dubium, ut dixi, quin occultus quidam metus eos retinuerit, quos alioquin certum eſt fuiſſe petulanter Arcæ Domini inſultaturos. Quis enim neſcit, incredulos, leviſſimam quamlibet occaſionem arripere gloriandi, & ſeſe etiam adverſus Deum ipſum efferendi? Hic autem ampliſſima videbatur Philiſtæis oblata Deum Iſraëlitarum contemnendi & convitiis proſcindendi, atque ut victo inſultandi, cujus vires ac potentia in defendendo electo populo prorſus collapſæ eſſent. Quamobrem quum Arcam non modo non deſpiciunt, ſed in honore habent, manifeſtum eſt à Deo manaſſe, qui vi ſua interiore cohibuerit Philiſtæos ne ſuperbia elati Arcæ inſultarent & ludibrio eam haberent, in qua lex Dei incluſa erat. Hinc Judæorum quanta ſit ignorantia apparet: qui, quotieſcunque in ſacris ſcriptis quædam occurrunt, quæ videntur non facere ad Arcæ & Legis Dei commendationem, fabulas fingunt, & non ducunt religioni ſententias integras immutare, dummodo effugiant & Legi Dei patrocinentur. Itaque fingunt, Arcam ſpoliatam Lege Dei, & Aaronis virga, quæ Arca fœderis continebantur, ac proinde vacuam Arcam relictam. Contra hinc conſpicuum eſt, Deum vim ſuam exeruiſſe, ſuoſque hoſtes ne in Arcam manum mitterent cohibuiſſe, ſicuti pluribus deinceps viſuri ſumus. Certum enim proculdubio eſt, Philiſtæos naturam ſuam ducem ſequentes, & nulla vi ſuperiore cohibitos, fuiſſe Arcam illam fœderis ludibrio habituros, atque in ipſum viventem Deum inſultaturos, atque illuſuros ejuſdem Majeſtati, doctrinamque, quam populo præſcripſerat, blaſphemis vocibus laceraturos. At non licet illis ultra progredi, quos major potentia domitos cohibet. Neque vero tamen honorem illum Deus admittit: nam etiam Dei cultus, manente Arca diutius in templo Dagon, corruptus fuiſſet & adulteratus. Sed ſummus ille rerum adminiſter ſic omnia diſpo-tem ſuam mendacio miſceri. Nam prima fronte valde repugnare inter ſe hæc viderentur, Deum à Philiſtæis voluiſſe honore affici, & eoſdem tamen deteſtatum fuiſſe & gravibus pœnis affeciſſe. Si enim debitum à Philiſtæis honorem repoſcebat, & Numen ſuum eſſe apud illos volebat, quare id locum non habuit quum viderunt Deum illum ſuum Dagonem humi proſtratum? quare deinceps illos immiſſis graviſſimis in pudendas partes morbis, puta verubus, affligit. Verum nulla hic in Deo contradictio. Nam ſuæ naturæ permiſſos Philiſtæos, certum eſt petulantiſſime & effuſiſſime in Dei contemtum fuiſſe venturos, & nomen & cultum ipſius ſannis, convitiis, blaſphemis vocibus proſciſſuros, niſi vi majore frenati fuiſſent. Et idcirco Deus etiam incautos ad honorem Arcæ exhibendum impellit. Neque tamen ideo cultum ſuum adulterari patitur. Idolum ferre ſocium non poteſt. Suæ Majeſtatis minui gloriam, aut de ſua gloria tantum detrahi non vult, ut inter incredulos veluti conductitio templo incluſus, minor Idolo, quod Philiſtæi pro Deo colebant, habeatur, etſi cum honore excipiatur. Hæc, inquam, Dei reſpectu, minime ſunt repugnantia, ſed pulchre inter ſe conveniunt. Cæterum ex his etiam conſpicuum eſt, licet captiva fuerit Arca, nihil tamen de Dei virtute & potentia Philiſtæos detraxiſſe. Quare, ex hominum quidem opinione Deus permiſit virtutem ſuam in captivitatem abduci, ut eo ſigno populus cognoſceret Deum à ſe receſſiſſe, & doctrinam Legis ſuæ ſuſtuliſſe: verumtamen ipſe integer ſuique ſemper ſimilis manſit, & manſurus eſt, quicquid tandem homines moliantur: & adverſus ipſum licet conſpirent, Deo nihil unquam mortales detraxerint, quin jus ſuum integrum retineat. Namque ſe ſuamque gloriam ſemper tutatur, vel invitis ſuis hoſtibus & omni illorum furore, ac, crepent licet, virtutem ſuam exerit. Pateret enim alioquin incredulis & blaſphemis hominibus oſtium ad calumnias. Ubi nunc illa potentia, ubi admiranda illa opera, quæ Deus Iſraëlis olim effecit? Ubi miracula quæ hactenus edidit? Ubi præſentia ipſius in electi populi diſcrimine? Næ cum riſu & contumeliarum omni genere exceptus fuiſſet, & Idolorum non abſimilis habitus, quæ læſa, in terram proſtrata, effracta, neque moventur, neque reſiſtunt. Ex quo ſatis conſpicuum eſt, ea ſuos adoratores & admiratores neque adjuvare, neque tutari, rebus anguſtis, poſſe, quandoquidem ſeſe tutari

Idolo contigerit, deinceps videndum: ac *primum qui-*
verſ.3. *dem Aſchdodæi dicuntur mane ſurrexiſſe, & inveniſſe Dagonem collapſum jacentem facie ſua in terram coram Arca Jehovæ.* Quibus verbis indicatur, Deum, etſi ab hoſtibus capta Arca captivus haberetur, non fuiſſe tamen captivum, ſed vim ſuam exeruiſſe,& ſummam auctoritatem & imperium exercuiſſe. Porro Aſchdod antiqua urbs & celebris, quæ antea everſa fuerat, ab incolis inſtaurata & reſtituta; atque una erat ex quinque Satrapiis Philiſtinorum quondam clariſſima. Itaq; ab incolis propter loci fertilitatem inſtaurata fuerat: eam igitur, quod celebris eſſet, elegerunt Philiſtæi, in quam Arcam illam fœderis tanquam in triumphum deducerent, ut undique fama de illa ſpargeretur. Sed ecce, dum triumphos meditantur, Deus virtutem ſuam exerit. Ex quo fit conſpicuum, & in quo tanquam in imagine licet contemplari, quod tum in Pſal-
Iſa. 2: 18. mis, tum in Iſaia nominatim dicitur, Deo ſeſe patefaciente, Idola corruere, & omnium ludibriis & irriſioni exponi. Et ſpeciatim adverſus Ægyptum pro-
Iſa.19: 1. phetans Eſaias ait, *Ecce Jehova inſidens denſæ nubi levi, invaſurus eſt Ægyptum, adeo ut commoveantur Idola Ægypti a conſpectu ejus*, &c. de converſione Ethnicorum loquens, ad prædicationem Euangelii toto terrarum orbe prædicandam. Indicat enim Deum tandem effecturum ut doctrina ſua in tota regione annuncietur, & ait, Ecce Jehova invaſurus eſt Ægyptum, id eſt, in Ægypti poſſeſſionem venturus, & Idola ſunt corruitura. Hic vero Papiſtæ fabulam commenti ſunt Judæorum more, nempe Idola collapſa cecidiſſe in Ægypto ſub adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti: unde quanta ſit hominum audacia perſpicimus, quum ſibi quidvis permittunt, & ſua commenta, quibus verus totius Scripturæ ſenſus corrumpatur, in medium adferunt. Senſus enim verborum illorum Prophetæ communis eſt, nempe, collapſura Idola quum Deus per Euangelij prædicationem ſuam Majeſtatem patefaciet. Idem in Pſalmis dicitur, ſub Regis adventum omnia Idola confringenda. Nam tenebrarum denſa caligine & multis tempeſtatibus mundus ſemper agitatur, donec illas ſuo ſplendore Deus diſſipet: & Satan ſuis præſtigiis & impoſturis homines dementat, donec ſeſe nobis Deus patefaciat, & cognoſcamus penes unum ipſum omne eſſe judicium. Semper enim hic ſcrupulus homines natura ſtimulat & pungit, Hunc mundum, non à ſe conditum, ſed vi quadam & Numine ſuperiore à quo regatur & adminiſtretur. Sed Deos ſibi ex ingenio fingunt, & quod voluntas dictaverit Numen adorant: ut incertum Numen, incertus ejus cultus ſit: atque ita verus Deus oblivioni traditur, quod nimirum homines ſua commenta propria ſequuntur. Quamdiu vero noſtris opinionibus adhæremus, certum eſt, nunquam verum Deum nos agnituros: ſed contra magis ac magis in

[illegible] increduli, ac Dei contemtores, evidens virtutis divinæ teſtimonium habeant, ac magnis clamoribus illud teſtentur, non ideo tamen ab idolomania recedunt. Exemplo ſunto iſti Philiſtæi, qui proſtratum in terra Deum ſuum, vi divina, minime tamen deſerunt, ſed magis venerantur. Ac potuit hîc ſacrificulorum aſtus intervenire, & plebem quod acciderat celare; ſed tamen veriſimile eſt, rem in vulgus evulgatam & ab omnibus fuiſſe cognitam. Quod facile colligitur ex ſequentibus, quum convocata plebe in conſilium, Deum Iſraëlitarum aiunt adverſum ſe ſuumque Deum Dagonem eſſe duriorem. Itaque vulgatum iſtud fuiſſe extra dubium eſt, Idolum videlicet Dagonis in terram decidiſſe. At quum clauſo templo id contigiſſet, ſane non humana factum manu fateri illos oportuit, ac convinci à propria conſcientia, nihil eſſe Idolum Dagonis: & à Deo in terram proſtratum, tanquam à ſe procul repellente & projiciente Idolum, & Philiſtæis errorem ſuum & ſuperſtitiones aperiente, quas deteſtari diſcerent. Siquis vero roget, cur non ipſa die clara factum iſtud ſit; quod majus futurum fuiſſe videatur miraculum, Idolo in omnium Philiſtæorum conſpectu cadente; quam noctu: Aio, non ideo magis fuiſſe commovendos Philiſtæos: ſed hoc vel illo commento ſeſe fuiſſe in errore confirmaturos, quidlibet prætexentes: & licet divina manu proſtratum Idolum fateri coactos, tamen Idolo ſuum honorem ac decus aliquo commento fuiſſe quæſituros. Quamobrem noctu voluit Deus iſtud contingere. Præterea Dei admirandum hic conſilium expendite, qui potentiam ſuam ſic exerere voluit, ut increduli videndo non viderent. Sic enim loquitur Iſaias Pro- Iſa.26.
pheta, *Jehova, quum exaltatur manus tua, non vident.* verſ. 11.
Nam etſi improbi, Dei gloriam, Dei manum & potentiam vident, non tamen eam diſcernunt, judicio carentes, & in ſtuporem converſi, ut etiam ante oculos præſentia non animadvertant: quod nimirum Satan excæcatos & captivos habeat, qui ſuos omnes ſic faſcinat, ut judicio, ac ſenſu communi & ratione careant. Itaque Deus hac ratione omnem illis excuſationem tollere, & os occludere voluit. Nam ut inexcuſabiles redderentur Philiſtæi, ſat erat proſtratum in terram Idolum ſuum ipſos agnoſcere. A quo vero proſtratum, an ope aliqua humana? Næ templi ſui claves habebant, ut nemo inſciis aut non permittentibus ipſis in templum intraret: deinde ſua Idola ſtudioſe colebant & cuſtodiebant. Quare Dei manum in templum ſuum penetraſſe vident, quod nulla humana ratione colligere poſſent, quare iſtud Idolum in terram proſtratum fuiſſet, quandoquidem nullus talia meditans templum intrare potuiſſet. Sed Deus ipſe potenter ita eſt operatus, ut omnem ignorantiæ excuſationem ipſis præcideret. Et tamen voluiſſe Deum ipſos in pertinacia

tinacia

videlicet adverſus tentationes eas armemur, quibus infirmi ſæpe offenduntur, animadvertentes flagitioſos & improbos viros, Deo reluctantes, audacter in cœpto pergere, & curioſius quam unquam facta ſua perſequi. Ne, inquam, iſtis moveamur: fuerunt enim plerique omnibus ſeculis homines iſtiuſmodi, ſuo tempore factis ſuis pœnas digniſſimas reportaturi. Sed ubi Deus iræ ſignum aliquod ediderit, capita demittamus, ac ne dum manum potentem adverſum nos exerat exſpectemus, quin potius ad leviſſimas minas ipſius tremamus, & coram ipſo dejiciamur, in ejus obſequium parati. Et de iſtis hactenus. Quod vero Dagonem proſtratum erigunt, & loco reſtituunt, miſeri non animadvertunt Deum ſuum rem eſſe mortuam, cui vitam quodammodo reſtituere nituntur, ſed in errore & ſuperſtitione, quam à majoribus acceperant, pergunt. Nos igitur quum hodie Papiſtas videmus pro Idolis ſuis dimicare, ſciamus, majorum illos, puta Philiſtæorum, veſtigia ſequi, & eadem ſemper oberrare chorda. Non ideo tamen Deus inultos relinquit, nam altera die virtutem ſuam illuſtriorem reddit, qua paulatim Philiſtæi ſubigantur & domentur. Quod igitur ad priorem illum Dagonis lapſum parum profecerant, Deus altero graviore ſuam potentiam conſpiciendam præbet. Dagon enim non modo ſecundo proſtratus in terram cadit, ſed brachiis fractis, & capite revulſo, quæ in limine valvarum jacuerunt, ut iis veluti repagulis limen clauderetur. Itaque ſi hactenus de ſuo Idolo Philiſtæi dubitarunt, fuerit ſimulacrum necne, jam reipſa ſunt experti, inutile & ludicrum ſpectrum fuiſſe. Quod ſane vel ipſos invitos oportet cognoſcere. An enim, quæſo, tam ſublime in parietibus fixum Idolum ſponte corruiſſet? Ridiculum ſane foret id cogitare. Ecquis vero brachia, quis caput, quis truncum ante Dei Arcam proſtravit, quis ſupra limen templi brachia collocavit? Næ iſtud fortuito caſu factum non eſſe, non etiam ulla vi humana tam audax facinus tentatum apparebat: ac proinde neceſſario ſequebatur, Deum Iſraëlis hoc dedecus huic Idolo voluiſſe inurere: quod antea miſeros ſpe inani luſerat. Ita Deus confirmatum voluit quod per ſe clarum ſatis erat, nempe nihil hic accidiſſe niſi ex divina providentia, ut Majeſtas ipſius fieret conſpicua. At Philiſtæos hic magis ac magis indurari videas. Tantum enim abeſt, ut agnitis præteritis ad meliorem

novam etiam ſuperſtitionem inducunt, de non calcando pedibus limine, in quo brachia & caput Dagonis jacuerunt. Quæ vero hic de Philiſtæis legimus, noſtro etiam ſeculo in Papatu contigiſſe videmus, Sacerdotum fraude & impoſturis, ut ſiquod Sancti alicujus ſimulacrum deciderit, ac brachium aut crus fregerit, aliud aureum aut argenteum, pro ligneo vel ſaxeo, ſit ab aliquo ſuperſtitioſo Rege repoſitum, & quidem cum novo dignitatis titulo. Velut, exempli gratia, ſi decidit Mariæ Virginis Idolum, ac reſtituatur, tum Bona Domina Paſſionis nuncupabitur. Quid iſtud vero Paſſionis nomen? Deus cæcos iſtos miſeros hoc ipſo nomine ſatis admonet, & miſeris os aperit quo convertantur: ſed fruſtra ſurdis canitur. Nam una hæc illis mens eſt, hoc ipſorum ſtudium eſt, ut ſuperſtitio non modo maneat, ſed ut etiam augeatur, & vehementiore zelo in Idoli cultum ferantur. Sic videas miſeros illos noſtri ſeculi ſacrificulos tanto ſtudio in cruſtaceum ſuum Idolum ferri, ut ſi forte venti aliquo impetu ſublatum illud ſit, decretis ſupplicationibus locum in quem deciderit, adhibitis crucibus, cereis ardentibus, & multis aliis iſtiuſmodi cerimoniis requirant, & inventum, etiam raſo lapide, auferant. Ac per biduum locus ille eſt ſalutandus, & lapis igne cremandus, cujus cineres collecti in vas bene clauſum immittantur, & in loco ſacro reponantur. Quid ita? Nempe, aiunt, quod Dei ſacroſanctum corpus attigerit. Quanta cæcitas! quantus iſte ſtupor! Non ſoli itaque Philiſtæi cæci, non ſoli ſtupidi & amentes, ac falſæ religionis & falſi cultus faſcino dementati Satanæ aſtu, qui miſeris tyrannice dominatur, &, vi oppreſſos, imperio ſuo & dominatione, juſto Dei judicio, coërcet. Verum enimvero quidquid moliantur iſti Philiſtæi, agnoſcere & fateri coguntur, Deum Iſraëlis Dagone ſuo fortiorem: imo duram ejus eſſe manum contra ſe & contra ſuum Deum Dagonem. Unde animadvertere licet quam potens Deus, qui talem confeſſionem de iniquorum ore extorquet, & conſilia ac facta ipſorum præter opinionem in alium finem, nempe gloriæ Dei propagationem, convertit. Nempe Deus novit lucem ex tenebris educere. Quod hic apparet valde perſpicue. Nam ſi non invectus eſſet iſte ritus, & ſi Philiſtæi memoriam eorum, quæ contigerant, ſilentio obruiſſent, fractaque Dagonis membra reſtauraſſent ſine ſuperſtitione, fortaſſe rei iſtius memoria

moris

mium? an non ipſis pueris notæ iſtorum fraudes & ſordes fœtent? Neque vero magna vis ingenii requiritur in iſtis agnoſcendis Satanæ fraudibus, quibus iſtiuſmodi ſimulacra nititur in Deos erigere, & cultum Deo debitum iiſdem inſtituere. Quid de cruſtaceo Idolo dicam, quod adorandum & venerandum proponitur, quaſi in illo ſit Chriſti corpus incluſum? Ecce, ut Deus veritatis inimicos conſtringit, & quodammodo tormentis adigit ad Dei gloriam ſuo teſtimonio propagandam, & ſuorum idolorum, & ſimulacrorum, ac rituum cerimoniarumque vanitatem & inanitatem ore proprio patefaciendam, & detegendam. Verum tantus eſt hominum ſtupor, imo tanta eſt malitia, ut donec Deus ipſe cor ipſorum aperiat, nulla miracula incredulos moveant, nullæ cohortationes ad ſalutis viam adducant, quos altus idolomaniæ veternus occupavit. Atqui Papiſtæ pollicentur, ſe, ſi miracula viderint, ſtatim ad fidem convertendos. At contra certum eſt, eos, etiamſi quæcunque ab initio mundi facta ſunt miracula ante oculos habuerint, tamen pertinaciter veritati reſtituros. Quid ita? Nempe quod Satan oculos ipſorum ſic excæcarit, ut videntes non videant. Verbi quidem divini tantam eſſe vim oportere fatemur, ut ipſa duriſſima ſaxa frangat, & in hominum corda duriſſima & horridiſſima penetret ipſis prædicatum, & eadem emolliat: ſed tamen, juſto Dei judicio, non modo non mollit incredulorum cor, ut magis etiam induret. Quare hanc unam eſſe viam ad Dominum revertendi ſciamus, ſi virtute Sancti Spiritus in nobis agente ad ipſum adducamur, ut ipſe mollitis animis noſtris ſibi nos reconciliet. Nam alioquin certum eſt nos ipſis incudibus fore duriores. Næ, ſiquis magnis malleorum ictibus incudem feriat, certum eſt reſilituros ſemper malleos, quod in incudem duriorem incidant: atque ea eſt omnium hominum conditio, quum Dei teſtimoniis & miraculis quodammodo feriuntur, quæ proculdubio irrita ſunt omnia, & nullius erga ipſos ponderis futura, donec ipſe Deus ita contundat & emolliat, ut ſub potente manu Dei dejectos humiliari doceat. Et de iſtis hactenus. Deinceps vero Deus dicitur ipſos homines aggreſſus, poſtquam irrita eſſe vidit, & nullius apud ipſos effectus, teſtimonia vindictæ ſuæ: atque propius urgens in pudenda ipſorum morbos diros immiſit, quæ verva dicunt, aut hæmorrhoïdas. Agnoſco quidem naturales eſſe iſtos morbos: ſed quum ſerpit contagio, & ſingulos vel regionis vel urbis incolas invadit, næ nova & inſolens eſt calamitas, veluti ſiquis ſingulis alicujus urbis incolis capita diceret amputata. Itaque Philiſtæi ſatis convicti ſunt non eſſe naturalem hunc morbum, quum ſingulos illa lues invaderet, ſed divinam eſſe manum pœnas ab ipſis reddant præcipites, & ſæpe deſperabundi ſibi mortem inferunt: ſic Philiſtæi iſti latebras quærunt adverſus Dei præſentiam. Quæ quum nobis exempla proponuntur, ſciamus, idem omnibus Dei inimicis, quum in reprobum ſenſum conjiciuntur, accidere. Nam etſi facinorum veterno occupentur, tamen ubi Deus propius urget, & propria conſcientia ipſos premit, latebras quærunt adverſus Dei Majeſtatem, & fuga ſibi quærere ſalutem ſtudent. Atque hujus rei nobis exemplo ſunt Philiſtæi: qui tandem ſeſe Dei manu urgeri ſentiunt, & quamvis nullo admonente Propheta, aut ſtuporem indicante, naturæ ſenſu ad Deum uſque aſſurgere docentur. Quin etiam ſumma Dei poteſtas hic eſt obſervanda, ſic operantis ut agnoverint & vel inviti judicarint ac faſſi ſint, Deum Iſraëlis eſſe Deo ſuo potentiorem, atque nihil ſe paſſos, niſi illo vindice. Verum enimvero Dei potentiam agnoſcentes, num ideo ſupplices facti veniam deprecantur, & benevolentiam ipſius immutata ſuperſtitione in ſincerum cultum conciliare ſibi ſtudent? Minime gentium. Nam ſi ſeſe exploraſſent, quum potentiæ Divinæ tam expreſſa & evidentia teſtimonia adverſum ſe poſt captam Arcam ſentirent, veniſſet ipſis in mentem hæc cogitatio, hanc Arcam eſſe veri Dei quandam figuram aut imaginem, ac proinde quid ſibi facto eſſet opus requiſiviſſent. Ac proinde ſuam quidem idolomaniam qua tot jam ſecula dementabantur, agnoviſſent, quæ ſeſe ſatis illius impotentiâ quem pro Deo colebant patefaciebat: deinde quis vero Deo cultus eſſet tribuendus, quam religionem populo ſuo præſcripſiſſet, diligenter inquiſiviſſent. Atque hoc unicum verum adverſus immiſſos à Deo morbos fuiſſet remedium. Verum etſi quanta ſit potentia ſenſerunt, non ideo tamen quæ virtus ipſius quæſierunt: atque parum moti ſunt ſive bene ſive male ſit ipſis: de ablegando à ſe procul cogitant, & quod vel inviti vident videre nolunt. Quinimo ſtulta ſua & vana religione malum malo cumulant, tantum abeſt ut pœnis emendentur, & plagis à Deo immiſſis dejiciantur & humilientur ſub potenti manu ipſius, quam propter iniquitates ſuas & veræ religionis contemtum duram experiebantur. Contra, quod duriorem manum ejus adverſum ſe Deumque ſuum ſentiunt, de eo relegando cogitant. En ergo quid increduli ex ſenſu & apprehenſione infinitæ potentiæ conſequantur: non meliorem ſane mentem, non ſtudium cognoſcendi ipſius verbi, & cultus quo decet cum homines venerari & colere, non animi dejectionem, qua Majeſtati Dei ſubjiciantur, ſed potius metum quendam & horrorem concipiunt præſentiæ ipſius, quam pro viribus effugere nituntur, Deumque procul à ſe, ſi poſſent,

aman-

Digitized by Google

exempli quanta sit utilitas, ex ſupra dictis apparet: quare quum Philiſtæorum craſſum illum errorem conſpicimus, ex eo diſcamus, ſentientes Dei manum adverſum nos exertam & ad pœnas repoſcendas armatam, agnoſcere, ſatis eam eſſe potentem ad nos peſſundandos & penitus delendos, ſi in noſtris iniquitatibus indulgere perrexerimus: ac proinde nobis oblatam occaſionem reſipiſcendi ne negligamus; ſed Deo potius obedientes nos præbeamus, ne juſta vindicta ipſius opprimamur: quin potius ut ipſi reconciliati Patrem eum experiamur pro Judice, cujus in nos iram concitaveramus: & ipſe viciſſim nos filiorum loco habeat, paternaque benevolentia complectatur, cui nos viciſſim ſubjiciamus, & illi ad nutum parati ſimus. At cur non inquirunt Philiſtæi cauſam plagarum quibus affligebantur? Cur non repetunt memoria vetera illa Dei facta quibus ſe vindicem & protectorem populi ſui, quamdiu ab illo ſincere cultus eſt, teſtatus eſt? Cur non ſe Dei populum eſſe Debitum ſane incredulis ſtipendium: quos Deus ad peccatorum & flagitiorum confeſſionem adigit, ut ore proprio convictos reos habeat, & eo magis coarguat. Nam etſi ſponte ſeſe Deo ad eum glorificandum, debitumque ipſi honorem reddendum, non ſubmittunt, nihilominus Deum viventem aiunt ſibi gravem incumbere: & tamen ſuperſtitionibus ſuis & εἰδωλολατρείαις magis ac magis indulgent, quas tamen Deum deteſtari ſua confeſſione profitebantur.

Supereſt ut coram Dei Opt. Max. Majeſtate procumbamus, & infinita peccata, quibus ejus in nos iram quotidie concitamus, agnoſcentes, eum precemur, ut donet nobis gratiam ea ſic agnoſcendi, ut nobis ipſis renunciare magis magiſque diſcamus, & omnibus pravis cupiditatibus, in quas natura ſumus procliviores: ut ſponte nos ipſi ſubjicientes, non modo fateamur penes ipſum eſſe omnem potentiam; ſed reipſa nos ipſi ſubjectos eſſe, & ab ejus unius nutu pendere, teſtemur.

HOMILIA VIGESIMA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. V.

7. Videntes autem viri Azotii hujuſcemodi plagam, dixerunt, Non maneat Arca Dei Iſraël apud nos: quoniam dura eſt manus ejus ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum.

8. Et mittentes congregaverunt omnes Satrapas Philiſtinorum ad ſe, & dixerunt, Quid faciemus de Arca Iſraël? Reſponderuntque Gethæi, Circumducatur Arca Dei Iſraël. Et circumduxerunt Arcam Dei Iſraël.

9. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus Domini per ſingulas civitates interfectionis magnæ nimis, & percutiebat viros uniuſcujuſque urbis, à parvo uſque ad majorem, & computreſcebant prominentes extales eorum. Inieceruntque Gethæi conſilium, & fecerunt ſibi ſedes pelliceas.

10. Miſerunt ergo Arcam Dei in Accaron. Cumque veniſſet Arca Dei in Accaron, exclamaverunt Accaronitæ, dicentes, Adduxerunt ad nos Arcam Dei Iſraël, ut interficiat nos & populum noſtrum.

11. Miſerunt itaque, & congregaverunt omnes Satrapas Philiſtinorum: qui dixerunt, Dimittite Arcam Dei Iſraël, & revertatur in locum ſuum, ut non interficiat nos cum populo noſtro.

12. Fiebat

ſuæ incredulitati permittas, & de ipſius religione verbum non facias, neque examines & horteris ut ad viam ſalutis revertatur: tamen multæ & graves cogitationes ejus animum occupant, quibuscum confligatur, modo in hanc, modo in illam partem verſans, quid ſe tandem fiat, quid ſequatur, quid relinquat. Sic enim oportet ipſos à Deo ſollicitari & urgeri, ut ſint inexcuſabiles, & ne ſuæ incredulitati ſic indulgeant, ut ignorantiam prætexere poſſint, quaſi nunquam admoniti, nunquam ſollicitati, nunquam docti fuiſſent. Injectus enim ſcrupulus ipſis, & dubitatio illa, fuerunt velut à Deo miſſi nuncii quibus arguerentur, & ad Deum adducerentur, atque ad pœnitentiam invitarentur. Verum ea eſt incredulorum pertinacia, ut licet vanis illis cogitationibus ſollicitati, & ad veritatis inquiſitionem invitati, tamen nunquam ab errore dimoveantur: imo ne ſi quidem ad illas interiores animi ſollicitationes etiam acceſſerit adhortatio, & tam dilucida errorum explicatio, ut ne reſponſare quidem poſſint, aurem tamen aperiant & facilem admonitionibus præbeant. Atque hic error maxime conſpicitur hodie in Papatu. Nam ſi Papiſtas ſingulos de ſuæ Religionis fundamentis interroges, & quæras quid ſentiant, hærentes videas & dubios. Et tamen ſi Jeſus Chriſtus vanis ſuperſtitionibus illorum opponatur, unus ſincera mente amplectendus, quæ diverticula flexioneſque ſuis erroribus quærunt? Quid ita? Nullam nimirum cognitionem ſalutis, nullum fundamentum Religionis habent quo nitantur. Bonis intentionibus ſuis, quas vocant, plurimum deferunt: & tamen, poſtquam vanis ſuis opinionibus confiſi ſunt, irritas eſſe reipſa tandem experiuntur. Quid vero de illa, qua nituntur, Eccleſia Catholica dicendum? Cœtus nimirum eſt hominum ſola vanitate & mendacio nitentium. Ecquid igitur habere firmitatis poſſunt? Quare quis miretur eos dubios & anxios in hanc aut illam ferri partem, & quovis doctrinæ vento jactari? Nihilominus verbi divini veritas prædicatur, & tam ſolidis rationibus & argumentis mendacium oppugnatur, ut nihil eſſe firmius poſſit; & quam miſere à Diabolo ſeducantur increduli, demonſtratur; atque adeo quicquid Dei nomine & bona intentione facere videri volunt, abominationem eſſe: denique cæcos eſſe, & in errorum præcipitia ferri præcipites, ſatis aperte docetur. Verum, quicquid agas, nunquam incredulos à propoſito dimoveas, quin potius pertinaciter errores ſuos tuentes & idololatricos cultus duplicantes videas. Et hæc quidem palam conſpiciuntur. Quare non fruſtra nobis hanc hiſtoriam proponi certum eſt, quum hic dicuntur Philiſtæi Azotienſes non potuiſſe amplius Dei manum duram adverſum ſe & ſuum Dagonem ferre, & nihilominus Idolum quod exemplum non leviter nobis proponendum eſt. Namque Diabolus ita mortalium mentes excæcavit, ut inter Deos ſuos varia eſſe bella exiſtimarent. Teſtes ſunto Tragicorum ſcenæ, & Poëtarum monumenta, quibus totus orbis repletus eſt. Verum huic malo ſic occurritur, ut fabulæ illæ Theologia myſtica dicantur, & allegoriæ quibus ad Dei cognitionem populus adducatur. Verum enimvero quicquid tandem pro ſe afferant, eo deveniendum eſt, naturæ eſſe repugnans Deos inter ſe pugnare: & quamcunque tandem pro ſe rationem adferant, inanem eſſe futuram. Unde conſpicuum fit, quomodo Diabolus in incredulis operetur, Deo illi habenas permittente, ut reprobi, quos ſibi ſubjectos Diabolus tyrannice exercet, non modo ſenſu & ratione communi priventur, & in ſtuporem inducantur, in quibuſdam religionis articulis, ſed brutis ipſis pecudibus ſint deteriores. Nam, obſecro, quis adeo ſtupidus aut hebes, quod monſtrum tam deteſtandum non commoveatur Deo ipſo ex cœlis tonante? Atque Philiſtæos hoc errore fuiſſe correptos & velut faſcino ligatos videmus. Neque enim de re ignota loquuntur, quum Dei manum aiunt ſibi nimis duram imminere: quippe jam dudum hæſerat animo & invaluerat hæc apud eos opinio de Deorum inter ſe odiis & concertationibus. Nos vero ſummopere caveamus ne in hæc abſurda delabamur, ſummo Numini tribuentes ex mentis depravatione, quæ ne in hominibus quidem eſſent tolerabilia. Porro dicuntur *Azotienſes convocato conſilio decreviſſe, ut Arca illa Dei Gathum dimitteretur.* Erat autem urbs illa celebris inter Philiſtæos, unde Propheta Michæas, prædicens imminentem populo calamitatem, vetat illam Gathum annunciari: quibus verbis innuit, fuiſſe ipſos Iſraëlitarum hoſtes capitaliſſimos, qui ex nuncio calamitatis populi maximam voluptatem cepiſſent, & quaſi victoria parta triumphaſſent. Gathum itaque Philiſtæi deligunt Arcæ Dei domicilium. Atque non leguntur Gethæi recuſaſſe Arcæ in ſuam urbem introitum, ſed contra potius lætati eſſe, ſummoque ſibi honori duxiſſe, quaſi ſua urbs aliis dignior haberetur, quæ ad hoſpitium & domicilium Arcæ Domini communi Principum conſilio delecta eſſet. Interim in hoc omnes Philiſtæi conjurarunt, ut Arcam illam in triumphum deducerent, minime quidem tanquam illam habituri ludibrio, ſed ut captivam in poteſtate retenturi, quæ ſibi amplius detrimento, inimicis autem auxilio eſſet, ſicut antea fuerat. Atque contrariis inter ſe pugnant ſententiis, qualia eſſe neceſſe eſt improborum hominum conſilia, nimirum implicata maximis animi angoribus, & difficultatibus. Nam, exempli gratia, fatentur Philiſtæi, Deum Iſraëlis Omnipotentem eſſe: verumtamen captivum detinere illum ſe poſſe putant,

nunc nobis invitis obtruditis? Nam erat in aperto dimiſſionis cauſa, nempe, duram eſſe Dei Iſraëlis adverſum ſe ſuumque Dagonem manum. An non igitur poterant merito Gethenſes cogitare, ſemper Arcam illam vim ſuam retenturam, adverſus eos qui Religionem Iſraëlitarum cultumque Deo debitum amplecti recuſarent? Quare alieno illos periculo ſapere oportebat: ſed eorum oculi tantùm perſtricti ſunt, & quaſi per tranſennam ea ſtrictim aſpexerunt, de quibus ſerio cogitare debuerant: atque neſcio quam proſperam fortunam imaginantur, rerumque ſucceſſum ſibi ſuiſque poſteris partum arbitrantur, ſi intra ſuos penates Arcam illam fœderis receperint. Nos vero, quibus hæc exempla proponuntur, oportet attentos eſſe in Dei judicia quæ circumquaque conſpimus, ne ſtultos imitemur qui niſi ictu non ſapiunt, ac proinde ne tamdiu exſpectemus donec Deus ipſe feriat: ſed ubi furoris ipſius vel ſcintilla illuxerit, in exemplum noſtrum & emendationem eam uſurpemus. Ac proinde ſciamus, Deo vel nationem aliquam vel populum caſtigante, nos erudiri & excitari, ut ipſius judiciis mature occurramus, & non inulta fore noſtra peccata, niſi pœnitentiam egerimus, teneamus. At ſi Gethenſes prava imitatione ſequi voluerimus, qui ſua arrogantia Deo Iſraëlis illudere voluerunt, etſi verbis quidem id non expreſſerint, ſane noſtro periculo, quid ſit in Dei manum incidere, experiemur. Ubicunque vero Arca illa fœderis fuit, ibidem & Dei manum adfuiſſe certum eſt. Per manum vero Dei virtutem ejus & potentiam ſignificari, ex ſacris literis, in quibus frequenter occurrit, conſpicuum eſt. Porro manus illa Dei graviſſima in Gethenſes incubuit, & ſimilibus pœnis cum Azotienſibus, puta verubus aut hæmorrhoidibus, percuſſi ſunt. Unde quam imprudentes in Dei Arca intra lares ſuos recipienda fuerint, reipſa ſunt experti, quandoquidem fide & pœnitentia non revertebantur ad ipſum. Hinc vero conſpicuum, & attente nobis conſiderandum, quam

Pſal. 97. verſ. 1. *Pſal 99. verſ. 1.*

vere Propheta cecinerit duobus locis, *Jehova regnat, exſultet terra, lætentur regiones plurimæ. Jehova regnat, commoveantur populi: inſidens Cherubinis regnat, nutet terra.* In quibus tamen locis, quædam inter ſe videntur prima fronte repugnare: ſunt enim contraria, Exſultare & commoveri ac nutare: verum pulchre inter ſe illa conveniunt, prout varie homines

commoveri & tremere; incredulis Dei clementiam non agnoſcentibus, qua ſibi illos conciliare, & in ſuam tutelam recipere paratus eſt: contra vero lætari & exſultare eos qui Majeſtatem divinam reverentur, eique ſeſe ſponte ſubjiciunt. Quare quum hic Gethenſes dicantur, tandem ſuo periculo ſenſiſſe, à ſe intra ſuam urbem Arcam illam Dei receptam; ſciamus, non alia ratione ſecuritatem & animi tranquillitatem nos habere poſſe, omni poſito metu, quam ſi Deum ut Servatorem noſtrum agnoſcamus, cujus præſentia nobis futura ſit ſalutaris, modo ſic eum intra nos admittamus, ut totos nos ejus arbitrio permittamus, & ei ex animo ſerviamus. Porro fateor, non ſemper in hoc mundo contumaces, Deique patientia abutentes, & ejus gloriam obſcurantes pro viribus ſuis, pœnis manifeſtis affici, verumtamen altius animis noſtris iſtud infigendum, ſeram quidem eſſe Dei vindictam, ſed quam tamen nullo temporum quantumvis longo lapſu contumaces effugiant, utpote quam gravitate pœnarum compenſet, ac proinde pœnam differri non auferri, ſecundum arcanum Dei conſilium: neque enim in hoc mundo perfecte Dei judicia exercentur, ſed eorum quædam ſubinde nobis exempla & teſtimonia proponi ſufficit, ex quibus illam ultimam vindictam metuere diſcamus, tunc futuram, quum vindex & Judex omnium Jeſus Chriſtus Dominus noſter apparebit. Quamobrem Deus licet ad tempus improbos toleret, & velut ad illorum flagitia conniveat, quos non repente ulciſcitur, non ideo tamen condonat, aut memoriam deponit, quin tandem ſeveriſſimas pœnas repoſcat, ac mercedem quam ſunt meriti perſolvat ipſis, ut docet Apoſtolus, nempe qualem Sodomorum & Gomorrhæ incolæ ſunt conſequuti, puta ignem, non materialem illum tantum, quo crematæ ſunt illæ urbes, ſed æternum, omnibus Dei contemtoribus in illum diem reſervatum. Itaque pœnæ temporales quibus Gethenſes & alii percuſſi ſunt, nobis ſunt exemplo Dei judiciorum illis imminentium, qui ſub ipſius potenti manu non humiliantur, quam ſibi adverſantem ſenſuri ſunt, & quidem cum majore horrore, quo ſibi propinquiorem illam eſſe viderint. Quid Papiſtis igitur futurum eſt, apud quos Deus veluti captivus diu detentus eſt? Nam falſo Dei nomen jactarunt hypocritæ, falſo Jeſu Chriſti nomine gloriati ſunt. An non enim pollutum eſt Dei nomen ab

Digitized by Google

tuos: ac longe meliorem fore morum conditionem, ſi protinus Deus in illos animadverteret, neque differret in aliud tempus ultionem, quam ſuis flagitiis accerſunt, & quam nulla ratione poſſunt effugere. Nam ſæpe, Deo pœnas differente, patientia ipſius abuti homines ſolent. Quare agite, licet non in præſenti Deus idololatras & incredulos ulciſcatur, nos tamen in ipſius timore ambulare & ſincere ipſum colere ne deſinamus, neque tamdiu exſpectemus dum ipſe manu armata nos invadat: ac licet hanc vitam ſine poenis tranſegerimus, ne ideo tanquam meliore loco ſimus, nobis gratulemur; ſed deteriorem potius noſtram eſſe factam conditionem ſciamus, quandoquidem Dei judiciorum tarditas ſeveritate compenſatur. Atque hactenus de Gethenſibus dictum eſto: tranſea-

verſ. 10. mus ad ſequentia, quibus docemur, illos agnito errore, quod plagis infeſtarentur, de ſe cogitaſſe, ac malis ſuis remedium quæſiviſſe, atque proinde iterum convocato Philiſtæorum conſilio, decretum eſſe ut Accaronem Arca dimitteretur. Porro *Accaronitæ*, Gethenſium edocti malis, *exclamaviſſe dicuntur*, *& conqueſti quod adduxiſſent Arcam Dei Iſrael ut interficeret eos cum populo ſuo*; ac proinde non ſine luctu & ejulatu admiſſam Arcam ab illis, quam ſibi ſicuti Gethenſibus exitioſam fore timebant. Deinceps vero quid communi conſilio decretum ſit, quum exitioſam eſſe toti populo Arcam illam captivam Satrapæ Philiſtæorum animadverterent, viſuri ſumus. Interim hic obſervandum vitium quod plerumque in deliberationibus & conſiliis evenire videmus, ut nimirum ſuis quiſque commodis ſtudeat, parum de alterius detrimento ſollicitus. Nam, exempli gratia, deliberant Principes Philiſtæorum de mittenda Arca in aliquam ex ſuis urbibus, & Accaronem deligunt. Atqui veriſimile eſt, huic conſilio Accaronitas non interfuiſſe, pro civibus interceſſuros, quod quum veniſſe Arcam Dei Accaron vident, exclament, *Adduxerunt ad nos Arcam Dei Iſraël, ut interficiat nos & populum noſtrum*: ac proinde prius impleri vident decretum quam de eo aliquid audiverint. Unde facile colligimus, Philiſtæos facere iterum periculum voluiſſe, quid Arca illa fieret, ſi locum mutaret, & in aliam urbem duceretur. Itaque ex hac hiſtoria fit omnium hominum ingenium conſpicuum, nimirum eſſe attentiſſimos ad ſuum commodum & utilitatem, & ad præcavenda quælibet pericula: at ſi de proximi re agatur, quæ cum aliqua jactura conjuncta ſit, ne attingere quidem velle; tam ſunt in ſua commoda etiam cum proximorum detrimento ingenioſi. Etſi vero jam ab omni ſeculo ii ſunt hominum mores, non ideo tamen excuſandi: quare in omnibus deliberationibus & conſiliis hæc adhibenda cautio eſt, ut æquitas ſervetur, & nequis aut detrimentum aut dedecus ex iis ſentiat.

ingeminatis nos ad peccatorum noſtrorum ſenſum & agnitionem adducat, qui alioquin ad levem aliquam plagam aut ſtertimus, aut etiam obtuſas aures habemus. Quamobrem minime mirandum eſt, ſi Deus graviores pœnas immittit, quemadmodum olim per Moſen minatus eſt, his verbis, *Quod ſi ambulaveri-* Levit. 26.
tis mecum temere, & non acquieveritis ut auſcultetis verſ. 21.
mihi, tunc addam contra vos plagam ſeptuplam ſecundum peccata veſtra. Etſi vero miſeri illi, qui tamen non in fide profecerunt, Deum judicem agnoſcant, non omnes tamen ex hac cognitione referunt eam quam oportebat utilitatem. Nam reprobi Deum procul à ſe libenter amandarent. Nos vero agnoſcamus ſingulare Dei beneficium quum ad peccatorum agnitionem adducimur afflictionibus, ſiquidem peccatorum cauſa immittuntur à Deo vindice, ut iis emendemur, modo ad eum confugiamus, ac precemur ut Medici partes impleat, vulnera ſanans quæ ipſemet impoſuit: neque permittat ut quæ ipſe dederit noxia nobis fiant. Atque hæc exemplo Accaronitarum diſcenda, nempe, Improbos iſtos, Dei judicia licet apprehendentes, non ideo tamen ad meliorem frugem reverti. Nam aiunt, Adduxerunt Arcam Dei Iſraël ad nos, ut interficiat nos & populum noſtrum. Næ quum Deum Iſraëlitarum confitentur, ſi modo cum veris Iſraëlitis eandem fidem haberent, multum promoviſſent, vel ad viam ſalutis ab ipſis requirendam. Sane ſi hoc Accaronitæ feciſſent, Prophetæ dictum illud impleviſſent, In Dei Sanctuarium ingreſſi ſumus. Nam ſe cum iis conjunxiſſent qui ab omni tempore Eccleſiæ Dei domeſtici erant. Verum quum Deum Iſraëlis nominant, cum indignatione & ſtomacho id faciunt, quaſi dicant, Nihil nobis cum illo Deo commercii eſſe volumus. Interim ad ejus plagas cohorreſcunt, nec tamen Deum, qui percutit, agnoſcunt eſſe Deum Omnipotentem, cujus Imperio vel invitos ſubeſſe, & reliquas res omnes creatas, oporteat. Ex quibus fit conſpicuum, Improbos & contemtores divini Numinis, ſæpe quidem cogi ad Majeſtatem ipſius verbis quibuſdam laudandam, ejuſque juſtitiam & potentiam confitendam: ſed nunquam tamen eo devenire ut ſponte ſeſe illi ſubjiciant, ſed potius nullum non moveant lapidem, quo jugum ejus excutiant. Nos vero tanto magis oportet iſtis exemplis edoctos commoveri, ut quo graviores pœnas Deus immiſerit, eo propius ad ipſum accedamus, atque ſub alarum ipſius umbram confugiamus. Nam ſi manum ejus effugere nos poſſe ſperaverimus, & alibi præſidium quærere, næ ſatis longam ejus manum eſſe, qua vel in profundiſſimam uſque nos abyſſum perſequatur, experiemur, ut ait Propheta, *Mirabilior eſt ſcientia tua, quam ut fallam:* Pſal. 139.
edita eſt, non poſſum prævalere illi. Quo irem à Spiritu verſ. 7.
tuo?

Digitized by Google

[illegible] quemadmodum facile quivis videre poteſt. Pergamus deinceps ad ſequentia, quibus dicitur, *Miſiſſe ipſos, & congregaſſe omnes Philiſtæorum Satrapas, & dixiſſe, Dimittite Arcam Dei Iſraël, & revertatur in locum ſuum, ut non interficiat nos cum populo noſtro. Fiebat enim pavor mortis in ſingulis urbibus, & graviſſima valde manus Dei.* Quibus verbis docemur, Accaronitas coactos fuiſſe Arcam remittere: vel, poſtquam primum terrore perculſi fuiſſent, deinceps aliquid de ſuo metu remiſiſſe, & tam multa mala metuere deſiiſſe. Atque hic plerumque eſt mos incredulorum, ut ante docuimus, nempe ut nonnunquam phreneſi aliqua corripiantur, nonnunquam veterno ſopiantur, &, ut phrenetici ſolent, ſeſe in hanc vel illam partem violenter commoveant. Verumtamen oportet eos tandem Dei vindicis & ſe perſequentis manum ſentire, donec penitus dejiciantur. Idem Accaronitis accidiſſe videmus, Dei ſiquidem manum infeſtam ſuis popularibus & exitioſam fuiſſe animadvertunt, ſibi ſuoque populo exitium metuunt, in ſuam urbem recuſant Arcam illam Dei Iſraëlis admittere, quem nempe ut Regem, Patrem & Salvatorem reſpuebant; at nihilominus tamen, his cognitis, Arcam admittunt, quam ante metuerant. Unde non fuiſſe illos in propoſito firmos conſpicimus. Ex quo diſcimus, nunquam eſſe pertinaciter in malo conſilio perſiſtendum, quod alioquin eſſet futurum conſultori peſſimum. Sed quum ex Dei verbo & patefacta ejus voluntate cognoverimus quod ad Dei gloriam & honorem promovendum facit, & ad ſalutem noſtram utile, ne unquam, quamdiu vita nobis ſupererit, ab eo divelli nos patiamur. Sæpe quidem accidit, ut ſcrupulus aliquis mentem noſtram ſtimulet, ſed quem in ea diu reſidere non patimur, quum de hoc vel illo faciendo vel relinquendo cogitamus. Quid vero ſcrupulus injectus ille nos juvat, niſi ut magis condemnet, ſi præſertim Deus ipſe nos vellicet, & in ima uſque cordis ſecreta penetret, & veluti ſcal- ſuis a Deo ſunt alieni, ut accedente propius ad nos Arca Dei, nos etiam animis noſtris ad eum accedamus. Tunc enim propius Deum accedere debemus, quum Judicis partes ad nos caſtigandos implet. Quid ergo Deo plagas ingeminante faciendum? Nempe ad ipſum clamandum eſt: quemadmodum ſæpe Scriptura de Dei populo & filiis loquitur, qui ad Deum clamo- *Exod. 23.*
rem ſuſtulerunt, ut cœlos penetraret. At non eo clamore quo Accaronitæ. Nam increduli quidem vocem ſuam inſtar brutarum pecudum emittunt, qua totus aër impleatur ac perſonet, ſed fruſtra & ſine fructu. Nos vero ad Deum accedentes auxilium ab eo petituri, verum hoc eſſe nobis apparatum remedium ſciamus, ſi gemitus ingeminemus, non adverſus eum murmurantes, aut litem intentantes, ſed peccata noſtra confitentes, & juſte nos puniri ab ipſo agnoſcentes: ac proinde tum ſalutares fore nobis afflictiones ſciamus, noſque ab iis liberandos, & ſublevandos, modo ipſum ut fideles decet, puta vera fide & pœnitentia quæramus, & in uno illo conquieſcamus.

Cæterum agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, de quibus rei coram ipſo ſumus, agnoſcentes, precemur eum ut Sancto ſuo Spiritu nos ita regat, ut vere & ex animo ipſum colere & venerari cupiamus: atque ſic eum timere diſcamus, ne unquam ab ipſo recedamus, aut divellamur; ſed potius veniam, ad ipſius genua procumbentes, de tot tantiſque peccatis noſtris, quibus ejus iram quotidie provocamus, ſupplices deprecemur. Atque etiam rogemus uti vitæ curriculum in ipſius juſtitia & veritate decurramus, omnibus pravis noſtris cupiditatibus renunciantes, ac iiſdem magis ac magis ſpoliati, & contra ipſius ſanctitate induti, in qua conſtanter perſeveremus, donec coram ipſius Majeſtate tandem aliquando compareamus. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam poſtulabimus, &c.

Digitized by Google

Diis veſtris, & à terra veſtra.

6. Quare aggravatis corda veſtra, ſicut aggravavit Ægyptus, & Pharao cor ſuum? Nonne poſtquam percuſſus eſt, tunc dimiſit eos, & abierunt?

QUot quantiſque difficultatibus affecti atque afflicti fuerint Iſraëlitæ, quum Arcam illam fœderis, quam à Deo præſentiæ ſuæ ac favoris ſignum acceperant, tamdiu, ſeptem puta menſes, in hoſtium viderent poteſtate captivam retineri, nobis hoc loco in primis expendendum eſt. Nam ſi perendie Philiſtæi captam reſtituiſſent, ſummam lætitiæ materiam ſibi oblatam arbitrati eſſent. At quum tam longum temporis intervallum, ſeptem puta integri menſes, lapſum ſit, quo populus ille ſeſe in Dei cultu exercere non potuit, neque enim ſacrificia licebat niſi in illius Arcæ præſentia facere, quam acerbam fuiſſe luctam illam & tentationem arbitramur? Namque merito poterant cogitare, ſe à Deo prorſus derelictos, & fœdus, quod olim cum Abrahamo & ipſius poſteris pepigerat, fuiſſe ab ipſo fractum: denique quid illis aliud quam deſperatio ſupererat, à quibus Deus omnino receſſiſſe videbatur? Verum enimvero non ita miſeros Deus dereliquit, quin teſtimoniis non dubiis agnoverint Deum non omnino ſui oblitum, imo etiam ſenſerint promiſſionum ipſius vim & efficaciam in ſe tuendis ac protegendis. Ecquis enim dubitat quin ſi Philiſtæi victoria, quæ natura inſolens atque ſuperba eſt, potiti fuiſſent tranquilla, quieta atque omni perturbatione vacua, totam Judæam ferro & igni vaſtaturi fuerint, atque memoriam & nomen Abrahami deleturi, atque miſeram plebem in varias regiones diſperſuri, ut lacerum corpus eſſent in multas partes diviſum? Verum Dei manus eos, ne victoria tam inſolenter uterentur, cohibuit. Nam alioquin hoſtium furori patebant, qui ſine duce, ſine conſilio fuſi cæſique in ſua tentoria confugerant, quos metus ingens occuparat, quos Deus ipſe perſequi videbatur, & tanquam oves à valentiſſimis feris laniandæ palantes errabant. Atqui hoſtes interim nihil adverſum eos moliri, nihil conari auſi ſunt, quod nimirum Deus alio belli genere victores perſequeretur, & plagis irretitos teneret, pudendis morbis eos afficiens, puta verubus & hæmorrhoidibus, ut ante vidimus, & muribus excitatis à quibus agri vaſtarentur, quibus rebus vel inviti ſunt ad quieſcendum adducti, qui tamen de hoſtibus victoriam inſignem reportarant. Ex quibus conſpicuum ſit, quanta ſuum populum Deus benevolentia complexus ſit, quem in tanta calamitate rerumque ſumma perturbatione tutatus ſit, &, licet Arca fœderis cum Abrahamo & poſteris contracti, pignus virtutis ac protectionis divinæ, in manibus hoſtium & poteſtate teneretur, tamen miſeros & afflictos non deſeruerit, ſed ſit commiſeratus olim electos & in populum peculiarem adoptatos: & ita fidelis remanſerit, etſi conſpiraſſe omnes ad virtutem ipſius obſcurandam & evertendam viderentur, ne amplius in mundo nota eſſet. Atque hinc diſcamus, etiam in adverſis bene ſperare, ut quum procul à nobis eſſe Deus videbitur, ne tamen propterea bene ſperare, eumque votis ardentibus precari, & gratia ipſius niti deſinamus. Ac ſi forte non tam repente, quam expeteremus, ejus auxilium apparuerit, patienter tamen illi præſtolemur. Nam etſi procul à nobis abeſſe ex ſenſuum noſtrorum judicio videbitur, tamen pro nobis adverſus hoſtes eum pugnare, noſtramque ſalutem procurare ac promovere certum eſt. Et quidem ſane ratio, qua Deus hoſtium noſtrorum furorem cohibet, nobis eſt ignota; verumtamen reipſa experimur, immaniſſimos hoſtes, qui centies millies devoratos nos vellent, vi quadam majore retineri. Sed non animadvertimus eum extraordinariis modis nos tutari, ut ad ipſum confugiendi & precibus ſollicitandi occaſionem ſemper habeamus, certo perſuaſi, Deum licet à noſtra ſalute videatur averſus, eam tamen maxime procurare. Ac ſane ſi memoria repeteremus, quomodo ſæpe Deus nos è maximis periculis eripuerit, non permittens hoſtibus ſæviſſimis & capitaliſſimis, ut nos quantumvis elati & potentes è mundo ſuſtulerint, in nobis ipſis imaginem eorum haberemus, quæ hic de vetere populo memorantur. Ecquis enim noſtrûm ignorat quam ſæpe hoſtes viribus nobis longe ſuperiores fuerint, ut jam intra fauces ipſorum devorandi videremur: & adhuc hodie quis non exiſtimet nihil obſtare quominus impetu facto nos miſeros & inermes obruant? Quid igitur illos impedit, niſi vis illa Dei occulta, qua veluti plagis irretiri & catenis conſtricti retinentur? En igitur quomodo ſæpe judicabimus Deum procul abeſſe à nobis quod non incurrat in ſenſus noſtros ejus præſentia, ac proinde nos ab ipſo deſertos & derelictos, qui tamen proximus eſt, & noſtræ ſalutis ſtudioſiſſimus, ut qui hoſtium noſtrorum, nihil niſi ſanguinem noſtrum ſitientium, conatus frangat, & inanes reddat. Quare danda nobis opera, ut ſi temporis & afflictionum diuturnitas moleſta eſt, in Deo vires ſumamus, nihil novum nos experiri ſcientes, quandoquidem Iſraëlitas, Dei electum populum ab ipſo eo uſque afflictum videmus ut totos ſeptem menſes Arca fœderis privaretur, quam in poteſtate ſua captivam hoſtes retinebant. Deinceps vero

Phili-

qui Dei virtutem transformarunt, & in mendacium converterunt, quando Idolis ſuis commune fecerunt quod uni Deo viventi erat proprium. Quales reris fuiſſe magos illos, divinos & incantatores, niſi Satanæ inſtrumenta, qui ſuis impoſturis & illuſionibus miſeros homines & incredulos fallerent & dementarent? Deus itaque ſuo fuit honore ſpoliatus. Quamobrem hoc diligenter eſt obſervandum, ut ſciamus, non ſufficere, nec eſſe verum principium, velle Deum quærere, quemadmodum Ethnici fecerunt, quorum veſtigia Papiſtæ ſequuti ſunt, quum de intentionibus bonis meminerunt: ſed ita eſſe quærendum ut rectam viam inſiſtamus. Quum Papiſtæ de bonis ſuis illis intentionibus meminerunt, videntur ſibi Deo pulchre ſatisfeciſſe, atque ideo pertinaciter illam ſuperſtitionem de bonis intentionibus, ſiquid ſibi bonum viſum ſit, retinent.* Næ ſi hæc ratio eſſet Deum colendi, miſeros illos Ethnicos oporteret admitti in omnibus illis ludicris & ineptis ac deridiculis cultibus, quibus Deum promereri ſtuduerunt. Quare niſi Deum ea mente quæramus, ut ab eo regamur, & nos illi permittamus, eumque precemur, ut Spiritum intelligentiæ & prudentiæ nobis largiatur, quo duce vitam inſtituamus, nos tandem ab Ethnicis judicatum & condemnatum iri certum eſt, qui, licet ex ſuo ſenſu, tamen ad Deum tandem in anguſtiis poſiti confugerunt. Nos vero ne illos hac in parte imitemur, neve tamdiu exſpectemus dum Dei contemtores, & qui nunquam eum cognoverunt, ad ipſius Eccleſiam diſſipandam inſurgant, & neceſſitas urgeat. Deum igitur omni tempore quæramus: ac licet rebus ſecundis utamur, ac proinde non magnopere nos ejus auxilio indigere arbitremur, ne tamen propterea deſinamus ad eum ſemper confugere, ac precibus ſollicitare ne nos ſinat in hanc vel illam partem inclinare, ne tandem illum etiam Judicem experiamur. Denique Deo hunc honorem habeamus, ut ingenue fateamur nos inſtar miſerarum ovium erraticos & vagos fore ſine paſtore, niſi Sancto Spiritu ipſius & verbo regamur. Deinde ad ipſum non inviti, non vi, non neceſſitate adacti, ſed ſponte accedamus. Ac poſtremo cavendum ne ignorantes & incredulos imitemur, qui Deum temere quæſiverunt, quum incantatores, magos & divinos in conſilium adhibuerunt: ac memoria repetendum quod per Moſen Dominus olim loquutus eſt, *Nam gentes iſtæ, quarum tu hæres futurus* [*Deut.* 18. *verſ.* 14.]

turnis affliguntur, neque enim ad menſem unum aut alterum cæſi ſunt, ſed ſeptem menſibus totis plagæ auctæ ſunt, tum de vocandis Sacerdotibus & capiendo conſilio cogitant. In quo nos exemplum eorum minime ſequi debemus, ſed potius Deo, minanti pœnas, occurrere ſupplicibus votis, ſcientes tempus illud opportunum eſſe Deum accedendi. Deinde quum hic divinos & incantatores audimus nominari, craſſam incredulorum ignorantiam videmus, qui, dum ad Deum accedere ſe putant, in labyrinthum ſeſe conjiciunt, unde nullus datur exitus. Ex quo apparet, quanta benevolentia, quanto favore & gratia nos Deus complexus ſit, quam excellens privilegium irrogarit, quum verbum ſuum per Filium unigenitum Dominum noſtrum patefecit, nobiſque vult illud prædicari. Nam verbum prælucens ſequentes, nunquam errabimus, nec in avia deducemur, ſed rectam viam præmonſtratam ſequemur, *ut Moſes propoſita populo Lege ait, *Propinquum eſt tibi verbum hoc valde, in ore tuo, & in animo tuo, ad faciendum illud.* [*Deut.* 30. *verſ.* 14.] Deinceps reſpondiſſe Sacerdotes & divini dicuntur, *non eſſe dimittendam Arcam Dei Iſraëlis vacuam, ſed omnino reddendum ei reatum.* Itaque de remittenda Arca jam agere incipiunt Philiſtæi, qui hactenus pro viribus reſtiterant. Sed jam patefit ipſorum contumacia, quod per ſpatium menſium ſeptem plagis afflicti, nova conſilia quibus Arcam illam apud ſe retinerent, quæſiverint, & tandem durius afflicti, dimiſſionem illius urgeant. Nam etſi Dei manum ſenſerunt & agnoverunt, nunquam tamen eum ſic agnoverunt ut gloriam ipſi redderent. Extorſit quidem ab ipſis vel invitis Deus hanc conceſſionem, ſe fortiorem potentioremque Idolo ſuo ſed Dagone, momentaneam, & quæ nihil ipſos juvit. Neque enim amicam & favorabilem præſentiam Dei habuerunt: namque Patrem agnoſcere oportet Deum eos qui in filiorum albo cenſeri volunt, & ut filii haberi. Porro Philiſtæi quidem illum ex parte judicem experti ſunt, ſed non ideo tamen modeſtiores facti, quin potius inſolentiores & petulantiores adverſus calcar calcitrarunt, & jugum excutere conati ſunt, ſeque compedibus injectis explicare. Atque ideo quo propinquior Deus, eo terribilior & magis metuenda ejus virtus & potentia fuit. Jam igitur Deum à ſe procul removere cupiunt: atque hæc ſunt incredulorum vota, quum rei coram Dei tribunali facti arguuntur. Qua in re experimur, quam ſit [*Hebr.* 10. *verſ.* 31.]

ſperant, quum factorum rationem reddere coguntur: tum ſane pacem expoſcunt, tum Imperii ipſius potentiam & dignitatem agnoſcunt, tum benevolentiam ipſius blanditiis & aſſentationibus vanis colligere nituntur. Sed, oro, quis iſtorum omnium finis? Nempe ut procul ab ipſis recedat. Nos vero talem à Domino pacem expetamus, qua mutuo nos ab ipſo conſpiciamur. Idcirco Paulus, de vera illa quiete omnibus expetenda, loquens, non tantum ait nos pacem, ſed cum Deo pacem habere. Quamobrem cavendum ne profanos imitemur, quibus nulla pax eſt, niſi veterno occupentur & prorſus hebetes ſint, ac de Deo omnem cogitationem abjiciant. Sed contra danda eſt opera, ut quum ad Deum acceſſerimus, certo perſuaſi ſimus de ipſius erga nos benevolentia, qua nos in filiorum numerum cooptat, ſibi nimirum per ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti reconciliatos. Atque hanc pacem expoſcere, hanc perſequi nos oportet, non ut ſimpliciter manum ſuam Dominus à nobis amoveat, & ne terribili ipſius potentia amplius torqueamur, ſed ut paterno favore & benevolentia complexos foveat, & facilem acceſſum ad ſe largiatur, ſimulque ſe nunquam nos derelicturum aut longius à nobis receſſurum patefaciat. Quod vero Sacerdotes ſuadent, non eſſe Arcam vacuam dimittendam, id eſt, ſine donis & oblationibus, in eo fatentur Dei Iſraëlis Majeſtatem læſam, cui pro accepta injuria ſit ſatisfaciendum. Næ ii, quorum hoc conſilium audimus, libenter de Deo blaſpheme loquuti eſſent, ac plebi perſuaſiſſent, nihil aliud Arcam illam eſſe quam ſpectrum & ſimulacrum quod ſibi Iſraëlitæ finxerant: ac Dei Majeſtatem in contemtum & odium vocare, ut Idolum ſuum extollerent, ac ſummam illius eſſe potentiam ac majeſtatem miſeris perſuaderent. Verumtamen vel inviti Majeſtatem infinitam, & invictam virtutem Dei Iſraëlis prædicare coguntur. Nam facile animadvertunt, non ideo placatum Deum ſi Arca illa dimittatur, ſed plagas potius ingeminandas: quare concludunt, non poſſe Deum placari, niſi de injuria illata ipſi ſatisfiat. Atque dum de his deliberant, primo quidem intuitu videntur rectam viam ſequi, & rationem veram inire, in gratiam cum Deo redeundi, & illius iram placandi. Sed toto illos cœlo aberraſſe quis non animadvertit? Namque ſacrificia pro peccato fiebant non ſine ſeria pœnitentia; deinde eadem ſignificabant, non placari per ipſa Dei iram aut ipſius judicio ſatisfieri, ſed longe aliud pretium requiri pro peccatorum redemtione. Itaque ſacrificia Deo offerentes, teſtabantur ſe ut reos coram Domino adſtare, gratiam & veniam peccatorum deprecantes, ut coram ipſo delerentur. At in hoc Philiſtæorum facto ſola eſt ridicula imitatio, & divini cultus corruptio. Nam quicquid ſacrificiorum habent, iis graviter & conformitatem quandam cum illis habeant, ſed quorum tamen uſum non perceperunt. Sacrificiorum enim ſubſtantiam non inſpexerunt, quæ, ut ſupra docuimus, documenta fuerunt quibus populus ad pœnitentiam & veram fidem invitaretur: ad pœnitentiam quidem, ut agnitis peccatis ſibi de illis diſpliceret, & in poſterum deteſtaretur: ad fidem vero, ut ſe à natura maledictioni Dei obnoxios agnoſcentes, quod in ſe non habebant, rationem puta Dei conciliandi, aliunde mutuari diſcerent, nempe à Domino noſtro Jeſu Chriſto: ac proinde ne dubitarent quin propitio Deo uterentur, & peccatorum remiſſionem per ſanguinem Agni illius immaculati conſequerentur. At nihil tale Philiſtæi in ſuis ſacrificiis cogitant, ſola illic externa ſpecies & apparatus, & fucata ſanctitas. Quo magis iſtud nobis hinc retinendum eſt, omnia externa ſigna & cerimonias, quibus in Dei cultu exercemur, inanes & irritas fore, niſi cum figuris veritas & ſubſtantia conjungatur. Nam, exempli gratia, Baptiſmum in Idolum ac rem ludicram & hiſtrionicam convertemus, niſi ſciamus, in eo Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanguinem nobis repræſentari, quaſi iterum pro lavandis noſtris peccatis funderetur: & niſi cognoſcamus, Baptiſmo nobis Dei gratiam & virtutem Sancti Spiritus offerri, ut in vitæ ſanctimoniam reformemur, & nativa corruptio, in quam natura toti ſumus immerſi, prorſus aboleatur. Quod ad Cœnam attinet, videmus ut Papiſtæ ſeſe glorientur habere Domini inſtitutionem, quum tamen non magis ſit ignis aquæ contrarius quam abominatio illa Miſſæ Cœnæ inſtitutioni, ab ipſo Domino factæ. Quare Ethnicorum ſacrificia fuerunt tolerabiliora quam Papiſtarum commenta. Nam iſti Baptiſmum in magicas incantationes converterunt, & multis ridiculis ritibus adulterarunt: Cœnam vero funditus everterunt. Ethnici vero ſacrificantes, propius ad ritus à Deo inſtitutos acceſſerunt, ac proinde melius illos Deum coluiſſe, quam hodie Papiſtæ colant, certum eſt, etſi tam horum quam illorum cultus nullus fuit, ſed malus & rejectaneus, quod nimirum non intuerentur typum illum ſpiritualem, quem Moſi Deus in monte apparens oſtenderat. Quod & Sanctus Stephanus, Judeos alloquens, adducit, ut quanta ſit hominum infirmitas oſtendat, & uſurpandos ritus à Deo præceptos doceat, quibus in ipſius cultu nos exerceamus. Hodie vero non ſunt eadem exercitamenta, non iidem ritus, non eadem materialia ſigna quæ olim apud Iſraëlitas, non offerimus Deo ad peccatorum conſequendam remiſſionem ſacrificia boum, taurorum, ovium aut ſimilium: ſed quoniam illæ figuræ prætericrunt, & impletæ ſunt, teſtimonium habemus à Deo nos per Baptiſmum ab omnibus noſtris

Exod. 25. verſ. 40.
Act. 7. verſ. 44.

rentur, tanta ignominia à Deo fuiſſe percuſſos. Non-
Iſa.3. verſ.18. nunquam videmus in ſacris Deum minari ſe detectu-
Jer.13. rum pudenda populi ſui, quod ſuis viribus gloriare-
verſ.26. tur, & promiſſum auxilium à Deo negligeret. Vos,
Ezec.16. inquit, vobis fortes videmini, vos igitur hoſtibus re-
verſ.37. ſiſtite. Vos facto cum Ægyptiis fœdere valde exultatis & gloriamini: ſed ego partes veſtras pudendas nudabo & omnibus fœditatem veſtram detegam, & omnium opprobrio exponam. Porro fuiſſe metaphoricas illas locutiones apparet: ſed hic reipſa videmus Philiſtæorum detectam fœditatem, non minus quam ſi partes illas palam oſtendiſſent cruorem ſtillantes, ut omnibus omnis ætatis & ſexus ac conditionis hominibus, non ad tempus tantum, ſed in omne ſeculum eſſent Dei judiciorum ſpectaculum & exemplar, & omnium opprobrio paterent. En quibus modis Deus ſuæ Majeſtatis contemtorum contumaciam contundat. Sibi quidem illi ab omnibus honorem tribui vellent; & læſam famam omnibus modis perſequuntur, & violatum honorem expiari volunt, ſuaſque laudes prædicari, & ſe ſuumque nomen apud omnes tueri: verum Deus non modo gloriam iſtorum
Pſal.78. in opprobrium & dedecus vertit, ut per Prophetam
verſ.66. minatur; ſed etiam ipſos in ſe ferre ſententiam cogit, & ſuis ipſorum manibus latum adverſum ſe decretum exequi. Namque decretum iſtud Philiſtinorum ſatis aperte teſtatur, ipſos palam agnoſcere, morbos immiſſos in pudenda ſua juſtam eſſe Dei Iſraëlis de peccatis ipſorum pœnas ſumentis vindictam: deinde latam in ſe ſententiam exequuntur, quum faciunt ſimilitudines anorum ſuorum & ſimilitudines murium, ſimilitudines, inquam, morborum & calamitatum quas paſſi fuerant. Hanc ob cauſam Paulus
Rom.1. primo capite epiſt. ad Rom. ait, eos qui quum Deum
verſ.21. cognoverint (non ex lege ſua, ſed tantum ex operibus, puta cœlo & terra) & non tamen ut Deum glorificaverint, tantam in ſe Dei vindictam attracturos, ut eos tradat fœdis affectibus, & in reprobum ſenſum conjiciat ut omnem honeſtatem & pudorem abjiciant. Atque ita videmus eos qui gloriæ ſuæ tuendæ tam ſunt cupidi, omnium opprobrio & ludibriis exponi. Nos igitur ex hoc loco diſcamus Deum honorare & colere, ſi nobis honorem reddi cupimus, ut in Deo ſit omnis noſtra gloria. Contra vero ſciamus, Deum contemnentes, non impune contemtum illum laturos, ſed tandem Dei judicio omnium ludi-

ptum. Neque vero deſunt ipſis legitimæ, ut aiunt, excuſationes, quod nimirum illa ſint monumenta reſtitutarum ab Antonio tibiarum. Verum, obſecro, nonne quantum rebus creatis tribuunt, tantum de Dei gloria detrahunt? Ecquis igitur ridiculam imo impiam hanc cerimoniam à Philiſtæis non Dei ſervis accepiſſe illos negaverit? Ex quibus omnibus maxime fit conſpicuum, quaſcunque bonas intentiones homines pretexant, ſemper ad lævam aut dextram partem declinaturos, ac multis impedimentis turbandos, niſi verbi Dei puritate & ſimplicitate, cui nihil addatur, nihil detrahatur, ſibi prælucente retineantur: ac proinde qui cultus Deo gratus ſit agnoſcentes, abjectis omnibus illis, bonis intentionibus in illo ſe exerceant. Itaque danda omnis opera eſt, ut quoniam inordinati ſunt hominum appetitus, omnino deponantur, & omnes ritus à Deo non præſcripti ad ipſius cultum, prorſus rejiciantur. Hactenus de fructu & doctrina quam eruendam docuimus ex eo quod Philiſtæi anorum & murium ſimilitudines feciſſe dicuntur. Porro quanta ſollicitudo Philiſtæos exercuerit, ex iis apparet, quod non ſimpliciter, quomodo ſit Arca Dei Iſraëlis dimittenda, ſed etiam quibus hoſtiis Deo Iſraëlis litetur, & qua ratione Arca dimittatur inquirunt. Ex quibus apparet, quo modo homines quos Dei manus perſequitur & urget, excitentur à priore veterno, atque afflictionibus veluti rei Dei judicio ſiſtantur, qui prius rebus ſecundis utentes, & Deo velut inducias concedente, ſecuri & ſine ſollicitudine vitam agebant. Atque hic animadvertite profanorum hominum impietatem, qui pace & rebus ſecundis utentes, ſecure Dei judicia contemnunt, etſi, fateor (atque utinam ne multi ſitis in eo numero) Deum externa quadam cerimonia precantur, & concionibus interſunt aliquid audituri, ſed minime Dei os interrogaturi, neque gratiam Sancti Spiritus ex animo precaturi, niſi gravior quædam eos neceſſitas impulerit. Aſt ubi Deus incautos apprehenderit, & propius urſerit, tum ſoli gemitus, prioris negligentiæ teſtes, audiuntur, tum denique veternum à quo fuerant occupati, & vanitatem ſuarum cerimoniarum, quibus tanquam ebrii immerſi fuerant, agnoſcunt. Itaque Deus afflictionibus eos excitat à veterno, quos ſui ceperat oblivio. Hoc ſi Philiſtæi experti ſunt, quid nobis, quæſo, futurum eſt? Næ pudendum eſt nos ad Deum non accedere

Digitized by Google

Agite, Philiſtæi, ſuperſtitiones noſtras abjiciamus, inanemque cultum noſtrum hactenus fuiſſe cognoſcamus, Deo Iſraëlis uni & ſoli gloriam Deitatis tribuamus, eumque ſincera mente colamus & veneremur. Nihil iſtiuſmodi meditantur: ſed ſolum de Arca illa remittenda ſunt ſolliciti, rationeſque inveſtigant quibus illa dimiſſa nihil cum Deo Iſraëlis amplius habeant negotii. En quam Deo gloriam tribuant, ut omnipotentem quidem illum fateantur: rum ſinceræ ac non fucatæ emendationi & vitæ converſioni ſtudeamus, non vi ſed ultro ac ſponte à malo recedentes, ut peccatorum omnium remiſſionem à Domino conſequamur, ut monſtratam nobis ſalutis viam in Euangelii doctrina ſequuti, vitam noſtram ad ejus nutum & obſequium componamus, donec nos duce Sancto Spiritu tandem in vitam illam æternam & ſpirituale regnum receptos in æternum beet. Neque vero nobis ſolis hanc &c.

HOMILIA VIGESIMA SECUNDA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. VI.

6. Quare aggravatis corda veſtra, ſicut aggravavit Ægyptus, & Pharao cor ſuum? nonne poſtquam percuſſus eſt tunc dimiſit eos, & abierunt?

7. Nunc ergo arripite & facite plauſtrum novum unum: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum jugum, jungite in plauſtro, & recludite vitulos earum domi.

8. Tolletiſque Arcam Domini, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea quæ exolviſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam ad latus ejus: & dimittite eam ut vadat.

9. Et aſpicietis: & ſiquidem per viam finium ſuorum aſcenderit, contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande. Sin autem minime, ſciemus quia nequaquam manus ejus tetigit nos, ſed caſu accidit.

10. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, junxerunt ad plauſtrum, vituloſque earum concluſerunt domi.

11. Et poſuerunt Arcam Dei ſuper plauſtrum, & capſellam quæ habebat mures aureos, & ſimilitudinem anorum.

12. Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Bethſames, & itinere uno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dextram, neque ad ſiniſtram: ſed & Satrapæ Philiſtiim ſequebantur, uſque ad terminos Bethſames.

13. Porro Bethſamitæ metebant triticum in valle: & elevantes oculos ſuos, viderunt Arcam, & gaviſi ſunt quum vidiſſent.

14. Et plauſtrum venit in agrum Joſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plauſtri, vaccaſque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino.

15. Levitæ autem depoſuerunt Arcam Dei, & capſellam quæ erat juxta eam, in qua erant vaſa aurea, & poſuerunt ſuper lapidem grandem. Viri autem Bethſamitæ obtulerunt holocauſta, & immolaverunt victimas in die illo Domino.

16. Et quinque Satrapæ Philiſtinorum viderunt, & reverſi ſunt in Accaron in die illa.

HEſterna concione Sacerdotes Philiſtæorum audivimus ſuos exhortantes, ut Deo Iſraëlis darent gloriam, non quidem ut Prophetæ nos in Eccleſia Dei exhortantur, nempe, ne ab ejus cultu & veneratione recedamus, ſed ut bonorum omnium fontem & ſcaturiginem ipſum agnoſcentes, fiduciam omnem noſtram in ipſo collocemus, ac laudes ipſius apud omnes omni tempore prædicemus. Non ita, inquam, Philiſtæi. Nam quicquid de Dei gloria loquuntur, non ex animo, ſed coacti faciunt: quod formidine correpti majores pœnas ſibi metuant, ac proinde ſuos horten-

... Quin quæritis, Philiſtæi, promovebitis diutius Arcam apud vos retinentes? nonne, ut Ægyptii olim, ſi reſtiteritis, ſuperabimini? Nonne ſcitis, Pharaonem, poſtquam diu ſubterfugere tentaſſet, tandem fuiſſe coactum populum Iſraëlis dimittere, imo ut ſuis finibus excederet precari? Quandoquidem igitur Deus Iſraël ſuam vim ac potentiam ad populi ſui cauſam tutandam tam multis ſignis adverſus potentiſſimum florentiſſimumque Regem exeruit, imo reſtitantem Regem cum regno profligavit & perdidit, quid vobis futurum putatis? Videtis quomodo Sacerdotes & divini revocant in memoriam ſuis Dei judicia adverſus Ægyptios pro populi exitu ex terra Ægypti olim exerta, ut metu ſimilium pœnarum eos ab inſtituto deterreant. Sane multum iſti promoverunt in Dei cognitione, qui ita concludunt. Nam hæc ſermonis iſtius ſententia, Quicquid olim Deus fecit, in gratiam adoptati à ſe populi fecit, ut nimirum tutaretur eum adverſus vim injuſtam Pharaonis & Ægyptiorum, in libertatem aſſereret, atque ſollicitudinem erga ſuam Eccleſiam palam teſtaretur. Næ ſi illa Dei mirabilia confuſe & permixte tantum apprehenderent, non multum profeciſſe ſe teſtarentur, ſed quum ſigillatim & diſcrete recenſent quæ in Ægypto contigerunt, quibus illi plagis, & in quem finem à Domino cæſi & afflicti ſint, nempe ut electum à ſe populum vindicaret, & in libertatem aſſereret, ac deinde metuendum eſſe concludunt ne in ſimiles pœnas incurrant, multum ſane profeciſſe videntur: quum præſertim ex ſuperioribus poſitis inferant, Deum ſui ſemper ſimilem, nunquam mutare neque virtutem neque voluntatem. Sane ſi hæc penitius animis noſtris hæſerint, multum in Dei ſchola profecerimus. Nam qui fit quod hiſtorias, quas de Dei mirabilibus operibus & judiciis legimus, non poſſumus in uſum noſtrum vertere, niſi quod videntur nobis tempora mutari & non eſſe eadem, ac non cognoſcimus Deum eſſe immutabilem, ſemperque ſui ſimilem? Atque Philiſtæi iſtud habent pro comperto, & quidem longius adhuc progrediuntur. Nam ſi ſibi perſuaſiſſent derelictum Iſraëlem à Domino, næ diutius in errore perſeveraſſent, & negligentius conſilium de Arca dimittenda cepiſſent. Verum aiunt Deum ſemel à ſe electum populum velle perpetua cura & ſollicitudine tutari, & adverſus quoslibet hoſtes injuſte ipſum opprimentes defendere. Hæc, inquam, ſemper eſſe ſimilem, & conſtantem ejus eſſe virtutem jam à multis ſeculis cognitam, profeſſi ſunt. Quamobrem partim demus operam ne Judices illos olim experiamur, qui de Dei virtute bene ſenſerunt: partim etiam illos imitari caveamus, qui, licet agnitæ Dei potentiæ, ſeſe tamen non ſubjecerunt, neque idololatricos ſuos cultus & cerimonias à ſe rejecerunt, veram Religionem ſequuturi. Cæterum quanta hic offertur lætitiæ materia, quum in ſuorum gratiam Deus virtutem ſuam & potentiam offerre dicitur? Nam qua majore lætitia perfrui, quibus gaudiis magis exſultare poſſumus, quam quum de ſingulari Dei erga nos amore perſuaſi, non dubitamus quin ſuam in nobis adjuvandis, quum neceſſitas poſtulaverit, ſit potentiam exerturus? Næ tanta iſta eſt lætitia, ut uno Deo freti vel in maximis anguſtiis lætari & exſultare liceat, in Deum omni noſtra cura & ſollicitudine conjecta. Atque ſæpe nobis in Sacris inculcatur Dei potentia, providentia, & proinde fidelium in Deum recumbentium peculiaris cura, ne unquam metu rei ullius ab illo reſiliamus. Ac ſane, niſi, licet acutiſſimi ingenio prudentiaque ſimus, mentibus noſtris iſtud inhæreat, nulla ſpe firmati in rebus anguſtis ſtabimus, quin vehementer concutiamur: ſed ſi contra penitius animis defixa fuerit & hæſerit ſententia, Deum non tantum Omnipotentem eſſe, ſed ſuam etiam potentiam in illis tutandis exerere, à quibus colitur & invocatur, ſane nullis unquam tempeſtatibus & procellis ab ejus fiducia deturbabimur, neque metuemus ne non rebus afflictis præſentem ipſius virtutem experiamur. Atque hac ratione, quicquid ſaluti noſtræ contrarium eſt, facile contemnemus, & omnibus hoſtibus minas intentantibus, ſive adverſum corpora, ſive adverſus animas, inſultabimus: atque in mediis afflictionibus & anguſtiis lætabimur, ut nullo quantumvis acerbo dolore, nulla triſtitia frangamur & affligamur. Poſtremo, quum ſe Deus teſtetur olim non irritum cum Eccleſia ſua fœdus percuſſiſſe, cujus ſeſe defenſorem rebus anguſtiſſimis demonſtrarit, ad nos illud etiam pertinere ſciamus. Quare, quæcunque hiſtoriæ nobis occurrerint, in quibus Dei benevolentiæ ſigna apparebunt erga ſuum populum, eaſdem nobis applicemus: ac nos perſuadeamus, Deum nunquam nobis, quantumvis magnis & potentibus hoſtibus, in nos inſurgentibus mortemque intentantibus, defuturum, ſed quum eandem quam olim potentiam obtineat, eandem

Digitized by Google

us vel induratas cor ſuum, hæc vis eſt. Unde monemur oportere ut dociles nos præbeamus ad Dei monitiones, neque unquam dum vocat procraſtinemus, ſed quocunque duxerit ſequamur. Nam etſi nullam excuſationem ignorantia & brutus ille ſtupor nativus admittunt, quo duce naturales ſine diſcrimine ſenſus ſequimur, longe tamen graviores pœnas meremur, quum Dei admonitionibus neglectis & contemtis, velut ipſi bellum indicimus, & penes quem futura victoria ſit experiri tentamus. Quamobrem invigilandum nobis in hoc ipſum diligentiſſime, ut vel ad minimam divini vèrbi admonitionem tremamus, & potenti Dei manui nos ultro ſubjiciamus, innatamque duritiem ut ipſe Deus emolliat precemur: atque corda noſtra ſaxea in carnea immutet. Quinimo, licet Deus per verbum ſuum nos non alloquatur, ſed tamen pœnis immiſſis excitet, revocanda ſunt nobis in memoriam peccata quibus ejus in nos iram concitavimus, ne in illis diutius hæreamus, & ne longius ab ipſo recedamus: ac proinde animo demiſſo & docili nos in ejus obſequium & voluntatis nutum componamus. Quamobrem loquenti Domino niſi auſcultaverimus, & ad eum confugerimus: niſi manum ipſius ſenſerimus, cui ſponte ſubjiciamur, niſi juſtitiam agnoverimus, cui ultro pareamus & obediamus, næ contumaciæ, rebellionis & obfirmationis animi crimen nunquam effugerimus, quin quaſi præfracta mente ultro ipſi bellum indixerimus. Quam vero metuo, ne, quum Dominus nos ſæpe per iſtiuſmodi monitiones compellarit, nos autem hactenus obſurduerimus, in iſtud contumaciæ crimen incidamus. Næ gravius judicium experiemur, quam olim Pagani, quos ad caſtigationes Domini, mentem erexiſſe videmus, quum tamen neque Prophetas neque privatos alios Doctores aut monitores accepiſſent. Quid nobis igitur futurum arbitramur, qui Scripturarum puritatem habemus, niſi ad uſum & inſtructionem noſtram eam applicemus? nonne metuendum ne extremo illo judicii die cæcos illos & ignaros Judices feramus, niſi in Dei timore ſic ambulaverimus, ut ad ipſius admonitiones mentem advertamus? Porro Philiſtæi aiunt, *Ægyptios diu reluctatos, cedere tandem Domino coactos fuiſſe.* Ex quo diſcimus, nihil aliud profuturam incredulis ſuam rebellionem, quam quod majorem ſeverioremque condemnationem & confuſionem in ſuum caput trahant. Sic Pharaonis contumaciam Deus ad tempus pertulit, ut magis inexcuſabilem redderet, ſuamque virtutem celebriorem
Rom. 9. faceret, ut Paulus ipſe docet. Neque enim ſi Pharao
verſ. 17. ad primam Domini comminationem vel plagam paruiſſet, nota eſſet hæc doctrina quæ maximi momenti hodie in Eccleſia eſt. Itaque ex Pharaonis contumacia & cordis induratione notior hodie nobis eſt habituros tam manifeſtum & certum indicium divinæ potentiæ & manus Philiſtæis infenſæ quàm flagitabant. Vaccas ergo volunt plauſtro jungi, ut nequeant retrorſum regredi, aut invicem pugnare: ac concludunt fore, ut ſi illæ rectam Bethſames verſus, *quaſi dicas domum Solis*, viam pergant, quæ ad Silo ſpectabat, in quo prius loco Arca domicilium habuerat, neceſſario fatendum eſſe, à Deo Iſraëlis plagas illis immiſſas: ſin aliam viam inſiſtant, caſu tot plagas ipſis contigiſſe. Ex quibus apparet quam incerti & fluctuantes ſint increduli in Dei cognitione, qui modo potentiam ejus laudent magnique faciant, modo ad ſuos errores & inanes de Deo cogitationes revolvantur. Sane ſupra videbantur iſti Philiſtæorum divini & incantatores perſuaſum habere, atque extra omne dubium, Iſraëlis Dei manu & vindicta fuiſſe ipſos afflictos, qui ut olim adverſus Pharaonis tyrannidem pro populi ſalute ſua judicia expromſerat, ita & nunc pro ſuæ gloriæ aſſertione plagas letiferas immiſerat. Jam vero quod prius poſuerant evertunt, ſignum ſe capturos dicentes, ex vaccarum itinere, an Deus plagarum illarum auctor eſſet. Næ procul aberrant à vera confeſſione, qui potius palam profiteri debebant ſe à Deo propter iniquitates puniri: ſed dubii fluctuant, atque periculum facere volunt, caſune an Dei manu percuſſi ſint. Quantus, quæſo, ſtupor iſte eſt, & quis miſeros ita faſcinavit, ut quod vident non videant, & ebrioſos imitentur aut lethargo occupatos? Quid enim quærunt? Ac primum quidem falſa illa opinione fortunæ excæcantur, atque videntur ebriis ſimiles, qui vino licet ſic obruti, ut neque caput neque pedes officio fungantur, vinum tamen poſtulant, & vinum vino pellere nituntur. Atqui non hac ratione ſibi medentur. Non aliter miſeri iſti errorem errore cumulant. Nam falſa & impia opinio eſt, putare aliquid caſu contingere. Quoniam vero animadvertunt Dei Iſraëlis iram in ſe gravem incumbere, atque ita eſſe ſibi perſuadent, remedium adverſus illam quærendum eſſe ſtatuunt: ſed prius tamen inquirendum, an caſu aliquo morbi ſibi contigerint. Nos vero hinc diſcamus, incredulos Dei potentiam non aliter agnoſcere quam per quaſdam impreſſiones & impulſus, non autem judicio neque ratione, adeo ut dubii ſemper fluctuent, nihilque unquam de Deo certi habeant. Quod ex iſtorum Sacerdotum ſermone conſpicuum eſt: namque paulo ante tam præclare de Deo ejuſdemque judiciis loquuti fuerant, jam vero idipſum quod ſtatuerant evertunt & corrumpunt. Tanto itaque ſerius de nobis cogitandum, ut quum de Deo bene ſenſerimus, ejuſque virtutem ac potentiam magni fecerimus & prædicaverimus, ne in dubium eandem vocemus, ſed animis bene noſtris hærentem retineamus, ne in varias cogitatio-

nes

tis caſibus ex animis evelli patiantur. Itaque neceſſe
eſt ut eo magis animis noſtris cognitionem illam de
Dei Omnipotentia infigamus, & ingenue fateamur
Dei providentia & potentia res omnes regi & admi-
niſtrari, nihilque accidere ſine ipſius nutu & arbitrio,
& niſi ab ipſo decretum, & quidem cauſas omnes ab
ejus æterno conſilio pendere, ut res omnes ſuperas &
inferas vi arcana quadam cohibeat, ut non venti, non
aër, non ſiccum, non humidum, non calidum, non fri-
gidum, non fœcunditas, non ſterilitas agrorum, non
inopia frugum, non morbus, non calamitas ſine ipſius
nutu & providentia contingant. Atque hactenus de
prava illa, hominibus tamen innata, de Fortuna, opi-
nione dictum eſto: tranſeamus ad ea quæ Sacerdotes
verſ. 9. iſti de vaccarum via conjiciunt, Si, inquiunt, vaccæ
non aſcenderint via ferente ad Bethſames, caſu hæc
nobis mala contigerunt. Atqui ante faſſi erant duram
ſibi eſſe Dei Iſraëlis manum: jam vero ſignum expo-
ſcunt, quo dignoſcant, caſuſne aliquis, an Dei manus i-
pſos afflixerit, atque ſibi imaginantur quod nulla cer-
titudine nulloque fundamento nititur. Fateor quidem
nonnunquam Dei ſervos ſignum vel augurium acce-
piſſe ex rerum eventu: at non ut iſti jam faciunt. Exem-
plo eſto ſervus ille Abrahami, qui uxorem Iſaaco heri
Geneſ. 24. filio veniens quæſiturus, ait, *Si qua puella erit, quum*
verſ. 14. *dixero ipſi, Inclina, quæſo, hydriam tuam, ut bibam, quæ*
dicat, Bibe, etiamque camelis tuis bibendum dabo: hanc
præſtitueris ſervo tuo Iſaaco, & in hac experiar te exerce-
re benignitatem erga Dominum meum. Neque vero ad-
dit, Si hoc acciderit, aut ſecus, caſu factum erit; ſed
ſperat atque ſibi perſuadet fore, ut Deus eum hoc pa-
cto dirigat ad eam quam quærebât conſequendam:
nihil itaque hîc ſibi inane fingit quo Deus obligetur,
ſed ſe ejus providentiæ permittit. Scimus enim, bene
perſuaſum fuiſſe ſervum illum de Dei favore quo
Abrahamum complectebatur, ac ſperaſſe etiam bene-
dictionem & felicem ſuſcepti itineris exitum, ne ina-
nis & re infecta ad herum reverteretur. Quoniam igi-
tur plene de divino auxilio perſuaſus eſt, ſignum ſibi
ſumit, ex quo de Dei favore fiat certior. Neque vero
dubium eſt quin inſtinctu & afflatu divino, & motu
quodam extraordinario, fuerit ad id excitatus & im-
mur. Itaque nos ipſos exploremus oportet, & expen-
damus, quoties Deus immiſſis caſtigationibus admo-
net, ne prior ipſe accuſationis articulos adverſum nos
proferat, & reos peragat. Ac proinde fateamur, nos
plus quam ſatis reos convictos teneri quum ad nos pu-
niendos Deus manum ſuam exerit, etſi tamen leviter
admodum caſtiget. Inde vero fieri ſentiamus ut ejus
ira ingraveſcat, quod obfirmantibus ſeſe in peccatis
hominibus, durius etiam in ipſos animadvertere ex
ſua juſtitiæ ratione cogatur. Quod olim populum
ſuum admonuit his verbis per Moſen, *Quod ſi hac ra-* *Levit. 26.*
tione non auſcultaveritis mihi, ſed ambulaveritis mecum *verſ. 24.*
temere; utique ambulabo vobiſcum excandeſcens, temere,
& caſtigabo vos ego quoque ſeptuplo propter peccata ve-
ſtra. Ecquis enim non merito judicet homines inſanos,
ac Deo bellum inferre velle dicat, quum poſita ab ipſo
repagula perfringere conantur? Nam afflictiones à
Deo immiſſas, merito repagula dici poſſunt, quibus
in officio Deus nos retinere nititur, alioquin velut in
noſtram perniciem conjuratos: quaſi Deus ipſe com-
pellaret his vocibus, Cavete, ne poſita repagula hæc
tranſiliatis, ne ſponte in perniciem ruatis. Quare me-
ram amentiam eſſe cogitemus, quum afflictionibus
non adducimur ad confeſſionem, & agnitionem divi-
næ juſtitiæ. Sane nullus hic diſputationi, nullus con-
jecturis aut divinationibus locus eſt, ſed ultro faten-
dum, nullas res adverſas, nullas etiam proſperas nobis
niſi ab uno illo auctore contingere, ut tamen extra
omnem culpam ipſe ſit. Porro in Sacris paſſim exſtant
ſatis aperta teſtimonia, quibus verum illud eſſe com-
probatur, à ſolo Deo noſtras afflictiones manare, non
minus quam res ſecundas & proſperas. Sic Amos, *Amos 3.*
Non eſt malum in civitate quod Deus non immiſe- *verſ. 6.*
rit. Porro ſic loquens Scriptura non facit Deum au-
ctorem peccati: ſed malum quatenus à Deo eſt, ut
juſtam hominibus inuſtam punitionem intelligit.
Tantum itaque abeſt ut Deum vel injuſtitiæ vel cru-
delitatis accuſandi occaſionem habeamus, ut contra,
quum nos calamitate & afflictione aliqua percutit,
neceſſe ſit nos ipſos explorare, atque ad ipſius ma-
num uſque aſſurgere, quæ afflictionibus tanquam
ferulis ad nos puniendos utitur. Neque vero ad Dei
ma-

Digitized by Google

ſeſſionem reduceretur. Interim obſervandum, Deum Philiſtæos errori ſuo permiſiſſe. Neque dubium quin Sacerdotes iſti, divini, & incantatores, apud ſuos deinceps de divinationis ſententia gloriati ſint, & de peculiari revelatione, ut nimirum Idolum ſuum dignitatem priſtinam apud illos retineret. Attendite iſtorum ſtuporem, nam Deus Iſraelis vim ſuam vel invitis patefacit, vaccis illis brutis animantibus eam ipſos docentibus, ſed nihilominus ad priſtinas illuſiones revertuntur, & ex augurio rei quam inquirunt certitudinem captant, fidemque adhibent, quod ex ſententia ſua contigerint. En ut Deus nonnunquam incredulos divinare, & divinationes & Prophetias eorum impleri permittit, ut magis excæcentur. Qua ex re dignam mercedem illis à Deo perſolvi conſpicuum eſt; nam veritatem quum ſequi recuſent, ſed mendacium potius ſectentur, digni ſane qui à mendacio decipiantur. An non enim Philiſtæos arguebat conſcientia, & convincebat Dei manum eſſe, quod vel inviti Arcam Dei Iſraëlis dimittere cogerentur, cujus manum duram ſenſerant, ac proinde ad quem ſeſe convertere debebant? Sed procul ab hoc conſilio diſtant. Omnipotentem quidem ipſum fatentur, ſed nihil eſſe ſibi cum ipſo commercii volunt, quinimo procul amandare ſatagunt, atque in priſtino errore & [illegible] perſeverare. Quare Deus juſto ſuo judicio vim & efficaciam erroris divinis & Magis ipſorum tribuit, & divinandi ad momentum & actum unum facultatem largitur. Neque enim in Prophetia proficiunt, neque in utilitatem ſuam convertunt: ſed potius in majus ſuum judicium & condemnationem vertunt. Ne quis igitur noſtrûm Philiſtæos miretur tanquam per os Bileami & Cajaphæ loquutos: quod ita Dominus juſto ſuo judicio excæcatos improbos permittat in erroribus ſuis magis confirmari. Atque horum Dei judiciorum apertiſſima ratio, ut quoniam veritatem non amarunt, ſed mendacium potius, etiam mendacio decipiantur, quem-
Deut. 13. verſ. 3. 2 Theſ. 2. verſ. 9. admodum olim Moſes aperte docuit, & Paulus 2 ad Theſ. epiſtola. Deus itaque fecit, ut quemadmodum Sacerdotes, divini & incantatores præcripſerant, eveniret; vaccæ nimirum rectam viam Bethſemes verſus pergerent. Nam vel invitos Philiſtæos oportuit intueri, & agnoſcere, Deum Iſraelis in quaslibet creaturas habere poteſtatem & dominium. Quandoquidem verò Idolo ſuo tribuerunt, quod Dei unius viventis proprium eſt, idcirco in idololatriæ profundiſſimam abyſſum demerſi ſunt, & ignorantiæ tenebris ſic excæcati ut nullum amplius ipſis remedium ſuperfuerit, aut ſpes ſalutis facta ſit, ſed inemendabiles fuerint. Hic vero non levi manu prætercundus ſermo ille Domini per vaccas loquentis, ad ſe benignis pollicitationibus invitantem? Quid reſiſtimus & repugnamus contra veritatem oblatam? Quid adeo inſanimus ut in avia præcipites feramur, & omnium ludibrio exponamur? Brutane animantia Philiſtæis viam ad reſipiſcendum monſtraverint; nos vero quibus Deus rationis & intelligentiæ dedit uſum, quo malum à bono diſcernamus, qui prudentiæ ſpiritum accepimus, qui rationis & Spiritus Dei dono gloriamur, tamen Deum non agnoſcemus, & in contrarium contra vetitum ſemper feremur? Quidam autem hic allegorias fingunt, & dicunt Bethſemes ſignificare domum Solis, itaque viam Bethſemes, eſſe viam quæ ad Deum recta ducat, nuſquam neque ad dextram neque ad ſiniſtram declinantes. Sed à ſenſu remotiores ſunt, & nullo certo nixæ fundamento: nobis vero ſimplicitas illa ſat eſto, nempe vaccas illas rectam viam Bethſemes verſus, qui locus & domicilium Arcæ fœderis hactenus fuerat, eſſe ſequutas, & nuſquam declinaſſe, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram. Ac proinde diſcamus Deum docentem auſcultare & ſequi, ac pudore ſuffundi niſi malitiam & contumaciam noſtram deteſtemur, & abominemur. Nam alioqui longe gravius judicium experturi ſumus, niſi Deum quocunque duxerit ſequamur, & eodem curſu curriculum noſtrum decurramus, donec propoſitam metam contigerimus. Atque hactenus dictum eſto de iſtis: ex quibus diſcamus oportet, quam neceſſe ſit noſtram ſocordiam à Deo excitari, ac ſtuporem propoſito beſtiarum exemplo exprobrari; quemadmodum notæ ſunt illæ apud Prophetam Iſaiam interpretationes,
Filios educavi, ait Dominus, & extuli: ipſi autem de- *Iſa. 1: 3.*
ficientes rebellaverunt me. Agnoſcit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël non agnoſcit, populus meus non animadvertit. Quaſi dicat, Videte brutas illas animantes adeo manſuetas, ut ſponte ſeſe ſubjiciant, & magiſtrum ac poſſeſſorem ſuum agnoſcant, equos, inquam, boves, aſinos: vos vero nonne brutis longe eſtis deteriores? Videmus quid ſuis Dominus objiciat, ac proinde quomodo amentiam hominibus exprobret, quod Deum alienum à ſe habeant, ſeque non poſſint ejus potentiæ ſubjicere: quare danda nobis eſt opera, ut quotieſcunque nos Deus compellat, aures erigamus & animum attendamus, ac quam præſcripſerit viam, nuſquam neque ad dextram neque ad ſiniſtram declinantes, ſequamur, ut tandem verbum ipſius ſequuti, metam propoſitam obtineamus.

Agite vero, fratres, coram Dei Opt. Max. Majeſtate in genua procumbamus, & ſupplices facti, de tot tantiſque offenſis, quibus ejus in nos iram concitavimus, cum precemur, ut mentem bonam nobis

injiciat,

Digitized by Google

ni: & percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quod Dominus percuſſiſſet plebem plaga magna.

20. Et dixerunt viri Bethſamitæ, Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti hujus? & ad quem aſcendet à nobis?

21. Miſeruntque nuncios ad habitatores Cariathiarim, dicentes, Reduxerunt Philiſtiim Arcam Domini, deſcendite, & reducite eam ad vos.

QUomodo redditam à Philiſtæis Arcam Iſraëlitæ receperint, hic primum expendendum eſt, nempe Levitas veniſſe depoſitum Arcam Jehovæ, & Bethſamitas, (*verſ. 15.*) ad quos delata fuerat, Deo ſolenne ſacrificium obtuliſſe, & nihilominus ingenti plaga fuiſſe percuſſos, (*verſ. 19.*) ſublatis nimirum de populo ſeptuaginta viris, & quinquaginta millibus de plebe, vel, ſeptuaginta viris, qui inſtar quinquaginta millium erant in populo, quos propter curioſitatem Deus caſtigavit, quod Arcam Dei propius inſpexiſſent, quod Lege prohibitum erat: & unde metu perculſos Arcam procul à ſe removere ſtuduiſſe, & propterea nuncios ad habitatores Cariathiarim miſiſſe, quæ fuit urbs Iſraëlitarum ulterior, à quibus Arca recepta, & in domum Abinadab in Gabaa illata eſt. Ex quibus conſpicuum eſt, Iſraëlitas in ſuo luctu & afflictionibus non tamen Dei timorem abjeciſſe, licet graviter ab eo puniti ſint, ut, ne ſe erigerent, radicitus eos tollere velle videretur. Verum de iſtis à Samuele præmoniti fuerant, ut Deo prædictam per Samuelem vindictam exercente occaſionem habuerint ſeſe illi ſubjiciendi, & peccatorum ſuorum juſtam punitionem agnoſcendi. Sæpe enim contingit, homines ſecuros Dei comminationes parvi facere, vel prorſus contemnere, niſi Deus magnis ictibus contundat eos, & ad peccatorum confeſſionem adigat, ac ſeriam pœnitentiam, quod nunquam erant alioquin facturi, compellat. Namque tam altas egit radices in nobis arrogantia, ut nunquam niſi vi coacti ad humilitatem adducamur. Ita videmus hic Iſraëlitas, ubi juſtas ſe Deo dediſſe pœnas agnoverunt, majore metu perculſos, ac multum ipſis profuiſſe captivam in manibus hoſtium Arcam ad tempus fuiſſe. Namque agnoverunt ita ſibi magnum inuſtum eſſe dedecus, quod à Domino derelicti & rejecti eſſent, quaſi non amplius in populo ipſius cenſendi. Profuit autem ipſis hæc caſtigatio ad emendationem, atque idcirco majore cum lætitia redeuntem Arcam exceperunt, Deoque ſacrificium laudis obtulerunt. Atque potuit iſta lætitia carnalis eſſe, quemadmodum ſupra vidimus ipſos externo hoc ſigno magis fuiſſe gloriatos, & majorem in eo fiduciam poſuiſſe quam in reliquis omnibus Dei promiſſionibus, adeo ut neque Legem neque Fidem integram retinuerint. De ſacrificio tamen ſolliciti fuerunt, ſicuti videmus hypocritas externa cerimoniarum & rituum pompa præ cæteris inſignes & conſpicuos eſſe: Deum interea fide & pœnitentia non invocantes. Ac ſane veriſimile eſt, Bethſamitas Arcam illam magno affectu & magno cum gaudio recepiſſe, atque ejus præſentia magnopere delectatos, neque tamen altius quam in ſignum externum mentis oculos ſuſtuliſſe, non agnoſcentes nequaquam ſignum illud externum ſufficere, quod tandem ipſa experientia didiciſſe debuerant. Neque enim quum Arcam è Silunte in ſua caſtra duci juſſiſſent, meliore conditione uſi ſunt, ſed cæſi profligatique ſunt. Næ cogitare ipſos oportuerat, non ideo quod Arcam haberent, ſe quoque virtutem illius cujus erat Arca apud ſe retinere: quin potius ad erroris agnitionem venire, quod eſſent hoc antea abuſi Sacramento, ac diſcere quomodo Deum venerari & colere ipſos deceret, quomodo Majeſtatem ejus revereri, atque etiam in ipſius bonitatem & miſericordiam recumbere, omnibus idololatricis cultibus procul à ſe rejectis: ſed ſolo impulſu & impetu ad bonum feruntur, ut deinceps viſuri ſumus. Neque enim ab idololatria & uſitatis ſuperſtitionibus receſſerunt, ſed Deo ſatisfactum putant ſi extrinſecus aliquem ei cultum exhibuerint. Quis igitur miretur, ſacrificia ipſorum Deo minime grata fuiſſe? Et quidem, fateor, aliquam ſpeciem cultus retinent, quum Levitæ Arcam venerunt depoſitum, eamque lapidi magno, qui in agro Bethſamitarum erat, impoſuerunt: verumtamen percuſſi à Domino dicuntur quod ex curioſitate Arcam Jehovæ propius inſpexiſſent, ſibi quod Lege prohibe-

I

tingendam, ſed de toto illo tractu, ut Dei vindicta totam illam regionem pervaſerit. Quamquam & in hoc numero Philiſtæi etiam plagis illis à Deo percuſſi poſſunt numerari, quaſi dicat, Septuaginta puniti ſunt à Deo ex Bethſamitarum populo: quibus ſi addas numerum eorum qui ex Philiſtæis à Deo propter Arcæ contemtum puniti ſunt, fiet numerus cum ſeptuaginta ex Bethſamitis, qui contra Dei præceptum Arcam propius inſpexerunt, quinquagies mille ſeptuaginta homines: nam diu Philiſtæos plagæ Domini afflixerunt, quod ſeptem menſibus Arcam retinuiſſent, quo toto tempore Deus illos inſequutus fuerat. Quare non foret tam inſolens & inauditum in ea regione cecidiſſe tot hominum millia. Verum enimvero propius rem totam inſpicienti, de ſolis Bethſamitis & vicinis hic agere Scripturam videbitur. Quod ex eo apparet, quod nominatim fit mentio donorum quæ à Philiſtæis Deo pro peccatis oblata ſunt, nempe anorum aureorum ſimilitudinum, & murium à quibus agri fuerant devaſtati: quæ dona pro Principibus Philiſtæorum oblata ſunt, plebe etiam tam ex urbibus quam agris in expenſas conferente ſymbolam, metu ac terrore ingenti perculſa, & ſacrificia pro placanda ira Dei faciente. Quod quum ſeorſim à ſequente plaga tractatur, videtur ſacra Scriptura ſeparatim ea tractare quæ Philiſtæis contigerunt, & deinceps ea tantum commemorare quæ Bethſamitæ paſſi ſunt. Porro fuiſſe regionem illam adeo copioſam, & hominum multitudine abundantem, ut quinquaginta hominum millia nutrire potuerit, novimus. Ac ſane ſi ſeptuaginta tantum homines occidiſſent, non memoraret Scriptura luctum ingentem illum Bethſamitarum, quod Jehova populum plaga magna percuſſiſſet. Quid enim ſeptuaginta homines ad tantam multitudinem? Deinde quare loco nomen à clade illa mutatum eſt? Prius enim magnus Lapis, à lapide magno qui illic erat, vocabatur, qui deinceps magnus Luctus dictus eſt, unius literæ apud Hebræos mutatione, nempe *Abeb* in *Abel*. Hic igitur horrendum ac ſtupendum judicium in Bethſamitas à Deo factum videmus, tantummodo quod propius Arcam ex nimia curioſitate inſpexiſſent. Neque vero mirandum eſt, ſeverius Iſraëlitas à Deo punitos eſſe quam Philiſtæos: quod iſti nullas Dei promiſſiones, neque Legis expoſitionem ullam haberent: ac proinde, licet in hac re peccantes, non ideo tamen morte plectendi fuiſſent, quod fidem datam non fregiſſent. Contra vero Iſraëlitæ fuerunt inexcuſabiles, quod ſuam ipſis voluntatem Deus patefeciſſet, ac nominatim prohibuiſſet ne aut attingerent aut propius Arcam fœderis inſpicerent. Atque hanc ob cauſam graviore pœna Iſraëlitæ quam Philiſtæi puniti ſunt. Et quidem ſenſerunt duram adverſum ſe Dei manum, eoque affecti dedecore, ut in

unde quanta hominum audacia & arrogantia ſit quum ad Deum ipſis accedendum eſt, ut nempe tanquam pares & ſodales, ut ita dicam, haberi velint. Deinde quouſque ſibi habenas laxent in inveſtigandis Dei arcanis, cuivis notum eſt, adeo ut nihil videantur omittere in quod non inquirant. Næ vel ipſas nubes tranſcendere velle videntur, nunquam expleti fanaticis ſuis ſpeculationibus. Nam ex quo ſibi mens humana permiſit inveſtigandi & huc & illuc inquirendi licentiam, mare immenſum & innabile navigat. Deus itaque mentem hominum perſpectam habens, velo tegi voluit Arcam illam, & quemquam ad illam, propius accedere prohibuit. Quamobrem etiam conveniente in tabernaculum populo, velum tendebatur: deinde etiam Sanctuarium velo tectum, in quod ſolus ſummus Sacerdos ingrediebatur, & quidem non ſine ſanguine, ad populum Deo reconciliandum: atque etiam Arca ipſa Cherubinorum alis obtegebatur.

Exod. 40. *v.* 3. 21.
Exod. 30. *verſ.* 10.
Heb. 9. *verſ.* 7.
Exod. 25. *verſ.* 19.

Nam habebat Arca ſuum operculum, quod ſuis alis Cherubini duo tegebant. Quorum omnium hic erat finis, ut populum Deus intra modeſtiæ & ſobrietatis fines retineret, nequid ſibi quis de Deo ex ſuæ mentis arbitrio temere fingeret, ſed Legis doctrina contentus, eam ſic reciperet, nequid addendum illi vel detrahendum exiſtimaret: aut de ſuæ intelligentiæ præſtantia & ingenii viribus quiſquam præſumeret. Deinde ut Dei Majeſtas pateſieret, & ejus doctrina ſic reciperetur, ut non aliam ipſius Dei cognoſcendi viam inveſtigarent quam quæ verbo monſtraretur, in qua ſeſe Deus agnoſcendum ſecundum hominum captum dedit. Ad quæ peculiaris etiam quædam ratio tunc accedebat, nempe ante Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum oportuiſſe ipſos ſeſe à Deo remotiores ſentire, & Legalibus Cerimoniis erudiri, quibus docerentur plenum remiſſionis tempus nondum adveniſſe. Nos itaque licet neque Arcam illam materialem, neque Legis cerimonias habemus, tamen veritatis quæ illis ſignificabatur, participes ſumus, ac Deum à nobis adorari cum ſimplicitate mentis oportet, ejuſque arcana conſilia admirari & ſuſpicere debemus, non ad curioſitatem præter mentis noſtræ captum, ſed ad ſalutem ex Scripturis eruendam, quam in illis contineri docemur, & ad mentis noſtræ correctionem, ut ait Paulus, ne ex nativa corruptione ſenſum illarum evertamus, ſed ab iiſdem regi patiamur.

2 Tim. 3. *verſ.* 16.

Quare, quum Deus prohibuit nequis ad Arcam illam propius accederet, aut nequis illam præter ſolum ſummum Sacerdotem contingeret, docuit nos, cum modeſtia & humilitate ad Deum accedendum eſſe, atque adeo coram tam immenſa & infinita Majeſtate tremendum, neque tantum nobis arrogandum ut ſcire aliquid amplius quam quod ipſe permiſerit, aut quam

verbo

expendamus Bethſamitis immiſſam, cujus non procul cauſa requirenda, quod minus excuſandi eſſent Iſraëlitæ quam Philiſtæi. Atque hoc ſerio nobis cogitandum & advertendum eſt. Nam ſcimus, ſervum, qui
Luc. 12. verſ. 47. heri voluntatem cognoverit, & facere neglexerit, gravioribus pœnis eſſe multandum. Eſt enim contumacia & rebellio minus ferenda quam error aut ignorantia. At ſi qui peccat ex ignorantia, non ideo tamen non punitur: quid de iis ſtatuendum putamus, qui ſpeciali Dei beneficio edocti, cujus voluntatem habent cognitam, tamen Deo reſiſtunt; an non iſta rebellio illos indicat ſponte Dei eſſe inimicos & Juſtitiæ ipſius? Sane Iſraëlitæ ſunt in hoc numero, nam Legem habebant, cujus etiam mentem intelligere debebant, nempe Deum velle adorari in Spiritu & veritate: ac proinde etiam cogitare, non ſine graviſſima cauſa Deum tam ſeveris plagis ipſos affeciſſe, etſi tamen eam ignorarent. Nam Deus hominum obedientiam explorat, quum loquitur cum auctoritate, neque cauſam ſuorum judiciorum exponit. Quare Deum loquentem Iſraëlitæ debuerant auſcultare. Sed ad auctoritatem accedebat etiam doctrina, qua docebantur Arcam Dei reverentes ita teſtari ſe coram Deo vivente velle magis ac magis dejici & humiliari. Verum ad hæc non advertunt Iſraëlitæ, quin potius in Arcam curioſius inſpiciant, velut illius arcana ſcrutaturi: & ex diffidentia de Dei operibus judicium ferre, & velut arbitri eſſe volunt. Quis ideo miretur gravibus eos & meritis ſuppliciis affici? Quare diſcamus eorum exemplo, ſic ut Dominus juſſit, coram ipſo ambulare, & non abuti gratia ipſius, quum nos peculiari favore complexus voluntatem ſuam familiariter docuit, ſed nos magis ac magis illi devinctos agnoſcentes, majore cura & ſollicitudine intra præſcriptos ab ipſo mandatorum terminos nos continere, ne uſquam deflectamus & illis repugnemus. Deinde vero ſciendum, curioſitatem, quæ vulgo in levioribus & venialibus peccatis reponitur, quum de Dei arcanis agitur, inſignem eſſe audaciam, qua ipſi Deo veluti bellum indicimus. Qui enim plus quam Deus docet, ſcire expetit, ſane Diabolum magiſtrum habeat neceſſe eſt. Nam, obſecro, quam tandem ſcholam, quem doctorem requiremus, à quibus melius quam ipſius ore Dei doceamur? Næ ex ſenſuum noſtrorum arbitrio ambulantes, vanitatem tantum conſeque-

nos mortales, qui Solem intueri nequimus adverſum, & cujus radiis acies noſtra ſenſuſque vincitur; Dei Majeſtatem intueri adverſam, & quidem noſtris ſenſibus tentamus? Sane quicunque curioſius in Dei arcana inquirunt, & vanis ac inanibus quæſtionibus ſeſe fatigant, manifeſti Dei contemtores ſunt, quem velut infantem manibus continere, aut tanquam pilam verſare cuperent. Quare quis miretur, non tantum Bethſamitas, ſed totius regionis incolas hujus curioſitatis graviſſimas pœnas dependiſſe? Tanto igitur
major danda nobis opera, ut quod docet Paulus me- *Rom. 12. verſ. 3.*
mori mente teneamus, nempe, nequis ſapiat ſupra quam oportet ſapere, ſed ſapiat ad ſobrietatem, prout cuique Deus partitus eſt menſuram fidei. Porro ſobrietas illa poſita eſt in docilitate, qua Dei verbum recipiamus, & in eo magis magiſque promoveamus, ac conſtanter perſiſtamus, deinde qua vanas omnes opiniones rejiciamus, & noſtros ſenſus reprimamus. Notum enim, quam natura patulas aures habeamus ad hanc vel illam hauriendam opinionem, & quam ſimus rerum novarum cupidi: quod vitium eſt ejuſmodi, ut Dei iram provocet, atque tantum de Dei gloria detrahat, & diminuat, quantum nobis in quærendo permittimus. Itaque fidem noſtram in medio duorum extremorum conſiſtere oportet. Multos enim incredulos videmus ultro ignaros eſſe rerum ad ſalutem neceſſariarum, neque ferre poſſe ullum de Deo ſermonem. Nam impunitatem ſperant, ſi poſſint ignorantiam prætexere. Inde fit, ut Dei verbum maximæ hominum parti ſit incognitum, aut in contemtum veniat. Nam ſi Dei voluntatem illis proponas, & Euangelium objicias, ſibi aiunt ſuam ſimplicitatem ſufficere, id eſt, brutam ignorantiam. Summum ſane flagitium. Alterum extremum eſt curioſitas eorum qui mentem levem & inconſtantem habentes, de omnibus diſputare parati ſunt, & quaſi rerum omnium plenam cognitionem haberent, de re qualibet ſententiam ferre, atque ſic ipſi Deo velut inſultare. Quid ita vero? Nempe quod ſeſe ſupra Deum efferant, qui ſui ingenii viribus eum comprehendere poſſe ſibi perſuadent. Næ vitium iſtud etiam priore illo pejus. Quare ad ſobrietatem ſapere, ut monet Paulus, diſcamus, & doceri cupiamus, ad illam de Deo cognitionem conſequendam quæ ad ſalutem utilis eſt: atque in id pro viribus incumbamus, ſan-

… & bonæ intentiones quas hoc vulgo fingunt, quod tamen totius in Papatu divini cultus fundamentum eſt. Nam ſi quæras, quomodo Deum colant ac venerentur; nempe aiunt, Bona intentione. Atque hoc tanquam Ajacis clypeo ſeſe protegunt, ut ne reſpondere aut aliquid cuiquam adverſus objicere liceat, puta adverſus ſtultam ipſorum opinionem,& adverſus quælibet ipſorum ſomnia. Atqui Deus ipſe non tantum contrarium non docuit,ſed horrendo & ſtupendo ſupplicio demonſtravit, iſtiusmodi ſtultas hominum devotiones & bonas intentiones ſuæ voluntati eſſe contrarias, & tales quas ne ferre quidem poſſit. Quis itaque tam ſtupendum iræ Dei ſigillum non horreat, ac non contremiſcat quum ad ipſum colendum accedit? Nonne nos ad ipſum uſque aſſurgere, & noſtris ſenſibus imperare oportet, quum ſeptuaginta viros de Principibus, & quinquaginta hominum millia de plebe occidiſſe legimus, non ſane quod Arcam contemſiſſent, non quod laceraſſent, non quod contumelia affeciſſent, ſed quod contra vetitum eam propius inſpexiſſent? Quis, inquam, tam horrendum judicium non metuat, quis non cohorreſcat illud audiens? Quare Deo credere & fidem habere diſcamus; ne à ſtultis intentionibus illis nos decipi patiamur, quibus ſperemus gratum illi fore quemcunque cultum vel invito obtulerimus, pluris facientes ſtultas noſtras imaginationes & inanes ſpeculationes, quam verbi ipſius ſimplicitatem, quod ipſe Dei Filius è ſinu Patris nobis protulit. Hic igitur eſto terminus, hæc meta intra quam mentem noſtram retineamus, Dei verbum unicum: quod non hæc tantum hiſtoria, ſed tota Scriptura ſacra paſſim inculcat. Neque vero immerito. Nam etſi centies millies inculcetur, Deum nolle coli ex hominum voluntate & arbitrio, ſed ex ſui verbi præſcripto; atque animo etiam hæc notitia hæſerit, tanta tamen ingenii eſt levitas & naturæ inconſtantia, ut ſtatim vel ad levis auræ flatum ad ingenium revertamur, & quicquid ſe nobis obtulerit, ſtatim amplectamur: quod nimirum præcipuum fundamentum, nempe fidem non retineamus, qua tanquam fomite notitiam illam ad uſum ſuum referamus, & in ea ad metam uſque decurramus. Adeo ſunt in vitia homines proclives, & ſe quovis vento rapi patiuntur. Quare magis enitendum ut animis noſtris defigamus quod toties in Sacris inculcatur, nempe, nullum unquam cultum Deo gratum fore niſi quem ipſe præſcripſit. Atque de hujus loci ex-
2 Sam. 6. verſ 6 poſitione ſatis, qui ſimili Ozæ exemplo confirmatur, quemadmodum ſupra attigimus; qui, quod la-
1 Chr. 13. verſ. 9. bantem Arcam manu ſuſtinuiſſet, repente occidit.
2 Chr. 26. verſ. 16. Cui addendum Regis illius exemplum Huzziæ, qui pulchre Deum ſe venerari arbitratur, quod in tem-

… ex adventu gaudium, apparet; & non ea reverentia & timore exceptam Dei Arcam quo decebat. Ac licet ingenti illa clade vehementer afflicti eſſent, tamen nondum ad ſeriam adducti erant pœnitentiam. Quinimo indurati & obfirmati videntur: quod ex metu illo & terrore, quo correpti ſunt, ſatis apparet. Nam ubi tandem illa qua nuper exultarant lætitia? Næ repente ablata eſt; neque enim, ut decebat, Dei timore nitebatur. Agnoſco quidem etiam Davidi contigiſſe idem quod hic Bethſamitis. Nam ille quum Arcam Dei cuperet in ipſam Hieroſolymorum urbem adducere, ut tanto ardentius Deum coleret & precaretur, quanto propius illam haberet, ubi vidit Ozæ caſum, metu perculſus ab incepto deſtitit, & Arcam alibi collocavit, quaſi metuens, ne propius igne admoto domus conflagraret. Quamobrem etiam eum ab omni hac in parte vitio non libero: ac proinde ipſius exemplo Bethſamitarum factum excuſari non poſſe aio. Nam & Davidem & Bethſamitas oportuit noſſe Dei Majeſtatem adeo venerandam, ut facilis tamen ad illum pateat acceſſus omnibus cum humilitate accedentibus. Quam enim ob cauſam, obſecro, terribilem ſe, niſi ad hominum frenandam & domandam duritiem, præbet; qua domita, quid in ipſo niſi paternus favor & benevolentia ſupereſt? Ac ſane David alio loco teſtatur ſe melius edoctum, quum ait, Ego inſtructus amplitudine benignitatis tuæ ingrediar domum tuam: incurvabo me verſus templum ſanctitatis tuæ cum reverentia tui. Pſalm. 5. verſ. 8.
Duo enim illa novit inter ſe conjungere, Dei puta miſericordiam cum ipſius juſtitia, quæ nunquam ab invicem divelluntur: itaque domum Dei ſe ingreſſurum ſperat, ſed multitudine benignitatis ipſius fretus. Quare cavendum nobis ab illo metu & terrore malo, qui omnibus hypocritis Deo ſe illuſuros ſperantibus eſt communis. Quemadmodum igitur ſupra diximus, fidem eſſe mediam inter duo vitia extrema, non aliter ſentiendum de ratione ad Deum accedendi, quam eſſe mediam inter metum & ſecuritatem oportet. Alii enim ad Deum nimium audacter & arroganter accedunt, ut hypocritæ, qui, modo pietatem ſimulent, de Deo ſe bene meritos ſentiunt, eumque ſibi longe devinctum arbitrantur, ut licet verſuti & veteratores ſint, ac pleni rebellione, Deum ſibi tamen addictum & obſtrictum velint. Alii prorſus athei & ſine religione procul à Deo recedunt, & de Deo fieri mentionem nunquam vellent: quod extremum, eſt valde ſceleratum & impium. Quid nobis igitur in his anguſtiis faciendum? Nempe ad præſcriptam illam regulam à Davide melius edocto, recurrendum, qua cum timore & reverentia dicit ſe in Dei templum venturum adora-

1. VEnerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerunt Arcam Domini, & intu-
lerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium ejus
ſanctificaverunt, ut cuſtodiret Arcam Domini.
2. Et factum eſt, ex qua die manſit Arca Domini in Cariathiarim, multi-
plicati ſunt dies, erat quippe jam annus viceſimus: & requievit omnis domus Iſraël poſt
Dominum.
3. Ait autem Samuel ad univerſam domum Iſraël, dicens, Si in toto corde veſtro
convertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio veſtrúm, Baalim & Aſtaroth:
& præparate corda veſtra Domino, & ſervite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſtiim.

HEſterna concione audivimus, quam prave Bethſamitæ de Dei judiciis judicarint, quibus erudiri potius debebant, quam à Deo removeri. Nam etſi Deus eorum curioſitatem & audaciam puniverat, qui tam temere Arcam fœderis contingere & introſpicere auſi fuerant, non ideo tamen futura erat ipſis adeo terribilis ejus præſentia, ut eum procul à ſe amandarent. Etſi enim Deus Majeſtatem ſuam vult veneremur ac timeamus, non ideo tamen à ſe repellit & terrore procellit: ſed nativam contumaciam domat & repurgat à rebellione, ut propius ad ipſum deinceps accedamus, & modeſtiam edocti, ac coram ipſius Majeſtate confuſi, tamen eum ardentius requiramus. Atque
Eſai. 33. illæ ſunt pœnæ, quas Eſaïas Propheta, hypocritas
verſ. 14. compellans, minatur Deum ſui coſtemtoribus immiſſurum, his verbis, *Expaverant Tzijone peccatores, corripuerat tremor hypocritas: quis diverſabitur*, aiebant, *ex nobis cum igne conſumente? quis diverſabitur ex nobis cum ardoribus perpetuis?* Nam quamdiu Deus eos patienter tolerat, illudunt ipſi, & nullis comminationibus ipſius commoventur: &, tanquam lethargo ſopiti, magis indurantur. Sed ubi Deus acrioribus urget ſtimulis, tanto terrore corripiuntur, ut nihil niſi ignem & fulgur in Deo imaginentur, à quo conſumantur, adeo ut Deum nimiæ ſeveritatis incuſent, quaſi coram ipſo nihil ſubſiſtat, quin potius omnia funditus deleantur. Sed Propheta miſeros illos ridet, & ait, *Eos qui ambulant juſtiſſime, & qui loquuntur rectiſſime: qui ſpernunt lucrum ex fraudibus, qui excutiunt manus ſuas ne teneant munus, qui occludunt aurem ſuam ne audiant cædes, & obſtipant oculos ſuos ne videant malum: hos altiſſima loca habitaturos, & propugnacula petrarum fore locum editum ipſorum*, &c. Quibus verbis docet, Deo non imputandum ſi Majeſtas ipſius nobis horrenda eſt, quod in nobis ipſis cauſa ſit. Nam ſi tales eſſemus quales eſſe nos oporteret, certum eſt nos non experturos ipſum Judicem, ſed Patrem de ipſius paterna erga nos benevolentia perſuaſos fore: ac virgas & plagas quibus nos afficit, eſſe potius inſtrumenta quibus ad ipſum adducamur & convertamur. Noſtra quidem, fateor, juſtitia freti Deum accedere non poſſumus: verum ad Mediatorem illum confugiendum eſt, quem Scripturæ nobis exhibent: ut, quoniam natura ſumus peccatores & filii iræ ac maledictionis, à regno Dei exulantes, pacem & reconciliationem per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum quæramus, & ad Deum ſincera mente & conſcientia convertamur. Tunc enim certum eſt nos pacem apud eum inventuros, & placide & amanter ab ipſo ad ſe vocandos.
Quare diſcamus ita cum Propheta exclamare, *Quis* *Pſal.* 15: 1.
coram Omnipotente Deo poterit conſiſtere? ut ſciamus, & 24: 3.
nos ad ipſum accedentes, juſtitia Domini noſtri Jeſu Chriſti tectos, ſemper ab ipſo placide recipiendos: &, modo abſit à nobis omnis hypocriſis & contumacia, non reperturos in Deo ignem quo devoremur, ſed contra virtutem ac potentiam ipſius ad ſalutem noſtram promovendam. Deinceps *dicuntur incolæ Cariathiarim veniſſe, & Arcam Domini reduxiſſe, & intuliſſe in domum Abinadab in Gabaa.* Ubi primum obſervandum, cladem illam, quæ Bethſamitas invaſit, non ab Arca illa fœderis manaſſe, ut ſibi perſuaſerunt illi, ſed à ſua ipſorum culpa, quod eam, ut par erat, non recepiſſent. Nam incolæ Cariathiarim eam feliciter abducunt, eique domum certam attribuunt, ut nullus in tota ipſorum regione moriatur. Unde apparet, non infauſtam ipſis Arcam fuiſſe, neque cladem ullam intuliſſe Bethſamitis, qua ſic terreri debuerint. Quod igitur diſcrimen inter

re, & eodem quo matres parvulos ſuos amore proſequuturum, ut nihil benignius uſquam reperiant. Et viciſſim, ſi contumaces & rebelles fuerint, ut ſævitiam & duritiem ejus; ſi refractarii, & lapidum inſtar duri, illum etiam quovis ferro & chalybe duriorem ſentiant. Id ſane conſpicuum in hac de Bethſamitis hiſtoria, qui quoniam Domini Majeſtatem non ſunt reveriti, eum etiam durum & horrendum ſunt experti. Incolæ vero Cariathiarim, aliorum exemplo ſapientes, didicerunt in timore, reverentia & humilitate ambulare, atque ita Deus
Numer. 2. ipſis pepercit. Quum vero dicuntur, *Eleazarum*
verſ. 50. *ſanctificaſſe, filium Abinadab, ut cuſtodiret Arcam Domini*; non ſignificatur, eos illi officium Levitæ attribuiſſe: neque enim poſitum erat in ipſorum poteſtate, neque Deus unquam tam audax facinus inultum reliquiſſet. Scimus enim, Deum inſtituiſſe domum Levi Sanctuarii cuſtodem: quare nulli fas fuit alteri ſibi munus iſtud arrogare, quandoquidem non ignoramus Deum, ad omnem evitandam confuſionem & ἀταξίαν, ſibi auctoritatem vocandi ad ſui cultus miniſterium quoſcunque placuerit: quem-
Hebr. 5:4. admodum Apoſtolus docet, *neminem ſibi aſſumere honorem res ſacras adminiſtrandi, niſi qui ſit à Deo conſtitutus.* Non licuit igitur incolis Cariathiarim in Levitam & Sacerdotem eligere, ſanctificare aut dedicare Eleazarum, cujus hic fit mentio: ſed nihil etiam impedit quominus illum cuſtodem elegerint Arcæ, nequis nimirum propius ad locum in quo poſita erat accederet, & ne profana haberetur, non autem ut ad eam tractandam propius accederet, quod ſolius Sacerdotis erat officium, ut diximus. At quoniam in privatas ædes erat admiſſa, poterat ira Dei provocari, atque omnis everti religio & ſanctitas, ſi Arca Dei privatis & domeſticis rebus immixta fuiſſet ſine diſcrimine: quare ut locus ille, in quo poſita fuerat, ſanctior haberetur, atque illi debitus honor exhiberetur, dicitur electus communi totius populi conſenſu & ſuffragiis Eleazar cuſtos illius Arcæ, ut nimirum daret operam, ne Deus ad iram iterum provocaretur, & ne ſua negligentia in univerſum populum ultio divina accerſeretur, propter non diligenter cuſtoditum ſibi commiſſum tantum theſaurum. Atque horum verborum ſenſus iſte eſt ſimpliciſſimus. Nam & ſanctificandi verbum varie & multipliciter uſurpatur. Sic ergo præficitur Eleazar Arcæ cuſtodiæ, ut non tamen illi ſibi arrogent auctoritatem ipſum in eum dignitatis gradum evehendi, quem Deus tribui Levi ſoli attribuerat. Sanctificaſſe vero dicuntur, quod de Dei cultu hic ageretur, ut rite coleretur, atque perpetuum haberent teſtimonium præſentiæ Dei ad populi ſui defenſionem & conſer-

fuiſſe contumaces Judæos & difficiles, ut non facile ullius imperio ſeſe ſubjecerint: quare non potuiſſet Samuel adhuc juvenis eos in officio retinere. Itaque Deus eum voluit ad aliquam ætatem venire, ut deinceps à populo facilius, nullo repugnante, admitteretur. Cæterum ex iſtis conſpicuum eſt quam ſtupidi fuerint miſeri iſti Judæi. Nam vel aſinus ad ictum baculi unum aut alterum gradum accelerat: ſed iſti, licet variis & diuturnis à Deo plagis excitati, non tamen commoti ſunt, ſed ſuperſtitionum ſuarum immerſi luto, de revertendo ad Deum non cogitant. Quare videntur brutis potius animantibus quam piis viris fuiſſe ſimillimi. Nam ſi vel micam ſanæ mentis habuiſſent, certum eſt ipſos ad agnitionem peccatorum ſuorum fuiſſe venturos. Lapſis tamen viginti annis flere cœperunt & ad Dominum lamentari. Ex quo diſcamus patienter ferre nobis immiſſas à Deo caſtigationes: ac ſi minas ingeminet, ut reipſa nos doceat manum ipſius potentem metuere, noſtræ duritiei id imputemus: quam non aliter emendari poſſe Deus novit: & hoc ipſum propoſitum exemplum nos ſatis ſuperque docet. Iſraëlitas enim facile noſtro calculo damnamus, quod tot annos in ſuperſtitionibus hærentes minime ſint ad Deum reverſi, ſed quare de nobis ipſis non cogitamus? Quid, quæſo, quiſque ſuo reſpectu facit? Nos quidem, fateor, aliquod noſtræ religionis ſignum oſtendimus: & nos à ſinceritate & puritate illius nunquam velle recedere profitemur, ſed tamen quis ab inſtituto vitæ vitioſo recedit? Quare quæ de vetere populo Judaïco memorantur, quiſque in ſe facile reperiet. Næ, ſi Deus flagitiis noſtris provocatus, durius & ſeverius in nos animadvertere cogeretur, fatendum eſt tantam in nobis contumaciam illum reperturum, ut repetitis pluribus plagis nos ſit caſtigaturus. Verum ſi meliorem mentem dederit, qua pœnitentiam agamus, & ad eum reverſi nos in ejus obſequium componamus, poſtquam leniter caſtigaverit, ſpeciali Spiritus ipſius gratiæ feramus acceptum. Nam ſine ope divina longe deteriores Judæis eſſemus: & mille plagis cæſi potius frangeremur, quam ad peccatorum agnitionem veniremus, & ipſius imperio nos ſubjiceremus. Quum igitur hic lacrymas & lamenta Judæorum audimus, pœnitentiam ipſorum declarari ſciamus. Neque tamen ſola triſtitia veram & ſinceram contritionem & pœnitentiam teſtatur, neque ſufficiunt homini converſionem ad Deum profitenti lacrymæ & gemitus, ſed triſtitia illa tantum eſt via quædam & apparatus ad pœnitentiam: & idcirco nonnunquam illa triſtitia pro tota ad Deum converſione accipitur. Vera enim pœnitentia ab hoc tanquam fonte promanat, ut homines apud ſeſe gemant, &

quo-

Digitized by Google

Iſraelitæ licet initio vehementer commoti, tamen non diem, non menſes, non annum tantum, ſed viginti annos totos velut alto veterno ſopiti, & in vitiis indurati ſunt. Deo vero tandem illos excitante, commoventur, & coram Deo gemunt ac lamentantur. Hinc diſcamus, nos, ſi in devia aberraverimus, non poſſe à Deo gratiam impetrare, nec ipſi reconciliari, niſi primum vehementer contriſtati fuerimus, & ad-
2 Cor. 11. verſ. 31. verſum nos ipſos indignati. Nam ſi Deum cupimus non experiri Judicem, præveniendus eſt, ut ait Paulus, atque orandus ut ſanctum ſuum Spiritum nobis communicet, quo duce & magiſtro dociles fiamus, ne in judicium adverſum nos ingrediatur: ac, ſi fuerit ingreſſus, nos ipſi priores ſententiam in nos feramus; non quidem ut rei, qui ſententiam adverſum ſeipſos ferre coguntur, mox implendam, ſed gratiam & miſericordiam ab ipſo conſequuturi. Itaque ſi qualis nativa noſtra corruptio ſit intueamur, ſane nobis amplam oblatam gemendi occaſionem comperiemus. Nam etſi non eſſet amor noſtri tantus in nobis, neque tanta adulatio, tamen quotieſcunque in peccatorum multitudinem inſpiceremus, in lacrymas & gemitus nos effundi oporteret. Quare danda nobis opera, ut tale de nobis judicium feramus, ut noſtram humilitatem Deus admittat, non ſolum nos ipſos agnoſcentes reos multorum peccatorum, ſed etiam ita contritum cor triſtitia Deo offerentes, ut triſtitiam noſtram gratam habeat. Vera enim, ut ante dixi, ad pœnitentiam via eſt illa triſtitia. Cæterum ex hoc loco perſpicuum eſt quam imperfecta & dimidiata ſit hominum pœnitentia, ut in maximos gemitus & ejulatus effundantur, & tamen reliqui in ſe adhuc mali multum retineant, ut ad Deum ſincere non convertantur. Neque enim exiſtimandum eſt, vanam eſſe aut ſuperfluam Samuelis exhortationem, quum ait, Si ad Deum & ſincerum ejus cultum revertamini, ſi Deos alienos ſuſtuleritis; quibus verbis docet, aliquid adhuc ſimulationis in ipſis reſiduum fuiſſe, & non ſerio ad Deum converſos eſſe. Nam ſi ſeria & ſimplex, inquit, veſtra converſio fuerit, certum eſt vos Deo gratos & acceptos fore: ſed quum veſtras ſuperſtitiones Dei cultui admiſcetis, adhuc ambiguum & duplicem animum habetis, & Deo ingratum diſcrimen. Digna ſane obſervatione ſententia, quum præſertim tam cæci natura ſint homines,

ſimulatione. Quare ſummopere cavendum ne ab hac norma recedamus, qua jubemur ſincere nos in ejus obſequium componere, ſi vere & ex animo ad ipſum convertimur: neque ambagibus culpam minuamus, ſed ingenue confitentes delicta, ſincera mente ad ipſum convertamur. Atque hic ſenſus eſt Prophetæ, quum ait his verbis, *Si reverſurus es,* Jer. 4: 1.
Iſraël, dictum Jehovæ, ad me revertere: & ſi amovebis abominationes tuas à facie mea, non commoveberis. Quibus verbis Deus ſe populi ſui conductorem eſſe profitetur, & judicem, ac proinde de ipſorum hypocriſi queritur, quaſi dicat, Vos quidem ore pœnitentiam profitemini, & reipſa offertis multa ſacrificia, quorum ſuus eſt uſus: ſed interim non agnoſcitis quicum vobis ſit negotium: quare agite, ſi ſerio ad me convertimini, mei toti eſtote. Ac ſi veſtras abominationes amovebitis, ne amplius vagamini, &, ut ſoletis, vias quam plurimas inite, ſed in me ſincere & ſine dolo aut fuco acquieſcite, & in finem uſque perſeverate. Nam duobus iſtis ordinariis vitiis homines plerumque laborant: aut enim Deum ſimulate quærunt, adeo quidem ut ſibi ipſis indulgeant, & vitiis habenas permittant: aut ſi ſincerus animus erga Deum eſt, non tamen firmus & ſtabilis, ut eo tanquam clypeo tuto fidendum ſit, quoniam ad ingenium ſuum plerumque homines relabuntur. Atque ideo Propheta nominatim hæc duo vitia reprehendit, ut qualem eſſe oporteat converſionem doceat, ſi à Deo miſericordiam impetrare cupimus, nempe in primis, ne dimidiata ſit & ſimulata, ſed ſimplex & ex pura mente: deinde ne inſtabilis, ſed firmam fixamque in animis ſedem habeat; ne Judæos leves & inconſtantes imitemur, ac Deum ignem eſſe conſumentem reipſa experiamur: ſed ut potius altas agens in nobis radices, ad finem uſque perſeveremus in obedientia & timore Dei. Denique ſciamus, ea, quæ hic Samuel Judæis dicit, ad nos etiam pertinere. Nam etſi, Deo nos ad pœnitentiam ſollicitante, quodammodo commovemur, & reipſa in nobis ipſis ſenſum peccatorum habemus, quo ad Deum requirendum impellimur, tamen claudicando id facimus, & ſæpe in via media labimur & offendimus, ut quantum uno pede promovemus, tantum altero ſubinde regrediamur: denique nunquam Deum ea qua par eſſet promtitudine & alacritate requirimus: quare oportet nos ſerio admoneri,

noſtro aliquid addere cupiamus, & aliunde ſubinde aliquid conquiramus, ut nunquam intra illius ſimplicitatis, quam tantopere Deus à nobis in cultu ſuo requirit, terminos retineamur. Atque adeo tam altas agit in nobis iſtud vitium radices, ut nunquam de Dei præceptis cogitemus, neque ad illud advertamus, de quo in Sacris nominatim admonemur, nempe, cultum quem Deo obtulerimus, nunquam illi gratum fore, niſi ſoli illi offeramus. Itaque nullus hic eſſe poteſt ritibus à Deo præſcriptis cum hominum commentis locus: ſed Deus ſolus colendus eſt & adorandus ſine ſocio.

Ezech. 20. verſ. 39. Inde illud apud Ezechielem Prophetam, ut Judæos Deus ad ſtercoreos ſuos Deos colendos amandet, & plane illum rejiciat. Nam hoc vitio ſemper laborabant, ut ſe Deum colere ſibi perſuaderent, modo in templo ſacrificia offerrent, & circumciſionem retinerent, licet in ipſius cultum peregrinas quas ab Ethnicis acceperant cerimonias & Deos inveherent. At Deus ſe nihil iſtorum omnium acceptum habere, palam teſtatur; & contra, ſe vehementer offendi ſimulato ipſorum cultu, variis ſuperſtitionibus & idolomaniis corrupto & depravato: quare ait, Abite ad Deos veſtros, nolo vos diutius Cultum meum & Majeſtatem meam profanantes tolerare. Ac, obſecro, quam deteſtanda illa profanatio divinæ Majeſtatis, quum Deo & Idolis ſervire homines ſe poſſe ſibi perſuadent? Næ, non magis iſta inter ſe conveniunt quam lux & tenebræ. Quare ſi divinæ doctrinæ puritatem retinere cupimus, omnes alienæ abominationes ſunt penitus rejiciendæ. Quid putamus igitur hodie futurum miſeris illis Papiſtis, qui adeo contumaciter ſuas ſuperſtitiones retinent, ut ſibi perſuadeant non ingratum eſſe Deo cultum, quem illi ex multis undequaque corraſis hominum commentis offerunt? Aiunt quidem illi in nomine Jeſu Chriſti invocandum, qui noſter Mediator apud Patrem eſt: verum vix hodie è mille Papiſtis unum invenias, qui Jeſum Chriſtum unicum Advocatum & Mediatorem noſtrum apud Patrem eſſe cognoſcat: ſed contra videas illos hanc doctrinam ut profanam abominari; & cœlum terræ potius miſcendum putent, quam ut admitti poſſit. Inde fit, ut licet Chriſtum Mediatorem & Advocatum verbis fateantur, eidem tamen ſocios multos adjiciant, atque alii S. Catharinam, Sanctam Barbaram, Sanctam Margaritam, alii Sanctum Chriſtophorum, alii alios ſanctos patronos ſuos advocent, ut infinitus ſit patronorum iſtiuſmodi numerus. Quibus adde, fateri quidem illos, Deum ſimpliciter colendum & ſincere; verumtamen etiam opinari, cultum Deo gratum, ſi Sanctæ Catharinæ, Margaritæ, Barbaræ, aut cuivis alii Sancto, Miſſa ſua tribuatur. Atque ita Dei cultus in partes ſcinditur, cujus ſua

Tam ſunt vecordes, ut non agnoſcant ſummum eſſe flagitium Deo quam libuerit portiunculam aſſignare, & aliis deinde Divis alias tribuere, prout cujuſque devotio in hunc aut illum propenſa fuerit. Ecquis erit, quæſo, tandem modus? Videntur iſti ſimiles cuipiam, qui frumenti, vini, auri & argenti copiam habens, ſuam cuique portiunculam diſtribuat. Itane vero mortales ſibi Deum devincient, attributa illi ex arbitrio ſuo portiuncula? Deone in tribunali ſuo ſedenti Diabolum adjungent ſocium? Apage vero tantum flagitium. Atqui certum eſt, Deo dari ſocium Diabolum, etſi contrarium centies jurent, quum Apoſtolorum aut Martyrum nomina tanquam divini cultus partem veneramur. Ac ſane, quam majorem contumeliam intulerimus ſanctis illis viris, qui ſanguinem ſuum pro Jeſu Chriſti Domini noſtri gloria fuderunt, quam iiſdem in Idola transformatis? Quare non exiſtimandum eſt, Papiſtas poſſe Deum ſincere & pure colere, in Virginem Mariam & Apoſtolos collatis divinis honoribus, ſed illos ſibi ex ſuo arbitrio divinum cultum fingere, ac veritatem in mendacium convertere: totumque Dei cultum adulterare, & gloriam in nihilum redigere, teſte tota ſacra Scriptura. Non abs re igitur Samuel Iſraëlitas hortatur, & jubet eos, ſi ad Deum convertantur, Deos alienos tollere, non contentus populum ſuis ſuperſtitionibus renunciare, ſed etiam materiam & objectum illarum tolli jubens. Non alia eſt hodie ſimulacrorum ratio, ſiquis abolita vellet reponere, & nihilominus Dei cultum ſecundum ipſius verbum profiteri. An non enim, obſecro, turpe eſſet, Chriſtianum nomen profitentes, templum aliquod ingreſſos, in eo videre pollutiones puro ac ſincero Dei cultui contrarias & repugnantes, cujuſmodi ſunt iſtiuſmodi idola & ſimulacra, quibus ipſa Dei Majeſtas profanatur, & ea adorare & in fœdam illam idololatriam conſentire? An non, inquam, iſtud eſt apertiſſimum impœnitentiæ ſignum, & averſionis à Deo teſtimonium? Næ mihi non abſimiles reo cuipiam videntur, qui damnatus capite & tamen gratiam conſequutus, velit ſuam iterum cauſam agi, & dedecus ac ignominiam ſuam renovari & publicari. Nam contra, qui gratiam aſſequutus eſt, ſuum crimen horret, & maxime quod vulgatum ſit dolet, ac penitus deletum & ſepultum expetit. Quid vero aliud ſunt Idola, quibuſcum increduli, ut ſacra Scriptura loquitur, ſcortantur, quam totidem accuſationis capita, quibus irritatus Deus ad vindictam ſumendam provocetur? Nam perinde faciunt qui ſimulacra in templis retinent, ac ſi Deo ipſi inſultarent, exprobrantes illi gloriæ diviſionem: quaſi dicerent, Tu non ſolus gloriam & Majeſtatem obtines: nos enim ligneas vel ſaxeas ſtatuas ereximus, quibus

Deo-

Digitized by Google

dam, aut ſiquæ ſimilia proferantur; diligenter animadvertendum, quid facto opus ſit, ne à ſimplicitate & puritate Euangelii recedamus, quum tam inconſtans & verſatilis ſit natura noſtra, ut momento ad mendacium diſtrahamur. Et licet non moveamur iſtis objectis, tam multi tamen ſint in corde humano receſſus, ut mera ſit hypocriſis, niſi Deus ſua virtute & Spiritus Sancti efficacia in nobis operetur. Nam ſane niſi Dei Spiritu regamur & cohibeamur, ſemper ſumus proclives in ſtultas noſtras devotiones, & inania commenta, quæ quidem ſummo animi ardore & vehementia tuemur. Atque has ob cauſas videmus Samuelem hic populum Iſraëliticum hortari, ut, abjectis prioribus illis omnibus abominationibus, ſentiat profanatum pollutumque fuiſſe Dei cultum, atque tantundem de Dei gloria diminutum, quantum fœdis illis ſuperſtitionibus honoris eſt attributum. Sed præterea non tantum abjici fœdas ſuperſtitiones jubet, verum etiam poſtulat ut animum deinceps ad Dei cultum adjiciant ſincera & non fucata mente, & præparent corda ſua ad Dominum. Quibus verbis, quum jubet illos *cor præparare ad Domi-*

ſe præparare, qui tamen fleviſſe, Deum quæſiviſſe, & pœnitentia ductus fuiſſe dicitur. Sane ita eſt, ſed in incultum ſolum ſerebatur, quod fructum ferre non poterat. Merito itaque jubet illos prius corda ſua præparare, quaſi minaretur fore, ut Deum non modo non propitium & benignum, niſi ſeipſos agnoſcerent, &, depoſita priore malitia, ſerio & ex animo, ipſius cultui ſe darent, & ad ejus judicia cohorreſcerent; ſed contra judicem experirentur.

Nos itaque procumbamus ſupplices in genua coram Dei Optimi Maximi Majeſtate, tot peccata quibus coram ipſo rei ſumus agnoſcentes: ac ſupplicibus votis eum precemur, ut ad illorum ſenſum ſerium nos adducat, quo non tantum gemamus & lamentemur coram ipſo, ſed etiam nobis ipſis diſpliceamus & quam Dei vindictam noſtris peccatis in capita noſtra derivaverimus ſentiamus, ut eo majore ſtudio juſtitiam ipſius ſectemur, noſque ita totos ipſius cultui addicamus, ne noſtris ſuperſtitionibus aut inanibus commentis polluatur, ſed purus ac ſincerus ſemper à nobis retineatur.

HOMILIA VIGESIMA QUINTA.

IN I. LIB

SAMUELIS.

CAP. VII.

4. Dixit autem Samuel, Congregate univerſum Iſraël in Maſphath, ut orem pro vobis Dominum.

5. Et convenerunt in Maſphath: hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini, & jejunaverunt in die illa, atque dixerunt ibi, Peccavimus Domino. Judicavitque Samuel filios Iſraël in Maſphath.

6. Et audierunt Philiſtiim quod congregati eſſent filii Iſraël in Maſphath, & aſcenderunt Satrapæ Philiſtæorum ad Iſraël. Quod quum audiſſent filii Iſraël, timuerunt à facie Philiſtinorum:

7. Dixeruntque ad Samuelem, Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominum Deum noſtrum, ut ſalvet nos de manu Philiſtinorum.

8. Tulit

Digitized by Google

aliam & affectum induentem, poſſe Dei judicium eſfugere, quin ſemper reus teneatur, donec gratiam & pacem à Domino conſequatur. Atque idcirco neceſſe eſt ad ſeriam converſionem, & fructus qui ex illa naſcuntur, etiam preces accedere, quibus Deum ut noſtri miſereatur invocemus, atque ut nobis offenſas non imputet quibus ejus in nos iram concitavimus: quod ex hac narratione conſpicuum fit nobis. Poſtquam enim Samuel populum hortatus eſt, ut abjiceret à ſe procul idola & ſimulacra ſua omnia, cum fœdis ſuperſtitionibus, & ex animo ſeſe ad Dei cultum applicaret, ejuſque promiſſionum veritate niteretur, deinceps etiam dicitur omnes unum in locum congregaſſe, atque ibi rurſum ad peccatorum confeſſionem & lacrymas cohortatum, ut coram Deo dejecti, & ob peccata gementes, gratiam & miſericordiam conſequerentur. Porro hic locus Miſphath celebris erat inter Iſraëlitas, propter inſignem victoriam quam de ſuis
Joſue 11. verſ. 8. hoſtibus Iſraëlitæ Joſue temporibus reportarant, ut locus ipſe teſtis illis eſſet Dei præſentiæ, minime quidem quaſi reliquis ſanctior, aut quaſi propius ad Deum ideo populus accederet. Sed ea eſt hominum infirmitas, ut, quoniam ad Deum ipſi per ſe accedere non poſſunt, quibuſdam ſignis incitentur. Quum igitur Deus memoria dignum opus alicubi edidit, in quo virtus ipſius velut inſculpta eſt, & in quo præſentiam ejus agnoſcere poſſumus, tam firma hæret animo loci illius memoria, in quo ſumus hanc gratiam experti, ut elabi nunquam poſſit, ſed in honore maximo ſemper habeatur. Hanc ob cauſam locum hunc Miſpha à Samuele electum veriſimile eſt, ut populus memoria repetens divinum auxilium quod olim majores ſenſerant eo loco, tanto magis afficeretur. Fuerant autem eo loco fuſi cæſique Reges totius regionis potentiſſimi. Denique videtur Samuel in hunc locum congregatos veluti coram Domino ſtitiſſe, ut magis ac magis excitarentur, ſerioque animi affectu & ardore ad Deum converſi, pœnas deprecarentur de tot peccatis, quibus tot jam annos ejus iram in ſe concitaverant. Itaque poſtquam in Miſphath conveniſ-
verſ. 6. ſent, *aquam hauſiſſe dicuntur, & eam effudiſſe in conſpectu Domini, ac ſua peccata confeſſi, iis ſe Dei judicio factos obnoxios agnoviſſe.* Igitur cum precibus conjuncta eſt confeſſio peccatorum, quæ pœnitentiæ pars eſt: deinde ſignum externum & viſibile, quo de ſua impuritate admonebantur, & de deponendis ſordibus, quibus in ſe Dei judicium magis provocabant. Quare hinc obſervemus, nunquam liberum ad Deum invocandum acceſſum nobis datum iri, niſi præeunte ſeria peccatorum noſtrorum confeſſione. Hac enim veluti clavi nobis aditus ad ipſum patefit, & cœlorum repagula reſerantur. Qui elatis & arrogantibus animis ad Deum veniunt, ſeſe dignos exiſtimantes quos

ſupplicaturus pro populi reditu in patriam ab illa captivitate, in quam ſciebat populum à Deo in exilium relegatum, & patria terra Chananæa extorrem, propter peccatorum multitudinem, quibus in ſe Dei vindictam provocarat, ait ſe tam ſua quam totius populi peccata fuiſſe confeſſum, idque non uno tantum aut altero verbulo, ſed cum exaggeratione tam ſuorum quam totius populi peccatorum, in hæc verba, *Pecca-* *Dan. 9.*
vimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & receſſimus. Nobis confuſio faciei, regibus noſtris, principibus noſtris, & patribus noſtris qui peccaverunt. Quare docemur oportere ſuorum peccatorum reos ſic ad Deum accedere, ut ſacrificium humilitatis illi offerant. Nam unica placandæ Dei iræ ratio eſt, ut remiſſionem petamus. Illam autem conſequi non poſſumus, niſi peccata, quorum rei ſumus, agnoſcamus & confiteamur. Hypocritæ quidem gratiam & miſericordiam implorant, ſed interim peccatorum non meminerunt, quæ deleri perpetua oblivione volunt. Verum quicunque gratiam & miſericordiam à Deo cupit conſequi, hoc faciat initium neceſſe eſt, ut ſe miſerum peccatorem agnoſcat & fateatur, & quidem mille dignum mortibus ſi cum ipſo ſummo jure Deus agat: ac proinde nullam aliam ſupereſſe maledictionis æternæ vitandæ rationem, niſi ut nobis placatus non imputet peccata quæ adverſus ipſius Majeſtatem admiſimus. Hæc igitur cauſa eſt, cur hic nominatim Scriptura dicat, populum in Miſpha congregatum, iterum ſua peccata coram Deo fuiſſe confeſſum, & veniam deprecatum. Quod ad externum illud ſignum attinet, nempe Aquam, quam dicuntur hauſiſſe, & coram Deo effudiſſe, non eſt ſubtilior expoſitio quærenda, ut volunt quidam, nempe hauſiſſe illos aquam ex corde, & abundanter ex oculis effudiſſe. Frivola enim eſt expoſitio, non minus quam altera illa, voluiſſe nimirum illos per Aquam ſignificare ſuam fragilitatem, quoniam erant timore perculſi, quia nimirum homines obſtupeſiunt Deo ſeverius illos perſequente. Simpliciſſima igitur hæc eſt, ut dicamus id factum ab illis ex communi illius temporis uſu. Scimus enim à Deo in Lege fuiſſe præſcriptas ablutiones. Itaque repurgandi à peccatis, aqua aſpergebantur, hoc ſigno confitentes ſe pollutos & coram Deo plenos abominationum: & alibi ſuam ablutionem quærere ſe palam profitentes. Neque enim Aqua, elementum corruptibile, lavare poterat aut abſtergere ſordes ipſorum coram Deo: ſed coram Deo teſtabantur hoc ſigno ſuam ſordium purgationem in ſe non poſſe reperiri, ſed aliunde quærendam eſſe. Scimus autem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum veniſſe in aqua &
ſanguine, ut docet & loquitur Joannes 1. epiſtola: *Joan. 5.*
atque ita adimpleviſſe quod figuræ Legis adumbra- *verſ. 6.*
bant. Itaque populus Aquam hauriens quod Lege præ-

Digitized by Google

rui, horrerent. Deinde ut etiam contra in ſpe fove-
rentur, & confirmarentur, de gratuita coram Deo re-
ceptione & peccatorum remiſſione, quantumvis
multis vitiis & ſordibus polluti coram eo compare-
rent, modo reconciliationem non in ſeipſis quidem,
verum in conſtituto à Deo Redemtore quærerent.
Hanc nos doctrinam ſic decet uſurpare, ut, licet non
amplius in uſu ſit hæc Aſperſionis aquæ cerimonia,
nihilominus tamen ſerio de peccatis noſtris cogite-
mus, pro quibus gemere & lamentari coram Domino
non deſinamus: deinde de ipſius miſericordia perſua-
ſiſſimus, modo in unico Jeſu Chriſto Domino noſtro
ſitam eſſe purgationem noſtram & ablutionem ſor-
verſ.7. dium ſciamus. Dicuntur deinde *Philiſtæi, quum au-
diviſſent conveniſſe Iſraëlitas in Miſpha, de illis ado-
riendis cogitaſſe.* Ubi obſervandum, ſæpius accidere,
ut quæ de Dei cultu ſuſcipiuntur conſilia, turbas mul-
tas & moleſtias adferant: quæ non parvam tentatio-
nem, quam non ita facile eſt ſuperare, pariunt: quam-
obrem eo accuratius quæ hic recitantur ſunt à nobis
expendenda. Nam ſiquid à nobis ſuſceptum erit
quod ad cultum Dei maxime ſpectet, & conſiliorum
noſtrorum bonus finis fuerit, quem tamen contrarius
exitus ſequatur, ut nimirum provocatis & irritatis
inimicis, in ea diſcrimina conjiciamur, ex quibus nul-
lus detur exitus, cavendum tamen ſummopere ne in-
de occaſionem reſiliendi & immutandi conſilii capia-
mus: licet conſiliorum noſtrorum contrarium exitum
ſortiamur. Nam ſiquis objiciat Deum quidem ſpe-
cialem curam ſe de ſuis habiturum eſſe pollicitum, &
Pſal 91. quidem mandaſſe Angelis ſuis, ut cuſtodiant eos in
verſ.11. omnibus viis ſuis, & tamen inanem illam videri
ſpem, & inanes pollicitationes: ac proinde non mi-
rum eſſe ſiquis in tam dubiis rebus vacillet, etiam
eorum qui conſtantiſſimi videbantur: adverſus iſtud
offendiculum præſentiſſimum remedium adferemus.
Atque exempli cauſa iſtud hoc loco Philiſtæorum fa-
ctum expendamus. Quid enim Philiſtæos ad arma
provocavit, quid antea quieſcentes excitavit? Nem-
pe conventus ille Iſraëlitarum in Miſphath. Quid ve-
ro, inquiunt, an non Samuel abſtinere iſto conven-
tu poterat, nonne providere ne hoſtes irritarentur?
Nonne populus univerſus poterat Deum ſupplicibus
votis deprecari ſine hoc conventu? Nonne Philiſtæi
merito hac de cauſa commoti ſunt, & ſuſcipi adver-
[illegible]
no tempore exſpectemus: quod in hiſtoriæ progreſ-
ſu deinceps videbimus. Porro facile conjicimus, Phi-
liſtæos tantopere fuiſſe commotos, quod populum
Iſraëlitarum eo loci conveniſſe veriſimile eſſet de bel-
lo conſilia agitaturos: quibus mature occurrendum
exiſtimarunt. Atque hæ plerumque ſunt bellorum
cauſæ, quod aliquis ſibi ab alio metuat: & quoniam
veretur, ne, ſi prior ille adoriatur ſe incautum, magis
noceat, occurrendum arbitretur. Inde conſilia, non
propulſandæ, ſed potius inferendæ injuriæ, non ra-
tione ſed ſuſpicione nixa, quod metus damni ab alio
accipiendi maturet conſilium occurendi. At non eſt
iſta coram Deo legitima cauſa, neque excuſatio.
Quamobrem etiam deinceps Philiſtæi juſtas ſui con-
ſilii pœnas dabunt, & ſuæ temeritatis ac ſuperbiæ.
Nam ſola ſuſpicione bellum iſtud ſuſcitarunt, juſte-
ne an injuſte non attendentes. Hoc vero exemplo
doceri nos oportet, nihil temere ſuſcipiendum, neque
ſuſpicionibus, neque levibus ullis opinionibus locum
dandum, ut illis ad bellum excitemur, & quæ cæca
ratio dictaverit exequamur. Ac licet Deus vim vi re-
pellere permittat, non vindicanda tamen prius inju-
ria quam illata ſit. Neque enim licet nondum accep-
tum malum ulciſci: ſed vim hoſtium licet Regi vel
Principi propellere, ita tamen ne ſine juſtis cauſis eos
aggrediatur, aut bello laceſſat. Atque de Philiſtæorum
temeritate ſatis. Viciſſim etiam diſcamus non poſſe
Dei ſervos effugere, quin impii de ipſis male ſentiant,
& conviciis ac contumeliis & calumniis obruant, li-
cet pacatiſſimos, & pacis cum omnibus colendæ ſtu-
dioſiſſimos: ac ſiniſtra omnia de illis ſuſpicentur. Sed
quid hic agas? Meditanda ſane hæc doctrina. Nam
fieri non poteſt quin graviter afficiamur, quum no-
bis bene conſcii de evitatis pro viribus omnibus of-
fendiculis, & de inſtituta vita coram hominibus ſine
crimine, nihilominus accuſamur tanquam nocentiſ-
ſimi, & ſexcentis calumniis obruimur. Atque ea eſt
omnium Dei ſervorum conditio, ut in contrarium tra-
hantur omnia ipſorum conſilia: & male vertantur,
quæ bonum finem habebant. Nam, exempli cauſa,
quare in Miſphath Iſraëlitæ convenerant? quæ conſi-
lia de Philiſtæis habuerant? omnia ſane à bello aliena:
de peccatis ſuis cogitant, de agenda pœnitentia, de ve-
nia & remiſſione peccatorum imploranda. Quid vero
Philiſtæi? Non ſine magnis de cauſis conveniſſe illos
putant-

Digitized by Google

men integram fidem habuiſſe, & valde debilem adhuc pœnitentiam, quod res ipſa demonſtrat, & metus ille teſtatur. Nihilominus tamen etſi vitioſus erat ille metus, remedium illi corrigendo vitio convenıens quærunt. Nam Samuelem rogant, ut pro ſe Deum indeſinenter precetur, non quidem ipſi ſecurius acturi, ſed cum ipſo tanquam capite ſuas preces conjuncturi. Atque idcirco volunt eo tanquam interceſſore apud Dominum uti. Nos etiam hinc diſcamus, urgente aliquo vehementiore metu, & noſtra incredulitate ſeſe patefaciente ſupra modum, ad hanc doctrinam recurrere. Metum quidem fateor nobis ingenitum eſſe à natura, ac licet perfectam fidem, quod impoſſibile eſt, haberemus, ſemper tamen, quamdiu corruptibili hoc corpore induti fuerimus, metum in nobis locum habiturum: non quidem qui ad deſperationem inducat,& quid agendum, quid ſequendum ſit nobis facultatem videndi adimat, ſed quo quieti tamen & tranquilli maneamus. Quando veto vehementior metus invadit,& ita miſeros afficit ut mors præſentiſſima videatur, tum ſeſe incredulitas patefacit, quam occultare non poſſumus. Interim vero quærendum huic malo remedium. Quare ſi nos talis aliquis metus ſollicitarit, tamen agnoſcamus,Deum nolle nos animum deſpondere, ſed potius ad preces ingeminandas excitare, & paratum illius auxilium in rebus maxime anguſtis fore nobis perſuaſum eſſe velle, & fiduciam noſtram omnem in ipſo collocare, atque ita ipſius virtute ſuperare quicquid exitium nobis minari videbitur. En ut metus non debet nos à Deo repellere, ſed potius ad ipſum adducere, ut vitium illud nobis ingenitum agnoſcentes, ad Dei miſericordiam confugiamus. Atque id notat hoc loco Propheta, quum ait Iſraelitas metu perculſos propter Philiſtæos. Nam metus ille notatur, quod forti animo & præſenti debuerint hoſtium minas & vires contemnere, Deum certo perſuaſi fore ſibi propitium, neque unquam in rebus anguſtis derelicturum electum populum. Metus igitur ille merito ut vitioſus notatur: ſed quum metu illo non obruuntur, neque tanquam deſperabundi ejulant, ſed Samuelem, ut pro ſe Deum precibus ſollicitet, rogant, & in Dei miſericordia conquieſcunt, & nominis ipſius invocationem maximum & tutiſſimum aſylum ſuum ſtatuunt, ſatis apertis teſtimoniis profitentur, ſe multum in illa converſione, de qua diximus, profeciſſe. Atque hoc nobis exemplum imitandum proponitur, ut in maximis anguſtiis conſtituti, ſciamus nos à Deo vocari, ut precibus ipſum ſollicitemus, & auxilium ipſius imploremus. Hodie vero nullus præſens adeſt Samuel, ad quem pro nobis deprecaturum confugiamus,

nullum à Deo mortalem proponi Advocatum, ſed in Chriſtum complementum eſſe rerum earum quæ Lege figurabantur, quod per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & interceſſionem ipſius, Deo grati & accepti ſimus, ac preces noſtræ ſanctificentur & benedicantur, ut ipſi ratæ ſint & acceptæ. Sequitur deinceps *juſſiſſe populum ut Samuel indeſinenter ad Deum pro ſe clamaret.* Neque vero clamorem hic intelligimus ingentem aliquam vociferationem, ſed ardentem affectum orantis: nam clamorem videbimus deinceps accipi pro vehementi affectu, ut licet fideles non erumpant ın ullas voces, tamen preces ipſorum clamores nominentur. Sic Deus Moſen al- *Exod. 14.*
loquens ait, Quid clamas ad me? Atqui tum Moſes *verſ. 15.*
non loquebatur: ſed tantus erat ipſius ardor & vehementia animi, ut omnes ipſius ſenſus in preces effuſi viderentur. Quum igitur hic mentio ſit clamoris Samuelis, vehementioris orationis affectus exprimitur, quaſi ex imo pectore ſuſpiria in cœlum uſque ad Deum extulerit, totus extra ſe raptus & in orationem ad Deum effuſus. Quam vero cauſam adjiciunt, *ut liberemur ab hoſtibus*, etiam expendamus. Nam iis verbis populus profitetur, ſe de hoſtibus non poſſe non modo victoriam reportare, ſed ne eripi quidem ſine ſpeciali Dei auxilio, & peculiari liberatione,quod in memoria recenti adhuc inſignem illam, quam acceperant à Philiſtæis, cladem haberent. Suam itaque agnoſcentes infirmitatem, in Deo uno acquieſcunt. Atque hoc nos imitantes oportet duo iſta ſimul conjungere tanquam inſeparabilia: ut nempe noſtram imbecillitatem tenuitatemque bene norimus, vanamque omnem de nobis opinionem exuamus: ſed ita tamen, ne in deſperationis abyſſum immergamur: verum potius agnitæ noſtræ tenuitati Dei potentiam opponamus, ac nobis adjuvandis & omnibus periculis eripiendis ſufficientem unum illum eſſe ſciamus: certoque perſuaſum habeamus, nunquam inanem fore noſtram in illum fiduciam, quum precibus ad eum confugerimus, ſed invocatum adfore tempore opportuno auxilium laturum.
Deinceps dicitur Samuel, *tuliſſe agnum lactentem* *verſ. 9.*
unum, & obtuliſſe illum holocauſtum integrum Domino, & gratum acceptumque Deo fuiſſe, quod Philiſtæi ab Iſraelitis cæſi & in fugam verſi ſint, ut pluribus poſthac videbimus. Quod Samuel obtulit ſacrificium, indicat orationes noſtras non poſſe Deo gratas & acceptas eſſe ſine oblatione. Atque hic fuit ſacrificiorum veterum omnium finis, ſive quæ matutino, ſive veſpertino tempore, ſive quæ die Sabbathi, ſive die profeſto, ordinario vel etiam extraordinario offerebantur, ut nimirum profiterentur ſe ad Deum accedentes non alia ratione gratos & acceptos

munus alienum: ſed obtuliſſe ſacrificium per manus ſummi Sacerdotis: quod quidem reſponſum quandam habet ſpeciem veritatis: quoniam poſt oblatum ſacrificium Philiſtæi cæſi fugatique dicuntur: quæ fuga cædeſque non orationi ſed ſacrificio Samuelis tribuitur. Quid ſi vero concedamus, ſummo Sacerdote non præſente, Samuelem propria manu ſacrificium iſtud obtuliſſe? dicemus, Deum Samueli parcentem, & peccatum condonantem, gratum & acceptum habuiſſe ſacrificium, quod alioqui ſummo jure agens merito erat reprobaturus. Non ideo tamen Papiſtæ aliquid obtinebunt, hoc loco, tanquam munitiſſimo aliquo clypeo, adverſum nos abutentes, ut eo probent ſe non teneri Dei verbum uſquequaque ſequi, ſibique licere Deum prout ratio dictaverit colere: ſuaque nihilominus opera eſſe meritoria, etſi Dei mandata non ſequantur. Hoc itaque clypeo fortiſſimo ſuas ſuperſtitiones Papiſtæ facile quibuſvis perſuaſuros & approbaturos ſibi perſuadent. Nam aiunt, Quandoquidem Samuel per ſeipſum obtulit ſacrificium contra Legis mandatum, Deoque nihilominus gratum & acceptum fuit, quod exitus ipſe comprobavit, quando Samuel exauditus eſt; etiam ſequitur, opera noſtra omnia nihilominus bona & grata & accepta Deo fore, licet non diſertis & expreſſis verbis mandata ſint. Verum jam dixi ſupra Samuelem ſecum habuiſſe Sacerdotes, & Legis non fuiſſe ignarum, ac proinde nihil contra Legis præſcriptum feciſſe: quum præſertim, ut ſuperius obſervavimus, non ignoraverit, obedientiam pluris à Deo fieri quam ſacrificium: ac proinde non fieri veriſimile, violatum fuiſſe à Samuele ordinem inviolabilem, & Dei Legem fuiſſe transgreſſum. Sed eſto, Samuel contra Legis præſcriptum iverit, quid hoc Papiſtas juvat? Nam hoc principium ſemper retinendum eſt, Samuelem, ſibi arrogantem auctoritatem contra Dei voluntatem aliquid faciendi, & innovandi, à Legis præſcripto aberraſſe. Quid vero aliud eſt Dei Legem violare quam Dei voluntati repugnare? Quare Samuelem nemo culpa liberaverit ſi tantum ſibi arrogavit. Nam ſi quicquid Dei verbo conſentaneum eſt, bonum & ſanctum eſt; ſequitur è contrario, quicquid eidem repugnat, peccatum & iniquitatem eſſe, ac divinam condemnationem ſecum trahere. Quamobrem neque eſt ut Deus noſtri miſereatur & infinita ſua bonitate complectatur, quum accipit & grata habet opera noſtra. At, quæſo, Deumne, quod indulget nobis & parcit, dixerimus à peccato nos eximere, ut Papiſtæ volunt, & cum audacia & arrogantia iſtud aſſeremus? Contra deprimi & prorſus abjici nos oportet, ut Dei veritas eo ſit illuſtrior. Nam etſi enitamur bonis operibus nomen aliquod acquirere, & ſancti ac perfecti habeamur, tamen ſi Deus ſummo nobiſcum jure agat, & non complectatur nos ſua miſericordia, certum eſt nos & cultum quemcunque tandem illi exhibuerimus rejectum iri, ac merito. Quare hoc ratum eſto, Samuelem non eſſe nobis hac in parte imitandum, ſi contra Dei Legem aliquid fecit: ac ſi gratiam apud Deum habuit ratione hominibus incognita, ne tamen ideo malum loco boni ac recti ſequamur: & ſi Samuel aberravit à Legis præſcripto, quid nos facere debeamus, & quid contra ſoleamus, diligenter expendamus. Porro ſi tantum Prophetam, non dignitas propria, ſed gratuita Dei miſericordia dignum fecit qui exaudiretur, quid nobis miſeris fieret, qui procul abſumus ab illius excellentia, niſi Deus clementiſſime nobiſcum ageret? Atque de Samuelis ſacrificio hactenus. Interim obſervandum qua ratione preces noſtras Deus exaudiat, nempe Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui unicus eſt verus Sacerdos & ſola hoſtia perfecta, mortem inſpiciens. Certum enim eſt, etſi preces Samuelis dicantur exauditæ, non tamen attribui precibus hoſtium fugam & reportatam de illis victoriam, ſed oblato holocauſto. Ex quo apparet, non aliter gratas eſſe Deo poſſe noſtras preces, quam ipſius gratia, non autem ullis noſtris meritis, ut falſo Papiſtæ ſibi Deum in omnibus devincire velle videntur, adeo ut ſi precibus impetrare à Deo neceſſaria jubeantur, ſuum cultum prætexant, quo ſibi Deum ita devinctum arbitrantur, ut bonorum partem quæ Deus largitur, ſuis meritis deberi arbitrentur. Contra vero locus hic manifeſte docet, Deum, licet ad ſuorum preces attentum, & ad auxilium ipſis ferendum paratum, non tamen meritis ullis aut precum aut juſtitiæ illorum moveri, ſed ſola ſua miſericordia. Quare ad Deum accedant neceſſe eſt eo freti ſolo quem Deus conſtituit, ac proinde noſcant, unicum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum factum eſſe Advocatum &

HOMILIA VIGESIMA SEXTA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. VII.

11. Tulit autem Samuel lapidem unum, & poſuit eum inter Maſphat & inter Sen: & vocavit nomen loci illius, Lapis adjutorii, dixitque, Hucuſque auxiliatus eſt Dominus.

12. Et humiliati ſunt Philiſtiim, nec appoſuerunt ultra ut venirent in terminos Iſraël: facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſtæos, cunctis diebus Samuelis.

13. Et redditæ ſunt urbes quas tulerant Philiſtiim ab Iſraël, Iſraëli, ab Accaron uſque Geth, & terminos ſuos liberavit Iſraël de manu Philiſtinorum, eratque pax inter Iſraël & Amorrhæum.

14. Judicabat quoque Samuel Iſraëlem cunctis diebus vitæ ſuæ.

15. Et ibat per ſingulos annos circuiens Bethel & Galgala & Maſphat, & judicabat Iſraëlem in ſupradictis locis.

16. Revertebaturque in Ramatha, ibi enim erat domus ejus, & ibi judicabat Iſraëlem: ædificavit enim ibi altare Domino.

HEſterna concione vidimus, quomodo, Samuele ſacrificium in holocauſtum offerente, Philiſtæi cæſi fugatique ſunt, & de illis victoria reportata eſt. Qua circumſtantia temporis Deus patefecit, victoriam illam à ſe uno proficiſci: ſuaque unius virtute & potentia victos & ſuperatos fuiſſe Philiſtæos. Neque enim innoteſceret nobis Dei gratia, niſi manu ipſa palparemus, ut ſolent cæci palpando viam inveſtigare. Itaque ut de Dei gratia certiores fiamus, quodammodo præſentem & ob oculos verſantem illam eſſe neceſſe eſt perſuaſum habeamus. Porro non pari ſemper conditione Deus ſuam nobis gratiam patefacit, cujus tantum aliqua ſigna & notæ nonnunquam apparent, ſed quæ tamen ſufficiunt ad nos de Dei erga ſuos benevolentia certiores faciendos, qui ſuorum nunquam obliviſcatur, ſed opportuno tempore ſemper ipſis auxilium ferat. Atqui ſæpe videntur noſtræ preces irritæ, quod Deus diu differat gratiæ ſuæ teſtimonium, ut nihil profeciſſe videamur. Verum enimvero fidem noſtram & patientiam à Deo tum probari certum eſt. Neque enim ad preces noſtras obſurduit, ſed quid nobis utile ſit novit: quapropter noſtrum eſt patienter auxilium ipſius præſtolari, & ab eo uno pendere, licet diutius noſtræ liberationis terminus prorogetur. Quum vero præſens hiſtoria docet Philiſtæos momento cæſos fugatoſque, quum Samuel Domino ſacrificium offerret, ex eo certiſſimum teſtimonium habemus de Dei erga ſuos beneficentia, quorum preces ſemper exaudiat. Deinceps ſequitur *victores Iſraëlitas fuiſſe perſequutos Philiſtæos ab eo loco Miſpha, in quem convenerant, uſque ad locum ſubjacentem Bethcari: tuncque Samuelem lapidem quendam collocaſſe inter Miſpham & ſcopulum illum, cujus nomen vocavit Hebenbeſerum, qui foret monumentum inſignis iſtius victoriæ qua Deus à Philiſtæorum tyrannide ſuos liberaſſet.* *verſ.* 11. Porro hæc ideo recitantur ut ſciamus Philiſtæorum non modo irrita fuiſſe conſilia & conatus, quibus Iſraëlitas ferro & flammis delere conabantur: ſed contra, victores fuiſſe Iſraëlitas, & de hoſtibus triumphaſſe. Nonnunquam enim pulchre nobiſcum agi exiſtimabimus ſi hoſtes receſſerint, ut pontem potius illis ſtruamus quam inſequamur, quod ſi procul à nobis receſſerint, beati nobis videantur: quod & vetere proverbio fit certius, quod ſtruendum aureum pontem hoſtibus recedentibus docet. Hic vero quum Iſraëlitæ ſuos hoſtes inſequuti dicuntur, Dei potentia inſignis notatur in adjuvando populo, ut non tantum hoſtes vertere terga, ſed etiam fugatos cædi fundique ab Iſraëlitis voluerit, uſque in locum illum Bethcari, ut ſe Dei manus auxiliatricem patefecerit. Itaque Philiſtæos videmus hic non modo territos & perculſos fuiſſe, ſed Iſraëlitas animos ſumſiſſe & ſeſe fortiter geſſiſſe: quod utrumque certum eſt à Dei manaſſe gratia & ſpeciali beneficentia.

Deus

Digitized by Google

perſequantur centum, & centum inſequantur mille. Deinde, licet animum deſpondeamus, & de noſtris viribus deſperemus, quæ cum hoſtibus comparatæ nullæ ſunt, vires ſufficere poteſt, antequam propius hoſtes acceſſerint, ut novi homines prorſus videamur. Duplex iſtud Dei beneficium Davidem audimus in
Pſ. 18. Pſalmis prædicantem. Nam alias dicit Deum de cœlo
verſ. 14. intonuiſſe, adeo ut hoſtes timore perculſi cum ſummo
& 144:1. dedecore fuga ſibi ſalutem quæſiverint: alias vero Deum docere manus ſuas ad prælium, & digitos ſuos ad bellum: alias etiam ſe Deo duce murum ſaltare, novaque virtute ſic à Domino renovari, ut victoriam de hoſtibus reportarit, quam totam acceptam Deo refert. Et de iſtis hactenus: expendamus deinceps quod dicitur Samuel monumentum ſtatuiſſe, quod exſtaret indicium gratiæ Dei, non tantum ad aliquod tempus, ſed ad ſempiternam memoriam. Miſpha fuit locus editus, unde etiam pro ſpecula ponitur, quod vox Hebræa ſonat. Alia ex parte fuit etiam ſcopulus pertinens ad locum dictum Bethcar: ad quem uſque locum Iſraëlitæ perſequuti ſunt Philiſtæos, atque huic ſcopulo Samuel nomen fecit Hebenhezer, quaſi dicas Lapis adjumenti. Itaque videmus Samuelis fuiſſe conſilium non tantum ſuo tempore Dei gloriam prædicare, ſed etiam memoriam ad poſteros tranſmittere tam glorioſæ liberationis è manu Philiſtæorum, à quibus tot annos dura ſervitute fuerant oppreſſi. Digna ſane ſingulari attentione doctrina, quum præſertim hanc totius vitæ noſtræ exercitationem eſſe oporteat, & ſtudium, in agnoſcendis & prædicandis Dei erga nos beneficiis. Ac ſane ſingulare iſtud & eximium eſt privilegium, Dei laudes & beneficia poſſe prædicare. Ecquis vero non certatim Dei laudes prædicare conetur, quum nullam aliam Deus à nobis ſatisfactionem requirat, niſi ut collata in nos beneficia à Domino cum gratiarum actione celebremus? Atque Davidis exemplum nos hac in re decet
Pſ. 116. imitari, quum ait, *Quid retribuam Domino pro omni-*
verſ. 12. *bus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.* Ita noſtram gratitudinem verbis teſtati Deo ſatisfacimus: ejuſque liberalitatem agnoſcimus, quum in ipſius obſequium nos componimus, & officio noſtro in prædicandis ipſius laudibus fungi nitimur. Neque vero ſufficit, quamdiu ſuperſtites ſumus in hoc incumbere, ſed omnis danda opera

aut cladem fuiſſe intelligamus, ſed tantam ſtragem ut Philiſtæorum vires prorſus debilitatæ fractæque ſint, adeo ut novum militem conſcribere & reparare vires non potuerint: quod ſæpe ſolent, qui uno aut altero prælio fracti, tamen vires reparant novo milite conſcripto, & majoribus viribus hoſtes aggrediuntur. Hinc itaque conſpicuum eſt, à Deo auxilium tantum fuiſſe populo ſuo allatum ut fractis hoſtium viribus Eccleſia Dei tranquilla & pacata fuerit. Deus itaque ſummo beneficio populum ſuum affecit, non tantum cæſis fractiſque hoſtibus, ne amplius ab illis affligerentur, ſed etiam impleta ſalute ipſius, ne imperfectum opus relinqueret. Namque Deus ſalutem ſuorum, & Eccleſiæ ſuæ conſervationem non ſinit imperfectam. Quare ex hoc loco diſcimus, Deum ſui populi talem curam gerere, ut in longum tempus ſuæ beneficentiæ teſtimonia, puta quamdiu Samuel ſuperſtes fuit, exſtare voluerit. Atque hæc in uſum noſtrum cedunt, ut nimirum ſperemus, Deum, poſtquam nos juvare cœperit, nunquam niſi re perfecta conquieturum. Quare gratia Dei ſemel deguſtata oportet nos magis ac magis confirmari, ſpemque nobis fieri, Deum, qui nunquam defatigatur ſuis benefaciendo, talem ſe erga nos ſemper præſtiturum, qualem experti ſumus. Porro quum hic Scriptura dierum Samuelis mentionem facit, de paulo poſt eventuris auditores admonet, nempe poſt Samuelis obitum ad peccata relapſum populum, etiam à Domino fuiſſe caſtigatum. Nam etſi Deus cœptum opus ſemper perficit, nulli tamen devinctus eſt, ſi oblata ab ipſo beneficia nimium ingrato animo reſpuantur & veluti pedibus conculcentur, perpetuo tamen favere. Itaque licet Deus ſummo favore populum ſuum complexus, à Philiſtæorum tyrannide multos annos, puta quamdiu Samuel in vivis fuit, liberaſſet, tamen redeunte ad ingenium populo, Philiſtæis rurſum permiſſus eſt, qui graviter eum afflixerunt. In promtu ratio eſt, quód quum populus Samuelis gubernationem, quæ tamen erat à Domino, ferre non potuerit, ac proinde quum jugum impoſitum à cervicibus ſuis repellere conaretur, & à Domino ſeceſſionem facere, neceſſe fuerit etiam ipſum experiri ſe à Dei tutela & protectione receſſiſſe. Hinc diſcamus, in timore Domini totum vitæ noſtræ curriculum incedere: ac ſemel expertam ac deguſtatam Dei beneficentiam ſperare deinceps continuo curſu perfecturam,

Digitized by Google

Creatæ ſubſunt, & à cujus unius nutu pendent. Quare bello aliquem populum puniturus, non cogitur aliunde milites auxiliarios conſcribere, ſed ad ejus nutum multa hoſtium millia & agmina, muſcarum inſtar per ipſum aërem volantium, ſuſcitabit, quibus contumaces obruantur. Et contra Deus adverſus hoſtium violentiam opitulaturus, ſic res omnes ſua potentia diſponit, ut nullum ne maximum quidem periculum non facillime ſuperet, & avertat. Quare inſurgentibus adverſus nos quibuſcunque hoſtibus, facillime omnibus ipſorum conſiliis & machinationibus fractis pro nobis ipſe dimicabit, aut viciſſim ita manus hoſtium implicabit, ut ſua conſilia nequeant ad exitum perducere. Adeo ut iſti videantur homini furibundo ſimillimi, qui tamen, religatis ad columnam brachiis, irrito conatu furat. Admiranda eſt igitur conſiliorum Dei in adjuvandis ſuis ratio: quandoquidem omnia illi ut Creatori parent, & ab ejus nutu pendent, ut nunquam ulla res ipſum deficiat. Atque hæc eſt hujus loci doctrina, quum nominatim dicuntur Iſraëlitæ pacem cum hoſtibus coluiſſe, à quibus deficere non auſi fuiſſent propter ſocietatem quam habebant Philiſtæi cum vicinis populis, ut undique Iſraëlitæ ſummis anguſtiis premerentur, adeo quidem, ut hinc elapſi, inde urgerentur, ac velut è Charybdi in Scyllam inciderent. Sed Deus ipſe tantis difficultatibus obviam ivit, ac ſævam tyrannidem hoſtium populi ſui frenavit. Nobis vero hanc hiſtoriam ſcribi, non antea fato functis, obſervandum, ut eam in uſum noſtrum referamus, atque hodie certo perſuaſi ſimus, inſurgentibus undequaque in toto terrarum orbe ingentibus turbis & ſeditionibus, Divinæ providentiæ oculum non in unam tantum aut in alteram regionem incumbere: ſed eâdem omnia menſurâ dimetiri, ut nihil ejus auxilium poſſit remorari, quum ipſi nos juvare placuerit. Se-
verſ. 15, quitur, *Samuelem cunctis diebus vitæ ſuæ judicaſſe*
16. 17. *Iſraëlitas, & iviſſe per ſingulos annos & circumiviſſe*
Bethelem & Galgala & Maſphat, deinde reverſum in Ramatha: quod ibi eſſet domus ipſius: & ibi judicaſſe Iſraëlem, & ibidem ædificaſſe altare Domino. Superius vidimus Samuelem gubernaſſe populum in Maſphat, quibus verbis indicatum eſt, tum accepiſſe ipſum gubernacula, & fuiſſe à populo electum, atque tum auctoritatem accepiſſe adminiſtrandi publica negotia, quum prius tantum loco eximii Prophetæ à populo agnoſceretur & coleretur: ac proinde nondum plenam haberet auctoritatem adminiſtrandi Rempublicam, donec populo in Maſphat congregato, iniviſſet Magiſtratum. Deinceps vero dicitur populum gubernaſſe in Bethele & Galgale, tandemque reverſus in Ramatha, in qua eſſet domus ipſius, ubi populum judicabat: ut in fungendo officio diligentia

minus noſter Jeſus Chriſtus, multo minus ullam vir- verſ. 30.
tutem aut excellentiam animi nobis ipſis comparare: ſed Deus ipſe cuique diſtribuit ſecundum menſuram, quam expedire novit. Idcirco igitur Samuelis induſtria & diligentia commendantur, ut ſciamus, à Deo fuiſſe formatum & expolitum, & ſuis donis abunde cumulatum, quum populi ſui vellet miſereri. Cæterum omnes qui ad Rerumpublicarum gubernacula ſedent, oportet exemplar ſibi Samuelem proponere quod imitentur. Nam nominatim dicitur ſingulis annis totam regionem circumiviſſe, neque labori ulli peperciſſe ut populum ſumma integritate & ſinceritate regeret. Næ ſi domi ſe continuiſſet, quis id ei vitio dediſſet aut negligentiæ accuſaſſet? Sed quum dicitur totam regionem peragraſſe, neque ſe domi continuiſſe, ex eo apparet qualem eſſe oporteat curam & ſollicitudinem eorum qui ad Rerumpublicarum gubernacula ſedent, & amplam ditionem habent. Sed longe alii hodie ſunt hominum mores. Nam olim quidem veſtigia quædam eorum quæ hic dicuntur de Samuele extiterunt: quum Principes, quorum amplior erat ditio, ſingula oppida peragrarent, ac de controverſiis inter ſubditos coortis judicarent, & omnia componerent: aut, niſi ipſi adeſſent, per legatos id præſtarent, quo populus ſublevaretur, & ſuum cuique tribueretur: adeo quidem ut ne pagus quidem aut villa ulla ſupereſſet in qua jus non diceretur: quum in ipſa loca judices mitterentur. Sed longe alia eſt judiciorum ratio, ut vel ad quinquaginta millia ſæpe judiciorum ſedes remotæ ſint: & ſi eodem loco habeantur, tanta tamen hunc ordinem invaſit corruptela, ut ſi mediocris conditionis quiſpiam res ſuas perſequatur liti atque judicio adverſus locupletiorem, vix toto anno ſententiam judices pronuncient: & ſæpe cauſa excidat, licet jure nitatur, ſed quod favore in aliam partem inclinent. Tanta eſt hodie judiciorum corruptio, & quidem præcipue in Aulis Principum: ut licet judices in ipſa loca dimittantur jus dicturi, tamen eo tanquam grando veniant calamitatem toti regioni allaturi, quod ita ſordide & avare jus dicant, ut nullus finis litium appareat. Sed eo res devenit, ut qui gratia apud Reges aut Principes pollent, ea miſerrime abutantur. Quæ vero tantarum confuſionum cauſa eſt alia, quam Principum injuria & eorum negligentia quibus Rerumpublicarum cura commiſſa eſt? Cæterum minime dubium eſt quin Deus hac ratione populorum peccata puniat: nam peccata hominum cauſam & originem omnium malorum iſtorum vere dicere poſſumus. Parum itaque promovent, qui tantum adverſus iniquitates & injurias, adverſus violentiam invehuntur quam faciunt proceres viri: quum contra ſæpe inde ſeditiones & ſeceſſiones fiant, quarum finem miſerrimum

& luctuo-

Digitized by Google

… Deum pre-
cari debent, ut ſibi mentem illam inſtillet, qua rem
publicam privatis ſuis negotiis anteponant, ſuo-
rumque ſubditorum utilitati conſulant. Qui vero
minorem provinciam ſuſtinent, eo diligentiores ſint
in faciendo officio, quod, ſi negligentiores fuerint,
nullam excuſationem prætexere poſſint. Deinceps
verſ. 17. dicitur *Samuel domum reverſus Iſraëlem judicaſſe in
Ramatha*: quibus verbis indicatur, Samuelem non
tantum aliquoties jus dixiſſe, ſed ſingulis annis to-
tam regionem peragrare ſæpius ſolitum: deinde do-
mi non otioſum manſiſſe, ſed de jure rogatum re-
ſpondiſſe, atque omnibus pro muneris ſui ratione
ſatisfeciſſe. Quare non ſibi pepercit aut utilitati &
commodis ſuis ſtuduit, frigide officium faciens:
quod plerumque fieri videmus hodie ab iis qui publi-
ca munia ſuſtinent: ſed ſemper fuiſſe illum, licet do-
mi, de jure reſpondere, & cuivis jus dicere, paratum
conſpicimus, ut ad illum tanquam ad aſylum confu-
gerent, qui ab aliis injuriam patiebantur, & ab eo
tanquam à ſummo Judice & Magiſtratu jus accipe-
rent. Hinc obſervandum, non eſſe defunctos officio
qui rebus publicis præſunt, ſiquod præclarum faci-
nus ſemel ediderint, neque ſperandas ipſis inducias,
aut onus in alios rejiciendum eſſe: ſed pergendum in
vocatione, & juris æquabilem tenendam rationem,
quamdiu ſuperſtites eſſe Deus voluerit. Atque hoc
nos Samuelis exemplum docet, quem videmus lu-
ſtrata regione, domumque reverſum, minime à la-
bore quieviſſe, ſed juri dicundo vacaſſe, ſeque omni-
bus facilem præbuiſſe, neque unquam officio defuiſ-
ſe. Quod vero domum ſuam habuit in Ramatha, ap-
paret eum minime compilaſſe populum, quod infra
fuſius eum teſtantem audiemus, ac dominationem
illam non fuiſſe ipſi ſumtuoſam neque quæſtuoſam,
ſed potius tanquam privatum ſeſe geſſiſſe, ita tamen
ut ex officio jus cuique adminiſtraret. Itaque Samuel
ſic officio functus eſt ut ſibi non parceret, & tamen
ita vixit ut privatus quilibet, & intra ſui muneris fi-
nes ſeſe continuit. Ibi vero nominatim dicitur altare
Domino ædificaviſſe, ut non tantum politiæ ſtudio-
ſum fuiſſe ad pacate & tranquille vivendum, &
ſuum cuique reddendum, ſed pietatis & religionis
ſummam curam habuiſſe: quæ ſunt ita conjuncta ut
divelli nulla ratione queant. Neque enim unquam
Reges aut alii ulli Magiſtratus officium facient, quin
potiorem Dei cultus ac religionis curam habeant.

…iorum officium poſtulare ut idolomaniam & ſuperſti- *verſ. 25.*
tionem omnem à ſuis ſubditis amoveant. Quare
quum Samuel populo jus dixit, & Deo altare con-
ſtruxit, duo illum ſimul conjunxiſſe videmus, quæ
nexu inſolubili cohærent. Quemadmodum enim di-
vinæ Legis tabulæ ſic invicem inter ſe cohærent, ut
divelli non poſſint, ſic primariæ auctoritatis viros
officii ſui faciendi ſtudioſos oportet in primis curam
habere de Dei cultu, deinde de mutua inter homines
æquitate fovenda. Hic vero quædam non levis mo-
menti quæſtio occurrit. Nam ſi non licebat duo al-
taria conſtruere, atque abominandum erat ſiquis ſe- *Deut. 12.*
cundum quoddam altare ædificaret, & ſiquis alibi *verſ. 5.*
quam ad conſtitutum altare ſacrificium obtuliſſet, à *Joſ. 22.*
Lege Domini recedebat, & idololatra habebatur: *verſ. 1.*
quomodo Samuel ſibi tantum permiſit ut altare in
Ramatha conſtitueret? Quidam exiſtimant, Sanctua-
rium & Altare idem fuiſſe: ſed contrarium ex Sacris
eſt ſatis conſpicuum. Itaque veriſimilius eſt Arcam
Dei & Sanctuarium in locum illum fuiſſe adducta.
Scimus enim nullum fuiſſe certum & fixum locum
cultui Dei aſſignatum, donec Arca Dei in monte Sio-
ne collocata eſſet, & idcirco in Pſalmis dicitur Deus
Sionem elegiſſe, & expetiviſſe pro habitatione ſua,
atque hæc ſunt Prophetæ verba, *Nam elegit Jehova*
Sionem, expetivit pro habitatione ſua, dicens, Hæc eſt *Pſ. 132.*
requies mea in ſempiternum; hic habitaturus ſum, quia *verſ. 13.*
hoc expetiveram. Deus itaque nullum certum ac fixum
locum elegit in quo Arca quieſceret, donec in monte
Sion collocaretur. Ac ſane Moſes de Dei cultu dans
præcepta, & de Arca & Sacrificiorum ritu & ordine,
nominatim dicit Deum exquirendum in loco quem
elegerit ex omnibus tribubus Iſraëliticis, ad collocan-
dum nomen ſuum ibi. Quibus verbis indicat multas
converſiones commutationeſque fore, donec Deus
certum locum Arcæ & Sanctuario conſtituiſſet, ut ibi
coleretur. Idcirco vidimus Arcam diu ſtetiſſe in Silo,
inde Cariathiarim deductam, & alibi aliquamdiu
fuiſſe, ac ſæpe ſedem mutaſſe: ac proinde tum etiam
in Ramatha urbe eſſe potuiſſe, non eſt alienum à vero.
Quod ſi quis conjecturam eſſe excipiat, & meram di-
vinationem, facile reſpondemus, de rebus omnibus
creatis, & maxime de ſpiritualibus judicium eſſe ex
Dei verbo ſolo ferendum. Jam ſi expendamus quæ de
Samuele hic ſacra Scriptura memorat, comperie-
mus elogium illius eſſe, quo factum ipſius ſine exce-
ptione approbatur. Neque enim dicitur Deus ali-

Joſ. 22. videmus, ut, quum tribus illæ quæ trans Jordanem habitabant altare exſtruxiſſent prope Jordanem; non ad ſacrificia ibi offerenda, neque ad holocauſta, ſed in monumentum conjunctionis illius quam cum reliquis tribubus ſacrorum omnium fovere ſtudebant; reliqui Iſraëlitæ vehementer commoti ſint, & ad pœnas repoſcendas militem conſcripſerint, quod maximum flagitium & abominandum ab illis arbitrarentur perpetratum. Quare ſi tanto ardore tribus Iſraëliticæ factum illud perſequutæ ſunt, ne impunitum maneret, quomodo in Samuele toleraſſent? Quamobrem facile ex ſupradictis colligimus, Samuelem altare Domino in Ramatha erexiſſe, non ad Legis violationem, non ad novi cultus ex ſuo arbitrio inſtitutionem, ſed ex Dei mandato. Ac ſane quum Dominum audimus unicum altare voluiſſe ab Iſraëlitis ad ſacrificia conſtrui, ad mutuam inter illos pacem ea ſit omnium conſpiratio & concordia ad Dei gloriam, ut ſub ipſius vexillo & ſignis contineamur.

Quare agite, fratres, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & tot peccata, quibus ejus iram quotidie provocamus, agnoſcentes, precemur eum, ut illorum ſenſu ſic afficiamur, ut ad ejus miſericordiam eo ardentius confugiamus. Et ne nos nobis ipſis permittat, ut lucrum ex alienis incommodis captemus, ſed potius ita nos alii erga alios geramus, ut proximorum ſaluti ſtudeamus, & eorum maxime quibus à Deo devincti ſumus, ut in unitatem fidei conjuncti, non ſolum ore Deum noſtrum eſſe ipſum confiteamur, ſed maxime corde per totum vitæ curriculum, patremque ipſum agnoſcamus, & viciſſim tanquam filios nos erga ipſum geramus: atque, eandem etiam poſteris noſtris gratiam impertiri dignetur, oremus, & omnibus etiam populis, &c.

HOMILIA VIGESIMA SEPTIMA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. VIII.

1. FActum eſt autem quum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos Judices ſuper
Iſraël.
2. Fuitque nomen filii ejus primogeniti Joël: & nomen ſecundi Abia, Judi-
cum in Berſabee.
3. Et non ambulaverunt filii illius in viis ejus: ſed declinaverunt poſt avaritiam, ac-
ceperuntque munera, & perverterunt judicium.
4. Congregati ergo univerſi majores natu Iſraël, venerunt ad Samuelem in Ramatha.
5. Dixeruntque ei, Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ambulant in viis tuis: Conſtitue
nobis Regem, ut judicet nos, ſicut & univerſæ habent nationes.
6. Diſplicuitque ſermo in oculis Samuelis, eo quod dixiſſent, Da nobis Regem, ut
judicet nos: Et oravit Samuel ad Dominum.
7. Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquun-
tur tibi. Non enim te abjecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.

QUanta ſit rerum humanarum inconſtantia & mutabilitas hoc capite docemur, exemplo Samuelis & filiorum ipſius: quæ ſane non à Deo, tanquam harum mutationum auctore, ſed ab hominum malitia proficiſcitur. Nam quum Deus ſuam bonitatem & miſericordiam in homines cœpit effundere, non tantum continuo tenore pergit, ſed eandem in dies auget, niſi hominum ingratitudine prohibeatur. Quoties igitur momentaneæ ſunt Dei benedictiones, ex eo apparet nos illis eſſe indignos, & earum uſum non noviſſe ad utendum illis pacate, tranquille & diutiſſime. Profani Fortunam rerum humanarum dominam eſſe, & varietatem illius eſſe propriam dicent: ſed agnoſcendum fatendumque eſt, tranquillam & quietam noſtram fore conditionem, niſi nos ipſi varii & mutabiles eſſemus, ut quæ Deus hodie nobis dona largitus eſt, eadem perendie tollere cogatur. Inſigne hujus rei exemplum præbent hic nobis Samuelis filii, quos Scriptura dicit non ambulaſſe in viis patris. Neque vero penes doctorem fuit culpa: quum veriſimile ſit Samuelem Dei Prophetam apud univerſum populum in liberis bene inſtituendis non parvam navaſſe operam. Sed ipſi ſuo vitio depravati corruptique ſunt.

[illegible], qui in tota regione populum in officio continerent, & bono exemplo præirent. Quod ſi ita eſt, comperiemus ipſum neque ſuis, neque poſterorum commodis ſtuduiſſe, ſed tantum optaſſe ut quæ Deus in populum beneficia contulerat, continuo tenore fluerent. Verum enimvero ſpe excidiſſe ipſum videmus, filiis ipſius non recte nec ſimpliciter incedentibus, ſed judicium ad avaritiam explendam pervertentibus. Neque vero dicuntur illi, antequam in hanc dignitatem eſſent evecti, rapinis & compilationibus aut iſtiuſmodi vitiis dediti, ſed poſtquam honores illos adepti ſunt. Atque hæc occaſio plerumque hominum vitia prius occulta detegit. Sæpe enim multos videas, quamdiu privatam vitam agunt, humiles & demiſſos egregie vitia occulta diſſimulantes, quos ſi ad honores promoveri contigerit, & velut in theatro conſpiciendos evehi, repente ingenium detegere, & occultam hypocriſin patefacere, ut pœnitentia ſola cum maximo pudore conjuncta reſtet iis, à quibus evecti ſunt in illam dignitatem. Idem Samuelis filiis contigit. Duplici igitur hic nomine accuſantur, primum quod judicaverunt in Berſabee, alterum quod declinaverunt poſt avaritiam, & acceperunt munera, & perverterunt judicium. Pater ipſorum Samuel quidem in urbe ſua Ramatha partem anni maximam commorabatur, atque ibi jus dabat populo, ad ſe tanquam ad ſummum caput confugienti: nihilominus tamen quotannis regionis oppida, puta Bethelem & reliqua, perluſtrabat, ne populus gravaretur ad ſe Ramatham ſemper confugere. Itaque in ipſa loca veniens, miſeros & egenos valde ſublevabat, quos alioquin dierum aliquot iter facere ad judicium requirendum oportuiſſet; atque ſeſe omnibus facilem præbens, filiis exemplum optimum præbebat. At illi, longe patri diſſimiles, Berſabeæ commorantur, id eſt, ne pedem quidem movent ut officio ſuo fungantur: domi ſeſe perpetuo continent, & publicis commodis ſua anteponunt. Quare ſi cum patre conferantur, qui nunquam nec ſibi nec labori ulli pepercit, ut munere ſuo fungeretur, longe gravius in munus ſuum peccaſſe deprehenduntur, ac quo minus excuſationis habent, eo magis vituperandi. Vigebant enim illi ætate & viribus, & tamen loco non movebantur, ſoli avaritiæ & ambitioni ſtudentes. Sane cogitare debebant, ſe longe aliter à patre Samuele inſtitutos, ut ea cogitatione tanquam ſtimulo à pigritia placuerit eligendi, niſi Deum injuſtitiæ, quod ſine blaſphemia non poſſumus, accuſare volumus. Teſtatur autem id de ſe apud Moſen Dominus, his verbis, *Exod. 33.*
Miſerebor cui voluero, & miſericors ero in quem mihi *verſ. 19.*
placuerit: quaſi dicat, ſibi à nemine legem ferri poſſe: ſed in ſua poſitum eſſe poteſtate quemcunque voluerit eligere, & miſericordiam ſuam in illum depromere ex gratuita ſua bonitate: & contra, quos voluerit, ſuo judicio juſto reprobare. Hinc patres diſcunto majore cura & ſollicitudine Deum precari, & ſeriis admonitionibus liberos diligentius & accuratius ad vitæ ſanctimoniam incitare. Bonos vero liberos ſane lubens agnoſco ſingulare Dei donum eſſe: & ſperare fideles oportet Deum hanc ipſis gratiam largiturum, fore ut ipſius miſericordia in eos ſemper extendatur, qui dociles ſe præbuerint, & eo ſolo nixi fuerint. Verumtamen non ideo ſegniores eſſe ipſos decet in liberis corrigendis, quaſi Deum ſibi devinctum teneant: ſed Deum ardentibus votis ſollicitare, ut quos liberos dederit, eoſdem ſuo S. Spiritu regat: ac quemadmodum patribus ſuam miſericordiam communicavit, eandem in filios effundat, & perſeverantiæ ac conſtantiæ donum ipſis largiatur, novamque ſemper in ipſo lætandi materiam ſuppeditet. Hac igitur ratione patres ſuos liberos Deo committere decet, ac ſibi certo perſuadere, non inanem ſuam ſpem fore: ſed fungentes officio erga liberos, Dei promiſſionem etiam non inanem ac vacuam eſſe experturos. Quare ex iſtis apparet, patres nunquam oportere curam & ſollicitudinem Deum precandi pro liberis deponere: ſed eo magis impelli ad preces, quibus pro gratia & miſericordia Dei in poſteros propaganda & continuanda ipſum interpellent. Ac ſane quoties vitioſos & corruptos liberos ſuſcipimus, minime dubium eſt quin noſtræ ingratitudini ſit illud imputandum, ac peccatorum noſtrorum multitudini. Minime tamen propterea mirandum, ſed Dei voluntati acquieſcendum, & jugo ipſius collum ſubjiciendum. Nam ſi tam ſancto viro eximioque Prophetæ contigit tam vitioſos & corruptos liberos habere; quid iis futurum eſt, qui ab ejus perfectione procul abſunt? Neque vero ſoli illi contigit hac in re infelicem eſſe. Nam quales, quæſo, fuerunt bonorum illorum Regum Ezechiæ & Joſiæ liberi, quam corrupti & depravati? Nam Ezechiæ quidem zelus ac fervor notus in Dei cultu reſtituendo, cujus omne ſtudium, omnia

inſiſtant, quum ſanctitatis vitæ exemplo præierint. Tranſeamus ad ſequentia verba, quibus *filii Samuelis dicuntur non ambulaviſſe in viis patris, ſed donis ac muneribus corrupti judicium perverti ſſe.* Infra Samuelem videbimus hoc de ſe profitentem, ſe, quamdiu jus populo dixit, ne hilum quidem accepiſſe, ac muneribus abſtinuiſſe, ut à nemine poſſit merito quæſiti proprii commodi, aut quæſtus, aut neglecti officii accuſari. Atqui ipſius liberi ad avaritiam rapiuntur, quæ palam conſpicua eſt, quod muneribus corrupti judicium pervertunt. Quæ duo inſeparabili nexu cohærent. Nam fieri non poteſt, quin ad divitias inflammati rapiantur aviditate, & omnia ſcelerum genera ex avaritia & ambitione erumpant. Quin etiam multos videas aviditate lucri ferri, cui tamen ita indulgent ut ſibi licere lucrum captare, & nihilominus jus ſuum cuique reddere, ac officio fungi ſe poſſe dicant. Sed videntur illi Deo velle mendacium impingere. Quamobrem diligenter notandum quod hic dicitur, filios Samuelis avaritiæ ſtudentes judicium pervertiſſe. Siquis excipiat, neminem eſſe qui bona non expetat, imo & virtutem non minimam haberi, ſiquis rem faciat, neque otio torpeat: facilis & in promtu eſt reſponſio, eos nimirum omnes qui Deo pure ac ſincere ſervire cupiunt, & in ejus timore ambulare, eo contentos vivere quod Deus dederit, ſive multum ſive parum: ac diligenter invigilaturos ne incauti pereant, aut ambitione, aut nimia lucri aviditate abrepti; quod nullum ſit officium tam ſanctum atque ſolenne, quod non avaritia comminuere atque violare ſoleat. Itaque fideles Dei ſervos omnes certum eſt proximorum commodis ſtudere, Deique gloriam pro viribus velle promovere, ſancti Apoſtoli Pauli doctrinam uſurpantes, qua monet ut Chriſtiani divites eſſe & pauperes diſcant: ac, ſi divites eſſe contigerit, ne efferantur animo, neque ſpem ponant in divitiis incertis, ſed in Deo vivo; abſtineant avaritia & ambitione, ac denique officio ſuo in omnibus fungantur. Sin contigerit eſſe pauperes, ad Deum confugiant, paupertatis ſuæ bonum exitum exſpectantes. At quanta, quæſo, morum corruptio? quis mortalium iſta præcepta ſervat? Nam ea plerumque eſt hominum ad divitias inflammatorum aviditas, ut ad rapinas, compilationes, fraudes impellantur, atque judicium corrumpant, ac ordine omni violato æquitatem omnem pervertant, ut tandem ad omne flagitium ſine diſcrimine ferantur. Quod maxime conſpicuum in iis eſt qui ad ſummos honores evecti ſunt: ſed & ad omnes cujuſcunque tandem ordinis pertinet, vel ipſa teſte experientia. Nam qui avaritia feruntur, aliena ſemper appetunt, ac proinde ſemper laqueos inſerunt, quibus incautos irretiant, & eorum bona invadant. Sed maxime periculoſa eſt in iis, qui

docet, eos, qui diteſcere cupiunt, in maximos dolores incidere. Neque enim Satanæ inſidias præviderunt: atque avaritia proculdubio vitium eſt quo maxime homines decipiuntur. Neque enim ſcortator ſuam turpitudinem jactabit, ab omnibus alioquin damnandus: neque ebrioſus, neque alius quilibet iſtiusmodi vitiis deditus. Sed avarus etiam ſe laudabit, ac virtutem eſſe prædicabit ſuas pecunias temere non profundere: optimi ſaniquejudicii eſſe, rebus domeſticis providere, & ſumma cura & ſollicitudine promovere. En quibus rationibus peſtis illa mortalium etiam virtutis honore decorabitur. Quamobrem eo diligentius cavendum, quum Deus bona, fortunas, poſſeſſionesve nobis dederit, ne Diaboli fraude circumveniamur, & hac virtutis ſpecie, rebus nempe noſtris conſulendi, decipiamur. Videmus enim hic à Sancto Spiritu filios Samuelis notari, & avaritiæ damnari, quæ ſic corda ipſorum invaſit, ut hinc inde acceptis muneribus judicium perverterint. Notandum etiam, Judices eos omnes qui quæſtus & lucro proprio inhiabunt, judicium facile perverſuros, & ab æquo & recto diſceſſuros: ac licet gravitatem & conſtantiam præ ſe ferant, adde & ſummam integritatem & continentiam, facillime tamen ad primam quamcunque occaſionem ab æquo & recto deflexuros. Fruſtra itaque illi ſuis viribus fidunt, fruſtra continentiam, fruſtra conſtantiam jactitant, niſi Deum ipſum mendacem fingant, qui contrarium, ut ante ex Moſe docuimus, accidere neceſſe eſſe pronunciavit. Quare hæc doctrina ſpectat quidem eos maxime qui ad Rerumpublicarum gubernacula ſedent, & populis jus adminiſtraturi ſunt: verum tamen eam nobis omnibus communem eſſe ſciendum eſt, ac ſtatuendum non poſſe nos Diaboli laqueos effugere, quin ad omnem injuſtitiam & iniquitatem impellat, niſi mente penitus infixum hæreat, cupiditatem divitiarum à nobis abjiciendam, & paucis contenti eſſe aſſueſcamus: ſcientes nos opulentiores factos, niſi ſummopere caveamus, ad compilationes & rapinas fore proclives: ac tandem multis laboribus coactas opes in fumum abituras, & nobis ac poſteris immedicabile damnum & exitium allaturas. Deinceps ad reliqua verba pergamus, quæ ita habent, *Congregati ergo univerſi majores natu Iſraël venerunt ad Samuelem in Ramatha. Dixeruntque ei, Ecce tu ſenuiſti, & filii tui non ambulant in viis tuis; Conſtitue nobis Regem, ut judicet nos, ſicut & univerſæ habent nationes.* Conſilium quidem iſtud primo intuenti non videtur malum neque vituperandum. Nam ubi quid mali eſt, remedium etiam quærendum & adhibendum. Quum itaque ſeniores populi viderent judiciorum tantam corruptelam, ut ad gubernacula ſederent compilatores & prædones, debuerunt remedium iſtis malis quærere, & hac

[illegible] quod modum in eo non adhibuerint. Unde diſcimus, nos, licet bonus finis ſit noſtrorum conſiliorum, puta Dei gloria & proximorum utilitas, tamen à propoſito ſcopo poſſe aberrare, niſi Spiritus S. virtute regamur, & in verbi divini obedientia retineamur. Atque hujus rei quotidiana experientia multa ubique exempla ſuppeditat. Nam ſi perturbatior aliquis ſtatus vel civitatis, vel regionis, vel ordinis cujuſlibet contigerit, merito ſane remedium illi quæretur: ſed longe à propoſito aberrabitur, ſi perſonarum odio, Dei timor rejiciatur & omnis legitimus ordo & diſciplina pervertatur. Exempli gratia, ſi verbi Dei Miniſtros contigerit, ut ſæpe fit, non rite ſuo officio fungi, an ideo Dei verbum rejiciendum, ut nullum amplius habeat pondus neque auctoritatem ad ſalutis viam populo oſtendendam? Næ ab ipſis fundamentis ita convelli res publicas certum eſt. Quam multos tamen hodie reperias, qui ex quorundam Eccleſiæ Miniſtrorum vitiis occaſionem captant jus divinum abolendi, & omnem ordinem à Deo inſtitutum evertendi? Idem de Magiſtratibus, & omnibus iis quibus gubernacula rerum publicarum commiſſa ſunt, dictum eſto. Nam omnium ſeculorum exempla comprobant, & tam ſacra quam profana monumenta teſtantur, Magiſtratibus ſibi plus quam ex munere ipſorum erat arrogantibus, & poteſtate conceſſa abutentibus, ad ſeditiones & rebelliones tanquam ad ſummum aſylum eſſe concurſum. Inde nata conſilia mutationum. Sane remedium quæratur, ſed quo malum tollatur. Itaque ſontes puniuntor, ut ita remedium conveniens adhibeatur. Sed plerumque videmus quæ Dei ſunt ab hominibus rejici & veluti pedibus conculcari. Næ iſtiuſmodi homines videntur iis ſimiles, qui ægroto cuipiam de ſtomachi doloribus conquerenti, dicant, cor eſſe aperto pectore detrahendum: aut de tibia querenti, dicant eandem reſcindendam eſſe. Quis enim non ut crudeles illos condemnet, ac potius convenientia leniendis tollendiſque doloribus eſſe quærenda pharmaca dicat? Eadem ratio eſt Rerumpublicarum in quibus vitia cooriuntur, & in quibus Diabolus tantum promovit, ut qui aliis exemplo præire debuerant, ipſimet depravati ſint, & in Eccleſiam Dei confuſionem invexerint, ubi cavendum ne pejus malo ipſo remedium quæramus. Nam ſi malo illi mederi volumus, neglectis divinis mandatis, majorem confuſionem invehimus, minuſque malo illi medemur. Dignus igitur hic locus obſer-

pectam agnoſcerent, non modo ex eo non ſciſcitati ſunt an Regem habituri eſſent, nec ne: ſed etiam ſuæ voluntati illum in exequendo hoc conſilio voluerunt obedire. Malum ſane conſilium, quod Deo non probatum eſſe deinceps pluribus videbimus: quandoquidem Saulem Dominus ad tempus tantum conſtituit, quem eventus etiam docuit non eſſe legitimum Regem, neque illum de quo Deus per Moſen loquutus fuerat. Hic obſervemus, non eſſe feſtinandum quum à Deo promiſſiones quaſdam accepimus, ne noſtra impatientia ordinem omnem perturbemus. Atque hæc doctrina valde utilis & neceſſaria eſt: nam videmus plerumque omnes Dei promiſſiones objicere in negotiorum ſuorum adminiſtratione: quibus ſi non ſatisfacit ex ipſorum arbitrio, ſtatim conquerantur. Quare præcipitationem illam humilitate & patientia corrigamus: ac, ſiquid Deus pollicitus ſit, diligentius verba ipſius expendamus, atque penitius animis illa noſtris infigamus: & precemur eum, ut eventum illorum ſecundet, quando viſum ipſi fuerit: ac ne ullis paſſionibus abripi nos ſinamus, quibus in perniciem potius quam in aliquod commodum præcipites feramur: ſed potius ab ejus nutu toti pendeamus. Cæterum in hac præcipitantia, tamen aliquid virtuti conveniens retinuerunt, quod Samuele inconſulto nihil faciendum ſtatuerunt. Nam potuiſſent illi quidem turbulenter & tumultuoſe Regem pro voluntate eligere. Sic enim plerumque in temerariis iſtiuſmodi conſiliis contingit, ut ex iracundia & cæco animi furore, deteriora eligantur. Fieri enim poteſt, ut, licet moderati & temperati, homines ineant conſilia quorum exitus parum ſit felix & fortunatus, & decipiantur in ſuis deliberationibus. Quid futurum igitur putamus, ubi non ratio, non moderatio dominantur, ſed ſolus animi impetus, & furor quo alii alios incendunt? Hic vero licet Seniorum Iſraëlis conſilia & deliberationes Dei voluntate non nitantur, nihil tamen immoderate & immodeſte faciunt. Samuelem enim cum honore accedentes, dari ſibi Regem poſtularunt: ac proinde illius eligendi auctoritatem ſibi non arrogarunt, ſed Dei voluntatem ex Samuele ſciſcitati ſunt, & de ea certiores fieri voluerunt. Ac ſane poterant illi quidem Samueli ſenium objicere, quo ad res gerendas minus aptus redderetur, & filiorum avaritiam, ac judiciorum corruptionem: vel conqueri de filiis qui non inſiſterent ipſius veſtigiis: Deumque rogare ut viros idoneos ſufficeret, à quibus regerentur, ejuſque voluntati rem

totam

ſeparaverat, ut Dei manum & auxilium non dubiis ſignis ſentirent, à quo adverſus ſingulos ſuos hoſtes defenderentur. Magni fuit igitur facienda Dei gratia illa qua ſic ab aliis gentibus ipſos ſeparaverat, ut præ omnibus eſſent nobiliſſimi. Qualis igitur quantaque fuit illorum temeritas quum tam eximium beneficium negligunt & pedibus conculcant? Nam libertas illa inæſtimabile bonum erat. Næ iſtud erat Dei ſummum imperium & dignitatem repudiare. Hinc diſcamus, non temere infidelium moribus & inſtitutis affici, ne, ut nimium ad levitatem proclives ſumus, illis etiam aſſueſcere cupiamus. Sic, exempli gratia, qui hanc aut illam regionem pererrat, ſexcenta omnis laſciviæ, petulantiæ, corruptionum denique exempla videbit, quæ ſi domum reverſus, amicis narraverit, qui ad minimum ſibilum advolabunt, omnibus illa viſendi deſiderium injiciet. Quid inde? Næ conſpectis illis ſic irretiuntur, ut ipſis Gentibus & incredulis corruptiores evadant. Tanto magis igitur nobis in hoc eſt invigilandum, ut Gentium & incredulorum mores & inſtituta ſic videamus, ne iiſdem alliciamur, neque in partem ullam cum ipſis veniamus: ſed in Dei mandatis perſeveremus, agnoſcentes Deum nos ab illis veluti quibuſdam repagulis ſeparaviſſe, ne illorum corruptionibus immixti in eandem condemnationem incidamus. Ac, ſiquis ignis accenſus eſt in mundo, illum fugiamus. Atque, obſecro, quis non animadvertit diluvium iniquitatis quo mundus inundatur? quis non videt Spiritum illum erroris ubique graſſari, & in Religionem eos ritus invehere, quibus adulteratur, & prorſus immutatur? Non ſecus ac ſi vinum bonum & odoratum, ſordibus immiſceatur, ac boni & præſtantes cibi veneno ſparſo inficiantur, & accumbentibus apponantur, edenda vel bibenda. Atque hujus ſeculi experientiâ cautiores hac in parte fieri debemus: quam multi enim abrepti ſunt, & averſi à recta via, nimis hominum mores intuiti, & ab iis pellecti? Quare Dei præcepta vitæ noſtræ regulam & normam habeamus, atque ab iis omnibus recedere diſcamus, à quibus Deus nos
verſ.6. procul eſſe voluit. Sequitur, *malum viſum eſſe verbum iſtud in oculis Samuelis, quum dicerent, Da nobis Regem.* Quibus verbis Spiritus S. non reprehendit Samuelem: ſed potius eum nullo pravo affectu fuiſſe ductum oſtendit. Neque enim offenſus eſt filiorum accuſatione, quod nimirum male Rempublicam gerentes exauctorandi eſſent: ac nominatim Scriptura notat Samuelem non iniquo animo tuliſſe illam accuſationem, nempe quod filiorum impietatem cognoverit. Quod ſane obſervandum eſt: quum præſertim plerumque uſu contingat, ut moleſte ferant homines familiæ & gentis imminutionem, filiorumque ſuo- dolorem internum teſtantes. Itaque de Dei contemtu minimam curam habemus, noſtras injurias teſta lutoque perſequimur. Hinc odia, hinc clamores, hinc pugnæ, aliis taurorum inſtar mugientibus, aliis leonum aut aprorum inſtar ſpumantibus, & dira quæque minantibus, & de culice elephantum facientibus, dum ſuum honorem ſartum tectum tueri cupiunt; Dei vero gloriam & honorem contemni & pedibus conculcari facile ſinunt. Atqui certum eſt iſtiuſmodi homines non inultum laturos hunc contemtum: & quod in Samuele intuentur exemplum in majus judicium ipſis tandem ceſſurum, nempe non conqueſtum de filiorum ſuorum contemtu & exauctoratione, ſed de Rege contra ordinem à Deo ſtatutum exquiſito, atque adeo de contumacia in Deum, quam hoc facto populus demonſtrabat, fuiſſe exacerbatum. Nos itaque tum graviter iraſcamur & exardeamus, quum Dei gloria læditur: at vero privatas injurias moderate & placate feramus. Porro, Deus Samuelem alloquens, nominatim jubet eum auſcultare voci populi verſ.7.
in omnibus quæ indixerit, & tamen deinceps nihilominus populum de hoc ipſo facto condemnabit. Ex quo diſcimus, Deum ſæpe ad petitiones noſtras annuere & preces exaudire, ſed ita tamen ut nobis ſuccenſeat. Ac ſæpe facilitas illa Dei in audiendo & votis noſtris acquieſcendo, non amoris, ſed iræ potius ſignum eſt. Sed iſta pluribus in præſentia perſequi tempus vetat, itaque ſufficiat ex his cognoviſſe, Deum ita ratum feciſſe quod de Samuele diximus, & amorem quo illum perſequebatur patefeciſſe, quum veluti ſibi factam à populo injuriam, Regem petente, deinceps gravibus ſuppliciis ultus eſt. Etſi petitum Regem, ex more & inſtitutis gentium, Deus ipſis non in ipſorum utilitatem, ſed in majorem condemnationem conceſſit. Hinc perſpicimus, non bene ſemper nobiſcum agi, quum Deus votis omnibus noſtris annuit, & petitiones omnes concedit. Nam à natura non modo temerarii ſed etiam amentes ſumus, ac proinde quid utile ſit ignoramus: ac, ſi Deus votis noſtris annuat, non dubium eſt quin iratus faciat, & intemperantiam noſtram ac habendi cupiditatem nimiam puniat. Quamobrem minime expetendum ut Deus ad omnes noſtras petitiones facilem ſe accommodet, ſed ejus voluntati & arbitrio ſunt committendæ: ac certo perſuaſi eſſe debemus, Deum, licet non omnes noſtras preces exaudiat, imo & ſuas promiſſiones in longum tempus proferre videatur; illas tamen ſuo tempore impleturum, & quod è re noſtra eſſe cognoverit facturum, quum nos ipſi totos permittemus, quos tanquam cæcos manu ſua deducat, alioquin contraria omnino, veluti frigidum pro calido poſtulaturos. Sæpe tamen, fateor, Deus malum in bonum

ver-

Digitized by Google

HEſterna concione didicimus, Deum ad populi Regem petentis vota annuiſſe, licet ex ipſius non eſſent bono & utilitate: ac proinde non ideo melius nobiſcum agi, quum Deus deſideria & vota noſtra implet: quod ſæpe temeraria & inconſulta ſint, & ignoremus quid nobis utile ſit & commodum: imo potius noxia & detrimentoſa, quam quæ utilia Deus eſſe novit, expetamus. Quare quum Deus ſe ad preces facilem præbet, non ideo eſt gratiæ ipſius ſignum, ſed potius juſtæ indignationis, temeritatem & arrogantiam noſtram ita punientis. Idcirco nominatim hic dicuntur Iſraëlitæ rejeciſſe quod Deo gratum & acceptum erat, ne regnaret ſuper eos. Quod ſignum eſt non placuiſſe ipſi petitionem illam ipſorum, quandoquidem rebellionis & contumaciæ plena eſt. Nam Dei gloriam & honorem rebus omnibus oportebat anteponi: quum ſciamus, Deum nihil hominibus tantopere commendare & requirere quam ut inter ipſos glorificetur, & nominis ſui gloria promoveatur. Quum igitur de ipſius Imperio detrahitur, quam eſſe abominandum illud ipſi exiſtimamus? Nihilominus tamen populo facit poteſtatem quod volet faciendi. Sane Deo quidem non probante quod populus faciebat, ſed tolerante. Verum igitur eſt iſtud enunciatum, Deo reſiſtere quicunque aliquam ipſius conſtitutionem immutant. Nam ita Paulus loquitur,
Rom. 13. verſ. 2. quum ait, *Quiſquis ſe opponit Poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi condemnationem auferent.* Neque vero Paulus eo loco Reges à Tyrannis diſtinguit, neque legitimos Magiſtratus ab iis qui avaritiæ & rapinis dediti ſunt: hoc enim nititur fundamento, non diſputandum rectene officio fungantur, an non: ſed quum à Deo ſint in illam dignitatem evecti, ac proinde nos illis ſubditos eſſe velit, non eſſe temere mutationibus locum dandum. Multos enim videas qui rerum mundanarum ordinem ex ſuo arbitrio libenter mutaverint, ac regna ex animi ſui ſententia diviſerint: omne ſuum ſtudium in id conferentes, quomodo ex ſua opinione mundus regi poſſit, atque iſtis quæſtionibus ſeſe & alios fatigant, quas centies ſepultas eſſe oportebat. At Paulus uno verbo jubet Poteſtatibus conſtitutis omnes ſubjici, adverſum quas nemini licet, quæcunque tandem occaſio prætexatur, inſurgere. Verum igitur iſtud eſt pronunciatum, Omnes eos qui adverſus conſtitutas à Deo Poteſtates inſurgunt, ipſi Deo bellum inferre. Sed hic peculiaris quædam ratio eſt in Samuele. Nam Deus ipſum tam inſignibus notis clarum fecerat, ut nemo ex populo ignoraret illum non caſu aliquo, ſed ipſius Dei manu fuiſſe ad hanc dignitatem evectum, & tot honoribus cumulatum. Nam ab infantia Prophetiæ dono factus erat inſignis: deinde quaſi manu Dei propria in Gubernatorem populi evectus. Præterea vidimus ſuperius ipſo duce Philiſtæos inſigni clade victos & ſuperatos, ac oppida, quæ prius ademerant Iſraëlitis, reddere coactos. Itaque duce Samuele populus Iſraëlitarum priſtinum decus recuperarat: quare nullus ſupererat diſputationi locus, eſſetne à Deo electus an non: res enim illa ſatis erat ex ſe conſpicua. Quare quum Samuelem rejiciunt, ſane malitia illa Deum potius quam hominem mortalem afficiebat. Hinc utilis nobis eruenda doctrina eſt, nempe ſi turbis ac ſeditionibus aliquis ab officio faciendo deterretur, Deum ipſum tandem etiam manum admovere. Hac enim plerumque de cauſa ſæpe in hominum contemtum Magiſtratus veniunt, quod humanam eſſe inſtitutionem ſibi perſuadeant, ac proinde ſiquid præter exſpectationem ac voluntatem ſuam acciderit, ferre non poſſint. Itane vero ſunt memores divinæ promiſſionis, qua ſe fore vindicem illorum ipſemet eſt pollicitus? aut ipſius poteſtatem in dubium vocant? Quare quicunque Magiſtratus ad dignitatum gubernacula evecti, ſincere & integre munere ſuo funguntur, ac quiete & tranquille degunt, ſiquos hoſtes adverſum ſe inſurgentes, & adminiſtrationem ſuam perturbantes, experiantur, certi eſſe debent, non ſibi tantum ſed Deo ipſi bellum inferri: ac proinde fore ipſum vindicem & aſſertorem. Deinde & hic obſervandum, ſingulos admoneri, neque inſurgendum adverſus eos, neque recedendum ab iis quos Deus nobis præfecit, ſed colla potius ſubjicienda oneri quod ipſe Deus nobis impoſuit. Quare danda opera ne eorum dignitati invideamus, quos Deus ſingulari aliquo favore & benevolentia complexus eſt: nam qui ſecus faxit, Deum ipſum flocci facere & pedibus ſubjicere videbitur. Nam quemcunque Deus evexit, ſiquis turbaverit, ipſi Dei gloriæ voluiſſe detrahere videbitur. Cavendum igitur ſummopere ne in ullum præſtantem dignitate virum

inſur-

litate cognoſcere. Quamobrem, ſi, quod ſit omnium Magiſtratuum non minus quam Regum jus inquiras, primum quid ipſe Deus ab illis requirat, & quid ex ipſius præſcripto debeant, attendendum. Deinde quod ſit ſubditorum viciſſim in ipſos officium. Nam alioquin ſi jubentibus aliquid Magiſtratibus, id ſubditi reprehenderint, aut flocci fecerint, ac proinde tantum ex ſui animi ſententia ipſis pareant, qualis quantaque rerum omnium confuſio inveheretur? Cæterum licet ſuperiores Magiſtratus officio non fungantur, tamen ſubditos oportet patienter injurias ferre, agnoſcentes juſto Dei judicio id contingere. Quod ex privata cujuſque domo fit conſpicuum. Nam ſi quale mariti jus ſit in uxorem quæras, imperium in illam deberi illi fatendum eſt: ſed viciſſim oportere ut eidem parcat, atque tanquam ſui partem eodem habeat modo. Atque hoc jus mariti eſt in uxorem, ſi quod ſit ejus officium requiras. At mulieris officium eſt ſeſe marito libenter ſubjicere, atque ad ejus nutum quantum poterit componere: ac licet maritum duriorem & moroſiorem habeat, à quo male excipiatur, ferre tamen mores illius, & ſeſe illi ſubjicere, atque interim ad Deum gemere & ſuſpirare: neque enim quod illi Deus jugum impoſuit, illi repudiare fas eſt. Idem dictum eſto de ſervis & de liberis. Patrum enim in filios illud eſt jus, ut tolerent liberos ſuos, neque ipſos ad iram provocent, ut Pau-
Epheſ. 6. *verſ.* 4. lus monet: & tamen imperium patris in filium permittit ei ſuccenſere, cædere, torquere, non quidem quod hoc, ut æquum, ei liceat, aut bene faciat, ſed tamen quod ferre filios oporteat. Nam ſi forte ſe immerito ita dicat tractari, ac velit vindicare, quis ferat? quis non merito vituperet & damnet? Ex quibus apparet, quum de jure ſuperiorum Poteſtatum agitur, illud eſſe duplex: nempe unum ſuperiorum reſpectu & eorum qui dominantur; alterum & ſubditorum & inferiorum reſpectu. De primo illo jure pluribus verbis Moſes agit, & illud Deut. 17. cap. de-
Deut. 17. *verſ.* 14. ſcribit quum ait, *Quum ingreſſus fueris in terram, quam Jehova Deus tuus dat tibi, ut hæreditario jure poſſideas illam, & habitabis in illa, ſi dixeris, Statuam ſuper me Regem, ſicut omnes gentes quæ ſunt circa me; Tantum ſtatuito ſuper te Regem quem elegerit Jehova Deus tuus: è medio fratrum tuorum ſtatuito ſuper te Regem, non poteris tibi præficere virum extraneum, qui non frater tuus ſit:* ut incedat ſincere & integre, neque ſe dedat idololatriæ, ad quam extraneus populum pelliceret. Ac ſane ſcimus hunc Regem oportuiſſe eſſe imaginem regni Domini noſtri Jeſu Chriſti: deinde, etiam è tribu Juda fuiſſe eligendum, cujus regnum uſque ad Redemtoris adventum permaneret, quem Patribus Deus promiſerat. Sic nominacauſam in varias ſeſe formas vertunt. Atque adeo in tantum dignitatis faſtigium evehi cuperent, ut non tantum cum honore & reverentia colerentur, ſed etiam in admirationem & ſtuporem venirent. Deinde à pompa & magnificentia Deus ad avaritiam tranſit, prohibens ne aurum aut argentum ſibi multiplicent. Ac nemo ignorat Principes eſſe inſtar vaſtorum gurgitum, qui etiam in res ludicras & inanes corraſam pecuniam profundant: quod nihil emungant niſi quod profundere parati ſunt. Quare ubi miſeram plebem compilarint, non auro, non argento parcitur, ſed profuſiſſime in pompas, in ſplendidos apparatus, in luxus & ſcortationes profunditur. Idcirco Deus Regem Iſraëlitarum vetuit aurum aut argentum multiplicare ſibi. Tum vero etiam Deus illum uxores multiplicare prohibet. Quum enim videret hoc malum in Judæa ſerpere, permittentibus ſibi viris uxorum pluralitatem, & ſe Abrahami & Jacobi exemplo tegentibus, nominatim Reges Deus vetat uxorum multitudinem inducere, ac proinde & privatos, quandoquidem majora ſunt Regum quam privatorum privilegia. Sed iſtud obſervandum maxime, quod à Deo Rex jubetur in Legis libro legere & meditari, ut quid officii ſui ſit ex eo diſcat. Sane Rex ille David, cujus nota excellentia, bene hoc præceptum uſurpavit: ac non dubium eſt, quin antequam ad Regiam dignitatem eveheretur, Legis præcepta jam mente apprehendiſſet, in quibus ſeſe deinceps exercuerit. Ac ſcimus illum divinis donis & gratiis fuiſſe cumulatiſſime donatum: ſed tamen illum huic præcepto ſubjici etiam oportuit. Hoc itaque Jus eſto Regium, ejus reſpectu qui faſtigium iſtud dignitatis adeptus eſt, ac proinde non quid ſibi ſubditi, ſed quid ipſi ſubditis ex divino mandato Reges debeant diligenter animadvertunto. Hoc vero loco de altera illa juris parte, quid Regibus ſubditi debeant, tractatur, nempe non tantum bonis Regibus & Dominatoribus ſubjici ipſos oportere: ſed etiam iis à quibus tyrannice & duriter tractati fuerint: atque adeo patienter oportere ipſos tyrannidem illam ferre, agnoſcentes non fortuito, ſed à Dei providentia hæc contingere, qua Deus ipſos explorat.

Jam vero, agite, ſupplices Deo Opt. Max. facti, & offenſas noſtras agnoſcentes, precemur ipſum ut in gratiam recipiat, neque nos permittat arrogantia & contumacia ſic efferri, ut adverſus ipſius auctoritatem aliquid audeamus: ſed potius ita ſubjiciamur iis quos nobis præfecit, ut cum humilitate ipſis obtemperemus, non tantum rationem ipſorum habentes, ſed maxime divinæ bonitatis qui hunc ordinem in hominum commodum inſtituit: quo etiam proximis bono exemplo præeuntes, eoſdem ad idem nobiſcum obſequium pelliciamus. Neque nobis ſolis, &c.

Breviorem hanc concionem ſuperioribus fecis Paſtoris morbus, à quo prohibitus eſt alterius pergere. Itaque cum ſequente conjungenda eſt.

HO-

Digitized by Google

19. Renuit vero populus audire vocem Samuelis: ſed dixerunt, Nequaquam, ſed
Rex erit ſuper nos.
20. Et erimus nos quoque ſicut univerſæ gentes, judicabitque nos Rex noſter, &
egredietur ante nos, pugnabitque bella noſtra.
21. Audivit itaque Samuel omnia verba populi, & dixit ea in auribus Jehovæ.
22. Et ait Jehovah ad Samuelem, Audi vocem eorum, & conſtitue eis Regem.
Dixit itaque Samuel ad viros Iſraël, Ite quiſque in urbem ſuam.

EXplicanda nobis jam ſupereſſet Samuelis ad populum Iſraëliticum oratio, qua hortatur ipſum, ut, quamdiu adhuc per libertatem licet, à propoſito recedat, & conſilium initum de Rege petendo, commutet. Dicit itaque Regem, qui regnabit ſuper ipſos, filios ipſorum accepturum, quos in uſum ſuum vertat, ac multis compilationibus & rapinis uſurum. Jam vero ſuperiore concione diximus, his verbis Dominum non dare illam poteſtatem Regibus, ut tyrannidem in ſubjectos populos exerceant. Verum quoniam tyrannidem occupantibus Principibus ſubditis reſiſtendi libertas adempta videtur, quæri merito poteſt, an, quum Reges & Principes populis jurejurando fidem ſuam adſtringunt, ſe jus ſumma æquitate, ſinceritate & integritate adminiſtraturos, ſi fidem frangant & tyrannidem uſurpent, omniaque ſibi permittant, populi non poſſint ipſi ſibi conſulere, & huic malo conveniens adferre remedium. Quæſtio ſane difficilis, quam hoc tempore ſubtilius expendere neque commodum eſt, neque etiam expedit. Nam multos hodie videmus occaſionem rerum novandarum quærere, nimiumque ſibi permittere in poteſtatibus & dominationibus movendis & commutandis: quare ſobrie iſta tractanda ſunt. Contentos igitur eſſe nos iis oportet quæ Sacra pagina docet, Deum nimirum per Principes in tyrannidem deflectentes punire eos qui legitimam gubernationem non merentur. Fateor latronibus, vim inferentibus, poſſe reſiſti, quod vim alicui inferre non ſit licitum. Siquis noſtras res invitis nobis eripiat, ſane Dei manus & vindicta eſt agnoſcenda: ſed longe alia eſt ratio Principum & ſuperiorum dignitatum, quibus Deus vult ſubditos obedientes eſſe. Ac fateor, à Deo ipſis præſcriptos eſſe poteſtatis terminos, intra quos ſeſe continere debent, ut communi utilitati ſtudeant, & ſumma æquitate & juſtitia populos gubernent ac moderentur: ac ne dignitate ſua efferantur, ſed ſe viciſſim Deo ſubditos eſſe meminerint: ſeque, licet ad ſummos dignitatis honores evectos, tamen fragiles ac momentaneos eſſe: ac Dei gloriam promovere ſui eſſe officii. Samuel vero populum admonet, ferendam eſſe dominationem Regum, & colla jugo patienter ſubmittenda. Ex quibus apparet ſubditos Regibus ac Principibus, nec poſſe nec debere adverſus ipſos rebellare, aut quicquam movere, licet tyrannidem exerceant, & compilationibus ac rapinis graves ſint ſubditis: nullamque nec Dei nec æqui rectique rationem habeant. Attamen, fateor, quædam adverſus hanc tyrannidem licita ſunt remedia: veluti quum conſtituti alii ſunt Magiſtratus & Ordines quibus Reipublicæ cura eſt commiſſa: qui Principem in officio continere poterunt, atque etiam, ſiquid tentarit, eum coërcere. At illis officium non facientibus, aut non audentibus ſeſe illius opponere tyrannidi, tum privatos etiam agnoſcere oportet hanc à Deo cladem ipſis immitti, peccata ipſorum caſtigante. Nam ut Scriptura docet nos, bene conſtitutam Rempublicam Dei ſingulare beneficium eſſe: ita etiam contra, perturbatum ſtatum, improbis dominantibus, & jus pervertentibus, eſſe divinæ iræ ſignum, nos humiliantis: ac proinde nos hac ratione ad peccatorum agnitionem vocantis, ut toto animo ad ipſum convertamur & eum invocemus. Non alio igitur ſenſu hîc Samuel dicit hanc Regis fore rationem, ut ſubditorum opes & facultates corradat. Nam qui antea liber populus Regiam dominationem affectavit, ſe ſponte ſubjiciens, ſuamque prodens libertatem, tali mercede dignus eſt. Veniamus jam ad ſpecialem tractatum juris illius, quod Regibus fore in populum Samuel prædicit. *Filios ipſorum accepturus dicitur, ut ſibi eos diſponat in curribus ſuis & in equitibus ſuis, & curr ant ante currum ſuum. Et ad diſponendum ſibi chiliarchos, & præfectos quinquagenis, & ad arandum arva ſua* (nam tunc temporis Reges erant rei familiaris quam hodie ſtudioſiores: ſibi enim dedecori eſſe Reges arbitrantur hodie habere rura, & agriculturæ vacare ſed tunc major erat ſimplicitas & integritas) *& ad metendum meſſem ſuam, & ad faciendum inſtrumenta bellica ſua. Filias*

nec Dei timore, nec juris amore retinebantur, ſibi quidvis licere exiſtimaſſe, & ad malum habenas laxaſſe, multo majorem hodie coram Deo nos humiliandi & colla jugo ſubmittendi occaſionem dari ſciamus; Deumque precandi ut tyrannidem illam reprimat, quæ durior nobis ab hodiernis Principibus quam ſuperioribus unquam fuit ſeculis, imminet, niſi ipſe pro ſua miſericordia conatus hominum infringat. Cæterum ad ſummos illos dignitatum gradus evecti agnoſcunto, ſibi divinum verbum aſſidue meditandum eſſe, atque Sancti Spiritus ope ſe indigere, quo majore modeſtia populis imperent, Deoque ſuum honorem reddant, & ipſius legibus obſequantur, ac ſubditos moderate regant: atque ad hanc rem efficiendam auxilium divinum petant, quo duce rectam viam inſiſtant, neque unquam à recto aberrent; ſed intra ſuos fines ſeſe contineant. Sequuntur expendenda verba illa, quibus Rex dicitur tam perſonas quam bona & facultates ſubditorum accepturus. Sane quum Reges officium faciunt, nemo ſubditos negaverit illis tributa debere, atque poſſe illos jure tam perſonis quam bonis ſubditorum uti. Nam Paulus iſtud à Deo probari docet, ut *Rom. 13. verſ. 7.* nimirum Reges à ſubditis tributa & vectigalia exigant: quod quum in uſus publicos faciunt, uſurpatæ tyrannidis accuſari non poſſunt. Hanc enim Deus fecit Regibus poteſtatem utendi tam perſonis quam bonis ſubditorum: ſed non tamen temere, nec ſine cauſæ cognitione, & ea conditione ut in uſus publicos & commodum Reipublicæ fiat. Quum igitur ſubditorum officium eſſe dicimus, ut Regibus ſubjiciantur, & illis obediant, viciſſim exigi ab ipſis Regibus legitimam adminiſtrationem intelligimus, ut nihil ſevere, nihil tyrannice aggrediantur, ſed ex Dei mandato ſubditos regant: nequod bellum temere ſuſcipiant, ne per ambitionem ſuam ditionem propagare ſtudeant: ne denique ſubditis ex animi ſententia aut libidine quicquid placuerit imperent. Verum inſurgentibus hoſtibus, & regionem aut civitatem adorientibus, poſſunt Reges militem conſcribere, exercitum cogere, in prælium ducere: atque ita ſubditos oportet vitam pro Patria & Rege profundere: modo tamen ne temere Reges ad arma concurrant, ut privatam cauſam agant, ſed in uſum & commodum Reipublicæ ſua conſilia convertant. Itaque ſubditi quidem ſunt in Regum poteſtate: ſed viciſſim Reges oportet publicis commodis ſtudere, quo poſſint ipſis à Deo præſcripto munere fungi, & quidem cum conſilio & matura deliberatione. Nam ſi Reges ex animi ſui ſententia & pro voluntate ſua Rempublicam gerant, & à ſeipſis conſilium petant, certum eſt ſubditos rapinis & compilationibus opprimi licere perſuadeant, ſed conſtitutos populorum Rectores ſciant, ut ex Dei verbo pendeant, & in ſubditorum commoda ſua omnia conſilia vertant. Sed quanta corruptio, quanta labes hunc ordinem jam dudum invaſit? Nam ſibi omnia licere arbitrantur, & ſe Lege Dei non teneri, neque cultum ejus ad ſe pertinere exiſtimant. Qua in re magnopere falluntur. Inde fit, ut, abjecto Dei timore, dominationem ſuperbam & crudelem in ſubditos exerceant, & illos non alio quam beſtiarum loco habeant: ſe vero propter dominationem extra hominum ordinem poſitos putent, ut jam non alios honores quam divinos ab hominibus flagitent. Atqui certum eſt, Regiam omnem dominationem eſſe miniſtratoriam: aio, inquam, Reges eſſe Dei ſervos ac miniſtros, ac proinde oportere ut noſcant ſe à Deo tanquam ſuos Legatos populis commiſſos, qui res ipſius fideliter adminiſtrent, & populi curam habeant. Itaque licet Principum terrenorum magna ſit in mundo poteſtas, tamen ſeſe Dei & populorum eſſe miniſtros ac ſervos agnoſcant neceſſe eſt. Sed quam pauci Principes de his rebus ſerio cogitant: quam multi ſibi laxant habenas, & ſuæ voluntati ac libidini indulgent? David ipſe tam inſignis pietate, tamque eximius Propheta, non tamen quod Lege Dei præſcribebatur obſervavit. Alios Legem Dei docuit, ſed ipſe, rebus ſecundis elatus, eam oblivioni tradidit. Multas enim uxores uni ſuperinduxit: auri & argenti vim maximam coëgit, theſauros multos cumulavit: quæ tamen omnia Lege, cujus ſe alioquin maximo teneri ſtudio non dubiis ſignis fecit teſtatum, prohibebantur. Quamobrem quum tantam eſſe vim dominationis videamus, ut Principes ipſos excæcet, cogitandum quantum libertas beneficium ſit, quum Deus eam alicui largitur. Ac ſane quæ hic à Samuele recitantur, loco pœnæ ſunt, quod inæſtimabile acceptum à Deo beneficium libertatis populus repudiaret, Regemque peteret pro eo Gubernatore quem Deus ſuſcitabat, cujus tam familiaris erat auctoritas. Itaque tam æquam tamque honorificam conditionem populum non ferentem oportuit etiam ſuæ temeritatis pœnas luere. Atque idcirco Samuel hoc loco varia genera proponit eorum caſuum & compilationum quibus obnoxii erant Regiam dominationem expetentes: nam potentiſſimi quique Principes & Monarchæ plerumque in hanc partem peccant: quos vere ſimiles dicere poſſumus magnis fluviis, quorum inundationibus terræ cum fructibus longe lateque vaſtantur, ut veluti diluvio quodam obruantur. Ac ſane Eſaias hac utitur ſimilitudine, quum fœdus ab Iſraëlitis quæſitum cum Ægyptiis, aut cum Aſſyriis, longe ſe potentioribus, exprobrat, his verbis, *Propterea* *Eſa. 8:6.*

quod

[illegible] humanitatis meminerunt, ſeque eo uſque demittunt, ut cum ſimplicitate, & integritate, ſubditorum ſuorum commoda & utilitatem ſuis anteponant: & in Dei timore ipſos in mutua pace & concordia foveant. Contra, quam ſtudioſi ſunt non modo auctoritatis ſuæ amplificandæ, & magis ac magis confirmandæ, ſed nocendi & rapinis ac compilationibus variis populos ſubditos ſpoliandi? Inde fit ut clauſos oculos & aures ad miſerorum hominum calamitates & miſerias habeant, & clamores ac gemitus ipſorum parvi faciant: tantoque impotentiores ac ferociores ſint, quanto majores eſſe de ſua tyrannide miſerorum querimonias audiverint. Ex quibus diſcendum eſt, quantum ſit libertatis donum, & quam benigne Deus cum populis illis agat, quibus eam largitur; ubi ipſi Magiſtratus legibus ſunt ſubditi, nihilque moliuntur à ſeipſis, ſed ratione & conſilio rem gerunt, cujus etiam tandem rationem ſunt reddituri. Magnum igitur, inquam, libertatis beneficium à ſolo Deo Opt. Max. profectum. Verumtamen qui Regum ac Monarcharum dominationi ſunt ſubditi, & quos Deus tyrannide illorum exercet, ſiquid adverſus eos moliantur, aut rebellionem meditentur, non tantum ratione & conſilio carere, ſed mente capti videntur. Quæ vero inter reliqua tyrannidis mala Samuel hic memorat, ſunt etiam obſervanda, fore nimirum, *ut agros ipſorum & vineas ac oliveta accipiat, & det ſervis ſuis.* Nam ex iis apparet, homines malitia ſua bonum in malum convertere: Reges enim non poſſunt ſine conſiliariis legitime dominari, & publica negotia adminiſtrare: quare Tyrannus à legitimo Principe diſtinguitur. Tyrannus ſola voluntate & libidine ſua imperat: contra legitimus Magiſtratus conſilio atque ratione, ita ut publicæ utilitati & commodis maxime ſtudeat. Ita ſatellites & adminiſtri Principum, legitime Rempublicam adminiſtrantium, ſunt ipſorum oculi & manus: ac manus quidem, quibus edicta & decreta ſua exequantur: oculi vero, quibus quid utile, quid honeſtum ſit videant: atque ita Principes ipſi in officio retineantur, ut cum æquitate & juſtitia Rempublicam adminiſtrent. Denique prædicit Samuel fore ut bonis & facultatibus à Rege ſpolientur, quæ ſervis ſuis largiatur. Quod quotidiana experientia magis ac magis comprobatur. Ac ſane Principes ſatellitibus atque adminiſtris opus habere ſuam familiam annuo proventu, non ſine ſummis difficultatibus, & metu vel calamitatis vel alterius incommodi, ſuſtentare cogantur, ſi rem augere volunt. Ex quibus apparet, adminiſtros Principum, à quibus adjuvari illos in publicis regendis negotiis oportebat, eſſe potius flabella quibus majus incendium excitetur. Nam quum maxime deberent Principes ad humanitatem & moderationem flectere, ad ſeveritatem crudelitatemque potius eos impellunt, & ad rapinas ac compilationes miſerorum ſubditorum excitant. Quid ita? Nempe ut ipſi in partem veniant, & miſerorum facultatibus expleantur. Porro quod Samuel minatur fore ut ſemina, vineas, oliveta ipſorum Rex decimet, locum inter Iſraëlitas habere non
potuit. Nam tribui Levi à Domino decimæ fuerant *Num.* 18.
attributæ. Verum illud quidem, apud omnes gentes *verſ.* 21.
& ab omni ævo Regibus permiſſum fuiſſe tributa & vectigalia exercere atque exigere populis impoſita: ac proinde non eſſe amplius quæſtioni illi locum, quomodo poſſint Reges ſubditis imponere vectigalia, & eadem exercere atque exigere. Neque exſtat etiam in Sacris quomodo à populis tributa & vectigalia exigerent. Itaque decimæ natura ſua poſſunt quidem eſſe Regum & Principum propriæ, quod tanquam jus commune & naturale locum apud omnes gentes habuit. Sed ſpecialis apud Iſraëlitas fuit, ut ante diximus, decimarum ratio, quod eas Levitæ in portionem & ſortem ſuam accepiſſent: quum Deus ſorte Chananæam terram diſtribuens ſingulis tribubus, nullam aliam illis poſſeſſionem attribuiſſet quam decimas quæ ipſis cedebant, cum paſcuis quibuſdam, ut ſe ſuaque armenta alerent. Quando igitur hic Reges velut Deo ipſi antagoniſtas ſe offerunt, ac novam decimarum rationem inſtituunt, nonne legum omnium ſunt everſores? Itaque hinc diſcimus, Deum partim oſtendere homines nunquam niſi vi quadam pertractos officio ſuo eſſe functuros: & quum ad aliquos eminentiores dignitatum gradus evecti ſunt, inſtar ferarum ac belluarum eſſe, quas nulla vis domuerit. Partim etiam populi temeritatem arguit, qua tantum ſibi malum paraverat. Nam ſpeciali privilegio antea gaudebat, quum ſolutis decimis ſui proventus, liber ab omnibus aliis ſubſidiis erat: ac decimæ non Regibus ſed iis perſolverentur quos Deus ex reliquis tribubus elegerat, qui cultui ſuo vacarent, ac ex decimis illis, nullam aliam ſortiti portionem,

ſed quaſi cœlo delapſos adorandos? Denique Samuel prædicit fore ut Regi ſuo ſerviant. Quibus verbis indicat, quod ſuperius docuimus, non ideo tamen oportere illos adverſus ipſum rebellare; quod nunquam jure poſſit ſubditus adverſus Magiſtratum inſurgere, licet Magiſtratus ad tyrannidem ſpectare videatur. Cæterum quanta cæcitate populus ille laborarit, ex eo perſpicimus, quod tam ſeriis admonitionibus nullum fecit locum: ſed ſemel imbutam opinionem, Regem ex more Gentium habendi, pertinaciter retinuit. Attendite, obſecro, quomodo homines quos Deus ſibi ipſis & ſuis ſordibus permittit, in reprobum ſenſum conjiciantur, & ab affectibus ſuis transverſi rapiantur. Neque enim oratio Samuelis eo ſpectabat tantum, ut populum condemnaret, ac dignum eſſe tali mercede diceret, qui ſibi tantum malum accerſiviſſet: ſed ut antequam accidiſſet præmoniti caverent, ne ſibi laqueum inducerent, quo ſe explicare nequirent, quaſi his verbis eos compellaret, Viri Iſraëlitæ, animadvertite, & finem conſiliorum veſtrorum ſpectate: nam ſi Regem ex more & inſtituto Gentium habueritis, bonis veſtris ſpoliabimini, non vobis, non liberis, non pecoribus, non ſeminibus veſtris parcetur. Voſne ergo ſponte hanc ſervitutem in veſtram perniciem optabitis, & colla jugo tali volentes ſubmittetis? Ex quibus apparet, quanto ſtudio ſalutem hujus populi Samuel quæſiverit, ut à propoſito deterreret, & ad meliorem mentem propoſito præſenti exitio reduceret. Sed quid promoverit, exitus facit fidem, quum tanto arrogantius & inſolentius adverſus Samuelem inſurrexerint, & pertinaciter in ſententia Regis obtinendi permanſerint. Nam prius Samuelem rogaverant, ut præponeret ſibi Regem, qui dominaretur illis, ex more & inſtituto aliarum gentium; jam vero licet audiant Deum tam horrendam ſententiam adverſus ſuam rebellionem pronunciaſſe, tamen renuunt auſcultare voci Samuelis, & contumaciter excipiunt, *Nequaquam, ſed Rex præerit nobis.* Quanta, quæſo, hæc arrogantia eſt, tam inſolenter Dei admonitiones rejicere, & conſilium ipſius deſpicere, atque auctoritatem tam parvi facere, quum Samueli reſpondent, *Nequaquam, ſed Rex præerit nobis?* Ex quibus docemur, Deum juſto ſuo judicio nos excæcare, & præcipites dare, quum noſtris pravis & ſtultis affectibus plus æquo indulgemus. Quare alieno ſapiendum exemplo, ne, ſi in aliquas difficultates inciderimus, temere noſtris conſiliis habenas laxemus, quaſi firmo fundamento niterentur, & bona eſſent. Nam fere fit, ut, quum eo impudentiæ devenimus ut ſi quæ nobis ratio & libido dictaverit, ſequuti fuerimus, nullis unquam rationibus à propoſito dimoveamur, ac ne ſi quidem mortem ante exemplum in uſum noſtrum edito: modeſtiam & ſobrietatem colere diſcamus, & nihil plus quam licet moliri & novare, Deumque precemur ut ipſe nos ſuo Spiritu regat, neque nos nobis ipſis permittat, & ne patiatur nos ab ipſius verbo tantillum recedere, ſed potius faciat in nobis ut illud ſuam apud nos auctoritatem retineat, & nos illo duce gaudeamus. Quis igitur, quum hic dicuntur Iſraëlitæ Dei conſilium rejeciſſe, non animadvertit nimium inſolentem rebellionem? quis non totus cohorreſcit? Nam quum Samuelem pro inſigni Dei Propheta haberent, & pro interprete Spiritus ipſius agnoſcerent: & populo Dei mandata referret: quis iſte furor, quæ amentia fuit, tam contumelioſe Dei mandata rejicere, & Samueli reſponſare, *Nequaquam ita erit?* Tanto itaque diligentius cavendum, ut dixi, ne à noſtris affectibus abripiamur, ne tandem à Domino in reprobum ſenſum conjiciamur: & ſponte in exitium præcipites feramur. Superſunt nobis expendenda verba illa, quibus Regem ſibi dari poſtulant, *ut ſint quoque ipſi ſicut omnes iſtæ gentes.* Atqui Deus Iſraëlitas à reliquis gentibus diſtinxerat: atque ordinem in illis inſtituerat, in quo ſpecialis Dei favor & tutela ac protectio elucebat. Verum ſimiles fieri cupiunt iis populis quos Deus rejecerat, & quos in peculium ſuum accipere noluerat. An non, obſecro, iſtud erat Dei beneficia, quibus hactenus à Deo cumulati fuerant, petulanter rejicere & repudiare? Hinc apparet, homines, ubi ſemel à recta via receſſerint, nullum peccandi finem facere, & in pejus ſemper ferri: quod ſibi ipſis delicias faciant, & pravis conſiliis à ſenſibus ſuis vehementioribus abrepti regantur. Et quidem hic eſt omnium hominum mos à veritate recedentium, qui quidem initio leviter adverſus veritatem peccant, neque Dei mandata primo adulterant: ſed tandem verecundiæ fines quum tranſilierint, præcipites ad omne mendacium feruntur, ut nullis neque timoris, Dei neque modeſtiæ repagulis contineantur. Quæ quum ita ſint, remediis ἀποτροπαίοις & amuletis utendum nobis, ne contagio illa nos incautos obruat. Nam ſane experientia docet, hunc populum in pejus ſemper ruiſſe, & à recta ſemita magis ac magis aberraſſe, Deique iram in ſe vehementius provocaſſe, ex quo ſponte Dei conſilium repudiavit. Tandem dicitur Samuel *Iſraëlitis edixiſſe ut quiſque ſe in civitatem ſuam reciperet, ita jubente Domino, ad quem omnia populi verba fuerat elocutus.* Ex quibus apparet, Samuelem aliquam adhuc apud populum auctoritatem retinuiſſe. Nam vidimus, Samuelem Deum precatum, Dei voluntatem intellexiſſe, & populi viciſſim. Hic ergo repetitio continetur eorum quæ ſupra dicta ſunt, ſed ad majorem confirmationem; ut

ſciamus,

Digitized by Google

tem: quibus rebus major auctoritas conciliatur quam multis comminationibus. Exemplo eſto Samuelis apud ſeditioſum hunc populum auctoritas. Nam, obſecro, qui adeo turbulenti erant, ſpontene domum ſe recepiſſent, niſi peracta prius ea re quam flagitaverant: niſi magnum pondus apud illos Samuelis auctoritas habuiſſet? Nam excepiſſent illi, Samuelem jam ſenuiſſe, &, quoniam apud plebem valeret auctoritate, filiis ſuis conſulturum, & in eorum commoda ſua conſilia commutaturum: atque idcirco favente plebe, facile filiorum peccata excuſaturum, præſertim ſe abſentibus, ac proinde fore ut ſpe ſua exciderent. Atque hæc omnia veriſimile eſt excepturos illos, ut res nova & admiranda ſit paruiſſe ipſos Samueli domum quemque dimittenti, quum auſi fuiſſent antea reſponſare, nequaquam ita fore. ut Dominus dixerat. Itaque novum fuit, & admirandum, ſponte illos domum ſeſe recipere, remque totam Samuelis fidei committere. Ex quibus conadverſus Samuelem geſſit, tamen quum ſe ad ipſius mandatum domum recepit, inde ſatis apparet, non ita perrexiſſe in contumacia, quin Samuelem ut fidum Dei ſervum agnoverint & coluerint. Tantum igitur valuit apud ipſos auctoritate, ut ad ipſius vocem, domum ſeſe receperint. Quare diſcamus Deo nos ſubjicere, &, ſi ſemel à recta via receſſerimus, ad meliorem frugem reverti, ut ad Deum converſi peccatorum remiſſionem obtineamus, & nunquam ab ejus obedientia reſiliamus. Et quidem ſummopere cavendum, ne ad iniquitatis cumulum deveniamus, & in ſenſum reprobum conjiciamur. Verum Dei judicio occurrendum eſt, atque mature venia deprecanda, ut vires ipſe quotidie nobis ſufficiat, quibus inoffenſo pede in ipſius timore incedamus, donec nos ad ſe tandem receperit. Supereſt, ut facti ſupplices Deo Opt. Max., & peccata agnoſcentes, veniam deprecemur, &c.

HOMILIA TRIGESIMA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. IX.

1. ET erat vir de Benjamin, nomine Cis, filius Abiel, filii Seror, filii
Bechorath, filii Aphia, filii viri Jemini, fortis robore.
2. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filiis
Iſraël melior illo: ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum.
3. Perierant autem aſinæ Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium ſuum, tolle
tecum unum de pueris, & conſurgens vade, & quære aſinas: qui quum tranſiſſent ter mon-
tem Ephraim,
4. Et per terram Saliſa, & non inveniſſent, tranſierunt etiam per terram Salim, & non
erant: ſed & per terram Jemini, & minime repererunt.
5. Quum autem veniſſent in terram Suph, dixit Saul ad puerum ſuum qui erat cum
eo, Veni, & revertamur: ne forte dimiſerit pater meus aſinas & ſollicitus ſit pro nobis.
6. Qui ait ei, Ecce vir Dei eſt in civitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, ſine
ambiguitate venit. Nunc ergo eamus illuc, ſi forte indicet nobis de via noſtra propter
quam venimus.

16. **Hac ipſa hora quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de terra Benjamin, & unges eum Ducem ſuper populum meum Iſraël: & ſalvabit populum meum de manu Philiſtinorum: quia reſpexi populum: venit enim clamor eorum ad me.**

HEſterna concione vidimus quanta Samuel auctoritate valeret apud Iſraelitas. Nam erat incredibile, tam temerarios, tam contumaces, tamque rebelles homines potuiſſe tam exiguo temporis momento ad Deum reduci, & ad hominis ſolam vocem quieſcere, ſeque domum recipere. Verbis tamen Samuelis ipſos acquieviſſe videmus: etſi non parvam de illis dubitandi occaſionem poſſent prætexere. Sed tantam Deus illi auctoritatem apud ipſos conciliaverat, cum Sancto ſuo Spiritu regens. Atque hoc exemplum nobis uſui eſſe oportet, ut, ſi in bona doctrina progreſſus aliquos facere cupimus, in Dei timore ambulemus, atque in eo totum vitæ noſtræ curriculum comite ſanctitate & integritate feliciter decurramus. Deinceps quam rationem Deus inierit ut Regem poſtulatum populo dandi videbimus: ac in primis notanda temporis circumſtantia eſt. Neque enim primo quoque die Iſraëlitis ſatisfecit, & tamen nullum interea populi murmur, nullæ querelæ auditæ, quaſi in fraudem ipſorum Samuel procraſtinaret. Nam eluſa videri poterat à Samuele ſpes iſtius populi: quum ſingulis domum dimiſſis, non tamen poſtulatis ipſorum ſatisfaceret. Verumtamen non dubitaverunt quin Regem eſſet ipſis daturus, quemadmodum Deus edixerat. Ex quibus conſpicuum fit, Iſraëlitas non ſeſe ad momentum Samuelis, levi quodam impetu, ſubjeciſſe, qui tamen, prout erant temerarii, multas querelarum occaſiones quærere poterant: ſed patienter exſpectaſſe, dum præſcriptum à Deo tempus opportunum adveniſſet. Sed admiranda hic divinæ providentiæ ratio, ab hominum exſpectatione remotiſſima. Nam Kiſch pater Samuelis narratur aſinas ſuas amiſiſſe, & ad eas quærendas Saulem filium cum alio ſervo dimiſiſſe. Saul vero cum ſervo uno dimiſſus, poſtquam multum in illis quærendis erraſſet, tandem cum ſervo deliberat de paterna domo repetenda, non inventis aſinabus, ne forte pater eſſet de illis ſollicitus, aut ſiniſtri aliquid ipſis contigiſſe metuens exanimaretur. Ac Saulem, ſuaſu ſervi ſui comitis, Ramatham urbem ingreſſum, in qua Samuel habitabat, atque ab ipſo admonitum, quicquid ille prædiceret, evenire ſolitum: ac proinde Deum per illum ipſis declaraturum quid aſinabus factum eſſet. Quod conſilium Saul approbatum, ſequi quidem deliberat: ſed, quod nullum præſens munus habeat, quod offerat Prophetæ, cogitabundus moras nectit. Tum vero quum ſervus ſe quadrantem ſicli habere dixiſſet, urbem ingrediuntur, Samuelem quæſituri. Contra vero Dominus dicitur in aurem revelaſſe Samueli, id eſt, per arcanam revelationem indicaſſe, die uno antequam Saul adveniret, eo die & eo momento venturum qui Rex erat à ſe deſignatus, quem à Samuele ungi vellet. Atque hæc eſt ſumma totius hujus capitis ad hunc uſque locum: ubi primum advertenda eſt genealogiæ Saulis longa deſcriptio, ex qua cognoſcamus denotari nondum adveniſſe Regnum illud à Deo promiſſum. Erat enim Saul de tribu Benjamini, prædixerat autem Jacob ille Patriarcha, fore ut de Juda Rex oriretur, cujus in ea ſceptrum ſtabiliretur, his verbis, *Non auferetur ſceptrum de Juda, & dux de fæmore ejus, donec veniat qui mittendus eſt; & ipſe erit exſpectatio Gentium.* Gen. 49. verſ. 10. Quibus verbis primogenituræ jus & Regia dignitas tribui Juda defertur: ac proinde Benjamini tribum non attinebat. Deus itaque Regem de tribu illa dans populo, indicabat non eſſe illud Regnum legitimum, licet ad tempus toleraret, quod deinceps pluribus perſequemur, & ante jam attigimus. Atque hoc teſtimonium fuit miſericordiæ, qua erga ſuum populum, licet indignum, affectus erat. Quum igitur Deus hominibus, quamquam indignis, parcit, tamen admiſcet quædam documenta quibus de peccatis admoneantur, ne Dei bonitate, ut fere ſolent, abutantur. Hoc perſpicuum eſt in hac Saulis electione, qua Deus quidem Iſraëlitarum miſertus eſt, dato Rege, quo duce adverſus Philiſtæos uterentur & adjuvarentur: in quo Dei miſericordia & ſumma poteſtas apparuit. Sed viciſſim voluit populum caſtigari de importuna illa Regis petitione, à qua non deſtiterant præmoniti: licet diu impletionem promiſſionis diſtuliſſet. Nam, ut ante diximus, dubii & incerti diu huc illuc fluctuare potuerant: & cogitare, Samuelem, ſuis rebus & filiorum commodis & auctoritati conſulentem, lactare ipſos ſpe inani, quum nullum adhuc exitum promiſſionis ſibi de Rege factæ viderent: ſed quieti & tranquilli patienter impletionem illius exſpectant. Atqui animis ſuis reſponſum illud Domini expendere illos oportebat, & ſerio cogitare de tyrannico illo ſtatu quem fore ſub expetito Rege Deus per Samuelem prædixerat. Sed contra non animadvertunt contumaciam ſuam & rebellionem, quam impunitam apud Deum fore ſibi perſuadent, quaſi Deum ſibi devinctum habeant. Atque ita vidimus illorum pervicaciam, quum, præ-

monente

Digitized by Google

... ſpeculum nobis proponitur, adverſus communem fortuitorum caſuum opinionem. Quid enim, obſecro, commune habebant aſinæ Saulis cum Regno Iſraëlis? Quis non dicat, Saulem à patre fortuito ad quærendas aſinas dimiſſum, & Saulem aſinas quærentem factum eſſe contra ſpem ſuam Regem Iſraëlis? Sane profani homines, hanc legentes hiſtoriam, in errore illo & opinione magis magiſque confirmantur, Fortuna in mundo duce omnia contingere. Ecquis vero, ſolis ſenſibus externis judicibus, non decipiatur, quum Saulem, nihil minus quam de Regno cogitantem, viderit deſignatum à Samuele Regem Iſraëlitarum, & ab eodem unctum, ut toti populo dominaretur? En quomodo quæ ſenſibus noſtris fortuita videntur, Deus tamen tanquam documenta proponit ex quibus quicquid in toto terrarum orbe fortuitum eſſe videtur, admirabili Dei conſilii providentiæ tribuere diſcamus. Atque valde neceſſaria eſt hæc doctrina, ſine qua nunquam, ut decet, neque Dei beneficia magnifaciemus, neque auctorem ipſorum laudabimus: quemadmodum incredulos & Ethnicos videmus Fortunæ rerum omnium gubernationem attribuiſſe. Neque viciſſim Dei judiciis afficeremur, quæ in mortales inopinantes immittit. Namque increduli ſolent frendentes frena mandere, Deo ipſos variis plagis affligente; neque tamen ad ipſum aſſurgere: ſed venenum ſpumantes adverſus ipſum indignari, ac veluti contumeliis petere. Quid ita? Nempe non norunt, omnes à Deo afflictiones manare, quibus, tanquam apparitoribus, utitur ad voluntatem ſuam declarandam hominibus qui ipſum offenderunt. Tanto majore igitur obſervatione hæc doctrina digna eſt, quanto à noſtro ſenſu alienior eſt, nempe, quæ maxime fortuita nobis videntur, Dei manu regi & gubernari, licet contra ſenſus noſtri judicent in multis rebus quas ſubinde contingere videmus. Quin etiam, agedum, vel in infante id conſpicuum fiat: cui ſi monetam dederis, quam in ſacculos immiſſam viritim diſtribuat, maxime fortuitum id eſſe dicetur; non minus quam ſortes, quas cæcas eſſe, & fortuito accidere, fere omnes arbitrantur, quum tamen contrarium Sapiens do-

apud homines erat loco, ad ſummum dignitatis gradum perveniat; qui vero dignitate inſignis erat, paulo poſt in contemtum veniat. Atque hac ratione miſeris mortalibus imponere Satan ſemper eſt conatus, ut in mundum confuſionem omnem inveheret, & ad libidinem ſuam homines verſaret. Tanto itaque diligentius nos oportet principium iſtud retinere & eodem niti, quo diſcimus omnia divina providentia regi, nihilque omnino caſu in toto terrarum orbe contingere. Exemplum eſto, quærens Saul patris aſinas, qui in Regnum, quod non quæſivit, incidit. At non temere & fortuito Samuel eum Regno idoneum eſſe judicavit. Næ ſi Samuel ipſe ſuo judicio, ſine ſpeciali revelatione, Saulem elegiſſet, fortuitum merito videretur; ſed Deus dicitur illi revelaſſe tantum arcanum. Quare amiſſas aſinas, Deo decernente, ſciamus, ut quærens Saul aſinas patris in Samuelem incideret: atque patrem Saulis eundem ad quærendas aſinas miſiſſe, Deo linguam ipſius regente: ac tandem Saulem cum ſervo, licet hinc inde curſitantes, tamen Dei providentia, paſſus ipſorum dirigente, ad Samuelem perductos. Quum igitur nominatim Deus in conſilio ſuo decreviſſe dicitur quod Sauli evenit, ſciendum omnes deinde illas revolutiones, & ambages, fuiſſe tanquam præparationes & cauſas medias quibus Deus ad exitum ſuum conſilium perduceret. Hinc conſpicuum quales ſint viæ Domini, quamque obliquæ, ut incertus huc illuc vagari ſine ulla certitudine videatur: ſed ita tamen ut apud ſe lucem retineat immenſam, & nihil ſit apud ipſum confuſum, nihilque temere & fortuito caſu contingat. Hinc vero etiam alia non minus utilis doctrina nobis eruenda, nempe, Deum nos manu ſua tanquam cæcos deducere: nequid noſtræ prudentiæ & induſtriæ tribuamus, ſiquid boni contigerit. Et quidem libens agnoſco, Deum multa perficere nobis intelligentiæ & prudentiæ ſpiritum largientem: ſed tamen ſæpe fit ut noſtræ cogitationes ab eventis non modo ſint alieniſſimæ, ſed prorſus etiam contrariæ & repugnantes: ut cui attribuamus eventa ignoremus eorum quæ incautis nobis acciderunt: & perſpicaciſſimi acutiſſimique in iſtis omnino cæcutiant, ut multa

ex qua penitius illam inveſtigare nitentes, nunquam ſint emerſuri: ſed quatenus Deus ipſe ſua nobis aperiit conſilia, eatenus etiam ejus providentiam cognoſcimus, & quid nobis expediat, ſobrie cogitamus. Exempli gratia, ſi in ſuperiores aëris partes efferremur, & vellemus futura his vel illis ſignis exquirere, vel etiam prædicere, quòd omnia Dei providentia regantur, quanta, quæſo, quamque intolerabili arrogantia id fieret? Quare ſi Deus nos rerum omnium futurarum ignaros eſſe vult, patienter tamen exſpectemus, dum reipſa patefaciat ſuam providentiam, cujus unius nutu regimur & gubernamur. Ac proinde reipſa experti, quicquid nobis tam proſperum quam adverſum contingit, Dei unius nutu & voluntate, ac ex paterna ipſius erga nos benevolentia & ſollicitudine contingere, fateamur exercitium eſſe quo Deus patientiam noſtram explorat & exercet: & reipſa cognoſcamus, tum nobis Dei providentiam patefieri tam certis & indubitatis ſignis, ut in dubium ſine profana incredulitate non poſſimus illam revocare. Atque hoc fit maxime conſpicuum hoc ipſo facto, quod ſi primo adſpectu intueamur, nihil niſi fortuitum imaginabimur: at quum eventa perpenderimus, Dei ſingularem providentiam agnoſcere & fateri cogemur.

Porro deinceps expendamus quod ſervus ille hero ſuo ſuggeſſit conſilium, nempe ut Saul Prophetam adiret, atque illum de aſinabus interrogaret. Quid quærat uterque, ſatis conſpicuum: imo craſſa ipſorum ignorantia hinc apparet. Nam, obſecro, eratne Prophetarum munus divinare quid quiſque perdidiſſet, & ſingulis inquirentibus res amiſſas aliquo ſigno indicare? Næ ingenii ſui ſtuporem ſervus ille ſatis indicat, hero Prophetam indicans, ad quem, tanquam ad divinum ac fatidicum quempiam, accedat, de rebus amiſſis aliquid auditurus. Atqui certum eſt, non in hos uſus Prophetas à Deo ſuſcitatos, à quibus potius fuiſſet profanata, quam in honore habita. Nam Prophetas contra Deus ideo ſuſcitabat, ut Eccleſiæ præeſſent, ut peccatoribus Dei judicia proponerent, & à peccatis deterrerent: iiſdemque à peccato reſipiſcentibus ſpem conſequendæ miſericordiæ facerent. Hi fuerunt Prophetiæ uſus & fines; ut Prophetiam profanarint qui ad inquirendum quid aſinabus ſuis factum eſſet, Prophetam adierunt. Ex quibus apparet quam populus iſte Judaïcus hebeti ingenio fuerit, qui Dei donorum uſum legitimum nunquam agnoverit, neque ſibi applicarit; ſed in contrarium ſemper deflexerit. Neque vero manifeſtam illam fuiſſe idololatriam aio, ſed craſſum tamen errorem, quem nulla unquam excuſatio poſſit à vitio liberare. Quare nos eo diligentius oportet in hanc curam hunc populum favor, & benevolentia, ſuſcitantis viros qui in populo eminerent, & non temere de rebus judicarent, neque ulla ratione humana niterentur, ſed ſingulari Dei beneficio ſupra mundum efferrentur, & Dei arcana docerentur, quæ in uſum populi ex Dei mandato & ordinatione patefacerent. Itaque Videntis vox illa Dei gratiam & benevolentiam ſummam repræſentabat, ut velut ad Deum ipſum homines aſſurgerent, & tantum beneficium grati agnoſcerent. Notum enim eſt quam homines in arrogantiam præcipites ſint, præſertim ſi à Deo donis quibuſdam ornati, cæteris excellant: quare ut ſciamus, Dei arcana non humanis tantum ſenſibus percipi, cœlitus Prophetia omnis dimitti dicitur, & omnis Propheta eſſe Videns. Ac proinde licet acutis ſenſibus & lynceis oculis præditos homines, nihil tamen percipere eorum quæ Prophetia docet, donec aliunde cœlitus nimirum illuſtretur. Quare Deo viros ſuſcitante qui fideliter verbum ipſius exponant, & ſingulare donum illius exponendi & interpretandi habeant, atque ſingulis applicandi, minime arbitrandum eſt ipſos ſuapte natura aut ingenii bonitate & induſtria iſtud aſſequutos eſſe, aut quam profitentur doctrinam ab ipſorum cerebro manare: ſed potius ſciendum eſt eos à Deo hanc gratiam eſſe ad Eccleſiæ ipſius ædificationem conſequutos. Itaque ſi bene perſpectum iſtud habuerimus, D. Petri doctrina mentibus noſtris altius erit defigenda, qua docet, *nullam Prophetiam Scripturæ eſſe propriæ explicationis. Non enim libitu hominis allata eſt olim Prophetia, ſed acti à Spiritu Sancto loquuti ſunt ſancti Dei homines.* Ac proinde rogandus eſt Deus, quum ſcripta ipſorum legimus, & doctrina quæ in iiſdem continetur nobis exponitur, ut noſtri ingenii tenuitatem agnoſcentibus nobis veram intelligentiam & cognitionem ſacrarum Scripturarum inſpiret, qua etiam ad rectam obedientiam componamur, & à Dei ſolius nutu pendeamus. Atque ut olim Prophetas Sancti ſui Spiritus afflatu rexit, eodem nos etiam ſui Spiritus lumine illuſtret, ut in ipſius ſchola majores in dies
profectus faciamus. Sequuntur verba illa, *ſervum* vers. 8.
Saulis habuiſſe præſentem in manu quadrantem ſicli argentei, quem darent viro Dei donum ſeu munuſculum. Ex quo etiam apparet illius ſeculi ſtupiditas. Nam fuiſſe non parvam divini cultus corruptionem apparet, quum vel nummum aliquem, vel farinæ menſuram, vel ova, vel quid ſimile Prophetis offerrent, quaſi pretio aliquo divini verbi revelationem ementes. Et tamen illa fuit eorum temporum & gentis illius conſuetudo, qualis hodie adhuc multis in locis eſt. Nam paſſim videas impoſtores iſtos in Papatu palam fumos ſuos venditare, novas

ſemper

Digitized by Google

nia Dei manu & providentia ſingulari fuiſſe geſta & adminiſtrata: & nominatim, quum Samuel advenientem Saulem aſſumſit in cœnaculum, deditque ei locum in ſummo invitatorum, & partem honoratiſſimam, quam aſſervari juſſerat, ei appoſuit, inſignia & illuſtria ſunt divinæ providentiæ, cujus nutu & decreto omnia illa adminiſtrata ſunt, teſtimonia, & gratiæ divinæ [illegible]. Quare diligenter verba illa expendi oportet, quibus ratio hujus electionis adfertur, quod Deus populi ſui miſertus ſit, & clamorem ejus audiverit, itaque Regem ſe Saulem elegiſſe, qui ſervet populum ſuum è manu Philiſtæorum. Porro quum Philiſtæorum iterum fieri mentionem audimus, ex eo patet, victoriam illam inſignem, quam Iſraëlitæ de hoſtibus reportarant, continuiſſe quidem illos ipſorum hoſtes aliquandiu quietos & pacificos: ſed ſub ipſam Samuelis ſenectutem illos animis receptis cœpiſſe novas Iſraëlitis moleſtias faceſſere. Neque vero pugnant iſta cum iis quæ ſuperius dicta ſunt, cunctis diebus Samuelis Iſraëlitas pacem & tranquillitatem habuiſſe, quod Deus ipſorum hoſtes domitos dejeciſſet; quin etiam pacatos fuiſſe vicinos ipſis Amorrhæos. Nam Deus populum ſuum in pace continuerat quamdiu Samuelem præfectum agnoverat: ſed quum populus ejus adminiſtrationem contemſiſſet, & dejectus eſſet de auctoritate quam à Domino acceperat, non mirum fuit ſi Philiſtæi nova conſilia adverſus Iſraëlitas inierunt. Neque dubium eſt quin ea ratione Deus in populi peccata voluerit animadvertere. Nam certum eſt illos perpetua pace fuiſſe fruituros, ſi modeſte ſe erga Samuelem geſſiſſent, neque ejus dominationem repudiaſſent, ſed ſua conditione contenti fuiſſent. Quod vero ſenem Samuelem contemtui habuerunt, Regemque magna quædam molientes expetiverunt, & non niſi re perfecta ſatiari potuerunt, idcirco Deus eorum ingratum animum & rebellionem punire voluit. Ingratum animum, inquam, quod accepta beneficia per miniſterium Samuelis contemſerant. Rebellionem vero & contumaciam, quod Dei admonitionibus locum non dederant, neque ad ejus comminationes tremuerant. Juſta fuit igitur Domini vindicta, quod Philiſtæi ipſos aggreſſi partem aliquam territorii abſtulerunt, ſed ita tamen ut in rebus anguſtis Deus populi clamores audiat. Quodſi contigit non audiri, ſed potius rejici preces ipſorum, factum quod Deum fide non invocarint. Nam Deus ad ſe vera fide & pœnitentia accedentes, nunquam rejicit: ſed in peccatis ſuis diutius hærentes, & Deum non quidem invocantes, ſed murmure adverſus ipſum inſurgentes, & impatientia frementes, non mirum eſt non modo non exaudiri, ſed contra potius repelli. Sic Deus Iſraëlitas, licet indignos, ſuſcitato Samuele, clamantes ad ſe exaudivit. Sic ſæpe ad noſtras petitiones annuit, licet non eæ ſint, quas eſſe oportebat, preces. Nam ſi Deus exſpectaret tantiſper dum in ſummas anguſtias redacti ut oportet precaremur, eheu quid nobis fieret, quam ſerum ipſius eſſet auxilium! Sane millies centies petiremus antequam Deus ullas ex noſtris precibus admitteret. Itaque Deus noſtram infirmitatem tolerat, ſed non ut in ea ſecuri ſtertamus: & prout mens dictaverit ad Deum accedamus, & ipſum precemur perfunctorie, & inani quadam cerimonia: ſed potius omnibus viribus nitendum, ut ex animo Deum votis ardentibus ſollicitemus.

Cæterum hic videmus, Deum Iſraëlitis Regiæ dignitatis petitionem concedentem, Saulem quidem Regem deſignaſſe, ſed non tamen propterea verum & promiſſum illum Regem fuiſſe: ſed ex parte tantum, quemadmodum Jeroboamum & alios deinceps Reges videmus Iſraëli præfectos: neque tamen propterea legitimos, ſed ex confuſione in Regnum illud invecta, poſtquam decem tribus à tribu Juda ſeceſſionem feciſſent. Ex quibus diſcimus, Deum aliquando ſic operari, ut ex parte tantum ſuum opus eſſe velit agnoſci: ſed ita tamen ut ipſum operi illi manum adhibuiſſe cognoſcatur. Sic diviſum fuit Judæ Regnum: Domino rebellionem populi vindicante. Interim vero ne ſe à Deo deſertum eſſe populus exiſtimaret, etſi extra modeſtiæ fines tranſilierat, Deus illius miſertus Saulem Regem conceſſit, ut Regni dignitatem à ſe uno manare populum doceret, cujus eſt etiam eandem ſtabilire. Etſi Saulis Regnum ex parte tantum, ut diximus, conſtituit. Hoc omnium temporum & locorum experientia docet. Nam quam pauci ſunt Reges & Principes qui officio ſuo fungantur?

Digitized by Google

17. Quumque Samuel videret Saulem, Jehova dixit ei, Ecce hic vir eſt, quem dixeram tibi, hic imperium obtinebit in populo meo.
18. Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait, Indica, oro, mihi, ubi eſt domus Videntis?
19. Et reſpondit Samuel Sauli, dicens, Ego ſum Videns: Aſcende ante me in excelſum, ut comedatis mecum hodie, & dimittam te mane: & omnia quæ ſunt in corde tuo indicabo tibi.
20. Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſollicitus ſis, quia inventæ ſunt, & cujus erant optima quæque Iſraël, nonne tibi & omni domui patris tui?
21. Reſpondens autem Saul, ait, Numquid non filius Jemini ego ſum, de minima tribu Iſraël, & cognatio mea noviſſima inter omnes familias de tribu Benjamin? quare ergo loquutus es mihi ſermonem iſtum?
22. Aſſumens itaque Samuel Saulem & puerum ejus, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerant invitati: erant enim quaſi triginta viri.
23. Dixitque Samuel coquo, Da partem quam dedi tibi, & præcepi ut reponeres ſeorſum apud te.
24. Levavit autem coquus armum, & poſuit ante Saulem, dixitque Samuel, Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede: quia de induſtria ſervatum eſt tibi, quando populum vocavi. Et comedit Saul cum Samuele in die illa.
25. Et deſcenderunt de excelſo in oppidum, & loquutus eſt cum Saule in ſolario.
26. Quumque mane ſurrexiſſent, & jam eluceſceret, vocavit Samuel Saulem in ſolario, dicens, Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saul: egreſſique ſunt ambo, ipſe videlicet & Samuel.
27. Quumque deſcenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero ut antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, ut indicem tibi verbum Dei.

ANtea jam audivimus Deum Samueli revelaſſe, ſe perendie indicaturum ipſi hominem quem elegiſſet Iſraëlitis in Regem præficiendum, nunc iterum idem illi confirmatur. Nam quum accedente ad Samuelem Saule novam revelationem accipit, eum eſſe qui ſuper Iſraëlem ſit regnaturus, ideo fit ut quæ deinceps ſequebantur impleret. Neque enim illi Deus hoc arcanum patefecit tantum ut cognitionem illius haberet, & curioſitati ejus ſatisfaceret, ſed quod eum vellet unctionis eſſe miniſtrum; atque Dei nomine & auctoritate rem iſtam totam perficere. Quare oportuit illum certiorem fieri non dubiis ſignis de Dei voluntate, & electione. Neque ſane temere quicquam aggrediundum eſt ſuſcipiendumve in tam arduis tantique momenti rebus, cujuſmodi ſunt Rerumpublicarum adminiſtratio, vel Eccleſiæ regimen. Et cavendum ſummopere ne ducem rationem aut arbitrium ſuum quiſque ſequatur in rebus iſtis, divinis præſertim: ſed ſola Dei voluntate niti oportet, nequid præter illam ſuſcipiatur. Atque fateor, nulla nobis hodie cœlitus datur iſtiuſmodi revelatio, ex qua ſciamus quos Deus elegerit qui hominibus præſint: ſed canonem & regulam generalem habemus, quam qui ſequutus fuerit, à recto nunquam aberrabit. Sed hic de ſpeciali facto agitur, puta de commutatione illa regni quæ fortuita eſſe non potuit: ac proinde loqui ore proprio Deum oportuit, ac certum & indubitatum teſtimonium edere, ac declarare quem populo ſuo vellet Regem præfici. Neque enim adhuc erat hæreditaria regni ſucceſſio: quare tantiſper dum opportunum tempus adveniret temporariam fieri proviſionem oportuit. Sed iſtud neque ab hominibus neque ab eorundem induſtria manare

Digitized by Google

[illegible] ubi ſit:
quare magnam fuiſſe in Samuelis habitu & veſtitu ſimplicitatem apparet. Nihilominus tamen pro Dei Propheta ab omnibus agnoſcebatur, & tanquam Dux populi & Gubernator habebatur: ſed non erat in externa pompa & magnificentia honos qui illi exhibebatur, qualis Regum aut Principum eſt dignitas & magnificentia. Quanta fuit igitur Samuelis in tanta dignitate modeſtia, ut nunquam ſui ſit oblitus, neque ſeſe extulerit, aut aliquid arrogarit, & animos aſſumſerit, ſed habitu communi tanquam unus è plebe contentus fuerit? Quo exemplo ſapere diſcunto quorum ea eſt ambitio, ut nova pompa, nova ſpecie ſemper ſplendidam dignitatem ſuam facere conentur, & omnibus conſpicui fiant. Quantum, obſecro, diſtant à Prophetico Spiritu, qui ſane Spiritus fuit manſuetudinis & humanitatis? Quare ſi in Dei filiis haberi volumus, diſcamus, licet ſummos dignitatum gradus & honores adepti, non altum ſapere, ſed nos ad modeſtiam & humilitatem componere, ut nos ipſe habitus teſtetur, non inanem gloriam & cupiditatem regnandi, & levem illam gloriolam appetere, ut prætereuntes digito monſtremur: ſed faſtus iſtiuſmodi atque arrogantia procul faceſſant. Cæterum reſponſio illa Samuelis, *ſe illum Videntem eſſe* quem quærebat, non jactantiæ eſt, ſed veritatis teſtimonium, quod interrogatus reddere cogebatur. Ac præterea dignitatem etiam ſuam retinere apud Saulem illum oportuit, ut dictis ipſius deinceps fidem adhiberet. Se itaque Videntem aut Prophetam Samuel, hanc maxime ob cauſam aſſerit, ut attentum Saulem reddat, & ad excipienda verba ſua cum humilitate præparet, ne ab humano ingenio profecta exiſtimet, ſed divinitus emanaſſe ſibi perſuadeat quam à Samuele eſt accepturus ſententiam, quæ Dei decretum eſt irrevocabile, cui ipſum acquieſcere ſit neceſſe. Ac ſane Dei ſervos, ſibi apud homines auctoritatem conciliaturos, oportet ſuum munus & dignitatem proponere, cui ſe uni ſervire neceſſe ſit. Nam ſane nemo ſibi tantam auctoritatem, ac ne præſtantiſſimus quiſquam omnium hominum arrogaverit, ut, quæ ipſe finxerit, in medium adferat tanquam Dei decreta. Qualis enim, obſecro, quantaque iſta foret arrogantia, & quam abominanda, ſi ſua ſomnia hominibus proponerent, & pro Dei verbo recipi & admitti vellent? Næ ſi ipſi Angeli ſuo nomine vereipſa demonſtrent: ſed ſe à Deo tantam dignitatem & auctoritatem accepiſſe, ut tanquam à Deo miſſi recipiantur & audiantur. Atque hanc ob cauſam Samuel ſe Videntem eſſe Sauli reſpondit, ut eum ad obſequium componeret, & ad recipiendum Dei verbum ex ipſius ore præpararet: ne deinceps in dubium vocaret quod ex Samuele erat auditurus, ſed, certo perſuaſus Dei mandatum eſſe, Samuelis verbis acquieſceret.

Sequitur deinceps, *à Samuele juſſum Saulem aſcen-* verſ.20.
dere ante ſe in excelſum, *ut*, inquit, *comedatis mecum hodie, & dimittam te mane: quicquid autem eſt in animo tuo jam indico tibi. Nempe quod ad aſinas quæ amiſſæ erant, ne adhibeto animum, nam inventæ ſunt.* Atque interim mentionem aliquam injicit revelationis quam acceperat, & illius guſtum aliquem facit, quum ait, *Erga quem autem eſt totum deſiderium Iſraëlis? nonne erga te, & erga totam familiam patris tui?* Hic obſervandum, morem illius temporis & gentis fuiſſe cibum capere ſub veſperam, quod non eſſent ordinaria & aſſueta prandia. Sub veſperam itaque cœnabant. Voces autem illæ, *ad quem eſt totum deſiderium*, dupliciter poſſunt explicari: aut quaſi populus Saulem fieri Regem expetat, & ſolum illum reſpiciat: aut deſiderium pro re deſiderata ponitur, ex uſu linguæ Hebrææ. Quæ poſterior explicatio videtur ſimplicior, ut deſiderium pro re deſiderata, pretioſa, & excellenti ponatur. Regnum igitur intelligitur. Interim obſervandum eſt, Deum Saulis animum diſpoſuiſſe ad Samuelis verba ſimpliciter admittenda. Nam ſuſpicari poterat, patrem anxium eſſe quid de ſe factum eſſet, ac proinde ſe apud Samuelem excuſare, & dimiſſionem petere: ſed nihil tale fit: Samueli ſe in omnibus obſequentem ac morigerum præbet. Neque ſane dubium eſt quin Dominus eum flexerit, quemadmodum res omnes ipſius providentia regi certum eſt. Idcirco Samuel etiam verbis ſuis quodammodo fidem fecit, ut majus apud illum haberent pondus, & ea tanquam à Deo profecta reciperet, quum addidit, *ſe ipſi quicquid in animo habebat indicaturum, de aſinabus amiſſis.* Quod ſane fieri ſine peculiari revelatione non potuit. Quare Saulem oportuit, niſi omnino contumax eſſe adverſus Deum vellet, agnoſcere, Samuelem ad ſe fuiſſe miſſum, ut illi in omnibus morem gereret, & juſſus remanere apud Samuelem, volens faceret. Sed non fuiſſe diuturnam

iſtam

… aut ad Deum ſincere converti expetit? Quinimo ſuam quiſque opinionem, & ſua ſomnia ſequitur, & in avia præceps fertur, ſui ipſius amore deceptus, & ſibi ipſi nimium ſapiens. Accedit aliud longe gravius malum, quod cupiditatibus noſtris cedimus, quibus potius quam rectis conſiliis paremus: & iis quæ bona & æqua ſunt ſubjici non poſſumus. Inde fit plerumque ut intra limites nos continere non valeamus, & quam in partem vergamus ignoremus. Ac ſane indigni ſumus quos Deus regat, quem non quærimus, & cujus contra jugum quantum in nobis eſt excutimus, quod feris belluis & contumacibus quam Dei filiis ſimiliores ſimus. Eo igitur diligentius meditanda nobis hæc doctrina eſt, ut, quum certis & indubitatis ſignis de Dei voluntate certiores facti fuerimus, nos totos ad ejus nutum & arbitrium componi oportere ſciamus. Ac de Saulis obedientia hactenus. Porro quod de Iſraëlis deſiderio dicitur, non ideo tamen Sauli defertur poteſtas & auctoritas rapiendi quicquid in Iſraële bonorum erat & divitiarum: ſed tantum Regia deſignatur dignitas, in quam erat juſſu Domini evehendus. Atque vidimus ſuperiore capite qualis futura eſſet Regis (1 *Sam.* 8. *verſ.* 9.) in rapiendo & compilando poteſtas, non quidem quod illud jus Regium ita poſtulet, ſed populi ſubjectio ferat. Hic vero nomine deſiderii nihil aliud intelligendum, quam quod erat in Iſraële præſtantiſſimum Sauli & ejus familiæ reſervari: ſiquidem Saule dignitatem Regiam conſequuto, tota ipſius familia nobilitata eſt. Neque enim ad ſolum Saulem primaria illa dignitas, ſed ad totam ejus etiam familiam pervenit. His itaque verbis Samuel oſtendit, Saulem à Deo vocatum ad eam dignitatem quam ne cogitando quidem ſperaſſet. Saul vero totus ad hunc nuncium obſtupuit, & ad tantam Dei gratiam ſibi patefactam cohorruit, Samuele ipſi patefaciente Dei decretum, quaſi diceret, Ipſum reperiſſe quod non quæſiverat. Quod ex ipſius reſponſo fit perſpicuum, quum excipit, *Ego ſum de tribu Benjamin, & patris mei familia minima eſt inter omnes alias.* Se quidem filium Jemini nuncupat, ſed ex hujus capitis initio perſpicimus, Jemini eſſe idem ac Benjamin. Filius enim erat cujuſdam è tribu Benjamin. Neque tamen propterea movenda contentio eſt, ſive Jemini, ſive Benjamin dicamus, fuit enim & Jemini, & Benjamin. Sed ſcopus reſponſionis iſtius magis attendendus, qui ejuſmodi eſt ut Saul ultro agnoſcat hominum reſpectu ſe ab hoc dignitatis gradu remotiſſimum & alieniſſimum, quandoquidem Benjamini tribus eſſet eo tempore inter reliquas abjectiſſima. (*Jud.* 20. *verſ.* 35.) Nam in Judicum hiſtoria vidimus, pene totam illam tribum internecione fuiſſe deletam, quum adverſus major fuit illa dignitas ad quam erat evectus, eo major infamia & dedecus perpetuum illa excidentem affecerit. Quare tanto major hic adhibenda cautio nobis eſt, ut quum Deus nobis ſemel oculos aperuit, ac noſtram tenuitatem nobis patefecit, agnoſcamus nos quicquid donorum habemus ab ipſius unius gratuita bonitate accepiſſe, atque animis noſtris altius illud ipſum infigamus, quod nulla unquam oblivione deleatur. Neque enim ſatis eſt, nos in diem unum aut alterum humilitatem ac modeſtiam præ nobis ferre, Deique bonitatem tanti facere quanti oportet, & ſummis laudibus prædicare; ſed perſeverandum in eo eſt, ut ad finem uſque, tenuitatis & infirmitatis noſtræ conſcii, Deo ſuam potentiam relinquamus, ac debitum honorem tribuamus. Saulem igitur quum animadvertimus initio fuiſſe modeſtum & humilem, deinde, ubi ad rerum gubernacula ſedit, factum inſolentiorem & ſui oblitum eſſe, tanto diligentius cogitemus non ſufficere ſi ſemel atque iterum Dei erga nos benefacta cognoſcamus, & pro illis laudis ſacrificium & debitum honorem reddamus: ſed oportere conſtantem memoriam eorum tota vita retinere, priſtinam noſtram conditionem & originem in dies agnoſcentes, Deoque ardentius inſervientes, quod non noſtra induſtria, non laboribus & vigilantia, ſed ipſius manu & voluntate ad aliquam dignitatem pervenimus. Quæ doctrina hoc loco pluribus nobis eſt explicanda. De temporali regno hic agitur, & quidem ad exiguum temporis momentum duraturo: Deus enim regnum illud erat in tribu Juda erecturus, Davidemque, ut deinde factum eſt, ſtabiliturus. Saulis igitur vocatio fuit tantum ad tempus, & velut quoddam interregnum. Ac ſane Deo potius tolerante, quam faciente vel approbante, Saul in Regiam illam dignitatem evectus eſt. Etſi Deus benevolentiæ ſuæ teſtimonium aliquod edidit erga populum, ſuſcitato Saule cujus opera ad populi ſui defenſionem & liberationem uteretur: licet momentaneum tantum eſſet regnum illud Saulis futurum. Nihilominus tamen ſi in temporario iſto & momentaneo regno, quod Deus ipſe non approbat, neque benedicit, quemadmodum fecit quod Davidis ſequutum eſt, Deum videmus omnem hominibus occaſionem gloriandi voluiſſe adimere, & ſuperbiam atque arrogantiam omnem contundere: quid de Regno illo cœleſti dicendum arbitramur, quod nobis benigne à Deo offertur, & in cujus ſpem vocamur & adoptamur? Deus ipſe nos ex ſola miſericordia eligit & in filiorum numerum admittit quos Regni cœleſtis faciat participes, quibus immortalitatis coronam imponat, quos Angelorum ſocios faciat, quos felicitate illa æterna per Domini noſtri Jeſu

æſtimamus, certum eſt, ſummæ ingratitudinis teſtimonium fore. Quare neceſſe eſt, omnes noſtros ſenſus ad vivum affici, ut immenſam erga nos Dei bonitatem cogitantes extra nos ipſi in admirationem rapiamur, quantumque Deo debeamus non levi mente meditemur. Sic videmus, Davidem, intuentem Dei erga homines generalem bonitatem, velut obſtupe-
Pſalm. 8. verſ. 5. ſcere, quum exclamat, *Quid eſt mortalis, quod memor ſis ejus? aut filius hominis, quod viſites eum?* Atqui agit eo loco David de communi omnium conditione, qua Dei manu victum & veſtitum accipiunt. Poterat quidem David dicere, hominum officium eſſe Deum colere, quod paterna beneficentia ipſos complectatur, ſed ulterius progreditur, & velut extra ſe poſitus exclamat, Vah, Domine, quid eſt mortalis! Nos miſeri nihil niſi pulvis & putredo ſumus: quî fit igitur, ut in hunc mundum deſcendere, nos gubernaturus, non dedigneris. Tu nos liberali manu paſcis: tu regis & gubernas, tu ſpeciali providentia protegis, tu denique ſpecialem noſtri curam habes. Agite, obſecro, ſi communem hanc omnibus Dei gratiam David tanti facit, ut eam cum ſtupore admiretur, quale noſtrum eſſe arbitramur officium in ſpeciali illa Dei gratia, quæ vita communi longe præſtantius eſt beneficium, laudanda & prædicanda? Nam ſæpe quidem inter mortales multos videas, quibus longe ſatius foret nunquam natos eſſe quam tot miſerias ſuſtinere. At quum Deus nos aliorum hominum numero velut eximit, & ſingularibus quibuſdam donis exornat, ac nominatim, ut dixi, nos ad æternæ vitæ ſpem vocat, ac ſenſus noſtros dirigit, Dominoque noſtro Jeſu Chriſto unit, ut in ipſo bonis ipſius omnibus perfruamur, nonne ampliſſima nobis offertur materia exclamandi, Vah, quid nobis fiet miſeris, niſi ſponte Deus nos manu ſua ſublevet & dirigat! Natura ſiquidem omnes maledicti ſumus, & iræ filii: quin etiam Diaboli ſervitute premimur, & mortis jugo ſubjicimur. Sed Deus nos ipſe regit, & à mille periculis tuetur & eripit, quis autem hæc tanta Dei dona ſicuti par eſt ſuſpicit? Quare danda eſt omnis opera, ne Dei beneficentiam conſiderantes leviter prætereamus, aut turpi ingratitudine Dei veritatem ſupprimamus, aut tanquam rem nullius momenti parvi faciamus. Quin potius hæc eſto noſtra unica cura, ut quotieſcunque de nobis cogitamus, priſtinam conditionem noſtram, antequam in gratiam
offeruntur benedictionibus, ita vitam inſtituamus & componamus ne nos incredulos præbeamus: neque tanto unquam ſtupore percellamur, ut viam gratiæ & miſericordiæ ipſius intercludamus. Virgo ſane
Maria ad nuncium illum Angeli, fore ut Dei Filium Luc. 1.
conciperet, obſtupeſcens, rationemque quomodo id v. 31, 34.
fieret exquirens, non ideo tamen Dei gratiam repulit, ſed in Deo acquievit, dubitandi tamen cauſas aperiens: ſeque docilem & obſequentem in omnibus
præbens. Diſſimilis in eo Saræ, quæ ad pollicitatio- Geneſ. 18.
nem Angeli de filio ex ſterili naſcendo ex diffidentia verſ. 12.
ſubriſit. Quare diſcamus ita dejici & humiliari, ut tamen fide caput attollamus, ut quicquid Deus ex beneficentia ſua nobis obtulerit, accipiamus. Multi enim humilitatem maximam profitentur, quum ſeſe præſertim inſpiciunt: ſed inde non bene occaſionem accipiunt inferendi, ea prohiberi nobis ad Deum liberum acceſſum. Contra enim oportet nos tenuitatem noſtram & indignitatem probe agnoſcentes, tamen propius ad ipſum accedere. Ecquid enim humilitas noſtra nobis eſt profutura, ſi à Deo recedendi ex ea capimus occaſionem? Næ damnoſa foret & damnanda modis omnibus humilitas. Sic multos ſæpe in deſperationem venire conſpicimus, & ſenſu ſuæ infirmitatis & vitiorum adductos, ſimiles voces effundere, Me miſerum! Quis ego ſum? Deumne me tot vitiis opertum reſpicere? Deumne mei miſereri, & in filiorum ſuorum numerum admittere? Cavendum ſane modis omnibus, ne iſtos imitemur, ſed potius enitendum, ut quo majore ſenſu peccatorum noſtrorum affecti fuerimus, eo ardentius ipſum requiramus, amarique nos ab ipſo nobis perſuadeamus. Ac quæcunque bona nobis largitus fuerit, illis licet indigniſſimi ſimus, gratis tamen accipiamus.

Porro hic iſtud etiam obſervandum, Saulem, quum
à Samuele ungeretur, non quidem Regem nominari, 1 Sam. 10.
ſed Anteceſſorem & Gubernatorem populi: & veriſi- verſ. 1.
mile eſt, Samuelem illum de officio admonuiſſe, & ad illud faciendum fuiſſe cohortatum. Illum quidem Regem fore & regnaturum intelligit: ſed voce utitur, qua populi unitio & conjunctio ſub ipſius regno indicatur, ut oſtendat, niſi concordiam fove-
rint, diſſipationem eventuram. In libro Judicum vi- Judic. 21.
dimus, quum non eſſet Rex in Iſraële, quemque feciſſe verſ. 25.
quod libido dictabat. Quæ ſane miſera & deploranda eſt conditio, quum ex libidine quiſque ſua re-

ſorum ſuæ fidei commiſſorum curam invigilent, & in flagitioſos animadvertant, ne quam confuſionem capere ſinant, potentioribus in alios ſævientibus: ſed ſuum cuique tribuatur, & libere inter ſe alii cum aliis converſentur & negotientur: ac ut quiſque privatus omnia ſua ſtudia in concivium & regionis totius curam convertat. Atque ſi hoc poſtulat ipſa humanitas ipter homines, quid, quæſo, Deo deberi dixerimus? Næ meminiſſe homines oportet, Deo ſummam ſemper dignitatem primariam deberi. Denique ut rem iſtam in pauca conferam, Deus Regem Saulem populo præficiens, docuit, non amplius potuiſſe populum tutum eſſe, & immunem à periculis ſubſiſtere, ſed exitio fuiſſe proximum, niſi divinitus remedium iſtud, nempe caput, quo in unum coaleſceret ipſi concederetur: nam jam ante vidimus quam contumax iſte populus fuerit, quamque ſuis paſſionibus & affectibus locum dederit, ut nova quotidie ipſorum malis quærenda eſſent remedia. Quare Deum ipſum oportuit huic neceſſitati remedium adferre; quod Rege ipſis dato effecit. Quæ vero de tempore & populo illo dicuntur, in uſum noſtrum trahenda ſunt, & ex iis generalis canon ſtatuendus,
v. 23.22. ut ſupra monuimus. Deinceps ſequitur, *Samuelem juſſiſſe coquum adferre portionem quam reſervari ante juſſerat, puta armum & quæ adhærebant ei: Saulemque eo die cum Samuele comediſſe, ac locum habuiſſe in ſummo invitatorum, qui erant quaſi triginta viri.* Mirum hoc primo adſpectu videri potuiſſet. quum non duvivio, loco inferiore ſedeto. Verum nihil tale audituri, non ideo Seniores illi commoventur, etſi factum iſtud Samuelis inſolens videri poterat: & levia ſunt hominum ingenia, atque appetitus vehementes, ut facile commoveri potuerint ad ſacrificium iſtud invitati Seniores & honorati viri, adverſus Samuelem, & quaſi de injuria ſibi facta murmurare, & de ea conqueri. Verum, ut dixi, Samueli ſe obſequentiſſimos præbent, & ſibi adoleſcentem præponi non iniquo animo ferunt. Ex quibus tanto magis nos in iis quæ ſupra diximus oportet confirmari: nimirum quum aliquid Deo gratum eſſe non dubiis ſignis conſpicimus, placide illi acquieſcendum eſſe, licet nos quilibet mortalis ejus nomine alloquatur: ac licet deprimamur & de dignitate dejiciamur, Deuſque patientiam ita noſtram exploret, patienter ferendum eſſe, neque iis quos Deus extulerit nobiſque prætulerit invidendum: licet alioquin ipſorum conditio non ea ſit ut tantus honor ei debeatur. Quare Deo facienti ſponte ſubjiciamur, & morem in omnibus geramus. Quantum beneficium ab illo conſequamur, quum in numerum filiorum recipit, expendamus: ac in Dei domo dejici ac deprimi, & ipſius miſericordia frui, quam cum impiis lætari, & magnis honoribus, cum Dei maledictione conjunctis, perfrui, malimus.

Supereſt, fratres, ut coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, peccatorum infinitatem agnoſcamus, quibus ejus iram in nos provocavimus, &c.

HOMILIA TRIGESIMA SECUNDA IN I. LIB. SAMUELIS.

CAP. IX.

26. Quumque mane ſurrexiſſent, & jam eluceſceret, vocavit Samuel Saulem in Solario, dicens, Surge, & dimittam te. Et ſurrexit Saul: egreſſiq; ſunt ambo, ipſe videlicet & Samuel.

27. Quumque deſcenderent in extrema parte civitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero ut antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte pauliſper, ut indicem tibi verbum Dei.

CAP. X.

1. TUlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput ejus, & deoſculatus eſt eum, & ait, Ecce unxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in Principem.

2. Quum abieris hodie à me, invenies duos viros juxta ſepulcrum Rachel in finibus Benjamin, in Meridie, dicentque tibi, Inventæ ſunt aſinæ ad quas ieras perquirendas: & intermiſſis pater tuus aſinis, ſollicitus eſt pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo?

3. Quumque abieris inde, & ultra tranſieris, & veneris ad quercum Thabor, invenient te ibi tres viri aſcendentes ad Deum in Bethel, unus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. 4. Quum

Digitized by Google

quæ offeruntur, & oculos mentis in ea quæ Deus jubet intentos habere, ut nos ad ipſius obſequium tantum componere ſtudeamus, perſuaſi eum proviſurum iis quæ nobis occulta ſunt; etſi viarum ſuarum rationem minime nos doceat. Noſtram itaque fidem ita Deus exercere vult ut in perpetuo timore ſenſus noſtros contineamus, & omne noſtrum ſtudium in ipſius verbum feratur, cui nos ultro ſubjiciamus & ſimpliciter acquieſcamus, neque ulterius ab ipſo, quare ita factum velit, inquiramus. Quæ ſane ignorantia ſuperat omnem humanam ſapientiam, eorum qui argute & ſubtiliter omnia rimantur. Multos enim videas quibus hæc ſimplicitas non ſatisfacit, quique Deo nunquam morem gerunt, niſi quare Deus ita velit, ſcrutentur, & quodammodo cum illo rationibus ſuis contendant. Contra vero diſcamus, ita prudenter nos gerere, & ita metiri, ſobrieque ſapere, ut quicquid Deus non revelaverit, libenter ignoremus, donec ipſe Deus majorem lucem nobis attulerit, quod ſuis gradibus & temporibus facturus eſt, & olim patefacturus quod in præſentia nobis eſt incognitum, modo patienter exſpectemus.

Sequitur deinceps, *Samuelem alloquutum fuiſſe Saulem in Solario*, id eſt, in loco edito, & ad Solem expoſito. Nam apud eam gentem ædificia ſic erant compoſita, ut in ædium ſuprema parte deambularent, quum æſtus deſierat & in umbra ſtare nollent. Itaque in tectum, aliter quam noſtra ſunt, conſtructum, adſcendebant, & tanquam in pavimento deambulabant. Itaque Samuel in ejuſmodi Solarium adſcendiſſe dicitur cum Saule, ut ipſum alloqueretur, & quidem ſecunda vice. Denique quum à ſe illum dimitteret, & deſcenderent ad extremum civitatis, dicitur Samuel *edixiſſe Sauli ut juberet puerum ſuum præcedere, quo facto, accepta phiala olei perfudiſſe caput ejus, atque indicaſſe ipſum à Jehova in Regem populi electum.* Tum dediſſe illi ſigna quibus de vocatione ad Regiam dignitatem certior fieret, nempe *Primùm fore ut quum à ſe receſſerit inveniat duos viros à patre miſſos, qui dicant inventas aſinas quas quæſitum abierat, ac proinde domum revocent. Secundo, tres alios viros ipſi occurſuros, aſcendentes ad Deum in domum Dei fortis, qui daturi ſint ipſi duas tortas panis, quas accipiat è ma*cepta Samuelem non ut privatum, ſed ut Dei Prophetam dantem oportuit Saulem eo attentius excipere. Hinc diſcendum eſt, admittenda ſigna quæ à Deo nobis immittuntur, etſi non primo intuitu nobis appareant ea perfectione quam expeteremus: ut ſciamus, ita Deum frenare nobis innatam præcipitantiam, qua fit ut Deum ex arbitrii noſtri ſententia velimus. Primo quoque tempore nos ad faſtigium uſque deducere; ſic ut nihil nobis deſit. Verum enimvero quoniam melius, quam nos ipſi, cognovit noſtram indigentiam & neceſſitatem, idcirco nos ad eam ſuæ voluntatis cognitionem deducere vult, qua velut pueri fiamus, qui, ad ſcientiarum præſtantiſſimarum cognitionem venturi, in ipſa Schola diſcunt prima elementa: ac proinde etiam variis modis nos ſollicitat, ut innatam in nobis ſtultam arrogantiam domet, & in officio nos contineat. Nam ea hominum arrogantia eſt, ut licet imperitiſſimi & ignariſſimi, tamen pro ſummis doctoribus haberi cupiant, & omnibus eſſe admirationi. Quandoquidem igitur hic nobis à natura morbus arrogantiæ & inſolentiæ eſt inſitus, idcirco etiam Deus nobiſcum agit prout utile nobis eſſe cognovit. Hinc fit, ut non tam cito, quam vellemus ipſi, ad ſummam rerum cognitionem perveniamus. Notandum itaque eſt iſtud exemplum, quum Deus dicitur Saulem mature inſtituiſſe, ut, quum ad Regiam dignitatem perveniſſet, quid ſui eſſet officii non ignoraret, ſed pedetentim tamen & per gradus quoſdam; & quidem (quod obſervandum) non palam ſed velut in occulto erudiiſſe. Atqui humani ingenii ea eſt depravatio, ut Deo ſua in nos dona conferente, cupiamus ea palam omnibus prædicari & innoteſcere, ut multis teſtibus celebres fiamus. Et nobis inutilia dona videntur, niſi in omnium aures perveniant, quibus admirationi ſimus, & cæteris excellentiores videamur. Hic vero docemur, Deo nos in humili quodam ſtatu continente, & tanquam abjectos & viles habente, ut dona ipſius in nobis veluti ſepulta jaceant, ut in nobis homines nihil admiratione & honore dignum animadvertant, tamen contenti eſſe eo quod Deus ſeſe nobis patefecit, & quocunque ipſi placuit ſigno communicavit: atque adeo externas illas pom-

Digitized by Google

appareant. At ſic factum Deus voluit; ne ante conſtitutum tempus prodiret, aut ſeſe ingereret, ſed patienter exſpectaret donec eum in medium produceret, & qualem eſſe vellet, patefaceret. Hinc igitur diſcamus, non efferri, ſed ſiquæ Deus in nos dona contulerit, & eadem in nobis occulta eſſe voluerit, ne indignemur aut moleſte feramus ſi non ſunt omnibus conſpicua, & non excellimus ut admirationi ſimus: verum tantiſper exſpectemus dum ipſe Dominus, prout utile & commodum eſſe ipſi videbitur, rem cœptam promoveat, & ipſe nos in medium producat. Atque neceſſaria eſt nobis hæc doctrina. Nam ipſo uſu diſcimus quam levia ſint noſtra ingenia, & moræ impatientia, quum promiſſiones aliquas à Deo accepimus, ut vix exſpectare poſſimus per impatientiam cujus in poſterum promiſſiones habemus. Exempli gratia, ſiqua urgemur calamitate, ex qua liberationem Deus promittat, nos primo quoque die, imo etiam momento illam fieri vellemus: quieſcere non poſſumus, & ipſi ultro angimur ab affectibus vehementioribus abrepti, Deumque vellemus vi quadam ad momento ſuum opus implendum & perficiendum adigere. Quo magis igitur ad nimiam præcipitationem ſumus proclives, eo magis diſcamus, Deo ſignum aliquod gratiæ ſuæ & favoris largiente, meliora ſemper ſperare, & patienter conſtitutum ab ipſo tempus exſpectare: ac vehementiores & ferventiores noſtros affectus frenare, quibus nimium indulgere plerumque ſolemus. Dein-
verſ. 27. ceps vero Samuel dicitur juſſiſſe Saulis puerum ſecedere, quum eſſet ipſum in Regem uncturus. Quibus verbis ſuperior doctrina magis ac magis confirmatur. Ecquid enim Samuelem prohibebat quominus perfunderet Saulis caput oleo unctionis Regiæ coram ipſius puero? Sed ita ſolet Deus operari ſupra humanos ſenſus: neque ſe patitur noſtris legibus conſtringi, aut ad arbitrium noſtrum componi. Itaque prout ipſi placet operatur: quod licet nobis inſolens videatur, tamen eo magis nos oportet incitari ut ad Dei nutum & obſequium nos componamus, & quicquid agit comprobemus, licet viarum ipſius incognita plane ſit nobis ratio, donec ipſemet ſignorum quæ dederit ſignificationem ipſo eventu demonſtret, & in quem uſum ea referri velit ſignificet: atque adeo quare iſtiuſmodi rationem quæ nobis initio non ſatisfacit inierit. Ac ſane ſi ex ſenſus noſtri ratione de toto iſto negotio judicaverimus, nihil niſi abſurdum videbimus & ab omni recta conſiliorum ratione alienum: quum præſertim intra paucos dies oporteret, Saulem Regem deſignatum eſſe, palam demonſtrari. Quare ergo Deus non vult ipſius famulum id in præſentia reſcire? Quare nullum exſtare hujus vocationis apud ullum mortalium teſtimo-

jam hic nominatim dici videmus, [illegible] Samuelem ut Saul famulum ſecedere juberet, quo res illa tota & inauguratio illa in Regiam dignitatem, ſolis teſtibus Samuele & Saule, perageretur, donec Deus ipſe rem totam patefaceret, & ad exitum perduceret. Hinc vero diſcamus viarum Domini conſiliorumque ipſius rationem admirari: cujus parva & exilia ſunt initia, adeoque tenuia ut nihil niſi magna extrinſecus infirmitas appareat, nihilque magnum & admirandum videatur, ut ſperare ſupra omnem ſpem diſcamus. Nam, exempli gratia, Deus quidem poſſet Euangelio tantum ſplendorem dare ut paſſim floreret, atque omnem ſuperſtitionem & idololatriam funditus uno momento evertere, atque Filii ſui Jeſu Chriſti regni inſigne primo quoque tempore extollere, tantamque illi auctoritatem conciliare, ut ne hiſcere quidem ullus auderet ad impediendum doctrinæ ipſius curſum, quo minus momento in toto orbe promulgaretur: ſed rationem prorſus contrariam ſequitur. Ea enim eſt Chriſtianorum conditio, ut ſemper variis agitentur procellis, & ſemper incertus & dubius ſit ipſorum ſtatus, imo & adſpectu horridus ac periculorum plenus. Nam ſi hodie bono loco res ipſorum eſſe videantur, perendie ſumma rerum perturbatio ſequitur: adeo ut improbi & flagitioſi homines, Chriſtiani nominis hoſtes conjurati, mirum in modum efferantur, rerumque potiantur, atque inſolenter ſeſe, auctoritate maxima pollentes, gerant. Hic ſi judicium noſtrum adhibere volumus, & Dei opera ad illius regulam expendere, certum eſt fore ut illa condemnemus: ſed qua, quæſo, temeritate & quo tandem furore? Quamobrem diſcamus iis quæ Deus diſponit acquieſcere: quæ ſi noſter intellectus non percipit, & ſenſus noſtri non capiunt, nihil tamen eſſe laudabile, niſi quod à Deo nobis exponitur, nullamque doctrinam, nullam ſapientiam, nullam juſtitiam approbari, niſi quam ipſe docuerit, ſciamus. Atque hoc eſt hoc loco diligenter annotandum, ut ſua Deo libertas relinquatur, eique rerum omnium diſpenſationem permittamus, & nos ab eo pedetentim & per gradus regi ſinamus, totoſque nos ipſius arbitrio permittamus. Quod ad unctionem attinet, minime dubitandum quin eo ſigno Deus gratiam Sancti ſui Spiritus repræſentare voluerit. Sæpe enim in ſacra pagina phraſes ejuſmodi occurrunt, quibus per unctionem olei, gratia & unctio Spiritus Sancti repræſentatur. Nos enim natura noſtra ſumus ſicci & aridi, ſine liquore & humore: quare quicquid habemus, aliunde procedat neceſſe eſt; nempe à Deo, noſtræ indigentiæ & inopiæ ſuccurrente. Atque hanc ob cauſam Spiritus Sanctus per oleum repræſentatur: & vita nova per unctionem. Sumus enim veluti mortui, donec Deus ipſe novum vigorem nobis

largia-

Digitized by Google

[illegible]
Pſal. 45. natim dicitur, *Deus tuus unxit te ſupra omnes tuos con-*
verſ. 8. *ſortes.* Quod etſi in ipſo Davide verum fuit, tamen
ſpeciali quadam ratione fuit David figura Domini
noſtri Jeſu Chriſti, qui omni gratiarum abundantia
cumulatus olim erat venturus. Idcirco etiam Davi-
dem ſæpe legimus *Unctum Dei* vocari. Saulem qui-
dem fateor, unctum Regem fuiſſe, ſed cujus momen-
taneum tantum erat futurum regnum. Sic videmus
1 *Reg.* 19. etiam Jehu fuiſſe unctum Regem; ſed cujus regnum
verſ. 16. adulterinum fuit & reprobatum à Deo, quod à Da-
2 *Reg.* 9. vidis domo receſſiſſet. At quum Scriptura meminit
verſ. 6. uncti à Deo, de Davidis ſucceſſoribus loquitur, qui
populum in ſpe venturi ex Davidis ſtirpe Mediato-
ris, Patribus promiſſi foverent. Atque vox illa *Un-
ctus*, idem eſt ac Chriſtus, à quo etiam Chriſtiani de-
nominamur, ut oſtendatur, veritatem reſpondere
figuræ, quoniam Jeſus Chriſtus, qui verus eſt Re-
demtor ſub Lege cerimonialibus illis ritibus figu-
ratus, vocatus eſt Unctus Dei & Chriſtus, ſicut ante
dixi: & etiam perſpicuum eſt ex Cantico Simeonis,
in quo bonus ille ſenex lætari dicitur quod vidiſſet
Unctum Domini, qui eſt Dominus noſter Jeſus
Chriſtus, Verbum illud æternum, in quo eſt omnis
perfectio eorum quæ ſub Lege figurata fuerunt. Ni-
hilominus tamen magnum fuit diſcrimen inter Do-
minum noſtrum Jeſum Chriſtum, & eos qui fuerunt
ipſius figuræ & imagines. Nam etſi David unctus
fuit, reliquos tamen ſuæ unctionis participes facere
non potuit: ſed Dominus noſter Jeſus Chriſtus ita
fuit unctus, ut ejus unctionis fiamus participes, & à
Chriſto, Chriſtiani dicamur. Nam in ſua membra ef-
fudit Spiritus ſui gratiam ſecundum eam menſuram
quam ipſi placuit. Ac ſane, niſi unctionis illius ſpiri-
tualis fiamus participes, Deo placere non poſſumus,
& nullam in ipſo partem habemus; quemadmodum
1 *Joan.* 2. in 1 Joan. dicimur omnes ex plenitudine gratiæ
verſ. 20. ipſius haurire. Nam quare filii Dei ſumus, niſi quia
1 *Joan.* 1. Sanctum ſuum Spiritum nobis communicavit? ut
verſ. 16. idem Joannes docet, & Paulus Apoſtolus variis locis,
1 *Joan.* 4. ſed nominatim in epiſt. ad Roman. ad Epheſ. ad
verſ. 12. Theſſaloni. ubi dicitur Spiritus Sanctus eſſe arrhabo
Rom. 8. hæreditatis noſtræ, ad quam vocati ſumus. Eum
verſ. 15. inquit Paulus eſſe, per quem Deum Patrem noſtrum
Epheſ. 1. invocamus. Nobis unctus dicitur, quemadmodum &
verſ. 13. unctus Dei. Neque vero tantum beneficium à nobis
habemus, ſed gratiam pro gratia. Nam quæ dona

[illegible] ejus eſſe clientela & protectione, penes quem ſum-
ma eſt poteſtas, non tantum in homines, ſed in ipſos
etiam Angelos, agnoſcant. Ita igitur hoc loco Samuel
dicitur Saulem oſculatus, Regem illum agnoſcens &
pro Rege colens, licet nondum admiſſum & cogni-
tum. Qua in re Samuelis apparet modeſtia. Nam cer-
tum eſt, Samuelem, ſi affectibus humanis locum dediſ-
ſet, vehementer commotum iri adverſus Saulem, &
magnopere exaſperatum iri, ob ereptam auctorita-
tem illam qua prius apud plebem valebat, quamque
multos annos retinuerat: ob filiorum contemtum
quos exauctoratos videbat, & Magiſtratum illis abro-
gatum. Nam licet jam antea Samuel plebis de illis
querelas audiviſſet, tamen nova iſta Regis deſignatio
vehementius animum ipſius percellere poterat. No-
tum autem eſt, ambitionem plerumque cum ſumma
invidia eſſe conjunctam. Qui vicino invidet, non po-
teſt non indignari ſi progreſſum illius viderit: nam
Invidus alterius rebus marceſſit opimis. Denique in-
vidiæ finis eſt, ſua & ſuorum commoda cum aliorum
detrimento quærere, ſuaque aliis longe præferre.
Deinde invidia contentionem parit inter pares invi-
cem de honore certantes, neutris cedere volentibus.
Hic vero ſimpliciter videmus Saulem à Samuele fuiſ-
ſe oſculo exceptum, in ſubjectionis ſymbolum, quaſi
ſeſe auctoritate & magiſtratu abdicaret: quem tamen
ſibi nequaquam arrogarat, ſed à Deo, ut vidimus, ac-
ceperat. Cedit tamen ultro Sauli dignitatem, quam à
Domino illi deferri videt, ut nullus ſit amplius ex-
ceptioni locus: atque ideo ſymbolum addit oſculi,
quo amicam ſubjectionem atque voluntariam teſte-
tur. Denique Saulem tanquam Regem ſalutat & ve-
neratur, quod hanc modeſtiam Deo non ingratam
eſſe cognoſcat. Hinc vero diſcamus, eos quos Deus ad
ſummos dignitatum gradus evehit, & nobis præeſſe
vult ac dominari, debito honore proſequi, ut non
tantum ipſis quaſi per vim ſubjiciamur, ſed ultro &
ſponte ipſis obediamus. Et quandoquidem Deo grata
illa eſt obedientia, & loco ſacrificii boni odoris, Deo
perſonas noſtras offeramus, iis nos ſponte ſubjicientes
quos præeſſe nobis voluit. Cæterum præter unctio- *verſ.* 2.
nem triplex aliud accedit ſignum, quo Saul à Samue-
le de regni promiſſi certitudine confirmatur. Nam
videri poterat incredibile, unctionem illam ſignum
eſſe divinæ voluntatis, quandoquidem etiam Sacer-
dotibus applicabatur. Namque is eſſe Sacramento-
rum uſus debet. Atque viſibilis illa unctio fuit, ut

poſſe, & ejus membra cenſeri, quum nobis ipſis & mundo renunciemus: quod ſane virtute ſua Deum in nobis oportet perficere. Quemadmodum vero Baptiſmus eſt teſtimonium ac ſymbolum donorum ſpiritualium: etiam ſacra Cœna Spiritus Sanctus in noſtris cordibus obſignat Chriſtum eſſe cibum ac potum noſtrum, atque nos vitam haurire ab illo, in Baptiſmo prius ab omnibus noſtris ſordibus repurgatos. Quare unctio illa, de qua agimus, Sauli profuit ad eum confirmandum in vocatione illa ad Regiam poteſtatem, ad quam per Samuelem à Domino vocabatur. Verumtamen prout infirmi ſumus in recipiendis Dei promiſſis, & noſtram incredulitatem in multis & variis rebus patefacimus, Saulem oportuit aliis etiam ſignis & quidem multiplicibus confirmari. Qua ex re apparet fidei noſtræ infirmitas: & quam mendacio paſcatur mundus, fit nobis conſpicuum. Neque metuendum ne ab aliis hac in re fallamur, quum ſua cuique imaginatio pariat errorem: ac quicquid magnum nobis pollicemur, id nobis facile perfecturi & ad exitum noſtris viribus perducturi videamur. Hinc plerumque accidit ut multi præcipites in ſua vitia ruant, & contra quum divinis verbis credendum eſt & ejus virtuti, non poſſimus perſuaderi, & ultro acquieſcere. Quamobrem quum in Sacris videmus Deum multis ſignis ſua promiſſa confirmaſſe, factum id agnoſcamus ob innatum iſtud hominibus incredulitatis vitium. Quod vero non incurrant hodie ob oculos noſtros tot ſigna & ſymbola divinarum promiſſionum quot ſunt olim veteribus oblata Legis tempore, ne propterea tamen exiſtimemus Deum nobis deeſſe, aut ideo deteriorem eſſe noſtram conditionem: quandoquidem longe melior & pretioſior eſt noſtri ſeculi quam ſub Lege olim conditio. Nam in Jeſu Chriſto nobis omnino acquieſcendum eſt: & figuras & umbras non amplius expetendas ſciendum, ſiquidem corpus ipſum & veritatem in ſumma perfectione ſecum ipſe nobis attulit Jeſus Chriſtus. Cæterum primum quod Sauli ſignum occurſurum erat, duo viri dicuntur obviam illi venturi apud ſepulcrum Rachelis in termino Benjamini (quod nimirum fuit inter ſortem Benjamini & Juda) qui referant inventas aſinas fuiſſe quas quæſitum abierat, patremque de ipſo eſſe ſollicitum. Qui vero Samuel iſta divinaſſet, niſi divinitus ipſi revelata fuiſſent? Itaque Saulem vehementer, tanquam oraculo divino confirmari oportuit, quo velut ipſe Deus ratam faciebat illam de regno adipiſcendo promiſſionem. Si hanc gratiam ſolam conſequutus fuiſſet, ut duos viros offenderet à quibus domum reduceretur, magni ſane beneficii loco iſtud habere illum oportuiſſet: ſed virorum iſtorum occurſus finis longe fuit excellentior & præſtantior, nempe non dubia teſtificatio, fore, ut quemadmodum illi duo viri ipſi occurrerent

mur, Deinde potentiam & virtutem adoremus ac veneremur, ſcientes ipſum ſeſe nobis in illis patefacere, ut ipſum colere & venerari diſcamus: verum etiam, & quidem in primis, ſigna cum verbo ipſius conjungamus. Quamobrem ſigni hujus hæc fuit utilitas, ut Saul non tantum agnoſceret Deum ſui miſertum, oblatis ipſi nunciis à Patre miſſis, ſed etiam certior fieret, promiſſionem illam, quam Samuelis miniſterio acceperat, de Regia dignitate, tandem ab eo implendam qui promiſerat.

Secundum vero ſignum, fuerunt viri tres, aſcen- *verſ. 3.*
dentes in Dei domum ſacrificaturi. Unde apparet, præſcriptam à Deo ſacrificiorum regulam, non fuiſſe adeo religioſe, ut oportuit, obſervatam. Non dicuntur enim veniſſe in Rama ſacrificatum, ubi tamen Samuel exſtructo altari ſacrificarat. Sibi ergo multum permiſerunt. At ſi Deus aliquid ipſis condonavit, non ideo tamen in exemplum eſt factum ipſorum trahendum. Quod Papiſtas hodie factitare videmus, quum Traditiones humanas ſuis rationibus conantur verbo Dei æquare, & tanquam Dei verbum habendas perſuadere. Nam hunc locum & ſimiles ex ſacra Scriptura in ſenſum communem trahunt ut ſuis commentis fidem faciant. At ſi Deus [illegible] quædam toleravit, non ideo tamen comprobavit. Ecquis igitur eo deveniet impudentiæ ut idcirco ſuis inventionibus laxet habenas, & pro Dei verbo velit ab hominibus haberi? Viam Dominus ipſe nobis præſcripſit, eam igitur inſiſtamus. Nam ipſe Dominus
diligenter ante per Moſen cavit, Ne quis faciat quod *Deut. 12.*
rectum videbitur in oculis ſuis, ſed tantum quod *verſ. 8.*
Deus præcipit. Quare cum hoc ſeculo ſignis illis careamus, quibus olim Deus cum populo ſuo egit, verbi ipſius ſimplicitati immaneamus. Licet itaque nonnunquam populus ille Judaïcus temere quibusdam locis ſacrificavit, & nonnihil à Legis puritate receſſit, Deuſque nihilominus ignovit, ne tamen exempla illa ſequamur, neque audacius aliquid tentemus, miſericordiam à divina clementia exſpectantes. Voluntati enim ejus nobis patefactæ eſt acquieſcendum, & ſoli inhærendum, ſcientes, eum ſervum qui novit vo-
luntatem Domini ſui, nec ſe comparavit, nec fecit ex *Luc. 12.*
voluntate ejus, multis plagis cæſum iri. Nos itaque *verſ. 47.*
Dei verbi ſimplicitatem ſequamur, neque quid hic vel ille fecerit intueamur: quandoquidem quicquid Dei verbo non congruit, ſemel eſt rejiciendum. Porro trium illorum, qui occurſuri erant, unus tres hœdos laturus dicitur, alius tres tractus panis, & alius utrem vini. Quæ tam articulate hic commemorantur faciunt ad Saulis fidem magis ac magis confirmandam. Nam ſi in genere de tribus viris ſacrificatum venientibus facta mentio fuiſſet, non tantum pondus habuiſſet, quantum ubi omnes circumſtantiæ deſignantur, & quid facturi ſint exprimitur, puta

ventu-

HOMILIA TRIGESIMA TERTIA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. X.

5. Poſt hæc venies in collem Dei, ubi eſt ſtatio Philiſtinorum: & quum ingreſſus
fueris ibi urbem, obvium habebis gregem Prophetarum deſcendentium de excelſo, & ante
eos pſalterium, & tympanum, & tibiam, & citharam, ipſoſque prophetantes.
6. Et inſiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum
alium.
7. Quando ergo evenerint ſigna hæc omnia tibi, fac quæcunque invenerit manus tua,
quia Dominus tecum eſt.
8. Et deſcendes ante me in Galgala (ego quippe deſcendam ad te) ut offeras obla-
tionem, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus exſpectabis, donec veniam ad te,
& oſtendam tibi quid facias.
9. Itaque quum avertiſſet humerum ſuum ut abiret à Samuele, immutavit ei Deus
cor aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die illa.

DUo priora ſigna vidimus, quibus Samuel fidem fecit Sauli, fore ut in Regem ſupra Iſraëlitas eveheretur, ex divina promiſſione & mandato: tertium ſupereſt expendendum Regiæ dignitati convenientiſſimum. Neque enim de nunciis à patre miſſis agitur, qui repertas aſinas nuncient: aut qui aſcendant ſacrificaturi: partemque aliquam panis ipſi ad veſcendum in itinere largiantur, quo ad domum paternam ſalvus redeat: ſed mutandus in alium hominem dicitur, Deique Spiritus ſuper ipſum venturus, à quo donis neceſſariis ad munus illud ad quod vocabatur exequendum ornetur. Hic itaque videmus ſignum illud eſſe præcipuum, & promiſſioni Sauli factæ convenientiſſimum. Porro quum turba Prophetarum occurſura illi dicitur, inde colligimus, quod ex aliis etiam multis Scripturæ locis apparet, tunc fuiſſe Scholas inſtitutas, in quibus in ſana doctrina juventus erudiretur. Et fit illud adhuc conſpectius Eliæ & Eliſæi temporibus. Verumtamen ſatis hoc loco fit conſpicuum, fuiſſe tum non paucos qui Legis intelligentiæ ſtuderent, ne doctrina ſalutis veraque Religio dilaberetur, aut corrumperetur, ſed Dei cultus puritatem & integritatem ſuam retineret. Et hoc ſingulari dignum eſt obſervatione. Nam quid, obſecro, tantam in mundum jam pridem invexit doctrinæ corruptionem, quid Legem Dei adulteravit, & in mendacium convertit, niſi ſingulorum negligentia, qui viros non dignati ſunt nominatim divinæ veritatis ſtudioſos habere, quorum veluti fidei divinæ veritatis cognitio traderetur? Ac ſane non alius eſt fons omnium quæ in Papatu vigent corruptionum, quam hæc ipſa ſocordia: quum imperita plebs, & cæteri, quos laïcos vocant, ſe neque presbyteros, neque monachos eſſe cauſarentur: ac proinde nihil ad ſe lectionem Evangelicam pertinere, quam illis ſuis doctoribus verſandam relinquerent. Sed quid interim boni illi Doctores & Fidei Catholicæ protectores ac columnæ fecerunt, aliud, niſi quod inanibus & profanis ſpeculationibus toti vacarunt, Dei verbo interim tanquam ſepulto jacente? Hinc doctrinæ corruptio, hinc illa in Eccleſiam invecta labes, & horrenda confuſio quæ hodie adhuc obtinet, & tam profundas egit radices, ut nulla vis ad eam tollendam ſufficere videatur. Quare tenendum eſt, hac una ratione Eccleſiam in ſuo ſtatu poſſe conſervari, ac Religionis & divini cultus pietatem retineri, ſi Scholæ inſtituantur, in quibus ſemina verbi divini præparentur; & quibus docendi munus erit commiſſum Eccleſiæ

infer-

[...] Nam ſi, ut videmus, qui rectam conſervandæ veritatis divinæ normam ſequuti ſunt, non tamen ſcopum ipſum attigerunt, quid iis futurum putamus qui quotidie adverſus ipſam pugnant? Quanto itaque ferventiorem in machinando Diabolum conſpicimus, & in confingendis machinis quibus totum, ſi poſſet, Dei cultum ſinceramque doctrinam peſſumdet, eo nos ardentiores eſſe par eſt ac vigilantiores in exquirendis remediis convenientibus, ut Dei verbum ſartum tectumque ſit & vigeat. Quæ
verſ. 5. deinceps de tympanis, tibiis & citharis dicuntur, aliiſque iſtiusmodi muſicis inſtrumentis, quibus uſi ſunt Prophetæ illi, ad Legales Cerimonias pertinet, quæ tunc temporis in uſu fuerunt. Quare diligenter & accurate diſtinguenda ſunt illa veterum ſub Lege & Cerimoniis tempora ab iis quæ Chriſtum ſequuta ſunt, quibus aliam cultus ſui rationem Deus inſtituit. Nam eadem quidem eſt rerum ſperatarum cultuſque divini atque fidei quæ olim ſubſtantia, cum Judæis nobis communis: ſed diſpar tamen rituum ratio & cerimoniarum, quibus Domino viſum eſt veteres illos exercere uſque ad pleniorem & apertiorem Euangelii manifeſtationem: & quæ hodie potius impedimento eſſent quam adjumento ad videndam imaginem illam Dei facie retecta, quæ his ultimis temporibus apparuit. Nam ſi Legis umbræ omnes hodie in uſum revocarentur, velum eſſent hominum cordibus & tanquam repagula, quibus familiari ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum acceſſu prohiberemur: qui jam ut amicos, non ut ſervos, nos compellat, qnemadmodum ipſe Dominus
Joan. 15. v. 14, 15. ſuos diſcipulos alloquitur, amicos eos ſuos vocans, quibus omnia quæ à Patre audiviſſet, nota feciſſet, & ſeſe ipſis per verbi prædicationem familiariter patefeciſſet. Quare ſciendum eſt, iſtiusmodi muſicorum inſtrumentorum uſum, quibus olim Prophetæ uſi ſunt, plane tollendum eſſe; quod alia ratione Deus ſeſe nobis hodie patefecerit, longe illuſtriore & perfectiore quam veteribus illis qui Prophetarum temporibus fuerunt. Fuerunt autem illi ritus inſtar rudis cujuſdam diſciplinæ, qua Deus veteres illos, tanquam pueros in pædagogia exercuit. Quare Prophetas oportuit externis quibuſdam ritibus populum illum excitare & attentum reddere, qui ruditati & infirmitati ipſorum convenirent. Nam tanta fuit illius populi ſtupiditas, ut niſi Prophetæ præter verbum etiam alios ritus quibus excitaretur adhibuiſſent, parum aut nihil de divinis rebus fuerit percepturus. Verum non ſimpliciter rude & infirmum iſtius populi ingenium his ritibus occaſionem præbuit; ſed acceſſit divina inſtitutio, qua Deo Eccleſiam ſuam hac forma politiæ regere viſum eſt. Nos itaque, licet ipſis Judæis hebetiores, tamen ejuſmodi ſubſidiis [...]

[...] populus ad attentionem præpararetur: ne ſegniter Dei verbum exciperent, ſed aures ad Domini mandata percipienda arrigerent. Sed illæ cerimoniæ temporibus iis viguerunt quæ Deus præſcripſerat: nunc vero venimus in ea tempora, quibus diſcrimen obſervandum eſt, à Deo ipſo factum inter nos & veterem populum: neque ulterius inquirendum: ſed ea nobis ratio debet ſatisfacere. Quare quod Deus per Euangelii, prædicationem, ſuam erga nos munificentiam & egregiam in Chriſto voluntatem patefecit, quam ipſemet Chriſtus Dominus noſter nobis revelavit: ea nobis ſatisfactum ſic oportet, ut vetera illa miſſa faciamus. Nam, ut ante dixi, licet hodie in uſu forent iſtiusmodi cerimoniæ, & eæ non prorſus inutiles, ſed ſanctæ & religioſæ, tamen nihil niſi impedimenta forent, quibus à Domini noſtri Jeſu Chriſti potius cognitione prohiberemur, quam adjuvaremur. Ergo hactenus de illis inſtrumentis muſicis dictum eſto, quibus uſi ſunt Prophetæ ad auctoritatem verbo Dei conciliandam, & auditores ad attentionem excitandos. Quod ad hanc Prophetæ hoc loco vocem attinet, plerique intelligunt eam de iis qui Dei laudes canunt: ſed coactum illud eſt. Quandoquidem enim Prophetæ vocantur, & Prophetarum munus illis tribuitur, facile judicari poteſt, eos non ſolum Dei laudes ceciniſſe; ſed etiam Dei virtutem & miracula quæ Deus olim fecerat & quotidie faciebat, ut ſuum populum tutaretur, prædicaſſe: ac ſimul etiam divinitus datæ Legis ſummam & ſubſtantiam expoſuiſſe: atque ita populum in via ſalutis inſtituiſſe. Itaque Prophetarum munus fuit populum docere regulam & normam pietatis, & in Dei obedientia continere: ac promiſſiones ejus patefacere ut fiduciam omnem ſuam in Deum reponerent, & promiſſam ſalutem per unicum Redemtorem exſpectarent. Quin etiam munus eorum erat, populum ad invocationem divini nominis, & ad gratiarum actionem pro omnibus acceptis ab ipſo beneficiis excitare. Atque hæc omnia ſub Prophetiæ nomine continentur, nempe in ſumma, Dei laudes & gratiarum actiones. At quum Paulus Prophetiæ meminit, ſub hac voce doctrinam & inſtructionem complectitur. Nam à Domini noſtri Jeſu Chriſti incarnatione, Prophetiæ & revelationes illæ, ſeu de rebus futuris vaticinia, deſierunt. Equidem tamen agnoſco, multos inter fideles fuiſſe qui futura prædixerint, & filias Philippi fateor fuiſſe Prophetiſſas, multoſque alios
primis illis temporibus, quod ex Actis Apoſtolicis Act. 13.
verum eſt: ſed viciſſim rarum admodum id fuiſ- verſ. 1.
ſe dico. Ac ſane hodie non opus eſt nobis eo & 21.
Prophetiæ dono, quandoquidem, ut loquitur v. 9, 10.
ipſe

[illegible] quidem ut futurorum revelationem accipiamus, aut eorum quæ incognita & abſcondita nobis eſſe Deus voluit: ſed ut agnoſcamus, Deum per Prophetas loquutum eſſe olim, ad noſtram inſtructionem: ac proinde Propheticæ doctrinæ uſum fore perpetuum, ut ex illis inſtructionem noſtram hauriamus. Hæc eſt igitur hujus loci ſumma, ut ſciamus non inutilem fuiſſe Prophetarum officio fungentium pompam & apparatum illum muſicorum inſtrumentorum: ſed illos revera docendi curam habuiſſe: populumque ad Dei timorem incitaſſe, ac ſalutis viam docuiſſe, & ad fiduciam in unico Deo Salvatore ponendam inſtituiſſe, formulas precum præſcripſiſſe, ex quibus Deum rite precari & confugiendi ad ipſum modum ac rationem diſcerent. Sane dignus eſt accurata obſervatione locus iſte: quum præſertim neminem lateat quam proclives fuerint homines apud omnes nationes & ab omni ævo in cerimonias & pompas vanas & inutiles: & nominatim quam Papatus hodie illis delectetur. Nam, obſecro, quot ſunt hodie in Papatum invecti ritus cum oſtentatione & magnificentia prorſus vani & inutiles? Sane aiunt maxima & pulcherrima in illis myſteria contineri: ſed attentius illa conſiderantibus nihil niſi meræ nugæ videntur. Sic videas illos vel templum vel infulam conſecraturos, vel chriſma confecturos, vel denique ſua illa myſteria perfecturos, magna id pompa præſtare ſolitos, ut miſera plebs in admirationem rapiatur, & miſere decipiatur, quod, ſi iſtis impoſtoribus vehementer affirmantibus ſenſum arcanum fides adhibeatur, & abſtruſum illa continere videbuntur: quum tamen propius inquirentibus, & rem totam inveſtigantibus, vanæ ſint & inanes cerimoniæ, & ne γρῦ quidem habeant quod reſpondeant. Et quidem multas, fateor, adhibent geſticulationes: multa ſubinde demurmurant; ſed peregrino ſermone, cujus nullus apud ignaros uſus, nulla Eccleſiæ ædificatio. Quandoquidem igitur mundus iſtiuſmodi ridiculis & inanibus geſticulationibus delectatur, veterumque exemplis abutitur, tenendum eſt Prophetas illos occurrentes Sauli cum tympanis, citharis, tibiis, aliiſque iſtiuſmodi muſicis inſtrumentis, non habuiſſe illa ut præcipuum finem & ſcopum ſuum; ſed tantum ut media quædam, quibus populum ad doctrinam cum attentione & reverentia excipiendam excitarent. Denique ratum iſtud eſto, Dei verbo *ſumus, id ex Deo eſt.* Deinde ne linguam quidem movere poſſemus ſine gratia illius qui accepit omnem plenitudinem gratiarum, ut ſciamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum à Patre fuiſſe miſſum, cui omnem gloriam & honorem debemus. Neque enim *2 Cor. 12.*
poſſumus dicere Jeſum Dominum, niſi per Spiritum *verſ. 3.*
Sanctum. Ac quod de Prophetis & Prophetiæ dono dictum eſt, etiam in Regibus & cæteris Magiſtratibus locum habeto. Porro fateor, non ſemper iſta conſpici palam: quum ſæpe contra Dominus eos ſpoliet ſuis donis quæ à Spiritu acceperunt: quod fiet in ipſo Saule deinceps manifeſtum, qui rejectus eſt à Domino, & de Propheta factus eſt Diaboli mancipium, ut veneficam adiens, & ab ea conſilium quærens, Dei cognitionem quam prius habuerat abjecerit, & in Diaboli poteſtatem ſeſe tradiderit. Denique miſer & deploratus fuerit, adeo ut ex deſperatione ſibi ipſi mortem intulerit. Itaque, ut ante dixi, Deus ea quam ante dederat prudentia & judicio Principes & Reges ſpoliat, atque, ut loquitur Propheta, Spiritus Regum *Pſal. 76.*
vindemiat, id eſt, omnibus donis, quæ prius diſtribuerat, eos ſpoliat, ut mundum de ſua ingratitudine *verſ. 13.*
ulciſcatur. Contra vero, ſi nos ipſe regere vult, & ſuam de nobis curam & ſpecialem providentiam manifeſtam facere, qua in ſuum peculium nos recepit, non modo Principes à quibus regamur daturus eſt, ſed illis etiam dona ad muneris ſui exequutionem largiturus, ſuoque Spiritu ſic repleturus ut novæ creaturæ videantur: futuris alioquin ipſis muneribus, ad quæ vocantur, ferendo imparibus. Quare quum Paſtores in aliqua Eccleſia eliguntur, qui ſint tanquam Dei internuncii ad ejus voluntatem nobis explicandam, eo ardentioribus votis Deus eſt ſollicitandus, ut faciat reipſa manifeſtum ipſos ab ipſo fuiſſe electos & vocatos ad hanc dignitatem: atque ut tam ſpiritum quam linguam eorum ſuo Spiritu regat, ut fideliter operam ſuam Eccleſiæ inſtitutioni navent. Idem de Regibus, Principibus aut aliis Magiſtratibus & Juſtitiæ adminiſtratoribus dictum eſto, ut, ſive electi ſint, ſive eligendi, Deum ex animo ſciamus invocandum, ut eos ſuo Spiritu regat, & dona quæ noverit eſſe neceſſaria ad fideliter munus exequendum ad quod vocati ſunt, ipſis ſuppeditet. Nam ſine ſpeciali iſta Dei gratia certum eſt ipſos nihil rectum effecturos, ſed potius injuſtitia omnia depravaturos: & ab officii ſui partibus procul receſſuros.

Hæc

gnos præbuerimus, aut iiſdem abuſi fuerimus: quemadmodum contra viciſſim bene utentibus ampliorem eorundem menſuram pollicetur. Exemplo eſto Saul, qui, quod à Deo Rex eſſet Iſraëlis deſignatus, in novum hominem mutatus eſt, doniſque Sancti Spiritus ornatus, ut tanto illum per ſe oneri ferendo futurum eſſe imparem Deus oſtenderet. Hinc eruenda generalis doctrina eſt, nempe, Non poſſe inter mortales quemquam reperiri idoneum ad populi ullius gubernationem, niſi divina manu regatur, & ab eadem neceſſaria dona ad tantum munus accipiat. Obſervandum autem iſta Sauli contigiſſe eo momento quo Deus illum voluit extollere, & in ſede Regia collocare. Unde colligimus, Deum ſua dona hominibus diſtribuere quum res aut tempus poſtulat. Hinc fit ut ſæpiſſime in rebus anguſtiſſimis conſilium & prudentiam ſuggerat, & quidem iis qui vel rerum ignari vel ſtupidi erant. Quamobrem hinc etiam fit nobis magis conſpicuum, Sancto Dei Spiritui, non naturæ noſtræ, aut ingenii viribus illa tribuenda. Nam quod à Deo creati & formati ſumus, & quod in mundo vivimus, quicquid donorum habemus ea ſub Naturæ nomine complecti, & dona dicere naturalia non ſufficit, niſi etiam ei ſingula feramus accepta, & non tantum agnoſcamus nos in dies ipſius beneficiis augeri, ſed etiam ei nos privatim devinctos fateamur. Idcirco nominatim hic dicitur Dei Spiritus in Saulem venturus. Porro ſi ad civilem & politicam adminiſtrationem neceſſe eſt Dei gratia peculiari eos affici, qui ad illos dignitatum gradus evehuntur; imo ſi ad familiæ gubernationem neceſſaria eſt, quid, quæſo, de Regno cœleſti dicendum arbitrabimur, & de illa dignitate qua in Dei filios evehimur? Næ magna tunc opus habemus immutatione. Nam ſi nos quales Deus reperit eſſe ſineret, certum eſt, nihil in nobis inventum iri, quod non faciat indignos Dei gratia & promiſſa ſalute, ſed contra potius iram me-
2 Cor. 5. reatur, & rejectionem. Atque idcirco Paulus ait, *opor-*
verſ. 17. *tere ut qui in Chriſto cenſeri vult, ſit nova creatura.*
Quam novæ creaturæ vocem accipit pro longe excellentiore dono, quam fuit illud quod Sauli collatum diximus. Nam quoniam terrenum & caducum regnum ſuſcipiebat, temporaria etiam & caduca dona fuerunt. Itaque Paulus non contentus eſt aut donis linguarum, aut miraculorum, aut ſanationis: quæ exigua eſſe ait ſi membra Chriſti eſſe volumus, ac proinde totam immutationem noſtri expetit, ut nempe Sancto Dei Spiritu regeneremur, quo facti nova creatura ipſi ſubjiciamur, & ad ipſius nutum & obſequium componamur. Hæc itaque ex hoc loco eruenda doctrina neceſſario eſt, ut nimirum quod ad caducam & tranſitoriam vitam hanc attinet, ſciamus nos ne digitum quidem poſſe movere, niſi Deo faciente.

illa occupanda deterrere: quod ruſticus eſſet, quod patris greges cuſtodiiſſet, quæ aliena ſunt à Regia poteſtate. Quibus cogitationibus, & aliis iſtiuſmodi, non mirum fuiſſet, ſi Saul ab hoc munere non modo deterritus fuiſſet, ſed animum deſpondiſſet, & totus ad talem nuncium cohorruiſſet, niſi plane temerarius eſſet. Samuel itaque virum excitat & acuit, admonens ne ſeipſum reſpiciat, aut muneris illius dignitatem & excellentiam, cui ferendo impar eſſet, ſed in Deum auctorem recumbat, & ab eodem auxilium & opem exſpectet, eoque fretus omnem tentationem fortiter vincat, præſentique animo rem aggrediatur: divinis tamen auſpiciis, & nihil temere ſuſcipiens, ſed totus ad obſequium divinum compoſitus. Hic Samuelis verborum ſenſus eſt, quæ utiliſſimam & præſtantiſſimam doctrinam continent. Primum enim ex iis diſcimus, qua re niti fortitudo & animi præſtantia debeat, nempe Deo unico, à noſtris partibus ſtante. Sic ait Samuel alloquens Saulem, Deus ipſe tecum erit, quod obveniet manui tuæ facito. Sic paſſim
ſacra Scriptura iſtiuſmodi ſententiis plena eſt, *Do-* *Pſal. 3.*
minus meas partes tuetur, nihil timebo. Non formidabo myriades populorum contra me conſpirantium, dum ſit Jehova meus protector. In medio mortis ambulabo. Et
Apoſtolus ait, *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* No- Rom. 8.
ſtra itaque fortitudo in eo uno conſiſtit, ut certo per- *verſ. 31.*
ſuaſi ſimus de Dei auxilio nobis nunquam defuturo. Porro non eſt arbitrii noſtri iſta perſuaſio. Nam ſi ſibi homines ſine Dei verbo promittant ejus auxilium, inanis illis futura eſt perſuaſio & ſpes irrita, atque in fumos abitura. Itaque neceſſe eſt Dei promiſſionem accedere, qua, ut ita dicam, Deus ſeſe nobis fide adſtringat, & auxilium polliceatur, quod, quum res poſtulaverit, nobis adferat. Nam ubi fuerit iſtiuſmodi certa auxilii ipſius pollicitatio, nobis illud adfuturum opportuno tempore eſſe nos perſuaſos oportet, ac fiduciam noſtram nunquam inanem fore, ut ſæpe Scriptura teſtatur. Porro Deo ſuum auxilium pollicente, & ſuo verbo nos fidere jubente, non tamen ex arbitrio noſtro temere quidlibet aggrediendum ſuſcipiendumve eſt, quaſi vel ipſum aëra vel mare ſimus tranaturi: ſed contra, poſiti ab ipſo fines diligenter obſervandi ſunt, ne ab ejus mandatis vel latum unguem recedamus, & difficultates omnes ſuperandæ ſunt atque impedimenta omnia quibus facili ad eum acceſſu prohiberemur: in ipſius eſſe poteſtate cognoſcentes victoriam nobis dare de omnibus quæ noſtræ ſaluti contraria ſunt. Quamobrem non ſunt à ſe invicem duo iſta divellenda, quæ conjunctiſſima ſunt, Dei nimirum promiſſio, de adfuturo præſenti auxilio nos certiores faciens, & mandatum placide in præſcriptis finibus & vocatione ad quam vocati ſumus ambulandi,

& ipſi

plus nobis ipſis quam liceat permittamus. Contra, quam ſegnes & pigri ad Deo vocanti obediendum. Nam novas ſubinde effugii cauſas quærimus, & multa noſtræ tarditati prætextimus. Nos vero hinc diſcamus forti eſſe animo, freti Dei promiſſionibus, ab ipſius manu validiſſima & invictiſſima tempore opportuno auxilium exſpectantes, nunquam defuturum. Et interim nihilominus in humilitate & modeſtia nos contineamus, ad id, quod Dominus ipſe manui noſtræ objiciet, animum attendentes, nihil autem temere ſuſcipientes. Cæterum hanc doctrinam non aliter nos uſurpaturos ſciamus, niſi ſuperatis multis difficultatibus, quas ipſe Diabolus ad nos ab officio deterrendos objiciet, & à quibus ſibi nemo debet immunitatem polliceri, quum variis modis Diabolus ad munus aliquod vocatos terrere ſoleat. Nam, exempli gratia, verbum Dei prædicaturo, multas undique moleſtias ſuſcitabit, quibus vel ab hoc onere ſuſcipiendo deterreat; vel, ſi ſuſcepit, ad abjiciendum impellat, aut retro fugiendum, niſi Dei promiſſione fretus, ſe nimirum virtute ſui Spiritus ipſi adfuturum, intrepide iſtis tentationibus reſiſtat. Idem patefacta turpitudine pœnas dabunt. Qui vero metu quodam deterriti, ſegnius rem gerent, etiam cum dedecore à Deo propalam in ſpectaculum exhibebuntur, ut ſuæ vanitatis & ambitionis pœnas luant. Contra vero qui ad publica munia vocati faciunt officium, & intrepide ac veluti clauſis oculis ſine προσωποληψία juſtitiam exercent, & de jure nihil remittunt, fidem ſuam approbant: ſeque teſtantur revera Dei promiſſionibus fretos, & ejuſdem regi Spiritu: ac Dei promiſſionibus nitentes debitum honorem illis exhibere, ut adverſus quæcunque impedimenta fortiter & intrepide ſeſe gerant, neque unquam à recto declinent.

Jam vero, fratres, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate & ſolio facti ſupplices, tot peccata agnoſcamus quibus ejus in nos iram provocamus: & precemur, ut ſeriam in nobis pœnitentiam efficiat, & ipſe nobis manum porrigat, ut ad ipſius juſtitiam magis ac magis efformemur, noſtriſque operibus teſtemur noſtram obedientiam, ut ejus Spiritu tanquam filii in poſterum regamur, &c.

HOMILIA TRIGESIMA QUARTA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. X.

8. Et deſcendes ante me in Galgala (ego quippe deſcendam ad te) ut offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: ſeptem diebus exſpectabis, donec veniam ad te, & oſtendam tibi quid facias.

9. Itaque quum avertiſſet humerum ſuum ut abiret à Samuele, immutavit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die illa.

10. Veneruntque ad prædictum collem, & ecce cuneus Prophetarum obvius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus Domini, & prophetavit in medio eorum.

11. Videntes autem omnes qui noverant eum heri & nudiuſtertius, quod eſſet cum Prophetis, & prophetaret, dixerunt ad invicem, Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter Prophetas?

12. Reſpondit alius ad alterum, dicens, Et quis pater eorum? Propterea verſum eſt in proverbium, Num & Saul inter Prophetas?

13. Ceſſavit autem prophetare, & venit ad excelſum.

Poſt-

potuiſſet quod apud ſe conſtituerat implere. Nam quum ſit Omnipotens, omniaque in manu ſua habeat, nihil poteſt ipſi remoram injicere: ſed nihilominus pedetentim progreditur, idque propter homines nominatim facit. Unde mira & portentoſa eſt hominum arrogantia, Deo quodammodo litem moventium, quod non ex ipſorum arbitrio & imaginatione in operibus ſuis progrediatur, & quæ conceperunt perficiat: neque attendentium, ita Deum agere, ut ſeſe ipſorum infirmitati accommodet. Quamobrem obſervatione ſingulari dignus eſt hic locus, quum dicitur Saul amplius edocendus à Samuele. Et quidem initio capitis hujus vidimus à Samuele ſeorſim vocatum Saulem, deque Dei voluntate certiorem factum: ſed ex parte, quamobrem aliud jam illi tempus præſcribit, quo ſit amplius edocendus. Atque in noſtrum uſum iſtud eſt uſurpandum: ne moleſte feramus, nos in Dei Schola non tantum promovere ut momento ſapiamus, ſed in diſcipulorum numero cenſeri potius gaudeamus. Næ poſſet quidem Deus ſingulis fidelibus momento tantam ſuæ veritatis cognitionem infundere, ut omnes Prophetæ, omnes Doctores eſſent, antequam in Scholis docti fuiſſent. Verum ita nobiſcum agere ipſi viſum eſt, ut toto vitæ noſtræ curriculo ſic diſcamus, ut multum adhuc ignorantiæ in nobis ſuperſit, ut intra modeſtiæ fines contineamur. Quare cavendum, ne moleſte & indignabunde feramus quod Deo placet & nobis etiam eſt utile. Ex verbis igitur iſtis, quibus Saul in Galgala venire jubetur, & ibi Prophetam præſtolari, pluribus ab eo docendus, hæc doctrina nobis neceſſaria eſt eruenda. Sed cur deinceps etiam Samuel non ſtatim adeſt præfixo tempore? an ſuperflua erat iſta exſpectatio? Sane ita oportuit Saulis obedentiam explorari. Quin ipſe Deus ſuſpenſum Samuelem tenuit, quamvis voluntatem illi ſuam, & quod apud ſe decreverat, revelaſſet. Et quidem illius uſus eſt miniſterio, ut Rex Saul populo deſignaretur: ſed tamen nondum impleri voluit illam deſignationem. Quare Saulem oportuit ſeſe continere, & patienter, dum adveniſſet præſcriptum à Deo tempus, exſpectare: neque reſponſare, ne modeſtiæ & obedientiæ limites tranſiliret. Hinc itaque diſcamus, tempora & opportunitates in Dei manu reponere: ac ſi deſideriis noſtris titillamur, moræque ſumus impatientes, frenum nobis injiciamus, & patienter Domini voluntatem præſtolemur, qua cœptum opus perficiat. Porro ſe venturum dicit Samuel *ad offerendum holocauſta, & ad ſacrificandum ſacrificia evchauſtica.* Vox Hebræa ſæpe exprimitur per vocem Pacifica, ſed Pacis nomen apud Hebræos omnia proſpera complectitur. Offerebantur autem iſtiuſmodi oblationes & ſacrificia pacifica, vel quum divinum auxilium in re-

certiores, non ideo tamen ſegneſcendum arbitremur, & ne fides noſtra languidior efficiatur: ſed potius magis ac magis ad preces acuamur & excitemur. Quare licet Dei promiſſionibus nitamur, non ideo tamen minus illum invocabimus, ſed potius de ipſius erga nos voluntate & poteſtate perſuaſi, ſperabimus ipſum promiſſiones impleturum, nobis illum precibus nihilominus ſollicitantibus. Nam individuo nexu iſta cohærent, preces nimirum fidelium, & Dei beneficentia, qua ex mera gratia & liberalitate nobis quæcunque habemus beneficia largitur, nulla dignitatis ullius noſtræ ratione habita, ſed ex ſingulari ipſius erga nos amore: & tandem etiam ſibi conjungit, ut unum cum ipſo fiamus. Idcirco Propheta dicit in Pſal.
Deum eorum voluntati obtemperare qui ipſum timent. Pſal. 145.
Ex quo immenſus Dei erga nos amor apparet, non verſ. 19.
ſolum quæcunque ad ſalutem noſtram pertinent efficientis, ſed etiam ſeſe ad noſtram voluntatem conformantis. Petiiſtis, inquit Dominus, itaque vobis fiet. Nos vero tantam Dei familiaritatem erga nos experti, quales eſſe oportet? quo nos ſtudio decet inflammari? quam ardentibus votis eum invocare? Atque hactenus de ſacrificio illo dictum eſto, quod Samuel oblaturus erat Jehovæ in Galgala, ut licet de ipſius voluntate jam eſſet certior factus, tamen precibus Deum ad promiſſionis impletionem ſollicitaret, totumque iſtud negotium ab ipſius voluntate pendere palam profiteretur. Interim obſervemus, ſanctorum omnium preces Dei promiſſionibus innixas fuiſſe: quandoquidem nobis ad Deum nullus pateret aditus, niſi prior ipſe nos præveniens viam aperiret, & ad ſe veluti manu deduceret. Atque hoc mentibus noſtris altius eſt infigendum, ut Deum precaturi, non alia ratione nos, quam ipſius promiſſionibus fretos, aditum ad ipſum habituros ſciamus. Sequitur, *Samuelem Sauli tum indicaturum quid eſſet ipſi faciendum.* Quibus verbis quod ſuperiore concione docuimus confirmatur, nempe Samuelem quum diceret Sauli *ut faceret quod obveniret manui ſuæ*, non feciſſe ipſi poteſtatem quicquid vellet ex ſuo arbitrio faciendi, aut quidvis temere ſuſcipiendi: ſed monuiſſe, ut, quandoquidem Deum auctorem haberet, oblatas occaſiones rem gerendi ſecure & intrepide arriperet. Itaque licet eum jubet facere quod manui obvenerit, non ideo tamen habenas laxat faciendi ex arbitrio & libidine omnia. Nam hic videmus contineri Saulem nequid niſi pluribus edoctus à Samuele ſuſcipiat. Licet itaque, ſicuti ſupra docuimus, de Dei voluntate factus fuiſſet certior, tamen ex parte duntaxat edoctus erat, unde ipſum amplius edoceri oportuit, ac magis atque magis in ea proficere. Idcirco etiam ipſum hic Saulem conſpicimus, licet jam Regem deſignatum, & certis indiciis de regno aſſe-

quen-

Digitized by Google

eſſe idoneum ex ſe ad regnum adminiſtrandum, & tantum onus, nimirum populi gubernationem, ſuſtinendum, niſi Deus ipſe manum admoveret. Quod ab initio Dominus ipſi Sauli voluit patefactum, ut Samuelem agnoſceret eſſe revera Dei organon & miniſtrum Sancti Spiritus, ſine cujus inſtinctu & mandato nihil eſſet aggreſſurus, quandoquidem tam certis & indubitatis ſignis ipſius Prophetia confirmabatur. Nominatim vero cor ejus immutatum dici obſervandum eſt, quod Spiritus Sanctus in eum irruerit. Quibus verbis ſignificatur, virtute illum extraordinaria fuiſſe donatum. Sic Davidem videmus Spiritum novum petere, quem ſua culpa ſe fatetur

Pſalm. 51. Pſalm. 51. velut amiſiſſe, ac Deum precari ut eum Spiritum, quo ſpoliatum ſe ad tempus agnoſcit, reſtituat. Itaque Deum novimus ſuum Spiritum quum res ita poſtulat largiri, eundemque viciſſim propter noſtram ingratitudinem adimere. Natura quidem, fateor, alii aliis excellentioribus donis ornati ſunt, ſed hic de ſpeciali & particulari dono agitur, quum Dei Spiritus ſuper ipſum irruiſſe dicitur. Nempe Saulem antea minus aptum & idoneum, veniente ſuper ipſum Spiritu, nova quadam & inſolita ratione, percepturum viſibili quodam ſigno Spiritus præſentiam, à quo incredibilis in illo fiat mutatio, prout etiam deinceps factum eſt. Quamobrem, quum ſcientia opus habuerimus, ad Dominum eſſe confugiendum memoria repetamus: quin etiam ſi nos ea prius vitio noſtro ſpoliatos fuiſſe contigerit, ne dubitemus quin tempore opportuno Deus illum à ſe petentibus ſit reſtituturus. Neque vero dubitandum eſt quin ad aliquod munus ab illo vocatis, vires neceſſarias ſufficiat: modo noſtris diffiſi viribus fiduciam omnem noſtram in ipſo collocemus: & quin, licet infirmos & debiles, pares oneri, quod ipſe nobis impoſuerit, ferendo faciat. Nam quod Sauli collatum eſt à Domino beneficium, omnibus iis pollicetur quos ad quamlibet ſive Politicam ſive Eccleſiaſticam functionem vocat, ut ſive ad regendos populos, ſive ad docendam Eccleſiam, faciat idoneos, quos ipſi ad hoc vel illud munus vocare placuerit. Non dubium eſt itaque quin Deus vocatis ad quodcunque munus gratiam etiam largiatur eo fungendi; modo tamen illi ſuæ tenuitatis, imbecillitatis & inopiæ conſcii, ad ipſum omnis boni fontem confugiant, & quicquid

tudinis. Diverſa ſane nomina quibus Dei Spiritus appellatur: ſed obſervandum quod Paulus ad Romanos & ad Corinthios ſcribens docet, licet diverſa ſint Dei dona, unum tamen ejus eſſe Spiritum. Itaque quum Spiritus aut virtutis, aut prudentiæ, aut timoris dicitur, non ideo tamen diviſus eſt, ſed unicus fons & principium ex quo in nos varia dona manant, pro gratia quæ ſingulis data eſt: ut nonnunquam hoc dono aliquis excellat, qui tamen altero careat. Sic multos videas ſingulari prudentia & uſu multarum rerum præditos, qui tamen fortitudine & animi præſtantia carent. Alios vero tam prudentia quam uſu rerum & fortitudine excellere, quibus tamen quædam alia virtus deeſt. Nonnunquam etiam Deus pluribus donis aliquos cumulat, ut tribus, quatuor, quinque virtutibus, aut pluribus etiam excellant, ut ſumma fuerit eorum imperitia qui ad ſeptenarium numerum Chriſtianas virtutes reduxerunt. Deus itaque diſtribuit ſingulis dona ſua, prout ipſi placet, ſed ita tamen ut non omnia omnibus donet, ſed ita ut qui unam aut alteram virtutem ex ſpeciali dono habet, non item tertiam aut quartam habeat. Denique obſervandum, Deum nihilominus ſic operari, ut nemo inter homines plane & perfecte dici poſſit renovatus, ut ipſos in modeſtia & humilitate contineat, quum defectus ſuos animadvertunt. Et proculdubio bene novit quid nobis expediat. Nam ſiquis ad eam perfectionem perveniret, ut ſibi nihil deeſſe putaret, ſeipſo contentus, proximos contemneret. Hujus diſtributionis donorum eſto nobis hîc exemplum Saul. Spiritus enim Domini ſuper ipſum irruit extraordinaria quadam ratione, & in novum hominem mutatus eſt: ac cor novum ei Dominus dedit. Nam quum antea ruſticus ruſtica curaret, Deus illi Regiam mentem injecit, ut ad populum regendum & gubernandum fieret idoneus. Ergo jam hoc dono inſignis, rurſus alio augetur, ſuperveniente ſuper ipſum Prophetico Spiritu. Sed nonne jam antea Spiritum habebat? Næ admodum, ſed ſpeciali dono Deus adjicit, gratiamque gratia cumulat, ac Prophetiæ etiam dono illum exornat & nobilitat, ut eo ſigno externo reddatur honoratior, & populo charior & acceptior, quum Rex à Deo ipſis datus declarabitur. Quibus docemur, acceptis à Deo donis uti in proximorum uſum: ut viciſſim proximorum dona

Digitized by Google

ſim alio dono ſuperare, ſict ut concludat, non igitur
eſſe illum contemnendum. Præterea danda opera eſt,
ut quibuſcunque donis excellamus, tamen eorundem
à Deo amplificationem & auctionem deprecemur:
neque unquam tædium nos eorum quæ accepimus
quantulorumcunque capiat. Nunquam enim adeo ſu-
mus abundantes, ut expleti ſimus: ac proinde fugien-
da omnis arrogantia eſt, qua ſit ut aliis carere nos
poſſe nobis perſuadeamus. Contra perpetua fame &
ſiti Dei donorum amplificatio nobis eſt expetenda,
& precibus etiam impetrandus eſt eorundem uſus le-
gitimus. Atque de iſtis hactenus: deinceps ſequitur,
verſ. 11. & 12. *Eos qui Saulem noverant heri & nudiuſtertius*, (id eſt,
antea, ex Hebrææ linguæ uſu) *dixiſſe alius ad alterum,
quod eſſet cum Prophetis, & prophetaret, Quænam res
accidit filio Cis? Num & Saul inter Prophetas? Et alius
reſpondit, Et quis pater eorum? Propterea verſum eſt in
proverbium, Num & Saul inter Prophetas?* Admiratio
illa ſatis oſtendit nullam in Saule fuiſſe præparatio-
nem neque diſpoſitionem ad Prophetiam: ac proinde
gratiam Dei tum ita fuiſſe nominatim patefactam &
illuſtratam. Neque enim tanta fuiſſent affecti illi ho-
mines admiratione, ſi Saul jam à teneris annis edo-
ctus in Scholis, tandem prophetaſſet, quod antea do-
ctum & formatum fuiſſe ipſum exiſtimaſſent, ac pro-
inde jam præparatum & eruditum non fuiſſent
mirati prophetare: neque ut rem novam & inſolitam
ſuſcepiſſent: itaque Dei donum veluti tenebris ob-
ſcuratum latuiſſet, quod Deus ad ſui gloriam eſſe
maxime conſpicuum volebat. Fit enim ut nobis quæ
ordinaria & communia ſunt, vileſcant & effluant. Sed
quum Deus momento aliquid eximium oculis obji-
cit, & miraculum evidens facit, tum ſenſus noſtros
excitari convenit, & ex ſtupore & admiratione in
operis divini agnitionem deduci. Sed quantus eſt hic
hominum ſtupor, ſubinde hæſitantium & leviter Dei
opera prætereuntium! Sane ſunt inhabiles & inepti
natura ad Dei virtutem & potentiam agnoſcendam,
licet ſe ſatis apertis teſtimoniis patefaciat; niſi Deus
ipſe mentes ipſorum excitet, & veluti manu ad co-
gnitionem ſui operis deducat. Exemplo ſunto iſti
homines, qui Saulem quidem prophetare miran-
tur, ſed præter naturæ ordinem id fieri non animad-
vertunt. Sane illos ad Deum aſſurgere, & opus
ipſius agnoſcere oportebat: atque miraculi illius
eventum præſtolari: quod non poterat ſine arcana
Dei virtute fieri. Verum in ſtupore ſuo tanquam at-
toniti permanent, & *Quid filio Cis factum ſit*, tan-
tummodo cum ſtupore mirantur. Hinc vero diſcen-
dum eſt, Deo ſigna ſuæ virtutis quædam nobis dante,
ita eſſe cum admiratione excipienda, ut mentes no-
ſtras ad cœlum uſque attollamus, Deoque laudem

bant, quibus poterat Dei gloria illuſtrari: ſed non
viſum eſt Deo ab illis exordium facere. Quos igitur,
quæſo, Deus elegit? Ignobiles homunciones, idiotas
& illiteratos, nullius apud homines nominis & aucto-
ritatis. Atque adeo tam inſignis illa mutatio præbuit
occaſionem magis ac magis ſuſpiciendi Dei miſeri-
cordiam & charitatem erga genus humanum. Ita-
que viæ Domini ſunt hic nobis obſervandæ, qui, ut
illuſtriorem ſuam gratiam apud homines faciat, mi-
ſeros & abjectos homines, &, ut loquitur Propheta, *Pſ. 113.*
in fimo jacentes, evehit ad ſummorum Regum tribu- *verſ. 7.*
nal. Quotieſcunque igitur Deus abjectos prius & vi-
les homines evehit, & in aliquo dignitatis gradu con-
ſtituit, ſciamus nos in admirationem duci, ut tantam
mutationem intuentes ad Deum aſſurgamus, qui ſeſe
nobis hac ratione adorandum exhibet, & velamen ab
oculis removet, ne ab illius conſpectu & contempla-
tione repellamur: ſed potius ejus ſapientiam admira-
ti, dignis eum laudibus efferamus, gratiamque & do-
num ipſius, quotieſcunque nobis obtulerit, ſic ample-
ctamur, ut largitori ſuum honorem exhibeamus. Vi-
detis quid nos ex illa populi admiratione, qua impel-
lente dixerunt, Quid hoc rei eſt quod etiam Saul in-
ter Prophetas? utilitatis percipere debeamus. Sequi-
tur, quendam ex plebe excepiſſe, *Quis vero pater eſt
Saulis?* Quidam *patris* nomine, magiſtrum intelli-
gunt. Sed nimis coacta eſt expoſitio. Alii ad Deum
referunt, quaſi Deus Prophetarum pater fuiſſe dica-
tur. Equidem agnoſco Deum in genere totius hu-
mani generis Patrem. Nos enim miſeros & egenos
mortales tanto dignatur honore, ut filios ſuos vocet,
etiam ſolius creationis reſpectu. Sed illa expoſitio
huic loco minime convenit, ſiquidem propter pecca-
tum exulamus regno cœlorum, & cum Deo nulla no-
bis (niſi per gratiam regenitis) portio: imo & deteſta-
tur nos, donec ipſi reconciliemur. Sed quoniam in no-
bis paterni amoris ipſius notam impreſſit, idcirco filii
ipſius dicimur. Verum etiam à profanis ſcriptoribus
Reges ſpeciatim filii Dei nominantur; quoniam vi-
delicet illos ad tantam dignitatem evexit: quemad-
modum etiam ipſe Propheta dicit, *Vos Dii eſtis & filii* *Pſal. 82.*
Altiſſimi. Quamobrem Reges, Principes, ac ſummi *verſ. 6.*
Magiſtratus, filii Dei nominantur, quod Deus illos
elegerit in quibus ſuam Majeſtatem maxime patefa-
ceret, & illuſtriorem redderet. Veriſſimum igitur
iſtud, Deum eſſe Regum & Magiſtratuum patrem:
quod etiam Prophetis & Doctoribus commune eſt:
quandoquidem etiam notam ſpecialem illi electionis
divinæ, atque donorum & beneficiorum ipſius ha-
bebant, quæ in ipſis magis quam in aliis erant con-
ſpicua. Quamobrem verum & iſtud eſt, Deum Pro-
phetarum patrem fuiſſe: quandoquidem ex ſpeciali
voca-

Digitized by Google

... ac mechanico cuipiam nunquam domum egreſſo ſimillimus. Hoc igitur loco nominatim dictum illud exprimitur, ut diſcamus pravum & ſtultum eorum eſſe judicium qui filiis parentum conditionem objiciunt, ut dicant, Quis hujus vel illius pater? Nam certum iſtud & indubitatum principium, non poſſe parentes filiis injicere ſpiritum ſapientiæ, manſuetudinis, aut ullius alterius virtutis, ut bona & poſſeſſiones terrenas ipſis hæreditario relinquunt. Quinimo ſingulari Dei beneficio fit, ut parentes ad liberos ſua bona transmittant: ſed tamen plerumque id accidit, ut liberi veniant in patrum bona & hæreditatem. At ut ſpiritus dona excellentia à patribus ad liberos transferantur, & ex traduce relinquantur, nunquam contingit, ſed potius contrarium. Atque adeo raro fit ut vir quiſpiam eximius ſibi ſimilem filium relinquat. Quod quum accidit, Deus ut ſummum beneficium agnoſci vult. Nam ſi filios ſibi in omnibus ſimiles patres gignerent, dona illa ſpiritualia viderentur hæreditaria ſucceſſione accidere, atque ita de Dei liberalitate & bonitate tantundem detraheretur, ac ſemiſepulta jaceret: ac proinde laude ſua Deus privaretur. Quare ſæpe vel in parentibus aliquid deſideratur officii, vel in liberis. Sæpe etiam contra vel ab ipſis incunabulis videas quoſdam iis gratiis excellere, quas alii non niſi ſummo labore & difficultate conſequuntur. Denique videmus heroum aut virorum excellentium liberos non ſemper eſſe patribus ſimiles. Et contra, ignobili & humili loco natos, quos non commendat ulla patrum dignitas aut auctoritas, in viros clariſſimos & fortiſſimos, Deo faciente, evadere. Nos itaque demus operam, quotieſcunque Deus aliquos in aliquem dignitatis gradum evehit, & virtutibus inſignem facit, ne oculis caligemus, & in admirationem rapti, exclamemus, Quis hic eſt? quibus ortus majoribus? quibus artibus ad hanc dignitatem pervenit? atque inde rejiciendi Dei gratiam, quam hominibus largitur, occaſionem accipiamus. Ac ſciamus eum honorem quo Deus homines dignatur quum Sancti ſui Spiritus donis eos donat, non pervenire ſucceſſione à patribus ad liberos: ſed meram eſſe Dei gratiam. Ac licet nonnunquam filii veniant in partem donorum quibus parentes excelluerunt, à ſingulari Dei gratia & benevolentia manare certo perſuaſum habeamus, ſua dona me ad hoc munus vocare. Hæc igitur intuentes, dicamus, Deum in omnibus donis ſuis tanto magis prædicare, & propriam laudem illi reſervare; ſummopere caventes, ne hominum, in quos dona ſua contulit, vilitas & contemtus de Dei laude quippiam detrahat, & dona ejus propter perſonas vileſcant. Sequitur deinceps, inde iſtud vulgatum fuiſſe proverbium, *An non Saul inter Prophetas?* Uſurpatum igitur hoc videtur dictum, quum quiſpiam ad aliquam vitæ conditionem, de qua nunquam cogitaſſet, vocabatur: aut quum quis rem arduam & difficilem aggreſſus, præter omnium exſpectationem eam perficiebat, tum dicebatur Saul inter Prophetas. Itaque ſiquis prius idiota aut ad res gerendas ſtupidior, quippiam aggreſſus induſtrie perficeret, tum veniebat in proverbium, Nonne Saul inter Prophetas. Siquis non ab infantia fuiſſet literatus, & deinde prudentiam & induſtriam acquiſiviſſet, ut vir acer & induſtrius in rebus agendis, & bono dando conſilio eſſet, tum etiam proverbium uſurpabatur, Saul inter Prophetas. Equidem fateor, natum partim ex ignorantia proverbium; nam, ut ante dixi, populus Iſraëlis ita debuit ſubitam illam in Saule mutationem admirari, ut tamen in memoriam ſibi Dei poteſtatem revocaret, res creatas pro ſuo arbitrio ſolo nutu immutantis, licet immutationis iſtius cauſæ homines lateant. Verumtamen non ſine fructu & utilitate aliqua vulgatum fuit: nam ita Deus voluit exſtare teſtimonium ſuæ potentiæ, immutantis homines momento, quoties ita viſum ipſi fuerit, & novas prorſus creaturas facientis. Itaque licet ab ignorantia proverbium iſtud profectum ſit, utilem tamen in ſe doctrinam continuit, ut eo moneretur populus, quotieſcunque Saulis mentio incidebat, Deo decernente Regem fuiſſe conſtitutum, & ab eodem ad munus illud præparatum & formatum. Nam alioquin iſtiuſmodi mutationibus contingentibus, populus in eam admirationem & ſtuporem deveniſſet, in quam delapſum videmus, quaſi cœlum terræ, ut ita dicam, miſceretur. Deus igitur hujus facti memoriam veluti ſempiternam exſtare voluit, ut palam innoteſceret mutationes non ulli fortunæ tribuendas, ſed ſolius Dei virtuti; quæ quo inſignior eſt, eo majorem admirationem excitare debet in animis, & ad Deum laudandum magis inflammare. Tandem vero dicitur *Saul deſiiſſe prophetare* verſ. 13.
quum in excelſum locum veniſſet. Quæ quidem verba

14. Dixitque patruus Saul ad eum, & ad puerum ejus, Quo abiſtis? Qui reſponderunt, Quærere aſinas: quas quum non reperiſſemus, venimus ad Samuelem.

15. Et dixit ei patruus ſuus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel.

16. Et ait Saul ad patruum ſuum, Indicavit nobis quod inventæ eſſent aſinæ. De ſermone autem regni non indicavit ei quem loquutus ei fuerat Samuel.

17. Et convocavit Samuel populum ad Dominum in Maſphath,

18. Et ait ad filios Iſraëlis, Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, Ego eduxi Iſraël de Ægypto, & emi vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium Regum qui affligebant vos.

19. Vos autem hodie projeciſtis Dominum Deum veſtrum, qui ſolus ſalvavit vos de univerſis malis veſtris, & tribulationibus: & dixiſtis, Nequaquam: ſed Regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate coram Domino per tribus veſtras, & per familias.

20. Et applicuit Samuel tribus Iſraël, & cecidit ſors ſuper tribum Benjamin.

21. Et applicuit tribum Benjamin, & cognationes ejus, & cecidit ſors ſuper cognationem Metri, & pervenit uſque ad Saul, filium Cis. Quæſierunt ergo eum, & non eſt inventus.

22. Et conſuluerunt poſt hæc Dominum, Utrumnam venturus eſſet illuc. Reſponditque Dominus, Ecce abſconditus eſt domi.

23. Cucurrerunt itaque & tulerunt eum inde: ſtetitque in medio populi, & altior fuit univerſo populo ab humero & ſurſum.

Hic iterum docemur, quam patienter & placide Saul exſpectarit dum Dei decretum de regno illi tradendo patefieret & palam evulgaretur: atque adeo minime fuiſſe illum ambitione & arrogantia turgidum. Nam ſi multorum ſimilis moribus fuiſſet, nunquam potuiſſet quod à Samuele acceperat diſſimulare: ſed cuilibet obviam facto declaraſſet. Sed ſilentium fecit & omnino conticuit, donec ipſe Deus rem patefaceret, & ipſum veluti manu ſua in regni poſſeſſionem mitteret. Atque hinc utilis eruenda nobis doctrina eſt: ut nimirum Deo nos ſupra alios attollente, & iiſdem præferente, non tamen inſolenter efferamur, neque inanis gloriæ vanitate decipiamur: ſed Deo nos totos permittamus, ut licet in aliquem dignitatis gradum evecti, nos tamen intra modeſtiæ fines contineamus: ita ut nihil unquam promoveamus, niſi Deo jubente & faciente: ne videamur ipſi Dei decretum velle prævenire, non exſpectantes donec ipſemet rem perficiat. Quam doctrinam ſi bene didicerimus, multum hodie ſane promoverimus. Nam ea eſt hominum temeritas ut ſibi videantur nunquam cito ſatis ad eum ad quem adſpirant honorum gradum perventuri, ideoque quieſcere non poſſunt donec præcipites ferantur. At docemur hoc Saulis exemplo, licet Deus ſpem nobis fecerit aſſequendæ alicujus dignitatis, tamen oportere nos in modeſtia & ſobrietate contineri, nihil eorum quæ Dei propria ſunt temere uſurpantes & tentantes. Hic porro quædam ſuboritur quæſtio, An non Saul, interrogatus de iis quæ à Samuele audiverat, diſſimulans quæ de regno Samuel prædixerat, videri poſſit aliqua ſpecie mendacii peccaſſe. Sed facilis ſolutio eſt. Nam longe aliud eſt, ſilentio aliquid præterire, quam male aliquid dicere; vel aliquod factum ſilentio ſuo non indicare, quam illud quoquo modo adulterare. Non poteſt igitur merito Saul argui, quod de regno nullam mentionem faciat, de eo non interrogatus. Obſervandum tamen, eos qui rem diſſimulant, ſæpe coram Deo mendacii reos fieri. Neque enim verborum tam habenda ratio, quam mnitis loquentis. Exempli gratia, Si quis cum altero negotietur & contrahat, & de iis interrogatus de quibus bona fide contrahendum eſt, aliquid diſſimulet, etſi non aperte mendax eſt, tamen coram Deo mendacii reus eſt. Quid ita? Quoniam veritatem diſſimulavit, & adulterare ſtuduit, atque fallendi animum habuit. Sane ſi de patrui Saulis commodo aut incommodo fuiſſet actum, certum eſt Saulem coram Deo reum mendacii fuiſſe futurum. Sed quia patrui illius

nihil

[illegible]rent, & ad ejus obedientiam ſeſe cum timore componerent: atque nihil ibi ſe facturos agnoſcerent, quod non in Dei conſpectum venturum eſſet. Equidem fateor, nos, quocunque locorum devenerimus, etiam ſi in imas terræ partes, & obſcuriſſimas ſpeluncas confugerimus, Dei oculos non effugere, quod certiſſimum ſit Dei oculos cuncta luſtrare, & quæcunque facimus videre, imo & quæcunque in remotioribus cordis noſtri receſſibus latent illi eſſe nota, atque in ipſius judicio tabulis ſignata: ſic loquente in Pſalmis

Pſal. 139. verſ. 8, 9. Propheta, *Quo irem à Spiritu tuo? aut quo à facie tua fugerem? Si ſcanderem cœlos, illic es; aut ſtratum ponerem in ſepulcro, ecce ades. Si aſſumerem alas auroræ, habitaturus in extremitate maris, etiam illuc manus tua deduceret me, & prehenderet me dextera tua. Sin autem dicerem, utique tenebræ velut crepuſculo obvolvent me: atqui nox lux eſt circa me.* Deus enim, ut dixi, eſt ubique: itaque nullæ latebræ nobis quærendæ ſunt quibus Dei conſpectum effugiamus, & ejus præſentiæ nos ſubducamus. Notos enim ſermones noſtros habet: imo & cogitationes etiam in imis cordis receſſibus occultas novit. Verumtamen quoniam adhuc rudes ſumus & terreni, neceſſe eſt nos aliquando ſignis quibuſdam externis de Dei præſentia admoneri & excitari, ut vehementius afficiamur, tanquam propius ad eum accedentes: & Majeſtatem ejus apprehendamus non aliter quam ſi in medio noſtri ſedem ſuam elegiſſet. Exempli gratia, Locus hic, in quem omnes convenimus, dicatus eſt publicis precibus, & fidei confeſſioni edendæ, & audiendæ doctrinæ, tanquam ſi ab ipſo Dei ore proficiſceretur. Etſi vero quilibet locus Dei verbo ſanctificatur, ut Propheta loquitur: tamen cogitandum eſt, Deum noſtræ infirmitatis reſpectu locum quendam deligi velle in quem colligamur, in quo ipſe præſideat, & in medio noſtrûm verſetur, quod in ipſius nomine convenerimus. Atque idcirco nominatim in Miſpha populus conveniſſe dicitur ad Jehovam. Quare danda nobis opera, ut iis adjumentis, quæ Deus nobis offert, & quibus nos ad ſe pellicit, ſic utamur, ut, noſtra negotia tractaturi, ſemper ad illum aſſurgamus, & ſenſus noſtros ad ejus voluntatem componamus, ut nihil neque dicamus, neque faciamus, neque cogitemus, cujus eum teſtem & judicem non faciamus. Diligenter vero voces illæ notandæ, quum populus ad Jehovam convocatus dicitur: ex quibus diſcamus,

[illegible] *pto, & emi vos de manu Ægyptiorum, & de manu omnium Regum qui affligebant vos. Vos autem hodie projeciſtis Dominum Deum veſtrum, qui ſolus ſalvavit vos de omnibus malis veſtris & tribulationibus, & dixiſtis, Nequaquam: ſed Regem conſtitue ſuper nos.* Quibus verbis Samuel arrogantiæ ipſos accuſat, quod pertinaciter Regem poſtularint, & nullum admonitionibus locum fecerint: ſed potius reſponſarint, *Nequaquam, ſed Regem conſtitue ſuper nos*, quaſi Deo legem poſituri eſſent. Næ intolerabilis & deteſtanda contumacia, cujus merito Samuel reos illos facit. Nihilominus tamen Deum ipſorum eſſe miſerturum, Regemque quem poſtularunt daturum adjicit, ſorteque verſ. 20.
rem totam peragit. Quamquam Judæi dicunt id factum ex divina revelatione per Urim & Thumim quæ ſupra Ephod collocata erant. Erat autem Ephod veſtimenti genus quoddam quo ſummus Sacerdos induebatur. Nam ſupra togam quoddam pectorale induebat, quod aureis catenis alligabatur: in quo duodecim pretioſi lapides inſerti erant, & nomina duodecim tribuum inſculpta: quibus erant annexa Urim & Thumim inſignes lapides ſupra humeros, ex ipſius Dei præſcripto. Equidem agnoſco, Deum ſæpe voluntatem ſuam per Urim & Thumim patefeciſſe, quibus vocibus idem ſignificatur ac lumen & perfectio. Lux enim fuit Dei, quod ibi Deus ſuam virtutem conſpicuam faceret: ſanctitas etiam & perfectio, quod ſummus Sacerdos ſanctitatem præ ſe ferens, veri Meſſiæ perſonam repræſentaret. Sed quod Rabbini imaginantur, lapidem illum, in quo nomen tribus Benjamini erat inſculptum, magno & inuſitato ſplendore micaſſe, & ita Deum ſuam voluntatem patefeciſſe, meræ ſunt nugæ. Scimus autem quam audaces fuerint Judæi in iſtiuſmodi fabulis & nugis confingendis, & quam nimium ſibi & ſuis ſtultis imaginationibus indulſerint. Ac ſane hic aperte refelli poſſunt. Nam eſto, familia Benjamini per lapidis illius, in quo tribus Benjamini nomen erat inſculptum, fulgore demonſtrata ſit: quomodo Saulem Seniores admiſiſſent, quomodo ſeſe illi ruſtico & ignobili ſubmiſiſſent ſine murmure? Quare ſatis eſt hic conſpicuus illorum error, & temeraria audacia in iſtiuſmodi fabulis confingendis. Quamobrem longe veriſimilius eſt jactas fuiſſe ſortes, quod ex ſimili loco facile colligi poteſt, in quo legimus Acham fuiſſe pu- Joſue 7.
nitum, quum ſorte deprehenſus fuiſſet. Itaque verſ. 16.

Rege impetrato. Ne itaque populus proſpero rerum ſucceſſu Saule regnante efferretur, ſuæque induſtriæ & conſilio proſperos eventus attribueret, nominatim reprehenduntur quod Dominum Deum ſuum projecerint: ac proinde maximas pœnas incurrerint, quas quum Deus pro ipſorum meritis non repoſcat, ſummæ ipſius clementiæ & benignitati tribuendum eſſe: atque agnoſcendum, Deum non habuiſſe rationem contumaciæ ipſorum, ſed eam potius veluti ſepultam præteriiſſe, ut paternam erga ipſos affectionem patefaceret. Hic ergo iſtius increpationis ſcopus eſt: unde hoc diſcendum, nempe ut quo majora Dei erga nos beneficia fuerint, eo graviores nos manere pœnas niſi quantum ipſi debeamus agnoverimus, & nos ad ipſius obſequium totos componamus, & debitum honorem illi reddamus. Atque equidem fateor, neminem inter mortales repertum iri, qui non ſit æternæ mortis coram Dei tribunali propter ſummam ingratitudinem reus. Sola enim creatio ſatis magnum habere pondus debet ad nos ad ipſius cultum & honorem incitandos. Verum enimvero quo major eſt Dei in homines beneficentia, & liberalitas, eo major eſt noſtra ingratitudo, niſi illius liberalitati reſpondeamus. Atque hoc patet ex verbis illis, quum ait, *Dominus vos eduxit è terra Ægypti, & eripuit vos è manu Ægyptiorum.* Nam ſingularis iſtius beneficii memoria debuit populum in officio veluti freno quodam retinere. Quoties enim de beneficio illo cogitabant (debuerunt autem ſemper cogitare) toties ſe Deo debitores eſſe agnoſcere illos oportuit, & teneri Deo gratias immortales agere & ad ejus obſequium ſeſe totos componere, quandoquidem pro ſingulari ſua miſericordia ipſos ex manu hoſtium redemiſſet, & tyrannidi Regum à quibus opprimebantur eripuiſſet: ac proinde non eſſe liberos ut ſuis cupiditatibus & ſtultis imaginationibus locum darent, & ſecundum illas ambularent, ſed in Dei poteſtate, quem Dominum ipſos ferre par erat. Atque has eſſe illius populi cogitationes oportuit: nos vero hodie, licet non ex Ægypti terra liberati ſimus, longe tamen excellentiorem redemtionem habemus, qua Deo magis devincimur, quum ex inferi faucibus nos eduxit; & à maledictione æterna, in quam à natura demerſi ſumus, liberavit. Quas igitur noſtras hic eſſe partes cenſebimus, niſi ut nos illi totos conſecremus in agnitionem tanti & tam inæſtimabilis boni, quo ipſe ſua liberalitate indignos affecit? Acceſſit ad illud ſpeciale beneficium, quum nos è tenebris errorum eductos ad Euangelii cognitionem vocavit. Nam quum non omnibus parta ſit ſalus, ejus ſimus participes, quando Deus nos unico ſuo Filio conjungit, & corporis ipſius membra per fidei vinculum facit. Quam multo populo exprobrat, ſed continuum Dei favorem & auxilium, quo ſe ipſius Servatorem palam teſtatus eſt, *Vos*, inquit, *emit è manu Ægyptiorum.* Neque hoc ſatis illi fuit, ſed quot Reges, quot tyranni, quot hoſtes in vos conſpirarunt, qui vos multis vexarunt contumeliis, qui vos ruptaverunt, qui omni crudelitate laceraverunt, à quibus, niſi Deus vindicem manum exeruiſſet, funditus deleti fuiſſetis? Hinc admonemur, ut, ſi Deus benefaciendo nobis non defatigatur, ſed nova ſemper beneficia cumulat, nos viciſſim grati ac memores illa agnoſcamus, & pro viribus illi inſerviamus. Quare diligenter nos hic expendamus: nam certum eſt, Deum non modo cœptum in nobis opus perfeciſſe, quum è tenebris & inferno eductos ad regni ſui poſſeſſionem vocavit, ſed etiam nullum nos ſuis beneficiis cumulandi & ornandi finem facere; alioquin miſere quotidie perituros. Nam, exempli gratia, ponamus Deum teſtatum omnibus nobis feciſſe ſe revera velle nos omnium beneficiorum, quæ nobis Chriſtus attulit, participes fieri; quid, quæſo, nobis miſeris fieret ſi in hoc ſtatu relinqueremur, & nos nobis permitteremur? Næ ſubinde laberemur & deciperemur, atque omnibus iſtis beneficiis nos ipſi ſpoliaremus. Ac ſane ſingulis momentis Dei in nos iram provocamus, & meremur ut nos ſubinde ſuis gratiis privet. Quare neceſſe eſt ut Deus nos inæſtimabili ſua bonitate ſublevet, & toleret noſtram infirmitatem, ne offendamus, imo ne omnino corruamus; ac nos virtute ſui Spiritus regat. Quamobrem experientia ipſa docemur, Deum non modo multa in nos beneficia contuliſſe, ſed eorum augendi nullum finem facere: ac quotidie obligationem augeri & renovari: adeo ut eo majore cura & ſtudio ſit nobis enitendum, ut, quum tanta ſint Dei in nos beneficia, & non deſinat pro ſua bonitate nobis benefacere, nos viciſſim omni cura & labore in ejus cultum incumbamus, & conſtanter in eo perſeveremus, & vitæ noſtræ curriculum ita decurramus ut illi vivendum & moriendum ſciamus, quod terrenam hanc vitam nobis eo fine dederit, ut eam ipſius cultui dedicemus: atque ita totis animis ad vitam nobis promiſſam adſpirantes, reipſa nos eſſe ipſius filios teſtemur. Quare agite, hanc doctrinam animis inſculpite, Deum non in uno tantum liberalem & beneficum erga nos eſſe, ſed beneficia beneficiis cumulandi ipſum nullum finem facere, ut nos ad ſe alliciat & in timore ſui nominis retineat. Sequitur, *Vos autem hodie projeciſtis Domi-* *verſ. 19.*
num Deum veſtrum qui ſolus ſalvavit vos de omnibus malis & tribulationibus veſtris. Jam ante docuimus, quomodo populus Deum rejeciſſe dicatur, nempe, non fuiſſe quidem illum in ore vulgi ſermonem. Nam ſiquis illis Divini contemtus aut rejectionis objeciſ-

Digitized by Google

tum eſt illum Deum rejicere & contemnere. Minime quidem eo quod liberè confitetur Deum: ſed quod ſceleris convicti confeſſioni non eſt acquieſcendum, quod nihil niſi effugia ad vitandas pœnas quærat. Seu non eſt quod latebras quæramus, quibus Dei præſentiam & indignationem effugiamus; neque enim iſtiuſmodi ridicula effugia cauſam noſtram apud ipſum unquam juvabunt. Denique quamcunque coram hominibus excuſationem attulerimus, niſi ad Dei voluntatem examinetur, certum eſt, nos contemti & rejecti Dei coram ipſius Majeſtate ſemper reos fore. Atque idem eſto judicium de iis qui hodie adverſus Magiſtratus inſurgunt, ſeditionibus & turbis adverſus ipſos excitatis. Nam ſcimus quam acceperint à Domino poteſtatem, quandoquidem illos præfecit populis quos ipſius nomine regerent. Hanc ſiquis politiam abolere præſumſerit, certum eſt, ipſi Deo bellum inferri. Porro, ſi, qui à Deo præſcriptam cultus ſui regulam ad obedientiæ noſtræ explorationem rejiciunt, contemti Dei rei ſunt; quid iis futurum putamus, qui Chriſtum ipſum Dominum noſtrum deteſtantur? Sane non paucos hodie videas Dei nomen palam præ ſe ferentes, quorum confeſſio in caput ipſorum redundat potius quam ſit adjumento. Ac ſæpe iſtud in Sacris occurrit; & nominatim apud Joannem, *Qui Filium non ha-*
1 *Joan.* 2. *verſ.* 23. *bet, Patrem non habet:* Et, *Nemo novit Patrem, qui Filium non novit.* Quare ſciendum eſt, ut Deo obediamus, eique grati ſimus, admittendam eſſe à nobis ſalutis doctrinam, quæ per unicum Filium ipſius Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum annunciatur: atque flectenda eſſe nobis genua coram ejus Majeſtate, à quo libertatem habemus ſecundum voluntatem Patris ad ipſum accedendi. Deinde Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in Lege & Euangelio eſſe contemplandum norimus, eique nos ipſos oblatum in victimam veniamus. Neque enim modo quodam viſibili hîc inter nos hodie commoratur & converſatur; ſed in verbo ſuo vult agnoſci. Quare ſi in ejus populo cenſeri volumus, diſcamus ejus verbo nos ſubmittere, & regendos dare. Et quoniam verbum ſuum per Euangelii Miniſtros prædicari voluit, & eos, quibus hoc munus commiſſum eſt, audiri tanquam ipſius nomine ſalutis nuncium ferentes, libenter nos ab ipſis doceri patiamur. Ac viciſſim qui Paſtores & Doctores cenſeri volunt, tales ſint reipſa quales ha-

moveri, Deum, ut nos hactenus in libertatem aſſeruit, idem in poſterum eſſe facturum, & gratias ſuas in nobis aucturum, modo fiduciam omnem noſtram in ipſo collocemus. At ſi levitate quadam, & rerum novarum cupiditate ducti, quid nobis utile ad ſalutem videatur, Deo præſcribere præſumamus, & aliquid illicitum contra Deum moveamus, certum eſt ipſum mercedem quam meremur perſoluturum. Neque tamen ideo nego, quin hodie quædam vitæ præſidia habeamus, quæ antea non habebamus: ſed dico fore, ut, ſi in illis ſpem noſtram collocemus, & noſtris viribus & conſiliis nitamur, Deum tentemus, & contumelioſi ſimus adverſus ejus beneficia, & quantum in nobis eſt ea pedibus conculcemus. Hinc itaque diſcamus, Deo nos variis beneficiis cumulante, illis acquieſcere, nihil cupide aliud expetentes, neque mutationem ullam quærentes, quaſi quod hactenus fuit nobis utile, nihil in poſterum ſit profuturum: ſed potius agnoſcentes, Deum ea præſidia vitæ, quibus hactenus adjuti ſumus, in poſterum continuaturum & perpetuaturum, modo ne noſtra ingratitudine gratiam ipſius impediamus. Pergit vero Samuel populo patefacere Dei ipſorum licet indignorum miſerentis beneficentiam. At prior illa reprehenſio debuerat illos ad pœnitentiam vocare: ſed indurati erant. Et idcirco Samuel Dei miſericordiam ipſis patefacit, ut ſciant, ſe, ſi in poſterum Saulis ductu & auſpiciis proſpero ſucceſſu rerum utantur, & de hoſtibus ſuis à Domino victoriam reportent, non ideo tamen efferri debere, & gloriari, quaſi Deum ipſi præveniſſent: ſed ejus miſericordiæ memores eſſe oportere, qua ſola adductus malum ipſorum in bonum converterat. Atque ideo Samuel iniquitatem & contumaciam ipſorum amplificat hac circumſtantia, quod dixiſſent, *Nequaquam: ſed Regem poſcimus.* Voce enim illa, *nequaquam*, videmus magis exprimi ſuperbiam populi, & virus animo conceptum, quod tam proterve & petulanter Deo reſponſaſſent. Ecquis enim, obſecro, ſervus audeat hero ſic reſponſare? quis filius patri ſe juſſa nequaquam facturum dixerit, aut quis ſubditus domino? Næ non modo non licet ulli ipſorum ita reſponſare: ſed ſine exceptione ſubjici & obedire jubentibus oportet. Quis ergo ferat miſeros iſtos homunciones & Dei viles creaturas, terræ lumbricos, inſurgentes adverſus ſuum Creatorem, qui omnem in

nostras preces exaudiri volumus, eas ad ejus voluntatem conformemus. Quamobrem
Philipp. 4. verſ. 6. Paulus Philippenſes his verbis hortatur, *De nulla re ſolliciti eſtote; ſed omni in re precibus & ſupplicatione, cum gratiarum actione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.* Atque ita jubet eos ad Deum in anguſtiis confugere, & ejus voluntati acquieſcere, ac quicquid fecerit æqui bonique conſulere. Denique in precando ſervandam hanc modeſtiam ſciamus, ne Deo legem præſcribere nobis permittamus, aut arroganter ab ipſo quæ in mentem venerint poſtulare. Sed beneplacitum ipſius attendentes, ejus voluntati noſtras omnes petitiones ſubjiciamus; & ſine murmure aut fremitu ab ipſius voluntate pendeamus. Itaque exemplo iſtius populi ſapiamus, quem merito reprehendi videmus quod Regem à Domino petiiſſet, quum debuiſſet potius expendere an liceret à Domino Regem poſtulare; neque tam petulanter & proterve legem Deo velle ponere. Nihilominus tamen Deum hic docet Samuel præteritis offenſis miſertum fuiſſe eorum, qui tamen ſe modis omnibus indignos Dei miſericordia præbebant. Ex quibus diſcendum eſt, Deum ſæpe noſtras preces exaudire, quem tamen ad iram provocavimus; & quum ſummam confuſionem in noſtra capita derivavimus, tamen patienter tolerare. Sed numquid idcirco provocandi & laceſſendi ipſum ſit nobis licentia? Sed contra, ut rebus ſecundis non efferri diſcamus. Nam ſæpe fit ut rebus ſecundis inſolentes eum negligamus, aut perfunctorie colamus, & nos ab illo exaudiri non facile nobis perſuadeamus, atque idcirco precemur ipſum oſcitanter. Ac ſi forte illius quædam ſubit recordatio, non tamen ſerio cum ipſo agamus. Nam peccatores quidem nos eſſe fatebimur: ſed quoniam rebus ſecundis utimur, idcirco noſtras omnes actiones Deo probari nobis fingimus: atque ita Dei noſtri obliviſcimur, nobiſque totidem idola formamus, quoties alius ſuam induſtriam, alius laborem, alius vigilantiam ſuam laudat & prædicat, alius etiam ſuas fraudes jactat. Et ita miſeri non tan-

lus ille ad ſeditiones proclivis, ut non facile fuerit quemlibet oblatum Regem accepturus: quemadmodum & infra Deo concedente, ſumus illorum murmurationes audituri, quum Saul à Deo deſignatus populo proponeretur, licet non dubiis ſignis Deus à ſe non ab hominibus profectam illam electionem pateſeciſſet. Quid ergo futurum putamus ſi ſimpliciter Samuel ad populum retuliſſet, ſe in mandatis ex revelatione habere, Saulem populo præficere? Sane minime dubium eſt, quin variis inter ſe contentionibus fuerint certaturi, & Dei juſtam in ſe vindictam provocaturi. Quamobrem videmus, Deum, cui feroces & pravi ipſorum animi ſatis erant noti, tanto malo voluiſſe mature occurrere, & voluiſſe de Saulis electione, cujus ipſe auctor eſſet, certiores facere. Idcirco in ſingulas tribus ſortes projici voluit: & quidem hoc fine, ut populus agnoſceret, ſe, licet graviter Deum offendiſſet, tamen meliora ex Dei miſericordia conſequuturum, qui in bonum ipſis omnia verteret, ut coram Deo dejicerentur, & ſibiipſis diſplicerent, atque oblatam gratiam eo ardentius amplecterentur, Deumque glorificarent.

Jam vero agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices in genua procumbamus, & peccata noſtra agnoſcentes, precemur ut eorum ſenſu ſic afficiamur, ut omnibus pravis & carnalibus affectibus exui, & ejus Juſtitia indui cupiamus: & in dies majores in ea progreſſus faciamus, donec ad gloriam vitæ illius ſempiternæ, & in cœlis nobis repoſitæ, perveniamus: atque ſic in ipſius timore ambulemus quamdiu in hoc mundo vivimus, ut modeſtiæ & humilitatis ſacrificium ipſi offeramus: atque pravis noſtris affectibus non indulgere diſcamus, ſed à Deo unico pendêre, & illi ſic ſubjici, ut nobis vere dominetur, & verbo ipſius tanquam habenis regamur, & ad ejus voluntatem, tanquam omnis boni regulam, vitam noſtram examinemus. Neque vero nobis ſolis, &c.

HOMI-

Digitized by Google

…, nempe ut major ejus eſſet apud populum auctoritas. Quandoquidem variis contradictionibus fuiſſet obnoxius, Samuelis ore tantum Rex deſignatus, itaque oportuit non dubiis ſignis patefieri illum à Deo fuiſſe ad Regiam dignitatem vocatum. Verum ubi apparuit à Deo deſignatum, tum ceſſare murmur omne oportuit, aut ſtatim, ſiquod oriretur, ſedari. Quare licet nondum Saul à Samuele fuiſſet expreſſe nominatus, & ſortium eventus in Dei manu eſſet, qui jam in cœlo ratum fecerat quod deinceps eventu comprobatum eſt: tamen populus ſatis animadvertit Dei voluntate & providentia hæc

Actor. 1. verſ. 26. adminiſtrari. Sic videmus Apoſtolos alium quendam in locum Judæ ſuffecturos, quod non eſſet humani arbitrii & diſpoſitionis Apoſtolos ordinare, ſed à Deo immediate vocandi eſſent, ad ſortes confugiſſe. Non aliter hoc loco Samuel ſortitione hoc totum negotium perficit, ut populus Deum vere illic præſidere, & ex ejus voluntate omnia geri populo perſuaderetur; ac proinde Saulis electionem non hominum conſiliis, ſed ſolius Dei voluntate promoveri. Quin-

verſ. 22. imo & latitaſſe Saul inter impedimenta dicitur, tantum abeſt ut ipſe dignitatem illam ambiret, aut Reipub. gubernacula penderet. Cæterum non poſſumus affirmare an Deo volente, & Samuelis juſſu & auctoritate, an vero tanti oneris metu latitarit, quaſi ſuæ tenuitatis ſibi bene conſcius tantæ Reipublicæ gubernationem refugerit. Sed veriſimile eſt Deum noluiſſe illum tunc apparere, ne forte objiceretur illum à populo conſpectum, gratiam ſibi apud illum conciliaſſe, unde factum ſit ut in illum ſors incumberet. At nequid tale contingeret, Deus ipſe rem totam ſic adminiſtravit, ut nihil humanitus accidiſſe omnibus perſuaſum ſit: atque idcirco Saul in cœtu illo non fuit factus conſpicuus: ſed ita tamen ut Deo indice repertus ſit, ne ambitione aut contumacia vocanti Deo reſiſteret, à quo ad tantam dignitatem evehebatur, quemadmodum ſuperius audivimus illum à Deo fuiſſe præparatum, & donis ad illud munus neceſſariis ornatum. Atqui nihil magis homines impedit & ineptos ad publica munia facit quam arrogantia: Deo ſuum Spiritum auferente ab iis qui ſibi maxime induſtrii videntur, & ſuperbe efferuntur. Quoniam igitur Deus Saulem regno deſtinabat, humilitatis etiam & modeſtiæ ſpiritu illum induit, ut ſuæ tenuitatis & imbecillitatis ſibi bene conſcius, nihil de ſe in tantæ prehendiſſe. Unde apparet iterum Deo volente productum. Sors quidem erat ſatis manifeſta declaratio divinæ voluntatis & vocationis, ſine humanis ullis conſiliis: ſed tamen ſortitione facta Saul non inveniebatur, & præſensne in cœtu adeſſet, an deinceps venturus, ignorabatur. Atque hoc diligenter obſervandum, ut Dei operum rationem attendamus, qui nonnunquam ejuſmodi remoras injicit, ut homines nihil niſi ſummam rerum omnium perturbationem & confuſionem videant, adeo ut ſpe ſua exciſuri ſibi videantur. Sed Deus ad propoſitum finem opus ſuum ita perducit, ut remoræ illæ notiorem faciant ejus potentiam, & admirabilem in perficiendis ſuis operibus providentiam. Nam ſi felici curſu omnia ſemper ſine difficultate ſuccederent, id nos aut Fortunæ aut Naturæ tribueremus. At iis impedimentis ſurgentibus, quibus ſumma rerum omnium confuſio, & deſperatio adferri videtur, quæ Deus momento diſſipat, & in integrum reſtituit, tum maxime ſit Dei virtus conſpicua. Hinc igitur ortus ille populi ſtupor, non apparente Saule; nam ſortitio illa videri poterat vana & inutilis: ſed Deo rurſum illam confirmante, & Saulem ex latebris educente, & in medio populi proferente, tam manifeſta fuit divinæ ordinationis patefactio & manifeſtatio, ut ſiqui refragari deinceps voluerint, turpis rebellionis & contumaciæ merito rei facti ſint, quod ſe Deo, atque rationi & æquitati ſubjicere noluerint. Equidem paulo poſt nonnullos reſtitiſſe videbimus, ſed nihil tamen ſeditione excitata promoviſſe. Deus igitur omnibus iſtis difficultatibus occurrit, quum Saulem ex latebris, tanquam è profunda foſſa eductum, veluti manu ſua ad regium tribunal evexit.

Sequitur, Samuelem iterum compellaſſe populum, & *verſ. 24.*
dixiſſe, *Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni populo.* In quibus iterum obſervanda Samuelis modeſtia, ſe ea dignitate quam prius obtinuerat ſponte abdicantis; & non moleſte ferentis alterius imperio ſe ſubmitti; quum antea dominatum in populum obtinuiſſet, & unum ex corporis membris fieri, qui caput ante fuerat. Hæc, inquam, mutatio, quam eſſe à Domino agnovit, non fuit illi moleſta, neque gravis. Nam Regem hic magnopere commendat, & eum omnibus honori eſſe vult, atque adeo notis quibuſdam illum inſignem eſſe Deum voluiſſe docet, ut à ſubditis in majore pretio habeatur. Corpo-

ris

Digitized by Google

mo profugus, magnis contumeliis à filio afficeretur, & omnium ludibrio & contumeliæ eſſet expoſitus, patienter tolerans ait, *Si invenero gratiam in oculis*
2 Sam. 15. *Jehovæ, utique reducet me, & faciet ut reviſam ſe & vers. 25. habitaculum ſuum. Quod ſi ita dixerit, Non delector te; Ecce me, faciat mihi prout bonum videtur in oculis ſuis.* Dominus enim eſt, ac poteſtatem habet in res omnes à ſe creatas. Næ David, niſi prius humilitatem edoctus ſeſe totum Dei cultui addixiſſet, non in has voces erupiſſet, neque tam demiſſe & humiliter de ſe ſenſiſſet. Nos itaque ex hoc Samuelis exemplo modeſtiam diſcamus, à quo videmus Saulem, quem in ſuam dignitatem evehebat, apud populum commendari, quod non humana ratione neque conſilio, ſed ſola Dei voluntate fuiſſet in hunc honoris gradum promotus: ac proinde Deo nos efferente, ne inſolenter nos geramus, & contra deprimente, ne animum deſpondeamus, & ne ut re inſolenti perturbemur, ſed quamcunque conditionem impoſuerit, patienter toleremus. Ne, tanquam hæreditatem, honores, quos nobis detulerit, poſſideamus: ſed quum omnem poteſtatem & auctoritatem in nos habeat, ei ſponte ſubjiciamur, & libenter quicquid bonum ipſi videbitur ab ipſius manu accipiamus, & in ipſius arbitrio poſitum eſſe, ad magnos honores evectos, etiam deprimere, ſciamus. Quod vero Samuel dicit, non eſſe ſimilem Sauli in toto populo, non tantum illum à corporis forma & ſtatura commendat, qui ſæpiſſime fallax eſt. (Nam & paſſim Scriptura docet, non poſſe rectum eſſe judicium eorum qui perſonas inſpiciunt, id eſt, externam ſpeciem.) Sed nihil impedit quin Deus hac forma feciſſet inſignem Saulem, populi illius ruditati conſulens, ut vocatum à Domino ad regni dignitatem illum non dubiis ſignis appareret. Samuel igitur non in hac ſola corporis ſtatura hæret, qua cæteros omnes ſupereminet, ſed tamen donum illud cæteris annumerat, quod ſibi negotium eſſe cum rudi populo animadverteret. Itaque perinde eſt acſi populum ita compellaret, Vos ex ipſa iſtius hominis externa ſpecie conſpicietis non eſſe vulgarem aliquem hominem, ſed à Deo ad ſingulare & eximium aliquod opus deſtinatum, quem voluit etiam ipſa ſtatura omnes ſupereminere. Qua ſi ſola vobis omnibus excelleret, ea tamen vobis eſſe commendatum oporteret, & adduci ad illi reddendam obedientiam, cognoſcentes à Deo ſic præparatum, ut in eo gratiam ſuam confirmet. Neque vero Samuel hoc ſolo argumento à ſtatura ducto nititur: ſed tamen alicujus eſſe illud momenti ad movendum populum indicat. Deinde *dicitur Samuel elocutus ad populum jus regni, & deſcripſiſſe in quodam libro, quem collocavit coram Jehova.* Sane non dubium eſt quin jus illud regni deſumtum ſit ex Deuobſervandum, poſt factam electionem, cui Deus ipſe præfuit, Samuelem exponere Sauli ſuæ vocationis ſummam & officium, & quomodo ſit illi imperandum, ad Dei cultum tuendum & promovendum, & populi totius commodum & utilitatem procurandam. Ac viciſſim populo ſuum erga Regem officium declarare, nempe obedientiam Regi, ut ſi Rex militem conſcripſerit, ſi tributum imperarit, & ſimilia, ſciant ſe Regi in iſtis omnibus obedientiam debere. Hinc vero diſcimus, omnem legitimam Reipub. adminiſtrationem niti legibus, ac proinde non ſufficere, ſi multi viri ſint primariæ auctoritatis, ſed maxime requiri ut certæ ponantur leges, quibus inſtar freni cujuſdam in officio ſinguli contineantur: ac ne ſibi quidvis licere, qui ad gubernacula Reipub. ſedent, arbitrentur, ac proinde ne extra ſuos limites egredi ſibi permittant. Et viciſſim ut populi in officio retineantur, & nihil temere ſibi aggrediendum, neque etiam inſurgendum adverſus ſuperiores ſciant: ſed legibus & ſtatutis regantur, & quiſque officium in propria vocatione faciat. Iſtud igitur in primis hic obſervandum, ut nimirum legibus & inſtitutis quælibet Reſpub. conſtituatur. Equidem fateor, unicum hominem legum omnium inſtar eſſe poſſe, ſi modo ad perfectionem Euangelicam perveniſſet, ſed nemo neſcit quantopere ſui homines obliviſcantur & inſoleſcant, & præſertim qui plurimum gratia & auctoritate valent, & divitiis abundant: nam tum maxime ſibi nullis legibus ſubjiciendi videntur, ſed ex arbitrii ſui voluntate quicquid voluerint faciendi poteſtatem habere. Hanc ob cauſam legibus & inſtitutis regi Reſpub. oportere videmus, ſive Rex dominetur, ſive alii Magiſtratus Rempub. adminiſtrent, nequid ex libidine cujuſquam geratur, ſed ſinguli, quid ſui ſit officii, ex legibus diſcant, & iiſdem ſubjiciantur & obtemperent: ac ſint veluti populorum armatura. Interea Samuel hanc legem ſcripſiſſe, & ante Jehovam illam ſtatuiſſe dicitur. Quibus verbis docemur, neceſſe eſſe ut quiſque quid ſit ſui officii bene norit. Nam ſi multas quidem bonas leges quævis Reſpub. ſanxerit, ſed quæ memoria ſtatim effluant, aut quæ ſola memoria retineantur, parvi erit iſtud momenti, quod incerta omnia futura ſint, niſi tabulis figantur & inſculpantur, ut ex iis quiſque ſuum officium diſcat. Ac verum iſtud eſſe, quotidiana experientia teſtatur: quod ſiquid hodie ſancitum ſit, cras effluat: & quod longe pejus eſt, etiam ſcriptæ leges ſtatim ſepeliantur, & hominum negligentia vel pravitate inutiles reddantur. Eo itaque diligentius iſtud eſt obſervandum, quod dicimus neceſſe eſſe homines doceri, & tabulis leges infigi, & ex illis cuique in memoriam officii ſui rationem reduci; nequis
aut

Digitized by Google

... pendeat. Non aliter poſitum eſt in Sanctuario coram Jehova publicum illud juris Regii inſtrumentum, quaſi Deus ipſe teſtis eorum omnium quæ geſta & ſancita fuerant vocaretur: ac proinde quicunque adverſus illud peccarent, velut in Deum injurii, & contumelioſi, judicarentur, quaſi jugum ipſius abrumpere vellent, & non amplius ipſi ſubjici. Et de iſtis hactenus: ſequitur, *à Samuele dimiſſum fuiſſe populum, quemque domum ſuam, & Saulem etiam abiiſſe domum ſuam, comitantibus eum* (honoris gratia) *iis quorum cor Deus tetigerat.* Ex quibus apparet, tunc temporis longe majorem fuiſſe morum ſimplicitatem quam fuerit deinceps in mundo. Nam ubi Saul Rex eſt deſignatus & ordinatus, ac illi data fides; licet in campeſtribus locis, Deo volente, ut honos illi haberetur; magna ipſum civium multitudo comitata eſt & aſſectata. Atque hujus honoris Deum auctorem apparet, ex verbis iis, quibus dicuntur comitari Saulem, *quorum cor Deus tetigerat.* Itaque Deo decernente factum videmus, ut Saul comitatu magno fuerit honeſtatus, quo majorem auctoritatem apud ſuos obtineret; ac deinceps totius populi Caput agnoſceretur, & ne propter priorem conditionem, quod nimirum eſſet humili loco natus, in contemtum veniret. Quum igitur Deum videamus Sauli habiti honoris auctorem, ex eo facile colligimus, non eſſe jam mirandum ſi Reges & Principes magno ſatellitum comitatu ſtipantur, ac conſiliariorum & virorum principum multitudine honorantur. Nam ſiquis in iſta vellet inquirere, certum eſt occaſionem rebellionis ac defectionis oblatum iri: quemadmodum multos videmus homines fanaticos in Regum facta ſic inquirere, ut modo hoc, modo illud reprehendant, ut nihil non carpant & ſuggillent. Atqui hæc una pro omnibus ratio ſufficere debet, Deum velle ut quos aliis præfecit, ab iiſdem honorentur: ac proinde oportere ut aliquo apparatu ſint venerandi, & comitatu inſignes, ut melius in officio quiſque ſubditorum contineatur. Hujus rei evidentiſſimum, ut jam attigi ſuperius, habemus exemplum hoc loco, quo *Deus dicitur corda illorum tetigiſſe qui Saulem ſequuti ſunt*: & fuiſſe comitatum illum non paucorum, ſed quamplurimorum, ut juſtus videri poſſet exercitus. Siquis igitur objiciat, quorſum iſte comitatus? An non ſat erat, rem illam omnibus inno... gratiam illam quam à Deo accipimus, non excitare neque ducere nos ad Deum, ſed tantum naturam noſtram adjuvare. Ergo ſic inter Deum & homines, ſi placet, partiantur, ut mortali creaturæ maxima ſuæ ſalutis pars attribuatur. Atqui ex hoc loco diſcimus, in iis quæ hanc caducam vitam, & mundi hujus ſtatum ſpectant, oportere vias noſtras à Deo dirigi, & cor tangi, atque vires & animum ad faciendum ſuppeditari. Quid igitur futurum putamus, ſi ad Legis obedientiam venerimus, quæ vires noſtras longe ſuperat? Deinde Lex ſpiritualis eſt, nos vero carnales, ut ait Paulus, & docet experientia, venditi ut *Rom. 7.*
ſubjiceremur peccato. Dico igitur naturam noſtram *verſ. 14.*
Dei voluntati plane repugnantem & contrariam eſſe: ac cogitationes, affectuſque noſtros, denique quicquid natura in nobis eſt, plane damnandum eſſe. Quomodo igitur ad Deum ultro converteremur, & ad bonum excitaremur, niſi Deo prius inſpirante & movente? Quamobrem diligenter obſervandum & animis infigendum illud eſt, quod tota paſſim Scriptura ſacra dictat, Deum dare nobis cor carneum, & *Ezech. 36.*
lapideum adimere, id eſt, voluntatem noſtram Dei *verſ. 26.*
voluntati natura repugnantem immutare, & ad obedientiam ipſius componere. Hanc igitur doctrinam hodie ex verbis illis, quibus Deus illorum corda tetigiſſe dicitur, qui erant comitati Saulem, reportemus. Cæterum obſervemus, Deum quidem omnino corda noſtra tangere, & ad bonum movere, id eſt, virtutem dare ut vocantem ſequamur; neque tamen in nobis ut in ſaxis & lapidibus aut truncis agere, quod Papiſtæ, ut ſuum liberum arbitrium ſtatuant, de ſana doctrina calumniantur, ut in odium divinam doctrinam vocent. Nam aiunt, Si non habemus liberum arbitrium, ergo trunci & lapides ſunt homines; & ſine judicio, & ſine ratione, ſine voluntate, huc illuc inſtar ſphæræ volvantur, aut aquæ in morem labantur. Atqui ſacra Scriptura magnum inter humanam creaturam & bruta animantia diſcrimen ponit: ita tamen ut nos à Deo regi & gubernari doceat, atque illi uni quicquid boni facimus acceptum ferendum, & quidem ſine ulla exceptione. Verum quum corda noſtra Deus tangere dicitur, non intelligimus motum aliquem confuſum, quemadmodum ſiquis temere lapidem projiciat, aut ſiquis artifex inſtrumentum aliquod impellat. Deus enim ſenſum & virtutem homini indidit quæ non poteſt ab hominis

crea-

cordibus incipierit: futuris alioquin nobis, ut ipſe Propheta loquitur, miſeris beſtiis longe deterioribus. Ac ſane, ut de hac re aliquid dicam, Deum in nobis operari neceſſe eſt, quum nos alicui ſubjici vult, ut dominationem illam patienter feramus, ac non ægre feramus auctoritatem & poteſtatem Magiſtratui dari hoc vel illud imperandi. Scimus enim quam ſuperbi natura ſint homines, adeo quidem ut ſinguli eminere cupiant, & in alios dominationem affectent: niſi Deus illos in ordinem cogat. Ac ſane magna videbatur hactenus oblata populo Saulem contemnendi occaſio, quod humili loco natus eſſet, & quidem è tribu Benjamin, quæ tum non erat numeroſa, propter inſignem illam cladem quæ totam pene tribum ſuſtulerat, ut in libris Judicum narratum eſt: deinde ex obſcura familia, quæ nulla inter reliquas tribus auctoritate, nulla gratia pollebat: quare oportuit corda illorum qui ipſum ſequuti ſunt, arcano Dei motu inſpirari. Diſcamus itaque, humilitatem ſeu modeſtiam ſpeciale quoddam eſſe Dei donum: quod ſuperbia inter reliqua vitia, quibus adhuc hodie vehementer homines laborant, primum locum obtineat. Hinc prima mali humani labes, hinc illa in tantam abyſſum maledictionis divinæ immerſio, in quam primus ille noſter parens Adamus nos dedit præcipites. Itaque diſcamus, nos, quotieſcunque ad humilitatem & modeſtiam componimur, & nulla ſuperbia neque ulla ambitione turgemus, à Deo, corda noſtra tangente, regi & gubernari. Nam, ut dixi, ſummum bonum quod à Deo conſequimur, poſtquam fidei lucem ab illo accepimus, humilitas eſt & animi demiſſio, ut exuti & ſpoliati omni ambitione, nequaquam ipſi reſiſtamus, neque iis quos ipſe nobis præ-
verſ. 27. fecit reluctemur. Deinceps ſequitur, quoſdam viros Belial indignatos fuiſſe, & Sauli honorem exhibere noluiſſe, neque munera offerre, ſed etiam cum contemtu de ipſius fama detraxiſſe, dicentes, *Quomodo vero iſte ſervaret nos?* Digna ſane obſervatione ſententia, ex qua primum cognoſcimus, eos qui nullum habent verum Dei timorem, ſemper habere quod in re qualibet carpant: & in illis tractandis nullum eſſe poſſe modum, quod ſint incorrigibiles. Idcirco nominatim iſti dicuntur fuiſſe homines Belial & nequam. Vox iſta porro *Belial* dupliciter ſumitur; nam exponi & accipi poteſt pro duris & intractabilibus hominibus, qui jugum quod ipſis imponitur ferre nequeunt: & qui officium ſibi demandatum rideant & ſubſannent, ac ſemper in contrarium ferantur. Sed videtur expoſitio alia magis propria & conveniens, ut vocentur viri ignavi & otioſi, (quod ex multis aliis Scripturæ locis apparet,) qui plerumque pravi ſunt & irriſores. Nam fieri quidem poteſt, ut viri quidam pravi tamen aliquam virtutem habeant, ſed

numinum proclives ſumus, quod illis cum offenderimus, ejuſque in nos iram provocaverimus. Sed eam in nobis vim habet ingratitudo, adeoque nos indurat, ut illius odio præventi, ne guttulam quidem ſenſus divinæ bonitatis & juſtitiæ habeamus, atque ita omnia Dei beneficia corrumpamus. Quemadmo- A
dum vero, ſi quiſpiam ægrotus, adeo debilem ventriculum habet, ut nihil concoquat, fruſtra labores in quærendis remediis quibus recreetur cibo & potu, & alimentum ex iis percipiat, quandoquidem indigeſtus ventriculus cibos in corruptionem potius quam in ſubſtantiam convertit: ita etiam improbi homines & ignavi quicquid ipſis offeras in malum convertunt. Nos vero, ſi quæ iſtiuſmodi exempla quotidie occurrunt, non oportet tanquam re nova & inſolenti obſtupeſcere: quandoquidem jam ab omni ævo ſimilia contigiſſe ex hoc loco videmus: ſed potius oblatum bonum approbare & laudare decet: & cum omni reverentia & timore amplecti. Licet itaque nonnunquam non ea ſit perfectio in iis quos ad ſummos honorum gradus evectos Deus nobis præficit, quam eſſe oportebat, & multa ſint quæ in illis reprehendere poſſimus, & in ipſorum conditione: nihilominus tamen ea nobis eſt adhibenda moderatio & prudentia, ut in defectibus illis bonum obſervemus, ut ex eo diſcamus Deum glorificare, & quod in ſe bonum erit approbare, licet illi aliquid impuri mixtum videamus. Equidem fateor, ſummopere laborandum ut omnia vitia repurgentur, & hoc in primis expetendum, & ut fiat modis omnibus nitendum: ſed nihil impedit quominus oblatum bonum guſtemus, atque ex illius guſtu adducamur ad hanc moderationem, ut ſi qui erunt defectus, eos toleremus, & bonum propoſitum amplectamur. Cæterum obſervandum etiam, Deum, licet non approbaſſet vocem populi, Regem poſtulantis, tamen dato ipſis Rege, in virorum nequam & improborum numero eos habere, qui Sauli reſtiterunt, quod Dei decreto non obtemperaverint, ut facere eos oportebat. Itaque non debebant priorem Saulis ſtatum & conditionem inſpicere, quam Deus ceſſare volebat, quum humili & abjecto loco natum ad tantæ dignitatis faſtigium extuliſſet: quare decebat ipſos ſimpliciter Dei decreto cedere & acquieſcere. Ac veriſimile eſt factioſos iſtos homines non fuiſſe inter eos qui Regem petierant poſtremos: ſed quum eis Saulem Deus dedit præter exſpectationem, indignatos fuiſſe, & oblatum, licet à Domino, rejeciſſe. Atque hæc eſt omnium hominum ſuis cupiditatibus habenas laxantium moroſitas, ut nunquam illis Deus ſatisfaciat. Itaque ſimiles ægrotis illis videntur, quibus ſi feceris quod expetunt, & te ad ipſorum nutum compoſueris, tamen magis ferociant, & reprehenſi dentibus frendeant, & nunquam

Digitized by Google

omnium intelligitur. Quandoquidem igitur Dei Spiritus hic eos condemnat qui Regi munera noluerunt offerre, ſatis apparet tributorum & vectigalium exactionem approbari, dummodo tamen ne Reges in tyrannos & gurgites inexplebiles degenerent: ſed tributa, & vectigalia, moderate ad publica onera neceſſaria toleranda exigant: certum eſt, illud à Deo probari, neque licere cuiquam ſubditorum contradicere. Denique dicitur Saul audiviſſe quidem iſtos factioſorum iſtorum hominum ſermones, ſed diſſidum fuerat: ita etiam viri iſti Belial tanta audacia efferebantur, ut non potuerint initio cohiberi. Verum enimvero tandem illos oportuit cohiberi. nam etſi initio regni Saulis præfractam audaciam præ ſe ferebant, ut indomiti viderentur: tamen Sauli parêre & illi ſubjici, poſtquam Regiam dignitatem aſſequutus eſt, vel invitos oportuit.

Sed jam, agite, ſupplices Divinæ facti Majeſtati, peccata, quibus ejus iram in nos concitavimus, agnoſcentes, veniam deprecemur, &c.

HOMILIA TRIGESIMA SEPTIMA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. XI.

1. ET aſcendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit adverſus Jabes Galaad,
Dixeruntque omnes viri Jabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & ſerviemus tibi.
2. Et reſpondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriam vobiſcum fœdus ut
eruam omnium veſtrûm oculos dextros, ponamque vos opprobrium in univerſo Iſraël.
3. Et dixerunt ad eum ſeniores Jabes, Concede nobis ſeptem dies, ut mittamus
nuncios ad univerſos terminos Iſraël: & ſi non fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te.
4. Venerunt ergo nuncii in Gabaa Saulis, & loquuti ſunt verba hæc audiente populo,
& levavit omnis populus vocem ſuam, & flevit.
5. Et ecce Saul veniebat, ſequens boves, de agro, & ait, Quid habet populus quod
plorat? Et narraverunt ei verba virorum Jabes.
6. Et inſiluit Spiritus Domini in Saul, quum audiviſſet verba hæc, & iratus eſt furor
ejus nimis.
7. Et aſſumens utrumque bovem, concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos
Iſraël per manus nunciorum, dicens, Quicunque non exierit, & ſequutus fuerit Saul & Samuel, ſic fiet bobus ejus. Invaſit ergo timor Domini populum, & egreſſi ſunt quaſi vir unus.

IN electione Saulis vidimus Deum ſpem aliquam feciſſe populo miſericordiæ conſequendæ & liberationis à ſubjectione & tyrannide inimicorum, jam recitatur contrarium prorſus initio viſum eſſe contingere, quum adverſus Iſraëlitas, qui trans Jordanem habitabant, Ammonitæ conſpirarunt duce Nahas, & bello illos adorti ſunt. Incolebant autem regionem illam trans Jordaninam Gaditæ, Manaſſæi & Rubenitarum pars. Itaque tres illæ tribus, à fratribus longe diſſitæ, Jordano interfluente, in maximas anguſtias redactæ ſunt, quod non eſſet adeo promtum auxilium propter flumen, quod eos à reliquis ſeparabat. Et videntur Ammonitæ iſtius belli occaſionem arripuiſſe ex confuſione illa populi, ſperantes ſe diſſidentibus inter ſe Iſraëlitis facilius rem confecturos, & Galaaditas debellaturos: quemadmodum ſcimus eos qui nocere cupiunt, contrarium ſemper ſibi promittere eorum quæ plerumque accidunt. Et ſane videbantur in populo res ita conſtitutæ,

Digitized by Google

de nobis actum fuiſſe ſine ipſius ope vel inviti fatemur. Deus itaque permiſit bellum iſtud ab Ammonitis excitari, qui prius ab Amorrhæis devicti fuerant. *Num. 21. verſ. 25.* Regio vero illa Galaad Iſraëlitis poſt debellatum Sehonem Regem in partem ceſſerat. Quare Ammonitæ veterem controverſiam renovant, quæ longo jam temporis intervallo ſopita videbatur. Nam quum Scriptura recitat illam terram ab Ammonitis *Joſue 13. verſ. 25.* fuiſſe poſſeſſam, ejus meminit ut jam olim præteritæ hiſtoriæ: atque Iſraëlitæ jam diu etiam illam poſſederant. Quum itaque Ammonitæ prælio decertaturi Galaaditas invadunt, ſpecioſum quidem rerum repetendarum, ſed non juſtum titulum habent. Deus vero vult ut hoſtes Eccleſiæ ſuæ priores illam ſemper laceſſant, atque ita ſontes ſint, ac proinde juſtam habeat pœnas de illis ſumendi occaſionem. Niſi enim injuſte fideles premerentur, neque ad Deum confugere, neque ejus auxilium implorare poſſent. Si ipſi ultro improbos homines laceſſiviſſent, ac ſuas injurias ulciſcerentur, nullam juſtam occaſionem haberent conquerendi, multoque minus Deum invocandi. Temeritatis enim pœnas merito luerent. Sed ſi pacis ſtudioſi ab omnibus injuriis abſtinuerint, & tamen ab hoſtibus laceſſiti, & in anguſtias ſummas redacti, ad divinum aſylum & auxilium confugerint, eumque ut ſui miſereatur precati fuerint, ejus opem & auxilium reipſa experientur. Proprium ſiquidem Dei eſt afflictis opem ferre, & inopes, egenos ac debiles ſublevare, ac omnem violentiam, injuſtitiam & iniquitatem reprimere. Quod quum eſſe proprium Dei officium ſacra Scriptura nobis declarat, etiam oſtium aperit, ad eum audacter & cum fiducia invocandum; eique moleſtias & injurias, quibus immerito afficimur, exponendas. Hinc itaque diſcamus, vehementer eos errare, qui de illatis ſibi injuriis conqueruntur, quum hoſtes laceſſiti ab ipſis injurias ſe vindicare, & res ſuas repetere ſe profiteantur. Nam ſi, ut ante dixi, belli auctores ſumus, Dei nos auxilio indignos reddimus: quemadmodum contra, ſi conſcientia dictat, nos non auctores eſſe controverſiarum; ſed ultro & non laceſſitos à nobis hoſtes, in nos impetum facere; tum de Dei auxilio certos eſſe oportet, tempore opportuno adfuturo, *verſ. 1.* ſi illum invocaverimus. Deinceps ſequitur incolas Jabes Galaad deditionem facere, ſi æquis conditionibus cum ipſis ageretur, & vita incolumis ipſis promitteretur; ac tributa ſolvere, tanquam ſubditos, fuiſſe paratos. Sane fateor, nos in periculum adductos oportere de jure noſtro cedere, & vincere bonitate malitiam, quemadmodum ſæpe in Sacris admo- *Rom. 12. verſ. 21.* nemur: ac proinde ſummæ virtutis eſſe, ſiqui cum hoſte conveniunt etiam iniquis conditionibus, & ſuo

Deo ut Domino habere debebant. Sed ad primam hoſtium comminationem parati ſunt illis urbem dedere; & hoſtibus quod à Deo acceperant prodere. Quamobrem graviter illi peccarunt; non modo de jure hæreditario cedentes, ſed etiam urbem prodentes, quam à Deo fideliter cuſtodiendam acceperant. Namque ſibi Deus illam urbem conſecrarat, in qua in primis coleretur & adoraretur. Metus ille itaque Jabes incolentium fuit ex parte ſtipendium infidelitatis ipſorum, quod in illis anguſtiis ad Deum non confugiſſent. Nam quare ardentibus precibus primùm Deum in auxilium non vocaverunt, quod unum erat tutiſſimum aſylum & præſidium? Siquidem in ipſius erant clientela, & ſub ipſius auſpiciis militabant. Deinde, cur non ad fratres, qui ſubſidium ferrent, quod debebant ex mutua obligatione, mittebant? Namque Deus ea conditione terram illam decem tribubus ſorte diviſerat, ut mutuis auxiliis ſeſe adjuvarent, & concordiam inter ſe, velut unius corporis membra, foverent. Itaque quum tam ſtatim de deditione facienda cogitant Jabes Galaad incolæ, neque ad preces confugiunt; certiſſimum eſt, ignaviam illam fuiſſe proditioni ſimillimam, & præterea ſatis teſtati ſunt eo facto ſe neque in Deo acquieſcere, neque ipſius promiſſis fidem adhibere, neque auxilium atque defenſionem ab ipſo exſpectare. Quamobrem hinc diſcamus, nos, quum de noſtro jure tantum agitur, non poſſe nimium eſſe faciles in cedendo: quandoquidem Propheta nos admonet ut pacem quæramus & perſe- *Pſal. 34. verſ. 11.* quamur, licet à nobis recedere videatur. Et cavenda eſt ſummopere, & pro viribus, humani ſanguinis effuſio, & ſimilia quæ neceſſario bella conſequuntur, ac proinde etiam de jure noſtro cedendum. Verumtamen etiam Deo fidem adhibendam ſciendum eſt, ut, quum neceſſitas poſtulaverit forti & præſenti animo eſſe oportere, ut quoties increduli injuſte nos armis aggrediantur, & ipſorum crudelitas non niſi læſo Dei honore poſſit expleri, de divino jure ne tantillum quidem detrahi permittamus: ſed potius vitam millies centies, ſi opus erat, pro ipſius defenſione profundamus: certo perſuaſi, Deum propugnatorem & defenſorem adfuturum, & noſtri miſerturum, quum crudeliter contra jus & æquum ab hoſtibus vexati fuerimus. Interim vero patienter auxilium divinum exſpectandum ſciamus, ut neque ad primum hoſtium impetum aut minas frangamur, neque deſpondentes animum, quamlibet iniquam conditionem ſubeamus. Nam Deo permittere debemus ut ſuo tempore opus ſuum perficiat: & cavere ne noſtra temeritate gratiam ipſius remoremur, impediamuſve. Et de iſtis hactenus, jam ſequitur, *Nabaſium*

ducem

Digitized by Google

Iſraelitarum adoritur: ſed quo juris prætextu? Nempe regionem à majoribus amiſſam bello repetit. Sed quod effoſſis incolarum Jabes oculis perpetuam notam ignominiæ Iſraëlitis inurere meditatur, non dubium eſt quin Dei ipſius Majeſtatem petere, virtutemque ipſius pedibus calcare, veramque Religionem ridendam propinare ſtuduerit. Quamobrem juſtum ſuæ gloriæ vindicem Deum oportuit exerto brachio tantam hominis arrogantiam contundere. Atque ita Deus improbos & flagitioſos homines ſinit extra ſuos limites exire, ut ipſi ſe in ſummam confuſionem & ignominiam dent præcipites. Non dubium eſt igitur, quin Deus Naaſum voluerit eo arrogantiæ & petulantiæ efferri, ut in eum gravius ſuum judicium exerceret. Nam ſi conveniſſet de pacis conditionibus cum incolis Jabes, certum eſt vicinas urbes perterritum iri, ac proinde in poteſtatem illius ſtatim fuiſſe venturas, ac populum dura ſervitute premendum. Et hac ratione duæ tribus cum dimidia terræ portione aſſignata ſibi à Domino excidiſſent, ſi clementia & facilitate, id eſt, fraude & aſtutia illos adortus fuiſſet. Nam potuiſſet blanditiis plus quam crudelitate promovere. Sed quoniam Deus illum penitus perdere decreverat, idcirco in tantam arrogantiam etiam efferri voluit. Quamobrem diſcamus hoſtibus ſeſe arroganter efferentibus, & nihil niſi ſanguinem ſpirantibus, ad Deum aſſurgere, ſcientes illos à Deo impelli, ut iniquitatem ſuam ad maturitatem perducant: ut, quum ad cumulum pervenerint, cum majore impetu deturbentur, & in extremum exitium præcipites dentur. Quin etiam arcanam Dei providentiam hic admiremur, permittentis ut impii ſic excæcentur, ut ſpiritu furoris impulſi, ipſi ſeſe in laqueos exitii ſui induant. Equidem fateor, Diabolum in illis agere, & ad hæc flagitia ſollicitare: ſed tamen iſta omnia divini Numinis juſto judicio, licet nobis incomprehenſibili, tamen certiſſimo regi & adminiſtrari nobis eſſe perſuaſum oportet. Quare quum impios & flagitioſos homines videmus adeo efferri, ut nihil niſi minas intentent, & ferro ac flammis omnia vaſtaturi videantur, ſciamus eos à Diabolo impelli & incitari; ſed tanquam divinorum judiciorum adminiſtro, quod à Deo vinciatur ut nihil

meliis & convitiis divinam Majeſtatem læſiſſet, inde occaſionem accipere Deum cum majore fiducia invocandi, *Tu, Domine*, inquit, *has omnes ipſe noviſti* 2 Reg. 19.
contumelias. Quare agite, quotieſcunque immanem vers. 4.
hoſtium adverſum nos ferociam augeri conſpexerimus, in Dei conſpectum illam venire ſciamus, ac injurias & contumelias omnes, atque adeo crudelitatis omne genus in ipſius veluti commentarios referri, ac ſententiam adverſus illos parari, quamdiu ſuos triumphos agunt: ac majorem illis imminere confuſionem, quo majore cum licentia & crudelitate adverſum nos graſſati fuerint. Verum in uſum referendæ ſunt præclaræ in Sacris admonitiones de pa- Luc. 21.
tientia in adverſis ſervanda, ut animas noſtras per vers. 19.
patientiam & ſilentium poſſideamus: donec liberationis noſtræ conſtitutum à Domino tempus advenerit. In hoc igitur intueri nos oportet, & certo perſuaſos Deum non eſſe noſtri oblitum, & ne ferre quidem inultam poſſe tantam hoſtium rabiem, & immanitatem cum ſuorum ſummo dedecore conjunctam, ipſum invocare indeſinenter, &, dum clypeo ſuo tectos in libertatem aſſerat, patienter exſpectare. Neceſſe enim eſt impleri quod ſacra Scriptura docet, Pſal. 18.
Deum oculos ſuperborum humiliare, & elatos ac ſuper- vers. 28.
bos deturbare, & in ſummam confuſionem præcipites dare. Et de iſtis hactenus. Deinceps ſequitur, in- vers. 3.
colas Jabes Galaad ſeptem dierum inducias petiiſſe, donec mitterent nuncios ad univerſos terminos Iſraël, auxilium à fratribus petituri; atque illis ut petierant à Nahaſo fuiſſe conceſſas. Hinc apparet Dei providentia, qui corda improborum hominum ita poſſidet, ut inclinet ea quocunque voluerit, ſicut diviſiones aquarum, ut loquitur Salomon in Prover- Prov. 21.
biis. Namque Nahaſum antea vidimus miris modis fe- vers. 1.
rocientem: &, licet incolæ Jabes ſeſe illi dedere parati eſſent, nihil niſi ſanguinem ſine clementia, ſine ulla miſericordia ſpirantem: jam vero permittere illum videmus iſtis incolis ut in univerſos Iſraëlis terminos auxilium à fratribus petituri nuncios dimittant. Quæ duo primo adſpectu ſunt multum inter ſe contraria, ut neceſſe ſit Dei manum hic operatam agnoſcere. Nam certum eſt ſi iſte tam impetuoſe quam cœperat perrexiſſet, fore ut obſidione preſſos, caſtris ad muros poſitis, & fame enectos, vel ſibiipſis violen-

Digitized by Google

animos. Eadem etiam eſt hujus facti Naaſi ratio. Nam qui factum eſt, ut qui prius nihil niſi minas ſpirabat, ſanguinem ſitiebat; & nullam conditionem pacis admittebat; licet iis, qui tot tamque eximias de iſtis hoſtibus victorias reportarant, ultro ſeſe ipſi dedentibus, & in ſervitutem ſubjicientibus modo ſalvam vitam promitteret, nunc tamen poteſtatem ipſis faciat auxilium dimiſſis nunciis in univerſos terminos Iſraël petendi? Quînam vero, quæſo vos, factum eſt, ut qui prius tam duris & iniquis conditionibus illos incolas adſtrinxerat, & æquiſſimas ſibique commodas accipere noluerat, jam illis concedat quod in bellis nunquam permitti conſuevit? Nam auxilia undequaque conquirendi poteſtatem ultro illis fecit: quod quid aliud fuiſſe videtur, quam è manibus prædam dimittere? En quomodo ad noſtram inſtructionem Deus declararit ſe hoſtium noſtrorum poſſe animos momento mutare, licet immani rabie efferveſcant: atque adeo ſic ad ſuam voluntatem inflectere, ut faciles illos habeamus. Cæterum minime dubium eſt quin arrogantia & avaritia excæcatus impius iſte Dei & ſuæ Eccleſiæ hoſtis, tam facile iſtis poteſtatem undequaque in fines Iſraëlitarum quærendi auxilium fecerit. Nam ſi, ut ante dixi, ratione & judicio ſuis commodis ſtuduiſſet & ſuæ utilitatis habuiſſet rationem, quum videret populum animos abjeciſſe, & perturbatam eſſe civitatem, ac proinde jam in ſua eſſe poteſtate, tantum ad ipſam admovenda caſtra, quid ipſum impellebat ad incolis iſtis poteſtatem faciendam auxilia à fratribus petendi? Sane, ut ante dixi, fatendum Dei providentia ipſum fuiſſe ductum: ſed tamen ipſum Nahaſum conſiderantes, videmus abreptum nimia cupiditate, qua nihil non ſibi pollicebatur. Et veriſimile eſt illum ſibi perſuaſiſſe ſubſidiarios milites, ſiqui ab Iſraëlitis mitterentur, à ſe facillime & nullo negotio fractum iri; atque ita fore ut deinceps animum cæteri deſponderent, & omnis illorum fortitudo concideret, ubi cæſum fuſumque populum fama apud alias tribus vulgaret. Ac proinde reliquas omnes cis Jordanem tribus quaſi rebus perditis & profligatis animum abjecturas, & fuſis incolis illis Jabes Galaad eundem caſum ſibi metuituras. Ita factum eſt igitur ut Jabes incolæ facile ab immani hoſte & nihil niſi ſanguinem ſpirante obtinuerint, quod minime jure belli ſibi auſi eſſent polliceri. Ac ſane videmus Deum noſtrorum hoſtium cupiditati ita laxare habenas, ut tamen ſibi ipſis ſuis conſiliis malum & confuſionem accerſant. Nam ſi modum ſervarent, poſſent ſane ſubſiſtere: ſed quoniam ſuis viribus & prudentia gloriantur, & rebus omnibus inhiant, fit ut ſua ſpe excidant, dum temere huc illuc feruntur. Hinc ipſorum exitii cauſa: tanto magis horrenda & ſticam vitam agens & pecuarius: quæ Regiæ dignitati non reſpondent. Ita videmus, Saulem, licet à Deo electum Regem & deſignatum, & magno comitatu domum deductum, tamen in priſtinæ vitæ conditione permanere: volebat enim illum Deus veluti per gradus in poſſeſſionem muneris mittere: quandoquidem jam ante dignitatem Regiæ poteſtatis ut oportebat Deus ſtabiliverat: quum latentem ipſum inter impedimenta produxerat mirabiliter, ut facile quivis, non hominum ſtudiis, ſed Dei nutu electum fuiſſe Saulem & Regem deſignatum judicaret. Verum enimvero ſentiebat nondum adeſſe tempus quo dominatum acciperet, & in ſolium Regium eveheretur, ac ſibi in talem dignitatem evecto debitus honos redderetur. Quæ ſane ad majorem Saulis laudem faciunt. Nam, obſecro, quam multos hodie videas honeſta ſpecie modeſtiam ſimulare dum ad aliquem gradum, non Regiæ, inquam, aut primariæ poteſtatis, ſed vel minimæ dignitatis adſpirant, qui ubi aliqua vel leviſſima illius conſequendæ aura afflarit, ſtatim vitæ conditionem Principe dignam ingrediantur: & multis ſatellitibus ſtipati honores tali comitatui convenientes affectent, & ampliſſimas domos extruant, ac omnia Principibus digna gerant? Denique maximam hominum partem hoc ſtultitiæ morbo laborare conſpicimus, ut ſi à Deo ad aliquos honores evehantur, vehementer ſuperbia intumeſcant, ac ſuas alas, ut ita dicam, longe lateque extendant, & mores cum veſtimentis & geſtu immutent. Denique nihil tam arduum, quo non contendant, & ſupra ipſum aërem efferri ac digito cœlum attingere nitantur. Contra Saul, Rex licet deſignatus, & quidem non dubiis ſignis confirmatus, nihilominus in priore vitæ ſtatu & conditione remanet: & quidem non ab hominibus in hanc dignitatem, cujus etiam honores nondum erat aſſequutus, ſed veluti Dei ipſius manu fuerat evectus; quoniam nondum regno fruebatur, & non acceperat oraculo divino tempus quo regnum aſſequuturus & dominaturus erat; patris armenta & greges, ut ante, curat: & tanquam ruſticæ vitæ amans, boves & vaccas patris agit. Quamobrem inſignis eſt hic locus, & attentione ſumma dignus, ut quacunque ratione Deus nos gubernarit, modeſte & abſtinenter ac moderate nos geramus; ac ſi ſummos honores nos velit aſſequi inter homines, nihilominus ſummam præ nobis modeſtiam feramus, neque nos unquam ab honorum amplitudine ſinamus excæcari: ac ſi nos in medio curſu velit ſubſiſtere, neque ulterius progredi, intra poſitos terminos contineamur, neque aliquid ultra ipſius voluntatem appetamus. Et de Saulis modeſtia hactenus. Nihilominus vero functum Regis & boni Ducis officio deinceps Scriptura memorat. Licet enim abjectæ condi-

Digitized by Google

[illegible] divina ope & auxilio habere opus, à quo regamur & novo Spiritus robore induamur. Saul ad tempus prophetaverat, ac donum temporarium prophetandi illa facultas fuit, quo Deus nobilitare illum & clarum facere apud Iſraëlitas voluit tanquam inſignibus & ſtemmatibus quibus inter illos excelleret. Spiritus etiam Dei poſt electum ipſum, gratiam & dona ſua illi multiplicavit, atque in novum hominem, ut promiſſum erat, immutavit. Quamobrem jam ſuperfluum videtur, dari illi rurſus Spiritum. Sed diligenter omnia nobis inveſtigantibus, iſtud eſt colligendum, & animis noſtris infigendum, nos, licet Dei donis auctos, puta ſapientia, ſcientia, prudentia, fortitudine & ſimilibus virtutibus, tamen non ſufficere niſi ſingulis momentis eadem in nobis dona confirmet & augeat, quotieſcunque neceſſitas poſtulat. Nam ſane fieri poteſt, & plerumque fit, ut qui optimis nititur principiis, & certiſſima habet teſtimonia ſe à Deo ad res magnas vocari, in rebus tamen parvi momenti hæreat: niſi præſenti Dei auxilio juvetur. Quare hoc diligenter obſervandum, non ſufficere ut ſuum in nobis opus Deus incipiat, ſed oportere ut illud ipſe labatur & graviter offendat, niſi divina virtute ſuſtineatur. Denique hinc omnes diſcamus, ita Deo nos commendare, & ejus in nobis dona agnoſcere, ut ab illo ſolo pendeamus, & quæcunque accepimus illi uni accepta feramus: & ipſum in nobis potenter operari ſciamus.

Jam vero agite, fratres, in genua coram Dei Opt. Max. Majeſtate procumbamus, & ſupplices ipſi ſiamus, innumerabiles offenſas agnoſcentes quibus ejus iram quotidie provocamus, atque ipſum precemur, ut talem earum ſenſum habeamus, quo magis ac magis coram ipſo dejiciamur & humiliemur. Atque vera tangamur pœnitentia, qua reformari ſtudeamus ad ipſius imaginem, ut nos ad ipſius voluntatem componamus, & in ipſius timore ambulemus: atque nos ita morigeros præbeamus, ne nobis ipſis aut privatis noſtris commodis vivamus, ſed potius proximorum utilitati ſtudeamus. Atque tanta cum ſollicitudine ambulemus, ut ab illo ſolo pendeamus: & hac ratione ſub alarum ipſius umbra, virtute divina muniamur, qua hoſtium noſtrorum conatibus injuſte nos aggredientium reſiſtamus. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam, &c.

HOMILIA TRIGESIMA OCTAVA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XI.

6. Et inſiluit Spiritus Dei in Saul, quum audiſſet verba hæc, & iratus eſt furor ejus
nimis.
7. Et aſſumens utrumque bovem, concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos
Iſraël, per manum nunciorum, dicens, Quicunque non exierit, & ſequutus fuerit
Saul & Samuel, ſic fiet bobus ejus. Invaſit ergo timor Domini populum, & egreſſi ſunt
quaſi vir unus.
8. Et recenſuit eos in Bezec: fueruntque filiorum Iſraël trecenta millia: virorum autem Juda triginta millia.
9. Et dixerunt nunciis qui venerant, Sic dicetis viris qui ſunt in Jabes Galaad,
Cras erit vobis ſalus, quum incaluerit Sol. Venerunt ergo nuncii, & annunciaverunt
viris Jabes, qui læti ſunt.
10. Et dixerunt, Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit
vobis.

Digitized by Google

mens affectus quo ad odio habendum & fugiendum malum incitamur? Atque in iis locum habere debet, quibus Deus gladii poteſtatem tradidit, & in flagitioſos animadvertendi curam commiſit, velut in ſeditioſos, adulteros, & in alios iſtiuſmodi ſcelerum convictos, adeo ut qui ad rerum gubernacula ſedent, officio fungi, niſi quodammodo commoti, & iræ quodam ſtimulo impulſi, nequeant. Atque hæc iracundia eſt tolerabilis, modo ne, ut diximus, extra terminos egrediatur moderationis. Quare hic modus adhibendus eſt, & cavendum ſummopere ne noſtris affectibus indulgeamus, à quibus ſuperemur: itaque licet juſtam iraſcendi occaſionem habeamus, tamen affectum noſtrum bonum eſſe neceſſe eſt. Verum in noſtra poteſtate quum non ſint affectus noſtri, id à nobis fieri non poſſet, niſi Deo in nobis operante. Neque enim ita ſibi moderari homines poſſunt quin ſemper extra ſuos fines ferantur. Diſcamus igitur naturales affectus diſtinguere à vitiis quæ ab exceſſu promanant, quod à natura corrupti & depravati, nihil niſi corruptum & depravatum à nobis manet. Ex quo fit ſatis nobis conſpicuum quanta ſit abyſſus peccatum illud originale quod à matris utero trahimus. Nam ſi illam integritatem & puritatem retineremus, in qua prius à Deo ipſo creati fueramus; certum eſt, nihil niſi ſumme purum & rectum in nobis futurum, quandoquidem & de ipſis animalibus dicitur, Deum nihil niſi bonum creaſſe. Sed, dolor! hominis lapſu à Deo alieni facti ſumus; atque ita omni bono ſpoliati: adeo ut etiam quod in ſe bonum erat, corruptum ſit & vitiatum, quod omnes noſtri ſenſus perturbati ſint. Hinc igitur diſcamus, paſſiones & affectiones, quibus à natura ducimur & commovemur, non eſſe per ſe malas, ſed ad virtutem tendere: verumtamen licet bonis fundamentis & principiis nitamur, non ideo tamen à culpa & vitio immunes eſſe, quod nunquam modum in noſtris actionibus ſervemus quem oportebat. Hoc igitur documentum referamus ex verbis iſtis, quibus Saul dicitur vehementi ira commotus, & quidem non à ſeipſo ſed à Sancto Spiritu fuiſſe impulſus. Quod
verſ. 7. vero deinceps narratur, boves in fruſta ſecuiſſe, indicat Saulem ſuis facultatibus non pepercisse ut cauſam publicam, ad cujus protectionem vocabatur, pro virili promoveret. Næ ruſtico homini multum fuit par boum in fruſta dividere: ſed hoc facere Saulem rerum conſtitutio & tempus poſtulabat. En igitur Saulem bona ſua pro communi utilitate ad cujus defenſionem à Deo vocatus erat profundentem. Videbat enim urbem Jabes in ſummo periculo verſari, metuendumque ne in hoſtium poteſtatem veniret, quod ſummam rerum confuſionem urbis illius excidium eſſet allaturum, & duarum tribuum internecionem, ex qua infideles occaſionem ſeſe efferendi

minime mirandum eſt Saulem tam ſevere cum iis egiſſe. Niſi enim iſtiuſmodi comminationibus eſſet uſus, & terrorem ſingulis intuliſſet, Rex agnitus à maxima plebis parte non fuiſſet, ac proinde periculum fugere quiſque ſtuduiſſet. Nam hoſtes ipſi erant aggreſſores: ac proinde & viribus præſtare, & militum numero ſuperare videri poterant. Deinde ſcimus quam ſit quiſque ſtudioſus otii & tranquillitatis domi retinendæ: & præſertim ſi ſuis ſumtibus militandum eſt, & vita periculis exponenda, neminem eſſe qui non libenter hanc conditionem refugiat. Quare merito Saulem excuſari ex temporis & rerum circumſtantia videmus, quod tam ſeveris minis armari ſingulos ad ferendas obſeſſis Jabenſibus ſuppetias edixerit. Nos vero Deum precemur ut pacem & tranquillitatem noſtram foveat, ne ad tam violenta remedia confugere cogamur. Idem enim hic contigit quod in morbis letalibus, in quibus ubi deſperata videtur ſalus, quidlibet tentatur quovis periculo, quod alioquin in minoribus morbis locum non haberet. Quare quum bella & bellici tumultus ſint veluti morbi, à quibus in deſperationem adducimur, & in quibus ea ſunt adhibenda remedia quæ potius debeant diſplicere, ſingulare Dei beneficium agnoſcamus, quum mitioribus legibus utendi poteſtatem facit: ac ſedulo precemur ut pro ſua bonitate nunquam permittat nos in tantam rerum perturbationem cadere. Cæterum & hoc notandum, ſæpe hominum malitiam, & temporum circumſtantias, ad ſeveritatem & terrorem Magiſtratus impellere. Nam creſcentibus delictis, veluti hic pullulantibus furtis, illic adulteriis, alibi uſuris & rapinis, ut nulla vi amplius retineantur, creſcere etiam pœnas & ſupplicia neceſſe eſt. Denique quum hæc Saulis iracundia ſpeciali Spiritus Sancti motui attribuatur; & factum illud quo diviſos boves in univerſos Iſraëlis terminos miſit, additis terrore plenis minis ni ad ipſius edictum armarentur, non eſt quod amplius carpamus. Nam, ut dixi, ſatis manifeſtis rationibus apparet Saulis factum in ſe fuiſſe laudabile, quod non ignarus accepti à Deo muneris, auctoritatem Regiam in edicendo uſurparit. Proſpexit enim prudenter, non aſſuetos hactenus iſtiuſmodi imperiis, juſſa neglecturos, niſi minis terrerentur, & ad officium vocarentur. Quare quum optimum finem habeant ſevera illa juſſa Saulis, ore clauſo Dei opus ſuſpiciamus. Deinceps ſequitur, *in univerſum populum cecidiſſe timorem Domini.* Digna ſane obſervatione ſententia, qua ſignificatur Deum auctoritatem Sauli conciliaſſe: adeo ut ad primam ruſtici hominis & bubulci vocem univerſus populus ſit congregatus, Deo faciente, uſque ad hominum trecenta millia. Sed expendamus verba illa, *Quicunque poſt Saulem & Samuelem non venerit.* Sui quum mentionem facit, minime dubium eſt quin

ſe

bus & rebellibus confirmatum iri, quicquid illi tandem ad illam dignitatem evertendam moliantur. Itaque ad aliquod munus quemlibet vocatum oportet non ſe reſpicere aut vitæ prioris conditionem: ſed ſcire, ſe, quandoquidem à Deo approbatur, etiam auctoritate à Domino conceſſa uſurum: modo tamen ne ulla turgeat ambitione aut ſuperbia. Nam Saulis ille fervor & vehementia cum humilitate tamen & ſumma modeſtia conjuncta fuit, ſicuti ſupra vidimus. Nam quum Rex deſignatus ab ipſo Domino in totius populi corona fuiſſet, poterat ſuo jure & poteſtate abuti & contumaces in ordinem cogere, & tributis ac vectigalibus populum onerare, & pompa & magnifico apparatu ſeſe commendare, vel etiam tyrannidem exercere & in populum ſævire: verum ille contra reverſus eſt ad greges in agris paſcendos, ac vita priore contentus nemini eſſe gravis voluit. Ex quibus, quanta fuerit Saulis in tanta dignitate conſtituti modeſtia, ſatis eſt conſpicuum. Quum igitur illum repente in iram exarſiſſe videmus, & terrorem nomine ſuo attuliſſe, ut ſingulos percelleret & ad officium compelleret, debitam nempe ſibi reverentiam & honorem, minime dubium eſt quin vocationis ſuæ rationem habeat: & venerandam illam reddere ſtudeat, & in unum Deum ſpem ſuam & fiduciam omnem rejiciens, commiſſo ſibi munere & officio defungi propoſitum habeat. Atque hanc ob cauſam Samuelem in hoc negotio ſibi collegam aſſociat, ut ſuum regnum Deo probari palam faciat, quod per os Prophetæ ſui palam prædicaverat. Nam etſi ſatis evidens & ſufficiens eſſet approbatio, illius tamen præcipuum iſtud erat fundamentum, ut, quandoquidem Samuel totius populi gubernationem habuerat, & ad ſumma rerum gubernacula diu ſederat, & munus ſuum alteri tradiderat; quo ſe ſponte abdicarat, palam teſtatus Deum Regem hunc Saulem populo dare & præficere, ipſius præconium eſſet inſtar divini decreti in vulgus tanquam tubæ ſono pervulgati. Quamobrem Samuelis Prophetæ præſentia Saulis regno maximam auctoritatem præ cæteris omnibus rebus adferebat. Interim obſervandum, pulchre Saulem ſibi collegam adjungere Samuelem: quod ſi perpetuo feciſſet, non fuiſſet unquam à Deo rejectus, quod illi tamen poſtea contigiſſe videbimus. Summam enim conjunctionem cum Regia dignitate & dono Prophetiæ hîc Saul patefacit: quæ ſane ſic infeliciter omnia illum geſſiſſe & deteſtandum fuiſſe videbimus, quum hîc magnopere à Deo honoretur. Nam deinceps additur, *Dei timorem cecidiſſe ſuper populum*. Quare Saulis inanes conatus fuiſſent, niſi Deus ſingulorum animos in ipſius obedientiam convertiſſet. Idem de Nebucadnezare prædicatur, nempe, totum Orientem coram ipſo tremuiſſe, tanta fuit illius majeſtas & potentia. Quod Deus nimirum in tantam dignitatem illum evexiſſet, &, ut ſuo decreto locum faceret, ejus timorem non tantum in homines, ſed in beſtias agrorum & volucres aërias injeciſſet. Atqui nulla beſtiis, neque volucribus ineſt ratio: ſed illis verbis Deus ſignificavit ſe omnia elementa ac res omnes creatas in ordinem coacturum & ſubjecturum illi quem in ſummæ alicujus dignitatis gradum evexerit, ut nulla in toto terrarum orbe vis, quantacunque illa ſit, decreto ſuo remoram injicere poſſit. Quod vero de Nebucadnezare prædicatur, certum eſt de omnibus Regibus, Principibus, Magiſtratibus & primariæ dignitatis viris dici. Nam quum ſeſe illis populi ſubjiciunt, ab illis jus accipiunt, dicto denique obediunt, ſeque ab illis judicari & damnari patiuntur, certum eſt divino id motu & inſtinctu fieri, qui hominibus hunc timorem immiſit quos alioqui nunquam ſeſe aliis ſubjecturos certum eſt. Quæ ſit enim ſingulis hominibus innata ambitio ſcimus: & quam ſit quiſque dominationis cupidus: ut omnino ſit naturæ noſtræ contrarium, cervices alterius dominationi ſubjicere. Contra, quum veram obedientiam & ſubjectionem Regibus & Magiſtratibus debitam, homines præſtant, certiſſimum teſtimonium & indicium eſt ejus quod hic dicitur, Dei timorem in nos incidiſſe: quod alioquin ſubjici alii aliis homines refugiant, niſi Deus contumaciam illam cunctis hominibus innatam refrenet, & cor immutet, ut ſeſe non homini mortali, ſed potentis Dei manui ſubjiciant; quaſi ſuæ præſentiæ notam apponenti in iſtiuſmodi perſonis, in quibus ſibi honorem haberi præcipit, & ſummum Imperatorem agnoſci. Digna ſane iſta quæ diligenter conſideremus, multas ob cauſas. Nam in primis hic omnes Magiſtratus admonentur, ſe, Deo fretos, officium ſuum facere volentes, non debere in hominum contumaciam inſpicere, qui ipſis libenter reſiſterent, ſed in Deum, à quo in ordinem homines coguntur, & in officio retinentur: ut Dei auxilium implorent, cujus ope & inſtinctu

Digitized by Google

trarium teſtentur & jurent. Omnis enim ſuperior poteſtas à Deo eſt: ac proinde nemo poteſt Dei ordinationi reſiſtere, quin Deo ſeſe opponat, & rerum omnium confuſionem & perturbationem invehat. Quare diſcamus omni legitimo Magiſtratui, & omnibus legibus ex Dei mandato & ordinatione ſancitis ſponte nos ſubjicere, ſcientes Deo gratum iſtud obſequium fore, quum jugum noſtris cervicibus ab ipſomet impoſitum tulerimus. Modeſtia enim eſt, poteſtati à Deo conſtitutæ ſponte ſe ſubmittere. Ac de iſtis hactenus. Apparet autem ex totius hiſtoriæ ſerie Deum hic ſpeciali ratione quadam operatum fuiſſe, immiſſo in populum terrore. Ecquis enim Saul erat, ad eujus imperium populus terreretur? Non erat ſane tantæ auctoritatis. Nam ubi à nunciis à Jabenſibus dimiſſis repertus eſt? In oppidulo Gabaa morabatur, & ab agris & ſtiva revertebatur. Vilis ſane & abjecta illa erat conditio, & exiguum erat oppidum Gabaa, in quo morabatur: itaque vix ſufficere videbatur regendæ exiguæ paucorum hominum, puta trecentorum vel quadringentorum, multitudini: tantum abeſt ut ad tantum regundum populum idoneus haberetur, qualis erat tota Judæa ad illius imperium commovenda. Sed ſi præterea conſideremus, non lictores, non equos celeres illum adhibuiſſe ad rem tantam cum diligentia conficiendam, ſed ruſticos & ſui ſimiles, quos veriſimile eſt à populo, ad auditum illarum comminationum, exploſum & fuſtibus rejectum iri potius, quam ut dicto obedientes eſſent. Quid? ſi inſuper ter centum mille homines armari inſpiciamus ad primum unius hominis mandatum tanto conſenſu quanto ſi vir unus fuiſſent. Quibus accedebat Judæ tribus cum hominum millibus triginta. Quæ tantæ hominum copiæ quum ad ſolum ruſtici hominis mandatum, cujus nulla fuerat dignitas, nulla auctoritas, antequam ad Regiam dignitatem veniret, ultro convenerint, facile judicamus, Deum immiſiſſe in populum timorem ſuum: quod licet tanquam miraculum nobis proponatur, tamen in noſtram inſtructionem eedere debet. Ac proinde obſervandum, Deum ita hominum animos poſſidere, ut ad ſuam voluntatem eos inclinet & moveat, adeo ut aliis fortitudinem & audaciam, aliis vero metum & pavorem injiciat; denique, quum expedit, ad ſuum obſequium inflectat. Præterea hoc facto magnum acceſſit teſtimonium approbationis regni Saulis, quemadmodum ſub capitis finem pluribus audituri ſumus, ac nominatim ex victoria quam de Ammonitis reportavit. Quodſi hoſtes, ſine ulla clade accepta, fuga ſibi ſalutem quæſiviſſent, nihilominus tamen valde confirmabatur Saulis auctoritas, quod ad ejus vocem populus adeo commoveretur, non tamen præſente Saule, ſed tantum miſſis ab ipſo tabellariis, dam adducamur. Ergo neceſſe eſt, ut in docilis populi locum admittamur, nos ipſi ſponte ſubjici & eum quocunque vocaverit ſequi, & omnibus mandatis ipſius morem gerere: ſic ut metuamus ulla in re ipſum offendere. Verum enimvero longe alium timorem requiri, quam eum, de quo hic agitur, ſciendum eſt. Nam timor hic qui populum invaſit, fuit repentina quædam commotio, qua populus juſtus in arma ruit. Sed in illo timore, quem in fidelibus requiri dicimus, Deum oportet non ad tempus aliquod tantum operari, quum ad unici Filii ſui obedientiam nos vult adducere, ſed vivas & altas radices in noſtris cordibus efficere. Deinde non ille timor gratus Deo eſt, quo nihil niſi ſerviliter coacti facimus, ſed quo ſponte ipſius poteſtati ſubjici cupimus: ut cultus ipſius una ſit & ſola noſtra delectatio, una felicitas, ſummum denique noſtrum bonum Deo placere, noſque Domino noſtro Jeſu Chriſto conformare. Nam & in Euangelio Deum videmus non ſe nobis ſpectandum in illa ſua incomprehenſibili Majeſtate, ſed in benigno & clementi Patris nomine proponere. Et Dominus noſter Jeſus Chriſtus blande nos ad ſe his vocibus invitat,

Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite à me quod Mat. 11.
mitis ſim & humilis corde: & invenietis requiem ani- verſ. 29.
mabus veſtris. Jugum enim meum facile eſt, & onus meum leve eſt. Denique videmus, Dominum noſtrum nos velut humeris ſuis impoſitos ad ſe pertrahere, & propoſita Dei Patris gratia & benevolentia pellicere, & ad omnium ſuorum bonorum participationem invitare. Idcirco timor ille quo adducimur ad Euangelicam doctrinam amplexandam, non eſt ſimplex quidam metus aut pavor, quoniam alioquin nihil niſi coacti & metu perculſi faceremus, ſed reverentia Divini Numinis, qua cognita illius in nos ſingulari benevolentia & amore ſponte ipſi ſubjicimur, & in ejus obſequium ducimur. Et de iſto timore hactenus.

Sequitur deinceps, Saulem luſtrato exercitu, & tan- verſ. 9.
tis copiis recenſitis, nuncios ad Jabenſes remiſiſſe, perlaturos, ut in craſtinum auxilium exſpectarent adverſus inimicos. Ac rurſum hæc temporis circumſtantia multum facit ad divinum opus hic agnoſcendum. Nam terra Iſraëlitica ſatis longe lateque patebat, & tunc temporis non habebant Iſraëlitæ celeres equos, quibus in varias partes miſſis negotium urgeretur: ſed per pedites à Saule hinc inde dimiſſos cis & trans Jordanem per univerſum Iſraëlem res tota peragitur. Itaque tam exiguo temporis momento potuiſſe tantam multitudinem ter centum mille hominum armari, vix erat credibile, etiamſi paratiſſimas munitiones & proviſiones fuiſſe dixerimus: ut neceſſe ſit divinum opus & miraculum hic agnoſci. Neque vero impii homines aut maligni occaſionem habent quæ hic dicuntur in dubium vocandi: ſolent

enim

Digitized by Google

[illegible] admirandum Dei opus hic eſſe à nobis adorandum. Quemadmodum David in Pſalmis Dei potentiam qua regimur eam eſſe docet, quæ inſpicientibus horrorem & ſtuporem afferre debeat. Cæterum hinc obſervandum, Dei potentiam non contineri & finiri uſitatis ullis mediis & rationibus: ſed momento Deum ſuum opus perficere, prout ipſi viſum fuerit; adeo ut ſomnia videantur nobis potius quam res geſta, ut Pſalmus docet. Et ſingulari hoc dignum eſt obſervatione. Nam etſi Sacræ literæ paſſim docent Deum nunquam nobis defuturum, noſtramque in illo ſalutem eſſe repoſitam, ac ſatis potentem eſſe manum ipſius ad nos millies in ſingulos dies è periculo mortis eruendos: tamen vix quieſcimus, niſi hinc inde media, quibus noſtram ſalutem ſit impleturus, quæſiverimus, & in oculos noſtros incurrerint. Quoniam igitur Dei potentiam finire & circumſcribere plerumque conamur mediis in noſtros ſenſus incurrentibus, eo magis cavendum, ne, Deo nos inſolitis mediis ex periculis eruente, inquiramus, quomodo iſtud fiat: ſed ejus virtutem & potentiam infinitam eſſe ſciamus: & quidem non ad unum quodpiam opus illam reſtringamus, ſed in rebus omnibus, quaſcunque mente concipimus, eandem intueamur. Quamobrem quum ſacræ Scripturæ paſſim nos doceant, Deum in ſervanda ſua Eccleſia rationem longe ab omnium ſenſu remotam ſequi, ſpem omnem in eo ponamus, & ipſi placide acquieſcamus: ut quotieſcunque ea ingruerint pericula, quæ ultimum exitium minabuntur, ad Deum confugientes, eumque ſupplicibus precibus ſollicitantes, ſciamus poſſe nos ex periculis admirandis, id eſt, incognitis nobis modis & rationibus, quas ipſi hoſtes ne cogitare quidem aut imaginari queant, eripere. Atque hactenus de hoc facto dictum eſto, & de doctrina quæ inde eſt haurienda, quum tam brevi temporis ſpatio, tanta hominum armatorum multitudo coacta eſt. Alia vero ex parte inſigne hic teſtimonium habemus excæcatum à Deo fuiſſe Naaſum Regem & Imperatorem Ammonitarum. Niſi enim Deus & ipſum Ducem & exercitum ſtupore percuſſiſſet, poterant ex nunciis ſciſcitari, quæ Jabenſibus promiſſa eſſent, quæ ſpes auxilii & ſuppetiarum appareret. Verum ambitioſus iſte & gurges inſatiabilis, facilem victoriam ſibi pollicetur, & ſpes inanes paſcit, quum exiguum exercitum fudiſſet: ac ſuæ ditionis terminos [illegible]: cujuſmodi nobis exemplum hoc loco iſte incredulus ſuppeditat. Sed ejus cæcitatis à Deo immiſſæ illi certius adhuc ſequitur teſtimonium, quum Jabenſes, per nuncios ad ipſum dimiſſos, ſignificarunt ei, verſ. 10.
fore ut craſtina die ad ipſos exirent, ut faciant ipſis prout bonum videretur in oculis ipſorum. Craſtinus ille dies ſub æſtum Solis, tempus erat à Saule præſcriptum, quo ſuppetias laturus erat. Ille itaque Naaſus, verbis illis fretus & ſecurus, de eruendis civium ſingulorum oculis cogitat, ut minatus erat ſe ſingulis oculum dextrum effoſſurum, ut ignominiæ perpetuæ notam ipſis inureret, quæ in totum populum Iſraëliticum redundaret, imo & ipſum Dei nomen peteret. En quæ conſilia volvat animo, quos ſibi triumphos, quæ trophæa promittat. Sed inſanus non ſentit, hanc ſecuritatem, ſuæ diſſipationis & exitii cauſam fore. Hinc igitur agnoſcamus, quo ſecurius hoſtes Dei & Euangelii ipſius miſeris filiis ipſius inſultant, & majores animos ſumunt, & quo magis excæcantur abripiunturque à ſuis cogitationibus, eo propinquiores eſſe ſuo exitio. Nam ſi, exempli gratia, paries aliquis intumeſcat, & propendeat, eo quidem ſpiſſior & craſſior videbitur; ſed tamen ille tumor ruinæ & exitio propinquiorem eſſe oſtendit. Sane impii homines non ſunt iſtiuſmodi parietibus abſimiles, quorum tumor & arrogantia ruinam proximam indicat. Quare quum illos furorem ſuum deſpumantes conſpiciemus, ne metu perterriti animum deſpondeamus, ſed à Domino ſummam illorum confuſionem brevi futuram exſpectemus. Cæterum merito hic quæritur, an Jabenſibus licuerit dolis hoſtes ita ludere: nam manifeſta fraus fuit, & malus finis ſermonum quibus per nuncios deditionem pollicebantur. Inducias aliquot dierum pacti erant, ad mittendos nuncios ad amicos pro auxilio petendo: jam vero reverſis nunciis, diſſimulant ſpem auxilii: fratrum & amicorum ſegnitiem in ferendis ſuppetiis accuſant; deditionem ſimulant, & pœnas quas illi de eruendis oculis minati erant ſe ferre paratos, tanquam victos, ſimulant: & ita hoſtes ludunt. Atqui ſcimus, nihil ſimulate, ſed aperte & candide omnia facienda: quare Jabenſes videntur hic graviter reprehendi, quod Naaſo impoſuerint ſimulantes ſe ad ipſius miſericordiam confugere, & dedere ſe paratos, dictis conditionibus. Sed non eſt ſubtilius iſta quæſtio tractanda. Vetus enim illud eſt proverbium, Nulla fides

Digitized by Google

fuerunt, quum auxilium ſperatum diſſimulantes, dolo dicunt ſe in hoſtium poteſtatem venturos, & protectionem ſuſceperit. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam precabimur, ſed, &c.

HOMILIA TRIGESIMA NONA IN I. LIB. SAMUELIS.

CAP. XI.

11. Et factum eſt, quum dies craſtinus veniſſet, conſtituit Saul populum in tres partes, & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſſit Ammon uſquedum incaleſceret dies: reliqui autem diſperſi ſunt, ita ut non relinquerentur in eis duo pariter.

12. Et ait populus ad Samuelem, Quis eſt iſte qui dixit, Saul num regnabit ſuper nos? Date viros, & interficiemus eos.

13. Et ait Saul, Non occidetur quiſquam in die hac, quia hodie fecit Dominus ſalutem in Iſraël.

14. Dixit autem Samuel ad populum, Venite, & eamus in Galgala, & innovemus ibi regnum.

15. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi Regem Saul coram Domino in Galgala, & immolaverunt ibi victimas pacificas coram Domino. Et lætatus eſt ibi Saul, & cuncti viri Iſraël nimis.

Conſiderandum hic in primis occurrit divinum, auxilium quo Jabenſes obſeſſi juvati ſunt: quo palam fecit Deus non inanem fuiſſe ſuam, de qua ſuperius egimus, promiſſionem: nempe ſe, ad Regiam dignitatem Saulem vocantem, ipſorum, licet indignorum, miſereri. Hic igitur primum obſervanda eſt Ammonitarum ſtrages, & exercitus profligatio. Deinde confirmatio Saulis, & prioris ſeditionis & tumultus ἀμνηστία.* Tertio, Samuelis publica proteſtatio ſuæ innocentiæ quamdiu Rempublicam geſſit; & interceſſio qua ſe adminiſtrationis rationem reddere paratum palam teſtatur. Quod ad primum attinet, Saul dicitur exercitum ſuum in tria agmina diviſiſſe: nam, ut vidimus, collegerat exercitum ter centum triginta mille hominum, ut ex illis totidem magnos exercitus facile conficeret. Etſi vero tanta fretus multitudine, tamen ex ratione bellica ſic diviſit exercitum, ut undequaque cinctis hoſtibus nulla ſpes fugæ ipſis daretur. Neque enim tantum eos in fugam dare cogitat, quod facile recollectis copiis bellum redintegraturi eſſent: ſed ſemel eos debellare, ne amplius trans Jordanem incolentes Iſraëlitas bello poſſent adoriri fractis viribus. Et prætera dicitur Saul in matutina vigilia hoſtium adortus caſtra, & incautos invaſiſſe. Nempe ſecuri erant, & deditionem Jabenſium exſpectantes ſibi victoriam gratulabantur. In quo videmus impleri quod ſæpe Deus in Sacris prædicari voluit, fore nimirum ut quum impii homines tuta omnia ſibi pollicentes dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperve- *1 Theſ. 5. verſ. 3.*
niat interitus. Atque hæc inſignis clades Ammonitarum fuit, ut ne duo quidem ſimul relinquerentur: & ita teſtatum Deus voluit, ſe populi ſui, licet pœnas & exitium promeriti, velle fœderis olim cum Abrahamo contracti memorem, miſereri. Nam quid erat in populo quod Deum ad miſericordiam provocaret? Deus itaque licet Saulis regnum non approbaret, tamen illud non modo pertulit, ſed ei etiam benedixit, ac proſperos ſucceſſus dedit. Unde apparet, Deum ſæpe noſtris conſiliis, licet malis, dare bonos ſucceſſus, non quidem ideo ut habenas ad Deum tentandum noſtris cupiditatibus laxemus, & ſecurius agamus, quod hic populo legimus priorem vitam inordinatam in bonum ceſſiſſe: ſed potius ut diſcamus, Deum ſæpe clementius nobiſcum agere, & licet peccatis noſtris iræ ipſius locum fecerimus, tamen felicem exitum noſtris conſiliis dare, quæ tantum exitium alioquin nobis eſſent allatura. Quorum donorum cognitio debet nos ad modeſtiam & humilitatem componere, ne gloriemur: ſed potius cum omni modeſtia & humilitate cognoſcamus, Deum noſtram malitiam ſua inæſtimabili bonitate ſuperaturum. Atque hæc doctrina eſt diligenter obſervanda, quod ſæpe Deus nos in peccatis noſtris altum ſtertentes animadvertens, ejus patientia

Digitized by Google

apud populum retineret. Atque hanc ob cauſam hic ſit Samuelis honorifica mentio, qui tanquam Judex agnoſcitur. Et quidem, fateor, de Saulis agebatur cauſa, in qua ſedere judex non poterat: ſed tamen verecundia duci populum videmus, niſi Samuelem, à quo tot acceperat benefacta, debito honore proſequeretur, licet ſummum illum dignitatis gradum ei ademiſſet, quem à Deo tamen acceperat. Nihilominus tamen quadam ducitur pœnitentia, non quidem quod Regem efflagitatum nollet, ſed ut honore Samuelem afficeret, & quodammodo offenſam illam & ingratitudinis notam elueret. Interim hic obſervandum, quanta ſit vulgi inconſtantia, ut nihil unquam moderate, nihil temperanter faciat, ſed modo in hanc, modo in illam partem propendeat. Ac ſane in tanta multitudine ſemper aliqua ſuberit confuſio, niſi præſint auctoritate præditi, qui illos impetus & veluti fluctus cohibeant. Antea vidimus, non ita pridem multos excitata ſeditione obmurmuraſſe, nunquam regnaturum Saulem ſuper ſe: jam vero ad pœnas repetuntur, quaſi duo treſve tantum hujus ſeditionis auctores fuiſſent. Notum autem ſatis erat, qui rebellaſſent, & ipſe Saul audiverat & diſſimulaverat: itaque non opus erat longa inquiſitione in re tam perſpicua. Et ſane fortaſſis maxima pars iſtorum, qui jam adeo fervidi ſunt, in ſeditioſorum erat numero. Veluti in ſeditione & maximo tumultu, in cujus partem venerint omnes cujuſcunque ordinis & conditionis: ſi Deus deinde ſedatis rebus tranquillitatem reddat, qui maxime rei ſunt ſeditionis, diſceſſionem ab aliis facient pœnitentia ducti, & quaſi maxime innocentes veluti perfricta fronte reliquos perſequentur, & pœnas magno clamore repoſcent. Atqui ſocii ſeditionis fuerant. Sed ita plerumque accidit: iſtos eſſe hominum mores quotidiana experientia plus ſatis docet. Quare mirari minime debemus, quum populum audimus ad Samuelem veniſſe pœnas repetitum de iis qui in ipſius inaugurationem non conſenſerant: & regnum ejus detrectarant. Interim obſervandum, iſtos homines non ob divinæ gratiæ dilectionem, ſed ob victoriam partam adductos ut Samuelem vellent pœnas de iſtis repoſcere. En ut qui vivas veræ fidei & obedientiæ radices non egerunt, ſæpe quidem quibuſdam beneficiis divinis adducti, zeli quandam ſpeciem præ ſe ferant, ſed quæ, momentanea quum ſit, ſtatim evaneſcit. Deus vero miraculo inſigni Saulis que nos verſaverit perſeveremus, ſic ipſius addicti obſequio ut quæcunque ſigna ſeveritatis dederit, nihilominus tamen Patrem noſtrum ipſum agnoſcamus, & æquum eſſe fateamur, ut ad ipſius, non autem ad noſtrum arbitrium regamur: prout ipſe nobis ad ſalutem utile eſſe cognoverit. De Saulis vero reſponſo apparet illum à Dei Spiritu fuiſſe gubernatum, quod ſanguinem tot hominum fundi non permiſerit. Nam ſane infauſtum fuiſſet regni primordium ab eorum cæde qui adverſus ipſum murmurarant. Neque enim, ut dixi prius, unus aut alter reus ſeditionis coortæ, ſed hominum numerus ingens tenebatur: quare oportebat aut offenſam remitti & ἀμνηστία deleri, aut ingenti laniena multorum hominum expiari. Prudenter itaque Saul tantam cædem fieri prohibuit, priore illa potiſſimum populi confuſione adductus, nondum bene conſtituta politia & ſtatu illo Regio. Ac ſane non poſſunt ſeveræ de iſtiuſmodi ſeditionibus pœnæ repeti, ſi ante conſtitutam Rempub. ſola confuſio & perturbatio rerum fuerit, improbis viris meliorem partem ſuperantibus. Fieri, inquam, non poteſt ut in tanta rerum perturbatione, ubi legibus nullus, nullus rationi locus eſt, de iis inquiratur, & pœnæ ſumantur qui iſtius confuſionis auctores fuerunt. Ac proinde Deo, populi illius miſerente, multæ offenſæ ſunt condonandæ, & perpetua ἀμνηστία ſopiendæ. Nam revera longe alia eſt ratio ſeditionum quæ conſtante Repub., ab improbis & flagitioſis hominibus violatis legibus excitantur, quam quum perturbato ſtatu Reipub., quum neque legibus neque rationi locus eſt, ſibi licentiam peccandi permittunt. Quare Saulem hic videmus prudenter ea quæ diximus conſiderantem, non eſſe paſſum ſevere in ſeditionis auctores inquiri, ne ſanguinis humani copia funderetur. Sed præterea videtur indicare, Deum toti populo culpam remiſiſſe ut feſtum illum diem agerent, deque parta ab hoſtibus victoria triumpharent. Ac ſane quandoquidem ad ipſius imperium ſinguli convenerant, & dicto ipſius obediverant, Ducemque ipſum ſequuti ſponte fuerant, merito præcedentis offenſæ tam promta obedientia merebatur oblivionem. Sin hic vero aliquis quærat, an Deo miſerente alicujus populi, flagitioſos homines impunitos eſſe oporteat; & legum poteſtatem imminui, quaſi peccandi licentia permittatur, quum Deus bonitatem ſuam & miſericordiam in aliquam urbem

aut

tudinis. Hinc conſpicuum, quomodo Reges & Ma-
giſtratus clementia utantur, & veniam & impunita-
tem concedant, quum id æquitas & non ambitio po-
2 Sam. 19. verſ. 22. ſtulaverit. Similiter Davidem videmus, regno ſuo
redditum & reſtitutum, nolle in eos animadverti,
qui pœnas tamen merebantur, & in magno numero
erant. Verum non eſt nobis integrum judicare an
laudabile fuerit Davidis illud factum: quandoqui-
dem ad tempus tantum illis veniam indulſit; & ſub
mortis ſuæ tempus, pœnas ab illis repoſci, teſtamento
1 Reg. 2. verſ. 5. conſtituit. Contrariæ ſane inter ſe actiones, Davi-
dem nolle de flagitioſis & rebellibus pœnas ſumi: &
deinde filium jubere id facere quod prohibuerat. Sed
Davidem eſt veriſimile immenſa lætitia affectum, ut
ſunt hominum paſſiones ſine menſura, non attendiſſe
quid officii ſui ratio poſtularet, ut ideo deinde coga-
tur filio curam illius Judicii committere, quod ipſe
neglexerat. Sed alia eſt, ut diximus, Saulis facti ra-
tio. Primum enim ſeditionis illius auctores animad-
vertit non eſſe exiguo numero. Deinde ortam ab illis
ſeditionem perturbatis adhuc rebus, & incerto Rei-
publicæ ſtatu. Denique ſponte etiam veniſſe ad
ipſius imperium culpam agnituros, & obedientia ſu-
periorem offenſam compenſaturos & deleturos.
verſ. 14. Deinceps ſequitur, *Samuelem deduxiſſe populum Gil-
galem, & ibi fuiſſe regnum Saulis renovatum, Regemque
fuiſſe conſtitutum coram Jehova, facto ſacrificio ſolen-
ni euchariſtico, Lætatumque Saulem vehementer cum
omnibus Iſraëlitis.* Quæ regni confirmatio facta eſt,
minime quod non ſufficeret declaratio illa & publica
patefactio à Domino facta; ſed quod homines non
ſine difficultate ſub jugum alterius poteſtatis mittan-
tur: ac licet ante domiti, niſi tamen in metu & obe-
dientia retineantur, ſubinde ad ingenium revertun-
tur, & rectæ gubernationis ſenſum amittunt. Hac
igitur de cauſa Samuel cogitavit de renovando ibi
regno, quod tamen Deus ſatis antea, prout neceſſitas
poſtulabat, & quidem electione ut vidimus miracu-
loſa, confirmarat. Hic igitur tanquam in ſpeculo
conſpicimus, quare Deus ſuarum promiſſionum me-
moriam nobis refricet, ut quotidie nimirum de ipſius
voluntate certiores fiamus. Et nonnunquam etiam
minatur & terret quum nos hypocriſi vel negligen-
tia laborare conſpicit. Sed non ideo tamen non ſatis
magnam vim habet Dei verbum ſemel cognitum.
Nam Dei verbum ſcimus eſſe firmum & immotum.
Quare quum Deus indeſinenter noſtras aures ferit,
inconſtantiam & levitatem noſtram, cauſam eſſe ſcia-
mus, quod una hora ex memoria noſtra effluat quic-
quid unius anni ſpatio Deus inculcaverit, niſi illud
ſubinde repetatur. Deinde licet probe, quæ ſint
officii noſtri partes, cognitum habeamus, valde ta-
men remiſſi ſumus in eo faciendo. Deinde fit ut va-
proclives, & tardi ad ipſius obſequium, & malitiæ
pleni ad ipſi reſiſtendum, idcirco Deum oportet
regnum Filii ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti inter nos
renovare quotieſcunque Euangelium prædicatur.
Nam, ut ait Paulus, Euangelium eſt legatio Dei
qua vult nobis reconciliari: & qua nos hortatur ut
ad ſe revertamur, cum certa fiducia nos ab ipſo reci-
piendos; modo viciſſim offenſas, quibus ejus in nos
iram provocavimus, deteſtemur, eique ſubjici & ob-
temperare in vera & non ſimulata pœnitentia quæra-
mus. Quare quum Dei verbum toto vitæ noſtræ cur-
riculo legere jubemur: & ex politiæ Eccleſiaſticæ
conſtitutione conciones frequentare tenemur, etſi
doctrina ſæpius nobis eadem inculcatur, nihil tamen
eſſe ſuperfluum ſciamus. Quid ita? Sane debemus
nos intueri, & qui ſimus conſiderare. Multi fanatici
ſe ſui cognitionem habere dicunt, ac proinde, in-
quiunt, Quare laborarem in frequentandis concio-
nibus, in quibus nihil audiam niſi quod ita teneo ut
alios docere poſſim? Verum iſtiuſmodi homines ſe
nunquam reſpexerunt, neque ſeſe unquam expen-
derunt. Atqui hominum ſapientiam primam eſſe
ſcimus, ut ſeſe examinent & expendant: & ubi ſeſe
probe norint, ſic ſibi diſpliceant, ut remedium ad-
verſus vitia, quibus laborant, ſtudioſe quærant. Pro-
fecto Dei verbum nonniſi propter ingenia noſtra
tardiora, hebetiora & pinguiora, ſæpius repetitur &
confirmatur. Accedit ad ſuperiora memoriæ labili-
tas: ut neceſſe ſit ſubinde jam nota repeti ad ejus con-
firmationem. Deinde tam proclives ad quælibet vi-
tia ſumus, ut neceſſe ſit eos Dei verbo tanquam fre-
no cohiberi, ut pravæ noſtræ cupiditates quæ adver-
ſus nos pugnant reprimantur. Quare nos domari &
libidines coërceri neceſſe eſt, quod uno die perfici
non poteſt. Quamobrem quum non unius diei ſit
illa cupiditatum victoria, toto vitæ curriculo niti
nos oportet, ut Dei verbo reformemur, & ſummum
Dei beneficium agnoſcere quum dociles & at.ntos
ad ipſius verbum audiendum facit: ac nos ipſius ra-
tia indigere, qua ſeſe in dies nobis communicet:
quem alioqui momento traderemus oblivioni, imo
cui terga daremus, quod ſatis unumquemque quo-
tidiana docet experientia. Porro dicitur renovatum
in Dei conſpectu regnum, ut nullum nodum, nul-
lum vinculum arctius eſſe ſciamus ad nos in obedien-
tia Dei retinendos, ipſius Majeſtatis præſentia:
quem noſtrarum actionum teſtem eſſe volumus, &
coram ipſius conſpectu apparere. Nam etſi alii qui-
dem honeſtate ducuntur ad fidem in promiſſis ſer-
vandam: alii vero metu pœnæ, aut alicujus infa-
miæ retinentur: nihilominus tamen nunquam eam
diligentiam & conſtantiam in officio faciendo retine-
bimus quam debemus, niſi Deo ipſo veluti præſente,
ad

Digitized by Google

verum, ut dixi, nonnunquam occurrit quædam gravior & majoris momenti neceſſitas, quæ nos ad Deum propius accedere cogit. Quemadmodum, exempli gratia, ſi de conſtituenda politia & bonis legibus ſanciendis agitur, quibus in officio retineamur, veramque pietatem doceamur, & totius vel Reipubl. vel regni aut regionis ſaluti conſulatur; tum maxime Dei præſentia requirenda eſt. Denique in maximi momenti rebus, Deum maxime præſentem habere oportet, ut conſiliis noſtris præſit, quo nihil dicamus faciamusve quod non in ipſius conſpectum venire velimus. Sic etiam in contractibus & rebus ſimilibus quæ jurejurando firmantur, & in publicis gratiarum actionibus pro tot tantiſque à Deo acceptis beneficiis, in Dei conſpectum nos venire certum eſt. Sic in emtionibus, qui ab alio quippiam emturus fidem illi adhibet, neque juramentum exigit, coram Deo fieri contractum illum ſtatuendum eſt. Et quidem quod tanta eſt hominum inconſtantia & mutabilitas, ut ſæpe fidem fallant, & dolos ac fraudes nectant, multaſque ſubinde artes fallendi ſtruant, idcirco nonnunquam jurejurando velut in Dei conſpectum adducuntur, ut Deus ipſe teſtis & judex ſtatuatur ejus qui ſocio injuriam fraudemque fecerit. Tunc igitur de nobis magis ſerio cogitandum eſt. Nam ſi toto vitæ curriculo nos in ipſius ambulare conſpectu debemus, quid faciendum putamus quum magis expreſſa quadam ratione ſeſe nobis patefacit, & veluti facie ad faciem ſeſe nobis intuendum exhibet? Nonne Majeſtatem ipſius tanto magis venerari decet, ut in timore ipſius ambulemus? Atque eo diligentius hæc doctrina eſt obſervanda, quo ſæpius in eam ab hominibus peccari videmus, Deum ad iram ultro provocantibus, & velut in faciem urentibus. Unde enim, obſecro, tot inanes dejerationes, ut vix effari homines verbum poſſint ſine aliquo jurejurando, etſi de leviſſimi momenti & de nihili rebus agant, quin ſtatim Dei nomen proferatur? Siccine homines coram Dei ſtupenda Majeſtate ſeſe exhibent; & profitentur ſe nomen Divinum advocare teſtem veritatis, quum tamen mendaciorum pleni ſint? Unde conſpicuum eſt, paucos in hac doctrina profeciſſe, nempe, homines in Dei conſpectu poſitos oportere in omni candore & integritate ac ſinceritate incedere, ne fidem unquam frangamus, neque temere quicquam dicatur fiatve. Et de hoc loco hactenus. Inſuper ex iſtis colligen-

ſublatuſque timor renovandi amplius belli. Inde vero regni ſtatus confirmabatur, & caput à Deo approbatum conſtituebatur, quod ex populi uſu fore facile apparebat. Quare quum hæc duo tam excellentia Dei beneficia concurrerent, æquum erat populum debitas Deo gratias agere. Sed in primis hic obſervandum, populum, etſi præſenti animo & forti pugnaverat, non tamen ſuæ dignitati victoriam tribuere, ſed Dei benevolentiæ. Quare quum in aliquod negotium quilibet incubuerit, cujus felix fuerit exitus, Deum agnoſcamus auctorem, & gratias eidem condignas agamus, quod noſtro labori benedixerit. Nam fruſtra ſummo diluculo ſurgeremus, & tarde ſederemus, & fruſtra cibo dolorum veſceremur, niſi Deus ipſe noſtris laboribus benediceret, feliceque ipſis exitum daret. Cavendum itaque ſummopere, ne Deum debita laude fraudemus, quum beneficiis ipſius cumulati fuerimus: & licet pro virili noſtra in aliquam rem incubuerimus, nihilominus tamen ab ejus beneficentia quicquid bene geſtum eſt promanaſſe agnoſcamus. Aliud beneficium à Deo profectum etiam populum oportet agnoſcere, quum regnum eſt tranquillum. Quare ſi eæ tempeſtates coortæ ſint quibus evertenda Reſpub. videbatur, & quibus deinde ſedatis aliqua pax & tranquillitas allata ſit, aut melior aliquis ſtatus, Dei manu & benevolentia factum illud eſſe ſciamus, qui noſtri miſereri voluit, & ad laudis ſacrificium, ut docet Pſalmus quinquageſimus, invitare. Denique additur, omnes, tam Saulem, quam populum, valde lætatos eſſe: quibus verbis indicatur, Saulem, non ſimulate, ſed ſincere & ingenue omnibus iis condonaſſe offenſas, à quibus ludibrio habitus fuerat, & qui contumaces & rebelles fuerant: quod cum univerſo populo lætetur. Unde apparet, illum inimicis plane fuiſſe conciliatum, de quibus non modo merito conqueri poſſe, ſed etiam pœnas repoſcere videbatur, propter violatam Regiam auctoritatem: & oblatam occaſionem, quod Samuel illius offenſæ judex à populo eſſet conſtitutus. Poterat itaque Saul tantum animadverſionem diſſimulare: ſed Deum agnoſcit illorum miſertum, ac proinde ipſe quoque condonandam illis adverſus ſe admiſſam rebellionem exiſtimavit. Hinc diſcamus eos amore fraterno complecti, quibus Deus eſt reconciliatus: & quum noſtri miſertus fuerit, faciles ſimus in condonandis offenſis quibus læſi à proximis fuerimus. Ne-

Digitized by Google

1. DIxit autem Samuel ad univerſum Iſraël, Ecce audivi vocem veſtram,
juxta omnia quæ loquuti eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos Regem.
2. Et nunc Rex graditur ante vos: ego autem ſenui & incanui: porro
filii mei vobiſcum ſunt: itaque converſatus coram vobis ab adoleſcentia
mea uſque ad hanc diem, ecce præſto ſum.
3. Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bovem cujuſquam
tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu
cujuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis.
4. Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu
alicujus quippiam.
5. Dixitque ad eos, Teſtis eſt Dominus adverſum vos, & teſtis Chriſtus ejus in die
hac, quia non inveneritis in manu mea quippiam. Et dixerunt, Teſtis.

SI populo Regem flagitante Samuel cauſam ſuam egiſſet, dominatum illum retinere velle viſus fuiſſet, & ſuis privatis commodis ſtudere, privatamque utilitatem quærere, publica neglecta, judicatus, ac proinde nullus ipſius quantumlibet æquiſſimis ac veriſſimis admonitionibus & reprehenſionibus locus relictus: ſed quum placide ſe, & ultro, ſumma illa dignitate abdicavit, Regiæque ſe poteſtati ſubjecit, & nullam ſuæ utilitatis & dignitatis privatæ rationem habuit, majore παρρησίᾳ ſuam deinceps innocentiam apud illos tueri ac defendere potuit. Neque enim accuſari potuit quaſi ſuis commodis ſtuderet, cui ſatis fuit populum ingratitudinis coram Deo convincere, qui beneficiorum à Samuele acceptorum immemor, de gradu ad quem à Deo vocatus fuerat, illum dejecerat. Idcirco nominatim hoc loco tali præfatione uſus dicitur, *Ecce audivi vocem veſtram, juxta omnia quæ loquuti eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos Regem. Et nunc Rex graditur ante vos: ego autem ſenui & incanui.* quaſi diceret, nemo veſtrûm de me queri poteſt, quaſi ad privatam utilitatem & commoda mea quicquam fecerim: nam ex veſtra voluntatē omnia geſta ſunt: me dignitate abdicavi, Regem vobis præfeci, cui egomet meipſum ſubjeci, & qui Deo faciente ſuper vos regnaturus eſt. Ex quibus verbis inſignis eruenda doctrina eſt, nempe, quum attentionem nobis conciliare volumus, & grata eſſe quæ dicturi ſumus, diligenter cavendum ne nos ipſos quærere videamur. Certum enim eſt, quamdiu hæſerit auditorum animis illa opinio, inaniter verba facturos. Sic oportet Magiſtratum officio ſuo functurum, ea quæ ſuam perſonam & commoda ſpectant, à publica politia & utilitate ſeparare, ut ſe nulla ambitione neque alio pravo affectu duci profiteatur, ſed ab iis omnibus, à quibus abduci ab officio poſſet, oculos avertere. Sed verbi divini Miniſtrum ædificationis gregis ſibi commiſſi ſtudioſum oportet prudenter animadvertere, ne ſua commoda quærere videatur, & cavere diligenter ne ullam iſtiuſmodi ſuſpicionis occaſionem præbeat. Nam licet aliquis ſummis virtutibus excellat, ut Angelo ſimillimus videatur, & ſummam rerum peritiam ac ſcientiam habeat, ut nihil poſſit deſiderari; ſi tamen ad ſuam utilitatem & ambitionem reſpicere & ſe componere videatur, clauſas auditorum aures eſt habiturus, & inaniter verba profuſurus, quæ riſu ſint explodenda: ac licet Dei verbum pure & ſimpliciter annunciet, tamen propter illius vitium in contemtum veniat. Quare ſi Dei verbum ab auditoribus admitti cum ea reverentia qua par eſt volumus, cavendum ſummopere ne nos ipſi commendaſſe videamur, & ad noſtram utilitatem aut dignitatem aliquid feciſſe: futura alioquin inani & ſine fructu noſtra prædicatione. Atque huc Samuelis oratio ſpectavit, quum apud populum expoſuit ſe ſponte ceſſiſſe, neque ſtuduiſſe auctoritatem, licet à Deo ſibi delatam, diutius retinere; quam multos annos obtinuerat, ſed ultro ſeſe illi abdicaſſe, neque propterea cuiquam litem intentaſſe: ſed potius Regem ſuper ipſos conſtituiſſe, ne ulla duci ambitione aut ulla regnandi cupiditate videretur, aut metuiſſe dedecus aliquod abdicata dignitate quam à Deo acceptam plurimos annos obtinuerat. Idcirco dicit ſe voci populi auſcultaſſe. Interim deinceps videbimus Samueli propoſitum fuiſſe hac oratione graviter populi contumaciam, rebellionem & ingratum animum reprehendere. Nam etſi Dei miſericordiam conſequuturos promittit, non tamen parcendum exiſtimavit, quin vitia detegeret & objurgaret. Etenim revera, Deo noſtri miſereri volente, nunquam aditum patefaciemus, neque ad gratiam illius recipiendam idonei fiemus, niſi prius ſerio peccatorum noſtrorum ſenſu tangamur. Qui enim ſibi & ſuis vitiis indulget, in-
dignus

Digitized by Google

qum ipſe Deus prior repetat. Porro hæc omnibus Regibus & Magiſtratibus, qui ad rerum gubernacula ſedent, auctoritas & dignitas tribuitur, ut ante alios gradiantur: id eſt, ne ſic aliis dignitate præcellant, ut otioſi ſint & deſides velut idola: ſed potius ut norint eo gradu ſervitutem honeſtam contineri, & ſe communi Reipubl. utilitati & commodis teneri ſtudere. Et quoniam principem locum occupant, & ſunt veluti capita, cogitent ſibi totum corpus regendum eſſe traditum, ac proinde ſibi rerum omnium curam eſſe commiſſam: ac exemplo cæteris eſſe debere, ut ad illorum exemplum ſe reliqui componentes, ordine omnia gerant. Cæterum non dubium eſt quin Samuel voluerit indicare regnum eſſe quietum, & in manu Saulis confirmatum, ac proinde ſe non amplius ſuam cauſam agere, quaſi ſui rationem haberi vellet, & ſuis commodis ſtuderet: ſe nihil minus cogitare quam de privata utilitate quærenda. Quare jubet eos coram Deo & Uncto ipſius de ſe teſtificari: & ita ſe ad rationem ſuæ adminiſtrationis reddendam ipſis offert, & vult, ſiqui occaſionem habeant de ipſo jure conquerendi, ſeſe judicio ipſorum ſiſtere. Ac proinde palam teſtatur ſe ſincere & non ſimulate velle in vitam ſuam inquiri, & judicium ferri. Nam ſi quamdiu dominatum obtinebat his eſſet uſus vocibus, excipere illi potuiſſent ſibi non eſſe integrum adverſus ipſum os aperire ad accuſandum, qui ſummam rerum obtineret. Quum vero privatus & abdicata auctoritate & dominatione ſeſe judicio ſiſtit, ſatis apparet, nihil ficte neque ſimulate ab ipſo hic geri, ſed velle ut in vitam ſuam inquiratur, & in geſta ſuæ adminiſtrationis, unde appareat, probene an ſecus officio ſuo functus ſit. Sane longe alia eſt hodie multorum Principum ratio, qui convocantes ſuæ ditionis Status, & pro ſuis tribunalibus ſedentes, multa de ſe loquuntur, ſuum ſtudium commendant quo plebem complectuntur, ſibi grave & moleſtum eſſe teſtantur tot oneribus miſeram plebem premi: nullum ſe finem feciſſe rationes quærendi quibus ſublevaretur, & in tranquillitate degeret, ſe nunquam quieviſſe quin modis omnibus ejus commoda promoverit: denique multa mendacia ſic egregie concinnata prædicabunt, quorum tamen non alia erit concluſio, quam ut conficiendæ pecuniæ ratio ineatur, & miſera plebs ſpecie illa verborum decepta laqueis irretiatur. Alii etiam quamdiu runt, & coram ipſis teſtimonio cupiunt ornari, licet aliud ipſis dictante conſcientia, quam modis omnibus placare nituntur. Tanto itaque major hic nobis eſt adhibenda cautio quo lapſus proclivior, ut ſi de noſtra tuenda integritate & innocentia coram hominibus agatur, Deo priores partes tribuamus. Quînam vero id fiet? Nempe ſi ſe ipſum quilibet explorarit & judicarit. Nam qui ſolam laudem ab hominibus quærit, ſemper nihilominus in ſe conſtringitur, ut licet toto illos mundo abſolvente, ipſi tamen adverſum ſe ferre ſententiam cogantur. Atque iſtam mercedem auferunt ii omnes qui hic tantum ab hominibus laudari & aliquo teſtimonio ornari quærunt, ſuamque auctoritatem ſolo hominum applauſu tueri cupiunt: nam ipſorum conſcientias à Deo tandem oportet excitari, quarum calculo condemnentur, licet mundi ſententiis abſolvantur. Equidem impios & ſceleratos homines fateor Dei tribunal pro viribus refugere, & conſcientiis ſilentium indicere, ſed fruſtra. Nos vero contra, ſedulo nos ipſos interrogemus, ut non ab horum vel illorum de nobis laudibus pendeamus, ſed interni judicis ſententiam audiamus: dictumque Petri Apoſtoli uſurpemus, nos admonentis, ut conſcientias noſtras interrogemus. *1 Petr. 3. verſ. 21.* Quamquam *interrogandi* vocem, pro *reſpondendi* Petrus accipit, quum ait, Baptiſma non eſſe lavacrum exterius ad repurgandas corporis ſordes, ſed eſſe potius bonum conſcientiæ reſponſum, quo freti coram Deo comparere non metuimus. Sed *interrogandi* voce utitur, ut oſtendat nos nunquam noſſe qui ſimus, niſi nos ipſos ſine ſimulatione & hypocriſi interrogemus, prout experientia certiores nos faciet, ſed ſeverius in nos ipſos inquiramus. Næ licet compedibus vinctum in vinculis Judex facinoroſum quempiam detineat, tametſi ſit flagitioſiſſimus, pœnam effugere poterit, niſi in illius ſcelera & flagitia diligenter inquiratur. Sic quum nos hoc honore Deus afficit ut noſtri Judices ſimus, non eſt negligentius agendum, neque ad peccata oculi claudendi, aut aures obturandæ: ſed potius ad unguem expendenda ſingula facta noſtra. Tunc enim bonam conſcientiam habebimus, quum quiſque vitæ ſuæ ſedulus inquiſitor fuerit, non ore tantum, ſed toto animo & corde Deo ſervire cupiens: atque hæc erit coram Deo quædam interrogatio. Cæterum quoniam multi Dei nomine abutuntur etiam in juramentis, idcirco Samuel

illa, ſiquis facinoroſus ſuis infamis, velut hominum exulet ſocietate, & tamen Deum pro ſe teſtem ferat? ut non modo ſe non accuſet & conſcium agnoſcat, ſed de ſe nolit ferri judicium: quod indicant illæ voces, quibus ad Dei ſcientiam provocat, qua videtur contrarium eorum quæ experientia comprobata ſunt velle perſuadere. Tanto itaque diligentius iſtud notandum eſt, ut ſi noſtræ innocentiæ fidem facere volumus, ne tantum bonam aliquam intentionem in medium adferamus, aut aliquam innocentiam prætexamus, ſed potius in ipſam cauſam inquiri velimus, & ex ea judicium ferri. Denique ſi omnibus ſententiis abſolvi cupimus, neceſſe eſt ut Deo noſtræ integritatis teſte, etiam facta ipſa coram omnibus expendantur, & de iis, prout res inventa fuerit, judicium feratur, ut tales habeamur quales experientia fecerit. Ex de hoc loco ſatis. Porro ſuam innocentiam his verbis Samuel tuetur, *Teſtificamini contra me*, ſum enim paratus rationem reddere, *coram Jehova & uncto ejus*, an gravis ulli fuerim rapinis & vexationibus ac direptionibus; *cujus bovem aut cujus aſinum acceperim, aut quem fraudaverim, aut quem concuſſerim, aut è cujus manu acceperim redemtionis pretium: ut abderem oculos meos propter illud*, & ſimilia. Neque vero hic omnes officii partes boni & legitimi Gubernatoris enumerat, ſed denominatione aliquarum ſatis oſtendit ſe officio ſuo fuiſſe defunctum, ut ſiquis accuſare ipſum alicujus rei voluerit, facile ſibi ſit crimen repellere, & ſuam innocentiam tueri. Porro primo adſpectu Samuel hic videretur laudis apud homines retinendæ cupidior, quum illos de ſe jubet teſtificari: nam omnes, ut ita dicam, adverſarios ſuos provocat, & ſe omnium judicio ſiſtit, tanquam intrepidum & ſecurum. Sed obſervandum eſt, neceſſitate fuiſſe Samuelem adactum ad hoc ſubeundum examen, ne multi temere hic Samuelem ſimiarum inſtar imitari velint, nulla urgente occaſione: quum ſic officio fungantur, ut non ſatisfiat ipſis, niſi plenis buccis laudentur, laudesque ipſorum palam prædicentur. Verum non ſatis eſt Samuelis vocem imitari, niſi Spiritus idem qui Samuelem ipſos regat: quandoquidem non alio fine cum populo agunt quam ut auctoritatem ſuam ampliorem faciant. Sed Samuel quum ſe dignitate ſua abdicaſſet, voluit omnem malæ adminiſtrationis ſuſpicionem tolli, nequa ſupereſſet nota qua ipſius gubernatio fieret infamis. Non igitur ſine cauſa aut temere Samuel ſuam innocentiam ſtuduit in omnium cœtu Iſraëlitarum agnoſci: ſed ut omnes certiores fierent de ipſius in Dei cultu promovendo ſtudio & in rebus adminiſtrandis integritate. Quare docet, ſe à Deo in hoc dignitatis gradu collocatum, operam dediſſe ut mandata ſibi fideliter exequeretur, ſola jactatione, ſeſe commendant, nihil habent cum Samuele commune, niſi loquendi ſpeciem: quæ per ſe tamen nihil eſt: finis enim conſiliorum iſtiuſmodi hominum ſpectandus eſt, & mens illorum conſideranda. Sanctus Paulus ſane Samuelem merito debere excuſari oſtendit, ac neceſſariam & utilem illius fuiſſe proteſtationem. Nam gloriatur Paulus ſe bonum certamen certaviſſe, & quidem tam longo tempore; ſe ter lapidatum fuiſſe, ſæpius in variis mortis periculis fuiſſe, & nunquam defeciſſe. Præterea gloriatur etiam de donorum Spiritus excellentia, quorum abundantia nemini, ne Apoſtolis quidem ipſis, cedat, adeo ut Apoſtolatus gradum ſibi à Deo collatum cum illis faciat æqualem. Quæ quum Apoſtolus pluribus de ſe prædicet, inani gloria duci videretur. Et quidem ipſemet ſe inſipientem eſſe dicit, dum ſuas ita laudes prædicat. Sed per conceſſionem dictum illud accipiendum eſt, quaſi diceret, Eſto, ſim inſipiens, & inſipienter apud vos verba faciam; vos tamen me, Corinthii, cogitis ſic inſipienter loqui. Quid ita? Nempe quod loquacibus & garrulis quibuſdam aures præbuiſſent, qui tamen Eccleſiæ ædificationi minime ſtudebant, neque Dei timorem ullum habebant, ſed verborum quorundam fulgore ſibi gratiam conciliabant, & Eccleſiæ non parvum damnum adferebant. Paulus itaque animadvertens Evangelicam ſimplicitatem venire in contemtum per hominum iſtorum arrogantiam; & Corinthios, delicatas aures habentes, faſtidire docentes illos verum Dei timorem, & attentas aures præbere doctoribus qui Rhetoricis coloribus, & pigmentis fucatas ſuas ſpeculationes ipſis obtrudebant, dicit ſe ab illis cogi de ſe inſipienter loqui, ſuaſque laudes prædicare. Samuelis eadem ratio eſt, quem videmus de ſe voluiſſe ferri teſtimonium, & de ſua innocentia palam eſſe teſtatum, quum videret munus illud quod acceptum à Domino tot annos geſſerat, poſſe in aliquam ſuſpicionem venire, & illi turpem aliquam notam inuri, tantumque Dei gloria & gratia obſcurari, quæ venturis olim ſeculis agnita prodeſſe poterat. Hæc ſane conſideratio Samuelem impulit, quem alioqui certum eſt non fuiſſe magnopere de hominum judiciis de ſe laboraturum, modo à ſuis ſtare Deum partibus certo perſuaſus eſſet. Verum & utilitas publica, & Regis inſtructio, doctrinæque quam Samuel docuerat auctoritas poſtulabant, ut palam Samueli teſtimonium ab omnibus de ſua innocentia daretur, quod omnes cujuſcunque dignitatis & ætatis homines intelligerent. Jam ſupereſt ipſius verba expendamus: ac primum teſtatur ſe neque rapinarum, neque vexationis ullius accuſari poſſe, quum ait ſe nullius bovem, nulliuſve aſinum accepiſſe, duabus illis

1.Cor.11. verſ. 23. & ſeq.

ſpeciebus

Digitized by Google

ad opprimendum ipſum, ut ſit aliqua differentia inter injuriam & afflictionem, ut fraudes & malas artes denotet, quibus miſeri homines incauti opprimuntur, & ita quidem, ut illis digni pœnis coram hominibus appareant. Samuel vero negat ſe ullas iſtiusmodi artes uſurpaſſe, quibus incautos obrueret, & præterea negat ſe injurium cuiquam fuiſſe, aut vi quicquam feciſſe. Denique iſtis verbis innocentiam ſuam patefacit, & oſtendit ſe nulli gravem fuiſſe, neque donis aut muneribus corruptum injuriam feciſſe, neque falſis accuſationibus, neque criminationibus quemquam in diſcrimen adduxiſſe, nec denique facultatibus ipſorum inhiaſſe. Mille etenim fraudes, mille nocendi artes ſunt, quibus miſeri homines illaqueari ſolent. Et quidem jure agi cum ipſis videbitur, quod illis in judicio permittitur ſui defenſio, quæ tamen inanis eſt propter artes quibus præ judicio gravantur. Quare Magiſtratum, qui ex animo velit officio fungi, cogitare oportet, abſtinendum non tantum avaritia, ſed etiam ab omni fraude & rapina, atque omnibus pravis artibus, quibus miſeri & incauti homines illaqueantur, & calumniis obruuntur. Hic agitur autem de avaritia & cupiditate illa qua ſuperiores bonis ſubditorum inhiant. Nam ſæpe ſunt leonum inſtar, fauces apertas habentes, quibus miſerum populum devorent: & tenaces ungues, quibus miſeros lacerent. Quis enim illis ſe opponeret, poteſtate & auctoritate armatis, qua tuti ſunt adverſus omnium querelas? Quare danda eſt opera Magiſtratibus, & ſummæ auctoritatis viris, ut depoſita avaritia, & pravis omnibus artibus, abſtineant etiam omni vi, qua ſolent opprimi, quibus neque reſiſtendi, neque litigandi & ſuam cauſam agendi poteſtas eſt. Pergens Samuel ait ſe non accepiſſe munus de manu cujuſquam: quibus verbis indicat, ſe neque donis, neque muneribus ullis corruptum, jus illius qui opprimebatur defendiſſe. Quod obſervatione dignum eſt. Neque enim ſatis eſt, Judicis ſententia non condemnari eum qui jus habet ad improbum abſolvendum, ſed oportet illum jus alterius tueri Dei gloriæ ſtudio, & proximi dilectionis amore. Sane multi ſæpe Judices gloriam quærunt inani jactatione, quod recte judicarint, & ſuâ ſententiâ vicerit qui juſtam cauſam habuit. Sed, quæſo, quo jure glorientur? nonne enim qui juſtam cauſam habuit, coactus eſt ſupplex juſtitiam à te Judice poſcere; tu vero jus vendidiſti, & miſerum prædatus es? Idcirco Samuel

quod innocentiam & patientiam ipſorum cognitam habeant, quod neque rixis, neque clamoribus adverſus improbos inſurgant, ſed potius patienter quaſvis contumelias & injurias ferant. Quapropter obſervandum, judices ſtudioſos juris & æquitatis oportere in primis non duci ulla lucri cupiditate, neque faciendæ rei ſtudio: deinde non alienis facultatibus inhiare: tum malas artes non adhibere quibus miſerorum opes corradant. Denique ne leonis, tigridis, urſi aut alterius feræ naturam ad afflictos & miſeros lacerandos & laniandos induant, & juſtitiam ne habeant venalem, ſed æquitatem retineant, & ſuum cuique tribuant. Ac quandoquidem Dei Legatos in terris agunt, ſerio invigilent nequid ſubditi mali capiant: ne ad afflictorum & oppreſſorum querelas diſſimulent & conniveant, ne injurias miſeris illatas negligant, & velut ad illas cæcutiant: ſed ubi malum aliquod animadverterint, ſtatim puniant, neque ſe clamoribus miſerorum ad vindictam de improbis ſumendam trahi patiantur, ſed Dei & proximorum amore ſubitum remedium adferant: & dent operam ut malorum coërcitione populus in pace & tranquillitate contineatur: & mali ſuppliciorum metu perterriti, non ſibi amplius ad quævis flagitia habenas laxent. Hinc itaquè diſcunto Magiſtratus, & qui Juridicundo præfecti, ſe ad Samuelis exemplum componere, & in ipſo tanquam in ſpeculo quæ ſint officii ſui partes contemplantor, ſi Deum colere in ſua vocatione cupiunt. Sed in primis obſervanda ſunt illa Samuelis verba, *ſe continenter ambulaviſſe coram ipſis à pueritia ſua in diem illum.* Laudabilis ſane in Samuele conſtantia. Multos enim videas ad tempus magnopere in officio faciendo diligentes, ut nihil deſideres, & videantur perfecti & Angelis ſimiles: quos deinde vel ſuperbia excæcat, vel avaritia tranſverſos agit, aut alia vitia ſic immutant, ut ſibi quidvis licere arbitrentur, & ex libidine ſua ſubditos regere, quod ad tempus bene ſe in officio [illegible]erint. Idem Sauli contigit, quem initio regni ſui videmus virum optimum & moderatiſſimum fuiſſe, & miro modo modeſtiam ſimulaſſe, quæ tandem in tyrannidem deſiit. Idem de Nerone teſtantur hiſtoriæ, non fuiſſe inter Romanos Imperatores initio parem Neroni fortitudine, magnanimitate, & aliis virtutibus: ut videretur omnis integritatis & innocentiæ exemplar. Sed quantum fuerit immutatus, fidem facit immanis illius tyrannis & ſævitia, ut neque neceſſariis, neque familiaribus, neque matri ipſi ſuæ

ſe factum ſenem eſſe & caducum, & nihilominus ſe in ea vocatione, ad quam à Domino vocatus fuerat, ipſi ſervire perrexiſſe inoffenſo pede, ut nemo jure poſſit de facta ſibi ab ipſo injuria aut illata contumelia conqueri. Et hactenus de Samuele: ſequitur deinceps populi reſponſum. nempe, ſe nihil in ipſo reprehenſione dignum animadvertiſſe. Tum Samuelis exceptio his verbis, *Teſtis Jehova contra vos, & teſtis eſt Unctus ejus hodie, vos non inveniſſe in manu mea quicquam.* Ac viciſſim populi reſponſio, *Teſtis eſt.* Quibus ſane verbis ſuam ingratitudinem & perfidiam, coram Jehova & Rege confitentur; quod tam laudabilem Samuelis gubernationem recuſaſſent. Porro quum Samuel teſtem Jehovam contra populum vocat, nequaquam ulla vindictæ cupiditate ductum fuiſſe, ut infra videbitur, certum eſt: ſed potius Dei gloriæ & cultus promovendi ſtudio impulſum, ut populus ſuam culpam agnoſcens coram Deo humiliaretur, & peccatum ſuum deteſtaretur. Nam, ut ait Apoſtolus, debemus non tantum coram Deo bonum procurare, ſed etiam coram hominibus, non gloriam noſtram & famam tueri cupientes, ſed virtutis amore. Nam contra, adverſus quaſcunque afflictiones debemus præparari, & hominum calumnias contemnere: ſed eorum in- & ipſe ſuam innocentiam & integritatem adverſus omnium contumelias ſartam tectam conſervet; atque ut ſua converſatio poſteris ſit exemplo, ne ſibi quidvis permittant & licere arbitrentur, quod ad Regiam dignitatem evecti ſint. Quapropter Deum anteactæ vitæ ſuæ teſtem advocat; ut populus ad ſuæ ingratitudinis cognitionem adduceretur, & nihilominus à Dei miſericordia deinceps proſperos ſucceſſus exſpectare doceretur: ut Dei cultum & honorem deinceps pro viribus in omni obedientia propagare ſtuderet.

Sed jam agite, fratres, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices in genua procumbamus, & infinita peccata, quorum coram ipſo rei ſumus, agnoſcentes, precemur ipſum ut in dies majore illorum ſenſu afficiamur, ac talem ſui timorem in nobis efficiat, ut quiſque certatim proximi utilitatibus invigilet, & fideliter pro ſuæ vocationis ratione ſtudeat. Atque cum hominibus agentes, vitam noſtram inſtituamus, ut niſi noſtro exemplo ad meliorem frugem ipſos adducamus, tamen ab omni malo & flagitio puri & integri ſimus, mutuo commodum alii aliorum quærentes, ita ut Patris noſtri cœleſtis nomen glorificetur & augeatur, quum talem alii erga alios integritatem retinuerimus. Quam gratiam non nobis ſolis, &c.

HOMILIA QUADRAGESIMA PRIMA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

C A P. XII.

6. Et ait Samuel ad populum, Dominus qui fecit Moſen & Aaronem, & eduxit Pa-
tres veſtros de terra Ægypti.
7. Nunc ergo ſtate, ut judicio contendam adverſum vos coram Domino de omnibus
miſericordiis Domini, quas fecit vobiſcum & cum Patribus veſtris.
8. Quomodo Jacob ingreſſus eſt Ægyptum, & clamaverunt Patres veſtri ad Do-
minum, & miſit Dominus Moſen & Aaron, & eduxit Patres veſtros de Ægypto, &
collocavit eos in loco hoc.
9. Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, & tradidit eos in manus Siſaræ, magiſtri militiæ
Ha[illegible], & in manu Philiſtinorum, & in manu regis Moab, & pugnaverunt adverſus eos.
10. Poſtea autem clamaverunt ad Dominum, & dixerunt, Peccavimus, quia dere-
liquimus Dominum, & ſervivimus Baalim & Aſtaroth; nunc ergo erue nos de manu
inimicorum noſtrorum, & ſerviemus tibi.

EX ſequentibus clarius & manifeſtius eſſe verum apparet quod ſuperiore concione docuimus, Samuelem ſuam integritatem apud populum tuentem, non habuiſſe ſui rationem, ſed potius inſtructionis populi: & dediſſe operam, ne Dei gratia apud ingratos obliteraretur. Nam in cœpto ſermone pergens ait ſe velle cum ipſis contendere, & quodammodo jure cum ipſis experiri & litem intentare ipſis de Dei in ipſos collatis beneficiis. De ſe itaque non amplius mentionem facit, contentus teſtimonio quod acceperat innocentiæ & integritatis ſuæ, ut in poſterum conſpicuum fieret omnibus,

illum

Digitized by Google

crevit docet. Nihilominus tamen ſpem ipſis conſe-quendæ veniæ facit, modo ſeriam agant pœnitentiam, & ab Idolis ad Deum convertantur, & quantopere Dei benefacta contemſerint, & veluti pedibus ſubjecerint memores, ſerio ipſi in poſterum ſerviant, & mores naturamque in melius mutent: & ne amplius ſint contumaces, Deique jugum ne excutiant. Itaque promittit his conditionibus populo Dei favorem, regnante Saule, cujus regnum fore ſecundis rebus fortunatum, ait, modo ipſi etiam in obedientia perſeverent. Atque hæc ſingula ſunt nobis accuratius hoc loco expendenda. Et in primis obſervandum, eos qui publica munera ſuſtinent, oportere vehementer commoveri, quotieſcunque Dei honor & gloria ab hominibus violatur: & ſiquæ flagitia committantur, litem adverſus iſtiusmodi deploratos homines coram judicibus, & Dei tribunali ab ipſis intentari, & tanquam adverſas partes ſtare. Certum eſt enim, eos qui ad publicum aliquod munus vocati ſunt, quodcunque tandem illud ſit, hunc honorem à Deo conſequi, ut ſint ipſius veluti patroni; ac proinde velle ut cauſam ſuam agant. Quapropter imitandum hoc Samuelis exemplum, tum iis quibus Deus verbi ſui adminiſtrationem ad populi inſtructionem dedit, tum iis qui gladium acceperunt, ad populum regendum & auctoritatem ſibi conciliandam: Hi igitur ſciunto, ſi ſcientes ferant Dei honorem & gloriam ludibrio haberi, & veluti pedibus conculcari, aut ad vitia conniveant, viamque aperiant diſſimulantes, non impune tantùm ſocordiam laturos, ſed Deo rationem olim reddituros, quod ſuo officio perfide defuerint, quandoquidem ſuam cauſam ipſis Deus commiſerat, & quos ad ſummos honores vocaverat, ut Dei cauſæ defenſores ſe palam profiterentur. Illi itaque aliis exemplo præire debent: verum etiam ſingulos à minimo ad maximum oportet ſic affici Dei gloria, ut ſi Deum offendi viderint, cjuſque honorem in aliqua parte lædi animadverterint, diem peccantibus dicant, & ſe judicio tanquam actores & patronos cauſæ divinæ ſiſtant.

verſ. 7. Porro Samuel dicit ſe adverſus illos velle contendere *de omnibus juſtis factis Jehovæ*. Juſtitiæ vox nonnunquam in Sacris accipitur pro gratia quam Deus fidelibus confert, improprie accepto nomine juſtitiæ, quæ proprie opponitur Dei miſericordiæ, & metuenda proponitur. Neque tamen Scriptura Juſtitiæ nomine utitur, quum Dei judicium cum ſeveritate conjunctum deſcribit: ſed perfectionem il-

beneficiorum noſtrorum ...
ne in nobis ipſis non reperitur. Quid igitur, obſecro, Deum movet, quid impellit, ut ſe velit tam erga nos proclivem & beneficum agnoſci, ut Patrem dicat, & ſe tam liberalem munificumque oſtendat, ut nos ex ſummis difficultatibus liberet & ſuis donis cumulet? Sane in nobis cauſam non eſt inventurus, neque ipſe ad hoc faciendum eſt cuiquam devinctus: neque nos ipſum allicimus: denique non alibi quam in ſeipſo cauſam reperit qua ad nobis benefaciendum impellatur: ſed quoniam juſtus eſt, hominibus benefacit. Porro inter juſta Jehovæ facta, iſtud primo loco recenſetur, *quod Deus fecerit Moſen & Aaronem fratrem ipſius*. Hæc vox *faciendi* non de creatione omnibus hominibus communi intelligitur, ſed de donis illis excellentibus quæ Deus in Moſen contulit, & in Aaronem fratrem, ut eorum uterêtur miniſterio in populo ex Ægypto educendo. Ac ſane in ſingulis hominibus veluti duplex opus licet animadvertere. Nos enim Deus fecit primum quum creavit & in mundum edidit, deditque intelligentiam qua diſcernimur à brutis animantibus: atque hic creaturæ humanæ titulus omnibus eſt communis: & ita Dei opus ſumus quod ab ipſo creati. Sed aliud eſt opus divinum in homine, quum Deus hominibus ingenii vires, majores his, minores aliis, unicuique ſecundum ſuam menſuram, diſtribuit: ut hic aliqua in re, alius autem in alia excellat: non tantum donis ſpiritualibus, ſed etiam corporeis: quæ, inquam, corporea licet inferiora ſpiritualibus, tamen magni ſunt facienda & pro dignitate æſtimanda. Tanta itaque in hominibus eſt diverſitas, ut alii aliis longe excellant, & ſint præſtantiores. Nam alii Spiritu prudentiæ clari; alii aliis virtutibus inſignes ſunt. Alii vero qui ingenii viribus non adeo clari, corporeis donis ſuperabunt, ut fortitudine & robore corporis, qua fiunt ad varia munia ſuſtinenda reliquis habiliores: atque hæc eſt veluti ſecunda quædam creatio, Deo talem quemque noſtrûm efficiente qualem ipſi videtur. Idcirco Paulus de diverſis Dei *1 Cor. 4.*
donis agens, ait, Quis te ſeparat? quaſi dicat, diſtin- *verſ. 7.*
ctiones quibus homines alii ab aliis non tantum ex vultus diſcrimine diſcernuntur, ſed ex donorum vel animi vel corporis varietate, eſſe veluti Dei quandam ordinationem, qua Deus cuique locum ſuum & gradum aſſignavit. Quare nullam gloriandi materiam ex nobis ipſis habemus, quandoquidem proprium

Digitized by Google

[illegible] ut, quod natura noſtra ſimus iræ filii &
umbra mortis. Itaque Deus noſtri miſertus, facit in
nobis, quod Paulus docet, ut ſimus ipſius opus, quo-
niam condit nos ad bona opera: & facit idoneos ut in
numerum filiorum ipſius recipiamur, qui antea era-
mus indigni & ad omne bonum inutiles. Jam vero
quæ de Moſe & Aarone hic dicuntur expendamus.
Feciſſe illos Deus dicitur. An non vero & Pharao-
nem populi Dei inimicum fecit? Sane ita de illo
Exod. 9. Deus apud Moſen loquitur, *Verumtamen propterea*
verſ. 16. *feci ut reſtares, ut oſtendam in te virtutem meam: &*
Rom. 9. *ut annuncietur nomen meum in tota terra*, quum nimi-
verſ. 17. rum tantus tamque terrificus populi mei inimicus
ſuperatus & domitus à me videbitur. Deus igitur
etiam improbos creat, ut in illis glorificetur. Verum
quum Moſis & Aaronis meminit Scriptura, & velut
ipſius ore Dei nominantur; ita exprimitur, quicquid
ab ipſis factum eſt, non ex ipſorum naturalibus viri-
bus & ingenio, ſed ex mera Dei gratia ſuo Spiritu il-
los ornantis manaſſe. Quum igitur Moſis vehemens
ſtudium & zelum conſpicimus, quem in interficiendo
Ægyptio illo ad jus populi tuendum demonſtravit,
quum neglectis divitiis & deliciis regiæ domus tunc
miſeram & abjectam populi Dei conditionem ſequu-
tus eſt, & exul patria & laribus tam diu in peregrina
terra moratus eſt: & deinceps, ut Deo obſequeretur,
tot inſultus populi & graviſſimos labores pertulit, at-
que adeo in deſerto cum tot difficultatibus luctatus
eſt, ut Deo ſe morigerum præberet: ex iis cognoſci-
mus, illum revera fuiſſe à Deo factum. Et idcirco be-
Heb. 15. ne dicit Apoſtolus, *illum obduruiſſe*, conſtantiam ipſius
verſ. 27. laudans, in ſuperandis multis & horrendis tentationi-
bus. Sed unde illa patientia, unde conſtantia in tan-
tis difficultatibus, niſi à Deo, qui illum fecit, & qui
illi dona ad faciendum officium neceſſaria dedit, &
in dies auxit, imo & ſemper nova gratia cumulavit,
ne in tantis difficultatibus animum deſponderet, &
ſuccumberet? Eadem Aaronis eſt ratio: quicquid
enim fecit, à Dei mera gratia manavit. Atque id
maxime in Aarone conſpicuum. Nam ubi primum
Deus illum veluti laxatis habenis ſibi permiſit, ſtatim
lapſus eſt, & populo auſcultans, Idolum ex auro con-
flavit, quum potius millies centies illum mori opor-
tuiſſet, quam populo obedire & à Deo recedere. Qua-
re quum ad Pharaonis comminationes imperterritus
ſtetit, & ſæpe coram furibunda illa fera adſtitit, &
tanta conſtantia, minis illius neglectis, Dei mandata
illi retulit, non poſſumus aliter judicare, quam à Deo
factum, talem eſſe & iſtis qualitatibus ornatum fuiſſe.
Atque hæc obſervanda fuerunt ex illis vocibus, *Mo-
ſen & Aaronem Deus fecit.* Admonemur itaque Deo
accepta referre quæcunque in nos dona contulit &
quotidie confert, ne ſacrilegi ſimus, & quod ipſius

Chriſtus, à quo linguæ noſtræ per virtutem Sancti
Spiritus ipſius diriguntur. Atque ita exiſtimandum
eſt Deum virtutem ſuam exercere, quotieſcunque
ſincere & pure nobis Euangelium annunciatur, &
ipſius Miniſtri mittuntur ad nos, quibus præconibus
teſtificetur, curam quam de noſtra ſalute gerit. Sic
etiam quum bonos Magiſtratus Deus excitat, qui
officii ſui fungendi zelo ducuntur, & qui fideliter ea
quæ ad vitam hanc pertinent tranquille degendam
adminiſtrant, à Dei liberalitate dari nobis illos ſcia-
mus, & ab eodem ſuſcitari & formari. Sed quid in
excellentibus iſtiuſmodi perſonis diutius immora-
mur? vel ipſos agricolas intueamur quotieſcunque
panem comedimus, ut ſciamus ad illos uſque Dei pro-
videntiam ſe extendere, quemadmodum Eſaïas do- *Eſa. 28.*
cet, agricolas frumenta colligere ad eam rationem *verſ. 26.*
quam Deus eos docuit. Ac ſane niſi Deus agricolas
faceret, qui terram colerent ad panem conficiendum,
& alios fructus quibus maxima ex parte hominis vita
ſuſtentatur: niſi etiam piſtores crearet ad panem in
uſum noſtrum pinſendum, ne micam quidem panis
haberemus. Sic quoties veſtibus induimur, Dei bo-
nitatem intueri nos oportet in opificibus, quos ad
noſtrum uſum Deus intelligentia exornat: & deni-
que in aliis omnibus artibus, quarum omnium
auctorem & datorem Deum agnoſci neceſſe eſt. In
ſumma, nos ex hac doctrina diſcamus Dei erga homi-
nes bonitatem & liberalitatem tanquam in ſpeculo
intueri, qui tam munificus eſt, ut nulla re deſtitua-
mur; ſed ſingula in uſus hominum diſpenſarit: ut
quum tanta ſint erga nos Dei benefacta, nos viciſſim
eo ardentius & diligentius officii noſtri partes im-
pleamus, ejuſque gloriam promoveamus, quandoqui-
dem ad illum finem ab ipſo creati ſumus. Et hactenus.
Sequitur, *clamantibus majoribus veſtris ad Jehovam,
miſit Jehova Moſen & Aaronem, qui eduxerunt majores
veſtros ex Ægypto.* Quibus verbis Samuel populo mi-
ſeram illam & abjectam Patrum conditionem expro-
brat & in memoriam revocat, ut doceat non habere
ipſos occaſionem ſeſe efferendi. Nam Patres veſtri,
ait Jacobus, & alii in Ægyptum, veluti mancipia,
deſcenderunt, urgente nimirum ipſos ingenti fame,
adeo ut cum tota familia ſeſe Regis Ægypti imperio
ſummittere coacti ſint. Unde factum ut paulatim
Ægyptiis ſubjecti ſint, & gravibus oneribus op-
preſſi. Talis igitur fuit Patrum veſtrorum ortus:
talis dignitas. Scimus autem quantopere Judaïcus iſte
populus majoribus ſuis gloriaretur. Ac ſane gloriari
poterant merito, modo Dei gratiam ad Dei gloriam
in omni humilitate agnoviſſent. Sed ſola inflati ar-
rogantia ſtulta & inani de majoribus ſuis efferebant-
tur, quum dicerent, Sumus ſanctum ſemen, à Deo
ipſo adoptati in Patribus noſtris: fœdus nobiſcum
ſempiter-

Digitized by Google

ipſis non deberentur, ſed quia Deo placuit erga ipſos uti manſuetudine, ut eum laudandi & colendi majorem ſibi ſic datam occaſionem ſcigent. Verum quandoquidem tam beneficum & miſericordem erga ipſos Deum obliti non agnoverunt, nonne eo deteſtabilior eſt ipſorum ingratitudo, & majore digna punitione, crimenque ipſorum tanto gravius & gravioribus ſuppliciis dignum? Ille igitur eſt ſermonis hujus ſcopus. Hinc diſcamus nobis quidem factam promiſſionem, fore ut noſtri clamores & preces ad Deum perveniant & exaudiantur, ut ad Deum omnes preces noſtras dirigamus. Et velle Deum ut ſenſu noſtrarum miſeriarum oppreſſi, ad ipſum confugiamus, cum certa ſpe liberationis. Verumtamen, non exaudiri à Deo, niſi ex mera ipſius liberalitate & bonitate. Nam, exempli gratia, licet proximum juvare tenemur, ſtipem flagitantem, & juvamus noſtris opibus inopem, non ideo tamen dixerit ille, nos ſibi devinctos, ſed noſtræ liberalitati acceptam eleemoſynam feret. At longe alia eſt etiam Dei ratio noſtri reſpectu. Nihil enim ipſe nobis debet: nos vero proximum juvare tenemur ex vinculo naturæ, quod utriſque habemus commune. Idcirco dicebat Eſaïas, *Non contemnes carnem tuam.* Quare conſpicuum eſt, Deum preces noſtras exaudientem, non facere quod debeat ex obligatione & officio: ſed quod ex mera ſua bonitate miſereatur. Cæterum immoderatum populi clamorem fuiſſe certum eſt: ſcimus enim clamaſſe illos velut in quæſtione poſitos. Clamor itaque ille fuit non abſimilis illi de quo Propheta Pſal. 107. loquitur, quum miſeri in ſummis anguſtiis ad Deum vociferantur, non quidem vero Dei cultus amore, ſed dolorum magnitudine adducti. Sed illo naturali motu ad vociferandum impelluntur, & eo maxime arguuntur malitiæ, & ad fatendum pendêre omnia ab unius Dei voluntate & bonitate compelluntur. Iſtud in populo Iſraëlitico expendamus. Clamaverunt quidem illi ad Deum, ſed clamor ille fuit immoderatus, & potius gemitus & ululatus beſtiarum, quam Deum invocantium hominum. Nam, obſecro, Moſe ſe à Domino miſſum liberatorem offerente, an eſt ab illis tanquam Dei Propheta receptus? An ſeſe illi dicto audientes præbuerunt? Minime gentium. Quin procul illum repulerunt: &, ſi in ipſorum arbitrio & poteſtate fuiſſet poſitum, oblatam illam Dei gratiam & miſericordiam in profundiſſimam abyſſum demerſam obruiſ-

que Samuel ad eorum commemorationem, quæ poſt ingreſſum in terræ Chanaan poſſeſſionem contigerunt. Deus, inquit, non modo vos è terra Ægypti eduxit, ſed in hanc terram, Moſis & Aaronis miniſterio introduxit. Sed duos illos viros tantam & tam arduam rem per ſe implere non potuiſſe certum eſt: quare in eo tanto facta eſt conſpectior Dei bonitas & potentia. Hoc ipſum pulchre Propheta Pſalmo 77. *Pſal. 77.* exprimit, quum ait, *Deum duxiſſe populum ſuum ut* *verſ. 21.* *gregem ovium, per manum Moſis & Aaronis inſtar opilionum.* Maxime vero conſpicua fuit in eo Dei potentia, quod quum undique ſæviſſimis & capitaliſſimis hoſtibus cingerentur, quos, etſi forent inſtructiſſimi in armis & bellicoſiſſimi, metuere debuiſſent, multo magis inermes & imbelles, ac inſtar miſerarum ovium in mediis luporum faucibus ſine præſidiis, ſine armis, tamen non modo non formidarint, ſed adverſus illos imperterriti magno animo ſteterint. Sane divina providentia tanto inſignior & illuſtrior in eo apparet, ſic iſta adminiſtrans ut promiſſiones ſuas implere voluerit, quum ex potentiſſimorum hoſtium manu liberatos, in terram promiſſam Patribus, Abrahamo, Iſaaco & Jacobo, introduxit, & in hæreditatem illis tradidit. Quare quum Deus promiſſis ſatisfeciſſet, illi viciſſim fidem ſuam exolvere debebant; Deoque dêbitum honorem reddere pro accepta in poſſeſſionem & hæreditatem terra illa, in qua jus alioqui nullum habebant, & qua indigni erant, & in qua Patres ipſorum tanquam peregrini habitaverant. Quare tantopere devincti & obligati Dei bonitati tenentur, ut nullam excuſationem poſſint ſuæ contumaciæ & rebellioni prætexere. Et tamen miſere hac in parte peccarunt, quod illis Samuel his verbis exprobrat, *Obliti ſunt Jehovæ Dei ſui.* Quibus ver- *verſ. 9.* bis indicat, eos oblitos beneficiorum Dei, quæ ſi memoria repetiiſſent, futura ipſis fuiſſe inſtar freni, quo in officio retinerentur, Deoque ſubjicerentur. Ac ſane ſi de Deo & ejus in nos beneficiis, ut par eſt, cogitaremus, certum eſt, nos, licet ab ipſo Diabolo, concupiſcentiis noſtris, & mundo ſollicitatos, nunquam tamen ab obedientia Deo debita receſſuros, & omnibus tentationibus fortiter reſtituros, & inoffenſo pede curriculum noſtrum in ipſius timore decurſuros. Nam ſi primum immenſam & admirandam ipſius Majeſtatem mente apprehenderemus, certum eſt nos ad ſolam cogitationem illius tremore percul-

ſos

Digitized by Google

luntatem. Pagani [illegible] quidem Deum obliti ſunt, ſed temporum ſucceſſu & longo intervallo poſtquam juſto ipſius judicio tenebræ in mundum venerunt. Verum ubi Deus ſibi peculiarem quendam populum elegit, & ſibi ſuoque cultui & nomini dicavit & conſecravit, Legemque præſcripſit, qua inſtituatur, & ad omne officii munus inſtruatur, ut hinc quidem Dei verbum habeat, quo erudiatur, inde vero miracula quibus in hujus doctrinæ fide confirmetur: ſi ad ſuperſtitiones illas Ethnicorum defecerit, & ſibi novos cultus ex arbitrio ſuo finxerit, ac ſeſe idololatricis pollutionibus miſcuerit, vere tunc Dei oblitus ille populus dicendus eſt. Neque vero hac oblivione crimen à Deo defectionis minuitur, (ut plerique ſolent peccata ſua, oblivionis pallio tegere, vel tueri, quaſi nunquam peccaturi fuiſſent, ſi ſerio de Deo cogitaſſent,) quandoquidem voluntaria illa oblivio & incogitantia eſt, extincta luce quam Deus coram ipſorum oculis accenderat, & Deo neglecto cui terga dederunt: & ſponte relictis iis omnibus quibus non tantum in Dei timore retineri, ſed etiam impelli ad illum poterant. Hæc itaque omnia merito Samuel iſtis objicit. Quare ſi in Dei obedientia ambulare, & ad voluntatem ipſius vitam noſtram conformare volumus, hæc adhibenda cautio eſt, ne unquam memoria noſtra excidant gratiæ ipſius & benefacta erga nos, ſed potius eorum memoriam ſubinde refricantes, ſummo ſtudio meditemur, ut officium noſtrum poſtulat, & in ipſius verbo nos continuo exerceamus, ut in ipſo quotidie inſtituamur, & in recenti memoria ſemper habeamus: ut ipſe nobis placide fruatur, & nos in ipſo ad finem uſque maneamus. ac ſi deficere nos ab illo contigerit, ſciamus id fieri quod inſtructionem ipſius contemſerimus, & eam noſtra malitia nullam fecerimus. Pergens deinceps Samuel, ait, à Deo fuiſſe etiam merito caſtigatos, & in eo duplo majorem etiam ipſorum ingratitudinem apparuiſſe. Debebant enim divinis caſtigationibus erudiri, & ad meliorem frugem reduci. Paucis autem Samuel Domini judicia perſtringit, ſed notandæ ſunt nobis iſtorum omnium circumſtantiæ ex hiſtoriis quæ in libris Judicum continentur. Neque enim una tantum vice Deum ad iram provocarunt: ut virgis illos cædere coactus ſit: ſed ſubinde ad ingenium reverſi ſunt. Deo enim liberatores illis, qualis fuit Jephthe & alii, ſuſcitante, obedientiam quandam in poſterum ſimulabant, ſed repente ad ingenium revertebantur. Quamdiu itaque pœnis affligebantur, ſi liberatorem Deus mitteret, mirum ardorem & zelum ad Deum ex animo colendum præ ſe ferebant, ſed momentaneus tantum quidam erat motus, tanquam ignis è ſtupa, vel fulgor ex pelvi, qui ſtatim evaneſcebat: ac proinde quoties Dei manu in libertatem vocati

[illegible], ſi nos accerſamus, quod Dei obliti ſimus: & quum admonuerit nos, & ad pœnitentiam hortatus fuerit, ſi in peccatis noſtris & contumacia perrexerimus, ſciamus nos omnino inexcuſabiles coram Dei ſolio futuros. Tandem vero Samuel etiam ſui mentionem facit, & ſe inter illos liberatores poſtremum nominat; in quo Iſraëlitæ maximæ impietatis accuſantur, & quaſi ad cumulum veniſſe arguuntur. Deus enim illos per ipſius manum ex hoſtium poteſtate in libertatem aſſeruerat, non aliter quam per Jephthen, Gedeonem, & alios, quorum opera Deus ad ſuos vindicandos uſus fuerat, ſua virtute & Sancti Spiritus efficacia illos regens, quibus ſuo tempore Samuel ſucceſſerat. Vidimus autem ſuperius, quomodo Deus illius gubernationem proſperis ſucceſſibus auguſtam feciſſet, pacemque & tranquillitatem populo conceſſiſſet, non audentibus hoſtibus adverſus populum commoveri, quicquamve moliri: quam gratiam populus non reſpiciebat, atque ideo Samuel de ſe hic expreſſe facit mentionem. Ubi obſervandum, quotieſcunque Deus ſuæ bonitatis & favoris dat experimentum, tanto magis in ejus providentia acquieſcendum: ac proinde ſi in nobis conſervandis ipſius virtutem & potentiam agnoverimus, de qua tamen deinde dubitare incipiamus, tanto pejorem & improbiorem eſſe noſtram incredulitatem. Nam etſi nunquam reipſa divinum auxilium experti eſſemus, ſola tamen ejus providentia & protectio ſatis firmum teſtimonium adverſus quævis pericula eſſe deberet ſemel illam expertis. Verum ubi Deus ſuum auxilium velut ipſis noſtris oculis ſubjecit, & facti ſumus certiores Deum ſuos in rebus anguſtis nunquam deſerere, ex eo cognoſcamus Deum ſuæ virtutis & bonitatis erga nos approbationem dare. Ac proinde ſi deinceps aliqua tentatione urgeamur, & animum deſpondentes tanquam rebus deſperatis, hinc inde auxilium & opem requiramus, Deum relinquentes; an non ſtuporem noſtrum ingentem eſſe merito dixerimus, & Dei oblivio merito nobis exprobrabitur? Quare danda opera ut ſingula Dei erga nos beneficia ad uſum noſtrum referamus, quo certiores fiamus de Dei auxilio, & magis ac magis in ſpe confirmemur, Deum nunquam nobis defuturum, votis ardentibus quæſitum: & nos illi totos conſecremus, & ab illo ſolo urgente quavis neceſſitate pendeamus: ac eum illi honorem habeamus, ut ipſius promiſſis quæ multis teſtimoniis rata fecit confidamus, non dubitantes quin promtum auxilium laturus ſit, licet ſexcentis periculis urgeamur. Etſi vero non ſtatim ſeſe divinum auxilium, ac ipſi vellemus, occurrat, ne tamen unquam animum deſpondeamus: ſed certo perſuaſum nobis eſto nullam tantam fore difficultatem, quam non facillime,

ſupe-

Digitized by Google

[illegible], & ſervieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non exaſpera-
veritis os Domini, eritis & vos, & Rex qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum
veſtrum.
15. Si autem non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaveritis ſermones ejus, erit
manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros.
16. Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in
conſpectu veſtro.
17. Numquid non meſſis tritici eſt hodie? Invocabo Dominum, & dabit voces, & plu-
vias, & ſcietis, & videbitis, quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, pe-
tentes ſuper vos Regem.
18. Et clamavit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces & pluvias in illa die:
& timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelem.

PErgit in inſtituto ſermone Samuel, populumque de ingenti ingratitudine coarguit, quod quum non dubiis ſignis cognoviſſet Deum ſibi eſſe proximum ad opem in rebus anguſtis ferendam, ipſius ope contenti non fuerint, ſed novas rationes quæſiverint ſalutis. Atqui experientia dicitur ſtultorum eſſe magiſtra: nam etſi quidam initio per imprudentiam labuntur, tamen quum deinde reipſa aliquid cognoverunt, nonne cautiores deinde fieri illos etiam invitos oportet, & quod eſt maniſeſtiſſimum, fateri? Populus vero iſte Iſraëliticus miraculoſum Dei auxilium expertus erat, non ſemel aut iterum, ſed quoties propter peccata in varia pericula & caſtigationes divinas inciderat, toties converſus miſericordiam ipſius ſenſerat, & Liberatores extra ordinem ſuſcitarat, quales fuerunt Jephthe, Simſon, Gedeon, & alii illis ſimiles, de quibus ſuperius actum eſt. Sed tandem Samuelem à Domino acceperant. Porro Deus iſtis Judicibus ſic uſus eſt, ut eſſent Duces populi, quibus proſperos ſucceſſus dedit, ut in illis ſua virtus appareret: atque in conſpectu populi geſta illa erant, & omnibus notiſſima, ut nullam excuſationem populus ſuæ contumaciæ prætexere potuerit, quum pertinaciter Regem poſtularunt. Nam videntur Deum accuſare quaſi deſtituiſſet illos auxilio, & infortunium paſſi eſſent, aut Judicum non ea fuiſſet dominatio qualem eſſe oportuerat: quod ſi eſſet, mutationis expetendæ cauſam aliquam habuiſſe viderentur. Sed unde, quæſo, iſte appetitus, non poſſe ferre ſe à Deo regi & gubernari, cujus erant in ipſos tam multa benedictionis & favoris tot proſperis ſucceſſibus teſtimonia? Circumſtantiam autem hic Samuel quandam notat, ad eos rebellionis convincendos, & inexcuſabiles reddendos, nempe Domini comminationem, ſuſcitato ipſis hoſte Naaſo Rege Ammonitarum, ut ſupra vidimus. Atque ita voluit Deus ſtultitiæ ipſos arguere, ſuperbiamque ipſorum contundere, quaſi diceret, Ipſa vos neceſſitas coget eſſe quietos. Vos antea eſtis experti nihil eſſe melius quam ſub umbra mea latere, ego vos ſartos tectos in bellis omnibus conſervavi. Jam vero, inquit Samuel, Deus pœnas veſtræ ingratitudinis repetit, ſuſcitato vobis & ad portas veſtras immiſſo hoſte, ut vos jam eſſe quietos oporteat, & non inſtar effrenis equi calcitrare. Scimus enim homines tranquillis rebus multa ſibi permittere: ſed ſubortis tempeſtatibus & procellis, retineri, & perterritos ad Deum confugere. Verum hac in parte ſuam inſaniam populus prodidit, quum ne imminente quidem in ſuum caput Dei vindicta, ad remedium confugit, Dei nempe miſericordiam: ſed quum potius in malitia & improbitate pergit, & magis ac magis induratur: ſane merito inſanabilem ipſius fuiſſe contumaciam dici poteſt. Ex hoc itaque loco diſcamus in omnibus à Deo nobis benefactis proficere, ut illis, velut inſtrumentis, fides & ſpes, quam de ipſius promiſſis concepimus, in nobis foveatur & nutriatur: & in illis in dies confirmemur, ut in adverſis ad ipſum confugiamus & confidenter invocemus, minime dubitantes quin ejus auxilium, quod ante ſumus experti, in finem uſque experiamur. Cæterum & iſtud obſervemus, Deum comminantem, ſignaque ſui furoris oſtendentem, nos ad ſe revocare: quod quemadmodum rebus quietis & tranquil-
lis

Digitized by Google

Regiis ornavit, ut bene præeſſe, voſque tueri & defendere poſſit. Quibus verbis Samuel populo ſpem facit, Dominum à populi peccatis oculos avertentem, malum in bonum converſurum, quod nolit illi peccatum iſtud imputare, ſed miſericordiæ ſuæ locum facere, ut, quod ipſis detrimento & exitio futurum erat, in commodum vertatur. Conditionem vero quandam adjicit, qua boni iſtius fiant participes,
verſ.14. *Si timueritis Dominum, & ſervieritis ei, & audieritis vocem ejus, & non exaſperaveritis os Domini*, ut oſtendat, Deum quædam peccata condonantem, nolle tamen haberi ludibrio, neque patientiam & bonitatem ipſius in occaſionem contumaciæ trahi, ut in peccatis ſuis indurentur, in illis perſeverantes, & Dei patientiam & condonandi facilitatem in licentiam quidvis pro libidine perpetrandi trahant. Quare, inquit, cavete ſummopere ne ea venia quam conſequuti eſtis abutamini, & ad peccatum iterum alliciamini: ſed potius agnoſcite, Deum in præſenti vobis ignoſcere, & patienter offenſam illatam tolerare, ut vobis occaſionem illum colendi & ſecundum ipſius voluntatem & verbum ambulandi præbeat. Nam ſequentia verba, *eritis & vos, & Rex qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum veſtrum*, multi ſic interpretantur, quaſi diceret, Deum fore ipſis cuſtodem ac defenſorem, ac ſalutem ipſorum magis ac magis procuraturum: ut ſit vis illa verbi *eritis*, quaſi dicat, tunc eritis ſequentes Dominum, id eſt, præibit vobis Dominus, viamque ipſe monſtrabit, & oſtendet ſe vobis eſſe Ducem. Sed durior eſſet ille loquendi modus, nam in tota Scriptura, Sequi Dominum, vix aliter accipitur, quam pro, Deo obedire. Quare iſtorum verborum ſenſus erit ſimpliciſſimus, ut continua ſit ſeries orationis, & dicat, ipſos Dominum ſequuturos, ipſius verbo auſcultantes & dicto audientes, & quocunque vocaverit, euntes. Promiſerat itaque jam ante populo veniam à Domino, quum dixit, Nunc præſto eſt Rex veſter: jam vero ſequitur gravis com-
verſ.15. minatio, *Si autem non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaveritis ſermones ejus, erit manus Dei ſuper vos.* ac proinde non amplius vos ut antea tolerabit. Nam ubi patienter vos ad tempus tulerit, litem adverſus vos intentabit de omnibus veſtris tranſgreſſionibus, quas velut in faſciculum conjiciet, ac malitiam veſtram majoribus pœnis contundet; quod ejus patientiam & bonitatem ludibrio habueritis. Hæc igitur eſt verborum Samuelis vis. In quibus Dei bonitas ſeſe ad miraculum uſque patefacit, quandoquidem, ut diximus, Deus male facta ſuorum in ſalutem convertit, quod contra naturam eſt, & ita operatur, ut ait Paulus, ut bonum è malo, & lucem ex tenebris eliciat. Cæterum obſervandum, Samuelem conjungere Dei timorem cum ipſius cultu, deinde normam veri liberalis, alius ſapiens & prudens habebitur, & in pretio apud homines erit: ſed tamen illæ virtutes inſtar foliorum ſtatim ab arbore decidentium & emarceſcentium erunt, niſi Dei timore nitantur, à quo tanquam à vera ſua radice promanant. Verum enimvero Dei timorem in nobis non aliter quam verbum ipſius audiendo generari certum eſt. Nam ſi hominum imaginationi locus detur, & quicquid ab ipſorum phantaſia manarit, admittatur, futurum eſt ut procul à ſcopo recedatur. Bonas enim ſuas intentiones ita laudant, ut ſine contradictione videantur ipſis à Deo admittendæ: & præterea eo impudentiæ deveniunt, ut de Deo querantur, niſi ipſorum imaginationes admiſerit & gratas habuerit. Sed ſacra Scriptura docet contrarium, nempe nos nunquam coram Deo, ut decet ambulaturos, & nunquam acceptum fore Deo quod obtulerimus, niſi verbo ipſius doceamur. Veram itaque religionem verbi Dei certitudine niti oportet: ac proinde quantopere miſeri illi cæci hallucinentur, & in quantam confuſionem cadant, qui ſolis bonis ſuis intentionibus, & ſola opinione nituntur, inde fit conſpicuum. Nos itaque tum maxime ad Dei cultum accendi oportet, hoc tanto beneficio ab ipſo accepto, quod quis gratus ſit illi cultus patefecerit, ſuamque voluntatem aperuerit. Hanc ſi prælucentem facem ſequuti fuerimus, & viam illam inſtiterimus, certum eſt nos extra omne periculum erroris fore, Deo nunquam nos decepturo. Sin contra conditio illa defecerit, in avia præcipites feremur, & quo magis laborabimus, eo magis à vero ſcopo reſiliemus. Quemadmodum igitur diximus, initium noſtræ ſapientiæ & perfectionis eſſe, ut Deum timeamus, nos illi conſecremus & glorificemus: ſic etiam, quoniam natura cæci ſumus, & diſcernere malum à bono neſcimus, danda opera eſt, ut verbum Domini auſcultemus, ut auribus ſcientiam ad nos regendos hauriamus. Nam certiſſimum eſt, nos, donec attentam aurem Deo præbuerimus ad virtutis ipſius teſtimonium recipiendum, incertos ſemper & dubios fore, & in utramque partem vacillantes & fluctuantes, à recta via receſſuros, & hinc inde nutantes in ſummam confuſionem venturos. Contra vero verbum Dei audientes, illudque ut normam omnium actionum ſequentes, certi erimus gratum illi eſſe noſtrum cultum & obedientiam. Quamobrem Samuel quanti momenti eſſet illa admonitio demonſtraturus, adjicit, *ne exaſperetis os Domini*: de Dei verbo, ſeu voce loquutus, etiam oris facit mentionem, in eundem ſenſum. Sed tamen ut ita palam faciat, quanta ſit hominum pervicacia & ad malum proclivitas, niſi omni cura, labore & ſtudio ſuos ſenſus Deo ſubjiciant, & ad ipſius obſequium componant. Nam nemo neſcit quanta innata ſit hominibus
ſtul-

libenter obtemperaturum, ſed ſe non accepiſſe Dei vocem, non miſſos ab ipſo Angelos, non deſcendiſſe ad nos, neque in vera ſua gloria apparuiſſe: omnis ejuſmodi prætextus & excuſationis occaſio tollitur his verbis, quibus Oris Dei fit mentio, quandoquidem ipſe Deus nobis ſe per Prophetas patefacit. Sic per Moſen Legem ſuam promulgavit, & familiariter expoſuit: ſic denique per homines Eccleſiam ſuam continua ſerie docuit: quemadmodum etiamnum hodie facit. Nam præter Euangelium ſcriptum habemus Prophetiæ donum, ex quo diſcimus ſacram Scripturam noſtræ inſtructioni & uſui applicandam. Quare ſi delicatuli ſimus,& propoſitam nobis doctrinam guſtare & concoquere non poſſumus, ſane Deo ipſi reſiſtimus. Ac licet millies contrarium teſtemur, rei tamen coram Deo ſumus,quotieſcunque verbum ipſius contemnimus & parvi facimus. Pergit deinde Samuel, aitque ſub finem verſiculi, *eritis & vos, & Rex qui imperat vobis, ſequentes Dominum Deum veſtrum.* Sequi Dominum, ut ante dixi, eſt Deum caput noſtrum agnoſcere, ita ut non pudeat nos ſponte illi ſubjici; & omnis noſtra gloria ſit ei ſervire, & illi omnem auctoritatem & imperium in nos ultro deferre. Hæc timorem illum in nobis generant, de quo ante loquuti ſumus, & docilitatem atque obedientiam, quam ipſius verbo reddimus. Deus itaque nos ſibi adhærere jubet. Quînam vero iſtud, obſecro? Nempe ut pone ipſum ambulemus, & præeuntem ſequamur. Atque in iſtis omnis perfectionis & ſanctitatis exemplar videmus, ut omnes noſtræ intentiones in Deum ferantur, ut nempe ipſi ex animo ſerviamus, veneremur eum & colamus, veram ipſius cultus rationem ex ipſius verbo haurientes, quod noſtra natura miſere cæcutiamus, omnique judicio & ratione careamus, donec ipſius ore doceamur, & præeuntem ultro ſequamur. Contra vero ſequitur oppoſita comminatio. Næ, Deo nos ad ſe invitante verbi ſui facilitate & lenitate ſatisfieri nobis debet, quum præſertim non inutilem nos operam ludere, & non eſſe inanem ſpem noſtram doceat: ac proinde ad hanc ipſius vocem ſolam excitari ad officium deberemus. Sed tanta noſtra eſt negligentia & contumacia, ut ne hac quidem Dei bonitate ad officium noſtrum alliciamur, quandoquidem nullum illius in his terris verum guſtum habere poſſumus. Aut tanta eſt noſtra ſegnities, ut de Dei cultu non cogitese colendum invitet. Sed quum ne iſtis quidem commovemur, & Deum uti comminationibus & ſeveritate cogimus, ut nobis veluti diem ante ſuum tribunal dicat, & futuram ibi condemnationem oſtendat, an non ter miſeros & depravatos eſſe nos fatendum eſt? Procul dubio ex eo magnam occaſionem habemus nos coram ipſo humiliandi, & pravitatem naturæ noſtræ deplorandi, noſque magis ac magis coram ipſo dejiciendi & humiliandi. Quare danda eſt opera, ut quum Deum ſciamus nobis in nullo devinctum, & ſimus in ipſius verbo admittendo tardiores, ut ſaltem promiſſionibus ejus moveamur ac ſtimulemur: quæ ſi non ſatis magnum pondus ad nos commovendos habent, ſaltem comminationes ipſius horrorem in nobis gignant, ac ſtuporem illum & veternum, quo in vitiis & rebellione ſtertimus & induramur, excutiant, quum armatum ipſum ad vindictam de nobis ſumendam videbimus, & afflictiones varias ſentiemus, quæ ſi fecerimus, & peccata noſtra confeſſi ad meliorem mentem redierimus, in bonum & utilitatem noſtram ceſſura ſunt. Hæc igitur doctrina eruenda eſt ex Samuelis oratione, qua Samuel populum ad Deo ſerviendum, eum colendum & venerandum excitat, partim pollicitationibus ſummæ felicitatis & proſperitatis: partim etiam comminationibus ſuppliciorum, ſi ipſius abuſi patientia, ſibi impunitatem polliceatur. Denique hic obſervandum, Deum nos ad tempus tolerantem ad pœnitentiam invitare, ut docet Paulus in epiſt. *Rom. 2.* ad Rom., & tempus concedere, ut ſerio de peccatis noſtris cogitantes, ab illis recedamus. Sed ſi ſtupidiores & hebetiores facti, in peccatis noſtris perrexerimus, certum eſt tot Dei cohortationes, tot etiam comminationes & correctiones, ad quas magis indurati fuerimus, noſtræ contumaciæ & rebellionis teſtes, gravius tandem judicium & ſupplicium allaturas. Et contra etiam ſi diu nos & in patientia tolerarit, qua ſimus abuſi, longe ſeverius in poſterum nobiſcum actum iri. Porro Samuel doctrinæ ſuæ auctoritatem conciliaturus, eam miraculo ratam facit: nam ait, *Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro. Numquid non meſſis tritici eſt hodie? Invocabo Dominum, & dabit voces & pluvias, & ſcietis quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos Regem. Et clamavit Samuel ad Do-*

utilia quidem, ut populo veteri fuerunt: nam ita Euangelicæ doctrinæ, in qua ſeſe Deus nobis plene patefecit, auctoritati & certitudini multum derogaretur. Verumtamen hodie multa mirabilia Dei opera nihilominus intuemur, in quibus ejus immenſam virtutem ſentimus: ſed miracula illa extraordinaria, quibus quod ad ipſius cultum pertinet, doceamur, hodie non habemus, neque expedit: quod, ut dixi, non ſint hodie utilia. Tunc vero temporis veterem illum populum oportuit iſtis ſignis confirmari. Atque idcirco Deus tum tonitrua & pluvias immiſit, ut populus peccatum ſuum agnoſceret, quod immoderato affectu Regem à Domino poſtulaſſet. Atqui quum Deus paternis vocibus nos alloquitur, nonne majoris apud nos ejus filios eſſe momenti, quam quæ-

Pſalm. 29. cunque tonitrua debent? Ac ſane quum Pſalmo 29. vox Dei dicitur eſſe terrifica, quod feris ipſis magnum terrorem incutiat, cervas etiam abortire cogat, ingentes cedros Libani confringat, atque omnia elementa concutiat, docemur, tonitru vocem eſſe Dei, ad quam ſingulas res creatas vehementer oportet commoveri, quod in tonitrubus ſuam Majeſtatem inſculpſerit, ac proinde quum tam horrenda ſit illa vox, metum adferre nobis illam debere. Sed quum ſub Pſalmi finem adjicitur, populum Dei in ipſius templo interim lætari, ejuſque gloriam eloqui, videmus Dei verbum longe majus habere pondus in fidelibus quam quælibet tonitrua. Nam etſi ſtuporem & horrorem adferant tonitrua, non tamen inſtruunt de Dei voluntate. Contra vero, quum Deus verbum ſuum tam diſtincte, tam familiariter nobis proponit, & in eo voluntatem ſuam exponit, atque noſtram adoptionem patefacit, cujus tam evidens & indubitatum teſtimonium habemus in Domino noſtro Jeſu Chriſto, quem pro noſtra reconciliatione morti tradidit, & quotidie boni Patris partes implet, & nihil ad noſtram ſalutem neceſſarium omittit, denique quum ipſe nos ad ſe tam benigne invitat, nonne ipſi attentiſſimas aures nos præbere æquiſſimum eſt? Sed hunc populum propter incredulitatem oportuit tonitruum vocibus excitari, & quodam metu ad audiendum impelli. Sane Lege Dei quam acceperant à Moſe, & reliquis Prophetiis illos magis quam tonitrubus oportebat commoveri: ſed ita ſolet Deus cum ſtupidis & amentibus hominibus agere: quemadmodum nominatim apud

Eſa. 28. Eſaïam Prophetam Dominus minatur, ſe lingua peregrina & incognita populum alloquuturum, quam populus propterea quod ſtupidus factus ſit, non ſit intellecturus: neque etiam ſi doceatur alphabeti prima elementa poſſit edoceri: ſed ad idem ſemper revertatur, & in eadem ignorantia perſeveret. Quibus verbis Deus populum Judaïcnm acriter reram, ut tantam Dei bonitatem magni, ut debemus, facientes, ſenſus omnes noſtros applicemus ad ipſius doctrinam percipiendam, ut magnos in ipſius ſchola progreſſus faciamus: tantumque pondus apud nos ipſius verbum habeat, ut nullis aliis ſubſidiis indigeamus: Deo loquenti ſemper aſſentiamur: & ſine contradictione quicquid docuerit approbemus. Et hoc in primis ex hoc loco diſcendum. Deinde obſervandum, Deum tonantem, & fulgura immittentem, velle iſtis velut inſtrumentis ſuum verbum in noſtris cordibus inſculpere. Quare ſi forte Deus grandine terras feriat, quibus magna calamitate ſegetes auferantur, agnoſcamus id contingere, quod nos Deo dociles non præbuerimus. Et quoniam ſurdas aures ad ejus verbum attulimus, ideo pluat, tonet, fulgeret, ad nos excitandos neceſſe eſt: quandoquidem leni pluvia verbi ſui corda noſtra non ſunt irrigata, & ad oblatam ipſius gratiam recipiendam non ſunt emollita, quotieſcunque Deus ad nos docendos Magiſtrum & Doctorem agit. Et de iſtis hactenus. Porro quum Samuel dicat, *Numquid non meſſis tritici eſt hodie?* regionum obſervanda diverſitas. Nam ſi Judæorum regio iſtis, in quibus vivimus, fuiſſet in omnibus ſimilis, non fuiſſet res nova & inſolens, meſſis tempore tonitrua audiri. Nam ea plerumque tempeſtate frequentia ſunt tonitrua: ac proinde naturæ, non autem miraculo, adſcripta fuiſſent tunc exorta tonitrua. Quare ſciamus regionem illam meſſis tempore non fuiſſe obnoxiam neque pluviis, neque tonitrubus, ad facilius terræ fructuum meſſem colligendam. Pluiſſe quidem poſt ſementem factam, ad facilius educendam illam ex terra: deinde etiam pluiſſe ad maturitatem frugum adjuvandam, certum eſt: ſed meſſis tempore pluviam aut tonitrua fuiſſe rem inuſitatam & inſolentem, facile perſpicimus. Neque enim dubium eſt, quin Samuel hic aliquid novum & inſolitum à Domino jubeat populum exſpectare: quo terreatur & in admirationem rapiatur, quod ſit opus admirandum. Cæterum hic quæri poteſt, quare Samuel adverſus populum precetur, ut à Domino corripiatur, quem potius mediatorem & interceſſorem eſſe pro populo apud Dominum oportebat, quemadmodum deinceps facturum ipſum videbimus. Sed, ut jam ante docuimus, ſi ii quos Deus verbi ſui miniſtros eſſe voluit, auditorum ſalutis & utilitatis ſtudioſi ſunt, eamque promovere cupiunt, non oportet ipſos auditoribus adulari, & in vitiis innutrire: ſed potius ut ſæpius ſcabant illos & lancinent, ſeveritatemque adhibeant, qua peccatores ad ſuorum vitiorum ſenſum commoveant, in quibus alioquin ſtertentes perirent. Quemadmodum igitur illos Dei judicia denunciare iis oportet, quibus neceſſe eſt: ſic etiam

commi-

Digitized by Google

eſt. Ecquis enim dicat patrem habere filium ſuum odio, quem virgis cædit? An non potius amore paterno ad illam coercitionem impellitur? Sic videmus Eliam & Samuelem non minus amaſſe populum, quum tali ſeveritate adverſus illum uſi ſunt. Quin etiam id ipſum in Paulo contemplari licet. Scimus enim Paulum fuiſſe omnium hominum patientiſſimum, facillimum, & ſtudioſiſſimum Eccleſiæ Dei, ac propenſiſſimum ad cujuſque commodum & utilitatem procurandam. Ille tamen animadvertens ſuam vocationem deſpici, & venire in contemtum, ſuamque doctrinam veluti mortuam jacêre: quod præ ſe nihil magnificum, ſed ſummam fragilitatem & infirmitatem ferret, ait, Quid vultis? cum virga veniam ad vos, an cum charitate? quæ vox tamen metaphorica eſt, quaſi diceret, Ego hactenus omni facilitate & lenitate ſum uſus erga vos, ut ad Dominum adducerem: ego blandis & mellitis ſermonibus, id eſt, blandis exhortationibus & amicis vocibus vos compellavi. Jam vero quum vos refractarios & contumaces videam, & à vobis Dei verbum contemni, quid aliud mihi ſupereſt, quam ut ad vos cum baculo veniam? Porro Dei verbum, & cultus ipſius, ſervique Dei contemnuntur, quum non ſponte ſeſe ipſorum doctrinæ homines ſubjiciunt. Hinc itaque diſcendum eſt, Deo dante nobis ſuæ voluntatis teſtimonium, apparet, nos, licet de Dei voluntate factos certiores, non oportere tamen in precando eſſe languidos & remiſſos. Tandem dicitur *populus timuiſſe Jehovam & Samuelem*: ut doceamur illius exemplo quid nobis futurum ſit, ſi Dei vocem non audiamus. Nam ſi populus adeo contumax & improbus, tandem tamen Dei manu domitus eſt, quid futurum nobis exiſtimamus, niſi Deum nos alloquentem, & minis etiam coërcentem audiamus, & reipſa oſtendentem ſe nos alloqui, licet non quidem ore ſuo, ſed per os ſuorum ſervorum, & per alias creaturas? Quare quotieſcunque Deus talibus ſignis & documentis nobis aurem vellicat, ne in rebellione & contumacia perſeveremus: ſed jugum ſubeamus, & pudore affecti nos ipſi ſubjiciamus: eumque ſic timere diſcamus, ut ſimul etiam eos quos miſerit timeamus & honoremus. Neq; enim ſine cauſa hic dicitur populus timuiſſe Jehovam & Samuelem: quemadmodum & alio loco Jehovam & Moſen timuiſſe prædicatur. Minime id quidem quaſi à ſe ipſis Moſes & Samuel timendi fuerint, ſed quoniam Deo fidelem operam in regendo populo præſtiterunt, & populus ſe ipſorum doctrinæ ſummiſit: quæ tamen non ipſorum propria, ſed Spiritus Sancti, fuit.

Jam vero Dei Opt. Max. Majeſtati facti ſupplices eum precemur, ut ignoſcat peccata quorum rei ſumus coram ipſius ſolio, &c.

HOMILIA QUADRAGESIMA TERTIA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XII.

19. Et dixit univerſus populus ad Samuelem, Ora pro ſervis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur: addidimus enim univerſis peccatis noſtris malum, ut peteremus nobis Regem.
20. Dixit autem Samuel ad populum, Nolite timere, vos feciſtis univerſum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſervite Domino in omni corde veſtro.
21. Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt.
22. Et non derelinquet Dominus populum ſuum, propter nomen ſuum magnum: quia juravit Dominus facere vos ſibi populum.
23. Abſit autem à me hoc peccatum in Domino, ut ceſſem orare pro vobis: & docebo vos viam bonam & rectam.
24. Igitur timete Dominum, & ſervite ei in veritate ex toto corde veſtro: vidiſtis enim magnifica quæ in vobis geſſerit.
25. Quod ſi perſeveraveritis in malitia: & vos & Rex veſter pariter peribitis.

torum poteſtatem haberet, tonitrua & pluvias precibus ſuis impetravit. Quibus populus territus, agnoſcit, & quidem vi majore adductus, ſe adverſus Deum inſurrexiſſe. Quamobrem ad Samuelem, peccata confeſſus, deprecatorem futurum confugit Hæc itaque publica eſt peccatorum confeſſio, quam Deus contumaci iſti populo extorquet, qui Dei miſericordia & lenitate fuerat abuſus; & qui ſuperbia inflatus, nunquam emendari potuiſſet, niſi terrore & metu domitus. Ex quibus utilem doctrinam facile colligimus, Deum ſingulari beneficio nos afficere, noſtramque ſalutem paterna ſollicitudine procurare, quum non ſinit nos diutius contumaciter Majeſtatem ſuam, verbum ſuum, & opera contemnere. Et quum ad peccatorum agnitionem cogit, & ad ſe reverti facit, ut ipſi debitum honorem tribuamus, noſtri eſſe illum miſertum agnoſcamus: & non pudeat nos peccata fateri, licet illa confeſſio cum ſummo dedecore conjuncta videatur: omni murmure abſtineamus & omnibus querelis: atque pudore ſuffuſi, pœnitentia ducamur, quod tam amentes & inſani fuerimus, ut Dei gratias & beneficia tam pertinaciter flocci fecerimus & contemtui habuerimus. Porro populus iſte ad Samuelem confugiens, ait nominatim, *Ora pro ſervis tuis ad Dominum Deum tuum.* Sane Prophetæ in hac exiſtimatione fuerunt, ut eſſent interceſſores ac patroni inter Deum & homines: quorum preces Deus familiarius audiret & admitteret: quemadmodum etiam minime dubium eſt, quin Deus illos ſpeciali gratia & privilegio ſupra populum affecerit, quos Sancti ſui Spiritus organa eſſe voluit: quum vere ſervi ipſius fuerunt, & nuncii ac interpretes ipſius voluntatis, & venturi regni cœlorum præcones. Idcirco dicit populus *ora Deum tuum.* Et tamen alibi in Sacris ſæpe hic loquendi modus occurrit, ubi nominatim Deus nominatur populi ſui Deus. Sed populus Deum Samuelis hic dicit peculiari quadam ratione, quod nimirum fateatur ſe indignum qui amplius populus Deo dicatus & conſecratus habeatur: quaſi diceret, Ita Deus adverſum nos iraſcitur ut ne os quidem ad ipſum invocandum auſimus aperire: neque oculos ad ipſum attollere, quandoquidem contumacia noſtra nobis aditum ad illum intercluſit: interim agnoſcimus, & fatemur, te ipſius Prophetam & fidum acceptumque eſſe ſervum: ac proinde non dubitamus quin preces tuæ illi gratæ ſint & exaudiantur. Tu itaque Deum pro nobis precare. Verum hic notandum, nos, licet maximos peccatores, & coram Dei judicio maxime reos, nunquam tamen deſperare oportere de Dei gratia, quin ad ipſum ſemper confugiamus: tunc enim maxime ipſius ope & præſentia opus habemus. Nihilominus Deum precaturi debent ter quaterque cogitare ſerio de ipſius Majeſtate impetraturum, tum audacter coram Deo ſeſe ſiſtant, ſcientes ſe exauditum iri: deinde ne dubitent quin ſuas etiam fidelium toto orbe diſperſorum preces committentur, quod nihil ſeparatum fideles à fratribus habeant. Quare etiam fideles oportet invicem dona ſua communicare, & Deo non minus ſollicite proximos ſuos quam ſeipſos precibus commendare: & in certitudine fidei invocare. Atque iſta obſervanda ſunt in verbis illis populi ad Samuelem, Tu precare Dominum Deum tuum pro nobis. Neque vero Papiſtas quicquam hic locus juvat: ſed potius ſummæ infidelitatis arguit, quum ſanctos mortuos ſibi patronos & advocatos quærunt. Nam ad Samuelis preces populus confugit, quod ſciret Prophetarum officium eſſe apud Deum pro populo intercedere: quemadmodum etiam nos in Actis docet Petrus Apoſtolus. Ac ſane quotieſcunque in Sacris Pſeudoprophetarum & impoſtorum ſit mentio, nominatim illis Sanctus Spiritus exprobrat negligentiam in precando, quod cum doctrina non accedat oratio & interceſſio. Et Moſen contra ſcimus, quamdiu in terris vixit, hanc officii ſui partem fideliter impleviſſe. Samuelis itaque longo poſt tempore ſuccedentis officium fuit, non tantum populum docere; ſed etiam precari, & pro populo intercedere quotieſcunque aliquid adverſum ipſi contingebat. Quamobrem non temere ad Samuelem populus confugit: ſed bene cognitum habuit electum fuiſſe illum à Deo & in hoc gradu collocatum ac Prophetiæ Spiritu ornatum, ut cum doctrina & inſtructione, preces etiam pro populo apud Deum funder. Sed quum Papiſtæ mortuos invocant, nullo Scripturæ fundamento nituntur. Nam etſi alii pro aliis Deum precari jubemur, tamen hoc præceptum non intelligi niſi de iis qui nobiſcum in terris vivunt certum eſt: quod quamdiu hic ſumus, mutuam exercere charitatem debeamus. Mortuos vero Deus prohibet: neque patitur noſtram curioſitatem eo uſque progredi, ut de illis, quid faciant, inquiramus. Itaque Papiſtas nullam ex Sacris' doctrinam aut præceptionem habere videmus, quum mortuos precibus & ſupplicationibus interpellant, & ſe ab illis exauditum iri ſperant: neque enim ullum Dei hac de re mandatum afferre poſſunt. Quamobrem diſcamus & ratum habeamus, nos ad Dei ſervos confugientes, & cupientes precum ipſorum interceſſione apud Deum juvari, id facere, quod in mandatis iſtud habeant, & ſint à Deo obligati, ita poſtulante ipſorum officio, intercedendum pro populo apud Deum: ac proinde, modo ne limites transgrediamur, nobis iſtud eſſe à Deo non modo conceſſum, ſed etiam præſcriptum. ſed aliud adhuc longe gravius in iſtis miſeris vitium obtinet, quod ad ſanctos confugiunt, non tantum ut interceſſores illos apud Deum habeant; ſed ut in illis confidant & conquie-

Digitized by Google

rogat Propheta, Domine, memento mei. Neque enim unquam gratiam apud Deum invenire poterimus, neque ab illo quicquam impetrare, niſi in ipſius Eccleſia cenſeamur, & in electorum numero habeamur: & amor ille, gratuitus, quo filios complectitur in nos etiam tanquam cum illis conjunctos effundatur. Denique humilitatem à vera fide & charitate in proximum non debere disjungi certum eſt. Sed quænam, obſecro, Papiſtarum eſt humilitas? Procul à Deo recedere, & per multos circuitus errare, & innumerabiles patronos ſibi fingere: & in iſto ſtupore tamen multum vexari, & inanem operam ludere. Itaque nihil niſi vanitas eſt in illis, qui licet ſeſe diu multumque torquentes, nihil tamen promovent: neque de Dei erga ſe voluntate certiores fiunt. Sane fateor oportere nos humilitatem & modeſtiam in primis colere. Sed non ideo meritis noſtris ad Deum propius accedere poſſe dico: & tamen ceſſantibus meritis non deſinimus ad ipſum venire, & ſperare nos licet indignos tamen à Deo recipiendos, & tanquam filios habendos, quum corpori Domini noſtri Jeſu Chriſti conjuncti fuerimus, & illum ut Caput noſtrum agnoverimus. Et de iſtis hactenus: ſequuntur deinceps populi verba, quibus confitetur novum iſtud peccatum quod adjecerat ad ſuperiora, Regem petendo, quo magnam condemnationem in ſe pertraxerat. Dicit itaque magnam illam fuiſſe offenſam, quod non contenti ſtatu priore, in quo Deus illos eſſe voluerat, Regem ſibi dari expetentes, iram Dei hac ratione in ſe provocaſſent. Nihilominus Samuelem rogant, ut pro ſe apud Deum intercedat, veniamque deprecetur, ne moriantur. In primis obſervandum eſt, populum à Samuele petere, ut iram Dei placet, ne populus Iſraëlitarum à Domino deleatur & funditus intereat. Quare vero iſtud ſibi metuebat? Nempe Deum ſibi offenſum ſenſerat. Unde obſervandum, quotieſcunque Deus iræ ſuæ ſignum aliquod exhibet, mortem eſſe nobis tanquam præſentem metuendam. Næ, quicunque alicujus Principis imperio ſubeſt, vehementer metuit illum offendere. Ac ſi offendi contigerit, nemo non magnopere metuit, & iram Principis horret. At ſi mortalis hominis offenſa tantum mortis horrorem nobis injicit, quid futurum eſt quum Dei potentiam in memoriam nobis revocaverimus? Et præterea quis non agnoſcit ſe centies millies mortem promeritum, ſi Deus ſummo jure nobiſcum ageret? Quare, Deo nos admonente, & peccatorum ſenſum injicien-

ſive paupertatem, ſive aliam quamlibet calamitatem ita recipiendas ſciamus, ut longius cogitemus quam de malo præſenti: ſed nos æternam mortem meritos norimus: ac proinde manum Dei adverſum nos armatam metuamus, niſi ad ipſum confugiamus & veniam deprecemur: atque hæc colligenda doctrina eſt ex verbis illis, *Tu precaberis pro nobis, ne pereamus.* Ex quibus verbis percipimus hunc populum ad Deum fuiſſe converſum, & ſenſum habuiſſe peccatorum & imminentis miſeriæ. Nam Samuelem rogat, ut pro ſe apud Deum intercedat, territus pœna mortis, quam ſe centies millies promeritum confitetur. Et idcirco ſupra audivimus populum timuiſſe Deum & Samuelem. Quod etiam non leviter prætereundum eſt, quandoquidem ſæpe in Sacris iſtiusmodi phraſis occurrit: & nominatim quum Moſis meminit, cui Deus tantam auctoritatem attribuerat. Nam videmus Moſen in illo admirando Dei opere liberationis populi fuiſſe Deo conjunctum, non quidem tanquam ſocium, ſed tanquam organum ſui Spiritus ad Dei voluntatem populo interpretandam. Atque idcirco populus ille Iſraëliticus dicitur timuiſſe Deum & Moſen. An vero Moſen, obſecro, ſummam auctoritatem à Deo conſequutum dicemus, in eodem cum ipſo gradu collocatum? Minime gentium. Sed ita ſignificatur, populum non credidiſſe Deo, niſi per doctrinam quam Moſes Dei interpres & internuncius proponebat. Etſi enim Deus in monte Sinai loquens auditus eſt, tamen voluntatem ſuam per ſervi ſui ordinarium miniſterium populo voluit exponi. Idem de Samuele dicendum. Vidimus enim initio fuiſſe illum populo præfectum à Deo, quem regeret & gubernaret per ipſius miniſterium. Quare Deum metuere populus non poterat, niſi Samueli ſubjiceretur, eumque ut eximium Prophetam à Deo ſuſcitatum revereretur. Quamobrem obſervandum, nos Deum timere non poſſe, quin ejus verbo regamur, & miniſtros ipſius non contemnamus, ſed in honore habeamus. Nam mutuo inter ſe nexu, imo individuo, cohærent Dei timor & reverentia, cum honore quo proſequimur illos quos Deus mittit nobis ſuæ voluntatis interpretes, & ſubjectione, qua nos, non quidem perſonis ipſorum ſubjicimus, ſed doctrinæ quæ illorum fidei commiſſa eſt. Interim hic docemur, non eſſe timendos homines, ut ſolent hypocritæ: ſed Deo ſuam reſervandam auctoritatem, ut ſummum gradum obtineat: homines vero non aliter honorentur, neque in pretio habean-

tur,

Digitized by Google

mus deinceps ad ſequentia Samuelis verba, quibus populo tam factum iſtud quam omnia præcedentia exprobrat, quemadmodum & ipſos fuiſſe confeſſos audivimus, ſe ad ſuperiora omnia peccata etiam iſtud adjeciſſe graviſſimum. Quare Samuel ex hujus peccati accuſatione capit occaſionem in memoriam ipſis præterita ipſorum peccata revocandi. Atque hoc exemplum nos oportet imitari. Nam etſi pœnitentiam egerimus de multis peccatis, & illorum veniam à Deo deprecati ſimus: ac perſuaſos eſſe nos oporteat ſic à Deo fuiſſe deleta & ſepulta ut non amplius rationem illorum repetat: tamen ſi denuo in ea reciderimus, aut gravius aliquid admiſerimus, non ſufficit præſens peccatum confiteri, & ad Deum converti, à quo ut miſeri peccatores gratiam & miſericordiam conſequamur; ſed longius repetenda eſt confeſſio, & priſtinorum peccatorum, quæ antea deleta fuerant, in memoriam revocanda, ut ſerio de illis cogitemus: quandoquidem per nos non ſtat, quin Deus novam litem & judicium inferat, & veteribus prolatis articulis, denuo cauſam noſtram retractet, & tanquam contumaces & refractarios judicet, ſi ſummo jure nobiscum agat. Næ ſi quis inter homines delictum aliquod admiſerit, cujus pœnam effugerit, & deinceps ſine reprehenſione vitam duxerit, delebitur illud peccatum, nec amplius illius pœnam in poſterum metuet: ſed ſi in idem peccatum aut aliud ſimile relabatur, & tanquam contumax arguatur; tum non tantum de poſtremo facto rationem reddere cogetur, ſed contumaciæ & pervicaciæ condemnabitur, ac proinde flagitia ipſius in articulos velut in faſciculum colligentur, & ſummo jure cum ipſo agetur, ac pœnæ repetentur quæ toti populo ſint horrori. Sic etiam obſervandum, nos, quum Dei iram peccatis noſtris provocavimus, non ſatisfacere ipſius judicio ſi tantum recentis delicti ſenſu afficiamur, ſed totam priorem vitam recogitandam & examinandam, quandoquidem malitia noſtra relapſi ſumus in peccata; & cogitandum nos non tunc tantum initium facere peccandi, ſed Deum toties cum tanta tolerantia nobis ignoviſſe, ut eo majore pudore ſuffundi nos oporteat, quod tam varii & inconſtantes ſimus, ac tam fragiles, ut ſubinde ipſius in nos iram provocemus. Ita conſpicimus Davidem non ſolum præterita peccata ſibi revocare in memoriam, Deo illi fructus præſentium peccatorum declarante, ſed retrorſum vitam ſuam repetentem, ad labem illam quam ex utero matris attulit aſcendere, & tandem in has voces erumpere, Domine, condona mihi peccata quæ hactenus adverſum te admiſi. Quid ita vero? Davidne tantum poſt triennium aut quadriennium meminit à Deo veniam de admiſſis peccatis deprecari, & ad ipſius miſericordiam confugere? Minime id quidem. Sed quoniam tum Dei judicium adverſum

ſiæ membrum capiti ſuo Domino noſtro Jeſu Chriſto uniatur. Quare quum Davidem nos ad examen iſtud revocare conſpicimus, diſcamus ingenue peccata confiteri, & agnoſcere nos non tantum hodie & noviſſimo peccato mortem æternam promeritos: ſed quod longe deterius eſt, nos non deſiiſſe peccando Deum provocare: & peccatorum noſtrorum originem ab ipſo primo parente Adamo promanaſſe. Non igitur immerito David ſe reum dicit mortis ab ipſo matris utero, ut nos natura filios iræ & maledictionis, atque adeo Dei inimicos eſſe doceat, niſi ex ipſius gratia & miſericordia in filiorum numerum recipiamur. Et de iſtis hactenus. Deinceps ſequitur poſt offenſarum exprobrationem conſolatio adverſus pœnas quas erant meriti. Nam jubet eos Samuel præſentes animos habere, & in Deo ſpem ſuam reponere, modo in ipſius cultu perſeverent, his verbis, *Verumtamen nolite recedere à tergo Domini: ſed ſervite Domino in omni corde veſtro: & non derelinquet Dominus populum ſuum.* Quarum vocum ſenſum in præſentia colligamus, quas ſigillatim deinceps excutiemus. Itaque quum jubet eos ſecuros eſſe, & non timere, perinde eſt ac ſi doceret eos Deum timere, & tamen de ejus miſericordia perſuaſos eſſe, quod non ſit in eos ut promeriti fuerant animadverſurus, & ultimum exitium allaturus. Jam antea docuimus, Iſraëlitas viſos fuiſſe Dominum ipſum rejicere quum Regem ſibi dari poſtulaverant: ſed tamen pollicetur, Deum nunquam ipſos derelicturum, quod eos in populum ſuum elegiſſet, modo tamen in ipſius cultu perſeverarent. In primis autem hoc loco docemur, nos nunquam ad Deum peccatorum ſenſu affectos converſum iri, quin eum ſperemus & perſuaſi ſimus fore propitium & familiarem: & ſemper fore paratum nos ad ipſum in veritate & ſine fuco confugientes recipere. Ac ſane de Dei bonitate diffidentes in eam rebellionem & contumaciam impellimur, ut Dei ad iram provocandi nullum finem faciamus. Etſi flagitioſos & reprobos homines terrore Divini judicii affici certum eſt, Deo illos perſequente, & eos coram ipſo tanquam facinoroſos coram Magiſtratu & Judice ſuo totos horrere. Verum quid aliud horror ille eſt quam indignantium fremitus, rabiem ſuam deſpumantium, & adverſus Deum blaſphemas voces eructantium, cum quo, ſi poſſent lite contenderent? Atque ita, ſolent improbi, quibus nulla eſt ad Deum ſe convertendi cura neque ſollicitudo: ſed qui potius vincula omnia, quibus ſe retineri metuunt, perfringere parati ſunt, quo longius ab ipſo recedant. Quemadmodum enim ſervus, iram heri quem provocavit metuens, de fuga cogitat, ne coram hero facti rationem reddere coactus pœnas luat. Aut ſicut improbus & contumax filius vel patris interitum, vel ejuſdem

Digitized by Google

Cruce oblatum pro noſtra redemtione. Idcirco igitur Samuel diſertis verbis populum admonet, ne Deum derelinquat, aut ab ipſo recedat, addita promiſſione, Dominum viciſſim populum ſuum non derelicturum. Et ſane certum eſt, populum ſine hac promiſſione nunquam fuiſſe ad pœnitentiam convertendum. Notum enim cuivis eſt, quæ ſit reproborum conſuetudo, nempe, ut in contumacia ſua pertinaciter hærentes, dentibus frendeant: & licet peccata fateri videantur, tamen adverſus Deum obmurmurent. Experientia illud ſatis manifeſtum eſt. Judas enim laqueo vitam ſibi abſtulit: Caïnus vero conqueritur pœnam ſibi delictis graviorem infligi. Et iſtud ſane omnibus Dei contemtoribus accidit, quorum contumacia in ipſis de Dei miſericordia diffidentiam parit. Quamobrem quum in multis peccaverimus, ad Dei miſericordiam, qualis in Euangelio nobis proponitur, confugiamus: ac certo perſuaſi ſimus, nos ad ipſum neque ficte neque ſimulate confugientes, nunquam rejiciendos: ſi modo nos in obſequium ipſius componamus, & ex animo nos illius cultui & venerationi dedicemus. Jam vero expendamus fundamentum iſtius promiſſionis populo à Samuele factæ: *quia*, inquit, *juravit Dominus facere vos ſibi populum.* Favor Dei gratuitus fundamentum ponitur iſtius promiſſionis, ut populus illo nitatur. Ac ſane quum de noſtræ ſalutis certitudine agitur, cavendum ſummopere, ne alias cauſas imaginemur, præter ſolam Dei miſericordiam, qua ſola impulſus noſtri miſeretur. Nam ſi quæ merita aut dignitatem aliquam in nobis quæramus, certum eſt nos ædificium ſine calce ſuper arenam ſtructuros brevi corruiturum. Ac ſane alioquin à natura nos Angelica perfectione donatos eſſe oporteret, qua propius ad Deum accederemus. Atque hanc ob cauſam Paulus dicit, quamdiu in Legem inſpiciemus, omnes Dei promiſſiones abolendas. Deinde ſi cultum quem Deo exhibemus, ille propius intueatur; tantum abeſt ut coram ipſo conſiſtat, ut contra potius inſtar aquæ effluat, & ſine fundamento collabatur. Quare obſervandum, Samuelem, ut certam fiduciam populo ſalutis adferat, quæ non ſit momentanea, ſed firma & immota, ad Dei miſericordiam, ut illius fontem & originem, aſſurgere, quaſi dicat, Non eſt inquirendum dignine ſitis Dei miſericordia, ſed hoc vobis ſufficiat, Deo placere vos ex ſua liberalitate in gratiam recipere. Atque idcirco adjicit, *quia juravit Dominus facere vos ſibi populum.* Quibus verbis oſtendit, Abrahami filios non eſſe natura cæteris meliores: & Deum vocantem illos, non filii ſimus & hæreditas, ut loquitur in Pſal. Propheta, *Pſal. 95.*
Sumus ipſius opus, & nos manu ſua creavit: quo- *verſ. 7.*
niam ſumus oves paſtus ejus. Quæ ſane verba poſſent ad omnium hominum in genere conditionem referri, quos Deus dicitur creaſſe & formaſſe. Sunt enim in genere omnes homines à Deo formati: ſed nominatim fideles dicuntur eſſe oves paſtus ejus, ut doceamur illa non eſſe intelligenda de generali illa creatione ſecundum carnem, ſed de nova creatione, qua formatos nos paſcit: & ut oves ſui gregis protegit atque tuetur. Atque hæc doctrina ex ſuperioribus verbis elicienda, & in noſtrum uſum convertenda, quum audimus Deo placere nos populum ſuum facere, & in Abrahami benedicto ſemine cenſere. Interim tamen Samuel populum vehementer hortatur, ne à Deo recedat, ſed in ipſius cultu perſeveret, & gratiam ſperet, quamdiu tanto iſto privilegio non fuerit abuſus. Nam ſcimus Deum non fuiſſe Abrahami ſemini devinctum: & eos omnes qui ex illo ſecundum carnem deſcenderunt, non fuiſſe ipſius Eccleſiam, quandoquidem multi exciſi ſunt & rejecti, quemadmodum Paulus docet: & ſacra etiam Scriptura de Iſmaële & Eſavo idem docet. Quod ſi duo illi rejecti ſunt, quid de reliqua multitudine dicendum arbitramur, quum multa fuerunt illic membra putrida & rejectanea? Bene itaque Samuel populum admonet, ne ſibi perſuadeat ſufficere ad conſequendam Dei gratiam, cenſeri in ipſius populo, & Circumciſionis ſignum habere, quod illis olim erat quod hodie nobis Baptiſmus: ſed ut potius Dominum ſequantur. Hanc ob cauſam Propheta Pſalm. 15. & 24. Deum ipſum interrogat, quis ſit habitaturus in monte Sion, id eſt, Eccleſia, & ibi perpetuum locum habiturus: ac ſubjicit, eos fore qui erunt puro corde, & qui innocentes manus habuerint, id eſt, qui in Dei Eccleſia in integritate & ſinceritate converſabuntur. Næ multi Dei templum frequentabant, qui tamen à Deo procul aberant, quod ipſis exprobrantem Iſaïam ſæpe videmus, & nominatim quum ita populum compellat, An ego vobis devinctus ſum? vos pavimentum meum atteritis, & poſcitis mercedem. Ego iſta nolo: neque ferre poſſum vos cultum meum profanare. Quare hypocritæ quidem Sanctuarium frequentabant, palam de acceptis à Deo beneficiis gratias acturi: ſed nihil ſincerum erat, nihil integrum in ipſis, omnia ſimulata, contenti bonam famam inter homines tueri, ſed tales eſſe parum ſolliciti quales haberi volebant, quæ fuit omnium ſeculorum corruptela. Sed Deus ſibi iſtiusmodi cultum ſimulatum ſpecie devotionis diſplicere teſtatur:

Digitized by Google

mors æterna fugiatur. Quoniam igitur ho- Patri noſtro exhibuerimus.

HOMILIA QUADRAGESIMA QUARTA IN I. LIB. SAMUELIS.

CAP. XII.

21. Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana ſunt.

22. Et non derelinquet Dominus populum ſuum, propter nomen ſuum magnum: quia juravit Dominus facere vos ſibi populum.

23. Abſit autem à me hoc peccatum in Domino, ut ceſſem orare pro vobis: & docebo vos viam bonam & rectam.

24. Igitur timete Dominum, & ſervite ei in veritate ex toto corde veſtro: vidiſtis enim magnifica quæ in vobis geſſerit.

25. Quod ſi perſeveraveritis in malitia: & vos & Rex veſter pariter peribitis.

VIdimus heſterna Concione, quomodo Deo nos patienter tolerante, & offenſas quibus ejus adverſum nos iram provocavimus condonante, cavendum ſit ne ipſius abutamur patientia. Neque enim ipſe ſuam erga nos bonitatem ideo demonſtrat, ut ex ea licentiam peccandi capiamus: ſed potius ut ad ſe alliciat, ne metu ſupplicii in deſperationem veniamus, & ad omne malum proclives ſimus. Quare quum Deum nobis reconciliari paratum eſſe videmus, cavendum ne ab illo reſiliamus. Maxime enim Deus offenditur, niſi ſupplices,veniamque deprecantes,ad ipſum accedamus, & eo majore ſtudio in ipſius cultum incumbamus, quo pluribus beneficiis affecti ſumus: quemadmodum & Chriſtus nos admonet, eum qui plus diligitur à Deo, magis etiam amare debere; & ex eo etiam colligit,miſeram illam peccatricem quæ non deſinebat ſua peccata flendo deteſtari, & ſuum amorem erga Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum lacrymis & omni officio teſtari, non eſſe condemnandam. Nempe quod ſerio peccatorum ſenſu afficeretur, quem gemitu & lacrymis pluribus oſtendebat, quo ſigno apparuit,condonatum illi à Domino,quantumvis ingens peccatum. Quamobrem quo ſe Deus magis propenſum in noſtri amorem, & in peccatis condonandis faciliorem oſtendit, eo etiam magis ad eum ardentius amandum adſtringimur. Iterum igitur expendamus illam Samuelis admonitionem, *Nolite recedere à tergo Domini*, qua populum admonet, Deum non poſſe coli, niſi ipſum populus ſequatur. Nam ſatis eſt conſpicuum quanta ſit hominum hac in parte pervicacia, ut Deo præire potius quam ſequi velint; &, ſi fieri poſſet, Deo ipſi leges præſcribere, & in ipſum auctoritatem habere. Næ quicunque ex ſui arbitrii libidine vitam inſtituunt, licet millies ſe Deum colere profiteantur, tamen inſigniter mentiuntur, Deoque nullum prorſus honorem habent; quem potius ſuæ opinioni ſubditum vellent. Ac ſane fit illud ſatis cuique manifeſtum ex eo quod ſuperſtitioſos & idololatricos ſuos cultus, bonæ intentionis nomine probari Deo volunt, quaſi quicquid in cerebro ſuo commenti ſunt Deus probare teneatur. Unde conſpicuum eſt, homines à Dei verbo recedentes, Deo ipſi velle præire: & eos qui ſuis cupiditatibus indulgent, alii ſcortationi, alii helluationi, alii denique aliis iſtiuſmodi vitiis, velle Deum ipſis conformari, & ſi ad cumulum impietatis venerint, tamen diſſimulare. Alios videas tantam ſibi ſapientiam arrogare, ut ſoli ſapientes haberi velint, legemque omnibus dare, nec cogitare Deo primas ſapientiæ partes concedendas, ſed potius illi viam velle monſtrare & ipſi præire. Nos vero contra ex hoc loco diſcamus, ita Deo ſerviendum, & colendum eſſe ipſum, ut in primis nihil bonum & juſtum exiſtimemus, niſi quod ipſe juſſerit. Deinde quoniam omnes noſtri affectus ſunt immoderati,ſic eſſe cohibendos,ut in omnibus noſtris dictis,factis & cogitationibus,normam ab ipſo præſcriptam ſequamur; & Deum præeuntem ſemper ſequamur: ac proinde ne quod nobis bonum videbitur arrogantia turgentes faciamus, neque noſtris cupiditatibus obtemperemus, & peccandi licentiam nobis concedamus. Atque ita Deum ſequemur. Sed quoniam difficile eſt affectus ſuos componere, & ad ſpontaneam obedientiam flectere, idcirco

Digitized by Google

[illegible] Samuel hac voce docere voluit,populum declinantem à Deo, nihil niſi vanitatem ſectaturum: & recedentes à Deo ſpe ſua excidere & vanas & inanes ſpes paſcere, quod tandem illos ſumma confuſio maneat. Neque vero Idola excludit, ſed tamen Idoli nomen non exprimit, quod minoris momenti eſſet admonitio ſi tantum Idoli meminiſſet: & longe magis commoveantur homines ſi admonentur inanem & inutilem operam ſuam fore ſi vel tantillum à præſcripta regula in Dei verbo receſſerint. Idcirco David etiam exclamat, Domine, quid ultra te requiram? Neque cœlum, neque terra mihi ferre auxilium poteſt. Sane minime dubium eſt quin bene doctus fuerit in iſta doctrina, & quin altas in ipſo radices egerit. Nam verbis iſtis oſtendit, veram Dei cognitionem in nobis efficere, ut ſolus ille bonum noſtrum agnoſcatur, & in illo ſolo acquieſcamus: & contra, quicquid ſibi homines fingunt, nihil eſſe niſi mendacium & vanitatem. Bene itaque David, Hem, Domine, quo confugiam? Nihil, niſi tu, me ſolari poteſt, nullus præter te in quo ſpem collocare poſſim. Quare, Domine, qui à te receſſerit, qui vera lux es & noſtra gloria, & ſola ſalus, quid extra te reperiet, niſi vana & inania omnia quæ in ventum & fumum abeant? Profecto non ſine gravi cauſa hominibus iſta inculcantur: ſcimus enim quam ſoleant illi ſuis inventis delectari, quamque pertinaciter illa tueri, ſibi ſemper optimum illorum exitum fingentes: adeo ut ſiquid moliri cœperint, nemo ipſos à propoſito avertat. Quid ita? Nempe reprehendi nolunt: & tantam ſibi ſapientiam arrogant, ut ſine Dei verbo, quid ſequendum, quidve fugiendum ſit, ſcire ſe arbitrentur. Sic videmus Idololatras montes aureos ſibi polliceri: neque poſſe rationibus ullis iſtuc adduci, ut ſua tandem conſilia & conatus omnes, licet Deus patienter ad tempus illos ferat, irritos fore credant. Idem profanis omnibus accidit, & iis qui felicitatem ſuam & beatitudinem in rebus terrenis collocant. Nam qui voluptati & intemperantiæ dediti ſunt, qui avaritia & lucri cupiditate trahuntur, qui ambitione laborant, & gratiam & auctoritatem malis artibus quærunt, non ſinunt ſibi perſuaderi conatus omnes ſuos irritos eſſe, & ſe nihil niſi ventum parituros: ſed ſua ſomnia pro Diis habent. Inde fit ut ſi quid novi commenti ſunt, gloriam Deo detrahentes ſibi ſolis adſcribant. Tanto itaque diligentius hæc doctrina eſt meditanda, & quam neceſſaria cogitan-

conſtantiſſima, & valde temeraria. Quare niſi Dei verbo nitamur,certum eſt nos nihil firmum & ſtatum in Dei cultu habituros: unde non abs re Samuel Judæos nominatim admonet, fore ut ſi à Domino declinaverint, in vanum laborent, & irriti ſint omnes ſui conatus. Ut viſus ſit etiam reſpexiſſe hominum arrogantiam, multum ſuis operibus & meritis tribuentium. Et tamen idololatras videmus ſuis idolis quidem gloriari, & maxime illis tanquam clypeis & propugnaculis fortiſſimis niti: & tamen ſemper eſſe ſollicitos, & aliquid ſemper ad cultum ipſorum adjicere, nunquam ſibi ipſis ſatisfacientes, ut neque pes neque caput in ipſorum cultu appareat. Et alios etiam ſuis cupiditatibus ſic indulgere, ut ſit inſatiabilis illorum intemperantia. Merito itaque Samuel iſtud inculcat: Vos, ait, licet multum laboraveritis, & cerimonias cerimoniis cumulaveritis, atque arrogantia & temeritate veſtra diſtenti rumpamini, tamen in vanum laborabitis, & nullum inde auxilium eſtis habituri. Quid ita? Vanitas eſt & res inanis. Hinc itaque fit nobis manifeſtum, omne noſtrum bonum & felicitatem in uno Deo poſitam eſſe, in quo ſolo conquieſcamus; ut, poſtquam ipſum cognoverimus, feramus nos ab ipſo regi & gubernari, quandoquidem ſeſe nobis tam familiariter patefacit: ac proinde quicquid ratio noſtra nobis dictaverit, quo tentabimur, habeamus pro illuſione Diabolica, quæ non modo nullam habet utilitatem, ſed ſummopere damnoſa eſt. Interim fiduciam in Deum hic animadvertamus eſſe cultus ipſius fundamentum: ſuam enim utilitatem homines ſemper quærunt. Nam quæ cauſa eſt cur miſeri & incauti homines adeo temere ferantur, ut alii ridiculas cerimonias inveniant, alii patronos ſibi multos fingant; alii terrenis bonis & facultatibus ſic inhient ut nunquam expleri poſſint, & quibus animus ipſorum tanquam fornax ardens nunquam ſatietur: alii ſuis ſcortationibus adeo dementetur, ut nullis repagulis retineantur: alii ambitioni & honorum cupiditati ſupra modum incumbant? Quæ, inquam, alia cauſa eſt, cur iſti in iſtiuſmodi præcipites feruntur vitia, quam quod Deo non ſunt contenti, & non in illo ſolo conquieſcunt, ut in ipſius timore conſtanter permaneant? Denique quod Deum non agnoſcant eſſe ſolum omnis boni fontem? Ergo ſtatuendum eſt, fidem eſſe veri Dei cultus certiſſimum & unicum fundamentum. Nam ſi eam ſapientiam & prudentiam conſequuti fuerimus, ut cognoſcamus vitam noſtram &

ſalu-

Digitized by Google

nia & divitiæ ſunt illorum Deus. Sic ſcortatores, ebrioſi,& alii iſtiuſmodi flagitioſi homines, luxurioſe & intemperanter vitam agentes,rei ſunt ejuſdem criminis, quod ſua libido ſit ipſis Deus. Neque enim quiſquam ſe patitur à ſuis affectibus abripi, niſi fiduciam in illis collocet, & ſibi felicia omnia ab illis polliceatur. Pergit deinceps Samuel, populum bene ſperare jubens, his verbis, *Abſit autem à me hoc peccatum*
vers.23. *in Domino, ut ceſſem orare pro vobis.* Quibus obligationem ſuam erga populum teſtatur, ac profitetur,ſe, ipſos licet ingratos, & nihil minus quam tantum beneficium promeritos, tamen minime ulturum, ſed potius precandi & intercedendi pro ſalute ipſorum apud Deum, nullum finem facturum: & quidem agnoſcit,ſe,niſi iſtud præſtiterit,graviter apud Deum peccaturum. Unde ſingularis doctrina nobis eſt elicienda, ſi modo, ut par eſt, eam ad noſtram inſtructionem uſurpemus. Unde enim fit, ut tantam licentiam nobis permittamus proximos deſpiciendi, & ſalutem ipſorum parvi faciendi, ſed contra potius malum ipſorum procurandi, niſi quod noſtri tantum curam habemus, & non cogitamus nos à Deo ipſis benefacere obligari, & in anguſtiis auxilium ferre juberi, & malum bono compenſare? Hinc enim illæ humanæ excuſationes, veluti ſiquis alium odio perſequatur, & de hoc facto admoneatur, & ut male factum arguatur, ſtatim excipit, Ecquid hic adverſus eum feci, nunquam ipſum ulla injuria affeci: ſed ille me prior aggreſſus eſt, & occaſionem præbuit ulciſcendi injuriam illatam:denique iſtis & ſimilibus verbis cauſam ſuam tuebitur, & ſibi bene conſultum iſtis excuſationibus arbitrabitur. Quid ita vero? Nempe quoniam non agnoſcit ſe illi devinctum & obligatum quem odio proſequitur, aut à quo illatam injuriam ulciſcitur. Sed & longe hic adhuc gravius ab hominibus peccatur, qui licet nulla injuria affecti, & nullas ſimultates exerceant, aut oderint, alios tamen deſpiciunt, & de ſe ſuiſque tantum commodis cogitant. Ac proinde ſiquis officii admoneat, excipiant, Qua in re vero illi ſum obligatus? quid mihi cum illo commercii? quam utilitatem unquam ex illo percepi? quare ego in illius gratiam facultatibus meis ſpoliarer? hominem illum non curo: quiſque ſuas res agit & procurat; equidem nullam ego ipſi injuriam inferre volo, ſed ſi pecunia, reve alia aliqua opus habet, unde volet accipiat. Ecce quibus excuſationibus ſeſe homines tueantur, ab officio reſilientes, nempe quod non agnoſcant, quantum proximis ex Dei mandato debeant, & miſerorum miſericordia non capiantur. At vero Samuel hoc loco docet, Deum graviter lædi, proximi noſtri contemtu: & quidem eo nos adducit ut altius aſcendamus, nempe ut licet ingratitudine & pravitate adverſum nos peccatum melius à viris improbis, ne tamen ipſorum [illegible] quærere & procurare deſinamus: imo ne inimicorum quidem: quin eos potius beneficiis devinciamus, & pro viribus ipſorum malitiam bono compenſemus. Hæc itaque doctrina primum occurrit nobis elicienda ex verbis illis Samuelis, *abſit autem à me hoc peccatum in Domino, ut ceſſem orare pro vobis.* Nam ita declarat, ſe, licet de ſe conquerendi nullam occaſionem populus habeat, & nihil ipſi merito poſſit exprobrare, non ideo tamen culpa coram Deo cariturum, & nullas ipſius excuſationes locum apud ipſum habituras, niſi commiſſi ſibi à Deo muneris rationem haberet, illiuſque partes adimpleret. Sed præterea ſpecialis ſibi impoſiti muneris pro populo apud Deum intercedendi ipſum habuiſſe rationem certum eſt. Nam, ut ſuperiore concione docuimus, quicunque ad Propheticum munus à Deo vocantur, tanquam patroni apud Deum conſtituuntur: quemadmodum Petrum audimus de Apoſtolorum officio
loquentem, dixiſſe, *Nos vero in precibus & admi-* Act.7.
niſtratione ſermonis perdurabimus. Quid vero? nonne & aliorum Chriſtianorum officium erat precari? Sane: ſed eo loco Petrus docet, eos, qui docendi munus acceperunt, debere ex officio ſedulo Deum precari ut Eccleſiam tueri, augere, & amplificare velit, & laboribus ipſorum benedicere, ut regnum Filii ſui propaget, ut ad ſuam cognitionem vocatos in obſequium ſuum componat: procul adhuc remotos ad ſe vocet. Tale igitur eſſe ſpeciale precandi ſtudium oportet eorum, quos Deus Doctores & Prophetas conſtituit, & Paſtores populis præfecit. Atque huc Samuelem reſpexiſſe certum eſt, nempe, quacunque tandem ingratitudine populus laboret, peccari tamen à Paſtoribus, niſi apud Deum pro ipſo intercedant. Cæterum hinc etiam obſervandum, nihil nobis à Deo tantopere commendari, quam mutuas preces, & interceſſionem aliorum pro aliis. Et quidem juvare proximum ſuis facultatibus quiſque tenetur: verumtamen quoniam nulla re magis juvatur, quam Dei favore & beneficentia; idcirco dico, nos maxime teneri precibus illos, ex officio charitatis,& quidem majore & ardentiore ſtudio precibus, quam reliquis noſtris facultatibus, adjuvare. Quamobrem etſi Chriſtianum nomen longe lateque patet,& procul à nobis diſſiti ſunt Chriſtum profitentes, tam arcto tamen vinculo nos invicem à Deo colligari certum eſt, ut alios pro aliis apud Deum intercedere ex officio neceſſe ſit. Qua in re non tantum proximorum inſpicienda neceſſitas,ſed quem quiſque gradum obtineat: ut qui ad altiorem gradum à Deo vocatus eſt, eo ſemagis de vinctum ſentiat, & vehementius apud Deum intercedendum ſibi non ignoret. Pergit deinde Samuel,& ait, *& docebo vos viam bonam*

& re-

[illegible] de iis hactenus: ſequitur deinceps gravis exhortatio, *Igitur timete Dominum, & ſervite ei in veritate ex toto corde veſtro: vidiſtis enim magnifica quæ in vobis geſſerit.* Non ſine gravi cauſa populum iterum ad timendum Deum, & ex animo colendum, & in timore & veritate perſeverandum hortatur. Licet enim omnes confitentur, Deo nihil gratius eſſe quam eum ex animo colere, pauci tamen animum ad ejus cultum adjiciunt, & ſolis verbis ſe Deo ſatisfeciſſe arbitrantur. At non ſatis eſt, nos ſemel admoneri Deum ex animo eſſe colendum, quod ab ipſo in hunc finem creati & in mundo collocati ſimus; & non ſufficit, probe à nobis eam doctrinam teneri, ſed nos eo magis ac magis oportet ad Dei cultum excitari. Quamobrem eorum hic graviter reprehendenda eſt curioſitas, quibus ſemper aures pruriunt rerum novarum cupiditate, quarum ſunt inſatiabiles. Multos enim audias conquerentes, eandem ſibi cantilenam ſemper cani de Deo colendo & adorando, ſatis ſuperque illa ſibi cognita, & ad nauſeam uſque inculcata, quare novi aliquid ſibi oſtendi oportere. Sed quæro, an illi unquam apud ſeipſos ingreſſi ſint, & expenderint qua conditione ad Dei cultum vocentur: tum enim ſatis animadverterent non eſſe hanc doctrinam ſuperfluam. Itaque non debet novum & inſolitum videri, ſi Samuel toties hoc populo iſti inculcarit, ut ſervirent Domino, ne à Domino declinarent, timerent Dominum ex toto corde. Neque enim iſta repetuntur ab ipſo, quaſi ſuperiora obſcuriora, clarioribus & apertioribus verbis explicari oporteret, ſed ut populum iſtum magis afficeret, & quodammodo ad vivum ureret. Neque enim idcirco Dei verbum nobis prædicatur, ut illud animo tantum percipiamus, aut Dei voluntatem intelligamus, ſed ut in cordibus noſtris altas & profundas radices agat. Jam vero ſi nos ipſos expendamus accuratius, an quum primum docti ſumus, tam dociles fuiſſe nos reperiemus, ut ſponte in Dei obſequium nos compoſuerimus, & nihil à nobis requiratur? Imo potius licet doctrina nos ſtimulet, tamen vix propter duritiem ingenitam poteſt ingenia excitare, & cerebrum penetrare: præſertim vero quum ad Dei cultum nos Scriptura cohortatur, tum maxime ſe noſtra contumacia patefacit: quod prorſus ſimus inhabiles, & refractarii, ut veluti magnis ictibus ad illum ſimus adducendi. Idcirco itaque Samuel iſta ſubinde repetit, *tantum*-omni ſimulationi ipſam opponit, & omnibus umbris & figuris illis Legalibus quæ præceſſerant. Nam etſi Deus ab omni ſeculo ſpiritualem cultum ab hominibus requiſierit: tamen ſub Lege multæ fuerunt cerimoniæ & ritus Legales, quibus veritatis lux obſcurabatur. Verum Dominus noſter Jeſus Chriſtus nos aperte docet, Deum velle in Spiritu & veritate coli: quibus verbis omnem ſimulationem & cerimonias externas condemnat. Hoc loco itaque, Veritas, ſignificat affectum purum, rectum & integrum, qui cordi duplici opponitur, quod etiam exponitur ſequentibus verbis, *ex toto corde veſtro.* Quaſi diceret, Cavete ne Deum hypocritarum more timeatis & precemini, qui multam quidem ſanctitatem præ ſe ferunt, & inani gloria turgent, externis ritibus & cerimoniis animum adjicientes, ſed à Deo prorſus alieni. Et qui tamen Deo ſatisfacere ritibus illis externis volunt, licet multa inania & fœda ſectentur, quaſi in partem divinæ potentiæ veniſſent, aut ſaltem libertatem accepiſſent Deo præſcribendi quæ ad illius cultum neceſſaria ſunt. Verum diſerte hic illos Samuel admonet ne temere & ex ſuo arbitrio Deo ſerviant, & cultum illi mixtum exhibeant, ſed toto corde illum colant. Cæterum ingenue hic fatendum eſt, nos, quamdiu in terris agimus, non poſſe tam ſincero affectu in Dei cultum ferri, quam officium poſtulat: ſed tamen ita loqui ſolere ſacram Scripturam, ut ex toto corde aliquid fieri dicat, quum non agimus ſimulate, nec Deum fallere ſtudemus, & non perfunctorie ipſum colimus, ut ipſi ſordes noſtras & imaginarios cultus offeramus: ſed quum mens eſt integra & ſincera, & recti affectus. Licet igitur multi in nobis defectus & multi nævi, quibus Deo ſervire ſicuti dignum eſt impedimur, & ſicut noſtrum officium poſtulat; tamen ſi bonus eſt affectus, tunc Deo ex toto corde ſervire, id eſt, in integritate & ſinceritate, dicimur. Ex quibus apparet ſingularis benevolentia & favor Dei, quo ad ſeipſum nos allicit. Nam ſi nullum à nobis cultum admitteret niſi perfectum, & omnia noſtra exigeret ad ſuæ juſtitiæ amuſſim, quid nobis miſeris fieret, quibus millies eſſet pereundum? Nos enim ſubinde deficimus. Ac proinde licet pro noſtra virili bene facere conemur: tamen infirmitas noſtra & animi imbecillitas efficiunt ut ſemper in operibus noſtris aliquid deſideretur, & merito condemnemur. Quare ſi Deus ſummo jure in noſtra peccata

Digitized by Google

in memoriam revocavit tot tantaque Dei in ipſos beneficia & miracula, quæ Deus ad illos conſervandos & protegendos edidit, quæ ſi ut par eſt in memoriam reduxerint, ſint immenſum ardorem in ipſis excitatura, Deum ex animo & non ſimulate colendi & venerandi. Hæc vero ad nos etiam hodie pertinent, qui longe iſtis majora & admirabiliora benevolentiæ Dei erga nos habemus teſtimonia. Quantum enim, obſecro, redemtionis noſtræ per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum myſterium? Næ tantum eſt, ut & creationis mundi opus, & quæcunque unquam contigerunt miracula, longe ſuperet. Quomodo enim factum eſt, ut Deus ad nos in unici Filii ſui perſona deſcenderit: ut qui fons vitæ eſt, mortalem vitam noſtram ſuſceperit: ut qui felicitatem illam incomprehenſibilem habitabat Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſeſe eo uſque exinanierit, ut in ſeſe noſtram maledictionem ſuſceperit, & nos Deo Patri conciliarit, ac regni illius æterni ſui participes & cohæredes fecerit? Denique quum in mundum ad nos à Diaboli tyrannide, qua premebamur, eruendos & in libertatem aſſerendos venit, tam inſigne eſt miraculum, ut nulla mens humana poſſit illud complecti, neque ſatis digne prædicare. Sed præter iſta fidelibus omnibus communia, quiſque apud ſe cogitare debet, quot & quanta beneficia ſit à Domino conſequutus, jam inde à matris utero, & quot periculis liberatus, ut merito poſſit exclamare, Domine, quam mirabilia ſunt erga me opera tua! Deinde ſinguli etiam apud ſe penſitare, quomodo ad Euangelii cognitionem vocati ſint, & in ea ex Dei gratia perſeverent. Quæ ſingula ſi ut par eſt apud nos expenderimus, & meditati fuerimus, animumque ad illa adjecerimus, amplam materiam habituri ſumus exclamandi cum Davide, Domine, Domine, quam magnifica ſunt opera tua! capillos capitis citius quam tua beneficia dinumeraverimus. Sed quanta hic noſtra eſt ſocordia & oblivio, qua fit ut opera Dei admiranda flocci pendamus, & pedibus veluti conculcemus, & tam ſegnes in ipſius cultum ſimus. Quamobrem minime dubium eſt quin Samuel, qui populum illum intus & in cute notum habebat, & vitium ipſi innatum, jubeat illos videre Dei magnifica, id eſt, illa diligenter expendere, quaſi diceret, O vos ſtupidos, vos perditos homines, qui tot & tanta Dei erga vos beneficia ſepelitis & oblivione deletis, unde fit ut dona ipſius non animadvertatis, & non eo ſtudio quo par eſt ad eum glorificandum & laudandum commoveamini. Idcirco Propheta populum in Pſalmis ita cohortatur, Venite, & contemplamini Dei mirabilia; quod nimirum tam ingrati ſint homines, tamque ſegnes in Dei donis agnoſcendis, ut illa præterire tanquam incognita, & neque viſa neque audita, ſinant, licet tamen maxime rum natura, ut abutantur Dei facilitate & clementia, cujus ſe manum effugiſſe ſibi perſuadent, quum ſuam ſeveritatem non exerit, idcirco etiam minis ad officium faciendum oportet adigi. Samuel igitur ideo minatur fore ut ſi ultro malefecerint, pereant. Porro quum malefacere eos prohibet, non ſic iſtud intelligendum eſt, quaſi neſciat, populum, licet in Dei cultum propenſiſſimum, in multis tamen aberraturum, ob innatam hominibus imbecillitatem: ſed male facere intelligit, ſponte à Deo recedere, & malo indulgere, & laxas habenas dare. Sane fideles ſentiunt ſe Dei Legem, ut oporteret implere non poſſe: quod de ſe ipſo D. Paulus profitetur, quum ait, ſe propter fragilitatem fuiſſe inſtar vaſis ſordium pleni, & quod nollet malum feciſſe: quod nimirum adhuc multa infirmitate eſſet circumdatus. Fatetur itaque, peccatum in ſe habitare: verumtamen idem deteſtatur, ſeque miſerum peccatorem fatetur. Nihilominus tamen etiam Dei favorem & gratiam ſentit, qua delectatur, ſeque in eadem gratia ſolatur: quod Deus ejus miſertus ipſum in ſalutis viam direxerit, mentemque illi ad propoſitum ſcopum perveniendi indiderit. Eadem eſt ſingulorum fidelium ratio. Verum improbi contra perfractis omnibus vinculis, & excuſſo jugo, inſtar ferarum in ſuas libidines ruunt, & nullis repagulis poſſunt retineri, ut monſtra potius hominum quam homines illos merito dixeris. Quæ omnium Dei contemtorum eſt conditio. Quare iſtiuſmodi homines etiam eſſe perituros, & in æternum exitium abituros, certum eſt: licet non quidem primo quoque tempore, ſed quum divinæ vindictæ præfixum tempus advenerit. Notandum enim quod in Pſalmis Propheta canit, nempe, Deum foſſam illis parare quos in exitium miſſurus eſt, poſtquam aliquandiu patienter illos tolerarit, quamdiu nimirum illis ad ſuorum patientiam explorandam inſtrumentis utitur. Et ſi vel à limine ſacras Scripturas ſalutavimus, notum eſt, iis, qui incerti feruntur in Dei cultu, januam cœlorum claudi: cujuſmodi ſunt hypocritæ, qui ſuis cupiditatibus gloriantur, & nubes ipſas tranſcenſuri videntur, ſed quibus Deus oculos excæcat, ut in exitium cæcitate ſua præcipites ferantur, & ſua contumacia in mortem ruant. Sepe quidem ſane videas Dei filios multis anguſtiis premi, & tam in opibus & facultatibus quam perſonis affligi: ſed quæ tamen omnes afflictiones in ſummum ipſorum commodum cedant, & quibus cautiores efficiantur, ne temere coram Deo incedant: ac proinde perinde cum ipſis agitur, atque cum iis qui proni in terram cadunt, & ſtatim eriguntur. Sed non eadem eſt improborum ratio, quos Deus ſuo juſto judicio ſic perſequitur, ut tandem plane corruant: & quidem tum maxime, quum facti voti compotes ſibi videbuntur, eorum contumaciam ulciſcatur,

Digitized by Google

HOMILIA QUADRAGESIMA QUINTA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XIII.

1. FIlius unius anni erat Saul, quum regnare cœpiſſet, duobus autem annis
regnavit ſuper Iſraël.
2. Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſraële, & fuerunt cum Saule duo millia
in Michmas, & in monte Bethel: mille vero fuerunt cum Jonathan in
Gibah Benjamin: reſiduum vero populi remiſit, quemque in tabernacula ſua.
3. Percuſſit autem Jonathan præſidium Philiſtiim quod erat in colle, Audieruntque
Philiſtiim: tum Saul clanxit tuba per totam terram, dicendo, Audiant Hebræi.
4. Et univerſus Iſraël audierunt quod diceretur, Percuſſit Saul præſidium Philiſtiim:
& etiam fœtuit Iſraël inter Philiſtiim: congregati ſunt ergo populus poſt Saul in Gilgal.
5. Philiſtiim vero congregati ſunt ut pugnarent cum Iſraële, triginta millia curruum,
& ſex millia equitum, & populus erat ſicut arena quæ eſt ad litus maris præ multitudine:
& aſcenderunt, caſtrametatique ſunt in Michmas ad Orientem Bethaven.
6. Viri autem Iſrael videntes quod anguſtia eſſet ſibi (coarctatus enim erat populus)
abſconderunt ſeſe populus in ſpeluncis & munitionibus, & in petris, & in turribus, &
in ciſternis.
Hebræi autem tranſierunt Jordanem terram Gad & Galaad: quumque adhuc eſſet Saul
in Galgala univerſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum.
8. Et exſpectavit ſeptem diebus juxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Gal-
gala, dilapſuſque eſt populus ab eo.

DEinceps videbimus quomodo ſuarum promiſſionum Deus memor, populi ſui Iſraëlitici miſertus ſit, victoriamque de hoſtibus dederit, qua non modo ſuam libertatem tutatus eſt, ſed longe ſuperior factus, etiam ditionem ſuam propagavit: licet tamen Saulis regnum minime fuiſſe diuturnum, etiam in ſequentibus viſuri ſimus: ſiquidem malo fundamento nitebatur, nempe, non gratuita Dei electione, ſed populi murmurantis poſtulatione. Duo ſunt igitur capita hic præcipue obſervanda, quæ deinceps in hiſtoriæ ſerie clarius apparebunt: nempe, Deum populo crimen illud contumaciæ condonaſſe, malum in bonum convertentem, & adverſus inimicos infeſtiſſimos, puta Philiſtæos, ſemper defendiſſe: deinde non fuiſſe tamen diuturnum illud beneficium, quod regnum illud cujus malum initium fuerat oporteret aboleri. Tandem etiam videbimus, quomodo paulatim Saul à Domino defecerit, & viciſſim à Deo ſit derelictus, donec peſſimus tandem ipſius exitus fuerit. Nam in prælio cecidit, cæſo fugatoque populo, ut in ſummum diſcrimen adductæ populi res viderentur, quod non modo miſere ad idololatriam defeciſſet, ſed tanquam nefarius incantator, à Diabolo conſilium exquiſiviſſet: & Deo ipſi in Samuelis perſona reſtitiſſet. Summa igitur Saulis infidelitas, quam ſequuta eſt inſignis rebellio, deinceps deſcribetur, & tandem etiam divinum judicium ſequetur, quæ ſuis locis ordine ſingula deſcribentur & explicabuntur: nunc iſta expendamus, *Saul filius unius anni erat, quum regnare cœpiſſet, & regnavit*

duo-

Digitized by Google

bendum. Quæ ſane vera ſunt omnia. Nam antea vidimus, non exultaſſe ipſum, neque elatum fuiſſe, licet jam electus, deſignatus & approbatus Rex fuiſſet: ſed ad vitam priorem ruſticam reverſum fuiſſe, & Samueli ſe regendum permiſiſſe, ut à parentibus pueri gubernari ſolent. Sed non conveniunt iſta cum ſuperioribus: nam textus iſtius ſenſus hic eſt ſimpliciſſimus, Saulem unum tantum annum adhuc regnaviſſe, quum ipſi regnum eſt confirmatum, ut ſupra vidimus: deinde biennium regnaſſe donec ea quæ deinceps ſunt recitanda contigiſſent. Itaque ſic iſta recitantur ad ſeriem hiſtoriæ contexendam, Saulem à Deo fuiſſe electum Regem antequam de hoſtibus primam illam victoriam reportaſſet: & in Regia poteſtate confirmatum, nullo reclamante: deinde vero biennium regnaſſe, donec per filium Jonathanum bellum adverſus Philiſtæos, capitaliſſimos Iſraëlitarum hoſtes, renovaret. Quæri vero non immerito poteſt, an juſta ſuſcipiendi belli fuerit occaſio, an vero temere ſuſceptum ſit. Ac Jonathani temeritati tribui fortaſſe poſſe videbitur, ut ſunt juvenes ferv idiores & in multis temere ſuſcipiendis audaciores. Quare temeritati Jonathani iſtud adſcribi poſſe videbitur, qui proximus præſidiariis Philiſtæorum militibus illos ultro ſit adortus. Neque enim legimus, illum antea conſilium ſuum cum patre communicaſſe, aut in mandatis à patre habuiſſe, aut à Samuele auctoritatem accepiſſe. Verum exitus oſtendit iſtud bellum non fuiſſe à Domino reprobatum. Et quoniam ſupra dictum eſt, populum vires reſumturum & in integram libertatem aſſerendum, & de hoſtibus ſuis triumphaturum, inde poſſumus colligere, Jonathanum non temere Philiſtæos adortum: ſed quum animadverteret partem hæreditatis Iſraëlitarum à Philiſtæis occupari, & præſidiis armiſque teneri, quaſi devictos Iſraëlitas ſibi ſubjicere vellent, quod Dei promiſſionibus prorſus repugnabat, quibus Deus ſpem Iſraëlitis fecerat tranquille poſſidendi terram quam ipſis dederat, merito præſidiarios illos milites aggreſſus, diſturbare conatus eſt, & præſidium occupare. Et ſane non temere id feciſſe Jonathanum, ex ſequentibus apparet, quod non modo Saul filii ſui factum probavit, ſed ipſe etiam Samuel, qui fuit tanquam os Domini, & organum Spiritus Sancti. Quamobrem ex iis fit ſatis conſpicuum, non debuiſſe Jonathanum ferre illa præſidia quæ terram ſanctam occupabant, quam Deus ipſe populo ſuo in hæreditatem dederat: & quibus veluti captivus populus detinebatur, & agros colere prohibebatur, propriaque domo exulare cogebatur. Deinceps igitur dicitur Saul tuba clanxiſſe, & ſua auctoritate & mandato exauctoratus ſit, quandoquidem Samuel minatur regnum ipſius non ſtabilitum iri: & non longo poſt tempore mortuus eſt: ſed iſte ſenſus videtur nimis coactus, & ab ipſo textu alienus. Quare hoc in præſentia ſufficiat, quicquid tum accidit, Dei providentia & voluntate factum fuiſſe: & non auſu temerario Jonathani præſidium hoſtium adorientis. Cæterum hinc obſervandum, non admodum fidelem Regi fuiſſe populum. Nam poſt tubæ quidem ſonitum ſinguli commoti ſunt, & ad obediendum parati: verum quum ad pugnam ventum eſt, antequam in hoſtium conſpectum venirent, collapſi ſunt, & animum deſponderunt: alii quidem in cavernas & ſpeluncas fugientes, alii in montes & prærupta ſaxa, alii in deſerta, & antequam vel ictum accepiſſent, adverſum ſe ſententiam tulerunt. Quid ita? Nempe quod hoſtium ſuorum vires ex humano captu metiantur: & non attendant quæ in Lege præſcripta ſunt à Moſe: Quum tibi adverſus hoſtes pugnandum erit, noli intueri an hoſtes tui ſint inſtructiſſimi & magno numero: ſed certo perſuaſus eſto Deum te invictiſſimo robore & virtute donaturum. Quare ſi à tuis partibus ſteterit, cave quicquam metuas, certo enim victoria tibi promittitur. Sed iſtæ Dei promiſſiones ex mentibus ipſorum elapſæ, nullum apud eos locum habebant: & majore Saulem honore & reverentia colebant, quam Deum ipſum, cujus tamen unius ope & auxilio fretos eſſe oportebat, etſi mille ipſis mortis imminerent diſcrimina. Summam igitur iſtius populi ingratitudinem tum turpis fuga prodebat, cum ſumma incredulitate conjunctam. Porro dicuntur iterum à Saule collecti animos ſumſiſſe, ſeſeque velut ad prælium comparaſſe: verum ubi viderunt Samuelem præfixo tempore non adveniſſe, novo terrore perculſi & velut horrore perciti dilapſi fuiſſe, & ſe domum ſuam recepiſſe, & Saul derelictus ab illis fuiſſe. Quam etiam ob cauſam Saul abſente Samuele ſacrificare quodammodo coactus eſt, quod tamen ipſi nequaquam licebat. Quamobrem etiam, quamcunque tandem excuſationem ille prætexat, à Domino condemnatur, quod non patienter Dei mandatum exſpectarit, neque illi ſe totum permiſerit. Nihilominus tamen hoc peccatum ita condemnatur, ut regnum ad tempus tandem prorogetur: ſed ea tamen lege ne ſit diuturna regni poſſeſſio, & ad poſteros ipſius non tranſeat: ſed tandem cum ſumma ignominia & dedecore exauctoretur. Hic igitur in primis obſervandum, bellum ſuſcepturos, licet juſtum, adverſus hoſtes injuriis laceſſentes, oportere longius quam in primum belli diem intueri. Nam Jonathanus quidem & qui illum ſunt comitati milites præſentes & fortes animos habuerunt,

Exod. 23. verſ. 31. Deut. 1. verſ. 30. & 3. v. 22

[illegible] Quamobrem ſummopere fugiendos iſtiuſmodi turbulentos impetus ſciamus, & moderandos affectus noſtros, ne ultra modum efferamur, ſed longius quam quæ nos circumſtant intueamur, nempe ut diligenter inſpiciamus ſintne futuri conſiliorum noſtrorum exitus initiis ſimiles: quæ licet initio favere nobis videantur, cavendum tamen ne parva quædam leviſque felicitas, ingens ſecum in poſterum malum trahat. De iſtis ſerio quotidie cogitandum, ut tanquam habenis retineamur, ne altius capita efferentes, tanto fœdius dejiciamur, & inſigniorem ruinam faciamus. Quamobrem in hac hiſtoria tanquam in ſpeculo licet eorum contemplari ſtatum qui temere multa ſuſcipiunt, ut ſapere diſcamus, & in officio nos continere. Nam audito clangore tubæ, populum Iſraëliticum ad Saulem magno concurſu coactum fuiſſe conſpicimus; & quidem ad pugnam paratiſſimum, ut nihil niſi cum hoſte manus conferre velle videretur: ſed ubi immenſam multitudinem conſpexiſſet Philiſtæorum hoſtium, qui eo loco caſtra metati fuerant; cum triginta millibus curruum, & ſex millibus equitum, ac reliqua multitudine peditum immenſa, ſicut arena quæ eſt in litore maris; vehementer territus & conſternatus eſt, ut ſenſim ſinguli dilapſi domumque regreſſi ſint: ut hoſtes illis ſolo adſpectu territis & fugatis ad pugnam venire minime fuerit neceſſe, nec de perſequendis iis laborare, qui ſolo adſpectu hoſtium territi, ſponte dilabebantur, & fuga ſibi ſalutem quærebant. Quæ quum nobis ante oculos ſubjiciantur, diſcamus non egredi modeſtiæ terminos, & procul à conflictu & ictibus collocati, non prædicare fortitudinem, ne, ubi ad manum erit ventum, metu perculſi dilabamur. Sed mature ſingulos eventus provideamus, & omnia etiam tuta metuamus ne incauti deprehendamur, & tanquam re nova & inſolita, de qua nunquam cogitaverimus, obruamur. Cæterum hinc etiam obſervandum qualia ſint hominum ingenia, quum dicuntur Iſraëlitæ ſolo Philiſtæorum adſpectu territi. Semper enim ad hæc inferiora & caduca convertimus oculos, & ſiquid arridere nobis & favere primo viſum fuerit, ſtatim efferimur, & ſuperbe atque inſolenter de nobis ſentimus: contra ſiquid gravius immineat, ſtatim concidimus, & inſtar aquæ diffluimus. Denique prout varia rerum apparet ſpecies, ſubinde mutamur Proteo inſtabiliores, modo metu diffluimus, modo rerum lætarum adſpectu

qua ſuperius egimus, pollicitationem à Moſe propoſitam, nempe ut quandoquidem certo perſuaſi ſumus nos à Deo in populum ſuum adoptatos: & certiores facti ſumus, nos ſub ipſius præſidio tutos fore, & ſecuros, modo ipſum invocemus in veritate, hunc honorem ipſi deferamus, ut in illo ſolo acquieſcamus, & ab ipſo pendeamus, certo perſuaſi ipſius auxilium longe fore potentius omnibus hoſtium viribus, etſi totus mundus collatis copiis adverſum nos inſurgeret: imo cœlum & terra adverſum nos conſpiraret. Quapropter ab iſtis terrenis omnibus ſive proſperis, ſive adverſis rebus oculi ſunt avertendi, & ad ipſum convertendi, ut fide omnia ſuperemus. Nam quæ minæ proponuntur, quæ pericula intentantur, ſimillima ſunt ingentibus procellis & tempeſtatibus quibus in alto pelago ſolent homines agitari: nam ſi tempora ſunt nubiloſa & procelloſa, repente concidimus. Quid ita? Quod nempe Solis ſplendorem intueri non poſſimus, propterea quod alæ nos deficiant, quibus ſupra ipſas nubes transvolemus. Sed longe diſpar ratio eſt Deum intuendi. Nam ut fides noſtra verbo ipſius nititur, ita etiam uſque ad cœlum ipſum pertingit. Atque idcirco Paulus Apoſto- *Heb. 6.*
lus in epiſtola ad Hebræos ancoræ ſimilitudinem *verſ. 19.*
adhibet. Nam etſi tempus ſit turbidum, & mare procelloſum, ut neque cœlum, neque terra appareat, ac ne maris quidem fundum inveniatur, tamen ancora projicitur, ut ea ejecta navis ſiſtatur, & adverſus procellas & tempeſtates firmetur. Sic Apoſtolus fideles admonet, ut ancoram fidei ſuæ non in terrenas iſtas res & caducas, ſed in cœlum ipſum projiciant, quæ tandem ad ipſum uſque Deum perveniat. Nam per Dei verbum ſupra ipſum mundum attollimur, ad contemplandum viva fide, & complectendum ſalutis noſtræ remedium. Hoc igitur infigere altius animis noſtris debemus, ut quæcunque adverſa ingruant, quicunque hoſtes adverſum nos inſurgant, & quaſcunque minas intentent, & de noſtra ſalute conclamatum videatur; nihilominus tamen in Deo ſpem noſtram collocare ne deſinamus. Quandoquidem igitur Deus per verbum ſuum pollicetur ſe nobis nunquam defuturum, illius promiſſis acquieſcamus. Atque ita fiet ut imminentia pericula metuamus quidem, ſed non ultra modum: & ſemper forti animo ſimus, quandoquidem auxilium noſtrum in Deo ſitum eſt, in quo ſolo, noſtram infirmitatem fatentes, conquieſcimus. Quare

altare, in quo viſionem habuerat, erigentis. Nam mandatis Dei parêre illos oportebat, qui prohibuerat illos deinceps ſibi ullum altare ex ſuo arbitrio & voluntate conſtruere; quandoquidem Dei erat Leges ipſis imponere, & ſibi debitum honorem poſcere. Deus vero templum in monte Sion ædificari juſſerat; populus autem in Bethel ſacrificabat: & idcirco Prophetæ dicunt, Domum illam Bethel in poſterum Bethaven, id eſt, domum iniquitatis, vocatum iri. Cæterum quod Sauli tempus à Samuele præſcriptum dicitur, ſecundum quod exſpectari à Saule debuit, mirum videri poſſet, & Saulem ſpe ſua interim fruſtrari. Nam quare Samuel, ſi à Deo conſtitutum erat, præſcripto tempore non adveniebat? Sane defectus hìc apparet maximus, & quidem ſoli Samueli videtur imputandus. Et quidem aliquis dicat etiam Prophetæ nomine abuſum ad Saulem decipiendum, ac proinde Dei nomen blaſphemis hominum vocibus expoſuiſſe lacerandum. Nam quum Deus aliquid per Prophetas edicit, oportet illud impleri reipſa, ut non fruſtra Deus loquutus videatur; & nullus hominum mentibus ſcrupulus injiciatur. Verum enimvero memoria repetendum nobis eſt, quod ſæpe in Sacris occurrit, nempe Deum ſæpe ſuorum explorare patientiam, quum non apparet ipſis auxilium ferens tam repente quam ipſi optarent, aut ſibi perſuaſerant: aut etiam quando videtur verbo ſuo quodammodo repugnare. Exempli gratia, apud Iſaïam Prophetam Deus dicit ſe cogitaſſe de nobis ſubveniendo antequam ad ipſum vociferemur. Quæ promiſſio ad noſtri temporis fideles pertinet, vel ipſo teſte Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui hoc ipſum ore ſuo ſacro pronunciavit. Deus itaque ſe illis verbis oſtendit fore favorabilem & propitium omnibus ſuis fidelibus: neque exſpectaturum donec gemitus ipſorum ad ſe perveniant, & in vitæ diſcrimen adducantur: ſed ſe præventurum eos aſſeverat. Alibi vero dicit, ſe ſtatim ubi ad ipſum clamaverint, manum habiturum ad auxiliandum ipſis paratiſſimam. Et alio loco etiam profitetur ſe aurem attentiſſimam ad fidelium preces habiturum. Has omnes promiſſiones quæ paſſim in Sacris occurrunt ſi in unum collegerimus, facile judicabimus Deum non exſpectaturum quum in ſummas difficultates & anguſtias inciderimus, ut precibus ipſum interpellemus, & auxilium imploremus. Verum experientia prorſus contrarium evenire docemur: quandoquidem in extremum vitæ diſcrimen adducti à mane ad veſperam: & de die millies ad Deum exclamamus, auxilium ejus implorantes, & languentes ac penè deficientes vociferamur, & tamen dies abit ſine auxilio, & videtur Deus preces noſtras non audiviſſe. Imo creſcentibus malis, videtur potius à nobis receſſiſſe, & pro auxilio in mortis diſcrimen conjeciſſe. Verum iſtis rationibus fieri experimentum patientiæ illum nunquam nobis defuturum, neque auxilium ſuum tardaturum. Sed ſi noſtræ impatientiæ locum demus, ſemper tardare Deum exiſtimabimus. Nam niſi ſingulis momentis quibus eum invocamus, ejus auxilium ſenſerimus, ſemper moram facere illum arbitrabimur, & miris modis cruciabimur. Atque hoc Iſraëlitico populo & Sauli contigiſſe videmus, in quibus tanquam in ſpeculo, aut imagine viva, poſſumus ea quæ ſupra diximus contemplari: nempe Deum, ſi illum intueamur, nunquam deeſſe nobis, quin opportunum ſemper adferat auxilium, quandoquidem preces noſtras illum prævenire certum eſt. Verum quomodo in Deum intuebimur, niſi ipſemet oculos nobis aperiat, & nos Sancti ſui Spiritus virtute præveniat? Sic enim loquitur Scriptura, docens Spiritum Dei facere in nobis ut ad Deum tanquam ad Patrem confugiamus, & in illum omnes curas & ſollicitudines noſtras conjiciamus. Atque D. Paulus in epiſtola ad Rom. 8. cap. fideles ad hanc gratiæ Dei meditationem hortatur, quum ait Spiritum interpellare pro nobis ſuſpiriis inenarrabilibus. Sane inde ſatis conſpicuum eſt nos à Deo ſemper præveniri, licet longe abeſſe humanis ſenſibus & externa ſpecie videatur. Quare licet Deus vultum ſuum occultare, vel dormitare, vel tergum vertere, vel noſtri oblivisci videatur, tamen jam ab illo nos conſpectos & exauditos certum eſt: alioquin ſingulis momentis perituros. Ecquis enim neſcit Diaboli fraudes, qui nobis ſemper inſidiatur, & viribus corporis & animæ proſtratos momento dejicit & opprimit? Nam Leo ille eſt rugiens, ut ait Petrus, ſemper obambulans, & quærens quem devoret. Nos vero tam infirmi, ut vix muſcæ, ut ita dicam, ad illum comparati videamur. Quare neceſſe eſt exauditas prius preces noſtras, & nos præventos à Deo, ſed non ex noſtræ rationis ſenſu & arbitrio, ut voluit Saul. Cui ſane Samuel minime defuit. Nam ſe juſſerat exſpectari ad ſeptimum uſque diem, quo ſe venturum promiſerat. Sed eo die exſpectatus non venit. Imo dies ille nondum præterierat. Sed Saul cum populo tædio afficitur, & non venturum Samuelem ſuſpicatur: itaque ſtupore quodam & horrore percutitur: & animi anxius, holocauſtum offerre aggreditur. Conſpicuus igitur ipſius ex mera diffidentia lapſus. Scire enim illum oportuit, Deum diebus & menſibus præeſſe & dominari: ac proinde potius producturum fuiſſe diem illum, ut temporibus Joſue factum legimus, quam fidem datam falleret. Quid igitur eum impediebat quominus exſpectaret diem integrum, donec præteriret? Sane magnam dubitandi & metuendi occaſionem habuit, ſenſim dilabente populo: verum ad ordinarium remedium illi fuit confugiendum, preces nimirum quibus à Deo peteret ut Samuelis adventum maturaret: & quicquid accideret, Dei verbis fides adhibenda fuit: & non

Rom. 8. verſ. 26.

1 Pet. 5. verſ. 8.

Digitized by Google

vacuemus, ſed illi ſoli acquieſcamus: atque adeo ſi morari videbitur, non fruſtra id fieri perſuaſum habeamus, atque in ipſius providentiam temporum & opportunitatum adminiſtrationem rejiciamus: atque interim ſciamus illum ſic de nobis fore ſollicitum, ut nunquam ipſius auxilium nos, ne ad momentum: ac proinde in ſummis periculis, nobis ipſis & propriis viribus diffiſi, peccatorumque conſcii, ad ipſum confugere ne dubitemus: deinde ubi auxilium ipſius reipſa fuerimus experti, gratias immortales eidem agamus, quod opportuno tempore nobis auxilium tulerit.

HOMILIA QUADRAGESIMA SEXTA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. XIII.

8. Et exſpectavit ſeptem diebus juxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapſuſque eſt populus ab eo.

9. Ait ergo Saul, Afferte mihi holocauſtum, & pacifica: & obtulit holocauſtum.

10. Quumque compleſſent, offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat, & egreſſus eſt Saul obviam ei, ut ſalutaret eum.

11. Loquutuſque eſt ad eum Samuel, Quid feciſti? Reſpondit Saul, Quia vidi quod populus dilaberetur à me, & tu non veneras juxta conſtitutos dies, porro Philiſtiim congregati fuerant in Machmas.

12. Dixi, Nunc deſcendent Philiſtiim ad me in Galgala, & faciem Domini non placavi. Neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum Domino.

13. Dixitque Samuel ad Saul, Stulte egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, jam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum.

14. Sed nequaquam regnum tuum ultra conſurget. Quæſivit Dominus ſibi virum juxta cor ſuum: & præcepit ei Dominus, ut eſſet Dux ſuper populum ſuum, eo quod non ſervaveris quæ præcepit Dominus.

HEſterna concione didicimus, verum uſum noſtræ fidei poſitum in eo eſſe, ut quod auxilium nobis Deus promiſit, patienter exſpectemus. Certum enim eſt, Deum, pro ſua parte temporum opportunitatem in manu habentem, nunquam nobis, ne momento quidem, defuturum. Sed noſtri reſpectu tanta eſt impatientia, ut niſi quo momento volumus accurrat, res noſtræ deploratæ videantur. Quamobrem affectus noſtros retineri, velut habenis, oportet, ut ipſi pro voluntate operandi ſpatium relinquamus, quemadmodum nobis utile eſſe & expedire cognovit, ne noſtro fervore & impatientia ipſum prævertamus. Ac proinde, ut heri docuimus, Saul inſigne nobis iſtius rei exemplum proponitur: nam prima quidem fronte videretur excuſandus, quod ad ſeptimum uſque diem exſpectaſſet, & præſcriptum à Propheta tempus jam præteriiſſet: ac proinde ſacrificium offerendi libertatem haberet. Deinde & neceſſitate quadam adductus videtur, non motu proprio, neque ambitione, neque in cultus Dei ludibrium & contemtum: ſed quod populus à ſe dilaberetur & diſſiparetur, ac proinde ſolus à ſuis relinqueretur: quamobrem quum nihil ſibi reliquum ad ſalutem arbitraretur, ad

genere hoc exemplo ſapere, & in unum Deum ejuſque providentiam ita recumbere, ut ipſe nobis legem, non illi nos imponamus: neque ad hunc vel illum diem ipſius opem alligemus: ſed fidelem eſſe Deum perſuaſi, illi acquieſcamus: atque illum, licet noſtra opinione tardius adveniat, mature ſemper adfuturum ne dubitemus. Neque enim rebus creatis & mortalibus ſimilis eſt Deus, quibus effluunt occaſiones, quas deinceps nequeunt recuperare: ſed Deo ſuæ ſemper conſtant rationes efficiendi quod decrevit, & quod ab illo ſperamus ipſius verbo freti. Sane multi peccant hic impatientia & errore. Conſpicuum id fit Saræ exemplo, matris fidelium, quæ virum etiam ſuum Abrahamum in eundem ſecum errorem induxit. Namque Abrahamus acceperat promiſſionem futuræ poſteritatis. Sed jam provectioris ætatis erat: & Sara ſterilis & extra ætatem quæ poſſet concipere. Verumtamen ſine prole, nulla ipſis ſpes ſalutis ſupereſt. Neque enim tantum liberos ad poſſidendum terram, quam à Domino acceperant in hæreditatem, exſpectabant: ſed ſanctum ac benedictum ſemen, ex quo Chriſtus ſalus totius mundi oriundus, expetebant. Sara itaque hic maximis difficultatibus arctatur, rationemque ex impatientia, Dei verbo contrariam init. Nam Abrahamo contra Dei Legem aliam uxorem, puta ancillam, matrimonio jungit: & ita efficit ut ordinem quem oportebat eſſe inviolabilem tranſgrediatur. Sed quid inde tandem oritur? Nempe adulterinum ſemen quo tota familia perturbatur Abrahami: adeo ut ipſe cogatur veluti ſua viſcera projicere, quod nimium præceps fuiſſet: & tali pœna non eſſet indignus, quod in Deo non totus acquieviſſet. Idem Saræ lapſus, quæ nimium præceps Dei gratiam prævenit, non exſpectato tempore quod Deus ipſe præfixerat. Non cognoverunt, Deum ita dubios illos tenere, ut fide objectum illud, Quid nobis miſeris fiet ſine prole? ſuperarent. Nulla promiſſionis illius ſpes apparet. Atqui majus pondus apud illos oportuit habere Dei verbum, ac ſibi perſuadere, licet cœlum & terra cum omnibus elementis adverſus ipſos conſpirarent, nihilominus tamen Deum ſuas promiſſiones impleturum. Quæ quum ita ſint, hodie nobis ea documento eſſe oportet, & ex illis in Dei ſchola tantum promovere, ut noſtris affectibus locum non demus, neque impatientia & intemperantia æſtuemus: ſed quod Deus proponit ſequamur, & quod tam ſæpe Scriptura monet & repetit uſurpemus, nimirum, Exſpectate, ſuſtinete, patienter tolerate. Ac ſane ſi innati hujus vitii in nobis, feſtinationis, inquam, & præcipitantiæ vim & efficaciam attendamus, hanc doctrinam non modo non ſuperfluam eſſe, ſed maxime neceſſariam comperiemus: hodierprofequi ſtudet eum quem Deus præfecerat ipſi, & ducem ac ductorem eidem commiſerat. Porro vox illa, *benedicendi*, idem ſignificat ac Salutare, & bene precari, ut ſolemus diem fauſtum precari, aut bonam valetudinem, quoniam obviam facti alii aliis debemus Deum pro ſalute ipſorum precari. Variæ quidem ſunt iſtiusmodi ſalutationes, quarum tamen omnium hic ſcopus eſt, ut Dei nomen ſuper eos invocemus quibus bene eſſe volumus, cujusmodi preces uſitatæ apud nos, Fauſtum tibi diem precor, Deus tibi benedicat, Deus tibi valetudinem concedat, & ſimiles, quibus nos ab unico Deo felicitatem exſpectare demonſtramus. Verum hic ſæpiſſime à multis peccatur, qui urbanitate & civilitate quadam, ac more potius quam precandi ſtudio, temere Dei nomen aſſumunt, parum cogitantes quid precibus illis à Deo poſtulent. Quin etiam ſæpe in ſermone à multis peccatur, qui alteri jubent dari ſuo nomine fauſtum diem, quaſi ſit in hominum poteſtate, fauſtum alicui diem dare. Mera ſane illa eſt ineptia, imo nimium impudens arrogantia. Verùm iſtud eſt animis noſtris infigendum, ut quum alii aliis occurrimus, in mentem veniat qui qualeſque ſimus, quamque neceſſe ſit nos Dei miſericordiæ commendari, ſine cujus ope & bonitate ne paſſum quidem promovere, neque feliciter quicquam agere poſſumus. Sed hæc obiter dicta ſunto,
pergamus ad reliqua: ſequitur itaque, Samuelem à *verſ.* 11.
Saule ita ſalutatum, interrogaſſe illum, quid feciſſet. Ubi obſervandum, Samuelem, antequam in Saulem ferat ſententiam, facere illi poteſtatem factum ſuum defendendi. Quæ ſane optima eſt recti judicii forma, ut de facto prius conſtet, quo deinde judicium fiat. Næ poterat Samuel primo ſtatim occurſu increpare Saulem, & inſaniam illi exprobrare: ſed quum quærit ex ipſo quid fecerit, defenſionem, ſiquam habebat, jubet eum proferre: qua deinde audita, nihilominus hominem condemnat. Porro nobis inquirendum hoc loco, qua in re Saul peccarit. Multi exiſtimant peccaſſe illum uſurpantem Sacerdotis officium, quod eum non decebat. Et ſane ſi hoc ita eſſet, graves pœnas crimen illud merebatur. Notum enim quæ pœna deinceps Oziam Regem exceperit, ſuffitum ad altare adolentem, nempe lepra qua repente percuſſus eſt. Quid ita vero? Nempe quod non contentus Regia illa, quam à Domino conſequutus erat, dignitate, duo munera confundere voluerit, quæ Dominus diſtinxerat, & manu propria adolere contra Legis divinæ mandatum. Itaque lepra percuſſus & Regia dignitate ſpoliatus & exauctoratus eſt, ac, ut reliqui leproſi, ſeparatus à reliquis, vitam miſeram cum ſummo dedecore & ignominia conjunctam tranſegit. Verum non eſt veriſimile Saulem ipſum ſacrificium obtuliſſe ſine

Sacer-

Digitized by Google

auxilium haberet, non uſus eſt. Nam quum dilabi populum & metu perculſum ſe domum recipere videret, cur non advocabat Ahiazum, ut deinceps fecit, & os Domini interrogabat? Nam Deus promiſerat ſe præſentem adfuturum omnibus ipſum in fide & veritate invocantibus. Ahias vero quum Ephod haberet, veluti præſentem Chriſtum exhibebat, in cujus nomine familiaris ad Deum acceſſus patet. Quare quum Saul tantum beneficium præſens neglexerit, merito condemnatur. Nam primum nimia illa feſtinatio fuit contraria fidei, & cum rebellione conjuncta: ad quam acceſſit ingratitudo, remedium oblatum, ſi modo advertiſſet, rejiciens. Atqui certum eſt non contemtu aut faſtidio Saulem hoc beneficium rejeciſſe: ſed terrore & metu perculſum fuiſſe, ut neque meminerit Ephod, neque Sacerdotis. Ex quibus allata ſuperius doctrina clarius elucet, ita eſſe noſtros omnes affectus cohibendos & frenandos, ut nos totos in Dei obſequium componamus, & vera fide in eo perſeveremus. Ac ſi forte Deus occultare ſe videatur, & in maximas anguſtias redigamur, nihilominus tamen de ipſius erga nos egregia voluntate perſuaſi ſimus, exſpectantes ejus auxilium opportuno ſemper tempore præſens adfuturum, modo in illo invocando perſeveremus. Et quicunque caſus evenerint, omnium rerum noſtrarum exitum in illius providentiam rejiciamus, & in illo ſolo conquieſcamus; ac ſummopere caveamus ne nimium nobis arrogemus, neve Deo nos regendi rationem præſcribere velimus. Deinde diſcendum ex hoc loco, metu in nobis dominante & ſenſus omnes occupante, rationi & judicio locum eripi: adeo ut quæcunque pericula ingruerint, animum ſtatim deſpondeamus. Nam rebus quidem ſecundis & proſperis fidem noſtram in Deum jactamus, & pro ſolo auxiliatore in rebus anguſtis & difficilibus habemus, denique quiſque fiduciam, quæ in unum Deum eſt conjicienda, prædicat & magnopere laudat. Sed ubi ad rem ventum eſt, & in res adverſas incidimus, quibus premimur, tanto metu percellimur, ut ex mente noſtra judicium abeat, & Dei promiſſiones, de quibus paulo ante tantopere lætabamur & gloriabamur, effluant: Dei voluntatem probare nequeamus, neque ipſius virtutem meditari: denique tanta perturbatio mentes occupet, ut quo nos vertamus neſciamus. Quare ſi nos Dei verbo regendos tradere volumus, adverſus iſtiuſmodi violentos affectus & paſſiones, quibus ita rapimur cuum eſt, illum ab omni ambitione aut arrogantia fuiſſe in hoc facto alienum, & ab omni contemtu Sacerdotalis dignitatis, ut ante diximus. Veruntamen non ideo excuſationi locus ipſi ullus factus eſt. Quamobrem diſcamus inutiles & irritas fore coram Deo noſtras omnes excuſationes, ſi quacunque tandem ratione quod ipſemet præſcripſerit tranſgrediamur: ac nullo prætextu poſſe noſtram inobedientiam tegi apud Deum. Tanti enim facit obedientiam, ut neque cœlum, neque terra, non denique totus mundus poſſit coram Deo juſtificare in obedientiam peccantes, quemcunque tandem pro ſe prætextum adferant. Nam quæ magis ſpecioſa poſſet adferri excuſatio iſta qua ſe apud Samuelem Saul tuebatur, Ego te ſeptem dies exſpectavi, & tamen non veniſti? Quin etiam ego te decennium exſpectaſſem, ſed quum animadverterem ſenſim dilabi perterritum populum, in maximis anguſtiis fui. Verbum Hebræum ſignificat, continui me, ut ſit ſenſus, valde coarctatus ſum, quaſi diceret, Sane libenter voluiſſem non ſacrificare, neque ad ſacrificandum cogi: ſed quum præſens periculum animadverti, veluti coarctatus ſum & in anguſtias redactus, ut vel invitus ſacrificare ſim coactus. Apparet ergo Saulis excuſatio, Ego te, inquit, ſeptem dies intra quos te promiſeras venturum exſpectavi, & interea magno numero coactos hoſtes adverſus me vidi facere incurſionem, & impetum, paratos ad me opprimendum: populum vero contra terrore percitum fuga ſibi quærere ſalutem: quare quid ego in his anguſtiis feciſſem? Ego vero in Deo meum auxilium poſitum ſciebam: ac proinde à me invocandum, & in iſtis anguſtiis conſulendum non ignorabam. Sed ſine ſacrificio non poteram. Itaque neceſſitate ad ſacrificandum adactus ſum: Deum enim in iſtis difficultatibus invocare volui: nihilque temere ſuſcepi. Neque enim mihi licebat Deo inconſulto, adverſus hoſtes copias ducere, & irruptionem in illos facere ſine mandato divino, & ſine teſtificatione voluntatis ipſius, quam ſciſcitari volui uſitata ratione, nempe facto ſacrificio. Ex quibus apparet, Saulem in illa ſua rebellione voluiſſe obedientiorem videri multis qui cum humilitate Deo obedire ſe ſimulant. Sane non poterat majore neque ſpecioſiore apud homines virtutis titulo Saul commendari quam quum poſt exſpectatum Samuelem, ſacrificio facto Deum invocaret. Nam niſi ſacrificaſſet, multorum ſermonibus accuſatus

fuiſſet,

rebus, neque ſtulta curioſitate aliquid à ſe alienum tentans: ſed neceſſitate adductus. Nam undique conſtringitur, inde ab hoſtibus, hinc à populo ipſum deſerente. Quid igitur hic agat miſer, quod conſilium in tam anguſtis rebus illi reliquum eſt, niſi ut ad Deum confugiat, & auxilium ab illo petat? Sed quomodo petat niſi facto ſacrificio? Quare Deum requirit, & ab illo pendêre & exſpectare auxilium ſe teſtatur: denique Saulẽm dixeris Angelicam virtutem hic præ ſe ferre. Verum enimvero licet excuſationes noſtras & bonas intentiones ſpecioſis verbis ornatas in medium adferamus, Deus tamen uno verbo pronunciat, ſe non accepturum ſacrificia præter ipſius mandatum facta: cui omnino ſententiæ eſt acquieſcendum. Quamobrem hic docemur non quærere effugia, quum Dei verbo reprehendimur, ne malum malo cumulemus. Quin etiam cavendum ſummopere ne ſpecie illa excuſationum decipiamur: quandoquidem ſolent homines ſpecioſis coloribus tegere & fucare, quæ ex arbitrii ſui ſenſu & propria voluntate faciunt contra Dei voluntatem. Nam exempli gratia, nonne Papiſticæ illæ ſuperſtitiones & illuſiones, quas Dei cultum vocant, ſpecioſis ſapientiæ rationibus fulciuntur? Sane Paulus ita loquitur, quum ſuo jam tempore quædam imaginariæ ſuperſtitiones in Dei cultum inveherentur, aliis Legales cerimonias retinentibus abſtinendo à cibis Lege Dei prohibitis, aliis vero hos & illos ritus ex ſuo ſenſu fingentibus, quæ
Col. 2. omnia dicit habere ſpeciem ſapientiæ & humilitatis.
verſ. 23. Nam qui his vel illis rebus abſtinebant, totidem modis carnem ſuam domare videbantur. Atque hæc eſt hodie Papiſtarum doctrina, quadrageſimale illud jejunium laudantium, tanquam neceſſarium ad carnem domandam & coërcendam remedium. Quaſi vero domandæ carnis ratio ſit, diſcrimen illud carnium & piſcium, & religio abſtinendi à carnis ſuillæ fruſtulo, facta interim poteſtate ventriculi & abdominis aliis delicatioribus cibis ad nauſeam uſque replendi, in quibus omnibus hominum præceptis magnam ſapientiam oſtentant. Sed Paulus fideles admonet de iſtis, ut diſcant hominum Inventiones fugere, quod inanes & irritæ ſint, & in fumos abeant. Itaque licet hominum judicio Saul prudenter feciſſe dici poſſit, quum ſacrificium fecit Deum conſulturus, & in rebus anguſtis invocaturus: tamen contrarium apparet ex Prophetæ Samuelis reſponſo, quum Dei nomine & auctoritate Saulem
verſ. 13. ſic alloquitur, Stulte egiſti. Quamobrem cognoſcamus, quicquid ſine Dei mandato nobis placet, non modo ſtultitiam fore coram Deo, ſed etiam abomi-
Luc. 16. nationem, ut dicit Dominus apud Lucam, quod
verſ. 15. apud homines ſublime eſt, abominationem eſſe in conſpectu Dei. Et tamen ea eſt hominum vecordia, ut quicquid animo finxerint, Deo gratum

noſtram menſuram aut ſtateram & normam eadem appendere & examinare quum de boni & mali diſcrimine judicandum eſt. Nihil enim aliud quam mendacium & inanis illuſio noſtra quæcunque commenta deprehendentur, & in operibus infidelitas apparebit. Quare cavendum ſummopere ne hic falſis noſtris ponderibus, & ſtateris locum demus in diſcernendo bono à malo: ſed ex ſolo Dei verbo pendeamus, & ad illud tanquam unicam normam facta omnia dictaque noſtra exigamus. Atque iſta ſunt nobis ex Saulis increpatione retinenda. Cæterum obſervanda viciſſim Samuelis in Saule corripiendo modeſtia. Nam etſi Rex ipſe ſalutet ipſum officioſe, nihilominus tamen ab officio non recedit, quin cordate munus ſuum exequatur, & Saulem duriter increpet, ut facti ratio poſtulabat, & Deus ipſe jubebat. Hic igitur inſigne exemplar proponitur imitandum omnibus verbi Divini doctoribus & miniſtris, ut nimirum nullis neque minis, neque adulationibus, ab officio deterreantur: ſed officio ſuo fungantur: ac ſi vel odio, vel contemtu premantur, nihilominus tamen in vocatione forti & præſenti animo perſeverent, & hominum malitiam flocci faciant, & adverſus eam audaciores eant. Sin contra vel honoribus vel blanditiis demulceantur, Deo tamen in primis ſerviendum ſciant, eorumque ſaluti conſulendum, quorum ipſis à Domino cura commiſſa eſt: licet durius excipere illos debeant, & ſcabiem illorum refricare, nullo modo parcentes vitiis, quotieſcunque ſe occaſio obtulerit, ne prodere ſalutem ipſorum videantur, & in ultimum exitium conjicere. Sed viciſſim cavendum ne aliqui ſe verbo Dei reprehendi moleſte ferant; ſed Paulinam doctrinam uſurpent, nimirum ita compoſitos mores habeant, ut intrantes in Chriſtianorum cœtum infideles arguantur, & honorem verbo Dei debitum habere cogantur. Nam ſi Paulus iſta de incredulis & miſeris hominibus, qui nullum antea Divinæ Majeſtatis ſenſum habuerant, denſiſſimis ignorantiæ tenebris immerſi, protulit, quanto magis debet habere vim in iis qui ſe verbi Divini auditores, & gregis Divini oves profitentur? Quare diſcamus admoniti & durius increpati de peccatis non indignari, neque obloqui & reſponſare: ſed modeſte & placide correctionem admittere, quæ in bonum & utilitatem noſtram, à paſtoribus aut aliis facta, cedit. Sane Saul non admiſit Samuelis reprehenſionem: nam cœpit tum ſuffugia quærere. Et deinceps etiam videbimus eum longius ab officio, tam acri reprehenſione Samuelis offenſum, receſſiſſe. Sed cavendum ne illius imitemur feſtinationem, multoque minus rebellionem & contumaciam, in quam ſe præcipitem dedit. Nam horrenda deinceps confuſio in ipſius caput & poſteros incidit. Quare quotieſcunque Deus acrius nos increpabit,

docile[s]

[illegible] Saulis confirmari & ſtabiliri non potuiſſe, neque in alia ulla tribu: aut Dei veritatem deſtrui oportuiſſe, & in Deo inconſtantiam fuiſſe dici & mutabilitatem, quod nimis abſurdum foret, & ſine blaſphemia ne cogitari quidem poteſt. Hic nodus ut expediatur, obſervandum, Deum non ſemper nobis conſilium ſuum arcanum & incomprehenſibile revelare: quod non ſine cauſa apud Prophetam abyſſus immenſa dicitur: ſed propter noſtram infirmitatem & hebetudinem in cauſis inferioribus retinere. Quoniam enim non poſſumus ad conſilium uſque ipſius inenarrabile conſcendere, neque ipſius Majeſtatem ferre, Deus noſtræ infirmitatis rationem habens, ſeſe nobis accommodat, & modum aliquem proponit, per quem voluntatem ſuam nobis patefacit. Quare quum Deus alicui minatur, ad pœnitentiam iſtis comminationibus eum vocat, &, ſi convertatur à priſtina vita & vitiis ad meliorem frugem, ſe viciſſim converſum iri dicit. Sane Deus non mutatur, ut mutantur homines, neque ab hominum pœnitentia pendet, aut ex hominum factis conſilium capit. Neque enim hominum pœnitentia poteſt quæ futura ſunt immutare: ſunt enim mobiles & inconſtantes, & in horas mutantur: quæ varietas & mutabilitas in Deum cadere non poteſt, cui omnia futura præſentia ſunt: quare pœnitere illum non poteſt. Verum Deus ita loquitur, noſtræ infirmitatis reſpectu. Sic itaque Propheta Samuel increpat Saulem, quum dicit, ſtabiliturum fuiſſe Jehovam regnum ipſius apud Iſraëlitas, ſi Dei mandato fuiſſet obſequens: ut verum id futurum fuerit, ſi Saul conditionem illam appoſitam obſervaſſet. Sed iſta ſunt ſic expendenda, ne Dei conſilia & arcana incomprehenſibilia curioſius ſcrutemur. Nam ſi Saul officium Regis inoffenſo pede facere perrexiſſet, Dei benedictionibus cumulatus fuiſſet, & novis ſemper donis auctus: ſui enim ſimilis ſemper eſt Deus. Sed etiam hic obſervandum, Deum, ut viam faciat arcano illi ſuo, æterno & incomprehenſibili decreto, ſæpe uti mediis cauſis inferioribus. Et ita factum ut Saul à recta via aberrarit, ut Deus regnum Davidis in tribu Juda erigeret, & Davidem in illius poſſeſſionem mitteret. Lapſus itaque Saulis fuit cauſa media vel inferior electionis Davidis. Ita D. Paulus, de Judæorum caſu loquens, ait illorum lapſum & ruinam cauſam eſſe noſtræ vitæ & ſalutis. Quod enim à Deo alieni facti ſunt, inde factum ut Deo reconciliati fuerimus ad ſalutis promiſſionem obtinen-

Rom. 11. verſ. 11.

maret ad recenſendum & luſtrandum populum, contra expreſſum mandatum Legis, fuiſſe Dei conſilium ut populus puniretur. David tamen ambitione peccabat, & ſolus iſtius facti reus videbatur. Et nominatim dicitur Deus cor Davidis impuliſſe. Sane. Sed Deus arcanum ſuum conſilium novit. Ex quibus apparet, Deum habere ſuum conſilium admirandum, quod nunquam mutatur, neque variatur: & tamen uti mediis inferioribus quibus ſuum conſilium ad præſcriptum finem deducat. Sed quæ, obſecro, media? Sane vias obliquas, & temere huc illuc aberrantes ſequi videtur, imo fini & ſcopo ad quem collimat penitus repugnantes. Sed noſtro judicio. Verum hoc ita fieri teneamus ne nimium nobis ſapiamus, & potius ad illa arcana cæcutiamus, quantum Deo videbitur. Cæcutiamus, inquam, in illis divinis conſiliis, ſic, ne in ea quæ captus noſtri vires ſuperant inquiramus. Neque enim cæcutiendum, quum voluntas ipſius cognoſcenda eſt, ut ad eam vias noſtras dirigamus, & facta omnia noſtra, dicta & cogitationes exigamus. Quamobrem, quum hic Scriptura dicit regnum Saulis ſtabilitum fore in Saulis manu, ſi Dei mandatis obſequutus fuiſſet, veriſſimum eſt. Sed viciſſim Deus contumacia Saulis ut media cauſa eſt uſus ad faciendam viam electioni Davidis, & divinorum oraculorum impletioni. Deus itaque lapſum iſtum Saulis ſubordinarat decreto ſuo: ac proinde tum lapſus Saul exauctoratus eſt, & Regia dignitate pulſus: & merito quidem. Quis enim audeat Dei conſiliis obloqui, & in Deum ſui peccati aliquam culpam conjicere, quum Saulem condemnare cogamur, qui propria conſcientia convincebatur & confeſſione propria urgebatur? Næ ſi Saul ipſe delictum confiteri cogitur, ſeque reum agnoſcit, os omne claudi oportet, & omne murmur ceſſare, ne quis Deo obloquatur & obſtrepat: & confiteri, regnum illud irrevocabile, quod Davidi debebatur, non potuiſſe in Saulis manu ſtabiliri. Sed mediam cauſam quæ in ſenſus noſtros incurrit & quæ ſatis nota eſt, lapſum Saulis, inquam, ſciamus fuiſſe cauſam ademti Sauli regni, & in Davidem translati. Et hactenus de iſtis. Quamobrem ex iſtis diſcamus æterna Dei conſilia ſuſpicere & adorare, quum ſenſuum noſtrorum captum ſuperant: & ab omni curioſa inquiſitione abſtinentes, Deum ſobrie & cum timore & reverentia veneremur & adoremus. Ac ſi Deus mediis utatur de quibus nunquam cogitaverimus, cum ſciamus juſtitiam ſuam & admirabi-

Digitized by Google

hendamus quæ jam infinitis partibus omnes noſtros ſenſus ſuperant, & occulta ſunt. Sic enim Deus iſta diſpoſuit. Et hactenus de propoſita illa quæſtione, quomodo manſurum fuiſſe & ſtabiliendum dicatur regnum in manu & familia Saulis, ſi Dei verbo ſe obſequentem præſtitiſſet. Deus enim labi illum voluit, ut Davidem in Regiam dignitatem eveheret, & in regni poſſeſſionem mitteret. Idcirco dicitur Deus hominem ſecundum cor ſuum reperiſſe: quibus verbis Samuel oſtendit merito Saulem fuiſſe rejectum. Neque enim æternum illud decretum reſpicit, quo Deus per Prophetam ſuum prædixit ſceptrum à tribu Juda nunquam receſſurum. Sed hominem ſe dicit reperiſſe ſecundum animum ſuum, quod Saul ſua culpa exauctoratus ſit: quod à Deo propter peccatum non eſſet approbatus, ſed rejectus. Atque hanc ob cauſam regnum ipſius non fuit diuturnum. Cæterum veriſſimum eſt, Davidem graviſſime in multis Deum offendiſſe: & quidem longe gravius quam Saul in hoc facto. Neque enim aut terrore perculſus, aut alio vehementiore metu adactus eſt ad Uriam interficiendum, ſed ſuo ipſius libidine. Ita igitur juſſus eſt Samuel Saulem alloqui, quod apud Dei decretum æternum ita eſſet conſtitutum: & deinceps ipſo uſu ratum factum eſt.

Jam vero procidamus ante Dei Opt. Max. Majeſtatem, eique ſiamus ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, veniam deprecemur, ita tamen ut illorum ſerio ſenſu affecti, magis ac magis eadem abhorreamus, & ad ipſum convertamur, & in dies majores profectus in ipſius verbo faciamus, quo magis magiſque omnibus noſtris affectibus & prudentiæ ac rationi noſtræ renunciemus, tantùm vanitatem & mendacium quicquid à nobis eſt agnoſcentes. Atque ut ſic eum in omni vita noſtra glorificemus, ut pure & ſincere ac ſine fuco ipſum colentes, gratum ipſi ſacrificium offeramus, & ad ipſius verbi normam facta omnia noſtra exigamus, atque ad ejus obſequium ita nos componamus, ut omnem fiduciam noſtram in illo collocemus, & quæcunque remoram aliquam nobis injicerent, & ab illo ſequendo deterrerent, fugiamus & abominemur.

HOMILIA QUADRAGESIMA SEPTIMA IN I. LIB. SAMUELIS.

CAP. XIII.

15. Surrexit autem Samuel, & aſcendit de Galgalis in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recenſuit Saul populum, qui inventi fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros.

16. Et Saul & Jonathas filius ejus, populuſque qui inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin, porro Philiſtiim conſederant in Machmas.

17. Et egreſſi ſunt ad prædandum de caſtris Philiſtinorum tres cunei: unus cuneus pergebat contra viam Ephra ad terram Sual.

18. Porro alius ingrediebatur per viam Bethharon: tertius autem verterat ſe ad iter termini imminentis valli Siboïm contra deſertum.

19. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Iſraël: caverant enim Philiſtiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam.

20. Deſcendebat ergo omnis Iſraël ad Philiſtiim, ut exacueret unuſquiſque vomerem ſuum, & ligonem, & ſecurim, & ſarculum.

21. Retuſæ itaque erant acies vomerum, & ligonum, & tridentium, & ſecurium, uſque ad ſtimulum corrigendum.

22. Cumque veniſſet dies prælii, non eſt inventus enſis & lancea in manu totius populi qui erat cum Saule & Jonatha, excepto Saul & Jonatha filio ejus.

23. Egreſſa eſt autem ſtatio Philiſtiim ut tranſcenderet in Machmas.

CAP. XIV.

Digitized by Google

11. Apparuit igitur uterque ſtationi Philiſtinorum, dixeruntque Philiſtiim, En
Hebræi egrediuntur de cavernis in quibus abſconditi fuerant.
12. Et loquuti ſunt viri de ſtatione ad Jonathan & ad armigerum ejus, dixeruntque,
Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem. Et ait Jonathas ad armigerum ſuum, Aſcen-
damus, ſequere me, tradidit enim Dominus eos in manus Iſraël.
13. Aſcendit autem Jonathas manibus & pedibus reptans, & armiger ejus poſt eum:
itaque alii cadebant ante Jonathan, alios armiger ejus interficiebat ſequens eum.
14. Et facta eſt plaga prima, qua percuſſit Jonathas & armiger ejus, quaſi viginti vi-
ros, in media parte jugeris, quod par boum in die arare conſuevit.
15. Et factum eſt miraculum in caſtris per agros, & omnis populus ſtationis eorum,
qui ierant ad prædandum, obſtupuit, & conturbata eſt terra, & accidit quaſi miracu-
lum à Deo.
16. Et reſpexerunt ſpeculatores Saul, qui erant in Gabaa Benjamin, & ecce multitudo
proſtrata, & huc illucque diffugiens.
17. Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis.
Quumque requiſiſſent, repertum eſt non adeſſe Jonathan & armigerum ejus.

EX ſuperioribus didicimus quam admirandis & inopinatis rationibus Deus populum ſuum Iſraëliticum liberaſſet: & Saulem interea oſtendiſſet indignum qui in ullam iſtius victoriæ laudis partem veniret. Nam oportuit ipſum ignominiæ parte, quam inurendam illi ſupra docuimus, jam affici. Itaque hic in primis dicitur Saul, luſtrato exercitu, tantum ſexcentis hominibus fuiſſe ſtipatus: quum antea viderimus illum ingenti multitudine populi cinctum, ut potuerit exercitum in prælium educere tercentum & triginta mille hominum. Porro Philiſtæorum exercitus efficiebat triginta mille currus: & ſex mille equites: peditum vero tantam multitudinem, ut eſſet ſicut arena quæ eſt in litore maris. Quamobrem de populi Iſraëlitici ſalute actum videtur, & jam præda certiſſima Philiſtæis futurus. Verum Deus virtutis & potentiæ ſuæ ac favoris erga populum ſplendori viam hic patefacere voluit, ut populus in iſtis anguſtiis ad Deum converſus ab illo ſuppetias peteret: vel ſi forte ingenti metu & horrore perculſus ad Deum confugere non recordaretur, parta ſaltem victoria, & debellatis hoſtibus, Deo ſoli gloriam tribuere meminiſſet totius victoriæ, ne quam ſibi homines partem laudis vendicarent. Neque enim fruſtra dixit Propheta, Deum non delectari equi fortitudine: quod etiam hominibus merito poſſumus applicare. Minime id quidem quaſi Deus opus ſuum oderit. Nam ſi fortis equus & robuſtus nobis contigerit, ſane poſſumus eo ad res neceſſarias uti: & ſi viribus præditi ſunt homines, Dei donum eſſe certum eſt, minime contemnendum. Sed quoniam proclives ſumus ad ambitionem & arrogantiam mediis iſtiuſmodi exornati, ut nobis videamur ſatis ex nobis ipſis validi ad nos tutandos: idcirco dicitur Deus illis mediis non delectari: ne in illis fiduciam noſtram collocemus & acquieſcamus: ſed ut ad Deum confugientes, ab illo ſolo ſalutem ſperemus, & in omn ihumilitate illum invocantes, debitum honorem reddamus. Porro Deum ardentibus & ſinceris precibus interpellare non poſſumus, niſi in anguſtias redacti fuerimus & inopiam noſtram ſenſerimus. Nam ſi rebus omnibus neceſſariis inſtructi nobis videamur, & voti facti compotes omnia ex animi ſententia ſuccedant, Deum licet precemur, non ſerio affectu facimus, ſed tantum ex more & ritu quodam externo. Quapropter neceſſe eſt nos rebus omnibus deſtitui, eo uſque ut inopia nos ad Deum deducat, tanta quidem animi vehementia, ut ipſi debitum honorem reddamus: & non tantum ore ſed reipſa & ex animo profiteamur ſalutem noſtram ab illo ſolo pendêre, ſine cujus favore & benevolentia noſtra ſalus periclitetur, & de nobis ſic actum ſit, ut nulla ſalus ſupereſſe videatur. Quamobrem minime dubium eſt quin Deus voluerit populum ſuum inermem eſſe, & rebus

omni-

Digitized by Google

ignominia obruendi. Hæc, inquam, omnia ſi nobis contigerint, agnoſcamus jam olim hanc fuiſſe Eccleſiæ conditionem, Deo partim ita puniente peccata illorum qui ingrati in ipſum fuerant, & immemores beneficiorum ab ipſo acceptorum: partim etiam eorum patientiam explorante, qui fideliter ipſum coluerunt & honorarunt. Hic itaque tanquam in imagine viva licet Eccleſiæ conditionem contemplari, quoties illam ſerio explorare Deo viſum eſt. Quid vero de Saule dicemus, qui non ita pridem exercitum collegerat tercentum mille hominum, jam vero ſolis ſexcentis hominibus ſtipatur. Profecto hiſtoriæ fidem faciunt, poſt ingentem ſtragem militum, tamen Imperatores receptis militibus auctoritatem ſuam retinuiſſe: & licet morte ante oculos verſante, milites ſuum Imperatorem nunquam deſeruiſſe. Hic vero licet nondum feciſſent hoſtes impetum, & Saul tuba milites excivifſet, qui magno numero primum advenerant, tamen ſenſim dilapſi ſunt, ut reliquos tantum homines ſexcentos Saul habuerit. Sed, obſecro, quam paratos & inſtructos ad prælium? Ne unus quidem gladium aut haſtam habuit qua ſe tueretur: ſolas ſecures aut ſtimulos, quibus fodiantur boves, reliquos habebant. Quare maximum hic Saulis ſtuporem inſpicimus: deinde etiam turpem populi fugam & diſſipationem ſummamque rerum confuſionem: quandoquidem de Dei auxilio non cogitantes, alii in ſpeluncas, alii in ciſternas, alii in ſylvas ſeſe abdiderunt, & quacunque ratione ſibi conſuluerunt: quo facto teſtati ſunt ſe fidem omnem & ſpem ſalutis tanquam rebus deſperatis projeciſſe. Quæ quum intuemur, diſcamus, ut ante monui, ſic in Deum fiduciam noſtram collocare, ut quum res noſtræ deploratæ videbuntur, & hoſtes viribus nos longe ſuperare, tamen non deſinamus ſperare Dei virtutem facillime quicquid contrarium nobis fuerit ſuperaturam: quandoquidem mortis exitus habet in poteſtate: ac proinde licet mille mortis diſcrimina ingruant, Deum tamen facile omnibus occurſurum & ex ipſis ſepulcri faucibus ſuos educturum. Nam quæ olim Iſraëlitis de hac re factæ ſunt promiſſiones, ad nos etiam
Zach. 4. verſ. 2. pertinent. Sane Zachariæ temporibus triſtis rerum in Iſraële facies erat, ſummaque perturbatio. Nam facta quidem erat populo redeundi poteſtas, & urbem ipſam templumque Dei reſtaurandi: ſed tamen undique premuntur. Et quidem eorum reſpectu qui in Babyloniam tranſportati fuerant, & in Chaldæam & alias regiones Orientales diſperſi, minima pars erat reverſa. Et quidem notum eſt factas illis promiſſiones Deum ſemen aliquod ipſis reſervaturum, & reliquam aliquam partem ſervatum iri, licet antea numerus infinitus & multitudo infinita fuiſſent. Sed ecce quam miſeri, ut velut oves in leonum verſentur

tæ verba pertinent. Certum enim eſt, Prophetam illis declaraſſe qualis ſit Eccleſiæ conditio, ex quo à captivitate Babylonica redemta fuit, imo ex quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus in hunc mundum venit. Quotieſcunque igitur hoſtium multitudine & minis terrebimur, quod ab illis jamjam laniandi videamur, ad iſtam promiſſionem confugiamus, futurum nobis inſtar fortiſſimorum aggerum & munitionum, nempe, non habendam nobis rationem neque gladiorum neque exercituum: ſed contentos eſſe oportere virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ ad ſalutem noſtram victoriam de hoſtibus reportatura eſt. Atque ex hoc loco doctrina hæc tam utilis eruenda eſt: & præter doctrinam utile eſt etiam exemplis confirmari, quale hoc loco Saulis occurrit, qui cum ſexcentis hominibus tantum manſiſſe ſolus dicitur, undequaque tamen hoſtibus ingenti multitudine illum cingentibus, ut deſperata ſalus Iſraëlitarum, & facilis hoſtibus victoria, etiam non diſtrictis gladiis, videretur. Itaque tum hoſtes triumphos quaſi jam parta victoria canebant: & minime dubium quin Dei nomen blaſphemis ſuis vocibus lacerarent, Deo ad tempus illos ferente. Sed tandem reipſa Deus patefecit, omnem illam hoſtium ſeſe tam alte efferentium arrogantiam in ſummum ipſorum dedecus & confuſionem verti. Quamobrem Dei contemtoribus ſuperbia & arrogantia turgentibus, & in fideles crudeliter ſævientibus, tanto propinquiorem ipſorum ruinam & dedecus eſſe ſciamus. Et ſi Deus eo uſque nos explorarit, ut hoſtes adverſus nos multa moliantur & aggrediantur, illo permittente, & illis ex animi ſententia res ſuccedant, adeo ut noſtra ſalus deplorata videatur, ne tamen dubitemus quin ipſe debitam illis mercedem præpararit: & loco ac tempore patefaciat ſe noſtri miſertum, etſi ad tempus faciem ſuam à nobis occultaſſe viſus ſit. Et de iſtis hactenus: transeamus ad ea quæ de Jonathano dicuntur. Ac primo quidem aſpectu nimium fuiſſe temerarius judicabitur, ſine judicio & ſine moderatione. Nam Saul ſolos ſexcentos reliquos milites & quidem inermes habebat adverſus hoſtium tot millia, nihilominus tamen caſtris clam egreditur cum armigero ſuo: & quidem eo tempore quo tres hoſtium cohortes egreſſæ erant ante primum agmen ad prædam faciendam; quibus Jonathanus temere occurrit, & quidem inſcio patre. Armatus quidem ad bellum exit, ſed quid unus adverſus tot cohortes? Quin armiger ipſius arma quibus ſe tueretur non habebat, niſi forte rutrum aut ſecurim, & quidem commodato. Vidimus enim ſupra, Philiſtæorum fraude factum ut apud Hebræos nullus faber inveniretur: ac ſi tandem libertatem habuerunt ad ferramenta conficienda, & molam ad exacuenda, non ſine metu tamen & terrore fuit.

Quare

… ipſos, & nos eis retegamus. Quis ſi dixerint, aſcendite ad nos, tum audacter adverſum ipſos procedemus: hoc enim erit ſignum ſocordiæ ipſorum quod egredi caſtris non audeant, *& hoc ſigno cognoſcemus Deum illos in manus noſtras tradidiſſe. Sed ſi dixerint, ſubſiſtite donec pervenerimus ad vos, tum ſtabimus in loco noſtro, & non aſcendemus ad eos:* ſignum enim iſtud audaciæ & fortitudinis. Quid iſtud, quæſo, rei eſt? Nonne dicas pueriles jocos, imo in tanta rerum diſcrimine meram inſaniam? Næ videtur Jonathanus non modo temerarius & inconſideratus, ſed etiam in Deum impius, quod eum tentarit omen accipiens ex re in ſpecie nulla & inani. Verum probari Deo factum iſtud videmus, & regi ab ipſo Jonathanum, traditis in ipſius manum hoſtibus, quos ante ipſius adſpectum occumbentes, & quaſi ſola ipſius umbra territos, armiger ipſius nullo negotio conficit. Quæ quum intuemur, nonne divinum opus ſuſpicere & admirari debemus? Nam quomodo perterriti Philiſtæi, & tanto pavore perculſi, ut metu occumbant, qui prius triumphos quaſi victores canebant? quomodo factum ut ab Iſraëlitis, ſine prælio fracti, cæſi, fugatique ſint, cædentibus Iſraëlitis eos quos metus ſemimortuos proſtraverat? Næ iſtud intuentes neceſſe eſt fateri Jonathanum nihil hic auſum & nihil cœpiſſe ſine divino ductu & impulſu: & fuiſſe veluti cæcum, viæ quam ingrederetur ignarum. En quibus quamque variis modis ſuorum miſertus Deus operetur: ſi bellum immittit quibus illos exploret, ſana conſilia & fortitudinem iiſdem ſubminiſtrat. Quod ſi non ita ſemper facit, & inopes illi conſilii & cæci quid acturi ſint neſciant, & anxii in ſummas rerum omnium difficultates veniant: nihilominus tamen contra exſpectationem noſtram Deus ita dirigit, & in anguſtiis manu ſuſtinet, ut noſtris conſiliis faveat, felicemque exitum largiatur, modo in ipſum ſolum recumbamus & negotia noſtra rejiciamus. Quapropter Deus ſæpe nos prius dejici & humiliari vult, & fieri inſtar infantium, ut conſilii inopes rerumque omnium egeni, & prorſus cæci & ignari rerum & futuri exitus, tamen bene ſperemus Deique promiſſionibus acquieſcamus, quandoquidem ſe noſtri curam habere profitetur, & nunquam paſſurum nos ita premi ut opprimamur: ſed in ſummis difficultatibus nobis adfuturum & ad felicem exitum res noſtras perducturum. Iſtorum exemplum eſto Jonathanus. In libris Judicum videmus Deum regit, ut tandem ad optatum portum ignorata tamen viæ noſtræ ratione veniamus. Ne itaque Jonathanum temeritatis accuſemus: ſed illum potius impulſu Dei tanquam ſomniantem, & extra ſe poſitum, credamus aggreſſum opus omnino divinum & extraordinarium. Nam quum modo huc, modo illuc impellitur, & ignarus exitus conſiliorum hæret, & tandem viam reperit, omnino divinum opus fuiſſe & ad illud excitatum Jonathanum certum eſt: neque enim ſi humanis conſiliis locum dediſſet, unquam ſuſcepiſſet, quod nullis humanis viribus perfici poterat. Quid ergo aliud dicendum, quam quod ante docui, Jonathanum fuiſſe velut extra ſe raptum, quum cura & ſollicitudine ingenti urgeretur, Deique manu deductum, & hoſtibus objectum veluti quoddam terriculamentum in medio agmine, ut ſolo adſpectu territi & horrore perculſi diffugerent, & facile internecioni darentur. Hinc itaque diſcamus, ad Deum in ſummis anguſtiis confugere, & illum precari ut noſtra conſilia regat, ſuoque favore nos complectatur, & ex anguſtiis & difficultatibus eruat, ſuoque lumine illuſtret, paſſuſque noſtros regat. Quod ſi nos dejicere & humiliare ipſi viſum fuerit, & veluti cæcos in tenebris continere, qua diſciplina ſæpe indigemus, nihilominus tamen apertum eſſe ipſi exitum ex miſeriis noſtris ſciamus: & precari non deſinamus ut virtute ſua nos ſuſtineat in vocatione incedentes. Atque ita nos Deum precari decet, non tantum ut oculos & prudentiam nobis largiatur ad videndum quicquid expedit: ſed etiam ut quum omnis conſilii expertes fuerimus, & tanquam cæci erraverimus, nihilominus tamen ipſe nos virtute ſua regat, ut nunquam à bono recedamus, & vias omnes noſtras in ipſius manum & providentiam rejiciamus. Ac licet ſtupore ingenti & rerum ignorantia laboremus, precemur tamen illum ut noſtri miſereatur, noſtramque cæcitatem regat, & ad felicem exitum perducat, ut eo ampliorem illius laudandi & glorificandi materiam ſemper habeamus, quo nos magis præter opinionem exſpectationemque bearit. Ita uſurpanda nobis hæc hiſtoria eſt, ſi fructum & utilitatem ex ea referre volumus. Cæterum quum Jonathanus dicitur accepiſſe victoriæ ſignum, & fore ut Deus hoſtes in ſuas manus traderet, ex verbis illorum, quibus ignavos & timidos eſſe judicavit, non temere imitandum exemplum eſt. Eſt enim ſingulare: cujuſmodi quædam alia in

Digitized by Google

potius ſit quam vera imitatio. Sic videmus Iſraëlitas omnibus ſeculis depravatos, turpiter & fœde in multos errores lapſos fuiſſe, & tamen ſumma arrogantia Dei fœdus cum patribus ipſorum initum, & ab ipſis multis vicibus ſumma ingratitudine fractum, jactaſſe & de illo gloriatos: ac proinde à Prophetis graviter reprehenſos, flagitia tamen hoc titulo tegere voluiſſe, *Patres noſtri*, *Patres*, inquam, *noſtri Deo accepti fuerant. Templum Dei*, *Templum Dei habemus.* Sane, ſed in Dei præcepta illos oportebat intueri, & eadem ſequi & obſervare, ac res prohibitas in illis vitare. Hodie in Papatu quicquid Dei cultus dicitur, mera eſt abominatio: quod in legem trahere voluerint quod extraordinarium erat, adeo ut Dei cultus verus prorſus ſit depravatus & adulteratus. Unde vero id accidit, niſi ex ſtulta imitatione privatæ alicujus ſuperſtitionis? Siquis enim ſpeciale aliquod factum geſſit, in exemplum & regulam tractum eſt, atque ita verus Dei cultus obſcuratus eſt. Eo igitur accuratius hæc obſervanda ſunt quæ dico, & quæ in oculos quotidie incurrunt, quo proclivior in contrarium eſt lapſus: nempe ſæpe à Deo ſervos ſuos ad facinus aliquod impelli, quod gratum & acceptum habebit; ſed quod tamen in exemplum aut generalem regulam trahi nolit. Cujusmodi exemplum in Abrahami ſervo conſpicuum eſt. Nam miſſus ab Abrahamo quæſitum Iſaaco filio uxorem, ſignum ſibi proponit rei feliciter gerendæ, primam filiam quæ occurrerit ad hauriendam aquam domo egreſſam, à qua potum petierit: quem ſi ultro dederit, & ſponte etiam camelis aquam propinaverit, eam fore uxorem heri ſui, quam Dominus ipſe elegerit. Næ ſi hanc divinationem imitari vellemus, non dubium eſt quin eam arrogantiam Deus graviter puniret: licet tamen Abrahami ſervi comprobatum à Deo ſit votum: nempe, quod ipſe ſuggeſſit, & fecit. Idem omnino de Jonathano ſentiendum. Neque enim proculdubio veriſimile cuiquam fieri poterat hoſtes ad duorum hominum adſpectum terrore percellendos: quum præſertim ſcirent in toto Iſraële non eſſe arma, quibus ſe tuerentur: nedum ut ipſos aggrederentur, & ingens eſſet hoſtium multitudo. Solæ quidem fateor præſidiariorum cohortes Jonathanum & armigerum ipſius viderunt: ſed quid duo illi adverſus tot hoſtes? Nonne momento cædi potuerunt? Quare nulla eſt oblata metus occaſio ſtationariis illis Philiſtæis, qui nullas oppoſitas ſibi ad reſiſtendum vires animadverterant: & ideo, ut videmus, Philiſtæi conſpectos duos illos viros per contemtum jubent ad ſe aſcendere, dicentes, *Ecce Hebræi prodeunt è foraminibus ſuis ubi ſe abſconderant*, *& prælium meditantur:* quaſi dicerent, Vah! miſeros iſtos homunciones etiam in conſpeciente. Notandum vero interea miraculoſe Deum hic operatum, quod tam numeroſi hoſtes, tamque potentes, territi fuerint objecto quod nullam terroris occaſionem haberet. Quid ergo? Næ Deus ita fecit manifeſtum, ſe in manibus animos hominum habere: & efficere ut qui leonum inſtar audaces erant, nullo perſequente latebras quærant, & ex metu & ignavia prodire non audeant; licet nullus inſequatur. Sic dicuntur improbi homines fuga ſalutem quæſituri, licet nullos inſequentes hoſtes habeant. Quamobrem facile judicamus Jonathanum non accepiſſe omen iſtud niſi mente concepiſſet Deum ſua conſilia & conatus fortunaturum. Ac minime iſtud quidem intelligendum, quaſi Jonathanus ſua prudentia nixus aut viribus hoc aggreſſus ſit: ſed, ut ante diximus, fuiſſe extra ſe poſitum, & à Deo hanc mentem accepiſſe certum eſt. Verumtamen etſi multum in illo fuit infirmitatis & anxius animi hæſit, bono tamen fundamento & principio nitebatur. Fidem enim maximam iſta ejus ad armigerum verba teſtantur, *Non eſt impedimentum Jehovæ*, *quin ſervet cum multis aut paucis.* Et proculdubio niſi probe fuiſſet Jonathano cognita Dei potentia, ex qua totus penderet, certum eſt illum iſto ſermone minime uſurum fuiſſe, præſertim in tam anguſtis rebus conſtitutum. Nam facile eſt rebus ſecundis utentibus Dei virtutem prædicare: & illum poſſe ſolum omnes hoſtium conatus frangere, & illis reſiſtere, licet mundus cum illis conſpiraſſet, profiteri. At mortis diſcrimine apparente, quis de Deo tam confidenter loqui poteſt, niſi qui altas fidei radices egit? Sane qui in Deum ſuam omnem fiduciam collocat, facile audaces & temerarios invaſores contemnet: non quidem ut ſolent temerarii homines, qui neque metu Dei retinentur, neque in ipſius bonitatem ſperant, ſed temere ſe in quævis pericula conjiciunt, & nullum ſenſum modeſtiæ retinent, quales ii quorum alioqui laudata vox illa, Hic prandeamus, tanquam apud inferos cœnaturi. Atqui non hæc fortitudo & magnanimitas dicenda, ſed mera, ut dixi, temeritas. Non ita Jonathanus: cujus conſiliorum longe alia fuit ratio, & longe alius finis. Nam à Deo totus dependet, in quem unum vitæ ſuæ ſpem rejicit: Deumque agnoſcit poſſe illum non minus cum paucis quam cum multis hominibus ſervare, etſi nullas ipſe vires, nullum conſilium adferat. Atque hæc eſt hujus loci ſententia, & utilis inde doctrina eruenda. Sic Joſaphatum bonum illum Regem videmus ſuos milites confirmare, quum ingens adverſus ipſum hoſtium numerus conſpiraſſet, quorum numero jamjam videbatur obruendus: neque enim erat ulla ſpes evaſionis ex tanta & tam horrenda ſtrage. Nihilominus tamen ille in unum Deum reſpicit, cujus virtutem &

poten-

Digitized by Google

ri: & ſimul etiam Sacerdotem manum ſuam recipere, & ulterius non progredi. Diximus vero initio hujus hiſtoriæ obſervandum, Deum ita miſertum eſſe populi ſui, ut Sauli tamen ſummum dedecus & ignominiam inuſſerit, atque omni laude indignum eſſe declararit. Nam videtur Saul metu ſe in caſtris continuiſſe, & progredi non auſus fuiſſe, dum Jonathanus etiam audet adverſus tantum exercitum progredi, & tot armatos & inſtructos milites ſolus adoriri. Saulis tamen, fateor, ex eo facto fama vehementer aucta eſt: verumtamen Spiritus Sanctus nos docet, nihil hic Saulem potuiſſe, neque ejus viribus aut prudentia quicquam geſtum eſſe: ſed quum Jonathani conſilia & eorundem exitum perſpexiſſet, perſequendos hoſtes eſſe illum judicaſſe, populumque ad inſequendos hoſtes hortatum eſſe, ut, ſi fieri poſſet, ne unus quidem ex tanta multitudine ſupereſſet. Qua in re fecit manifeſtam ſuam arrogantiam & temeritatem cum ſumma crudelitate conjunctam, quemadmodum inferius videbimus, quum proprium filium morti addixit. Ac licet non deſtinata id malitia fecit, tamen ſe in reprobum ſenſum conjecit Quod vel ex eo patet, quod hic videmus eum jubere ſuos milites recenſeri: quibus recenſitis, quantum dilapſus eſſet ipſius ſtatus, apparuit. Interim tamen ad Deum confugit; nam ſatis animadvertit res ſuas eſſe peſſimo loco, niſi Deus ipſi ſanum & utile conſilium ſuggerat. Quare jubet Sacerdotem Ephod induere, & ad Arcam Deum conſulturum accedere, ut quid ſibi in his anguſtiis ſit faciendum ſciſcitetur. Sed ſero admodum. Quamobrem etiam Deus neque Arcam fœderis, neque etiam Ephod quicquam illi prodeſſe permiſit. Nam quod facit, ex diffidentia tantum facit. Et idcirco derepente audito tumultu in caſtris hoſtium, jubet Sacerdotem manum ſuam amovere, &, velut extra ſe poſitus eſſet, ab incepto deſiſtere: quaſi diceret, Quandoquidem tam breve tempus eſt, quid opus habemus amplius Deum ſciſcitari? non opus eſt mora: itaque oraculo in præſentia carebimus. Et ita temere & ſine conſilio hoſtes ſuos perſequitur, & milites ſequi ſe jubet, impetum in hoſtem facturos. Atque hæc in ſumma de Saulis arrogantia

denda, ut quamdiu ſe nobis Dominus offert, neque deſides neque ſegnes ſimus in voluntate ipſius exquirendâ: & ne oblatam occaſionem negligamus. Nam Diabolus modis omnibus Dei veritatem obſcurare conabitur: quam proinde, ſi ſegnes in ipſo invocando fuerimus, incertam & incognitam habituri ſumus: & ab ea procul aberraturi. Quare danda nobis opera, ut quum Dei voluntate verbum ſuum apud nos quotidie prædicetur, & noſtras aures perſonet, in ejus obſequium componamur, ejuſque voluntati nos totos ſummittamus, & illa adverſus quoslibet inſultus tanquam certiſſimo propugnaculo utamur, & in dies in illius cognitione proficiamus, eademque duce preces & orationes noctes dieſque ingeminemus. Sin autem deſides & ignavi fuerimus, nobisque perſuadeamus tempus lapſum recuperari poſſe, fiet ut ſpe noſtra excidamus, & opinione fallamur. Sic pleroſque videas dicere in juvenili ætate, Non apta jam ætas mea precibus, ſin autem ſenuero, precibus aſſiduis incumbam. Atqui Dei gratia non pendet ab arbitrio noſtro, neque in noſtra eſt poteſtate: neque etiam veritas eludi poteſt. Quamdiu igitur libertatem precandi habemus, id eſt, quamdiu Deus nobis dat otium ipſum invocandi, omnes pravas cogitationes, omniaque impedimenta quibus à precibus avertimur, ſuperemus, proculque à nobis rejiciamus: neque unquam meliora tempora aut opportunitatem ſperemus: ne forte nobis oſtium ingredi volentibus occludatur. Sic enim videmus cum Saule factum, ut quandoquidem quum per neceſſitatem oportuit, & opportunitatem licuit, Deum non quæſivit, quum vult non poſſit, neque illi Deus ſuam interrogandi voluntatem faciat poteſtatem.

Jam vero procidamus ante Dei Opt. Max. Majeſtatem, eique fiamus ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, humillime veniam deprecemur: ita tamen ut illorum ſerio ſenſu affecti, magis ac magis eadem horreamus, & ad ipſum convertamur: & in ipſius obedientiam ita componamur, ut in omnibus ipſi placere ſtudeamus: atque ita de nobis ipſis ſentiamus, ut nos nihil ex nobis

Digitized by Google

cædes magna nimis.
21. Sed & Hebræi qui fuerant cum Philiſtiim heri & nudiuſtertius, aſcenderantque
cum eis in caſtris, reverſi ſunt, ut eſſent cum Iſraële qui erat cum Saul & Jonathane.
22. Omnes quoque Iſraëlitæ qui ſe abſconderant in monte Ephraïm, audientes
quod fugiſſent Philiſtæi, ſociaverunt ſe cum ſuis in prælio.
23. Et ſalvavit Dominus in die illa Iſraël, pugna autem pervenit uſque ad Bethaven.
24. Et viri Iſraël ſociati ſunt ſibi in die illa: adjuravit autem Saul populum, dicens,
Maledictus vir qui comederit panem uſque ad veſperam, donec ulciſcar de inimicis meis,
& non manducavit univerſus populus panem.
25. Omneque terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper faciem agri.
26. Ingreſſus itaque populus ſaltum, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit ma-
num ad os ſuum, timebat enim populus juramentum.
27. Porro Jonathas non audierat quum adjuraret pater ejus populum: extenditque
mitatem virgæ quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis, & convertit manum
ſumſuam ad os ſuum, & illuminati ſunt oculi ejus.
28. Reſpondensque unus de populo, ait, Jurejurando conſtrinxit pater tuus popu-
lum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem hodie: (defecerat autem populus.)
29. Dixitque Jonathas, Turbavit pater meus terram, vidiſtis ipſi quia illuminati ſunt
oculi mei, eo quod guſtaverim paululum de melle iſto.
30. Quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimicorum ſuorum quam reperit,
nonne major plaga facta fuiſſet in Philiſtiim?
31. Percuſſerunt ergo in die illa Philiſtæos à Machmis uſque in Ajalon, defatigatus
eſt autem populus nimis.
32. Et verſus ad prædam, tulit oves, & boves, & vitulos, & mactaverunt in terra,
comeditque populus cum ſanguine.
33. Nunciaverunt autem Sauli, dicentes, quod populus peccaſſet Domino comedens
cum ſanguine: qui ait, Prævaricati eſtis, volvite ad me jam nunc ſaxum grande.
34. Et dixit Saul, Diſpergimini in vulgus, & dicite eis ut adducat ad me unuſquiſque
bovem ſuum & arietem, & occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & non peccabitis Domino
comedentes cum ſanguine. Adduxit itaque omnis populus unuſquiſque bovem in manu
ſua ad noctem, & occiderunt ibi.

HEſterna Concione audivimus Saulem, ubi animadvertiſſet recenſito exercitu filium Jonathanum cum armigero ex caſtris egreſſum, cœpiſſe ad Deum, vocato Sacerdote, confugere: ſed in ſummo diſcrimine, quum antea per otium ipſi licuiſſet, & ſatis magnam occaſionem haberet ad Deum confugiendi: ſed quamdiu otium habuit, negligentiorem in quærendo Domino fuiſſe diximus. Jam vero ſero de Deo invocando cogitat elapſa occaſione: quamobrem Deus ultus contemtum illum, non fecit ipſum voti compotem, neque reſpondit Sacerdoti: ut Saulem in prælium progredi oportuerit anxium & animi dubium & eventus ignarum. Atqui notum eſt in quas anguſtias ii conjiciantur quos rectum conſilium deficit in rebus anguſtis & periculoſis. Meritas igitur pœnas Saul luit, quod non opportuno tempore Deum invocaſſet. Nam etſi præſentem haberet Sacerdotem, & Arcam Dei, quæ illa die fuiſſe dicitur cum filiis Iſraëlis, ac proinde omnia neceſſaria ad Deum invocandum habere videretur: Deus tamen illum ſubito ad pugnam rapuit, & quidem valde anxium & ſollicitum. Nam quid potuit ſperare qui cum parva militum manu adverſus numeroſum exercitum congrediebatur? Et qui Jonathanum peſſimo loco eſſe arbitrabatur, ignarus in quam ſe partem convertiſſet? & nullam revelationem à Domino accipiebat, vivusne an mortuus, an in hoſtium poteſtatem veniſſet de quo triumpharent? Denique Deus illi in præſentia hoc ſolatium recuſat. Ex quo diſcimus, Deo faciente nobis poteſtatem inquirendæ ſuæ voluntatis, nunquam eſſe procraſtinandum, ſed omni ſtudio & alacritate in hoc incumbendum, ut in rectam viam deducamur, & in eadem ſub ipſius auſpiciis forti animo
ambu-

Digitized by Google

religionem pertinentium conſuſio, tanto accuratius, & majore ſtudio & alacritate Dei voluntas inquirenda eſt, cavendumque ne obſurdeſcamus ad Dei monita, ne nimium ſero ad Dominum deinde vociferemur. Contra ne dubitemus quin tempore opportuno Deus à nobis interpellatus reſpondeat, & abunde doceat quid utile nobis futurum ſit. Sequitur deinceps, Jonathanum primo ſtatim impetu viginti homines ſtraviſſe, primamque illam hoſtium fuiſſe plagam. Saulem vero impetum in hoſtes facientem pleroſque Iſraëlitarum ſequutos fuiſſe, tum qui Philiſtæis ipſis erant immixti, tum qui in antris & ſpecubus delituerant: omnes, inquam, ad Saulem concurriſſe. Quod vero inter Philiſtæos quidam fuiſſe dicuntur, non ſic intelligendum quaſi quidam ad Philiſtæos defeciſſent: ſed quod occupata regionis parte à Philiſtæis, multi ibi oppreſſi delituerint. Sic igitur Iſraëlitæ Philiſtæis mixti fuerunt: & ne pedem movere quidem, licet imminente gladio faucibus, auſi ſunt. Philiſtæi vero diu attoniti, tandem tanto ſunt terrore perculſi, ut ſeſe mutuis vulneribus confecerint. Iſraëlitæ vero illis immixti, pavorem illorum animadvertentes,& tantum terrorem ipſis à Deo immiſſum ut ſeſe mutuo cæderent, & quiſque eſſet gladio ſtricto adverſus alterum, animos ſumſerunt, & reliquis Iſraëlitis adjuncti, fecerunt in hoſtes territos & ſeſe mutuo confodientes impetum. Ubi obſervandum,non tantum immiſſum illis à Deo terrorem; ſed etiam tantum ſtuporem & vertiginem,ut ſenſu omni privati ſint, & feris ipſis ſtupidiores & crudeliores fuerint. Nam etſi feræ periculo territæ diffugiunt, non ſe tamen invicem dilaniant: quod tamen iſtis de quibus agimus contigiſſe videmus. Quod vero Dei terror in illos incidit, non ſequitur Deum illos timuiſſe: cujus tantum abeſt ut virtutem cognoverint, ſub qua dejicerentur, ut contra blaſphemis vocibus Majeſtatem ipſius lacerare non deſinant. Verum enimvero vel invitos, ac ringentes, Deum timere illos, etſi non cognoſcant, oportet. Tantus enim pavor animos illorum invaſit, ut in caput ſuum montibus cadentibus ſeſe perire ſibi perſuadeant. Atque hanc eſſe improborum, Deo ſubmittere ſe recuſantium, viodictam videmus, ut licet Dei Majeſtatis cognitionem omnem abjicere nitantur, tamen Dei metu & horrore percellantur. Et licet non agnoſcant infioitam illam Majeſtatem, cui oportet

bus adverſus Madianitas prælium parante, quorum exercitus erat multis hominum millibus inſtructiſſimus, non magno labore bellum eſſe confectum: quandoquidem quum ſolas lampades Iſraëlitæ oſtentarent, & tubæ clangorem ederent, ſuoque loco conſiſterent, & vociferarentur, Gladius Jehovæ & Gedeonis, Madianitæ mutuis ſeſe vulneribus,veluti Panico furore perciti, confecerunt. Quemadmodum igitur tunc temporis Deus ad populi ſui liberationem tam eximium opus edidit: ſic etiam de Saule jam narratur, non magnis viribus opus fuiſſe ad frangendos hoſtes, qui ſponte fracti ſunt, tanto furore perciti ut adverſus ſeipſos impetum facerent, mutuiſque ſeſe vulneribus conficerent: quum ea eſſet confuſio rerumque perturbatio, ut quiſque adverſus fratrem gladium exereret. Ex quibus apparet, Deum non tantum eorum animos enervare qui prius audaciſſimi videbantur, ſed etiam in furorem & amentiam vertere. Atque ita ſolet Deus hoſtes adverſus ſuam Eccleſiam conjuratos ulciſci, ut ſenſum illis eripiat, terroremque Panicum immittat: ut quum totis viribus impetum in miſeros facere parati fuerint, & nihil niſi cruentam necem ſpirarint,ſibique magnos triumphos polliciti fuerint, victoriamque cecinerint, ſibiipſis perniciem adferant, & in ſeipſos furore immani deſæviant. Atque hoc prædixit Dominus per Prophetam Zachariam, nempe ſe effecturum, ut ferrum incudem percutiat, hoc eſt, qui pravis conſiliis & molitionibus populum ſuum aggredientur & ultimum exitium minabuntur, tanto pavore percellantur, ut vel inviti in ſeipſos ferrum convertant. Et proculdubio mirabilis eſt hoc tempore & miraculoſa modis omnibus Eccleſiæ conſervatio. Nam quis, niſi Deus, eorum furorem cohibuit, qui cædem noſtram & ſanguinem ſitiebant? adeo quidem ut evaginatis jam gladiis impetum facturi fuerint, & ligna cædere ad fideles cremandos parati? Næ videbatur Eccleſia jamjam ad lanienam rapienda. Et quidem hoſtes conjurati arctiſſimo inter ſe vinculo conſpirationis tenebantur, & de nobis cæſis & oppreſſis triumphum inſtituebant, fauces ad miſeros deglutiendos apparantes. Sed ecce repentinus furor à Deo immiſſus ſic illos impulit, ut mutuo ſeſe laniarint: & Deus illorum conſpirationem in caput ipſorum verterit: ſervata Eccleſiæ pace & tranquillitate, quæ tamen, ut dixi, tanquam ovis erat lanieoæ deſtinata. Miraculum

Digitized by Google

que ita fidei unitate ſimul devinciamur, ut illa ſit conjunctionis mutuæ vinculum: ut quiſque alium alacri animo juvet, & ad Deum nos vocantem unanimi conſenſu contendamus: certatimque proximis benefaciamus: ut hac ratione certam & indelebilem notam habeamus, à Deo nos in populum recipi: & eum qui Deus eſt pacis & concordiæ revera nobis dominari. Tranſeamus ad ſequentia. *Saul* dicitur *execratione populum obſtrinxiſſe*, dicendo, *Maledictus eſto vir ille qui comederit panem uſque ad veſperam*. Panis porro nomine quilibet cibus intelligitur. Itaque maledicit omnibus iis qui ante noctem cibum ullum guſtaverint, quod Philiſtæos perſequi vellet, & quoſcunque haberet obvios, morti tradere. Jonathanus interea, victoriæ auctor & principium, abſens execrationem illam non audiverat, nempe hoſtibus permixtus. Quare quum non audiviſſet patrem ſuum adjurantem populum, in tranſitu extremum baculi in favum mellis intinxit, & ad os admovit: erat enim terra illa mellis feraciſſima: neque enim tantopere in illis regionibus laboratur de apibus educandis, quantopere in his. Nam apes ſponte, vel in rupibus, vel in cavis arborum, favos fingunt, ut non ſine cauſa terra Iſraëlitica commendetur à mellis & lactis feracitate. Jonathanus ergo baculi extremo in favum mellis intincto, aliquantulum ſuxit: qui à quodam è plebe de
verſ. 29. execratione patris admonitus, excepit, *Atqui turba-*
vit pater meus terram: vidiſtis enim quia illuminati ſunt oculi mei, eo quod guſtaverim paululum de melle iſto. Quaſi dicat, Debilitatæ meæ vires oculorum meorum adſpectum turbaverant. Nam ſcimus experientia, nimia abſtinentia vires frangi & debilitari: ac proinde eum qui jejunus nimium laborarit, etiam oculorum vim amittere. Ergo, inquit, oculi mei, poſtquam mel iſtud guſtavi, ſunt illuminati: quaſi dicat, Reddita mihi vita eſt: moribundus eram ex debilitatione, jam vero redintegratis viribus, deguſtato mellis pauxillo, vivo. Ac ſi populus libere comediſſet hodie de præda ſuorum hoſtium quod ſuffeciſſet ad vires reparandas, majore animo & viribus hoſtes inſequeretur: næ nimia patris hac in parte fuit ſeveritas. Nihilominus populus hoſtes inſequutus, percuſſit illos à Machmaſo Ajalonem uſque: & inſigni clade affecit, victoriamque memorabilem, ex qua toti populo ſalus parta eſt, reportavit. Quid vero illa Saulis execratio fecerit, paulo poſt videbimus, quandoquidem hodie pertractari illa non poſſunt. Interim Jonathani querimoniam juſtam eſſe certum eſt, quod nimia ſeveritate pater juramento populum adſtrinxiſſet. Sane ſæpe Imperatores legibus inuſitatis milites in officio retinere oportet: nimia alioquin in caſtris futura confuſione rerumque perturbatione, niſi ſeveris legibus milites continean- obſervemus, omni maledictione & execratione abſtinendum; & cohibendum animi impetum, nequid in proximum peccemus. Profecto qui proximum vel digito offendit, coram Deo fit reus cædis, quod ab irato animo & odio pleno proficiſcatur illa offenſio: ſed longe gravius peccatum eſt devotio execrationis, quam alia quævis injuria ferro vel alia quavis ratione facta. Majus enim odium & venenum letalius oſtendimus in eum, quem advocato Dei nomine, execratione obſtringimus, quam ſi ſtricto gladio mortem illi intentaremus quem odimus. Itaque quacunque tandem injuria illum afficiamus, nulla tamen tam atrox & violenta quam quum imprecationibus aut execrationibus illum devovemus. Odium enim plus quam diabolicum & furioſum execrationes illæ produnt, quibus Deum illi cupimus inimicum. Et tamen quam longe lateque patet hodie iſtiusmodi corruptio? Nihil audias frequentius in ore hominum quam diabolicas imprecationes: Dii te perduint: te Diabolus auferat: & ſimilia multa quæ peſtiferæ linguæ iſtæ vomunt, ut in buccam venerint. Sed parva iſta ſunt, horum reſpectu quæ impii homines in Deum ipſum projiciunt, ut audeant convitiis ipſum laceſſere: horrendum dictu & auditu: & adverſus Dei filios inſurgere tam contumelioſe, tam crudeliter, ut pietatem omnem abjiciant, & Domini noſtri Jeſu Chriſti regnum evertere moliantur, & verbum ipſius abolere. Quare quum tanta ſit hodie mortalium impietas, eo attentius nobis hic conſideranda ſunt quæ de Saule dicuntur: nempe licet magna videbatur illi oblata occaſio populum ſeveriore aliqua lege in officio & humilitate retinendi; non ideo tamen culpa carere, quod ea execratione populum obſtrinxerit, & quidem temere & inconſulto. Profecto omne quidem juramentum execrationem in ſe continet ſi deficimus: ſed longe hæc differunt inter ſe, juramento cum conſilio & ratione facto ſe ad faciendum in poſterum officium adſtringere; & temere execrationibus ſeſe devovere, quarum nullum juſtum eſt fundamentum. Næ valde rei ſunt coram Deo qui ſe iſtiusmodi execrationibus devovent, vel eo ſolo nomine quod Deus teſtis advocatus eſt. Imo & Judicem illum advocari certum eſt & vindicem adverſum nos ipſos, ſi mentiendo proximis injuriam fecerimus. Nam iſtæ ſunt juramenti plerumque formulæ, Deum in animam meam teſtem advoco. Sic D. Paulus loquitur. Deum igitur teſtem advocantes ſi defecerimus, gravem punitionem meremur: ſed ſi temere aliquid execratione facta ſuſceperimus, non eſt in nobis ſitum ut promiſſum iſtud temerarium implere poſſimus. Quare qui temere iſtiusmodi execrationibus ſeſe devovent, Dei nomen fœdiſſime profanant. Quare in memoriam revocanda eſt gravis illa

illa

Digitized by Google

ut illuminati ſunt oculi mei, quum guſtavi parum mellis hujus. Neque vero cogitandum, oculos Jonathani ſic illuminatos, ut olim Adami & Evæ dicuntur aperti, poſtquam de fructu probibito comediſſent: ſuamque tum turpitudinem agnoviſſent, cujus illos puduiſſet: aliena enim eſt prorſus iſta expoſitio: ſed illuminati dicuntur qui antea ex virium debilitate quodammodo cæcutiebant. Ex quo magis apparet quam iniqua quamque crudelis illa execratio. Jonathanus enim prælio ſuperior factus erat, non ſane vi ſua, quippe qui ſolo comitatus armigero, & quidem inermi, tot hoſtium cohortes aggreſſus erat: ſed Deus illi animos vireſque ad fugandos cædendoſque hoſtes dederat. Pater vero ipſius, qui antea ſe metu intra caſtra continuerat, & ad hoſtium conſpectum expaverat; jam magnos animos præ ſe fert, ubi eſſe in tuto omnia videt: & victorem execrationi devovet, eumque quem Deus hujus victoriæ principem fecerat. Ergo ſatis apparet quam iniqua quamque crudelis fuerit iſta Saulis cum execratione conjuncta maledictio, qua, præterquam quod Dei nomen lædebatur, etiam innocenti Jonathano ſumma injuria inferebatur, qui longe aliud, nempe ſummam ab ipſis Angelis & hominibus laudem merebatur. Nihilominus tamen ſervaſſe populum ſuum Deus dicitur. Ex quo diſcimus, licet in multis Saul offenderit, & Jonathanus in vitæ diſcrimen edicto illo Saulis venerit, à quo recedere noluerit: Deum tamen voluiſſe convertere malum in bonum, quod antea tumultuoſe Regem populus poſtulaviſſet: & regnum confirmare populi miſerentem quod in Rege ſuam felicitatem eſſe poſitam perſuaſum haberet. Nam Rex in Iſraële typus & imago erat regni Domini noſtri Jeſu Chriſti, in quo uno ſita eſt omnis noſtra ſalus, gaudium, felicitas & gloria. Deus itaque guſtum aliquem aut ſignum voluit injicere populo futuræ gratiæ ſecundum promiſſiones in Saulis perſona: ſed tantum ad tempus. Nam tandem horrenda confuſio & deſolatio ſequuta eſt: ſed ita factum, ut David ſtabiliretur tanquam iſtius promiſſionis initium, & eo populus confugeret, donec pacatum eſſet ipſius regnum. En igitur quomodo & quare Deus populum ſuum ſervarit: nempe quod per Samuelem promiſerat ſe miſericordiam illi facturum, & ex hoſtium tyrannide liberaturum. Denique hic locus oſtendit, Dei virtutem apparuiſſe ſolam eſſe quæ Philiſtæos de præclare factis apud ſe lætari & gloriari. Næ hominum ea eſt improbitas, & proclivitas in Deo honore debito ſpoliando, & ſibi quæ Deo debentur adſcribendis. Quare hic obſervanda verba Prophetæ, *Deum ſervaviſſe populum ſuum*: quibus Iſraëlitæ docerentur Deo ſoli victoriæ hujus laudem omnem adſcribere: & bene in poſterum ſperare. Quaſi hortaretur populum Propheta his vocibus, Agite, hanc felicitatem Dei beneficio contigiſſe agnoſcentes, ſciamus nos illi charos & in ipſius eſſe tutela; ac proinde non tantum hoc tempore ſperandam ſalutem, ſed etiam in poſterum exſpectandam credite: non eſt enim abbreviata ejus manus: & ipſemet ultro nos ad neceſſaria poſtulanda excitat & invitat: ex quo ſingularis ejus de nobis cura & ſollicitudo eſt conſpicua. Sed cavendum viciſſim ne noſtro vitio quædam repagula objiciamus, quibus ejus liberalitas ad nos uſque pervenire impediatur. Nam & Eſaïas Propheta populum increpans, ait, ipſum impedire & remorari Dei auxilium. Quare minime mirandum, ſi ſæpe in rebus anguſtiſſimis non exaudimur, quod malitia noſtra à Deo alienemur. Quare danda opera ne Deum à nobis abalienemus, & non dubitandum quin ipſius manus ſit ſatis fortis ad noſtrum auxilium promovendum: ſperandum autem potius, fore, ut quemadmodum olim populum ſuum in rebus anguſtis juvit, idem & nos faciat experiri: & quemadmodum Iſraël ejus gloriam conſpexit, ita & nos conſpiciamus: quod nunquam aures ita obturet quin eas ſuorum clamores in veritate ipſum invocantium penetrent. Deinceps ſequitur, populum hoſtes perſequendo defatigatum ad prædam animum convertiſſe, quam veriſimile eſt ingentem fuiſſe, nam tot hominum millia oportuit ſecum multas munitiones, & commeatus copiam advehere. Ergo fatigatus populus, & famelicus, incepit mactatas pecudes & boves cum ſanguine comedere, quandoquidem ex inedia & labore vires magnopere debilitatas reficere volebar. Famis igitur impatientia facit ut ſine conſilio & ratione carnes cum ſanguine comedentes contra Dei mandatum peccent. Hoc audito Saul juſſit illos abſtinere cibo donec jugulatæ pecudes ſanguinem ejeciſſent: poſtea ex Dei præſcripto emiſſo ſanguine fecit illis comedendi poteſtatem: tum vero dicitur ibi primum altare Jehovæ exſtruxiſſe. In primis, quod ad illam Legis transgreſſionem, obſervandum, Deum expreſſe

beſtiis: quæ in eo poſita eſt ut naturalibus omnibus neceſſitatibus obnoxii ſimus, & cibum, potum, ſomnum & ſimilia appetamus: quæ vita ſenſitiva & ſubſtantialis nominatur. Cæterum quum vita eſſe in ſanguine dicitur, ita docemur ab omni ſævitia & crudelitate abhorrere, etiam erga ipſas beſtias. Sane licebat carnibus veſci animantium: ſed quarum fuſus eſſet ſanguis: quem ne deguſtare quidem cuiquam licebat, ne in pecudem transformari videretur ſanguine deguſtato. Jam vero Legi quidem iſti non ſumus obnoxii: quod Deus veterem illum populum iſtis rudimentis quæ pueros decebant erudire voluerit: ſed tamen ejus veritas & ſubſtantia remanſit. Quapropter quotieſcunque Scriptura violentiam, vim, cædes & ſimiles injurias prohibet, tanto horrore illa nos abominari oportere ſciamus, ut quum vel ſanguinis effuſam guttam audimus, fremere & ingemiſcere nos oporteat: quandoquidem Deus veterem populum voluit beſtiarum ipſarum ſanguinem effundere, ut ad manſuetudinem & plebem induxit: & ipſe Jonathanus de vita periclitatus eſt, quam ſine plebis interceſſione amiſiſſet: ſed Deus plebis interceſſione voluit tanto malo mederi, ut ante vidimus, & deinceps pluribus adhuc illud perſequemur.

Jam vero coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, tot peccata, quibus ejus in nos iram provocamus, agnoſcentes, precemur eum, ut magis ac magis eorum ſenſu nos afficiat: eumque nobis ſobrietatis & modeſtiæ ſpiritum largiatur, quo duce vitam inſtituamus, & nihil à nobis ipſis ſuſcipiamus: ſed ab ipſius manu toti pendeamus. Et in primis ſentiamus quantum nos ſibi Deus per Euangelii prædicationem devinxerit: ut eo ardentius illi inſerviamus, & in omnibus neceſſitatibus invocemus, ne noſtra ſocordia & negligentia ab ipſo rejiciamur. Sed contra, ſpem noſtram in ipſum conjicientes, ejus auxilium opportuno tempore ſemper adfuturum exſpectemus: & in ipſius promiſſiones toti recumbamus. Neque vero nobis ſolis, &c.

HOMILIA QUADRAGESIMA NONA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XIV.

35. Ædificavit autem Saul altare Domino: tuncque cœpit primum ædificare altare Domini.

36. Et dixit Saul, Irruamus ſuper Philiſtæos nocte, & vaſtemus eos uſque dum illuceſcat mane, nec relinquamus ex eis virum: dixitque populus, Omne quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et ait Sacerdos, Accedamus huc ad Deum.

37. Et conſuluit Saul Deum, Num perſequar Philiſtiim, ſi trades eos in manus Iſraël? ſed non reſpondit ei in die illa.

38. Dixitque Saul, Applicate huc univerſos angulos populi, & ſcitote, & videte per quem acciderit hoc peccatum hodie.

39. Vivit Dominus ſalvator Iſraël, quia ſi per Jonathan filium meum factum eſt, abſque retractatione morietur. Ad quod nullus contradixit ei ex omni populo.

40. Et ait ad univerſum Iſraël, Separamini vos in partem unam, & ego cum Jonathano filio meo ero in parte altera. Reſponditque populus ad Saul, Quod bonum videtur in oculis tuis, fac.

SUperiore Concione pietatem Saulis audivimus, qui populum, ne adverſus Legem pecudes cum ſanguine comedendo peccaret, cohibuerat: ſeque in eo facto fortiter geſſerat: hic adjicitur, illum exſtruxiſſe Domino altare ad ſacrificandum: quod per ſe laude dignum eſt: ſed adjicitur, Saulem illud primum altare exſtruxiſſe. Quidam vero exiſtimant, illis verbis ſignificari, hoc primum fuiſſe altare à Saule exſtructum. Atqui certum eſt unicum tantum eſſe altare oportuiſſe in populo Iſraëlitico: quare ſiquis Saulem putet plura exſtruxiſſe, aut, quod tum nulla eſſent, exſtruere cœpiſſe, non bene conveniet ſupra dictis: quandoquidem jam ſacrum fecerat Saul exſpectans Samuelis adventum,

quod,

Digitized by Google

... pro accepta victoria, quam ſibi cœlitus adveniſſe profitetur: tamen debuit tantum obiter aggeſtis quibuſdam lapidibus & glebis ſacrificare, ut facto ſacrificio congeſta materia diſpergeretur, ne in poſterum ulla remanerent altaris veſtigia. Itaque ſi tale altare conſtruxit Saul, reprebenditur hoc loco ob conſtructum altare, cujus inſtar ædificii ſtructura permaneret: quæ in abuſum deinceps & ſuperſtitiones transferri poterat. Ex quibus apparet, quantopere cavere debeamus ne quam poſteris occaſionem relinquamus à recta via aberrandi, & à verbi divini ſimplicitate recedendi. Sunt enim homines natura nimium proclives ad ſuperſtitionem: & aliquam libertatem aſſecuti, in omne flagitium ruunt. Quamobrem ſingularis hic adhibenda prudentia & cautio eſt, ne qui ritus in Eccleſiam inducantur, quibus Dei cultus poſſit adulterari, & homines à vera religione in vanas ſuperſtitiones abduci, ut ſibi novam religionem homines fingant, & à ſimplicitate verbi divini recedant. Et de iſtius altaris extructione hactenus.
verſ. 36. Sequitur deinceps deliberaſſe Saulem de perſequendis hoſtibus noctu. Unde apparet ipſius fortitudo, ut non abs re à Domino eſſet in Regem electus. Nam etſi totum diem conflixerat, ſibi tamen non parcit, nec genio indulget: ſed victoriam cupit perſequi, ut tanta ſtrage Philiſtæos conficiat ne amplius adverſus Iſraëlitas bellum redintegrare poſſint. Laudanda ſane in ſe virtus: ſed interim conſpicuum in ipſo ſit quæ ſit hominum virtus, quum ſuæ induſtriæ aut prudentiæ & facultatibus fidunt: quandoquidem in ipſo limine ſtatim impingunt: quod nihil poſſint nec debeant aggredi niſi prius invocato Dei nomine. Tum itaque demum conſiliorum & rationum noſtrarum felix futurus eſt exitus, ſi Deus ipſe nos regat, & deliberationibus præſit. Quod quidem nemo impetrarit niſi ardentibus ad Deum votis confugiat, & voluntatem ipſius diligenter interroget. Quare hic quidem Saulis quædam apparet virtus & magnanimitas ſua ſane laude digna: ſed quoniam precibus Deum advocare ducem non meminit, fortitudo illa, per ſe alioquin commendabilis, non poteſt niſi vituperari, & temeritas potius quam laudabilis audacia dici: quandoquidem de Dei gloria & honore multum ea ratione detrahitur. Quamobrem ſerio de nobis hic cogitandum eſt, ac prout quiſque vel ingenio, vel conſilio & prudentia, vel viribus, vel audacia excelluerit, cavendum, ne vana & inani gloria efferatur: & nequid te-

... debet quo Dei voluntatem docemur in Euangelio Filii ſui, quandoquidem longe præſtantius illud eſt quam reliquæ omnes revelationes quaſcunque tandem expetierimus. Nam etſi Prophetias non habeamus quales fuerunt ſub Lege, tamen aliquid amplius habemus, nimirum perfectionem illam doctrinæ in qua acquieſcendum nobis eſt. Etſi enim non contingit jam in rebus noſtris anguſtis id aſſequi quod populus Iſraëliticus obtinuerat, ut Domini voluntatem interrogaret, & Deus quid facto eſſet opus revelaret: tamen quod longe eſt pretioſius obtinemus, nempe factam nobis promiſſionem, Deum ſe in integritate & ſinceritate quærentibus conſilium daturum, & in omnibus viis directurum: modo ad ipſum ex ipſius verbi præſcripto confugiant. Obſervandum enim Iſraëlitas non habuiſſe tam perſpicuam neque tam amplam & perfectam inſtructionem quam habemus hodie. Nam Samuelis tempore nihil niſi Lex Domini ſcriptis erat, traditum. Nos vero libros Prophetarum, libroſque hiſtoricos, quibus prioris illius Eccleſiæ regimen & inſtitutio docetur, tandemque ſcripta Euangelica, quibus divinarum promiſſionum impletio continetur, habemus. Quare nobis iſta ſatisfacere ſatis copioſe debent, ut non ſit amplius illa revelationum nova gratia requirenda, de qua hic agimus. Nam ſi ſacra Scripta conſulamus, ſatis in iis inſtructionis habebit quiſque quid facto ſibi ſit opus in ſua vocatione. Et hactenus dicta iſta ſunto de veteris illius populi à noſtra conditione differentia. Interim ut quotidie nos Dei imperio ſubmittere, & in ipſius obſequium magis magiſque componere diſcamus, in omnibus noſtris conſiliis & operibus ſuſcipiendis Deum ante omnia conſulendum meminerimus. Quare in primis uſurpanda nobis gravis illa Jeremiæ Prophetæ exhortatio: primum ut Deum precemur ne nos permittat aliquid ipſi non acceptum ſuſcipere: deinde ut rebus noſtris & conſiliis felicem & beatum exitum concedat. Atque idcirco Propheta primum facit Oris Domini mentionem, quo nomine Dei verbum deſignat: deinde Spiritum adjicit, ut admoneat etiam oportere Deum, ut à nobis verbum ejus audiatur, vi ſui Spiritus agere & operari. Neque enim ſufficeret nos verbo Dei doceri quid agendum foret, niſi etiam ab eodem illuminati, judicium & rationem acciperemus ad probe intelligendam doctrinam quam ipſe proponit: ſuamque virtutem exereret ad exitum eorum

quæ

Digitized by Google

mus: ſaltem ſi in memoriam venerit, aut ab alio quovis admoneamur illius peccati, ne contumaciter & arroganter pergamus: ſed culpam agnoſcentes, veluti poſitis repagulis ne ultra quicquam aggrediamur, malum malo cumulantes: ſed ad Saulis exemplum modeſte nos admoniti geramus. Videmus enim illum à Sacerdote admonitum, levitatem temeritatemque ſuam agnoſcentem in eo quod de Deo prius invocando & conſulendo non cogitaſſet, ſubſtitiſſe: & inſignis modeſtiæ exemplar fuiſſe: quod imitari nos decet, ne malum malo cumulemus ſi nos initio contigerit à recta via aberraſſe.

verſ.38. Deinceps ſequitur, Sacerdotem interrogantem os Domini, non accepiſſe reſponſum die illo. Verba quidem contextus ſunt, *Saulem Deum conſuluiſſe*, ſed ita intelligenda ut Saul totius populi nomine Deum conſuluiſſe dicatur per Sacerdotem, qui erat interpres & internuncius divinæ voluntatis, & organon quo Deus ſuam ſententiam proferebat. Nam, ut ſæpe diximus, tum Sacerdotes locum & gradum Domini noſtri Jeſu Chriſti obtinebant, ejus perſonam figurantes & repræſentantes. Quemadmodum igitur hodie ſumus indigni qui ad Deum accedamus, & Mediatore Domino noſtro Jeſu Chriſto indigemus, cujus nomine Deo grati ſimus: id veteribus fuit declaratum in umbris illis & figuris, ut ad Mediatorem olim venturum fidem ſuam attollerent. Denique veritas quam hodie obtinemus nos docet quare olim Legis tempore Sacerdos indutus tunica ſacerdotali coram Deo ſe ſiſtebat totius populi nomine ut à Deo reſponſum acciperet. Nam hac ratione homines ſuæ indignitatis admonebantur: quemadmodum & hodie ſumus indigni qui coram Domino noſtro nomine compareamus, nos, inquam, tot ſordibus & peccatis fœdati, ut merito ſimus à Dei conſpectu repellendi noſtra iniquitate. Quare neceſſe eſt intermedium eſſe Chriſtum Dominum noſtrum, qui gratiam & favorem apud Deum nobis conciliet. Porro Saul animadvertens Deum non dediſſe reſponſum, ſtatim infert, peccatum fuiſſe ab aliquo, ac juramento affirmat moriturum illum quicunque tandem fuerit, etiamſi Jonathanus ſit filius. Quare ſortes conjici juſſit, Deumque precatus eſt, ut integrum cederet. Vox Hebræa ſonat perfectionem: ſed accipitur perfectio illa pro declaratione ſontis, ſorte facta: quum nimirum rei quæſitæ ſorte veritas eluceſcit. Vel perfectionem intelligemus, quum Deus cujuſque iniquitatem patefacit, ne innocens luat pœnas pro nocente: & ne inſontes involvantur ſontium ſuppliciis. Denique Saul Deum precatur ut ſortes conjectas regat: quibus conjectis, ipſe cum filio Jonathano deprehenditur: quamobrem ſortiri inter ſe & Jonathanum filium juſſit, ut qui nocens eſt deprehendatur: ac Jonathanus deprehenſus eſt. Nempe ita patefacta eſt

punit, non proprie propter ipſorum peccata, ſed nonnunquam in genere ut eos ad modeſtiam & humilitatem componat & exerceat, & reipſa doceat quam neceſſe ſit ipſis ad Dei miſericordiam confugere: nonnunquam etiam ut exploret & exerceat eorum conſtantiam & patientiam, quos aliis exemplo eſſe vult. Minime quidem quod non ſemper inveniat in juſtiſſimis quibuſque ſatis juſtam cauſam puniendi peccata illorum, ſi ſummo jure cum ipſis agere vellet. Sed ſummo jure non agit cum ſuis, ne ad deſperationem adigat, quoniam imperfectionem ipſorum probe habet cognitam. Atqui ſuam ille nobis voluntatem patefactam voluit, nempe ut ſine fuco & ſimulatione ipſi ſerviamus, & altas radices in nobis ejus timor agat & propaget, ut ad finem uſque conſtanter in eo perſeveremus. Idcirco ergo nos multis exercet in hoc mundo malis & calamitatibus, ne otio & tranquillitate ac rebus ſecundis elati, à recta via & ſincero cultu ipſius aberremus. Ac ſane licet fugiendum malum, Deumque invocandum prædicamus quamdiu rebus ſecundis & proſperis utimur: tamen ſi Deus adverſo vultu flagellet, vehementer indignari & fremere ſolemus, niſi hæc doctrina noſtris animis altius inſederit, Deum nimirum in rebus anguſtiſſimis invocandum. Quapropter variis nos exercet afflictionibus, ne quum flagellis ipſius caſtigati fuerimus, novum id nobis videatur, & ab illo perterriti reſiliamus. Itaque Deo nos variis modis exercente, ne indignemur, ſed id fieri cognoſcamus ut coram ipſo magis ac magis humiliemur, & ad ipſum adducamur. Atque ita Deus ſæpe afflictionibus tanquam alexipharmacis utitur ſi qua in re peccatum eſt à nobis, ut in poſterum à peccato abſtineamus, & tanquam freno cohibeamur: ſæpe etiam illis patientiam noſtram explorat: quæ neceſſaria nobis diſciplina eſt. Nam ſi forte quædam adverſa contigerint, ſumma ægritudine afficimur: quamobrem uſurpanda nobis hæc doctrina eſt: ut ſi nos contigerit durius tractari, quam videamus incredulos, quibus omnia ex animi ſententia ſuccedent, qui ſumma auctoritate & gratia apud homines pollebunt, qui opibus & divitiis abundabunt, quibus denique nihil ad felicitatem deeſſe videbitur: nos autem interim vehementer laboremus, & in ſummis anguſtiis verſemur, & amaras potiones hauriamus, eo uſque ut in eam tentationem incidamus, de qua Propheta loquitur Pſal. 73. fruſtra Deum ab hominibus piis coli, *Pſal.73.* hanc doctrinam in memoriam revocemus & uſurpemus, Deum non idcirco nos variis modis affligere, ut à ſe rejiciat; neque inde ſequi graviora eſſe illorum peccata qui durius affliguntur & in hoc mundo caſtigantur: ſed contra ſæpe Deo chariſſimum eſſe qui ſeveriſſime excipitur. Deumque ſua judicia incipere ab Eccleſia ſua & à filiis, ut eos excitet à veterno,

Digitized by Google

calamitas excepit, ut de rerum ſumma conclamatum eſſe videatur. At ſi Ezechias calamitatem illam tum exiſtimaſſet propter peccata ſua immiſſam, ſuſpicari poterat, male ſe feciſſe idololatriam extirpando, & omnibus illis inquinamentis terram expurgando; quod & illi Rabſaces ille impius objectat. Neque etiam dubium quin Diabolus illum ad hanc cogitationem impelleret, ut ſolent impii homines viros bonos modis omnibus turbare: & ſcandalum objicere quo perſuadere nitantur atram eſſe nivem. Sic impius ille Rabſaces olim Ezechiam in invidiam trahe-
Eſai.36. verſ.7. bat, Quomodo exaudiretur Ezechias à Jehova? An non is eſt cujus abſtulit excelſa & altaria, quæ habebat gratiſſima? Deusne illum exaudiret? nonne illi adverſarius eſt? Næ iſtiuſmodi vocibus bonus ille Ezechias poterat à recto tramite abduci, ſi ſe ob peccata puniri à Domino judicaſſet: nam exiſtimaſſet bonum quod Dei ſententia probatur, malum eſſe. Quapropter animis noſtris iſtud altius reſideat neceſſe eſt, malis & afflictionibus nos prementibus, oportere ut in nos ipſos ingrediamur, & nos exploremus, qua in re Dei adverſum nos iram provocaverimus. Ac ſi nos conſcientia redarguat, culpam ingenue agnoſcamus & fateamur, veniamque à Domino deprecemur. Quin etiam ſi cauſam afflictionum inveſtigantes, non animadvertimus hæc aut illa peccata, Deum ſciamus longe quam nos habere oculos perſpicaciores, & nos in peccatis noſtris prorſus cæcutire: proinde frenum ori noſtro imponamus, ne adverſus Domini caſtigationes obloquamur, neve injuriam ab ipſo fieri nobis arbitremur. Tum vero etiam cavendum ne animum deſpondeamus, licet adverſum nos duram & aſperam ipſius manum experiamur: ſed potius haberi nos ab ipſo ut filios teneamus: ac proinde æquum eſſe ut lapſos caſtiget. Præterea etiam agnoſcamus, quandoquidem Deus nos ut filios regere vult, non eſſe tanquam gravem, aut duram, fugiendam quamcunque nobis conditionem impoſuerit, & quamcunque afflictionem immiſerit: ſed potius à Dei manu cum animi ſummiſſione excipiendam, ut quacunque deduxerit, placide ſequamur. Denique nos à Deo, tanquam filios caſtigari perſuaſum habeamus, quum peccata punit, licet ea non omnino cognoſcamus. Et præterea: nonnunquam affligi nos ſciamus à Deo patientiam noſtram explorante. Et hactenus de verbis illis quibus Saul, Deo

ta populum pollutio pervaſerat, quare ſeipſum Saul non explorabat, qui tanto malo cauſam præbuerat, ſed de occulto potius peccato, ſeveriſſime puniendo laborabat? Cur jurejurando ſe ad pœnas repoſcendas adſtringebat? Næ dolo factum id ab illo merito quis ſuſpicabitur: præſertim vero quum à populo ſejunxit ſe: quandoquidem in populum conjecta omni culpa immunitatem ipſe ſperabat. Sed contra ejus exſpectationem factum eſt: Jonathanum enim ſorte deprehenſum, ipſe ſuo calculo damnare coactus eſt: quæ antequam expendamus, verba illa Saulis ſunt nobis conſideranda, quibus ait, *ut vivit Jehova, qui ſervat Iſraëlem, etiamſi illud fuerit in Jonathane filio meo, omnino morietur.* Jusjurandum illud ratione quadam & æquitate niti videtur, nam qui in Judicem electus eſt, ſanctiſſimus & juſtiſſimus eſſe debet, & perſonarum nullum habere reſpectum: nam jus omne & æquum evertitur, quum Judices vel odio vel favore excæcantur. Idcirco Dominus noſter Jeſus Chriſtus hæc duo opponit, rectum judicium, & judicium ex acceptione perſonarum. Nam ſi conſanguinei vel affines ac propinqui ad favorem impellant, ſi odium aut inimicitiæ adſunt, animus illis ita præoccupatur, ut extra ſe ſit, Deumque tradat oblivioni. Contra, ſi odium, aut ſi favor abſfuerit, tum non omnino prava ſunt judicia. Quapropter maxima Judiciorum corruptela, vel in odio vel in favore poſita eſt. At Saul hic negat ſe filio parciturum: qua in re magnam æquitatem præ ſe fert: verum nimium præcipitat ſententiam, antequam facti, quod morte plectere cogitat, cognitionem habeat. Et ſane in Jonathanum hoc incidiſſe divina providentia videmus, ut Sauli temeritatis nota turpior inureretur. Quod vero jurejurando ſuam ſententiam firmat, id eo facit ut oſtendat ſe nihil agere ſimulate. Nam ſæpe multi multa verba profundunt, quibus tamen multa ineſt ſimulatio & hypocriſis: & virtutem multi præ ſe ferant, quorum tamen in pectore plurima vitia occultantur. Idcirco juramentum in rebus magni momenti neceſſarium. Nam alioqui frequentes illæ dejerationes de rebus levibus, mera ſunt divini nominis profanatio: & divini nominis in vanum acceptio: quapropter iſtiuſmodi homines qui crebris ſeſe juramentis devovent, ſacrilega audacia Dei honorem polluunt. At non ſic in rebus magni momenti, quibus juramentum adhibitum adfert auctoritatem, & jure divino permittitur. Tum enim Deus nobis veluti

con-

Digitized by Google

ejus potentia cognoſcatur, ejus bonitas & ſapientia magni, ut par eſt, fiat. Quare quum veteres olim iſtis jurandi formulis uſi ſunt, Jehova vivit, iis teſtati ſunt ſe in unum æternum Judicem reſpicere, & à ſolo illo dependere: & licet hominum judicia poſſent effugere, nihilominus ſe Dei judicio nequaquam poſſe ſubducere, neque manus ipſius evadere, quin rei ſuorum ſcelerum fiant. Ac ſane ſi homines iſta probe recordarentur, veriſimile eſt illos longe in juramentis modeſtiores eſſe futuros & temperatiores. Nam qui crebro Dei nomen uſurpant, & temere in ore habent, belluis videntur ſimillimi & à Deo alieniſſimi: quum tamen, quotieſcunque juramus, ad Dei ſolium conſcendere nos oporteat, noſque illi ſiſtere, ſcientes non inultum fore juramentum temere Dei nomen advocantium: quod ad divini verbi normam exigi neceſſe eſt. Nam ſane ſi ſinguli ſibi in mentem revocarent divini nominis Majeſtatem, turpiſſimum exiſtimarent, Dei nomen in ore hominum verſari & inſtar pilæ volvi, pœnaſque metuerent quas olim Deus ob ſui contemtum eſt ab illis repetiturus: ac proinde à temerariis iſtiuſmodi juramentis horrore divini judicii deterrerentur. Et hactenus de ſolenni illo Saulis juramento, ſe nemini ac ne Jonathano quidem filio parciturum. Cujus ſane temerarium fuit jusjurandum, quum deinceps ex oppoſito populum juraſſe videamus, non caſurum ullum ex capillis capitis Jonathani, & ita Saulis juramentum revocatum fuiſſe contrario populi juramento. Atque ita Deus fecit manifeſtam Saulis temeritatem, quem de cauſa prius oportebat diligenter inquirere & cognoſcere quam temere judicare. Præterea hinc etiam apparet quanta ſit hominum nonnunquam pertinacia, quum extra mo- quod ſortes nunquam fallerent. Quare, inquam, Saul ob projectas ſortes non accuſandus: ſed non tamen alia ex parte ab omni culpa vacuus. Quid ita vero? Nonne enim ipſemet Deum invocat, & ardenti affectu ad Dominum effertur? Sane: ſed non ideo tamen ab omni culpa vacuus eſt. Et Deus etiam, ut deinceps apparet, hoc judicium in illum immiſit, quod populum qua non licebat execratione obſtrinxiſſet. Idcirco igitur Deus permiſit ſorte Jonathanum deprehendi, ut ſuæ temeritatis pœnas Saul daret: ſed hunc tractatum in ſequentem diem rejiciamus, Deo favente pluribus excutiendum.

Jam vero procidamus ante Dei Opt. Max. Majeſtatem, eique fiamus ſupplices: & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, veniam humillime deprecemur: & ita tamen ut ſerio illorum ſenſu magis ac magis nos afficiat, noſque in rectam viam, à qua aberravimus, reducat. In primis vero diſcamus nos illi plene ſubmittere: ut neque ad ſiniſtram, neque ad dextram declinemus, ſed rectam ſemper quam ipſe præſcripſerit ſemitam inſiſtamus, & quidem cum omni modeſtia. Atque nos Sancti ſui Spiritus luce irradiet, quod natura toti jaceamus in tenebris & cæcitate: noſque ſua manu deducat, ut in ipſius timore & cultu perſeveremus. Ac ſi nos aliquando labi contigerit, ne nos permittat omnino jacere: ſed ſua manu ſublevet. Interea tamen nos ſerio ſenſu peccatorum afficiat, & ad vivum uſque tangat, ut cum omni humilitate peccata illi confiteamur, & eorundem veniam deprecemur, cum certa fiducia tamen ipſum non modo præteritas offenſas deleturum, ſed etiam proviſurum ne in poſterum ipſius beneficia evomamus. Neque vero nobis ſolis, &c.

HOMILIA QUINQUAGESIMA
IN I. LIB.
SAMUELIS.
CAP. XIV.

41. Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſraël, Da ſanctitatem. Et deprehenſus eſt Jonathas & Saul, populus autem exivit.

42. Et ait Saul, Mittite ſortem inter me & inter Jonathan filium meum: & captus eſt Jonathas.

43. Dixit autem Saul ad Jonathan, Indica mihi quid feceris, & indicavit ei Jonathas, & ait, Guſtans guſtavi in ſummitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior.

44. Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris, Jonatha.

45. Dixit-

Digitized by Google

… Nam licet Deus Iſraëlitarum miſertus, victoriam inſignem ipſis conceſſit, imperfecta tamen fuit, propter Saulis peccatum, quod nimium præceps in offerendo ſacrificio, non exſpectato Samuele, fuiſſet. Ex quibus apparet, Deum parcere quidem nonnunquam iis qui peccarunt, ſed ita ut quandam correptionem reſervet, etſi non agat cum ipſis ſummo jure, neque ſtatim ubi eſt ab ipſis peccatum: ſed quamvis differat judicium, non tamen auferre pœnam quin partem aliquam divini judicii ſentiant. Atque ita nos oportet Dei judicia repetere altius quam ſoleamus: ea enim eſt hominum pravitas, ut niſi in oculos divina judicia incurrant manifeſtiſſime, prorſus cæcutiant, & de imminentibus pœnis nunquam cogitent, ſibique cum Deo rem eſſe perſuadere nequeant: at, quod longe eſt deterius, præſentiam ipſius fugere pro viribus conentur, & ſeſe in multos laqueos induant, in iis caligantes in quibus perſpicaciſſimos eſſe oportuit. Exempli gratia, Si Deus in diem unum aut alterum differt eum corripere qui aliqua in re lapſus fuerit, oblitum peccati illius Deum ſibi perſuadebit, ſeque nunquam rationem coram ipſo redditurum. Sed ſi poſt aliquod tempus eundem afflixerit, Dei correctionem illam eſſe nequaquam ſibi ſinet perſuaderi: ſed aut fortuitum aliquem caſum eſſe dicet, aut adverſus Deum obloquetur. En quomodo ſoleant homines abuti Dei patientia. Atqui Deus differens pœnas, dat nobis otium ad ſe revertendi, & coram ipſo nos humiliandi, ut melior ſit noſtra conditio ipſo de ſua ſeveritate remittente. Sed contra, homines inde occaſionem in peccatis perſeverandi capiunt: & Deo velut auriculam vellente, & ex peccatorum veterno excitante, ac ſignis quibuſdam admonente ut vitia deteſtari diſcant, frenum ſuum veluti mandunt & arrodunt, & dentibus infrendent, & magnopere æſtuantes in varias querelas incidunt, Vah! me miſero quid fiet? unde iſta mihi contigerunt? mene reliquis infeliciorem? quare me Deus non eripit ex tantis malis repente? mene ad deſperationem impellere gaudet? Eo igitur accuratius præſens hiſtoria meditanda eſt, in qua videmus Deum permiſiſſe Jonathanum adverſus patris illam execrationem peccare, ut pater in diſcrimen vocato filio durius puniretur. Jonathanus enim poſtea quidem ereptus eſt à mortis diſcrimine, quoniam Deus Saulis furorem tanquam freno cohibuit, populo intercedente, qui tantam erga Regem apparet reverentia, ſingulis conſentientibus in Saulis edictum. Nam licet illa ſententia fuiſſet ſeverior, ſe ne proprio quidem filio parciturum: populus tamen verbis illius aſſenſus eſt, & nemo ex toto populo eſt obloquutus. Næ in tanta populi multitudine, ſummam oportuit eſſe erga Regent obſervantiam, ut tam placide edictum illud reciperetur, quo juſſit omnes angulos populi accedere. Per Angulos verò aliquando intelliguntur Duces populi, quod ſint illius veluti robur. Et ſic ſolet hæc vox *Anguli*, in Sacris uſurpari, aut pro robore populi, aut pro univerſo corpore: cujus ſignificationis exemplum exſtat Jud. 20. Sed hic per angulos indicari videntur extremitates, velut dicas, ab extremo ad extremum. Ex quo apparet, totam illam populi multitudinem non aliter coactam ac ſi unus aut alter tantum homo adfuiſſet: & quod magis mirandum, quod nullus obloquitur aut reſpondet Sauli, ſed placide acquieſcit, donec tandem Deo impellente, Jonathanum populus è periculo mortis eripit. Sane quicquid hic fiat, omnis hujus peccati pœna in Saulem recidit: quem Deus ex parte quidem honorat, ſed cui tamen in dedecus ſummum etiam honor ille vertitur. Deprehenſus vero Saul cum filio Jonathano, & populo liberato, nihilominus in inſtituto pergit, ſortirique inter ſe & Jonathanum filium jubet. Qua in re apparet quantopere qui auctoritate apud populos pollent peccent ſæpiſſime pertinacia, & peccata peccatis accumulent, levitatis & temeritatis notam fugere cupientes: ac proinde in inſtituto ſive bene ſive male cœpto pergant. Næ qui ad rerum gubernacula ſedent, & primas ſedes occupant, prudentiam in conſiliis debent adhibere, nequid temere dicant faciantve, cujus eos deinde pœniteat. Matura itaque deliberatione opus eſt antequam quicquam aggrediantur. At ſi non ea ſervata eſt moderatio quam oportuit, an ideo pertinacia tegendum eſt, admiſſum per incogitantiam malum; & adverſus Deum & homines bis terve peccandum, ut unus lapſus tegatur? Sic facere hoc loco Saulem videmus. Quare iſtud exemplum intueri debent qui ad rerum gubernacula ſedent, & tanquam in ſpeculo animadvertere quantum ſit peccatum temeritas, ut alieno exemplo nihil temere ſuſcipere diſcant. Ac ſi quid per incogitantiam peccaverint, ſe homines eſſe agnoſcant, ac proinde ne palinodiam canere

T ipſos

Digitized by Google

illa Legis violatione ſerio cogitare. Verum iſtius flagitii non meminit: ſed ipſe cum filio à latere uno, populus autem ab altero diviſus eſt: nimirum projectas ſortes in populum caſuras arbitrabatur. Hic igitur apparet, admirabili Dei conſilio & providentia rem hanc totam geſtam: imo & Dei ipſius Spiritu linguam Saulis gubernatam. Quare precatio illa Saulis non fuit temeraria neque fictitia: ut plerique ſolent Deum precibus ſollicitare, ſed ſimulatis & temerariis: quinimo vellent ipſius Dei voluntatem obſcurare. Saul vero non temerarias voces fudit, ſed firmo nixus eſt fundamento; idipſum perſuaſus
Prov. 16. quod à Salomone deinceps ſcriptis traditum eſt, Sor-
verſ. 33. tes in ſinum projici, ſed à Jehova eſſe ipſarum totam rationem: quibus verbis innuit Salomon, ſortem, quæ vel in gremium, vel in urnam conjicitur, videri quidem fortuitam, ſed tamen ejus judicium & exitum à Domino pendere; cujus admiranda & ineffabilis eſt providentia. Hoc igitur Saul agnovit & amplexus eſt. Quæ ſane maxima ipſius virtus fuit: præſertim vero quum de capitali ſupplicio ageretur & vita propria, quam ultro ſortibus ſubjicit, non minus quam aliorum. Quamobrem Deum rogat ut integram faciat, id eſt, ut veritatem producat, & perficiat totum negotium, ne inſontes pro ſontibus pœnas luant: ſed ut juſtus abſolvatur, noxius vero condemnetur. Laudanda profecto in Rege virtus. Et tamen vitia alia longe graviora non animadvertebat. Itaque hinc diſcamus, eo accuratius de nobis eſſe cogitandum, quo facilius labimur. Sæpe enim in quibusdam optimo ſtudio ducti, tamen in aliis cæcutimus: & ſiquid boni aliqua ex parte fecerimus, Dei nomen ineptiis noſtris profanamus: quæ tamen omnia grata eſſe & accepta illi arbitrabimur. Atqui non in externa ſpecie hærendum eſt; neque ſatis, ex parte rectam viam inſiſtere, ab alia vero noſtris corruptionibus indulgere: ſed diligens adhibenda cautio eſt, & omnis aſſentatio fugienda, ne nobis ipſis imponamus adulando. Quare agnoſcamus, Dei Spiritum nos hic in Saulis perſona velle docere, & in eo tanquam in ſpeculo naturæ noſtræ fragilitatem demonſtrare. Sumus enim ad malum proclives, licet boni quidpiam admiſceamus: & non deſunt ſpecioſi prætextus quibus veritatem obvelemus: neque enim unquam, niſi vi quadam adducti, quod juſtum eſt & æquum amplectimur. Hic igitur Dominus nobis patefacit quid in Saule laudandum, quid vituperandum: quandoquidem etſi quædam in illo virtus apparet, multa tamen vitia latebant occulta, quæ deinceps apparent. Ipſi tamen Deus parcit ad tempus: ut in eo Dei miſericordiam & patientiam intueamur, non ſemper punientis ipſo momento quo peccatum eſt: ut ad peccatorum agnitionem adducamur. Quamobrem quum Deus autem ſalutem feciſſe: næ graviter in Dei judicia peccaremus: quæ ſunt abyſſus profundiſſima, & in quæ non eſt nobis curioſius inquirendum. Hoc igitur exemplo ſapere diſcamus ad ſobrietatem, & quorum non habemus notitiam, non anxiùs neque curioſius inveſtigare. Cæterum hic merito objici poſſe videbitur, ab iniquo Judice latam ſententiam adverſus innocentem ſemper eſſe tremendam: atque in primis hoc loco Papiſtæ maxime abutuntur ad excommunicationum ſuorum fulmina conſtituenda. Aiunt enim quum adverſus aliquem innocentem ſuum fulgur excommunicationis jaculati fuerint, tanti eſſe ſuam auctoritatem tamque ſacroſanctam, ut ſiquis offendatur, repente ſit condemnandus tanquam maxime noxius. Sed cornuta ſunt iſtiuſmodi argumenta: quod non ſint in exemplum trahenda quæ ſemel Deus fieri voluit. Singulare enim eſt factum iſtud Jonathani, quod permiſit Deus ut Saul ſuæ temeritatis pœnas lueret. Ac ſæpe, fateor, Reges Dei afflati Majeſtate loquuntur, etiamſi quid loquantur ignorent: quod Cajaphæ ſummo Pontifici accidiſſe videmus. Nam Prophetiam edidit de Chriſto, licet Dei & veritatis hoſtis. Unde vero, obſecro, donum iſtud Prophetiæ? Deus enim ratam fecit auctoritate Pontificia prolatam iſtam ſententiam, oportere ut homo moreretur pro toto populo: ut notum fieret omnibus, mortem & paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti fore omnium redemtionem. Itaque Deus ad unum actum linguam Cajaphæ impulit: quod ſi trahere in regulam generalem quis velit, næ vana ſuperſtitione Deum & ipſius Prophetiam irriſerit. Sic Papiſtæ ſuam ignorantiam hoc loco produnt: quando dignitate iſta Pontificia, tanquam ingenti clypeo ſe protegunt; & inferunt, Papam, qui ſummo Pontifici ſucceſſit, non poſſe loqui niſi afflatum Sancto Dei Spiritu. Atqui non dicitur Cajaphas ſemper prophetaſſe: ſemel duntaxat tota vita ſua Prophetiam illam edidit, ac plus quam centies millies blaſphemavit. An ergo trahetur in regulam generalem ſingulare illud factum? nimium hoc arroganter ab iſtis fit. Itaque obſervemus, Deum, ut Saulem de ſua temeritate puniret, voluiſſe ratam facere latam ab illo ſententiam: quaſi diceret, Tu Rex es: ſacrum eſſe tuum os oportet hac in parte tanquam Spiritus Sancti organon: tu ergo ſententiam tuliſti, quam volo ratam eſſe: ſed adverſum te in tuum damnum. Non igitur inde ſequitur Deo probatam fuiſſe & acceptam illam execrationem qua totum populum obſtrinxerat: neque quæcunque Saul eloquutus eſſet temere Deum voluiſſe rata eſſe. Minime gentium. Sed contra Deus ratam fecit illam ſententiam, quam in Saulem retorqueret, Tu, inquit, mihi pœnas dabis; tu populum meum execratione obſtrinxiſti: ſed illam in te ego ipſe retor-

Digitized by Google

quandoquidem licet in aliquo noſtram innocentiam tueri poſſumus, in mille tamen aliis etiam nobis incognitis arguemur. Et ſi cauſam noſtram aliqua in re probaverimus, Deus tamen ſexcentas alias adverſum nos producet, quibus maxime ſontes arguemur. Ne itaque Jonathano factam ullam injuriam arbitremur, licet inſonti & per incogitantiam lapſo in illam quam neſcivit patris execrationem, à qua proinde jure poterat abſolvi. Nam etſi coram hominibus ſufficiens excuſatio videatur, Deus tamen ſatis habuit cognitam: ac proinde etiam ſua liberalitate providit, ut in tantas anguſtias conjectus Jonathanus, mortique etiam addictus, Dei gratiam & miſericordiam in ſummo periculo experiretur. Præterea hic obſervanda eſt hominum ad peccandum proclivitas, qui ſubinde non cohibentes ſuos affectus, peccatis peccata cumulant & in dies augent. Exemplo eſto Saul; qui primum juramento iſto, *vivit Jehova,* ſuam ſententiam firmavit: quarum vocum ſenſum antea expoſuimus: deinde adjecit, *Jehova qui ſervat Iſraëlem*: & tertium etiam adjunxit, *morte morietur.* Quum itaque dicit, Jehova qui ſervat Iſraëlem, perinde eſt acſi juraret per eum, qui populum ſuum ex periculo eripuit: quaſi diceret, Non tantum ego me coram Deo ſiſto, qui Juſtitia eſt æterna: ſed etiam maxime cujus virtus fuit conſpicua in aſſerendo populo ſuo ex tyrannide, qua premebamur ab hoſtibus, in libertatem, ut ſeſe noſtrum Servatorem oſtenderit. Volo itaque duplo ſeverius ab illo puniri niſi ſententiam latam implevero. Tertium denique jusjurandum addit, Ita faciat mihi Deus, & ita pergat: qua phraſi, in Scripturis uſitata, idem ſignificatur, ac ſi quis dicat, Deum precor ut me in hoc mundo puniat, & in altero, niſi &c. Quum igitur multæ caſtigationum accumulantur ſpecies, ut Deus vel hac, vel illa puniat, iſtiuſmodi imprecationi, Sic faciat mihi Deus, locus eſt. Atque hæc eſt iſtius phraſis vis; etſi videntur voces abruptæ & interciſæ, ut in jurando modus teneatur, ne, ut plerique habent in more, ad varias & horrendas execrationes ſint procliviores. Quam multos enim hodie videas adeo inſolentes, ut diras execrationes evomant, ad quas oporteat auditores totos cohorreſcere, quaſi Deum ipſum in faciem petere vellent, quum ſibi varia fingunt monſtra, & in inferis ſedes & iſtis ſimilia fabricantur? At, ut dixi, in Scripturis interciſæ & abruptæ juramentorum voces videntur, ut doceamur oportere homines ad Dei nomen, quoties per illud ſunt juraturi, totos horrere. Idcirco rem metum de ſe concitaret, qui ſerio ſemper & irrevocabiliter loqueretur. Quare Jonathani excuſatio non admittitur à patre, quæ tamen ſumma æquitate nitebatur, ſed quam Saulis ſuperbia non recipiebat. Hinc diſcunto, qui ad ſummos honores evecti ſunt, cavere ne ſua arrogantia rejiciant, ſibi vel ab ignaris vel abjectæ conditionis hominibus factas admonitiones: nam certum eſt, inde maximam partem corruptelarum in judiciis contingere, quum ſuperbia & arrogantia Judices ſic excæcantur, ut miſerorum hominum quærelas vel admonitiones non audiant. Deinceps vero dicitur populus, etiam jurejurando, Saulis execrationi contrario, affirmaſſe Jonathanum minime moriturum. Hactenus magnam hujus populi obedientiam audivimus, imo potius ſtuporem quendam, quo factum eſt, ut nemo ex toto populo reſpondere Sauli ſit auſus. At quum Jonathanum de vita periclitari animadvertit, remque iſtam à Saule ſerio agi, tum ſeſe aperte Regis conatibus oppoſuit, Jonathanumque non eſſe moriturum, juramento confirmavit. Profecto minime dubium eſt quin Deo impellente populus ita ſeſe juramento adſtrinxerit ad Jonathanum morti eripiendum, ut Saul arrogantiæ ſuæ pœnas daret: ut, ſi forte juramentum ſuum locum habere vellet, contrario juramento impediretur: populuſque multitudine vinceret. Nempe ut dicerent ſe omnes juraſſe, ac proinde non poſſe in ipſius ſententiam deſcendere: quod ſolus ipſe nihil ad illos omnes poſſet: atque ita provideretur Jonathano, ne vita mulctaretur. Porro quæri poteſt, rectene fecerit populus juramento contrario Saulis juramentum oppugnans. Ad quam quæſtionem reſpondendum eſt, in rebus divinis homines cæcutire: ac proinde oportere illos, quum de arcanis Dei conſiliis agitur, ori ſuo digitum apponere, & iis contentos eſſe quæ nobis Deus verbo ſuo patefacit. Nam quum Deus admirabili quodam conſilio ſuo iſtiuſmodi quædam exempla ad noſtram inſtructionem edidit, non ideo tamen ſequitur homines ea facientes non deflectere à recto tramite, licet eorum opera Deus ad ſuum implendum conſilium uſus ſit: Verum tamen Lex Domini ſemper integra & illibata manet: quamobrem iſtiusmodi quæſtiones relinquendæ ſunt tanquam vanæ & inutiles, imo & impiæ, ſiquis illis ad effugia quærenda, velit abuti, rectene an male populus fecerit. Sufficiat nobis Deum ea ratione voluiſſe Jonathanum eripi mortis periculo, quum jamjam morti deſtinatus ſepulcro imminere

 vide-

ſi capite puniretur, nonne in Deum ipſum eſſemus injurii, & gratiam ipſius quam in Jonathano patefecit nobis obſcuraremus? Hinc diſcimus ſigillatim facta expendere quæ veniunt in controverſiam, & de quibus judicandum, & ſententia ferenda eſt. Nam ſi ejusmodi facta fuerint, quæ Dei verbo, & naturali æquitate condemnentur, extra omne dubium poſita ſunt, quippe irremiſſibilia. Sed ſi contra, tale factum aliquod contigerit, quod neque improbum ſit, nec abſolute à Deo condemnetur; ſed ſola hominum imaginatione, nullo tamen Dei verbo comprobata, nitatur: certum eſt nos alicui facientes injuriam· qui ſibi non eſt mali conſcius, adverſus ipſum Deum fore injurios, atque adeo ipſum fore vindicem & ultorem illius injuriæ. Quamobrem tanto nobis major adhibenda cautio hic eſt, ne temere de incognitis ſententiam feramus, vel calculo noſtro condemnemus, quod tamen excuſari vel approbari poteſt: ne ipſi Deo bellum inferre velle videamur: cui tandem aliquando, quicquid prætexamus, reddenda erit noſtræ temeritatis ratio. Tandem Saul dicitur *receſſiſſe à perſequendis Philiſtæis:* qui finis eorum omnium quæ hactenus ſunt à nobis explicata: nempe Deum quidem voluiſſe populum ſuum aſſerere in libertatem, ſeque populi ſui defenſorem & protectorem patefacere, & à tyrannide Philiſtæorum, quam diu paſſus erat, liberare: ſed non tamen plenam & perfectam Sauli de hoſtibus victoriam concedere: quandoquidem proculdubio dignus erat potius ſumma confuſione & dedecore, quod Samuelem patienter non exſpectaſſet. Quamobrem Deus hanc ipſius victoriæ remoram injiciens, eum ita caſtigat, ut velit eum adhuc pati aliquid à Philiſtæis, qui perpetuo ipſum torqueant, non ad annum unum aut alterum, ſed quamdiu regno potietur, quod obtinuit annos quadraginta: ac proinde perpetuas cum Philiſtæis habuit concertationes, & quidem eo uſque res devenit, ut ipſe tandem cum filio Jonathano à Philiſtæis cæſus & prælio fuſus occubuerit, vehementer auctis peccatis ſuis, quum maxime illum ad Deum converti oporteret, & ad Dei obſequium componi. Ille vere contra, peccata peccatis cumulans, & totus in illis immerſus, ſibi etiam ultimum exitium accerſivit. Idcirco igitur hic dicitur Saul receſſiſſe à perſequendis hoſtibus. Deinceps vero ſequitur duarum rerum ſumma, primum quidem Sauli regnum obtinenti proſpere omnia ſucceſſiſſe: & quocunque copias duxit, victoriam de hoſtibus reportaſſe: deinde vero quædam genealogiæ ipſius repetitio. Nam licet jam ante vidiſſemus Saulem à Kiſo duxiſſe ortum, nihilominus tamen hic repetitur, & filiorum ipſius filiarumque etiam nomina quibus aura ſecunda adſpirat, rerumque omnium optatus eventus. Futurum enim eſt ut momento illa felicitas corruat. Cæterum & terreſtria iſta ac temporaria beneficia Dei eſſe in honore oportere, magnique fieri, hinc apparet: licet cum ſpiritualibus & æternis collata, parvi ſint momenti. Verum tamen nullum ac ne tantillum quidem Dei beneficium in caduca & tranſitoria iſta vita parvi faciendum eſt: ſed potius in ſummo habendum honore, ut Dei nomen in ſuis donis ſemper glorificetur. Et de Saulis genealogia hactenus. Quod ad Abnerem attinet, pluribus deinceps de ipſo agendum eſt: & quis ipſius gubernationis & adminiſtrationis fuerit exitus: ſed illa tractatio in ſuum locum eſt rejicienda. Quod vero dicitur Saul, quamdiu regnum obtinuit, continuis bellis fuiſſe occupatus, in primis obſervandum, qua ratione Deus populum ſuum exercuerit, etiam quum ſuæ bonitatis erga ipſum non dubia ſigna dedit. Antea vidimus populum intolerabilem ſervitutem paſſum fuiſſe multos annos, & ſub jugum aſperrimum miſſum fuiſſe inſtar miſerarum pecudum, ſine defenſione. Nam, quæſo, quænam erat ſervitus, etiam inſtrumenta ad culturam terræ neceſſaria non habere niſi ab inimicis? Jam vero Deus ſe defenſorem & protectorem populi ſui profitetur, nec ita tamen, ut magnum otium ipſi faciat, quandoquidem ſæpe exercetur novis hoſtium aggreſſionibus. Saul quidem magnum eſt ipſi propugnaculum, Deo proſperos ſucceſſus ipſi dante: ſed nihilominus novis ſemper hoſtium invaſionibus infeſtatur. Ex quibus diſcimus, Deum nunquam in hac vita ſuis perfectam dare quietem & tranquillitatem: ne, ſiquando cum variis difficultatibus luctandum erit, frenum arrodant & dentibus adverſus ipſum frendeant. Neque enim cogitandum eſt, in hac terreſtri & non diuturna habitatiuncula, Deum velle nobis terreſtrem paradiſum dare, vel delicias facere. Sed hoc uno contentos eſſe oportet, perfectam felicitatem noſtram eſſe in cœlo poſitam: Deumque nunquam defuturum nobis in ſummis periculis, quin opportunum auxilium adferat. Sed viciſſim etiam ſciendum, Deum, variis afflictionibus nos exercentem, velle ita nobis ampliorem ipſum invocandi materiam dare: & à carnalibus omnibus affectibus avocare, ne illis inebriemur: ad quas nos eſſe nimium proclives, & nimium ſæpe ab illis eludi, ipſa experientia teſtatur. Quare quum hoc loco victorias Saulis audimus, etiam meminerimus miſeræ conditionis cum qua Dei populus luctabatur, crebro illum novis aggreſſionibus hoſtibus adorientibus. Hic vero quum memorantur, Kis, Ner, Abner, & fit etiam mentio Idumæorum, Moabitarum, Hammonitarum & reli-

Digitized by Google

HOMILIA QUINQUAGESIMA PRIMA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XV.

1. ET dixit Samuel ad Saul, Me miſit Dominus ut ungerem te in Regem ſuper
populum ejus Iſraël: nunc ergo audi vocem Domini.
2. Hæc dicit Dominus exercituum, Recenſui quæcunque fecit Amalec
Iſraëli, quomodo reſtitit ei in via cum aſcenderet de Ægypto.
3. Nunc ergo vade & percute Amalec, & demolire univerſa ejus: non parcas ei, ſed
interfice à viro uſque ad mulierem, & parvulum atque lactentem, bovem & ovem, camelum & aſinum.
4. Præcepit itaque Saul populo, & recenſuit eos quaſi agnos, ducenta millia peditum,
& decem millia virorum Juda.
5. Quumque veniſſet Saul uſque ad civitatem Amalec, tetendit inſidias in torrente.
6. Dixitque Saul Cinæo, Abite, recedite, atque diſcedite ab Amalec, ne forte involvam te cum eo, tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſraël, cum aſcenderent
de Ægypto: & receſſit Cinæus de medio Amalec.
7. Percuſſitque Saul Amalec ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ eſt è regione
Ægypti.

INſignis explicanda nobis hiſtoria ſequitur, in qua contemplemur quantopere ſalus Eccleſiæ Deo chara ſit: & viciſſim, quanta cura & ſtudio nos oporteat incumbere in mandatis Domini ſine contradictione implendis: ut, licet noſtri ſenſus abhorreant, tamen ipſius voluntati ſatisfaciamus. Intoleranda enim arrogantia illa eſt, quum mortalis audet adverſus Creatorem obloqui: & ſibi aliquam ſupra Deum ſapientiam attribuit. Hinc itaque faciamus initium hujus Concionis, Deo nimirum tantopere eſſe commendatam Eccleſiæ ſuæ ſalutem, ut nunquam patiatur illatas ipſi injurias inultas remanere. Nam etſi fideles multa ferre ab impiis contingat, & veluti ab illis opprimi; futurum tamen tandem eſt, ut rationem Deo illarum omnium olim impii illi perſequutores reddant. Teſtis eſto celebris illa Exod. 8. hiſtoria de Amalecitis, qui populum Iſraëlis tranſitu in ipſo deſerto prohibere voluerunt, nulla tamen injuria laceſſiti: ſed contra potius non inſcii promiſſionum quas Abrahamus à Deo acceperat, quippe ab illo etiam ducentes originem. Proculdubio quum ultro miſerum illum populum affligunt, ipſi Deo videntur bellum inferre velle, & promiſſiones ipſius irritas facere, atque ipſius veritatem pervertere: ac proinde cultum Dei, puramque religionem quam Deus in terra illa Chanaan volebat conſtituere, pro viribus evertere conabantur. Et quidem grave iſtud erat peccatum, ad quod aliud accedebat: quod nullam occaſionem aggrediundi Iſraëlitas habebant, à quibus neque fuerant laceſſiti, neque ullas injurias acceperant: ſed tranſitum tantum liberum per ipſorum regionem poſtulabant. Sed illi ad arma concurrentes, non inimicum populum hoſtiliter invadunt. Ex quibus eſt conſpicuum illos adverſus Deum bellum geſſiſſe, & adverſus homines inhumanitate peccaſſe. Peccarunt itaque graviter Amalecitæ furore adverſus Deum, & immanitate adverſus proximos, & quidem tales ut dicantur electus Dei populus, propriumque ipſius peculium. Sed tandem illos Deus repuliſſe virtute ſua dicitur. Nam etſi populus adver-

quidem igitur Deus per ſuam Majeſtatem jurat, & eſt Omnipotens, certum eſt ipſum nullam unquam injuriam inultam relicturum. Moſen vero videmus etiam fideliter mandatum ſibi à Domino fuiſſe exequutum Deut. 25: 17. ſiquidem nominatim populum jubet memorem eſſe acceptæ iſtius ab Amalecitis injuriæ, in hæc verba, *Recordare eorum quæ fecit tibi Amalech, in itinere, quum exiretis ex Ægypto. Qui occurrens tibi eo itinere, in poſtremo agmine tuo cæcidit omnes qui debilitate affecti ſequebantur te, quum tu eſſes laſſus & fatigatus: nec reveritus eſt Deum. Ideo eſto quum quietem dederit Jehova Deus tuus tibi ab omnibus inimicis tuis circumquaque in terra quam Jehova Deus tuus dat tibi in poſſeſſionem, ut deleas memoriam Hamalechi ſub cælis: ne obliviſcitor.* Atqui labuntur anni pene trecenti, quibus Deus Amalecitas ita toleravit ut ne leviter quidem attigerit: quare videntur irritæ illæ comminationes: & decretum illud Dei adverſus Amalecitas tam horrendum in auras & fumos abiviſſe, & irritum factum eſſe. Nam quomodo Deus tamdiu tolerat Amalecitas, non repetens ab ipſis iſtius injuriæ rationem, & pœnas infligens? Sed hic ea in memoriam revocanda quæ Sacra pagina frequenter inculcat, Mille annos eſſe coram Deo unius diei inſtar. Unde etiam diſcendum eſt, improbis triumphantibus, quod aliquod ingens periculum evaſerint, Deo non properante ad vindictam, & ſua judicia adverſus ipſos non exerente: & in ſumma lætitia & voluptate ac otio vitam agentibus, non modo reliquos homines contemnentibus, ſed ipſa Dei judicia ſpernentibus, tamen imminere Dei vindictam, qua momento incauti obruantur. Jam vero in noſtrum uſum quæ de Moſe hactenus ſunt recitata uſurpemus, & utilem ex iis doctrinam eruamus. Sane prima facie inſolens videri poteſt mandatum, de tam horrenda vindicta ſumenda de Amalecitis: modum enim excedere modis omnibus videtur. Præterea notum eſt, ſacram Scripturam paſſim prohibere, ne ipſi noſtras injurias ulciſcamur. Quamobrem ſibi ipſi Deus eſſe contrarius forte videretur: quandoquidem modo prohibet ulciſci injurias, modo etiam ulciſci jubet. Sed de ultione & vindicta facilis ſolutio eſt, quum inter paſſiones noſtras diſtinguemus, & ſincerum affectum Deo obſequendi. Sane ſi à noſtris affectibus & paſſionibus ad vindictam feramur, certum eſt illicitam illam eſſe ultionis rationem. Quin imo licet manum adverſus inimicos non attollamus, ſed animo iracundiam foveamus, coram Deo cædis rei omnino ſumus.. Non itaque mirandum ſi Deus tam præciſe omnem ultionem privatam prohibuit. Deus enim homines eſſe ſui nimium amantes ſatis novit, & in iras ad minimam injuriam exſurgere: ac ſuis affectibus ſemel abreptos non poſſe modum ſervare, ſed juris & æqui prorſus obliviſci. Et præterea Deus ſibi cuum, quare ultio privata prohibeatur, puta, ne Dei partes præveniamus, & ipſius officium noſtra impatientia impediamus. Quandoquidem enim ipſe nos in ſuam tutelam recepit, illatas nobis injurias vult ulciſci: nos autem ab omni ultione abſtinere, quod norit quam noſtræ paſſiones violentæ ſint & immoderatæ: quibus nos oportet exui, & patienter Dei vindictam exſpectare, ne noſtra impatientia præjudicium ipſi adferamus. Verum enimvero quædam ultiones non modo permiſſæ & licitæ ſunt, ſed etiam mandatæ. Exempli gratia, Si Magiſtratus aliquis Juſtitiæ gladio armatus, vel latronem, vel furem, vel facinoroſum quemlibet ad furcas trahat, legitima & bona illa eſt ultio, Dei voluntati nullo modo contraria. Nam contra, ut ait Salomon, ſi Magiſtratus ab illa ultione quam Deus præcipit abſtineret, in Deum graviter peccaret rebellionis reus: ſed illa ultio, modo ſit temperata & æquitate nitatur, Dei eſt, non hominum: puta, ſi ſerio affectu in Dei cultum feratur Magiſtratus, & ſuum officium facere ſtudeat, nulla privata injuria ad talem ultionem, ſed ſolo Dei mandato impulſus, ſontes ita puniri jubentis. Ex iſtis igitur ſatis apparet privatis ultionibus nullum amplius locum dari oportere, quod Dei Majeſtati detrahant, & in ipſius juriſdictionem involent. Sed divina ultio laudabilis, quum Magiſtratus nullam privatarum injuriarum rationem habens, in ſolum Dei mandatum fertur ſtudio cultus ipſius. Veniamus jam ad præſentis hiſtoriæ explicationem, Deus Amalecitas funditus deleri jubet. Atqui hac ratione populus ſuas injurias ulciſcitur. Sed non eſt iſta privata ultio, quandoquidem non motu proprio aut paſſione vehementiore, ſed Dei mandato fertur populus ad hanc ultionem: quare neque humana neque privata fuit hæc ultio. Et Deus non laxavit habenas populo ut crudelius & immanius ſæviret in hoſtes, & malum malo penſaret: ſed tamen hanc illi vindictam commiſit, ut cuivis appareat quam Eccleſiæ ſalus ſit ipſi chara & pretioſa. Quare non debet nobis inſolens videri hæc Dei ſententia de Amalecitis perdendis & internecione una delendis. Sed alia hic oritur quæſtio, quomodo Deus poſt tam longum temporis intervallum Amalecitas una internecione, & quidem ipſas mulieres cum infantibus deleri jubeat. Nam primum nullus dum eorum qui tum vivebant natus erat, quum in itinere populus Iſraëliticus impetum illorum ſuſtinuit: ſed contra qui adverſus Deum & Eccleſiam ipſius auſi tum impetum facere fuerant, partim occubuerant, partim fuga ſibi ſalutem quæſiverant. Et quicquid ſit conſpirationis iſtius auctores puniri amplius non poterant: ac proinde jam internecione deleri jubentur qui nondum tum temporis in vivis erant. Sed quid de mulieribus dicemus, quibus plerumque in bello parci ſolet: quid de infantibus, adhuc à matrum uberibus

ribus

Deum inſurgunt, & veluti cornua tollunt, agedum, ut os illis occludatur & plane contundantur, divina iſta judicia ex quadam ſimilitudine ab hominibus ducta expendamus. Siquis nocentem hominem, cædi tamen nolit, neque ad mortem rapi, etiamſi à Judice ſit capitali ſupplicio addictus, nonne merito inſanus habebitur? nonne in ſe pœnas meritas temeritate ſua trahet, quod tali judicio reſiſtat? Sed ſi cauſam ignorans quare ad capitale ſupplicium damnatus ſit, aut ſi legum & juris omnis ignarus velit in Judicum ſententias inquirere, & ex ſuo ſenſu & judicio ſententiam ferre, juraque omnia corrumpere, nonne merito talis homo ſummæ ſtultitiæ, aut arrogantiæ & ſuperbiæ intolerabilis reus erit, & omnium calculo damnabitur? Quid ergo dicendum putamus de hominibus, in Dei judicia inquirentibus, penes quem unum eſt totius mundi poteſtas? Quare meditanda eſt & noſtris mentibus altius infigenda Pauli ſententia, Quis tu es qui condemnas alienum famulum? ſcriptum eſt enim, Vivo ego, dicit Dominus: quoniam mihi ſeſe flectet omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. Quamobrem quotieſcunque Judicem unum ſummum eſſe audimus omnium, an non terrore percelli, & frenos injicere nos ipſos nobis oportet, & ab ipſo pendere, & ſententiam ab ipſo latam venerari, quandoquidem penes ipſum eſt poteſtas nos ad ipſos inferos quum volet detrudendi? At ſi contra Deo terminos ponere, & ad noſtram menſuram ipſius judicia exigere, aut ſi non placuerint repudiare audeamus, nonne diabolicus erit furor & inſania intolerabilis? Itaque neceſſe eſt ut noſtri ingenii tenuitatem inſpiciamus, quæ Dei arcana ſcrutari non poteſt, quandoquidem ſunt profundiſſima abyſſus, in quam ſemel immerſi, nunquam emergunt. Quare itaque mortales hic ſuam opinionem adferent, & temere judicabunt, & de rebus incognitis ſententiam ferent? Næ Deo rationes conſtant judiciorum ſuorum, ut quicquid homines obloquantur, juſtus ſit ſemper Jehova, & rectus judiciis ſuis,
Pſal. 119. ut olim cecinit Propheta: ſed noſtro damno & ſum-
verſ. 137. mo cum dedecore & ignominia. Ex quibus apparet ſummam eſſe inſaniam, quum audent mortales in Domini facta inquirere, & adverſus Dei judicia murmurare. Quid ergo faciendum, quum nimia crudelitas eſſe nobis videbitur etiam in pueros à matrum uberibus pendentes ſævire? Næ in memoriam revo-

uſque perfectæ revelationis patienter feramus. Nam,
ut ait Paulus, ex parte tantum cognoſcimus. Quare *1 Cor.* 13.
patienter exſpectandum donec Deus det nobis per- *verſ.* 9.
fectam cognitionem eorum quorum nunc guſtum tantum aliquem habemus: & agnoſcenda noſtra imbecillitas, ne ultro nos præcipites in illam abyſſum divinorum judiciorum demus. Et de iſtis hactenus. Cæterum profanorum hominum furores certum eſt non poſſe à nobis impediri, quin adverſus Deum fremant, & blaſphemas voces in ipſum vomant, non poſſe Deum inquientes ab injuſtitia liberari, quum in innocentes & à crimine vacuos vindictam exercet. Verumtamen interea gemere nos oportet, & mente revocare dictum illud Prophetæ, opprobria quæ in Deum projiciuntur, in ipſos mortales recidere. Nos itaque graviter oportet angi quotieſcunque miſeros homunciones, inſtar lumbricorum humi reptantes, conſpicimus adverſus Dei Majeſtatem inſurgere, & blaſphemis vocibus ſuis illam lacerare: & patienter divinam in illos vindictam exſpectare. Quandoquidem certum eſt, iſtiuſmodi canum impudentiſſimorum tandem etiam horrendum fore exitum, licet tardo & lento gradu divina vindicta procedat: & licet in cœlum blaſphemias ſuas tanquam lapides jaculentur, in caput ipſorum tamen tandem derivandas, & pudore ſummo tandem obruendos. Quandoquidem enim adverſus Deum inſurgunt, & veluti cornibus petere ipſius ſolium videntur, tamen adverſus aërem tantum luctantur; neque Deum ipſum poſſunt contingere. Qua enim parte illum aggrederentur, qui omnium mortalium cervicibus imminet, & omnia hominum facta intuetur. Ac proinde licet miſeris parcat ad tempus, & ad pœnitentiam etiam illos invitet: tamen longum illum patientiæ ipſius abuſum, & pugnam adverſus ipſum, ſumma & horrenda in noſtra capita derivata confuſio & calamitas excipiet. Itaque licet mente aſſequi non poſſimus quare tam horrendam vindictam Deus in Amalecitas immiſerit, iſtud nobis ſatisfaciat, Deum eſſe totius mundi judicem: coram quo nos oporteat dejici & humiliari: agnoſcentes omnia ipſius facta eſſe juſta, & decreta irrevocabilia, licet eorum ratio minime nobis conſtet. Interim vero propriùs iſta ſunt applicanda nobis, & ex iis utilis eruenda doctrina, nempe non ſperandam eſſe impunitatem, Deo pœnas differente:

neque

quid de nobis futurum putamus, qui peccatis noſtris ad iram ipſum provocare non deſinimus? Nam etſi in hac miſera & caduca vita non puniat, neque ſuam manum adverſus nos exerat, non ideo tamen melior futura noſtra eſt conditio: quandoquidem alia vita ſupereſt iſta terrena longe excellentior, in qua ſummus ille Judex in omnium vitam eſt inquiſiturus, & æternis pœnis contumaces & ſceleratos ulturus. Et, ut ante dixi, quomodo parceret impœnitentibus & flagitioſis hominibus, quum & infantes propter peccata patrum ulciſcatur? Quamobrem mentibus noſtris altius hæc doctrina eſt defigenda, ut primum ſciamus, Deo non ſtatim brachium ſuum ad pœnas de nobis repoſcendas exerente, non eſſe tamen nobis indulgendum, neque faciendas nobis delicias: & graviter à nobis peccari adverſus ipſius Majeſtatem, ſi peccatorum impunitatem ſperamus, Deumve ſurdum aut cæcum nobis fingimus. Deinde & hinc diſcendum, patienter eſſe ferendam moram illam divinorum judiciorum, ſi non ſtatim nos ab inimicis noſtris vindicat, quum injuriis afficimur, & veluti malis obruimur; ſed potius illa diſſimulat, & noſtri curam abjeciſſe videtur. Cavendum ſane ne cogitemus nos oblivioni eſſe ab illo traditos, & noſtri curam omnem illum abjeciſſe. Nam ſane contrarium præſens hiſtoria teſtatur: quandoquidem poſt ducentos vel trecentos annos, judicium adverſus Amalecitas decretum opportuno tempore exercuit. Næ inanis & vaña videbatur illa Domini fuiſſe comminatio, licet in libro Legis nominatim deſcribi juſſa, quæ tot jam lapſis ſeculis ſuum exitum nondum erat aſſequuta. Sed Dominus illam oblivioni minime tradiderat: & quod tamdiu diſtulit, non ex impotentia contigit, quaſi non poſſet citius ſi voluiſſet; ſed tanquam in ſpeculo docere nos voluit, ſe non eſſe nobis ſimilem: ut diſcamus non eſſe tam præcipites in ulciſcendis injuriis quam fere omnes ſumus. Sunt enim noſtri affectus ardentiores, & ad primam injuriam nobis illatam Deum vellemus fulgur è cœlo jaculari, & eos à quibus lædimur, ſtatim ad inferos detrudere: & niſi votis ardentibus & importunis reſpondeat, vehementer indignamur & ipſi obloquimur. At contra Deus nos docet in ipſum omnes illatas nobis injurias rejicere, & ab ipſo ſolo pendêre & vindictam opportuno tempore exſpectare. Neque enim noſtrum eſt, Deo tempus præfigere, & veluti terminos ponere. Sed quum faciem ſuam occuluiſſe, vel avertiſſe à nobis videbitur, nihilominus tamen digitum ori noſtro apponamus, & in ſinum illius noſtros omnes gemitus deponamus: & improbis ſævientibus, & laxas habenas ad quaſvis injurias habentibus, nihilominus quieſcamus, & in ſilentio & patientia horam & opportunitatem divinorum judiciorum exſpectemus. Cæterum ne dubitemus quin Deus olim

omnem gratiæ accepi[illegible] veritatem habemus omnium veterum illarum umbrarum & figurarum. Quapropter minime dubitandum quin nos ad ſe Deus recipiat: & quin, invocatus in medio noſtri ſit: quin afflictis opem ferat. Ac ſi nos patiatur cædi & in hoſtium poteſtatem venire; ſciendum tamen non perituram ullam ſanguinis noſtri guttam, imo & lacrymas noſtras collectum & ſervatum iri in ipſius vaſa, tanquam pretioſiſſima unguenta, ut Propheta in Pſal. docet. Quare ſi hæc animis noſtris altius infixa hæſerint, & in media triſtitia tamen gaudio exultaverimus, ſcientes Deum illatas nobis injurias tanquam ſibi factas ulturum, quandoquidem nihil à nobis ſeparatum habere vult, quos ex mera gratia & bonitate in populum elegit, quæ nos amplius urgere dubitatio poterit, quandoquidem infinita eſt ipſius potentia? Quid ergo ſupereſt, niſi ut creſcentibus malis, patienter illa feramus, & in Deum rejiciamus, ſcientes ipſum minime permiſſurum improbis laxiores habenas ad nos vexandos, quam ipſe nobis eſſe utile & ſalutare judicaverit? Atque hæc in ſumma eſt doctrina ex verbis illis eruenda, quibus Deum audimus juſſiſſe Amalecitas una internecione omnes exſtirpari, memoriamque ipſorum deleri. Quin etiam additum jusjurandum plane patefacit, Deum noſtræ ſalutis ſummam curam gerere. Multum enim illud eſt, quum ſe adverſus hoſtes noſtros inſurrecturum dicit: ſed quum etiam jurejurando promiſſionem illam confirmat, & veluti ſponſorem & vadem interponit, tanto magis amorem ſuum erga nos demonſtrat: quod ſolo illius verbo plus quam ſatisfactum eſſe nobis oporteat. Quanto igitur magis ſuam benevolentiam declarat, quum etiam jurejurando affirmat ſe protectorem noſtrum & patronum fore, noſque adverſus hoſtium vim defenſurum, illataſque injurias ulturum? Quum ſeſe Dominus eo uſque demittit, ut ſe noſtræ infirmitati accommodet, quæ amplius dubitatio noſtras mentes exagitabit? Quare tantum apud nos pondus habere debet, & ita nos conſolari, ut quaſcunque injurias nobis illatas patienter feramus, & quæcunque adverſum nos hoſtes moliti fuerint, forti animo ſuperemus, imo & mortem ipſam non metuamus; quandoquidem Deus etiam jurejurando affirmare dignatus eſt ſe ultorem fore, & de hoſtibus noſtris pœnas repoſciturum, aut potius ſe de ſuis hoſtibus vindictam ſumturum, quoniam iſtud eſt ipſius opus. Et de iſtis hactenus. Porro quum de crudelitate Amalecitarum hic audimus verba fieri, qui ſe Iſraëlitis in deſerto, rebus omnibus deſtitutis crudeliter oppoſuerant, obſervemus Deum nos docere, miſerorum & afflictorum nos oportere miſereri. Quare quæcunque mala noſtri fratres patiuntur, totidem eſſe aculeos quibus nos excitari ad miſericordiam erga ipſos oportet ſciamus:

Digitized by Google

[illegible] ut de illarum effectu & impletione certi ſimus, & in illis placide conquieſcamus. Contra vero, comminationes ipſius metuamus, caveamuſque ne arrogantia noſtra adverſus ipſum efferamur. Nam ſi cornua in Deum erigamus, licet ferro & chalybe duriores, tamen in minutiſſima fruſta nos atterendos eſſe certum eſt. Ecquis enim ignorat, montes ipſos altiſſimos, ſi adverſus Deum conſpirarent, momento in ipſius præſentia, nivis inſtar, colliquefaciendos? Quid ergo futurum eſt miſeris homuncionibus, qui nihil aliud ſunt in Domini conſpectu quam retrimenta & corruptio? quomodo ergo quorum tanta eſt imbecillitas, adverſus Omnipotentem contenderent, eidemque reſiſtere auderent? Quare ſummopere cavendum ne Dei verbo reſiſtamus, ſed potius ad ipſius minas terreamur & cohorreſcamus: & promiſſiones ipſius cum omni humilitate recipiamus: certo perſuaſi, illum quicquid decreverit perfecturum, & ad ſuum finem deducturum. Cæterum hinc etiam diſcamus, ſic ab omni vindicta abſtinere, & paſſionibus ſic moderari, ut in Dei mandata ſemper intueamur, & ne vitia & flagitia tolerantia noſtra foveamus. Quamobrem quos Deus armavit juſtitiæ gladio, dare operam neceſſe eſt, ut fideliter officium faciant, & ſciant ſe à Deo in eam dignitatem evectos, non ut affectibus ſuis obtemperent, ſed ut ſibi muneris impoſiti partes impleant. Et privatos etiam omnes oportet, etſi non acceperint auctoritatem à Deo in hominum vitia animadvertendi, illa tamen odiſſe: ne Deo ipſi ſint injurii, & Spiritui ipſius reſiſtere videantur, eos à quibus offenditur, favore tolerantes: & non tantum flagitia tolerantes, ſed iiſdem etiam occaſionem quantum in ipſis eſt præbentes. Quare quum Amalecitas ab Iſraelitis tam ſevere coërcitos legimus, Dei juſſu & mandato factum recordemur. Nobis vero non dantur hodie talia ſpecialia mandata: ſed tamen quiſque jubetur pro ſua conditione & gradu malum odiſſe. Cæterum quoniam ex mera ſua miſericordia & bonitate nos in filios adoptavit, certo ſciamus ipſum nos in afflictionibus ſublevaturum, & promtum auxilium allaturum. Quæ quum ita ſe habeant, curas omnes noſtras in ipſum conjiciamus: ejuſque gloriam pro virili promoveamus, patienterque injurias quaslibet feramus, & quævis opprobria, imo & ipſam mortem fortiter obeamus, perſuaſi nunquam defuturam nobis ipſius virtutem & potentiam, ſed opportuno tempore auxilium allaturam: modo tamen patienter illam præſtolemur. Quare licet improbi dominatum obtineant, & mille modis nobis inſultent & ludibrio habeant, Deum tamen eo ardentioribus votis invocemus, eique temporum opportunitatem permittamus: quandoquidem non eſt humanæ imbecillitatis illi terminos ponere. Sed ſi patienter & modeſte toti ab illo pendeamus, certum eſt nos reipſa liberatorem & patrem ipſum experturos. Quandoquidem enim ab omni ævo ſuæ Eccleſiæ miſertus eſt, ejuſque ſe vindicem oſtendit, neque hoc etiam tempore injuriarum ſuis filiis illatarum obliviſcetur: ſed cauſam Eccleſiæ ſuæ ſuſcipiet, ſummo cum hoſtium dedecore & ultimo exitio. Quare quum Deum noſtri curam habere ſingularem ſciamus, ne nos injurias pati tædeat ab hoſtibus illatas, tantiſper dum Deus vindex appareat, & velut ἀπὸ μηχανῆς auxilium oppreſſis adferat, & miſerias & afflictiones à nobis depellat.

Jam vero agite, fratres, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices in genua procumbamus, infinita peccata, quibus ejus in nos iram quotidie provocamus, agnoſcentes, veniamque deprecantes. Et in primis precemur ipſum ut oculorum noſtrorum aciem exacuat, quo peccata noſtra cernentes eorum pudore afficiamur, & veniam magis ſollicite deprecemur. Neque vero tantum rogemus ut præterita condonet: ſed etiam ut in poſterum nos ita Sancto ſuo Spiritu regat, ut toto vitæ noſtræ curriculo nihil niſi Majeſtatis ipſius & gloriæ amplificationi ſtudeamus, &c.

HOMI-

Digitized by Google

6. Dixitque Saul Cinæo, Abite, recedite, atque diſcedite ab Amalec, ne forte involvam te cum eo, tu enim feciſti miſericordiam cum omnibus filiis Iſraël, quum aſcenderent de Ægypto: & receſſit Cinæus de medio Amalec.

7. Percuſſitque Saul Amalec ab Hevila, donec venias ad Sur, quæ eſt è regione Ægypti.

8. Et apprehendit Agag Regem Amalec vivum: omne autem vulgus interfecit in ore gladii.

9. Et pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ovium, & armentorum, & veſtibus, & arietibus, & univerſis quæ pulchra erant: nec voluerunt ea diſperdere: quicquid vero vile fuit & reprobum, hoc demoliti ſunt.

10. Factum eſt autem verbum Domini ad Samuel, dicens,

11. Pœnitet me quod conſtituerim Saul Regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non implevit. Contriſtatuſque eſt Samuel, & clamavit ad Dominum tota nocte.

12. Quumque de nocte ſurrexiſſet Samuel ut iret ad Saul mane, nunciatum eſt Samuel, eo quod veniſſet Saul in Carmelum, & erexiſſet ſibi fornicem triumphalem, & reverſus tranſiſſet deſcendiſſetque in Galgala.

13. Et quum veniſſet Samuel ad Saul, dixit ei Saul, Benedictus tu à Domino, implevi verbum Domini.

14. Dixitque Samuel, Et quæ eſt hæc vox gregum, quæ reſonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio?

15. Et ait Saul, De Amalec adduxerunt ea, pepercit enim populus melioribus ovibus & armentis, ut immolarentur Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus.

16. Ait autem Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ loquutus ſit Dominus ad me nocte: dixitque ei, Loquere.

17. Et ait Samuel, Nonne quum parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſraël factus es, unxitque te Dominus in Regem ſuper Iſraël?

18. Et miſit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugna contra eos, uſque ad internecionem eorum?

19. Quare ergo non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini?

SUperiore Concione cauſas docuimus, quibus adductus Dominus, tam ſevere puniri Amalecitas voluerat: & præterea quanto Deus amore nos proſequatur oſtendimus, quamque illi grati & accepti ſimus, quos in peculium ſuum adoptavit, & pretioſos habet præ reliquo mundo: jam ſupereſt expendamus, qua ratione mandatum iſtud Saul acceperit, & qua in re ab ipſo, dum illud exequitur, peccatum ſit. Samuel igitur ad Saulem à Domino miſſus, ut obſequentiorem illum reddat, revocat illi in memoriam electionem ſuam in Regiam dignitatem ipſius Samuelis miniſterio. Sane qui Dei nomine loquitur, debet vocationem ſuam approbare, ut mortalis dictis fides adhibeatur, quem alioqui merito ſuſpectum & inhonoratum eſſe neceſſe eſt. Nam profecto audaciores ſunt homines in Dei nomine mentiendo, ut ſuis commentis auctoritatem concilient. In primis Pſeudoprophetas & impoſtores Dei nomen ſuis fallaciis & impoſturis tegendis uſurpaſſe videmus, & ſub illo tanquam ingenti clypeo fraudes ſuas occultaſſe, quaſi Deum auctorem haberent. Et iſtud hodie vitium maxime videmus regnare. Nam quandoquidem Pſeudoprophetæ non ſunt diligenter ad hanc normam examinati, inde factum ut tanta tamque horrenda Eccleſiam confuſio pervaſerit, ut omnia ſus deque in illa ferantur, & nihil niſi ſumma vaſtitas & ruinæ undique appareant. Satis enim fuit quod Papa cum toto comitatu ſe Apoſtolorum ſucceſſores eſſe jactarint, & hierarchiam quam vocant, ab iiſdem accepiſſe. Denique ſeductores, & impoſtores, qui in Eccleſiam falſa dogmata invexerunt, & turbas dederunt, veritatem Dei in mendacium converterunt, Dei nomen ſemper prædicarunt, & eo gloriati ſunt. Quamobrem neceſſe eſt diligentem adhiberi cautionem, ut veri paſtores, & Deo vere approbati, ab aliis diſcernantur: ac pro-

inde

Digitized by Google

…, ut ad ſacræ Scripturæ normam ipſorum doctrina expendatur: ut fiat periculum an à Deo ipſo docti ſint, & tantos in ipſius ſchola progreſſus fecerint, ut ipſius nomine legationem obire, & Spiritus ipſius eſſe organa & inſtrumenta poſſint. Atque hæc nobis eruenda doctrina eſt ex verbis illis Samuelis, quibus præfatur ſe à Domino miſſum fuiſſe prius ad Regem ungendum ipſum Saulem. Cæterum Samuel iſtis verbis etiam Saulem docet, quandoquidem Dei ipſius veluti manu, non autem ſuis viribus neque induſtria regnum accepit, Deo illud non hominibus ferre acceptum ipſum oportere: & idcirco nominatim dicit ipſum accepiſſe regnum miniſterio Samuelis, cujus Deus auctor fuerat. Quamobrem neceſſe eſt, Saulem, ſic à Deo vocatum, totius ſui regni adminiſtrationem ad Dei voluntatem exigere: adeo ut Deo regni proprietas ſervetur, cujus Saul tantum legatus ſit & adminiſter. Quam fœda enim & quam turpis illa foret ingratitudo, ſi Saul in Regiam illam dignitatem evectus à Domino, Dei mandata ſperneret, & ex animi ſui ſententia & arbitrio vellet regnum adminiſtrare? Idcirco itaque Samuel illum admonet, ipſum à Deo in hunc finem in tantam dignitatem evectum, ut Deo morem gereret, ſeſeque ad ipſius voluntatem componeret. Equidem vero fateor, non omnes qui hodie ad rerum gubernacula ſedent, eodem modo quo Saul fuiſſe vocatos, non adhibitam ſpecialem unctionem, & nihil tale quale in Saulis electione factum: verumtamen vera illa eſt ſententia & indubitata, omnem poteſtatem eſſe à Domino. Quamobrem neceſſe eſt eos qui cæteris dominantur, hunc locum diligenter obſervare, ut muneris ſui partes omnes ad Dei voluntatem referant, & ſuæ adminiſtrationis ratio inde omnis pendeat: ac proinde in hunc unicum ſcopum illos oportere collimare ut commiſſum ſibi munus impleant, cujus olim Deo fideliter rationem reddant: quandoquidem in eam dignitatem ipſos evexit, hoc fine ne à ſua voluntate recedant. Itaque Dei mandatum ſedulo exquirant, ac diligenter meditentur, ut revera teſtari poſſint, ſe nihil niſi quod Deo, à quo dignitatem tantam acceperunt, gratum & acceptum ſit, ſuſcepiſſe & geſſiſſe. Et de iſtis hactenus: ſequitur deinceps, Saulem ſtatim poſt acceptum mandatum, id promulgaſſe apud populum, & eos recenſuiſſe in Telajim. Hæc vox Telajim, poteſt accipi pro loco

…meraretur populus, quem peculiarem ſibi delegerat: qua ratione voluit ambitionis occaſionem tollere, ne populus ſuis viribus & multitudine gloriaretur: aut Reges etiam, numeroſo freti exercitu, nimis efferrentur, & multa temere molirentur. Idcirco tam ſevere punitam à Deo videmus Davidis ſtultam audaciam, quum populum numerari juſſit. Quin etiam nominatim dicitur Diabolus Davidem impuliſſe ad faciendum contra Dei mandatum: vanitate autem & arrogantia fuiſſe impulſum Davidem, certum eſt. Cæterum licuiſſe Ducibus & Imperatoribus numerum militum quos in bellum educebant ſcire, certum eſt: quod alioqui militaris diſciplina & ordo ſervari nequiret. Quam ſit autem neceſſe, vel invaſuris hoſtes, vel ſe adverſus illos defenſuris, numerum militum ſcire ut in ordinem diſponantur, ſatis notum eſt: ac proinde vel hanc ob cauſam numerari populum ad bellum euntem oportuiſſe apparet. Pergamus ad reliqua: ſequitur, Saulem caſtra metatum fuiſſe prope civitates Amalecitarum: nimirum ut obſidione cingeret, & nulli daretur evadendi facultas. Quam etiam ob cauſam ad Cinæos, qui in medio Amalecitarum habitabant, nuncios præmiſerat, qui monerent uti ab illis recederent, ne una cum illis tollerentur, & una internecione perirent. Erant autem Cinæi à Jithrone è Medianitis oriundi: & Moſen in deſerto ſequuti, viam monſtrantes quam ignorabat, & idcirco in terræ poſſeſſionem cum Iſraëlitis admiſſi. Porro conſtat hanc gentem vitam auſteram duxiſſe: quandoquidem domos non ædificabant, ſed ſub tentoriis vivebant: quæ cauſa fuit cur non habuerint fixas ſedes, ſed in variis locis errarint: ut ſiquo in loco non ſuppeteret copia victus, in alia migrarent. Idcirco videmus illos peregrinis populis permixtos fuiſſe. Quare veriſimile eſt, hanc gentem, quum Judæi crebris bellis urgerentur, ac proinde hoſtium prædæ expoſita eſſet, receſſiſſe à Judæis, & inter Amalecitas ſedem delegiſſe. Saul interim ipſis parcit: quod non proprio motu feciſſe illum, ſed Dei inſtinctu, veriſimile eſt: qui ſuam benignitatem & clementiam erga illum populum exerere voluit, ſeparando ipſum ab iis qui internecioni deſtinati erant. Ex quo apparet, nos, licet aliquando cum reprobis perituri, & eodem cum ipſis judicio involvendi videamur, Deum tamen facile viam inventurum qua periculum effugiamus, & præſenti morti eripiamur. Neque tamen eadem ſemper id

fieri

Deum nempe qui ſuorum curam gerit, & juſtiſſimus rerum omnium moderator eſt, non puniturum ipſum temere, quaſi non diſcerneret rebelles & contemtores ſuæ Majeſtatis à fidelibus: ſed quum ſuos probe noſcat, eoſdem etiam ſub alarum ſuarum umbra tegere: & ab improbis ita diſcernere, ut ſatis amplam habeant ipſius miſericordiæ & bonitatis agnoſcendæ materiam. Nonne iſtud vero maxime conſpicuum eſt Iſraëlitarum exemplo, quibus Angelus Domini exterminator pepercit, cæſis primogenitis in tota Ægypto, tam hominum quam animantium? Nam quod ipſorum domus ſanguine agni eſſent adſperſæ, Angelus intactas illas præteriit. Et quidem ſanguinis adſperſionis nominatim fit mentio, ut ſciamus, Eccleſiam, licet in mundo cæteris permixtam, & nullo externo ſplendore inſignem, neque diſtinctam ullam regionem habentem in qua tanquam in terreſtri paradiſo verſetur: ſed potius multis undique einctam veritatis hoſtibus, in quam etiam multi hypocritæ fidelibus permiſcentur, tamen à Deo cognoſci, qui ſuos ab infidelibus facile diſcernit, modo Agni ſanguine adſpergantur, nempe Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut Paulus loquitur. Denique hic obſervemus in genere Deum ſua Judicia ſic exercere, ut ſontes puniat, & quos ſemel reprobaverit extremo ſupplicio afficiat: & nihilominus bonitate & clementia utatur in eos quibus vult ſuam miſericordiam patefacere. Porro ſi contigiſſe iſtud videmus Cinæis, ut nimirum miſericordiam à Domino ſint conſequuti, multo minus dubitandum eſt, quin eundem erga nos Dei favorem ſentiamus in domeſticorum numerum adſciti, & in ipſius timore & obedientia ambulantes. Nam Cinæos iſtos quod attinet, eos apparet, poſtquam admiranda illa Dei opera cognoviſſent, & cum populo Iſraëlitico manna comediſſent in deſerto, & ſuperſtitionibus & idolomaniis renunciaſſent, nihilominus tamen valde in religione fuiſſe inconſtantes. Nam, ut apparet, ita ſunt à tentatione ſuperati, ut terram illam benedictam, divino cultui dicatam, deſeruerint, quod ſubinde hoſtium populi Iſraëlis incurſionibus infeſtarentur. Sane mollitie non ſunt eo adducti, quos duram egiſſe vitam ſub tentoriis antea docuimus: ſed tamen, otium & quietem nimis avide quæſiverunt. Ac proinde non habemus illos in fidelium numero, quaſi à Deo in filios adoptati eſſent. Nihilominus tamen, quoniam humanos ſe erga populum Iſraëlis præbuerant, quem Deus per deſertum & loca avia deduxerat: & quoniam etiam barbaras nationes, quæ in Dei fœdere non continebantur, ipſi populo conciliarant, Iſraëlitæ jam etiam ad miſericordiam ipſis præſtandam adducti ſunt. Quare ſi Deus etiam erga illos ſe miſericordem præbuit, qui tantum ex parte ſui erant, & qui à Dei populo receſſerant

mandata Samueli de perdendis Amalecitis: quandoquidem hæc laniena potius pecudum videtur quam victoria: ſiquidem cæſi ad unum ſunt Amalecitæ ſine conflictu. Nam etſi ferox ille Amalecitarum populus ſeſe ad reſiſtendum apparavit, ita tamen Deus eos terruit, ut facile cæſi ſint. Ex quibus diſcimus, Dei verbo nobis præeunte, nihil amplius nobis metuendum, quandoquidem greſſus noſtros omnes regi à Domino certum eſt. Et ita Deus ſe manum ſuam porrecturum brachiumque extenſurum pollicetur ad nos tutandos & ſublevandos, quum in viis ipſius ambulaverimus. Vias autem Domini intelligite, quum non laxamus habenas ad petulantiam & intemperantiam, ſed ad Dei obſequium nos componimus, nihilque niſi ipſius voluntati conſonum ſuſcipimus. Quæ quum ita ſe habeant, quo animo nos eſſe decet, quam forti & præſenti, quæcunque tandem exſurgant rerum diſcrimina? Sane fateor, improbos & incredulos homines nihil niſi ſummam arrogantiam & ingentes animos ſpirare, dum tyrannidem exercent, & ſuis conſiliis & conatibus velle ipſas nubes ſuperare: ſed quoniam non ſobria mente iſta ſuſcipiunt, Deus etiam tanquam ebrioſos dejicit, & ſtultam illam audaciam deprimit, qua ſuper ipſas nubes efferebantur. Itaque nulla tanta eſt audacia quæ firmo nitatur fundamento, niſi quæ ex fide promanat: quum nimirum de Dei voluntate perſuaſi ſumus, eique morem gerimus, ejuſque promiſſis ſtamus, quibus ſe cultum noſtrum, quo nos ad ipſius voluntatem conformare nitimur, gratum habiturum, & felicem illi ſucceſſum largiturum, pollicetur. Tum ſane vere fortes & magnanimi futuri ſumus, & invictam conſtantiam retenturi, quum fides noſtra puro puto Dei verbo nitetur. Contra vero noſtra incredulitas patefiet, quum trepidabimus, & incerti ac dubii rerum eventum incertum metuemus. Ubicunque enim vera fides ſedem fixit, nulla ſupereſt dubitatio, nulla mentis trepidatio. Hanc ob cauſam apud Prophetam legimus veros Doctores mitti, qui labantia genua confirment, & debiles corroborent: ut doceamur, Dei verbo vim hanc ineſſe, ut nos ad faciendum officium idoneos, & ad obedientiam præſtandam habiles, efficiat. Quamobrem donec Deus nos invicta Sancti ſui Spiritus virtute cinxerit, viribus omnibus deficiemur, & enervabimur ac debilitabimur, ut ſimus ad opus quodlibet aggrediendum inutiles. Hanc igitur doctrinam eruamus ex hoc loco, & mentibus noſtris altius infigamus, quum dicitur Saul in bellum cum populo progreſſus, tam facilem victoriam obtinuiſſe, Deo ſic ſecundante ipſius conatus, ut reipſa apparuerit Deum hujus belli ſummum Imperatorem fuiſſe, & adverſus ipſos hoſtes dimicaſſe, ut antea audivimus ex Moſe, Deum ſe ultorem fore, & pœnas de tam ingrata & maledicta gente ſumturum,

Eſa. 35. verſ. 3.

jam

Digitized by Google

... populo exhibendum, ut eo major Dei gloria appareret. Nam ſi in ipſa multitudine cæſus eſſet, non videbatur tam inſigne futurum ſpectaculum, quam quum publice in triumpho ſpectandus omnibus proponitur: ut Dei judicium eo fiat conſpectius: atque exemplo ipſius non omnes tantum Iſraëlitæ, ſed reliquæ etiam gentes ad quas fama perveniret, erudirentur. Adde ſuperioribus etiam à populo reſervata armenta boum, vaccarum, & opimos greges vitulorum, ovium, agnorum, & ſimilium ad victimas. Atque hic detecta eſt Saulis fœda nundinatio. Prætexit enim ſacrificia & holocauſta Deo facienda, ſolenneſque gratiarum actiones pro adepta victoria. Quæ ſane valde ſunt ſpecioſa: ſed quæ hypocriſeos plena ſunt. Nominatim enim accuſantur, quod optimos gregis & armenti reſervaſſent: quod etſi in ſpecie præclarum videtur & laudabile, & apparet etiam extrinſecus virtus quædam ſua laude digna: tamen apparebit deinceps prædæ potius quam religionis ſtudio hæc facta fuiſſe: ac proinde merito rejici à Domino tanquam ſuis mandatis contraria. Quid ita vero? Nempe Dei omnipotentis voluntatem præferri omnium mortalium ſtudiis oportet, quæcunque bona intentio prætexatur. Idcirco hic audimus Deum ad Samuelem verba facientem dixiſſe, *Pœnitet me conſtituiſſe Saulem in Regem, quia averſus eſt à ſequendo me, & verba mea non præſtitit.* deinde vero, *hoc diſplicuiſſe Samueli, adeo ut clamaret ad Jehovam tota illa nocte.* Porro quum Deum pœnituiſſe dicit Scriptura, notandum eſt illam ἀνθρωποπαθῶς de Deo loqui, ut nos doceat Deum humano more loqui, quod ipſius verba, ſi in Majeſtate ſua loqueretur, ferre non poſſemus, neque ad ipſum accedere vocem ejus audituri: idcirco ſe noſtro captui accommodat, quandoquidem non cadit in eum pœnitentia qualis in hominem. Nam facti alicujus pœnitet homines, cujus eventum antea non bene perſpexerunt: itaque quum ad ſe redeunt, maxime indignantur quod exciderint ſpe ſua, ut non inceptum opus cupiant, ſed aliud potius conſilium initum, de quo tamen antea cogitare non potuerunt. Sane iſta omnia in Deum minime cadunt, cujus conſilium eſt æternum, & cui omnia ſunt præſentia, quæ videt etiam ante quam ſint creata. Tantum igitur abeſt ut Deus duci pœnitentia poſſit: ut illa noſtri tantum reſpectu dicantur, & eorum ratione quæ in oculos noſtros occurrunt: cujuſmodi multæ ...

... Creatore prius acceperat ſpoliata, & imago ad quam illam creaverat, deleta ſit, ut ſola rebellio reliqua ſit in homine. Sic quum ita Saul immutatus eſt, ut Dei voluntati non obtemperarit, Deus illum à ſe rejici declarat: & indignum eſſe qui in hominibus cenſeatur, qui Deo reluctari auſus ſit. Neque vero propterea dixerimus Deum ante jacta mundi fundamenta ſingula non prævidiſſe æterno ſuo conſilio: deinde pœnitere ipſum quod temere & incogitanter talem hominem fecerit. Sed ratione mutationis illius Deus loquitur, quæ hominum malitia & ingratitudine accidit, ut pro eo quod antea Deus creaturis ſuis delectabatur & voluptatem ex illis capiebat, jam eaſdem abhorrere & deteſtari propter invectum vitium cogatur. Quæ ſane magnam vim ad nos coram Deo dejiciendos & humiliandos habere debent: quemadmodum quum hic audimus Deum dicentem ſe pœnitere quod conſtituerit Saulem in Regem: an non inde magnam occaſionem habemus pravas noſtras cupiditates adductis habenis coërcendi, ut in timore & ſollicitudine ambulemus? Dona quidem Dei, ut ait Paulus, ſunt ſine pœnitentia, ſed de electione gratuita loquitur, quum ait electum fuiſſe à Deo populum Iſraëliticum in hæreditatem, qui tamen contumacia ſua exciderit, & rejectaneus factus ſit. Etſi verum etiam iſtud eſt, hominum malitiam non tantum poſſe apud Deum, quin ſibi ſemper aliquod ſemen reſervet. Neque enim unquam paſſus eſt ita ſuam Eccleſiam aboleri, quin ſibi reliquias ſemper aliquas reſervarit, à quibus ſuum nomen invocetur. Quare nos oportet eſſe perſuaſos, poſtquam à Deo in filiorum numerum adoptati ſumus, nulla metuenda pericula, quibus alioqui terreri poſſemus, niſi in ipſius conſilii immutabilitatem intueremur. Itaque licet ſexcentis mortis periculis cingamur, minime tamen dubitandum, quin ſalvi & incolumes evadamus, quandoquidem penes Deum eſt fortitudo: quemadmodum ipſemet apud Joannem Dominus noſter loquitur, *Pater meus qui dedit* *Joan. 10.*
mihi oves, major omnibus eſt. Quibus verbis indi- *verſ. 29.*
cat, ſalutem noſtram à mortalibus creaturis minime pendere, ſed ſemel à Deo electos, & in numerum filiorum adoptatos, ipſi eſſe curæ, ac proinde vim ſuam & potentiam in illis ſemper conſervandis Deum reipſa demonſtraturum. Verum enimvero nos etiam viciſſim par eſt, ipſum aſſiduis

V precibus

ram, niſi tanta bona ut par eſt agnoſcentes, meritis cum laudibus extollamus, & debitas gratias agamus, quod ita peccata noſtra in dies augerentur & novis cumularentur. Sed quid illud eſt, quod indignatus Samuel dicitur, & ei iſtud diſplicuiſſe? Adeone ſui oblitus, ut adverſus quem iraſcatur non agnoſcat? Neque enim habebat hic parem cui ſuccenſeret, nullus erat qui negotium ipſi faceſſeret: de ſolo Dei decreto Sauli manifeſtando hic agitur: quamobrem quum adeo vehementer indignatur, adverſus Deum ipſum inſurgere velle videtur. Et ſane Samuelem hic omni culpa liberare non poſſumus, quin aliquid humani paſſus ſit, & temeraria paſſione quadam abreptus: nam humanis paſſionibus non erat omnino ſpoliatus. Verum Scriptura docet etiam rationem qua Samuel ſubitum iſtum affectum ſic compeſcuit, ne ultra in arrogantiam & murmur progrederetur, nempe ad Deum precibus tota nocte clamans. Hic igitur obſervandum quam prava & maligna ſit hominum natura, qui Deo non operante ex ipſorum voluntate & deſiderio, ſtatim in diffidentiam de Deo incidant: & licet ad tempus illi obſequuti fuerint, tamen obloquantur: & ipſe Diabolus ſuis dolis & fraudibus circumventos ad Deum contumelioſe laceſſendum impellat. Atque utinam non eſſet iſtud tam multa experientia comprobatum, & quidem, proh dolor! infauſtis iſtis noſtris temporibus. Quam multos enim videas nullum ſenſum habentes divinæ gratiæ? Quæ vero cauſa eſt alia quam quod ſeipſos non explorant? Nam certum eſt eos qui ſeſe non norunt explorare, ſemper aliquid in ſe acerbi reperturôs. Nam rebus ipſis ex animi ſententia minime ſuccedentibus, ſtatim ira exæſtuant & efferveſcunt. Sed, quæſo, quicum tandem eſſe ſibi rem arbitrantur? Sed, quod majus eſt, ipſos fideles videas à Diabolo ſollicitari, & ad rebellionem quibuſdam veluti ſtimulis impelli, niſi Dei miſericordia in officio retinerentur. Attamen ſummis viribus adverſus iſtud malum pugnandum eſt, ut expugnetur ab ipſo initio: & pro eo quod increduli magis magisque in iras effervescunt, & adverſus Deum veluti furore perciti feruntur, poſtquam ſemel mente ab ipſo ſunt alienati, & contemtum illius Majeſtatis in ſe admiſerunt, nos contra fortiter adverſum cupiditates noſtras pugnemus, neque unquam animum, licet violenter à Diabolo ad rebellionem ſollicitati, deſpondeamus. Nam & ſanctiſſimorum qui unquam exſtiterunt virorum hanc fuiſſe conditionem videmus. Prophetæ ipſi nonne quadam indignatione & animo ſæpe ſunt commoti, quum videretur univerſus populus à Deo derelictus, improbis interim Dei verbum contemnentibus? Nonne in has voces mentionem amplius non faciam. Profecto non abhorrebat à Dei nomine: ſed ſuas curas & anxias ſollicitudines & ſummos dolores ita cum Deo communicabat, & quibus maxime doloribus angeretur explicabat: quaſi dicat, Eheu, Domine, ego ſum miſer & penè derelictus: quid ergo me futurum eſt, ſi nomen ſinis ita profanari? Quare diligenter hæc verba ſunt meditanda, Samueli diſplicuiſſe rejectum Saulem, & pro eo tota nocte ad Deum clamaviſſe. Hac igitur ſola ratione in ſummis anguſtiis animi & difficultatibus conſtituti emergemus, ſi precibus ad Deum confugiamus. Sola ergo ratio difficultates omnes ſuperandi, & iram Dei placandi, in oratione ad Deum, & in obedientia ipſius conſiſtit. Quamobrem etiam monemur in Pſalmis à Propheta, in Dei ſinum curas omnes noſtras conjicere. Nam ſi ſecus fecerimus, fruſtra laborabimus, & frenum noſtrum arrodemus. Exemplo eſto bonus ille Rex Ezechias, quem videmus, auditis blaſphemis in Deum vocibus impii illius Rabſaces, totum cohorruiſſe, & in ſummis anguſtiis fuiſſe conſtitutum. Profecto multæ graveſque cauſæ videntur Samuelem hic perturbaſſe, quum cogitaret Dei nomen dedecus aliquod paſſurum, & impios homines occaſionem adverſus Deum blaſphemandi accepturos, Saule rejecto & exauctorato. Nam Samuelis miniſterio unctus fuerat, & ab ipſo Deo è tota plebe ſelectus, & ad Regiam dignitatem vocatus: quare jam illo exauctorato, videbatur tantundem de Samuelis auctoritate & doctrinæ ipſius fide detrahi: ac proinde Dei cultum everti neceſſe eſſe, ſummamque in populum perturbationem rerumque omnium confuſionem invehi. Hæ ſane cauſæ Samuelem ad tantam indignationem impulerunt. Eædem Jeremiam graviter afflixerunt, quum veretur ne oblatam occaſionem populus Deo obloquendi arripiat, & in blaſphemas voces erumpat, quibus ſacroſanctum Dei nomen violetur. Eaſdem uterque cauſas habet indignationis: ſed Samuel remedium adverſus tentationem novit & ſequitur, Jeremias vero non item, ſed quodammodo ſubringebatur, & frenum arrodebat, quæ ſibi contigiſſet intuitus. Verum longe ſuperior hominibus fuit Deus, qui bonitate ſua immenſa tantam ſervi ſui fragilitatem toleravit, & jacentem erexit, ac veluti novis viribus auxit. Nos itaque diſcamus hanc doctrinam in uſum noſtrum vertere: & quotieſcunque variis agitabimur tentationibus, & in ſummas difficultates inciderimus propter varias rerum converſiones, ad Deum confugiamus & ſub ipſius manu dejiciamur: & in primis nihil ex nobis ipſis aggrediamur. Sed potius ardentibus & indeſinentibus votis Deum ſollicitemus, & in ipſo ſolo ſolatium quæramus: donec Deus reipſa

tandem

Digitized by Google

... ei, Loquere.

17. Et ait Samuel, Nonne quum parvulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſraël factus es, unxitque te Dominus in Regem ſuper Iſraël?

18. Et miſit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Hamalech, & pugna contra eos, uſque ad internecionem eorum?

19. Quare ergo non audiſti vocem Domini, ſed verſus ad prædam es, & feciſti malum in oculis Domini?

20. Et ait Saul ad Samuelem, Imo audivi vocem Domini, & ambulavi in via per quam miſit me Dominus, & adduxi Agag Regem Hamalec, & Hamalec interfeci.

21. Tulit autem populus de præda oves & boves, primitias eorum quæ cæſa ſunt, ut immolet Domino Deo tuo in Galgalis.

22. Et ait Samuel, Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia quam victimæ; & auſcultare, magis quam offerre adipem arietum.

HEſterna Concione audivimus Samuelis lamenta & lacrymas de Saule, poſtquam rejectum illum audiviſſet à Domino: jam vero contra videtur omnem exuiſſe humanitatem, & nihil niſi ſeveritatem ſpirare. Venit enim ad Saulem ipſi nunciaturus horrendum nuncium, nempe non haberi amplius ipſum à Domino pro legitimo Rege: quod ex arbitrii ſui ſententia, non ex Dei mandato, rem perfeciſſet. Et quandoquidem Deum Magiſtrum non admiſerit, neque ipſum viciſſim à Domino pro ſervo haberi. Sane iſta valde repugnantia videntur, Samuelem in ſummo luctu eſſe propter Saulis amorem: & tamen ſic ab illo excipi ut juratus hoſtis videatur, cui nullo modo parcat. Verum ita videmus Prophetas officio ſuo fungi ſolitos. Et licet populum ſumma dilectione amplexi ſint, nihilominus tamen in ſibi muneris commiſſi adminiſtratione ſeveritatem ſummam adhibuiſſe. Et ſane longe diverſa ſunt iſta. Nam qui mandata nomine alterius ad alium accepit perferenda, dare operam debet, ut fideliter munus ſuum exequatur, & præter ejus à quo miſſus eſt voluntatem nihil dicat aut faciat. Sed hoc in primis verbi divini præcones reſpicit, quos, etiamſi cum parentibus & amicis intimis res illis ſit, nullis tamen illorum blanditiis flecti, neque de divina ſeveritate quicquam oportet remittere: ſed potius adverſus improbos & flagitioſos uti comminationibus & reprehenſionibus aſperrimis, & in primis adverſus eos qui in pertinacia occalluerunt: ne illos ſua lenitate vel ſilentio in mortem trahant. Quamobrem officium eſt verorum Paſtorum fidorumque Dei ſervorum, quibus in Eccleſia docendi cura demandata eſt, vehementer affici & dolere ſibi commiſſam plebem videntes in exitium ruere, & cauſam illorum apud Deum agere, precibuſque pro ſalute populi ſollicitare pro viribus. Et nihilominus tamen nihil de officii ſui partibus remittere, neque ullis terreri hominum minis, neque externa ſpecie: ſed vehementi ſtudio gloriæ Dei duci: & ipſius judicia peccantibus denunciare, & ſevere eoſdem increpare. Hæc enim ſane unica ratio eſt illos è periculis in quæ ſe conjiciunt, imo ex ultimo exitio, eripiendi: quum contra ſi de ſeveritate vel tantillum remittatur, & iis indulgeatur qui Dei adverſus ſe iram provocarunt, ea indulgentia ſit veluti gladius qui in furioſi manus ad ſe jugulandum tradatur, aut ab aquis erutus magis immergatur, & in abyſſum profundiſſimam inferorum demergatur. Scimus enim hanc unicam eſſe rationem veniam de peccatis à Deo impetrandi, ut peccatores tam ſerio peccatorum ſenſu afficiantur, ut ſibi-ipſis renunciantes coram ipſius Majeſtate magis ac magis dejiciantur. Id vero quomodo fiet, niſi ab illo veterno, in quo à natura deſident, excitentur? At ſi pulvillis veluti ſuppoſitis foveantur, & bene cum ipſis agi perſuadeantur: ſane perinde eſt ac ſi adverſus Deum inſurgere bellumque ipſi inferre docerentur, & adverſus illum armarentur. At proprio illos gladio tandem jugulari oportet. Quamobrem neceſſe eſt eos omnes, quibus divini verbi

gloria & prædicatione ſe, rejectis à tergo vitiis, efferet, ſuamque virtutem mirifice prædicabit, & terminos modeſtiæ tranſiliet. Ita ſe gerit hoc loco Saul. Et ſane poterat ille quidem vere dicere, ſe Deo morem geſſiſſe: quandoquidem ſe ad iter accinxerat, militemque mira quadam celeritate conſcripſerat, & Amalecitas proſcripſerat; ſeque in hoc bello ſtrenue geſſerat; in his, inquam, omnibus vere potuit Saul ſe Deo morigerum fuiſſe prædicare. Verum tamen Regem contra Dei præceptum reſervavit: in quo primum graviter ab illo peccatum eſt: deinde prædam ex opimis ovibus & bobus fecerat, cauſam quidem ſpecioſam afferens ut Deo immolarentur: ſed, ut demus ſimplicem & rectum fuiſſe ipſius animum, & in Dei cultum propenſum, tamen contra Dei præceptum peccaverat. Sed, ut ante attigimus, turpis avaritia tegebatur oblationum & victimarum ſpecioſo nomine. Et ita ſolent homines in varias ſe formas vertere, & à recta via recedere, Deum veluti ſocium advocantes, & in partem prædæ admittentes. Eſto tamen, Saul ſolo divini cultus amore & ſtudio has pecudes in victimas & gratiarum actiones reſervarit: ſtulta nihilominus ipſius intentio fuit, & nullo modo toleranda excuſatio, quam ipſe ſibi finxerat. Ex quo diſcimus, eo majore cura & ſtudio nitendum in contrarium, & quoniam tam proclives ſumus ad violanda Dei præcepta, ad amuſſim noſtra penſitanda facta, nequid temere geratur, & adverſus illa peccetur. Quare quum rectum animum habuerimus Deo ſerviendi, & rite ad divinam amuſſim nos expenderimus, nihilne corruptelæ acceſſerit; certum eſt, modo ne nobis fucum faciamus, ſemper aliquid reprehenſione dignum nos inventuros, & non talem fuiſſe tamque integrum affectum qualem à nobis Deus requirit. Itaque magnam quidem habemus nos coram Deo humiliandi occaſionem, eidemque gratias agendi, quum rectum ſtudium ſui cultus nobis largitus eſt: ſed interim tamen agnoſcendum eſt, Deo non deeſſe nos condemnandi materiam, ſi velit in operum noſtrorum imperfectionem intueri. Quapropter apage meritorum ſomnium, quale ſibi Papiſtæ fingunt, qui officiis Deum demereri putant, & pro ſuorum operum ratione mercedem conſequi volunt. Quum contra ſi noſtra opera diligenter expendamus ſine fuco & ſimulatione, illa multis maculis & vitiis vitiata & corrupta deprehendamus. Quamobrem abſit procul à nobis inanis iſta Saulis gloriatio, *Feci quod Dominus præcepit*: ſed potius dicamus, Volui quidem quod juſſit Dominus facere, verum quo propius metam attigiſſe mihi viſus ſum, eo remotior fui, quod iniquitatem in me tantum eſſe cognovi: quemadmodum de ſe ipſo Paulus id ipſum profitetur, & quidem quo tempore tam fortiter in Apoſtolatus officio ſeſe exercuit, *Non fa-*

oratio ſit vehementior. Ita Samuel in præſentia, Regem licet alloquatur: neque enim ſigillatim reſervatum ab illo Regem Amalecum, non opimos greges arietum & boum ac vaccarum, non denique opima hoſtibus detracta ſpolia conqueritur: ſed verbo Saulem conſtrictum tenet, & ad veritatem compellit, etſi minime fatentem & agnoſcentem delictum habuit. Nam ſtatim ab hypocriſi ſuum reſponſum auſpicatur, & ait, populum greges illos in victimas & holocauſta Deo reſervaſſe: ſe vero in illorum numero eſſe diſſimulat, quum nihil tamen ſine ipſius permiſſu hic geſtum ſit. Sed ita ſolent, qui nolunt ſtatim ab initio ſeſe rationi ſubjicere, latebras & effugia quærere ne deprehendantur. Ac proinde primi illius parentis noſtri naturam retinemus & veſtigiis ipſius inſiſtimus, qui primum foliis ſuam turpitudinem occultare, deinde culpam in uxorem quam à Deo acceperat rejicere conatus eſt: fœmina vero in ſerpentem, à quo ſe deceptam & eluſam fuiſſe conqueritur. Ita quiſque ſolet in alium peccata ſua conjicere, neque poteſt ſe reum ſponte fateri. Sic jam Saul: quem ſane certum eſt voluiſſe hæc ſpolia in triumphum ducere, ut primum Regem oſtentaret, deinde ſequerentur oves, tum boves, vaccæ, & cætera, præterquam quod optima quæque ſuppellex abducta fuerat. Quare maxime coram Deo reus erat iſtius peccati. Verum in populum culpam omnem rejecit, ut ſolent facinoris alicujus rei culpam modo in hunc, modo in illum rejicere, impunitatem hac ratione ſibi pollicentes. Itaque magna hic nobis adhibenda cautio eſt, ut de noſtris peccatis ſerio cogitantes, ultro condemnationem ſubeamus, in nullum culpam rejicientes. Certum enim eſt, nos, quamdiu alio reſpexerimus, tamdiu effugia vana quæſituros quibus Dei judicis oculos fallamus. Sed quis tandem, oro, fructus erit? Nam quæcunque effugia quæſiverimus, nunquam tamen Dei judicium effugiemus: ac licet modo in hunc, modo in illum culpam rejicere conati fuerimus, nihil juvabit, quandoquidem illi de ſuis peccatis pœnas luituri ſunt, & quiſque pro ſe luat pœnas oportet. Quamobrem ſerio de noſtris peccatis cogitaturi, miſſos faciamus eos qui non iiſdem nobiſcum peccatis impliciti ſunt, aut quibus ad male faciendum non uſi ſumus conſiliariis, quandoquidem alioquin magis ac magis implicaremur mendacio & coram Deo confuſionem majorem nobis accerſeremus. Quiſque igitur peccatum ſuum rite expendat, & culpam agnoſcens ſuppliciter veniam deprecetur. Atque iſta referenda nobis doctrina ex Saulis exemplo, in quo tanquam in ſpeculo licet naturæ noſtræ malitiam & fictionem contemplari, qui à Samuele accuſatus, in populum culpam omnem rejicere, ut ſe à crimine liberaret, conatus eſt. Deinde vero Samuel attentionem ſibi comparat

his

Digitized by Google

tigerit, & de illis reprehendi, ſummopere cavendum ne vanas excuſationes & effugia quæramus, quibus vitia tegere poſſe nos ſperemus: ſed potius cum ſilentio, reorum inſtar, cauſæ noſtræ determinatio exſpectanda. Neque iſtud acerbe moleſteque ferre nos oportet, quandoquidem magnopere ad ſalutem noſtram conducit. Cæterum hæc odia & ſimilem pugnam ſuſcipiant neceſſe eſt, quotquot proximos de peccatis arguere inſtituunt, prout ſunt homines mendacio & vanitati dediti: atque adeo hebetes, ut veluti quædam repagula velle Deo objicere videantur, quo ipſorum peccata occultentur. Verum quicunque alium reprehendere cogitat in Dei mandata peccantem, oportet animum obfirmet, ne reluctanti cedat, ſed potius pro virili pergat peccata detegere, & increpare: ac docere longe falli opinione, qui Deum velit fallere, cujus verbum eſt immutabile: ac proinde nimium impudentes eſſe, qui adverſus illud audeant reſponſare, ſiquidem illius commodis & utilitati ſtudet, quum docet peccatores ſub potente manu Domini humiliari, ſeque ipſius tutelæ ſummittere. Neceſſaria ſane doctrina iſta eſt ex hoc loco eruenda, quo Samuel ita Saulem compellavit, *Sine me, & indicabo tibi.* Ex quibus verbis amplius apparet homines neque poſſe neque debere Deum loquentem & liberrime ipſos arguentem impedire. Et præterea licet cum Deo contenderint, nihilominus tamen adverſum ſe ſententiam latum iri. Conſpicuum iſtud eſt Adami & Evæ parentum noſtrorum exemplis, quæ ſuperius attuli: qui quidem pro ſua virili ſeſe occultare ſtuduerunt, ſed ficulnea tantum adhibuerunt folia: deinde alter in alterum culpam rejecerunt, ſed irrito conatu. Numquid enim propterea minus adverſus ipſos lata ſententia eſt à Domino? Sane vir quidem in uxorem omnem culpam rejiciens ſeſe pœnæ ſubducere conatus eſt, deceptum ſe à muliere cauſatus. Sed nihilo minus à Deo condemnatus eſt. Fœmina vero ſerpentem veluti auctorem peccati accuſavit: ſed vel invitam oportuit à Domino condemnari. Quare illos decebat, in ſolam ſuam rebellionem, qua defecerant à Domino, intuentes, nullam excuſationem prætexere. Iſtos in hac reſponſione Saul imitatur. Nam etſi magnum & ſpecioſum quiddam præ ſe tulit ne poſſet condemnari, perrexit tamen acrius inſtare Propheta, fucumque tollere, ut Saul non modo nihil promoverit obloquendo, ſed potius deteriorem cauſam ſuam fecerit adverſus datis de Syris exſtirpandis, ſponte tamen cum Benhadado pacem iniit, contentus cum inimicis pacem facere. Sed miſſus ad eum à Domino Propheta, Dei judicium ipſi imminens propter contumaciam aperuit, ſed addito ſigno, quo miſer ille Achab Dei judicia quaſi jam ante oculos poſita metueret. Quare Propheta Dei nomine accepto ſponte in facie vulnere ad Regem pervenit, Deique mandata pertulit, Quandoquidem, ait, juſſus Regem Syrorum interficere, maluiſti vivum reſervare, pacemque cum illo inire, quam Deo parêre, ut vides me vulneratum, ita ſcito te tuumque etiam populum ab eo quem dimiſiſti vulnerandum. Quare vero Propheta ille vulnus in ſe ultro recepit? quare ſe hoc habitu Regi obtulit? Nempe, ut oſtenderet, Deo mandanti ſine ulla contradictione obtemperandum. Ac proinde quum Deus blaſphemum illum Syrorum Regem Benhadadum interfici juſſiſſet, oportuiſſe vindictam de illo fieri, & ex Dei mandato morti dari. Quæ quum à Rege Achabo non ſint ex Dei voluntate perfecta, in ipſum etiam damnum reciſurum. Quod exemplum cum iſto de quo nunc agimus convenit, Deus enim vocat Amalecitas peccatores. Minime quidem quod qui tum vivebant in Iſraëlitas injurii fuiſſent & crudeles, aut quod eos itinere prohibere tentaſſent, & à poſſeſſione terræ quam Deus ipſis dederat excludere: neque enim tum quum id contigit, iſti nati erant. Sed nihilominus Deus vult in iis qui tum vivebant patrum ingratitudinem ulciſci: quemadmodum Deus etiam minatur, ſe in tertiam & quartam uſque generationem improborum ulturum ſui contemtum. Qua in re tamen juſtiſſimus & æquiſſimus fuit judex: quis enim, obſecro, ex tanta illa multitudine ſuam apud Deum innocentiam tuebitur? Quandoquidem igitur certum eſt ómnes à maximo ad minimum reos eſſe coram Deo, nullus ſupereſt quæſtioni locus, quare Deus Amalecitas multa poſt patrum tranſgreſſionem ſecula natos, voluerit una omnes internecione ſemel delere. Quemadmodum neque & de Cananæis quærendum, quare poſt quadringentos annos quam Abrahamo moleſti fuerant, pœnas luerunt. Nempe Deus in manu ſitam habet temporum opportunitatem: ſicuti ex tota paſſim apparet Scriptura, quæ ſubinde Diem Domini, Diem Domini inculcat, ut oſtendat non eſſe in hominum poteſtate poſitum ipſius judicia limitibus quibuſdam coërcere: quæ potius venerari

ſi tanta vis eſt inſenſibilis creaturæ, ut noſtris oculis ſtuporem adferat, & caligine perſtringat, quid futurum putamus ſi Dei veluti penetralia ſcrutari voluerimus, ut rationes judiciorum ipſius, quas eſſe nobis occultas voluit, exploremus, & ad noſtri judicii modulum appendamus? Quare una hæc ratio inſtar omnium eſto, Deum, jubentem puniri peccatores, ſuorum judiciorum penes ſe cauſas habere, in quæ inquirere, & iiſdem obloqui nefas ſit. Hodie vero licet non dentur iſtiuſmodi ſpeciales revelationes, quibus hunc vel illum, vel bello perſequendum, vel caſtigandum eſſe Deus oſtendat, regula tamen iſta communi contentos eſſe nos oportet, nempe Deum ſatis aperte tam in Decalogo quam toto verbo ſuo paſſim declarare, puniendos peccatores, & facinoroſos è medio tollendos, neque illis ulla ratione parcendum: & révocanda in memoriam Solomonis illa

Prov.17. verſ.15. ſententia, Eum qui juſtificat impium, & qui damnat juſtum, utrumque eſſe abominabilem coram Deo. Sane fatebimur omnes, ſiquis inſons puniatur, crudelitatem & ſævitiam nimium inſolentem admitti: ſed non ſemper exiſtimabimus peccatum, ſiquis impius & incredulus tollatur aut juſtificetur. Atqui, inquit Solomon, eodem utrique crimine rei tenentur. Nam alibi dicit Dominus per Prophetam, Væ homini qui dicit malum eſſe bonum, & bonum malum. Sane utrorumque par eſt judicium. Quemadmodum enim malum odiſſe debemus, & eos à quibus admittitur: ſic etiam ſcire Deum neque toleraturum, neque impunitos relicturum eos qui impios juſtificant: & præſertim ab iis qui juri dicundo præfecti ſunt, rationem repetiturum, ſi impios toleraverint & jus perverterint, neque paſſurum ut ſedes illa ad quam ipſos evexit ita fœdetur injuſtitia, licet eam homines diſſimulent: & ut gladio abutantur quem ipſis ad malos coërcendos, bonos autem tutandos, commiſit, & legatorum ſuorum vices hac in parte ſuſtinere voluit. Et de iſtis hactenus: pergamus ad Saulis excuſationes, & conſuetis artibus iis qui cedere nolunt utentem eum audiamus. Jam antea deteximus ipſius hypocriſin, quum in populum rejecit culpam qua ipſe tenebatur. Sciebat enim Samuel ipſum eſſe reum ejus cujus populum accuſabat. Nihilominus tamen populum tanquam patronum advocat, qua in re ſe mirifice vanum & mendacem oſtendit, qui Deum infanti ſimilem exiſtimet, dum factum ita fucare nititur, quaſi nihil in eo ſit perſpecturus. Sed longe ſe impudentiorem prodit, & hypocriſin tegit, quum ait, Implevi verbum Domini. Nam ita Prophetæ mendacium impingit. Ille tamen Regem Amalecitarum, ille greges ovium, & armenta boum reſervarat, & ſpolia ceperat. Sed Propheta ſatis monſtrat qui ad tempus ſe valde religioſos eſſe ſimularunt, ſi lapſi in aliquod vitium, arguantur, mille artibus ſe excuſare conabuntur: non quidem quaſi adverſus Deum inſurrecturi, ſed hominibus, ſi poſſint, fucum facturi. Sed ſi acrius urgeantur, ut omnis excuſatio ipſis adimatur & fucus tollatur, tum virus ſuum occultum produnt, &, veluti furore perciti, in Deum ipſum exacerbantur, & omnia querelis implent iſtiuſmodi, Nihilne ergo tolerabitur? Nonne Deus ipſe præcepit ut alii alios toleremus? Quid ergo premimur nobis tam horrenda Dei vindicta propoſita? An hæc ratio eſt homines ad Deum adducendi, ac non potius in deſperationem vocandi? Infirmi ſumus, & quid homo ſit, nemo neſcit. Næ ſi Deus in hominum facta ſecundum ſuæ juſtitiæ ſeveritatem intueretur, morti æternæ omnes addiceremur. At non tam crudelis Deus, quam ab iſtis fingitur. Verum enimvero venire deberet illis in mentem, quum verba Filii Dei uſurpant, quibus Dei clementia commendatur, Deum infirmos tolerare eos, qui Dei judiciis attoniti & corde contriti metuunt ejus minas, quos idem ipſe ſublevat: & contra, ſeſe efferentes & capita in altum tollentes deprimere, ut adverſus Deum inſurgentes, majore cum exitio deturbentur, & confringantur. Deus enim eſt nimium dura rupes: ante cujus conſpectum ipſi montes inſtar nivis colliqueſcunt: quare licet totis viribus homines adverſus eum conſpirarint, quid aliud in ipſius conſpectu futuri ſunt, quam aquæ gutta ad magnum incendium? Quamobrem qui de peccatis reprehenſi, de ſeveritate nimia conqueruntur, potius quam peccata agnoſcentes ſeſe coram Deo magis ac magis dejiciant & humilient, & veniam deprecentur; quid aliud faciunt quam quod adverſus Deum ſeſe obdurant, & ſe nulla teneri Religione palam profitentur, & adverſus ſeipſos vel inviti ſententiam ferunt, quandoquidem quod occultum eſſe hominibus arbitrantur, Deo eſt apertum & detectum? Quapropter eo magis obſervandum eſt iſtud Saulis exemplum, quod natura ſimus ad hoc vitium procliviores, donec Deus ipſe nos Sancto ſuo Spiritu renovarit. In primis vero cavendum magnopere ne Deum veluti nobis æqualem faciamus: ſed potius danda opera, ut coram ipſo, noſtro Judice, magis ac magis humiliemur, & nosipſos condemnemus, quo facilius gratiam ab ipſo impetremus: ac ſciamus, quæcunque effugia quæſiverimus, totidem foveas fore in quas præcipites ruamus. Quare ſi admoniti ut ad meliorem frugem revertamur, virus noſtrum deſpumare incipimus, certum eſt in nos ipſos exitium redundaturum. Metuamus itaque & fugiamus tantum exitium: & coram Dei Majeſtate ſic dejiciamur, ut miſericordiam obtineamus;

Digitized by Google

adverſus hoſtes gereret. Et ut Deus urbem illam olim ferro flammiſque vaſtari juſſerat, ut nihil reſiduum ex ea fieret: ita grave in eum ſtatuit exemplum qui ex Iſraelitis fuerat prævaricatus. Qui enim ex anathemate chlamydem abſtulerat, & abſconderat, facti rationem reddere coactus eſt, & præterea Deus in univerſum populum iram ſuam demonſtravit, do-

mur, ut intra præſcriptam & præmonſtratam viam incedamus, donec tandem ad optatam metam perveniamus. Et quoniam ne ad momentum quidem temporis ſtaremus præ infirmitate & imbecillitate noſtrarum virium, novas ſubinde vires nobis ſufficiat, donec nos totos ipſi dediderimus, noſtris affectibus plane renunciantes.

HOMILIA QUINQUAGESIMA QUARTA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XV.

20. Et ait Saul ad Samuelem, Imo audivi vocem Domini, & ambulavi in via per quam miſit me Dominus, & adduxi Agag Regem, & Amalec interfeci.

21. Tulit autem de præda populus oves & boves, primitias eorum quæ cæſa ſunt, ut immolet Domino Deo tuo in Galgalis.

22. Et ait Samuel, Numquid vult Dominus holocauſta & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior eſt enim obedientia, quam victimæ: & auſcultare, magis quam offerre adipem arietum.

23. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Pro eo ergo quod abjeciſti ſermonem Domini, abjecit te ne ſis Rex.

HEſterna Concione vidimus Saulis hypocriſin in peccato à ſe admiſſo fuco tegendo, ejuſdemque indurationem adverſus Prophetam, quum de peccato ſeverius admoneretur. Sed jam aliud ad ſuperiora malum accedit, quod ſe divini nominis falſum uſurpatorem oſtendit, quaſi abducta præda tota fuiſſet Domino dedicata, & in victimas reſervata. Atqui longe aliter ſeſe res habebat. Populus enim Deo quidem oves & boves ſolenni quodam ſacrificio ad agendas pro victoria gratias obtuliſſet, ſed interim prædæ partem quiſque abduxiſſet. En quomodo ſoleant homines Deo illudere. Nam ſi quid in oblationem obtulerint, Deum ſibi quodammodo devinctum arbitrantur, & ſocium videntur omnium maleficiorum, rapinarum, inquam, & fraudum habituri. Exemplum eſto in hodierno Papatu: quamquam omnibus ſeculis vitium iſtud obtinuit, etiam inter Ethnicos, ut qui fraudibus, rapinis, furto, vi & crudelitate, & ſimilibus factis magnas opes cumulaverant, ſolenne aliquod feſtum inſtituerint, aut aliquod altare vel delubrum erexerint, aut denique idolum aliquod conſecrarint: quod hac ratione pulchre Deo pro omnibus offenſis ſatisfactum eſſe crederent. Quaſi vero Deus velit in ſocietatem venire latronum & prædonum, & ſpolia cum ipſis dividere. Quare obſervemus, Saulem non tantum in eo peccaſſe,

V 4 quod

re adipem arietum. Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. Vox Hebræa Theraphim pro quavis idololatria ſumitur, etſi nonnunquam pro parte tantum: quamquam plerumque pro idolis accipitur, quæ ſibi homines fingunt, & quibus aliquem honorem impertiuntur: ut ſolent increduli homines ſemper novam aliquam divini cultus rationem excogitare. Hic igitur proponitur nobis eorum omnium condemnatio qui à verbo Dei recedentes ſua inventa ſequuntur, ut venefici & divini ac idololatræ appellentur, & à Domino rejiciantur. Hic vero in primis, ut hæc ſententia melius intelligatur, qua dicit Samuel, Deum non habere voluntatem in holocauſtis & victimis, ſed ut voci ejus obtemperetur, obſervandum, non ſimpliciter ipſum dicere, Deo diſplicere victimas & ſacrificia: ſed comparationem inſtituere inter ſacrificia & ſpontaneam obedientiam: quaſi dicat ſummam divini cultus in obedientia eſſe poſitam, à qua ſit faciendum initium: ſacrificia vero eſſe veluti appendices tantum, quarum non eſt tanta vis quam obedientiæ divinorum præceptorum. Etſi etiam Scriptura nonnunquam durius loqui ſolet de ſacrificiis, ſed in eundem tamen ſenſum: veluti quum apud Jeremiam 7. capite Deus ita per Prophe-
Jerem. 7. verſ. 22. tam populum alloquitur, *Non ſum loquutus cum Patribus veſtris, nec præcepi eis die quo eduxi eos è terra Ægypti de holocauſtis & victimis: ſed hoc verbum præcepi eis, dicendo, Obtemperate voci meæ.* Sane extra dubium eſt, Deum in Lege rationem holocauſtorum & victimarum præcepiſſe: ſed Jeremias de nudis ſacrificiis, & ut ſunt ſua natura, loquens, quæ nihil niſi inane & ludicrum aliquid ſunt, niſi ad altiorem aliquem finem ſpectent, ait Deum potius præcepiſſe ut voci ipſius obtemperetur quam ut offerantur ſacrificia. Quæ ut facilius adhuc comprehendamus, obſervandum loqui Scripturam aliquando de rebus quas Deus approbat, & quæ natura ſua bonæ ſunt, aliquando de rebus quas condemnat, quarumque finis eſt omnino contrarius. Exempli gratia, Deus jubet nos fiduciam omnem noſtram in ipſo collocare: quod per ſe bonum & neceſſarium eſt: ac proinde extra quæſtionem poſitum, quare in Deo fiducia ſit collocanda. Quandoquidem Deus eſt omnium bonorum fons & ſcaturigo, nos vero contra omnis miſeriæ & calamitatis ſubjectum. Idem eſto dictum de precibus & orationibus. Idem de charitate, de eleemoſyna, de caſtitate, de temperantia, & ſimilibus: quæ omnia Deus ſine exceptione fieri præcipit, quod qui ſecus faxit Divinæ voluntati & Legi repugnet. Sunt autem alia quædam naturæ cujuſdam mediæ, quæ licet non præcipiantur, tamen nihil ad ſalutem conferunt, ſed per ſe mala non ſunt: ſed potius bona. Quemadmodum, exempli ſua bona, & ad rectum [illegible] ad rectum ſuum uſum applicentur. Idem etiam de ſacrificiis ſtatuendum. Neque enim fuſus boum, agnorum, aut hircorum ſanguis per ſe Deo gratus erat, quem fuſum oportebat tolli, locumque purgari, ne corruptio vel fœtor oriretur. Quid vero ſuffitus ille de pinguedine animalium? An etiam pinguedinum aduſtarum odore & ſuffimento peccata deleri & expiari poterant, aut eſſe gratus odor Domino? Næ aduſtæ pinguedines nauſeam potius movent, quam gratum odorem adferunt. Quomodo ergo Deus illarum pinguedinum odore fuiſſet delectatus, quarum aduſtarum fœtorem omnes refugiunt? Ex quibus apparet, ſacrificia natura ſua Deo placere non potuiſſe: neque iram Dei, ſanguine beſtiarum placari, vel expiari peccata: ſiquidem eam ineſſe vim bruto ut animam hominis emundet, nemo eſt qui auſit cogitare: quod mortuæ pecudis ſanguis nihil niſi corruptionem habeat. Atqui homines effuſo pecudum ſanguine quærunt ab omni macula peccatorum repurgari, ut coram Deo comparere poſſint, & ea ratione in numerum filiorum ipſius admitti: quod ſane fieri non potuit ſanguine beſtiarum fuſo. Ac proinde non abs re dicit Jeremias ſacrificia nullius eſſe momenti, neque reliquas omnes figuras externas; ſed eas eſſe potius abominationi coram Deo. Quid ita vero? Nempe obedientia per ſe mater eſt omnis virtutis, & ſacrificia ſunt tanquam appendices quibus ad Deum quærendum incitamur & inducimur. Namque Angeli beati nulla unquam habuerunt ſacrificia, quorum tamen conditio non ideo deterior eſt: quemadmodum hodie, neque Cœnam neque Baptiſmum habent. Et tamen conditio noſtra non ideo melior eſt quam ipſorum: quandoquidem iſta nobis propter infirmitatem noſtram data ſunt: quoniam non apprehendimus ſpirituale lavacrum in ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, niſi viſibili ſigno aliquo nobis repræſentetur. Et ignoramus quid ſit nutriri corporo & ſanguine ipſius, niſi viſibilia panis & vini ſymbola nobis exhibeantur, quandoquidem ſenſus noſter rudis eſt, & nos terreni ſumus. Itaque apparet, veterem illum populum opus habuiſſe propter infirmitatem illis figuris: ſed tamen verum ſacrificiorum uſum oportuiſſe ſpectari ab illis, certum eſt. Deus enim Spiritus eſt, quare & in Spiritu & veritate vult coli. Quamobrem Dei cultus rationem in eo maxime poſitam eſſe ſciamus, ut Deo nos totos dedicemus, & nobis ipſis renunciemus, in Deo ſolo acquieſcamus, & ſalutem noſtram, gaudium & felicitatem in illo uno quæramus: ne vanis noſtris ſpeculationibus efferamur: ſed ad illum unum precibus & orationibus confugiamus: & pro acceptis beneficiis gratias illi immortales agamus: & cum proximis candide & ſincere converſemur. Iſta,

inquam,

Digitized by Google

ſunt, oblatis in Dei templo ſacrificiis, & cæteris omnibus quæ Lege præcipiebantur obſervatis. Sed interim Dei nominis contemtores erant, falſitatis & rebellionis coram ipſo rei: crudeles & perfidi, fraudibus, rapinis & prædis dediti, qui tamen Deo cerimoniis illis externis pulchre ſatisfactum volebant. Unde merito conqueritur de illis Dominus, inquiens, An domus mea ſpelunca eſt latronum? Vos enim pleni eſtis rapinis. Et apud Jeremiam Prophetam 7. capite Deus ita de illis conqueritur, *Venitisne in templum meum oblaturi quæ mihi ſunt abominationi? Næ ego vos à facie mea rejiciam, ferre vos amplius non poſſum.* Et apud Eſaïam, *Qui immolat bovem, quaſi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat: qui recordatur thuris, quaſi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt.* Idcirco etiam Pſalmo 50. Deus iſtiuſmodi hypocritas ſic compellat, *Numquid comedam carnem taurorum, & ſanguinem hircorum bibam? Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſylvarum, jumenta in montibus & boves, Si eſuriero, non dicam tibi: meus enim eſt orbis terræ & plenitudo ejus. Veſtra itaque ſacrificia natura ſunt vana & inania: ſed ſi afflictione aliqua urgeamini, quænam mihi grata fore exiſtimatis? Immolate Deo ſacrificium laudis: & reddite Altiſſimo vota veſtra. Invocate me in die tribulationis, & eruam vos, & honorificabitis me.* En quæ ſacrificia Deus laudet, & quas victimas gratas habeat: ac proinde oſtendit illas omnes figuras & umbras, inanes eſſe & ludicras, niſi ad finem ab ipſo præſcriptum referantur. Porro quum mentionem audimus fieri precum & orationum, non inde tamen ſequitur, nihil aliud in ipſius cultu requiri; ſed ſub una parte, reliqua omnia continentur: quæ Scripturæ eſt uſitata loquendi ratio. Sic apud Michæam Prophetam Deus populum compellat, *Numquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? Indicabo tibi, ô homo, quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te, Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo.* Cæterum quædam in iſtis repugnantia videretur, quum ait, *Invoca me*, & alibi, *Ambulato in timore, & humiliare coram Deo.* Sed nulla omnino eſt repugnantia, quandoquidem illis verbis Deus oſtendit hunc eſſe ſibi gratum cultum tores, Deo tamen eſſe reconciliatos, ac proinde cum fiducia ipſum invocent. Atque ita firma ſtat iſta concluſio, nunquam Deo placuiſſe ſacrificia, niſi quatenus longius homines deducunt, & ad verum Dei cultum viam aperiunt, veram, inquam, fidem, fiduciam, preces & orationes. Idcirco etiam hoc loco Samuel ait, Dominum nolle holocauſta & victimas, ſed potius ut obediatur voci Domini. Nam, ut ante diximus, Obedientia virtutum omnium eſt parens. Quamobrem poſtquam diu inveſtigaverimus quid ſit bene facere, ad hunc fontem ſemper veniendum eſt. Quænam enim boni perfectio eſt? Sane Dei voluntas: ac proinde quamdiu homines ſuæ voluntatis arbitrium & rationem ſuam tanquam lumen vitæ ſequentur, à recta cultus divini ſemita ſemper aberrabunt. Sed voluntas Dei eſt immutabilis: & ideo dicimus, Obedientiam virtutum omnium parentem. Nam poſſunt quidem homines perfectionis aliquam laudem & opinionem apud alios habere, quæ tamen nulla ſit, niſi præſcriptam à Deo regulam ſequantur, & ad ejus obſequium componantur, & ab ipſius verbo pendeant. Hinc vero diſcamus, veram obedientiam in eo poſitam eſſe, ut Deus ſummum dominatum & principatum in nos obtineat, & cujuſcunque tandem ordinis homines fuerint ipſi ſubjiciantur. Sane Papiſtas quidem videmus Obedientiæ nomine valde gloriari, ſed cui tandem illam reddunt? Iis nempe qui à Dei verbo procul receſſerunt, & à Deo alieni facti ſunt, & mundum ab eo avertunt, & in eandem ſecum confuſionem trahunt. Nam quicunque Dei Legem perverterunt, ut imaginarios cultus Deo offerrent, fuerunt apoſtatæ, Deumque de ſua ſede deturbare, in qua ſederent ipſi, conati ſunt. Solus enim Deus eſt Legiſlator, non futura alioquin Lege ſpirituali: & ideo Legiſlator & Servator nuncupatur: quæ duo ipſi proprie conveniunt & individuo inter ſe nexu cohærent. Unus enim Legiſlator eſt qui poſſit ſervare: quare qui hominum conſcientias rebus incertis Legique Dei contrariis & repugnantibus adſtrinxerunt, apoſtatas eſſe certum eſt. Prædicant ſane Papiſtæ magnopere obedientiam, & ea maxime gloriantur. Sed cui præbetur? Matri noſtræ, aiunt, Sanctæ Eccleſiæ. atque ita Deus procul à tergo relinquitur. At qui obedientiam profitetur, Deo Creatori exhibeat illam neceſſe eſt: neque enim alteri Deus jus ſuum permiſit, quod ſibi ſoli retinet, & primæ auctoritatis viros vult

agnoſcere

Digitized by Google

Quæ ſententia nihil novi continet, ſed quæ ante brevius & obſcurius dicta videbantur, clarius proponit & explanat. Itaque ex verbis iſtis, ea quæ ante dixi colligimus, nempe, rationem obediendi Deo, in eo eſſe poſitam ut verbum ipſius diligenter meditemur. Nam iſta Samuel conjungit, obedire & auſcultare. Atque ita ſignificat nos Deo non poſſe obedire bonis noſtris intentionibus, quibus tamen Papiſtæ maxime nituntur: ſed Dei verbo regi noſtras intentiones oportere, & ejus voluntatem præire. Ex quibus apparet, eos jam eſſe condemnatos qui eo impietatis deveniunt: neque enim Sanctus Dei Spiritus mentitus eſt, quum ait, Deo gratos & acceptos eos eſſe qui Deo obtemperant & auſcultant. Quid vero eſt auſcultare? Nempe non eſſe adeo temerarios & imprudentes ut quæcunque aliquis dixerit credamus, aut in cerebro quicquid libuerit fingamus: neque eo devenire inſipientiæ, ut bonum aliquid affirmemus à nobis, aut quoniam illud alius fecit id ſequi velimus; ſed potius quæ Deus verbo ſuo præſcripſit audiamus & ſequamur. Namque fieri non poteſt, ut Deo debitam obedientiam reddamus, quin prius ipſius verbo docti fuerimus, erronea potius & confuſionis plena futura noſtra illa obedientia Dei verbo non innixa. Et licet diu multumque laboraverimus, inutilis tamen labor eſt futurus, ut ait Eſaias Propheta, Deo non referente in accepti rationes quicquid ſine ipſius verbo factum eſt. Audiri enim vult verbum ſuum & ſilentium coli, ut edocti ab ipſo, mandatis ejus obſequentes fiamus. Hanc obedientiam & auſcultationem ait Samuel longe eſſe meliorem & præſtantiorem victimis: quibus verbis injici nobis frenum, certum eſt, nequid ex nobis ipſis ſuſcipiamus & conemur. Quare licet nulla comminatio adderetur, tanti tamen facienda eſt obedientia, ut nullis hominum clamoribus ab ea deducamur. Licet itaque Papiſtæ objiciant, nos eas cerimonias, eos ritus Dei colendi non habere, quos ipſi; nullas in templis noſtris imagines, nulla idola, nullas cruces, nulla altaria, nulla denique ornamenta, conſpici: nihilominus tamen, etſi Dei Lege non prohiberentur, quæ prohiberi deinceps videbimus, certos eſſe nos oportet, Dei verbum ſequentes errare non poſſe: ac proinde licet ab hominibus propterea condemnemur, Deo tamen nos approbari, gratumque illi & acceptum eſſe cultum noſtrum, modo ne ab ejus verbo recedamus, ſed in illo ſolo acquieſcamus. Quapropter faceſſant irriti hominum labores. Nam quæ dementia eſt, dubium & incertum præferre certo & indubitato, quod Deus gratum & acceptum habet? Quid ergo miſeros ſuæ illæ bonæ intentiones & inventiones juvant, quæ nihil niſi diabolicam arrogantiam innatam teſtantur? Quinimo Samue-tioniſque crimen eſſe & idololatriæ, à Scriptura vel tantillum recedere: atque tanquam perfidos, mendaces, ac vanos à Deo haberi, verbo ipſius abutentes. Quapropter per rebellionem fieri intelligamus quicquid homines ſine Dei mandato ſuſcipiunt, aut ſine verbo ipſius præeunte: & in primis quum docti ſufficienter de Dei voluntate, illi non acquieſcunt, ſed ex ſuo ſenſu varios & inſolentes cultus Deo affingunt. Denique Rebellio eſt, ut Scriptura loquitur, à via Domini recedere. Hic vero ſolent hypocritæ varias excuſationes quærere, ac rebellionis crimine ſeſe liberare. Nam aiunt, Quare dicimur rebelles, qui Dei verbum admittimus: ac ſiquid eidem adjicimus, ex abundanti facimus? næ, Deo inſervire & ejus eſſe cupimus. Specioſa ſane excuſatio, ſed inanis, & in qua manifeſta eſt diffidentia & contumacia. Nam niſi ſimpliciter quod Dei verbo præſcribitur ſequimur, ſed de noſtro aliquid admiſcemus, quatenus à Dei verbo recedimus, eatenus contumaces & rebelles ſumus. Ac proinde certum eſt, inanem eſſe iſtiuſmodi hypocritarum excuſationem, quod aperte Deo contradicant, Legemque ipſius flocci faciant. Nam etſi non apertis verbis in hanc blaſphemiam erumpunt, ut de Dei Lege detrahant, ac proinde non ſibi videntur rebelles, quod Legem Dei bonam eſſe ſciant, & ipſius mandata nequaquam contemnenda: tamen quandoquidem Deus non permittit homines ex ſuo ſenſu facere quæ ad cultum ipſius pertinent, ſed prohibet potius ne ad dextram aut lævam declinent; & contra, ſolum ſuum verbum eſſe omnium actionum regulam jubet: ſane ſi homines iſtis non acquieſcunt, ſed quaſi ſapientiores ipſo ad mandata ejus hoc vel illud adjicere licentioſius ſibi permittunt, nonne tantundem de Dei auctoritate detrahunt, ne ſolus ſit hominum Legiſlator? Ex quibus Sole clarius eſt, inanes & ridiculas iſtorum eſſe excuſationes & vana effugia: ac proinde merito reos fieri coram Deo contumaciæ & rebellionis qui ab ipſius verbo tantillum recedunt. Etſi vero ſibi fieri injuriam conqueruntur de iſtis admoniti, immerito faciunt: quandoquidem enim ipſius Dei judicio condemnantur, quare hominibus id ipſum reprehendentibus iraſcuntur? Quare obſurdeſcunt & obſtupeſcunt ad illam Domini ſententiam, qua veluti fulmine ab alto ad ima tartara detruduntur? Denique ſua temeritate & ſtultitia Deo quantum volent reluctentur, nobis ſatis ſit, Deo, cui dictorum factorumque uni reddenda ratio eſt, ſimplicitatem noſtram probari, quod verbum ipſius noſtrarum omnium actionum normam & regulam habemus & admittimus: cujus contra contemtus contumacibus & refractariis ultimum exitium eſt allaturus. Jam vero ſiquis ad iſtam amuſſim cultum illum omnem exigat quo

Papiſtæ

Digitized by Google

... perſuadent ſe offerre Chriſtum Deo Patri in oblationem pro vivis & mortuis. Quid ita? Neque enim Chriſtus dixit, Offerte, ſed Accipite. Quanta vero in iſtis repugnantia? Quam ergo hic coram Deo tandem excuſationem adferent, qui hominum longe diſſimillimus eſt? Næ videntur iſti veluti cornibus ipſius Dei Majeſtatem petere, & velut ad certamen provocare, quaſi dicerent, Te invito ſacrificium iſtud offerimus in peccatorum noſtrorum ſatisfactionem: & tibi gratum & acceptum illud eſſe neceſſe eſt. Quo poſito, geſticulator ille ſacrificulus fabulam agit, & pro eo quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus dixit, *Accipite, & comedite*, ille Deum ſuum fictitium in tres partes dividit, quarum maximam ſibi vendicat, aliam vivis & mortuis attribuit, tertiam in vinum intingit, poculumque deinde exhaurit: ſpectante interea populo attonito, & inſtar trunci ſtupido, totam hanc fabulam. Peracta denique ita fabula, quiſque recedit, pulchre à Deo pro ſuis peccatis ſatisfactum exiſtimans. Nonne vero hinc fit conſpicuum ipſi Deo bellum indici, &, quæ Dominus noſter Jeſus Chriſtus Sacramenta inſtituit, quibus ad ipſum deduceremur, ſumma vi convelli? Quamobrem Papiſtæ jactent licet ſummam obedientiam, nihilominus tamen ſemper incantatores, & venefici audient, quotieſcunque templa ſua vel potius lupanaria ingrediuntur miſſam illam facturi, qua totus aër polluitur, quandoquidem pro eo quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus inſtituit, ſuas blaſphemias reponunt, & reliquum Dei cultum fœdis & impiis ritibus polluunt. Sane Deus non obſcure loquutus eſt, quum ſe vetuit ulla rerum creatarum imagine viva vel mortua repræſentari. Sed iſti, Deum ſe noſſe non poſſe dicunt, niſi aliqua ſimilitudine repræſentetur. Itaque volunt idiotas habere imagines, quibus Deus repræſentetur & ſancti, qui pro ipſis apud Deum intercedunt, quod ea ſit hominum ignorantia & ingenii ſtupor, ut tam arduas res niſi quibusdam imaginibus apprehendere non poſſint. Nonne vero manifeſta iſta rebellio eſt, quum Deo ſapientiores eſſe volunt, & ejus præcepta negligant, gloriamque imminuant? Verum, age, concedamus ipſis aliquam in iſtis ſuis geſticulationibus eſſe divini cultus ſpeciem, neque fuiſſe à Deo prohibitam, veluti quum auricularem confeſſionem retinent, & multa ſimilia commenta, quæ dicamus

tum idolomania eſt. Atque ſe ita rem habere, jam ante docuimus Iſaïæ teſtimonio, Deum ſuo jure fraudari, quum alium ipſi cultum quam qui verbo ipſius continetur exhibemus, quod ſolum illum eſſe noſtrum Legiſlatorem oporteat. Quænam ergo iſta amentia eſt, quæcunque in mentem venerint, Deo adſcribere in cultum: & hunc aut illum ſequi doctorem potius quam Deum, & ignorantiſſimos quoſque fieri omnium audaciſſimos? Unde vero duxit initium hic error, ut quicquid homines ſomniaverint, cultum Deo gratum exiſtiment, niſi ex falſa ſui opinione, qua fit ut quiſque ſibi fingat idolum proprium? Nos vero ſciamus, quotieſcunque rejicimus præſcriptum à Deo cultum, toties in Deum peccare, & tantundem de ipſius honore & gloria detrahere: quod res creatas in ipſius locum ſubſtituamus. Triumphent itaque Papiſtæ de ſuo illo cultu quantum volent, & ſuas ſtultas opiniones ſequantur, Dei ſapientia non contenti, verumtamen illos totum Dei cultum & obſcurare & pervertere certum eſt. Idcirco Dominus noſter Jeſus Chriſtus 15. Matth. Phariſæis exprobrabat, illos ſuis traditionibus Legem Dei violare. Nam quotieſcunque mortales ſtultas ſuas imaginationes amplectuntur & in uſu eſſe volunt, Dei Majeſtatem ſibi vileſcere ſatis aperte teſtantur. Et ex hoc fonte alius error promanat. Nam ubi ſibi hoc indulſerunt, etiam ſibi perſuadent Deo gratum acceptumque eſſe oportere quicquid commenti fuerint. Quin etiam inventis ſuis tantopere glorientur, ut præ illis reliqua inania ſint & futilia. Sed hoc contra tenendum eſt, eos licet Dei cultum diligenter obſervarent, nihilominus tamen ipſi permixtionem illam diſplicere. Neque enim Deum colere quiſquam rite poteſt, niſi verbo ipſius in ſolidum acquieſcat. Qui vero intra hos limites non ſe continet, eo devenit impietatis, ut ſupra Deum ſapere videatur. Nonne enim, Deo ſocium dare, eſt ipſius auctoritatem rejicere, quaſi non amplius eo Gubernatore & Legiſlatore opus habeamus? Denique ex ſupra dictis apparet veriſſimam eſſe Samuelis hanc ſententiam, eſſe quaſi peccatum ariolandi, recedere à Domini mandato: ac proinde totus ille cultus fictitius merito veneficium & divinatio dici poteſt. Quicquid enim mortales fingunt, certum eſt ab auctore Diabolo proficiſci: & à Deo procul recedere qui doctorem illum audit & ſequitur. Nam quum veritas & mendacium inter ſe pugnent, qui non adhæret

hæret

Digitized by Google

CAP. XV.

24. Dixitque Saul ad Samuelem, Peccavi, quia prævaricatus ſum ſermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum.
25. Sed nunc porta, quæſo, peccatum meum, & revertere mecum ut adorem Dominum.
26. Et ait Samuel ad Saul, Non revertar tecum, quia projeciſti ſermonem Domini, & projecit te Dominus ne ſis Rex ſuper Iſraël.
27. Et converſus eſt Samuel ut abiret: ille autem apprehendit ſummitatem pallii ejus, quæ & ſciſſa eſt.
28. Et ait ad eum Samuel, Scidit Dominus regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo, meliori te.
29. Porro triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt ut agat pœnitentiam.

HIc primum docemur Saulem acri Samuelis reprehenſione tandem perculſum & domitum. Nam initio quidem reprehenſionis ſuam innocentiam tueri velle viſus eſt, & excuſationes quibus ſeſe tueretur in medium protulit: ſed ubi Samuel hanc ſententiam detonuit, Voci Dei non obedire, eſſe quaſi peccatum ariolandi; & quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere: victus tacuit, & quum nullum excuſationi locum dari vidit, crimen falſus eſt. Ex quibus apparet, ſolam doctrinam non ſufficere ad homines ad Deum adducendos: ſed ad eam oportere reprehenſiones & comminationes accedere. Ac ſane Paulus Apoſtolus, docens quomodo Scriptura ſit utilis, non tantum ad docendum, ſed etiam ad exhortandum & reprehendendum utilem eſſe admonet. Unde colligimus, legentibus ſacram Scripturam non ſatis eſſe ſi Dei voluntatem intelligant, aut quæ vel ipſi legerint, vel quæ ex docentibus & Dei verbum prædicantibus audiverint, mente percipiant & comprehendant: verum, quoniam natura noſtra pleni ſumus hypocriſi, & ſemper vana effugia quærimus, aut etiam plane ſumus ſtupidi, neceſſe eſt nos ad vivum uſque pungi. Quare ſi poſt propoſitam doctrinam, audimus adverſus peccatores detonari, & Dei judicia & comminationes in medium adferri adverſus hominum peccata, non debet illud nobis mirum & inſolens videri: quandoquidem illis adminiculis opus habemus. Quapropter danda nobis omnis opera, ut in illis proficiamus. Nam quæ condemnatio, qualeve ſupplicium adverſus eos qui ad Dei reprehenſiones indurabuntur paratum eſt: quum Saulem videamus, hominem alioqui ſatis arrogantem & profanum, tamen Samuelis reprehenſione vehementiore cōmmotum & quodammodo domitum? Si is qui Dei Spiritus gratia vacuus erat, tamen contremuit & pœnitentia tactus eſt, quid iis futurum eſt qui in pertinacia permanſerint? Nos igitur in primis hinc diſcamus, ſi poſt lapſum admoneamur, & rectam viam doceamur, & acriore aliqua reprehenſione ſtimulemur, noſtraque turpitudo, ingratitudo & malitia detegatur & objiciatur, denique ſi acrius & vehementius reprehendamur, nos ipſos continere, & in peccatis non perſeverare, ſed potius ad bonam mentem reverti. Cæterum etſi Saul peccatum agnoſcit, non tamen ſine exceptione: quærit enim adhuc aliquod effugium, dicens ſe metuiſſe populum: quaſi culpam omnem in eos conjiciat qui ſibi auctores fuerant reſervandi tam Agagum Amalecitarum Regem, quam optimas pecudes in victimas & holocauſta. Sane potuit populus Regem ſollicitare, & ſuboriri in plebe murmur. Verumtamen in hoc malum conſenſit, quod auctoritate qua valebat apud populum poterat illud impedire. Sed quid populum cauſatur, qui ipſe populo dux & auctor fuit, & non ſimplici ſtudio victimarum & holocauſtorum pecudes reſervavit, ſed pravo affectu ſpolia referre voluit, ut ante docuimus? Sed agite, cauſam iſtius metus quo ſe tanquam clypeo tegere nititur inquiramus. Ea eſt Infidelitas. An non vero Deus illum in Regem elegerat? In cujus igitur protectione & tutela erat? Sane dum populum metuit, Dei videtur oblitus, à quo Regiam auctoritatem acceperat, & à quo, populo de ipſo non cogitante, proſperos in illa dignitate ſucceſſus habuerat.

Digitized by Google

quam præter apertam rebellionem, ejus in Deum impietas detecta eſt, quod Deum ut debebat non glorificarit: ſed contra, Deum parvi fecerit, & in populo ſpem ſuam collocarit, cujus tamen rebellionem expertus erat, quum à Deo Rex deſignatus populo exhiberetur. Verumtamen digna ſunt ſingulari obſervatione ipſius verba iſtiuſmodi, *Peccavi, quia prævaricatus ſum ſermonem Domini, & verba tua*: quibus verbis peccatum ſuum deſignat, nempe ſe non impleviſſe Domini mandata quorum ipſe Samuel miniſter & interpres fuerat: ac proinde ſuam rebellionem confitetur. Atque hoc eſt caput omnium iniquitatum, Deo non ſubjici. Quare ſi vitam recte inſtituere volumus, danda opera eſt ut eam ad divinum verbum, quod ſanctitatis plenum eſt, exigamus: propterea quod in eo noſtra ſalus & perfectio ſita eſt, ut audivimus in illa ſententia, Meliorem eſſe multis victimis obedientiam, imo & virtutum eſſe matrem. Hoc igitur fundamentum eſto noſtrarum actionum, quæ in ruinam & exitium alioquin abituræ ſunt. Obſervandum præterea, Saulem in eodem gradu ponere, os Dei & verbum Prophetæ. Quibus verbis docemur non eſſe ultra nubes inveſtigandam Dei voluntatem, quum verbi ſui præcones ipſius gratia nobis contingunt: quemadmodum & Moſen videmus populum his verbis compellare & obteſtari, *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non ſupra te eſt, neque procul poſitum. Nec in cælo ſitum, ut poſſis dicere, Quis noſtrûm valet ad cælum aſcendere, ut deferat illud ad nos, ut audiamus atque opere compleamus? Neque trans mare poſitum, ut cauſeris, & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos uſque deferre, ut poſſimus audire & facere quod præceptum eſt? Sed juxta te eſt ſermo valde, in ore tuo & in corde tuo, ut facias illum.* Hic itaque Saul declarat ſe aliquantum in Dei ſchola profeciſſe, quum fatetur ſe prævaricatum eſſe ſermonem Domini, & verba Prophetæ. Neque enim Dei ſermonem à verbis Prophetæ, tanquam inter ſe differentia ponit, ſed potius agnoſcit verba Prophetæ eſſe tanquam os ipſum Dei, & organon Sancti Spiritus, ac fidelem ſibi commiſſi muneris miniſtrum. Hæc itaque doctrina eſt ex hoc loco eruenda, ut quum ſacram Scripturam legimus, ibi ſciamus Deum ſuam nobis voluntatem exponere: de qua nos eſſe perſuaſos oportet, neque vana effugia hinc inde quærere. Teſtimonium enim iſtud certiſſimum & inviolabile eſt, ubi Deus verbo ſuo ſemel auctoritatem dedit: ut norimus cum ſolo illo nobis eſſe negotium. Atque idem ſtatuendum de fidis ſacroſanctæ Scripturæ interpretibus, qui ſincere officium demandatum ſibi exequuntur, ut non eos à Deo con-demnandos, ſi non illud auſcultaverimus, & quà decet humilitate & reverentia receperimus. Contra vero perſuaſos eſſe oportet, nos à Deo recipiendos, & in ſuorum numerum admittendos, & tanquam juſtos habendos, quum mandata ipſius ſequuti fuerimus, licet nos mundus cane pejus & angue exoſos perſequatur. Porro quum Saul hic populi metum adfert, quo adductum ſe ipſius voci auſcultaſſe ait, peccatum ſuum conatur quidem elevare & minuere: ſed magis auget, quod obedientia illa plena ſit rebellionis, quum ab hominibus transfiguramur, & à Deo abducimur, ne ſuum jus in nos retineat. Denique humilitas illa, qua ſervimus hominibus, & rebus creatis mortalibus, Deo & ipſius verbo detrahit, & aliquod præjudicium afferens, mera contumacia & rebellio adverſus Deum eſt. Talis eſt his temporibus hypocritarum in Papatu obedientia, qui longe magis ſollicito & anxio animo ſtultas & inanes cerimonias & ſuperſtitiones à patribus inventas exercent, quam quod Dei verbo præſcriptum eſt, & quidem ſpecioſo deluſi prætextu, quod Sanctæ matri Eccleſiæ debeatur obedientia. Verum enimvero, quum Deus ipſe loquutus ſit, ſuamque voluntatem patefecerit, quare non ei auſcultatur? quare libri ſacri clauduntur? quare hominibus potius ſervitur & obtemperatur? &, quod ſummum, quare inde juſtitia coram Deo quæritur? Næ Deum oporteret jure dominationis quod in eos obtinet cedere, quod ſine ingenti blaſphemia dici ac ne cogitari quidem poteſt. Nos vero diſcamus hominibus ſic obtemperare, nequid Dei imperio & poteſtati detrahamus: ſed ut potius Dei verbum pro factorum dictorumque noſtrorum regula retineamus, & ab illo regi nos patiamur. Interim vero dicitur Saul rogaſſe Samuelem, ut parceret peccato ſuo, ſecumque reverteretur, & adoraret Jehovam. Quod vero Samuelem rogat ut peccatum remittat, non ideo tamen illum in Numen transformat. Nam revera unius Dei eſt peccata delere, quemadmodum per Prophetam Eſaïam teſtatur, *Ego ſum, ego, in-* Eſa. 43.
quam, qui deleo iniquitates hominum, & non alius. Sed verſ. 25.
noluit Saul tanti Samuelem facere, ut quæ Dei ſunt illi attribueret, quaſi poſſet peccata & transgreſſiones delere & remittere, ſed conſueto loquendi more uſus eſt. Sic enim ab hominibus condonari peccata nobis petimus, ut ea non impediant quominus amici ſint, &, pro viribus, noſtris commodis ſtudeant. Sed adjicit, ſe velle Deum adorare, ſive ad ejus placandam iram, ſive ad gratias agendas melius quam ante feciſſet. Verum, ut ex ſequentibus apparebit, hæc

quidem obiter confiteri, & iſtud *peccavi*, ingeminare: ſed ſtatim tamen velle abſolvi. Quid ita vero? Nempe criminationem & accuſationem omnem metuunt, & correctionem refugiunt. Itaque verbo uno corripi, & eodem abſolvi volunt, & peccata ſilentio obrui, ne in hominum unquam conſpectum veniant: & ſua hypocriſi hominum oculos perſtringunt. At non ita facto eſt opus. Sed urgente nos conſcientia, diſcamus coram Deo & hominibus dejici & humiliari, ut quamcunque tandem correctionem imponere Deus voluerit, eam patienter feramus. Ac ſi hominum miniſterio in nobis caſtigandis utatur, ſponte ſubeamus pœnas: neque obloquamur aut indignemur, quemadmodum videmus indignari & fremere adverſus Deum eos omnes, qui fictitia & ſimulata peccatorum confeſſione Sanctitatis opinionem apud homines venantur. Et de iſtis hactenus: tranſeamus ad ſequentia, quibus dicitur Samuel reſpondiſſe, ſe non reverſurum cum ipſo, quod à Deo reprobatus ſit: quaſi diceret, ſe Dei decreto non poſſe reluctari: quod quoniam pronunciatum eidem acquieſcendum ſit. Hic primum quæſtio ſuboritur, quomodo tamen poſtea Samuel cum Saule reverſus ſit, quum ſe id facturum antea negaverit. Videtur enim non ſibi conſtare, ſed vacillare: quod non convenit Prophetæ, ut in ipſo dicatur eſſe Etiam &

2 *Cor.* 1. *verſ.* 18.

Non: quod avertit Paulus à ſe in 2. ad Corinth. epiſtola, quum ait, *Novit fidelis Deus ſermonem noſtrum apud vos, non fuiſſe Etiam & Non.* Sed obſervandum, Samuelem negantem ſe cum Saule reverſurum, idem velle ac ſi diceret, ſe non amplius poſſe ab ipſius partibus ſtare: quaſi diceret, Meum non eſt te tueri: ſicut ego te Regem non ex meo arbitrio conſtitui; ſic neque ego te mea auctoritate poſſum conſervare. Ego te quidem, Dei juſſu, Regem inauguravi, & inunxi: ſed quum Regia illa dignitate culpa tua excideris, nequid amplius à me exſpectato: neque enim tibi quicquam ego contuli: ego hactenus tuam dignitatem, in qua es à Deo conſtitutus, promovi, & pro mihi commiſſo munere tutatus ſum: ſed quandoquidem Deus te non amplius Regem fore minatus eſt, me Deo parêre par eſt. Hæc fuit mens Samuelis. Sed quum illum poſtea comitatur, nihil de Domini ſententia irrevocabili detracturus aut immutaturus facit, neque aliquid ſine Dei mandato ſuſcepturus, ſed potius Regiam dignitatem ornaturus, cui ſubjici vult donec plane fuerit Saul exauctoratus. Sane Dei decretum erat quidem de rejiciendo Saule, ſed nondum patefactum: quare Samuelem oportuit aliquam obedientiam illi præſtare, quod non eſſet ipſius officium populum ab obedientia avocare: ſed præſtitutum à Deo tempus exſpectare. Non potuit itaque Samuel vocationis ſuæ terminos excedere: minum, erat Saulis regnum projectum. Nam quatenus Samuel eſt Propheta, Dei quidem nuncius eſt ad eventum declarandum: ſed interim populi membrum eſſe non deſinit. Ac proinde Regi ſubjici illum oportuit, donec Deus ipſe mutationem attuliſſet, & reipſa ſuum decretum impleviſſet. Verum nondum id effectum erat, neque enim adhuc unctus fuerat David. Et licet unctus fuiſſet, nondum in regni poſſeſſionem miſſus erat, quod nonniſi multis poſt annis, ut deinceps videbimus, factum eſt: ſiquidem cum tantis difficultatibus & afflictionibus David luctatus, ut longe melior & optatior ejus conditio futura videretur, opilionem eſſe in domo paterna, quam magni populi Regem, & indeſinenter tot tantiſque calamitatibus urgeri. Denique videmus nihil abſurdum eſſe in eo quod Samuel negat ſe iturum cum Saule, quatenus nimirum à Deo rejectum ipſe etiam relinquit, & ab eo divertit: & tamen eum comitatus eſt, quod eam deberi adhuc Regi obedientiam noverit, donec definito à Deo tempore David in ejus locum ſuccederet. Sequitur deinceps, Samuele converſo ut abiret, & Saule apprehendente oram pallii ejus, ad eum retinendum, ſciſſam fuiſſe. Tum vero Samuelem ei Dei decretum amplius declaraſſe, his verbis, *Scidit Dominus regnum Iſraël à te hodie, & tradidit illud proximo tuo.* Et ſi vero Saulem veriſimile eſt magno quodam affectu voluiſſe retinere Prophetam, non tamen tantam vim ab illo factam veſtimento, ut illud ſcinderet. Sed Deo ita faciente contigit, ut eo ſigno Domini decretum illud, de quo egimus, confirmaretur ratumque haberetur, & Saul vehementius afficeretur. Nam licet admonitus, tamen adhuc effugia quærebat, Deumque peccatum illud oblivioni daturum rebatur: neque enim vero ſenſu peccati ſui adhuc erat affectus. Quod enim peccatum diſſimulat, ſignum erat, ipſum nondum veram pœnitentiam ex ſenſu illius habere quam oportebat. Itaque ſive hunc nuncium ut generalem, ſive ut particularem comminationem Saul interpretatus ſit: tamen exiſtimare debebat non inanes eſſe Prophetæ comminationes. Exempla ſane paſſim in Sacris occurrunt. Nam etſi peccatores ad tempus aliquo peccatorum ſenſu commoventur, quum nimirum Dei verbum ipſorum aures perſonat, & ejus nomine comminationes proponuntur, & peccatum tunc confitentur: tamen Deo pœnas differente ad aliquod tempus, ſtatim obliti comminationum, Dei metum omnem abjiciunt, & ſe impune laturos peccata ſibi pollicentur. En ut Deo tantum minas & verba adhibente, homines præbent aures hebetiores, imo obſurdeſcunt, & quæ monentur non audiunt. Quare Saulem oportuit aliquo externo ſigno & teſtimonio fieri certiorem de iis

quæ

Digitized by Google

comparatione Saul condemnatur: iis docetur ipſum nullam obloquendi Deo cauſam habere: quod juſtas illum puniendi cauſas Deus habeat: & non poſſit ipſe conqueri, non eſſe alium qui ſit dignitate ipſi præferendus, quaſi dignitate omnes anteiret. Samuel enim oſtendit, Deum facillime inventurum quem ipſi ſubſtituat, longe meliorem & dignitate præſtantiorem. Ac ſane Deum certum eſt non laborare vehementer in quærendis viris ad dignitatem aliquam aut munus idoneis, quos ſi quærat, nullos reperiat: ſed ipſummet tales viros excitare & ſufficere. Et ſane quemadmodum ex nihilo mundum creavit, ſic etiam ipſe format & diſponit homines, ut ad munera, ad quæ ipſe eos vocat, idoneos faciat: atque hac ratione nunquam ipſi deſunt quos in eorum locum ſubroget quos exauctoraverit. Denique hac ſententia Samuel Saulis arrogantiam & ſtultam obſtinationem & pervicaciam dejecit: ne ſibi perſuaderet, nullum in populo reperiri poſſe qui ſibi ſurrogaretur. Docet itaque, Deum facile alios ſuſcitaturum, & Saule juſtiores reperturum, ex ſua bonitate. Neque enim natura ſua tales ſunt, neque etiam ſuis viribus quamdiu hic vivunt efficiuntur: ſed à Deo ipſo diſponuntur, & ad hoc vel illud munus idonei redduntur, ſpoliati fragilitate illa humana quæ ineptos ad omne bonum opus facit. Atqui Davidem videmus in graviora, ſi extrinſecus conſideres, peccata Saule lapſum. Sed ſatis nobis facere debet, quod melior Saule dicatur à Domino, quem ſolum idoneum judicem vere affirmare poſſumus: cujus ſententia ſtandum eſt, ut monet Paulus. Hinc itaque diſcamus, nos in aliquo dignitatis gradu à Deo conſtitutos, niſi ut par eſt officium fecerimus, ab ipſo vel in ultimum exitium poſſe detrudi, vel perpetua ignominia & dedecore affici. Neque etiam ipſi deforе qui quod bonum ipſi videbitur exequantur, quod non indigeat alterius auxilio, & nobis facile carere poſſit, non defuturis nobis melioribus quorum opera utatur: quandoquidem quicquid habemus, ab ipſo accepimus, & ab ejus liberalitate manavit: eſt enim ille fons & origo omnis plenitudinis perennis & inexhauſtus. Ac ſi Sancti ſui Spiritus portionem nobis largitus eſt, centies millies ampliorem aliis largiri poteſt, quorum uti volet opera, quum adeo miſeri fuerimus ut ab ipſius obedientia recedamus. Idcirco Dominus noſter Jeſus Chriſtus Judæis olim dicebat, Deum poſſe regnum ſuum adeo transferre, & ad quod à Deo vocatus eſt, & in ipſius timore ambulet, ne noſtra ingratitudine talibus beneficiis deſtituamur. Neque enim Deus eſt variabilis, aut propoſitum mutat: ſed occaſionem ipſi præbemus in nos judicia ſua exerendi quum dona ipſius profanamus, quæ in ipſius gloriam & noſtram ſalutem dicari & conſecrari oportebat. Sequitur deinceps, *Porro triumphator in Iſraël non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo eſt ut agat pœnitentiam.* Quibus verbis Samuel quam ſupra tetigi ſententiam confirmat, nempe Deo nihil deperiturum ſi Saul Regia dignitate privetur: quod tamen ipſe ſibi poterat perſuadere: quemadmodum hoc vitium in nobis tam altas agit radices, ut Deum nobis devinctum arbitremur, quum tamen ab ipſo omnia habeamus, & nihil ipſe nobis debeat. Sed quoniam beneficiis ipſius cumulati ſumus, mirum in modum efferimur, & iiſdem inſoleſcimus, Deumque nobis obſtrictum non ſine inſania perſuademus: ac proinde contentum illum eſſe noſtris blanditiis & induſtria oportere. At Samuel hic docet, remoto licet Saule, Fortitudinem Iſraëlis mentiri, & pœnitudine flecti Deum non poſſe. Saul igitur videbatur excepturus, Deus in Iſraële me Regem conſtituit, ac proinde populum mea cura & ſtudio defendi adverſus inimicos oportet. Quid ergo populo futurum eſt, ſi nullus Rex amplius fuerit? Reſpondet Samuel, Dei decretum ab homine mortali non pendêre: ac proinde humanis omnibus mediis deficientibus, nihilominus tamen impletum & perfectum iri Dei voluntatem: & idcirco ait, *Fortitudo Iſraëlis non mentietur.* Quum fortitudinem ait, oſtendit populum non ſuis viribus ſubſiſtere, ſed unius Dei robore & fortitudine: ac proinde non pendêre ipſius ſalutem ab humanis viribus, ſed ab unius Dei tutela & protectione. Quamobrem digniſſima eſt obſervatione ſententia, Deum nunquam deeſſe ipſum amantibus, timentibus, & fiduciam ſuam omnem in ipſo collocantibus. Deinde & hoc mentibus altius infigendum, omnibus humanis mediis & rationibus deficientibus noſtro judicio, Deum tamen nihilominus viam inventurum qua ſua conſilia ad exitum perducat, noſtris ea licet oculis non appareat: & non aliunde potentiam neque extra ſe quæſiturum qua ſuam voluntatem perficiat. Tanta enim eſt innata nobis malitia, ut infinitam Dei potentiam nunquam agnoſcamus, niſi ipſemet oculos nobis aperiat, & diſponat mentem noſtram:

Digitized by Google

ipſius & conſilium ſit nobis incomprehenſibile: quatenus tamen quibus indigemus ſe daturum promittit, in hac ipſius promiſſione conquieſcendum. Quare quum Dei verbum fideliter & pure nobis prædicatur, etiam ad ſuam perfectionem venturum illud concludamus, licet ea impedimenta ſeſe offerant, ex quibus humana ratio impoſſibile id eſſe judicet: tum ſi malis opprimimur, vel ſaltem aliqua confuſione obruimur, ad ipſius potentiam, quæ nulla ratione minui poteſt, confugiamus, & in illo uno ſpem omnem & fiduciam noſtram collocemus. Quare quum variis iſtiuſmodi rerum perturbationibus agitamur, hac ſententia tanquam clypeo tegamur, Deum non pœnitere, id eſt, propoſitum ſeu ſententiam nunquam mutare. Cæterum antequam de Dei decreto aliquid ſperemus, cognoſcenda ipſius eſt voluntas: ut certum teſtimonium habeamus eorum in quibus fiducia collocanda eſt. Nam ſiquid ipſi nobis ultro promitteremus, temere huc illuc impelleremur, & ſola pertinacia niteremur, & inanes conatus eſſent. Sed ſi de Dei voluntate certiores facti fuerimus, quemadmodum de ſalutis æternæ certitudine ſatis firma teſtimonia paſſim habemus in Sacris, neceſſario ad ipſum in conſcientiæ terroribus confugiendum: quandoquidem ſe tam benignum & miſericordem erga nos declarat, ut nos in gratiam, quotieſcunque peccata ſine fuco, ſed cum vera pœnitentia confitebimur, veniamque deprecabimur per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cujus inviolata eſt fides, recipiat. Deinde in rebus difficillimis ad ejus auxilium concurrendum, ut valida ſua manu nos adjuvet, & protegat: quod omnino faciet, ſi coram ipſo dejiciamur & humiliemur. Atque hæ nobis promiſſiones de vita æterna fiunt: quibus adeo nos niti par eſt, ut licet cœlum terræ miſceri videatur, nihilominus tamen in ipſius bonitate ſperemus, quod nunquam eam pœniteat. Quod autem ad vitæ præſentis ſtatum attinet, etiam promiſſiones divinas habemus Deum noſtri miſerturum, & protecturum adverſus tot pericula ne in illis pereamus. Neque tamen ea nobis tranquillitas & otium promittitur, quin variis modis exerceamur & affligamur: ſed quorum tamen felix exitus ſit futurus: modo in patientia divinum auxilium præſtolemur, eumque ſupplicibus votis & non ficto corde invocemus: neque dubitemus quin ſuam in corpora & animas noſtras miſericordiam extendat. Quapropter ſi animis noſtris promiſſiones ipſius altius infixæ fuerint, & hujus ſententiæ, Deum non poſſe pœnitere, meminerimus, neceſſario concludemus, nos ſpe noſtra nunquam excidere poſſe: ſiquidem in Deum nulla cadit unquam mutatio. Ac proinde licet ſus deque omnia aut deficiant, ut de Deo diffidant. Veluti ſiquis non habet repoſitam annonam ex animi ſententia, famem timebit; ſiquod imminet periculum, repente animus concidet: ex quibus ſatis apparet Deum fieri hominibus ſimilem. Quandoquidem enim promiſſis ipſius fidere non poſſumus, neque ejus auxilium patienter & cum fiducia exſpectare, ſatis apparet Deum à nobis transformari, & in ipſo mutabilitatem aliquam poni. Quamobrem apparet magni momenti eſſe hanc ſententiam, quæ tamen alioqui levior & Dei Majeſtati minus conveniens videri poterat: qua diffidentia & incredulitas noſtra & pravæ aliæ cogitationes reprehenduntur, quum de Deo, ſitne auxilium nec ne allaturus dubitamus. Quare vero dubitamus, quum promiſerit is qui verax eſt: & qui etiam promiſſa ſua jurejurando firmavit, ne à nobis in dubium revocentur? quare ad nobis fidem faciendam iſta non ſatis magnam vim habent? Næ ſatis indicio noſtro nos prodimus, Deum nos noſtri ſimilem nobis fingere, & ejus potentiam ex noſtro captu dimetiri. Idcirco crebræ ſunt reprehenſiones apud Prophetas, quibus populo Iſraëlitico Deus exprobrat, non tantam illum habuiſſe fiduciam de divino auxilio quantam par erat. An vos me, inquit, hominibus ſimilem putatis? Næ cœlum & terram ego potius concutiam, quam ut vos ad me toto corde veſtro clamantes non exaudiam. Veſtræ imaginationes & ſtultæ cogitationes auxilio meo remoram injiciunt: quare, timorem pellite, diffidentiam tollite, ad me accedite, & vobis perfugium ac ſolatium præbebo. Nam quum populus affligitur, nullam ſupereſſe gratiam apud Deum ſibi perſuadet, & in peccatis ideo magis ac magis induratur, quum ſemel hanc mentem induit, Deum nolle amplius miſereri. Itaque hoc Deus exprobrat, inquiens, En ut non deſinitis me homini mortali ſimilem facere. Vos enim virtutis meæ experimentum petentes, teſtamini, vos ei fidem non habere: ſed potius terrenis & caducis rebus niti: quod quid aliud eſt quam Deum novum ſibi fingere, neque in rerum creatarum numero habere? At ne cogitate me poſſe unquam mutari. Quamobrem altius animis noſtris infigenda hæc eſt ſententia, qua dicitur Deus non eſſe ut homo mortalis: quo in ipſo ſpem omnem noſtram collocare diſcamus, & ab ejus providentia pendêre, nihil alienum ipſi ab ipſius Majeſtate fingentes, ſed qualem ſe verbo ſuo patefacit agnoſcentes. Ac ſi promiſſiones habeamus de rebus quæ ſenſum noſtrum exſuperant & rationi repugnant, fide ſupra mundum aſcendamus: & in ejus obedientia perſeveremus, certo perſuaſi nobis ſatis ſemper fore argumenti in ipſo gloriandi, quum toti in illum recubuerimus, & conſpirantibus licet adverſum

Digitized by Google

35. Et non vidit Samuel ultra Saul uſque ad diem mortis ſuæ. Verumtamen lugebat Samuel Saulem: quoniam Dominum pœnitebat, quod conſtituiſſet Regem Saul ſuper Iſraël.

ITerum hic Saulem peccatum agnoſcentem & confitentem audimus: ſed, ut apparet, ficte & ſimulate. Neque enim ſerio peccati ſenſu tactus eſt, ad agendam pœnitentiam coram Deo, & ſeſe coram ipſo dejiciendum & humiliandum. Id apparet ex eo quod licet Deus per Samuelem illum exauctorarit, regni tamen poſſeſſionem retinere, & quaſi invito Deo regnare nititur. Itaque hoc effugium captat, ut Samuel ipſum comitetur, quod ſatis eſſe ad populum in officio retinendum, ne à ſe deficiat, arbitratur. Unde apparet, illum regni tranquillam poſſeſſionem, à qua tamen Dei judicio exciderat, ſibi pollicitum eſſe: ex quo apparet, confeſſionem illam & agnitionem peccati, non fuiſſe puram & ſimplicem neque ſinceram, qua ſeſe Deo totum permitteret, & ita delictum agnoſceret, ut veniam à Domino deprecaretur, & miſericordiam conſequeretur: ſed potius fictam & ſimulatam: & ita voluiſſe cum Deo componere, ut ſolent qui ſuis creditoribus ſatisfacere nolunt: quos placatos quidem ſibi cupiant, ſed vanis & ludicris effugiis contentos. An non vero conſcientia illos æris alieni remordet? non urit illos recordatio facultatum alienarum quas abſumſerunt? nonne mala fides, qua eos quibuſcum fuit ipſis negotium deceperunt, miſeros arguit? Eadem ſane omnium hypocritarum conditio eſt: quos vel invitos ad reddendam rationem factorum tandem trahi oportet. Nam etſi diu multumque reluctati, vana effugia quærunt ne in Dei conſpectum veniant, illum tamen tandem Judicem ſentiunt. Tum itaque cognitionem aliquam peccatorum habent, ſed ſimulatam & fictam, ſine veritate & integritate: hujus rei exemplum eſt hic in Saule conſpicuum. Peccavi, quidem inquit: ſed an ideo coram Deo dejicitur, &, quandoquidem regno indignus à Deo judicatus eſt, ſeſe abjicit, & cum debita humilitate flagitii punitionem admittit? Minime gentium: ſed contra, ne tantillum quidem cedit, & contra renitens Samuelem rogat ut ſe coram Senioribus Iſraëlis & univerſo populo honoret. Ex quibus verbis illum apparet non magno Dei timore duci, modo coram hominibus ſuam auctoritatem retineat, & de ſua dignitate nihil ipſi depereat. Nos itaque, quoniam iſtud exemplum proponitur hominis omni ſenſu & ratione privati Dei judicio, diſcamus non adeo mundum intueri quin magis in Dei judicia ſimus intenti: ac proinde peccata agnituri, cœleſtis illius ſummique Judicis Majeſtatem intueamur, veniamque ſupplices deprecemur: ac ſi quam afflictionem immiſerit ad nos caſtigandos, patienti & moderato animo feramus, & adverſus ſtimulum ne calcitremus: &, ſi Deus coram hominibus velit noſtrum dedecus patefieri, ne contra gloriæ noſtræ ſtudeamus: ſed potius pudore ſuffuſi, Dei manum feramus. Summo enim commodo noſtro fiet, ut detecta coram hominibus turpitudine noſtra, & ignominia & opprobrio ſuffuſis Deus peccata condonet, illaque perpetua deleat oblivione. Nam qui ambitione turgidi gratiam apud homines retinere, virique boni haberi volunt, ſuas ſordes & inquinamenta tegunt olim nocitura: non aliter quam qui malum occultum celat, mortem ſibi maturius conciliat; quod fuiſſet alioqui medicabile adhibito convenienti remedio. Detegi autem malum oportet, quod alioqui ſuo fœtore & putredine letale fit. Idem contingit iis qui apud homines viri boni haberi, gratiamque & auctoritatem, qua maxime valent, retinere cupiunt, Dei interim obliviſcentes: imo Dei & Angelorum judicium & condemnationem parvi facientes, modo hic coram hominibus abſolvantur nomenque ſuum retineant. Hinc naſcitur in vitiis induratio; hinc mali occulti labes & fœtor accreſcit, letumque miſeris adfert. Nos itaque diſcamus, ita nos expendere & explorare, ut ſponte coram Deo compareamus, & in ipſius præſentia peccata noſtra magis ac magis condemnemus. Ac ſi, ut ante dixi, nos dedecore & ignominia ſuffundi, & in exemplum produci, noſtrumque dedecus evulgari voluerit, patienter toleremus: & Deum precemur uti dedecus illud in noſtram ſalutem vertat, noſtroſque ſenſus ita captivet, ut ipſius voluntati penitus acquieſcamus. In primis vero ſummopere cavendum, ne adverſus Deum, nos dedecore aliquo & ignominia afficientem, pugnemus aut obloquamur: ne indurato & præfracto animo malum in nobis occul-

 tum

obtinere qui Dei judicio & manu dejiciebatur. Deus tanquam fulmine ipſum lata ſententia percuſſerat, & nihilominus hominum favorem & benevolentiam ſibi pollicetur. Quod quid aliud eſt, obſecro, quam Deum ex ſuo ſenſu metiri, & ipſi velut in faciem reſiſtere? Procul à nobis abſit tantus ſtupor: & Deum nobis infenſum ſentientes, ne à rebus creatis auxilium exſpectemus: nam ita majorem in nos condemnationem accerſeremus. Nihilominus tamen Samuel illum comitari voluit: nempe, quod, ut heri attigimus, nondum veniſſet exauctorationis illius tempus & momentum, Prophetæ & hominum reſpectu: quod tamen apud Deum ratum erat. Sed nullus dum deſignatus ſucceſſor fuerat, quem tamen ipſum à Deo promiſſum oportebat exſpectari. David nondum unctus & inauguratus fuerat: ideoque Samuel Regem adhuc ad tempus colit, licet tamen decreto Dei rejectum. Deinceps dicitur Saul adoraſſe Dominum: quibus verbis indicatur, ipſum ſolenne feciſſe ſacrificium. Non ergo manifeſte in Deum fuit impius, & divinæ Majeſtatis contemtor: ſed ita ſolent, quorum non eſt mens recta, ſemper aliquam præ ſe ferre pietatem, & aliquem ſplendorem, quaſi Deo maxime ſubjici vellent. Sed non dubium eſt quin Saul fraudes in pectore agitaret, & rebellionem meditaretur, & aleret occultum virus, quod regno excidiſſet, quemadmodum id deinceps ipſa experientia confirmabit, & Deum interim adoret. An vero iſtud tantum ut coram populo pietatem ſimulet? Minime quidem: ſed ille ſibi ipſe imponit: & ita peccatum peccato cumulat. Nam ita ſæpe ſolent homines pietatem ſimulare, quum tamen nulla pietas in illa ficta ſimulatione ſit, ſed mera potius hypocriſis. Sed maxima pars hominum dum multis externis cerimoniis Deum colunt, eundem ſibi devinctum arbitrantur, quaſi bene de illo meriti, & egregia quadam virtute præditi, quæ cultum illum Deo & hominibus gratum reddere debeat. Verum nulla illic pietas, nulla ſinceritas & integritas, ſed mera ſimulatio & hypocriſis. Tale fuit Saulis ſacrificium: externa nempe pompa, qua ſe Deo gratias agere pro parta victoria, & pro omnibus acceptis ab ipſo beneficiis, ſimularet. Nam ſi quod corde premebat exprimere auſus eſſet, minime dubium eſt quin adverſus Deum blaſphemas voces evomuiſſet, & de ſolio detrahere eſſet conatus, ſi nihil reluctando promoviſſet. Quamobrem diſcamus, non ſolis externis ritibus & cerimoniis, veluti vel genuum flexione, vel manuum in cœlum elevatione, vel aliis iſtiuſmodi ſignis reverentiæ & humilitatis Deum adorari: ſed oportere corda noſtra repurgari ab omni fraude & ſimulatione: & eum in veritate, ut Pſaltes loquitur, invocari, ſcientes non re ſe haberi videbat, quorum vita tutior eſt, ſed de vitæ ſalute incertus, inglorius, perpetuam ignominiam, & generis omnis contumelias metuebat. Atqui Regiam dignitatem ſponte conditionem illam ſubire rarum eſt, & valde difficile. Ergo illum mortem non extimeſcentem, ſuperbo ad Samuelem veniſſe animo quidam exiſtimant, ut miſeram illam conditionem, in quam inciderat, ſemel forti animo deponeret. Alii vocem interpretantur, *cum vinculis*, ut vinctus ad Samuelem veniſſe dicatur: & ita indicetur, non fuiſſe illum à Saule favore aliquo & benevolentia reſervatum, ſed triumpho potius deſtinatum. Quibus verbis etiam docemur, Saulem, licet non omnino illi pepercerit, tamen non propterea culpa vacuum, quandoquidem latam à Domino ſententiam per os Samuelis non impleverat: non ideo, inquam, culpa vacuum quod vinctum Agagum reſervaret, ſiquidem oportebat ipſum ſine contradictione Dei mandatis quæ Samuel pertulerat obtemperare. Hinc itaque diſcamus, non ſatisfacere Judices officio ſuo, ſi crimen aliquod gravioribus pœnis dignum, levioribus puniant, ſed oportere punitionem offenſæ reſpondere. Siquis enim, exempli gratia, quopiam admiſſo delicto puniatur ſeveriore pœna: & alter ejuſdem criminis reus leviore mulctetur, nulla poteſt in illa inæqualitate eſſe juſtitia. Quamobrem quo proclivius in hoc vitium jam inde à ſeculo feruntur homines, eo nos attentius doctrinam quæ hoc loco proponitur, oportet expendere: Saulem nempe licet Agagum in vinculis haberet, non ideo tamen coram Domino culpa liberatum, etſi non amice ipſum ad menſam admitteret, ſed durius haberet, quandoquidem Deus illum juſſerat interfici. Vitam itaque Agago Saul concedens, in Deum injurius & contumelioſus fuit: ac proinde meritò ſua rebellione debitam illi pœnam in ſuum caput derivavit. Sequitur, venientem Agagum cognoviſſe propinquam ſibi mortem. In quibus verbis quædam etiam ineſt difficultas. Vox enim Hebræa סר paſſim in Scriptura ſignificat vel revelare, vel declinare. Itaque ſimpliciter exponi poſſe videtur, Mors declinat, vel avertitur à me. Sed quia ſenſus alienior eſt, idcirco, declinare alii accipiunt pro venire & irruere: quaſi dicat, Mors declinat, non ut à me avertatur, ſed ut in me impetum faciat. Utraque tamen expoſitio locum poteſt obtinere. Nam ſi ſimpliciter in genuina ſignificatione vox illa Declinare ſumatur, dicemus Agagum ſperaſſe Samuelem ſibi condonaturum. Quomodo enim mortem à Prophetis divinis, in quorum veniebat manus, metueret, à quibus contra veniam exſpectabat? Sic ergo poteſt hic locus exponi, ut Agag Prophetæ perſonam intuitus ſibi perſuadeat, ſe ab ipſo dimittendum

dum

Digitized by Google

remiſſionem; non ideo tamen ſequitur, Deum nos non caſtigare corporalibus pœnis in hac vita, quibus tanquam alexipharmacis erudiamur, aut quibus caro dometur, & acrius ad ſeriam pœnitentiam ſtimuletur. En quomodo Deus interdum quidem manu propria ſæpe nos caſtiget, vel hominum utatur miniſterio, & tamen noſtri miſereri non deſinat. Quapropter nemo ſibi ſinat imponi, ut Agagum hic videmus à ſeipſo deceptum, quaſi nos omni correctioni & caſtigationi eximamur prædicatione remiſſionis peccatorum, & non imputationis præteritarum tranſgreſſionum. Verum Agag procul aberat à ſenſu miſericordiæ divinæ: nam licet miſericordiam ſe à Samuele ſperaret conſequuturum, non tamen doctrinam ipſius amplectebatur, nullo Dei timore ducebatur, nullam religionem habebat, & interim ſe mortem evaſurum ſibi perſuadebat. Næ ſtulta & ſtupida fuit hæc opinio. Sic multos videas perfrictæ frontis homines, ultro Dei bonitate abuti, ſibique omnem impunitatem polliceri, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus in mundum veniſſe dicitur peccatores ſervaturus, licet tamen laxis habenis cum ſummo Dei contemtu in quævis flagitia præcipites ferantur, & ad quodvis malum fiant audaciores. Hic itaque videmus, nullam à Deo ſperandam miſericordiam, niſi quibus peccata diſplicent, & qui ſe ipſos condemnantes coram Dei Majeſtate tanquam reos ſeſe ſiſtunt, & ſuppliciter veniam deprecantur. Tranſeamus ad Samuelis verba, quæ ſummopere nobis ſunt obſervanda, *Sicut*, inquit, *fecit abſque liberis mulieres gladius tuus: ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua.* Quibus verbis Samuel futuræ iſtius cædis Agagi juſtitiam & æquitatem commendat, quæ neque crudelis ſit, neque vitio verti cuiquam poſſit: ſed juſto Dei judicio nitatur. Si Agagum dicimus deceptum eſſe, dicentem, mortem amaram à ſe declinaſſe, Samuel his verbis illum reprehendet & increpabit, quaſi dicat, Quo vero jure te putas ereptum ex morte, qui tantam crudelitatem, dum viveres, exercuiſti? qui multas mulieres liberis orbas feciſti, & multos liberos parentibus privaſti, multaſque viduas reddidiſti? Næ in tabulas iſta relata ſunt, quorum tibi jam reddenda ratio eſt. Neque ſane abs re Samuel ita compellabat virum: quandoquidem improbi, quum impendentes ſibi pœnas vident, ſolent vehementer commoveri, indignari & dentibus frendere, & adverſus Deum & homines ſtomachari & indemnantes, manifeſtum facere ſe nulla alia quam officii ratione ſontes tali pœna mulctare. Idcirco non ſola ſimpliciter capitis ſententia in ſontes fertur, ſed adjecta etiam criminis declaratione: quod non tantum ſontes, ſed etiam omnes qui adſtant plurimum afficit. Et ea ratione juſtitiæ auctoritas & æquitas ab omni violentia & rapinis diſcernitur. Veluti ſi, exempli gratia, Rex quiſpiam pro arbitrio hunc vel illum interfici jubeat, quemadmodum apud Turcas hodie morem obtinere videmus, non ea juſtitia, ſed violentia & latrocinium dicetur. At ſi criminis ſignificatio acceſſerit, tum apparebit æquitas Juſtitiæ, qua non tantum obtrectatoribus & maledicis os occluditur: ſed etiam ſupplicium aliis documento eſt, ut in Dei timore & officio quiſque retineatur. Cæterum meditanda iſta ſententia, quam Deus ipſe per Samuelem protulit, ut in hac doctrina magis ac magis exerceamur; nempe eos qui ſanguinem humanum crudeliter effuderint, tandem in Dei manum & judicium caſuros, rationemque olim ipſi factorum reddituros: quemadmodum ipſe Dominus Geneſ. cap. 9. loquitur, Ejus qui ſanguinem humanum effuderit, etiam fundendum, neque tantum facinus unquam impunitum fore. Quod ſane judicium exercet Deus ſæpe in hoc mundo per Juſtitiæ adminiſtros. Ceſſantibus autem illis, & officio non fungentibus, Deus ipſemet miris modis operatur, & homicidas iſtiuſmodi, licet ab hominibus pecuniariis mulctis tantum affectos, ita juſto ſuo judicio perſequitur, ut quibuſvis fiat manifeſtum Deum in cœlo & terris dominatum exercere: licet hominum malitiâ maxima ubique regnet confuſio. Tanto igitur major hic nobis adhibenda cautio, ut neque vi ulla, neque injuriis aut contumeliis proximos afficiamus, quanto eſt illuſtrior Domini de Agago vindicta. Quare ſi proximum injuria affecerimus, Deum nos gravem adverſarium habere ſciamus: & ſi vitam innocentium profuderimus, noſtram etiam profundendam. Neque vero morte illa corporali propterea Dei ſatisfactum eſſe judicio ſic arbitremur, ut coram ipſo abſolvamur: ſed potius mortem illam ſciamus eſſe veluti teſſeram & ſignum ſequuturæ olim horrendæ illius mortis æternæ, omnibus iſtiuſmodi ſanguinariis & homicidis præparatæ. Hæc igitur doctrina ex iſtis verbis Samuelis eruenda & retinenda nobis eſt, quibus Agagum compellans, dixit, eum qui mulieres multas liberis ſuis orbas fecerat, matrem etiam ſine

fratres in itinere ex improviſo adorti eſſent, & ſine occaſione ſanguine ſibi junctos laceſſiviſſent. Deus itaque tum ſententiam ediderat adverſus Amalecitas de funditus ipſis exſtirpandis, & quidem jurejurando exerta ſuper thronum manu confirmarat & ratum fecerat, ſe nunquam Amalecitis parciturum. Et quidem minas illas in tabulas referri juſſerat in perpetuam memoriam, donec tempus implendæ iſtius condemnationis impleretur. Saulem itaque Deus hanc provinciam ſuſcipere juſſerat. Ergo jam tot ante ſecula illatas Iſraëlitis injurias Deus ulciſci voluit: tercentum enim anni lapſi erant ex quo in ipſo deſerti ingreſſu proficiſcentes in terram promiſſam Iſraëlitas prohibere tranſitu conati fuerant, quo tempore nondum erat Agagus natus. Ex quo fit conſpicua Dei vindicta in illud peccatum quod obliteratum videbatur, & perpetua oblivione deletum: quæ tamen etiam peccata tam ipſius Agagi quam majorum complexa eſt. Hæc vero quo melius à nobis mente comprehendantur, obſervandum quod Deus Abrahamo dixerat, Amorrhæorum iniquitates nondum veniſſe ad juſtam menſuram, & cumulum. Deus tum adverſus populos, in quorum medio vivebat Abrahamus, fert ſententiam: qui ſane digniſſimi jam tum erant punitione, ſi ex judicii ſui ſeveritate voluiſſet cum ipſis agere: verumtamen Deus nondum impletam ipſorum menſuram ait, & nondum impletum vindictæ tempus: quaſi diceret, illos nondum ad maturitatem veniſſe, ſed loco & tempore puniendos. Atqui plus quam ducenti quinquaginta, imo pluſquam tercentum anni lapſi erant, ex quo Deus ipſis comminatus fuerat. Nam quadringenti & triginta anni intercesſerant à prima promiſſione facta Abrahæ, ad exitum uſque populi ex Ægypto. Sed quomodo dicit ſe illos puniturum, quum tantum temporis effluxerit? In Lege ſane Deus dicit ſe puniturum iniquitatem patrum in filiis uſque in tertiam & quartam generationem. Ex quibus apparet Deum punire mortuos in ipſorum progenie, & patienter eos qui jam tum digni erant internecione tolerare: quibus etſi videtur ignoſcere, non tamen ignoſcit, ſed patienter tolerando condemnationem ipſorum aggravat, ſi perſtiterint in pervicacia & obſtinatione. Quod ſi corpoream vindictam illos effugere contigerit, tanto magis horrendam animis ipſorum reſervari certum eſt. Cæterum quum liberos illorum poſt lapſos annos tercentum à lata ſententia ulciſcitur, nemini tamen injuriam facit. Nam quum & illi Dei Spiritu deſtituantur, peccata peccatis cumulant, & malum malo, & in pejus ſemper ruunt, donec ad ſummum iniquitatis cumulum devenerint, cujus vindicta differri amplius non poſſit. Ex quo fit manifeſtum, Deum non ita ulciſci peccata patrum in liberis, ut ipſi ſint innocentes & juſti: & inſontem non luerè pœnas pro ſonte: ſed Deum tanta ſemper æquitate &

docet Scriptura recipere. Et quicquid humana ratio dictet, os tamen claudere, & in arcana Dei judicia non ulterius inquirere. Quid enim, quæſo, profuerit, adverſus ipſum obloqui? Quare quæcunque tandem exerceat judicia, quæ nobis inſolentia videbuntur, ne tamen quicquam adverſus ipſum obloquamur: quandoquidem ſua ſemper illi judiciorum conſtat ratio. Interea noſtram arrogantiam & temeritatem in ſcrutandis ipſius judiciis obſervabit, quam ſuo etiam tempore ulciſcetur. Quamobrem etſi humanæ rationi non appareat omnium Dei judiciorum ratio, tanquam juſtiſſima tamen ſuſpiciamus. Et hactenus: quæ vero ſequuntur quandam difficultatem in ſe continent, quod dicitur *Samuel in fruſta concidiſſe Agagum coram Domino in Galgalis.* An enim ipſemet hominem interfecit? Itaque hic primum obſervandum eſt, iis temporibus non eam quæ nunc obtinet fuiſſe conſuetudinem: & Juſtitiæ miniſtrum eſſe, non fuiſſe inhoneſtum: corruptis vero deinde ſeculis factum, ut de facinoroſis non ſumatur ſupplicium, niſi per publicum lictorem, ad hanc rem ordinatum. Deinde certum illud eſſe, Samuelem à Deo Regia poteſtate & auctoritate armatum, jubente Agagum interfici. Neque enim Samuelis officium erat Agagum interimere: ſed tamen ceſſante Saule & officium non faciente, Samuel rem perfecit. Quod vero Saül ſine contradictione id permittit fieri, in eo videmus illum veluti freno quodam cohiberi: ſed tamen tanquam ſimulatum hominem, cujus cor non erat prorſus alienum à rebellione: ſed qui nunc Prophetam, ut nuper populum, metuat: & dubius ac incertus conſilii, modo in hanc, modo in illam partem propendeat. Quamobrem non eſt adſcribenda Sauli laus aliqua virtutis: ſed ſciendum, à Deo fuiſſe veluti belluam quandam frenatum. Deum itaque videmus Samueli novum veluti robur ad hoc opus ſuffeciſſe, quod alioquin à ſe non haberet. Nam, ut vidimus, ad ſummam ſenectutem pervenerat, quæ frigida plerumque & infirma eſt. Agag autem florente adhuc ætate videtur fuiſſe: & licet ætatem ipſius ignoremus, tamen non fuiſſe confectum ſenectute veriſimile eſt. Porro non tantum cæſus, ſed in fruſta diſcerptus à Samuele dicitur, tanquam ſi molliſſimum quid concidiſſet. Næ omnino ſtatuendum, Dei manum tantam vim Samueli dediſſe. Unde manifeſtum eſt, Samueli munus Regium commiſſum, etſi Propheta erat: Deumque voluiſſe ut quod Saul officium neglexerat, ipſe Samuel impleret. Tandem dicitur *Samuel abiiſſe in Ramatha, & non vidiſſe ultra Saulem uſque ad diem mortis ſuæ: verumtamen luxiſſe illum; quoniam Dominum pœnituiſſet, quod conſtituiſſet Regem Saul ſuper Iſraël.* Samuelem veriſimile eſt comitatum Saulis deſeruiſſe, ne videretur vanis illum comminationibus terrere voluiſſe: ſed potius ut decretum irre-

Digitized by Google

enim Saulem in Samuelis locum ſubſtitutum. Atqui ut ſunt homines honoris cupidi, ſiquis aliquem in locum ſuum ſubſtitutum viderit, fieri non poteſt quin quodam ſtomacho moveatur. Sed quod Samuel Saulem luget, ſatis declarat ipſum neque honoris aut dignitatis cupidum, neque primariæ in reliquos auctoritatis appetentem, aut laudis avidum. Sponte enim ceſſit, & libenter de dominatore factus eſt ſubjectus. Idcirco itaque Saulis caſum non lugere non poteſt; quod rejectum & reprobatum illum à Domino cognoſcat. Saul contra non legitur idem de Samuelis diſceſſu à ſe feciſſe, verum potius callum

tidie magis ac magis provocamus: eamque precemur ut ſeriam pœnitentiam largiatur, qua ad ipſum non ſimulate neque doloſe, ſed ab omni hypocriſi vacui accedamus, & ejus gloriæ & nominis amplificationi ſtudeamus, ut ipſius erga nos miſericordia ſit conſpectior, quod nos, licet omnibus modis indignos, in gratiam tamen receperit: precemurque nos ita regat Sancto ſuo Spiritu, ne in fraudes & injurias proclives ſimus: ſed potius cum proximis tanta ſimplicitate & charitate vivamus, ut digni fiamus quos in filiorum numerum recipiat, & clementiæ ac bonitatis paternæ faciat in æternum participes. Neque vero nobis, &c.

HOMILIA QUINQUAGESIMA SEPTIMA

IN I. LIB. SAMUELIS.

CAP. XVI.

1. DIxitque Dominus ad Samuelem, Uſque quo tu luges Saul, quum ego projecerim eum ne regnet ſuper Iſraël? Imple cornu tuum oleo, & veni ut mittam te ad Iſaï Bethlehemitem: providi enim in filiis ejus mihi Regem.

2. Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum Domino veni.

3. Et vocabis Iſaï ad victimam, & ego oſtendam tibi quid facias: & unges quemcunque monſtravero tibi.

4. Fecit ergo Samuel ſicut loquutus eſt ei Dominus: venitque in Bethlehem, & admirati ſunt ſeniores civitatis, occurrentes ei, dixeruntque, Pacificusne eſt ingreſſus tuus?

5. Et ait, Pacificus: ad immolandum Domino veni: ſanctificamini, & venite mecum ut immolem. Sanctificavit ergo Iſaï & filios ejus, & vocavit eos ad ſacrificium.

6. Quumque ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait, Num coram Domino eſt Chriſtus ejus?

7. Et dixit Dominus ad Samuelem, Ne reſpicias vultum ejus, neque altitudinem ſtaturæ ejus, quoniam abjeci eum: nec juxta intuitum hominis ego judico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.

8. Et vocavit Iſaï Abinadab, & adduxit eum coram Samuele, qui dixit, Nec hunc elegit Dominus.

9. Adduxit autem Iſaï Samma: de quo ait, Etiam hunc non elegit Dominus.

10. Adduxit itaque Iſaï ſeptem filios ſuos coram Samuele, & ait Samuel ad Iſaï, Non elegit Dominus ex iſtis.

11. Dixit-

Digitized by Google

arguunt, & comminationibus perſequuntur, dicas eos furore potius aliquo, quam humano ſpiritu, impelli: & ſe homines natos, oblivioni tradidiſſe, & eos, quos compellant, non agnoſcere fratres ſuos & propinquos: tanta eſt ipſorum in increpandis hominibus vehementia, ut quum Dei nomine judicia ipſis denunciant, non eſſe amplius homines videantur. Et nihilominus tamen eorundem etiam quos increpabant vicem doluiſſe & miſertos eſſe, conſpicimus, deque ipſorum ſalute maxime ſollicitos fuiſſe: atque idcirco magnopere affectos quum imminentem in illos Dei vindictam intuerentur, quam lacrymis avertere nitebantur. Ita Jeremiam audivimus vehementer ingemuiſſe propter propinquum Hieroſolymæ excidium, & in perpetuo luctu jacuiſſe, optantem oculos ſuos fieri fontem perennem lacrymarum noctes dieſque manantium. Nam quale iſtud votum eſt, fontem fieri lacrymarum oculos, niſi quod ita teſtatur ſe non poſſe lacrymando & deflendo miſerum populi ſtatum ſatiari, quem propria morte cupiat redimere? Et tamen quid aliud dicas Prophetas ſpirare quam ignes & fulmina, quoties tanto ardore Dei ſententiam adverſus populum intonant? quis non illos omnem humanitatis abjeciſſe ſenſum exiſtimet? Denique ex iſtis diſcamus, ſæpe fideles multis cum difficultatibus luctari, quæ fidei contrariæ videantur: ſed quæ tamen cum ea bene conveniant: ac proinde nos oportere Dei zelo & ſtudio ſic commoveri, ut licet omnem humanum affectum exuiſſe videamur, tamen ad miſericordiam proclives ſimus, & vel proprio ſanguine miſerorum pereuntium vitam redimere parati. Is ergo fuit Samuelis animus: neque enim quum Regem Agagum in fruſta concidit, crudelitate fecit: ſed eam ſeveritatem adhibuit quam ipſius officium poſtulabat, quandoquidem ita Deus voluerat. Et tamen illius miſertus eſt, & pronus ad humanos affectus fuit. Nos itaque ſinguli hanc doctrinam uſurpemus, ut peccata oderimus, &, quum neceſſitas poſtulabit, etiam ſevere corripiamus: & tamen erga perſonas bene affecti ſimus, & lugeamus miſeros homines ſeſe in exitium ultimum conjicientes. Judices itaque, ſiquos capite damnant, non ira, non crudelitate duci, neque omnem humanitatem exuere, ſed tamen zelo gloriæ Dei regi debent, atque omnem naturalem affectum ſuperare, ut officio ſuo fungantur: & viciſſim eorum quos capite damnant mi-

commovetur, affectionem ſuam piam & ſanctam patefacit: quæ tota fertur in divini nominis glorificationem, & Eccleſiæ defenſionem. Verumtamen non ſine peccato id facit: minime quidem quaſi ſit affectus ille vitioſus, ſed quod modum excedat, & luctui ſuo nimium indulgeat. Hinc monemur, dandam omnem operam, ut licet zelo optimo ducamur, ne tamen in exceſſu peccet: ſed intra hujus cogitationis limites ſeſe contineat, nempe, fieri oportere Dei voluntatem: & gratum, quicquid facit, habere, & in medio luctu & triſtitia gaudendum eſſe & lætandum in Domino. Nam etſi Dei gloriæ ſtudioſi ſimus, tamen fieri non poteſt quin etiam noſtris afflictionibus magnopere commoveamur & afficiamur: ſed tamen ſuperandi ſunt iſti affectus, & in ipſa noſtra triſtitia gaudendum, ut Deo quod debemus obedientiæ ſacrificium reddamus. Sane digna doctrina eſt quam diligenter meditemur. Quoniam enim homines ſibi ipſis delicias ſemper faciunt, & ſibi ipſis adulantur, pulchre ſecum agi putant ſi reliquorum hominum hypocriſin ſequentes, aliqua externa ſpecie neſcio quid rectum ſimulent: & juſtitiam & integritatem verbis prædicent, & interea ſuis affectibus ſe abripi ſinant, velut odio, invidia, ira & ſimilibus: quæ excuſari poſſe videntur, quod bonam intentionem præ ſe ferant. Sane non omnis bona intentio nos excuſare poteſt: ſed nos ipſos nobis eſſe ſuſpectos oportet: quandoquidem licet bonum finem conſiliorum habeamus, in hanc tamen aut illam partem propendeamus, modumque tenere quem decebat non poſſimus. Quapropter quo proclivior eſt lapſus, eo major danda opera ne extra terminos tranſiliamus, neve affectibus immoderatis abripi nos ſinamus: quum Samuelem hic ore ipſius Dei reprehendi audiamus. Sequentia deinceps verba expendamus, quibus Deus quum dicit, *quoniam ego reprobavi eum*, Samuelis inconſideratum luctum arguit de Saule. Licebat quidem Samueli Saulis caſum deflere, ſed illi modum etiam debuit imponere, & affectum cohibere. Sic nos oportet noſtris affectibus moderari, ut licet boni illi, ne tamen modum excedant, ſed intra voluntatis divinæ terminos ſeſe contineant. Qualis enim quantaque contumacia foret, pertinaciter contra Dei voluntatem ſentire? Exempli gratia, Si miſeram Eccleſiam multis urgeri perſequutionibus videamus: ſi improbos nihil niſi gladios & ignes minari, triumphos agere, & veluti laxis habenis in Dei

filios

ipſi reluctari & contumaciter adverſus ipſum ſentire non vereamur. Næ ipſa experientia compertum id facit. An non enim crebras hominum querelas iſtiuſmodi videmus? Qui affligitur, queritur nimium diuturnam afflictionem, & in iſtiuſmodi voces prorumpit, Ecquis erit tandem finis malorum, quando aliquod ſolamen doloris dabitur? Inde fit ut ſuis affectibus abreptus, & impatientia victus, etiam in Deum ipſum contumelioſe agat, Nunquamne Deus ſuorum miſerebitur? An ſemper ad ſuorum preces obſurdeſcet? Denique pravas cogitationes tandem indignatio & exacerbatio animorum excipiet: ſicuti videmus præſtantiſſimum vinum, ſi ebulliat, tandem aceſcere. Eadem noſtrarum affectionum ratio eſt: ſiquidem ex nimia cura & intemperantia, naſcitur arrogantia, & inde adverſus Deum murmur & indignatio: ut vix abſtineamus querelis; quæ licet non uſque ad blaſphemiam progrediantur, tamen Deum graviter in nos provocant, & multum ab ea obedientia recedunt quæ Deo debetur. Quare diſcamus noſtris affectibus ita moderari, ut Dei voluntati nos ultro ſubjiciamus, & ab ipſius providentia toti pendeamus: ac ſiqui minas intentarint, ut varii caſus metuendi videantur, Deum ſciamus poſſe omnibus occurrere, & in ipſius promiſſionibus acquieſcamus, & auxilium imploremus. Quapropter Deum quidem precibus ſollicitare poſſumus: ſed tamen affectus cohibendi, ne ultra terminos efferantur, ſed veluti captivi coërceantur. Ad hoc nos exempla vel ſanctiſſimorum virorum oportet intueri. Davidem videmus in hoſtium ſuorum & Dei contemtorum medio verſantem, à quibus mox videbatur laniandus & devorandus, quodammodo fluctuare, & tanquam deſperatis rebus ejulare. Nonne & Prophetam conſpicimus velut adverſus Deum diſceptare, & conqueri, quaſi promiſſionum ſuarum oblitus eſſet; quum videret tantam in populo rerum omnium confuſionem? Sane iſtis exemplis nos eo magis commoveri oportet, quo ſanctioribus viris contigerunt, ut in omnibus rebus, tam lætis & proſperis, quam triſtibus & adverſis, hoc freno retineamur, cogitatione nimirum divinæ voluntatis, quam fieri præ omnibus expetamus, & in ea placide conquieſcamus: ac proinde ſi Dei voluntas patefacta nobis fuerat, eam ut bonam & juſtam agnoſcamus & gratam habeamus. Deinceps ſequitur, Deum jubere Samuelem implere ſuum cornu oleo, & alium à ſe electum ungere in Regem loco Saulis: ipſum vero excepiſſe, fore ut ſi ad Saulis aures iſtud pervenerit, interficiatur ab eo. Dominum vero reſpondiſſe ut ſacrificii faciendi prætextu veniat in domum Iſai, ibique in Regem eum quem deſignaverit ungat. Nulla ſane hic ſimulatio, nullum mendacium fuit: licet Deus Prophetam ſuum voluit ſacrificii prætextu tutum eſſe. Factum itaque reipſa ſacrificium, cujus occaſione tectus fuit Propheta ne veni-

ejus, donec veniret Siloh, id eſt, qui mittendus erat auctor felicitatis & abundantiæ omnium rerum. Quin etiam ſub hujus libri initium Annæ vaticinium audivimus, quæ Spiritu Prophetico de filio prædixit, fore ut unctus eſſet ante Dominum filius ſuus. Et tamen ille non eſt in Regiam dignitatem evectus: ſed ad jam olim factas promiſſiones Anna reſpiciebat. Quin imo regnum iſtud comprehenditur iis quæ Moſes etiam olim de populo prædicavit, *Vos eritis mihi regnum ſacerdotale*, id eſt, populus Deo dicatus tanquam ſacrum aliquod regnum. Samuel ergo jam mittitur à Domino regnum illud erecturus, cujus olim erat facta promiſſio per Jacobum, & quod jam diu exſpectabatur. Porro futurus erat iſte Rex typus & imago venturi olim Domini noſtri Jeſu Chriſti. Populus itaque habebat quidem promiſſiones de Rege: ſed nimium præceps in flagitando Rege fuerat: ac proinde contumaciæ reus coram Domino, quod non opportunum tempus exſpectaſſet: ſed importune Regem ſibi dari poſtulaſſet, Deique decretum prævertiſſet: qua feſtinatione & temeritate, Dei vindictam in ſe provocaverat, niſi ex mera benevolentia ipſius miſertus fuiſſet. Saulis itaque regnum non fuit ex Dei inſtituto: atque idcirco in illo oportuit impleri quod Dominus apud Matth. cap. 15. dicit, Omnis arbor quam Pater non plantavit eradicabitur. Quæ quidem fateor, verba proprie de vita æterna ſunt intelligenda, nempe ab Eccleſia rejiciendos quicunque non fuerint in ipſo Domino radicati: ſed quæ tamen etiam licet de quibuſvis temporariis beneficiis exponere: & ſpecialiter ad Saulis regnum accommodare. Regnum enim Saulis quod ad tempus Deus ratum fecit importunis populi flagitationibus ſollicitatus, & quodammodo victus, non fuit tamen diuturnum, quod non eſſet legitimum, neque divinæ voluntati conſentaneum. Sed longe aliud futurum eſt iſtud Davidis regnum, quod non importunis populi vocibus, ſua conditione non contenti, ut Saulis illud extortum, ac proinde non diuturnum: ſed firmum & ſtabile ab ipſo Domino conſtitutum, de quo deinceps hoc toto libro & ſequentibus longior erit narratio. Quare hoc loco eſt obſervanda differentia inter regnum Davidis & Saulis: quod iſtud Davidis ſolo Dei decreto & voluntate ſit erectum, nullis autem populi vocibus importunis: ſed Deo ſponte & ultro Davidem vocante, & Regem deſignante. Nam oportebat figuræ convenire cum veritate & divina voluntate: & tanquam in ſpeculo conſpici conformitatem illam eorum quæ de Davide dicta ſunt, cum iis quæ in Domino noſtro Jeſu Chriſto, & in regno ipſius ad noſtram ſalutem erecto, ſunt impleta. Nam ſi homines Dei conſilium prævertiſſent, & agnoſcentes quantum Dei auxilio indigerent, eum precati eſſent, ut hac ratione ipſis ſuccurreret, dicerentur fuiſſe noſtræ ſa-

lutis

pro viribus procurare debebat & promovere, potius retardare, & quodammodo impedire, ne Deus populi ſui vindex & aſſertor appareat? Neque vero deſtinata malitia & contumacia, ſed zelo inconſiderato id facit. Et tamen ſi Deus Samuelis lamentationes & gemitus admiſiſſet, Eccleſiæ ſalus proſtrata jacuiſſet. An non igitur, quum pro ſalute mundi procuranda, Samuel illam impediret, Deum oportuit ſolum operari & brachium ſuum ad illam promovendam exercere? Quapropter agnoſcamus, quotieſcunque de noſtra ſalute cogitamus, Deum non ab hominibus incitatum fuiſſe, ad procurandam ipſis ſalutem: neque in ipſis ullam inveniſſe materiam aut occaſionem qua ad miſericordiam flecteretur: ſed ex mera ſua bonitate brachium ſuum armaviſſe, & juſtitia ſua fultum fuiſſe. Cæterum ſi de hac Davidis unctione & ſpecie externa judicium fiat, tanta infirmitas hujus operis apparebit, ut ſenſus & ratio humana nugas potius & ludicrum neſcio quid eſſe, quicquid hic factum eſt, quam rem ſeriam dicat. Deus enim ſuum Prophetam mittit ad ruſtici agricolæ filium, juvenem adhuc & opilionem. Sed ubi reperit? Sane non in palatio, neque aliqua Regia domo, ſed in ſtabulis, quemadmodum Propheta canit Pſal. 78. Elegit Davidem ſervum ſuum, & tulit eum de ſeptis ovium. Verum tamen Deus ratam electionem fecit. Sed juſſus Samuel, repentene mandatum Domini exequitur? Næ ſibi metuit à Saule, & veretur ne ſi ad ipſum res iſta pervenerit, ipſi mortem inferat. Numquid enim erat veriſimile, Saulem, pacatis rebus tranquille imperantem ſubditis, ſiquis nuncius ad ipſum deferretur de alio uncto in Regem à Samuele, ipſum ad necem quæſiturum? Deinde an David ungitur ſtatim inaugurandus & dominaturus? Minime gentium: ſed iſta omnia clandeſtinis conſiliis geruntur, ut nihil eorum ad cujuſquam aures perveniat, ſed intra privatos Iſaï parietes contineantur. Quare, ut dixi, ludicra omnia iſta eſſe videntur & plane ridicula. Sane, ſi hæc initia tantum ſpectentur. Sed ita ſolet Deus opera ſua perficere, ut licet prima fronte nihil magnificum neque magnum præ ſe ferant: tamen vel illa ſola vox, Dei imbecillitatem eſſe omnibus humanis viribus longe ſuperiorem, ſatis declarat Deum ſua conſilia ad felicem & optatum exitum ſemper perducturum. Ita Paulus de Eccleſiæ conditione loquens, ait, Deum elegiſſe imbecillia mundi hujus, ut omnem altitudinem exercendæ noſtræ fidei. Nam ita ſeſe nobis maxime patefacit admirabilis illa Dei, quam profani homines contemnunt, providentia, in qua conquieſcimus, illum ſperantes impleturum quæ noſtris mentibus aſſequi non poſſumus. Atque hac ratione fit conſpicua noſtra fides, & Deus in ſuis operibus glorificatur. Hanc ob cauſam videmus Deum jam inde ab omni ſeculo virtutem ſuam obſcuris mediis illuſtraviſſe, tanquam ſi tantum in cœlo, non autem in his terris, ſplenderet, quo fideles patienter exſpectare diſcerent, quod experientia non poterat docere. In primis autem hæc doctrina uſurpanda eſt in ſalutis noſtræ negotio, & ſalutis noſtræ auctore Domino noſtro Jeſu Chriſto: quem videmus primo exinanitum antequam in gloriam eveheretur. Nam etſi Regia ſtirpe natus eſt, ſatis tamen ex Prophetæ ſcriptis apparet, nullam amplius in illa domo reliquam Regiæ dignitatis notam, quandoquidem fideles ad Iſaï, patrem Davidis, revocantur, qui privatus vixerat, & rura paterna bobus exercebat ſuis. Itaque non eſt inquirendum, ſitne nobili genere natus, modo conſtet oriundum ab illa Davidis exigua familia, & domo ruſtica abjecti opilionis. Ac ſane ſcimus Chriſtum veniſſe in hunc mundum aſſumta ſervi forma & miſero & ignobili ſtatu: & quaſi extra hominum conſortium in ſtabulo natum, & velut ad beſtias relegatum, ut conveniret veritati cum figura. Quare nobis hanc hiſtoriam legentibus meditanda eſt Eſaïæ ſententia, Surculum oriturum ex trunco Iſaï. Surculum enim quum dicit, rem abjectam & contemtam denotat, hominum judicio: & quidem germinaturum ait tanquam è reciſo trunco ſurculum, cujus nulla ante apparebant veſtigia. Et nominatim meminit Iſaï, ut deſolatam & abjectam domum denotet, ex cujus radicibus ſurgens hic ſurculus ſenſim adoleſceret in arborem ingentem, cujus altitudo & magnitudo cedros Libani longe ſuperaret. Cæterum noſtris etiam temporibus applicanda ſunt quæ in Domini noſtri Jeſu Chriſti perſona contigerunt: quibus videmus quibuſdam locis redintegratæ & reſtauratæ Eccleſiæ primordia tam parva tamque infirma, ut improbi homines ea libere contemnant & irrideant: ut merito fideles animum abjecturi videantur, niſi alia ſpes, quam quæ in oculos incurrunt, illos foveret. Verum eo magis excitari nos oportet, & aſſiduis precibus ad Deum confugere, ut omnibus tentationibus & inſultibus reſiſtamus,

Digitized by Google

HOMILIA QUINQUAGESIMA OCTAVA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XVI.

2. Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum Domino veni.

3. Et vocabis Iſaï ad victimam, & ego oſtendam tibi quid facias: & unges quemcunque monſtravero tibi.

4. Fecit ergo Samuel ſicut loquutus eſt ei Dominus: venitque in Bethlehem, & admirati ſunt Seniores civitatis, occurrentes ei, dixeruntque, Pacificusne eſt ingreſſus tuus?

5. Et ait, Pacificus: ad immolandum Domino veni: ſanctificamini, & venite mecum ut immolem. Sanctificavit ergo Iſaï & filios ejus, & vocavit eos ad ſacrificium.

6. Quumque ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait, Num coram Domino eſt Chriſtus ejus?

7. Et dixit Dominus ad Samuelem, Ne reſpicias vultum ejus, neque altitudinem ſtaturæ ejus, quoniam abjeci eum: nec juxta intuitum hominis ego judico: homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor.

8. Et vocavit Iſaï Abinadab, & adduxit eum coram Samuele, qui dixit, Nec hunc elegit Dominus.

9. Adduxit autem Iſaï Samma: de quo ait, Etiam hunc non elegit Dominus.

10. Adduxit itaque Iſaï ſeptem filios ſuos coram Samuele, & ait Samuel ad Iſaï, Non elegit Dominus ex iſtis.

11. Dixitque Samuel ad Iſaï, Numquid jam completi ſunt filii? Qui reſpondit, Adhuc reliquus eſt parvulus, & paſcit oves. Et ait Samuel ad Iſaï, Mitte, & adduc eum: nec enim diſcumbemus priuſquam huc ille veniat.

12. Miſit ergo, & adduxit eum: erat autem rufus & pulcher adſpectu, decoraque facie. Et ait Dominus, Surge, & unge eum: ipſe eſt enim.

HEſterna Concione dicere cœpimus, Samuelem miſſum à Domino ad Davidem ungendum & inaugurandum, cauſatum eſſe metum Saulis, à quo, ſi hoc reſciſceret, mors ipſi inferretur. Ex quo apparet Prophetam aliquid humani paſſum, & licet ad Dei obſequium eſſet paratiſſimus, non ita tamen humanas paſſiones exuiſſe, quin mortem metueret. Ac ſane quum fideles Dei ſervi mortem oppetere non dubitarunt in ſui muneris functione, non omnino metu aliquo mortis caruerunt. Paſſi ſunt illi ſane: ſed non ſine lucta. Poterat quidem Deus, ſi voluiſſet, Samuelis animum ita roborare, ne ullo mortis metu tangeretur: ſed ejus infirmitatem tolerat, pollicetur-que non moriturum, & fugiendæ mortis rationem aperit. Deus enim nos ut infantes regit, & quamdiu infirmi ſumus, non permittit nos ultra menſuram & vires tentari. Sed viciſſim quum vitam à nobis poſcit, & vult eam à nobis tanquam gratum ipſi ſacrificium offerri, vires etiam & conſtantiam invictam ſuppeditat, ut quocunque vocaveris, imperterriti ſequamur. Hoc dicebat Petro Dominus noſter Jeſus Chriſtus his verbis, Amen dico tibi, quum eſſes junior, cingebas te & ibas quo volebas: quum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet, quo noles. Deus itaque novit quid in cordis penetralibus habeamus: ac proinde donec nos mortem velit oppetere, non inſtruit ea virtute & fortitudine *Joan. 21. verſ. 18.*

qua

Digitized by Google

rent, vel denique ſe iter & opus ipſius fortunaturum: quæ omnia in manu Domini erant. Verum noluit miraculo rem iſtam Dominus perficere, ſed humana ratione: quamobrem ait, I, & vitulum de armento tolle in manu tua, & dicito, Ad immolandum Domino veni. Hinc apparet quam variis modis Deus ſuos protegat: ut aliquando vim ſuam excellentem exerat, aliquando veluti occultet, adeo ut noſtri curam abjeciſſe videatur, & nihilominus tamen nos protegat & tueatur, licet modis infirmis & hominibus incognitis. Hic vero non dubium eſt quin Samuelis obedientiam explorare voluerit: quum ſpecie ſacrificii miſit illum ad Davidem inaugurandum. Nam & poterat iterum excipere, Saulis ad aures etiam iſtud perventurum, & famam ea de re ſtatim manaturam: non poſſe tam occulte fieri unctionem, quin aliquis conſcius adeſſet. Verum, iſtis omnibus omiſſis, Samuel moras omnes abrumpens accepto mandato rem aggreditur. Quare etſi multæ nos difficultates urgeant, & initio retrogradi ſimus quum nos progredi Dominus jubet: tamen de ipſius voluntate facti certiores, perſuaſum habeamus nos Deo duce quasvis difficultates facillime ſuperaturos: & Samuelis exemplum alacres imitemur, quem, licet non abjecerit omnes humanas paſſiones, & initio mortis metu & formidine ſit affectus, tamen videmus Deo ſeſe totum permiſiſſe, & ejus mandatum fideliter exequutum eſſe. Sed hic iterum quædam quæſtio moveri poteſt, quomodo Deus Prophetam vel juſſerit vel permiſerit uti ſimulatione: nam mendacii ſpeciem eſſe certum eſt, quum aliud fit, aliud ſimulatur. Deus autem maxime veritate delectatur. Quare ſimulatio iſta levis eſſe videtur, quam tamen Deus permiſit. Reſpondendum itaque, Samueli nequaquam fuiſſe mentiri permiſſum: diſſimulaſſe quidem quod facere voluit, verum tamen etiam dixiſſe. Porro ſimulare & diſſimulare inter ſe differunt. Nam qui diſſimulat, ſuum conſilium tegit ne in vulgus veniat: qui autem ſimulat, fallacia & fraude utitur ad aliquem decipiendum: quod nemini licet: diſſimulare autem, id eſt, non aperire totum ſuum conſilium, non poteſt damnari neque vitio verti: etſi tamen, ſi finis iſtius diſſimulationis ad fraudem ſpecta-

... Iſtud ergo fuit Domini in unctione Davidis conſilium, quod proinde noluit à Propheta evulgari: ſed ſacrificii ſpecie tegi mandavit. Sequitur deinceps, *Fecit ergo Samuel, ſicut loquutus eſt ei Dominus: venitque in Bethlehem, & admirati ſunt*, vel, *& congregati ſunt*, ſed ſatis eſt frequens in ſacris admirationis ſignificatio, & ſpectat magis ad ſequentem interrogationem, *Seniores civitatis occurrentes eis: dixeruntque, Pacificusne eſt ingreſſus tuus?* Inſolens enim erat iſte adventus Prophetæ, cujus nulla cauſa apparebat: neque enim antea venire eo conſueverat: quare ſubitam & repentinam aliquam cauſam ſubortam eſſe oportebat. Idcirco igitur admirationis Seniorum hic fit nominatim mentio. Nam non erat Prophetarum mos & conſuetudo temere huc illuc vagari, niſi magna aliqua cogente illos neceſſitate. Seniores ergo iſti Samuelis adventum admirati, & ignorantes an aliquid adverſi Bethlehemæ accidiſſet, quærunt, ſitne pacificus ipſius adventus. Pacis autem nomine quævis proſpera intelliguntur, quaſi interrogarent, Sintne omnia proſpera, an bene omnia ſe habeant? *Reſpondit itaque Samuel, Pacificus: ad immolandum Domino veni.* Porro Bethlehema tum non erat magni nominis, ſed tantum exiguus pagus: quemadmodum Micheas *Mich. 5. verſ. 2.* Propheta, Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum prædicens, ait, At tu, Bethlehem Ephrataæ, ut ſis minima in ducibus Jehudæ, ex te mihi prodibit futurus dominator in Iſraële. Bethlehem igitur tum non erat illuſtre aut nobile oppidum, ſed ignobilis pagus, & quidem ex remotiſſimis terræ. Eo tamen ſe veniſſe ad immolandum ait Samuel. Non dubium autem quin Seniores ſibi ſummo honori duxerint, quod Propheta locum illum ad ſacra Deo facienda delegiſſet. Sed hic iterum quæri poteſt, quomodo Samuel ſibi tantum permiſerit: quod non eſſet ſummus Sacerdos, ac proinde non eſſet ipſius munus Deo ſacra offerre. Præterea non eſt veriſimile Arcam fœderis aut Sanctuarium fuiſſe tum eo loci. Colligimus autem facile, quemadmodum ex aliis jam locis obſervavimus, populum à puritate Legis receſſiſſe, multumque ſibi permiſiſſe in Dei cultu, adeo ut fuerit valde corruptus. Jam ergo ſi quæritur, quid de Samuelis facto judicandum ſit, dicendum, non poſſe nec

quam in ſuo cultu ex hominum arbitrio innovari: ſed contra, quod jubet, exacte obſervari, ut nihil in eo immutetur, nihil addatur detrahaturve, neque ad lævam aut dextram declinetur. Dei vox & præceptum iſtud eſt immutabile & irrevocabile: quamobrem etiam ad amuſſim obſervandum. Verum enimvero ſanctos illos viros olim aliter uſos videmus, quare ergo illos non imitaremur? Nempe, quod ſi privilegio quodam factum eſt, non liceat hoc tempore illud uſurpare: ſed ſtandum ſit regula quam ipſe Deus præſcripſit. Cæterum non ſumus ſatis idonei judices de facto Samuelis, rectene an ſecus fecerit Bethlebemæ ſacrificans: quum præſertim Deo gratum & acceptum ſit ſacrificium, non inquirente in vitium neque ſeveriter ad ſuæ juſtitiæ regulam expendente. Nos itaque Deo ſine contentione parêre diſcamus, & ne quid ab uno vel altero factum ſit intueamur, illud in exemplum tracturi, quandoquidem Dei mandatis ſine exceptione eſt obtemperandum. Sequitur, *Sanctificamini, & venite mecum ut immolem. Sanctificavit ergo Iſai & filios ejus, & vocavit eos ad ſacrificium.* Mos ille fuit ſub Legalibus umbris uſitatus ut ſacris participaturi ſeſe purificarent. Ubi obſervandum, eos qui ſacrificium offerebant, convocare ſolitos amicos, & rebus ſacris veſci, poſtquam Sacerdos portionem ſuſtulerat, & rite Deo ex ipſius præſcripto ſacra fecerat, & in Dei conſpectu exhilarari: cujus rei exempla paſſim in ſacris exſtant. Porro ſacrificium oportebat à purificatis & nulla ſorde inquinatis comedi. Quamobrem ad ſacrificium advocati tanquam ad ſacram menſam conveniebant, & eam ob rem Dominus purificari jubebat, ne ullas ſordes & maculas inferrent. Equidem fateor, quum Deus cibos omnes ſanctificet, illis etiam bona conſcientia utendum, quod alioquin, ut monet Paulus Apoſtolus, polluta omnia futura ſint, & quoſcunque cibos ſumimus, in maledictionem iniquitas & pollutio convertat. Verum tamen ſingularis quædam fuit ſacrificiorum ratio: nam in iis ſacrificantes ſeſe veluti Deo ſiſtebant. Quamobrem ſacra illa convivia differunt à privatis, quod illa in loco ſacro coram Domino, hæc in privatis ædibus celebrentur: & idcirco ad ſacra illa convivia accedentes oportebat purificari. Sic nos ad ſacram ſynaxin venturos, & Cœnæ Domini participaturos, oportet præparari, (licet non diem unum aut alterum, ſed totam vitam Deo conſecrare nos oporteat) & attentius de nobis cogitare tanquam ad ipſum Dominum acceſſuris; caventes ne eo ſordes & pollutiones noſtras adferamus, rem tam ſacroſanctam profanaturi. Teſtatur enim illic Dominus nos Domino noſtro Jeſu Chriſto uniri, ejuſque corpus & ſanguinem nobis in animarum noſtrarum alimentum cedere. Cæterum veteris Teſtamenti mos ille purificandi ſacrificaturos, ut puritate coram Deo comparere. Ac quotieſcunque Deum precamur, quod eſt præcipuum Chriſtianorum ſacrificium, ſingulos oportet ſeſe expendere & examinare, & vitia ſua deteſtari, veniamque ſupplicitér deprecari: quæ vera noſtra eſt purificatio. Nam ſive Deum invocaturi, ſive ſacram Cœnam participaturi, ſive denique aliquid quod ad Dei cultum ſpectet fideles ſuſcepturi, ſeipſos explorare debent, & innatas omnes corruptiones condemnare, Deumque precari ut ab illis omnibus eos purget, & veram pœnitentiam agere, peccatorumque remiſſionem deprecari. Et de iſtis hactenus: ſequentia jam expendamus, ubi dicitur Samuel, facto ſacrificio, antequam accumberent ad menſam, vocaviſſe Iſaï & filios ejus, & ingreſſo primogenito Eliab præſtantiſſimæ ſtaturæ, ad dignitatem appoſitæ, exiſtimaſſe illum eſſe Chriſtum Domini; ſed opinione ſua falſum fuiſſe, quod rejectum à Domino intellexerit. Deinde ſecundus advocatus, tum tertius, denique ſuo ordine ſinguli, quorum nullus Deo gratus fuit ad ſeptimum uſque. Poſtremus David contemnebatur, quod minimus omnium in agris ovium greges paſceret: etſi Samuel indicarat nullum ex illis ſeptem electum à Domino. Atqui non fruſtra miſſus à Domino fuerat: itaque aliquem oportebat in filiis Iſaï reperiri qui Deo gratus & acceptus eſſet: neque enim à Deo fruſtra Samuel miſſus eo fuerat: ſed aliquem ex illa familia Regem fieri conſtitutum erat, quînam ergo non curavit Iſaï filium ſuum Davidem cum cæteris advocari? Cur quum ſeptem majores natu veluti repulſam paſſos animadverteret, non ipſe ultro Davidis abſentis meminit? Sed dicas plane ipſum perturbatum cæcutire, & Davidem oblivioni tradidiſſe. Quare Samuelem oportuit interrogare ipſum, num alium ullum ſuperſtitem filium haberet. Qui repente advocatur; & eo adveniente, Deus Samueli patefacit, eum eſſe quem delegerit, ac inungi Regem jubet. In hac narratione primum obſervemus Prophetæ errorem, quod externa hominis ſpecie deceptus ſit: contra quam ſoleat Deus, qui non ut homines ex rerum externa facie, vel ex præſtanti forma & ſtatura corporis, aut aliis iſtiuſmodi circumſtantiis, quibus ſibi gratiam homines apud alios conciliant, quaſi externis iſtis donis dignitatem & auctoritatem aliquam mererentur, judicat, ſed ex ipſius cordis penetralibus, quæ ſolus ipſe rimatur. Quare quum deceptum ea in re Prophetam videamus, eo major nobis eſt adhibenda cautio, ne ipſi decipiamur, quo in hæc proclivior eſt lapſus, quandoquidem ut terreſtres ſumus, rebus caducis & fragilibus abripimur, & illarum externo ſplendore decipimur. Neque vero de hominum tantum externa forma hic loquor: ſed de colendi Dei ratione, in qua maxime peccari ab hominibus certum eſt. Ecquis enim

Digitized by Google

no ſplendore pendere? Sed ad terrena illa etiam accedit hypocriſis: qua fit ut gaudeamus procul à Deo abeſſe, veriti ne vitia noſtra in ipſius conſpectum veniant, quæ libenter occulta vellemus. Et, quæſo, quam multæ cordis humani latebræ! Ex illa itaque hypocriſi augetur vitium illud naturale, quo rebus caducis & externis nimium inhæremus: & in illis ſummam religionis poſitam nobis perſuademus. Quamobrem, ut hoc fugiamus vitium, meditanda eſt diligenter hæc doctrina, nempe non poſſe Deum placari rebus iis quæ nobis pulchræ videntur externa ſpecie, ſed abominationem eſſe coram ipſo quemcunque illi ex arbitrio noſtro cultum exhibuerimus, quemadmodum ipſemet Dominus noſter Jeſus Chri-
Luc. 16. verſ. 15. ſtus nos docet Lucæ decimo ſexto capite. Quæ quum ita ſe habeant, diligenter notanda ſententia illa, Deum non eſſe ut homines, ne ad noſtrum modulum illum metiamur, & noſtris imaginationibus transfiguremus. Sed tam altas egit radices in animis hominum illa audacia, ut nonniſi ſumma vi poſſit eradicari. At ſi nos homines eſſe meminerimus, ſola illa vox docebit, nos, quando virtutis, induſtriæ & ſimilium quæ mens humana dictaverit, ſpecie externa delectamur, longe opinione decipi. Quid ita vero? Nempe homines ſumus, ad quorum arbitrium non eſt cogitandum flecti unquam Deum velle aut poſſe, aut illi unquam grata & accepta fore, quæ mens humana finxerit. Neque enim ipſi tanquam cæco via monſtranda eſt; cujus luce potius nos illuſtrari neceſſe eſt, ut ad ipſum adducamur, & nobis ipſis renunciare, ut ab ipſo miſericordiam conſequamur, eumque quocunque duxerit ſequi, nedum ut ipſum nos ſequi velimus. Æquum enim & juſtum eſt profecto, nos illi in omnibus obſequi, quod unde illi ſatisfaciamus non habeamus, niſi ab ipſius liberalitate hauſerimus. En cur hic Spiritus Sanctus dicat, Deum non eſſe ut homines. Poterat enim ſimpliciter dicere, Deum non intueri externam formam: ſed vitium hominibus innatum notare voluit, ut nos ipſos noſſe diſcamus: & agnitum vitium fugere, & tanquam ex luto emergere, in quod natura demerſi ſumus: & externa illa omnia, quæ pulchra eſſe ſibi homines fingunt, inania eſſe nobis perſuadere, & indigna ex quibus dignitatem aliquam coram Domino conſequamur: ac proinde ſemel inanes illas pompas abjicere, quas ipſemet abominatur. Quum vero dicitur Deus, Cor hominis intueri, docemur eo non tantum oportere nos, ſi Deo grati eſſe volumus, ho-

Dei cultu loquens. *Quis*, inquit, *ſacrum montem Do-* *Pſal. 15.*
mini conſcendet? quis in eo habitabit? Quis ingredietur Domini Sanctuarium? Homo purus rectuſque corde & manibus. Manus quidem hic cum corde conjungi videmus, quod nimirum ſingulas vitæ noſtræ actiones oporteat cum corde conſentire. Sed ſi pedibus manibuſque & omnibus externis actionibus ſic feramur in Dei cultum, ut nihil requiri poſſe videatur ad perfectionem, tamen niſi ex ſincero corde promanent, nihil niſi nugæ & inutiles cerimoniæ dici debent. Expendamus deinceps reliqua, quibus dicuntur filii Iſaï omnes Samueli oblati, ſed primogenitus rejectus & reprobatus à Domino, cæterique deinceps non electi. Neque vero hæc reprobatio eſt intelligenda tanquam univerſalis quædam à Deo rejectio: ſed à Regia dignitate dejectio & repulſa. Duplex enim eſt Dei electio: quorum altera fidelibus omnibus eſt communis, qua in æternæ vitæ hæreditatem adoptantur: Fœdus enim Domini ad ſingula Eccleſiæ membra, cujuſcunque illa ſint ætatis, ſexus, conditionis, ſine exceptione pertinet. Altera vero ſingularis eſt, quum Deus aliquem ad functionem aliquam privatam vocat, eoque ad hoc vel illud miniſterium utitur. Sic inquit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Vos non me elegiſtis, ſed ego vos elegi, nempe ad Apoſtolatus miniſterium. Etſi enim ex adoptione vocati ſunt ad æternam ſalutem Apoſtoli, illa tamen electio pertinebat ad ſingulare illud Apoſtolatus munus & officium. Electionem autem ad ſalutem oportet eſſe firmam & immutabilem, cum qua nihil habet commune electio illa ad quamlibet dignitatem. Neque enim diſcrepant inter ſe, ad magnos honores evehi, & pravum eſſe; ſed ad vitam æternam electum eſſe, & reprobum eſſe, ſtare ſimul nullo modo poſſunt. Hic igitur quum reprobatus dicitur primogenitus ille Iſai, non intelligitur à ſpe ſalutis æternæ dejectus, & à Deo condemnatus: neque enim ullius ſceleris aut rebellionis damnatur, ſed ab illa ſingulari electione in Regiam dignitatem repulſus intelligitur, quæ Davidi Dei voluntate ſervabatur. Ex quibus obſervandum, Deum, promoventem Davidem adhuc puerum & opilionem ad Regiam dignitatem, cæteris fratribus rejectis, nos docere fieri ex ipſius gratuita bonitate quod nos gratos & acceptos habeat: & nihil deberi merito noſtro quod huic vel illi præferamur, quandoquidem ab ipſius ſola bonitate promanat. Regni quidem hic fit mentio: ſed quod fuit figura ſpiritualis illius quod

ſternere, ut, Deo quoſdam ad ſummos honores evehente, gloriam omnem ſoli illi tribuere diſcamus. Quare, obſecro, Deus Jacobum potius quam Eſavum elegit? Nonne poterat efficere ut Jacobus eſſet primogenitus, & ita naturæ ordo & dignitas ſervaretur? Verum, etſi fratris talum prehenderet, primogenitura repulſus eſt: quam deinde contra naturam & admirabili ratione recuperavit. Quare, inquam, iſta ſic contigerunt? Nempe ut de donis, quæ Dei manu accipimus, loquentes, diſcamus ſupra mundum ipſum efferri, & ad ipſum unum bonorum omnium fontem aſſurgere. Eadem ratio eſt filiorum Joſephi: quorum primogenitus minori poſtponitur. Nonne enim Deus poterat efficere, ut primus naſceretur quem alteri præponere volebat. Sed voluit ordine naturæ inferiorem eſſe, quem tamen nihilominus in ſuperiorem gradum dignitatis evexit. Ex quibus exemplis Jacobi & Joſephi apparet, Deum eligentem aliquos, non pendere ab ullis cauſis humanis, nullamque neque perſonarum, neque conſiliorum, neque ullius rei quæ ab hominibus proficiſcatur habere rationem: ſed in ſe uno cauſam reperire. Quod etſi nobis novum & inſolens videatur, ſic tamen illum operari neceſſe eſt, ut omnis gloriandi occaſio nobis adimatur. Quis enim primogenituræ jus inter homines inſtituit, quod ipſe Deus approbavit, niſi Dei Spiritu afflati homines, quibus primogenitos ornare hac prærogativa viſum eſt, ut ſint reliquorum domini & caput? Et ſemper obſervatum jus iſtud in Dei populo, divinaque Lege comprobatum. Quandoquidem igitur Deus naturæ ordinem inſtituit, quare eundem invertit, an non eo delectatur? Minime gentium evertit, ſed quoniam fere turgemus ſuperbia & arrogantia, & nobis videmur digni quos Deus amore ſuo propter ingenitas virtutes complectatur, neceſſe eſt ipſum extraordinaria via progredi, ut eo ardentius ad ipſum invocandum commoveamur, & ſciamus bona ſpiritualia ab ipſius mera gratia ſola promanare, ac proinde ſoli ipſi gratias agamus, ſiquidem nihil à nobis ipſis profectum eſt. Quinimo videmus, Joſephum, arbitrantem incogitanter Jacobum filiorum ſuorum alterum alteri præponere, conari manum patris avertere, ne minorem majori præferat: cæcutiebat enim Jacobus morbo ſenectutis, unde naſci errorem arbitrabatur Joſeph. Verum etſi Jacobi oculi hebetes eſſent ſenio, ut adſpectu non diſcerneret uter natu major eſſet, tamen conſulto manus ſuas transverſas poſuit, ut dextram ſuam poneret ſuper caput Ephraïm, qui minor natu erat, & Joſephum, qui transferre manum patris conabatur, ſic alloquutus eſt, Creſcet quidem Manaſſe primogenitus in populum: verumtamen frater ejus minor natu creſcet magis quam ipſe; & ſemen ejus pro voluntate & arbitrio exornet: quamobrem & alio Pſalmo dicitur, *Deum opus manuum noſtrarum diſponere*. Deo itaque viſum eſt Davidem abjectæ conditionis hominem ad Regiam dignitatem evehere. Quid ita? Nempe à caulis & paſtorum ſtabulis eum vocavit, ut in eo fieret Dei potentia conſpectior, & majorem Dei laudandi occaſionem haberet, quum ſe nullis ſuis viribus, nulla induſtria, nullo conſilio potuiſſe ad tantum dignitatis faſtigium venire cognoſceret. Atque Divus Paulus in priore ad Corinthios ſatis evidenter iſtud docuit in fidelium electione, quum de tota Eccleſia loquens, ait, Multos eſſe in mundo nobiles & præſtantes viros, à quibus videbatur Deus poſſe facere initium ſuæ electionis, ſed quoniam ſolent homines nimium efferri gloria, & Deo ſe æquales facere; ut omnis carnis gloria tollatur, dejeciſſe alta mundi, & parva & abjecta elegiſſe, ut norint omnes, nullam eſſe altitudinem neque dignitatem, niſi quæ ab ipſo proficiſcitur. Ac ſane gloriari nos in Deo par eſt, & nobis ipſis gratuitam ipſius electionem gratulari. Quandoquidem enim natura ſumus filii iræ & maledictionis; ubi, obſecro, noſtra erit gloriatio, niſi in eo quod adoptione facti filii Dei ſumus? Quamobrem uſurpanda nobis Pauli doctrina, qui Deum dicit vocare ea quæ non ſunt, tanquam ſint, ut confundat ea quæ ſunt: ut cognoſcamus, eum eſſe à quo quicquid ſumus habemus, ut ſe quiſque fideliter exerceat in vocatione, & proximorum ædificationi ſtudeat. Nam & in hunc finem nos è luto & fœtore ſuperſtitionum & pravitatis eduxit, ut vaſa ſiamus ſanctificata ad omne bonum opus: & ab infidelibus & incredulis ſeparavit, ut in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum inſeramur. Neque vero Apoſtolus de uno aut altero ſingulatim mentionem facit, ſed de omnibus in genere fidelibus: quorum patrem Abrahamum facit, & comparationem inſtituit Adæ filiorum, cum filiis gratuito à Domino adoptatis. Vere enim filii Adæ naſcimur in mundum venientes, in qua creatione ſola ineſt maledictio: ſed renaſci nos oportet, & in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum inſeri, ut in nobis obedientia Deo placens inveniatur. Et de iſtis hactenus.

Jam vero, agite, facti ſupplices coram Dei Opt. Max. Majeſtate, & peccata noſtra agnoſcentes, precemur eum, ut illorum afficiamur vero ſenſu, quo ad ipſum ſerio convertamur, eoque ſtudio illum quæramus, ut indies in ipſius ſchola majores progreſſus faciamus, nobiſque ipſis renunciare & pravas omnes cupiditates rejicere diſcamus & naturalem corruptionem exuere, ut ipſius juſtitia induamur. Et in ipſius conſpectu ſine fuco & hypocriſi ambu-

Digitized by Google

... & prudentem in verbis, & vi-
rum pulchrum: & Dominus eſt cum eo.
19. Miſit ergo Saul nuncios ad Iſaï, dicens, Mitte ad me David filium tuum qui eſt in
paſcuis.
20. Tulit itaque Iſaï aſinum plenum panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris
unum, & miſit per manum David filii ſui Sauli.
21. Et venit David ad Saul, & ſtetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, & factus eſt
ejus armiger.
22. Miſitque Saul ad Iſaï, dicens, Stet David in conſpectu meo: invenit enim gratiam
in oculis meis.
23. Igitur quandocunque Spiritus Dei arripiebat Saul, David tollebat citharam, &
percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & levius habebat: recedebat enim ab eo
Spiritus malus.

IN unctione Davidis, de qua mentionem inſtituimus, obſervandum eſt, Deum fruſtra nihil conari, licet non ſtatim ab hominibus virtutis ipſius effectum conſpiciatur. Exempli gratia, David quidem unctus eſt à Samuele, ſed an ideo paternæ domus caput factus eſt? Minime gentium. An immutata ipſius conditio? Nequaquam, ſed priſtinum vitæ ſtatum paſcendarum ovium retinuit. Ubi ergo vis unctionis, ſiquidem inglorius ad ſepta ovium vivit, & non agnoſcitur alius quam ante fuerat, neque laus ulla ipſi tribuitur? Verumtamen requievit Domini Spiritus in die illa in Davide, non ad momentum, ſed quamdiu vixit. Nihilominus tamen ex ſpecie externa, & hominum opinione, nulla videtur in Davide mutatio, ac proinde videri poterat unctio illa inutilis & ridicula. Sed non ideo tamen non eſt operatus Dominus, cujus virtus & efficacia unctionem illam ſive exterius ſignum comitata eſt. Ex quo diſcimus, Deo nobis gratiam ſuam per ſigna quælibet viſibilia repræſentante, nunquam fore inania, ſed reipſa Deum quæ per illa exhibet effecturum. Exempli gratia, unctio iſta pertinebat ad temporarium Davidis regnum, etſi longius etiam ſpectabat, nempe ad veritatem illam quæ nobis in Domino noſtro Jeſu Chriſto exhibetur: verum eo tempore quo unctus eſt, non alia videbatur quam regni terreni repræſentatio. Deus itaque ſic operatur, ut non ſit inane & vacuum ſignum, aut inanis figura, quæ ſolos oculos perſtringeret: ſed cum ſigno conjunctus fuit Domini Spiritus. Sic igitur hodie quum in Baptiſmo de peccatorum remiſſione ſimus certiores: & in Cœna docemur, nos ipſa filii Dei ſubſtantia vivere, quoniam communicatur nobis, ut in nobis habitet, & nos ipſius membra ſimus, ne ſigna illa exiſtimemus eſſe inania quædam ſpectacula, ſed rerum veritatem nobis in illis exhiberi: ac proinde quemadmodum aqua viſibili lavamur, & ſordibus purgamur, ita Deum vi Sancti ſui Spiritus animas noſtras ab omni macula purgare. Et quemadmodum vel in aquam mergimur, vel ſupra caput aqua rigamur, ita Deum efficere ſciamus, ut mundo moriamur, & vetus noſter homo cum Domino noſtro Jeſu Chriſto moriatur, qui Baptiſmi auctor eſt, & illud in perſona ſua conſecravit, ut certiores fiamus, nos omnium ipſius bonorum fieri participes, quum pignus iſtud accipimus, quo ad veram & perfectam ſpem deducimur. Idem eſto de Cœna dictum. Hoc igitur eſto firmum axioma, Deum non inanibus figuris nos ludere, quum ſignum aliquod aut figuram exhibet; ſed dare tanquam pignus certum & indubitabile omnium promiſſionum, quæ verbo ipſius continentur. Hinc etiam apparet quo dementiæ homines venerint, & quam diabolicus furor fuerit, quum auſi ſunt ipſi ſibi ſigna fingere rerum divinarum; quod in Papatu factum videmus. Nam ſi quæras, quo auctore figura illa ſeu ſignum, quod vocant Extremam unctionem, in Eccleſiam invecta ſit; quid aliud quam veterem neſcio quam conſuetudinem proferent? Verum primis illis temporibus Deus miraculis Euangelii veritatem commendare & tueri volens, Spiritum ſuum ſub viſibilibus ſignis communicabat. Itaque tum adhibito olei ſigno ægroti valetudinem recuperabant: ſed illa fuerunt momentanea. Sed qui hodie ſigna iſta volunt in uſum revocare, quomodo Spiritum Sanctum ſignis alligabunt, & omnibus datum iri perſuadebunt quibus

tatem munus illud ad quod vocantur implendi ſuppeditare. Nam, ut ait Paulus, non ſumus natura ſatis ad iſtas functiones idonei: ſolus Deus ſuam Eccleſiam regit, & in mundo omnia adminiſtrat. Quare tantum abeſt ut ſit aliquis idoneus ad populum aliquem, aut ad Eccleſiam Dei regendam, ut ne regendæ quidem familiæ ſufficiat, niſi Sancto Dei Spiritu regatur. Imo ne ſe quidem aliquis, multo minus familiam rexerit, ſine Sancti Spiritus dono. Quamobrem ſi homines natura omni bono vacui ſunt, & ad omne bonum inutiles, imo ſi ne movere quidem pedem ſine Dei gratia poſſunt, quis per ſe idoneus erit ad munus quodcunque tandem illud ſit exequendum, niſi à Deo ſufficientiam accipiat? quare omnes divina ope & auxilio indigent. Qui ergo ad ſumma rerum gubernacula ſedent, multis virtutibus, puta prudentia, conſilio, intelligentia, ſapientia, integritate & candore ad munus perficiendum indigent: ſed quis eas, obſecro, ſuppeditabit? Sane profani homines eo ſtultitiæ & arrogantiæ devenerunt, ut illas fortuito ſibi contingere perſuadeant, vel induſtria propria comparari: ſed Deo ſoli laudem iſtam deberi ſciendum eſt: qui, prout ipſi videtur, ea menſura cuique metitur & diſtribuit ſua dona qua ipſi placet: & ad hoc vel illud munus idoneos facit. Atque hoc ipſum nos Paulus docet prioris epiſtolæ ad Corinthios capite 12. ubi docet Spiritus manifeſtationem in totius Eccleſiæ eſſe commodum: & ad unicum illum omnium bonorum fontem nos revocat, unicum, inquam, Spiritum, qui omnia eſt in omnibus, quæcunque tandem ſit donorum diverſitas. Unde vero dona illa manarunt? Paulus docet, Deum inſtituiſſe in Eccleſia ſua alios Apoſtolos, alios Prophetas, alios Doctores, & alios: & vocatos etiam ad munera virtutibus neceſſariis inſtruxiſſe, ut illa poſſent ſuſtinere. Ergo Deus non temere homines vocat, & ipſos ſibiipſis permittit, ut faciant quod voluerint aut poterunt; ſed tenuitatem illorum & impotentiam compertam habens, idoneos facit ad muneris illius ad quod vocantur executionem. In primis vero quibus prædicandi verbi divini in Eccleſia cura commiſſa eſt hoc animadvertunto. Nam non immerito *2 Cor. 2. verſ. 16.* Paulus, iſtius muneris difficultatem intuens, exclamat, Quis ad hæc idoneus? & paulo poſt ait, Non quod nos ſufficientes ſimus ut cogitemus aliquid tanquam ex nobis ipſis, ſed facultas noſtra ex Deo eſt. Neque vero in diem unum aut alterum gratia Dei invocanda, ſed quamdiu provinciam aliquam ſuſtinemus, in Deum omnis cura noſtra & ſollicitudo conjicienda eſt, quod ex nobis ipſis nihil poſſimus. Et donec hanc noſtrarum virium impotentiam bene perſpectam habeamus, certum eſt nos Dei gratiæ januam præcludere, non agnoſcentes illum unicum bonorum noſtrorum omnium ſcaturiginem, qui ſolus noſtræ indigentiæ poteſt ſubvenire. Quamobrem in primis ingenue agnoſcamus, nos natura omnium non habere vim animas noſtras penetrandi, & à peccatorum ſordibus abluendi: ſed ſignum eſſe certum, quo longius deducimur, nempe ad ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt verum & unicum noſtrum lavacrum: quemadmodum unctionem iſtam Davidis videmus vim ſuam accepiſſe à Sancto Spiritu: Deo per ſignum viſibile declarante ſe Davidem vocante ad tantam dignitatem, velle donis etiam ad illam exequendam neceſſariis inſtruere. Quum vero nominatim dicitur *Spiritus manſiſſe ſuper Davidem à die illa & deinceps*, ex eo apparet Deum nolle ſuum opus imperfectum relinquere, ſed ad ſuum uſque finem illud perducere: modo ne noſtra ingratitudine remoram aliquam ipſi injiciamus. Cæterum antequam David ungeretur, certum eſt illum non fuiſſe brutum pecus, neque Dei donis omnino vacuum: ſed Spiritum Regium hic eum accepiſſe intelligimus, quem antea neque habebat, neque etiam neceſſe erat. Neque enim qui privatam & quietam vitam acturus eſt, ea dona accipiet à Deo quæ ſi ad ſummam aliquam dignitatem eſſet evehendus, & alicui populo vel regno præferendus. Eadem ergo Davidis fuit ratio. Atque eo Paulus reſpicit, eo de quo jam ſuperius egimus loco, pro munerum varietate docens Deum diſtribuere ſui Spiritus dona ſecundum cujuſque menſuram. Neque enim omnes ſunt Prophetæ, aut Apoſtoli, aut Paſtores: non omnes dona ſanationum aut miraculorum habent. Sed prout varia ſunt munera, Deus etiam variè ſui Spiritus dona largitur iis, quos ad hæc vocavit. Ergo David licet jam ante multis Dei donis inſignis fuiſſet, tamen veluti renovatus fuit, & novum Spiritus donum accepit, quo Regiam dignitatem poſſet ſuſtinere. Idcirco Paulus Timotheum admonebat, ipſum accepiſſe Dei Spiritum per manuum ſuarum impoſitionem: & alio loco, per impoſitionem manuum presbyterii. Atqui certum eſt, Timotheum, quum ad Euangelii prædicationem vocaretur, non fuiſſe novum hominem & ignarum, ſed eximiis donis inſignem, ex quibus appareret, Dominum velle ipſius miniſterio ſuum opus promovere: ac proinde manuum Pauli impoſitione fuiſſe confirmatum, & ad tantum munus Euangelii prædicandi à Sancto Spiritu diſpoſitum. Quapropter ne dubitemus quin Deus operaturus ſit in nobis quod utile eſſe cognoverit, quum vacua vaſa fuerimus, & quin omni virtute & neceſſariis donis ſit ornaturus, quum eadem ab ipſo petierimus. Quid enim aliud præcludit aditum gratiæ Domini, quam hominum arrogantia, qua ſibi quod non habent audent tribuere? Atqui nos mendicos eſſe oportet, ſi Deum cupimus egeſtati noſtræ ſuccurrere. Quare ſi vera fide ipſum invocemus, & ut noſtri miſereatur, & in ipſius cultum dirigat, precemur, nunquam defuturum ipſum nobis eſt certiſſimum. Porro divinæ maledictionis ſignum quoddam eſt, quum ad aliquod munus vocati homines, non reſpondent vocationi: ſed aut

attoniti

[illegible], ut jus & æquum omne ſubvertere videantur. Ergo divinæ benedictionis evidentiſſima inter homines ſigna lucent, quum ii qui ad publica munera vocantur, ſunt idonei & pares illis ferendis, & intelligentia, conſilio, viribus & voluntate perſeverandi, & cordis ſinceritate & integritate donantur. Contra vero divinæ ultionis, quum qui Juri dicundo præficiuntur, Magiſtratus, Reges & Principes virtutibus neceſſariis deſtituuntur, & inſtar brutorum pro libidine feruntur. Sequitur, *Spiritus autem Domini receſſit à Saule, & exagitabat eum Spiritus nequam à Domino.* In quibus verbis obſervandum quod ante attigi, nempe quemadmodum Deus dona ſua cumulat in iis qui fideliter ipſi inſerviunt, ita viciſſim eadem iis auferre qui in officio ſegneſcunt: ne nobis Deum eſſe devinctum arbitremur. Deus quidem ſane munifice & large ſua dona largitur: ſed viciſſim à nobis rectum illorum uſum poſtulat, ut ad ſuum finem referantur. Neque enim Sancti ſui Spiritus donis nos inſtruit, ut ex iis gratiam & auctoritatem apud homines quæramus, aut privatis commodis ſtudeamus, vel affectibus pravis indulgeamus: ſed contra potius ut ex iis Dei nomen glorificetur, & in totius populi commodum & utilitatem cedant. Neque enim nobis nati ſumus: ſed proximis in ea vocatione ad quam Deo nos vocare placuerit. Quapropter fideliter officium facientes, Deique dona ad legitimum finem referentes, Dei nimirum gloriam & proximorum utilitatem, certum eſt in ſe quod de Davide diximus, donorum Dei continuationem & amplificationem, non ad diem unum aut alterum, ſed longos annos & ad ultimum uſque vitæ noſtræ ſpiritum experturos. Contra vero qui Saulem imitantur, & quum initio magnum quid de ſe pollicerentur, & virtutis quædam ſigna ederent, deinde deficiunt, & ſegniùs officium faciunt, & pedetentim à recto degenerant & deflectunt, illis etiam donis quæ prius acceperant à Deo ſpoliandos eſſe non eſt dubium. Neque enim quæ à Deo accepimus dona perpetua ſunt futura, niſi accepta illi feramus, & tam corde quam ore prædicemus: ore quidem confitentes, nos, quicquid habemus, ab ipſo accepiſſe: corde vero nomen ipſius glorificantes; & ea in proximorum uſum, quod noſtri eſt officii, convertentes. Quare niſi quæcunque habemus Deo accepta dona feramus ut par eſt, certum eſt illis nos vel momento privandos. Ecquis igitur non metuit ſibi, quis non horrebit, conſiderans quæ de Saule dicuntur, & ſtupore percuſſurum & inebriaturum furore, ut ſint inſtar ferarum. Cujus ergo manu fieri iſta dixerimus, niſi Dei vindicis, & Spiritum ſuum ſubducentis, ut à Saule factum eſt, propter ingratitudinem? Saul quidem ſane reprobus factus gratia Dei excidit, ſed & in aliis idem etiam contingit, cujuſmodi exemplum David ipſe in ſeſe oſtendit, qui Pſalmo 51. conqueritur, quaſi ſit à Deo plane rejectus & reprobatus, ac proinde precatur Deum, ut ipſi lætitiam illam ſalutis quam olim habuerat reſtituat, & Spiritu libertatis induat. Tum enim apud ſe David expendebat qualis fuiſſet, quamdiu horrendo illo peccato adverſus Uriam admiſſo, & adulterio cum Berſabea, veluti veterno quodam obrutus & conſopitus fuerat, nempe Dei donis & gratia ſpoliatus, & omnium dedecori expoſitus, ut non amplius illo libero Spiritu quem ante acceperat frueretur: eum igitur ſibi reddi ſupplex à Domino poſtulat. Quare quum Davidem tantum & talem Prophetam ſic loqui audimus, quale noſtrum putamus eſſe officium, & quanta cura & ſollicitudine nobis in noſtra vocatione ambulandum, Deumque aſſidue invocandum, ut nos in dies ſuis donis exornet & in vocatione confirmet, verbique ſui virtute roboret, donec ultimum vitæ noſtræ finem attigerimus? Et de iſtis hactenus: quæ porro ſequuntur quiddam habent difficultatis, & quodammodo inſolentia videri poſſunt, nempe, *& exagitabat Saulem Spiritus nequam à Domino.* Quinam enim poteſt à Domino proficiſci Spiritus nequam? Deum enim ſcimus omnis boni fontem, nullam in Domino eſſe confuſionem neque iniquitatem. Quare malus Spiritus nihil à contrario bono Spiritu Deo poteſt, quod aſtutia ſua vertat in malum, accipere. Et tamen poſtea ſervi Saulis dicunt Spiritum Domini malum Saulem exagitare: quæ duæ loquendi phraſes inſolentes videntur & blaſphemæ, ſibique ipſis contrariæ, quum uno loco dicatur Spiritus malus à Domino: alio vero, Spiritus malus Domini. Sed nulla in iſtis blaſphemia, nulla repugnantia eſſe cognoſcetur, ſi animadverterimus quæ ſit Domini potentia in Diabolos & in omnes ipſorum conatus, ac rabiem & furorem ipſorum. Næ ſi Deo ſic inimicos & reluctantes Diabolos arbitraremur, ut non coërceret illos ſuo imperio, ſummam ipſis dominationem & imperium adſcriberemus, & quod Dei unius proprium eſt tribueremus, non ſine ingenti & deteſtanda blaſphemia. Quare tenendum eſt, Diabolos ita Deo ſubjectos eſſe, ut ſine ipſius permiſſu nihil

movere

Deum illis tanquam flagellis uti ad noſtrarum tranſgreſſionum coërcitionem. Quare quum à Diabolis affligimur, ne exiſtimemus Domini manum non eſſe ſuperiorem; ſed ſciamus potius Diabolos eſſe tanquam flagella, quibus ad nos feriendos Deus utitur. Sic ergo dicitur à Domino fuiſſe Spiritus ille malus, qui Saulem exagitavit; & poſtea, fuiſſe Spiritus malus Domini: non quod à Deo malum proceſſerit: ſed quod Diaboli, ſuam licet in ſe malitiam contineant, inviti tamen tam arctis habenis à Deo coërcentur, ut ipſi inſerviant, & ipſis ad homines flagellandos & caſtigandos utatur. Sane quum de Deo, qualis in ſe eſt, loquimur, ſciendum eſt illum ſolum ſuum in ſe Spiritum habere, quemadmodum Paulus ait 1. Corinth. 12. donorum Dei eſſe veritatem, ſed unum & eundem Spiritum, efficientem omnia in omnibus. Sed quum de malo Spiritu, Diabolos intelligamus natura ſua corruptos, qui tamen à Domino mittuntur, ad eos, quos voluerit, affligendos, ſive bonos, ſive malos. Deus enim ſæpe Diabolis ut inſtrumentis utitur ad filios ſuos & populum ſuum caſtigandum. Iſtud ex hiſtoria Jobi conſpicuum eſt: quis enim illum bonis omnibus & facultatibus ſpoliavit? quis pecudes & ſervos ipſius igne cœlitus immiſſo conſumſit? quis domum cum liberis ipſius, una edentibus, ventis ingentibus excitatis evertit? quis ad tantam miſeriam reduxit, ut tanquam miſerum cadaver in ſtercore volutaretur? Multi quidem improbi homines ſuam hic operam locarunt, ſed omnium malorum iſtorum auctorem fuiſſe Diabolum ſcimus, facta ipſi prius à Domino poteſtate: quam alioquin à ſe non habuiſſet. Verum licet à Diabolo multis perſequutionibus urgeamur, non permittit tamen Dominus illas eſſe nobis noxias, ſed potius in miſericordiam & ſalutem noſtram convertet. Sic Diabolo quidem factam poteſtatem videmus Jobum affligendi & multis calamitatibus urgendi & premendi: ſed non opprimendi. Neque enim vitam & animam ipſius attingendi poteſtatem habuit, ſed intra præfixos terminos à Domino manere debuit. Ex quibus apparet, licet affligamur à Deo ad nos humiliandos, & idcirco Diabolo permittat in nos aliquam poteſtatem, non ideo tamen licere illi quodcunque volet, neque exitioſas fore afflictiones & calamitates, quaſcunque tandem immiſerit. Imo potius, quod longe majus eſt, eas nobis in bonum ceſſuras certum eſt, vel ex ipſa Pauli primæ ad Corinthios epiſtola, capite 5. ubi quum in ſcortatores invectus eſſet, qui ſuis flagitiis veluti indormiebant, & nominatim quum inceſtuoſum Satanæ tradidiſſet, ait hoc fieri ad interitum carnis, ut Spiritus ſalvus ſit die Domini Jeſu. Ergone Paulum dicemus eos quos execrationi & anathemati devovit, & ab Eccleſia rejecit, in connatam nobis corruptionem mereri. Sed quum Deus improbos Diabolorum manu corripit, & ipſis tradit, longe alia eſt ipſorum quam fidelium conditio; quod hi quidem ita caſtigantur, ut in ſalutem ipſis cedat caſtigatio, improbis autem & infidelibus in exitium. Cæterum Deum obſervemus ſic uti Diabolorum opera, ut nulla in ipſum cadere poſſit accuſatio mali quod admittunt, quandoquidem prava Diabolorum voluntate ad ſuorum judiciorum exequutionem abutitur. Diaboli quidem nihil niſi perditionem animarum noſtrarum per ſe expetunt: ſed ipſis ita Deus utitur, ut ad peccatorum agnitionem venientes, veniam deprecemur, & cum humilitate ad Deum accedamus à vitiis purgandi & liberandi. Atque ita quicquid Deus per illos, licet prava inſtrumenta, exequitur, juſtum & æquum eſt. Diaboli vero quid aliud quam crudelitatem, quam rebellionem & contumaciam ſpirant? Sed ita tamen Deus opus ſuum perficit. Ac permittit quidem nonnunquam habenas illis, ut crudeliter etiam in Dei filios ſæviant: ſed quis tandem eſt iſtius ipſorum crudelitatis exitus? Nempe Deus tandem non impunitam relinquet crudelitatem & tyrannidem, quam iſti, licet divinæ juſtitiæ adminiſtri & inſtrumenta, exercuerunt, quæ tandem in ipſorum condemnationem & exitium eſt redundatura. Nam etſi illi quidem malum, quod pœnis dignum eſt, puniunt, non tamen in Dei voluntatem reſpiciunt, ſed potius furorem ſuum & rabiem, qua bonos oderunt, ſequuntur. Eadem improborum eſto ratio, quibus ſæpe Deus utitur juſtitiæ ſuæ adminiſtris: nam ſæpe Deus per improbos ſua judicia exercet. Quid enim putatis fieri quum bella excitantur, nonne Deo movente hominum voluntatem? Certum enim eſt, Deum iſtis modis velle populorum malitiam caſtigare: & tamen non eximere pœnis meritis eos quibus inſtrumentis uſus fuerit. An enim exiſtimamus ideo Deo gratos & acceptos, quod per eos impleta ſua ſint judicia? Minime gentium: ſed odit potius quos avaritia, quos furor, quos crudelitas, quos ambitio, non autem Dei gloriæ ſtudium impulit & excitavit. Sed illa tamen Dei voluntatem exequuntur, & judicia perficiunt. Sane quidem: verum alieno à Dei voluntate & obedientia animo. Et illi quidem, fateor, ſuos conatus, niſi Deo permittente, perficere non poſſent. Nam Deus ipſe bella movet, Deus ad arma vocat, ipſe Deus ferit & cædit. Quibus vero tandem uſus inſtrumentis? Hominibus ſane juſtitiæ ſuæ adminiſtris utitur, qui tamen ſuis operibus condemnantur. Verum enimvero nonne digni ſunt excuſatione, quos eo Deus impulit? Minime gentium, quum eorum condemnatio, non ab hoc ultimo peccato, ſed à præteritis tranſgreſſionibus & flagitiis manarit, ultimumque

que

Digitized by Google

alleviare nititur, vitamque prorogare harmonico muſices cantu, aut citharæ pulſu, quaſi videretur impedire velle quominus in illum Deus animadverteret, qui digniſſimus erat caſtigatione? Præterea, ut ante dixi, apertum veneficium & incantatio hæc eſſe videtur, cujus nulla certa ratio reddi poſſit. Et ſane reipſa verum eſt, & non oportet hæc in generalem regulam trahi, harmonico concentu, vel vocis vel fidium, poſſe Diabolos depelli, vimque ipſorum & furorem impediri. Sed ſervi Saulis ex uſu communis ſenſus loquuti ſunt. Fuit enim malum iſtud, quo affligebatur Saul, melancholiæ ſpecies: ut fuerit ſimillimus iis, qui in furorem verſi, quamdiu mania duraverit, obvium quemque cædere nituntur, vel præcipitem in ignem aut aquam dare: cum ſimili morbo luctari Saul viſus eſt, ſicuti pluribus deinceps audituri ſumus. Certum autem eſt, adverſus iſtiuſmodi morbos melancholicos plurimum poſſe harmonicos concentus: & afflictum animum poſſe recreari & ad tempus refici: ſed iſtud non eſt perpetuum. Vulgus vero conſuevit eandem omnibus morbis medicinam adhibere, & exiſtimat pharmacum quod adverſus aliquam morbi ſpeciem valuit, eandem vim adverſus omnes obtinere. Imo ſi quis frigidam ad nauſeam uſque bibens ex febre convaluerit, etſi exceſſu peccavit, nihilominus eadem potione depelli alios morbos poſſe ſibi perſuadebit. Atque ita fit, ut ſi experientia duorum aut trium aliquid comprobatum ſit alicui utile, qui rerum iſtarum notitiam non habent, arbitrentur omnibus naturis & perſonis idem convenire, & quod adverſus aliquem morbum profuit, idem adverſus omnes profuturum. Sane quod ad muſicam attinet, non caret ratione quod animus afflictus recreetur & reficiatur, quoniam mali apprehenſio harmonico concentu tolli poteſt, vel mitigari: at non ipſe morbus, qui non ita vinci muſica vel citharæ vel alterius inſtrumenti ſono poteſt, ut non amplius ſæviat in hominem. Ergo ex iſtis apparet, ſervos Saulis non ratione, neque conſilio, ſed ex vulgata hominum opinione conſilium iſtud Regi ſuppeditaſſe, quum ſuaſerunt, ut virum aliquem quæreret qui bene citharam pulſaret. Deus vero licet conſilio iſti felicem ſucceſſum dederit, tamen non temere imitandum eſt: quandoquidem temere Saulis ſervi illud inierunt: ut ſolent aulici ad gratiam agit tranſverſos, illudere conatibus videtur. Exempli gratia, Davidemne oportebat ut in Regiam dignitatem eveheretur citharam pulſare? an inde aliquod potuit ſperare adjumentum ad dignitatem illam conſequendam? Erat quidem inauguratus David à Samuele, venerat etiam in aulam regiam: ſed ad quid, obſecro? ut cithariſtam agat. Quis ergo non dixerit, alieniſſimum ab illa dignitate Davidem, & nullam apparere ſpem aut rationem implendæ divinæ promiſſionis? Verum Deus ita Davidem per obliquas vias deduxit, ut tamen ſuum opus perfecerit. Conſilium itaque Domini fuit per illas ambages Davidem deducere, & ad promiſſam Regiam dignitatem ſuo tempore promovere. Hanc ob cauſam ipſius citharæ vim quandam indidit, ut ex ea Saul reficeretur, ſolamenque mali reciperet, & Spiritus malus eum affligens ſedatus ſit. Atque iſta nobis ſufficiunto, ut curioſas multas quæſtiones miſſas hic faciamus, in quibus e[illegible]dandis ſeſe multi profani homines vehementer ex[illegible]cent, Muſicane & harmonici concentus, vim habeant morbos depellendi, & Satanæ inſultibus reſiſtendi: quod non perpendant illi quæ ſuperius à me dicta ſunt, Davidis cithara quidem fuiſſe Saulem recreatum, ſed Domino faciente, & vim illam intus inſpirante. Quæ ſequuntur deinceps obſervatione digna ſunt, *Miſit ergo Saul nuncios ad Iſai, dicens, Mitte ad me David filium tuum, qui eſt in paſcuis.* Quare hic paſcuorum mentionem nominatim injicit? Sane non eſt dubium quin aulicam jactantiam iſta verba ſapiant: ut ſolent Reges & Principes ſua beneficia vehementer laudare: & ſi quem in famulitium recipiant, ex quo tamen ille nihil utilitatis percipiat, beneficii tamen loco volunt haberi, & inde laudem etiam venantur. Sæpe quidem, fateor, pauperes & egenos ad dignitates evehunt, ut eorum liberalitas & munificentia prædicetur: ſed quum nobiles viros advocant, quorum ampliſſimæ ſunt opes, & magni reditus, ut quietam & lautam vitam in familiis agere poſſint, nonne opes & facultates exhauriunt, & multis incommodis objiciunt? Nam quoties qui mollibus in ſtratis poterant domi cubare, coguntur vel ſub dio, vel humi duriter, vel in ſtramine jacère, quoties Regibus terras ſuas luſtrare, & triumphos ſuos facere videtur? Et quæ alia compenſatio laborum & ſumtuum, niſi expro-

Digitized by Google

dignitate Regia gloriari & efferri, & paſcua expro- tem, in omnibus ipſi obtemperare parati ſimus, &c.

HOMILIA SEXAGESIMA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XVII.

1. Congregantes autem Philiſtiim agmina ſua in prælium, convenerunt in
Socho Judææ: & caſtrametati ſunt inter Socho & Azecha, in finibus Dom-
2. mim.
Porro Saul & filii Iſraël congregati, venerunt in vallem Terebinthi, &
direxerunt aciem ad pugnandum contra Philiſtiim.
3. Et Philiſtiim ſtabant ſupra montem ex parte hac: & Iſraël ſtabat ſupra montem ex
altera parte: valliſque erat inter eos.
4. Et egreſſus eſt inter duas acies de caſtris Philiſtinorum nomine Goliath, de Geth,
altitudinis ſex cubitorum & palmi.
5. Et caſſis ærea ſuper caput ejus: & lorica ſquamata induebatur. Porro pondus lori-
cæ ejus, quinque millia ſiclorum æris erat.
6. Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros ejus.
7. Haſtile autem haſtæ ejus erat quaſi liciatorium texentium: ipſum autem ferrum
haſtæ ejus ſexcentos ſiclos habebat ferri: & armiger ejus antecedebat eum.
8. Stanſque clamabat adverſum phalanges Iſraël, & dicebat eis, Quare veniſtis parati
ad prælium? numquid ego non ſum Philiſtæus, & vos ſervi Saul? Eligite ex vobis virum,
& deſcendat ad ſingulare certamen.
9. Si quiverit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſervi: ſi autem ego
prævaluero, & percuſſero eum, vos ſervi eritis, & ſervietis nobis.
10. Et aiebat Philiſtæus, Ego exprobravi agminibus Iſraël hodie, Date mihi virum,
& ineat mecum ſingulare certamen.
11. Audiens autem Saul, & omnes Iſraëlitæ, ſermones Philiſtæi hujuſcemodi, ſtupe-
bant & metuebant nimis.

HEſterna Concione Saulis jactationem & oſtentationem vidimus, quum Davidem à patre poſtulans, dixit, velle ad ſe mitti eum qui erat in paſcuis, ut in aulam reciperetur. Etſi vero coram hominibus vilis & abjecta Davidis erat conditio, longe tamen illi conſultius erat in domo paterna ſedere ad paſcua, quam in aula Regia cum Saule vitam agere. Cæterum hic ſuperbam illam jactationem ex contumacia & obſtinatione adverſus Deum naſci videmus: nam habebat ſatis magnam occaſionem ſeſe humiliandi, quum à malo ſpiritu ſic agitaretur: & hominum converſationem potius erubeſcendi, quam ſeſe efferendi. Næ ſuæ tegendæ turpitudini latebras quærere potius debuit, & potius ſeſe ultro Regia dignitate abdicare, quam arrogantius inſoleſcere: vel Jonathano filio tradere potius, quam apud plebem vileſcere. Sed ita ſolent quicunque Dei forti brachio reſiſtere nituntur; etſi notus illorum furor, tamen arroganter ſeſe gerere, & magnopere jactare, quaſi omnibus ſuum ingenium prodituri. Ac ſane dubium non eſt quin à Domino excæcentur, miris modis judicia ſua exerente in eos qui gloriam mundi venantur, & ambitione ac ſuperbia rumpuntur, ut ipſi ſibi dedecus & ignominiam accerſant, & omnibus odio ſint & contemtui. Cæterum ex iſtis apparet, ratam factam fuiſſe à Samuele initio latam ſententiam, fore iſtud jus Regis, ut acciperet ſubditorum liberos, & iis ad quodcunque vellet opus uteretur. Et hac ratione Deus ulciſci populum voluit, graviter lapſum quum Regem à Domino poſtulavit, libertatemque bonum inæſtimabile parvi faciens perdidit. Ac ſi fuiſſet Iſaï facta

optio,

Digitized by Google

derit. Quod quantum ſit beneficium, quantique faciendum, ſentiremus, ſi Deus à nobis auferret: quamobrem nimium magna noſtra eſt ingratitudo, quod tantam Dei erga nos benevolentiam non agnoſcimus, qua nos ab iſtiusmodi potentiorum injuriis protegit, & à nobis vim omnem & rapinas arcet, &, ne lana de dorſo nobis, ut aiunt, tondeatur, impedit. Quæri vero poteſt hoc loco, quînam David Saulis armiger factus ſit, quandoquidem ad illum uſque diem in paſcuis vitam egerat, & ad ovium ſepta ſedebat, adeo ut ad militiam inſtructus non fuiſſe videatur. Verum quæ de Davide hic dicuntur, & quæ laudes ipſi tribuuntur, ſatis oſtendunt, non fuiſſe illum adeo ruſticum & incultum, ut non fuerit excellentibus donis & virtutibus inſignis, etſi non apud omnes ipſius facta celebrarentur. Equidem & in ipſa paterna domo fateor eum fuiſſe contemtibilem, quemadmodum ante vidimus. Nam Iſaï, liberis ſuis coram Samuele ſeptem productis, Davidis nullam, quaſi ne natus quidem eſſet, mentionem fecit. Ex quo apparet, quam ſæpe hominum malitia & ingratitudine, Dei dona, licet in aliquo valde conſpicua, conculcentur & flocci fiant ab iis qui ea non tanti faciunt quanti oporteret. Nominatim enim honorificam Davidis fieri mentionem videmus, & dici fortiſſimum robore, virum bellicoſum, & prudentem in verbis, citharaque bene pſallentem. Quæ ſane non parva laus fuit Davidis: raro enim in juvenibus fortitudo cum prudentia convenit; quamobrem eo fuit admirabilior Davidis virtus, ad quam proſper etiam rerum eventus quum accederet, magnam ſane de ſe admirationem ipſum concitaſſe non mirum eſt. Neque enim iſtæ virtutes ſunt ruſticorum propriæ: quandoquidem natura timidi, agreſtes, idiotæ ſunt, & fortitudine, prudentia, conſilio, induſtria & cæteris iſtiusmodi virtutibus non ſunt prædıti, quibus aulici plerumque & alii homines inſignes ſunt. Præterea qui conſilio pollent, & juri dicundo præſunt, non ſunt plerumque audaces neque ad arma tractanda habiles, ſed ratione & conſilio inſignes. Quin & multos viros bonos videas tamen non eſſe induſtrios: ex quibus fit nobis conſpicuum, Deum extraordinarie Davidem iſtis virtutibus exornaſſe: quæ tamen in illo, quamdiu ad paſcua ſedit, quodam- [illegible] contra Dei voluntatem illos oportet exſpectare, & ſeſe totos ipſi regendos permittere, neque, ſi Domino videatur dona, quæ in illos contulit, ad tempus occultare, ideo animum deſpondere. Neque enim, ut ait Propheta in Pſalmis, dignitas venit à virtute cœli, neque terræ, neque ab Oriente, neque ab Occidente. Deus igitur ſolus homines extollit vel deprimit prout ipſi videtur, & in ea dignitate, quæ ipſi placet, elatos collocat. Cæterum etiam hinc obſervandum, Deum hac ratione viam feciſſe conſiliis ſuis ad finem deducendis, de Davide in illam dignitatem, ad quam unctus fuerat, evehendo. Sane fateor, prima fronte non videri muſicam iſtam, & citharam pulſandi ſcientiam, fuiſſe viam ad coronam, verum tamen exitus fidem facit, Deum admirabili ſua providentia uſum hac via ad id perficiendum. Itaque vel ipſo Saule promotore, licet præter ipſius mentem, Deus uſus eſt. Neque enim, ſi ſciviſſet ſucceſſorem ſibi deſignatum Davidem, ultro in aulam hominem advocaſſet, neque gloriam illum acquirere permiſiſſet, ſed potius pro viribus eripere vitam illi quacunque ratione conatus fuiſſet. Nam & infra viſuri ſumus Saulem ira & furore percitum, ubi Davidem animadvertit gratia valere apud homines, manum inferre ipſi & trucidare propria manu, ſine occaſione tamen, fuiſſe conatum. Quare inſcius rerum futurarum Davidem ad ſe in aulam vocavit, & apud ſe retinuit: ſed ſpe ſua excidit & longe opinione falſus eſt. Verum Deus eum ad hoc impulit, ut hominum corda poteſt pro ſuæ voluntatis arbitrio flectere & regere: & quemadmodum aquarum decurſus regit & moderatur, ita Regum & Principum corda movet, quæ licet videantur ſummis fluminibus vel mari magno ſimillima, Deus tamen vel immota facit, vel in hanc aut illam partem inflectit. Conſpicuum iſtud eſt exemplo Saulis, apud quem David educatur, ipſi Regi, dum malo Spiritu affligeretur, ſolatium cantu citharæ adferens: & ita fit ipſius virtus & prudentia omnibus conſpicua, ut ita paulatim ad hominum aures ipſius fama perveniat, & gratiam illorum ſibi conciliet. Nihilominus tamen hominum malitia magnopere Davidem exercuit. Nam etſi Deus illum iſtis virtutibus commendaſſet, & auctoritatem illi conciliaſſet, & jam in poſſeſſionem regni

tute tamen; nam alius Rex Hieroſolymorum, alius Cypri, alius alterius cujuslibet regni vocabitur: qui ſane tituli ſunt inſignes, ſed ſine re. Cur non enim regna, quorum titulis gloriantur, repoſcunt? Contra David, etſi vilem & abjectam vitæ conditionem initio ſortitus, nullis clarus, niſi opilionis, titulis: virtutibus tamen ſummis claruit, ut omnibus fuerit admirationi, licet pauci virtutes illas in ipſo agnoſcerent & laudarent: neque tamen ideo majores animos ſumſit, aut quicquam eſt aggreſſus, etſi jam Rex fuiſſet à Domino deſignatus. Quare pro inanibus illis titulis, quibus plerique gloriantur, Dei gratiam magis expetamus, ut reipſa teſtatum faciat donorum in nos effuſione, nos illi gratos & acceptos eſſe, & ad munus, ad quod ipſi placuit, vocatos. Sequitur deinceps renovatum bellum à Philiſtæis adverſus Iſraëlitas, quos illi ultro, non laceſſiti neque provocati, aggreſſi ſunt: & in tribum Juda impetum fecerunt, in eaque caſtrametati ſunt. Magna quidem illi clade cæſi fugatique fuerant, ut nunquam viderentur exercitum redintegraturi: quare novum & inſolens illud videbatur, quod non modo rebellant, ſed ultro victores antea Iſraëlitas invadunt. Magnopere ſuis viribus confiſos oportuit: nam unde tantos animos ſumerent, quum antea tot hominum millia ex ipſis cæſa fuiſſent? quomodo jam denuo præliaturi tantum exercitum colligere potuerunt, & tanta audacia Iſraëlitas aggreſſi ſunt? Næ Deus rejecto Saule, fecit illis animos, quoniam, ut ante diximus, Deus hominum corda regit: ac proinde qui modo magno & excelſo animo nihil extimeſcebat, repente in ignaviam & timiditatem incidit. Contra vero, qui antea timido, humili, demiſſo, fractoque animo nihil audebat, repente magnos & elatos animos gerens, quælibet ardua leonina quadam ferocia ſuſcipit, & in ſui admirationem omnes traducit. Tali audacia Philiſtæos Deus excitavit, ut coacto exercitu populum Iſraëliticum ultro aggrederentur, belloque laceſſerent, & regionem ipſorum invaderent: & hoc potiſſimum ut Saul puniretur: in cujus punitionis partem populum etiam venire oportuit. Ea ſunt enim divina judicia, ut nonnunquam populus pro Regis delicto veniat in partem pœnæ: nonnunquam contra Reges etiam plectantur, immiſſa in plebem calamitate: quod mirum videri non debet, quandoquidem non ſunt populi innocentes, & omni culpa vacui, quum Reges peccant, & puniuntur. Sic videmus hoc loco Saulis regnum à Domino fuiſſe maledictum, & populum etiam dignum fuiſſe qui gravibus pœnis mulctaretur, quod à Samuelis obedientia ſe ſubduxiſſet, quem tamen ipſe Deus ipſi præfecerat, ſuumque veluti Legatum inſtituerat. Equidem vero fateor, Dei bonitatem tantam maliipſius clementiæ & manſuetudinis habemus: quæ tamen gravitate pœnæ compenſetur in eos qui patientiam ipſius novis peccatis provocarint. Cujusmodi exemplum hic populus nobis præbet, adverſus quem Philiſtæos rebellaſſe, & bellum renovaſſe conſpicimus: & caſtra fuiſſe metatos in media tribu Judæ conſpicimus. Interim tamen omnis hic apparatus videtur Davidem adjuvare, & rebus ipſius magnum pondus adferre: quandoquidem adverſus Goliathum, immanem illum gigantem, ultro prælium ſolus aggreditur. Sed quam impari certamine! Næ veluti ſi muſca elephantum, vel formica taurum vel aliquam ſimilem feram laceſſeret. Quis ergo vel mente cogitaret Davidem hac via perventurum ad ſummam dignitatem? Sed Deus ita ſolet opera ſua perficere modis admirandis & nobis incomprehenſibilibus: itaque quem vult attollere, deprimit: & quem vivificare, occidit, ut ſacram Scripturam paſſim loqui videmus. Atque ita fiunt ejus opera notiora, quæ alioquin parvi facerent homines, ſi modo quodam ordinario & via generali quadam operaretur: ac proinde auctor non agnoſceretur, neque ipſi gloria debita tribueretur: ſed fortunæ potius adſcriberentur. Sane quum ex arbitrio noſtro res ſuccedunt, certum eſt, nos non ad Deum uſque aſſurgere, ut auctorem laudemus: neque tam alte oculos attollere, ut ejus virtutem, quæ tamen in illis ſeſe patefacit, apprehendamus: quamobrem oportet Deum contra noſtri judicii & rationis ſenſum operari, ut ejus manum agnoſcamus. Exempli gratia, ſi David in Regiam dignitatem admiſſus fuiſſet, nunquam debellato Goliatho, Dei gratia longe fuiſſet obſcurior. Sed quum certamen illud impar aggreſſum, & velut in immenſam abyſſum immerſum, Deus facit emergere, & victoriam inſignem ipſi de hoſte concedit: quum, inquam, gigas, & quidem ſic omnibus armis inſtructus, & in re militari exercitatus, ut rupes quædam aut propugnaculum videretur, à Davide ſuperatur, & eo juvene, & inermi, niſi quod aliquot lapillis in pera paſtorali ſumtis, funda turrem illam & propugnaculum evertere conatus eſt. Nam ipſius gigantis ſtaturam & armaturam attendite, *erat altitudinis ſex cubitorum & palmi, Et caſſis ærea ſuper caput ejus: & lorica ſquamata induebatur. Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros ejus.* Quibus vero contra munitus armis erat David? Næ, nudus & inermis adverſum tam bene armatum gigantem progreditur, exceptis paucis lapillis & funda. Quæ quidem profecto nugæ potius quam ſerium certamen videri poſſent. Sed hinc major oritur occaſio divinæ virtutis & potentiæ prædicandæ: & præparatio quædam ſeu proludium ad Davidem celebriorem faciendum, donec in regni poſſeſſionem veniſſet:

innatum nobis ſtuporem, quo ſit, ut non quidem omnino ſimus illorum ignari, ſed diligentius illa perpendamus: & Dei opera, in quibus meditandis noſtrum ſtudium collocare deberemus, non conſideremus. Ita ſolet ſacra Scriptura ſtuporem hominum carpere, quum ait, non fuiſſe diligentes in perpendendis divinis operibus. Agnoſcamus itaque hanc nobis innatam ſocordiam, ut Dei judicia non modo non attente, ut decet, conſideremus, & ex iis ad ſalutem aſpirare, & ipſius iram metuere diſcamus, ſed contra repente effluant, & ex illis nullam utilitatem percipiamus. Hinc factum, ut populus Iſraëliticus non animadverterit Saulis ſtuporem à divino judicio manare: & omnes obſtupuerint, Deo licet non dubia ſigna vindictæ ſuæ demonſtrante adverſus Regem Saulem, ita ut illa non ante perſpexerint, quam illi alium ſurrogaſſet. Magnam autem metus occaſionem oblatam populo, certum eſt, non tantum quod Goliath ille gigas provocaret Iſraëlitas ad ſingulare certamen, ad cujus ſolum conſpectum omnes horrebant, ſed etiam quod veriſimile ſit Philiſtæorum exercitum fuiſſe numeroſiſſimum, quum antea viderimus Philiſtæos in exercitu habuiſſe triginta millia curruum, & ſex millia equitum, pedites vero tanta multitudine, ut eſſent ſicut arena, quæ eſt in litore maris. Nunc itaque, quum redintegrarint exercitum, veriſimile eſt, ingentes illos ſecum copias duxiſſe, ut non immerito populus ſit attonitus & obſtupefactus. Accedebat ad metum illum & ſummum dedecus & contumelia, quum ad ſingulare certamen provocantur, & ludibrio habentur phalanges Iſraël, gigante illo proponente ipſis iniquas leges certaminis, his verbis, *Quare veniſtis parati ad prælium? numquid ego non ſum Philiſtæus, & vos ſervi Saul? Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen: ſi quiverit pugnare mecum, & percuſſerit me, erimus vobis ſervi: ſi autem ego prævaluero, & percuſſero eum, vos ſervi eritis, & ſervietis nobis.* Sane vehementer illos oportuit iſtis exprobrationibus commoveri, & tantam hominis jactantiam gravius & iniquius ferre, quam ipſum mortis periculum: quum præſertim nullus in toto Iſraëlitarum exercitu ſeſe ad certamen adverſus gigantem illum jactabundum offerret. Et ſane quis non illius aſpectum horreret, quem ex circumſtantiis ſingulis, quæ hic deſcribuntur, horrendum fuiſſe apparet? Nam quis non ad tam enormis ſtaturæ aſpectum & tales minas totus cohorreſcat? adde univerſam ejus armaturam, galeam æream, loricam ſquamatam, cujus pondus erat quinque millia ſiclorum æris, clypeum, ocreas æreas, & reliqua, quæ fidem omnem ſuperare videntur. Denique Goliath videtur eſſe inſtar rupis cujuſdam, ad quam accedentes in bus, etſi viri fortes videamur, facillime debellemur. Quod ſi adverſus homines pugnandum erit, etſi pauci ſint, Deus tamen permittet, ut cum ſummo dedecore in ipſorum poteſtatem veniamus: denique incognitis nobis rationibus ſic caſtigabit, ut nulla nos humana præſidia juvent, non Reges, non Principes, licet in bellis exercitati, non propugnacula, nulla denique vis humana poſſit adverſus Dei furorem auxilium ferre. Quapropter ex iſtis retineamus, metum illum ingentem Iſraëlitarum fuiſſe juſtam à Deo inflictam punitionem. Namque fuerant audaciores, quando & ubi non oportuerat: quare nunc Deus oſtendit, quid illis tanta illa audacia profuerit, quæ non modo repente effluxit, ſed etiam metus ingens illos occupavit, ut neque vires, neque conſilium, quo ſe tuerentur, haberent; ſed tanquam ſemimortui ad ſuorum hoſtium conſpectum obſtupuerint, & animum illis reſiſtendi, licet viribus ſatis inſtructi, non habuerint. Sed malum longe gravius iſtis omnibus acceſſit, turpis illa gigantis gloriatio de populo ſubjugando cum Dei ipſius contumelia conjuncta. Næ ſi in ſolum populum dedecus recidiſſet, parum id fuiſſet: ſed quum impius ille gigas in ipſum Deum viventem inſurgat, quaſi populum, quem in ſuam clientelam receperat, tutari non poſſet, nec è ſuis manibus eripere, quis vere pius & religioſus homo non magnopere animo commoveretur? Verum enimvero maximam populi partem adeo ſtupidam videmus, ut iſtis non afficiatur: quos contra graviter commoveri oportebat. Sic pios & religioſus viros conſpicimus, etſi dedecore & ignominia appetantur, non tamen propriis injuriis tantopere affici & commoveri, quam quum Dei contemtum animadvertunt: ſic audimus conquerentem in Pſalmo Prophetam, & vehementer ſe excruciantem, quum improborum voces illas audiret, *Ubi eſt nunc ille Deus veſter, cur non vos ſervat nunc?* Atque huc impietatis devenerat profanus ille Goliath, qui non tantum res creatas aggreditur & contumeliis afficit, ſed in ipſum Deum viventem, qui adorabatur in Iſraële, eſt injurius & contumelioſus. Ac ſane certum eſt, Deum aliquando permittere, ſuum nomen blaſphemari propter eos, qui profitentur ſe ipſius populum & hæreditatem. Et impii, ut impelluntur à Diabolo, quærunt in nobis occaſionem fremendi adverſus Deum, & adverſus eum inſurgendi, & ſacroſanctum ipſius nomen contumeliis proſcindendi. Atque, proh dolor! nimium frequentia ſunt hoc ſeculo iſtorum exempla. Nam quoniam Euangelii reformationem profitemur, nonne, quotquot Euangelio reſiſtunt, & ſuam idolomaniam & ſuperſtitiones pertinaciter tuentur,

ſemper

Digitized by Google

inter incredulos, quid amplius adverſum me po-teſtis? Næ iſte cumulus eſt impietatis, quum propter vitia & peccata veſtra profanis occaſio datur nomen meum blaſphemandi. Quamobrem exemplum iſtud eſt diligenter notandum. Nam etſi hodie Goliath non vivit in terris, multos tamen ſucceſſores & illius ſimiles ætas noſtra progenuit, plenos arrogantia & ferocia, qui nullum finem faciunt Deum ipſum & verbum ipſius veluti cornibus impetendi. Diſcamus itaque vitam noſtram tam integre & ſincere inſtituere, ut improbis os claudatur, & confuſione operiantur, ne nobis Euangelii profanatio & contumelia merito poſſit imputari. Sane fateor improbos non propterea finem facturos adverſus Deum blaterandi, & nomen ipſius diſcerpendi, ſi poſſint, & verbum ipſius blaſphemis vocibus proſcindendi, licet nullam ipſis occaſionem præbuerimus: ſed, ſi fiat, erimus extra culpam, & tandem etiam Deus in illorum capita blaſphemas illas voces & contumelias derivabit,& in graviorem condemnationem præcipites dabit. Danda igitur nobis opera, & in hoc ſummis viribus incumbendum, ut omnem occaſionem captantibus adimamus, Pauli Apoſtoli præceptum hac in re ſequentes, &, quandoquidem Euangelii doctrinam vitæque ſanctimoniam profitemur, reipſa nos tales, quales haberi volumus, exhibeamus. At ſi vero, Dei gratia, ſic vixerimus ut nullam iſtis Dei contemtoribus blaſphemandi divini nominis occaſionem dederimus, & hujus criminis rei fieri non poſſimus, dolendum tamen eſt ex animo, & vehementibus gemitibus lugendum, quum impiorum tam effrenem eſſe contumaciam audimus, ut Dei nomen veramque religionem contemnant, & blaſphemis vocibus proſcindant. Hic intueamur boni illius Ezechiæ Regis exemplum, qui, quum ad ſuas aures perveniſſent Rabſaces illius inſanæ voces, quibus Deum vivum irridebat, dicens, illum non potentiorem fore adverſus Dominum ſuum Sancheribum Diis aliarum gentium: licet bonus ille Rex ſciret id ſua culpa non contigiſſe, & conſcientia ipſi teſtaretur apud Deum & ipſius Angelos, virtuti ſuæ potius quam vitio tribui quæ objiciebantur, tamen ſciſſis veſtibus coram Domino teſtatus eſt, quanto divinæ gloriæ zelo arderet. Illius nos zelum & fervorem decet imitari: Deoque ſua relinquere judicia, qui blaſphemos illos ſuo tempore tandem eſt ulturus, & graviſſimis pœnis puniturus. Licet vero Deus improbos & blaſphemos ulciſcatur ſuo tempore, & in ipſorum capita blaſphemias omnes derivet, & fideles ſibi bene conſcii ſint nullam ſe iſtis occaſionem dediſſe tanti contemtus divinæ Majeſtatis, nihilominus tamen debent vehementer affici perditorum illorum hominum blaſphemiis, divinique Numinis vindictam horrere. Ideo juſti jubentur

buiſſe, & cum ignominia & ſummo contemtu ad ſingulare certamen provocaſſe. Quod vero deinceps Saul dicitur ad iſtos Goliathi clamores obſtupuiſſe, & totus cum ipſo populus, demonſtrat quod ante diximus, recedente Spiritu Domini ab ipſo, nullas ejus fuiſſe amplius vires, quandoquidem propter ingratitudinem Dei donum ei fuerat ademtum. Nam ſi quæ in ipſo virtus, ſi quæ fortitudo fuiſſet, millies potius mortem oppetere debebat, quam ferre tot blaſphemis vocibus Dei nomen lacerari, & dedecore affici. Sed attonitus hæret cum toto populo pariter obſtupefacto. Jonathani quidem magnos animos ante vidimus, ſed jam etiam obſtupefactus non prodit ad certamen, ſed ſeſe cum reliquis intra caſtra metu continet. Neque propterea reprobatum ipſum à Deo dixerimus, niſi quod Davidi Regiam dignitatem ceſſit: & quidem ultro, quod manſuetus & placidus Dei voluntati reſiſtere noluerit. Ille vero, ut ante diximus, ſua fortitudine uſus, agnovit tamen, Dei potentiam non eſſe poſitam in militum multitudine & robore: quare ergo nunc iſta non revocat in memoriam? cur non adverſus Philiſtæum Dei virtute fretus certamen ſuſcipit, & toti populo ſpem bonam & animos facit? Verum in ipſo, ut aiunt, capite malum hærebat, ex quo in totum corpus effundebatur: & quod Saulem Deus condemnaſſet, regnoque abdicare decreviſſet, ipſius judicium in univerſum etiam extendi populum oportebat. Pariter etiam apparet, populum nullo Dei gloriæ ſtudio fuiſſe affectum, ſed attonitum & obſtupefactum hæſiſſe. Verum enimvero ſi de ſuis viribus diffidebant Iſraëlitæ, nonne Dei favor ipſis paratiſſimum erat ſubſidium? Cur non igitur ad Deum precibus ardentiſſimis confugiebant? Sed Dei non meminerant, metus illorum mentes occupaverat, itaque de remedio adverſus tantum malum non cogitaverunt. Ex quo apparet, Deo Spiritum ſuum ab hominibus ſubtrahente, non modo deſtitui illos conſilio & viribus ad reſiſtendum hoſtibus, ſed ne cogitare quidem de remedio: nempe, non meminiſſe, Deum ſatis potentem ad ipſos protegendos & invincibiles efficiendos, & promtum ad eos exaudiendos qui ſeſe in ipſius clientelam recipiunt. Sed miſer iſte populus nihil niſi metum & terrorem concipit viſo Goliatho, Deique interea non meminit: aut ſi meminit, tamen ad ipſum precibus non confugit. Ex quibus diſcimus, tanto ſtudioſius in Deum ſenſus omnes noſtros conjicere, & ardentius ipſum precari, ut nos in ſuam clientelam recipiat, & in omnibus rebus adverſis imperterrito & conſtanti animo gratiam perſeverandi largiatur: certo perſuaſis, Deum nos ex omnibus periculis mortis eruturum, etſi mille mortes nos undique circumdederint, ut loquitur Propheta in Pſalmis.

Itaque

Digitized by Google

12. David autem erat filius viri Ephratæi, de quo ſupra dictum eſt, de Bethlehem Juda, cui nomen erat Iſaï, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul ſenex, & grandævus inter viros.

13. Abierunt autem tres filii ejus majores poſt Saul in prælium: & nomina trium filiorum ejus qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus, & ſecundus Abinadab, tertius quoque Samma.

14. David autem erat minimus. Tribus ergo majoribus ſequutis Saulem,

15. Abiit David, & reverſus eſt à Saul, ut paſceret gregem patris ſui in Bethlehem.

16. Procedebat vero Philiſtæus mane & veſpere, & ſtabat quadraginta diebus.

17. Dixit autem Iſaï ad David filium ſuum, Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos.

18. Et decem formellas caſei has deferes ad tribunum: & fratres tuos viſitabis, ſi recte agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce.

19. Saul autem, & illi, & omnes filii Iſraël in valle Terebinthi pugnabant adverſus Philiſtiim.

20. Surrexit itaque David mane, & commendavit gregem cuſtodi: & onuſtus abiit, ſicut præceperat ei Iſaï: & venit ad locum Magala, & ad exercitum qui egreſſus ad pugnam vociferatus erat in certamine.

21. Direxerat enim aciem Iſraël: ſed & Philiſtiim ex adverſo fuerant præparati.

22. Derelinquens ergo David vaſa quæ attulerat, ſub manu cuſtodis ad ſarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat ſi omnia recte agerentur inter fratres ſuos.

23. Quumque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpurius aſcendens, Goliath nomine, Philiſtæus de Geth, de caſtris Philiſtinorum: & loquendo eo hæc eadem verba, audivit David.

24. Omnes autem Iſraëlitæ, videntes virum, fugerunt à facie ejus, timentes eum valde.

25. Et dixit unus quiſpiam de Iſraël, Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandum enim Iſraëli aſcendit. Virum ergo qui percuſſerit eum, ditabit Rex divitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum patris ejus faciet abſque tributo in Iſraël.

26. Et ait David ad viros qui ſtabant ſecum, dicens, Quid dabitur viro qui percuſſerit Philiſtæum hunc, & tulerit opprobrium de Iſraël? Quis eſt enim hic Philiſtæus incircumciſus, qui exprobravit acies Dei viventis?

27. Referebat autem ei populus eundem ſermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percuſſerit eum.

28. Quod quum audiſſet Eliab frater ejus major, loquente eo cum aliis, iratus eſt contra David, & ait, Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas illas oves in deſerto? Ego novi ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia ut videres prælium, deſcendiſti.

29. Et dixit David, Quid feci? numquid non verbum eſt?

Digitized by Google

conditionis meminerit, laudabilis ſane virtus etiam eſt. Tertia quædam ad iſtas accedit virtus, longe illis ſuperior, quum nulli honores, nulla dignitas hominem à ſobrietate & modeſtia poteſt dimovere: ſed potius ex illis agnoſcit, ſe à Deo in eam dignitatem evectum explorari, & ad modeſtiam erudiri: ac proinde ſi de dignitate dejici & parvum fieri contigerit, ſua conditione gaudet, & priſtinam dignitatem facile obliviſcitur. Profecto ſiquis æquo animo tantam mutationem ferre didicit, ut licet in auctoritate collocàtus, tamen modeſtiam colat, & ſi abjectam conditionem vitæ ingreſſus ſit, non ægre ferat: ſed quæcunque vitæ ratio fuerit, ſive dives, pauperis animum retineat, ſive pauper, ne opes affectet, & quæcunque mutatio contingat, patienter caſus omnes ferat, magnum illum ego virum, & inſignibus virtutibus eximium judico. Hanc virtutem coluiſſe Davidem ex hoc loco fit conſpicuum, ubi audimus ipſum poſtquam factus fuiſſet Saulis armiger, & in gratia eſſet apud Saulem, reverſum tamen in domum paternam, & ad ovium paſcua, & ruſticam vitam egiſſe. Nullæ illum ſane deliciæ aulicæ, nulla pompa retinuit, quin ad ovium ſepta reverteretur, quaſi nunquam ab illis receſſiſſet. Certum eſt enim quæ hoc loco recenſentur contigiſſe ex quo David in Saulis aulam advocatus fuerat, & gratia multum apud proceres valebat. Fidem hujus rei faciunt, expreſſa textus verba, quibus dicitur David à Saule abiiſſe, & reverſus eſſe ad paſcendas oves: & deinceps etiam videbimus illum fuiſſe iſtius dignitatis participem. Nam ſi, antequam in Regiam aulam vocatus fuiſſet, Goliathum ad certamen provocaſſet, & ſuperaſſet, quærentibus ſervis Saulis quendam qui coram ipſo, quum à Spiritu malo vexaretur, citharam pulſaret, & David vocatus eſſet, nonne ex ſignis iſtis fuiſſet agnitus, Eum nimirum eſſe juvenem illum qui Goliathum gigantem ſingulari certamine viciſſet? Sed quum primum ad Saulem venit, tanquam ignotus, & nunquam antea viſus, eſt adductus. Verum tamen quædam hic oritur non parva difficultas. Nam paulò poſt videbimus, Saulem de Davide, quum ſe ad ſingulare certamen offerret, inquiſiviſſe quis eſſet, quaſi nunquam eum antea conſpexiſſet: & à victoria reverſum quæſiviſſe ex Abnero, unde genus adoleſcens ille duceret, quaſi nulla unquam de ipſo apud Regem facta eſſet mentio. Verum ex eo fit conſpicuum, Saulem non modo perturbata mente fuiſſe, ſed etiam ſtupida & hebeti: & à Deo ſic in reprobum ſenſum fuiſſe conjectum, ut ne inter homines quidem diſcerneret eos quorum utebatur ordinario miniſterio. Cæterum Davidem hic animadvertimms è domo paterna vocatum, ut coram Saule pulſans citharam, eum à Spiritu malo recrearet, quem Deus Saulem caſtigaturus immiſerat, proponitur, ut Davidem imitari ſinguli pro viribus ſtudeamus. Quandoquidem enim figura fuit Domini noſtri Jeſu Chriſti, certum eſt, toti Eccleſiæ proponi exemplar imitandum, ut virtutes illæ quibus fuit inſignis, nos quales eſſe debeamus erudiant. Quare quum Davidem audimus, Regi licet gratum & acceptum, tamen ad lares patrios reverſum, ut ejus Saul amplius non meminerit, inde diſcimus comprobari experientia vulgatum iſtud dictum, Regum miniſterium non eſſe hæreditatem: & eum qui ad ſummum aliquem dignitatis gradum in aula pervenit, momento poſſe excidere. Nempe Deus homines ita ſolet nonnunquam exercere, ne iu rebus iſtis terrenis collocatam ſuam felicitatem putent: nonnunquam vero caſtigare temerariam & ſtultam opinionem eorum, qui ad honores ſummos evecti, montes aureos ſibi pollicentur, & ſe homines eſſe non meminerunt, excæcante illos honorum ſplendore. Deum itaque tantam arrogantiam oportet reprimere & coërcere. Cæterum hic in genere retinendum quod pulchre docet Salomon, ſub cælo tot tantaſque mutationes & converſiones fieri, ut qui hodie ditiſſimus, cras futurus ſit pauperrimus: qui ſummum dignitatis occupat faſtigium, perendie ſit inter infimæ còndítionis homines habendus, Deo pro arbitrio ſuo miſeros mortales caſtigante & exercente. Quare cavento qui ſedent ad rerum gubernacula, ne ſupra modum efferantur: ſed ſuæ conditionis memores, diligenter munus ad quod vocati ſunt exercento: & perſuaſi ſunto, Deum, auctorem iſtarum dignitatum, eaſdem gratas habere, & in hunc finem inſtituiſſe, ut proximis quiſque in ſua vocatione ſerviat, ut nulla tanta ſit dignitas quæ non teneatur proximis inſervire, ſi ad dignitatem illam vocatus officio fungi velit. Deinde & dejici & deprimi diſcunto, quoties Deo videbitur: neque conditionis mutationem ægre ferunto, neque, ſi Deus illos in humili conditione eſſe velit, animum deſpondento. Sed forti præſentique animo ſunto, quicunque caſus acciderit: quod fiet ſi humilitatem ſectentur, & in ſua vocatione modeſte ſe contineant. Et de Davidis exemplo hactenus: ſequitur deinceps, illum fratrum fuiſſe minimum, quum octo eſſent: & iis verbis magis commendatur erga Davidem Dei gratia, quem etſi nulla præ fratribus ſpecie externa commendabilem, tamen ipſis antepoſuerit. Et quidem hic tres ipſius fratres majores natu nominantur ad bellum à patre miſſi, ut appareat vel ipſius patris judicio Davidem parvi factum fuiſſe. Nonne vero tamen ipſe pater de Dei voluntate per Samuelem certior factus fuerat, electum à Deo Davidem, & Sauli ſucceſſorem deſignatum? quid ergo ipſum tantopere deſpicit & rejicit? Nam fere fit ut ſiquis pater in liberorum aliquo notam quandam futuræ virtutis, &

con-

Digitized by Google

[illegible], qua humana industria, quibus conſiliis Davidem momento de humili & abjecto Regem factum dicemus? An rebus præclare geſtis? an hominum gratia & favore? an ipſius patris conſiliis, qui à Samuele regnaturum olim acceperat, & proinde ad illos honores viam ipſi fecerit? Minime gentium. Nam quum Deus per Prophetam prædixit, ſe deſignare Davidem Regem: tum videtur factus eo remotior & alienior. Quare hic in primis conſideranda Dei providentia præter admirabilem bonitatem: ſunt enim hæc omnia præter hominum opinionem geſta, & humano captui incomprehenſibilia. Ecce enim Goliathus exercitum Iſraëlitarum laceſſebat & ad ſingulare certamen provocabat: cujus clamoribus adeo ſunt obſtupefacti totius exercitus animi, ut omnino conciderint, & fractis viribus jamjam ſine prælio videantur in Philiſtæorum poteſtatem venturi: tanta fuit iſtius gigantis gloriatio, quum nullus adverſus eum auderet prodire. Res itaque deploratæ videbantur, & ultimo eſſe loco. Interim vero ubi erat David? Oves in paſcuis vel in ſtabulis curabat: quare longe à Goliatho remotus populo ferre auxilium non poterat. Sed eum pater, rerum futurarum inſcius, ad fratres viſitandos in caſtra mittit: ſola illum cura filiorum exercet, valeantne, & quid rerum agant: itaque victum & opſonium ad aliquot dies perferri jubet. Sed interim David quaſi Dei manu in caſtra deducitur: neque enim iſta fortuito contigerunt: ſed admiranda & incomprehenſibili Dei ſapientia geſta ſunt: cæcutientibus interim hominibus, divinorumque conſiliorum prorſus ignaris. Deus ergo Davidem arcano ſuo conſilio ducit in caſtra, exitum quem deinceps audituri ſumus habiturum. Non ergo abs re hic repetitur Iſaï habuiſſe octo filios, quorum minimus erat David, & quidem in agris paſcens oves, & abjectiſſimus in domo paterna. Sed Deus illum in caſtra venire vult. Qua vero occaſione? Næ ad fratres miſſus à patre, de opere divino, quod ſequutum eſt, non cogitabat. Sed Deus ita ſolet opus ſuum promovere, ut nobis inſtrumentis utatur ad conſilii ſui impletionem, illius tamen ignaris. Ac proinde laudi duci nobis non debet quicquid à nobis perficitur. Sed ſuam potentiam Deus ita patefacit, quum noſtra opera utitur, ut licet prorſus divini conſilii ignari, tamen faciamus quæ ne cogitatione quidem exiſtimaviſſemus poſſe contingere. Sane David non veniebat in caſtra ea mente, ut tam inſigne facinus, apud omnes ætates ſummis laudibus efferendum, faceret, populum

genter animadvertamus, Deo volente noſtris laboribus benedicere, & uti noſtra opera ad Eccleſiæ ſuæ commodum, & ad ſui nominis gloriam, non offerri nobis ullam occaſionem gloriandi, & nos efferendi, ſiquidem operis primordia & primi motus non à nobis proficiſcuntur: ſed potius agnoſcendum, nos omnia Deo accepta referre debere, à quo tanquam cæci deducti ſumus: ac proinde non noſtris viribus, non induſtriæ noſtræ, quicquid laude dignum à nobis geſtum eſt, attribuendum, ſed uni Deo gloriam omnem tribuendam. Hæc itaque meditemur in illorum verborum expoſitione, Davidem veniſſe in caſtra, nullum alium in finem quam ut fratres viſitaret, ipſorumque ſtatum patri referret: ac proinde fuiſſe futurorum ignarum, quæ tamen Deus noverat & ipſum ad illa perficienda deducebat, cujus rei deinde fidem fecit exitus. Porro ſequitur, patrem miſiſſe filiis qui in caſtris erant, ephi polentæ, puta ad pultem conficiendam, quod, quum in tabernaculis eſſent, non facile carnes, aut piſces, aut aliud tale opſonium nanciſci poterant. Et præterea quod in illis Orientalibus regionibus longe major ſervaretur ſobrietas quam in quibus vivimus. Et iſtud etiam hodie videre licet in Turcis, qui parvo contenti vivunt, quum aliis, qui aliter aſſueverunt, multum opſoniorum vix ſufficiat. Ergo ex regionis illius more Iſaï filiis mittit aliquantulum polentæ, cum decem panibus: quibus adjicit decem formulas caſei ad tribunum deferendas, vel decem recentes ac molles caſeos, vox enim Hebræa ambigua eſt, & pro formulis, vel pro mollibus caſeis accipi poteſt: & malim de mollibus caſeis intelligere, ſed parvulis & non magni pretii. Deinde fit mentio pignorum: quum ait Iſaï, Pignora eorum tolles: quod varie ſolet exponi: alii enim de ſymbolo accipiunt, quod ſolebant accipere ne viderentur exploratores in caſtris. Alii pignora intelligunt, quæ dederant fratres, ut jubeat Davidem ſolvere quod mutuo acceperant, & pignora ad ſe referre. Sed non ſunt iſta tanti momenti ut ſit in illis diutius immorandum: conſuetudo tamen iſtius populi eſt obſervanda. Nam ex iſtis apparet populum ſuis ſumtibus militaſſe: quæ non parva fuit tentatio: ſiquidem Deus promiſerat illos terram illam inhabitaturos placide & quiete quam ipſis dabat: ſed magna cura & ſollicitudine coguntur domi vivere & parce: ut poſſint iis qui in caſtris erant victum & annonam ſuppeditare. Verum oportebat ipſos agnoſcere ſe datam ſibi libertatem ſuo vitio perdidiſſe. Et debent iſta diligenter à nobis in

ſæpe foris ab hoſtibus laceſſitos, & prædæ ac rapinis expoſitos, & in ancipiti ſtatu fuiſſe, aliis adverſus hoſtes præliantibus, aliis vero domi victum & annonam ipſis procurantibus: diſcamus nosipſos intueri & explorare, noſtrarumque afflictionum cauſam peccata noſtra eſſe agnoſcamus. Hinc enim faciendum exordium. Deinde patienter feramus à Deo noſtram patientiam & obedientiam explorari, ac in ipſius timore ſemper ambulemus, licet per ignes & aquas multa pericula immineant, & multæ calamitates nobis paratæ videantur. Poſtquam vero David in caſtra veniſſet, & de fratrum ſtatu inquireret, ecce auditur tumultus ad arma concurrentium, & ſe ad pugnam utriuſque aciei parantis concurſus, *& apparuit vir ille ſtans inter duas acies, aſcendens, Goliath nomine, Philiſtæus de Geth, de caſtris Philiſtinorum: & loquente eo, audivit David. Omnes autem Iſraëlitæ, quum vidiſſent virum, fugerant à facie ejus, timentes eum valde. Et dixit unus quiſpiam de Iſraël, Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad exprobrandum enim Iſraëli aſcendit. Virum ergo qui percuſſerit eum ditabit Rex divitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum patris ejus faciet abſque tributo in Iſraël.* Sane audiebant quidem omnes gigantis provocationem, ſed alii alios intuebantur attoniti: nullus audebat prodire ad inæquale certamen, ſed metu perculſi, & deſpondentes animum, diffugiebant. Sed David ſermonem excipiens, ait, Ecquis vero iſte eſt incircumciſus, qui exprobravit aciem Dei viventis? Hic in primis obſervandum quod ſuperius attigimus, Deum ita proſtraviſſe animos populi, ut nulla Saulis, nulla Jonathani, nulla denique ullius in toto exercitu virtus & fortitudo fuerit, etſi fuit numeroſus. Antea tamen Jonathani fortitudinem audivimus, qui auſus etiam fuerat Philiſtæorum cohortem ſolo armigero comitatus aggredi, ut temeritas potius quam fortitudo dici debere videretur. Nam quis fortitudinem dicat, quum ſe in evidentiſſimum periculum aliquis conjicit ſine ſpe auxilii? Quum igitur Jonathanus in ipſum præſidii locum ſolus armatus cum armigero inermi progrederetur, & procul ab omni auxilio cohortes hoſtium armatas aggrederetur, quis non temeritatem illud facinus dicat potius quam fortitudinem, niſi agnoſcamus divinitus illi factos animos datamque fortitudinem? Sed ubi jam erat illa Jonathani virtus? quare gigantis illius congreſſum horret? Sane apparet ipſum virtute divini Spiritus fuiſſe privatum: quod nimirum vellet eum Davidi cedere. Quamobrem hæc omnia divina providentia fuiſſe adminiſtrata certum eſt, divina vindicta Saulem perſequente, quod à recta mandatorum Dei via deflexiſſet, ut ante vidimus. Denique nullum fuiſſe in toto illo exercitu, qui Goliatho reſpondere ſit auſus conſpicimus, quod Dei proprium ſit vires & fortitudinem, ut vel ipſi pueri majores animos gerant, & virtute majore præditi videantur. Deinde hic obſervemus quam audaces & fortes homines hic appareant in aliis excitandis, quum nemo tamen audeat ipſe certamen ſuſcipere. Nam narratio illa tota videri poſſet puerilis, eorum qui dicunt magna Regis eſſe promiſſa, quibus ad certamen poſſit aliquis commoveri, nempe multis divitiis à Rege donandum eum, qui gigantem illum debellarit, & præterea filiam Regis in matrimonium accepturum, generumque Regis futurum. Quæ in caſtris ſatis nota fuiſſe videntur. Sed cui, quæſo, narrantur? Nam quis Davidem unquam exiſtimaſſet tam arduum certamen ſuſcepturum? Quare veriſimile eſt milites ita ſeſe mutuis colloquiis cohortatos, Ergone iſte gigas tantum Iſraëlitis dedecus inuret? Nemone uſpiam erit qui certamen adverſus eum ſuſcipiat? Mirum ſane, ni fiat: Rex enim filiam ſuam promiſit præmium illi qui Goliathum certamine ſingulari proſtrarit, & opes ac divitias multas largietur, domumque nobilitabit, ut tributis & vectigalibus omnibus ſit libera. Nullusne ad tanta præmia ſeſe offeret? nemone auxilium in tanta difficultate feret? Nullusne in tanto exercitu reperietur qui ſingulari certamine cum gigante illo congredi audeat? Denique ſinguli videntur ſuis commilitonibus animos facere voluiſſe, quos ipſi non habebant, quandoquidem quiſque pro ſe periculum fugiebat & averſabatur. Neque illud mirum videri debet quod experientia ipſa comprobatur. Nam ſi de ſubeundis periculis aut aliquo munere difficili ſuſcipiendo agitur, quiſque peritus eſt & eloquens in aliis ad illud adeundum cohortandis, neque deſunt rationes quibus eos impellant, Eia, agite, ſodales, non tam ardua res neque tam difficilis quam præ ſe fert. Semel arrodendum frenum & aliquid audendum. Si præda facienda, ſi ſpes aliqua lucri uſpiam apparet, quis non etiam vitæ ſuæ periculo conatur rem aggredi? Ecquis vero vir fortis tam anguſtis rebus periculum ſubire refugiat? Denique nemo non eſt eloquens in aliis cohortandis: ſed nemo tamen vult ſubire periculum, nemo non appetit quieſcere & in tuto eſſe. Pauci reperiuntur qui rebus difficilibus vitam profundere parati ſint, etſi multi valde ſint eloquentes in rationibus explicandis, ob quas non ſit ullum vel vitæ periculum refugiendum. Hunc morem licet hoc loco nobis tanquam in ſpeculo contemplari. Nam totis caſtris hæc fuiſſe inter milites colloquia videntur, Nemone adverſus Goliathum progredietur, quum tam eximia ſint à Rege propoſita præmia! Sed interim nemo illorum ſeſe offert, ſinguli ſibi timent, & periculum fugiunt. Quamobrem tanto diligentius hæc doctrina eſt meditanda, quanto gravius peccatur à multis, ut Deum precemur, ne permittat, aliis animum deſpondentibus

Digitized by Google

illum carpunt, gravique ſententia feriunt, denique à maximo ad minimum omnes communi conſenſu in vitia & corruptelas invehuntur: & dum in alios ſententiam ferunt, ſe ſuo ſuffragio, licet incauti, condemnant. Ergo inquiunt, Quanta paſſim morum corruptio, quanta ubique confuſio regnat! Hinc invehuntur in ebrioſos, in belluones, in gurgites, paraſitas, blaterones, ſcortatores, adulteros, blaſphemos, fures, fœneratores, latrones, homicidas, perjuros, obtrectatores, hæreticos, ignavos & inertes, denique in omnia vitia ſeverius invehuntur & declamitant: nemo non vult adverſus iſtiuſmodi homines flagitioſos ſententiam ferre. Verum enimvero non ſatis eſt in alios invehi, niſi à teipſo facias initium, ut deinde liberius alios reprehendas. Nam quinam plerumque vitiis illis laborare deprehenduntur, niſi qui ſunt in aliis carpendis audaciſſimi? & qui quælibet flagitia ſimulationis & hypocriſeos pallio tegunt? Quare ſi fratres aut proximos vitio laborare aliquo videamus, diligenter illos corripiendos fateor, ſed ita tamen ut à nobis initium faciamus, & in Dei timore ſic ambulare diſcamus, ne in ſimilia vitia incidamus, & ne, verbis quidem & ore vitia condemnemus, quæ tamen in pectore foveamus, & de quibus etiam convinci poſſimus. Porro in ſequentibus Davidis verbis, *Quis eſt hic Philiſtæus incircumciſus, qui exprobravit aciem Dei viventis*? ſumma ipſius apparet pietas, qua ſola excitatur, non autem ambitione, ut fere ſolent, qui viri fortes & magnanimi volunt haberi, gloriam apud homines quærere, vel privatas familiarum injurias ulciſci, vel ſaltem victoriæ titulo gloriari: denique ſi quod eximium & forte facinus homines admittunt, vanitate potius & ſuperbia & arrogantia, quam virtutis amore & ſtudio ducuntur. Nam triumphare & in theatro conſpici, atque ab omnibus honorari cupiunt, Dei vero nullam rationem habent. Ab iſto furore David fuit alieniſſimus, qui, etſi graviter ferebat populi Iſraëlitici ignominiam, non ea tamen tantum affectus eſt, quantum Dei gloria, quam ab illo incircumciſo lædi audiebat. Hinc illæ ipſius voces, Deine viventis exercitum incircumciſus ille habet ludibrio? Non ait, Populine & gentis meæ gloriam, ſed, Illene viventis Dei gloriam impune lædet, ſub cujus auſpiciis militamus? Iſtud exemplum imitemur, ut ſi quod Eccleſiam Dei tale opprobrium feriat, non tantum alii aliorum opprobriis & injuriis afficiamur, & mutuum auxilium præbeamus, ſed maxime Dei gloria moveamur, quam

obſignaverat, quod ad ipſius poſteros pertinebat, ut ab humani generis maledictione generali eximerentur. Quare obſervandum, Circumciſionem & Præputium, quod vocant, populum & Eccleſiam Dei diſtinxiſſe à reliquis nationibus, quæ iræ & maledictioni Dei erant obnoxiæ. Sic etiam hodie agnoſcamus nos obſignari Baptiſmo & admitti in filiorum Dei numerum, ut tantum beneficium tanquam incomprehenſibilem theſaurum æſtimemus, & quanti par eſt faciamus. Nam Baptiſmus eſt nobis teſſera divinæ erga nos benevolentiæ, quod in eo Chriſtum Dominum noſtrum veſtiamus, & in illum inſeramur, ut omnium ipſius bonorum fiamus participes. Quamobrem tantum erga nos Dei beneficium magni facere nos oportet, & viciſſim Deo reſpondere, & veritatem, quæ nobis illic proponitur, amplecti, ne Baptiſmum noſtrum polluamus. Cavendum itaque ſummopere, ne ſtultitia noſtra & arrogantia præcipites feramur, & in eorum numero habeamur, qui vocationem, ad quam vocati ſunt, non attendunt: ut ſolebant olim Judæi Circumciſione gloriari, nihil minus tamen quam corde circumciſi. Idcirco tam frequentes videmus apud Prophetas iſtiuſmodi objurgationes, Vos à me eſtis averſi, quum veſtra malitia cultum meum reliquiſtis, & veſtro templo & externo illo Circumciſionis ſigno valde gloriamini, meque vobis ideo devinctum & obligatum arbitramini; & idcirco vobis ad quodvis flagitium habenas laxatis, ſed procul à me profani & impii homines eſtote, dicit Dominus. Nos itaque diligenter caveamus, ne noſtris pollutionibus Baptiſmum noſtrum aboleamus: ſed potius illud tanquam pretioſiſſimum noſtræ redemtionis pignus habeamus: & Deum Patrem & Servatorem ſperemus, modo in ipſius timore ambulemus, debitumque ipſi honorem & gloriam reddamus: certo perſuaſi, non fruſtra Deum nos ad ſe vocaſſe, ſed externo illo ſigno teſtari nos in ipſius filiorum numero cenſeri & haberi, quo diſcernimur & diſtinguimur ab iis quos pro ſuis non agnoſcit.

Jam vero agite, ſupplices in genua coram Dei Opt. Max. Majeſtate procumbamus, infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, cumque precantes, ut talem eorum ſenſum nobis injiciat, ut vere ad ipſius miſericordiam confugiamus, & veniam cum omni humilitate deprecemur. Et tamen eo animo coram ipſo ambulemus, ne unquam ullis impedimentis & offendiculis ab ejus cultu dimoveamur, & à recta, quam ipſe monſtrat, via defleCta-

Digitized by Google

et populus verbum, ſicut prius.
31. Audita ſunt autem verba quæ loquutus eſt David, & annunciata in conſpectu Saul.
32. Ad quem quum fuiſſet adductus, loquutus eſt ei, Non concidat cor cujuſquam in
eo, ego ſervus tuus vadam, & pugnabo adverſus Philiſtæum.
33. Et ait Saul ad David, Non vales reſiſtere Philiſtæo iſti, nec pugnare adverſus eum:
quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.
34. Dixitque David ad Saul, Paſcebat ſervus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo
vel urſus, & tollebat arietem de medio gregis.
35. Et perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi conſurge-
bant adverſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebam-
que eos.
36. Nam & leonem & urſum interfeci ego ſervus tuus: erit igitur & Philiſtæus hic in-
circumciſus quaſi unus ex eis: quia auſus eſt maledicere exercitui Dei viventis.
37. Et ait David, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu urſi, ipſe
liberabit me de manu Philiſtæi hujus. Dixit autem Saul ad David, Vade, & Domi-
nus tecum ſit.

DAvidis unctionem non fuiſſe Iſaï familiæ incognitam, facile cognoſcimus, vel ex eo quod ſeptem ipſius fratres majores natu Samueli fuiſſe oblatos vidimus, ut ex iis eligeret qui Deo acceptus fuiſſet, Regem in Iſraële futurum: quare ipſius fratres ſatis ſciebant, Davidem, licet omnium minimum, ipſis prælatum. Etſi vero natura homines ſunt dominationis cupidi: tamen Dei judicio commoveri fratres Davidis oportebat, ut quem Deus tanto afficiebat honore, viciſſim ipſi agnoſcerent: quandoquidem & magna dignitas toti familiæ acquirebatur, quum aliquis ex illa eligebatur, Rex in Iſraële futurus, & quidem totius etiam mundi Redemtoris figura. Neque enim Davidi datum regnum fuit vulgare, ſed Deo ſanctum & dicatum, quod cum ſpe conjuncta eſſet figura: & in ſalutem perpetuam populi Rex hic eſſet deſignatus. Quamobrem toti familiæ Iſaï magna erat oblata lætitiæ occaſio, & magnum argumentum agendarum Deo gratiarum, quod tam abjectam & humilem familiam tanto honore eſſet dignatus. Contra vero hic Eliabum primogenitum, Davidi vehementer ſuccenſuiſſe audimus. Et arrogantia qua in fratrem inſurgit, & virus, quod evomit tanta tamque effreni perturbatione, ſatis oſtendit, ipſum antea ſuo animo neſcio quod odium adverſus illum foviſſe. Næ inſignis hæc fuit malitia: nam, ut ante dixi, non modo facit Davidi ſummam injuriam, ſed adverſus ipſum Deum intolerabili ingratitudine peccat. Sed quam illi occaſionem præbuerat David accuſandi ipſum ſuperbiæ & nequitiæ? Neque enim ambivit illam dignitatem, neque ullis artibus quæſivit; ſola Dei gratuita voluntate præventus. Quamobrem Eliab hic ſummam animi perturbationem & alienationem prodit, quum fratri tam acerbe ſine occaſione ſuccenſet. Quod ergo fovit diu in pectore odium adverſus fratrem, & quod jam illi ſine cauſa ſuccenſet, ſatis teſtatur non poſſe illum æquo animo ferre, Davidem ad eam dignitatem, quæ illi debebatur, evehi. Hinc diſcamus quam ſit letalis lues, ambitio & honorum cupiditas: quæ vix in quemquam cadere poteſt quin etiam invidia laboret. Quum vero tam peſtifera lues animum occupavit, etiam convitia & maledicta modo in hunc, modo in illum producit, & Dei gratiæ curſum pro viribus abrumpere nititur: & ita ſit, ut, dum mortalibus reſiſtere nos putamus, adverſus ipſum Deum inſurgamus, & eidem bellum inferamus. Quare, ſi pure & ſincere Deum colere venerarique optamus, & non remorari curſum gratiarum ipſius, prout variis perſonis illas diſtribuere voluerit, primum fugienda prava illa dominandi & ſupra alios eminendi cupiditas: deinde danda opera, ut, ubicunque dona Spiritus Dei apparuerint, ea ſine invidia & malitia quanti par eſt faciamus, & pro viribus conemur omnibus nota facere, quod ſummo noſtro commodo fiet. Nam, quæſo, quid promovebunt qui ſe præ aliis extollere volunt, ſi dentibus infrendeant, & vehementer indignentur, ſi Deus alios quam ipſos aſſumat? Si quis enim multis donis Sancti Spiritus excellat, certum eſt, quæcunque dona & dotes in eo fuerint, in omnium fidelium ſalutem redundaturas, & omnium utilitati ceſſuras. Quare nonne amentiam noſtram detegimus, quum ægre ferimus Deum in hoc vel illo operari, & quæcunque dona in illos contulerit in noſtrum commodum & utilitatem cedere? Hoc igitur exemplum Eliabi, fratris Davidis, diligenter eſt nobis obſervandum. Nam ex eo diſcimus, arrogantiam & ſuperbiam ex hominum memoria omnem humanitatem delere, & oblivionem in-

ducere

Digitized by Google

Quare patienter feramus improborum odia, quæ graviora adverſus nos conſurgunt, quod nobis invident dona, quæ Deus pro ſua egregia in nos voluntate largitus eſt, & inde rixarum occaſionem quærunt. Sane ſi quis Davidi feciſſet optionem, credo equidem, ipſum, ſua conditione contentum, libenter alteri ceſſurum fuiſſe regendi populi dignitatem. Nam & quid ipſe de ſe profiteatur, poſtquam Rex fuiſſet electus, & Deus illum in adminiſtratione rexiſſet & gubernaſſet, quod beneficium ſummum aliis Regibus non fuit inter gentes communicatum, nempe ſe fuiſ-
Pſal. 131. verſ. 4. ſe ſicut puerum nuper ablactatum à matre ſua, ſe non habuiſſe magnos ſpiritus, neque animum ad dignitates & præeminentiam applicuiſſe: & quidem jurejurando affirmat, ſe nunquam aggreſſum res magnas aut arduas, ſupra quam ipſi conveniret, ſed ſemper in humilitate ambulaſſe, nunquam elatum ſua dignitate. Quandoquidem igitur David ſeſe continuit & tam modeſte geſſit, licet Regiam poteſtatem adeptus, veriſimile eſt, illum oves paſcentem, & privatam vitam agentem, fuiſſe ſua ſorte contentum, neque, ſi Deus permitteret, ad altiora aſpiraturum fuiſſe. Quare quum à fratre nunc tam acerbe increpatur, & quidem tam contumelioſe, gravem illi fuiſſe injuriam non mirum eſt. Sed Deus ita ſolet ſuos ad patientiam exercere. Hinc itaque diſcamus, quod ante attigi, Deo noſtra opera utente ad ſui nominis gloriam promovendam, & nos donis excellentibus Sancti ſui Spiritus ornante, ſi increduli & improbi homines odiis iniquis nos perſequantur, & perturbare ac veluti lacerare nitantur, patienter illa omnia ferre, quandoquidem Deus noſtram patientiam illis modis explorat & exercet: & præterea cognoſcamus, non hoc demum, ſed multis retro lapſis ſeculis vitium iſtud hominum mentes occupaſſe. Sed, agite, perpendamus quanta cæcitate feriantur, quos iſta lues invidiæ & malitiæ ſemel occupavit, & ita faſcinavit, ut, quibuſcum ipſis fuit negotium, non videant, & in obvium quemque temere ferantur. Nam, quæſo, quid ſibi volunt Eliabi verba illa, *Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oves illas in deſerto?* Dicas Eliabum hic ruſticum quempiam mendicum compellare, quum tamen de domo paterna hic ageretur, Davidi pauculas oves exprobrans, quas etiam in deſerto paſceret. Davidem libenter afficeret dedecore, quod in ipſum tamen &

tu inania verba fundis, nulloque fundamento niteris. Quandoque vero vox illa דבר ſumitur pro ordine vel more, ut quum Dominus noſter Jeſus Chriſtus dicitur Rex conſtitutus ſecundum ordinem Melchiſedechi; nam ibi vox illa דבר exprimitur. Quem ſenſum ſi ſequamur, etiam optime quadrabit, ut ita David fratris calumniam repellat, Tu me ſuperbiæ & arrogantiæ, tu curioſitatis inſimulas, an vero nunc primum in caſtra veni? Nam antea vidimus Davidem ire & redire ſolitum ad Saulem, & deinde ad paſcendas oves reverti: atque veriſimile eſt non hac una vice miſſum à patre ad fratres, de quibus antea etiam ſollicitus David, ad eos inviſendos venerit. Bene itaque conveniet hic ſenſus, ut dicat non ſuperbiæ, non arrogantiæ, non curioſitati adſcribendum, quod venerit à patre miſſus, & quidem non hac una vice & die, ſed ſecundum ordinem & morem à patre ſervari ſolitum. Et ita nos decet obtrectatoribus & maledicis os claudere, quos certum eſt multos fore ſemper, licet cum cura & ſollicitudine ambulemus, & dare offendiculum caveamus. Neque enim prohibere incredulos poſſumus, quin de nobis male loquantur, quandoquidem ſemper ad maledicta guttur apertum habent, etiam ſine occaſione. Sed quid 2 Cor. 6. verſ. 8.
agas? Nimirum quod monet Apoſtolus, ut per gloriam & ignominiam, per convitia & laudes ambulemus, quoties ita viſum Deo fuerit. Et tamen ſemper parati ſimus ad obtrectatores & maledicos arguendos, quum malitia & effreni arrogantia in nos ſurrexerint, ut nempe, improbis ignominia nos aſpergere & obruere conantibus, bona conſcientia nitamur, & veritate tanquam clypeo tegamur, & quaſcunque calumnias & maledicta repellamus. Et de Davidis reſponſo hactenus. Cæterum etſi non expreſſum eſt Davidem ſeſe ad ſingulare certamen cum Goliatho ſuſcipiendum obtuliſſe, facile tamen ex ipſa contextus ſerie colligitur. Nam deinceps ſequitur, *audita eſſe verba, quæ loquutus eſt David, & annunciata in conſpectu Saul. Ad quem & fuiſſe adductum, loquutumque in hæc verba, Non concidat cor cujuſquam in eo, ego ſervus tuus vadam, & pugnabo adverſus Philiſtæum.* Sane non temere verba illa David profudit, ut ſæpe ſolent adoleſcentes temere multa ſuſcipere, ut nihil tam arduum, quod non ſe facile ſuperaturos arbitrentur: &, ut dici ſolet proverbio, Lunam dentibus

Digitized by Google

ria ratione operatur in iis, qui facinus aliquod inſigne & memoria dignum aggrediuntur. Quamobrem diligenter diſtinguendæ ſunt virtutes ordinariæ fidelium Dei ſervorum, à donis ſingularibus & propriis ac extraordinariis. Nam ſi de obedientia, quæ Deo debetur, de patientia, de humilitate, cæteriſque iſtiuſmodi virtutibus agatur, ad omnes fideles iſta pertinent. Nam ita ſinguli confirmamur in doctrina, quæ Dei verbo continetur; & ſi fidelis alicujus vitæ ſanctimoniam & virtutem cum præcepta doctrina conferamus, eo magis nos ad virtutem excitari & confirmari oportet. Sed quædam ſunt virtutes, ut ante dixi, propriæ quorundam, quas non oportet in exemplum trahi, & pro generali regula conſtitui: qualis hic Davidis fervor & virtus proponitur, quod fuit ad tempus ſpeciale quoddam privilegium: & reipſa David fecit manifeſtum ſe à Deo electum, ut ad Regiam dignitatem perveniret. Sane fateor, in hoc certamine conſpicuas eſſe virtutes, quæ ad nos etiam pertinent, & quæ ad Eccleſiæ ſingula membra extendi debent. Talis eſt fiducia illa Davidis in Dei potentia: talis recordatio beneficiorum quæ à Deo acceperat, à quo fortitudinem & animi præſtantiam habebat: quæ nunqnam illum in rebus anguſtis & penè deſperatis deſeruit, ſed ſemper fovit & confirmavit. Tantam Davidis conſtantiam intuentes, in exemplum aſſumere & imitari debemus. Neque vero tamen ſperandum eſt fore ut Deus nos ſemper adjuvet in gigante aliquo ſuperando, quemadmodum Davidem juvit. Quare licet ſe David ultro ad ſingulare certamen obtulerit, nos tamen ipſos diligenter intueri decet, aliquid arduum & difficile ſuſcepturos, viresne nobis ſufficiant, an eam divini motus vim in nobis ſentiamus, quæ nobis felicem exitum polliceatur. Verumtamen etſi virium noſtrarum imbecillitatem ſentiamus, non ideo tamen labor in iis, quæ ſunt noſtræ vocationis, fugiendus eſt. Nam quos Deus ad aliquod munus vocavit, & quibus certam impoſuit provinciam, quæ hoc vel illud requirat, licet nos infirmitatis noſtræ ſenſus tardiores efficiat, pergendum tamen in vocatione, & ſuperanda omnis ferendo eſt difficultas: & Deus invocandus, ut vitiis noſtris medeatur, & defectionem noſtram ſuppleat. Sed ſi de re agatur, quæ nos neceſſitate non urgeat, & ad quam nos non obliget conditio ad quam à Deo vocati ſimus, Deum precemur, ut nos inſpiret & regat ſuo Spiritu, ac patefaciat qua in re noſtram operam requirat: neque nos ſinat vel digitum ſine ipſius præſcripto & voluntate movere: ac proinde nobis ipſe præeat, quem ſequamur ut diſcipuli magiſtrum, & ſub ejus auſpiciis tuti ſimus. Deinceps ſequitur, Saulem voluiſſe Davidem ab hoc certamine deterrere, his verbis, *Non vales reſiſtere Phi*ſe tanquam prælio victos fateantur, ac proinde Philiſtæis ſubjiciantur & tributarii fiant. Itaque non abs re Saul moras nectit, Davidemque retinet, ne adverſus Philiſtæum progrediatur: etiamſi deinceps conſentit, ut videbimus. Quænam vero iſtius conſenſus cauſa fuit, obſecro, niſi internus Dei motus, qui Saulem incogitantem rexit? Nam alioqui millies potius regnum amiſiſſet, quam Davidi tam inſignem victoriam procuraviſſet. Illum itaque Deus excæcavit, ut Davidem pateretur iſtud certamen ſubire. Nam & idoneas hominum judicio cauſas habebat impediendi hunc congreſſum tam imparem. Ecquis enim adoleſcentem, & inexercitatum, ferat cum gigante exercitato in armis congredi? quis inermem cum cataphracto milite, & quidem non pari cum aliis ſtatura, ſed qui erat turris inſtar, ut vidimus: cujus lancea tanti ponderis & tantæ longitudinis erat, ut à nullo alio portari poſſet? Denique qui clypeum, galeam, thoracem, ocreas immenſi ponderis habebat? & qui unus erat inſtar propugnaculi? Quare videri poterat alienum ab omni ratione Davidem in tantum periculum à Saule conjici. Et præterea non dubium eſt, quin Saul vel malitia, vel metu periculi, quod univerſus exercitus incurrebat, certamen iſtud fuerit impediturus, niſi à Deo fuiſſet excæcatus. Et hoc ſæpe uſu contingere videmus, ut ſi quos Deus velit promovere ad ſummos aliquos honores, etſi multi improbi reluctaturi videantur, cedere tamen cogantur, & quod alioqui nollent, ſua ſententia comprobare: & quem Deus honorari vult, ſine contradictione admittere. Sic hodie multi Chriſtiani ſingulis pene momentis in periculum veniunt, & ab hoſtibus jamjam lacerandi & laniandi videntur, conſpirantibus adverſus ipſos, & dira quæque molientibus: & non tamen propterea minus fideles Deo ſerviunt, ſed in Dei cultu alacres pergunt, & vel invitis hoſtibus conſilia & molitiones illæ in bonum ipſorum cedunt. Quæ cauſa eſt iſtorum, obſecro? Nempe Deus ſuis ſervis viam aperit, & veluti quibuſdam repagulis improbos coërcet, ne ſuum opus impediant, &, ne prava ſua conſilia & conatus ad exitum perducant, oculorum aciem hebeſcere facit, & prudentia & intelligentia privat, ne, quid agant, ipſimet intelligant: quos certum eſt, ſi ſua conſilia poſſent ad exitum perducere, & pravam voluntatem implere, divinum opus impedituros. Et horum omnium exempla noſtrum ſeculum habet ſatis frequentia. Quis enim vel ſola cogitatione potuiſſet imaginari, quod opus Deus moliebatur, poſſe unquam eum exitum, quem hodie videmus, aſſequi? Quid impedit quominus callidi illi & verſuti homines, & qui pravis ſemper artibus res ſuas tutati ſunt, non providerent mature, ne tanto cum ſucceſſu Euangelii doctrina

propa-

ne rabidiſſimas quidem feras nobis eſſe nocituras: & licet immenſis gurgitibus circumdatos, ex quibus nullus detur exitus, & altiſſimis montibus, aut magnis fluminibus impeditos, ut ne pedem quidem ad periculi fugam movere poſſe videamur, Deum tamen ita brachium ſuum exerturum, ut viam aperiat, facilemque & perviam efficiat. Ac proinde licet adverſum nos mundus conjuret, tamen ejus arrogantiam dejecturum, aut ſtuporem immiſſurum, quotieſcunque ſuos tutari & promovere voluerit. Et de iſtis ſatis: ad Davidis reſponſum tranſeamus, & qua fiducia nitatur expendamus, nempe non ſua induſtria, neque fortitudine, ſed recordatione divini auxilii, quod in ſumma difficultate expertus fuerat. Ait enim, *Paſcebat ſervus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo vel urſus, & tollebat arietem de medio gregis: & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum: Et illi conſurgebant adverſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam interficiebamque eos.* Quibus verbis ſatis oſtendit ſe ſuis viribus non fidere, nihilque de illis ſibi polliceri, ſed à Domino ſolo auxilium exſpectare, quod ex ipſius concluſione fit adhuc magis conſpicuum, quum ait, *Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu urſi, ipſe me liberabit de manu Philiſtæi hujus.* Ubi obſervandum, Davidem, licet pecuarius antea fuiſſet, tamen jam ab initio præparatum à Domino ad majora, quæ vix unquam in hominum cogitationem veniſſent. Nam & plus quam miraculoſum eſt, adoleſcentem adverſus urſum aut leonem facere impetum, ad quarum ferarum vel ſolum aſpectum fortiſſimus quiſque cohorreſcit, & ſibi potius fuga ſalutem quærit, quam ut patenti & aperto loco velit congredi. Quum igitur David dicit, ſe urſum vel leonem apprehendiſſe mento, & ſuffocaſſe, ſane apparet plus quam humanis viribus tunc præditum fuiſſe, & virtute divina & incomprehenſibili tantum facinus geſtum fuiſſe. Quamobrem hinc concludendum eſt, David quum agreſtem & pecuariam vitam ageret, in domo paterna omnium abjectiſſimus, & tamen tantis viribus eſſet præditus, non fuiſſe illas naturales, ſed Deum arcana quadam virtute in ipſo fuiſſe operatum, ut à ſe ad res magnas ipſum electum fuiſſe reipſa teſtatum faceret. Quapropter licet contemneretur David ut fratrum minimus & abjectiſſimus, non ideo tamen minus à Deo certis quibuſdam ſignis noclauſas dico, tanquam muris coërceantur, ſed in agris & ſylvis à Domino ſic retineri ne nobis noceant. Ac nonnunquam accidit, ut Dominus certis exemplis oſtendat, homines à feris, niſi Deus vi ſua cohiberet, laniandos, quum illis nonnunquam permittit homines laniare, adeo ut ne ſi quidem latrones libere graſſentur, tantam luem hominibus inferre queant. Raro quidem id contingit, ſed quam ob rem? Nempe genus humanum Deus conſervare & tutari ab illarum immanitate vult: & ſimul etiam patefacere, niſi arcanis quibuſdam habenis coërcerentur, & tanquam catenis vincirentur rabidæ illæ & immanes belluæ, paſſim in homines ſævituras & ipſis ultimam luem allaturas. Quare obſervemus, Deum, ut Davidi admirandum auxilium adverſus urſum & leonem dedit, ita nos etiam, ſed variis ab illo modis, ab illarum ferarum laniena ſalvos tectos defendere: nempe cohibendo ne in nos irruant, & ne opus ſit nos illas mento comprehendere ad vim repellendam: quod nimirum noſtrarum virium imbecillitatem ſatis habeat cognitam, & nolit eam fortitudinem nobis, quam Davidi olim, ad illas debellandas dare: ſed ipſe tamen pro nobis pugnare velit; & licet feræ illæ rabie quadam æſtuent, in antris tamen & foveis retineat, & pavorem injiciat, & ab hominum laniena prohibeat: quos alioqui certum centies millies perituros: quandoquidem magnus eſt numerus & diverſa genera ferarum, quæ nihil niſi noſtrum ſanguinem ſitiunt, ut Deum neceſſe ſit vi ſua, & ea quidem miraculoſa, impetum illarum retinere. Quare ſi non eadem qua Davidem ratione Deus nos ex ejuſmodi periculis eripit, ne queramur quaſi derelicti ſimus ſine auxilio: ſed contenti ſimus iis quæ quotidiana experientia comprobantur, niſi ultro velimus oculos nobis effodere, ne perſpiciamus ſola Dei providentia nos adverſus omnes brutas & feras belluas protegi. Atque hanc ob cauſam Propheta Pſal. 91. *Pſal. 91.*
Dei gratiam prædicat erga eos qui ſunt in Jehovæ tutela, fore nimirum ut ſuper ferocem leonem & aſpidem incedant, & conculcent juvenem leonem & draconem. *verſ. 13.* Quod omnibus fidelibus tribuitur, etſi capitis noſtri Domini Jeſu Chriſti proprium eſt, ſed cum omnibus ipſius membris commune. Quare Deum invocantes, ut jubet Pſalmus ille, certum eſt, ab iſtis feris protegendos, licet dracones & aſpides virus ſuum afflarent, & leones apertis faucibus nos

ab ipſis feris imminent. Ac ſane improbi homines ipſos leones & urſos immanitate & ſævitia longe ſuperant: ac proinde niſi Deus prohiberet & furorem compeſceret, viderentur ſatis virium ad nos laniandos habere, & ad ſe noſtro ſanguine explendos. Quid ergo impedit quominus ab improbis & crudelibus hominibus non pluribus afficiamur incommodis & damnis? Næ Deum ipſum pro nobis pugnare certum eſt: quod etſi corporeis oculis non intuemur, tamen ex effectis de ipſius erga nos bonitate judicare debemus, quæ niſi nos tutaretur quotidie, ſingulis momentis in mille mortis pericula incurreremus. Atque hactenus de Davidis facto illo inſigni, quod è faucibus leonis, & unguibus urſi prædam non tantum eripuit, ſed feras apprehenſas interfecit, fortitudine ſane prorſus divina, non humana, dictum eſto: tranſeamus ad aliam doctrinam, & hic attendamus ſimilitudinem inter Davidem & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Sane docemur Filium Dei ſeſe Paſtorem noſtrum dicere, ac proinde nos hortari, ut, quandoquidem noſtræ ſalutis curam gerit, omni metu liberemur. Quid ita? Nempe quoniam Pater nos ipſius tutelæ commiſit, cujus fortitudo longe omnium rerior ipſis Diabolorum viribus, quum adverſus nos inſurrexerint, & varia conſilia agitarint: & quin nos adverſus omnes inimicos protegat, quum rabiem ſuam & virus evomuerint, & dira quæque & horrenda nobis minabuntur: quandoquidem hoc privilegio donamur, ut in unici Filii Dei præſidio ſimus, & ipſe promiſit ſe nos in finem uſque conſervaturum, & omnibus ereptos periculis, per hujus mundi maria & fluctus feliciter ad portum deducturum, donec ad optatum æternæ quietis & felicitatis portum appulerimus.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate ſupplices in genua procumbamus, veniamque deprecemur pro infinitis peccatis quorum rei ſumus: ac precemur ut illorum ſenſu nos ſic afficiat, ut eo magis ad ipſum confugiamus: nobiſque ipſis ita diſpliceamus, & de noſtris viribus diffidamus, ut in ipſo ſolo conquieſcamus, ut ejus ſola gratia nitamur. Ac proinde ne dubitemus quin promiſſiones ipſius amplectentes, fide corroboremur in finem uſque duratura, & ſufficienti atque idonea ad pugnandum adverſus univerſum mundum, vireſque ipſas Diaboli ſuperandas, quum in ipſum ſolum ſpem omnem noſtram rejecerimus & collocaverimus.

HOMILIA SEXAGESIMA TERTIA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XVII.

37. Et ait David, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu urſi, ipſe me liberabit de manu Philiſtæi hujus. Dixit autem Saul ad David, Vade, & Dominus tecum ſit.

38. Et induit Saul David veſtimentis ſuis, & impoſuit galeam æream ſuper caput ejus, & veſtivit eum lorica.

39. Accinctus ergo David gladio ejus ſuper veſtem ſuam, cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere, non enim habebat conſuetudinem: dixitque David ad Saul, Non poſſum ſic incedere, quia non uſum habeo, & depoſuit ea.

40. Et tulit baculum ſuum, quem ſemper habebat in manibus, & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem quam habebat ſecum, & fundam manu tulit: & proceſſit adverſum Philiſtæum.

41. Ibat autem Philiſtæus incedens & appropinquans adverſus David, & armiger ejus ante eum.

42. Quumque inſpexiſſet Philiſtæus, & vidiſſet David, deſpexit eum. Erat autem adoleſcens rufus, & pulcher adſpectu.

43. Et dixit Philiſtæus ad David, Numquid ego canis ſum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philiſtæus David in Diis ſuis.

44. Dixitque ad David, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli, & beſtiis terræ.

45. Dixit

Digitized by Google

que circumſepti, ut ne Deum quidem invocare poſſimus, neque auxilium ab ipſius miſericordia implorare, niſi quod ſemiſepulta jacent quæcunque ab ipſo benefacta accepimus? Contra vero, David etiam profitetur ſe in ſummis difficultatibus conſtitutum, dies antiquos memoria repetiviſſe: ac proinde non tantum de iis cogitare quæ ipſemet, quamdiu vixit, de Dei virtute & bonitate erga ſe expertus eſt: ſed etiam veteres hiſtorias beneficiorum Dei erga populum revocare in memoriam, ut, quæ ſcripta ſunt, in ſuum uſum transferat. Ac ſane quum in Deo ſpem noſtram collocare jubemur, non ſunt ipſius beneficia reſtringenda ad ea quæ jam habemus experientia comperta: ſed longius eſt extendenda: ut cognoſcamus, Deum inde ab omni ſeculo ſuos ſervaſſe, & in rebus anguſtis auxilium ipſis tuliſſe. Hanc ob cauſam voluit Deus veterum Patrum hiſtorias monumentis conſcribi & in ſacram paginam conferri, non tantum ut norimus Abrahamum, Moſen, Davidem, & alios Patriarchas, Dei gratia ſervatos, & in rebus anguſtis auxilio divino adjutos, ſed ut liberationes illas in noſtrum uſum & utilitatem convertamus. At ſi ad fidei noſtræ confirmationem debemus memoria repetere quæcunque beneficia Deus in ſuam Eccleſiam contulit, quanta erit ingratitudo, & quantus ſtupor non eorum meminiſſe quæ ſinguli à Deo benefacta acceperunt, & ex iis in exſpectatione divinæ bonitatis confirmari? Ecquis enim jam à teneris unguiculis, quis, inquam, non inde jam ab utero ſenſit quam bonus Deus erga ſe, quam potens, quam munificus in eos qui ad ipſum confugiunt, & in ipſo ſolo conquieſcunt: ac proinde non habeat perſuaſum, fideles, ad Deum confugientes, ſua ſpe nunquam exciſuros? Sic itaque David fidem ſuam roborabat, memoria inſignis illius divini erga ſe beneficii, quo non tantum evaſerat leonis & urſi ungues & fauces, ſed eoſdem interemerat: cujus rei fidem facit potiſſimum concluſio ipſius his verbis, *Dominus qui eruit me de manu leonis, & de manu urſi, ipſe me liberabit de manu Philiſtæi hujus.* Quibus docemur, benefacta Dei erga nos referenda eſſe in futurum tempus: Deus enim ſui ſemper eſt ſimilis, neque ejus unquam imminuitur potentia: & in eos, qui ipſum invocant, miſericors, & in auxilium ipſorum promtus. Quandoquidem igitur perpetua eſt Dei bonitas & virtus ac potentia, & immutabilis voluntas, facile poſſumus concludere fore ut quemad-

[illegible] retinet. Ex iſtorum igitur commemoratione facile colligimus, Dei auxilium nunquam nobis defuturum: ſed quemadmodum præteritis temporibus juvit, etiam in præſenti adjuturum, modo ne ipſi impedimento ſimus. Næ ſic decet nos ſacram Scripturam in uſum noſtrum referre, & Dei beneficia præterita in confirmationem futurorum aſſumere. Nam & firmum illud in ſacris ponitur fundamentum, Deum nunquam relinquere imperfectum opus manuum ſuarum: ſed, quod ſemel incepit, ad ſuum finem perducere. Quamobrem ſemel in ſuam clientelam & tutelam receptos, certum eſt, nunquam derelicturum, & ſemel atque iterum ereptos ex periculis nunquam deſerturum, ſed ſemper tutaturum & defenſurum, donec in æternam ſalutem tandem incolumes deduxerit. Hinc igitur apparet, unde naſcatur illa in nobis diffidentia, quum periculis hinc inde urgemur, qùum rumoribus terremur, quum hoſtibus ſæviſſimis cingimur, quum denique metu imminentis exitii percellimur, nempe ex oblivione divinorum beneficiorum quibus antea fuimus affecti, ſed quæ ſtatim exciderunt nobis & veluti pedibus conculcata ſunt. Nam ſi de illis ſerio, ut par eſt, cogitaremus, certum eſt, nos in Davidis ſententiam concluſuros, Deum qui antea nobis in rebus anguſtis adfuit, etiam adverſo tempore adfuturum, ex periculis erepturum, ex luto & cœno ipſo retracturum; & adverſus hoſtes noſtros dimicaturum, & clypeo gratiæ ipſius tectos miraculoſe ex ipſorum faucibus erepturum. Is enim eſt qui afflictionum amaritudinem ſua dulcedine lenit: ſiquidem bonus eſt, & bonitas ipſius erga ſuos permanet. Quare diſcamus ita meditari bona quæ Dei manu percepimus, ut non dubitemus, quin, ſi nos in iis exercuerimus, & omne ſtudium noſtrum poſuerimus, vera fiducia cum vera conſolatione conjuncta muniamur & armemur adverſus quæcunque ingruerint in nos pericula, certum exſpectantes ab ipſo auxilium, & veluti jam ſtratam ad ipſum invocandum viam habentes, ne vereamur ipſum precibus interpellare dubii & incerti ſitne nos auditurus an non. Sane fateor nos non eſſe adeo duros & hebetes, ut ſenſum omnem exuerimus: nam ſi periculis nullis afficeremur, nulla in Deum fiducia noſtra eſſet, ſed tanquam trunci & ſtipites ſtaremus. Sed quum extrema, quibus urgemur, pericula novimus & ſentimus, & illis excitati ad Deum confugimus, tum ſatis amplam materiam habemus conſolationis, qua cunctis tentationibus reſiſtamus.

tulit baculum ſuum, quem ſemper habebat in manibus, & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem, quam habebat ſecum, & fundam manu tulit: & proceſſit adverſus Philiſtæum. Hic in primis quæritur, quomodo Saulis arma Davidi aptata ſint, quandoquidem Saul erat, ſicut hujus hiſtoriæ initio dictum eſt, ingentis ſtaturæ: David autem adhuc juvenis longe minoris. Nulla itaque convenientia duorum iſtorum corporum. Sed quid impedit, quominus arma temporum illorum rudia & craſſiora convenire potuerint minoris ſtaturæ quidem homini, ſed tamen non minus forti & robuſto? David itaque, licet ſtatura minor Saule, ferre tamen ejus galeam & reliquam armaturam potuit. Nihilominus tamen David omnem illam armaturam tanquam inutilem, & quæ impedimento potius eſſet, abjecit: & tanquam ruſticus cum baculo, funda & lapidibus adverſus immanem illum gigantem progreſſus eſt. Sane non eſt dubium, quin Dei Spiritus illum impulerit, & omnibus illis armis exui voluerit, ne victoria fortitudini hominum tribueretur, ſed unius Dei opus agnoſceretur, quemadmodum pluribus infra dicturi ſumus. David itaque, Saulis armis abjectis, baculo ſuo paſtorali, funda & lapidibus contentus, in certamen progreditur. Hic vero ſi quis allegorias quæſiverit, & ſubtiliorem expoſitionem, puta, quinque illos lapides ſignificare quinque libros Moſis, id eſt, Legem. Et Davidem ſola fide fuiſſe armatum. Et poſitos lapillos in pera, ſignificare conſcientiam tanquam fidei thecam: ridicule fecerit, & de ſacræ Scripturæ auctoritate tantundem detraxerit. Neque enim ita ludendum eſt in ſacris, quæ cum ſimplicitate & reverentia ſunt explicanda. Sane qui delicatis ſunt auribus, iſtiusmodi expoſitionibus delectantur, quas tamen tanquam luem infeſtam fugere debemus. Quare hic nobis ſufficiat diſcere, Deum ſervaſſe ſuum populum ſine opere humano, ut eſſet ipſius gloria longe celebrior, & hominibus omnis occaſio ſuperbiendi ſuaſque laudes prædicandi tolleretur: quod deinceps ipſum Davidem prædicantem audiemus. Etſi vero nonnunquam Deus adhibet externa media, quibus in periculis adjuvemur, tamen ad eas anguſtias redigit, ut omnibus deſtituti humanis auxiliis, morti proximi videamur, & licet undequaque circumſpiciamus, nullum tamen appareat ab hominibus auxilium. Quid ita vero Deus ſuos in tantas anguſtias conjicit? Nempe ut firmum illud retineatur fundamentum, Eccleſiæ ſalutem à Domini manu ſola proficiſci, quam miris modis & miraculoſis vult conſervare. Sane nemo negat obſeſſam civitatem, & non captam ab hoſtibus, divino beneficio acceptam liberationem referri oportere. Et victorem Principem, ac de ſuis hoſtibus trium-

… longe alius apparatus ex humani ſenſus ratione quærebatur, quam qui ſe hic offert. Quid enim effecturus videtur ruſticus homo, & ovium paſtor, qui prælio nunquam interfuerat, qui cum hoſte manum nunquam conſeruerat? qui vel à ſtabulis vel à domo paterna nunquam receſſerat? qui denique inermis, ſine galea, ſine lorica, ſine clypeo, ſolo baculo armatus adverſus hoſtem progrediebatur? Sane qui hunc apparatum conſpexiſſet, merito de populo Iſraëlitico actum eſſe dixiſſet, præſentemque mortem ſine ſpe auxilii, niſi cœlitus ipſe Deus manum admoviſſet. David itaque Goliathum ſuperans hoc apparatu teſtatum fecit, nullum hic humanis viribus aut induſtriæ locum eſſe relictum, ſed Deum uſum Davide tanquam inſtrumento per ſe inutili: ſibique uni reſervaſſe gloriam ſalutis, quam populo ſuo tunc attulit. Iſtud igitur in primis obſervandum ex eo quod David omnibus armis ſpoliari voluit. Namque potuiſſet facile in toto exercitu galeam ſibi convenientem, & loricam, gladiumque invenire, ut non plane inermis in prælium progrederetur. Sed illum ſic oportuit hominum exponi ludibrio. Et præterea non eſt dubium, quin gravis tentatio invaſerit omnes eos, qui hunc apparatum intuebantur. Sed illorum fidem ſic explorare Deus voluit. Quare quod Davidem adverſus Goliathum progredi permiſerunt, animi quadam perturbatione factum eſt: quemadmodum heri diximus excæcatum fuiſſe Saulem, quum Davidem dimitteret. Qui vero ſenſu aliquo prædititi fuerunt, ſine dubio juvenem illum ſine horrore non potuerunt videre, ſeſe certæ morti exponentem: ſed Deus eoſdem confirmavit, & in bonam ſpem erexit. Denique David non apparat ſe ad prælium, ea ſibi arma comparans, quibus munire ſe homines ſolent: ſed quam ſemel infixit animo ſententiam, in eadem perſtat, Deum ſine humanis præſidiis victoriam de hoſte conceſſurum: quandoquidem Dei virtus & potentia nullis humanis præſidiis nititur: quæ ſibi ſoli ſufficit, & non opus habet aliunde mutuari. Quamobrem hanc utilitatem ex hiſtoria præſenti reportemus, ut ſi miſeram Eccleſiam viderimus afflictam, & velut aviculam ante aucupis laqueos fugitantem, aut tanquam miſeras & pauculas oves mille lupis circumdatas laborare, & undique ſic premi, ut nullus evadendi locus appareat, & nulla præſidia humana ſe offerant; teneamus tamen, nos à Deo in ſuorum numerum eſſe receptos, ac proinde ipſum ſingularem noſtri curam habere, & facile ſuperaturum quaſcunque mundus adverſum nos vires excitarit: & ex mille mortis periculis, quoties voluerit, erepturum. Neque vero abs re interdum patitur Deus omnibus nos humanis præſidiis deſtitui, ut ad ipſum

aſſurgere

Digitized by Google

[illegible] Itaque Goliathus arroganter & faſtuoſe adverſus illum progreſſus deſpexit, quod non eſſet ejuſdem cum ipſo qualitatis: & iſtis verbis conqueritur, *Numquid ego canis ſum, quod tu venis ad me cum baculo?* Davidem ludibrio habuit quod cum baculo paſtorali ſeu pedo progrederetur, tanquam adverſus canem, & ita ex iracundia inſit, *Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli & beſtiis terræ.* Cui David reſpondens, ait, *Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo, ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſraël, cui exprobraſti.* Quaſi dicat, Deus ille Iſraël eſt, in quo totius populi ſita eſt virtus. Tu hanc virtutem contemſiſti & ludibrio habuiſti: quare ipſe ſenties Dei auxilium adverſum te. Hinc fit magis conſpicuum quod jam ante attigi, Deum voluiſſe populum ſuum tunc ſervare modo quodam extraordinario, & hominum ſententia plane ridiculo: ut liberationis laus omnis Deo ſoli tribueretur: quod homines proclives ſint in Dei contemtum, & debito ipſum honore fruſtrentur. Interim vero Deus ſuos noſtroſque hoſtes excæcat, quum debilitatem noſtram intuentur, & jam paratum ſuis faucibus bolum arbitrantur, ideoque ſuperbia maxime efferuntur, quæ interitum & ruinam ipſorum accelerat. Duobus igitur modis patefit Dei poteſtas & bonitas, quum nos omnibus humanis præſidiis nudatos adjuvat. Nam ex parte hoſtes noſtros confuſioni exponit: ex altera vero nos ad ſe invitat & allicit, ut ipſius tutelæ & protectioni nos totos committamus: & præparat etiam ut noſtræ ſalutis gratias ipſi agamus. Increduli vero ſane ſemper arrogantia turgent: nihil enim magis dejicit hominem quam vera fides & Dei cognitio. Nam omnibus hominibus natura vitium eſt inſitum ſuperbia, & eminendi ſuper alios cupiditas: ut ſit accidens inſeparabile ab hominum natura ſuperbia, arrogantia & temeritas: adeo quidem ut vel in intimis medullis reſideat. Nihil autem magis ad veram humilitatem adducit quam Dei cognitio, ex qua, nos nihil eſſe, diſcimus, ſed quæcunque habemus ab illo manare, & accepta ipſi eſſe ferenda. Verumtamen etſi improbi homines & increduli turgent arrogantia & ſuperbia, non tamen efferuntur arroganter, niſi quadam occaſione peculiari. Quare ſi plenis velis aura ipſis afflaverit, & rideant ipſis omnia, tum inſolenter ſeſe gerunt, exultant, & triumphos agunt: hinc fit, ut nullis amplius retineantur repagulis: ſed plenis ne ad me, inquit, venis tanquam adverſum canem? Quis tu es qui audes adverſum me progredi? Denique Davidi maledixit in Diis ſuis. Qualis quantaque hominis ſuperbia ludibrio habentis quicquid Dei viventis eſt? Quam blaſphemus iſte gigas, Davidi maledicens in idolis quæ à Philiſtæis colebantur? quaſi adverſus Deum poſſint aliquid idola gentium. Atque iſtis minis Davidem ille Gigas terrere voluit: ſed ille contra majorem inde occaſionem Dei magnifaciendi capit: & blaſphemi hominis in Dei Majeſtatem contumeliis excitatur. Sane prius illum vidimus in Deo ſpem omnem collocaſſe, & ſuam fortitudinem conſtituiſſe: verum tamen impurum illum audiens virus ſuum tanta arrogantia in Deum ipſum effundentem, veluti ſubditis calcaribus magis eſt ad preces ſtimulatus, quibus & Deum invocavit, & virtutem ipſius magnifice prædicavit, exſpectans à Domino, quod ſperaverat in hoc certamine, præſens auxilium. Nam ſe ipſe ſatis noverat, nempe non tantum inermem, ſed & imbellem, ac proinde, ni Deus ipſe juvet, mortis certum apparere periculum, ex qua ſolus Deus liberare ipſum poſſit: quod & facturum ſibi pollicetur. Et idcirco jam gratiarum actionem meditatur, quaſi jam, quam exſpectabat, victoria potitus. Quamobrem ne miremur, & ne ægre feramus, ſi Deus non magna pompa, & magno quodam apparatu nos ex periculis vult liberare, ſed contra potius in infirmitate veluti languentes relinquit, adeo ut hoſtibus undique cingamur, & laqueis ipſorum irretiti videamur, & in poteſtatem ipſorum jamjam venturi & opprimendi ab ipſis, denique in nos nihil non moliantur, & nullo reſiſtente pravam voluntatem ſuam impleant, & malis obruant, ne, inquam, iſta miremur. Quid ita vero? Nempe Deus eos excæcat & in propinquam perniciem præcipitat: perinde enim agit cum illis hæc permittendo, ac ſi quis ebrioſo & intemperanti vinum affatim ſuppeditet, quo non ſatietur, donec obrutus vel ſuffocetur, vel in ſtuporem aut phreneſin incidat. Eadem ſane ratio eſt incredulorum & improborum hominum, ſuperbia & arrogantia turgentium, qua ſic inebriantur, ut in furorem & rabiem vertantur, quamdiu occaſio illis offertur ſæviendi, ſibique arridere fortunam arbitrantur. Et de illis hactenus: nos vero contra Davidis exemplum imitari diſcamus, blaſphemis illis Gigantis vocibus hæc ſpei & fidei plena verba opponentis, *Tu venis ad me cum gladio, & haſta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum*

multitudine roboris ſui non liberat ſeſſorem. Anima noſtra præſtolatur Jehovam, auxilium noſtrum & ſcutum noſtrum eſt. Nunquam ergo David mente titubavit, nunquam immutatus eſt: quam mentem habuit ruſticus & opilio, & quam in Deo fiduciam, eandem Rex factus & hoſtibus metuendus retinuit, neque rebus ſecundis & proſperis elatus eſt, & temporalibus bonis inebriatus, neque ſuperbia inflatus, quum Rex tam numeroſi populi factus eſt: neque etiam rebus in anguſtis & quaſi deploratis unquam animum deſpondit, neque præſidiis humanis & auxilio deſtitutus animo fractus eſt. Quid ita vero, & unde ipſi tantum animi robur? Nempe Dei ſolum nomen ait ſatis validum eſſe ad omnes omnium hoſtium currus & equos, & quoſcunque bellicos apparatus evertendos, & frangendos. Quamobrem quum eos, à quibus invadimur, ſibi de nobis victoriam polliceri videbimus: & de ſe tantum ſentire, ut neque humanas neque divinas ullas vires metuant, & omnibus humanis præſidiis munitiſſimi & inſtructiſſimi videbuntur, denique nihil ad explendam ipſorum rabiem deeſſe, Dei nomen tanquam tutiſſimum ſcutum iſtis omnibus larvis opponamus: quandoquidem à nobis invocatus nunquam deerit, & confugientibus ad ipſum præſens auxilium adferet, ſiquidem ſatis virium ad ſuos tutandos, & ad hoſtes frangendos & deturbandos, habet. Nam quales quantique ſunt coram Deo mortales, quos vel ſolo flatu poteſt diſſipare, & omnia ipſorum conſilia & machinamenta evertere? Sane ſi cœlum & terra, & omnia elementa cum ipſis adverſum nos conſpirarent, & ad illorum aſpectum omnia terrore concuterentur, tamen Deo vel ſolo verbo jubente, neceſſe eſt omnem altitudinem deprimi & in auras evaneſcere. Hoc ſane David auxilium divinum ſenſit, exprobrans giganti gladium & lanceam, qua Davidem ſe confoſſurum gloriabatur, ſed vana gloriatione. Equidem agnoſco, Deum etiam, quoties ita videbitur, fideles ſervos ſuos viribus humanis adjuturum, bellicoſos viros & audaces & fortes ſuis ſufficientem, qui & armis & equis aliiſque ad bellum rebus neceſſariis inſtructiſſimi, vitam etiam profundere pro defenſione Eccleſiæ non vereantur: iſtis, inquam, modis ſæpe Deum ſuos tutari & defendere certum eſt. Verum quando nos ſolo ipſius nomine contentos eſſe voluerit, & ſuarum promiſſionum ſola fiducia: reliquis omnibus præſidiis humanis deficientibus, & mundo adverſum nos inſurgente, & conſpirantibus improbis, ut, quocunque vertamus oculos, omnia præſentem mortem minentur, & undique nos cingant feræ, à quibus jamjam laniandi ſimus: ſciamus non temere id contingere, ſed à Deo ſic fieri, ut ad ipſum aſſurgere diſcamus, eique ſoli noſtræ ſalutis laudem omnem adſcribere: & ut mundus agnoſcat, nos eſſe Deo ſuam pertinent, de illa in rebus adverſis tutanda & conſervanda. Nam viſio illa Zachariæ Prophetæ, qua Deus ſe ſuam Eccleſiam inſtauraturum pollicitus eſt, toti Eccleſiæ convenit, & in finem uſque mundi eſt duratura. Fuit autem illa de candelabro, quod erat in medio Sanctuarii, quod ait eſſe ſummum Eccleſiæ gaudium & conſolationem. Quod admirans Propheta, & interrogans, quidnam iſtud indicaret, reſponſum accepit, Non hominum virtute & potentia Dei Eccleſiam defendi & foveri, ſed unius Dei. Nulla ibi mentio Davidis, nulla Goliathi, nulla populi Iſraëlitici, nulla denique ullius admirandi ab hominibus admiſſi facinoris: ſed ſe Deus Eccleſiæ ſuæ protectorem fore dicit uſque in finem ſeculorum poſt adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, neque ullis armis, aut humanis præſidiis ad efficiendam Eccleſiæ ſalutem opus fore: ſed Dei unius virtute & potentia perficiendam. Quamobrem hæc doctrina eſt noſtris mentibus diligenter imprimenda, retinenda & meditanda: quam etiam poſſimus, quum neceſſitas poſtularit, ad uſum referre: ut ſi nimirum in Eccleſiæ difficultatibus Deus humana quædam præſidia conceſſerit, ne iis ſic afficiamur & fidamus, ut Dei nos oblivio capiat: ſed contra quum rebus omnibus deſtituemur, nominis ipſius meminerimus, & hoc ſolo freti ſciamus, nos omnium noſtrorum hoſtium vires & conatus facile deſpecturos: ac ſi dira quæque adverſum nos machinentur, & in periculum mortis veniamus, nihilominus Dei promiſſionibus contenti ſimus, nempe Deum Eccleſiam ſuam uſque ad mundi finem adverſus quoslibet hoſtium inſultus tutaturum & defenſurum: ſi modo in ipſo ſolo conquieſcamus, nihilque nobiſipſis tribuamus: quandoquidem ſolus ille poteſt in ſe ſperantes juvare, & è mortis faucibus eripere. Sed in ſolo Deo ſperandum eſt, & in ipſius timore perſeverandum, & nunquam à cultu ipſius verbo præſcripto recedendum, qui ſummo contra ſtudio & reverentia retinendus eſt. Nam ſi factum iſtud erit à nobis, tunc brachium ſuum ad nos tutandos exeret: modo etiam in memoriam priora ipſius erga nos & alios benefacta revocemus, & pro iis debitas ipſi gratias agamus: quo in dies ſpes noſtra augeſcat & roboretur, adeo ut invicti perſtemus, & adverſus omnes tentationes imperterriti maneamus & fortiter reſiſtamus.

Jam vero, agite, facti ſupplices Divinæ Majeſtati, & tot peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, precemur ipſum ut ſacroſanctum verbum ſuum in noſtras mentes ſic inſtillet, ut in eo magis magiſque proficiamus, & in eo nos exercentes gloriam illi debitam reddamus, & gratias immortales de omnibus ipſius erga nos beneficiis jam inde ab utero matris agamus: non tantum ore & verbis, ſed etiam operibus:

Digitized by Google

[illegible] David, Goliathum illum gigantem compellans, diceret, ſe non progredi adverſus ipſum eum armis: non quod ſimpliciter armis uti vetaretur, quibus illum deinceps uſum apparet, gladio puta, & clypeo ac ſimilibus: quod ipſi licuit: ſed quod ita Deus miraculoſe vellet opus ſuum per Davidem implere. Nam quum Deo placet nos præſidiis humanis deſtitui, ſufficere debet ipſius promiſſio, fore ut ſtet à noſtris partibus. Quibus enim aliis ſubſidiis opus habemus, modo ad noſtram ſalutem virtutem & potentiam ſuam exerat? Et prætereà licet omnibus neceſſariis præſidiis inſtructi, tamen in caducis & terrenis illis rebus ſpem noſtram collocare prohibemur: ſed contra Deum adjutorem advocare & precibus ſollicitare jubemur, non dubitantes, quin, ſi voluerit, ipſorum hoſtium arma nobis in manus tradat, ut noſtræ ſalutis laus & gloria ſoli illi tribuatur: quod ſi rebus à ſe creatis utatur, non ideo tamen virtus ipſius imminuatur: & ſi ſine humanis præſidiis rem perficiat, ejus virtus & potentia ſit adhuc longe clarior & perſpectior. Non immerito igitur giganti illi Philiſtæo David objicit, quod cum gladio & haſta adverſum ſe progrediatur, quaſi diceret, Tu ſolis iſtis corruptibilibus armis fretus me provocas ad certamen, ego vero longe melioribus armis nixus, Dei nimirum potentia, provocantem oppugno. Hinc diſcamus, inimicos ſuis viribus fretos iram Dei adverſum ſe provocare, quod debito ipſum honore ſpolient, cujus contemtus Deus eſt ultor futurus, eaque ratione victoriam de ipſis nobis datum iri. Sane optandum, inimicos noſtros & improbos homines, Dei contemtores, eo arrogantiæ venire, & excæcari ambitione: quod ita Deum ipſum provocent, qui nimium fortis ipſis adverſarius ſit futurus: & ita nobis animus fiat, illis interim Deum & homines adverſum ſe provocantibus, ſibique victoriam promittentibus & triumphos apparantibus, qui tamen ruinæ & exitio certiſſimo magis ac magis propinquant. In primis autem obſervandum, hic nominatim fieri mentionem *Nominis Dei*, ut ſignificetur ipſa Dei virtus, quem ſi auxiliatorem & ſervatorem experiri volumus, invocare, qualem ſe nobis patefecit in noſtris difficultatibus, debemus. Neque nim vox illa, *nomen*, ſimpliciter pro vocabulo illo accipienda eſt: ſed pro virtute quæ hoc nomine deſignatur. Sacra vero Scriptura ſolet ita loqui, ut Deum indicet à nobis invocandum ea fiducia, qua cultum agnoſcamus. Sic Pſalmo 50. Deus jubet ſe invocari. *Pſal. 50. verſ. 15.*
Invoca me, inquit, *tempore anguſtiæ: & te exaudiam, ut honore me afficias.* Licet igitur invicta Dei virtus ſemper parata ſit ad auxilium nobis in anguſtis rebus ferendum, non tamen ad illam confugere poſſumus, niſi prius eam cognoſcamus, neque effectum ſentire, & utilitatem ex ea referre, niſi ut noſtri miſereatur precemur. Porro David didicerat, ut ante docuimus, in uno Deo conquieſcendum, & ad ipſum ſolum ut tutiſſimum aſylum confugiendum, ex Legis doctrina, & precibus & orationibus crebris in ea ſe exercuerat. Nos itaque Davidis exemplum imitati, quum apud incredulos gloriabimur, hoc nomine cum ipſo gloriari diſcamus, nos nempe Deum non ſimulate neque externo tantum ritu, ſed ſincere & in vera fiducia invocare, quandoquidem ab ipſo vita noſtra & ſalus dependet, & nos nihil à nobisipſis poſſumus: & ipſius freti promiſſionibus ſperare fore ut nunquam nos ipſum quærentes deſerat, ſed præſens auxilium in rebus anguſtis ferat. Sequitur, *Hodie dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadavera caſtrorum Philiſtæorum hodie volatilibus cæli, & beſtiis terræ.* Idem & Goliathus Davidi minatus fuerat, niſi quod hic David minatur etiam caſtris Philiſtæorum ultimum exitium: Deo dante ipſi ut victoriam referret, non tantum de uno gigante, ſed de illo numeroſo exercitu, qui adverſus Dei populum tam ſuperbe & contumelioſe inſurrexerat. Porro hæc loquendi phraſis, *Dare cadavera cæſorum volatilibus cæli & beſtiis terræ*, frequenter occurrit in ſacris, qua mortis ignominioſæ ſpecies ſignificatur. Minatur itaque David Goliatho non tantum necem, ſed etiam poſt mortem dedecus & ignominiam, fore nimirum ut cadaver ipſius inſepultum jaceat, & beſtiis terræ & avibus fiat paſtus & eſca: & eandem fore etiam reliquorum Philiſtæorum conditionem. Goliathus etiam idem Davidi ſatis crudeliter & ſuperbe minatus fuerat: hunc itaque morem militarem etiam David quidem imitatus eſt: ſolent enim milites ſic ſuis hoſtibus inſultare, ut non tantum necem minentur, ſed etiam poſt necem dedecus & ignominiam corporum, quæ ſine honore inſepulta jaceant: ſed quum non tantum giganti illi ſed reliquis etiam Philiſtæis idem opprobrium minatur, ſpiritu Prophetico & ſpeciali revelatione facere certum eſt. Goliathus quidem, ſua virtute & robore fretus, inſultabat adoleſcenti: ſed longe aliter David, qui ſane longe im-

 par

Aſſyriorum, quos Deus per Prophetam, quoniam populo Iſraëlitico inſultaſſent, prædicit ſua manu feriendos. Nam impurus ille Sancheribus Ezechiæ Regi & populo ſic inſultaverat, ut in ipſum Deum blaſphemas voces evomeret: quamobrem Deus Ezechiam per Prophetam conſolatus, ait, ſe vindictam de profanis illis ſumturum, his verbis, *Sprevit te & ſubſannavit te virgo filia Sion: poſt regnum tuum caput movit filia Jeruſalem. Cui exprobraſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exaltaſti vocem tuam, & elevaſti in excelſum oculos tuos? Contra Sanctum Iſraël*, Deus ergo, quia Jeruſalem erat in ipſius præſidio, & ibidem Regiam ſedem erexerat, minatur, ſe, quod Aſſyrii fiduciam in Deum Iſraëlis Ezechiæ & populo ſuperbe exprobraſſent, vindictam de ipſis ſumturum, cauſamque ſuam defenſurum, & in ipſos hoſtes dedecus derivaturum. Quare ſi Dei inſignia feramus, & non ficte neque ſimulate nomen ipſius invocemus, & alarum ipſius umbra tegamur, hoſtibus linguam adverſum nos petulanter exerentibus, & virus ſuum efflantibus, & triumphos inſtituentibus, imminere ultimum exitium à Domino ſciamus, cui ſunt propinquiores quo inſolentiores. Nos itaque tunc tanto magis præſenti animo ſimus, & Davidis exemplum imitemur, certo perſuaſi, quo magis hoſtes veritatis & puræ Religionis inſoleſcunt & efferuntur, & blaſphemis vocibus Dei Majeſtatem lædunt, ſuumque in nos virus efflant, eo propinquiores eſſe ſuo exitio: & quo magis ſecuri ſibi videntur, & de victoria certi, quaſi conſiliis ſuis ad exitum perductis, eo citius & momento quidem à Deo in exitium deturbandos. Pergamus ad inſignem illam Davidis ſententiam, *Et ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſraël, & noverit univerſa Eccleſia hæc, quia non in gladio, nec in haſta ſalvat Dominus.* Eadem verba David, quæ ſupra, repetit, ſed illud obſervandum quod ait, *Et ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſraël.* Nam iſtis verbis declarat, quibus viribus, qua audacia fretus tam intrepide Goliathum aggrediatur, nempe Dei virtute, qui verbum ſuum ſit impleturus, & Eccleſiam ſuam tutaturus. Nihil igitur hic ſibi temere David finxit, ut ſolemus plerumque multa nobis temere perſuadere: & inani quadam audacia freti montes aureos nobis polliceri, quaſi nubes ipſas ſimus transſcenſuri: ſed David Dei promiſſionem ſpecialem de tutando & defendendo Iſraële reſpiciebat. Nam terra quidem univerſa eſt Jehovæ: ſed tamen Iſraëlem ſcimus Deum ſibi in peculium delegiſſe. Quare quum dicit Deum eſſe in Iſraële, non imaginatur quandam Eccleſiam, ſed Dei ipſius verbo, quod fallere non poteſt, nititur. Quando igitur Dei nomen ut ſcutum hoſtibus objicere, eoque tegi voluerimus, danda opera eſt, ut ipſius verbo freti ſimus, ne temere illud aſſumamus, ut multi

nam docet Paulus Apoſtolus, quoniam in Chriſtum inſiti ſumus, qui antea eramus oleaſter, in radicem illam, inquam, à Deo ipſo conſecratam, quum per fidem facti ſumus Domini noſtri Jeſu Chriſti membra. Hoc itaque ſufficiat, nos à Deo per Euangelium fuiſſe vocatos, & promiſſiones nobis factas nos ab ipſo in gratiam recipiendos, neque reſpecturum quales ſimus quidve promeriti, ſed miſericordia ſua nos amplexaturum. Næ ſi teſtimonium illud conſcientia nobis dictaverit, certi erimus non tantum ad vitam æternam Servatorem noſtrum fore: ſed etiam in vita præſenti adjutorem, & in ſummis anguſtiis & difficultatibus liberatorem. Porro quum dicit David, *ut ſciat omnis terra quia eſt Deus in Iſraël,* non inde ſequitur incredulos poſſe ad veram Dei cognitionem venire, & ſpecialem curam, quam de Iſraëlitis gerit, agnoſcere: ſed perinde eſt ac ſi David diceret, ipſos Ethnicos & profanos propria conſcientia teſte convictum iri, Dei virtute ſola populum illum, qui proſtratus jacebat, liberatum. Nam increduli ſemper cæcutiunt: ſola fides luce ſpirituali illuſtratur. Deo itaque potentiam ſuam exerente, terreni & increduli homines obſtupefacti cæcutiunt, quemadmodum & apud Iſaïam dicitur, Improbum nunquam Dei gloriam cognoſcere. Verum enimvero vel qui maxime cæcutiunt Dei manum experiri & ſentire coguntur, atque idcirco obſtupeſcere & horrere. Hinc illæ in ſacris uſitatæ loquendi phraſes, Dei comtemtores cogi ipſum adorare & ipſi mentiri, & aliæ ſimiles, quibus non quidem ad Deum confugere dicuntur improbi, neque ab ipſius verbo pendere, neque etiam de acceptis ab ipſo beneficiis gratias agere, (licet aliquando, quos vult, Deus ad ſe convertat; ſed reprobi, Deo licet fulminante, cœlumque terramque concutiente, & montes altiſſimos commovente, nunquam emendantur neque convertuntur, quin potius magis ac magis indurantur:) ſed vel inviti agnoſcere Dei manum & opus. Deus itaque ſic operatur, ut in admirationem omnes rapiat, & improbi homines, & maxime contumaces, & arrogantiæ pleni cogantur iſtis operibus affici, & vel inviti fateri divinum iſtud non humanum opus eſſe. Sed non ſine blaſphemia, nam aiunt, Aut Deus aut Diabolus effecit. Improbos igitur homines videmus Dei quidem cognitione affici, velint nolint, quum virtus ipſius in ipſorum oculos incurrit: verum tamen Dei gloriæ pro viribus reluctari. De tali cognitione & ſcientia loqui Davidem hoc loco certum eſt, quum ait univerſam terram cognituram, Deum eſſe in Iſraële, id eſt, improbos & incredulos homines, Dei virtutem invictam non confitentes, Legemque ipſius & cultum in Iſraële præſcriptum contemnentes, ſenſuros tamen Iſraëlem non viribus humanis, non armis, non aliis præſidiis,

Digitized by Google

miracula & memorabilia facta quibus ſeſe clare patefacit, ut omnes commoveri & ſtupere illa oporteat, multi tamen obſtupeſcunt & iſta non animadvertunt, Deumque ex illis ut oportet cognoſcere non diſcunt. Nos igitur alia quadam ratione Deum cognoſcere diſcamus. Quænam vero tandem iſta eſt? Nempe, ut nosipſos diligenter intueamur & exploremus, ac miſeriam in quam demerſi ſumus agnoſcamus, & in quam ſubinde, niſi Deus retineret, delaberemur: deinde beneficia, quæ ab ipſo accepimus, uni illi accepta feramus, noſtramque in ipſo fiduciam omnem collocemus, & in ipſius timore ambulemus, eumque ſincere ex verbi præſcripto colamus: quandoquidem ipſius ſumus, vitamque, & quicquid habemus, uni ipſi debemus. En qua ratione certiſſima & non dubia Deus cognoſcendus eſt, quam increduli non habent: qua fit ut altas in nobis radices agat Dei timor, & ſponte ad Dei obſequium nos componat: eamque in nobis de ipſo fiduciam generet, ut ab ipſo in difficultatibus auxilium, & tandem etiam æternam ſalutem exſpectemus: gratiaſque immortales de omnibus acceptis ab ipſo beneficiis agamus. Hanc igitur ob cauſam dixit David, *Et omnis hæc Eccleſia noverit, quia non in gladio, nec in haſta ſalvat Dominus:* quum antea, Goliathum alloquens, dixiſſet, *ut ſciat omnis terra, quia eſt Deus in Iſraël*, quod illa cognitio propria ſit Eccleſiæ Dei; hæc omnibus incredulis etiam communis. Inde itaque diſcamus veram Dei notitiam habere, & in illa omne noſtrum ſtudium adhibere, ut par eſt, & prout ipſe Deus docet verbo ſuo; & quidem recto & puro corde & animo. Caveamus autem ne illa cognitio ſimulata vel coacta ſit, quam deinceps malitia & ingratitudo ex animis deleat & extinguat: ſed demus omnem potius operam, ut vere Dei virtutem apprehendamus, quam Deus ſuis patefacit, ut in ea conquieſcamus, & de ipſius auxilio perſuaſi ſimus. Nihilominus Iſraëlitæ, licet ſatis docerentur Lege Dei, & peculiari teſtimonio, tantam eſſe Dei virtutem quæ ſuis liberandis & ex periculis eruendis ſufficeret, non tamen in illa vera fide conquieverunt, ſed dubii & vacillantes fuerunt. Quamobrem David verbis iſtis oblique diffidentiam & incredulitatem ipſorum arguit, quod nimirum non attenderent ad divinas promiſſiones quæ Lege Dei con-

quo Majeſtas ipſius ſplendet. Sane utilis nobis eſt hæc doctrina, quam iſtis verbis Davidis, *ut hæc univerſa Eccleſia noverit, Deum non ſervare in gladio, neque in haſta*, contineri diximus. Cæterum obſervandum, Davidem, quum Goliathum compellaret, ac diceret, *ut hæc multitudo ſciat quod eſt Deus in Iſraële*, illis verbis incredulorum vanas ſuperſtitiones & idololatrias arguiſſe, & nominatim blaſphemam illam gigantis maledictionem in Diis ſuis reprehendiſſe. Nam ille Goliath Davidi in Diis ſuis maledicens, ſperabat ſe tanquam fulmine illum percuſſiſſe: ſed hominis iram blaſphemam David eludit, quum ait, *Deum eſſe in Iſraële:* ut indicet, incredulos Ethnicos adorare ſua ſomnia & inanes imaginationes: ſed verum Deum eſſe, & coli, & adorari, in Iſraële. Populum vero Iſraëliticum, attonitum & metu perculſum conſolatur, confiſus Deum reipſa patefacturum, ſe ſatis potentem ad ſuos è periculis eruendos & ſervandos, & licet omnibus humanis præſidiis deſtitutos, ſatis in Deo habere præſidii. Sane temporum, noſtrorum experientia nobis idem compertum facit: quamobrem tot teſtimoniis oportet nos magis magiſque confirmari: ut, ſi Dei verbo non acquieſcimus, ſicut debemus, ſaltem quum experientia Deum noſtri miſertum eſſe ſentimus, & promiſſiones ſuas impleviſſe, veritatis ipſius majorem notitiam habeamus, & in ipſo uno ſpem omnem noſtram collocare diſcamus. Diſcipulos Chriſti ſaltem imitemur, qui, de Chriſti reſurrectione dubitantes, dicuntur, viſo ſepulcro vacuo, Deo credidiſſe. Neque vero quæcunque antea Chriſtus Dominus noſter prædixerat, vana & ludicra ducebant, quibus fidem adhibuerant: ſed tamen adhuc incerti & dubii fluctuabant. Deinde ubi perfectum vident quod ipſe Dei Filius ore ſuo pronunciaverat, credunt, & ipſa experientia edocti cognoſcunt. Nos eorum igitur exemplo diſcamus, ſi fuimus increduli, & non eam Dei voluntati & verbo fidem & auctoritatem dedimus quam debuimus, tamen credere tot teſtimoniis quæ Dei Filius, Dominus noſter Jeſus Chriſtus, nobis exhibet: & ne ingrati ſimus in accipienda gratia quam nobis offert: caveamuſque ne ipſius promiſſiones in dubium vocemus: ſed certo perſuaſi ſimus, Deum non fruſtra loquutum, neque inanibus nos paſcere

pollici-

Digitized by Google

quadam arrogantia turgeant: & contra, qui iiſdem carent, metu trepident, Deique potentiæ & auxilii non recordentur. Idcirco dicit Deus, ſibi iſta diſplicere. Itaque carnalibus & temporalibus omnibus præſidiis opponuntur, primum timor Dei & reverentia, quæ ipſius Majeſtati debetur: deinde ſpes: quæ duo conjungi neceſſe eſt. Nam ſcimus hypocritas abuti ſolitos Dei nomine & Euangelii, & palam quidem verbis prædicare, verbo Dei dandum pondus & auctoritatem, ut ſolum emineat, & ita teſtari, nos non poſſe in Deo fiduciam collocare, niſi nos ipſi ſubjicere didicerimus, & veram obedientiam reddere: ſed tamen multos eſſe infideles, qui Dei timorem ſimulabunt, qui nihilominus neque ipſum ament, neque colere velint: verum ejus ſummam & tremendam juſtitiam horreant. Illi igitur ſolam externam obedientiæ ſpeciem præ ſe ferunt, intus rebellionem foventes. Quamobrem ſciamus, duo illa, quæ diximus, conjungenda, timorem & ſpem ſeu amorem. Nam timere Deum tam boni quam mali jubentur, ut monet Propheta in Pſalmis. Doctrinam igitur iſtam meditemur, Domini eſſe bellum:
Pſal. 33. verſ. 16. quam ob cauſam Propheta Pſalmo 33. dicit, *equum eſſe mendacem ad ſalutem: & Regem non ſervari multitudine copiarum, neque potentem multitudine virium: ſed oculum Jehovæ attendere ad timentes ſui.* Hoc impletum videmus in Goliatho: neque dubium quin David hoc perpetuum teſtimonium in Eccleſia eſſe voluerit, & ſæpe in memoriam populi revocarit, quod ſemel Deus per ipſum effecerat. Quare hæc verba ſæpe inculcanda, Non in multitudine virium ſervari potentes, quoniam potentiæ Dei temporalia præſidia ſolent opponere: quæ quidem ſane Deus hominibus dedit, & illorum uſum permiſit, ſed ita tamen, ne virtuti & potentiæ ipſius præferantur: quandoquidem Deus ſuos ſervaturus, non pendet ab iſtis mediis, neque alligatur iſtis rebus corruptibilibus, quibus homines propter infirmitatem opus habent: cui ſua ipſius virtus ſufficit. Nullum itaque ſubſidium humanum Deus ad ſuos juvandos requirit, & nihil ipſi deeſt ad virtutem ſuam hominibus manifeſtandam. Sane ſi hanc doctrinam animis inſculpſerimus, in omnem vitam ſufficiet, & tutiſſimum erit adverſus quaslibet tentationes remedium. Nam ſi in ipſius tutelam confugerimus, certo perſuaſi erimus, nos, licet omnibus præſidiis vacuos & deſtitutos, ſatis tamen ipſius umbra tutos eſſe, quæ ſola plus valeat quam mille propugnacula ad hoſtes à nobis propulſandos, licet armis, equis, munitionibus, militum ingenti numero munitiſſimos & inſtructiſſimos, & ad quorum aſpectum horrere mundus deberet, quod ſuis viribus videantur poſſe univerſum mundum evertere; ſed ſi Dei favorem ex-

qua non dubium eſt, quin David docere voluerit, Deum omnibus præliis præeſſe, & cui voluerit victoriam concedere. Quod ipſum Ethnici cognoverunt: & ideo in bellum profecturi Diis ſuis ſacra facere ſoliti, ut bene ſua conſilia verterent & fortunarent. Et poſt partam victoriam templa fuerunt ad gratiarum actionem aperta. Sed quæ illi Diis ſuis ſacra fecerunt, mera hypocriſis fuit, quod verum Deum non noſſent, & quæ Diis ſuis offerebant, in Dei viventis contumeliam redundarent. Sed Deus in hominum mentibus reliquas eſſe voluit aliquas religionis ſcintillas, ad majorem ipſorum condemnationem, & ut ſint coram Deo inexcuſabiles: quod ultro ſibi oculos effodiant, ne ad Deum vocantem veniant & aſſurgant. Idcirco Ethnici Fortunam bellis præeſſe & dominari dixerunt: deinde Martem Deum præliorum imaginati ſunt: Dei viventis interea non recordati. Quod & ipſum Prophetæ Dei populo ſæpe exprobrarunt, dicentes, illos ſuo reti & induſtriæ ſacrificaviſſe. Quemadmodum hodie multos Principes videas veram cognitionem Dei non habentes, parta victoria, & in patriam reduces, trophæa ponere, & ſupplicationes decernere, ſubinde ſuum illud Kyrie eleiſon repetentes: ſed interim ſuas laudes prædicare, virtutem & induſtriam magni facere: Fortunamque dominam laudare, Deique memoriam omnem abolere. David itaque paucis iſtis verbis docet, bella eſſe Domini: quaſi dicat illum Dominum eſſe bellorum, & in omnes dominari & auctoritatem habere; ut, qui de ſuis viribus multum ſibi pollicebantur, animum repente deſpondeant; & ab iis qui imbelles & ignavi habebantur, contra omnium opinionem ſuperentur. Cæterum iſta longius etiam proferenda. Nam in primis quum Deus Exercituum Deus dicitur, eo docemur ipſum in mundo poſſe pacem aut bellum fovere: & quum bella moventur, ipſius juſto judicio fieri, rebus creatis habenas permittentis ad homines de peccatis puniendos. Quid dico permittentis? imo & commoventis, & veluti tubæ clangore homines cientis, quorum opera ad exercendam vindictam ſuam utatur. Deus itaque juſto ſuo judicio bella movet: ut homines, alioquin obliviosos & rebus proſperis abutentes & ad vitia proclives, coërceat, & excitet ad officium. Sin vero contra Deus pacem terris reddere volet, & hominibus otia facere, vel ſolo flatu ſuo potentiſſimorum Regum conſilia & conatus inanes efficiet, quemadmodum pulchre Propheta docet Pſalmo 46. *Non* Pſal. 46.
timeremus ſi turbaretur terra, & transferrentur montes in cor maris: quoniam, ut ait paulo poſt, *Deus faciens ut ceſſent bella ad extremitatem uſque terræ, arcum perfringit, & truncat haſtam, currus comburit igne.* Quibus verbis Propheta docet, homines, licet omnes

vires

nocere moliuntur: noſtrique miſereatur, & paterna benevolentia complectatur, & vires etiam ad hoſtium vim propulſandam ſuppeditet: denique fore, ut, ſi ad mortis limen venerimus, & de nobis ſit conclamatum quaſi jam deſperatis rebus, tam miraculoſe liberet, ut reipſa tandem experiamur, veram illam eſſe Scripturæ ſacræ vocem, & non inanem titulum, quum Deus Exercituum nominatur, & non temere à Davide prolatam iſtam eſſe ſententiam, Bellum eſſe Domini. Quare ne dubitemus, quin Deus auxilium ferat nobis opportuno tempore, non tantum adverſus Goliathum quempiam, ſed etiam ſperemus eum quicquid nobis adverſabitur debellaturum & deſtructurum, etſi potentia invicta videatur. Quemadmodum hic videmus Philiſtæos numeroſiſſimum exercitum habuiſſe, & omnibus ad bellum neceſſariis inſtructiſſimos fuiſſe: quin etiam ſæpe de populo Judaïco victoriam antea reportaſſe, & tamen momento factos debiliores, & cæſos fugatoſque, ac magna internecione deletos fuiſſe. David ergo ſententiam illam protulit, non tantum ad præſens bellum, ſed etiam ad univerſam omnium ſeculorum Eccleſiam pertinentem. Sic ſolet Deus eos, qui jam morti erant deſtinati, & quos undique pavor circumdabat, liberare, & tempeſtates omnes adverſus ſuos coortas ſedare & diſſipare: quo fiat ejus potentia & virtus nobis conſpectior; qua freti non dubitemus quin omnes adverſum nos inſurgentes hoſtes compeſcat, eorumque conſilia & conatus frangat. Quid ergo impii illi, qui ad ardentiſſimas ſeveris precibus inanes tantum demurmurationes profert, quibus divinæ bonitatis contemtores deprehendamur? Vera autem fides eam in nobis audaciam generat verbo Dei in nobis genitam, quæ adverſus omnes hoſtium impetus animos noſtros confirmat, quod Deum bellorum & exercituum Dominum eſſe ſciamus. Quamobrem diſcamus omnem incredulitatem & infidelitatem captivam ducere, ut ſemel in Deo fiduciam noſtram collocantes, adverſus quaſcunque tentationes forti animo ſtemus imperterriti: ac proinde in ſummis difficultatibus & anguſtiis Deum ſatis potentem agnoſcamus, ad nos ex omnibus illis liberandos: modo ipſi aditum non claudamus, ſed potius fide in ipſius promiſſiones reſpiciamus, & gratiam ejus admittamus.

Jam vero, agite, ſupplices in genua coram ipſius Majeſtate procumbamus, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, veniam deprecemur: & rogemus ipſum, ut in ipſius verbo tales progreſſus, dante ipſo, faciamus, ut omnem incredulitatem exuamus, quæ ipſius gloriam & virtutem obſcuraret: faciatque ipſe in nobis, ut tanta ſollicitudine in ipſius timore ambulemus, ut omnem fiduciam noſtram in ipſius promiſſis collocemus, ſperantes interim fore, ut ſua bonitate ſuperet quicquid tam corporum quam animarum ſaluti contrarium eſt: & minime dubitantes, quin ſeſe noſtrum Servatorem ad ultimum uſque vitæ halitum demonſtret.

HOMILIA SEXAGESIMA QUINTA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XVII.

48. Quum ergo ſurrexiſſet Philiſtæus, & veniret, & appropinquaret contra David, feſtinavit David, & cucurrit ad pugnam ex adverſo Philiſtæi.

49. Et miſit manum ſuam in peram, tulitque unum lapidem, & funda jecit, & percuſſit Philiſtæum in fronte: & infixus eſt lapis in fronte ejus, & cecidit in faciem ſuper terram.

50. Prævaluitque David adverſus Philiſtæum in funda & lapide, percuſſumque Philiſtæum interfecit. Quumque gladium in manu non haberet David,

51. Cu-

Digitized by Google

NArratio nobis hic occurrit audaciæ & fortitudinis, tam Philiſtæi quam Davidis, ex oppoſito conſideranda. Sed in primis obſervandum, gigantem illum Goliathum audacter, ſuis viribus confiſum, progreſſum eſſe: Davidem vero contra de ſe nihil ſperaſſe, ſed auxilium à Domino exſpectaſſe. Næ quamdiu homines ſibi de ſuis viribus aliquid perſuadent, fieri non poteſt quin exitum luctuoſum conſequantur. Deum enim honore ſuo ſpoliant, & eodem ipſi gloriari cupiunt. Neque enim vel tantillum nobis tribuere poſſumus, quin Deo tantundem detrahamus: quod deinde ſacrilegium horrendis pœnis certum eſt puniri. Neque enim mortalem creaturam eo uſque efferri par eſt, ut quod Dei proprium eſt, ſibi aſſumat & attribuat: quare oportuit iſtius gigantis arrogantiam confundi. Cæterum non ſatis eſt ſi homines in Deo confidant, ſed fidem ipſorum certo fundamento niti oportet. Multi enim, ut ante dixi, Dei nomine gloriantur, ſed ſine fundamento, quoniam ſibi, quicquid libet, perſuadent. At non ita temere ſe David geſſit, ſed eum Dei Spiritus rexit: hinc illæ adverſus Philiſtæum ipſius vires. Porro quum dicitur fundam & lapidem accepiſſe, apparet Deo duce factum, qui nullo illum metu terreri paſſus ſit. Vix enim fieri poteſt quin metus aliquis, ubi præſens eſt mortis periculum, hominem invadat: quum ſæpe in fortiſſimos quoſque viros tantus incidat pavor, ut neque ratione, neque conſilio regantur, metu judicium adimente: quod nimirum de Deo non cogitent, neque ad illum confugiant. Quare quum dicitur David lapidem accepiſſe, & jaculatum eſſe funda, cognoſcamus Deum ſic ipſi adfuiſſe, ut neque vires neque conſilium ipſi defuerint. Et quum rectâ frontem medium Philiſtæi petiit, non dubium quin ipſe Deus ictum direxerit. Nam alioqui mille potuiſſet lapides jaculari, vel inutiliter, vel in alias corporis partes armis tutiores. Nam, ut vidimus, Goliathus prodibat ad prælium armatus, ſola facie detecta: quapropter miraculoſe Davidis manum à Domino regi oportuit, ut tanquam ſcopum lapis ille peteret & feriret. Næ Fortunam hic Ethnici incuſabunt: ſed ſciamus iſta nobis proponi, ut Dei conſilium cognoſcamus de ſuo populo ſine gladio aut aliis armis iſtiuſmodi ſervando. Cæterum quum Goliath ille dicitur, antequam ictus occumberet, tanta arrogantia proceſſiſſe adverſus Davidem quaſi victoriam in manu haberet, ita comprobatur experientia quod alio loco ſacra Scriptura nos docet, Dei nempe contemtores, quum ſecuros ſe arbitrantur, & magnis clamoribus fiduciam demonſtrant, ac triumphant, exitio tamen ſuo eſſe propinquiſſimos, & momento eſſe obruendos. Quemadmodum igitur prægnantem mulierem dolores partus incogitantem invadunt: ita fiet cum iis omnibus, quos propria arrogantia excæcat, quos Deus repente invadit, & quo major illorum fuit confidentia, eo gravior pœna ſequitur, Deo ſtultitiam illorum perſequente. Quid enim, obſecro, eſt in his terris firmum & ſtabile? Næ ſi ſerio vitæ noſtræ conditionem conſideremus, certum eſt, ſingulis momentis novas metus occaſiones nobis præberi: ſed præſertim quum urget conſcientia, & quot peccatorum coram Deo rei ſimus, quaſque pœnas meriti ſimus attendimus: & quot rationes habeat nos puniendi: quas tanquam ſagittas thecis ſuis continet, quarum infinitus eſt numerus: nonne ſatis magna nobis offertur curæ & ſollicitudinis occaſio, non quidem qua obruamur, ſed qua cautiores fiamus, ut in timore Dei ſollicite ambulemus, eumque precemur, ut noſtri miſereatur, & nos ab infinitis mortis periculis, quibus circumdamur, protegat? Quare quum improbi ſic gloriantur & ſecure vivunt, ac in vitiis indurantur, quaſi fœdus cum morte & ſepulcro pepigiſſent, ut loquitur Iſaïas Propheta, & videntur ipſum Deum laceſſere quaſi inermem: aut quaſi poſſint ipſius manus effugere: quis miretur, eos incautos à Deo deprehendi; &, quum extra omnem aleam eſſe ſibi videbuntur, ad rationem vitæ reddendam adigi, & tanquam fulmine incogitantes obrui? Talis fuit iſtius Goliathi exitus. Quod autem adjicitur, Davidem, quum funda jaculatus gigantem dejeciſſet, nullum habuiſſe gladium, magis ac magis nobis admirandam Dei virtutem contemplandam tanquam in ſpeculo exhibet, qua populum ſuum, in ſummas anguſtias redactum, & quaſi deſperantem de ſalute, liberavit. Quod enim nominatim non exprimitur, facile tamen colligitur. Nam ſi dicam, Immanis gigas ab adoleſcente ſuperatus eſt: potens ille & robuſtus miles à ruſtico inexercitato & longe impari, cataphractus miles, qui fuit unus inſtar propugnaculi, ab inermi opilione dejectus eſt: qui ſolo aſpectu non tantum aliquem robuſtum virum terrebat, ſed univerſum exercitum, ictu funda jaculati lapidis ab opilione dejectus & proſtratus eſt: ſane niſi ultro cæcutimus, fateamur neceſſe eſt, divina illud virtute factum eſſe. Næ fateor, profanos homines & hebetes, Fortunam hic vociferaturos: ſed quoniam in bruta degenerarunt. Sciamus itaque, Dei Spiritum ſimpliciter narrare cæſum & proſtratum à Davide Goliathum primo ictu lapidis funda emiſſi, ſine gladio, ſine aliis ullis armis, ut inde fiat Dei virtus illuſtrior. Tunc vero Dominus Davidem inermem ad prælium ire voluit, ſine gladio, quem quidem deinceps in aliis præliis adverſus hoſtes adhibuit; ſed ita tamen, ut ſatis oſtendat, ſe multum profeciſſe in admirabili Dei auxilio, quod hoc tempore ſenſerat.

Nam

Digitized by Google

lapidis ictus eum plane interfecerat, ſed ita tamen Dei manu dejectus fuerat, ut movere ſe non poſſet, donec ipſi David gladio caput amputaret. Hinc admonemur, Deum nobis quidem de hoſtibus victoriam aliquando concedere, ſed ita ut nondum plane mortui ſint: at tamen, Deum inceptum opus non deſerere: ſed opportuno tempore perficere: ac proinde patienter exſpectandam impletionem: & animos aſſumendos, ſiquidem reipſa jam ſe à noſtris ſtare partibus palam oſtendit. Hic vero in primis obſervandum, quomodo Deus manu ſua hominum corda teneat. Nam ecce, morte Philiſtæi illius reliquorum animi corruerunt. At non Philiſtæus ille gigas eos adverſus Iſraëlitas armaverat: ſed patria egreſſi ſunt adverſus Iſraëlitas, ſe illis viribus longe ſuperiores eſſe confiſi, & ſe multitudine ac viribus meliores facile oppreſſuros illos attonitos & ſaltem tributarios eos reddituros ſperantes. Ergone hominis cædes tantum illis pavorem attulit, ut metu omnes oporteat diffugere? Sane Deus tantum illis pavorem injecit, ut nemine inſequente debellati ſint, & quidem vix audentibus Iſraëlitis ſeſe loco movere. Neque enim dicuntur Iſraëlitæ, viſa Philiſtæi ſtrage, concurriſſe ad prælium, ſed ſimpliciter dicuntur Philiſtæi diffugiſſe, quos deinde Iſraëlitæ fugientes perſequuti ſunt. Continebant ergo ſe caſtris Iſraëlitæ, quid acturi eſſent ignari: & Deus illos tanquam victos intra caſtra continuit, ne ſua ingratitudine tantum Dei beneficium obliterarent. Nam ſi repente, proſtrato gigante, fuiſſent hoſtes adorti prælio, victoriæ partem ſibi attribuiſſent, deque ſuis viribus gloriati fuiſſent. David quidem ictu illo aliquid effecit, ſed quid ille ictus adverſus tot hoſtes potuit? Nos ſane hoſtes prælio adorti ſuperavimus. Deus igitur illis hanc gloriationis occaſionem adimit, quandoquidem caſtris continet, & tanquam vinculis & repagulis illos coërcet, ne pedem moveant: ne glorientur ſe hoſtes prælio victos in fugam vertiſſe, & Davidis factum elevent, ſibique Deo detrahentes victoriam adſcribant. Neque vero Davidis virtutem decantari Deus voluit, ſed ſuum opus agnoſci per illius miniſterium, quem ſe Deus elegiſſe demonſtravit non ad unius tantum gigantis cædem, ſed ad ingentis illius exercitus ſtragem, qui populum Iſraëliticum velut oviculas laniaturus videbatur. Hic animadvertendum igitur quomodo Deus eos dejiciat qui leoninam præ ſe ferunt audaciam: & tum facerent? Næ non tantum in Davidem, ſed in ipſum Iſraëlitarum exercitum irruere poterant, quandoquidem ingentem habebant militum numerum. Verum terga dederunt, & antequam ictibus ullis urgerentur profligati ſunt. Quo facto evidenter apparuit divinæ manus vis, ut nullam Iſraëlitæ occaſionem habuerint victoriæ laudem ſibi tribuendi. Quod vero dicitur David, evaginato gladio Philiſtæi, caput illi amputaviſſe, eo docemur, hoſtium arma & præſidia, quibus plurimum confidunt, in confuſionem & exitium ipſis convertenda: & propriis armis conficiendos, & proprio gladio jugulandos. Utilis ſane modis omnibus doctrina: nam fere nobis perſuademus, hoſtes armis inſtructos, quibus vehementer noceant, imo nos profligent, ſuperari à nobis non poſſe niſi iiſdem armis muniamur, & vires viribus opponamus. Nam Dei virtutem ſemper alligamus iis quæ exterius apparent: quamobrem eo attentius hæc doctrina eſt meditanda, quo procliviores ſumus in contrarium vitium; nempe ſciamus oportet, Deum ſuæ Majeſtatis contemtores vel propriis armis confoſſurum: ac longe ipſis fore conſultius ſi nullis gladiis neque armis munirentur: quandoquidem quo fuerint illis inſtructiores, eo major ſit ipſorum arrogantia caſum majorem allatura. In primis obſervandum, Deum res omnes creatas habere in manu, & illis ad quemcunque uſum velit, uti: atque ita confirmatur magis ac magis illa quam expoſuimus ſententia, Deum ſervare ſine lancea & clypeo. Nam etſi frequentes gladios & alium bellicum apparatum hoſtes affatim habeant, Deus tamen illos etiam ſine ictu poteſt cædere & debellare: quod Madianitis contigiſſe videmus, qui mutuis ſeſe vulneribus confoderunt. Hic vero aliter Deus operatus eſt. Nam Philiſtæi illius gladium Deus Davidi in manum poſuit. Ex quo ſperandum eſt Deum hoſtium noſtrorum vires in noſtras manus traditurum: & quum adverſus nos ſententiam mortis dederint, ut ſola voluntatis ipſorum exſpectetur impletio, & jam noſtris cervicibus gladios impendentes viderimus, tunc Deum nobis adfuturum, & quid opus facto ſit proviſurum, neque unquam nos in anguſtiis deſerturum. Verum tamen iſtud maxime in hoſtibus ſpiritualibus locum habet: quod niſi mente infixum hæreat, in maximas difficultates præcipites feremur. Nam Diabolus multis nos artibus aggreditur, & non tantum nos mendaciis adoritur, ſed ipſum

Digitized by Google

… quæ deinde etiam in Jebuſæorum poteſtatem venit: ſed arcano quodam Dei conſilio factum, ut eo portaretur. Niſi forte per anticipationem hoc dictum velimus, ut aliquo loco ſit Goliathi caput poſitum, unde ſit deinceps Hieroſolymam delatum. Sed quæ de gladio dicuntur, inter ſe videntur non convenire, poſitum nempe in ipſius tabernaculo, quem deinceps videbimus in Sanctuario repoſitum, prope ſacra veſtimenta, quibus Summus Pontifex, Deo victimas oblaturus, ſolebat veſtiri. De Goliathi capite, veriſimile eſt à Davide fuiſſe portatum, non tantum ut qui in patria remanſerant ad bellum non profecti confirmarentur: ſed ut ſinguli ad Deo gratias agendas excitarentur de tanto accepto beneficio, tam turpe caput gigantis intuentes, qui quam immanis & efferus fuerit vivus, vel ex ipſo capite amputato appareat, quod intuentibus horrorem adhuc incuteret. Tanto igitur magis populum ad gratias Deo agendas oporttebat excitari, quo fuit ejus beneficium illuſtrius, nullis humanis viribus promotum, ſed ſola ipſius virtute. De gladio vero quem hic poſuiſſe in tabernaculo ſuo dicitur, & alibi in Sanctuario, veriſimile eſt Saulem adhibitis in conſilium ducibus cenſuiſſe Deo eſſe dicandum & conſecrandum. Et fuit ille mos antiquus, ut hoſtium inſignia, vexilla, gladii & ſimilia in templis ſuſpenderentur & Deo conſecrarentur, itáque teſtarentur victoriam à Dei gratia manaſſe, pro qua illi gratias agerent. Quam conſuetudinem fateor ſuperſtitioſam fuiſſe, & plerumque maximam partem eorum, qui trophæa iſtiusmodi erexerunt, de Deo non cogitaſſe. Sed tamen illos Deus hac ratione inexcuſabiles reddidit. Nam quod erectis trophæis ſeſe magni fecerunt, Deus palam fecit, ipſos quod Dei proprium eſt uſurpaſſe: neque aliis teſtibus convinci illos oportuit. Denique iſtud ſemper fuit animis hominum inſculptum, ut in templis trophæa ſuſpenderent. Saulem vero alia mente feciſſe poſſibile eſt: nam ut paulo poſt videbimus, ubi primum Davidis laudes audivit prædicari, vehementer affectus eſt & ægre admodum tulit. Quare veriſimile eſt indignatum Saulem, ſi ruſticus, ſi opilio retineret domi gladium viri fortis quem cæcidiſſet, & gloriaretur, ſe populo rebus afflictis magnam ſalutem attuliſſe: quamobrem non eſſe illi gladium iſtum relinquendum. Sed ſi ipſe gladium accepiſſet, domi ſervandum, ſe ridendum omnibus exhibuiſſet, & de ſua ipſius gloria plurimum detraxiſſet. Nam & jam audiebat Davidis laudes à mulieribus & virginibus palam decantari, Davidem decem millia interfeciſſe, Saulem vero mille. Pudor igitur illum retinuit, quominus arma Goliathi in domum ſuam inferret: ſed ſpecioſo prætextu juſſit in Sanctuario reponi, ad … & eum ex Sanctuario capturum, domi illum habere quam in Sanctuario reponere maluiſſet. Sed Deus mature ſuis providet, & ea præſidia quibus egent in hac vita præparat. Quare quum Saul Davidis memoriam tollere cupit, eo magis exaltatur à Domino, & ipſomet Saule, quamquam inſcio, ad idipſum perficiendum utitur. Jam ad reliqua pergamus, ubi dicitur Saul quæſiviſſe ex Abnero principe militiæ, quis ille eſſet juvenis, & unde genus duceret. Abnerum autem ſe prorſus ignorare reſpondiſſe. Jam ante hunc nodum ſolvimus, quomodo fieri potuerit ut Saul Davidem non agnoſceret, qui domeſticus ipſius fuerat, & qui coram ipſo citharam pulſare conſueverat, quemque armigerum ſuum eſſe voluerat. Nam redierat quidem David in ædes paternas & ad ovium paſcua: ſed non impediebat illa abſentia, quominus agnoſceretur. Sed illud magis in Abnero mirabile videtur. Nam ſi dicatur Saul à Domino ſic excæcatus, ut nullam hominum haberet notitiam, quid de Abnero judicandum arbitramur, quem nihil tale paſſum eſſe certum eſt: ac proinde cui bene notum eſſe Davidem oportuit? Sed poſſumus ex hoc loco conjicere, illam ignorantiam magis ab arrogantia & contemtu, quam ab ulla alia re profectam. Ergo licet Saul & Abner Davidem poſſent agnoſcere, tamen quia pauper & vilis abjectæque conditionis erat, contemſerunt. Ex hoc itaque contemtu cæcitas: ut eum quem millies viderant Sauli inſervientem, cithara mali Spiritus afflictionem levantem, quoniam parvi faciunt, & inglorium eſſe volunt, non agnoſcant. In quo poſſumus tanquam in ſpeculo contemplari, quod ſolet in mundo plerumque accidere: ut nimirum magnates & principes viri, opera minorum utantur: ſed ne ipſis aliquid debere & devincti eſſe videantur, ſtatim eorum memoriam elabi ſinant. Cæterum fieri etiam poteſt, ut Deus Abnerum & Saulem ſic excæcarit, ut quem noverant antea Davidem non agnoverint. Quicquid ſit, non parva tentatione Davidem affectum veriſimile eſt, quum ſe non agnoſci conſpiceret. Quamquam non vehementer illum de eo laborare conſpicimus. Neque enim Regi miniſterium ſuum ſuperioris temporis exprobrat. Et ſane merito poterat David Saulem ingratitudinis accuſare, his verbis, Nonne tu me probe noſti: nonne is ego ſum quem è domo paterna evocaſti, ut coram te citharam pulſarem, dum te malus Spiritus exagitat? Nonne ego te ſæpe ſum comitatus & armiger tuus fui? Sed iſtis omnibus abſtinens, ſimpliciter reſpondet, ſe Iſaï Bethlehemitæ filium eſſe, ſervi ipſius. Ex quibus apparet, Davidem non ſe admodum commendaſſe, neque optaſſe videri, neque ægre tuliſſe poſt aliquot dierum miniſterium non agnoſci, & quæſitam prius

gratiam

Digitized by Google

artem profiteri: &, quod aliorum uti ſunt miniſterio, turpe ſibi & ignominioſum ducunt, alteri inſervire. Sed varia ſunt tempora: quod ipſis tamen, etſi fame premantur, perſuaderi non poteſt: nam ſe ad priorem illam vitam redituros ſibi pollicentur. Contrarium prorſus Davidem ſequutum videmus, quandoquidem nullis aulicis deliciis eſt delinitus, quin libenter in domum paternam ex aula ad pecuariam artem exercendam reverſus ſit: & licet in caſtra redierit, neque magnopere ſe commendarit, ut gratiam apud aulicos ſibi quæreret, neque etiam ſe non agnoſci conqueſtus ſit. Et de Davide hactenus. Nunc etiam expendamus formulam illam jurisjurandi qua utitur Abnerus Regi reſpondens, *Vivit anima tua, Rex, ſi novi.* Aulica hæc prorſus aſſentatio; etſi neque blaſphema, neque Dei honori contraria, neque contumelioſa. Nam præter jusjurandum ſunt etiam quædam aſſeverationes ſeriores, quibus ſine juramento aliquid aimus aut negamus, veluti ſi quis per vitam ſuam aliquid aſſerat: neque vitæ ſuæ imprecatur, neque ſe idolum facit: ſed aſſerit quod ait tam verum, quam verum eſt ſe vivere. Licet itaque nonnunquam iſtiusmodi formulas adhibere ſine Dei læſione: quamquam nonnihil deflectitur à regula juramentorum, quam ipſe Deus præſcripſit in rebus neceſſariis: qui juſſit populum per nomen ſuum jurare, Deut. 13. *Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſervies, ac per nomen illius jurabis.* Atque hæc pauca de quæſtione illa ſufficiant, liceatne quod aſſerimus aliqua proteſtatione confirmare: quod etſi homines ad Dei mandatum adjiciunt, non tamen omnino per ſe condemnandum eſt. Sed Abnerum videmus aſſentatorie ſic loquutum: quemadmodum in aulis Regum & Principum uſuvenire conſuevit, ut aulici communem loquendi uſum prorſus immutent & egregie diſſimulent. Quin imo Joſephum ipſum videmus aſſueviſſe in aula Pharaonis jurare Ægyptiorum aulicorum ritu. Neque vero, fateor, in Dei cootemtum jurat per vitam Pharaonis, apud fratres ſeſe diſſimulans, ut metum illis injiceret, ſibique auctoritatem conciliaret. Sane videretur Domini obliviſci & verbi ipſius, Pharaonemque in ipſius locum ſubſtituere: ſed abſit ut eam ipſius fuiſſe mentem dicamus: etſi Ægyptios certum eſt Dei nomen profanaſſe Regi ſuo adulantes. Ac ſane divitiis multis ditaturum eum, qui gigantem illum proſtraſſet: quin & filiam in matrimonium ipſi daturum: & domum ipſius omnibus tributis & vectigalibus liberam facturum: verum tamen apparet, Davidem non fuiſſe rebus iſtis adductum, neque perſuaſum, ut tam impari certamine cum Goliatho congrederetur, ſed ſola Dei gloria & ſtudio ſalutis populi fuiſſe impulſum. Hic obſervandum, Deum quidem permittere ut ſui etiam in mundo pro ſuis benefactis præmiis afficiantur, hominum infirmitati aliquid condonantem: verum tamen non eſſe in iſtis hærendum, neque appetendam ab hominibus mercedem inſtar mercenariorum: ſed Deo inſerviendum fideliter, prout quemque ad hoc vel illud opus vocat. Quare Davidem, tanquam exemplar, imitandum nobis proponamus, ſi officio noſtro fungi cupimus. Præterea obſervandum, eos, qui ſummam ſuam felicitatem in his rebus terrenis conſtituunt, & mercedem benefactorum ab hominibus ſperant, ſæpe opinione falli & ſpe ſua excidere. Quod ipſius Davidis exemplo manifeſtum eſt. Magno enim illi conſtabit, Saulis ſervum & armigerum fuiſſe. Sed quoniam ad ea non appulit animum, idcirco, quæ à Saule paſſus eſt, bene ipſi ceſſerunt: Deo ipſius conſtantiam & patientiam exercente, & in adverſis illum conſolante, ne deficeret. Quamobrem fideliter ad finem uſque perſeveravit, nobiſque ſeipſum exemplum utile propoſuit, ut in Dei timore ſincere & ſine fuco ambulemus, & in ipſius obſequentia perſeveremus, ut, quicquid fecerimus, ad Dei gloriam & proximorum utilitatem referatur, licet ingratus mundus pro benefactis iniquitatem & malitiam rependat.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, infinita peccata, quibus ejus in nos iram provocamus, agnoſcentes, veniam deprecemur, eorumque ſenſum illum nobis dari precemur, quo ad veram pœnitentiam adducamur, & nos ejus cultui ſic addicamus, ut quaſcunque difficultates ſuperemus: & corda noſtra ſic ſurſum evehamus, ut fide verbum ipſius amplexati, nihil impediat quominus feliciter vitæ curriculum decurramus, quouſque tandem in Regnum illud æternum, in quod ſpes noſtra fertur, & quod nobis morte Domini noſtri Jeſu Chriſti paratum eſt & acquiſitum, perveniamus, & immortalis gloriæ participes fiamus.

6. Porro quum reverteretur percuſſo Philiſtæo David, egreſſæ ſunt mulieres de univerſis urbibus Iſraël, cantantes, chorosque ducentes, in occurſum Saul Regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris.

7. Et præcinebant mulieres, ludentes, atque dicentes, Percuſſit Saul mille, & David decem millia.

8. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis ejus ſermo iſte: dixitque, Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum?

9. Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat David à die illa, & deinceps.

NArratio ſequitur familiaritatis & neceſſitudinis, quæ interceſſit Jonathano Saulis filio cum Davide: & viciſſim odii, quo Saul in Davidem exarſit. Dei ſane providentia factum, ut David hoc ſolatium haberet, perſequente ipſum Rege Saule: nempe ut cum Jonathas in omnibus juvaret, & illius innocentiam tueretur: etſi nihilominus Saulis furor & crudelitas longe ſuperior fuit. Primum ergo dicitur anima Jonathani veluti conglutinata animæ Davidis, quibus verbis arcta & inſeparabilis amicitia inter utrumque deſcribitur. Et quo magis exprimatur amor Jonathani, ſe exuiſſe dicitur, Davidemque ſua tunica induiſſe, & arcum, gladium & baltheum ſuum illi dediſſe. Hic autem in primis obſervandum, non inſcium Jonathanum fuiſſe, Davidem deſignatum Regis olim ſucceſſorem, quod ipſemet Davidi declarat: neque tamen illud impediviſſe, quominus Davidem amaret. Unde colligimus, hanc amicitiam non fuiſſe quæſitam ſpe aliqua utilitatis, quam à Davide exſpectaret, quandoquidem ultro dignitatem Regiam illi cedit. Atqui notum eſt, quanta ſit naturâ dominandi cupiditas: & nota inter Ethnicos proverbia, Jus & æquitatem propter regnum violari: Fratrem fratri non parcere. Videmus igitur Jonathani amicitiam non fuiſſe carnalem, ſed virtute & Dei timore conciliatam: ac proinde longe aliam ab hominum amicitiis, quæ ſane, niſi Deus iis præſit, nihil aliud ſunt quam ſui ipſius dilectio. Nam etſi amicus in gratiam amici multa velit efficere, tamen ſi ad ipſas radices & originem amicitia illa exploretur, mera ſimulatio invenietur, quod ſe ſuamque utilitatem quærat, quemadmodum ait ille, Vulgus amicitias utilitate probat. Omitto amores cæcos & deteſtandos: ſed de iis tantum amicitiis loquor, quæ inter homines honeſte inter ſe viventes vigent: quarum principium Deum inquam eſſe oportere, & ad ipſum tanquam verum finem referri. Sed natura eſt adeo corrupta, ut ſeipſum quiſque amet & quærat. Nemo non expetit alteri præferri: & jam inde à matris utero infantes ſeipſos amare & aliis præferri velle videmus. Et ubi primum poſſunt diſcernere quantitates rerum, in ſuum commodum eſſe propenſos: & indignari niſi ad libitum ipſis omnia gratificeris: qui morbus cum ætate magis invaleſcit. Nam ambitio & honorum cupiditas contemtum aliorum parit: & aliorum incommodo & detrimento ſibi ad honores viam ſtruit. Denique quæcunque amicitiæ alio, quam Deo, ut fundamento, nituntur, & quæ ad ipſum ut finem ultimum non referuntur, ſimulatæ ſunt & fucatæ. Neque enim illarum principium, ut dixi, bonum eſt neque rectum: deinde amici ſe amari ab amicis non credunt, niſi ad malum ipſis ſuam operam navent, & ſua flagitia tegant: ac proinde tales amicitiæ in Deum ipſum & in jus & æquitatem peccant: & nihil niſi vanitas ſunt, quod homines ſint ſui ipſorum amantes. Quamquam alioquin amicitia eſt ſingulare inter homines bonum, modo ad Dei cultum & gloriam referatur. Singulare, inquam, bonum, quod neque Reges, neque Principes ſua conditione contenti eſſe poſſint, niſi amentur, & habeant amicos quibuſcum ſua communicent familiariter. Ac ſane vix ullum in mundo reperias ſine amicitia, quem in hominum animis affectum ipſe Deus inſculpſit. Amicitiam autem hic voco illam animorum conjunctionem, quæ oritur ex morum ſimilitudine, & affectionum ac voluntatum conſenſu, ut verus inter amicos amor appareat. Nam amicitia, quæ ab amore malo & deteſtando naſcitur, ut vitia foveantur, Deo & naturæ contraria eſt. Sed ubi virtutis amore conciliantur amicitiæ, & Deus primas in amore partes retinet, illam ego laudabilem & honeſtam amicitiam dico, & bonum inæſtimabile. Nam ſiquis proſperis rebus utatur, ejus lætitia multum augebitur, ſi amicum habeat quîcum familiariter ſua communicet: & in adverſis minuetur moleſtia, ſi poſſit in alicujus ſinum effundere. Quare quum ſit manifeſtum, amicitiam honeſtam hominibus à Deo datam eſſe ſummum bonum, tanto majore ſtudio debemus eam ad ipſius Dei gloriam referre. Nam quo pretioſiora ſunt Dei dona, eo magis ipſi devincti ſumus, & gloriam ipſius promovere

Digitized by Google

minuitur, diſtincta tamen & ſeparata eſt ab illa. Quamobrem, ſi Dei filii ſumus & ipſius Spiritu regeniti, charitate omnes complectemur, & ipſos noſtros, ut ante dixi, hoſtes capitaliſſimos: ſed nihilominus arctiore quadam conjunctione & amicitia ſociabimur iis, quorum mores noſtris ſimillimi fuerint: Sed, ut præmonui, ſummopere cavendum ne noſtri amore abripiamur, quo natura plerumque ducimur: & Deo in amicitiis primæ partes tribuendæ, ſi amicum ipſum habere volumus, & honeſtam amicitiam colere. Nam alioqui certum eſt nos in quælibet vitia fore proclives, & multas malas affectiones amicitiæ nomine tecturos. Neque vero loquor de impuris illis amicitiis quibus mutuo foventur crimina, ſed de amicitiis civilibus inter honeſtos viros, quæ tamen niſi Deo nitantur, non poſſunt niſi eſſe vanæ & inanes. Et hactenus de amicitia illa Jonathani cum Davide: jam expendamus etiam divinum erga Davidem favorem & benevolentiam, qui amicum ipſi Jonathanum ſuſcitavit, quo in rebus difficilibus juvaretur & ſublevaretur. Nam, ut deinceps audituri ſumus, David cum horrendis tentationibus luctatus eſt, adverſus ipſum omnibus inſurgentibus, adeo quidem ut neque patrem, neque matrem, neque conſanguineos fautores & adjutores habuerit, qua de re conqueritur Pſal. 27. adeo quidem ut tanquam putridum corporis membrum abjiceretur, tam à ſummæ dignitatis, quam ab infimæ conditionis viris, tanquam reus læſæ Majeſtatis haberetur, qui tamen inſons erat coram Deo, bonum illi teſtimonium ferente conſcientia: Inſontem audire nemo volebat: præoccupatus falſo præjudicio, Regis hoſtem eſſe & perfidioſum Davidem. Quare opus habuit fido amico, qui in iſtis tentationibus eum ſolaretur, qui leviores efficeret tentationes & afflictiones mutuo colloquio & favore. Jonathanum igitur ipſi Deus amicum ſuſcitavit. Quod vero ſeſe exuit tunica, & ea Davidem induit, eique etiam gladium ſuum dedit, arcum & baltheum, fuerunt amicitiæ ſummæ pignora, quæ Deus non modo non improbavit, ſed ad ipſius laudem memorari voluit. Quamobrem ex hoc loco facile colligimus, non omnes amicitias condemnari, ut multi fanatici, dum videri volunt ad ſummam quandam ſcientiam, & ad Angelicam quandam perfectionem veniſſe, docent oportere ter ſe gerere: & deinde pro felicem ſucceſſum habere. Nam hæc duo ſolet Deus in ſervis ſuis conjungere: nempe in rebus gerendis prudentiam, & felicem ſucceſſum exitumque conſiliorum. Itaque vox Hebræa aliquando pro felicitate & proſperitate ſumitur. Denique Davidem indicat Scriptura tam prudenter negotia Saulis adminiſtraſſe, ut factus ſit omnibus amicus, & cum Saule remanſerit, non amplius reverſus domum paternam. Etſi jam fovebat animo Saul odium illud, quo deinceps illum aperte perſequutus eſt, ex invidia ortum jam tum quum à cæde Goliathi ad ipſum ab Imperatore Abnero ductus eſt: deinde auctum laudibus illis quibus Davidem mulieres illæ cum virginibus extulerunt, quum Sauli, à prælio revertenti, cum tympanis, tibiis, citharis, & aliis iſtiuſmodi muſicis inſtrumentis, choreas agentes occurriſſent, & dicerent *Saul interfecit mille, David autem decem millia.* Recens iſtud vulnus acceſſit ſuperiori, quod tam alte in ipſius hæſit pectore, ut nunquam concoquere potuerit. Equidem illum fateor antea fuiſſe à malo Spiritu agitatum: ſed aio non fuiſſe tunc in aliquem nominatim malo animo; ſed potius inſtar feræ cujuſdam frenum arrodentis, quod Deus per Prophetam illi ſignificaſſet fore ut regno excideret: itaque animo furorem ſuum concoquebat, quod non haberet objectum peculiare in quod ſuum virus evomeret. At quum Davidis gratiam & auctoritatem, quam cæde Goliathi acquiſiverat, animadvertit, invidia ringitur, & frenum arrodens invidiam concoquit, illum eſſe conjectura ſuſpicatus, quem Deus ſucceſſorem regni deſignavit. Hinc igitur Saulis odium, quod etſi diſſimulavit, tamen apud ſe aluit & fovit. Quamobrem quod Davidem ſecum eſſe voluit, quod militaribus copiis præfecit, & ad multa negotia adhibuit, mera fuit hypocriſis & ſimulatio, ut eo prætextu facilius incautum opprimeret: maxime irritatus illo mulierum occurſu & applauſu, in quo ſumma ipſius apparuit ingratitudo. Tranſeamus igitur ad ea, quæ de iſto mulierum occurſu memorantur, his verbis, *Porro quum reverteretur percuſſo Philiſtæo David, egreſſæ ſunt mulieres de univerſis urbibus Iſrael, cantantes, choroſque ducentes, in occurſum Saul Regis, in tympanis lætitiæ & in ſiſtris.* De vocibus Hebræis non exiſtimo magnopere laborandum, quibus vel cho-

Digitized by Google

continebantur divinæ laudes, quas ad cantus & tibicinem proſequebantur: quemadmodum ex ipſius Mariæ cantico ſatis apparet, cujus argumentum ſunt divinæ promiſſiones, quibus innixa Maria tam admirandam liberationem prædicabat. Sane non dubium eſt, quin Deus illi muſicæ præfuerit. Nam & ipſemet per Spiritum ſuum Mariæ dictaverat argumentum, quod ea præeunte reliquæ mulieres ſequerentur: quare etiam in illo cantico Dei laudes prædicari & celebrari bonitatem audimus. Atque idcirco etiam canticum illud, ut rem laude digniſſimam, videmus in ipſo Legis volumine conſcriptum, &, ut facinus memoria dignum, monumentis ſacræ Scripturæ inſertum. Ergo ex iſtis ſatis conſpicuum eſt, mulieres in illis regionibus inſtrumentis muſicis uti ſolitas, virtutique datum fuiſſe, cujus rei etiam facit fidem Pſalmus 68. ubi Davidis victoriæ ita prædicantur, qui fuit figura Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut cujuſcunque conditionis homines & ſexus, victis & cæſis hoſtibus, Deo gratias agerent, Davidis facta canentes: non quidem ut ipſius perſonæ dignitas omnis tribueretur factorum egregiorum, ſed ut ad ipſum Dominum noſtrum Jeſum, cujus erat figura, eſſe referenda demonſtraretur. Is enim eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, coram quo flecti omne genu oportet, & cui ſoli agendæ gratiæ de omnibus victoriis quas de hoſtibus nobis largitur. Verum tamen tempore illo figurarum dicuntur mulieres & puellæ virgines occurriſſe Regi cum tympanis, citharis & tibiis, laudes illius decantaturæ. Quæ omnia recitantur à Propheta tanquam Deo grata & accepta, ejuſque cultui convenientia, & pars veræ Religionis. Cæterum tunc temporis ſub Lege maximum uſum fuiſſe inſtrumentorum muſicorum certum eſt, ad laudes Dei celebrandas: quæ ſi hodie tanquam neceſſaria revocaremus, ad veteres umbras rediremus, lucemque illam quæ in Filio Dei apparuit obſcuraremus & obrueremus. Quare fuit in Papatu ridicula nimis & inepta imitatio, quum templa exornare, Deique cultum reddere celebriorem exiſtimarunt, ſi organa & alia iſtiuſmodi multa ludicra adhiberent: quibus maxime Dei verbum & cultus profanata ſunt, populo externis iſtis ritibus addicto potius quam verbi divini intelligentiæ. Scimus autem ubi nulla eſt intelligentia, nullam etiam ædificationem
1 Cor. 14. verſ. 15. eſſe: quemadmodum Paulus Apoſtolus docet, quum ait, quomodo poteſt idiota reddere fidei teſtimonium, aut quomodo dicturus eſt Amen ad gratiarum actionem, niſi intelligat? Quare fideles hortatur eo loco ut Deum precantes, & ipſi pſallentes, & precentur & pſallant intelligentia, non lingua peregrina, ſed vulgari & intelligibili, ut ſit in Eccleſia ædificatio. Quod itaque fuit acceperant, & quibus ſeſe Deum & protectorem ipſorum magis magiſque patefaciebat. Quas vero ſaltationes hodie videmus paſſim agitari, quis dicat iſtis ſimiles? Certum enim eſt, quotquot hodie fiunt iſtiuſmodi ſaltationes, eſſe ad omnem laſciviam & impudicitiam iter. Nam etſi non ſemper reipſa ſcortentur ſaltantes, tamen aditus patefit ad iſtiuſmodi turpe facinus, & loca in quibus inſtituuntur, ſunt plerumque certiſſima lupanaria. Davidis vero ſaltatio, Legem ex parte reſpicit: in qua nihil immodicum fuit, neque lætitia ſtulta & inanis: ſed, ut ante dixi, vehemens & ardens ſtudium Dei laudes prædicandi, quo Patres exarſerant, ſed ritu & inſtituto ſuorum temporum. Quare diligenter obſervanda eſt temporum illorum à noſtris differentia: ut eo ſit illuſtrior lux illa quam nobis attulit Dominus noſter JeſusChriſtus Euangelii prædicatione. Quamobrem quum hic audimus mulieres veniſſe cum tympanis & muſicis inſtrumentis obviam Sauli, & choreas egiſſe, teneamus, illas ad Deum precandum & laudes ipſius prædicandas feciſſe ad exemplum & inſtitutum Mariæ ſororis Moſis & reliquarum mulierum, quæ ipſam comitatæ fuerant. Ex quo præterea diſcimus, mulieres, licet adverſus hoſtes arma non ferant, gratias tamen agere Deo pro victoria debere. Nam quot quantiſque caſibus obnoxiæ, ſi hoſtes victoria potiuntur? Milites ſane, vel viri, ſemel occumbere & gladio perire poſſunt: ſed miſeræ mulieres hoſtium ludibrio & dedecori exponuntur, ut, ſi daretur optio, longe melior futura ſit ipſorum conditio ſi ſemel gladio perire poſſent, quam dedecori & ignominiæ hoſtium exponi & turpiter violari, denique mille opprobria pati, & tandem crudeliter trucidari. Illæ ſane non poſſunt hoſtes ſuos ulciſci, ſed domi debent remanere, ſuiſque precibus Deum ſollicitare, dum milites adverſus hoſtes dimicant pro victoria. Quandoquidem igitur ſanguine virorum victoria quæritur, quieſcentibus interim domi mulieribus, quod ſint armis tractandis impares & inhabiles, eo majore ſtudio & ardentioribus precibus Deo gratias agere debent, quod ipſæ quieſcentes liberatæ ſint, & licet non pugnantibus Deus ipſis victoriæ fructum largiatur, ſeque illarum protectorem demonſtret. Idcirco igitur hic nominatim fieri mentionem audimus mulierum quæ tympana & alia muſica inſtrumenta pulſarant, obviam Sauli venientes, partamque illi victoriam gratulantes. Et præterea, tam ex hoc, quam ex illo loco de Maria Moſis ſorore, colligimus, Deum non tantum à viris, ſed etiam à mulieribus laudari velle: ne inſolentiores viri mulieres ab hoc dignitatis gradu dejiciant, nempe, omnes tam viros quam mulieres venire in partem Dei beneficiorum: & non minus ipſi gratas & ac-

Digitized by Google

[illegible] obiter & veluti per tranſennam faciamus. Porro quiddam humani paſſæ hoc loco videntur mulieres, quæ dicebant, *Percuſſit Saul mille, & David decem millia.* Nam ita prædicantur utriuſque virtutes, & quaſi inſignia & ſtemmata ipſorum eriguntur. Quamquam hæc verba dupliciter exponuntur. Nam alii exiſtimant Saulem hoſtes profligaſſe, quaſi mille homines interfeciſſet: aut ipſe cum ſuis militibus mille homines cæcidiſſet, David autem ſolus decem mille trucidaſſet. Senſus autem ſimpliciſſimus mihi videtur iſte, Saulem nimirum interfeciſſe ſua millia, Davidem vero ſua decem millia: ſed hæc non ſunt tanti momenti, ut in illis ſit immorandum diutius, præſertim itaque expendamus iſtarum mulierum cantiones, quibus Davidis laudes maxime decantabantur. Atqui David antea vilis & abjectus opilio fuerat. Quare illæ quæ ipſi tribuebantur laudes, eſſe immenſæ videbantur. Et quis ferat tironem adhuc, qui vix unquam gladium geſtaverat, non modo cum Rege comparari, ſed eidem præferri? ut Regi ſua millia, Davidi vero ſua decem millia tribuant? Novum & inſolens iſtud erat, ut non immerito Saul indignatus videri poſſit. Atqui nullo modo excuſandus eſt Saul: etſi enim natura in animis hominum vehemens illa paſſio locum occupavit, ſacra tamen Scriptura malitiæ, ingratitudinis & contumaciæ reum Saulem facit: & deinceps videbimus quouſque odium illud ipſum impulerit, præcipitemque dederit. Licet igitur novum & inſolens erat, Davidem, privatum hominem, vilis & abjectæ conditionis, Regi præferri: Saulem tamen oportuit hic ſeſe continere & coram Deo dejicere, agnoſcentem, ſe neque poſſe, neque debere Deo reſiſtere, cujus ad ipſum mandata Samuel de rejectione detulerat. Reum & convictum alicujus facinoris oportet coram ſuo Judice, qui mortis ſententiam tulit, dejici, Judicis auctoritatem agnoſcentem ad ſententiam adverſus ipſum ferendam. Deus vero jam per Samuelem decretum de ipſius rejectione pronunciarat: & ſunt Dei conſilia & judicia irrevocabilia, quæ adverſus res creatas decernit, quod ſummus Judex ſit & juſtiſſimus. Quid ergo Sauli ſupererat, niſi ut ſeſe coram divina Majeſtate dejiceret, eamque ſupplex adoraret? & quandoquidem antea contumaciter ſeſe adverſus Deum geſſerat, pœnam etiam à Deo decretam humiliter ſubiret? Verum ille nihil minus quam iſtud facit, quare inexcuſabilis eſt ipſius rebellio adverſus Deum, dis? quanta malitia tam atroci odio Davidem proſequi, & pro bono malum rependere? Cur non cogitabat opus divinum eſſe? Davidem ſibi nihil proprium vendicare? Deo duce factum illud eſſe? Cur non in memoriam revocabat Dei decretum, de ſua exauctoratione & rejectione à Regia dignitate, & eidem ſeſe ſubmittebat? Quare Saul non Davidem, ſed Deum ipſum inſectabatur, & ipſi Deo viventi bellum indicebat: & tanquam furioſus & phreneticus ipſum cœlum petere volebat. Hæc itaque manifeſta Saulis vitia. Hinc diſcamus in primis cavere ſummopere, ne aliis virtutes, quas à Deo acceperunt, invideamus: ſiquidem alienarum virtutum invidi non in homines tantum, ſed in ipſum Deum viventem peccant & ſunt contumelioſi: & ſi divinam Majeſtatem adverſariam habent, quales ipſorum vires adverſus eam futuræ ſunt? Conſpicuum igitur eſt, odia, & invidiam, & livorem alienæ virtutis, eſſe adverſus Deum inimicitiam: ac proinde qui proximo dona invidet, non adverſus mortalem, ſed adverſus Deum ipſum pugnare, & tandem detrimentum ac ſummam confuſionem in ſeipſum accerſere. Quin imo Saul ipſe ſeſe ore proprio condemnat, quum ait, *Quid ei ſupereſt niſi ſolum regnum?* Nam non dubium eſt, quin venerit ipſi in mentem Samuelis illa comminatio, cui pro viribus reſiſtere nititur. Sed quid miſer promovet, niſi quod adverſus ſtimulos calcitrat? Inde apparet, homines, ſuis paſſionibus implicitos, omnem ſenſum rationis amittere, & tanquam feras belluas in obvium quemque temere ferri: ac ſi Deum ipſum offendant, etiam adverſus ipſum pugnare, ſuumque exitium ſibimet ipſis adferre. Quo ſumus igitur in hoc vitium procliviores, eo major adhibenda nobis eſt cautio, ut noſtris affectibus moderemur, ne temere adverſus Deum ipſum inſurgamus & feramur: ſed ſponte & placide colla ipſi ſubjiciamus, &, quam pœnam nobis imponere placuerit, patienter feramus. Et de iſtis hactenus. Saul nihilominus Davidem apud ſe retinuit. Quid ita vero? Nam ejus adſpectum vix ferre poterat, & ut deinceps videbimus, ejus præſentiam tam ægre tulit, ut alio amandarit, & alibi mandata ipſi dederit, ne amplius oculis ipſius obverſaretur. Jam itaque retinuit ipſum apud ſe, invitus & cum amicitiæ ſimulatione. Inde apparet, homines odia ſua & inimicitias plerumque tegere amicitiæ pallio, & aliquem odiſſe in pectore, quem tamen, ne malitiam ſuam & virus prodant, ſecum retinere & habere velint, multiſque beneficiis demereri videantur, ſed

Digitized by Google

vel invitos promovere ſuos ſubditos in aliquam dignitatem, non amore quo illis bene velint, quoniam non ſunt liberi, ſed vitiorum ſuorum ſervi. Præterea obſervandum, ſua opinione Saulem excidiſſe. Nam quum Davidem apud ſe retinuit, non modo viam præcluſit omnibus ſuis pravis adverſus ipſum conſiliis, ſed etiam occaſionem populo præbuit, quod metuebat, efficiendi. Nam populus inde poterat occaſionem arripere Regia dignitate ipſum ſpoliandi, & ludibrio habendi, quod malo Spiritu vexari, & ignominioſe vitam agere videret. Noſne, poterant dicere, Regi inſano & furioſo ſerrituros? Iſtis & ſimilibus rationibus adduci poterat populus ad Saulem exauctorandum, & in ultimum exitium deturbandum. Multi poterant ex plebe rebus novis ſtudere, & pulſo Saule, Davidem illi ſubſtituere, qui apud populum ſuis virtutibus & egregie factis gratiam & auctoritatem acquirebat. Saul autem illum apud ſe retinet, ut tanquam mancipio utatur, & ejus virtutem quodammodo ſepeliat: ſed opinione fallitur. Nam Dei decretum irrevocabile ſuum effectum producat neceſſe eſt. Quamobrem animis noſtris altius infigamus eam ſententiam, quæ in ſacris ſæpe occurrit, Nulla humana conſilia, neque ullos conatus poſſe Deo reſiſtere: id eſt, poſſe impedire quæ apud ſe decrevit. Si Sauli Dei ſententia non fuiſſet abrogata Regia dignitas, & ſi non accepiſſet à Samuele Propheta decreti divini declarationem, poterat humana quadam prudentia Davidem fovere, & ad aliquos honores promovere, quo facto ſibi gratiam apud populum conciliaſſet, ut qui gratum animum ei exhiberet, cujus auxilio victoria parta fuerat. Sed quum apud ſe manere jubet, ſic ut ne prodire quidem ſine mandato poſſit, & tanquam captivum retinet, etſi ſuum conſilium non prodit, ſatis tamen apparet, ea mente ipſum facere, ut Davidem arceat à Regia dignitate, ne ſibi ſuccedat, & illam Jonathano filio ſuo præripiat. Verum enimvero fruſtra laborat; quod metuit, eveniat oportet: nec ipſe Saul eſt inſcius. Quid ergo aliud eum facere velle dixerimus, quam Dei decretum reſcindere, & invictam ipſius voluntatem in mendacium vertere? Sed iſtis artibus ſperabat ſe Deo etiam invito regnum retenturum. Et quid tandem lucri fecit, niſi quod horrendam & ſtupendam mortem in ſe derivavit?

modis ſtuduit, quem rectis oculis non vidit, etſi domi retinuit: ſed potius ejus exitium pro viribus quæſivit. Interim vero Deus eum cohibuit, munificumque erga eum, quem oderat, eſſe vel invitum coëgit. Quamobrem ex iſta Saulis hypocriſi diſcamus ſapere, & in memoriam revocemus dictum illud Joannis in priore ſua canonica, nos odio habentes proximos, non poſſe fieri regni cœleſtis hæredes: quod & D. Paulus altera memorabili ſententia confirmat, Eum, qui fratrem odit, eſſe homicidam. Licet itaque proximum non afficiamus injuria, neque minis terreamus tanquam injurias illatas ulturi, tamen ſi pectore odium occultemus & foveamus, jam coram Domino condemnati ſumus, & digna merces eſt noſtris factis exſpectanda. Diſcamus igitur exemplo Saulis, qui, quod Davidem quidem honore afficere videretur, & favore complecti amareque ſe ſimularet, hominibuſque fucum faceret, odium tamen intus foveret, à Deo condemnatus eſt cordium ſcrutatore: cui nulla res creata poteſt imponere, quandoquidem hominum corda in poteſtate habet, qua ipſa remotiſſima cordis penetralia rimatur, & non judicat ex rerum externarum ſpecie.

Jam vero, agite, ſupplices fiamus coram Dei Opt. Max. Majeſtate, veniamque pro tot tantiſque peccatis, quibus indeſinenter ejus iram adverſum nos provocamus, ſuppliciter deprecemur: eum oremus, ut nos ita ſuo Sancto Spiritu regat, ne nobiſipſis addicti à recta via ſalutis aberremus, & ne pravis noſtris carnalibus affectibus corrumpamur, & ad odium proximorum ſollicitemur: ſed alii cum aliis ita verſemur, ut ad hunc ſcopum collimemus, nempe ut veram invicem amicitiam & familiaritatem colentes, Deum in primis timeamus, & ante omnia colamus ac veneremur, & facta omnia noſtra, dicta & cogitationes ad ipſius gloriam referamus, & ipſi debitum honorem, quamdiu vita ſuperſtes erit, reddamus. Ac, ſi proſperos ſucceſſus dederit, gratias ipſi ſedulo agamus: & iis donis, quibus nos ornarit, ſic utamur, ut eadem ad proximorum commodum & utilitatem ſemper referamus: ut omnes amplam ipſius nominis prædicandi, & laudes ipſius, ut par eſt, celebrandi materiam habeamus. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam precabimur, ſed omnibus &c.

HOMI-

Digitized by Google

quam ob cauſam Davidem voluit apud Saulem manere, licet non ea eſſet mens & voluntas Saulis. Sed ita ſolet Deus hominibus præter ipſorum conſilia & cogitationes uti. Interim videri poterat David longe remotior quam propinquior huic fini, quandoquidem à Saule veluti captivus aut mancipium quoddam habebatur: nam ſibi videbatur Saul Dei gratiam poſſe quodammodo vincire, ſi domi Davidem retineret, & omnia ipſius facta diligenter exploraret. Sed opinione ſua excidit, ut ſolet Deus improborum hominum conſilia frangere & in contrarium commutare. Verumtamen hominum judicio David videbatur à dignitate Regia remotiſſimus, contra ſpem illi factam à Samuele. Deinceps ſequitur, *Spiritum Dei malum invaſiſſe Saulem*: ex quo apparet, non continue fuiſſe afflictum Saulem, ſed per intervalla, Deo aliquid de juſta ſua vindicta remittente & aliquam quietem Sauli concedente. Sic videmus improbos ſubinde quibuſdam conſcientiæ morſibus excitari: & Dei præſentiam horrere, & metu attonitos obſtupeſcere: deinde Deo aliquid remittente, & quietem aliquam concedente, ad ingenium redire, & ſibi impunitatem pollicentes, magis ac magis indurari: ſibique perſuadere nullum amplius in cœlis Deum, cujus manu & virtute non urgentur. Ita Saul quum malo Dei Spiritu agitaretur. Hic autem in memoriam revocanda quæ antea commemoravimus, nempe, bunc Spiritum malum, vocari Dei Spiritum: quandoquidem Deus ipſis Diabolis uti ſolet miniſtris ſuorum judiciorum. Quod niſi nobis perſuaſum eſſet, qualis noſtra, quæſo, foret conditio? Nam ſi Diaboli, qui ſunt inſtar rugientium leonum, prædæ ſemper inhiantium, pro arbitrio impetum in nos facerent, certum eſt, nos illis reſiſtendo longe impares, conditionemque noſtram longe fore miſerrimam. Quare quotieſcunque Diaboli poteſtatem aliquam in nos obtinent, ſciamus Deo habenas laxante, & permittente, fieri: nam alioqui ſingulis momentis in deſperationem incideremus. At vero, quicquid illi ſine Dei permiſſu moliantur, irritum eſſe certum eſt. Illi quidem ſane perpetua quadam rabie æſtuantes noſtrum exitium quærunt: ſed Dei potente manu coërcentur, ne, quod volunt, poſſint. At ſi laxarit ipſis Deus habenas, agnoſcamus, Deo volente nos per ipſorum caſtigare miniſterium, contingere. Neque vero poteſt quiſquam dicere, neque judicare, id quod à Deo miſſum malum Spiritum, ad Saulem affligendum, qui vocatur malus Spiritus Domini. Næ hominum judicio malus: Scriptura enim ſe ad captum noſtrum accommodat, & de bono vel malo loquens, ex noſtræ infirmitatis ſenſu, & quantum intelligentia poſſumus aſſequi, loquitur. Malum enim dicimus quicquid nobis moleſtum eſt, & naturæ noſtræ repugnans. Æſtum & frigus metuimus, famem & ſitim, & mortem ipſam tanquam infenſiſſimum & ultimum hoſtem horremus. Et ita loquitur etiam Scriptura: Deus enim ita nobiſcum balbutit, veluti nutrix quædam cum infantibus. Quare quum hic dicitur Spiritus malus Saulem afflixiſſe, cavendum ſummopere, ne ipſi Deo culpam ullam adſcribamus, neque adverſus ipſum obloquamur, quaſi malum immitteret. Nam ſi Dei judicium in Saulem intueamur, æquum & juſtum illum eſſe judicem inveniemus, ob eas cauſas quas antea pluribus expoſuimus. Atqui quum Saul vexaretur denuo, dicitur malus Spiritus Domini fuiſſe à quo vexatus ſit. Sane hominum reſpectu & ex illorum ſenſu & apprehenſione malus. Hinc igitur diſcamus quam miſera ſit hominum à Deo derelictorum conditio. Niſi enim ipſius Spiritu regamur, à Diabolo nos oportet poſſideri, fierique ipſius mancipia: non tamen niſi quantum ipſi Deus permittit & habenas laxat. Neque enim Diabolus rabiem ſuam in omnes æqualiter exercet: verumtamen niſi Dei præſidio tegamur & ab ipſo regamur, certum eſt ipſum Diabolum in nos intraturum & tyrannide vexaturum: ac, licet non ſtatim percipiatur ejus tyrannis, tandem tamen regnaturum. Hanc ob cauſam etiam Princeps mundi dicitur: & nos Deus noſter Jeſus Chriſtus docet, ipſum, quamdiu furor ejus non cohibetur, triumphos facere, homines opprimendo. Quod conſpicuum eſt hoc Saulis exemplo, quod quidem ſingulare aliquid præ cæteris habet: ſed tamen ex quo generale iſtud principium neceſſario colligendum, nos à Satana, niſi furorem ejus Deus cohiberet, perpetuo & ſine fine vexatum iri. Quamobrem ſingulari Dei beneficio erga nos fieri agnoſcamus, ſi ratione & intelligentia fruimur, mentemque retinemus, ejuſque præſidio & cuſtodiæ acceptum feramus beneficium, & ei debitas gratias agamus. Quod vero ſequitur, *Saulem, à malo Spiritu vexatum, prophetaſſe in medio domus ſuæ*, non ſic intelligendum, quaſi Deus eum ſuo nomine loqui voluerit, neque

quaſi

in confirmaret, & electionis ipſius certum & indubitatum apud omnes exſtaret teſtimonium, voluit ipſum prophetare. Dono itaque illo Prophetiæ Saul magnopere eſt honoratus, Deuſque auctoritatem illi maximam ea ratione conciliavit, homini prius ruſtico vilis & abjectæ conditionis, quæ in contemtum apud multos ipſum adducere potuiſſet. Quare ut dignitas Regia illi confirmetur, & divinitus electum indubitato ſigno ſinguli cognoſcant, eum velut in præſentia Dei ſiſti oportuit, & coram ipſo prophetare. Jam vero exauctoratus à Domino, qui regnare ipſum diutius non vult, per intervalla quietem aliquam percipit, ſed ita tamen ut ratum Dei decretum maneat, oportere in ignominia & dedecore ipſum vivere, ſuoſque poſteros regni ſucceſſione privari. Tanta itaque mutatio facta eſt Saulis, ut, qui prius erat inſtar Angeli, nunc in reprobum ſenſum conjectus ſit, & abominationi ſit omnibus, & horrorem intuentibus tam triſte ſpectaculum & exemplum divinorum judiciorum adferat. En de qua prophetia hic agatur. Diſcamus itaque non oportere nos eſſe contentos aliquo titulo & ſiguo ſervorum Dei, ſed eſſe revera tales quales haberi volumus, & agnoſci Dei ſervi & filii. Sane Cajaphas ſemel prophetavit, neque tamen ipſum propterea Prophetam dixerimus: qua in re ſuam ſtultitiam produnt Papiſtici doctores, quum dicunt Cajapham, quod eſſet Pontifex, habuiſſe donum Prophetiæ: ac proinde idem eſſe de Papa judicium, quod ſit Eccleſiæ caput. Sed in primis oſtendant quo fundamento nitantur, quum Idolo illi, cui nullus honor debetur, attribuunt dignitatem illam capitis Eccleſiæ. Quam ridiculum argumentum illud, quo Cajapham prophetaſſe volunt, ut Papam in eodem gradu collocent. Næ loquutus eſt ut pica & pſittacus garriunt, ut eſt in communi proverbio, & quidem omnino contra mentem ſuam, quum dixit Expedire ut unus homo pro toto populo moreretur. Sane non agnovit Chriſtum pro Dei Filio: neque etiam percepit quale commodum & utilitas ex ipſius morte & paſſione ad univerſum genus humanum perveniret, in hoc unicum intentus ut quoquo modo Chriſtus è medio tolleretur. Nihilominus tamen hoc illi Deus extorſit, ut oſtenderet mortem Filii ſui generi humano ſalutem & vitam allaturam. Verum enimvero Cajapham neque ut doctorem, neque ut magiſtrum in Eccleſia admittemus, & nulla ejus eſt auctoritas, neque eorum qui ſe illo tuentur, quandoquidem eorum quæ protulit nullam intelligentiam habuit, imo contraria illis prorſus & repugnans ejus intentio fuit. Quamobrem quum Saulem audimus prophetaſſe, ne cogitemus reliqua fuiſſe quædam adhuc in ipſo veſtigia donorum quæ prius in ipſum Deus contulerat: ſed agnoſcamus

in ejus bonitate ſpem poneremus, auxilium in rebus anguſtis ab ea ſperantes, quod fortuito evenire nobis perſuaderemus. At quum Deus contra hominum ſpem & exſpectationem, quo remotior videtur eo magis ſuum opus perficit, & decretum ad finem perducit admirandis modis, de quibus nunquam cogitaſſent, tum ſane vel invitos fateri neceſſe eſt, manum Domini rem illam perfeciſſe. En cur Deus ſæpe mediis utatur apud homines contemtis, ut gloria ſua fiat conſpectior. Davidis exemplo confirmatur hæc doctrina, quem à Samuele videmus unctum fuiſſe, non tantum ut Rex eſſet in hoc mundo: ſed etiam ut eſſet figura & imago Domini noſtri Jeſu Chriſti. A ſeptis igitur ovium deduxit eum Dominus in Saulis aulam. Sed in ea quomodo exceptus eſt? Saul inſidiis mortem illius quæſivit, & perſequendi ipſum finem nullum fecit. Et hoc ipſo loco videmus illum bis in mortis veniſſe periculum, Saule haſtam in illum vibrante, cujus ictum non evaſurum illum ſperabat. Quid ergo Saulem impedit, niſi Deus, qui ictum à Davide avertit, quemadmodum ſæpe contra ictus in noſtram ſalutem dirigit? Memoria repetamus quod ante audivimus: David lapidem funda jaculatus eſt, qui Goliathi frontem recta petiit. Erat autem ille gigas miles cataphractus, reliqua corporis membra tecta habens excepta fronte. Quare David multos lapides jaculaturus videbatur antequam nudam illam corporis partem attingeret: nam ſi millies armaturam attigiſſet, inanes ictus fuiſſent, quod armis ſuis tectus tanquam forti propugnaculo tutus videretur. Davidis itaque manus arcana Dei virtute regitur, ut ſolo ictu ſuperbus & immanis ille gigas proſternatur. Sic contra licet Davidi Saul ſit proximus, & babeat in poteſtate, ut nemo prohibeat quin haſtam in ipſum jaculetur, non tamen ferire, quem petebat, potuit. Conſpicimus igitur quomodo ex parte Deus Saulis manum avertit, ab altera Davidis brachium direxit. Ex iſtis diſcimus, nos licet multis undique periculis, Deo permittente, cingamur & obſideamur, ut de nobis actum eſſe jam videatur, tamen ex illis nos eruendi rationem Deum facile inventurum. Nam habet in poteſtate non ſolum mortis exitus: ſed poteſt ex mortis faucibus, quum volet, eruere: & faciet etiam, quotieſcunque fiduciam omnem noſtram in ipſo collocabimus: quemadmodum docet Paul. in 2. ad Cor. c. 1. Itaque quum hoc loco Saulem audimus jaculatum fuiſſe totis viribus haſtam in Davidem, ut eum transfoderet, quem tamen non attigit, agnoſcamus irritum ictum quod Davidis vita in umbra Domini tegeretur, qui ſuos eripere novit ex omnibus periculis, & nunquam in rebus incertis deſerit. Quare promiſſione illa nitamur, Deum nos

tanquam

num vim, qua poſſit ex periculis ingentibus erui, niſi ſolam Dei manum & potentiam. Itaque promiſſionibus ejus nititur: & licet ſe miſerum peccatorem ſentiat multis peccatorum ſordibus inquinatum, nihilominus in Dei bonitate ſperat, & fructum miſericordiæ & gratiæ ipſius exſpectat. Idcirco etiam illum Deum veracem vocat: q. d. Tu, Domine, opus tuum cœpiſti, quamobrem & ad finem uſque perduces: quandoquidem fidelis es: neque me paſces inani ſpe, ſed benefaciendo mihi perges, & tua potius in me dona multiplicabis, quam meum exitium quæras. Ideo confido, vitam meam, in manu tua poſitam, tutam fore. Et huc pertinet etiam illud, quod alio quodam Pſalmo dicit, Dei miſericordias eſſe meliores ſuper omni vita. Vix enim ſibi homines poſſunt conſulere, vitæque tutandæ rationes invenire: quas ſi forte inveniſſe ſibi perſuadeant, ſecuriores facti indurantur, & ſpe inani paſcuntur. David autem agnoſcit, rationes omnes, & omnia conſilia & media humana, quibus ſeſe tueri homines ſtudent, nihili eſſe facienda præ Dei manu, quum pro ſuis liberis nos habere dignabitur. Cæterum & iſtud obſervandum eſt contra, non eſſe nobis deſpondendum animum, quum à Deo derelicti videbimur, ipſum etiam Davidis exemplum intuentes: quare ſi undique nos obſideri ab hoſtibus Deus permiſerit, & improbis hominibus ad nos cruciandos aliquam poteſtatem fecerit, ne propterea, inquam, terreamur, & animum ad ipſum in anguſtiis confugiendi abjiciamus, ſed potius eo ardentioribus votis ipſius miſericordiam ſollicitemus. Neque vero tantum ſinguli ſibi hanc doctrinam debent applicare, ſed etiam ad generalem Eccleſiæ ſtatum eſt transferenda. Quamobrem ſi is Eccleſiæ ſtatus videbitur, ut ipſius immineat deſolatio: & quæ pulchre inſtituta fuerant ruinam minentur, ut ſola tantum appareat confuſio, ne propterea turbemur, ſed ad Dei auxilium confugiamus. Davidem enim hic videmus ad tempus veluti in ipſo mortis articulo & longe à ſpe remotum, ut animum deſpondere poſſet, niſi Deus miraculoſe providiſſet. Quare ſi Euangelii curſum impediri, ſi Eccleſiam comminationibus terreri, ſi denique mundum ſurſque deque ferri viderimus, nihilominus ſperemus Deum omnia improborum conſilia adverſus Eccleſiam ſuam infracturum, & nubi-

dere. Quapropter confirmari nos in ipſius amore, & fiduciam bonitatis ipſius in nobis augeri oportet, admonitos dicto illo Prophetæ in Pſalmis, *Deum*, inquit, *timemus, & tamen in ipſius templum ingredimur, quum ſuæ virtutis ſigna quædam edidit.* David ſane Deum precatus eſt, non temere, neque nimis confidenter, ſed cum modeſtia & timore Majeſtatis ipſius: neque enim ad Dei Majeſtatem cum temeraria audacia mortalibus eſt accedendum. Timendum itaque Deum dicit David, ſed addit, nihilominus tamen in ipſius templum veniendum. Quid ita vero? Nempe ipſum bonitate plenum noverat ipſâ experientiâ, quæ faciebat animum propius ad ipſum accedendi, precibuſque ſollicitandi. En quomodo fideles Deum timeant, nec tamen ejus præſentiam horreant, aut tanquam agreſtes feræ refugiant, ſed contra ſeſe Deo ipſi offerant, ejuſdemque miſericordiam implorent, non dubitantes, quin etiam exaudiantur. Contra vero Saul Davidis faciem horruit, quod in ea tanquam in ſpeculo Deum contemplaretur: qua de cauſa Davidem à ſe quam longe potuit ablegavit. Atque iſte eſt improborum hominum timor de Deo: cujus præſentiam horrent, & quam procul poſſunt fugiunt, exoptantes, ſi fieri poſſet, ut montes caderent in ſua capita, quibus tegerentur, ne Dei manum experiri cogerentur. Metus autem ille oritur potius ex malitia & rebellione, quam reverentia, quod improbi Deo ſubjici nolunt, etſi tamen oportere vel invitos, cognoſcunt, & huic cognitioni pro viribus reſiſtunt. Hinc fit ut virus ſuum deſpument, & ſeſe ipſos turbent & excrucient, & inſtar fluctuum ſeſe coorta in mari tempeſtate collidentium præcipites ferantur. Stare loco nequeunt, & hinc inde agitati nuſquam poſſunt quieſcere. Verum quoniam hæc videntur obſcuriora, ſigillatim adhuc expendenda ſunt. Quare obſervemus, Deum, licet natura ſua tam bonus, tam humanus, tam miſericors ſit, ut ad ipſum tanquam ſummum bonum homines, quoties ſeſe offert, rapiantur, non ſemper tamen omnibus ſeſe tam clementem, tam bonum & miſericordem exhibere: ſed prout homines ſunt diſpoſiti, ita Deum etiam ab ipſis concipi. Exempli gratia, Si quis ſuorum peccatorum ſenſu affectus, illa deteſtetur, & vitia ſua condemnet: & deinde miſeram ſe & fragilem creaturam agnoſcat, tum

Pſal. 29.

maxime

antagoniſtam adverſus eos luctari, brachiumque ſuum ſic exercere ut eos frangat & diſſipet; quibus fractis, quietem & tranquillitatem docilibus & humilibus corde faciat. Quamobrem quum Deo contumaciter reſiſtere & reluctari homines audent, & deſtinata malitia & contumacia Eccleſiæ ipſius bellum indicere, neceſſe eſt ut horrendis & ſtupendis modis virtutem & potentiam Majeſtatis ipſius ſentiant: & ejus conſpectum ſine horrore ſuſtinere nequeant, quandoquidem Deum ſua rebellione ad iſtam ſeveritatem cogunt, quem terribilem judicem experiri facit ipſorum furor & obſtinatio. Sane prima fronte videretur iſtud durum & intolerabile, Deum tanta ſeveritate agere cum iis, qui temere & arroganter adverſus ipſius Majeſtatem inſurgunt, & veluti refractarii frenum arrodunt. Sed quum hominum culpa id fieri cognoſcimus, Deum potius glorificemus & juſta ipſius judicia laudemus, quam obloquamur. Et hic obſervanda inſignis illa apud

Oſea 14. Oſeam Prophetam ſententia, ſub finem: *Quis ſapiens, & intelliget iſta? intelligens, & ſciet hæc? Quia rectæ viæ Domini, & juſti ambulabunt in eis: prævaricatores vero corruent in eis.* Quibus verbis Propheta docet, oportere nos, quæ Deus judicia in impios exercet, in noſtrum uſum convertere, & Deum ſemper & in omnibus ſuis judiciis eſſe bonum, juſtum & ſapientem, agnoſcere: nihil in omnibus ipſius operibus requiri, tanquam mancum & imperfectum: ſed omnia eſſe perfectiſſima. Quoniam autem ab omnibus illa non percipiuntur, idcirco ait Propheta, Quis prudens? quis ſapiens? & hæc intelliget. Et utitur interrogatione Propheta, quæ vehementior eſt in affectibus movendis, ut homines magis ad operum Dei apprehenſionem excitentur. Cæterum minime mirum videri debet, ſi adverſus Dei opera multi ſemper obloquuntur: alii quidem dentibus adverſus ipſum ſtridentes, alii virus ſuum & blaſphemas voces evomentes, ut Deus, qualis eſt, ab ipſis agnoſci non poſſit. Sed unde iſtud, oro, manat, niſi ex eo, quod homines intelligentia & ſapientia deſtituuntur? At Deus ſtultam illam mortalium contumaciam Deo obloquentium, deque ejus operibus detrahentium, miris modis contundit. Quam multos iſtiuſmodi homines hoc ſeculum producit, qui de Deo loqui non aliter audiuntur, quam canes divinam Majeſtatem allatrantes? Nos diſcamus contra de Deo & verbo ipſius ſapienter loqui: & ſacram Scripturam tractantes caveamus ne quid irreverenter effutiamus, & ne illam in fabulas convertamus. Itaque Prophetam audiamus hominum arrogantiam contundentem, quum ait, homines quidem Deo obloquentes, ſibi ſapientes videri, ſed inſanos & amentes eſſe. Quare ſi quem prudentiæ guſtum habemus, Dei operantis tur, ut ipſius opera comprehendamus, & in noſtram utilitatem convertamus. Saul itaque, quum hic dicitur timuiſſe à facie Davidis, ſimilis videtur reo cuidam, apparitores & miniſtros publicos metuenti, ut non tantum locum, in quo feruntur ſententiæ, aut in quo damnati cruciantur, horreat, ſed ad occurſum apparitoris pavore tremat, & ſibi nullum ex illis unquam fieri obvium cupiat. Eadem eſt omnium improborum hominum ratio, qui non ſolum incurrentem in oculos Dei Majeſtatem metuunt: ſed ad quodvis ſignum gratiæ Dei & Spiritus ipſius obſtupeſcunt & expaveſcunt: cujus rei exemplum in Saule conſpicuum eſt. Inde fit conſpicuum, profanos homines adverſus Deum contendentes, nomenque ipſius pedibus conculcantes, ejuſdemque virtutem, quantum in ipſis eſt, abolentes, Deum non niſi coactos metuere. Atqui Deus meritas pœnas tandem illis rependet, & quam meriti ſunt mercedem perſolvet. Nam non ſolum ipſe plenus Majeſtate, tremendus ipſis apparebit, & in factis admirandus: ſed efficiet ut eos ipſos qui nullius momenti videntur reformident, & abjectiſſimi quique coram hominibus, metuantur tamen ab iis, qui antea jugum omne videbantur excuſſuri. Sane Saul, ſi potuiſſet, aperte Deo reluctatus eſſet, & bellum etiam indixiſſet; & tanquam fera bellua Dei Majeſtatem contumelioſe petiiſſet. Verumtamen nihil tentare aperte audet, ſed tanquam catenis conſtrictus pectore virus concoquit. Non itaque recto quodam affectu Deum timet, ſed metu quodam retinetur, & Davidem, velit nolit, metuere cogitur. At, quæſo, quis erat David? Vilis opilio, à ſeptis ovium in aulam Saulis adductus, ut laborantem cithara recrearet, cujus deinde armiger factus eſt. Quare ergo Saul Davidem metuit? Nempe is Dei Majeſtatem quandam præ ſe ferebat. Hinc obſervemus, improbos quidem homines libenter, ſi poſſent, Dei memoriam abolituros, cujus gloriam miris modis contemnunt & pro viribus lacerant: ſed interea Deum tanto ſe illis terribiliorem præbere, ut ipſorum arrogantiam & contumaciam rideat: metumque illis eorum injicere, qui nullius ſunt coram hominibus momenti, & qui nocere nullo modo ipſis poſſunt. Hoc ſane non eſt admirandum, quandoquidem Scriptura dicit, *Improbos nullo ſubſequente metuituros, &* *Levit.* 26. *Dei contemtores ſonitu folii volantis terrendos: & vel* *verſ.* 36. *umbram pavorem ipſis allaturam.* Nam quum ſummo illi imperio ſubjici homines nequeunt, ſuam imbecillitatem prodant oportet, & arrogantiam illorum Deus rideat, ut in omnibus factis confuſione ſuffundantur, incertique ac dubii perpetuo fluctuent. Quamobrem Deum timere diſcamus ſincero animo, & pura mente colere. Metus enim ille verum honorem Majeſtatis ipſius in nobis efficiet, & boni-

Digitized by Google

[illegible] venimus, ſed cum omni modeſtia & humilitate ſic abjecti, ut peccata noſtra & imperfectiones cognoſcentes, nos nobiſipſis diſpliceamus, & in ipſo ſolo ſummum noſtrum bonum quæramus; ſiquidem natura ſumus omnibus rebus vacui. Et hactenus dictum eſto de verbis illis, Saulem à facie Davidis timuiſſe, quoniam Deus erat cum illo: ſequentia etiam expendamus, *Et à Saule receſſerat.* Ex quibus apparet quod ante attigimus, & obſervatione dignum eſt, Deum non dare nobis ſigna ſuæ Majeſtatis, ut eam horreamus & refugiamus, ſed illis potius nos ad ſe invitare: ac proinde homines, Dei faciem fugientes, malitiam & ingratitudinem erga Deum prodere. Sic dicitur Saul non tantum metuiſſe Dei præſentiam, ſed etiam cauſa metus notatur, quod tanquam putridum membrum reſectum eſſet à corpore, & à Dei gratia excidiſſet, & dedecori & ignominiæ omnium expoſitus eſſet. Quare danda nobis opera, & omne ſtudium adhibendum, ut quum in nobis Deus habitaverit, ne noſtra ingratitudine illum expellamus: ſed alacri mente ſemper requiramus, quum maxime videmus ipſum ad nos accedere & fugientes vocare, ut dona, quæ ex mera ipſius liberalitate percepimus, magis ac magis in nobis augeat, donec ad ſuam perfectionem venerint. Iſtis igitur nos ad Deum oportet invitari, ut præſentiæ ipſius guſtum verum habeamus, & omnibus noſtris ſenſibus eum quæramus, ſtudiumque adhibeamus ut in nobis per Sancti ſui Spiritus virtutem habitet. Contra ſi à Deo ſeparati fuerimus, certum eſt fore ut præſentiæ ipſius omnia ſigna metuamus & horreamus, cumque procul à nobis faceſſere cupiamus, & nobiſcum nihil habere negotii. Saulis exemplum igitur intueamur, ut ex eo diſcamus in Dei timore ambulare, & ejus gratiam ita demereri, ne unquam à nobis recedat. Nam & in Davide contemplari poſſumus idem quod hic in Saule, ſi voces in quas erumpit Pſal. 51. diligenter attendamus: etſi Deus Davidem nunquam omnino deſeruit neque abjecit ut Saulem. Nam ſpeciale iſtud eſt Dei filiorum privilegium, ut quum videbuntur eo uſque miſeriæ deveniſſe, ut à Deo derelicti videantur: & præterea improborum hominum riſibus & ſannis tanquam acutis jaculis petantur, quibus ſpem auxilii divini ex ipſorum animis delere conantur: nihilominus tamen precibus & orationibus Dei præſentiam requirant, & nullum damnum ex improborum hominum contumeliis accipiant: Deo viciſſim tempore opportuno [illegible] Prophetæ contigit, quantopere Deum debemus timere, & precari ut ſua luce nos irradiet, ne unquam ab ipſo deficiamus, ſed perpetuis precibus ſollicitemus, ut præſentiam ipſius requiramus, ſuæque bonitatis nos faciat participes? Sane admirabilis eſt divina illa Lux, quum dona ſui Spiritus nobis communicat, ut nos ſecundum ipſius voluntatem regi patiamur, quotieſcunque ad ſe invitat: & de nobis modeſte ſentiamus, noſtriſque viribus nihil tribuamus, gloriam apud homines venantes: ſed honorem ipſi debitum reddamus, & ipſius gloriæ amplificationem ſummo ſtudio quæramus. Et quæcunque ab ipſo dona accepimus, in proximorum utilitatem convertamus, vitæque ſanctimonia exemplo aliis ſimus: ne noſtris peccatis veluti denſis quibuſdam ſpinis bonum illud verbi divini ſemen ſuffocemus: Deique Spiritum, quantum in nobis erit, in nobis extinguamus. Cæterum ſi nos negligentia noſtra, incuria, ingratitudine, & cupiditatibus carnalibus contigerit iſtis rebus terrenis deliniri, & Dei dona in nobis ſepeliri, ſaltem pœnitentia ducti cum Davide dicamus, Domine, renova in me tuum Spiritum, quem antea habui, & meum cor ſic humilia, ut me ſponte tibi ſubjiciam. Nam homines Diaboli mancipia fiunt, quum Dei jugum excutere & ſe ipſius imperio ſubducere volunt. Ergo quum audimus Deum ſua dona nonnunquam nobis adimere, monemur, cavendum ne noſtra negligentia rejiciamur, dandamque operam ut ſollicite & anxie remedium in ipſo Deo quæramus adverſus malum, quod ultimum nobis alioquin exitium eſſet allaturum. Quamdiu itaque Deus beneficio tanto nos afficit, ut ipſe quaſi manu ſua regat omnibus viribus ipſum ſequi nitamur, & quacunque duxerit ſequamur, cumque ſuppliciter precemur, ut ſua manu regat, donec abſoluto vitæ noſtræ curriculo perveniamus ad ipſum, ejuſque gloriæ participes in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti fiamus.

Jam vero, agite, ſupplices in genua coram Dei Opt. Max. Majeſtate procumbamus, & infinita peccata, quibus ipſius in nos iram quotidie provocamus, agnoſcentes, precemur eorum ſenſu ſic afficiat, ut remedium in ipſo ſolo quæramus: non tantum rogantes ut nos in gratiam recipiat, peccatorumque noſtrorum memoriam ſepeliat, & omni corruptione ſpoliet, quo adverſum noſipſos, & adverſus mundanas iſtas affectiones, & carnales omnes cupiditates pugnare poſſimus: ſed maxime ut

Digitized by Google

20. Dilexit autem Michol, filia Saul altera, David: & nunciatum eſt Saul, & placuit ei.

21. Dixitque Saul, Dabo eam illi, ut fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſtinorum. Dixitque Saul ad David, In duabus rebus gener meus eris hodie.

22. Et mandavit Saul ſervis ſuis, Loquimini ad David clam me, dicentes, Ecce places Regi, & omnes ſervi ejus diligunt te: nunc ergo eſto gener Regis.

23. Et loquuti ſunt ſervi Saul in auribus David omnia verba hæc: & ait David, Num parum videtur vobis, generum eſſe Regis? Ego autem ſum vir pauper & tenuis.

24. Et renunciaverunt ſervi Saul, dicentes, Hujuſcemodi verba loquutus eſt David.

25. Dixit autem Saul, Sic loquimini ad David, Non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſtinorum, ut fiat ultio de inimicis Regis. Porro Saul cogitabat tradere David in manus Philiſtinorum.

26. Quumque renunciaſſent ſervi ejus David verba quæ dixerat Saul, placuit ſermo in oculis David, ut fieret gener Regis.

IN hac hiſtoria primum occurrit Saulis obſtinatio in odio adverſus Davidem, quem tamen amore complecti debebat, ad quem multis occaſionibus incitabatur; ſed nihilominus tam altas egerat radices in ipſius pectore virus illud, ut odium ſemel adverſus ipſum conceptum, perpetuo foveret. Ex oppoſito conſiderandum erit divinum opus in evertendis improborum conſiliis & conatibus, qui omnes irriti fiunt: & licet nihil niſi fraudes & dolos moliantur, & ſibi callidiſſimi & vaferrimi videantur, Deus tamen ſic eludit ut omni ſpe excidant. In Davide contra, tanquam in ſpeculo, Dei providentiam & bonitatem in ſuis protegendis cernimus, qui licet undique mortis periculis cincti, & jam in ipſis ſepulcri faucibus conſtituti, perire tamen non poſſunt: quin potius omnes à ſe comminationes propellunt, etſi minus in ſeſe tutandis providi. Davidis porro patientia & manſuetudo nobis tanquam exemplar proponitur imitanda, ut malum benefaciendo vincere diſcamus, quod ipſe nos Dominus noſter Jeſus Chriſtus admonet. Veniamus igitur ad ipſa contextus verba, quibus dicitur, *Saulem timuiſſe à facie Davidis, & à ſe amoviſſe, præfeciſſeque cohortibus quibuſdam militum: Davidemque contrà tantam gratiam ſibi apud omnes conciliaſſe*, Deumque talem ipſi rerum ſucceſſum, tantamque in gerendis rebus prudentiam dediſſe, ut Saulis in illum invidia & virus magis magiſque apparuerit. Nam quæ cauſa Saulem in odium & invidiam Davidis, niſi dona Dei, quibus David erat inſignis, impulit? Quapropter eo major eſt Saulis improbitas: nam ſi quis contumeliis aut injuriis affectus, ira impellitur ad vindictam, etſi Deo judice condemnatur, tamen apud homines excuſatur. Sed ſi quis intuitus virum aliquem ſummis virtutibus eximium uratur, & illi dona divina invideat, ſane pravam mentem, & diſtortum ingenium, & adverſus Deum rebelle, prodet: & inſtar horrendi & deteſtandi monſtri inter homines habebitur. Ulciſcendi quidem injurias, natura eſt omnibus inſita cupiditas, quamquam privatis ultionibus abſtinere Dei verbo jubemur, ſed ex ſenſus communis judicio, provocati vim vi repellentes, feciſſe quod naturæ conſentaneum eſt, omnium ore dicentur. Verum ſi quis ei, in quo nulla contumelia, nulla erit injuria, ſed ſola Dei gratia apparebit, qua in illius amorem pellici nos oportebat, furibunde invideat, & impetum faciat, merito ipſis Ethnicis etiam fuerit abominandus. At Saul hoc morbo laboravit: nos contra diſcamus dona Dei, ubicunque apparebunt, amare & complecti. Quod vero David aula pulſus, ne Saul amplius objecto illo donorum Dei afficeretur, prudenter ſe geſſit, & tam proſperos rerum ſucceſſus habuit, ut magna gratia & auctoritate apud populum valeret, nos docet intueri Dei providentiam in evertendis improborum conſiliis, & præter ipſorum opinionem in propria capita, quæ machinati fuerant, derivandis. Quamobrem affectus noſtros diſcamus ita componere in Dei obſequium, ne adverſus ipſum inſurgamus. Nam etſi videamur initio feliciter omnia ſuſcepiſſe, & ex animi ſententia ventura omnia nobis perſuadeamus, certum tamen eſt, Deum tandem noſtros conatus & conſilia riſurum, & in nosipſos & noſtrum exitium converſurum. Tanto igitur majore ſtudio noſtris affectibus moderari diſcamus: quibus ſi laxas habenas permiſerimus, certum eſt, nos adverſus ipſum Deum inſurrecturos, & adverſarium habituros. Ecquis vero futurus eſt exitus? Deone invito & reluctante rem conficiemus? Cæterum quum Davidem videmus tam proſperis uſum ſucceſſibus, favoreque & gratia multum apud omnes potuiſſe, ſcia-

Digitized by Google

qui etſi liberaliter multa promittunt, nunquam tamen ſtant promiſſis, niſi fuerit è re ſua. Interea Davidis modeſtiam & patientiam videmus. Nam etſi deceptus, & fruſtratus eo præmio, quod ipſi merito debebatur propter Goliathi cædem, nihilominus inimicitiam diſſimulat, Regique ſe fidelem exhibet, & officio ſtrenue fungitur. Quo exemplo admonemur, ut ante dixi, non penſare malum malo, ſed patientia noſtra in inimicorum caput carbones derivare & incendere, ut loquitur ſapiens: & hac ratione ipſorum malitiam frangere, & ad æquitatem & rectitudinem revocare. Peculiare ſane iſtud exemplum. Quam eſt enim difficile, malum bono penſare, præſertim erga hoſtes? Nam etſi quis ſibi ſic temperet, ut affectus injuria non quærat rationem ulciſcendi, tamen abſtinebit pro viribus, officiis illum, à quo injuriam acceperit, demereri: cui ſe nihil debere profitebitur. Hinc fit, ut plerumque animum abjiciant, qui alioquin nulla ſubire pericula recuſabant in aliorum gratiam, & tam ingratum hominum animum deteſtentur. Hinc etiam qui publica munera ſuſtinent, ægritudinem magnam concipiunt, & in officio faciendo ſegniores efficiuntur, quod etſi non omnino abjiciunt, tamen ægre faciunt. Si quis alterius commodis ſtuduerit, & ſe luſiſſe operam videat, in poſterum abſtinebit, aut ſi omnino non poterit, tamen non alacri animo deinceps ſed remiſſius aget, quod in ingratos ſuam operam contulerit. Quin & ipſos verbi divini miniſtros iſtis tentationibus ſæpe exerceri videas, quum ſe animadvertunt operam ludere in docendis ingratis, contumacibus & rebellibus: neque tam alacri animo & ſtudio ſuum munus exequi, quam alioqui facerent, ſi dociles & gratos auditores nacti eſſent, ac proinde ab officio vel prorſus vel ſaltem ex parte reſilire. Tanto igitur laudabilior iſta Davidis virtus, quam imitari omni ſtudio debemus, quod non illum Saulis malitia, non ingratitudo, non perfidia dimovit ab officio, ſed fideliter, quod ſui eſſe muneris exiſtimavit, perfecit. Ille ſane ſatis perſpiciebat, ſe operam ludere Sauli miniſtrando, ſed contrà gratum officium illud eſſe Deo non ignorabat, quamobrem omnes difficultates, quibus deterreri poterat, hac ſola ratione ſuperavit. Hoc exemplum imitari nos decet, ut, licet veluti repagulis quibuſdam homines malitia ſua & ingratitudine ab officio faciendo impedire & pollebat apud ſingulos, perſuaſerit illi ſe dignum qui gener Regis fieret, eique tam arcto fœdere jungeretur. Rara ſane virtus inter homines. Nam contra plerumque fit, ut ſi qui ad aliquam dignitatem promoveantur, licet in mediocri adhuc ſtatu, tamen ſui ipſorum obliti, vel ipſas nubes ſe ſuperaturos arbitrentur, Lunamque, ut aiunt, dentibus arrepturos. Quam longo intervallo diſtant à Davide, qui licet toti populo charus, & ipſo Rege ſuis egregie factis clarior, nihilominus illatam injuriam, negata ipſi quæ merito debebatur filia Regis, patientiſſime tulit? Nam nonne illum ſtimulare & ad iracundiam provocare populi querelæ de Saule poterant, qui excipiebat Davidem licet non ea dignitate eſſet quæ ſit cum Rege conferenda, datam eſſe tamen fidem publicam, & deberi ipſi ex pacto Regis filiam: nimium ingratum Saulem erga Davidem, cujus erat in Iſraëlem tantum beneficium. Ex iſtis igitur apparet, Dei Spiritu Davidem fuiſſe gubernatum, & ea modeſtia donatum, ut licet multum apud populum gratia & auctoritate valeret, nihilominus de ſe modeſte ſemper ſenſerit, & nulla ſuperbia & ambitione ſit elatus. Hinc diſcamus Deum precari, ut ſi nos in hoc mundo velit ad aliquam dignitatem evehi, modeſtiæ Spiritu donet: quandoquidem fere fit ut rerum ſecundarum ſucceſſu homines excæcentur. Davidis etiam exemplum intueamur, qui modeſtiæ & manſuetudinis donum à Deo acceperat, & ab eodem regebatur: Deumque precemur, ut omni ſuperbia & arrogantia nos exuat, ut, licet in pretio aliquo apud homines ſimus, & honores aſſequuti, ne aura populari capiamur, & iſtis honoribus inebriemur, ſed omnium virtutum præcipua, nempe humilitate inſignes fiamus. Porro Saul iterum Davidem decepiſſe dicitur, filiamque Merob, quæ Davidi promiſſa fuerat, alteri tradidiſſe. Davidem profecto non legimus ſeſe obtruſiſſe, & Saulem de implenda promiſſione interpellaſſe: ſed Saulem veriſimile eſt, gratiam & auctoritatem, qua David apud univerſos valebat, animadvertentem, voluiſſe ipſum ſibi hac ratione conciliare, & populo imponere, ſi pro genero haberetur & filii gradum obtinere videretur. Sed obſervandum Saulis pravum ingenium & fraudulentum: neque enim Davidis amore filiam ipſi offerebat, qui metu & odio adverſus eum æſtuabat. Hinc vero quanta vanitate ferantur improbi diſcamus,

ſed ſit ſuper eum manus Philiſtinorum. Næ, quandoquidem Saul tantam crudelitatem animo fovebat, libenter Davidem necari juſſiſſet, ut ſublato ipſo metu omni liberaretur. Sed tamen timore quodam retinetur, qua via rem illam aggrediatur dubius. En quomodo Deus ſuorum ſalutem procuret. Nam ſæpe quidem permittit hoſtes humanitatis metas tranſilire, & crudeliter ſævire, ac impudenter quodvis flagitium admittere. Verumtamen etiam illorum conſilia repente invertit, quemadmodum in Saule ipſo ſupra conſpeximus, qui bis in Davidem haſtam jaculatus quidem eſt, tanquam eum transfoſſurus: ſed cujus ictum Deus averſum à Davide irritum fecit. Nonnunquam etiam improbos ferocientes, & virus ſuum deſpumantes, Deus ita coërcet, ne conſilia ſua poſſint ad exitum perducere: immiſſo quodam terrore, qui tollit ipſis animum id aggrediendi quod inſanus ipſorum furor agitabat. Sic Saul eſt cohibitus, qui Davidis necem omnibus modis quærebat, & multos quidem dolos quotidie nectebat: ſed tantum ipſi Deus metum injecit, ut Davidem non audeat aggredi, ne ingrati animi & perfidiæ accuſetur: & populus ſeditione facta diſceſſionem à ſe moliatur. Quoniam igitur Davidis proſperos ſucceſſus adverſus inimicos videt, quieſcit & vultum diſſimulat: & potuit apud ſe cogitare Davidem eſſe populi præſidium, & nullum ipſi virtute parem eſſe. Quare à cæde, quam moliebatur, abſtinet: ſed tamen ait, *ſit manus Philiſtinorum ſuper eum*, ne ipſe videatur mortis illius conſcius. Laudabitur, inquit, tanquam ſtrenuus imperator, & lacrymis mortuus decorabitur: ſed ego interim cædis non accuſabor, res occulta manebit. Hinc apparet, quid poſſit metus, ut eo pravi homines prohibentur malam ſuam voluntatem exequi: & quid pudor, quo revocantur à pravis cupiditatibus. Neque enim mutata mente meliores fiunt, ſed in pectore odia & inimicitias alunt, & obliquas vias quærunt, quod coram hominibus virus ſuum detegere non audeant. Eadem omnium eorum ratio, qui Dei timore non retinentur; qui licet ignem extrinſecus non jaculentur, pectore tamen continent: & interim, licet invidia rumpantur & furore æſtuent, invitos tamen oportet ſibi ab illis timere quos funditus deletos vellent, & quos facile peſſumdarent, niſi Deus furorem ipſorum arcana ſua vi compeſceret: adeo ut omnes eos, qui Dei Spiritu non reguntur, neceſſe ſit aut leoninam vim aut vulpinam pellem induere. Alii, inquam, vi aperta ſæviunt, & ſe omnem humanitatem & æquitatem exuiſſe demonſtrant, & tanquam immanes feræ ferocitatem ſuam produnt. Alii vero vulpinantur: nam etſi vultu amicitiam ſimulant, & verbis teſtantur, tamen ſuis technis & fraudibus eorum, quos oderunt, mortem procurare non deſinunt; donec animum ſuum ſan-

inimicitias & omne genus malitiæ exercentes, & in iis nos magis ac magis indurantes. Et quoniam non poſſunt homines, quid occultemus in pectore, dijudicare, juſti nobis videbimur, & frontem perfricabimus, non agnoſcentes nos ferre ſententiam in nos ipſos, quum Saulem condemnamus, & deteſtamur. Quare ipſius exemplo diſcamus candide & ſincere cum omnibus agere: & quandoquidem nemo non damnat Saulem improbitatis, quod neceſſitudinis & affinitatis prætextu Davidi mortem procurarit, cognoſcamus, nos, etſi turpitudinem noſtram & malam mentem coram hominibus occultemus, adeo ut nullus nos accuſare ullius criminis poſſit, nihil tamen propterea promoviſſe, ſed contra potius coram Deo majus crimen incurriſſe: qui tandem quam occultare ſtuduimus turpitudinem coram omnibus deteget, & in apertum producet. Et quidem hactenus de Saulis fraudibus, quibus oblata Davidi filia in uxorem laqueos illi nectere ſtuduit, ſimulata tamen amicitia, & virtutis ipſius præmio & mercede, quem tamen cane pejus & angue oderat, & in hoſtium manus præſentemque mortem dare ſtudebat. Sed in verbis Saulis quæ præceſſerunt, alia etiam turpior quædam obſervanda ſimulatio cum tyrannide conjuncta: nam ait, Tantummodo eſto fortis, & præliare bella Domini. Nihil in Saule poſſe requiri dicas. Nam rei privatæ augendæ non videtur fuiſſe cupidus, ſed Dei gloriæ promovendæ tantum ſtudioſus. *Sunt*, ait, *bella Domini, quæ præliaberis:* quaſi dicat, non tantum Legatus meus eris, non tantum meis populique commodis inſervies, ſed ipſi Deo viventi operam navabis, cujus nos populus ſumus, & qui nos in ſuam protectionem recepit: quare quum adverſus hoſtes pugnabis, non mihi tantum & huic populo, ſed ipſi etiam Domino inſervies. Ergo in ſpecie vir fortis & pius videtur eſſe Saul, ſed, ut ante dixi, talibus verbis pravum ſuum ingenium occultat, mera eſt verborum ſimulatio & hypocriſis, quandoquidem Davidis mortem hoc affinitatis prætextu quærit, & impius eſt in Deum, cujus nomine ad tegendam ſuam crudelitatem & turpitudinem abutitur. Neque vero mirum iſtud videri debet, quoniam omnibus hypocritis commune eſt, ut facilius ſuos dolos tegant, Dei nomine abuti, ſive adhibito juramento, ſive proteſtatione, ſive alia quavis ratione. Pium itaque zelum & ſtudium in Deum profitentur, officia multa, quæ proximis accepta debent, in medium proferunt, denique nihil niſi Dei gloriam & proximorum charitatem loquuntur, ſed longe alia mens ipſorum eſt. Lucrum enim ſuum quærunt, alii divitiis parandis avaritia ducuntur, alii vero honoribus conſequendis ambitione turgent, denique nihil niſi fraudes & dolos machinantur, & eorum oculos perſtringunt, quibus fu-

cum

Digitized by Google

in uxorem Regis filia, ante congreſſum cum Goliatho, non daretur ex pacto debita: ſed quum deinde ſponſalibus factis, & Davide jam generi locum obtinente, nuptiæ celebrari debebant, alius ipſius locum occupat, & omnium riſui & cachinnis exponitur deridiculus, nonne merito poterat vehementer indignari & adverſus Saulem exacerbari? Verumtamen quam patienter iſtam injuriam tulerit apparet, quandoquidem nihilominus in officio tam erga Saulem quam populum fideliter perſtitit. Ecquis vero non commoveretur tam inſigni accepta injuria? Verum tamen David neque indignatur, neque conqueritur. Næ qui dignitatem aliquam inter proceres aſſequuti ſunt, ſiquam talem contumeliam paſſi ſunt, nihil non ad ulciſcendos inimicos movent: David vero, licet multas videatur occaſiones habere & rationes illatam injuriam ſibi vindicandi, tamen agnoſcit Deum his modis velle patientiam ſuam exercere. Neque enim ille ſe in populi gubernationem ingeſſerat: ſed Deum ſciebat ſibi auctorem, à quo tanquam manu ad honorem & dignitatem illam deductus fuerat, & ipſi gratiam & auctoritatem apud populum conciliarat. Quare licet Saul eum multis occaſionibus ad ultionem irritaret, Dei tamen timore & ipſius cultus amore tenetur, & intra patientiæ terminos retinetur. Næ Saulis ingratitudo nimium erat turpii; & merito poterat David, ſibi nimium inuri dedecus & intolerabile, verbis iſtis aut ſimilibus conqueri. Mene vero tam indignis modis à Saule excipi, tantum dedecus ego paterer? Quare filiam deſpondit ut ea me turpiter fraudaret? Ego Regis filiam neque prenſavi neque petii: ego ſum paratus ad ſtabula ovium patris mei redire, vita mihi privata placet: quare ergo ille me dedecore affectum, ridendum omnibus propinat? quare populo præbet occaſionem cum riſu quærendi, Quomodo ille gener Regis repulſam paſſus eſt? Sane quum iſtis omnibus David abſtinet, &, iſta non commotus injuria, nihilominus pergit in Dei vocatione, & non deſinit Sauli tam ingrato, tam perfido, fidelem operam navare, ſatis ſuperque teſtatur ſe principium illud cognoviſſe de quo parum cogitamus, & quod tamen obverſari oculis oporteret ſingulis momentis, nempe nos etiam hoſtibus noſtris eſſe devinctos, & officium noſtrum eſſe ut in vocatione perſeveremus, etſi nos illi multis modis laceſſant, quod Deus nos cum illis verſari velit, & quam quiſque vocationem accepit exercere. Et hactenus de Davide dictum

[illegible] queant, parvique faciant de ſe hominum opinionem, & licet maledictis multorum petantur, id negligere tamen, modo prava ſua conſilia perducant ad finem optatum. Nos vero obſervemus, poſſe quidem ab hominibus violari matrimonium: quod tamen Deus eſt vindicaturus, quandoquidem ejus auctor eſt, & vindex, ac proinde vult ſumma fide obſervari ſine fraude & dolo: adeo ut non tantum hominum aut rerum creatarum, ſed præcipue gloriæ & honoris Dei rationem habeamus, quod omnes Deo debemus. Deinceps ſequitur, Michol, alteram Saulis filiam, amaviſſe Davidem, Saulemque re audita lætatum eſſe, ut novam occaſionem haberet Davidem interficiendi. Etiam antè mortem illius quæſiverat, promiſſa filia, ſed alia quadam ratione abductus alteri filiam deſponderat. David interim injuriam diſſimulans quietus erat, & ita veluti quædam remora injecta eſt Saulis conſiliis de tollendo Davide. Nam animo ſuo conſtituerat Saul illum perdere: & tamen præter opinionem ipſius ſaluti conſuluit. Et hoc ſæpe uſuvenit, ut conſilia & fraudes improborum hominum quibus mortem fidelibus procurabant, in ipſorum bonum & ſalutem cedant. Licet iſtud in Saulis facto contemplari. Nam erat oblata nova Davidi ſeſe ulciſcendi occaſio, quum Saul ingratum ſuum animum & malitiam magis magiſque patefeciſſet; ſed tamen memor officii quod tam ipſi Deo, quam Regi totique populo debebat, patienter ferre maluit injurias, & oblivisci eorum omnium quibus à Deo alienari potuiſſet privatam quærens vindictam: & quidem in primis dedecus & ignominiam à Saule ſibi inuſtam. Sane ſi David omnium hominum contemtiſſimus & abjectiſſimus fuiſſet, nulla tamen Sauli ſupererat excuſatio, quaſi rebus anguſtis filiam promiſiſſet, quod nulla neceſſitate coactus Davidi filiam deſponderat, quam neque ambiverat, neque petierat. Sed ultro conditionem propoſitam à Saule de conſequenda filia in uxorem David obliviſcitur: neque etiam propter ademtam, ultionem quærit. Qua ergo mente, Saul non modo injuriam Davidi non levem facit, ſed etiam mortem ipſius modis omnibus quærit? Nempe illum furor & inſania prorſus excæcabat: verumtamen quicquid moliatur & moveat, Davidis commodis & utilitati cedat oportet. Hinc, inquam, apparet quam admirandis modis Deus ſuum opus promoveat, & quam mirabiliter quæ Eccleſiæ Dei ultimum exitium minabantur, in ipſorum hoſtium

Digitized by Google

deſpondit, remque gratam habuit. Nam quum ea ratione Davidi dolos nectere, ſibi ipſi malum quæſivit, quod tamen nulla poterat aſſequi conjectura, contrarium prorſus eventum ſibi pollicitus: ſed Deus ſua providentia rexit iſta omnia in fidelis

ſi ab hominibus ingratis mercede privamur, ſufficiat nobis Dei favor, à quo ſolo noſtra omnis pendet benedictio, & qui longe feliciores ſucceſſus daturus eſt, quam votis ullis poſſimus exſpectare. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam, &c.

HOMILIA SEXAGESIMA NONA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XVIII.

22. Et mandavit Saul ſervis ſuis, Loquimini ad David clam me, dicentes, Ecce places Regi, & omnes ſervi ejus diligunt te: nunc ergo eſto gener Regis.

23. Et loquuti ſunt ſervi Saul in auribus David omnia verba hæc: & ait David, Num parum videtur vobis, generum eſſe Regis? Ego autem ſum vir pauper & tenuis.

24. Et renunciaverunt ſervi Saul, dicentes, Hujuſcemodi verba loquutus eſt David.

25. Dixit autem Saul, Sic loquimini ad David: Non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſtinorum, ut fiat ultio de inimicis Regis. Porro Saul cogitabat tradere David in manus Philiſtinorum.

26. Quumque renunciaſſent ſervi ejus David verba, quæ dixerat Saul, placuit ſermo in oculis David, ut fieret gener Regis.

27. Et poſt paucos dies ſurgens David, abiit cum viris, qui ſub eo erant, & percuſſit ex Philiſtæis ducentos viros, & attulit eorum præputia, & annumeravit ea Regi, ut eſſet gener ejus. Dedit itaque Saul ei Michol filiam ſuam uxorem.

28. Et vidit Saul, & intellexit, quod Dominus eſſet cum David: Michol autem filia Saul diligebat eum.

29. Et Saul magis cœpit timere David, factuſque eſt Saul inimicus David cunctis diebus.

30. Et egreſſi ſunt Principes Philiſtinorum: à principio autem egreſſionis eorum prudentius ſe gerebat David, quam omnes ſervi Saul, & celebre factum eſt nomen ejus nimis.

HEſterna Concione cœpimus declarare amorem illum, quo Michol, filia Saulis, Davidem proſequebatur, ab arcano Dei conſilio profectum, qui rerum creatarum corda ſic novit inflectere, ut opus ſuum ad eum finem, quem decrevit, perducat. Sauli porro placuiſſe dicitur amor ille, quo Davidem Michol filia ipſius proſequebatur: minime quidem quod ipſum pœniteret facti & eluſi Davidis, velletque ipſi ſatisfacere: ſed quod hac ratione ſemel animo conceptum odium & necem Davidis ſperaret ſe poſſe ad ſuum finem perducere, tradendo ipſum in manus Philiſtæorum. Idcirco dicitur ſervos ſuos adornaſſe, qui Davidem ad petendam filiam Saulis Micholam ſollicitarent. Ex quibus apparet, Dei contemtores ſemper fraudibus & dolis ac malis artibus intentos, obliquis viis, ut Scriptura loquitur, ambulare: quare nos contrà Paulum exhortantem audiamus omnes fideles, ut in ſimplicitate & integritate ambulent, & cum proximis candide, non autem oblique & tortuoſe verſentur. Et ſi Saulis perfidioſus animus à nobis merito condemnatur, ſciamus nos Dei verbo teneri, non tan-

tur, & laqueos multos ponant, in quos præcipites ferri videantur fideles, Deus tamen ſuis provideat, non tantum laqueos frangendo, ſed etiam in eoſdem eos inducendo à quibus ſtructi fuerant: quemadmodum & alio loco in Pſalmis Propheta dicit, impios foſſas multas excavantes & laqueos nectentes, in illos dandos eſſe præcipites, ſumma cum ignominia & confuſione. Porro David non commovetur iſtorum ſermone, neque illi tale matrimonium probatur, ſed paupertatem gentiſque ac familiæ ignobilitatem objicit, quæ ipſum à tali dignitate procul arceat, ſatis conſcius repulſæ, quam erat jam in priore filia paſſus. Ac ſane veriſimile eſt, Davidem repulſam paſſum abjeciſſe animum & à nuptiis filiæ Regis abſtuliſſe, & tales honores flocci feciſſe; quæ ſane fuit inſignis Davidis virtus. Nam alias videmus quo ſtudio plerumque exæſtuant ignobili loco & paupere nati, ſi ſpe dignitatis excidant: & quantopere ſuis affectibus indulgeant, ut quamquam animadvertant Deum ipſorum conſilia frangere & irritum laborem facere, non tamen deſinant, quod animo ſemel ſuſceperunt, perſequi: & cupiditatibus dominari nequeant, neque affectibus moderari; & ſi hac non ſucceſſit, alia aggrediantur via, ut quaſi Deo invito velint ad faſtigium, quo tendunt, pervenire. Verum iſtiuſmodi homines fruſtra ſeſe fatigant, & multos in vanum labores ſuſcipiunt, quod neque ſuis affectibus moderari, neque ſe Dei voluntati ſubjicere poſſint. Hinc itaque diſcamus, Deo non permittente, ut voti alicujus, quod etiam bonis rationibus nitebatur, fiamus compotes, quieſcere, cognoſcentes, Deum nolle nos ulterius progredi: quare in cœpto deſiſtamus, & noſtris cupiditatibus reſiſtendum norimus, & eas domandas, ut Deo nos ſponte ſubjiciamus, & ad ipſius arbitrium componamus. Hujus rei exemplum eſt David, qui quum ad filiæ Regis nuptias animum applicuiſſet, non quidem ſeſe ultro ingerens, ſed ultro à Rege promiſſa ipſi filia, & ipſa etiam deſponſatione confirmata, nihilominus tamen repulſam paſſus eſt. Quid ille vero? Næ denegatam jure poterat ſuo repetere: ſed in quas ſe difficultates conjeciſſet? quas cruces ſibi fixiſſet? quos inferos, quas furias excitaſſet? Sed magna in illo virtus multas & magnas difficultates ſuperavit. Quieſcere maluit, quam tot laboribus jus ſuum redimere. Quare ſermonem injicientibus de altera filia, paupertatem ſuam objicit, & gentis ignobilitatem, ac vitæ priſtinæ conditionem, qua ſe contentum ait ditus ſui dicunt, quaſi nihil ipſos poſſet remorari. Alii denique de hoc vel illo diſponunt negotio, ut nemo tam abjectus ſit, qui non, quod animo concepit, velit, tanquam in ſua poteſtate Deum haberet, perficere. Sed contra etiam apparet, quomodo Deus tantam hominum ſtultitiam rideat: præſertim quum ea conſilia ineunt, quæ licet Deus improbat & condemnat, volunt tamen perficere. Nam quandoquidem adverſus ipſum inſurgunt, quid, quæſo, tandem promovebunt? Conſpicuum iſtud exemplo Saulis, qui, ut dixi, quum ſecum ſuas rationes iniret, & jam ſperaret ſe Davidem in apertam mortem conjeciſſe, & innocentem obruiſſe: Deique gratiam, quæ in Davide maxime ſplendebat, ut ante vidimus & infra etiam pluribus videbimus, aboleviſſe, diabolico ſane furore & audacia percitus in ipſum Deum ferebatur, ſibique nihil impedimento fore, quominus impleret conſilia, exiſtimabat. At longe ſua opinione deceptus eſt, & in contrarium ipſi conſilia verſa ſunt. Nos itaque diſcamus non decipi, & non indulgere vitiis noſtris & cupiditatibus: ſed in Deum & ipſius promiſſiones ſpem conjicere, & procul à nobis, quicquid homines imaginabuntur, rejicere. Dei vero certo factis nobis promiſſionibus fidamus, ipſum noſtra conſilia & conatus ſecundaturum, modo in ipſius viis ambulemus, id eſt, ne ad dextram aut ſiniſtram deflectamus ab ipſius mandatis: ſed rectam viam, quam verbo ſuo præſcribit, inſiſtamus, nihilque niſi voluntati ipſius conſonum ſuſcipiamus. Nos denique certo ſciamus hanc viam inſiſtentes à Deo benedicendos, & rerum noſtrarum eventus ſecundandos: ſed ſi contra laxis habenis noſtris indulgere cupiditatibus, & quodcunque libido dictaverit facere voluerimus, certo Deum omnia conſilia noſtra everſurum, & reipſa teſtatum facturum, nos nihil eſſe niſi homunciones. De præputiis vero, mirum eſt Saulem partem illam humani corporis voluiſſe ſibi à Davidi adferri: quod in odium licet idololatriæ feciſſe videtur, tamen fuit ridiculum: quemadmodum multos hodie videas ex ſuo ſenſu multa inepta & ridicula ſtulte excogitare, quibus Papiſticas ſuperſtitiones derideant. Eadem fuit illorum temporum ratio. Præputia ergo, id eſt, pudenda illorum Saul volebat præſcindi, ut ita ſe incredulos illos deteſtari profiteretur. Circumciſionem enim populo ſuo Deus ſignum fœderis dederat, quale hodie nobis ſignum eſt Baptiſmus.

Digitized by Google

videmus. Etſi igitur primo aſpectu ridiculum videbatur, adoptionem in populum Dei & ipſius miſericordiam in parte illa pudenda corporis declarari, tamen bona ratione niti præceptum videbitur, ſi Dei conſilium homines inſpexerint, neque altius tamen ſcrutari voluerint, ſed cum modeſtia & humilitate Deo ſe ſuamque ſapientiam ſubmiſerint. Nam ſi Dei præcepto acquieverint, abunde ipſis ſatisfactum erit. Quamobrem Circumciſio licet hominum opinione ridicula res eſſet, Dei tamen gratiæ & favoris indubitatum & certiſſimum erat teſtimonium: in parte illa corporis nominatim impreſſum, ob eas potiſſimum quas ante rationes attulimus. Primum, ut omnes in Adamo propter ipſius peccatum eſſe maledictos docerentur: deinde ut exuta miſerabili conditione, ſibiipſis renunciare diſcerent, ſuamque omnem beatitudinem & ſummum bonum in uno Jeſu Chriſto Domino noſtro ex Abrahami & Davidis ſtirpe oriundo quærere & exſpectare. Quamobrem Judæi Circumciſione glorianteſ, & incredulos averſantes & dedignantes, præputium ipſis objiciebant, quod ipſi ex Abrahamo eſſent oriundi & promiſſiones ſibi factas & Circumciſione obſignatas haberent. Hujus rei exemplum ſupra in Davide vidimus, Goliatho ſic inſultante, *Iſtene incircumciſus impune Dei viventis exercitui exprobraret?* Quaſi diceret, Iſtene infidelis, idololatra, ab Eccleſia Dei extraneus & rejectitius, nobis Iſraëlitis, Dei populo, ac ipſi Deo inſultaret? Quare ita loquitur? Nempe, quoniam incircumciſus. Huc ergo Saul reſpiciens, quamquam ſtulte & ridicule facit, præputia Philiſtinorum petiit, tanquam inſignia hoſtium populi Dei: & illis ignominioſe inſultaret, En miſerorum adverſus Deum pugnantium inſignia, en illorum exitum. Ergo Saul ſimulabat ſe Philiſtinorum tanquam Dei hoſtium necem & interitum quærere, quamquam revera in animo Davidi periculum ſtrueret, ut in ipſorum hoſtium manus veniens interficeretur. Et quidem ait, *Ut fiat ultio de inimicis Regis:* ſed quos tamen victores maluiſſet, hoſtes divinæ Legis & veræ Religionis, quam Davidem quem extinctum cupiebat, ſic illum ad ultionem impellente malitia, ut hoſtibus cedere mallet victoriam, quam Davidem ad eam dignitatem promoveri. Sed quicquid molitur, ipſi in dedecus & confuſionem cedit: & quod Davidi ſtruit damnum, in ipſius caput recidit: quemadmodum ſequitur, Davidem paulo poſt, vel non magno poſt intervallo, feciſſe in Philiſtæos impetum cum ſuis militibus: nam ante audivimus illum mille præfectum fuiſſe militibus. Cæterum, millene ſecum, an partem aliquam aſſumſerit, ſuperfluum eſſet diſputare: ſufficiat, illum cum aliquot militibus in Philiſtæos irruiſſe; & cæſis ducentis, eorum attuliſſe

& poteſtate ſuam ſententiam revocare, & cauſas etiam adferre, quibus ſe antea quibuſdam de cauſis coactum jam facti pœnitere diceret: quemadmodum Principes, jus omne & æquum pervertere prætextu poteſtatis & auctoritatis ſolent: vel etiam ſimulare ſe conſilio ſuorum obtemperare velle, & iſtis fraudibus in impietatem, & injuſtitiam omnia convertere? Verum enimvero Deus in contrarium omnia convertit, & callidorum ac verſipellium hominum conſilia in caput ipſorum retorquet. Sic oportuit Saulem Davidi filiam ſuam nuptiis locare, ex pacto debitam, licet libenter ſententiam ſuam eſſet mutaturus. Quis vero tandem iſtorum exitus? Sequitur, *Et vidit Saul, & intellexit, quod Dominus eſſet cum David. Et Saul magis cæpit timere David, factuſque eſt ipſi inimicus cunctis diebus.* Ex quibus clarius adhuc apparet quod ſupra expoſuimus, nempe improbos quidem timere Deum, at non ut ſeſe illi ſummittant, & ſe ad ipſius obſequium componant, ſed potius ut infrendeant dentibus adverſus ipſum, & pro viribus ipſi reluctentur. Et hoc jam ante in Saule vidimus, & modo fit longe clarius. Neque enim tantum dicitur Saul vidiſſe Davidem per Dei gratiam proſpero rerum uti ſucceſſu, ſed agnoviſſe proſperum illum ſucceſſum Davidi contingere, quod Deus eſſet cum ipſo. Quare igitur timet Davidem, ſi Deus erat cum ipſo? Nam ſi fortunam exiſtimaſſet, rerum dominam, Davidi favere, videretur aliquo modo excuſandus, ſi Davidem optaret mille mortibus perire. Sed quum ſibi perſuadeat Davidem per ſe nihil eſſe, ſed quicquid eſt, eſſe Dei favore, & bonitatis divinæ ſigna non dubia in ipſo apparere, quare obſtupeſcit & totus cohorret? Nonne potius debebat hoc in animum inducere, Deus hic eſt, ergo propius mihi accedendum eſt. Sed quo plura videt præſentiæ Dei ſigna, eo plus horret, & longius recedit. Quemadmodum homines rabidos videmus huc illuc circumſpectantes, ſi in aquæ conſpectum inciderint terreri, & ſibi aquam contrariam imaginari, quod tamen elementum eſt vitæ humanæ perneceſſarium & utile: ita Saul hic videtur Dei præſentiam tanquam ſibi noxiam horrere. Nam illius mentem ſic tranſverſam agebat phreneſis, ut gratiæ Dei præſentia, quæ omnem metum & pavorem lenire & placare ſolet, perturbetur magis, & non poſſit quieſcere & ſuis ſe cogitationibus ſolari, ſed furiis agitetur, ut nihil apud ſe poſſit ſtatuere, moxque in hanc, modo in illam propendeat, Davidne præſentiam fugiat, eumque procul à ſe ableget, an vero domi ipſum retineat. Profecto nobis omnibus idem contingeret, niſi Deus ipſe nobis notum faceret ubicunque gratiæ ipſius apparent veſtigia, totidem eſſe bonitatis ipſius erga nos teſtimonia.

Digitized by Google

dictionem Deo nolente vult obtinere, vel eodem invito. Atquînam fit, ut Eſavus, ſi fratrem ſuum electum à Domino fuiſſe ſciebat, & ita perſuaſus erat, ut reluctari non poſſet, contra Dei decretum fratri ſtruat inſidias, & mortem ejus quærat? Nempe hinc apparet quod ante dixi, conjectos homines in reprobum ſenſum, ſuum ipſorum exitium & ruinam promovere adverſus Deum pugnando. Ex parte quidem ſibi Deum adverſum ſentiunt: ſed alia ex parte ſenſum omnem divinitatis abjiciunt, & ſponte ſeſe in tenebras conjiciunt, omnemque conſiderationem potentiæ Dei fugiunt. Denique Deum ipſum horrent, minime quidem ante ipſius Majeſtatem trementes, & ſeſe illi ſubjicientes: ſed ſeſe magis indurantes, & in malitia obfirmantes ſine ratione & judicio. Idem Sauli contigiſſe videmus. Senſit enim, & ipſa experientia doctus eſt, Deum eſſe cum Davide: nam non ſimpliciter dicitur David proſpero ſucceſſu rerum uſus fuiſſe, ſed Deus cum ipſo fuiſſe, & eundem adjuviſſe. An vero Saul idcirco mollitus eſt, & ſeſe coram Deo dejecit & humiliavit? an agnovit ſe vires humanas opus ſuperans aggredi, quum Davidem opprimere volebat, quem Deus attollebat? Contra magis magiſque induratus & obfirmatus eſt. Et licet amicitiam ſimularit, ipſique filiam ſuam nuptiis locarit, tamen odium adverſus ipſum pectore fovit, metumque intra ſe continuit, occaſionem quærens Davidem è vivis tollendi, modo tamen ne ipſe feciſſe, vel conſcius fuiſſe videretur. Idcirco dicitur ad finem uſque fuiſſe factus inimicus Davidi: quamobrem timor ille fuit furioſus & rabidus, qualis eſſe ſolet omnium improborum & reproborum. Neque enim Dei gratiam poſſunt, quam animadvertunt, contemnere, quod tamen maxime apud ſe expetunt: ſed coërcentur tanquam belluæ immanes, furorem deſpumantes, quæ tamen vinculis & catenis vinciuntur, ne noceant. Sic Saul indignabundus libenter Davidi ſi poſſet vim aliquam inferret, & quo illuſtrior in Davide apparet Dei gratia, eo magis exaſperatur & fremit, ut non immerito factus ipſi inimicus dicatur, quod exhorruerit Dei dona in Davide conſpicua. Nos itaque diſcamus eo magis Dei dona ubicunque apparuerint venerari, quo magis in contrarium vitium videmus homines proclives, & demus operam ne in eam phreneſin incidamus, quæ ultimum nobis exitium adferat, & in noſtra capita Dei fulgurantis manum trahat, & hinc inde verſemur, tantamque in nobis mutatio-

in alio deberet contemplari: cur enim ratione & intelligentia præditi ſumus, niſi ut inter nos ipſos arcto quodam vinculo vinciamur, quod omnes ad Dei imaginem conditi ſumus? Sane multæ feræ ſunt ea natura, ut nunquam ferociam deponant, & neque cum feris aliis, neque cum hominibus poſſint manſueſcere: ſed tamen non poſſunt eſſe hominibus in reprobum ſenſum conjectis deteriores. Qualis enim hic Saul apparet? Davidem fidelem operam ſibi navare & fideliter procurare ſua negotia videbat: quum Saul centum Philiſtæorum præputia dotis nomine petiiſſet, David ducentos Philiſtæos cecîdit, quorum obtulit Regi præputia: unde fiebát ſatis conſpicuum, Davidem Regis ſtudioſum & amantem eſſe: ſed nihilominus Saul magis exacerbatur, & locum iræ ſuæ facit, & inde occaſionem Davidis majore odio proſequendi capit, unde habebat fidem ipſius admirandi. Neque vero tamen David ideo luſit operam: quandoquidem Deus fidelitatem ipſius agnovit, & licet Saulis ingratitudo potuiſſet ipſius animum dejicere, Deus tamen oſtendit, non inaniter operam fidelem Davidem Sauli navaſſe, quam Deus approbabat. Profecto non dubitandum, quin eodem modo nobiſcum Deus agat, ſi benefaciendo non defatigemur, & non ab officio reſiliamus propter eorum malitiam, qui noſtra benefacta ingrato animo non agnoverint, quandoquidem illorum oblivio Deum nunquam capiet. Verum non leviter prætereunda Saulis obſtinatio, quum dicitur *factus inimicus Davidi cunctis diebus*: nam ex eo apparet quod ante attigi, nempe eum, qui ſemel pravam viam ingreſſus à recta deflexit, nunquam poſſe reverti ad bonam frugem: & inſigne eſſe miraculum, quum aliquis peccata ſua deteſtatus ad Deum convertitur. Et ſane tanta eſt noſtrorum affectuum vis, ut facile in vitium feramur, & non ſine labore virtutem exerceamus, ſed contra vel minimo quovis objecto ad malum abducamur. Quare Deum precemur, ut nos Sancto ſuo Spiritu regat, à cujus gratia eſt in bono perſeverantia. Nam ſicuti Saulem in malo propria malitia perſtitiſſe, ſic contrà Davidem Dei Spiritu in bono perſeveraſſe conſpicimus, & nunquam fuiſſe benefaciendo fatigatum. Idcirco Paulus nos hortatur, ne propter hominum malitiam indignemur: & licet ii, quos omni beneficio & ſtudio devincire nobis ſtuduerimus, parvi faciant noſtrum ſtudium, & videamur operam luſiſſe ipſis benefaciendo, ne propterea tamen ab officio

rece-

Digitized by Google

... Verum tamen quærat ali-quis, quomodo Davide ex hoſtibus victoriam reportante, Regi bene conſultum ſit, ac proinde an non videatur Saul, Deo reſiſtendo, tamen favorem ipſius expertus, &, licet improbus, rebus tamen ſecundis uſus. Qualis vero tentatio potuit animum Davidis ſubire, quum videret, Saulis odium non poſſe mitigari, neque vinci, licet ipſe quotidie tam ingrato homini ſuam operam navaret, & vitam etiam exponeret? Nonne igitur videtur hæc ipſius animum ſubire potuiſſe cogitatio, Me miſero quid fiet? Nam ſi hodie periculum evaſi, quid craſtinus dies vehat neſcio, ecquis laborum finis, quæ merces? Si mille animas hoſtium proſtravero, mihi tamen nec ſcitur, nec metitur: imo contra me Regis furor magis accenditur, tantum abeſt ut mihi concilietur: quare igitur ego diutius ingrato homini meam operam locarem? quare vitam tot periculis exponerem? Dura ſane graviſque fuit illa tentatio, quam quum ſuperavit, exemplum fuit quod nos decet imitari: ut ſi forte hominum malitia & ingratitudo nos ab officio deterruerit, & operam ludere videamur, Deum precemur ut nos in eo retineat, nobiſque ſatis ſit ipſi gratum & acceptum eſſe ſtudium noſtrum, licet ii, quorum commodis & utilitati inſervierimus, illud negligant & parvi faciant, quandoquidem amplam mercedem eſt retributurus: quemadmodum iſtud eſt conſpicuum exemplo fidelium omnium, qui ſpem ſuam in ipſo collocarunt: ſed maxime Abrahami, quem Deus in ſuam tutelam recepit. Hinc ſæpe ſe omnipotentem dicit & protectorem, ac mercedem ipſius amplam fore. Omnipotentem autem vocat, ut certo perſuaſi ſimus, illum ſatis fortem ad nos defendendos, ſuamque manum fore nobis inſtar propugnaculi. Protectorem autem & mercedem, ne ſtatum nobis ſemper quietum, tranquillum & triumphantem polliceamur, ſed ſciamus ſemper nobis imminere pugnas ſive adverſus inimicos, ſive adverſus noſipſos, ut diſcamus patientia vincere injurias & contumelias, quibus ab iis etiam afficiemur, quorum utilitati & commodis ſtuduerimus. Nam in iſtiuſmodi lucta Deus noſtram infirmitatem ſublevabit, ut cognoſcamus, nos ipſi placuiſſe, & animas noſtras & corpora illi obtuliſſe & conſecraſſe. Atque in eo conquieſcere nos oportet. Cæterum ne Deum exiſtimemus durius egiſſe cum Davide, quum Saulem voluit omnium Davidis victoriarum fructu frui: ſed ita voluiſſe magis magiſque Saulem indurare. Nam ut ſacra Scriptura loquitur, Deus improbis benefaciendo, & beneficiis illos cumulando, tanquam boves aut porcos habet, qui mactationi deſtinati ſaginantur. Nam quæ animantes ad laborem reſervantur, modico victu aluntur: ſed quæ mactationi deſtinantur, multo cibo ſaginantur. Hanc ſimilitudinem Propheta

Apoſtolus dicit, eos, qui abutuntur Dei patientia ... vocantis ipſos & invitantis multa cum lenitate & benignitate, theſaurizare ſibiipſis iram in die iræ & patefactionis juſti judicii. Neque enim Deus ferre poteſt, dona ſua profanari. Quare quum ſuis beneficiis Deus nos ad ſe allicit, ſi noſtra malitia receſſerimus, & recalcitraverimus, certum eſt turpitudinem noſtram tandem patefactum iri, pœnamque & ſupplicium horrendum fore. Et hactenus de Davidis conſtantia in navanda Sauli ingrato fideli opera. Quod vero dicitur David prudentius egiſſe, quam reliqui Saulis ſervi, nomenque ejus factum celebre, apparet Deum voluiſſe ipſum in illam dignitatem evehi, ut apud omnes auctoritate & gratia valeret, eumque populus amore ſingulari complecteretur, quo Saul magis magiſque ureretur, & ipſius odium & crudelitas excitaretur. Quæ quidem in ſpecie Davidi noxia eſſe videbantur: ſed quum in Dei eſſet tutela & præſidio, novit etiam Deus Saulis impetum frenare, & ipſius omnes conatus frangere, quemadmodum ſequente capite docebimur. Deus itaque Saulem Davidis proſpero ſucceſſu vult magis ac magis uri, eique inimicum fieri, ut magis ejus furor exacuatur, & tamen ita Davidem protegit, ne quid ipſi Saulis fraudes & conatus adferre detrimenti poſſint. Davidis itaque fama fit in dies clarior & reliquis omnibus Saulis Ducibus præfertur, & honore debito fruitur. Hinc itaque diſcamus, inſurgentibus adverſum nos multis hoſtibus propter dona quibus à Deo fuerimus exornati: & indignantibus improbis, ſi noſtra opera Deus inſigne aliquod opus perfecerit, modiſque omnibus & rationibus noſtrum exitium quærentibus, Deum tamen nos ſua manu ſublevaturum, noſque ipſo fretos adverſus omnes hoſtes & invidos boni noſtri fore tutos. Neque vero tales ſumus, quin aliquando ſentiamus ex iſtis aliquam moleſtiam: ſed ſi id contigerit, ad exempla ſanctorum hominum oculos convertamus, & nominatim Davidem intueamur, cujus aſpectu noſter dolor leniatur: ac perſuadeamur Deum nos in hac parte explorantem, etiam tanquam clypeo tecturum, & quæcunque hinc inde exſurgant tempeſtates, tutaturum, & adverſus illas omnes ita defenſurum, ut impavidos feriant ruinæ. Contra ſciamus fore ut ſi ſtulta quadam ambitione efferamur, & ultro à Deo recedamus, & ab ipſius obedientia reſiliamus, noſtra omnis opera ſit inanis, & quum videbimur in ſummum uſque faſtigium evecti, tanto graviorem caſum & majus exitium ſentiamus. Quare ad aliquem dignitatis gradum evecti, Deo acceptum beneficium feramus, eoque ſemper nitamur: quod fundamentum ſi poſuerimus, futurum eſt, ut, licet ſus deque omnia ferantur, & undique confuſione cingamur, Deus tamen omnes illas nubes diſcutiat, cujus auxilio freti ſumus,

Digitized by Google

2. ——— Et indicavit Jonathas David, dicens, Quærit Saul pater meus occi-
dere te: quapropter obſerva te, quæſo, manè, & manebis clam, & abſconderis.
3. Ego autem egrediens, ſtabo juxta patrem meum in agro, & ego loquar de te ad pa-
trem meum, & quodcunque videro nunciabo tibi.
4. Loquutus eſt ergo Jonathas de David bona, ad Saulem patrem ſuum: dixitque
ad eum, Ne peccet Rex in ſervum ſuum David, quia non peccavit tibi, & opera ejus
bona ſunt tibi valde.
5. Et poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſtæum, & fecit Dominus ſa-
lutem magnam univerſo Iſraëli. Vidiſti, & lætatus es, quare ergo peccas in ſanguine
innoxio, interficiens David, qui eſt abſque culpa?
6. Quod quum audiſſet Saul, placatus voce Jonathæ, juravit, Vivit Dominus, quia
non occidetur.
7. Vocavit itaque Jonathas David, & indicavit ei omnia verba hæc: & introduxit
Jonathas David ad Saul, & fuit ante eum ſicut erat heri & nudiustertius.

Hic in primis obſervandum, improborum hominum Deique contemtorum malitiam augeri indies, donec in deſperatam impudentiam deſinat: & contra, Dei filios, ex aliquo periculo liberatos, in aliud incidere, & tamen ſemper miraculoſe ab ipſo conſervari. Quod apparet ex iſtis quæ hoc loco de Saule narrantur, omnem lapidem movente ut David interficeretur. Et quidem antea ſperaverat ſe ſic ipſum oppreſſurum, ut tamen cædis ipſius conſcius minime videretur: quandoquidem putabat Davidem nunquam Philiſtæorum manibus evaſurum: & ita ſe extra omnem ſuſpicionem futurum. Nam poterat ſimulare ſe Davidis mortem ægre admodum ferre, ut ſolent plerumque multi luctum ſimulare, & in pectore ſummam lætitiam occultare. Quum vero Saul animadverteret ſe operam luſiſſe Davidi inſidias parando, Deumque ipſius opinionem & exſpectationem luſiſſe, jam aperte laxis habenis furere, & quam diu intus foverat crudelitatem prodere incipit, filiumque Jonathanum reliquoſque ſervos ad Davidem interficiendum ſollicitat. Ex quo apparet ipſius cæcitas & fanaticus furor. Nam ſi ſolo Jonathano, vel tribus aut quatuor ſervis conſciis mortem Davidis quæſiviſſet, pudori reliquus adhuc aliquis locus fuiſſe videretur: ſed quum omnes ſuos miniſtros ad cædem hortatur, depuduiſſe illum apparet, & Davidis necem non potuiſſe amplius diſſimulare. Quare videtur jam prorſus deſperatus, &, immanis ac efferus, omni humano affectu & honeſtate ſpoliatus, eo amentiæ deveniſſe ac ſtuporis, ut jam neque Deum neque homines vereatur, hominumque exiſtimationem & bonam famam negligat, & homicida, & quidem perfidioſus, fidelis ſui ſervi non reformidet audire. Ex quibus verum illud eſſe comprobatur quod ante attigi, in Saulis perſona fieri conſpicuum, improbos diu diſſimulatam malitiam & improbitatem tandem prodere, & eo amentiæ & furoris progredi, ut nullo amplius pudore, neque diſcrimine boni aut mali, retineantur. Quod eo diligentius eſt obſervandum, quo plerumque multi gravius in eo peccant. Nam, exempli gratia, qui ad furtum animum adjicit, initio quidem horrebit alicujus jugulum petere, contentus loculos abſtuliſſe, à cæde prorſus alienus: ſed ubi Diabolus ſemel animum invaſit, ſic indurat & exagitat, ut tandem laxis habenis ad quodvis ſcelus feratur. Atque hoc Paulus ipſe docet, quum ait, eos dedolere qui à Deo in reprobum ſenſum conjecti ſunt, ut non ſolum apud homines omnem reverentiam & honeſtatem reſpuant: ſed etiam conſcientias mortuas habeant, ut Dei timore non amplius retineantur, quo ſolo poſſunt homines cohiberi ne præcipites in vitia ruant, tantoque magis iram Domini adverſus ſeipſos provocent. Atque hic Domini contemtus improbos occupat, qui ad quodvis flagitium frontem perfricuerunt. Nam nemo repente improbus: quare cum qui male facere incipit, ſpes eſt poſſe adhuc contineri in officio: ſed qui malo aſſuevit, mercedem factis ſuis convenientem à Deo recipit, nempe à Deo totus Diabolo permittitur, unde ſummus Divini nominis contemtus naſcitur. Et quemadmodum Dei reve-
rentia

Digitized by Google

& tanquam in theatro collocari, ut coram omnibus ipſorum turpitudo appareat, imo & ipſis pueris innoteſcat: ſed tamen admonet ut ſummo ſtudio talem divini nominis contemtum fugiamus, ne iſtis hominibus nocentiores tandem inveniamur. Atque iſtud apparet ex narratione ſermonis illius quem Saul ad Jonathanum filium & omnes ſervos habuit, quo ſibiipſi ultro dedecus, perpetuamque infamiam quæſiviſſe videtur. Nam aperte ſuam perfidiam, odium in Davidem, ſummamque crudelitatem prodit. Hinc itaque diſcamus quod Paulus admonet, eos qui Deum non honorant ut decet, in tantam ab ipſo confuſionem dari præcipites, ut ne ſuo quidem honori parcant, ſed ſeſe ultro deridendos omnibus exponant: ſic Deus ſuæ Majeſtatis contemtores ulciſci ſolet. Nam eo fine ſeſe nobis patefacit, ut ipſi obſequamur, debitamque reverentiam exhibeamus: noſque ab ipſo in eum finem creatos ſciamus, ut in nobis glorificetur. Diſcamus itaque nos illi totos, corpus nimirum & animam, dicare in omni puritate. Næ ſi nos adeo eſſe miſeros contigerit, ut ad quodvis flagitium præcipites ruamus, eoque deveniamus impietatis, ut Dei nomen contemnere, ejuſque gloriam profanare ſtudeamus, multas habere ipſum ſeſe ulciſcendi rationes certum eſt. Nam in tantum ſtuporem conjiciet, ut famam apud homines tueri negligamus: quod naturæ contrarium eſt. Ecquis enim neſcit homines ignominiam ſuam tegere pro viribus, & ſuam exiſtimationem apud omnes ſanctam & inviolabilem eſſe velle? Sed ii, quos Deus in ſenſum reprobum conjecit, nullo pudore, nulla ſui exiſtimatione retinentur, imo videntur ſtudio ſuam turpitudinem apud omnes palam facere, & ſuam crudelitatem, perfidiam & ſcelus publice prodere. Nos itaque ſi ſapimus, & niſi volumus in mille difficultates incidere, Deum colere & revereri, noſque illi totos cum candore & ſimplicitate dedere moniti diſcamus. Verum enim illud eſt apud Prophetam Domini, quod ſuperius audivimus, dictum, *Honorabo eos qui me honorant, & eos ignominia & dedecore involvam, qui me contemnunt & parvi faciunt*: quod ratum fieri ipſa experientia docemur. Cæterum non debent filii Dei ſummam pacem & otium in hoc mundo ſibi polliceri: ſed contra, perpetuum bellum & pugnam, quamdiu ſuperſtites fuerint, exſpectare, adeo quidem ut malum unum multa mala excipiant, & veluti fluctus fluctibus ſuccedant, adeo ut per mille mortis diſcrimina ægre vitam in hoc mundo trahant. Neque vero tamen omnium hominum par eſt conditio: neque omnes tam duris exerceri caſibus quam Davidem videmus. Suis enim parcit Deus, quorum infirmitatem novit. David vero, quoniam Domini noſtri Jeſu Chriſti fuit figura, propoſitus eſt nobis exemplum, ſaucios, quum Saul haſtam in illum jacularetur, quæ parieti infixa eſt. Deinde elapſum ex tanto periculo, rurſum miſſum contra Philiſtæos, ut ipſorum armis extingueretur. Verum etſi gravia & periculorum plena iſta erant, ut Deus illius curam abjeciſſe videretur, reipſa tamen oſtendit, ſibi eſſe curæ ipſius vitam & ſalutem, quum in omnibus iſtis periculis eum eſt tutatus, tandemque ſalvum & incolumem reddidit. Jam itaque Saulis furorem intueamur, qui ſublata ſimulatione furit aperte, &, quod ante foverat pectore, Davidis odium palam detegit, & veluti dato ſigno convocat inimicos, qui faciant in ipſum impetum. Quare ſi Deus nos variis tentationibus exercuerit, ne tamen animum deſpondeamus, neve adeo molles & effœminati ſimus, ut poſt unum aut alterum prælium tanquam emeriti milites ab Imperatore vacationem adipiſci cupiamus: ſed potius norimus vitam præſentem non tantum cum ſtadio quodam conferri, quod ſemel ingreſſos oporteat decurrere, ſed cum bello continuo, &, quamdiu vixerimus, non finiendo. Nos itaque potius ſublatis in cœlum oculis, & jacta ibi ancora, laborum finem & quietem exſpectemus. Sane Deus aliquando nobis in his terris quædam otia facit: ſed tantum ut renovatis viribus, alacriores ad prælium accedamus, Deumque, quocunque vocaverit, ſequi parati ſimus. Porro in Saule apparet, non eſſe hominibus magnopere fidendum quum plerumque & inconſtantes & perfidi reperiantur, etſi amicitiam ſimulent, & præ ſe ferant. Nam videmus, Davidem, quem ante Saul magni fecerat, & ſervi ipſius amabant & honore afficiebant, jam in odium & Saulis, & ſervorum ipſius venire, conſilia de ipſius cæde inter ſe inire, neminem ad ipſum excuſandum os aperire. Solus Jonathanus, Saulis filius, miſeri & innocentis cauſam audet defendere, fidemque & animi magnanimitatem retinere. Unde apparet quod ante dixi, non omnibus hominibus eſſe fidendum: quod David ipſe doctus experientia docet nos, *Ne hominibus fidite*, inquit, *in quibus nulla fides*. Davidis autem patientia documento erit, non fidendum amicis ſimulatis, qui, dum proſpera fortuna fruemur, arrideant, in rebus anguſtis & incertis deſerant: quod ſæpe uſuvenire ſolet: ſed in Deo ſpem omnem noſtram reponamus. Qui ſi ſemel nos in ſuam tutelam & clientelam receperit, ne dubitemus quin ipſemet nobis in rebus incertis amicos excitet, qui noſtram innocentiam tueantur, & auxilio juvent: quemadmodum Davidi Jonathanum patronum ſuſcitavit. Nam Jonathanus Davidis cauſam apud patrem auſus agere, ſeſe in magnum periculum conjecit. Videbat enim patrem per intervalla furore agitari, & tanquam fanaticum hominem rabiem ſuam deſpumare: quare quum audet illi turpitu-

Digitized by Google

[illegible] erga ipſum miſericordia; ut ſolent aulici Regum & Principum aures iſtiusmodi verborum lenociniis demulcere, & iratos placare: ut non omnino reos condemnent, ſed tamen aliquid ut verum concedant, quod illis malus animus contra omne jus & æquum dictaverit. Nihil in Jonathano ſimile: quem Deus Sancto ſuo Spiritu ſic rexit, ut fidelis amici functus ſit officio. Nam parum erat, Davidi vitam donari, ſi dedecus & ignominia illi fuiſſet conflata, qui ſummis honoribus merito erat afficiendus. Væ enim, ait Propheta, dicenti bonum eſſe malum, & malum eſſe bonum, lucemque in tenebras convertenti. Quare ſi Jonathanus tantum Davidi vitam ſervare ſtuduiſſet, & Sauli patri adulatus conceſſiſſet partem eorum, quæ de Davide criminabatur, certum eſt amici cauſam fuiſſe proditurum, & licet ipſi amicum, Deo tamen injurioſum fuiſſe futurum. At non tanti erat neque tam precioſa Davidis, quam Dei cauſa: itaque bene Jonathanus Davidis cauſam ita coram patre agit, ut maxime jure & æquitate nitatur. Quare quotieſcumque judicio & ſententiis iniquis oppreſſos auctoritate noſtra juvare voluerimus, non tantum habendam perſonæ ipſorum rationem ſciamus, ut vitæ ipſorum conſulatur, ſed maxime cauſæ, quam pro noſtra virili tueri debemus: ne nobis idem quod Pilato contingat, qui Chriſtum quidem ex manibus Judæorum, qui mortem ipſius procurabant, eripere voluit, ſed tamen nonniſi ignominia publica affectum. Sed Deo placere non poteſt ejusmodi ſimulatio: quare amicorum proximorumque commodis & utilitati ſtudentes cavere debemus, ne dedecore ipſos affici ſinamus, & ne cauſæ ipſorum æquitatem prætextu vitæ conſervandæ prodamus, aut pedibus conculcemus, mendacium & iniquitatem improborum veluti noſtro calculo approbantes. Sed ipſa Jonathani verba digna ſunt, quæ accuratius expendantur, *Loquutus eſt Jonathas de David bona ad Saul patrem ſuum, dixitque ad eum, Ne peccet Rex in ſervum ſuum David, quia non peccavit tibi, & opera ejus bona ſunt tibi valde.* Quandoquidem, inquit Jonathanus, David Regem nulla in re læſit, eo magis inique agit Saul ipſum perſequendo. Jonathanus igitur patri exprobrat ingratum animum, quum Davidis benefacta non tantum commemorat, ſed etiam ait, Davidem non peccaſſe in Regem. Neque vero tamen etiam excuſari apud Deum Saul potuiſſet, ſi morte Davidis privatam aliquam injuriam ultus fuiſſet. Scripta enim jam Lex Dei: & quidem in animis hominum natura inſculpſit, bono quarum mammis præſidium ſuum collocant. Quos vero Deus ſenſu & ratione donavit, quæ nullis viribus poteſt expelli, quandoquidem ipſe conſcientiæ ſenſus intus urit & cogit eos, à quibus acceperint beneficia, agnoſcere, nonne plus quam efferatos & barbaros eſſe neceſſe eſt, ſi acceptis ab aliquo beneficiis, cui vitam debemus, & qui noſtris commodis ſtuduerit, vitam auferre malis artibus nitimur? Iſtis rationibus Jonathanus patrem, & illum quidem Regem, conſtringit: & urget etiam, quum addit, *& vidiſti, & lætatus es.* Sæpe quidem contingit, nos ab aliquo beneficium aliquod conſequi, de quo non conſtet: ſed ubi agnitum beneficium nihilominus parvi facimus, & negligimus, eo major eſt malitia noſtra, & majorem condemnationem meretur. Notanda igitur illa circumſtantia, quum Jonathanus patrem præveniens ait, Non potes ignorantiam ullam prætexere, neque opus habes inquiſitione, tu ipſe vidiſti Davidis animum, tu ipſius benefactis gaviſus es: ac proinde quantum ipſi debeas, cujus mortem quæris, non ignoras. Summa ipſius erga populum, ſumma erga te beneficia, quum & te & populum ex inimicorum manibus eripuit; tu ſane illi coronam tuam debes, ſine cujus auxilio in hoſtium poteſtatem deveneramus. Teſtibus non opus eſt, neque ulla inquiſitione, tu ipſe teſtis es idoneus: tu gaviſus es ipſius virtute. Gaudium autem illud Saulis manavit ex affectione naturali, quod Deus Regis & populi miſertus eſſet: quare quum jam capitalis eſſet illius inimicus, qui cauſa ipſi fuerat tantæ lætitiæ, quis non illum pro monſtro merito habeat? Sane potius ignis & aqua conciliabuntur, quam duæ illæ tam contrariæ affectiones. Nam qui beneficiis affectus eſt ab aliquo, niſi omnem exuit naturalem affectum & rationem, ſaltem eum honore dignatur, & ſaltem animo habet quam gratiam referre non poteſt. Quare, deſperatus eſt Saul & prorſus inſanus, quum oblatam ſibi lætitiæ occaſionem in odium convertit, & lætitiæ illius auctorem cane pejus & angue exoſus perſequitur, eique ultimum exitium quærit. Quamobrem Jonathani integritas & liberalitas ſummopere eſt commendanda, quod Patris vitia non diſſimulavit, ſed illi aperte ſuam turpitudinem detexit. Et quidem ulterius etiam reſpexit, nempe, non eſſe ipſi negotium tantum cum Davide, aut mortali creatura, ſed cum ipſo Deo vivente. Næ multum erat, exprobraſſe patri crudelitatem & ingratitudinem, ut ante vidimus, ſed tamen beneficia Davidis ſic exaggerat, ut velit patrem ad Deum ipſum aſſurgere, quum ait, *& fecit*

certum eſt, malitia inexcuſabili peccaturos. Etſi non ſimus ab omni culpa vacui, quum ſpecies aliqua injuriæ nobis factæ ulciſcendæ apparebit: quandoquidem, eos qui vim vi repellere, malumque malo compenſare ſtuduerint, Deus olim ulturus eſt. Quamquam eo impudentiæ devenerunt Papiſtæ, ut docuerint, rem arduam & difficilem eſſe injuriarum obliviſci, & inimicis noſtris benefacere, ac proinde admonitionem illam conſilium eſſe ad perfectionem adipiſcendam, non autem expreſſum mandatum divinum: ſic auſi adverſus Deum blaſphemare. Næ iſtiusmodi cavillis & effugiis haud juvabuntur coram Deo: qui nos jubet adverſum nosipſos pugnare: & quum luctam in nobis ſenſerimus, & repugnantiam adverſus Dei mandata, ipſum invocare, ut omnes inimicitias & vindictam ac ulciſcendi appetitum ex animis noſtris eripiat, & Spiritum lenitatis & manſuetudinis infundat. Sed in primis ſi innocentibus nocendi quædam animum noſtrum occupaverit cupiditas, iſtam doctrinam in memoriam revocemus: & de acceptis beneficiis non tantum gratiam habeamus, ſed etiam referamus. Nam ingratitudine nullum apud homines vitium magis deteſtandum: de qua ipſi Ethnici leges ponere non eſſe dixerunt neceſſe, quod ſatis à natura omnium mentibus inſculptum ſit, gratiam pro acceptis beneficiis referendam, & nemo poſſit ullam ignorantiam prætexere: ac proinde non opus ſit, legibus ullis aut adhortationibus homines ad officium cogere. Nihilominus tamen nimium eſt vulgare iſtud ingratitudinis vitium, & nimium altas egit in noſtris animis radices, donec illud Deus radicitus exſtirparit, & ab eo repurgarit. Quamobrem ore Jonathani prolatam ſententiam, agite, diligenter meditemur: ac ſi eos quibus nullis benefactis divincti ſumus, tamen diligere tenemur; multo magis eos, qui nos ſibi multis beneficiis obſtrinxerunt, amandos eſſe meminerimus: nullamque ipſis de nobis conquerendi occaſionem præbeamus, quaſi leviter ipſa erga nos benefacta prætererierimus, & ingrato animo neglexerimus. In primis igitur hoc principium altius mentibus noſtris infigamus, nos ſi erga homines ingrati fuerimus, illis licet pacatis, & tranquillis, & ultionem non repetentibus, & benefacere nobis non deſinentibus, Deo rationem olim reddituros, adverſum quem bellum ſuſcipimus, & prævalidum adverſarium habituri ſumus, quum in ipſius creaturas injurioſi ſumus: quandoquidem quæcunque dona proveniunt ab hominibus, à Deo primum emanarunt. Quare ſiquis in rebus incertis & difficillimis opem tulit & adjuvit, Dei organum & miniſtrum ipſum agnoſcamus, & beneficium ipſi acceptum feramus: & contra ſi erga beneficos ingrati fueri-

iſtiusmodi conſiliis reſiſtere, neque tantum privatim admonere, ſed palam arguere peccantes, & tanquam fidos Dei patronos jus & æquum tueri & defendere. Nam certum eſt, nos, ſi ſilentio cauſam innocentium prodiderimus, & ſi quum Deus dederit facultatem pravis conſiliis & violentiæ improborum reſiſtendi, non fecerimus pro noſtra virili, nos in numero improborum à Domino habendos, nullumque excuſationi locum apud ipſum futurum, quominus malo conſenſiſſe judicemur. Atque hanc ob cauſam olim Propheta Jeremias conquerebatur, ſuorum temporum corruptelam deplorans, nullum reperiri, qui veritatis cauſam ſuſciperet, omnes caligare oculis & mutos eſſe. Quibus verbis docet, intolerabili ignavia peccare eos, qui, quum habeant improbis reſiſtendi facultatem & occaſionem, diſſimulant tamen & oculos avertunt aureſque obturant, ne vidiſſe vel audiviſſe videantur. Cæterum aliquid amplius in facto Jonathani eſt obſervandum. Nam patris accuſans malitiam, videbatur etiam ipſum ad iram provocare, & hac ratione non modo non conſulere Davidis ſaluti, ſed ſeſe in apertum periculum conjicere. Verumtamen iſta Jonathanum non impediverunt, quominus innocentis & juſti hominis cauſam libere apud patrem ageret. Et hoc imitari nos oportet: ac proinde licet ab officio multa nos deterrere poſſint, puta metus aut periculi imminentis, aut offenſionis eorum qui auctoritate plurimum valent, nihilominus tamen alacri animo pergendum in officio eſt, & procul à nobis iſtiusmodi cogitationes rejiciendæ, quibus prohibemur cauſam miſerorum defendere: Deum vero potius, quod officii noſtri partes requirunt, exigentem audiamus, noſque illi totos permittamus; non dubitantes, quin tempore opportuno juvet laborantes, & adverſus injurias protegat. Cujus rei exemplum eſto Jonathanus, Deum nimirum ſincere & candide ambulantes coram ipſo nunquam deſerere. Nam quid, obſecro, Saulem impedivit, quominus adverſus Jonathanum filium excandeſceret? Nonne poterat Saul etiam cum contumelia filium repellere, Quis tu es, qui patrem audes reprehendere? Nota enim eſt patrum in filios arrogantia, ſi admonere ipſos de aliqua re audeant. Tune, inquiunt, abortive, me reprehendes, tu conſilium dabis, & quid mihi faciendum docebis? Meum eſt potius te admonere & reprehendere. Iſtis ac ſimilibus vocibus Saul Jonathanum reprehendere potuiſſet, & Regiam poteſtatem illi objicere, ut ad auctoritatem paternam, Regia Majeſtas accederet, quam revereri Jonathanum oportebat, & non ita violare aut parvi facere, ut filius & ſubditus patrem & Regem tanquam par aut ſocius argueret. Sed Deus Saulem veluti quibuſdam vin-

culis

Digitized by Google

demnare. Quare quum hoc Deus jubeat, minime dubitandum eſt, quin obedientiæ benedicat, & vel ſurdis det aures ad admittendas admonitiones, vel meritam mercedem rependat, noſtramque operam gratam & acceptam habeat: vel ſi cum efferis hominibus nobis fuerit negotium, eos contra omnium opinionem domet & manſuetos reddat. Conſpicuum illud exemplo Jonathani: ut non dubium ſit, quin Deus noſtram obedientiam accipiat, & labores benevertat, quum operam noſtram in eo collocaverimus, ut quod præſcripſit ſuo verbo non inviti ſequamur. Quum vero Saul Jonathani monitis obtemperaverit, agnoſcamus nos centuplo graviore pœna mulctandos à Domino, ſi admonitionibus locum non dederimus, ſed refractarii fuerimus. Sane Saul non ſemper ſe obſequentem bene monentibus præbuit, ut deinceps apparebit, & ſine ratione & æquitate in pravo ſuo inſtituto perrexit: verumtamen illum Deus hoc tempore voluit ſanis filii conſiliis obtemperare, & nobis exemplo eſſe quod imitemur. Res admiranda profecto fuit, fanaticum & furioſum hominem, & arroganter adverſus ipſum Deum frementem, iram deſpumantem, malitiæ ac rebellionis plenum, & vindictæ cupidum, moveri tamen admonitione filii, & ita flecti ut Davidi conciliatus, ipſi mortem ſtruere deſiſteret. Quare ſi Saul tam improbus & flagitioſus, tamen acquievit Jonathani filii admonitioni, licet graviter ab ipſo reprehenderetur, & tanquam ingratus & homicida accuſaretur, etſi non totidem quidem verbis, ſed ſenſum tamen hunc habentibus, & quæ ſolidis rationibus nitebantur, quid nobis futurum exiſtimamus, & quam excuſationem prætexemus, ſi nos quidem Dei filios eſſe velle profitemur, eumque colere & vebus abripiatur, & tentationi ſuccumbat, ſed ut fortiter illis reſiſtat. Seſe itaque jurejurando adſtringit, ut, ſi fidem fallat, merito ut impius & ſceleratus à Deo puniatur. Tantundem igitur jusjurandum iſtud valuit, ac ſi apud Deum profeſſus eſſet, ſe priſtina vitia ejurare, ut ſe totum Dei cultui dederet, & pro viribus in eo perſeveraret: paratus, ſi contra fecerit, meritas pœnas de ſceleribus ſuis dare. Atque hujus jurisjurandi finem iſtum fuiſſe apparet, quum verbis Jonathani vehementer affectus, & ſenſu peccati morſuque ipſo conſcientiæ excitatus fuiſſet. Sed non fuit iſte ſenſus diuturnus, quandoquidem paulo poſt ad ingenium reverſus eſt. Nos vero cognoſcamus, à Deo nobis illum propoſitum fuiſſe in exemplum, ex quo diſcamus pudore peccatorum affici, quum Deus monitores mittit: & novam mentem induere, ut peccata non tantum condemnemus, ſed etiam deteſtemur & ejuremus, ac pravis omnibus cupiditatibus renunciemus, & adverſus ipſas ſic luctemur, ut eluctemur, donec tandem Dei voluntati ſubjecti ejus mandatis non amplius reluctemur.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices agnoſcamus quot modis ejus in nos iram provocaverimus, ac proinde quam miſera noſtra foret conditio, ſi ſummo jure nobiſcum agere vellet: ut non tantum veniam deprecemur, ejusque miſericordiam imploremus: ſed etiam precemur ut nos ita reformet, ut exuentes omnem malitiam, odium & inimicitias, ſpiritum lenitatis & manſuetudinis induamus, & cum proximis cum omni æquitate & integritate vivamus, quo Dei nomen noſtra illa conjunctione magis ac magis glorificetur, & propagetur. Neque vero nobis ſolis.

13. Tulit autem Michol ſtatuam, & poſuit eam ſuper lectum, & pellem piloſam ca-
prarum poſuit ad caput ejus, & operuit eam veſtimentis.
14. Miſit autem Saul apparitores, qui raperent David, & reſponſum eſt quod ægro-
taret.
15. Rurſumque miſit Saul nuncios, ut viderent David, dicens, Afferte eum ad me in
lecto, ut occidatur.
16. Quumque veniſſent nuncii, inventum eſt ſimulacrum ſuper lectum, & pelles
caprarum ad caput ejus.
17. Dixitque Saul ad Michol, Quare ſic illuſiſti mihi, & dimiſiſti inimicum meum
ut fugeret? Et reſpondit Michol ad Saul, Quia ipſe loquutus eſt mihi, Dimitte me,
alioquin interficiam te.

CONſideranda hoc loco nobis iterum Davidis perſeverantia proponitur: quod quantacunque Saul adverſus ipſum ingratitudine & malitia peccarit, nunquam tamen ab officio diſceſſerit: ſed omni potius pietate & officio erga Saulem ipſi ſatisfacere conatus ſit. Quamobrem nova Sauli offerebatur amandi Davidis occaſio, vereteſque omnes inimicitias deponendi. Nam etſi antea odio infenſiſſimo illum eſſet perſequutus, & aliquam inimicitiarum occaſionem habuiſſe videretur, tempora incidebant, quibus omnem iracundiam deponere debebat, excitato & renovato à Philiſtæis bello, Judæam invadentibus: adverſus quos implorandum Davidis auxilium. Is enim proſperos à Deo ſucceſſus habuerat, & ejus manu Deus populum ſuum in libertatem aſſeruerat. Quare omnis ſpes populi videbatur in Davide, ſi fieret Dux exercitus, ſita: quod ipſo etiam exitu confirmatum eſt, quum David victoriam adeptus eſt à Domino. Sane Saulem nulla poteſt excuſatio à flagitio purgare: quandoquidem ſi juſtis odiis certaſſet, ea tamen propter tot Davidis in populum & Regem ipſum benefacta oblivíſci oportebat. Nam ita plerumque accidit, ut benefactis veteres injuriæ deleantur. Tantum vero abfuit, ut Saul Davidis in ſe benefactis placaretur, & rationi & æquitati locum daret, ut contra magis ac magis agitetur malo Spiritu, Davidemque trucidare conetur. Ubi vero jusjurandum illud, quo ſe paulo ante devinxerat? Sed non mirandum ſi perjurus Davidem inſequitur, quod amens & furioſus eſſet. Ex quo apparet, quo furoris homines plerumque deveniant, ut ſint brutorum & ferarum rabidarum inſtar quum agitantur à Diabolo: ſenſuque ac ratione careant, quod ab illis Deus ſuum Spiritum retraxerit. Nam qua re à brutis diſcernimur, niſi ratione & intelligentia quam accepimus à Domino? Næ ut nobis vitam Deus tollere, quam dedit, poteſt, ita & eandem relinquere, ſed ita tamen ut licet brachia, manus & pedes moveamus, tamen anima prorſus obſtupefiat & bruteſcat. Id maxime conſpicuum in Saule, quem ſic intueri debemus, ut ex eo diſcamus in primis Davidis imitari conſtantiam, quem ab officio, licet à Saule provocatum ſæpius, nunquam tamen receſſiſſe videmus. Sane poſtquam Saul ipſi fuiſſet conciliatus, & jurejurando confirmata eſſet illa reconciliatio, potuiſſet à tam inſani & furibundi hominis conſortio recedere: verum illi ſuam operam non negavit, & ad conſuetum miniſterium reverſus eſt. Deinde ingruentibus hoſtibus ipſe in apertum diſcrimen ſe conjicit, non attendens eum, pro quo vitæ periculum ſubit, toties malo affectu & ſumma ingratitudine ipſi fuiſſe injurium. Noverat enim ille ſatis cui navaret operam, vocationiſque ſuæ ſatis erat memor. Neque vero ſemel aut iterum de vita ipſum fuiſſe periclitatum apparet, ſed ſubinde novas illi poſitas inſidias, ut inſtar aviculæ fuerit accipitrem inter arboris ramos fugientis, ut deinceps pluribus apparebit: ſunt enim iſta tantum earum tentationum primordia, quibus Davidem miris modis exagitatum fuiſſe videbimus. Unde diſcamus non mirari & tanquam novum & inſolens exiſtimare, ſi Deus nos iſtis malis exercuerit, ſed caſus omnes patienter ferre meminerimus, & in omnibus anguſtiis ad ipſum confugiamus, certo perſuaſi propitium illum nobis futurum, & nunquam deſerturum. Quod vero de Spiritu malo dicitur, qui Dei Spiritus vocatur, jam ante docuimus, quo ſenſu illud dicatur: nempe ſic ut Deo nihil mali poſſit imputari tanquam auctori, ſed Diaboli ſint ipſius vindictæ & juſtitiæ miniſtri, ut quæcunque malitia fuerit iſtius Spiritus, cujus hic ſit mentio, nihilominus tamen Deus illo ſit uſus ad ſuam perficiendam juſtitiam, quæ reprehendi à nullo poteſt, ſed in qua glorificari meretur. Spiritus igitur malus eſt, & Dei potentia, & à Deo miſſus, & mandata ipſius exequens, in quibus tamen malus eſt, & coram Deo condemnandus, etſi divinæ juſtitiæ miniſter, quam Deus
oblo-

Digitized by Google

[illegible], aut poſſint, & non poſſint ultra quam ipſis permiſerit pedem movere. Quare nos interea tranquillos & quietos eſſe oportet, quum Diabolos ſciamus potentis Dei manu coërceri: ſed viciſſim ſciamus ambulandum nobis eſſe coram Deo in timore & ſollicitudine: ne ipſius iram provocantes hoſtibus noſtris laxet habenas, à quibus tandem obruamur. Hanc ob cauſam quotidie precamur ipſum, ne nos inducat in tentationem, ſed liberet à malo. Quibus verbis in primis agnoſcimus, nos Diabolis expoſitos fore, niſi Dei admiranda & infinita potentia protegeremur. Deinde & cognoſcimus, nos Deo quotidie multas occaſiones derelinquendi nos & illis permittendi præbere: ſiquidem ab ipſius Sancti Spiritus luce recedimus, gratiamque ipſius, qua nos ad ſe attrahit, rejicimus. Sane tum aliquas Satanæ habenas laxat, ſed ita tamen ut ea occaſione diſcamus nos ad Dei cultum componere, & in maximis anguſtiis & afflictionibus ardentioribus votis ad Deum confugere, ipſum invocantes ne nos Satanæ permittat, ſed in ſuam tutelam recipiat, & ita cuſtodiat, ut nos Satan aggreſſus operam ludat, & nihil in nos poſſit, & omnia nobis in ſalutem cedant. Hæc itaque dicta ſunto de Spiritu illo malo, Saulem affligente, qui tamen Dei Spiritus fuiſſe dicitur. Porro quum Spiritum dicimus, cavendum magnopere ne confundamus cum Sancto illo Spiritu Dei, qui ejuſdem eſt eſſentiæ & gloriæ cum Deo. Is enim Sanctus Spiritus Deo coëſſentialis omnis boni fons eſt & origo: ſed iſte Spiritus creatus eſt, & naturam & ſubſtantiam à Deo accepit. Quemadmodum autem bonos Angelos Spiritus Dei dicimus, non quod eandem habeant cum Deo eſſentiam, ſed quod ab ipſo formati & creati ſunt; ſic & de Diabolis ſentiendum, quorum origo eadem fuit cum bonis Angelis. Neque enim à Deo creati ſunt mali, quales hodie videmus, & qualem eorum malitiam ſacra Scriptura nobis depingit: ſed corrupti ſunt & à ſua origine decidentes à Deo alienati: quemadmodum & hominem de ſua illa priſtina puritate decidiſſe miſeri adhuc ſentimus. Verum quantacunque ſit Diabolorum rabies, quantuscunque furor, quo adverſus Deum inſurgunt & recalcitrant, nihil tamen poſſunt efficere, & vel invitos Dei potentiæ ſubjici neceſſe eſt, ejuſdemque mandata exequi. Ac licet furioſe ipſi Deo reſiſtere

torſit, ut Davidis citharam pulſantis, cantu juvari, quemadmodum antea, non potuerit: quoniam Deus Saulem pro meritis ulturus, non permiſit Davidis citharam vim habere ad ipſum recreandum & phreneſin ipſius levandam. Quid ita vero jam, quod ante profuerat, remedium fit inutile, niſi quod Saul majorem iram & indignationem Domini provocavit in ſe, unde majoribus & gravioribus pœnis mulctari illum oportuit: ſiquidem correptus à Domino calcitravit, & rebellionem ac contumaciam rebellione & contumacia cumulavit & auxit, & ſeſe in ultimum exitium conjecit? Sane de Saule iſta prædicantur ut ejus exemplo diſcamus, Deo pœnas immittenti & plagis ferienti ſubjici; & ad primum ictum parêre, ne Sauli ſimiles facti ex Scylla in Charybdin incidamus. Sed ſi Dei manum ſenſerimus, ſerio de ipſius judiciis cogitemus, nunquam in craſtinum rejicientes pœnitentiam, ſed eodem momento cum humilitate nos ad ipſius obſequium componamus, ne ipſius ira & juſtus furor magis ac magis accendatur. Nam ſane ſi qualia quantaque ſint flagitia noſtra & iniquitates perpenderimus, ligna exſiccata ad flammam repente concipiendam videbuntur, & iram Dei proinde vehementius commovendam. Atque iſta meditanda ſunt nobis, quum audimus Saulem deteriorem factum & contumaciorem, non potuiſſe juvari citharæ cantu, quod Deus non permiſerit remedium iſtud utile illi eſſe, quod morbus Saulis eſſet incurabilis, & ipſius deſperata ſalus. Porro in quantas anguſtias fuerit David conjectus, & quam admirandis modis à Deo ſervatus, hinc apparet. Unde nos oportet ſapere, & pericula præmeditari, in quæ poſſumus incidere, adeo ut nonnunquam contingat, nos velut alterum pedem in ſepulcro habere, & velut ipſis mortis faucibus apprehendi. Nam ſi tranquillum & placatum omnino rerum ſtatum nobis polliceremur in his terris, fides noſtra ſtatim ad primam tentationem collaberetur. Quamobrem omnino ſtatuendum eſt, quemadmodum D. Paulus nos admonet tertio capite ad Coloſſenſes, *Vitam noſtram abſconditam eſſe in Domino noſtro Jeſu Chriſto*, & Coloſſ. 3.
nos, quamdiu in his terris degimus, tanquam in umbra mortis verſari, nihilque firmum & ſtabile nobis hic imaginandum. Nam & ipſa natura noſtra fragilis eſt & caduca, & multa nos undique pericula circumdant, & ſingulis momentis exitium minantur.

Digitized by Google

maneat illa ſententia, Deo nos variis modis exercente placide obſequendum, & quacunque duxerit ſequendum: & certo perſuaſi ſimus, vitam noſtram ipſi eſſe pretioſam, ac proinde nos ab illo, ut neceſſe fuerit, protegendos & conſervandos. Hanc doctrinam meditari nos oportet ex eo, quod David dicitur declinaviſſe à facie Saulis, fugaque ſibi ſalutem quæſiviſſe: quam tamen fugam multæ deinceps ærumnæ, graves tentationes, & dura certamina exceperunt. Deum tamen obſervemus Saulis ictum avertiſſe, ut quum Davidem haſta conaretur transverberare, factus ſit ictus irritus, & in Davidis commodum ceſſerit, præter Saulis mentem. Sed inſolet Deus, quæ ſaluti contraria videbantur, imo quæ præſentem mortem minabantur, in ſuorum ſalutem & utilitatem convertere: quod ſatis fit ex iſta Davidis liberatione conſpicuum, quam certum eſt arcano Dei conſilio factam, qui vitam noſtram habet in poteſtate, de qua prout ipſi placuerit diſponit, adeo quidem ut quum res omnes creatæ videbuntur in noſtram perniciem conjuraſſe, & ſingulis momentis mortem intentare, nocere tamen non poſſint, niſi quatenus Deus permiſerit. Verumtamen Davidem ſemel quidem liberatum Dei providentia tum evaſiſſe mortis periculum videmus, ſed Saulem nihilominus iracundiorem factum, majore crudelitate deinceps in ipſum ſæviiſſe, & ſatellites miſiſſe, qui Davidis domum obſiderent, & mane ipſum interficerent. Sed cur non eodem momento quo milites ipſius domum obſederunt, juſſit eum interfici? Profecto minime dubium eſt quin ſit à Deo cohibitus, & eum metus populi retinuerit. Nam ſecum cogitavit, ſe, ſi nocte Davidem interficeret, in odium omnium venturum, & de fama ſua tantum detracturum. Et præterea fore ſi tantum ex fama populus id audiat, ut memoria facti ſtatim excidat: quamobrem ſatius eſſe ut ipſum in totius populi conſpectu jubeat interfici, quo datam ipſi juſtam occaſionem arbitrentur. His rationibus ſeſe continuit, Davidis necem in craſtinum mane differens, quod ipſum è ſuis manibus elabi non poſſe crederet. Verum enimvero Dei arcana providentia iſta geruntur, quem nos ſacra pagina docet ita inflectere hominum improborum cogitationes & mentes, ut quicquid moliantur, quæcunque agitent conſilia, in fumos abeant & ventis dentur irrita. Quamobrem eo major nobis fiduciæ in Deo collocandæ datur occaſio, quo evidentioribus exemplis videmus ipſum non tantum manus hoſtium ſuorum ita tenere conſtrictas, ut ſine ipſius permiſſione ne digitum quidem movere poſſint: ſed etiam eorum cogitationes & mentes ſic inflectere, ut nihil poſſint efficere, niſi quod ipſe voluerit. Quamobrem licet David in graviora pericula inciderit quam ex quibus evaſerat, nihilominus tamen eum Deus protexit, & ſubinde multitudo pene infinita ſingulis momentis periculorum exurgit, adeo ut videamur tanquam præda hoſtibus expoſiti: ſed Deus nos cuſtodire & eripere ex illis omnibus poteſt: & hanc ob cauſam in ipſum unicum ſpes omnis noſtra conjicienda eſt. Atque hanc doctrinam eruere debemus ex eo, quod dicitur Saul miſiſſe ſatellites, qui Davidis domum obſiderent uſque ad mane, ut deinde ipſum interficerent. Ex quo præterea colligendum eſt, parum eſſe firmas amicitias hominum, niſi Deus ipſorum animos regat. Nemo enim Davidi ferre audet opem: etſi non dubium eſt, quin Jonathanus officio ſuo non defuerit. Michol autem aberat à domo paterna, ut conſilia adverſus Davidem ignoraverit. Conatum quidem ſane Jonathanum veriſimile eſt patris iram placare, & Davidem illi conciliare ut ante fecerat: ſed Deus non permiſit. Nempe ita voluit Davidem experiri Deum habere varias rationes ſuos ſervandi, & illum avertere ab earum rerum ſpe quæ in oculos tantum incurrunt. Nam ſi Deus unicam in nobis tutandis & ſervandis rationem ſervaret, ipſius virtus & potentia videretur cauſis ſecundis affixa: ſed quum modo hanc rationem init nos liberandi, modo illam de qua nunquam cogitaveramus, tum in unico Deo fiduciam omnem noſtram collocare diſcimus, reipſa edocti, mille rationes ipſum habere nos in anguſtiſſimis rebus adjuvandi, & ex omnibus periculis ſervandi, quoties ipſi videbitur. Jonathanum igitur videmus in præſentia non potuiſſe Davidem adjuvare, quod Deus non permiſerit, ut ſalutis, quam Davidi præparabat, gloria omnis ad Deum ſolum rediret, & in Deo fiduciam omnem collocare doceretur, quum nulla ſpes ab hominibus appareret, qui non indiget alieno auxilio, quoties ipſi nos adjuvare in anguſtiis placet, quandoquidem ſolus omnia poteſt. Cæterum ex ſequentibus quidem apparebit Jonathanum datam Davidi fidem non fregiſſe: nam quum Michol abeſſet domo paterna, non potuit divinare patris de interficiendo Davide conſilium, quis igitur illi, niſi Jonathanus, patris voluntatem detexit? Nam quum ſe nihil apud patrem neque admonitionibus neque reprehenſionibus animadverteret promovere, & contra vim militum ad cædem Davidis comparatam poſſe ſciret, quod aliud illi ſuperfuit remedium, quam ut Davidem fuga ſibi conſulere ſuaderet? Itaque officio ſuo non defuit Jonathanus, ſed tamen non eſt ejus opera Deus ad ſalutem Davidis uſus, cui non dedit facultatem ſervandi. Cæterum quæ verba in textu ſequuntur, diligenter animadvertenda, quibus dicitur Michol filia Saulis *depoſuiſſe Davidem per feneſtram: & illum abiiſſe & aufugiſſe & ſalvatum eſſe.* Audax ſane mulieris facinus. Ex quo apparet, mulieres, ſi animum ad bonum appellerent, ſicut ad malum, fore multis virtu-

Digitized by Google

per feneſtram dimiſſus eſt, quam ſi humanis viribus adjutus fuiſſet. Nam quum ſolus, ſine ullius auxilio remanſiſſet, licet multi quidem ex ſuis militibus auxilium illi tuliſſent, ſi potuiſſent & auſi eſſent, & uxor illi ſola ſupereſſet, quid poſſe videbatur adverſus Saulis furorem? Sæpe fit enim, ut vel audaciſſimi fortiſſimique viri obſtupeſcant ad Regum furorem, & metu vires ipſorum collabantur. Quamobrem hinc apparet, Deum ſibi ſoli voluiſſe gloriam liberationis Davidis tribui, non ullis humanis viribus adſcribi. Ex iſtorum vero narratione ſatis apparet, Deum poſſe ſuos ſine ullis humanis præſidiis liberare, quotieſcunque ipſi videbitur, ex ſummis periculis, ex quibus nullus hominum opinione videbatur exitus dari poſſe. Nam, exempli gratia, Davidis domum cingebant armati Saulis ſatellites, eumque ad mortem quærebant. Is ſe per feneſtram proripiens, non tamen adhuc ſalvus & incolumis omne periculum evaſerat. Nam in armatos illos ſatellites poterat incidere, à quibus domus ipſius obſidebatur, & ab ipſis vel ipſo momento interfici, vel ad Saulem interficiendus deduci. Verum hoſtes ipſius Deus ſic excæcavit, ut ſalvus & incolumis ipſorum manus evaſerit. Quare divinum hic auxilium agnoſcamus, quo non ex levi aliquo diſcrimine, ſed ex ipſius ſepulcri faucibus David liberatus eſt. Nam ſane centies mortem oppetere potuiſſet, niſi Dei manu admiranda ſervatus eſſet, vitamque veluti novam ab ipſo accepiſſet. Hinc diſcamus in Domino fiduciam noſtram collocare, non quidem ut ratio humana dictaverit, & noſtri ſenſus apprehenderint: ſed in ipſa morte ſperemus, quandoquidem Deus in ipſam mortem imperium & dominationem obtinet. Porro ſequitur alius quidam dolus, quem Michol nexuit, ut Davidi tempus evadendi & fugiendi longius daretur, ex quo per feneſtram dimiſſus fuerat. Nam ſenſit, patrem illico ſatellites dimiſſurum qui Davidem inveſtigarent, & inventum neci darent: quare pro viribus operam dedit ut deceptis cuſtodibus longius tempus Davidi ad fugam daretur. Cæterum quum ſubinde miſſi ſatellites à Saule Davidem comprehenſuri dicuntur, ex eo apparet quanto furore Saul adverſus illum exæſtuarit. Primum enim intromiſſi ſatellites Davidem quærunt ad mortem: quem quum ex Michol ægrotare didiciſſent, & ad Saulem retuliſſent, juſſit ægrotum ad ſe ipſum in

bus conſilium & prudentiam immittit: qui animos facit ad id quod utile eſt, & ad quod ab ipſo vocamur, fortiter perficiendum. Hinc etiam in omnibus difficultatibus & anguſtiis ad ipſum confugere diſcamus, eique omnem noſtræ liberationis gloriam tribuere, caventes ſummopere, ne eos imitemur qui in partem gloriæ cum ipſo venire cupiunt. Nam multi fatentur quidem, ſe Domini adjutos manu, ſed ſibi etiam ſalutis partem adſcribunt: tantumque de Dei laude & gloria detrahunt. Soli ipſi itaque deberi omnem gloriam certo perſuaſi, ne dubitemus quin ad ipſum in anguſtis rebus cum debita reverentia & humilitate confugientes exaudiat. Et ſi in rebus incertis auxilium tulit, idem aliis ingruentibus effecturum ſciamus, ſuumque opus ita perfecturum, ut nunquam deſeramur, modo nos Spiritus ipſius ſapientia regi ſinamus, verbique ipſius virtute armati ſimus. Quod vero nominatim dicitur Michol ſtatuam quandam accepiſſe, & in lecto Davidis poſuiſſe, ſæpe in Sacris vox illa Teraphim in malam partem accipitur: ſed non exiſtimandum eſt, Micholam ullum habuiſſe domi ſimulacrum quod adoraret: neque legimus, Saulem, etſi conjectum in reprobum ſenſum, unquam tamen ſibi finxiſſe idola, quæ coleret, aut ulla ſuperſtitione fuiſſe occupatum. Quare non eſt veriſimile, Micholam ulla habuiſſe idola: quæ certum eſt Davidem non fuiſſe toleraturum. Jacobum quidem ſane videmus Rachelis uxoris amore nimio præoccupatum, quaſdam imagines domi ſuæ ad tempus toleraviſſe; quæ deinde videmus illum ſuſtuliſſe, domumque ſuam iſtis ſordibus expurgaſſe, quum poſt Sichemitarum cruentam illam cædem ſibi metueret. Sed quoniam neque Micholam, neque alium ullum tunc temporis legimus in Iſraële ſuperſtitionibus occupatum fuiſſe, non eſt veriſimile Micholam ulla idola coluiſſe, & non dubium eſt quin Saul divinos & incantatores de medio populi tollens, & alia idololatrica inſtrumenta, etiam idola ſic ſuſtulerit, ut nullus earum uſus fuerit. Sed ſimulacra quædam & ſtatuæ ad ornatum haberi potuerunt, ut plerumque ſolent iſtiuſmodi ludicris homines delectari, & in ſupellectile multas iſtiuſmodi formas effingere, quæ vel in aulæis vel in tabulis collocentur. Talia fuerunt igitur Teraphim, aut ſtatua illa de qua hic fit mentio. Quæ vero de pelle caprina recitantur, qua

Digitized by Google

nem nobis conſulamus. Sane non decet nos quæ nobis neceſſaria ſunt negligere, verumtamen hunc honorem Deo tribuere debemus, ut noſtri curam ei permittamus, eumque boni auctorem agnoſcamus: quem ſane vel invita hominum malitia ſibi reſervat honorem. Nam ſæpe apud nos, quid expediat, animo verſantes, prætermimus quod erat conſultiſſimum, & ita cæcutimus, ut quid expediat non animadvertamus, quum Deus momento in viam reducit, &, quid ſequendum, quid fugiendum ſit, docet. Idem Micholi contigiſſe hoc loco apparet, in qua ſit nobis illa Dei gratia conſpicua. Nam illa quidem ſtatuam in Davidis lecto poſuit, & eandem vel caprina pelle vel pilis ſic involvit, ut ægrotantis ſpeciem referat, qui vel inducias roget, vel ſepulcro proximus videatur, ac reliqua curavit ut videmus, ſed Deo prudentiam ipſi inſpirante. Quare non dubitandum, quin nobis Deus conſilium ſuggerat in rebus anguſtis, quale & quando videbitur. Etſi, ut præmonui, nequaquam ideo nos eſſe oportet ſegnes in iis procurandis quæ utilia fore nobis arbitrabimur: & tamen noſſe & teſtari omnibus dictis & factis, nos, licet omnes ingenii vires explicuerimus in iis inveſtigandis, adeo tamen cæcutire ut quid utile ſit non animadvertamus, donec ipſe Deus diſſipata caligine oculos nobis aperiat, quod momento efficiet. Sequitur deinceps, ſubinde miſſos à Saule ſatellites, qui Davidem ægrotantem viderent, & ad ſe occidendum adducerent, & tandem illos pro Davide ſtatuam, vel ligneam, vel la-

tempore Michol iniit, impoſita ſtatua in lecto ipſius, ut, qui ſatellites ingreſſi, & ipſum ægrotare audientes, remque ad Saulem deferentes, tamdiu moras necterent dum longius David fugiens hoſtium conatus eluderet. Et hoc quidem divino inſtinctu factum agnoſcamus, quod Deus noſſet quid Davidi conveniens & utile eſſet: ac proinde iſtis artibus voluerit Saulis furorem frangere, ne in Davidem ex animi ſententia ſæviret: ſed ille manus ipſius effugiens tanquam è ſepulcro liberaretur. Atque in iſtis admiranda eſt divina providentia, & in noſtram utilitatem hæc doctrina convertenda. Micholis reſponſum in craſtinum differemus.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate ſupplices facti procumbamus in genua, tot peccata, quibus ipſius in nos iram provocamus, agnoſcentes: eumque precemur ut talem eorum in nobis ſenſum generet, ut nobis ipſis diſplicentes in ipſius obſequium nos componamus: vitamque noſtram in ipſius manus ita commendare & deponere diſcamus, ut non dubitemus, quin, eo liberatore & protectore noſtro, rebus anguſtis & incertis opportunum ipſius auxilium experiamur, etſi rationes quibus id efficiat in arcano ipſius conſilio occultentur. Interim vero ardentibus & indeſinentibus votis eum ſollicitare non deſinamus, noſtram inopiam & egeſtatem ſentientes, à cujus manu ſola quicquid bonorum habemus promanat, & ab ejus liberalitate quod erit nobis utile patienter exſpectemus. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam, &c.

HOMILIA SEPTUAGESIMA SECUNDA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XIX.

17. Dixitque Saul ad Michol, Quare ſic illuſiſti mihi, & dimiſiſti inimicum meum ut fugeret? Et reſpondit Michol ad Saul, Quia ipſe loquutus eſt mihi, Dimitte me, alioquin interficiam te.

18. David autem fugiens, ſalvatus eſt, & venit ad Samuelem in Ramatha, & nunciavit ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abierunt ipſe & Samuel, & morati ſunt in Najoth.

19. Nunciatum eſt autem Sauli à dicentibus, Ecce David in Najoth in Ramatha.

20. Miſit ergo Saul lictores, ut caperent David, qui quum vidiſſent cuneum Prophetarum vaticinantium, & Samuelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipſi.

21. Quod

Digitized by Google

[illegible] ſi in patris voluntatem conſenſiſſet: & mariti cædis cauſa fuiſſet. At Dei mandato jubetur homo patrem & matrem derelinquere, ut adhæreat uxori: quod etiam ad mulierem, & quidem longe potiore ratione, pertinet, quod illa viro ſuo tanquam capiti debet omnem honorem & obedientiam. Nunc igitur expendamus quod dicitur Saul conqueſtus ſe deceptum à Michol: ipſa vero patri mentita, nempe ſe minis coactam Davidi fugam permittere, minatum quippe mortem niſi ſe dimitteret. At longe aliter ſe res habebat. Nam ante audivimus, Davidem incautum inſidiis Saulis captum iri, niſi uxor illum admonuiſſet, rationemque ipſa fugæ & ſalutis inveniſſet, ac per feneſtram dimiſiſſet, fraudeque Saulis ſatellites cluſiſſet, moramque illis injeciſſet. Ipſius ergo, non Davidis fuerant artes & conſilium: jam vero patrem alloquens in Davidem iſta rejicit, cujus minis metu ſit affecta. Hinc apparet, in pulchris facinoribus & laude dignis ſemper aliquid admixtum imperfectionis. Sic qui plurimum in Dei timore profecerunt, reliquias tamen in ſe humanæ infirmitatis ſentiunt, & vitio aliquo meliora ſua opera infecta cognoſcunt. Quam ob cauſam magna ſemper Dei timentibus offertur occaſio ſeſe coram Deo humiliandi. Licet enim Deum ex animo colere & pura mente ſervire illi ſtudeant, & quam fideliſſime coram ipſo ambulare nitantur, tamen ſemper aliquid deſideratur in ipſorum operibus: adeo ut ſi Deus rationes exegerit, in multis debitores inveniantur: nam merito poteſt opera noſtra Deus tanquam polluta & inquinata vitiis rejicere. Scimus autem nullam maculam aut labem poſſe à Deo tanquam bonum & integrum opus admitti. Quare cavendum, ne operibus noſtris coram Deo gloriemur, neque intentione ambulandi coram Deo ſecundum ipſius præcepta. Cæterum Deo noſtra bona opera probari & admitti non ideo negamus, ſed non tamen ex illorum merito vel dignitate fieri dicimus, ſed ex mera ipſius liberalitate, nos tolerantis quemadmodum pater ſuos liberos. Hoc itaque conſtituendum eſt, nihil quod à nobis proficiſcitur eſſe dignum per ſe, quod Deus admittat: & optima quæque noſtra opera condemnanda, quod ſemper aliquid infirmitatis admixtum habeant, & nunquam ad eam perfectionem, quam Deus poſtulat, perveniant. Nos vero, ſi omnem ſuperbiam & gloriationem depoſuerimus, elato capite non verebimur ad Deum accedere, non dubitantes, quin gravigilanter & prudenter agere, quandoquidem ea eſt humana infirmitas, ut vix paſſum unum aut alterum promovere poſſimus, quin offendamus: quos tamen lapſus humanos Deus gratis in Chriſto condonabit, modo tamen ſemper ad ſcopum ab ipſo propoſitum collimemus: & ne pertinaciter in vitiis perſeveremus, ſed ea condemnantes coram Deo humiliemur. Nam certum eſt, Deum nunquam inultam relicturum tantam ingratitudinem. Cæterum obſervandum, quodlibet mendacium eſſe coram Deo peccatum, licet finis ipſius non ſit malus. Hoc enim indubitatum eſt principium, Deum amare veritatem, quod ſe abnegare non poſſit. Quamobrem ne nos immunes à peccato exiſtimemus, licet bona fide affirmare poſſimus, illud mendacium nemini noxium neque injurioſum eſſe. Nam, ut dixi, mendacium ſua natura vitioſum eſt & condemnandum, quod naturæ Dei ſit contrarium. Deum enim ſibi veritatis nomen tribuere novimus, quare, quicquid veritati repugnat, condemnari oportet, niſi alioqui cœlum terræ miſcere, & quod atrum eſt album eſſe dicere, lucemque in tenebras convertere volumus. Duplo vero gravius malum eſt, ſi mendacium alicui noxium eſt & detrimentoſum. Nam ex parte Deus offenditur mendacio: alia ex parte proximus ex mendacio injuriam paſſus læditur. Multi vero ſunt mendaciorum gradus, quorum alius alio gravior & magis condemnandus: verum tamen hoc retinendum eſt principium, nullum mendacium carere vitio coram Domino, propter quod coram ipſo merito condemnemur. Quare licet jocoſum eſſe mendacium dicamus, aut ob bonum aliquem finem, nihilominus tamen in ſe & ſua natura ſemper malum eſt: etſi vel vitæ noſtræ vel proximorum conſulamus: quod ſi ita eſt, quale futurum illud exiſtimamus, quod fraude, malitia & mala conſcientia hunc fallere, illum bonis ſpoliare & tandem opprimere habet ſibi propoſitum? Et hactenus de Micholis facto: deinceps ſequitur Davidem veniſſe ad Samuelem Ramam, & ipſi indicaſſe quicquid Saul ſibi feciſſet. Et iſta quidem breviter recitantur, ſed quæ tamen multa in ſe continent. Nam quæ potuit eſſe Davidis narratio, niſi plena querelarum de facta ſibi injuria à Saule, & de eventu contrario unctionis, quam à Samuele acceperat? Vocatus enim fuerat David ab ovium ſeptis & Rex declaratus ipſius Samuelis miniſterio, à quo fuerat unctus: & ad dignitatem, quam non expetebat, à Deo

Digitized by Google

potius invicem in Dei promiſſis confirmare videmus, verumque remedium adverſus iſtiusmodi tentationes quæſiviſſe. Najothum ſiquidem venerunt, ubi habitabant Prophetæ ſeſe exercentes in Lege Dei, ad ſalutis doctrinam in tota Iſraëlis regione propagandam. Itaque tanquam milites, inſtante prælio, ſub vexillum Domini ſe recipiunt, & adverſus tam dura certamina præparant. Nam in locum veniunt, in quo Dei verbum prædicabatur, ad quod tanquam tutiſſimum aſylum confugiunt. Hinc vero docemur, ingruentibus calamitatibus, adverſus quæ nullum humanum ſupereſſe præſidium videatur, ad Dei verbum confugere, quod certiſſimum eſt Chriſtianorum militum vexillum, ad quod ſe, hoſtibus impetum facientibus, recipere debent, quod nullum alibi præſidium tutius, nullas certiores vires habeant. Hanc ob cauſam Samuel Najothum cum Davide venit, ut cum Prophetis eſſet ibi habitantibus, minime quidem cum illis verſatus ut diſcipulus vel tiro. Nam ſcimus, Samuelem jam inde ab infantia Dei Spiritus donis inſignibus, nempe Prophetia, ornatum fuiſſe, quum tamen tunc temporis nulla eſſet in tota Judæa revelatio Prophetica, ſed quaſi ſepulta jaceret. Sed Samuel hanc ſolus gratiam acceperat, ut Prophetiæ dono eſſet inſignis: jam vero, quum ad ſummam ſenectutem vixiſſet, ad Prophetas venit, ut ſeſe cum illis exerceat, non ut illos doctores & magiſtros habeat, ſed ut ipſorum conſortio magis ac magis confirmetur in divinis promiſſionibus, & ipſi etiam Davidi conſulat, cujus maxime rationem habuit, & idcirco ſecum ad Prophetas, tanquam ad aſylum tutiſſimum, adduxit, & adverſus Saulis impetum, velut in fortiſſimo propugnaculo, collocavit. Sane hominum opinione non videbatur hæc ratio idonea Davidem è periculis imminentibus liberandi: quinimo conſultum ipſi melius, ſi in occulto quodam & munito loco delituiſſent, quem Saul inveſtigando non reperiſſet. Nam quum eſſent inter Prophetas, fama ſtatim emanavit, & ad Saulis aures pervenit. Sed Samuel non humanis præſidiis & conſiliis ſibi conſuluit, ſed ad aſylum omni humano præſidio & propugnaculo firmius confugit, ſub ipſius nimirum Dei clypeum, Prophetarum collegium, in quo eſſet in illius tutela, qui rebus omnibus præeſt. Davidem itaque attonitum voluit hac ratione confirmare, vitæque ſuæ periculo quam Dei juſſu & auctoritate dignitatem Davidi promiſerat ratam facere. Davidem itaque, quem dimittere poterat, comitari voluit, idemque cum ipſo periculum ſubire, ut reipſa teſtatum faceret, ſe nihil à Davide ſeparatum habere, ſed utriuſque cauſam eſſe communem. Sane ſatis animadvertebat, Saulem hoc facto magis irritatum iri, ſibique idcirco majus periculum crea-

ſuas impleat, & ipſius miſereatur. Sic itaque ſua præſentia Davidem ſolatus eſt, & ſpem fecit, eum, qui loquutus eſt, non permiſſurum inanem eſſe inaugurationem & promiſſionem. Denique hinc apparet, quanta conſtantia & magnanimitate Dei miniſtri doctrinam ſuam confirmarint & ratam fecerint, quod & neceſſe fuit. Præterea videmus, quale ſit noſtrum in quibuſvis afflictionibus refugium, nempe Dei verbum, quæ vera eſt & firmiſſima Dei filiorum armatura. Hinc fides, hinc aliæ virtutes, ſpes, charitas, prudentia, patientia manant, quibus armati fortiter hoſtium noſtrorum inſultibus reſiſtimus, donec victoriam reportemus. Cæterum ex hoc etiam loco colligimus, quaſdam fuiſſe Prophetarum ſcholas, in quibus formarentur qui deinde veram Religionem docerent, puritatemque doctrinæ retinerent. Neque enim aliquo tantum tempore Prophetæ in Najoth habitabant, ſed ibi fixam ſedem habebant. Porro non ſimpliciter Prophetæ fuiſſe dicuntur, ſed prophetantes: ex quo apparet, illos omne ſuum ſtudium adhibuiſſe in divinæ Legis exercitatione, ut fideles Doctores eſſent in populo. Quod vero quidam vocem illam *Prophetæ* accipiunt pro modulatore canticorum, eſt ridiculum: nam non dubium eſt, quin hac voce, Intelligentiæ donum comprehendatur. Prophetarunt itaque, id eſt, ſeſe in Legis doctrina exercuerunt: quam ſibi ipſis applicarent, & diſcipulos erudirent. Quare Prophetæ hic vocantur ii qui ſeſe in Dei Lege exercebant: & prophetantes dicuntur, ut doceamur non inanes eſſe oportere honorum titulos, quemadmodum multi plerumque nomen ſervorum Dei inaniter mentiuntur. Sic vides in Papatu Eccleſiæ Prælatos, Epiſcopos, Paſtores, Dei nomine gloriari, quaſi in medio ipſorum regnaret; Catholicam Eccleſiam, ſucceſſionem Apoſtolicam, & Vicariatum Jeſu Chriſti magnopere jactare, denique iſtiusmodi magnis titulis inſignes eſſe: ſed non ſatis eſt, titulis gloriari, niſi res ipſa reſpondeat, & tales ſint reipſa, quales haberi volunt. Nam quales dixeris Epiſcopos ſive Superintendentes, qui nullam ſibi commiſſi gregis curam gerant, ſolis annuis reditibus ſuorum quæ vocant Beneficiorum contenti? Paſtores etiam quales, & quali cibo ſuas oves paſcunt; & ubi ſunt oves quarum curam gerunt? Næ officii ipſorum ratio poſtulabat, ut Deum præſidem habentes populo ſanam doctrinam proponerent, eumque in ſanctimonia & integritate vitæ exercerent, & ad ſalutem viam monſtrarent: ſed quis illorum iſta curat? Sane ſi Jeſu Chriſti veſtigia & mandata ſequuntur, operibus id manifeſtum debent facere. Sed quis, obſecro, inter illos ordo eſt, puræ religioni conſentaneus? Dominus enim noſter Jeſus Chriſtus quum in Eccleſia

Paſtores

Digitized by Google

... irritos illos fore titulos. Deus enim aperte declarat, ſe non habere pro Doctoribus & Paſtoribus eos, qui ſcientiam non habent, id eſt, qui non ſunt apti & idonei ad verbum ipſius prædicandum, & qui non funguntur verorum Paſtorum officio in paſcendis gregibus, ſed potius eſſe lupos & mercenarios, & quicquid faciant, ac quibuſcunque titulis glorientur, eſſe abominationi Domino. Sane non deſunt hodie, qui ſeſe magnopere jactant & oſtentant iſtiusmodi titulis inſignibus gloriantes, ſed quos ſatis manifeſte redarguit os ipſum Domini. Porro quæ de Paſtoribus dicta ſunt, communia poſſunt etiam eſſe ſingulis, pro varia officiorum ratione, ad quæ vocati ſunt. Sic Patres oportet intueri quem dignitatis gradum à Deo ſint conſequuti, non ut ſegnes & otioſi ſedeant, ſed ut liberos regant affectu paterno, boniſque exemplis præeant ipſis, in Dei timore retineant, denique Chriſtiane vivere doceant. Sic Magiſtratus, ne otioſam aliquam auctoritatem ſibi imaginentur, ſed à Deo ſe ſciant evectos & in tribunali juſtitiæ collocatos, ut pro virili quæ ſunt officii ſui partes ſuſtineant. Verbi Dei Miniſtros ſimiliter animadvertere decet, ſe non vocatos à Deo ad otium & quietem, ut tanquam muti canes torpeant, ſed ut ſibi commiſſi gregis curam habeant: ſalutem Eccleſiæ zelo vehementi procurent, Deique gloriam pro virili promoveant. Hac ratione ſingulos admoneri neceſſe eſt ex honorum & officiorum titulis, quid ſui officii ratio poſtulet, ut fideliter eo fungantur, Deoque olim rationem reddere parati ſint. Sed & aliquid amplius ex hoc loco diſcendum, nempe, nos admoneri, providendum eſſe, ne in poſterum doctrina veritatis & pura Religio ſepeliatur. Nam experientia docet, quam facile aberretur à veritate, & quam levibus de cauſis doctrina veritatis adulteretur, prout levia & vana ſunt hominum ingenia: adeo ut deguſtatum antea Dei verbum & approbatum, ſtatim tamen ex cordibus elabatur, niſi quotidie noſtris auribus inſtilletur, & illo ædificemur. Idcirco dixi, veræ Religionis propagationem ſumma cura & diligentia fovendam: nam qui opportuno tempore ſementem non facit, quam meſſem exſpectabit? Noſne ergo ſegnes eſſe decet in facienda ſemente incorruptibilis & cœleſtis ſeminis? Itaque obſervemus non eſſe otiandum, neque ceſſandum quin ſementem illam ſpiritualem faciamus, ne nos & poſteros inopia cibi ſpiritualis, qui eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus, invadat. Scholas igitur

... baries Eccleſiam infuſcat, ut falſi a vero diſcrimen ignoretur, juſti & æqui nulla notitia habeatur, atrum ab albo non diſcernatur: quod illis temporibus in Judæa contigiſſe videmus, in qua non aliter quam inter ipſos Ethnicos idololatria obtinuit. Quo vero Lex divina tum devenerat? In Arca Domini concluſa erat, cujus juſſu fuerat ibidem collocata. Verum enimvero Deus non juſſerat Legem in Arca ſepeliri, vel tanquam aliquas reliquias aſſervari & adorari: ſed doctrinam in ea comprehenſam in Eccleſia perſonare Sacerdotum miniſterio, quod illis munus injunxerat. Sed deſidia & negligentia populi factum, ut ſuperſtitiones irrepſerint, & idola invecta ſint, quibus ſoli Deo debitus honor tribueretur. Hanc ob cauſam D. Paulus Timotheum admonebat, uti daret operam, ne neophytos Eccleſiæ præficeret: ſed doctrinam, quam à ſe acceperat, iis committeret, qui depoſitum fideliter ſervarent, & docendi donum haberent: ut hic theſaurus in Eccleſia retineretur, non ut abſconderetur, ſed in fidelium uſum converteretur. Porro fateor, non ſemper, ubi vigent Scholæ, retineri doctrinæ puritatem. Nam in Papatu videmus fuiſſe Scholas, & eas quidem magni nominis: ſed quarum tamen ſtudiis Deus non benedixit. Atque idcirco notandum, quod ante dixi, vanos & irritos eſſe hominum labores, & inania ſtudia ſine ſpeciali Dei gratia. Quamobrem iſta duo conjungi neceſſe eſt, nempe Deum in primis precari debemus, ut ſi ſuæ veritatis ſplendorem & lucem voluit in animis noſtris fulgere, ne patiatur noſtra negligentia & ſocordia, vel rebellione extingui: deinde ut Sancti ſui Spiritus dona in nos & poſteros propaget, ut ſemper bonum ſemen abunde ſuperſit, & fideliter, quæ noſtri ſunt officii, faciamus: nullis denique ſumtibus parcamus, quibus eos, qui docendi donum acceperunt, honeſtis ſtipendiis foveamus. Nam ſunt illi Sacerdotes, quos nobis Deus ad doctrinæ conſervationem dat, à quibus ad officium quiſque ſtimuletur. Nam attente & diligenter audiendi ſunt, quibus docendi munus commiſſum eſt: & gladius verbi divini, ut Deo obedientes in viam ſalutis ſibi commiſſas oves dirigant. (Multum vero diſſimiles iſtis ſunt illi ſacrificuli & Pſeudoprophetæ, qui poſt obitum miſerarum ovium pro illis ſacrificant.) Hanc ob cauſam Paulus Eccleſiam Dei hoc inſignit titulo, ut eam dicat eſſe Columnam veritatis. Non quidem, quaſi Dei verbum non ſit in ſe perfectum, & ſuam puritatem ſine hominum opera non poſſit retinere: ſed Deus ea ratione voluit nobis

ſtris contineretur, & reliquam orbis partem ignorantia occuparet. Sed, quæſo, quis neſcit, qualis ſanctitas in fœdis illis cloacis fuerit, & inter profanos illos ganeones, qui ſua loquacitate miſeris oviculis impoſuerunt? Næ ſimiles fuerunt latronibus illis per orbem terrarum errantibus, quos Ægyptios vocant, qui incognitis vocibus & inſolenti ſermone ſuam improbitatem tegunt. Nulla ſane fuit illis cura veritatem & ſalutem hominum in Scripturis inveſtigandi, ſola illis ſanctitas & ſcientia in magnificis & honorificis illis titulis conſtituta: plebs vero mandatis ſacroſanctæ, ut vocant, Matris Eccleſiæ ſe contentam jactabat. Ita neglectæ ſcholæ fuerunt, & invecta in Chriſtianiſmum craſſa ignorantia. Sed demus, iſtiusmodi impoſtores ſuum ſtudium ad verbi Dei cognitionem applicuiſſe: inutilis tamen labor, quandoquidem plebs rejiciebat veræ ſalutis fundamentum, puram putam ex verbi Divini fontibus Euangelii cognitionem. Nam quæ poteſt eſſe fidei certitudo ejus, qui ab aliena tantum pendet conſcientia? At quum Deus Prophetarum Scholas inſtituit, qui veritatis doctrinam diſcerent, voluit & ipſos deinde facere plebem iſtius cognitionis participes. Neque vero poſſunt omnes, fateor, eſſe Prophetæ excellentes: verumtamen omnes eſſe Dei diſcipulos, ut monet Eſaïas, oportet: nam alioquin membra Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe non poſſumus. Nam Eſaïas loquens de Eccleſia, quæ debet à Domino Jeſu Chriſto & Euangelii prædicatione conſervari, ait, omnes à Deo doctum iri: cui etiam D. Joannes conſentit, quibus verbis oſtendunt, quales eſſe debeant, quicunque ſe in Dei obſequium componunt: minime quidem omnes Doctores, (nam eſſe oportet, qui ſeſe exerceant in aliis docendis;) ſed tamen non ignaros & brutorum inſtar ſtupidos. Nam plane ſunt iſta inter ſe repugnantia, ſpiritualem doctrinam habere, & interim Deum precari non poſſe, & quæcunque ad ipſius cultum requiruntur ignorare. Sane tam ſunt iſta contraria, quam ignis & aqua. Et hactenus de Prophetis in Najoth dictum eſto: transeamus ad ea, quæ ſequuntur de Saule, dimiſſos nimirum ab ipſo milites, qui Davidem perſequerentur, & Najothis comprehenderent. Ex quibus Saulem apparet omnem Dei timorem abjeciſſe: nam, ut ante vidimus, Samuelem aliqua obſervantia colebat: & quidem ex ipſius præſentia ſuam auctoritatem retineri arbitrabatur, adeo ut vi retinere ipſum ſtuduerit, donec ora pallii ipſius laceraretur. Ac licet Samuel ipſi ſic laceratum & effractum ipſius regnum patefaceret, non tamen auſum eſſe aut indignari aut arguere: ſed potius tanquam ſuperiorem precari, ut ſibi ſacrificanti adeſſet, ſuaque præſentia dignatum cohoneſtaret. Jam vero quum Davidem in cœtu illo Prophetarum, ne quid dicam, quod ſit conſpicuum, Saulem in reprobum ſenſum fuiſſe conjectum, & Dei oblitum, omnemque religionem contemſiſſe, quum vi Davidem ex iſto cœtu voluit avellere. Quin & ipſius apparet ingratitudo, quod ab ipſo Samuele unctus, & ipſius miniſterio in Regiam dignitatem evectus, jam ferre non poſſit ullam mutationem, & accepti beneficii memoriam abjiciat, licet revocare in memoriam illum oportuerat Dei peculiarem beneficentiam, qua in Regem evectus fuerat. Cæterum miſſi à Saule ſatellites Davidem comprehenſuri, dicuntur prophetaviſſe, quoniam Dei Spiritus factus eſt ſuper eos: quibus non revertentibus & alii miſſi ſunt, qui & ipſi prophetarunt, donec & tertii mitterentur, qui etiam & ipſi prophetarunt, quaſi Deus ipſos momento immutaviſſet. Si quis itaque petat, ubi prophetare didiciſſent, reſpondendum, Deum aliquando ſine mediis humanis operari: & aliquando ſua dona facere conſpicua in iis, qui diligentiam adhibent & ſtudio ſcientiam acquirunt. Neque enim ullus unquam ad ullam functionem erit idoneus, niſi Deus illum donis neceſſariis per Sanctum ſuum Spiritum exornet. Sed hæc differentia eſt, quod aliquando immediate ſuum Spiritum effundat, aliquando certis mediis largiatur. Nam & ſcholis, & libris, & aliis iſtiusmodi inferioribus mediis utitur, per quæ in ipſis operatur. Nam, obſecro, poteſtne aliquis ſuopte ingenio & naturæ viribus ad artes ullas promoveri, niſi doceatur? Sapietne aliquis, aut doctusne evadet etiam doctus in ſcholis, an modeſtus propria induſtria? Minime gentium. Sed Deo media illa, quæ ſubordinavit, benedicente. Quandoque vero Deus ſine ſcholis aut aliis ordinariis mediis per ſuum Spiritum operatur immediate, ut eo majus argumentum laudandæ ipſius & potentiæ & bonitatis præbeat. Hoc contigit iis, de quibus hic fit mentio: qui quidem prophetarunt, ſed ſicut olim aſina Balaam loquuta eſt, ſine ſenſu & intelligentia: neque enim erat ipſi naturale. Nam Deus brutis animantibus non dedit ſenſum ad intelligendum, neque os ad loquendum, quæ hominibus largitus eſt, ut & intelligant, & conceptum mentis exprimant, Deumque in primis glorificent, ad quem à Deo potiſſimum formati ſumus. Qui vero dedit hominibus vocem articulatam, & in eo præſtare voluit cæteris animantibus, quod invicem colloquuntur, & exprimere dicendo ſenſa poſſunt, eandem & feris potuit dare: quamobrem nequaquam mirandum, ſi milites iſtos, de quibus hic agimus, ſine ſenſu voluit prophetare. Sed non eſt magnopere nobis laborandum, prophetaveri:itne illi cum intelligentia: an vero, ut picæ aut aves aliæ garrire ſolent, loquuti ſint: ſufficiat nobis, quacunque ratione factum ſit, Dei virtutem & potentiam in ipſis

con-

Digitized by Google

HOMILIA SEPTUAGESIMA TERTIA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XIX.

22. Abiit etiam ipſe in Ramatha, & venit uſque ad ciſternam magnam quæ eſt in Socho: & interrogavit, & dixit, In quo loco ſunt Samuel & David? dictumque eſt ei, Ecce in Najoth ſunt in Ramatha.

23. Et abiit in Najoth in Ramatha, & factus eſt etiam ſuper eum Spiritus Dei, & ambulabat ingrediens, & prophetabat uſquedum veniret in Najoth in Ramatha.

24. Et exſpoliavit etiam ipſe ſe veſtimentis ſuis, & prophetavit cum cæteris coram Samuele: & cecidit nudus tota die illa & nocte. Unde & exivit proverbium, Num & Saul inter Prophetas?

CAP. XX.

1. FUgit autem David de Najoth quæ eſt in Ramatha, venienſque loquutus eſt coram Jonatha, Quid feci? quæ eſt iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam?

2. Qui dixit ei, Abſit, non morieris, neque enim faciet pater meus quicquam grande vel parvum, niſi prius indicaverit mihi: hunc ergo celavit me pater meus ſermonem tantummodo? nequaquam erit iſtud.

3. Et juravit rurſum Davidi: & ille ait, Scit profecto pater tuus, quia inveni gratiam in oculis tuis, & dicet, Neſciat hoc Jonathas, ne forte triſtetur. Quin imo vivit Dominus & vivit anima tua, quia uno tantum (ut ita dicam) gradu ego morſque dividimur.

QUomodo Saulis furorem & crudelitatem Deus fregerit, hactenus audivimus: quæ quidem non ſic fracta eſt, quin Davidi nocere ſemper quæreret; ſed ita tamen, ut quaſi Dei manu coërcitus, ſævire ad libidinem non potuerit. Quod autem ſuperiore Concione audivimus, miſſos à Saule milites ad Davidem capiendum, divino afflatu prophetaviſſe, eorumque conatus irritos factos fuiſſe, idem Sauli jam contigit, qui quum voluiſſet ipſemet Najothum venire, antequam ad locum ipſum accederet, cœpit etiam ipſe prophetare. Neque tamen ideo Deus illi ſenſum injecit agnoſcendi peccatum, neque intelligendi Prophetiam, ut ipſi prodeſſet. Sed, ut heri docuimus, Sancti Spiritus afflatum ſenſit, ſed ſine ſcientia: & quemadmodum Deus olim aſinum Balaami loqui fecit, ita & Saulem nunc prophetare voluit. Quin imo Paulus Apoſtolus docet, ſæpe contingere ut multi in Eccleſia donis multis excellant, & docendi facultatem habeant, denique Angelorum inſtar habeantur, qui tamen Dei ſint contemtores, ambitione & honorum cupiditate, avaritia & aliis iſtiuſmodi vitiis laborent, ſic ut Dei Spiritu non regantur, neque ejus ductu ſuam vocationem exerceant, & in ea ſincero

Digitized by Google

dicitur Saul in Samuelis præſentia prophetaviſſe? Multi laborant in argutis ſolutionibus inveſtigandis: alii enim dicunt, Samuelem non amplius vidiſſe Saulem in Regia pompa & magnificentia: alii, vidiſſe quidem, ſed tanquam alium hominem, quippe Spiritu Dei afflatum & prorſus immutatum, ut non ipſe Saul videretur ſed alius: ſed iſtæ argutiæ nullo nituntur fundamento. Quare obſervandum, quum ſuperius audivimus Saulem non amplius fuiſſe conſpectum à Samuele, ex communi uſu loquendi dici, veluti quum raro aliquis videtur, dicere ſolemus, Tu nunquam videris. Quod non tantum de viſu, ſed de colloquio & familiaritate intelligitur. Sic ergo illa poſſunt exponi, Samuelem non amplius ab illo tempore Saulem vidiſſe, ut indicetur, non amplius fuiſſe ipſi familiarem, neque ad ipſum amplius reverſum, ut honore, quo ſolebat, afficeret, & ut Regem non coluiſſe, neque ejus auctoritatem tutatum eſſe: licet tamen ipſum videre aliquando potuerit, ſed ſine alloquio & familiaritatis ullius teſtimonio. Licet itaque jam coram Samuele prophetarit, non ideo tamen familiaribus colloquiis eum ſibi conciliavit, neque ipſum interpellavit, ſed tanquam peregrinum hominem & ignotum habuit, cui Deus mentem ademerat propter ingratitudinem. Hinc colligimus, Deum voluiſſe Saulem ignominia notare & dedecore afficere, qui furioſo quodam animo Davidem perſequens præter conſilium & voluntatem coactus eſt intactum relinquere & ſe domum recipere. Fuit quidem igitur Saul in cœtu Prophetarum, ſed ad tempus, quaſi turbine quodam correptus, quem Deus agit tranſverſum tanquam ſtupidum & ſenſus expertem hominem: in quo Dei Spiritus agebat, non honoris cauſa ſed dedecoris & ignominiæ. Saul igitur apparet ſenſus omnis & conſilii expers, quum inter Prophetas verſatus, neque Samuelem neque alios, qui in illo cœtu erant, agnovit: ſed omnibus tanquam divini judicii ſpectaculum eſt exhibitus, & ab eo cœtu ſic receſſit, ut omnibus ſe ridendum propoſuerit. Atque hic videtur ſimpliciſſimus hujus loci ſenſus. Cæterum quum dicitur ſe ſuis veſtimentis ſpoliaviſſe, nuduſque fuiſſe tota die illa & nocte, oritur quæſtio, an Prophetarum mos fuerit ſeſe veſtimentis ſpoliare: neque enim videtur hoc rationi conſentaneum. Quidam igitur intelligunt Saulem ſeſe Regiis veſtibus exuiſſe, & alias induiſſe, quemadmodum proprias quaſdam fuiſſe Prophetarum veſtes videmus. Sed nominatim dicitur nudus fuiſſe, minime quidem quaſi plane nudus fuerit, ſed quod ſuis veſtibus ſpoliatum Deus voluerit ita dejicere, ut ſingulis ipſius turpitudinem notam faceret. Prophetæ quidem certa quædam habebant veſtimenta, non omnino qualia ſunt ſtolæ & veſtes ſacrificulorum hodiernorum, ſed ea tamen, quibus à

& diem integram jacuerit. Non ergo tantum ob Prophetiam exutus fuit veſtibus, ſed peculiarem quandam ultionis divinæ notam illi Deus inuſſit, ne eſſet in pretio & honore, & ne prophetans videretur priſtinæ dignitati reſtitutus. Deus itaque illum dedecore & ignominia notavit, ut tanquam turbine agitatus momento dejiceretur, & veſtimentis exutus pavoris ſignum palam oſtenderet. Hic locus itaque nullo modo probat Prophetas exuere veſtes ſolitos, & ante vidimus illos varia loca luſtrare ſolitos, & in Dei honorem quædam cantica canere. ſed Saulis factum quiddam habet à Prophetarum more diverſum & ſeparatum: Deo ipſum dejiciente & in terram projiciente & humiliante, non quidem ut ex animo pœnitentia duceretur, nam ſui ſemper ſimilis in malitia perrexit, ſed ut à Deo ignominia mulctaretur, & toti populo contemtibilis redderetur, & ipſius furor & improbitas vulgaretur, qui licet furioſo impetu ferretur, & ſanguinem avidiſſime ſitiret, nihil tamen auderet, ſed potius divina manu, tanquam fera quædam repagulis coërceretur. Sic Deus ridendum propinat Saulem, & ignominia notat, ut veſtibus ſpoliatus & nudus coram Deo & hominibus veniam deprecetur furoris: & ita Deus faciat teſtatum, indignum eſſe Saulem hominum conſortio, quem nudum ſine veſtibus humi jacere cum ignominia volebat, non quidem plane nudum, ſed tamen exutum veſtibus, ut cum dedecore volutaretur. Hinc diſcamus quibus nos coram Deo veſtimentis ornari deceat: quamdiu enim nobiſipſis induti coram ipſo apparemus, noſtra natura cogitationibus & affectibus longe deterius nobiſcum agitur, quam ſi omnino nudi eſſemus. Hinc in Euangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti paſſim jubemur exuere ſordes noſtras & carnales omnes cupiditates, quod nihil ſint aliud quam fœdæ pollutiones, quibus à Deo tanquam profani & deteſtandi rejiciamur. Quare deponi oportet à nobis, & noſſe quicunque ſplendor virtutum appareat coram hominibus, nihil niſi imperfectionem & vitium eſſe coram Deo, adeo quidem ut neque coram Deo, neque coram ipſius Angelis comparere poſſimus, donec exuerimus quod natura nobis proprium eſt. At ſi nudi fuerimus, magna ſequetur inopia & egeſtas, & horrenda confuſio qualis Saulem invaſit: quamobrem nos oportet omnibus vitiis & corruptionibus exutos Domini noſtri Jeſu Chriſti juſtitia veſtiri. Quare diſcamus ita noſtris ſordibus ſpoliari, ut Chriſtum induamus, & Dei Filio conformemur: ac proinde ad ipſum accedamus ipſius veſtibus induendi: quod ipſe ſolus nos Deo Patri poſſit conciliare, gratoſque efficere. Spoliamur igitur cum aliquo noſtro dedecore, ſed non tamen ſicut Saul, quoniam Deus ipſe nos juſtitia, ſancti-

tate

Digitized by Google

tioſus, iſte ſalutis deploratæ, converſus ad frugem rediit, & inſtar Angeli ſapit, & in Dei filiorum numero habetur? Saul itaque primum dedit proverbio iſti occaſionem, quod homo ruſticus & agreſtis, ac ignobili loco natus, fuiſſet in Prophetarum cœtu Spiritu divino afflatus, quum deſignatus eſſet Rex Iſraëlitarum. Deinde iterum quum in reprobum ſenſum conjectus, licet à malo Domini Spiritu vexaretur, tamen Dei voluntate ad temporis momentum cum Prophetis prophetavit, non ſine miraculo, quod ſenſu & intelligentia careret. Denique proverbium iſtud fuit in uſu apud vulgus, ad Dei gratiam magni faciendam & prædicandam, nominatim in aliquo conſpicuam, de quo nulla omnino ſpes eſſet frugi futurum: aut quum aliquis antea vitæ deploratæ & perditæ, in rectam viam redibat. Ac ſane Dei virtus in iſtis duobus inſignis eſt. Primum, quum Deus ad functionem aliquam utitur aliquo, qui videretur antea prorſus ineptus & non idoneus. Et hoc ſæpe contingit, ut ſtupidi & inertes multi videantur, qui ad publicas functiones vocati longe ſe alios quam ſperatum eſſet præſtent: quæ ſane ſumma diligentia & attentione ſunt nobis conſideranda, ut Dei gratia tanto magis agnoſcatur & prædicetur: & perſuaſum habeamus, nos, quum ab ipſo pendeamus, etiam accepturos dona neceſſaria, prout ipſi placuerit, etiamſi natura ſimus inhabiles & inepti. Deinde quum flagitioſos homines, reprobos, & à Dei Eccleſia rejectitios in gregem ſuum revocat, & in viam ſalutis reducit. In quibus Dei bonitas & potentia eſt agnoſcenda & ſimul etiam prædicanda. Diſcamus itaque Dei opera ſic admirari ut inſolita, ne irrideamus, ſed cum honore prædicemus. Nam multos videas, qui quod divina opera ſuis ſenſibus non comprehendant, quod ſint inſolita, rejiciant, & velut aures obturent, ne intelligant. Hoc iis contigiſſe videmus, à quibus illud ortum proverbium, *Etiamne Saul inter Prophetas?* quum primo cœpiſſet prophetare, nam cum indignatione quadam dictum illud ab ipſis apparet. Siquidem ſolo ſuæ rationis & ſenſus judicio ducti, judicant eſſe impoſſibile Saulem prophetare, quos Dei virtutem oportebat potius ſuſpicere, & agnoſcere poteſtatem in donis ſuis in eos, quos ipſi videtur, conferendis. Ex quibus apparet, nonnullis tam inſolentem videri donorum Dei rationem, ut, quoniam captum ipſorum ſuperat, eam rejiciant & contemnant. Nos vero contra diſcamus admirari Dei opera, & in uſum noſtrum illa convertere, Deique bonitatem ſequium componentes? Tranſeamus ad caput viceſimum, in quo dicitur *David fugiſſe de Najoth, & veniſſe ad Jonathanum, conqueſtuſque de patris injuriis; qui ad mortem ipſum perſequeretur.* Ex quibus apparet, Deum fregiſſe quidem iſtum Saulis impetum, furoremque ipſius à Davide avertiſſe, ſed nondum tamen otium Davidi facere voluiſſe: ſed à præſenti eripuiſſe periculo & morte, diutius variis tentationibus exercendum, quibus ſuccumbere & in deſperationem venire potuiſſe Davidem erat veriſimile, niſi viribus plus quam humanis fulcitus fuiſſet. Quamobrem parum videretur humano judicio ſublevatus David, quum imminens ſibi hoc periculum evaſit: nam quomodo lætaretur, qui ex mortis diſcrimine in alia multa incidit, & ut dicitur ex Scylla in Charybdin. Nam adverſus ipſum Saul majore quam antea furore exæſtuat, & non deſunt ipſi arma & facultas animum cædis avidum explendi, niſi David tam procul abeat, ut, ubi ſit gentium, Saul ſuſpicari non poſſit: quandoquidem omnes inimicos & infeſtos habeat oportet, quem odio Rex perſequitur. Ergo non videretur magnopere expetendum, quod à Deo beneficium tunc David accepit: quem ſemel fortiter mori ſatius videbatur, quam toties de vita periclitari. Sed in eo nos oportet Dei ſuos exercentis providentiam intueri: quorum ſe vitam tueri oſtendit, ut interim per mille mortis diſcrimina deducat, & multas undique pavoris occaſiones excitet, ut in ipſo invocando fiant ardentiores, & ipſorum augeatur ad ipſum confugiendi ſtudium: & non defatigentur novas ſubinde tentationes ferendo. Nam Deus ipſorum his rationibus explorans patientiam & obedientiam, docet eſſe in hoc mundo peregrinos, eorumque vitam à ſe uno pendêre, & ſervitutem, quam in hoc corpore patiuntur, momentaneam eſſe docet, ut veram libertatem & ſpiritualem quietem in ipſo ſolo, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum quærere diſcant. Profecto dura videtur illa naturæ noſtræ & humanis ſenſibus conditio, perpetuis difficultatibus & anguſtiis exerceri: ſed cui tamen ſponte nos oportet ſubjici, præmium tandem iſtius luctæ exſpectantes. Hæc itaque nobis in Davide conſideranda & meditanda proponuntur, ut in ipſo tanquam in ſpeculo contemplemur, non eſſe faciendas nobis ipſis delicias, etſi rebus ſecundis fruamur, & neque in illis fiduciam collocandam: quandoquidem ea noſtra eſt conditio, ut ſumma lætitia in ſummam triſtitiam, & jucunda rerum facies in triſtem mortis faciem immutetur. Deinde ad Deum in omnibus anguſtiis &

 difficul-

Digitized by Google

bis cogitare debemus, quum in noſtram inſtructionem ea nobis proponantur. Nam quum ſuam infirmitatem David agnoſcat, quiſque noſtrûm admonetur ſibi cavere: & Deo nobis otia faciente, & rerum ſucceſſum concedente, exſpectare quaſcunque tentationes, quibus ipſi nos explorare videbitur. Et præterea docemur non deſpondere animum gravibus licet afflictionibus nos undequaque prementibus, ſed in ipſius bonitate ſperare, quæ nunquam eſt defutura invocantibus ſe ſine fuco & ſimulatione, & ſua peccata deteſtantibus & ſincere agnoſcentibus & confitentibus, quemadmodum Davidem Pſalmo ſupracitato 30. vidimus, ſuam ingratitudinem, quum rebus ſecundis frueretur, ingenue confiteri. Nam quum fuiſſet à Deo in Regiam dignitatem evectus, & in monte Sion poſitus tanquam in forti propugnaculo placide regnaret, non agnovit ut debuit proſperum rerum ſucceſſum à Dei bonitate manare: atqui meminiſſe debebat, ſe illum Davidem eſſe quem Deus ex ſepulcri faucibus ereptum miraculoſe liberaverat. Quare tantum Dei beneficium revocare in memoriam illum oportebat, cujus manu ſublevatus fuerat, ne plane occumberet. Quamobrem quum Davidem conſpicimus Dei manu miraculoſe ex imminenti periculo liberatum, non tamen à perſequutionibus Saulis immunem fuiſſe, ſed variis afflictionibus reſervatum, ut ipſius patientia exerceretur: agnoſcamus, Deo nos ex aliquo periculo liberante, non tamen promitti nobis perpetuum otium & tranquillitatem, ſed ſi paſſum unum à ſepulcro receſſerimus, præſentem tamen in oculis ſemper eſſe foveam: aut ſi plane ab uno aliquo periculo liberati ſimus, aliud ſubinde præter omnem opinionem oriri: quod non videri debet novum aut inſolens: ſiquidem Davidem, quod exemplar erat patientiæ & conſtantiæ, videmus tam acriter fuiſſe variis tentationibus exploratum: ut ex eo diſcamus, qua cura Deus ſuos foveat, & tueatur adverſus quoslibet inimicorum inſultus. Cæterum quantus Saulis fuerit furor in Davide perſequendo, ſatis apparet, quod non erubuit ipſi Deo velle reſiſtere. Nam non peccavit ex ignorantia: ſiquidem licet inſanus eſſet, tamen quum Dei manum ſibi ſenſit injectam, & exutis veſtimentis, nemine illum niſi Deo cogente, culpam fatetur, & prophetizans in cœtu Prophetarum Davidem non agnoſcit, ſed velut extra ſe poſitus, quid faciat ignorat, nonne agnoſcere Dei judicium in ſe illum oportebat, quo admonebatur ut ſuam agnoſceret culpam, veniamque deprecaretur, & omni abjecta mora innocenti quem injuſte oderat conciliaretur? Verum alieniſſimus fuit ab iſta cogitatione, & ad odium inveteratum & conſilia ſua

lis, qui à Deo boni Angeli creati de ſua origine exciderunt, revocare in memoriam debemus D. Pauli exhortationem & in ea proficere, quum ait, Qui ſtare ſe exiſtimat, videat ne cadat. Sane non poſſumus nosipſos ſuſtinere; ſed remedium tamen quærere adverſus infirmitatem noſtram poſſumus, ſi nimirum ardentibus votis cum omni humilitate Deum precemur, ut ſua in nobis dona continuet: & nos ſciamus ab illo pendere, ne effrenibus equis ſimiles ſimus, ne vana quadam gloria & arrogantia efferamur, quum Dei gratia & donis excellentibus ornati fuerimus: ſed eum à quo illa accepimus ſciamus momento poſſe eadem adimere: gloriam itaque ipſi debitam reddamus, & ipſi uni accepta dona feramus. Ne arroganter de noſtra prudentia ſentiamus: & ne negligenter officium faciamus: ſed ſemper humiles cum metu & ſollicitudine ſalutem noſtram perficiamus, Deumque invocare nunquam deſinamus. Atque hæc animis noſtris infigenda ſunt, & metuenda illa terribilis Dei vindicta, ne donis ſuis ſpoliatos Satanæ ſic permittat ut tanquam ipſius mancipia trahamur cum ignominia & dedecore quocunque ipſi libitum fuerit. Et idcirco nos Chriſtus admonet ut vigilemus, fore minatus, ut ſi ex aliquo loco Diabolus egreſſus, eodem revertatur, non ſolus ipſe, ſed multis aliis ſtipatus Spiritibus dominatum invadat, & ſumma vi retineat. Atque hæc merces omnibus iis debetur, qui, à Deo acceptis excellentibus donis, ſegniores erunt in ipſo invocando, ut eadem in ipſis perpetuet, ne in Satanæ veniant poteſtatem. Nam hujus mundi Principem eſſe Satanam ſcimus; ac proinde nos, quum Dei Sancto Spiritu afflamur, ab illo iniquitatis gurgite & Diaboli tyrannide qua premebamur liberari. Quare ſi Dei Spiritum noſtra malitia rejecerimus, neceſſe erit nos in Diaboli poteſtatem venire, & tam horrendis modis ab illo vexari, ut in deteſtationem omninm veniamus. Metuendum itaque tam horrendum judicium, cujus tamen nobis in Saule tanquam in imagine viva proponitur exemplum: fore nimirum, ut qui à Deo fuerint averſi, & ipſius dona ſpreverint, in horrendam mutationem incidant, ut quandoquidem Dei imperium ferre non potuerint, Diaboli tyrannidem ferre cogantur. Sequuntur deinceps verba iſta Davidis apud Jonathanum de Saule conquerentis expendenda, *Quid feci, quæ eſt iniquitas mea, & quid peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam*? Digna obſervatione verba, ex quibus apparet qua ratione David Jonathani auxilium & opem implorarit, nempe, ut ipſius innocentia veniret in medium. Atque hac ratione debemus in rebus incertis auxilium exſpectare, & cavere, nequando noſtra pervicacia & arrogantia male

nobis

Digitized by Google

agnoſco, ſæpe ſceleratiſſimos quoſque ſuam innocentiam plenis buccis profiteri, ſuamque innocentiam impudenter proferre, ut juſti reperiantur. Sed longe alia eſt Davidis ratio, qui nihil agit niſi candide & ſincere. Quare neque ſeſe impudenter juſtificat, neque ſe ſimulatis verbis tuetur, ut plerique ſolent etiam dejerando ſeſe licet ſontes tueri. Non ita David: ſed ipſe ſe offert Jonathano, rationem actionum reddere paratus: & idcirco ſuum peccatum proferri poſtulat, pœnam, ſiquid mali admiſerit, ferre paratus. Hoc exemplum nos decet imitari, ut bonam conſcientiam coram Deo & hominibus retineamus, ut, quaſcunque afflictiones & cruces Deus immiſerit, æquo & patienti animo feramus. Atque hoc ipſum nos docet Petrus Apoſtolus, admonens fideles, ut non patiantur tanquam fures, latrones aut flagitioſi homines: ſed, ſi Deo volente perſequutionem patiantur, coram Deo & hominibus bonam ſuam conſcientiam teſtari poſſint, ut immerito ab hominibus affligi ipſos palam appareat: tota vita noſtra pro nobis ferente teſtimonium & noſtram integritatem & candorem teſtante. Porro ex Jonathani reſponſione apparet, Saulem jam ipſi diffidere cœpiſſe, & non communicaſſe cum illo ſua conſilia: & quidem, ut Davidem facilius opprimeret, noluiſſe quod mente occultabat patefacere: ſiquidem nihil antea promoverat patefacto Jonathano ſuo conſilio. Quamobrem inſcio Jonathano mortem Davidis procuravit: quemadmodum veriſimile eſt Davidem fraudes Saulis detexiſſe, qui, licet juratus Jonathano promiſiſſet, ſe non amplius Davidis necem quæſiturum, tamen inſcio Jonathano magis ac magis procuraverit. Non dubium ergo, quin David Saulis malitiam detexerit, licet jurejurando promiſiſſet ſe incepto deſtiturum. Sed tamen Jonathanus iſtud perſpicere non potuit, quemadmodum ex ipſius reſponſo conſpicuum eſt: *Non facit*, inquit, *pater meus quicquam grande vel parvum, niſi prius indicaverit mihi: hunc ergo celavit me pater meus ſermonem tantummodo? Nequaquam erit iſtud.* Atque ita Jonathanum excæcatum fuiſſe videmus ut patris malitiam apprehendere non potuerit, niſi David eam ipſi patefaciat. Hinc fit conſpicuum, Saulem ita fuiſſe dementatum, ut fuerit in malitia pertinax, & Davidem pervicaciter ad mortem ſit perſequutus: & quidem non indicato conſilio Jonathano, cui Coronæ ſucceſſionem procurabat. Nempe nolebat impediri ab ipſo, ſed ſemel Davidem tollere è vivis, ut ipſius morte ignominioſa tota patris familia etiam dedecore & ignominia perpetua notaretur. Hanc ob cauſam David jurejurando ſe apud Jonathanum purgat omni adverſus patrem peccato: quod ſane juſjurandum ſtu. Idcirco videmus, Deum nominatim in Lege præcepiſſe de juramentis, ut per nomen ipſius ſolum juretur: quemadmodum Eſaïas Propheta docet, *Et qui jurat in terra, jurabit in Deo, amen.* Eſt igitur hæc juramentorum regula, ut cum honore & reverentia Dei nomen aſſumatur, quandoquidem ſolus ipſe hominum corda & renes ſcrutatur: ſolus veritatem tueri poteſt. Et hanc ob cauſam juramento diſſidia ſua homines componere volentes, jurant per majorem ſe, nimirum per Dei ipſius nomen, ut omnium judex & vindex agnoſcatur. David igitur jurans per Dei nomen & per animam Jonathani, videri poſſet ab hac regula receſſiſſe, quam ſacra Scriptura præſcribit. Sane aliquid in hoc juramento defectus eſſe, fatendum eſt; ſed non exiſtimandum tamen, voluiſſe Davidem aliquid de Dei auctoritate detrahere: & non juraſſe per viventem animam Jonathani, ut æqualem illam Deo faceret: ſed ut ſummam amicitiam, qua ipſum complectebatur, teſtatam faceret: quaſi dictum vellet, Dominus vivit, & tantum vita tua mihi chara eſt, & tanto te amore complector, ut millies mori malim, quam aliquid contra noſtram amicitiam peccare, idcirco juramento iſto affirmo, rem ita eſſe ut dixi. Quare juſjurandum eſt mixtum adjuratione ab amicitia, quæ inter Jonathanum & Davidem intercedebat. Quinimo frequentes ſunt iſtiuſmodi aſſeverationes, ut aliquis in animam & vitam ſuam juret: quod non eſt juramentum ejuſmodi, quo ſe faciat æqualem Deo, ſed aſſeveret, tam certum id eſſe quod ait, quam certum eſt ſe vivere. Verumtamen ſumma in iſtis juramentis ſobrietas eſt adhibenda: ac proinde tutiſſimum, non egredi limites quos Dei verbum præſcripſit. Nam quicunque per creaturas jurat, idololatra eſt. Sic Papiſtæ qui in omnibus manifeſte ſunt idololatræ, per D. Petrum, Paulum, ſanctam Barbaram & alios iſtiuſmodi dejerantes, totidem idola in Dei locum evehunt: quæ tamem ſacra Scriptura paſſim valde ſevere condemnat. Quid hic ergo facto eſt opus? Nempe jurantes Deum advocent ſolum teſtem & judicem. Nam ſi creaturarum nomen admiſceatur, ſocius Deo datur, & de ipſius auctoritate tantundum detrahitur. Optimum igitur remedium eſt, intra fixos terminos in Euangelio ſubſiſtere.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate ſupplices procumbamus, & infinita peccata, quibus ejus iram quotidie provocamus, agnoſcentes, precemur eum ut talem ipſorum ſenſum nobis injiciat, ut coram ipſo magis ac magis humiliemur, & pravis omnibus cupiditatibus renunciemus, noſque in ipſius obſequium & obedientiam ſpontaneam componamus,

Digitized by Google

malitia ejus.
8. Fac ergo miſericordiam in ſervum tuum: quia fœdus Domini me famulum tuum
tecum inire feciſti: ſi autem eſt iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem
tuum ne introducas me.
9. Et ait Jonathas, Abſit hoc à te: neque enim fieri poteſt, ut ſi certe cognovero com-
pletam eſſe patris mei malitiam contra te, non annunciem tibi.
10. Reſponditque David ad Jonathan, Quis renunciabit mihi, ſiquid forte reſpon-
derit tibi pater tuus dure?
11. Dixit vero Jonathas ad David, Veni & egrediamur foras in agrum. Quumque
exiſſent ambo in agrum:
12. Ait Jonathas ad David, Domine Deus Iſraël, ſi inveſtigavero ſententiam patris
mei craſtino vel perendie, & aliquid boni fuerit ſuper David, & non ſtatim miſero ad
te, & notum tibi fecero,
13. Hæc faciat Dominus Jonathæ, & hæc augeat. Si autem perſeveraverit patris mei
malitia adverſum te, revelabo aurem tuam, & dimittam te, ut vadas in pace: & ſit Domi-
nus tecum, ſicut fuit cum patre meo.

Pergimus in explicandis Davidis tentationibus, cujus vita tam dubia & incerta videbatur, quam ſi à tenui filo dependeret: ſiquidem ne momento quidem quietus eſſe potuit. Quæ ſane doctrina quibuſdam delicatulis tædium fortaſſis adferet: ſed quæ tamen nobis valde eſt utilis & neceſſaria. Nam fere fit, ut ſi unam aut alteram afflictionem fortiter tulerimus, diuturnitate frangamur & animum deſpondeamus: adeo quidem, ut qui fortiſſimus ſibi videbatur, ſi menſem unum aut alterum continuis exerceatur calamitatibus & difficultatibus, nimium longum illarum afflictionum tempus reputet: & niſi Deus relaxationem & remiſſionem doloris aliquam mittat, vix à murmure ſibi temperet. Quamobrem exemplo Davidis confirmari nos oportet, ut ſi Deus non ad menſem unum aut alterum, non ad annum unum aut plures, ſed ad ultimum uſque vitæ noſtræ curriculum velit nos explorari, diſcamus æquum eſſe ut patienter & æquo animo feramus quæcunque immiſerit, eumque ſerio precemur ut vitam noſtram cuſtodiat, ut eandem illi tanquam gratum ſacrificium offeramus. Nam increduli multa ſubſidia quærunt, quibus adverſus quoſcunque caſus protegantur, & ab omnibus periculis eſſe tuti vehementer expetunt: ſed fideles contrà vitam ſtudent devovere Deo: quotieſcunque viſum ipſi fuerit: & agnoſcunt, breve eſſe vitæ iſtius ſtadium & curriculum. Infideles vero contrà varias rationes inveſtigant & rimantur, quibus ſeſe protegant, & ſemper incerti & dubii metu trepidant. Fideles autem licet ſciant mortem ſuis cervicibus ſingulis momentis imminere, & huic conditioni ſe obnoxios eſſe, nihilominus tamen pacato & tranquillo animo vitam degunt, ſpem ſuam in Deo reponentes, quem ſuarum animarum cuſtodem eſſe perſuaſum habent. Cæterum etiam obſervandum, Davidem, licet certa fide in Deum niteretur, ſuumque protectorem & vindicem ipſum eſſe perſuaſum haberet, novis tamen ſemper agitatum apprehenſionibus. Nam fide in Deum non redduntur fideles ſenſus omnis expertes, quin pericula ipſis imminentia provideant: & iiſdem afficiantur & commoveantur. Ita David in Deum quidem ſpem ſuam repoſuit, certus, ipſum promiſſiones ſuas impleturum: ſed non ideo tamen ſtupidus, qui ſuo ſtatu non commoveretur, & obſtinatam Regis adverſum ſe malitiam & odium internecinum expertus magnopere terreretur: quemadmodum apud Jonathanum conquerens dixit, ſe non abeſſe paſſum à morte, & jugulo ſuo gladium intentari. Quare quum non exuerimus adhuc ſenſus naturales, non debemus tamen iſtis terreri, neque vitæ curſum abrumpere, ſed potius adverſus noſtras infirmitates fortiter pugnare. Ac ſane fiduciam in Deum nunquam reponemus ſine lucta quadam & repugnantia carnis. Atque hæc eſt iſtius hiſtoriæ ſumma diligenter à nobis in genere conſideranda. Jam vero ſigillatim, agite, ſingula expendamus. Davidi igitur in mentem venit Regis erga ſe animum explorare: ratio, quam init, ea eſt, ut ſolenne ſacrificium toti familiæ patris commune prætexat. Itaque dicit fore (ſed tantum ex conjectura) ut ſi Saul de ipſius abſentia inquirens admittat excuſationem Jonathani, nempe, rogatum ſe à Davide, ut faceret ipſi poteſtatem eundi celeriter in Bethlehem natale ſolum, & ſe veniam dediſſe propter ſolenne ſacrificium, res ſuas eſſe bono loco, nullumque ſibi metuendum à Rege periculum. Sed ſi con-

[illegible], quam annuum ſacrificium abſentiæ ſuæ prætexuit, quod tamen non erat. Itaque mendacio ſeſe texit. Quod ſi quis excipiat, nemini ipſum nocere, neminem voluiſſe fraudare, non ſufficiens eſt excuſatio. Nam ſupra oſtendimus, Deum ita veritatem amare, ut ſiquid admiſceatur mendacii, grave ſit adverſus ipſum peccatum. Quare licet nihil malitioſe dicatur, nemo conqueratur de illata ſibi injuria, mendacium tamen ſemper eſt condemnandum. Deus enim ſui ſemper ſimilis mutari nunquam poteſt: & veritatem amat, quandoquidem ipſe eſt veritas: quare ipſum oportet abominari & deteſtari, quicquid ipſius Majeſtati contrarium eſt. Davidis itaque ſimulatum prætextum excuſare nemo poteſt: ſed potius ejus exemplo ſapere debemus, & in memoriam revocare quod ſæpe in ſacris occurrit, nempe Dei filios etiam ad bonum finem collimantes, ſæpe tamen labi & aberrare. David quidem ſane rectam viam inſtitit, & ad finem, quem debuit, reſpexit, nempe ut Deum ſincere & candide coleret, in ipſo & miſericordia ipſius fiduciam reponeret, promiſſis denique ipſius per Samuelem factis fideret. In quibus omnibus inſignis fuit, & pene Angelica Davidis perfectio: verumtamen quæ ſemper aliquid humani paſſa eſt. Ex quibus diſcimus, nos, licet Deo ſervire tam ardenti ſtudio non poſſimus quam oporteret, non ideo tamen debere animum abjicere: ſed potius pro viribus eniti, agnoſcentes interim optima quæque noſtra opera coram ipſo imperfecta, imo vitioſa fore, niſi benigne illa acciperet & toleraret. Quin & ipſe Paulus Apoſtolus hoc ipſum nos exemplo ſuo docet, nam de ſeipſo loquens, & quidem eo tempore quo plurimum in Euangelii doctrina profecerat, & tam multa admiranda geſſerat, & Euangelii doctrinam tam longe lateque propagarat, tamen fatetur ſe non facere bonum quod vellet, ſed facere malum quod nollet, & quod odio proſequitur, ſeque idcirco miſerum hominem dicit, quod Deo ſervire tam ſincere non poſſit, quam debeat & exoptet. Quod ſi Paulo contigit, tam excellenti Dei ſervo, quid nobis futurum putamus? Quare tenendum eſt, neminem poſſe unquam mentem ad bonum aliquod opus adjicere, quin multis impediatur ſtudiis repugnantibus: ſed non ideo tamen animum deſpondendum. Cæterum quum probe nobis cognitæ fuerint noſtræ infirmitates, eo nomine nos Deo magis devinctos agnoſcamus, eumque precemur ut benigne nobiſcum agat, & noſtras imperfectiones & defectus ignoſcat, ab ipſo quicquid utile fuerit expectantes, ut, quicunque caſus ingruerint, veritatem & juſtitiam inoffenſo pede ſequamur. Cæterum hic quæſtio quædam oritur, an ſingulis permiſſa fuerint hæc annua ſacra, quæ tamen Lege Dei prohibita nominatim videmus. Unicam enim & eam ſimplicem ſui cultus regulam Deus præſcripſit, quam à ſingulis verbo ſuo obedientibus voluit obſervari. Cujus Legis uſum duplicem poſſumus animadvertere. Primum enim Deus ſe ſolum audiri, tanquam unicum populi ſui Legiſlatorem, & Dominum, à cujus verbo pendere omnes oportebat: deinde concordiam & unionem in populo fovere voluit publicis illis ſacrificiis, quæ ipſe inſtituerat. Reſpondemus ad iſtam quæſtionem, unicum quidem altare Dei juſſu erectum, & unicam ſacrificandi formam inſtitutam: ſed licuiſſe ſingulis ad altare Domini voluntaria dona offerre, & certam aliquam diem ad familiæ ſacrificium habere, quemadmodum initio hujus libri vidimus, Elcanam Samuelis patrem cum uxore ſolitum quotannis peculiare Domino ſacrificium offerre. Quapropter non violabatur iſtis ſacrificiis Lex illa Domini generalis, qua populum juſſit ſacrificaturum in templum convenire, & ad ſuum altare ſacrificia ſua offerre. Atque ita ſunt intelligenda, quæ hoc loco David dicit de ſacrificio annuo paternæ familiæ, propter quod ipſe Bethlehemam iverit. Porro dicit, ſe, *quod Calendæ eſſent craſtino ex more, ſedere juxta Regem ad veſcendum debere.* Novilunium itaque intelligit, qui dies Deo ſacri erant, quoniam feſti. Nam populum adhuc rudem Deus iſtis ritibus tanquam pueros rexit. Nos vero, quibus ſeſe familiarius patefecit decet eſſe, alacriores ad gratias ipſi agendas de tot tantiſque beneficiis quæ quotidie ab ipſo accipimus: & in primis de vita quam ab ipſo habemus. Atque idcirco Deus Noviluniorum dies eſſe feſtos juſſerat: quandoquidem illa Lunæ mutatio ſatis manifeſte oſtendit oportere Deum ſua dona continuare, quod alioquin ſingulis momentis deficiamus. Lunam ſane quum intuemur, corpus cœleſte & varias illius facies, quandam imaginem vitæ humanæ habemus: nam plenilunio fit corniculata & paulatim deficit, donec amplius non appareat. Quæ facies eſt humanæ fragilitatis imago. Deinde quum Luna renovatur, videtur nova quædam à Deo facta creatio, & quaſi cœlum renovatum. Idcirco itaque Deus Lege veteri, per Moſen data, juſſerat Novilunia Deo dicari, & dies illos feſtos eſſe, ut populus Dei

Digitized by Google

ſtum iſtud celebraviſſe, ſed ut ſolent hypocritæ rebus ſacris vacare. Nam etſi religioſus in ſpecie velit haberi, & Legis Cerimoniarum obſervantiſſimus: interea tamen internum & letale odium adverſus Davidem pectore fovebat. Sed quomodo vitam ſuam Deo acceptam feret, qui innocentem ad mortem perſequitur? Sed ita conſueverunt hypocritæ. Sic videmus impios illos Judæos non auſos Pilati prætorium die Paſchatis feſto ingredi, ne polluerentur. Sed, quæſo, ubi erat pollutio? Sane non in ipſo Prætorio, quod tantopere dedignabantur, ſed in ipſis. Ex quibus apparet, quanta paſſim hypocriſis hominum mentes occupet, & quomodo externis iſtiuſmodi ritibus Deo illudant, quum tamen ne principia quidem veræ & ſinceræ religionis habeant. Hanc ob cauſam Dominus per Iſaïam Prophetam exprobrabat olim populo, ipſos manus habere ſanguine pollutas, & eſſe intolerabiles. Neque vero exiſtimaudum, Deo diſplicuiſſe ritus illos & cerimonias, quarum auctor ipſemet fuerat, nam quæcunque Deus verbo ſuo inſtituit, approbat: ſed Legem violatam oſtendit, quum Judæi quidem feſtos dies celebrarent, & interim mutuis odiis & inimicitiis laborarent, rapinis, extorſionibus & concuſſionibus & ſimilibus pleni eſſent. Nos itaque licet iſtiuſmodi dies feſtos veterum more non habeamus, quandoquidem non amplius Legis umbris & figuris ſubditi ſumus, diſcamus, quotieſcunque in concionem venimus, & nominatim die Dominico, qui dicatus eſt ut vacemus bonis operibus, & charitati erga proximos, ac vitæ integritati & ſanctitati ſtudeamus, Dei in nos innumera benefacta agnoſcentes, pro quibus ipſi gratias agamus ex animo: ac proinde pollutiones noſtras non miſceamus iis, quæ Deus ad ſuam gloriam & noſtram ſalutem ſanctificavit. Quare ſinguli ſeſe vitamque ſuam explorent oportet, & infirmitates ſuas ex animo condemnent & deteſtentur, quandoquidem ſcimus optima etiam noſtra opera non poſſe coram Deo niſi ut polluta judicari, quæ tamen ex immenſa bonitate & miſericordia tanquam bona acceptat & admittit, quum vitam noſtram illi acceptam ferimus: & licet multorum defectuum nos reos ſciamus, tamen ad ipſum recurrimus & ab eo toti pendemus, & cum proximis noſtris in omni ſinceritate & fidelitate vivimus. Hæc doctrina diſcenda eſt ex Saulis exemplo, quem quidem externa ſpecie religioſum fuiſſe videmus: ſed interim animo foviſſe adverſus Davidem odium implacabile, & ipſum quibuſcunque modis potuit ad mortem fuiſſe perſequutum. Sane fuit ea ratione coram Deo magis reus. Numquid enim noſtris pollutionibus Deum immiſcere eſt, quum exterius ipſius cultus ſtudioſi videmur, & tamen pectoribus pravas cupiditates fove-

eorum manus effugere poſſimus. Jam ad illa Davidis verba tranſeamus, quibus Jonathanum per datas dextras obteſtatur, rogatque ut quandoquidem fœdus Domini cum famulo ſuo percuſſit, ipſe ſua manu ipſum, ſi qua eſt iniquitas, interficiat. Quum fœdus Domini ſecum dicit Jonathanum feciſſe, ſic hortatur Jonathanum ad perſeverandum in amicitia & fide, quam ipſe ultro cum Davide contraxerat. Et eo quidem nomine David Jonathano plurimum erat devinctus, quum ultro ipſius amicitiam expetiviſſet. Nam ſi ipſe Jonathanum de amicitia prior interpellaſſet, & ipſe annuiſſet, magni beneficii loco erat habendum: ſed quum Jonathanus prior Davidem interpellat, qui Jonathani amicitia & favore opus habebat, ſane magnopere Davidem ſibi devinxerat. Nihilominus David iſtis verbis ipſum ad perſeverandum in amicitia cœpta cohortatur. Nam fieri poteſt, ut qui cum altero amicitiam contraxit, à qua velit diſcedere, queratur ſe alterius impotunis precibus adductum, & ad eam amicitiam coactum. Atque hac ratione amicitiæ ſæpe diſſolvuntur. At ſiquis prior alterum interpellavit & illi ſe obligavit, certum eſt inexcuſabilem eſſe, ſi datam fidem frangat. David igitur Jonathanum per initum ab ipſo fœdus obteſtans, idem facit ac ſi hortetur ipſum, ut non conquieſcat, donec inceptum opus perficiat. Hinc diſcimus, nos, ſi Deo concedente bene fecimus, ad perſeverandum obligari. Nam multos videas, qui ſi ſemel atque iterum bene fecerint, officio ſatisfeciſſe ſibi videantur, & ſi ad aliquod tempus fortiter ſe geſſerint, deinde reſiliant ab officio, tamen extra omnem culpam ſe eſſe ſibi perſuadeant. Contra vero ſane, ſi Dei dona ad ſuum uſum referre didicerimus, nunquam benefaciendo defatigabimur, ſed eo ſtudioſius quod cœpimus perſequemur, ne in ſtadio deficiamus. Atque iſtis veluti ſtimulis ſe fideles Dei ſervi debent exſtimulare ad officium, quum memoria repetunt quæ Deus opera per ipſos effecerit, ut, quandoquidem Deus occaſionem illis dedit benefaciendi, etiam ad finem uſque pergant alacriter, & non niſi re perfecta conquieſcant. Hypocritæ quidem occaſionem gloriandi accipiunt ex bene geſtis, quaſi ſibi Deum illis devinxerint, & libertatem quidlibet pro arbitrio gerendi, quaſi ab omnibus legibus ſint immunes, & ſibi ſua liberalitate & fortiter factis omnes devinxerint. Fideles contra Dei ſervi quo majoribus factis inſignes fuerint, eo modeſtius de ſe ſentientes, Deo gloriam omnem præclare geſtorum tribuent: & ſeſe ipſos incitabunt, ne Dei opus ſepultum jaceat, & imperfectum ſua ingratitudine relinquatur. Inde ergo majorem ad ſeſe fortiter gerendum occaſionem accipient, quo majoribus à Deo beneficiis affecti fuerint, & ad res majores gerendas

adhi-

Digitized by Google

contentus, cujus ſe indignum fatetur, coram hominibus agnoſcit ſe Eſavo fratre longe inferiorem. Sic etiam hoc loco David, qui licet à Deo Rex fuiſſet deſignatus, nondum tamen erat in Regiæ ſedis poſſeſſionem miſſus, neque adhuc Regiam auctoritatem & poteſtatem acceperat: ſed ad tempus occultam eſſe oportebat, ac veluti ſepultam. Idcirco itaque ſe Jonathani, Regis filii, famulum dicit: licet eum ſciret non venturum in partem regni, neque patri ſucceſſurum: ſed ſibi potius ſubjiciendum, quum in regni poteſtatem veniſſet. Ideoque Dei bonam voluntatem agnitam Jonathanus adorat, & admittit: Davidemque rogat, ut, licet pater ingratus ſit erga ipſum, ſuique ſuorumque miſereatur. Davidem itaque videmus non vocare ſe Jonathani famulum ficta quadam & mendaci modeſtia civili, ſed ſe reipſa talem agnoſcere. *Fœdus* autem *Domini* vocat amicitiam, quam invicem invocato Dei nomine contraxerant. Fœdus itaque divinum vel promiſſio vocatur, quæ cum juramento conjuncta eſt: quod obſervatione dignum eſt. Nam ſi animis noſtris altius hæc inſederit opinio, Deum advocatum à nobis jurejurando teſtem, præfuiſſe pactis & conventis, vel latum unguem à promiſſis recedere horrebimus: ne Deo fidem datam frangere velle videamur. Sed inde fit, ut ſæpiſſime homines tam facile per Dei nomen dejerent, quod leves ſint & inconſtantes, & facile ex ipſorum animis elabatur omnis Dei memoria: adeo ut centies jurati, parvi faciant juramentum, quo ſola charta videtur onerata & commaculata. Nam, obſecro, quis non fœdam dicat maculam, quum veritatis teſtimoninium jurejurando prætexitur, & interim ſub illo fraudes & proditiones occultantur? Sed, proh dolor! nimium hodie vitium frequens. Quid ita vero, niſi quod Deum præeſſe contractibus iis omnibus non ferimus, in quibus nomen ipſius invocatur, id eſt, Judex Deus advocatur, ne permittat impunita eſſe perjuria? Hoc igitur obſervandum, fœdus Domini dici quodcunque pactum aut conventum, in quo Dei nomen invocatum fuerit, & cui ſeſe contrahentes ſubmiſerint Judici, ut eos, qui non ſincere & candide, ſed doloſe & fraudulenter contraxerint, graviter puniat & ulciſcatur. Aliud etiam caput hic obſervandum & in memoriam ſæpe revocandum, nempe omnes amicitias tum fore firmas & legitimas,

exigere noſtras amicitias debemus: ne favore noſtro complectamur eos, qui peccaverint, ut in peccatis ſuis foveantur. Sane amicorum in aliquod peccatum lapſorum nos miſereri par eſt, & pro virili noſtra erigere ſeriis reprehenſionibus & cohortationibus: ſed non ideo tamen aliquid de Dei gloria detrahendum, & Juſtitia corrumpenda. Profecto non raro hac in parte peccatur: nam ſæpe ea eſt hominum intemperantia, ut maritus ſtulto ducatur uxoris amore, & viciſſim uxor mariti, & reliqui aliqua neceſſitudine conjuncti ſimiliter peccent, ut mutuo ſeſe ſcabant & malitiam defendant. At nos longe contrarium hic exemplo ſuo David docet, quum ipſius Jonathani manu quantumvis amici petit interfici, ſi qua in re nocens comperiatur. Quibus verbis oſtendit, ſe nolle ſibi parci, ſi quam iniquitatem admiſerit, neque Jonathani gratia & auctoritate velle tegi flagitium ſi quod fecit, ſed velle potius ſummo ſecum jure agi: & propterea veluti gladium in manus Jonathano tradit, quo, ſi qua in ipſo iniquitas reperta fuerit, juguletur, & ſupplicio afficiatur. Tu ergo, inquit, mihi amicus es, tu me interfice, facile tibi necem meam condono, ſi me perfidum aut infidelem Regi patri tuo fuiſſe deprehenderis: tu ipſe flagitium ulciſcitor. Contra Jonathanus Davidis innocentiam ſuo reſponſo comprobat, *Abſit hoc à te*, inquit: *neque enim fieri poteſt, ut ſi certe cognovero completam eſſe patris mei malitiam contra te, non annunciem tibi:* neque patiar tibi ab ullo fieri injuriam. Quibus, inquam, verbis Jonathanus Davidem omni culpa liberat. Et ſane improbe feciſſet Jonathanus & impius in patrem fuiſſet, ſi Davidi pepercíſſet, niſi probe ipſius innocentiam & fidem compertam habuiſſet. Nam quum Regis filius eſſet, honorem & reverentiam patris omnibus rebus quantumvis charis & pretioſis præferre debuit: & quum ad paternam auctoritatem Regia etiam dignitas accederet, duplici tenebatur officio. Patrem vero Jonathanus deſerit ut Davidem complectatur: ſed quibus, obſecro, cauſis? Nam Scriptura ſacra jubet nos ſuperioribus obſequentes eſſe. Sane: ſed ea conditione, quam Euangelium docet, ne adverſus Deum peccetur, deque ipſius gloria nihil detrahatur. Quare quum animadverteret Jonathanus, ſe patri obſequi non poſſe, niſi fuſo ſanguine innoxio, ac proinde peccando adver-

ſus

Digitized by Google

ut ad multos ipſius luxus & alia intemperanter facta cæcutiat: & viciſſim uxor amore mariti ſic occupetur, ut ſinat ſibi perſuaderi, ſiquod peccatum admiſiſſe neget ſe, cujus revera ſit conſcius. Sic parentes liberorum amore ſtulto capiuntur, ut ad illorum vitia æquo ſint indulgentiores, & de ipſis peccantibus pœnas ſumere neque velint neque ſumi patiantur: & viciſſim liberi ad parentum vitia cæcutiant. Atqui hac ratione Juſtitiæ via præcluditur, & de ſolio ſuo Deus quaſi detrahitur, dum mortalium amorem ipſius gloriæ præferimus. Quo itaque procliviores ſunt ad peccandum hac in parte mortales, eo attentius hæc doctrina meditanda, ut ſi amicis vel amicitiæ, vel conſanguinitatis jure devincti ſumus, non ideo tamen diſcrimen juſti & injuſti tollamus, & quaſi lucem cum tenebris miſceamus. Quare ubicunque malum fuerit admiſſum, ingenue condemnandum eſt, ſive in conſanguineis, ſive in amicis, ſive in nobiſipſis. Nam ſi propria vitia expendere & judicare non poſſumus, quomodo juſte in alios ſententiam feremus? Quamobrem nulli parcendum eſt, ac ne parentibus quidem, præſertim quum de Dei honore & gloria agitur. Sane parentes quos tam variabiles & inconſtantes eſſe & tam plenos ſuperbiæ & pravæ voluntatis novimus? Quod ergo jurejurando fœdus inter Jonathanum & Davidem renovatum videmus, factum eſt ut de alterius fide neuter ipſorum dubitaret, & nominatim ut Jonathanus Davidem, quem in tantas anguſtias redactum videbat, certiorem de ſua amicitia & egregia in ipſum voluntate faceret. Quo exemplo debemus excitari ad proximos admonendos, quum vitia quædam in ipſis occulta videbimus, ne ipſorum vitia tegentes in partem culpæ cum ipſis veniamus: quod pluribus deinceps ſumus explicaturi.

Jam vero, agite, ſupplices fiamus Deo Opt. Maximo, infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes; eumque precemur ut nos illis exutos ſua virtute veſtiat, quo ipſius nomen magis magiſque veneremur & glorificemus: & ut nunquam nos permittat ſuis inſignibus ſpoliari, ſed ut pro filiis agnoſcat & gratos & acceptos habeat, quemadmodum illi placuit nos in æterno illo ſuo conſilio adoptare, & in Chriſto tanquam filios admittere. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam, &c.

HOMILIA SEPTUAGESIMA QUINTA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XX.

12. Ait Jonathas ad David, Domine Deus Iſraël: ſi inveſtigavero ſententiam patris mei craſtino vel perendie, & aliquid boni fuerit ſuper David, & non ſtatim miſero ad te, & notum tibi fecero.

13. Hæc faciat Dominus Jonathæ, & hæc addat: ſi autem perſeveraverit patris mei malitia adverſum te, revelabo aurem tuam, & dimittam te, ut vadas in pace, & ſit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo.

14. Et ſi vixero, facies mihi miſericordiam Domini: ſi vero mortuus fuero.

15. Non auferet miſericordiam tuam à domo mea uſque in ſempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra: auferat Jonathan de domo ſua, & requirat Dominus de manu inimicorum David.

16. Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David: & requiſivit Dominus de manu inimicorum David.

17. Et addidit Jonathas dejerare David, eo quod diligeret illum: ſicut enim animam ſuam, ita diligebat eum:

18. Dixitque ad eum Jonathas, Cras Calendæ ſunt, & requireris, requiretur enim ſeſſio tua.

19. Uſque perendie deſcendes ergo feſtinus, & venies in locum ubi celandus es in die, in qua operari licet, & ſedebis juxta lapidem, cui nomen eſt Eſel.

20. Et

Digitized by Google

nat, & pro virili adferre conatur remedium. Hinc mutuo jurejurando confirmatur iterum initum inter ipſos fœdus. Ac ſane homines natura proni ſunt ad illa juramenta, quum neceſſitas poſtulat. Equidem de temerariis juramentis non loquor, & de rebus vanis & inutilibus leviter factis: ſed de iis, quæ ad res magni momenti adhibentur, quum aliqua ſubeſt dubitatio, ut homines utantur jurejurando quaſi quodam cœlitus oblato remedio, ad mutuam tollendam diffidentiam. Hoc igitur quaſi freno debent homines retineri: nam unde jusjurandum proveniat, ſatis apparet, nempe à vitioſitate, quæ in utraque parte eſt. Nam alter diffidentia laborat, quem tamen melius ſentire de illo, cum quo contrahit, nempe fore fidelem, oportebat. Alterum vero cogitare, unde illa diffidentia proficiſcatur, nempe quod ſeipſos homines non norint, & ad inconſtantiam proclives ſint, itaque amicum ferre, & illi, quid peccat, condonare. Sed quum ſuum quiſque jus pertinaciter vult tueri, & nemo infirmitati proximi condonare, & effugia hinc inde quærere, inde fit ut diſſolvantur amicitiæ. Ergo apparet, juramenta eſſe ab hominum infirmitate: quam tamen Deus tolerans ſuum nomen nobis concedit, ut eo tanquam certo pignore nixi, fidem alii aliis præſtemus. Næ quum Deus tanta erga nos utatur bonitate, ut nomen ſuum eo uſque demittat, ut ſit nobis loco pignoris, eo majore modeſtia & reverentia nos decet ad jurandum accedere, & dare operam, ne Dei nomen temere aſſumatur. Deum itaque juramentis præſidere ſciamus, ac proinde non permiſſurum, rem tam ſanctam & ſacram contemni, & in abuſum venire. Atque hanc doctrinam referamus ex iis, quæ de Jonathano dicuntur: nempe renovato jurejurando Davidem confirmaſſe, & de ſua fide certiorem feciſſe. Porro variæ hic exprimuntur jurisjurandi illius formulæ, quod tertio & quarto Jonathanus repetiit, ratumque fecit ſuum ſermonem, & ſeſe mutuo illi David obſtrinxit. Voces enim illæ, *Dominus requirat ab inimicis Davidis*, non poſſunt ad Jonathanum referri, ut tamen fere fit, ſed ad Davidem omnino referendæ, qui ſe per illas ſubmittit hoſtium ſuorum voluntati, & puniri ab illis orat, niſi fidem Jonathano dictorum ſervaverit. Occurrit ergo primo loco formula illa, *Domine, Deus Iſraël*, quæ quoniam interrupta eſt, quidam hæc verba cum ſequentibus conjungunt, *Hæc faciat Dominus Jonathæ, & hæc addat.* Verum nihil impedit, quominus hæc verba per ſe intelligamus, *Dominus Deus in Iſraël.*

men formidare & coram ipſius Majeſtate tremere: & idcirco quum juramentorum formulas deſcribit, velut imperfectas profert, veluti hoc loco, quum Jonathanus ait, Dominus Deus Iſraëlis, & nihil amplius adjicit. Quæ tamen intelligenti ſufficiunt. Nam illis verbis profitetur, Deum inter utrumque ſedere judicem: ac proinde ſe declarat candorem & fidem datam ſervaturum, cognoſcentem, ſibi cum Deo negotium eſſe, ſuumque judicem fore: viciſſimque Davidem ad mutuum officium cohortatur. Quæ vero ſequuntur verba, ſunt repetitio jurisjurandi, qua ſe cuilibet pœnæ ſubjicit, ſi ſciens fallat, *Hæc*, inquit, *faciat Deus Jonathano, & hæc addat.* Uſitata phraſis in Scriptura, qua, quod ante dixi, magis confirmatur, veteres nimirum in jurando non expreſſiſſe integram ſententiam, ut quam pretioſum ipſis Dei nomen eſſet teſtarentur, quod non niſi ſumma cum reverentia, ſobrietate & humilitate uſurpabant. Verba autem illa ſunt quædam imprecatio divinæ vindictæ, quaſi dicat, Dominus de me ultionem ſumat, & ne impunitum perjurium, ſi fallo, relinquat, ſed me Deus cœlitus puniat, & in caput meum ultionem immittat. Atque hæc vis eſt illorum verborum: quæ tamen abrupta ſunt, & non continent integram ſententiam, *Dominus hæc faciat Jonathano, & hæc addat*, quaſi dicat, Me Deus bis terve puniat. Etſi ergo primo aſpectu verba videantur levis eſſe momenti, tamen in ſe continent imprecationem ultionis divinæ adverſus eum, qui fraudulenter egerit. Atque hoc diligenter obſervandum, jusjurandum omne continere in ſe imprecationem: quandoquidem ſæpe multi jurant, & juramenti cauſam ignorant. At ſi recordarentur juramentis ineſſe imprecationem, ſatis agnoſcerent non eſſe temere Dei nomine abutendum, ſed cum timore & reverentia uſurpandum; ſed metuendam divinam vindictam, quam ipſi ſibi ſunt imprecati, quum Deum judicem & vindicem advocarunt. Sane iſta magnum pondus apud quosvis habere debent, & à levitate in jurando deterrere, quandoquidem nomen divinum advocatum, non ſinet inulta perjuria. Pergit Jonathanus adjicere novum jusjurandum, *Sit Dominus inter me & te uſque in ſempiternum*, quo magis ac magis oſtendat ſe alienum eſſe ab illis omnibus fraudibus & dolis, quibus homines plerumque ſua perjuria tegere conſueverunt, pulchre ſecum agi exiſtimantes, ſi coram hominibus occultæ ſunt ipſorum fraudes, de quibus argui non poſſint, quos tamen oportebat cogitare coram Deo non eſſe occultas, ſed

do

Digitized by Google

res omnes creatas perjurium lateat. Sane Labanum idololatram fuiſſe ſcimus, & rapinis deditum ſine fide & æquitate: verum tamen ille palam profitetur, generum alloquens, fore, ut ſi nullus alius injurias, ſi quæ filiabus inferatur, ulciſcatur, Deus tamen eas vindicet. Unde iſti idololatræ hic ſenſus, niſi à natura? Ethnici ſane de juramentis magnificis verbis loquuti ſunt, ut Dei Majeſtatem magni facerent. Quare quum homines in juramentis concipiendis tam leves ſint, & tam proni ad Divinæ Majeſtatis conceptum, eo majore cura & ſtudio meditanda eſt nobis, quæ hoc loco traditur, doctrina, nempe Dominum inter contrahentes ſedere arbitrum & judicem: ac proinde nulla ſupereſſe hominibus effugia, quin coram ipſius judicio ſtandum ſit. Magnum autem pondus habent illa verba, *in ſempiternum*, & non leviter prætereunda. Quî fit enim, obſecro, ut perjuri parvi faciant ſuas dejerationes, & malum malo cumulent, niſi quod, Deo pœnas differente, videantur ſibi fore immunes? Hinc itaque perjuriorum tanta frequentia, impunitatis ſpe nimirum. Quamobrem hæc verba ſunt diligenter expendenda, Uſque in ſempiternum, quibus docemur, Deo licet pœnas differente ad tempus, tamen rationem olim repetiturum & perjuria in medium producturum. Sane quum Deus ſit rerum omnium teſtis, non ſtatim ipſo momento & ex tempore in peccatores animadvertit: quod ipſos divina patientia & bonitas diu exſpectet, & ad pœnitentiam invitet, ut reddantur inexcuſabiles. Quæ quum ita ſint, diſcamus Dei nomen advocantes, non reſpicere amici aut conſanguinei perſonam, ut perjurio factum ipſius aliquod flagitioſum tegamus, ſed Deum meminerimus fore & in vita & in morte dictorum omnium judicem & vindicem: ac licet nulla in his terris perjuriorum appareant ſupplicia, reipſa tamen experturos olim homines quanti ſuum nomen fieri Deus voluerit, & quo in honore haberi: neque unquam impunita fore tanta flagitia, quantumvis pœnas in longum tempus Deus differat. David vero pro ſe viciſſim excipit, *Dominus requirat de manu inimicorum Davidis*, quæ verba vehementiam animi ipſius exprimunt: quibus ſe paratum teſtatur pœnas non tantum quas Deus ipſe ſua manu voluerit infligere: ſed quod ipſi magis ignominioſum fuiſſet, ab ipſis hoſtibus ferre. Quaſi dicat, Ne me Deus ipſe tantum ſua manu puniat, ſed ipſos improbos homines & flagitioſos adverſum me concitet, & illorum miniſterio me ulciſcatur, & majore dedecore obruat. Deum enim ſcimus ſæpe ad ſuppliciorum gravitatem adjicere dedecus & ignominiam, ut peccatores magis ac magis humilientur. Multi enim forti animo quædam adverſa ferre parati ſunt, modo fortunarum tantum vexandum laxat? Mene perpetuis calamitatibus exercendum? Iſtisne autem perpetuo parcendum? In quas plerumque voces erumpimus, quod non veniat nobis in mentem ea quæ hic doctrina continetur, nempe Deum noſtris hoſtibus, quicunque tandem illi ſint, uti ad ſuam vindictam exercendam, & quidem ut magis ac magis humiliemur. Nam ſi propria manu caſtigare nos dignaretur, paterna illa foret caſtigatio: neque enim pater filium caſtigans ejus ignominiam & dedecus quærit. Itaque Deus hoſtibus nos affligendi & durius exercendi faciens poteſtatem, illis utitur tanquam flagris & ſecuribus, quibus nos ut juſtus judex contundat, & pœnas meritas repoſcat. Idcirco nos decet ſub ipſius manum magis ac magis dejici, & peccatorum ſenſu ſic affici, ut pudore ſuffuſi ab illis reſiliamus. Præter ſuperiora, hic nobis expendenda Jonathani fides & obligatio, & illa quidem admiranda. Saulis enim Regis erat filius, quorum nomen & familiam nemo tum abolere cogitabat, niſi forte inimici, adverſus quos tum bellum gerebat, nempe Philiſtæi. Nam in univerſo populo nullum Saul habebat æmulum, nullas privatas inimicitias, nulla odia, quin facile coronam & ſceptrum Regium retineret. Veruntamen ultro Jonathanus Davidi Regium ſceptrum defert. Quid ita vero? Nempe Regem fore Davidem agnoſcit, etſi tum valde afflictum & variis fluctibus agitatum, adeo ut ne ad momentum quidem uſquam tutus videretur, quin de vita periclitaretur, ut deinceps videbimus. Davidem ergo licet profugum, & Sauli exoſum & infeſtum, Jonathanus Regem agnoſcit & fatetur. Quid ita, niſi quod divinas promiſſiones intuetur, & de illarum certitudine perſuaſus, res inviſibiles ſibi ante oculos proponit, & contemplatur? Sic Noachum videmus diluvium futurum animo concepiſſe, & reliquis genio indulgentibus, & voluptatibus ſuis operam dantibus, anxie & ſollicite Arcam viginti & centum annorum ſpatio ſtruxiſſe. Quamobrem? Apoſtolus ipſe rationem docet, nempe vidiſſe illum fide quod nondum exſtabat, & de Dei promiſſione fuiſſe perſuaſum. Idem ergo nobis hic de Jonathano ſentiendum, qui licet Davidis ſtatum videat tunc miſerrimum & abjectiſſimum, non deſinit tamen illum ut Regem agnoſcere & cum illo paciſci. Nempe ad ipſius aures venerat Dei promiſſio facta Davidi: & noverat comminationem Domini adverſus Saulem patrem per Samuelis miniſterium, fore nimirum ut Deus alium ſucceſſorem Sauli quærerent, populo ſuo præficiendum. Quas Domini minas Jonathanus ſic excepit, ut de Dei promiſſione Davidi facta certior factus, non dubitet quin ſit illam Deus perfecturus, licet tunc temporis hominum judicio David eſſet ab

ea

Digitized by Google

incredibile videretur, Davidem à Jonathano ſic redamatum, ut ad Regium ſceptrum olim occupandum ab ipſo juvaretur. Cur non enim hominem è vivis auferebat, quem in ſua poteſtate habebat? Verum enimvero contra libenter ſe ipſi cum omni modeſtia & humilitate ſubjicit. Hinc igitur diſcamus, nulla re nos impediti debere, quominus Dei verbum plena & indubitata fide recipiamus, & in eo glorietnur, licet non ſine detrimento noſtro impleti poſſe videatur. Nam fere ſumus honorum avidiores, & nimium delicati, & Dei manum ferre non poſſumus, niſi quatenus noſtris cupiditatibus indulget: hinc illa in nobis naturalis incredulitas, hinc obmurmurationes adverſus Deum, cujus præſentiam in verbo ipſius contemplari non didicimus. Quamobrem ut certa fide promiſſiones divinas recipiamus, & ſine repugnantia veritatem ejus amplectamur, omnem arrogantiam & de nobis opinionem abjicere diſcamus: ad patientiam nos exerceamus: noſtris commodis ſtudere deſinamus, Deoque nos totos permittamus, & ſecundum ipſius voluntatem nos regi feramus, adeo ut licet variis exerceamur calamitatibus, noſtraque obedientia variis modis exploretur, ne tamen indignemur, neque variis cogitationibus uramur; quandoquidem nos ea conditione in hoc mundo collocatos eſſe à Domino, ut iſtis calamitatibus exerceamur, ſcire debemus, & Domini voluntati acquieſcere. Atque de iſtis ſatis: quæ deinceps adhuc pluribus erunt explicanda. Quæ vero de Jonathano diximus, apparent ex verbis illis, *Et dimittam te, & vadas in pace, & ſit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo.* Quibus primum *Pacis* verbis, Davidi fauſta omnia precatur, licet ſibiipſi detrimentoſa videantur hominum opinione. Et quidem ſequentia verba, *Et ſit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo*, magis adhuc illud exprimunt. Nam illis videtur omnino Davidi cedere dignitatem Regiam, non coactus: ſed ultro, quoniam eam eſſe Domini voluntatem perſuaſum habet, Davidi cedit Regiæ dignitatis omne jus, quod Saulis familia repetere poſſe videbatur: quaſi diceret, Deus per Samuelem patefecit ſe patri meo regnum abrogaturum, En, ego volens Domini decretum admitto, patri meo abrogetur imperium, mihi ipſius ſucceſſori, toti denique familiæ: tu, David, regnato, tu gratiam Domini in familiam noſtram antea collatam ſolus obtineto. Ex quibus ſatis apparet manifeſte, quod paulo ante attigi, nempe Jonathanum ſeipſum non reſpexiſſe: ſed à Dei voluntate totum dependiſſe, eidemque permiſiſſe ſe, ut de ipſo Deus ſtatueret, quod æquum & juſtum judicaret.

facturus, eos, qui ipſum in veritate invocant, nunquam ſua ſpe fruſtrari. Maxime vero iſta pertinent ad Domini noſtri Jeſu Chriſti regnum, cujus David fuit figura. Quemadmodum enim David, licet Regiam dignitatem adeptus, multis & variis calamitatibus fuit afflictus, & multis oppreſſionibus & ignominiæ expoſitus, ut pluribus deinceps videbimus: ita Domini Jeſu Chriſti regnum ſæpe videmus hominum pedibus veluti conculcari, & in eum venire contemtum, ut prorſus abolendum videatur, & perpetua oblivione obruendum. Sane Chriſtus ipſe in perſona ſua non patitur, quemadmodum quum in terris verſaretur: verumtamen licet in Dei Patris gloriam evectus, & in æternas ſedes receptus ſit, regnum ipſius, quod in his terris colligit, tam debile & tam infirmum videtur, ut vix nobis polliceri audeamus certò ipſius in incertis rebus auxilium: niſi in Dei promiſſiones reſpiciamus, & fidem noſtram in ipſis reponamus. Hoc ſi animis noſtris altius inſederit, latronem illum converſum imitabimur, qui tam excellentem confeſſionem edidit, ut multorum Martyrum fidem longe ſuperet. Neque vero pudere nos debet latroni illi adjungi, qui non modo Petrem & reliquos Apoſtolos, ſed omnes creaturas ſuperavit. Is enim Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in cruce pendentem intuebatur, cui tantum ſupererat, ut ultimum ſpiritum duceret, & ſummam videbat non modo ignominiam ipſius coram hominibus, ſed etiam maledictionem coram Deo, cui obnoxius in ligno pendens Lege Dei declarabatur, & tamen ad ipſum converſus ait, *Obſecro, memor eſto mei, quum in regnum tuum veneris.* Ubi vero Chriſti regnum inveſtigat, cujus nullum erat indicium. Næ ſi ex ſuo ſenſu illud æſtimaſſet, licet in ipſa Dei Lege totam ætatem conſumſiſſet, non potuiſſet tam excellenti fide Dominum profiteri. At miſeram ille vitam egerat, & inſtar feræ graſſatus fuerat, momento vero Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum agnoſcit Regem & Servatorem, quaſi cœlos ipſos penetraſſet ejuſque perfectionem in iis didiciſſet, licet eum è ligno pendentem, & infelicem ac maledictioni obnoxium corporeis oculis intueretur. Nos itaque conformitatem & ſimilitudinem iſtam ſedulo intueamur & meditemur regni Davidici, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, in quo eſt figurarum omnium impletio & complementum. Ac ſi Jonathanus afflicto & jacenti Davidi ſupplex factus eſt, rogavitque, ut miſericordiam exerceret erga ſe & familiam, quum in Regiam dignitatem veniſſet, nos confidenter ad Chriſtum Dei filium Dominum noſtrum in gloriam ſuam receptum accedamus, & in ipſo fiduciam omnem noſtram

Digitized by Google

cui poſſit tuto fidere, & ſine teſtibus ſolus Davidi ſuum arcanum, & mentem aperire, non ſine ſummo periculo & diſcrimine mortis audeat. Atqui non metus patris, non periculorum magnitudo ab officio deterruit, quin in amicitia Davidis perſeveret. Næ ſi ad aures Saulis iſta perveniſſent, magno illi conſtitiſſet: nam ante vidimus quam ſevere erga ipſum ſe in re levi pater geſſiſſet, quum Jonathanus ex hoſtium ſtrage defeſſus,& fame deficiens,parum mellis guſtaſſet, ignarus jurisjurandi quo populum pater adſtrinxerat, tum Saul ait, Morieris,Jonathane. Hunc patris animum & furorem Jonathanus cognoſcens, certo habet perſuaſum,ſe in apertum mortis diſcrimen venturum, ſi ad patris aures vel leviſſimus rumor de contracto cum Davide fœdere venerit, fore crimen irremiſſibile. Sed ille nihilominus officii ſui partes non deſerit.Hinc fit conſpicuum,eos,qui verbo Dei fidem certam adhibeant,audaciores fieri in Domini mandatis exequendis: & idcirco legimus in ſacris,Verbi divini eſſe proprium genua labantia confirmare:& brachia & manus ſolutas & fractas corroborare. Ac ſane certum eſt, nos,propria virtute nitentes,ad omne bonum opus inutiles fore,& ne digitum quidem naturali vi poſſe movere: ſed quatumvis infirmæ ſint noſtræ vires, ſi Dei verbum intueamur, & ad noſtram eruditionem uſurpemus, manibus & brachiis ita confirmabimur, ut quod viſadire periculum parati ſimus, quum neceſſitas poſtulabit. Jonathani exemplum imitati, quem nulla periculi imminentis apprehenſio, nullum vitæ diſcrimen ab officio deterruit,quandoquidem rejpſa cognoverat Domini voluntatem eſſe, ut David eveheretur: & certum eſt, ſingulari amicitia Davidem fuiſſe complexum, imo plus quam humana: vix enim amici qui ſunt in gradu ſuperiore ſeſe ſubditis & inferioribus ſubjicient: non ita inter ſe paciſci ſolent homines. Quamobrem quicquid hic à Jonathano geſtum eſt, agnoſcamus à cognitione divinæ voluntatis de Davidis erigendo ſceptro manaſſe: quo freno ſuas cupiditates cohibuit, & officio functus eſt amici fidelis, etiam cum vitæ diſcrimine. Quid ad hæc, quæſo, dicturi ſunt hodie multi Euangelii ſcilicet zelatores, qui tamen in ſua ignavia deſident, & Deo ad opus illos vocante, reſiliunt? Videntur illi ſpecioſum prætextum habere, & officio pulchre defuncti, ſi ſe ipſis hæc vel illa pericula objiciant, & mortis diſcrimina, quæ nulla ratione vitari poſſint. Sic ſolent homines manus ſuas abluere, ne Deo vocanti reſpondeant, ſi quod periculum immineat, quos tamen promiſſionibus divinis animari magis oportebat. Contra Jonathanus: qui novit quidem dignitatem ſibi, quam tum obtinebat, abrogandam, ut David extolleretur: ſed nihilominus officio veri amici vel vitæ ſuæ periculo fungi voluit, ut, licet millies centies vitam profuſuri, nunquam ab officio vel tantillum recedamus. Nam alioqui mioime dubitandum, quin ultimo die Jonathanus adverſum nos exurgat, & reos coram Domino peragat, qui Davidis cauſa nullum diſcrimen refugit,à quo tamen erat dignitate, quam obtinebat, privandus, & potiſſimum auctoritate Regia, quæ illi ſucceſſione debebatur. At Dominus noſter Jeſus Chriſtus nos non expulit noſtra dignitate aliqua, major & potentior factus noſtro detrimento: ſed contra ſupra cœlos evectus nobis ſimilis factus eſt, ſua bona nobis, ipſum ut decet colentibus, communicaturus. Quanta igitur noſtra erit nequitia, quanta perfidia, niſi in ipſius gratiam faciamus quæ Jonathanus in Davidis? Et niſi ardenti ſtudio ipſum, quocunque duxerit & vocaverit ſequi parati fuerimus? Jonathanus ut mortali datam fidem ſervaret, nullum diſcrimen refugit, noſne adeo ignavos ut in Filii Dei gratiam, mortis periculum adire non audeamus? Næ quanto diſtat intervallo veritas à figura, eo magis coram Deo inexcuſabiles erimus. Nam unde, quæſo, tam vehementi amicitiæ vinculo Davidi Jonathanus junctus fuit, ut propriorum commodorum & vitæ oblitus, Davidi afflicto ferret opem, niſi ex intuitu divinarum promiſſionum, & ſpe in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cujus David erat figura? Jam vero præterierunt tenebræ, & non amplius locus eſt umbris illis & figuris: ſed Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui certa Lux eſt & Juſtitia,nos ſupra res omnes creatas attollit, quum ea gratia dignatur, ut teſtes ſuæ gloriæ producat, & verbo ſuo auctoritatem conciliet. Noſne ergo ſegniores & ignaviores Jonathano præbebimus, qui veritatem habemus, cujus ille tantum habebat figuram? Nonne metuendum, ne tantam ignaviam Deus ſummo jure ulciſcatur, & duplici dedecore involvamur, quum horrendam condemnationem accipiemus ante tribunal Dei in filii ipſius perſona? Denique tandem expreſſis jurejurando fœderis & amicitiæ conditionibus Jonathanus rationem, quam in certiore faciendo Davide de patris voluntate ſequuturus ſit,aperit, nempe, ſe die Novilunii, quo vacua erit Davidis ſeſſio, obſervaturum patris erga ipſum voluntatem, & de eadem, ſigno aliquo, de quo inter ipſos convenit, certiorem facturum. Nam, ut ante diximus, nemo ſe Davidis amicum audebat profiteri, ne de vita periclitaretur. Quantis igitur undique premeretur Jonathanus anguſtiis apparet, & tamen ſervandi Davidem invenit rationem. Quo docemur, Deum indubitate nobis conſilium in rebus dubiis & anguſtiis ſuppeditaturum ad quælibet vitanda pericula, niſi ſocordia nimia & turpi ignavia laboremus. Nam ubi vel minimum impedimentum occurrit, repentino metu ſic occupamur,

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XX.

24. Abſconditus eſt ergo David in agro, & venerunt Calendæ, & ſedit Rex ad comedendum panem.

25. Quumque ſediſſet Rex ſuper cathedram ſuam (ſecundum conſuetudinem) quæ erat juxta parietem, ſurrexit Jonathas, & ſedit Abner ex latere Saul, vacuuſque apparuit locus David.

26. Et non eſt loquutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim, quod forte eveniſſet ei, ut non eſſet mundus nec purificatus.

27. Quumque illuxiſſet dies ſecunda poſt Calendas, rurſus apparuit locus vacuus David. Dixitque Saül ad Jonathan filium ſuum, Cur non venit filius Iſaï nec heri nec hodie ad veſcendum?

28. Reſponditque Jonathas Sauli, Rogavit me obnixe ut iret in Bethlehem.

29. Et ait, Dimitte me: quoniam ſacrificium ſolenne eſt in civitate, unus de fratribus meis acceſſivit me: nunc ergo ſi inveni gratiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. Ob hanc cauſam non venit ad menſam Regis.

30. Iratus autem Saul adverſus Jonathan, dixit ei, Fili mulieris virum ultro rapientis, numquid ignoro quia diligis filium Iſaï in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ?

31. Omnibus enim diebus quibus filius Iſaï vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum. Itaque jam nunc mitte, & adduc eum ad me, quia filius mortis eſt.

32. Reſpondens autem Jonathas Sauli patri ſuo, ait, Quare morietur? quid fecit?

33. Et arripuit Saul lanceam, ut percuteret eum: Et intellexit Jonathas, quod definitum eſſet à patre ſuo, ut interficeret David.

34. Surrexit ergo Jonathas à menſa in ira furoris, & non comedit in die Calendarum ſecunda panem. Contriſtatus enim eſt ſuper David, eo quod confudiſſet eum pater ſuus.

35. Quumque illuxiſſet mane, venit Jonathas in agrum juxta placitum David, & puer parvulus cum eo.

36. Et ait ad puerum ſuum, Vade, & affer mihi ſagittas, quas ego jacio. Quumque puer cucurriſſet, jecit aliam ſagittam trans puerum.

37. Venit itaque puer ad locum jaculi, quod miſerat Jonathas, & clamavit Jonathas poſt tergum pueri, & ait, Ecce tibi eſt ſagitta porro ultra te.

38. Clamavitque iterum Jonathas poſt tergum pueri, dicens, Feſtina velociter, ne ſteteris. Collegit autem puer Jonathæ ſagittas, & attulit ad Dominum ſuum.

Digitized by Google

tionem, quod Davidem cogitaret aliqua legitima occaſione feſto non intereſſe, puta quod non eſſet mundus, nec purificatus, quæ legitima fuiſſet excuſatio. Quidam aliter interpretantur, quaſi Saul cogitaverit aliquem caſum incidiſſe Davidi. Malim caſum ſimpliciter intelligere de immunditia illa Legali, quod ſe purificandi otium non habuiſſet. Porro multas fuiſſe olim in Lege pollutionum ſpecies, cuivis notum eſt. Nam etſi pollutus quiſpiam aliqua immunditie, domi poterat edere & bibere, non licebat ipſi tamen ad ſolenne convivium, cui ſacrificium adjungebatur, accedere: ne rem Domino ſanctam profanaret. Quæ cerimoniæ fuerunt à Deo præſcriptæ, ut oſtenderet, ſe in omnibus ipſum invocantibus puritatem requirere. Nam, ut ait Paulus, Quiſquis Dei nomen invocat, ab omni iniquitate abſtineat: & alio loco, Abſtineamus à pollutionibus, & quiſque vas ſuum in omni puritate poſſideat, tanquam Deo deditus & conſecratus. Nos vero jam ab omnibus iſtis cerimoniis Chriſti beneficio ſumus quidem immunes, ſed earum tamen ſubſtantia & veritas retinenda. Ac proinde ſi ſub Lege, qui vel morti hominis præſens fuerat, vel cadaver attigerat, polluebatur, nunc cognoſcamus, nos immundos coram Deo fore, & reos malitiæ & iniquitatis, niſi animo & corpore ipſi dediti & conſecrati in ipſius obedientia perſeveremus, & cupiditatibus omnibus pravis & impuris abſtineamus. Atque hic fuit Legalium omnium Cerimoniarum finis & uſus. In primis vero eſt obſervandum, non licuiſſe homini ſic polluto ad ſacrificia accedere, à quibus arcebatur. Ut Deus eo ſigno declararet, quod nos etiam alio loco præclare Paulus docet, quum ait, nullam eſſe communionem luci cum tenebris, nullam concordiam Chriſto cum Belial, id eſt, nullam eſſe conjunctionem Chriſto, omnis puritatis fonti, cum pollutionibus & peccatis, quibus ſordeſcimus & inquinamur. Exempli gratia, Sacroſanctam Cœnam hodie acceſſuros cavere diligenter oportet, ne ſuas ſordes adferant, quibus tam ſancta res profanetur, puta ſacrum teſtimonium & pignus noſtræ communionis cum corpore & ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Saul itaque exiſtimans Davidem abeſſe propter talem aliquam Legalem impuritatem, nullam fecit ejus mentionem, ne, ſi pollutum advocaret, dedecore afficere velle videretur: ſed in poſterum diem diſtulit, quo non eſſe amplius huic excuſationi locum ſciebat. Nam qui ſic polluebatur, tantum viginti quatuor horarum ſpatio pollutus erat, & deinde purificabatur externo aquæ lavacro: minime quidem quod pollutam & impuram animam aquæ levis aſperſio mundaret: ſed ut peccatores agnoſcerent, ſe opus habere præſcripta à Deo purga-

ternum teſtimonium habemus in Baptiſmo: & novimus, omnem noſtram puritatem in ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe poſitam. Sed alia fuit temporum priſcorum ratio, quibus certis cerimoniis & lavationibus populus Iſraëlis adſtringebatur. Idcirco igitur Saul poſtridie Novilunii Davidem requirit. quem Jonathanus, ut promiſerat, excuſavit, iviſſe nimirum Bethlehemam uſque natale ſolum ad ſacrificium annuum domeſticum. Tum vero Saul in Jonathanum inſurrexit, graviterque primum increpuit eum, vocans filium mulieris iniquæ: quaſi aliquis aliquem à ſe faceſſere jubens, diceret, Faceſſe hinc, fili ſcorti. Videte hominis infamiam, qui filium non contentus contumelia affeciſſe, in matrem etiam ipſius eſt injurius: quæ fortaſſe ex vivis exceſſerat, aut adhuc vivebat: ſed ut ut ſit, cur in eam fertur ejus iracundia? Fanaticum & inſanum hominem merito dicemus, qui uxorem hic rebellionis accuſat. Sed qua in parte peccaverat illa contra maritum? an deprehenderat illam cum filio adverſum ipſum conſpirantem? Nam eſto, Jonathanus ſit reus alicujus facti, quid illud ad matrem innocentem? Quamobrem igitur illi Saul iraſcitur? Hinc agnoſcamus, quam violenti ſint affectus noſtri, quum ipſis habenas laxiores permittimus. Ira, inquit ille, furor eſt brevis. Quemadmodum enim homo inſanus, nullum habet rationis neque æquitatis ſenſum: ſed modo hunc cædit, modo illum mordet, modo ſibiipſi vim infert: ſic ira percitus nihil differt ab inſano & phrenetico, niſi quod vehemens illa paſſio cito tranſit, ſed ab inſania & phreneſi ad ſe homo fanaticus vix revertitur. Sed iram & aliam ſimilem paſſionem certum eſt ſenſum omnem rationis iis adimere qui ab illa poſſidentur, adeo ut nihil moderatum ſapiant. Sua ſane cuique pœna ſufficit: ſi Jonathanus igitur peccaviſſet, quare matrem ipſius Saul dedecore & ignominia afficit. Sed Saul in iram & furorem verſus, eſt prorſus excæcatus. Et jam ſupra audivimus, ipſum in ſenſum reprobum à Deo fuiſſe conjectum, & à malo Spiritu Domini vexatum; quod hoc loco jam reipſa demonſtratur. Sed unde fiebat, ut Saul ſenſum omnem rationis amitteret, niſi quod Diabolica malitia in Davidem ferebatur, & adverſus ipſum æſtuabat? Quare quo licentioſius adverſus ipſum fertur, eo gravius inflammatur, adeo quidem ut omnem humanitatem exuat, & propriis viſceribus non parcat. An non enim in ipſum redundabat uxoris dedecus, quam in iracundia ſua vocat, inquam, rebellem & perverſam, licet illa non peccaſſet adverſus ipſum? Ergone ſimus Saul ſatis, qui in procerum ſuorum cœtu uxorem & proprium ſanguinem ſine cauſa criminatur & ignominia afficit? Ex quo apparet, quantopere malitia propria fuerit excæcatus. Sed

hinc

Digitized by Google

ponere, & afflicti Davidis cauſam agere & tueri. Quærit itaque Jonathanus, qua in re David peccaverit. Atque hoc eſt obſervatione dignum, nempe omnium fidelium officium eſſe, ut Dei procuratores & patroni ſint, quotieſcunque veritatem & juſtitiam improborum judiciis opprimi vident: & innocentes injuſte affligi: tantumque abeſſe debere, ut in illud judicium conſentiant, ut contra pro virili cauſam illorum agere, & ſe illis ſocios addere ex officio debeant. Nam etſi iniquitatis improborum minime conſcii ſint, tamen ſi diſſimulando quod impium eſt fieri permiſerint, certum eſt eos coram Deo deſertæ bonæ cauſæ reos eſſe, & derelicti officii ad quod à Deo vocabantur. Et de Jonathano hactenus: conſideranda deinceps Saulis adverſus Jonathanum verba contumelioſa, *Numquid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ? Omnibus enim diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum.* Quod conſpiraſſe Jonathanum dicit in confuſionem ignominioſæ matris: non eſt intelligendum cum multis, quaſi ſpurius fuerit, & mater ipſius adultera, quod Saulem Regem & patrem videretur non revereri: ſed potius ex uſu communi dictum exiſtimandum, ut ex aliis multis locis ſimilibus apparet, filium ſapientem patri decus & gloriam, ſed ſtultum & perditum ac diſſolutum matri dedecus & ignominiam adferre. Quid ita vero? Nempe, quod matres peculiari quodam affectu ſint erga filios indulgentiores, & nimio amore excæcatæ maritos etiam ſæpe fraudant, & emungunt ab illis pecuniam, quam filiis tradant ad luxuriam atque nequitiam: & omnia ipſorum vitia tegant: denique tam ſtulto amore illos proſequantur, ut ad quamvis nequitiam illis indulgeant: & non ſtet per eas, quin filii ſæpe ad furcas rapiantur. Idcirco igitur Scriptura dicit, filium perditum, nequam, & luxurioſum, matri fore dedecori, ut oſtendat ſtultam matrem dedecore & ignominia afficiendam, quum in filii vitia nimium indulſerit, & hac indulgentia depravatus in quælibet vitia proruperit. Hoc itaque ſenſu dicitur hic Jonathanus à Saule conſpiraſſe in confuſionem matris, cujus etiam ignominiam ait in totam reliquam domum & familiam redundaturam. Sed quo jure, quæſo, Saul iſta filio exprobrat? Quoniam David Rex futurus eſt. Sed quis, obſecro, Davidem Regem deſignavit. Næ ipſe non ambivit, non prenſavit iſtam dignitatem, non malis artibus quæſivit: ſola Dei voluntas, ſolum ipſius hic decretum promiſſionum divinarum abolitione venire? Sed ille fide plenus, longe procul oculorum aciem direxit, in Dei virtute, potentia & bonitate fiduciam omnem reponens, & perſuaſus, Deum, etſi moriatur Iſaacus & in holocauſtum Deo offeratur, poſſe tamen ſibi ex illius cineribus filium ſuſcitare. Quare Saulem oportebat etiam hoc in ſuam mentem inducere, Deum Davidi promiſſum regnum ſuperatis omnibus impedimentis daturum, & licet à ſe David interficeretur, Deum tamen nihilominus ſuis decretis viam patefacturum, ſuamque potentiam demonſtraturum. Sed in Saule conſpicuum eſt, quo furore, & qua veſania increduli adverſus ipſum Deum inſurgant, ut prorſus rationis expertes videantur. Næ ſi quis quærat ex ipſis, ſperentne ſe adverſus Deum inſurgentes, rem ad exitum perducturos; certum eſt, illos, re apud ſe diligentius penſata, horrore attonitos expavefactum iri, ſi in cogitationem ipſis Dei Majeſtas & potentia venerint. At nihilominus quod horrent faciunt, nempe quod ſint fanatici homines, & adverſus quem inſurgant, non cogitent: neque in mentem illis Dei potentiæ conſideratio veniat. Hinc ille furor, quo adverſus ipſum Deum efferri non verentur. Ita Saul, furibundus ſolam Davidis mortem cogitat, & modo rem perfecerit, fauſta ſibi omnia pollicetur. Atqui Deus illum regnaturum jam ante prædixerat. Sed aliquod aliud Sauli debuerat etiam in mentem venire, nempe, Hominum vitam in Dei manu eſſe poſitam. Nam etſi latrones ſæpe multis vitam eripiunt, non tamen in ipſorum arbitrio & voluntate vita noſtra poſita eſt: ſed tantum quod Deus permittit efficiunt. Qui ergo nos in hoc mundo collocavit, poteſtatem ex eodem nos revocandi, quum libuerit, ſibi reſervavit. Quandoquidem ergo vita noſtra eſt in Dei tutela & patrocinio, quomodo Saul Davidem ad mortem perſequebatur, qui non ignorabat, Deum non inultam illam temeritatem & arrogantiam relicturum? Sed ea fuit hominis inſania. Denique apparet, homines, ſuis paſſionibus excæcatos, non cogitare, ſe Deum habere adverſarium, & potentiæ ipſius non meminiſſe: ſed tanquam ludicram & inanem ducere: ac ipſi Deo reſiſtere, tanquam ſi cœlum & terram haberent in ſua poteſtate. Sed & alia inſuper hic doctrina eſt obſervanda, quanta peſtis ſit invidia, & præſertim quæ fertur in eos, quos Deus nobis præeſſe voluit, & in ſummam dignitatem extulit. Hujus mali fons ambitio, ex qua invidia naſcitur; & dignitatum ac imperiorum & honorum contemtus & violatio. Idcirco

Digitized by Google

quodam retinebimur, ne alii aliis iraſcamur: ſed potius ſtudium omne conferemus, & mutuas operas in nobis invicem adjuvandis: quum tamen contra ſimus à natura noſtrorum commodorum, tam amantes, ut vel ipſi Deo reſiſtere, voluntatique ipſius reluctari non vereamur, utrumque ſit hoc loco nobis conſpicuum. Nam ex parte Saul ſic adverſus Davidem furit, ut feram potius quam hominem dicas. Quis eum autem ad tantum furorem impellit? Nempe cupit invito Deo regnare, pro eo quod ipſi ſe ſubjicere, & magis ac magis ſubmittere debebat, acceptumque Regium diadema ſponte Davidi cedere, quandoquidem ipſe male ſe in hoc munere geſſerat, Deoque rebellarat. Quamobrem decebat illum ſeſe auctoritate Regis abdicare, & eam obedientiam Deo reddere, ut privatam vitam Regiæ anteponeret. Verumtamen ille ſe ſuamque dignitatem tueri & conſervare poſſe, vel invito Deo, ſperat. Inde factum videmus, ut rabiem ſuam, Davidem odio perſecutus diabolico, deſpumarit. Sed, obſecro, quem ille perſequebatur? Næ non Davidem, ſed ipſum Deum, cujus voluntati non vult obtemperare: hunc furoris ignem invidia intus excitabat, & modo de hoſte victoriam obtineat, cœlum terræ miſceri non verebatur: eximium ſane ſpeculum in quo ſe intueri debet qui arrogantia & inſolentia ac contumacia pleni proximos parvi facere conſueverunt. Jam vero ab altera parte Jonathanum intueamur, qui Davidem cognoſcebat in ſibi debitam ſucceſſione ſortem evehendum. Filius erat Regis: ad ipſum ergo Regia dignitas pertinebat, & hæreditate deferebatur. Sponte tamen cedit, compertum habens Dei decretum de Davide ad Regium ſolium evehendo. Proculdubio non exuerat Jonathanus humanum ſenſum, ſed tantum profecit in Dei timore, ut ſuis affectibus prætulerit quod bonum & æquum eſſe Dei judicio cognovit. Sic ille tenuit ſenſus ſuos captivos: ſibique ipſi vim fecit, & Deo morem gerens exuit magnos illos animos, qui natura plerumque ſunt in omnium hominum animis inſiti. Ad hanc obedientiam illum plurimum etiam moverunt Dei dona in Davide conſpicua, quæ in illo honorat. Illis poterat ex humana malitia magis irritari, ſed eo magis Deum adorat, cujus in Davide gloriam & virtutem intuetur. En ut Jonathanus cognovit laudanda in Davide dona Dei, quæ tantum abeſt ut ex ambitione & invidia doleat in Davidem collata, ut contra pro Davidis defenſione non modo coronam Regiam relinquere, ſed vitam etiam profundere paratus ſit: Saulis igitur verba illa, *Omnibus diebus quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu, neque regnum tuum*, non modo mentem ipſius non labefactarunt, ſed in propoſito magis ac magis confirmarunt. Nam ait, *Quare morietur?* quaſi dicat, Quomodo poſſum ego regnare, quum Deo viſum ſit Davidem Regem conſtituere? Quid ſi ad patris delictum ego cædem etiam adjicerem, quid

meditanda eſt, & in animum revocanda: ac certo ſciendum, Dei decretis, de quibus nobis conſtiterit, ſponte obtemperandum: quandoquidem nihil reluctando perfecerimus, & inania ſint futura omnia effugia, ſummaque illis confuſio immineat qui adverſus irrevocabile Domini decretum aliquid ſuſceperint. Cæterum & hoc diligenter cavendum, ne nobis indignantibus Dei voluntas perficiatur: ſed danda opera, ut ultro nos ipſi Deo ſubjiciamus, & ipſius judicia recta & juſta eſſe ſemper fateamur, etiamſi nos ipſe aliqua ignominia & dedecore affecerit. Ne propterea, inquam, Dei bonitatem & juſtitiam fateri deſinamus, ſi ab ipſo caſtigati fuerimus, ſed potius nos ad ipſius voluntatem totos componamus. Cæterum Deo talem à nobis obedientiam poſtulante, ſciamus, noſtro id bono & commodo fieri. Nam ſi ad tempus dejicit, ſi calamitatibus exercet, tamen in noſtram ſalutem, quæcunque repugnare videbantur, converſurum illum certum eſt. Quandoquidem igitur variæ illæ caſtigationes & afflictiones in noſtram utilitatem & commodum Dei conſilio feruntur, eo nos procliviores eſſe ad Dei ſubjectionem & obedientiam par eſt. Atque hæc doctrina ex verbis illis eruenda eſt, quibus Jonathanus agnoviſſe dicitur, Davidem, licet centies interfectum, nihilominus tamen, cum à Deo Rex eſſet deſignatus, ad ſummam illam dignitatem perventurum, & præterea cum vita ipſius in Domini eſſet tutela, & velut alarum ipſius umbra tegeretur, fore omnium hominum adverſus ipſum inſurgentium irritos conatus. Sequitur, Jonathanum veniſſe in periculum mortis, quod Saul lanceam arripuerit eum percuſſurus. Sane licet Jonathanus videatur illud periculum prævidiſſe, tamen dura illa fuit tentatio, cum patrem eo iracundiæ & furoris vidit devenire, ut lanceam in ſe filium direxerit ſua manu trucidandum, niſi Deus ictum avertiſſet, quandoquidem in animo filium trucidare Saul habebat. Hinc diſcamus, nos, ſi bene faciendo in hominum contemtum & odium venerimus, non oportere tamen pœnitentia benefactorum duci. Nam Jonathanus exemplo nobis eſt, quem certum eſt potuiſſe graviter commoveri, quum patrem adverſum ſe tanto furore ferri conſpiceret, ac proinde nonnihil ab officio deflectere. Quemadmodum ſæpe videmus, eos, qui magnificum aliquod facinus ediderunt, ſi minis terreantur aut imminentem aliquam ſeditionem aut violentiam videant, fluctuare, & ventis vela, ut aiunt, permittere, ac licet non immutata ſit ipſorum voluntas, nihilominus tamen improborum hominum iram & furorem placandi rationes quærere, & ad tempus quieſcere, ſuumque ſtudium occultare. Iſtud, inquam, frequenter contingere, & quidem inter eos qui in maximo honore ſunt, videmus: ſed Jonathanus nobis hic majoris conſtantiæ & magnanimitatis proponitur exemplum imitandum. Nam etſi pater adverſus ipſum tanquam immanis

quæ-

Digitized by Google

corona habet in manu, poſſet nobis apud omnes gratiam conciliare, ſed tamen Deus contra, ne noſtram in hoc mundo mercedem exſpectemus, ne inani gloria inebriemur, ne hominum laudibus ſic deliniamur, ut Dei obliviſcamur, permittit homines malitiis & iniquitate laborare, & eos, quos benefactis cumulare non deſtitimus, eo ingratitudinis venire, ut oculos, ut ita dicam, nobis effodiant: hoc, inquam, ita Deus decrevit. Sed quorſum? Nempe, ut præmonui, ne hujus mundi deliciis pelliciamur, ſed Deo ſponte ſerviamus, & nunquam adverſis dejiciamur, ſed vel invitis omnibus hominibus fortiter in ipſius cultu perſeveremus. Præterea Deus ita demonſtrat, ſe, ſiquid ſimulatum in nobis fuerit, ſevere caſtigaturum, & ſi contra magno ſtudio in ipſius cultu perrexerimus, felicem exitum nobis conceſſurum, quibuſcunque tandem injuriis affecti ſimus, & nunquam paſſurum, ut impunitus ſit noſter contemtus, quandoquidem cauſæ noſtræ defenſionem ſuſcepit. Quamobrem ſi hominum odiis exerceri ſervos ſuos Deus permittit, in amore Dei debent conquieſcere: quandoquidem ſolus ille poteſt ipſos adverſus quæcunque pericula tutari, & ex iiſdem eruere. Atque ille nobis quidem aliquando relaxationem à malis concedit, ſic ut ſervi ſui ſint apud homines in honore: ſed non eſt illa conditio diuturna, ne occaſionem ab illo recedendi quæramus, quandoquidem adeo inconſtantes ſumus, ut vel minima occaſione ab officio deterreamur. Qui ergo vitam ſuam ex animo Deo conſecrat, & in vocatione tam ſecundis quam adverſis rebus pergit, is, inquam, certum habet teſtimonium ſe Deo pure inſervire. Et idcirco Dei filios variis exerceri calamitatibus & tentationibus oportet, ut illis excitentur ad preces ardentiores. Quare diſcamus, ut dixi, Deo nos variis modis explorante, & permittente nos ab hominibus affligi, quorum tamen commodis ſtuduerimus, non tamen ab officio diſcedere, ſed Deo nos & rem noſtram committere, & ipſum precari, ut nos pro ſua bonitate ſic toleret, ut quibuſvis impedimentis & difficultatibus reſiſtendo pares ſimus, quibus alioquin territi à Deo recederemus. Hæc igitur diſcamus ex Jonathano, niſi malimus illum ultimo die Judicem experiri. Sequitur tandem Davidem exiviſſe, & cum Jonathano vehementer fleviſſe, Davidem autem amplius: & in pace dimiſſum à Jonathano. Porro quemadmodum invicta fuit Jonathani conſtantia, & data Davidi fides, iis fulta fundamentis quæ initio audivimus, amore nimirum virtutis & excellentium donorum quibus erat David ornatus: ita viciſſim Davidem magna tentatione fuiſſe

itaque vertam amplius? Iſtas aut ſimiles querelas Davidem jeciſſe veriſimile eſt: & longe ſatius duxiſſe ſibi mori, quam tot malis agitatam vitam ducere. Sed neque vivere, neque mori poterat, & tamen exulare cogebatur terra ſancta, quam Deus elegerat, ut in ea coleretur: & Sanctuarium ipſius erigeretur, nomenque ſuum ſacroſanctum adoraretur. Sane ſi Davidis exercitia & tentationes diligenter expenderimus, certum eſt, nos non fore tam molles & effœminatos in adverſis ferendis, quam fere conſuevimus. Et Deo nos variis calamitatibus & duris afflictionibus exercente, non modo non deſpondebimus animum, ſed eo ardentioribus votis ad ipſum confugiemus, ut infractam nobis conſtantiam ſufficiat, qualem Davidi, quo nobis noſtræ fragilitatis magis erimus conſcii, qua fit, ut ad leviſſima quæq; pericula vel fortiſſimorum animi labefactentur, & primus conatus ſtatim evaneſcat, niſi Spiritus Dei virtute ſuſtineamur & fulciamur. Cavendum itaque ſummopere, ne illos imitemur, qui ſibi ipſis facillime omnia indulgent, & inanibus excuſationibus ſe tuentur. Nam ſatisfactum eſſe Deo putant, ſi vel leviſſimas excuſationes prætexant. Quales plerique adferre ſolent, Per me non ſtetit, quominus officio fungerer, ſed quis naturæ reſiſteret? Nonne tot undiq; me minæ terrebant? Nonne tot difficultates remoram injiciebant? Dicas non tantum repagulis quibuſdam cohibitis, ſed arduos ipſis montes fuiſſe ſaltu ſuperandos, aut magna vi perfringendos: & iſtis excuſationibus ſe tutos eſſe arbitrantur, licet leviſſimis. Quamobrem quum tot undiq; impedimentis ſollicitemur & tot deliciis ab officio deterreamur, Davidem nos oportet intueri, & agnoſcere multum abeſſe, ut nos Deus tam duriter quam illum olim excipiat. Nam ſi conditionem noſtram cum ipſius contulerimus, reipſa comperiemus, leviſſime nobiſcum agi, & difficultates, quibuſcum colluctamur, non accedere ad milleſimam partem earum, quibus David olim eſt exercitus. Nam etſi nos Deus ex hoc terrarum orbe violenta quadam calamitate rapiat, non accedet tamen ad illas animi anguſtias, quibus David quodammodo fractus eſt, exulare ſancta Iſraëlis terra coactus. Ac licet hodie in varias orbis terrarum partes jactemur: non tanti eſt calamitas facienda: quandoquidem hodie tota terra Deo conſecrata eſt, cujus angulum olim terram Judæam ſui nominis cultui dedicarat: licet igitur hodie in certis regionibus vagaremur, non tantis afflictionibus neq; tentationib., quantis olim David, agitaremur, qui veluti putidum aliquod à reliquo corpore membrum reſectus eſſe videbatur. Verumtamen ille ſeſe Deo

CAP. XXI.

1. VEnit autem David in Nobe ad Achimelech Sacerdotem: & obſtupuit
Achimelech, eo quod veniſſet David. Et dixit ei, Quare tu ſolus, & nullus
eſt tecum?
2. Et ait David ad Achimelech Sacerdotem, Rex præcepit mihi ſermonem,
& dixit, Nemo ſciat rem propter quam miſſus es à me, & cujuſmodi præcepta tibi
dederim: nam & pueris meis condixi in illum & illum locum.
3. Nunc ergo ſi quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inveneris.
4. Et reſpondens Sacerdos ad David, ait illi, Non habeo laïcos panes ad manum, ſed
tantum panem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maxime à mulieribus.
5. Et reſpondit David Sacerdoti, & dixit ei, Equidem, ſi de mulieribus agitur, continuimus
nos ab heri & nudiuſtertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa puerorum ſancta:
porro via hæc polluta eſt, ſed & ipſi hodie ſanctificabimur in vaſis.

PErgendum nobis in Hiſtoria eſt Davidis profugi & exulis ab Iſraëlitica terra. Quæ quam dura fuerit tentatio, procul ab ea terra, quam Deus in domicilium elegerat, exulare, (nullus enim alius in toto terrarum orbe locus erat Deo ſacer atque dicatus, in qua pure & ſincere coleretur, & adoraretur, quam ſola Judææ regio,) vidimus heſterna Concione. Sane cum ab ea David cogitur exulare, longe videbatur remotus à ſibi promiſſi regni poſſeſſione. Ac procul dubio lacrymæ illæ Davidis, de quibus ante egimus, ſatis declarabant in quas anguſtias eſſet conjectus. Nam licet vir fortis & magnanimus eſſet, non tamen poterat temperare à lacrymis, quas abunde fundebat. Nam etſi Jonathanus amare flebat, David tamen abundantius. Neque vero tamen iſta impediverunt quin ſuam in Deo fiduciam collocaret: verum, ut ſæpe Scriptura docet, fides non reddit homines ſaxeos aut ſtupidos, qui malis, quæ ſentiunt, non commoveantur, ſed interim iſtis modis exerceri fideles neceſſe eſt, ut ſuperatis omnibus tentationibus dulciore fruantur victoria. Quare licet Dei verbo fideles nitantur, non omnino tamen affectuum & paſſionum vis in illis extinguitur: ſed, ſi modo in hanc, modo in illam partem volvantur, uſque ad exitum tamen ſuſtinebunt, quibus Dei voluntas inſtar firmæ rupis eſt. Ac licet ventis & procellis agitentur, firmi tamen & imperterriti in divinis promiſſis permanebunt, & nunquam ipſorum exſpectatio vana erit. Quod ad Jonathanum attinet, vidimus ipſum Dei promiſſionibus magis quam rebus ullis præſentibus confirmari. Nam Davidis fuga videbatur illum in integrum reſtituere: ſicut & illa Saulis erat opinio, Jonathanum filium & poſteros vivo Davide non poſſe regni dignitatem retinere. Contra vero Jonathanus ſperavit, ſe mortuo, Davidem ſui ſuorumque miſerturum. Atqui Davidem tunc intuebatur miſerum & afflictum, cujus jugulo gladius imminebat, in quem tanquam ſcopum omnes collimabant, cujus necem omnes, ut Sauli gratificarentur, ſummis ſtudiis quærebant. Denique Davidem in ſummas redactum anguſtias animadvertebat, ſed nihilominus ab ipſo gratiam & miſericordiam ſibi ſuæque familiæ precatur. Quamobrem Jonathanus hoc facto declaravit, ſe in immutabile Dei decretum, & voluntatem per Samuelem patefactam, de debito Davidi regno fuiſſe intuitum. Ac proinde cognoviſſe, re ipſa perficienda quæ Deus prædixerat, licet hominum opinione viderentur impoſſibilia. Porro ſi Jonathanus tantam promiſſionum divinarum certitudinem in Davidis perſona cognovit, quid nos hodie facere par eſt, intuentes Dei Filium in cœleſtem gloriam evectum, licet nos in hoc mundo variis exerceri pœnis & ærumnis, ſuumque regnum in his terris eſſe occultum permittat? Næ longe ampliorem materiam habemus nos in Dei poteſtatem & manum tradendi, quam olim Jonathanus, & non dubitandi, quin, licet millies durioribus calamitatibus exerceamur, poteſtatem habeat ex omnibus periculis eruendi, noſtrique miſerendi. Porro diligenter obſervanda ſunt quæ ſequuntur verba, Davidem fugientem veniſſe in Nobe, in qua erat tunc Dei Sanctuarium, quoniam de panibus propoſitionis mentio fit, qui quotidie Deo offerebantur, & in menſa per manum Sacerdotis proponebantur, & aliis ſublatis alii ſubſtituebantur. Hic in primis obſervandum, Davidem, præter periculum quod ipſi imminebat ab hominibus, etiam cum fame fuiſſe luctatum. Neque enim fugienti licuerat de annona aliqua providere, & quamdiu latuit, veriſimile eſt eum etiam jam tum jejunare cœpiſſe: jam vero profugus, & per vias invias aberrans, nulli ſeſe

audet

Digitized by Google

ois rerum adverſarum tempeſtate cognoviſſe, nullum tutius aſylum neque fortiorem ullum perfugii locum eſſe, quam in Dei manus confugere, & illi ſeſe tradere. Hanc igitur ob cauſam in Sanctuarium venire quam in alium ullum locum maluit, licet non dubiis conjecturis ſuſpicaretur fore ut ibi videretur & ad Regem deferretur. Quemadmodum contigiſſe inferius infelicis illius Doegi miniſterio videbimus. Verum enimvero non dubitavit, quin Deus ipſum miſeraretur, & profugium ipſi concederet eo loco, ut præſentem alioquin mortem effugeret. Itaque non dubium eſt, quin, poſt varia quæ animo agitavit conſilia, tandem concluſerit, nullum ſibi tutius profugium quam locum in quo Deus adoratur, & ex quo promiſit ſe ſuorum preces exauditurum, virtutemque ſuam erga omnes ipſum invocantes exerturum. Davidem itaque videmus non ita fuiſſe affectibus & paſſionibus ſuis turbatum, quin animo ipſius hæſerit certa fiducia Dei erga ipſum miſericordiæ. Quare licet multas lacrymas effuderit, & ſe dubium animi eſſe oſtenderit: non ideo tamen non confugit ad Dei auxilium, & non ſperavit fore, ut ipſum Deus tandem velut ex mortis ſepulcro redivivum revocaret; ſed illum oportuit adverſus affectus pugnare & carnis infirmitate premi, ut fides ipſius magis ac magis roboraretur & firma fide in Dei promiſſionibus conquieſceret. Et profecto quum Dei bonitatem prædicat, quam in mediis afflictionibus ſenſit, non ſuam fortitudinem prædicat, non in malis [illegible]: ſed potius terrorem & formidinem ſuam agnoſcit. Quemadmodum Pſalmo 106. ait, *Ego dixi in trepidatione mea omnis homo mendax.* Quibus verbis oſtendit, ſe non procul à lapſu fuiſſe. Quemadmodum hominem in declivi currentem facile aliquis dat præcipitem. David igitur in ſuis illis anguſtiis agnovit, non habere homines quo glorientur & de ſuis viribus aliquid præſumant: ſiquidem natura, omnis homo mendax & vanus eſt, ut quæcunque videatur ineſſe animi fortitudo, momento effluat, niſi Deus virtute ſua retineret. Sequitur deinceps, Sacerdotem miratum eſſe, quod eum ſolum vidit. Non quod multis ſtipatus eſſet famulis, ſed quod non eo quem conſueverat comitatu ſtipatum videret. Nam antea vidimus, Regem Saulem ipſum multis & militibus & terris præfeciſſe, & quum Regis gener eſſet, ipſum oportuit magno aliquo famulorum & militum comitatu inſignem fieri. Sacerdos igitur miratur, eum tanquam miſerum ac pro-

enim eſt quam fragile membrum lingua ſit. Nam etſi & corporis & animi partes fragiles ſunt, linguam tamen omnium fragillimam eſſe conſpicimus. Quamobrem illam à Deo tanquam intra ſeptum retineri neceſſe eſt, & ab ipſo ſermones noſtros regi, quod ab ipſo precibus impetrare Davidis nos exemplum admonet. Quin & ipſum Davidem hac experientia doctum fuiſſe certum eſt, quum Pſalmo 39. in hæc verba erupit, *Cuſtodi vias meas, ut non delinquam in lingua mea: pone ori meo cuſtodiam, quum conſiſtit peccator adverſum me.* Revocabat igitur David in memoriam quæ paſſus erat, quum Deum tam ſedulo precaretur ut ori ſuo cuſtodiam apponeret, nequid temere effutiret. Porro Davidem videmus non potuiſſe ſibi ac vitæ conſulere, niſi Sacerdoti perſuadens, ſe à Rege Saule ad arcana quædam negotia dimiſſum. Qua in re apparet, quam miſera Davidis fuerit conditio: nam qui à Deo Rex erat deſignatus, qui ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti figura erat futurus; in eam neceſſitatem redigitur, ut vitæ conſulere niſi mendacio non poſſe videatur. Magnæ igitur Davidis fuerunt difficultates, è quibus emergere non poſſe videtur niſi ſummo diſcrimine. Hæc intuentes diſcamus Deo nos commendare, & maxime quum nos exploraturus in tantas anguſtias rediget, ut nulla ſalutis ratio appareat coram hominibus. Interim etiam videbimus quantopere Davidem oportuerit de iſto mendacio dolere & angi, quod occaſionem præbuit cædi Sacerdotum, ut ſuo loco videbimus. Næ Davidem hujus cædis conſcium minime fuiſſe certum eſt, neque teneri rationem Deo Saulis crudelitatis reddere. Sed tamen Deus ipſum hac ratione magis ac magis dejicere voluit, & ſpecialem ipſius curam demonſtrare, quum miſeros Sacerdotes ad lanienam trahi paſſus eſt, & crudeliter cædi propter Davidis mendacium. Nos vero hinc utilem nobis doctrinam referamus. Nempe licet neminem fallere mendacio velimus, neque damnum ulli inferre: tamen abſtinendum omni mendacio, & ſincere ac candide ſemper agendum, permiſſo rerum exitu Dei providentiæ, quæcunque nos pericula circumſtent. Imo licet mors ipſa ob oculos verſetur. Deinceps ſequitur, Davidem poſtulaſſe à Sacerdote quinque panes ſibi ſuiſque ſervis; Sacerdotem autem reſpondiſſe, ſe non habere laïcos panes ad manum: id eſt, panes quibus liceat veſci omnibus indifferenter: ſed tantum panem ſanctum; id eſt, panem propoſitionis, qui ſolis Sacerdotibus reſervabatur, & adjicit Sacerdos, *Modo*

ipſe

Digitized by Google

ſitos manere, quaſi ex illis cibum ſumturus videretur. Videbantur ita Judæi ſuſpenſi ac dubii teneri, quaſi Deus non eſſet naturæ ſpiritualis. Sed hic obſervanda generalis regula, omnes illas oblationes, quæ ſub Lege fiebant, non fuiſſe Dei reſpectu factas, ſed in hominum inſtructionem. Quare ſi quid in iſtis oblationibus abſurdum nobis videtur, nosipſos intueamur, & quicquid illic factum eſt, ob hominum tarditatem & ruditatem in divinis factum ſciamus: & quoniam nimium craſſo & hebeti ſumus ingenio, propter terrenam hujus corporis molem, qua ſumus circumdati, agnoſcamus, Deum ſe ad captum noſtrum accommodare & rationem nos erudiendi non omnino ſuæ gloriæ & judiciis convenientem ſequi, quandoquidem uſque ad ipſius gloriæ Majeſtatem aſſurgere non poſſumus. Panes igitur iſti propoſitionis, ut verbo dicam, docebant, domi edentes panem oportere ſibi in memoriam revocare panes illos propoſitionis Domino in Sanctuario oblatos ſanctos eſſe, ut & ipſi edentes ac bibentes Dei præſentiam agnoſcerent: ac proinde neque ederent neque biberent ſine hac fidei certitudine, Deum præſentem adeſſe comedentibus & bibentibus ad cibos ipſis ſanctificandos, quo ipſi hac Domini præſentia ad gratiarum actionem magis ac magis commoverentur. Atque hoc ipſum nos divus Paulus docet, nempe licet hæc abolita ſit cerimonia, nunquam tamen debere fideles edere fruſtum panis, vel bibere, quin ipſorum potus ad Dei gloriam referatur. At, dicat aliquis, Deusne ergo in eſu noſtro & potu glorificabitur? Næ, ſi ſobrie veſcamur. Deinde & ita teſtari poſſumus, quam paterne Deus de nobis ſit ſollicitus, quum & eſui & potui noſtro præſidet, & bonitatem ſuam ac potentiam dignatur erga nos exercere, corporibus noſtris conveniens alimentum ſufficiens, quæ alioquin inſtar cadaverum collaberentur, ut iſtorum meditatione magis ac magis ad agendas ipſi gratias immortales excitemur. En ut & hodie legales illæ figuræ nos erudiunt, ut in potu & eſu nos exerceamus in Dei timore, ſobrietatemque ac temperantiam ſectemur, & divinis beneficiis magis ac magis ad gratiarum actionem excitemur. Sed quæ hodie ſpiritualia ſunt, cerimoniarum temporibus oportebat ſignis quibuſdam viſibilibus & externis repræſentari. Hanc ob cauſam in Lege panes in Sanctuario proponebantur ad Dei præſentiam denotandam: & ad ſingulos monendos, ut domi cibum ſumentes cogitarent, ſe à Deo veluti ad menſam invitari, cui ipſemet, licet menſis noſtris opus non habeat, vellet tamen præſidere, curamque & ſtudium paternum erga edentes & bibentes teſtificari: quod quaſi manu propria non tantum panes diſtribueret, ſed inſtar ſedulæ nutricis cibum in os ingereret.

accipimus, & quibus veſcimur, ſanctificati ſunt, quoniam nos verbo Dei & precibus ac orationibus ſanctificati ſumus. Et de cerimonia illa obiter iſta dicta ſunto. tranſeamus ad hiſtoriæ expoſitionem, ubi in primis illud occurrit, Sacerdotem Davidi & ſociis primo quodammodo recuſaſſe panes illos dare, ſed deinde conceſſiſſe, ea conditione tamen, ut ipſe & ſocii puri eſſent. Nominatim vero fieri mentionem videmus de munditie à mulieribus, quandoquidem Sacerdotes ipſi, quum per vices ſuas Dei cultui vacarent in Sanctuario, debebant ab uxoribus ſuis abſtinere. Minime id quidem quaſi non licitum eſſet matrimonium: nam quod Apoſtolus longo poſt tempore ſcripſit, veriſſimum eſt, & Deus non eſt ſibi contrarius, qui neque naturam, neque voluntatem mutat, & matrimonium voluit inde ab omni ſeculo omnibus hominibus eſſe commune. Sed quoniam Sacerdotium illud Leviticum quodammodo repræſentabat perfectionem, quæ eſt in Domino noſtro Jeſu Chriſto plus quam humana, imo plus quam Angelica, idcirco Sacerdotes abſtinebant ab uxoribus, quum per vices Domino ſacra faciebant. Quod ergo hinc Papiſtæ inferre voluerunt, mera fuit ſuperſtitio & ridicula quædam imitatio. Dicunt enim hodie ſacrificulos ſuos quotidie officium facere in Chriſto offerendo: ac proinde oportere illos perpetuo abſtinere à mulieribus. Sed, obſecro, quis juſſit illos quotidie, ut faciunt, ſacrificare? Nam quicquid prætexunt, diabolica illa miſſæ blaſphemia nititur, quaſi ipſorum ſit officium offerre Deo Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Atqui nullum hodie ſacrificium aliud eſt, per quod poſſimus ad Deum accedere, niſi unicum illud omnibus fidelibus commune Domini noſtri ſemel in cruce oblatum ſacrificium. Deinde Paſtorum officium eſt, animas Deo per Euangelii prædicationem, ut Paulus loquitur, offerre. Quamobrem abuſus ille Papiſticus ſatis apparet, & ultro evaneſcit: ſed alia fuit legalis illius oblationis ratio, in qua oportuit perfectionem quandam pluſquam Angelicam ritibus quibuſdam externis repræſentari, ut nimirum veteres illi Patres cognoſcerent, eum, qui mundum erat Deo reconciliaturus, non eſſe tanti tamque excellentis muneris capacem, niſi omnem humanam corruptionem ſpoliaret, nihilque terrenum aut commune cum reliquis haberet, ſed ipſos etiam beatos Angelos dignitate & excellentia & ſanctimonia longe ſuperaret. Nos igitur hinc utilem doctrinam eruamus, nempe cavendum ſummopere, ne in abuſus illos Papiſticos incidamus, quibus Sacerdotes ſuos aiunt non oportere matrimonio pollui, ac proinde ne Sacroſanctum illum vitæ ſtatum contemnamus

tanquam

Digitized by Google

cios non condemnandus eſt, neque David etiam lapſus hac in parte dici poteſt: ſed potius innocens, quem, ſi quid erat peccati, Sacerdos potuiſſet admonere. Datos igitur panes David ſine culpa & accepit & retinuit. Si quis autem excipiat, Sacerdotem Davidis importuna petitione fuiſſe coactum: dicimus, nullam hic apparere factam Sacerdoti à Davide vim, ſed ſolam illi ſuam expoſitam neceſſitatem. Hæc igitur inter ſe conjuncta ſunt, Sacerdos ſi Davidi dare panes propoſitionis ſine peccato potuit, Davidem etiam itidem ab ipſius manu ſine peccato potuiſſe recipere. Sed ipſemet Dominus noſter Jeſus Chriſtus hanc quæſtionem 12. cap. Matth. ſolvit, quum ipſius diſcipulos Scribæ reprehenderent, quod die Sabbathi tranſeuntes per ſata frumenti, ſpicas evellerent, & ad comedendum manibus illas fricarent. Næ fame coactos feciſſe id diſcipulos neceſſe eſt, qui non ut profani homines, ut luxurioſi aut ambitioſi, ſuis cupiditatibus agebantur tranſverſi, aut ad explendas libidines multa patiebantur. Sed ab omnibus iſtis vitiis alieniſſimi magiſtrum ſuum ſequebantur, qui magno labore & cura regionem illam peragrabat, ut Dei Patris regnum promoveret, miſeroſque peccatores ad viam ſalutis revocaret. Itaque diſcipuli ipſius cum humilitate & obedientia Deo ſervientes ipſum ſequuti, famem aliquam paſſi ſunt; ideoque tranſeuntes per ſata, ſpicas aliquot evellere cœperunt, & manibus terere, ut aliquo ſe ſuſtinerent alimento. Scribæ vero, tanquam ſeveri judices, illos accuſant, & tanquam violati Sabbathi reos Domini noſtri Jeſu Chriſti diſcipulos faciunt: non quidem diſcipulorum tantum dedecus procurantes, ſed magis Dominum & Magiſtrum Sabbathi violatorem & contemtorem declarare cupientes. Iſtis vero Dominus noſter Jeſus Chriſtus reſpondit, Non legiſtis quid fecerit David, quando eſuriit ipſe & qui cum eo erant, quomodo intravit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque eis qui cum eo erant, niſi ſolis Sacerdotibus? In quo tamen à Deo non eſt reprehenſus. Quin & Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſummus rerum Judex & arbiter ore proprio Davidem abſolvit. Ac proinde quæſtionem omnem hic tolli oportet, de qua ipſemet Dominus noſter Jeſus Chriſtus, penes quem ſumma auctoritas eſt, ſententiam tulit: ſed, age, quo fundamento nitatur ipſe Jeſus Chriſtus expendamus. Rationem enim addit, quia filius hominis Dominus eſt etiam Sabbathi: quibus verbis indi-

[...] exempli gratia, ſi forte contigiſſet egenum aliquem & miſerum hominem Sanctuarium prætereuntem animi deliquium pati, quod Sacerdos animadverteret, profecto apparet, hominem illum, licet non poſtulantem neque loquentem, tanquam in articulo mortis conſtitutum ab ipſo Sacerdote ſuſtentandum fuiſſe, & non fuiſſe peccaturum adverſus legiſlatoris intentionem: quod non ſint verba tantum legis attendenda, ſed ipſius maxime ſubſtantia. Quandoquidem igitur Sacerdoti licuit de vita periclitantem aliquem hoc pane ſancto adjuvare & reficere, Davidem etiam Sacerdos his panibus ſublevans, non peccavit adverſus Dei mandatum: præſertim cum illum exiſtimarit publicæ utilitatis cauſa in tantum diſcrimen veniſſe, & tanta neceſſitate premi. Atque hæc ſunt fundamenta facti illius Davidis, quod ſpeciale aliquod Dei privilegium ad actum ſemel illi à Deo conceſſum propter legis tranſgreſſionem minime dicendum eſt; ſed divinum beneficium, & liberalitas à legiſlatoris pura intentione manans. Quum igitur Dominus noſter Jeſus Chriſtus ait, non licuiſſe Davidi de panibus illis edere, non ſic intelligendum, quaſi nefas eſſet aut omnino prohibitum de illis edere. Notum enim eſt, quicquid Deus condemnat, non poſſe unquam tanquam bonum probari. Ac licet contra homines ſentiant, Dei tamen firmam ratamque ſemper eſſe ſententiam: quod igitur Dominus noſter Jeſus ait, non licuiſſe Davidi edere de panibus illis, ex uſu communi loquutum eum eſſe ſciamus. Quemadmodum exempli gratia non licuit die Sabbathi carnes ad ignem aut panem coquere, neque rus proficiſci, neque ligna domi findere, quæ omnia Lege prohibebantur, ea tamen conditione niſi neceſſitate aliqua cogerentur. Itaque notandum eſt, hanc permiſſionem Davidi factam, non fuiſſe contra legem ſpeciale aliquod privilegium. Atque hoc eſt diligenter obſervandum, quoniam ingenioſi ſunt hac in parte homines in quærendis effugiis quibus hoc vel illud ſibi licere perſuadeant, & nominatim Sanctorum exemplis ſua facta probare conſueverunt. Obſervandum igitur, Davidem, licet uſus ſit panibus propoſitionis, quos Deus ſolis Sacerdotibus reſervari juſſerat, non tamen divina ſententia condemnatum, quod legiſlatoris intentio eſſet legem vim ſuam obtinere ſi nulla neceſſitas in contrarium traheret. Hoc ita eſſe, ex iis apparet quæ ante diximus, cur Deus vellet ſolos Saeerdotes iſtis panibus veſci, non autem communes fieri. An enim miſero homini fame pereunti non fuiſſet iſtis panibus ſuccurrendum? quod Deus

Digitized by Google

rebus anguſtis & difficilibus adjuvare. Porro certum eſt, quod quemadmodum charitas eſt ejus totius perfectio: ſic etiam clementia & manſuetudo erga miſeros, eſt Deo gratum ſacrificium. Quandoquidem igitur Deus ipſe per Prophetam declaravit hac panum propoſitionis oblatione non impediri miſericordiam in proximum, in neceſſitate conſtitutum, Scribas oportuit divinæ ſententiæ acquieſcere. Dominus itaque noſter Jeſus Chriſtus aperte declaravit, Davidem non aſſumſiſſe ſibi aliquam adverſus Legem auctoritatem, ſed fideliter in Dei voluntatem & Legis intentionem reſpexiſſe. Sic etiam Sacerdotem apparet ex ſua parte fuiſſe perſuaſum, nihil à ſe hac in parte peccari, Davidi panes illos permittentem, ſed cum Legiſlatoris voluntate & intentione permiſſionem illam convenire. Hinc utilis nobis eſt eruenda doctrina, nempe Leges omnes Cerimoniales ad amicitiam proximi eſſe referendas, & ad eam exigendas, ut ſi-rerum iſtarum terrenarum aliquo deſiderio teneantur, Deique gloriæ illas anteponant. Sed jam loquor de cerimonialium mandatorum externa obſervatione, quæ ad iſtam humanitatem, & charitatem, ita ſunt conformanda, ne Deum à ſeipſo diſtrahamus. Sed Deum novimus cerimonias hominibus ſic præcepiſſe ad ſui cultus obſervationem, ut iiſdem ad charitatem potius deducamur, quam arceamur.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate ſupplices facti, agnoſcamus infinita peccata, quorum rei coram ipſo ſumus, eumque precemur ut indies noſtri miſereatur, peccatorumque noſtrorum memoriam deleat, & interim Sancti ſui Spiritus virtute ſic in nobis operetur, ut ab omnibus maculis repurgemur, & nobis & terrenis cupiditatibus renunciantes pedetentim ad ipſum accedamus, donec ad plenam ipſius gloriæ fruitionem perveniamus. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam precabimur, ſed omnibus, &c.

HOMILIA SEPTUAGESIMA OCTAVA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XXI.

7. Erat autem ibi vir quidam de ſervis Saul in die illa intus in tabernaculo Domini, & nomen ejus Doëg Idumæus, potentiſſimus paſtorum Saul.

8. Dixit autem David ad Achimelech, Si habes hic ad manum haſtam aut gladium? quia gladium meum & arma non tuli mecum, ſermo enim Regis urgebat.

9. Et dixit Sacerdos, Ecce gladius Goliath Philiſtæi, quem percuſſiſti in valle Terebinthi, eſt involutus pallio poſt Ephod: ſi iſtum vis tollere, tolle, neque enim hic eſt alius abſque eo: & ait David, Non eſt huic alter ſimilis, da mihi eum.

10. Surrexit itaque David, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis Regem Geth.

11. Dixeruntque ſervi Achis ad eum, Numquid non iſte eſt David, Rex illius terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes, Percuſſit Saul mille, & David decem millia.

12. Poſuit autem David ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde à facie Achis Regis Geth.

13. Et immutavit os ſuum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in oſtia portæ, diffluebantque ſalivæ ejus in barbam.

14. Et ait Achis ad ſervos ſuos, Vidiſtis hominem inſanum: quare adduxiſtis eum ad me?

15. An deſunt nobis furioſi, quod introduxiſtis eum, ut fureret me præſente? hiccine ingredictur domum meam?

IN quantas difficultates David inciderit, & quam graviter tentatus fuerit, hactenus audivimus: quum nullum aliud ipſi ſupereſſe perfugium, quam Domini Sanctuarium, & nullum alium ad placandam famem cibum, quam panes illos Propoſitionis, quos ſolis Sacerdotibus Deus dicarat, vidimus. Jam ſequitur, illum etiam à Sacerdote gladium, vel aliquod aliud armaturæ genus petiiſſe, & à Sacerdote Goliathi gladium accepiſſe, repoſitum in Sanctuario ad perpetuam memoriam inſignis illius victoriæ, quam

Digitized by Google

dicet: itaque ſæpe quum ingentes montes noſtris oculis objiciuntur, quibus intercipimur ſine ſpe auxilii, ipſemet viam aperit & patefacit: ſi immanes gurgites objiciuntur, pontes, quibus ſine diſcrimine illos transeamus, objicit. Denique omnibus ad noſtram ſalutem neceſſariis providet, adeo ut reipſa experiamur, nihil eſſe tutius meliusve, quam nos ipſi totos permittere, ut acceptam illi feramus vitam noſtram, & totius vitæ curriculum, certo perſuaſi res omnes creatas in ipſius eſſe poteſtate, quibus, quum opus erit, ad noſtrum auxilium utatur, & impedimenta omnia ac difficultates facillime ſuperet, quibus alioquin facile terreremur. Ac licet totus orbis in nos conjurarit, Dei tamen unius providentia nobis ſufficiat. Hæc itaque valde utilis doctrina proponitur in verbis illis, quibus David gladium Goliathi repperiſſe apud Sacerdotem dicitur. Jam ante declaravimus, rem bonam ſanctamque fuiſſe, dicationem illam gladii iſtius in Sanctuario, tanquam ſignum perpetuum victoriæ illius, quam David de Goliatho reportaverat, non virtute quidem propria, ſed cœlitus immiſſa, congreſſuro alioqui Davide cum tam immani gigante viribus longe imparibus, niſi Deus ipſe vires & animos ipſi ſuffeciſſet: quandoquidem arma illa, quibus eum Rex armari ad pugnam properantem voluerat, abjecerat tanquam ſibi potius impedimento quam adjumento futura. Quare ſi ſimpliciter factum illud Saulis, gladium Deo dicantis, intueamur ſine prava Saulis mente & intentione, certum eſt, hanc oblationem fuiſſe divinæ laudis teſtimonium, & tanquam ſacrificium Deo gratum & acceptum. Verum, ut ante diximus, profani homines & hypocritæ ſolent ſua vitia & pravos affectus Dei gloriæ prætextu tegere. Sic exempli gratia, ſi ob partam aliquam victoriam ignes accendantur: ſi in templis detracta hoſtibus ſpolia & vexilla ſuſpendantur in perpetuam victoriæ memoriam, videntur iſta quidem publica quædam proteſtatio divinæ benevolentiæ, cujus auxilio victoria parta ſit, ſed tamen hac ratione ſuæ gloriæ etiam homines ſtudent, qui nihilominus Dei gloriæ maximo ſtudio ferri videri volunt. Quemadmodum olim Propheta conquerebatur de iis, qui Domini altare victimis onerabant, quaſi omnia ſua Deo accepta ferrent, deberique agnoſcerent: ſed interim ſibiipſis retique ſuo ſacrificabant, ſuæque virtutis induſtriæ adſcribebant, & apud vulgus prædicabant. Verum quæcunque mens Saulis fuerit, Deus gladium iſtum Goliathi ſua providentia in uſum Davidis reſervari voluit. Cæterum mentio quædam obiter interjicitur Doëgi, qui *potentiſſimus paſtorum Saul fuiſſe* dicitur. Sed in explicanda iſtius auctoritate diutius non immorabimur, ſi quidem non uno loco dici omnia poſſunt: ni-*Domini*: & videtur eo peculiari quadam religione ductus veniſſe. Nam ſi ibi tantum habitaſſe diceretur, aut caſu aliquo in Sanctuario fuiſſe, non poſſet ad Dei cultum illa manſio referri, ſed ea præſentia, de qua hic ſermo injicitur, oſtendit eum, religione adductum, preces apud Deum fudiſſe, & pietatem præ ſe tuliſſe, quod in locum eum ſeceſſiſſet, quem ſibi Deus elegerat, in quo nomen ſuum invocaretur: hodie vero mera ſuperſtitio & idololatria habenda eſt, ſi quis peculiarem aliquem religioſum locum ad preces habet, quemadmodum hodie Papiſtas videmus magnum quendam cultum Dei in ſuis illis peregrinationibus conſtituere, & ab omnibus criminibus abſolutionem imaginari, quum ex voto Jacobi vel Dominæ Laurentanæ ſacellum vel ſacrum, quod vocant, ſepulcrum perluſtrarint, vel ludicris quibuſdam cerimoniis, quas ſibi finxerunt, Deum ſibi devinxerint. Sane quamdiu populum ſuum Deus ſub Legis figuris & umbris gubernavit, non fuerunt illa exercitia reprobanda. Quemadmodum & Davidem ipſum in magnis ſuis ejulatibus de hoc uno queri videmus, non licere ſibi cum Domini grege convenire, & laudes ipſius in fidelium cœtu decantare, fidemque ſuam profiteri: factum igitur iſtud Doëgi, cujus hic fit mentio, per ſe quidem bonum & ſanctum fuit, quum dicitur Doëg in Sanctuario, tanquam in Dei præſentia, fuiſſe: ſed ita ſolent hypocritæ ritibus externis ſummam devotionem & religionem profiteri, Dei tamen gloriæ in cordis penetralibus parum ſtudioſi. Hoc noſtris temporibus ſatis conſpicuum eſt in multis primariæ dignitatis & auctoritatis viris, qui miſſam unam aut alteram audire quidem cupidiſſime ſe ſimulant, & tamen pravas ſuas cupiditates animo volvunt & repetunt, quas vel domi vel in cubiculis vel palatiis ſuis verſare animo per otium non potuiſſent, niſi ſanctæ miſſæ devotio mentes illorum ſic retineret. Sic pleroſque alios videas in Papatu ſuas illas precatiunculas, quas Pater noſter & Ave Maria vocant, ingeminare, horas ſuas demurmurare, & ab altari in aliud altare decurrere, ſummam religionem præ ſe ferentes. Sed quales, obſecro, ſunt illorum ut plurimum cogitationes? Alii de uſuris cogitant, alii cædes meditantur, alii adulteriis uruntur, alii ambitione & cæteris hujusmodi vitiis animos ſuos explent. Denique quum Doëgum in Sanctuario fuiſſe legimus, tanquam in imagine viva contemplamur eos, qui magnum quidem Dei zelum foris ſimulant, & tamen intus turpiſſima flagitia nutriunt, Deumque irrident, nomenque ipſius ſacroſanctum profanant. Et quidem iſta Doëgi ſimulatio procul à vera pietate, divinique cultus reverentia abſuiſſe videtur, quum Davidem ad Saulem falſo detulit, & Sacerdotum, ut deinceps

Digitized by Google

odium in ſe concitaſſet, & nominatim egregio & memorabili illo facto, cum Goliathum profligarat & interfecerat. Quare cum Davidi nullus alius ſupereſſet ſalutis locus quam in hoſtium capitaliſſimorum manus confugere, ſignum eſt, ipſum in maximis anguſtiis fuiſſe & veluti deplorata ſalute, vitaque à filo pendente, non potuiſſe niſi horrendam crudelitatem & ſævitiam Philiſtæorum in ſe exſpectare. Ex quo apparet, à Domino Davidis fidem & patientiam ad vivum uſque fuiſſe exploratam. Quæ doctrina hodie nobis eo magis eſt neceſſaria, quo ſumus delicatiores in iis ferendis calamitatibus, quas Deus immittit. Nam vel minimo ictu percuſſi, ſtatim dejicimur, &, ſi Deus ictus ingeminarit, nimium ſevere nobiſcum agi querimur: ac licet non palam & aperte in querelas effundamur, nihilominus tamen intus dolorem coquimus & obmurmuramus: quandoquidem igitur tam fragiles, tamque impatientes ſumus, ut calamitatum & afflictionum explorationem ferre non poſſimus, eo majore cura & attentione, quæ de Davide hic commemorantur, animo noſtro ſunt expendenda. Nam hodie multi ſuam fortitudinem prædicant, & ſe mira quædam paſſos pro Dei cultu perſuadent: ſed quis ſe in tantam perſequutionis ſævitiam & furorem veniſſe jactabit pro religione Chriſtiana tuenda, ut coactus ſit in hoſtium manus ſe conjicere tanquam unicum vitæ profugium? Veluti ſi aper canes fugiens in venabulum irruat: aut cervus à canibus ſic urgeatur, ut metu ſe det in puteum præcipitem: quod quum Davidi contigiſſe videmus, diſcamus nos ad ea, quæ Deus immiſerit, patienter ferenda componere. Ac ſi forte ſenſus noſtri tam debiles fuerint, ut nihil perficere poſſimus, Deum ardentioribus votis ſollicitemus, ut vires ipſe nobis ſufficiat: quod poteſt, & re ipſa etiam facit, quod in Davide Dei ſervo tanquam in ſpeculo nobis licet contemplari. Cæterum tentatio illa gravior fuiſſet, Davidemque gravius potuiſſet afficere, ſi verborum lenocinio & blanditiis fuiſſet ab hoſtibus delinitus: nam fieri poterat, ut Philiſtæi Davidem transfugam exiſtimantes, & Regem Saulem ipſi infenſum perſequi ad pœnas fugientem, eum cum gaudio exciperent, & blandis verbis in cantum delinirent: pulchre ſecum agi putantes, ſibique gratulantes, talem tantumque virum ab Iſraëlitis defeciſſe. Atque iſta fere ſunt primariorum virorum artes, hæc ſtudia, ut eos ad ſe pollicitationibus pelliciant, quos viros fortes fuiſſe, & multa pericula ſubiiſſe & egregie multa geſſiſſe belli tempore viderint, ut non amplius hoſtes fuiſſe meminerint. Sibi igitur Achis adventum Davidis gratulari poterat, & virtutis illius memor, hoſtem obliviſci, & amicum ex hoſte facere conari, quandoquidem rebus anguſtis ad ſe confugiſſet. Tantundem igitur de hoſtium viribus detractum videbatur: ac proinde non illi imputandum, ſi pro patria & Rege

porrexiſſet, & admiranda ratione ex mortis faucibus eripuiſſet? Neque enim apud homines conſuetum eſt, ſtultitiam ſimulantem hoſtibus imponere, & impune dimitti non animadverſa fraude. Aut ſi revera David inſanus fuiſſet, an non multos ex gente illa, & quidem ipſum Regem interficere poterat, cujus non majorem quam aliorum rationem habuiſſet in inſania? Cujus facti ſi rumor ad alios perveniſſet, tot ab inſano illo interfectos Philiſtæos, certum eſt, non tantum ludibrio, ſed odio ſummo habitum iri, & omnium concurſu obrutum iri. Deus itaque potentiam ſuam demonſtrare, & impedimenta omnia tollere voluit, quibus ipſius gloria vel tantillum obſcuraretur. Interim metuiſſe ſibi David dicitur à Rege Achis, & idcirco inſaniam, apud Regem deſpumando, & in faciem ſuam exſpuendo, & in parietibus ſigna quædam pingendo, & in manus eorum, à quibus ducebatur, collabendo, & in oſtia impingendo, ſimulaſſe: atque hanc rationem vitæ ſuæ conſulendi tum exeogitaviſſe. Hic igitur merito quæri poteſt, Deuſne ſimulationem iſtam Davidis probaverit, an ſecus. Jam autem ante declaravimus, Deum preces ſervorum ſuorum exaudientem, non ſemper ad eorum perfectionem, à quibus in neceſſitate invocabatur, reſpexiſſe: etſi mox videbimus Davidem proteſtari, ſe Domini auxilium expertum eſſe in ſumma neceſſitate, quod purum & integrum ſe reperiſſet. Verum non ea Davidis mens fuit, ut ſe in omnibus juſtum coram Deo faceret, quaſi nulla in re peccatum à ſe fuiſſet: quare Davidem inſaniam ſimulantem peccaſſe fatendum eſt: non minus quam quum Achimelecho Sacerdoti mentitus eſt, quum dixit ſe mandatum aliquod à Rege habere arcanum, & ab eo gladium aliquem aut telum petiit: & ſequente capite videbimus, Davidem non modo mendacium agnoſcere, ſed etiam lugere & ingemiſcere, quod tot Sacerdotum morti occaſionem dediſſet: quibus rebus ipſum vehementer tentari & exagitari oportuit. Et ſane minime dubium eſt, quin animi magnis perturbationibus agitatus ſit, ut ſuperfluum ſit excuſationem facti iſtius quærere. Verumtamen Dei auxilium hac ratione ipſum expertum eſſe conjicere poſſumus. Nam David videtur ſenſus omnes minutaſſe, ut nemo ſimulationem illam eſſe ſuſpicari potuerit, ſed ſola inſaniæ ſigna apparuerint, ut judicare poſſimus, non ſine aliquo Dei afflatu Davidem inſaniam ſimulaſſe: ſed non ideo tamen in exemplum iſta ſimulatio trahenda eſt, & nobis ſimilia permittenda Davidis exemplo abutentes, vitiumque noſtrum tegentes: nam Deus aliquando ſpeciali quadam ratione operatus eſt, quam non liceat aliis imitari. Quamobrem diſcrimen conſtituendum eſt inter communes & generales regulas & privilegia, quibus aliquando Deus uti voluit, quæ tamen non ſunt in legem trahenda. Quod ergo de Davide

legimus,

Digitized by Google

… & pro mundi peccatis paſſum eſſe. Abſurdum enim & rationi repugnans videtur, eum, qui vita eſt, ſeſe ad mortem expoſuiſſe: eum, qui bonorum omnium fons eſt, pauperem pro nobis eſſe factum: hæc, inquam, ſenſibus humanis plane abſurda videntur, & rationi contraria: quam ob cauſam Paulus dicit, Deum, quoniam mundus nihil proficeret in Dei ſapientia, voluiſſe per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes. Sane quum cœlum & terram, & quæcunque in ipſis ſunt, divina opera contemplamur, magnum argumentum habemus, nos totos ad Dei cultum applicandi, fiduciam noſtram in ipſo collocandi, ipſum in rebus anguſtis invocandi, & omnia bona ab ipſius gratuita bonitate manare agnoſcendi. Magnum, inquam, argumentum homines habent in contemplatione divinorum operum ipſum Deum agnoſcendi, & precibus ſollicitandi, quum præſertim ipſius potentiæ & bonitatis tam multa in rebus omnibus creatis appareant teſtimonia: verum homines in iſtis plane cæcutiunt: qui Dei bonis vehementer ad omnem intemperantiam abutuntur, & ipſorum auctorem non agnoſcunt, ſed quo pluribus bonis replentur, eo majorem animi ingratitudinem, majoremque cæcitatem ſuam produnt: hanc igitur ob cauſam Paulus dicit, quia in Dei ſapientia Deum non cognovit mundus per ſapientiam, placuiſſe Deo per aliam rationem, nempe per Euangelii prædicationem ſalvos facere credentes: ſed hoc Euangelium ait eſſe ſtultitiam. Hoc ipſum jam in iſto Davidis facto licet intueri, qui Domini noſtri Jeſu Chriſti figura fuit: nam ridiculum erat, Davidem inſaniam ſimulare, in barbam exſpuere, deſpumare, & in brachia eorum collabi à quibus ducebatur, & impingere in oſtia & parietes: ſed nihilominus tamen Deus hanc ipſum ſervandi rationem ſequi voluit: & ſane David inde liberatus, Deo tam inſignem gratiarum actionem egit, ut perſuaſum nobis eſſe debeat, Deum hoc opus ſibi tribui voluiſſe. Nam Pſal. 34. à Davide eſt compoſitus eo fine, ut palam profiteretur, ſe non induſtria ſua, ſed unius Dei auxilio fuiſſe ex tanto diſcrimine, & ipſis mortis faucibus ereptum. Ac ſane ni res ſic ſe haberet, non tam repente illum Achis à ſe dimiſiſſet: ſed in vincula potius conjeciſſet, ſpatiumque inſaniæ detegendæ accepiſſet. Sed Deus ipſius oculos ſic excæcavit, ut ſtatim conſpecto Davide, inſaniam ſimulante, ſit indignatus, eumque dimiſerit, ſuos increpans, quare hominem inſanum & furioſum ad ſe adduxiſſent. Qua in re manifeſta Dei providentia apparet, ut non ſit dubium, quin Deus … in ſummis anguſtiis expertus eſſet. Quibus verbis David nominatim iſtam liberationem Deo tribuit, cujus ratio tamen ridicula videbatur: & meminit etiam eo Pſalmo famis, quam paſſus erat. Neque enim abs re dicit, leones ſæpe famelicos eſſe, & prædam non invenire rugientes: ſed Deum timentibus nihil unquam defore. Sane David famem aliquam paſſus erat, quum nullibi vel fruſtum panis, niſi in Sanctuario potuit reperire: ſed in eo tamen Dei favor apparuit, quod Propoſitionis panes, Deo dicati, ſunt illi urgente fame traditi. Hinc itaque diſcamus Dei erga nos benefacta tanti facere, quanti debemus: nam quo gravioribus periculis & urgentioribus neceſſitatibus undique premi videbimur, ſi Deus auxilium laborantibus attulerit, eo majus paternæ ipſius curæ teſtimonium habebimus, quo ad ipſum dignis laudibus celebrandum magis ac magis excitemur. Sed quanta hominum eſt ingratitudo: nam ambitioſos homines, & alios opulentos viros, quorum menſæ bonorum omnium plenæ ſunt, adeo ingratos videas, ut Deum non agnoſcant ſuum nutricium, nec bonorum copiam acceptam ipſi ferant. Quamobrem, obſecro? Nempe quoniam oculos ultra ſuas divitias non evehunt, & in bonis ac facultatibus ſuis conquieſcunt: ſed quum Deus in illas difficultates nos conjicit, è quibus nulla eſt ſpes evadendi, tum vel invitos cogit ad ſeipſum aſſurgere, & re ipſa agnoſcere, ſe à Deo ſolo foveri & nutriri. Quare nimium ingrati ſunt homines, niſi tantum Dei beneficium agnoſcant, & nullam ignorantiæ excuſationem prætexere poſſunt, quum Deus tot benefactis paternam ſuam bonitatem nobis patefaciat, quam niſi agnoſcant, merito rebellionis & contumaciæ accuſantur, & rei ſunt. Sic exempli gratia, ſi peregrinanti nulla domus per longum tempus occurrerit, in quam divertat, & deinde caſu in tugurium aliquod incidat in quo humaniſſime recipiatur, profecto niſi plane ſtipes eſt, Dei beneficio & favore tantum ſibi beneficium contigiſſe fatebitur: quod etſi beneficium memoria ſtatim effluat, tamen inexcuſabiles coram Deo redduntur homines, quos laborantes tam extraordinaria ratione juvit. Contra vero hic David, quem ſibi ſatisfacere non poſſe in Dei gratia prædicanda videmus, quod famelico panem dediſſet, unde merito concludit, quærentes Dominum non minui omni bono. Atqui David ipſe famem paſſus erat: ſed opportuno tempore Deus illi remedium adverſus famem exhibuerat: ac proinde negat, illam fuiſſe indigentiam. Nam fideles, Dei miſericordia freti, nunquam rebus neceſſariis deſtituentur, neque Deus ipſos labo-

Digitized by Google

facientes mala, ut oſtendat ſe à Domino ſervatum in mediis periculis adverſus Doëgi malitiam, à quo fuerat apud Regem Saulem delatus. Gloriatur igitur David de Dei cuſtodia, non tantum Domini oculos inquiens eſſe ſuper juſtos, & aures ejus in eorum preces eſſe intentas: ſed etiam Angelos Domini eſſe cuſtodes in circuitu timentium ipſum, & ipſorum potentia protegi, quum ad Deum recurrunt. Quam ſententiam multis quidem verbis perſequitur, & tandem ita concludit, Quis eſt homo, qui vult vitam, & qui diligit dies videre bonos? ad Deum in integritate & ſinceritate confugito: linguam ſuam à malo prohibeto, & labia ſua ne loquantur dolum, divertito à malo, & facito bonum. Quibus verbis docemur, fideles variis etiam Dei caſtigationibus obnoxios eſſe, à quibus non prorſus eximuntur, ſed tamen opportuno tempore liberantur. Neceſſaria profecto nobis hoc tempore doctrina, quæ longiorem quidem tractatum mereretur, ſed cujus tamen ſumma nobis ſufficiet, ut præſentem hiſtoriam ad noſtram inſtructionem applicemus. Davidem igitur nobis ſi tantum proponamus, Philiſtæorum minas intuentem, à quibus correptus, & ad Regem ductus, ad mortem poſtulabatur, & eundem magno metu perculſum, hæc hiſtoria noſtris ſenſibus valde frigida & ridicula videbitur: ſed ſi ad eam doctrinam reſpexerimus, quæ ſupra dicto Pſalmo nobis proponitur, in qua intuemur, tanquam in ſpeculo, Davidem hinc quidem de vita deſperantem & ad mortem damnatum, inde vero ad Deum aſſurgentem, ſupra juſtos vigilantem, & attentas aures habentem ad eos qui ad ipſius auxilium fugiunt, Dei providentiam & bonitatem totis animis ſuſpiciemus. Quicquid igitur David humani paſſus eſt in tantis illis anguſtiis, adeo quidem ut inſanum & fatuum ſimulare coactus ſit, ad Deum tamen precibus confugere illum non deſtitiſſe certum eſt. Illum quidem ſane magno metu perterritum fuiſſe non imus inficias: neque enim fideles ſunt ſenſus omnis expertes & impaſſibiles, ſed præſentibus malis afficiuntur & commoventur: at non tantus ille timor fuit, à quo Deum invocare fuerit impeditus. Neque enim ſe à Deo preces ſuas exaudiente adjutum dicit, niſi quoniam ipſe mentem ad Deum direxit. Pſalmus igitur iſte nobis eſt inſtar ſpeculi, in quo Dei bonitatem intueamur, Davidem ex ipſa morte liberantis: quod cum nullum évaſionis appareret periculum, in Deum tamen mentis ſuæ aciem direxerit, & ab eodem auxilium exſpectaverit. Quod ad Angelos autem, de quibus Propheta meminit, non ſunt illi natura quadam corporea & viſibili præditi, ſed ſpirituali, ut corporeis oculis à nobis conſpici nequeant: ſed tamen ipſorum cuſtodia nobis hoc loco proponitur, ut certo perſuaſi ſimus, nos, licet miſeros, & quotidie ſexcentis periculis mor-

agnovit: hujus liberationis perpetuum monumentum eſſe in Eccleſia hunc Pſalmum voluit. Quamobrem ex hoc loco Dei bonitatem ſic efferre & prædicare diſcamus, ut non tantum nosipſi fiduciam noſtram in Deo collocemus, ſed alios etiam ad idem faciendum cohortemur. Nam & ipſe David hoc loco nobis exemplo præit, quod omnes decet imitari, quum non tantum profitetur ſe à Deo adjutum, & ex mortis faucibus erutum, ſed etiam fideles omnes advocat à ſe docendos. Nos itaque etiam decet non tantum gratias agere Deo pro acceptis ab ipſo beneficiis, ſed alios quoque ad idem faciendum cohortari, & noſtro exemplo ſtimulare. Tranſeamus jam ad illa verba, quibus David dicit, *ſe Domini auxilium percepiſſe, quia in ſimplicitate & integritate coram ipſo ambulavit, & fraudibus & dolis & ab omni proximorum injuria abſtinuit.* Quibus verbis docemur, qua ratione debeamus his temporibus opem & auxilium divinum exſpectare, & ſub alarum ipſius umbra tuti eſſe. Vellemus enim, Deum, quotieſcunque premimur, & periculis urgemur, ad noſtrum auxilium accurrere: ſed, quæſo, quam illi ſuccurrendi occaſionem præbemus? Tantum enim abeſt ut coram ipſo dejiciamur, & ipſius voluntati nos ultro ſubjiciamus, ut contra ſemper ipſi reſiſtamus, & ipſius miſericordiæ viam præcludamus. Nam malum malo ſemper cumulamus, &, ſi dolis appetimur, aut injuriis afficimur, nosipſi privatas injurias ulciſci cupimus, & ſi brachiis aut manibus non poſſumus, vel ipſis dentibus premere perſequentes non deſiſtimus, & interea Deum noſtræ cupiditatis & animoſitatis vindicem expetimus. Sed hominum malitia mendacem Deum nunquam efficiet. Nam illius afflatu David olim loquutus eſt, Nos, ſi auxilium à Domino petamus, oportere ab omni malitia, fraude & violentia abſtinere. Hac ratione Dei erga nos bonitati viam patefaciemus. Verum enimvero dicat aliquis, nos ſæpe hac ratione hoſtibus noſtris prædam fieri, ſed nihilominus tamen certum eſt, Deum noſtris malis proviſurum & tempore opportuno auxilium laturum: ac proinde ſpem omnem ac fiduciam noſtram in ipſo eſſe collocandam. Atque hæc doctrina eo diligentius à nobis eſt expendenda, quo ſumus natura magis impatientes, & mala ferre non poſſumus, & præterea ſemper diffidentia & deſperatione agitamur, ut, licet nobis tam Davidis, quam aliorum, quos Deus ſuo tempore juvit, exempla proponantur, ſemper tamen aliquid objiciamus, & nos, ſi David, aut alii adjuti ſunt, non ideo tamen adjuvandos dicamus. Idcirco igitur David præcipit, ut ab omni fraude & dolo & omnibus injuriis adverſus proximos abſtineamus, & ita ſpem facit, nos ſic ambulantes, & ad Deum neceſſitate urgente confugientes, adjuvandos. Exemplo eſto in hac ipſa cauſa David, qui Saulem

nulla

Digitized by Google

ferre: nam multos quidem Ethnicos videmus, ſingulari quadam virtute, fortitudine & prudentia præditos, injurias ab aliis illatas tuliſſe: 'ſed præcipuo fundamento caruiſſe; ſiquidem verum Deum non cognoverunt, quem in ſuis difficultatibus invocarent, quinimo blaſphemas ipſorum plerumque voces audimus, quum Deus non juvit eos tam promto, quam vellent, auxilio. Sed quomodo Deus adjuviſſet eos, qui ipſum non precabantur, imo qui rabiem ſuam & virus adverſus ipſum deſpumabant, & qui Deum ſibi auxilium ferre arbitrabantur obligatum, qui tamen eum non invocabant? hanc igitur ob cauſam David hæc duo nominatim conjungit, nempe ſinceritatem & integritatem, & preces ad Deum, quibus cognoſcamus nos ſine ipſius auxilio fore omnium miſerrimos: quandoquidem natura ſumus rerum omnium egeni, & unde auxilium quæramus, non habemus, niſi ad ipſius bonitatem confugiamus, quam invocatam à nobis certum eſt ex omnibus periculis nos libe- ad ipſius verbum attenti fuerimus, & obedientiam noſtram tanquam ſacrificium gratum habeat, quum ipſi nos dedicaverimus, & de acceptis beneficiis gratias egerimus, tandemque in rectam viam ita deducat, ut tandem ad promiſſam nobis ab ipſo felicitatem perveniamus.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcamus, cumque precemur ut illa ſic ſepeliat, ut omnem corruptionem & pravam cupiditatem, fraudes, dolos, rapinas, quibus proximum lædimus, exuentes, ad ipſum aſſurgamus, & ſenſus noſtros evehamus, ut revera gregis ipſius oves agnoſcamur, & ne dubitemus, quin veri Paſtoris officio fungatur, nos non tantum adverſus omnes injurias in his terris tutando, ſed etiam ad veram beatitatem in regno æterno paratam deducendo. Neque vero nobis hanc gratiam deprecabimur ſolis, ſed etiam &c.

HOMILIA SEPTUAGESIMA NONA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXII.

1. ABiit ergo David inde, & fugit in ſpeluncam Odollam. Quod quum audiſ-
ſent fratres ejus, & omnis domus patris ejus, deſcenderunt ad eum illuc.
2. Et convenerunt ad eum omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & op-
preſſi ære alieno & amaro animo: & factus eſt eorum Princeps, fueruntque cum eo quaſi quadringenti viri.
3. Et profectus eſt David inde in Maſpha quæ eſt Moab, & dixit ad Regem Moab,
Maneat, oro, pater meus & mater mea vobiſcum, donec ſciam, quid faciat mihi Deus.
4. Et reliquit eos ante faciem Regis Moab: manſeruntque apud eum cunctis diebus
quibus David fuit in præſidio.
5. Dixitque Gath Propheta ad David, Noli remanere in præſidio, proficiſcere, & vade in terram Judæ. Et profectus eſt David, & venit in ſaltum Hareth.

VIdimus hactenus, qua ratione ſervum ſuum Davidem Deus ex imminente mortis diſcrimine apud Philiſtæos eruerit, quæ licet prima fronte intuenti ridicula videatur, quod inſaniam David ſimularit, nihilominus tamen admirabili Dei virtute perfectum eſſe certum eſt. Ac licet in ſpecie valde infirma videatur, longe tamen fuiſſe fortiorem omnibus terrenis adminiculis, quod

Digitized by Google

ram vivere: nam aere vivimus & in hominum ſocietate. Davidem autem oportet hominum ſocietate extorrem in ſubterraneis locis vitam degere: quæ ſane graviſſima fuit tentatio, ſi conditionem ipſius expendamus: vix enim periculum evaſit, quum in aliud non minus durum & acerbum incidit, ex quo judicare poſſumus, duro examini Davidem ſubjectum: ſcimus enim, quam impatienter homines perſequutionem ferant, & quam facile poſt unum aut alterum certamen in deſperationem veniant. Jam vero multis tentationibus David reſtiterat, quibus tantum abeſt, ut Deus finem imponat, ut contra ſemper aliæ ex aliis renaſcantur. Et hoc profecto David non obliviſcitur Pſalm. de quo ante egimus 34. quum ait, *multas tribulationes juſtorum eſſe: ſed de omnibus liberare ipſos Dominum.* Reſpexiſſe autem Davidem ad hanc hiſtoriam nemini dubium eſt. Quare David cognoſcens Deo placere ipſum tot tantiſque difficultatibus exercere, animos ſumit & ſeipſum iſtis verbis ſolatur, inquiens, Etiamſi juſti multa ferre debent incommoda & multis ac variis tentationibus exerceri: & modo per ignes, modo per aquas deduci variaſque tentationes tam à dextris quam à ſiniſtris pati, & omnibus eſſe ludibrio, nihilominus tamen Deum miſeriis & calamitatibus ipſorum ſemper felicem exitum conceſſurum, ut ſemper amplam Dei glorificandi materiam habeant. Ex quibus apparet, Deum variis periculis & difficultatibus ſuos exercentem, vires etiam ſufficere, & invicta conſtantia armare. Quare quum Davidis luctas & ſummas anguſtias intuemur, illarum etiam exitum ne obliviſcamur. Nam ſi in ipſius tentationes tantum oculos defigeremus, quid nobis fieret? Quum, inquam, audimus, Davidem odio implacabili Sauli Regi exoſum, variis modis agitatum, fuga tandem ſuæ ſaluti conſulere coactum, panis inopia laboraſſe, & rebus omnibus neceſſariis fuiſſe deſtitutum: in manus hoſtis capitaliſſimi deveniſſe, nullumque aliud ipſi fuiſſe ſalutis remedium, quam inſaniæ ſimulationem: inde in ſpeluncam Odollam fugiſſe, magnis denique curis, ut deinceps videbimus, confectum fuiſſe, certum eſt, non modo non datum iri materiam animos aſſumendi, Deoque nos, quum tot caſibus explorare volet, ſubjiciendi, ſed contra potius animum deſpondendi, & ab officio reſiliendi: ſed ſi ſimul iſta conjungamus, nempe Deum ſic ſuos ſervos explorare, ut ab ipſis averſus videatur, & deinde ipſum uti miſericordia, manuque ſublevare & in incertis rebus auxilium ferre non cogitantibus. Denique ſi cum afflictionibus & miſeriis illarum exitum conjunximus, amplam nobis lætitiæ materiam propoſitam cognoſcepotentia ſit nobis conſpectior, admirandis modis ſuos liberantis. Nam quorum ea fuit conditio, ut ſæpe neque Lunæ neque Solis ſplendore fruerentur, ſed in denſiſſimis mortis tenebris immerſi, vitam agerent miſeram, Deum tamen miraculoſe ex anguſtiis illis tandem eripuit. Nec dubium eſt, quin David aſſidue hanc doctrinam verſarit, quum Pſalmo vigeſimo tertio dicit, ſe, licet ambulaverit in medio umbræ mortis, non poſſe tamen ullo ipſius metu percelli: quoniam Deus ſit cum ipſo, & virga & pedum ipſius ipſum conſolentur: quaſi dicat, ſe, licet in maximis mortis periculis verſantem, in quibus ſola deſperatio reliqua videatur, non apparente ulla ratione, qua poſſit evadere, nihilominus tamen in Dei bonitate ſperaturum, fiduciamque ſuam collocaturum. Hanc itaque doctrinam uſurpavit, quum in ſpeluncam Odollam confugit, in qua omni ope humana deſtitutus fuit, donec ipſius tandem Deus miſertus eſt. Porro ex ſequentibus videri poſſet nonnihil ſublevatus adventu ſuorum, & aliquo ſolatio recreatus, quo tamen potius auctas ipſius difficultates deinceps videbimus. Nam dicuntur ad ipſum veniſſe pater ipſius cum matre, qui jam ad ætatem decrepitam pervenerant: & cum ipſis fratres ejus, & omnis domus patris. Quanta, quæſo, hic luctus & querelarum ſeſe occaſio obtulit? Nam admirandum fuit & ſtupendum, pro Regia corona, quæ Davidi Samuelis miniſterio promiſſa fuerat à Domino, totam Davidis familiam periclitari, & tanquam piaculum haberi, & illi populum infenſum & factum hoſtem capitaliſſimum, quod Samuelis miniſterio Rex deſignatus unctione ſacra fuerat & inauguratus. Profecto tota patris domus probe noverat Davidem à Deo Regem deſignatum, etſi jam Saul illum perſequeretur: ſed etiam contra videt, Davidem non modo profugum, & tanquam ad mortem condemnatum eſſe, omnibus exoſum, ſed etiam eo miſeriæ redactum, ut in ſpeluncis tanquam in ſepulcro vitam tueri cogeretur: quo caſu David viciſſim vehementer commoveri poterat, & tanquam letali vulnere affici, quum patrem videret in has difficultates propter ſe conjectum, & reliquos etiam cum ipſo cognatos iiſdem difficultatibus urgeri. Superius autem vidimus veniſſe Davidem in fratrum contemtum & odium capitaliſſimum. Jam vero coguntur illum miſerum exulem & patria extorrem, quem omnes perſequuntur tanquam perfidioſum & facinoroſum, comitari. Tale igitur fuit iſtud ſolatium, quod ex parte Davidis triſtitiam & dolores graviter poterat augere, ex parte autem lenire. Hanc rationem in ſuis explo-

randis

Digitized by Google

rationi conſentanea, quum nimirum ad Davidem conveniſſe dicuntur qui erant in anguſtia conſtituti & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factum eſſe ipſorum Principem. Abſurdum igitur videtur, & maximo cum offendiculo conjunctum, Davidem ducem fuiſſe dictum latrunculorum & eorum hominum qui fidem fregerant. Nominatim enim dicuntur in anguſtia conſtituti & oppreſſi ære alieno. Lues itaque maxima fuiſſe videtur tota illa hominum colluvies, quorum ſe ducem profiteri Davidi turpe fuit & indecorum, & cum offenſa Dei conjunctum. Nam qui obæratum hominem recipit in ſocietatem, certum eſt condemnatione dignum. Et quum facinoroſi homines, & pœnis digni, foventur & juſtitiæ eripiuntur, Deus ſuo ſuffragio condemnat. Quamobrem David ipſos homines in ſuam ſocietatem & tutelam admittens, maximam ſibi apud omnes conflabat invidiam, & opprobrio ſe exponebat, quod in ipſum Dei nomen redundabat, quod ab omnibus ſacroſanctum haberi debet. Nam nonne iſtiuſmodi potuerunt eſſe de ipſo male feriatorum hominum judicia? Jam à ſe David detegit qualis hactenus fuerit, quum tanta hominum colluvies ad ipſum confugit miſerorum hominum & ære alieno oppreſſorum, quibus ipſe ſe ducem præbet. Jam apparet, nihil hactenus in ipſo niſi ſimulatum & fictum fuiſſe, jam ipſius perfidia adverſus Regem detegitur. En quibus modis Dei nomen potuit impiorum hominum vocibus lacerari, conjectis in Davidem hujuſmodi dicteriis, quibus adventus iſtorum hominum occaſionem dabat. Et ſane, in hoc numero certum eſt fuiſſe multos indignos qui reciperentur, & quos David nunquam in ſuum conſortium admiſiſſet, ſi à Deo poteſtatem vel in eos animadvertendi, vel rejiciendi conſequutus eſſet. Quare ad ſuperiores, gravis etiam iſta tentatio acceſſit, ut venerit David in ſuſpicionem apud pleroſque quaſi ultro perditos homines & vitæ profligatæ advocaſſet, & in ſuam clientelam recepiſſet, pollicitus ipſis adverſus inſequentes auxilium & opem ſuam: ideoque merito ab omnibus culparetur, & in Deum graviter peccare videretur. Sed quum veniſſe ad Davidem non vocati dicantur, & ipſe in tot tantiſque difficultatibus conſtitutus non potuerit eos à ſe dimittere, dico graviſſimam ad ſuperiores hanc acceſſiſſe tentationem, quod iſtius-

hominibus nequam, flagitioſis, helluonibus, & ad quodvis flagitium paratis. Deinde videmus multum ſibi homines permittere ad bonam licet cauſam mediis tamen illicitis promovendam, quod maxime locum habet in ſumma rerum confuſione, quum juſtitiæ & æquitati nullus amplius locus ſupereſt. Nam inquiunt, Quare ego bonam & juſtam cauſam agens non uterer mediis quæ ſe mihi offerunt. Et iſtis præſertim rationibus utuntur Eccleſiæ hoſtes, adverſus ipſum Deum pugnantes, qui etſi latronum, perditorum profligatorumque hominum, ganeonum utantur opera, ſibi tamen id licere glorientur, quod non propriam cauſam agant, neque vitam ſuam aut fortunam defendant, ſed pro Dei gloria & honore laborent. En ut in rerum confuſione multi ſibi multa permittant, ſeque Davidis exemplo tueantur, qui miſeros & egenos & ære alieno oppreſſos ad ſe confugientes recepit. Verum enimvero non legimus Davidem iſtos tubæ clangore convocaſſe: ſed contra ultro ad ipſum veniſſe dicuntur, in quo videmus voluiſſe Deum ipſum explorare, & huic vituperio ad tempus ſubjicere, ut coram Deo magis ac magis diſceret & humiliari, & in nullo alio quam in Deo fiduciam collocare, & in omnibus difficultatibus ad ipſum unicum confugere. Præterea notandum, ut ante dixi, multa in ſacris ſingularia facta occurrere, quæ non ſint in exemplum temere trahenda, in quorum numero iſtud eſt reponendum. Non itaque, ſi ad Davidem iſtiuſmodi homines confugerunt, idem nobis à Deo permittitur: ſed potius docemur, precibus ad Deum confugere, ut quid facto ſit opus, quum in ejuſmodi difficultates inciderimus, ipſe nobis aperiat. Sequitur deinceps, *Davidem patrem & matrem deduxiſſe in regionem Moab, & rogaſſe Regem ut manerent apud ipſos donec ſcirent quid faceret ipſi Deus.* Quibus verbis magis exprimitur dolor & triſtitia quam David ex adventu patris & matris in regionem Moab accepit. Nec enim habebat locum ad ipſos excipiendum, & triſtis erat habitatio illa in ſpelunca, & fame etiam ipſis pereundum fuiſſet, niſi miraculoſe ipſos Deus aluiſſet. Sed præterea ſenes illos hæc vita non decebat ut perpetuis mortis terroribus agitarentur. Quamobrem alio à Davide ipſos deduci oportuit, ubi in otio degerent,

Digitized by Google

dio tui concedere ipſi debebas, ſed tu contra crudeliter in hoſtium manus tradidiſti. Ex quibus apparet, cum quantis difficultatibus David luctatus ſit, ad Moabitas confugere coactus, hoſtes populi Judaïci capitaliſſimos & perfidioſiſſimos: quod inſurgentibus adverſus Iſraëlitas inimicis, fuerint tanquam venatici canes, ad miſeros in occultis locis latentes inveſtigandos, & ad lanienam trahendos. Apud iſtos tamen David patri & matri perfugium quæſivit. Qua in re ſingulari Dei favore adjutum apparet, etſi ab ipſo Deum invocatum, ut gratiam apud Regem Moab inveniret, non hic exprimitur, quod tamen certum eſt ex Pſalmo quem ſupra citavimus. Neque enim ſine cauſa dicit eo loco, juſtum clamare ad Dominum, & Dominum exaudire ipſum, & ex omnibus tribulationibus liberare. Quare David nunquam tanta perturbatione in afflictionibus & calamitatibus excæcatus eſt, quin ad Deum acceſſerit, & precibus illum ſollicitarit, perſuaſus, divinum auxilium ſibi nunquam denegandum. Hac igitur ratione gratiam iniit apud Regem Moab, precibus nimirum apud Deum. Nam quum Deus omnium hominum corda in manu habeat, & maxime impiorum, quæ pro arbitrio flectit: ideoque pollicetur Deus, ſe effecturum, ut populus ſuus gratiam apud inimicos inveniat: certo iſtud eſt conſtituendum, Deum effeciſſe in gratiam Davidis, ut conciliaretur ipſi Rex Moabitarum, quem alioqui certum eſt fuiſſe Davidem repulſurum, vel potius in hoſtium manus traditurum. Quemadmodum ſolent Principes apud alios hominum ſanguine quærere amicitias, vel pacem redimere, & inveteratas inimicitias ponere. Sic videmus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum fuiſſe à Pilato ad Herodem miſſum, & ludibrio ejus expoſitum, ut ſibi Herodem iratum Pilatus conciliaret. Idem igitur Davidi potuit contingere, niſi Deus providiſſet, & Regis Moabitarum cor inflexiſſet ad recipiendum patrem & matrem Davidis. Verba autem illa Davidis, *donec ſciam quid faciat mihi Deus*, non ſic intelligenda ſunt, quaſi David incertus vagaretur & dubius animi. Neque enim unquam abjecit factam à Deo ſibi promiſſionem: ſed ea fretus omnes difficultates ſuperavit. Ac licet multis procellis & tempeſtatibus agitatus ſit, nunquam tamen potuit ab illo fundamento dimoveri, Deum eſſe veracem. Ac proinde, quandoquidem ipſius bonitate gratuita fuerat Rex deſignatus, Deum etiam re ipſa demonſtraturum ſe defenſorem, & nonniſi re perfecta conquieturum ſibi perſuaſit. Nihilominus tamen hæc verba ſunt hominis cum maximis difficultatibus luctantis. Ex quo loco diſcimus, pugnandum eſſe adverſus ſenſus noſtros, & omnes apprehenſiones, quum affligimus Davidem, neque fortunæ, neque fortuiti caſus aut eventus meminiſſe, ſed Dei, qui pro voluntate ſua de ſervo ſit diſpoſiturus. Licet igitur ſenſibus externis rationem non percipiat liberationis; firmum tamen hoc retinet fundamentum, Deum ſuo tempore manum ſuam exerturum, cujus providentia hæc omnia adminiſtrantur: ac licet multæ revolutiones, & tempeſtates, Dei decretum remorari videantur, & tanta rerum omnium eſſe confuſio, ut cœlum terræ miſceri videretur, tamen David hoc principio ſemper nititur, *Deum facturum*: & non tantum in genere dicit *facturum*, ſed nominatim inquit, *de me*: quaſi fateretur, ſe quidem miſerum & abjectum in ſpecie videri, ſed non dubitare tamen, quin Deus ſui miſereatur: & quandoquidem non tantum ſit ab ipſo creatus, ſed etiam Rex populi deſignatus, non fore Dei verbum inane neque mendax. En ut David non tantum nititur generali illa Dei providentia, ſed ſingulari ipſius promiſſione, quam ſibi ſic applicat, ut non dubitet quin ſui Deus miſereatur, &, quod promiſerat, ſuo tempore tandem impleat. Sequitur deinceps, *Prophetam Gath veniſſe ad Davidem, & admonuiſſe ne maneret in præſidio, ſed proficiſceretur in terram Juda*. En graviſſimam aliam Davidis tentationem: nam etſi Deus ſingularem de ipſo curam habere ſe teſtatur, miſſo ad ipſum Propheta, qui hæc mandata ad ipſum deferret: quo nuncio David certior factus eſt Deum non eſſe ſui oblitum: (neque enim David Prophetam Gath ſine juſſu Domini ſe ad hoc ingeſſiſſe exiſtimavit, ſed eum ut verum Dei ſervum agnovit, ejuſque verbis fidem adhibuit, &, ut videbimus, ſtatim obtemperavit:) nihilominus tamen difficile fuit Davidi ex illa ſpelunca ad Domini mandatum excedere, & in Judæam venire. Nam quum David pepetuo agitaretur variis timoribus, & in ſpeluncam tanquam ſolum perfugium confugiſſet, velut ab hominum conſortio exulans; ſi Deus ſervare ipſum volebat, cur ſpeluncam illam egredi jubebat, non monſtrata tamen evadendi ex periculis ratione? Egredi illum jubet ex ſpelunca, ſed an aliquo tutat exercitu? an aliquibus præſidiis illum inſtruit? Minime gentium: ſed quadringentis illis, de quibus egimus, ſtipatum jubet in Judæam proficiſci. Quo quum veniret, velut in leonum fauces pauculæ oves inciderunt. Nam quid ille cum exigua manu & imbelli poterat adverſus Saulis potentiam, qui in regione dominabatur, & tam in Judæa, quam in quavis alia parte regionis opprimere ſolo mandato ipſum poterat? David quidem ſane videbatur gratiam aliquam in Judæa, in qua natus erat, apud multos inire poſſe: verum conquerentem illum audimus alio loco, ſe ab omnibus derelictum, & quidem à proximis, à quibus auxi-

Digitized by Google

audimus, nos in Dei gratia habere quicquid expeti poteſt, doctrinam continet quam per omnem vitam meditari nos oportet, & in uſum revocare. Nam ea eſt hominum perverſitas & malitia, ut vitam tranquillam & quietam, laboris, ærumnarum, morborum, æſtus, frigoris expertem & immunem, expetant, & ipſi Deo legem imponere cupiant. Atqui nos Deus vult totos à ſua voluntate pendere: & ſic affici, ut in mediis afflictionibus gaudere non deſinamus. Alia præterea doctrina ex hoc loco eruenda, Deum providentem noſtris neceſſitatibus, licet rationem ſequatur noſtris ſenſibus minime convenientem: velle tamen & poſcere à nobis ut ejus unius voluntati acquieſcamus, quid nobis expediat, novit: ac proinde cohibeamus oculos, ne in ea, quæ non oportet, intueamur: ſed placide nos Deo regendos permittamus. Confirmatur hæc doctrina Davidis exemplo, cujus obedientia eſt inſignis. Nam alioqui blaſphemis vocibus Deum offendiſſet, ſi adverſus Prophetam obloqui & contendere voluiſſet, quod illi tamen ſenſus ratio dictare poterat: nam excepiſſet, Quomodo me Deus jubet ſpeluncam iſtam egredi, in qua licet occultus, & ab hominum conſortio veluti revulſus, non poſſum tamen Saulis erga me furorem & crudelitatem placare? Quid ergo me miſero futurum, ſi hinc in Judæam proficiſcar, niſi quod magis ac magis furorem ipſius contra me inflammabo, cujus regnum invadere velle videbor? Non iſtud ego quæro, tempus patienter exſpecto quo me Deus in regni poſſeſſionem mittat, imo paratus ſum jure meo cedere, ad ovium paſcua redire. Non ducor honorum cupiditate, non ambio Regiam dignitatem: quare ergo darem occaſionem omnibus ſuſpicandi, me velle regnum invadere? Nonne me Deus in Judæam venire jubens, videtur tanquam ingentis ſaxi mole obruere velle? quouſque tandem cum tantis difficultatibus luctabor? nullusne futurus finis malorum, niſi cum è vivis exceſſero? quomodo ego paucis ſtipatus militibus Saulis viribus reſiſtam? qua ratione denique vitæ meæ conſulam? Talibus igitur ac ſimilibus cogitationibus David poterat Gathi nuncium eludere: ſed plus apud illum verbi divini vis, quam difficultatum omnium apprehenſio, potuit. Quamobrem diſcamus, ad Dei verbum recipiendum, & ad uſum noſtrum convertendum, avertendos oculos eſſe ab omnibus objectis & difficultatibus, quibus ab officio deterreri poſſemus, & à vera ſtro Abrahamo loquens ait, ipſum crediddiſſe promiſſioni factæ ſibi de ſuo ſemine, & non reſpexiſſe corpus ſuum jam emortuum, neque uxoris ſterilitatem: ſed Deo ſimpliciter obtemperaſſe, & promiſſionibus ipſius fidem adhibuiſſe. Abrahamus igitur non ea quæ ſenſibus noſtris repugnant, & quibus ad diffidentiam, ad quam natura ſumus procliviores, ſollicitaremur, reſpexit: ſed in Deo contra ſpem ſperandum eſſe conſtituit. Certo perſuaſus, Deum noſtrum eſſe protectorem & defenſorem, etiamſi à mundo rejiciamur & nulla ſalutis ſpes appareat. Interim tamen non ſine metu aliquo fuiſſe Davidem videmus, quum in ſaltum illum procul ab hominum conſpectu venit, licet alioquin ipſum excellenti magnanimitate & fortitudine fuiſſe præditum videamus. Verumtamen animo fluctuaſſe ipſum apparet, & varias curas agitaſſe. Nam ſi Bethlehemam in patris aut cognatorum domum vacuam veniſſet, viſus fuiſſet plane confirmatus: ſed quum in ſaltu deliteſcere cogitur, in quo nulla erat habitatio, neque parandi victus ratio, ex eo apparet, ante ipſius oculos mortem fuiſſe ſemper obverſatam: ſed nihilominus tamen ipſum, quæcunque animo verſarit, in Deo ſperaſſe: nam ſi nullum periculum timuiſſet, ſeſe palam imperterritum declaraſſet. Cæterum non ignavia aut nimio metu in ſaltu illo ſubſtitit: ſed tamen periculi imminentis apprehenſione ſeſe in illo continuit, quod ni feciſſet, plane ſtupidus fuiſſe videretur. Itaque ex parte periculi ſenſu & apprehenſione delituit, ex parte vero ſingularem conſtantiam fides ipſius peperit, qua ſe Deo, quum res poſtulavit, obſequentem præbuit. Hoc Davidis exemplum nos decet imitari, ut pericula, quibus undique circumdamur, intuentes, ſolliciti quidem & anxii ſimus, quatenus Deus nobis occaſionem præbet: ſed interim non plane collabamur & animum deſpondeamus, ſed ſub umbram alarum Domini confugiamus, & aſſiduis precibus eum invocemus, ut ſua dona perpetuet, noſque ſuo favore & benevolentia protegat & tueatur. Neque vero dubium eſt, quin, ſi perſuaſi ſimus, Deum à noſtris ſtare partibus, & ferre nobis laborantibus ſuppetias eſſe paratum, pericula quibus undique cingimur & fugiamus & ſalutem conſequamur. Hoc ſi noſtris animis infixum erit, & certo perſuaſi fuerimus de Dei favore: cavendum erit diligenter, nequid ex nobisipſis ſuſcipiamus. Sed Dei verbum ſequamur, qui murus nobis erit aheneus. Quemadmodum

Digitized by Google

7. Audite me nunc, filii Jemini: numquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros & vineas, & univerſos vos faciet Tribunos & Centuriones?

8. Quoniam conjuraſtis omnes adverſum me, & non eſt qui mihi renunciet, maxime quum & filius meus fœdus inierit cum filio Iſai? Non eſt qui vicem meam doleat ex vobis, qui annunciet mihi: eo quod ſuſcitaverit filius meus ſervum meum adverſum inſidiantem uſque hodie?

9. Reſpondens autem Doëg Idumæus, qui aſſiſtebat, & erat primus inter ſervos Saul, Vide, inquit, filium Iſai in Nobe apud Achimelech filium Achitob.

10. Qui conſuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: ſed & gladium Goliath Philiſtæi dedit illi.

QUæ ſequuntur nobis explicanda, continent eorum eventum quæ David formidare potuerat, ut ipſius tentationes vehementer auctæ ſint: nam quo tempore Propheta juſſit Davidem in terram Juda venire, ſpes aliqua ſuberat, mitigari poſſe à Deo Saulis furorem, & aliquam inveniri poſſe rationem, qua David Sauli conciliaretur, & cum ipſo in gratiam rediret, prioremque locum ac dignitatem obtineret: quæ mutatio non erat Domino difficilis, & idcirco David omnibus difficultatibus anſam præſcidit, quibus poterat ab obſequio & obedientia mandatorum Dei dimoveri. Verum quum Saul, audito nuncio de Davidis in Judæam adventu, magis quam ante furat, & apud ſervos de perfidia ipſorum vehementer conqueratur, certum eſt, gravem fuiſſe tentationem, quod tam facile ſimplicis Prophetæ verbo credidiſſet, & ſe in præſens periculum conjeciſſet: nam plerumque fieri videmus, ut multi ad temporis momentum forti animo ſe Deo ſubjiciant: ſed ſi res præter ipſorum opinionem ceſſerint, & non ipſis Deus opituletur quo modo ſibi perſuaſerant, vehementer indignentur & excandeſcant, & adverſus Deum differentem auxilium obloquantur & obmurmurent. Sic multi, quum bene cœperint, momento tamen deficiunt, ut initio finis non reſpondeat, quod ſibi perſuadeant, Deum ipſos non adjuvare, neque res ipſorum ex animi ſententia ſecundare. Talibus igitur cogitationibus David agitari potuerit, ſibi nimirum male ceſſiſſe, quod tam cito Prophetæ verbis obtemperaſſet, Deumque videri ipſum ad lanienam traxiſſe. Verumtamen, ut apparet ex Pſalmo 34. quem de hac hiſtoria compoſitum ſuperiori Concione diximus, Davidem iſtæ cogitationes nunquam ab officio dimoverunt, neque ipſius animum unquam proſtraverunt. Nam etſi ſe delatum apud Saulem à Doëgo ſciebat, mortemque ſibi in ſpecie imminentem videbat: tamen ad Deum aſſurgere, & in ipſo fiduciam ſuam collocare non deſtitit: quod ex initio Pſal. 52. ſatis apparet, quum in Doëgum iſtis verbis invehitur, *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Quibus verbis paulo poſt ſubjungit, *Ego autem ſicut oliva fructifera in domo Dei ſperavi in miſericordia Dei in æternum.* Quibus verbis David agnoſcit ſe Dei ipſius manu ſublevatum ſæpe, & imminentibus periculis ereptum, cujus in ſe benignitatem fore perpetuam concludit. Nam diligenter notanda ſunt verba illa, ſe miſericordiam Dei ſperare in æternum, & in ſeculum ſeculi. Igitur licet David duris ictibus quaſſatus ſit, quibus fides ejus non modo labefactari, ſed prorſus dejici poſſe videbatur. Tamen tanta fiducia fide in Deum incubuit, ut favorem ipſius & protectionem nunquam ſibi defuturam ſibi perſuaſerit: ac proinde licet ad tempus variis tentationibus exerceretur, tamen Dei manu, quum opus foret, ſuſtinendum ſe confiſus ſit. Sed antequam ulterius progrediamur, expendenda verba illa, quibus dicitur *Saul, poſtquam audiviſſet Davidem apparuiſſe, ſtetiſſe in nemore quod eſt in Rama, & ſervos ſuos convocaſſe de rebus magnis cum ipſis deliberaturus:* quemadmodum Reges videmus, ſiquis caſus acciderit, aut tumultus aliquis fuerit excitatus, convocare conſiliarios. Locus autem ille fuit celebris, ut non mirum ſit, eo Saulem cum ſuis conveniſſe. Habitus autem Saulis deſcribitur tanquam hominis ſibi ab hoſte metuentis, haſtam manu nimirum tenentis: neque enim uſitatum Regibus hoc habitu progredi, niſi ſummum aliquod imminens periculum metuant. Denique Saul, convocato conſilio, ſe maximis urgeri difficultatibus docet, & ſibi ab hoſtibus metuere. Ideoque de omnibus conqueri cœpit, quaſi proderetur ab ipſis & fides data frangeretur. *Audite igitur me*, inquit, *filii Jemini:* ſermonem ſuum nominatim ad illam familiam dirigens, tanquam ad ſibi maxime conjunctam: quaſi diceret, Ego, filii Jemini, fiduciam meam ſemper in vobis collocavi, & à vobis auxilium in rebus incertis exſpectavi: ſed me proditis, & mecum perfidioſe agitis. Ad quos igitur amplius confugiam? Nam ego potius mundum mihi defuturum, quam vos, mihi ſanguine conjunctos, exiſtimavi: ſed

Digitized by Google

... Reges ac Principes ſua potentia inebriati, & non agnoſcunt, meliorem fore ſuam conditionem, ſi in mediocri eſſent vitæ ſtatu, & quid ſit vera amicitia probe noſſent. Vix enim Reges ac Principes ſibi aliquem amicum reperiunt, & amicos ferre non poſſunt. Sed oderunt potius, ſiqui ipſos ex animo diligant, & eos fortunis omnibus evertunt, non permittentes quemquam tanta gratia ſe valere apud ipſos exiſtimare, ut amicus Regis dicatur. Reges quidem aliquos diligere dicuntur: ſed, quæ vera ſit amicitia, prorſus ignorant, hoc Saulis principium retinentes, penes ſe eſſe facultatem miniſtros ſuos locupletandi, & illorum amicitiam benefactorum obligatione acquirendi. Sed, ut ante dixi, valde infirmum eſt iſtud fundamentum. Nam qui ſolas divitias & opes quærit, in horas mutari poteſt, & fidem datam ſervare ſolet tamdiu, quamdiu ſuis commodis conveniens eſt: ſed ſi melior occurrerit occaſio faciendæ rei, repente mutatur, quoniam hunc tantum ſibi ſcopum proponit, ut opes & gratiam ac honores ſibi comparet. Denique videmus terrenos Principes non poſſe tranquillo animo eſſe, & conquieſcere in ſatellitibus, quorum aliquos ſemper inimicos ſibi fore ſuſpicantur: quæ tamen quantumvis miſera conditio ſic illis placet, & ea delectantur non ſecus ac ſi quis ægrotus malum ſuum foveat, & ſponte augeat. Terreni enim Principes non ſolum ſolent quærere amicos largitionibus & magnis opibus: ſed illorum etiam explere ſatietatem, nullumque finem ditandi ipſos facere, ne quando ipſorum amicitia refrigeſcat. Itaque ſemper aliquem ipſis bolum in os injiciant neceſſe eſt, tanquam canibus famelicis, ne mordeant. Atque hæc eſt Principum conſuetudo: quamquam, ſi quæras ex ipſis, probentne iſtiuſmodi amicitias, quæ ſola utilitate quæruntur, vehementer negaverint: &, ſi quæras, velintne vitium iſtud corrigi, aſſeverarint: ſed nihilominus tamen inebriati ſua auctoritate & potentia, pergant in inſtituto. Cæterum quales ſunt Principes, tales ſunt etiam ipſorum ſatellites, nimirum quorum hoc unum eſt ſtudium, ut miſerorum opibus inhient, & ſemper expanſa retia ad prædam habeant, licet ſpe ſua ſæpe decidant, & eos opinio ſua fruſtretur: nam ſæpe fit, ut multi ſeſe ipſos abſumant, & facultates ſuas dilapident, ſpe ſola dignitatem aliquam aulicam adipiſcendi: ut inde natum ſit proverbium, In aulis Principum regnare fortunam, quod in illis magna plerumque ſit confuſio, aliis ad ſummum gradum dignitatis pervenientibus, aliis

videatur, Amicos eſſe calculis, quorum unus eſt in ſubducendis rationibus, ſimillimos, qui modo ſummam ingentem, puta mille, vel decem millium coronatorum, modo vero parvam, puta unius nummuli, faciunt. Eadem aulicorum ratio, dignitates & honores ambientium, ut gratia & auctoritate multum valeant. Denique, ut dixi, Principes & Reges ſperant ſe in fide miniſtros ſuos retenturos, quod multis benefactis eos ſibi devinxerint: & viciſſim aulici miniſtri ſemper in prædam intenti ſunt, & hunc unicum laborum ſibi ſcopum proponunt: atque hoc ſtudium unicum ipſorum eſt: ac proinde neque ſincero amore Principes & dominos ſuos complectuntur: neque fidem iis ſervant officii ratione: ſed opum & facultatum cogendarum ſpe & cupiditate. Atque iſtud nobis verbis illis Saulis repræſentatur, quibus ſuis ſtipatoribus perfidiam objicit, quum ait, *Vobisne filius Iſai dabit agros & vineas? vosne conſtituet Tribunos & Centuriones?* At ſi apud ſe cogitaſſet unde Regum auctoritas & dignitas ſit, ad Deum uſque aſſurrexiſſet, quo faciente & annuente Reges & Principes dominatum in populos obtinent, & in honore & pretio habentur. Nam quum ſacra Scriptura nos hortatur, ut Regibus, Principibus ac reliquis omnibus Magiſtratibus ſubjiciamur, atque adeo omnibus Juſtitiam adminiſtrantibus, non hanc cauſam ſubjicit, quod ab illis honoribus & opibus augeri poſſimus, quod domos & agros ac vineas ab illis conſequi: ſed quod Deus illos in tantam auctoritatem & dignitatem extulerit, ac velit ipſos tanquam miniſtros ſuos & legatos agnoſci & coli. Hic igitur unicus ſcopus eſt, Dei nimirum ordinatio, ad quem collimare ſubditos omnes oportet. Atque idcirco dicit Sapiens, non caſu vel fortuna Reges regnare: ſed Deum hac ratione mundum velle gubernari, ne confuſio rerumque perturbatio ſocietatem hominum abrumpat: quemadmodum in libris Judicum horrendam paſſim in Iſraëlitico populo confuſionem fuiſſe videmus, quum nullus Rex aut Judex eſſet in Iſraël. Singulare igitur Dei benefactum agnoſcendum eſt, quum bonos Magiſtratus dat, ut ultro nos ipſius ordinationi ſubjiciamus. Quare Saulem hic ſibi magnam inurere infamiam apparet, & de ſua dignitate & auctoritate multum detrahere, quum agrorum & vinearum & dignitatum aulicarum mentionem facit, quorum omnium largitione tantum ſibi devinctos miniſtros ſuos arbitratur, & eam ob cauſam ab ipſis honorari vult. Nam quomodo regnum

Digitized by Google

gratiæ Dei exemplum ipſi quærendum erat, quod in ſe tam clarum & perſpicuum exſtabat. Nam quando Samuelis miniſterio fuerat Rex deſignatus? Nonne ruſticus erat bubulcus, ut nulla ſpes eſſet neque ipſum neque ullum ex ipſius unquam gente & familia Regiam dignitatem aſſequuturum? Qua igitur, obſecro, ratione poteſt illud hominibus adſcribere? Nonne conſpicuum Dei beneficium, & opus extraordinarium? Atqui hic tamen tantum agrorum, vinearum, dignitatum meminit, quaſi Dei bonitatem nunquam niſi hominum beneficio fuiſſet expertus, & eorum quidem quos benefactis ſibi devinxerat. Sed ſi hominum aliquam inſtituiſſet collationem, cui magis, quæſo, devinctus erat, & multitudine benefactorum obligatus, quam Davidi? Nam quis vitam ipſius & fortunas ſervavit, niſi David? An illi vero antea vineas & agros dederat in mercedem, qua impulſus Regi fidelem operam præſtitit? Quum igitur jam animadvertat, Dei mandato Davidem à Samuele Regem deſignatum & unctum, nonne debuit ſacram illam unctionem adorare; & cognoſcere, quandoquidem illius decreto facta eſt, qui terrarum orbem univerſum regit, & homines eligit quos nationibus præficiat, voluntati illius non eſſe ſibi reſiſtendum, ſed ultro potius àcquieſcendum? Hanc ob cauſam Scriptura dicit, Principes ac Reges in Dei manu eſſe, & ipſos à Domino tantam, quantam voluerit, dominationem ſortiri: quod in unius Dei poteſtate dominationes & regna poſita ſint. Quare tanto magis ſeſe ingratus Saulis animus hac in parte patefacit, qui ſuorum ſervorum fidelitatem ſola compenſatione metitur. Sed unde, quæſo, Saul tot agros & vineas habebat, niſi ex vectigalibus & tributis quæ populo imponebat? At non illa conditione Rex electus fuerat. Deus quidem ſane populum Regem flagitantem præmonuerat, fore ut Rex agros & poſſeſſiones ipſis adimeret, quas domeſticis ſuis daret. Quinimo Regem aliqua vi liberos ipſorum accepturum, quos famulos & ſervos ſuos conſtitueret. Fore quidem iſtud, inquam, Deus prædixerat, at non ideo tamen Sauli tyrannidem illam exercendi poteſtatem fecerat. Nam Reges acceperant à Moſe quid ſui officii eſſet, quod monumentis ſuis perſcriptum reliquerat. Rex enim, inquit Moſes, non efferetur ſupra fratres: modeſtus & humanus erit erga populum: intra limites ſeſe continebit, ne populus opprimatur. Nonne Saul, in Regiam evectus dignitatem, illa præcepta Domini meditari debuerat? Næ, quum adverſus illa peccat, in Deum ipſum eſt contumelioſus, & quaſi Deum ultro laceſſit, quum ait, ſe agros, vineas, & varias poſſeſſiones habere, quibus eos, qui ſibi fidelem præſtiterint operam, remuneretur. Sane gloriatur multis rapinis & bonorum alienorum [illegible], & uncrimen æqui bonique ſublatum putant ſua libidine. Si quem igitur innocentem oppreſſerint, factum ſilentio premi volunt. Profecto ſic ſolent hujus mundi Principes, ſed eos oportebat meminiſſe eorum quæ Propheta Pſal. 82. de ipſorum conditione memorat, *Vos*, inquit, *Principes moriemini, & tanquam unus è plebe cadetis*. Sed præterea Propheta docet eo Pſalmo, Deum ſedere in medio Principum, & inter ipſos præſidere; & in rationes ſuas omnia ipſorum opprobria & contumelias in plebem referre. Sed de iſtis ipſos non cogitare dicit. Quamobrem vero? Nempe quod tam inſignibus titulis denominentur, ut Filii Dei nuncupentur, & ipſius in iſtis terris Legati, ideoque ſe creaturas mortales non recordentur, & ſuæ fragilitatis ſint immemores; ac proinde nullis ſe legibus ſubjici, neque teneri arbitrentur. Atqui Propheta iſtorum hominum ſtultam arrogantiam irridet, quum ait, *Vos nihilominus inſtar alicujus è vulgo moriemini, &, licet Principes, tamen olim factorum rationem Imperatori ſummo reddere cogemini.* Mundus enim iſte tantum eſt quædam peregrinatio, & nihil ad vitam cœleſtem terreſtris potentia juvat. Quamobrem qui ad honorum & dignitatum faſtigium evecti ſunt, cogitent ſe à Deo vocatos, ut officio ſuo fungantur erga populos, quibus à Deo præfecti ſunt, & non ordinatos à Deo Principatus & Dominationes, ut paucis, ſed ut omnibus conſulatur, populo nimirum, non ſolis aulicis. Hæc igitur Regum & Principum ſtudia ſunto. At ſi Principibus & primariæ dignitatis viris, quorum longe lateque protenditur Imperium, Deus parcit, quid minoribus Magiſtratibus, qui ſunt in mediocri ſtatu, futurum putamus? An ſpeciali aliquo præ reliquis privilegio fruentur? Sane quos Deus in mediocri ſtatu eſſe vult, agnoſcere debent, ſummo ipſorum bono & commodo fieri. Multos enim ambitio ſic excæcat, ut ſe patiantur potius tributis & vectigalibus, ac omni tyrannide premi, modo magni alicujus Regis aut Imperatoris nomini ſubjiciantur, quam in exiguo aliquo in ſpeciem ſtatu vivere. Quo vitio Judæos in Deum graviter peccaſſe videmus, qui, licet à Regibus multa dura & gravia paſſi eſſent, ipſo tamen Ezechiæ tempore cupiebant in protectionem & obedientiam Aſſyriorum venire, quod ipſorum imperium longe lateque ſparſum, famam ipſorum in longinquas regiones propagabat. Sed graviter illos Deus per Prophetam reprehendit, quum ait, *Vos non eſtis contenti rivulo Siloe*, fuit enim iſte rivulus Hieroſolymam præterfluens, *& rapidos fluvios optatis, ſed in quibus tandem mergemini: & profundos gurgites experiemini, quum ab ipſis obruemini.* Quare diſcamus, quum nos Deus non vult iſtis magnis Monarchiis regi, ſed in parvo aliquo ſtatu vive-

Pſalm. 82.

mitatem nobis condonantis, & propoſita mercede ad ſuum cultum invitantis, quos nimium alioquin ſegnes & ignavos fore non ignorat. Sic igitur nos ad ſe Deus etiam propoſita mercede pellicit: ſed tamen quam non vult eſſe ſcopum noſtrum & finem. Nam quod ad mercedem illam attinet, non debetur laborantibus, donec in ipſius cultu per varia pericula & mortis diſcrimina perrexerint, & in medio tempeſtatum fluctu contra ſpem in ipſo ſperaverint. Sane Deus quidem in timore ſuo & obedientia ambulantibus promiſſiones fecit, non tantum de vita æterna conſequenda, ſed etiam de vita præſenti: quemadmodum Paulus ipſe 1 ad Timoth. cap. 4. docet, *pietatem ad omnia eſſe utilem, ut quæ promiſſionem habeat vitæ præſentis ac futuræ.* Quo ſpectavit etiam Abrahamo facta per Dominum promiſſio, *Ego ſum merces tua ampla.* Verumtamen licet fideles illam habeant Dei promiſſionem, nempe, ſe, qui omnis boni eſt fons & ſcaturigo, mercedem illis amplam redditurum, ſi in ipſius cultu perſtiterint, nihilominus ſe ad multas ferendas afflictiones debent comparare: quin etiam ſi Deus illos ſic explorare voluerit, ut evertere ipſos velle videatur, & prorſus confundere, nunquam tamen animos debent deſpondere, quin ipſum ex animo ſemper colant. Nam, ut ait Paulus, Chriſtianorum miſerrima eſſet conditio, ſi nullam aliam exſpectationem quam vitæ præſentis haberent. Sed Deus illos variis calamitatibus & miſeriis exercet, ne miſeris illis incredulis ſimiles fiant, qui ore aperto terrenis iſtis ſemper inhiant, ut famelici canes ad prædam intenti ſunt. Quamobrem ne fideles curis iſtis terrenis ſollicitentur ad mercedem in hoc mundo quærendam, idcirco Deus non permittit, ipſos in eo vel divitiis abundare, vel delicias ſibi facere: ſed in ſtatu quodam mediocri retinet, vel etiam variis tentationibus exercet. Cavendum igitur, ne promiſſam etiam mercedem terrenæ felicitatis curſu, rerumque in his terris abundantia & otio metiamur. Quod ad æternam vitam attinet, certum eſt, ibi nobis mercedem promitti: verumtamen ſi ſpe mercedis tantum illius cultui & honori divino nos dedamus, ingratum illi futurum eſt, quicquid eo fine præſtiterimus, & ab ipſo rejicietur. Deus enim propter ſeipſum eſt diligendus, & ſincero corde colendus, quandoquidem creator noſter eſt, & pater animarum. Quare merces quidem nobis propoſita debet eſſe inſtar ſtimuli, ad nos, ad officium alacrius faciendum, excitandos. Sed non præcipuus

1 Tim. 4. verſ. 8.

tat, ex gratuita ipſius adoptione, qua nos elegit, & ad regni cœleſtis hæreditatem vocavit, factum id eſſe cogitemus. Et de iſtis hactenus: jam revertamur ad Saulis querelas. Dicit itaque, *Nemo eſt qui vicem meam doleat ex vobis: eo quod ſuſcitaverit filius meus ſervum meum adverſum me:* quibus verbis loquitur eorum inſtar qui favorem invito Deo vellent ab hominibus conſequi. Nam qui vera pœnitentia ducuntur, ad preces ad Deum confugiunt, & ſi caſtigare ipſos propter peccata velit, ſeſe ipſi ſponte ſubjiciant: neque inimicos ſibi eos arbitrantur, quos Deus ipſis rejectis evehet, ſed ab iis humanitatis officia exſpectabunt. Obſtinati vero contra & arrogantes vehementi furore & excandeſcentia perturbantur, & extra rationis terminos exiliunt: atque omne diſcrimen æqui bonique ſublatum volunt. Saul igitur hoc loco nobis exemplar proponitur eorum, quos nulla tangit pœnitentia malefactorum: & adverſus Dei caſtigationes cupiunt ab hominibus clypeos objici: neque ſui ullam rationem haberi putant, niſi adverſus Deum inſurgatur, & adverſus omnem æquitatem. Quamobrem diligenter animis noſtris hæc doctrina infigenda eſt, ut, ſi Deus nos caſtigare voluerit, ne hominum auxilium & favorem imploremus, ſic ut in noſtri gratiam ſeſe inhumanitate & injuſtitia polluant; & contra jus & æquum auxilium nobis ferant, & Deus offendatur, & ad iram provocetur. Sed contenti ſimus, eos noſtris malis affici, qui noſtræ ſalutis cupidi ſunt, & pro viribus eam procurant. Ne, inquam, optemus in noſtri gratiam homines iniquæ cauſæ defenſionem ſuſcipere, & adverſus Deum contumaciter inſurgere: ſed placide colla divinis judiciis ſubmittamus. Quin imo Saulis furor in iſtis verbis apparet maxime, quum filium ſuum Jonathanum ait adverſum ſe conjuraſſe. Sed, quæſo, quare Deus Jonathanum movit? Fuitne Jonathanus perfidioſus? Quæ fuit ipſius adverſum patrem conjuratio? quibus factionibus patrem de regno dejicere conatus eſt? Davidem profecto laborantem juvit, & vitæ ipſius ac capiti conſuluit, cujus fidem & innocentiam ſatis cognoſcebat, & quantum ipſi ab omnibus deberetur, ſciebat. Præterea non ignorabat à Deo Regem deſignatum: ac proinde ſciebat, ſe Dei decreto neque poſſe neque debere contradicere. Lubens itaque ſe Dei judiciis ſubmittit, & coronæ dignitatem, quam obtinere ſucceſſione poterat, ultro Davidi cedit, & velut in Dei manus reponit. Saulis igitur

Hh malus

Digitized by Google

furori ut ſatisfaciat, Sacerdotibus non parcit. Sane minime dubium eſt, quin, quum Idumæus eſſet, licet diu inter Iſraëlitas converſatus, mentem Idumæam, id eſt, inimicam retinuerit. Idumæi quidem Circumciſionis ſignum retinebant, ab Eſavo nimirum oriundi: ſed ab Eccleſia reciſi fuerant. Doëgus itaque, licet ipſe circumciſus, ſimulator tamen & hypocrita fuit in Eccleſia, ſit inter Judæos converſans, ut inter Regios paſtores primum locum obtineret. Puram vero & ſinceram religionem Deique cultum parvi faciebat: ideoque Dei Sacerdotum vitæ eſt inſidiatus. Cujus fraudem & malam voluntatem David Pſalmo illo ſupra citato pluribus detegit, Deique adverſus ipſum tanquam Prophetam judicium deſcribit. Neque enim David ſuis affectibus abreptus, illa in Doëgum finxit, ſed Dei Spiritus afflatu ſententiam adverſus ipſum pronunciavit, ut ipſius nequitia & turpitudo omnibus pateſieret, & deteſtabilis redderetur, & inſtructionem in illo nos haberemus. David itaque pronunciat fore, ut, licet Saulis furorem lingua illa venenata exacuerit Doëg; Dei tamen be- cam guttam habuiſſet, certe millies mortem oppetere maluiſſet, quam Davidem & Sacerdotem tam perfidioſe deferre, in quibus tam aperte teſtimonia divinæ gratiæ relucebant: ſed ſola ſpes lucri, & dignitatis aſſequendæ, fecit, ut in malitia pergeret; quæ pluribus, Deo dante, ſumus in ſequentibus Homiliis perſequuturi.

Jam vero, agite, ſupplices coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti, tot peccatorum agnitione erubeſcamus: quibus ejus in nos iram accerſimus: eumque precemur, talem illorum in nobis ſenſum efficiat, ut magis ac magis coram ipſo dejiciamur & humiliemur: & ſeriam agentes pœnitentiam, ad ſolam ipſius miſericordiam confugiamus: & ad vivum uſque ſic afficiamur noſtræ miſeriæ ſenſu, ut carnalibus omnibus cupiditatibus renunciantes, ipſius Juſtitia tandem induamur: & ſacroſanctum ipſius nomen omni vitæ noſtræ tempore glorificemus: & pro ſua miſericordia nos tandem participes efficiat veræ illius lætitiæ & felicitatis, quam nobis olim in cœlis repoſitam eſt pollicitus. Neque vero nobis ſolis, &c.

HOMILIA OCTOGESIMA PRIMA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXII.

11. Miſit ergo Rex ad accerſendum Achimelech Sacerdotem, filium Achitob, & omnem domum patris ejus Sacerdotum, qui erant in Nobe, qui univerſi venerunt ad Regem.

12. Et ait Saul, Audi, fili Achitob. Qui reſpondit, Præſto ſum, Domine.

13. Dixitque ad eum Saul, Quare conjuraſtis adverſum me, tu & filius Iſaï, & dediſti ei panes & gladium, & conſuluiſti pro eo Deum, ut conſurgeret adverſum me, inſidiator uſque hodie permanens?

14. Reſpondenſque Achimelech Regi, ait, Et quis in omnibus ſervis tuis ſicut David fidelis, & gener Regis, & pergens ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua?

15. Num hodie cœpi pro eo conſulere Dominum? abſit hoc à me: ne ſuſpicetur Rex adverſus ſervum ſuum rem hujuſcemodi, in univerſa domo patris mei, non enim ſcivit ſervus tuus quicquam ſuper hoc negotio, vel modicum, vel grande.

16. Dixitque Rex, Morte morieris, Achimelech, tu & omnis domus patris tui.

17. Et ait Rex emiſſariis, qui circumſtabant eum, Convertimini & interficite Sacerdotes Domini: nam manus eorum cum David eſt: ſcientes quod fugiſſet, & non indicaverunt mihi. Noluerunt autem ſervi Regis extendere manus ſuas in Sacerdotes Domini.

18. Et ait Rex ad Doëg, Convertere tu, & irrue in Sacerdotes. Converſuſque Doëg Idumæus, irruit in Sacerdotes, & trucidavit in die illa octoginta quinque viros veſtitos ephod lineo.

19. Nobe

Digitized by Google

promotionem, quandoquidem ſceptrum oportebat in tribu Juda confirmari. Quapropter uſque ad Davidem Deus non perfecte declaraverat, ſe velle, populum habere in Rege ſpeculum, in quo Redemtorem intueretur, & ſe in promiſſi Meſſiæ & Redemtoris ſpe foveret. Verumtamen quum unctio Sauli fuerit communis cum ſequentibus Regibus, quæ tamen in ipſo fuit abolita, Deus jam tum populum cœpit docere, ſe tandem Regem populo daturum manſuetudinis & clementiæ plenum, qui populum in pace retineret & Servator ipſius eſſet. Sic igitur Deus iſta duo vexilla & ſigna in Eccleſia ſua erexit, in quæ ſinguli fideles ſenſus ſuos converterent, & quibus tanquam columnis fides ipſorum fulciretur, Sacerdotium, inquam, & Regnum. Atqui Saulem Regem, quem Domini noſtri Jeſu Chriſti figuram eſſe oportebat, videmus Sacerdotale munus pro viribus evertere moliri. Quale, obſecro, miſeris illis hominibus objectum eſt offendiculum, qui ſolas umbras Legis habebant, & quidem obſcuriſſimas, ac proinde non tam evidentem cognitionem habebant, quam quæ nobis hodie per Euangelii prædicationem allata eſt? Næ perinde hic accidit, ac ſi ſeipſum Jeſus Chriſtus diſcerpſiſſet: de figuris loquor legalibus. Nam Regem & Sacerdotem oportebat mutuo inter ſe vinculo indiſſolubili conjunctos vivere, quaſi duo gratiæ divinæ pignora, venturum olim nimirum indicantia, quem in ſalutem totius populi Deus promiſerat. Itaque tam horrendo Saulis facto videbatur vehementer concuti Dei filiorum fiducia, & in eam confuſionem adduci, ut ex rationis humanæ ſenſu Deum arbitraretur fidem ipſorum luſiſſe, & illuſorium ac ridiculum eſſe vel ad Sacerdotalem dignitatem, vel ad Regiam auctoritatem reſpicere. Deinde ex alia parte conſiderandum, quomodo Deus tam horrendum factum admitti permiſerit, quod non ſine cauſa tamen accidit. Hinc igitur multa nobis expendenda, ut Dei judicia agnoſcamus, & reverenter adoremus, quæ ſenſus noſtros & humanam omnem rationem ſuperant. Hanc hiſtoriam qui legerit incogitanter, non revocabit in memoriam quæ ſuperius dicta ſunt, oportuiſſe Dei decreto Sacerdotium ex domo Heli adimi, & ad aliam familiam transferri: & familiam Heli, quæ Dei Tabernaculum tot flagitiis & pollutionibus infecerat, ſic deprimi ut ad neceſſitatem ſtipem emendicandi redigeretur, & tanquam mercede conducti ſtipendium acciperent Heli poſteri, ad quos ſacræ omnes tamen ex illa familia quidam, nempe Abiathar, ad Davidem fugit, ut Dei ſententia nondum plane impleta videatur. Nam ſi Davidis regnum perpetuum fuiſſet, Abiatharus Sacerdotio munerandus videbatur, quod ex illa Sacerdotum familia ſolus ſuperſtes evaſiſſet, & David etiam illi pollicitus hoc fuiſſet. Sed Deus tandem, quod opus cœpit, perfecit. Nam accidit, ut Abiathar, conſpirationis Adoniæ particeps factus, ſua dignitate exciderit, & abrogatum ſit illi Sacerdotium, & ad Sadochum tranſlatum, qua ratione & Dei judiciis via facta eſt. Cæterum licet Deus tantam Sacerdotum ſtragem fieri permiſerit, tamen in majorem Saulis confuſionem ceſſit, ut ſolent impii ſuam condemnationem accelerare, & divina judicia in ſuum caput accerſere, & quaſi ipſis occurrere: Deus itaque voluit Saulem eo impietatis & ſævitiæ labi, ut citius mercedem ſuam reciperet: quam deinceps non longo poſt tempore accepiſſe ipſum videbimus. Præterea Dei conſilium hic admirandum, qui Davidem hac ratione omni auxilio & ope deſtitui voluit, ut ad ſolum Deum aſſurgere diſceret. Interim Deus etiam ſalutem per proprios miniſtros & domeſticos condemnavit, ſatellites, inquam, & ſtipulatores ſuos & mercenarios: quorum judiciis & ſuffragiis ipſum condemnari Deus voluit. Nam à Saule juſſi facere impetum in Sacerdotes, & illos interficere, recuſarunt: & ita ſolus Doëgus Idumæus inventus eſt qui mandatis ejus obtemperaret, homo perfidus & impius, & ab Iſraëlitarum Eccleſia alieniſſimus. Sed accuratius hæc in ſingulorum explicatione conſiderabimus, ac primum occurrunt, Saulem advocaſſe Sacerdotes, qui vocati ſtatim adfuerunt numero quinque & octoginta. Næ miſeri nunquam ſuſpicati eſſent tantam fore Saulis in ipſos crudelitatem. Nam etſi tanquam perduelles accuſati fuiſſent, & falſo quidem, quod Davidem à Rege profugum excepiſſent, & proditionis conſcii viderentur, legitimam tamen habebant excuſationem, qua tueri ſe poterant, ſi non furioſus fuiſſet Saul. Nam vere poterant dicere, tam Achimelechus quam reliqui Sacerdotes, ſe ignaros fugæ Davidis à Rege, quandoquidem nemini Rex indicaſſet: & non eſſet promulgatum, nequis Davidem aut favore aliquo complecteretur, aut re ulla juvaret: quod odio Davidem Saul hactenus occulto ex mera crudelitate proſequutus eſſet. Itaque Sacerdotes illi, juſtam habentes excuſationem, nunquam ſuſpicati eſſent, Saulem tam crudeliter in ipſos ſævitu-

 rum,

Digitized by Google

omnes obturat. Quare inquit, *Morte morieris, Achimelech: tu, & omnis domus patris tui.* Hinc igitur apparet, Saulem furore & inſania correptum, & à malo Spiritu impulſum fuiſſe: quemadmodum jam ante ſæpe vidimus Spiritum malum à Domino immiſſum, à quo vexabatur, & furore agitabatur, ſic ut in omnium contemtum veniret. Hinc igitur horrendorum Dei judiciorum exemplum habemus: ex quo apparet, homines, à Deo ſemel derelictos, in dies præcipites ruere in graviora flagitia, & tanquam per gradus in profundam inferorum abyſſum demergi. Næ antea Saul horruiſſet tantam hominum multitudinem ſine juſta cauſa trucidare: & non auſi fuiſſent impudentiſſimi etiam homines, & Sacerdotes odio proſequentes, tum os adverſus ipſos aperire, licet millies ipſorum mortem exoptaſſent. Verumtamen nullus jam ſupereſt Sauli & miniſtris excuſationis prætextus, quandoquidem Achimelechi reſponſum ſatis ſuperque teſtabatur Sacerdotum innocentiam. Quum ergo Saul eo devenit furoris, apparet ex eo, reprobos non repente fieri turpiſſimos & flagitioſiſſimos: ſed pedetentim, prout à Deo recedunt, in Diaboli poteſtatem venire, donec tandem in bruta animantia & monſtra horrendiſſima degenerent. Proculdubio contra naturam Saul in tot Sacerdotes ſæviit, & illos quidem innocentes. Nam quam occaſionem in ipſos ſæviendi habebat, quare in ipſos tantopere excandeſceret, qui Regis negotia promovere cogitaverant? Næ ſi quis ex Regiis ſatellitibus Regem incautus feriat, certum eſt, facile illi culpam condonandam, præſertim ſi Regi ſtudens inſervire, præter voluntatem illum læſerit. Sic Achimelechus teſtatur, ſe Regis negotiorum cauſa boni ſubditi partes implere voluiſſe, Davidem & panibus & conſilio juvando. Saul vero contra, rationis terminos tranſiliens, ſatis oſtendit ſe & Dei & omnis humanitatis oblitum. Nam qua tandem ratione in 85 Sacerdotes, & quidem innocentes ſævit? Abominandum ſane & horrendum facinus, ad cujus narrationem ſenſu aliquo præditos horrere oporteat. Altera obſervanda præterea circumſtantia, nempe, Omnes illos geſtaſſe Ephod, quod fuit ornamentum Sacerdotale. Fuit quidem ſummi Sacerdotis Ephod peculiare: ſed reliqui etiam Sacerdotes ejuſdem familiæ Ephod ferebant, quod ad illam dignitatem poſſent pervenire. Papiſtæ iſtud exemplum ridicule ſunt imitati, tanquam ſimiæ. Nam illi adhuc tale aliquod ornamentum tanquam Ephod retinent. Sed ita Domini noſtri Jeſu Chriſti gratia ſepelitur, quum umbræ legales revocantur: & pro Euangelica ſimplicitate Judæorum ritus ſine fundamento retinentur. Porro Ephod illud, de quo loquimur, ornamentum fuit Sacerdotale, ad Sacerdotum dignitatem demonſtrandam: quorum officium fuiſſe, inſtar feræ cujuſdam furibundæ: ſed omnem humanitatem & Dei timorem exuiſſe: & à Diabolo prorſus excæcatum, & ſtupidum redditum, ut Dei ſenſum nullum habuerit. Hæc vero ſunt in uſum noſtrum trahenda, & non tantum tanquam hiſtoria quædam legenda, ſed inde diſcendum in Dei timore ambulare cum reverentia & ſollicitudine: ne unquam à Domino recedamus. Nam ſi terga Deo dederimus, à nobis etiam ipſum receſſurum certum eſt; & creſcentibus noſtris delictis, etiam nos ab ipſius Spiritu relinquendos, & omnibus donis & gratiis ipſius exuendos, donec in monſtra horrenda transformemur, & omnem de Deo cognitionem abjiciamus. Sane Saul non ignorabat Sacerdotes Dei viventis mandato inſtitutos: quin etiam rogatus dixiſſet, ſe velle ſacroſancti ordinis defenſorem & protectorem eſſe: verumtamen repente iſta ex memoria ipſius effluunt. Nos vero contra diſcamus, Deum eos velle coli & honorari, quos Eccleſiæ ſuæ præfecit, & miniſtros ordinavit. Nam etſi à ſe nihil habent homines admodum honore dignum, tamen quum à Deo eliguntur, & in aliqua dignitate conſtituuntur, Dei decreto eſt obſequendum: & principium iſtud retinendum, omnem præeminentiam niti Dei voluntate & decreto: ac proinde adverſus Dei virtutem efferri, qui non ſimpliciter ſe ſubjiciunt iis, quos Deus in dignitatem evexit. Talis autem fuit tum Sacerdotalis dignitas. Porro quod Deus permiſit Saülem tot Sacerdotes interficere, non debemus curioſius inquirere quare ita factum ſit, quandoquidem ſua Deo conſtat judiciorum ratio, quam homines mente ſua non poſſunt aſſequi: & ſupra diximus, juſtiſſimas Deum cauſas habuiſſe domum Heli Sacerdotis abolendi & exſtirpandi. Sed tamen quærat aliquis, cur Deus in iſtos innocentes vindictam ſuam exercuerit. Nam Ophni quidem & Phinees, Heli filii, & flagitioſiſſimi homines, digni tali judicio & vindicta divina erant, quæ tandem etiam in ipſorum capita cecidit: verum iſtos qui tunc nondum erant nati, & innocentes videbantur, tam miſere ad lanienam trahi, Dei judiciorum æquitati contrarium videri poſſet, ſi ex hominum ſenſu factum expendatur. Si velimus igitur ex humanæ rationis ſenſu inquirere, cur Deus Sauli permiſerit tam crudeliter ſævire in innocentes, certum eſt, nos in labyrinthum, ex quo non detur exitus, caſuros. At ſane multi hodie fanatici homines adverſus iſtiusmodi judicia blaſphemare ſibi permittunt, quum multa iſtiusmodi judicia ſenſibus humanis repugnantia conſpiciunt. Nos vero potius divina iſta judicia diſcamus adorare, licet incognita ſit nobis eorum ratio. Sua enim illi conſtat judiciorum ratio, licet nos illam aſſequi ſenſibus nequeamus. At Deum ad noſtri captus modulum velle metiri, quanta, quæſo,

præ-

nimus audaciæ, ut ejus judicia condemnare audea-
mus, ſumma noſtra confuſione factum iri. David itaque Pſalmo illo conſiderans, totum iſtud Deo gubernante factum, dicit ſe nomen ipſius celebraturum, quod impoſſibile ſit, quicquam à Deo promanare, quod non ſit plenum ſapientia, juſtitia, rectitudine & omni perfectione. Sane ad iſta ſenſus noſtros cæcutire certum eſt, quod nobis nimium indulgeamus, ideoque bonum à malo diſcernere non noverimus, ac proinde non poſſimus Deum ut decet glorificare. Sed fides noſtra tum conſpicietur & probabitur, quum ad omnia objecta, quibus perturbari poſſemus, ſilentio Dei judicia venerabimur & adorabimus: eumque noſtrum eſſe Dominum, ac proinde quicquid ab illo proficiſcitur, ut juſtum & bonum recipiendum eſſe fatebimur. Cæterum, licet ſua judicia Deus differat, non tamen ideo tradere illa oblivioni ipſum ſciamus. Nam, exempli gratia, prædixerat fore ut Heli poſteritas Sacerdotio ſpoliaretur, multum autem temporis effluxerat ab illa prædictione, ut vana fuiſſe videretur: ſed tandem oſtendit reipſa ſe decreto ſuo finem adferre,& nunquam vanas aut irritas eſſe ſuas comminationes. Quare, quum Deus aliquid promiſerit, patienter impletionem exſpectemus: neque adeo ſtulti & amentes ſimus, ut ipſi tempus vel horam præfigere velimus: ſed fide in Dei promiſſiones nitamur, & patientiam noſtram explorari ſciamus, ut monet etiam Apoſtolus. Et viciſſim Deo nos comminationibus terrente, ſic ejus judicia metuamus, ne hinc in deſperationem & diffidentiam incidamus, inde vero ſocordia & ignavia deſideamus, quaſi divinorum judiciorum minas evaſerimus, quod in multos annos illa diſtulerit. Neque enim, licet annus unus aut alter, vel etiam decem & amplius effluxerint, ideo Dei manum evaſimus. Nam, ut ait Propheta, mille anni coram Domino ſunt inſtar unius diei. Quamobrem ſi non primo quoque tempore magnis ictibus nos opprimit, ne meliorem ideo conditionem noſtram arbitremur: ſed ad remedium, quod in ſacris proponitur, confugiamus, nempe ut cum gemitu & lacrymis ſub ipſius potente manu dejiciamur, eamque aſſiduis precibus urgeamus, ut ſuam à nobis vindictam & condemnationem avertat. Et hoc ipſum nos Paulus docet, quum Deum dicit nos ad tempus exſpectantem, invitare ad pœnitentiam, & otium dare ad ipſum confugiendi: cujus ſi abutamur patientia, fore ut nimiam noſtram ingratitudinem ſeverius ulciſcatur. Quare quum Deus loquu-

permittit. Solus ille perfidus Idumæus Doëg ſuperfuit, homo profanus & incredulus, inimicus Dei & Legis ipſius ac puræ Religionis: ſolus illius libidini paruit. Et interim ipſe ſic ſui ipſius obliviſcitur, ut Sacerdotes interfici jubeat. Debebat autem ille apud ſe cogitare, non poſſe inter homines tantum facinus inultum remanere, & ſanguinem innoxium fuſum intuentes, in Doëgum impetum facturos, Tune, improbe, inquientes, ita Dei ipſius ſanctitatem profanabis impune, & ſacroſanctam ipſius Legem peſſumdabis? Debuit itaque tam Doëg, quam ipſe Saul, populi tumultum formidare: ſed, ut ante dixi, furioſus erat & inſanus: & tamen à Deo factus eſt inexcuſabilis. Cæterum Doëg, tam promtus ad juſſum illud exequendum, ſatis oſtendit, ſe rerum omnium confuſione & perturbatione mirum in modum delectari: & crudelitate ſua ſuperbiiſſe, ad Dei gloriam, ſi poſſet, abolendam: & totum cultum Dei Lege præſcriptum, ſusdeque vertendum. Atque illa fuit Doëgi mens. Quod vero Deus permittit habenas ipſius crudelitati, mira res iterum videbitur, & noſtris ſenſibus diſſentanea, & ex qua in ſummum ſtuporem incidamus. Fierine vero poteſt, ut Deus tam improbum hominem Idumæum permiſerit, aut voluerit in ſacros Sacerdotes irruere, & tot innocentes ſimul trucidare? Ac ſi Deus mundi Judex eſt, & diſpenſator, quomodo, ne contingeret, non impedivit? En ut adverſus Deum & ejus judicia facile mortales contenderent, & in blaſphemas voces devenirent. Sed ſi tantum nobis permittamus, ut pleroſque profanos homines conſueviſſe hodie videmus, certum eſt, viam ad nimiam audaciam eſſe, quæ tandem adverſus ipſum Deum nos inſurgere faciat, & opinionem de Deo injiciat ſiniſtram: non eſſe nimirum amplius ipſi fidendum, neque ad ipſum amplius in rebus arduis confugiendum: neque denique amplius invocandum, ut multi contemtores his rationibus ad omne flagitium feruntur ſpe impunitatis, quam ex pravis illis ſuis imaginationibus hauſerunt. Quamobrem quo proclivior eſt in hæc flagitia lapſus, eo accuratius doctrina, quæ nobis hic proponitur, eſt meditanda: nempe, ut cum ſilentio & timore Deum præſtolemur, ſi non primo quoque tempore ſe noſtris hoſtibus opponit, & auxilium adfert: imo ſi permittit impios ad optatum finem ſua immania conſilia deducere, quaſi ipſi Deo probarentur, non autem nos, qui ab ipſis affligimur. Cum Davide vero dicere diſcamus, Domine; obmuteſco, quoniam tu feciſti. Et Pſalmo 52.

Digitized by Google

habenis ferri. Deinde adjicit, in divitiis ſuis & auctoritate gloriatum eſſe Doëgum. Et ita ſolent improbi, quum auctoritate & gratia plurimum valent. Nihil non enim licere ſibi perſuadent, & quaſi Deus in cœlis non ſit, pro ſua libidine efferuntur. Sed cumulus mali ad ſuperiora omnia incidit, quod dicit David Doëgum gloriatum eſſe in malitia, & roboratum fuiſſe in vanitate ſua. Commune vero eſt iſtud omnibus improbis, ut rebus ſecundis elati, & bona ſua, quam vocant fortuna inebriati, nihil non ſibi polliceantur, & nulli ſe Legi amplius ſubjectos arbitrentur, & manifeſte in Deum contumelioſi ſint, & eum ad iram ultro provocent: & magis ac magis indurentur, impunitatem ſibi omnium flagitiorum pollicentes, quorum nunquam rationem ſint reddituri. Hæc vero nobis ideo proponuntur, ut Doëgi exemplo diſcamus illa vitia omnia deteſtari & abominari tanquam infeſtiſſimam luem. Cæterum apparet Davidis conſtantia, qui, licet hominum opinione miſerrimus & calamitoſiſſimus, ut nulla ſpes eſſet, illum unquam ex tantis malis emerſurum, tamen in Deo ſpem collocavit, & in ipſius bonitate conquievit: & idcirco ſe olivam virenten in Dei domo fore gloriatur. Attamen tunc temporis exulabat Dei Sanctuario, &, ut ante vidimus, in terram peregrinam ſe contulerat: verum præſentem ſuam conditionem non intuitus, animo ſibi repoſitam felicitatem, à qua tum procul aberat, contemplabatur. Idcirco poſtquam dixit ſe Dei bonitatem præſtolari, dicit eam fore in perpetuum impios & flagitioſos homines, qui ſunt inſtar putidarum & ſylveſtrium arborum, perituros & in ignem conjiciendos, ut docet nos ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Atqui ſalutem noſtram ſcimus in Deo fundatam eſſe, & vitam noſtram non eſſe ab hominibus, nec in ipſorum poteſtate poſitam: ſed Deum nos ex mera ſua bonitate & liberalitate recipere in gratiam, & ad ſe vocare ſuaviter per Euangelii prædicationem: quapropter omnibus Doëgis & Saulibus audacter inſultemus, &, quotquot ſunt in mundo, Dei hoſtibus, & in noſtra vocatione pergamus alacriter, in omni humilitate & patientia tantiſper exſpectantes, dum Deus noſtri miſertus, poſt aliquam explorationem, manum nobis porrigat, & reipſa teſtetur ſe noſtri nunquam oblivisci, licet ſæpe faciem occultaſſe viſus ſit, & nos in eum ſtatum redacti, ut tanquam mundi purgamenta habeamur.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & tot peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, precemur eum, ut egregiam ſuam in nos voluntatem magis ac magis patefaciat, ut in ipſo ſolo conſolationem habentes conquieſcamus; atque ſic ejus timore afficiamur, ut quibuſcunque nos exercere calamitatibus ipſi placuerit, non tamen dubitemus, quin, ut miſeram ſuam Eccleſiam in ſuam clientelam & tutelam recepit, ſic nos in finem uſque protegat, & ſalvos tectos conſervet. Hanc igitur ob cauſam ſequentibus verbis ejus gratiam & favorem invocabimus, Domine Deus, &c.

HOMILIA OCTOGESIMA SECUNDA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XXIII.

1. ET annunciaverunt David, dicentes, Ecce Philiſtiim oppugnant Ceilam,
& diripiunt areas.
2. Conſuluit ergo David Dominum, dicens, Num vadam & percutiam
Philiſtæos iſtos? Et ait Dominus ad David, Vade, & percuties Philiſtæos, & Ceilam ſalvabis.
3. Et dixerunt viri, qui erant cum David, ad eum, Ecce nos hic in Judæa conſiſtentes timemus: quanto magis ſi ierimus in Ceilam adverſum agmina Philiſtinorum?
4. Rurſum ergo David conſuluit Dominum. Qui reſpondens ait ei, Surge & vade in Ceilam, ego enim tradam Philiſtæos in manu tua.
5. Abiit ergo David, & viri ejus in Ceilam, & pugnavit adverſum Philiſtæos, & abegit jumenta eorum, & percuſſit eos magna plaga: & ſalvavit David habitatores Ceilæ.

6. Poro

manu eſſet: atque videbatur potius exaruiſſe, neque radices ullas vivas amplius habere. Nam quum ipſius occaſione Sacerdotes Domini cæſi fuiſſent, videbantur omnes adverſus ipſum inſurrecturi & odio inflammati, facturi ne quis ullo ipſum favore complecteretur & adjuvaret. Itaque hominum opinione David velut in deſperationem conjectus videbatur: ſed radix ipſius occulta latebat, quod in Domino ſpem ſuam collocabat. Certum enim eſt, nos in his terris fluctuare, & multis agitari tempeſtatibus: ſed ancora noſtra in cœlo fixa eſt, in quo nos oportet fundari. Deinceps audiemus, quomodo Deus Davidi, licet ejus occaſione cæſis Sacerdotibus, providerit. Nam profugus ad eum Abiathar, mediumq; ſalutis illi attulit, nimirum Ephod Sacerdotale, ut deinceps declarabitur. Porro hic in primis occurrit hiſtoria inſignis, ex qua Davidem apparet nunquam fuiſſe defatigatum benefaciendo, licet ab hominibus occaſionem non modo non haberet, ſed eum potius malitia Saulis ab officio dimoveret. Nam fere fit, ut ſiquis publicæ utilitatis ſtudioſus fuerit pro ſua virili, & tamen moleſtia ipſi exhibeatur, & pro laboribus, quos ſuſtinuit, accipiat detrimentum, & caput ipſius quæratur, indignatus nolit amplius tam ingratis & malignis hominibus operam ſuam locare. Davidis eadem videbatur conditio. Nam ſæpius ipſam vitam expoſuiſſe periculis pro patriæ defenſione vidimus, & memorabiles victorias obtinuiſſe, ut totum regnum ipſi multis nominibus devinctum fuerit, & nominatim quod ipſius opera debellato Gigante ſuum ſtatum retinuiſſet. David igitur quum ſe tam fortiter geſſiſſet, ut in eo deſiderari nihil poſſet, & officio fideliter functus eſſet, pro tot benefactorum remuneratione, patria cogitur exulare, & in ſaltibus & ſpeluncis latitare, quod nullibi ſtare ipſi tutum ſit; & parentes ipſius, patria & lare domeſtico extorres, in regione peregrina veluti deponere, & huc & illuc vagari, veluti qui magnis tempeſtatibus & procellis concutiuntur. Nihilominus tamen ad patriæ defenſionem ſuam operam confert adverſus Philiſtæos, vitamque pro Saule periculis exponit. Sed qualem, quæſo, mercedem à Saule & aliis recipit? Nam, ut deinceps videbimus, tantum abfuit, ut ira Saulis leniretur & mitigaretur hoc Davidis facto, ut contra Saul magis excanduerit, & lætatus ſit, Davidem intra quandam urbem concluſum, quaſi jam in ipſius poteſtatem eſſe venturus. Ex quibus omnibus ſingularem inſtructionem percipere debemus, nempe, quum adverſum nos malitia hominum ſe exeruerit, & ingratitudine & inhumanitate adverſum nos æſtuarint, ne tamen propterea

Jeſu Chriſti doctrina nondum ipſius ore fuerat pronunciata, *Benefacite vos perſequentibus, precamini pro iis, qui vobis maledicant*: verum tamen in animo Davidis altius hærebat infixa, ſicut etiam divinæ Legis pars eſt. Quin etiam David illud uſurpavit, quod poſtea ſcriptis à filio Solomone traditum eſt, nos oportere prunas ardentes in inimicorum caput accendere ipſis indeſinenter benefaciendo: ut, ſi fieri poteſt, conemur ipſos ad meliorem mentem revocare, & confuſionem ipſis addere, ut à malitia ſua convertantur, & in rectam viam reducantur: futura majore ipſorum confuſione & damno, ſi obſtinate in malitia ſua perrexerint. Hoc nos exemplo ſuo David docuit, quod ideo alacrius nos decet imitari, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus illud ſua ſententia confirmarit. Profecto, ſi, quod plerique ſolent, repugnare ſenſibus noſtris, & humanis omnibus affectibus iſta dixerimus, Inimicos amare, & malum bono compenſare, conſideremus, Davidem non fuiſſe ferreum neque ſtupidum, quin eoſdem cum aliis hominibus affectus haberet: ſed Dei Sanctum Spiritum intus illum rexiſſe, ideoque manſuetudine & benignitate etiam erga inimicos uſum, ſuperatis & domitis vi Spiritus Sancti omnibus ſuis paſſionibus, adeo quidem ut ipſum ad mortem perſequentibus benefacere non deſtiterit, præſertim ubi de totius populi ſalute actum eſt. Hinc diſcamus hominum ingratitudinem patienter ferre, ſi pro benefactis mala nobis rependant, & pro viribus benefaciendo malitiam ipſorum ſuperemus. Profecto etiam privatis iſtud officium debemus, ſed quum de totius populi ſalute agitur, ad vivum magis affici nos oportet: neque unquam defatigari benefaciendo, licet homines nobis occaſionem non præbeant, ſed potius ultro nos ab officio dimovere velle videantur. Atque iſta conſideranda ſunt in ea narratione, qua dicitur David, ubi à Philiſtæis audiviſſet Ceila obſidione premi, ſtatim accurriſſe miſeris Ceilenſibus ſuppetias laturus, etſi non ab illis vocatus: quinam enim miſeri Davidem vix ſpelunca tutum in ſuum auxilium vocaſſent? Venit igitur ultro, Dei vocationis recordatione impulſus. Nam Samuelis miniſterio Rex deſignatus, & in eum finem unctus fuerat: ac licet nondum in regni poſſeſſionem venerat, ſe tamen devinctum ſenſit, & veluti Dei manu conſtrictum ad ſuſcipiendam populi Iſraëlitici curam & defenſionem, & fideliter ſubditorum omnium commodis & ſaluti conſulendum. David igitur ad hominum malitiam oculos claudit, ne ab officio deterreatur, ſed omnes ſuos ſenſus in Dei vocationem intentos habeat: & quandoquidem

Digitized by Google

niſus fuiſſet,& ab eo de futura victoria certior factus eſſet. David igitur nihil temere ſuſcepit, ſed quo debuit ordine ſingula adminiſtravit: Dei enim voluntatem ſciſcitatus eſt, antequam quicquam aggrederetur. Porro qua ratione Deum ſciſcitatus ſit, non exprimitur, ſed facile colligitur ex ſequente ſententia interpoſita,qui mos eſt ſacræ linguæ,ut ſæpe,antequam aliquid verbis expreſſum ſit, intelligatur. Per Ephod igitur interrogatum à Davide Dominum apparet. Jam autem ante vidimus, Sacerdotes quoddam omnes Ephod geſtaſſe, quod fuit ſignum puritatis & perfectionis, quæ in Domino noſtro Jeſu Chriſto eſt. Sed fuit Ephod præcipuum ſummi Sacerdotis, ut alibi docuimus, in quo erat Thumim & Urim, id eſt, ſplendor & perfectio. Quo ſummus Sacerdos amiculo veſtiebatur, quum ad Deum acceſſurus erat, & ante faciem appariturus cum precibus, ut exaudiretur: quaſi non amplius humanam naturam retineret: ſed ſpeciali dignitate & perfectione plus quam Angelica eſſet amictus. Hujus igitur loci, in quo David dicitur Dominum interrogaſſe,ſenſus eſt, per Ephod ſciſcitatum eſſe Dei voluntatem. Nam & paulo poſt ſequitur, Abiatharum fugientem ſecum Ephod attuliſſe. Denique Davidem videmus non temere,neque ſuis viribus confiſum progreſſum eſſe adverſus Philiſtæos, ſed ſeſe intra limites modeſtiæ continuiſſe, nihilque ſine Deo ſuſcepiſſe. Quomodo vero Dei voluntatem potuit reſcire? Nempe viam à Deo præſcriptam ſequutus,& veritatis ipſius certo fretus teſtimonio. Hinc itaque diſcamus nihil aggredi, niſi Deo prius conſulto, et de ipſius voluntate certiores fiamus. Sane hodie quidem non habemus eam cerimoniam, cujus fuit uſus Legis cerimonialis tempore, nullum enim Ephod habemus Sacerdotale: ſed in Sacris tam apertam divinæ voluntatis declarationem habemus, ut ea ſufficere nobis debeat,neque ſunt amplius novæ revelationes exſpectandæ. Quare, quod Eſaias Propheta nos docet, uſurpemus, ut in omnibus noſtris conſiliis & deliberationibus Deo primas partes tribuamus: & os ipſius interrogemus, id eſt, quæramus quod nos ipſe docet & gratum & acceptum habet. Cæterum,quoniam adeo hebeti ſumus ingenio,ut,licet Dei voluntas ſatis ſuperque nobis in ipſius verbo ſit patefacta, non poſſimus tamen ea mente aſſequi & comprehendere,confugiendum eſt ad Sancti Spiritus gratiam, ut ipſe nos ſuo lumine illuſtret. Idcirco per Prophetam Deus iis maledictionem denunciat, qui conſilia ſine Domino ineunt, quorum cogitationes ad Deum non perveniunt, ut,quid expediat ipſis, cognoſcant. Verbum enim meum, inquit, non admittunt, & Spiritum meum contemnunt: quo loco Dei verbum cum ipſius Spiritu conjungi videmus.Quamobrem ne eo audaciæ deveniamus,ut pro noſtro arbi-

rat. Nam ſi victoriam Davidi conceſſurus erat, cur non etiam Davidis ſociorum animos diſponebat, & audaces efficiebat ad Davidem Ducem ſequendum. Quare videtur quædam in iſtis eſſe contradictio. Atqui David hanc difficultatem ſuperat, ad Deum precibus confugiens, & rationem inveſtigans ſuorum timorem & infirmitatem depellendi. Tanto quidem ille metu ſuorum videbatur percelli poſſe, ut incepto deſiſteret: ſed tamen adverſus quodvis malum inveſtigandum remedium non ignorabat, Deo illud offerente. Rurſum igitur ad Deum confugit, non ipſe quidem dubitans de Dei voluntate, cui plane acquieſcebat. Non ſane ſimilis erat incredulis, qui ſemper differunt & nunquam parati ſunt Deum ſequi: & ſi forte motum aliquem bonum habuerint, & diſpoſiti videantur ad Deum & verbum ipſius ſequendum, momento mutantur,& ad ſua ſemper principia redeunt. Non ita ſane David, qui de Dei voluntate certior factus, non dubitat, quin ipſius iter ſit ſecundaturus. At quoniam non erat ſolus, ſed ſociis incredulis ſtipatus, idcirco Deum rurſum interpellat, & quid facto ſit opus, interrogat. Hinc diſcamus, Deo nos ad aliquod opus vocante, non affici nimio metu, & ſi qui ab officio alios deterrent, quantum in nobis erit, animos ipſis faciamus.Nam illa Pauli doctrina in uſum noſtrum revocanda eſt, etſi de cibis & cerimoniis exterioribus loquitur, eos qui in fide robuſti ſunt non debere infirmos opprimere, ſed potius erigere & confirmare. Hoc nos igitur ſuo exemplo David docet, Deum rurſus non propter ſe,ſed propter ſuorum infirmitatem interrogans, ut ſi proximos noſtros adhuc rudes & infirmos viderimus, pro viribus eos confirmemus: & in Dei Schola proficiamus, ut & alios juvare poſſimus, ut, quod ipſi didicerimus, omnium ædificationi fiat commune. Præterea diſcamus non turbari, licet multi excitentur venti & tempeſtates, quibus graviter concutimur: ut ſæpe Deus permittit, nos ejuſmodi hominibus cingi,qui nos à recta via ſtudent avocare. Quare conſtantia & magnanimitate nos oportet muniri, ne unquam à via deflectamus, licet multi occaſionem nobis ab officio recedendi præbeant. Neque vero ſufficiens erit excuſatio, ſi nos dixerimus, voluntatem quidem habere Deo ſerviendi; ſed ab hoc vel illo fuiſſe avocatos, nos in prava conſortia incidiſſe: non fuiſſe oblatam occaſionem benefaciendi: quæ ſane omnia non veniunt coram Deo in rationem accepti. Quamobrem Dei voluntati tam firmiter adhærere diſcamus, ut, licet hinc inde multi nos ab ipſius obſequio dimovere nitantur, nihilominus conſtanter in ipſius obedientia perſeveremus. Et ipſe David nobis hujus uſum hiſtoriæ Pſalmo tertio proponit, quum ait, *Multi dicunt, quis de manibus hoſtium te liberabit?* Ubi minime dubium eſt,quin

de

Digitized by Google

longe lateque poſſunt, ut hoſtibus majus incommodum adferant, & fame illos citius enecent. Deinde ad tanti exercitus cibaria non paucis pecudibus opus erat. Præterea quum urbs illa Philiſtinorum finibus eſſet proxima, & Philiſtæi planitiem occuparent, pecudes ſuas & armenta potuerunt in paſtum adducere, in hoſtium incommodum. Ita dicitur David abegiſſe Philiſtæorum greges, poſtquam ipſos magna plaga percuſſiſſet, & non aliquos tantum levi prælio ſuſtuliſſet, ſed magna internecione totum exercitum profligaſſet. Hinc apparet, miraculoſam fuiſſe Davidis victoriam. Nam etſi numerus hic non exprimatur Philiſtinorum, tamen ex iis, quæ ante vidimus, poſſumus conjicere, non tantum ter aut quater mille homines excurriſſe ad Ceilæ vexandos incolas: ſed tanquam locuſtas ingenti numero militum terram impleviſſe. Quod facile fuit, propterea quod finibus ipſorum Ceila vicina eſſet, & in ejuſmodi regione facillime omnes vocati conveniant. Sic hodie Turcas videmus facillime centum equorum millia in planitie exiguo ſumtu alere: quum alibi decem millia majore incommodo & diſpendio vix nutriantur. Et præterea incolæ regionis illius facilius tenui victu vitam tolerant, quam iſtarum regionum. Sic igitur illis temporibus facile fuit, quod noſtris difficillimum videtur, tam numeroſum exercitum colligere. David vero ſexcentis tantum comitatus viris, & illis quidem non tam inſtructis quam erant hoſtes, ſed temere coactis, ut ſupra vidimus, ex viris in anguſtia conſtitutis, & ære alieno oppreſſis: & idcirco penè inermibus, & præterea metu attonitis, ut qui hactenus in ſpeluncis delituiſſent: nihilominus tamen in tantam illam multitudinem magno animo impetum fecit: & ſequitur, impetu facto profligatum ingentem illum exercitum Philiſtinorum, qui in armis erant exercitati & magno numero ſuperabant, & multis præliis fuerant Iſraëlitis ſuperiores, & quidem ingenti cæde proſtraverant, ut ſuperius audivimus. Non aliter igitur judicare poſſumus, quam quod Deus brachium ſuum è cœlo extulit, ut Davidi victoriam de hoſtibus daret, quod ex eventu ſatis eſt perſpicuum. Quis enim unius Davidis fortitudine tantum agmen profligatum dicat? Fortitudine quidem illum inſigni præditum fuiſſe oportet; ſed quæ tamen ſola Dei, & non hominum virtute niteretur. Et reipſa teſtatum fecit Deus, ſe Davidem cum paucis illis ſuis militibus adverſus hoſtes animaſſe, & vim ac robur dediſſe. Profecto tum Davidi magna eſt oblata lætitiæ occaſio, quam fuiſſet ab officio & bona voluntate erga Saulem & populum averſus, ſed ſemper novis benefactis ſe & populum cumulaſſet. Næ niſi ferreum ac chalybeum cor habuiſſet, flecti Davidis iſtis officiis ipſum oportebat; ſed, ut ante dixi, non tantum à Deo derelictus erat, ſed à Diabolo poſſidebatur. Et quæ ad Davidem amandum flectere ipſum debebant, potius adverſus ipſum exacuebant. Quare imaginatur Davidem illam urbem occupaſſe, ut in ea ſe paulatim reficiat, & vires colligat, donec ad coronæ poſſeſſionem veniat. David quidem proculdubio nihil tale animo volvebat, ſed tantum in Saulis manus cadere metuebat. Saul igitur Davidem intra Ceilæ muros clauſum exiſtimans, quum apud ſe cogitare deberet, quid miſeram oviculam inſequendo proficeret, ſtatuit omnino perſequendum eſſe Davidem, & quandoquidem urbe contineatur, non poſſe manus ſuas effugere ſibi perſuadet: quod urbs portis & peſſulis ac ſeris claudatur. Iſtæ fuerunt Saulis cogitationes, cujus in Davidem odium proinde merus furor fuit, tam inveteratus, ut nulla ratione placari potuerit, quamvis Deus illi multas occaſiones flectendi animum ſuum præberet. Nos hinc diſcamus adverſus Deum non indurari. Nam alioquin cœlos licet apertos intueremur, & cœlitus Deus fulguraret, ſuamque potentiam propius patefaceret, & mille modis terreret, nullum tamen apud nos iſta pondus haberent, & nullis ipſius judiciis terreremur. Quamdiu igitur Deus nos aliquo lucis ſuæ ſplendore illuſtrat, in ipſius obedientia ambulemus, & admonitionibus locum demus, &, caſtigati ab ipſo, caput ſubjiciamus, & placide colla ſubmittamus: & quotieſcunque nos afflictionibus exercuerit, patienter & placide correctionem feramus: & ad ipſum precibus ſollicitandum magis ac magis excitemur: & omnibus, quæ verbo ſuo docet & præſcribit, obtemperemus. Interim etiam hic obſervemus, quam ſuperbe Dei hoſtes adverſus Deum ſua arrogantia faſcinati inſurgant, & ſibi felicia ſemper omnia promittant, ex animi ſui ſententia ſucceſſura. Sic Saul ſibi perſuadet, Davidem, urbe concluſum, nunquam è ſuis manibus evaſurum: ſed cur, obſecro, non reducit in memoriam, Davidem eſſe in Dei manu & protectione? Cur non etiam meminit, ſæpe Davidem è ſuis manibus elapſum? Nam quoties illum interficere conatus eſt, & factus eſt ictus irritus? Jaculum in ipſum contorſit, quod declinans David, vanus fuit conatus, quaſi Deus ipſe medium ſe objeciſſet. Et quoties illum

inſe-

facta tam multis, non dubiis ſignis apparent. Quamobrem quotieſcunque Dei inimicos videbimus tanto furore & rabie adverſus nos inſurgere, ut ab ipſis momento laniandi & deglubendi videamur, patienter exſpectemus, dum illorum audaciam Deus contundat. Et quo magis adverſum nos fremuerint, & in laqueos ſuos induiſſe viſi fuerint, Deum perſuaſi ſimus ipſorum ſtultitiam & temeritatem irriſurum, & admirandis modis è manibus ipſorum erepturum, & momento, quum res deploratiſſimæ videbuntur, ſuppetias laborantibus laturum. Tranſeamus ad illa verba, quibus dicitur, Abiatharo fugienti Ephod in manibus habere contigiſſe. Hic fingunt Papiſtæ & increduli, ut ſunt miraculorum amantiſſimi & in ea propenſiſſimi, miraculoſe Abiatharo fugienti Deum Ephod in manus immiſiſſe. Sed nugæ iſtæ faceſſere à nobis debent, & non quærendæ inanes interpretationes, neque vana ſomnia nobis fingenda: ſimpliciter igitur hoc intelligamus, nempe Abiatharum non temere fugiſſe, ſed Ephod, id eſt, Sacerdotalem ornatum, ſecum aſſumſiſſe. Ubi obſervandum, quod ante verbo attigi, Deum incogitanti Davidi de remedio adverſus graves tentationes providiſſe. Nam David hoc Ephod uſus eſt ad interrogandum os Domini, ut nihil Deo inconſulto aggrederetur, quemadmodum & hic factum eſt, ut conſulto Deo ſit auſus adverſus Philiſtæorum agmen proficiſci, & Ceilenſibus laborantibus ferre ſuppetias, ut tanquam erecto vexillo David ad prælium adverſus hoſtes excitatus ſit. Deinde eodem Ephod uſus, urbe ſit egreſſus, ne in Saulis poteſtatem ab incolis proditus veniret. Hoc igitur profugium David in anguſtis rebus habuit: de quo ipſe quidem, quum Nobe tranſiviſſet, non cogitaverat, & ab Achimelecho tantum & tam excellens beneficium non petierat: quinimo verecundia & pudore impeditus, non auſus fuiſſet ſperare, tam laudabile divini favoris teſtimonium ſibi conceſſum iri, quod tamen ipſi incogitanti datum eſt, & quidem tum maxime, quum virtus ipſius & magnanimitas langueſceret, & ſpes omnis perdita videretur. Porro, quod illi Deus Ephod cum Sacerdote miſit, majus pondus apud illum habuit, quam ſi Deus ipſi triginta mille militum ſuppetias dediſſet. Nam etſi multis ſtrenuis & fortibus militibus ſtipatus, non tamen ſua vi & fortitudine fuiſſet ſervatus: ut ipſemet Pſal. 33. docet, Regem non ſervari virtute ſua, neque equi fortis celeritate: ſed ab uno Deo ſalutem contingere. Quare licet multorum militum viribus David auctus fuiſſet, non tamen tam certum fuiſſet auxilium, quam quum Ephod accepit. Nam per Ephod aditus ad Deum ipſi patuit, ut, quid in rebus anguſtis facto eſſet ipſi opus, intelligeret: & Deus ipſum, veluti manu comprehenſum, certiorem faceret, ſe præſentem ipſi adfore in omnibus periculis

que ſollicitudine ſuam ſalutem ipſi queant promovere. En quomodo Deus noſtras cogitationes ſuperat, & nobis incogitantibus & neſciis neceſſaria providet, ut etiam longe melius & felicius res nobis ſuccedant, quam ſperare auſi eſſemus. Quamobrem hic locus eſt digniſſimus obſervatione, quum Ephod legimus allatum ab Abiatharo Davidi, non quidem petenti, neque de tanto beneficio cogitanti: ſed Deo ipſius miſerante, quem in difficultatibus alioqui ſine conſilio fore prævidebat. Cæterum Deum quidem certum eſt non fuiſſe iſti Ephod alligatum, & ſine illo potuiſſe ſuam præſentiam & auxilium Davidi communicare: ſed quoniam inquirendæ divinæ voluntatis hanc rationem Deus in Lege præſcripſerat, idcirco eandem ſequi voluit, ut David in timore & reverentia divini Numinis retineretur. Hoc igitur Ephod Judæi admonebantur, ſe in Dei populum electos fuiſſe: & per Sacerdotii gratiam in amore Dei retineri. Erat enim Sacerdotium quædam introductio ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, quod à ſe nihil firmum & ſolidum habebat, ſed erat tantum umbra & figura Sacerdotii Chriſti. Quum igitur Deus ſe Davidi per Ephod patefecit, ea ipſum ratione magis ac magis in ſuis promiſſionibus, & in ſpe nunquam defuturi ſibi auxilii divini confirmavit: quemadmodum experientia ſatis ſuperque teſtata eſt, Deum fuiſſe Davidis Servatorem & Protectorem: & ipſe tam ſæpe publico teſtimonio profeſſus eſt. Sequitur in textu, Davidem, poſtquam Saulem intellexiſſet colligere exercitum, ut ſe in illa urbe Ceila opprimeret, juſſiſſe Sacerdotem Abiatharum Ephod adferre. Porro non exiſtimandum eſt, Davidem aliqua ſuperſtitione vim aliquam divinam Ephod illi attuliſſe, ut ſolent magi & incantatores chartis quibuſdam & aliis iſtiuſmodi nugis multum tribuere, à Satana deluſi & faſcinati: & quidem ab ipſa Dei Lege vel Euangelio deſcriptis: ut ſolet Diabolus tanquam ſimia Dei opera imitari, ad miſeris hominibus imponendum, qui & ipſi & illuſionibus ipſius adhærent. Sed David nulla ſuperſtitione ductus eſt, quandoquidem neque inventor Ephod fuerat, neque in illo hærebat, ſed in Deo ſpem reponebat, uſus tamen Ephod tanquam medio, quo Deus ſuam præſentiam pollicitus fuerat. David itaque non hæſit in figura, ſed ad ſuum finem illam retulit. Atque hac ratione fideles ab incredulis in omnibus rebus externis & cerimoniis differunt. Nam increduli multa ſibi fingunt & imaginantur, quæ totidem media ſibi perſuadent ad Deum accedendi, & eum ſibi conciliandi. Atqui non licet hominibus cultum aliquem novum inducere: ſed inter verbi ipſius mandata ipſos oportet ſubſiſtere. Quemadmodum hodie Papiſtæ hanc figuram cum aliis multis retinent, in quibus purum Dei cultum aiunt conſiſtere,

& quæ-

Digitized by Google

mus: ita ſignis, quæ dat nobis ad fidei confirmationem, utentes, ne illa ſint nobis potius impedimento, quam adjumento. Porro etiam hic obſervandum, Davidem nihil extra vocationem ſuam geſſiſſe. Nam Sacerdoti Ephod reliquit, quod ipſe non attigit. Ex qua Davidis modeſtia diſcamus ultra menſuram & vocationem noſtram nihil aggredi: ſed ad quam quiſque vocationem à Deo electus eſt, in ea ſe exerceat, & quid cuique Deus permittat, animadvertat.

ſequuti, Sancti Spiritus ipſius donis mutamur: ut ad perfectam voluntatis ipſius cognitionem veniamus, & in ipſius timore & obedientia tanto animi fervore ambulemus, ut nihil ab ea nos dimoveat: atque auxilii ipſius certa ſpe freti, quicquid nobis in hoc mundo contrarium erit, audacter deſpiciamus: perſuaſi, Dei virtutem longe omnibus terriculamentis humanis eſſe potentiorem. Neque vero nobis ſolis, &c.

HOMILIA OCTOGESIMA TERTIA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXIII.

7. Nunciatum eſt autem Sauli, quod veniſſet David in Ceilam, & ait Saul, Tradidit eum Dominus in manus meas, concluſuſque eſt, ingreſſus urbem, in qua portæ & ſeræ ſunt.

8. Et præcepit Saul omni populo, ut ad pugnam deſcenderet in Ceilam, & obſideret David & viros ejus.

9. Quod quum David reſciſſet, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar Sacerdotem, Applica Ephod.

10. Et ait David, Domine Deus Iſraël, audivit famam ſervus tuus, quod diſponat Saul venire in Ceilam, ut evertat urbem propter me.

11. Si tradent me viri Ceilæ in manus ejus? & ſi deſcendet Saul, ſicut audivit ſervus tuus? Domine Deus Iſraël, indica ſervo tuo. Et ait Dominus, Deſcendet.

12. Dixitque David, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui ſunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus, Tradent.

13. Surrexit ergo David & viri ejus quaſi ſexcenti, & egreſſi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti, nunciatumque eſt Sauli, quod fugiſſet David de Ceila, & ſalvatus eſſet, quam ob rem diſſimulavit exire.

14. Morabatur autem David in deſerto, in locis firmiſſimis, manſitque in monte ſolitudinis Ziph: quærebat eum tamen Saul cunctis diebus, & non tradidit eum Dominus in manus ejus.

15. Et vidit David, quod egreſſus eſſet Saul, ut quæreret animam ejus. Porro David erat in deſerto Ziph in ſylva.

16. Et ſurrexit Jonathas filius Saul, & abiit ad David in ſylvam, & confortavit manus ejus in Deo.

17. Dixitque ei, Ne timeas: neque enim inveniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis ſuper Iſraël, & ego ero tibi ſecundus: ſed & Saul pater meus ſcit hoc.

18. Percuſſit ergo uterque fœdus coram Domino: manſitque David in ſylva, Jonathas autem reverſus eſt in domum ſuam.

De

Digitized by Google

ſus eſt, & huc illuc vagatus fuiſſe dicitur, quod animi dubius neſciret, ubinam tutam aliquam ſedem reperiret, aut an poſſet in aliquo terrarum angulo latere. Quare incertus & dubius exivit Ceila, remque totam, non fortunæ, ut profani loquuntur, ſed Deo commiſit. Hic in primis obſervandum, Davidem nunquam ita malis ſuis perterritum, quin ad Deum tanquam ad aſylum confugerit. Quod exemplum nos decet imitari, ut in ſummis noſtris anguſtiis, nos humanis omnibus mediis & auxiliis deficientibus, & nulla ſpe ſalutis apparente, in Dei manus res noſtras deponamus, & precibus ad ipſum confugiamus, & conſilium petentes ab ipſo, & bonum exitum ſperantes. Nos hodie quidem non eam habemus viſibilem interrogandi Dei facultatem, quam habuit David olim: non habemus Ephod Sacerdotale, ad Domini voluntatem requirendam. Verum, ut ante attigimus, ſufficit, Deum ſuam voluntatem nobis, ad quam omnes actiones noſtras erigamus, pateféciſſe. Nos igitur ſi diligentiam adhibuerimus in conſulendo Deo; profecto, quam viam ſequi nos oporteat per totum vitæ noſtræ curriculum, demonſtrabit. Et præterea Sancto ſuo Spiritu reget, & conſilium in rebus anguſtis ſuppeditabit, & licet nos à nobis ipſis conſilium non habeamus, abunde ſuggeret. Quamobrem danda eſt omnis opera, ut quum deſperata ſalus videbitur, & de nobis actum, ad Deum ſedulo confugiamus, & in deſperatis rebus ab ipſo conſilium petamus, ut quid expediat & utile ſit nobis demonſtret: quemadmodum feciſſe Davidem videmus. Quamquam ſi ex humanæ rationis ſenſu de reſponſo, quod Davidi datum eſt, judicemus, valde tenue & jejunum videri poſſit, licet in eo divinæ bonitatis evidentiſſimum teſtimonium exiſteret. Nam Dominus reſpondit, *Saulem cum ingenti exercitu venturum*. Qualem vero inde ſpem David concipere potuit: imo quam graviter perculſum fuiſſe veriſimile eſt? Nam Deum poſſe ipſius Saulis conatum impedire ſciebat, & Saulem etiam ab incepto revocare: quam ob cauſam etiam Dominus per Prophetam dicit, *ſe inimicorum ſuorum naribus ponere circulum, & frenum in labiis ipſorum, & ipſos pro arbitrio ſuo circumducere*. Videbatur ergo David apud Deum poſſe conqueri, quod Sauli tam laxas habenas daret, & non haberet rationem ſui, qui cum tot difficultatibus non alia de cauſa luctabatur, quam quod Dei verbum ſequeretur. Sane, quod ad illud Domini reſponſum attinet, David eo vehementer turbari poterat, quaſi Deus ipſum obruere velle videretur: quandoquidem etiam Deus incolarum Ceilæ corda flectere poterat, ne Davidem Sauli proderent, ſed contra pro ipſius ſalute adverſus illum fortiter dimicarent, & clauſis portis Davidem defenderent, & à mundi amore nos retrahere, & illius oblivionem nobis inducere. Denique multæ ſunt cauſæ, propter quas variis nos afflictionibus exerceri oportet. Sed hoc videtur inſolens iis qui nihil pati volunt. Verum exemplo Davidis docemur propoſitam nobis in Evangelio conditionem placide ſequi, ut, licet fideles multis calamitatibus & miſeriis obnoxii ſint, ad quam conditionem eos vocatos eſſe docet Paulus, non tamen unquam à vero Dei timore reſiliamus, & ab ipſius cultu dimoveamur. Et hoc in primis hoc loco obſervandum, ubi Davidi reſpondetur à Domino, Saulem cum ingenti exercitu venturum, & Ceilenſes, quibuſcum verſabatur, ipſum Sauli tradituros. Deinde & notanda eſt hominum ingratitudo in Ceilenſibus, qui Davidem, à quo nuperrime ſummo beneficio fuerant affecti, proditurі fuiſſe dicuntur. Nam quum obſidione premerentur, & faucibus ipſorum mors immineret, nullaque ſpes ſalutis appareret, David ex improviſo, neque rogatus advenerat, ſed ultro ipſis laborantibus auxilium tulerat, adeo ut ipſi magnopere devincti eſſent, & quævis pro ipſo pericula ſubire tenerentur. Nam exigua militum manu ingens hoſtium agmen profligarat, & vitam periculo imminentis mortis objecerat, ſuppetias ipſis laturus. Quare non videntur ipſi ſatis magnam referre gratiam de tanto accepto beneficio potuiſſe: verum tamen triduo poſt acceptum beneficium quum parati ſunt benefactorem in hoſtis poteſtatem tradere, nonne ſummæ ingratitudinis cum ſumma crudelitate conjunctæ rei facti ſunt. Sed iſta commemorantur idcirco, ut benefaciendo diſcamus homines non intueri: quandoquidem mercedem hic non debemus exſpectare. Non ſemel David pro benefactis injurias paſſus eſt, & ſpe deluſus, & pro bono malum ipſi repenſum eſt, ſed nihilominus tamen in vocatione perſtitit. Hinc itaque diſcamus, fideliter, ad quodcunque opus Deus nos vocaverit, operam noſtram navare, cognoſcentes, nos licet ingratis & indignis hominibus nihil debeamus, Deo tamen nos devinctos eſſe, cui omnino parendum eſt. Ac ſi officio noſtro defuncti, patimur ab hominibus ingratitudinem, & ii, quos nobis multis beneficiis devinxeramus, nos pro referenda gratia contumeliis & injuriis afficiunt: ne idcirco tamen ab incepto deſiſtamus, ſed alacriter pergamus: & ſi natura noſtra repugnabit, utpote infirma, Deum precemur uti nos ipſe regat & in officio contineat. Hanc ob cauſam Paulus fideles exhortatur ne benefaciendo declinent. Noverat enim ille quam multis & quam variis occaſionibus homines ab officio avocentur: quum præſertim inanem operam ſe ludere ſibi perſuadent, & præſertim ſi pro benefactorum compenſatione, injurias, & contumeliam exſpectent; & non tantum injurias,

ſed

Digitized by Google

obſervandum, Deum ſe ad noſtri captus modulum accommodare, veluti quum dicit, Si manſeris in urbe, morieris; ſin vero exiveris, vitæ tuæ conſules. Atqui extra omne dubium eſt, Deo compertum eſſe, quamdiu nos in terris velit vivere, & habere rationes, quibus vitam noſtram protegat, ſed tamen Deus vult nos intra menſuram noſtram retineri: hanc ob cauſam quum Dominus dicit, Davidem, ſi manſiſſet in urbe Ceila, fuiſſe prodendum ab incolis, non intelligendum eſt, quaſi Dominus non poſſet aliter diſponere, & animos incolarum flectere, ſed Deum monuiſſe Davidem de incolarum perfidia, ne temere ſe ipſis committeret. Quandoquidem igitur Deus, quid facto nobis opus ſit, declaret, quemadmodum in ſacris ipſius providentia nobis multis locis deſcribitur, ſummopere cavendum eſt, ne temere nubes ipſas tranſcendere velimus, ut multi fanatici homines quidlibet temere aggrediuntur, ſed potius in ſollicitudine ambulandum, & quid noſtri ſit officii, quidve Deus præcipiat, diligenter inquirendum, interim certo perſuaſi, vias omnes noſtras in Domini manu eſſe, quod ipſe ſibi tanquam proprium retinet, vitam ſuorum tueri & conſervare. Ambulandum igitur nobis eſt in viis Domini, id eſt, nihil temere ſuſcipiendum, ſed in Domini mandatis cum timore & reverentia ambulandum. Tranſeamus ad ea, quæ ſequuntur, quibus dicitur Saul, poſtquam audiviſſet Davidem exiviſſe de Ceila, & ſervatum eſſe, ab incepto deſtitiſſe: ex quibus apparet, non ſine cauſa Deum Davidi patefeciſſe, fore ut ſi in urbe Ceila remaneret, ab ipſis incolis proderetur, & in Saulis manus traderetur: nihilominus tamen hinc apparet, Deum variis quidem modis ſuos explorare, ſed tamen ſic omnes illorum tentationes moderari, ut bonum exitum faciat, & nunquam permittere, ut fideles ſupra vires affligantur. Nam, obſecro, quis effecit, ut Saul jam collectis viribus, & ad iter accinctus, gradum revocaret, & ab incepto deſiſteret? & quum Davidi vix locus eſſet, quo fugeret, & ad Philiſtæos confugere non poſſet, qui factum eſt, ut fugientem non ſit inſequutus? facile enim erat, hominum judicio, Davidem undequaque clauſum, & tanquam in laqueos conjectum, intercipere? Sed videmus Deum veluti in nares Saulis injecta fibula duxiſſe ipſum, & vel invitum à propoſito reduxiſſe. Quare Davidis licet patientiam Deus exercuerit, quum urbe fugere coactus eſt, & profugus velut in apertas lupi fauces ſe conjicere: Deus tamen ſic bus nullus detur exitus hominum opinione, nihilominus adjuvare ſuos tempore opportuno, ac proinde ſperandum in ipſo, quicunque tandem caſus ingruerint, & omnis in ipſo fiducia collocanda, fore ut nos nunquam deſerat, ſed in ſummis difficultatibus adjuvet. Diſcendum denique, Deum ſæpe permittere, ut in iſtiusmodi difficultates incidamus, quo diſcamus ad ipſum confugere, & ejus invocandi majorem occaſionem habeamus, ex cujus providentia & bonitate nos pendêre cognoſcimus. Sic pater noſter Abraham, quotieſcunque in ſummas anguſtias incidit, & in immenſam tentationum abyſſum immerſus eſt, ad Deum unicum perfugit. Et nominatim juſſus à Deo filium ſuum unicum Iſaacum interficere, & victimam in holocauſtum offerre, valde obſtupuit: ſed tamen exemplo ſuo docuit, quod ſolatium noſtris omnibus malis & difficultatibus quærendum ſit, quum ait, *Dominus providebit*. Quod ad Saulem attinet, quare non oblitus eſt malitiæ, & cur non meliorem mentem induit? Nam quamdiu vixit, Davidem perſequutus eſt, & ad mortem quæſivit. Quamobrem Saulem apparet non aliqua humanitate, neque reſpectu aliquo Davidis victum iter abrupiſſe, ſed à Deo coarctatum, & veluti fibula naribus injecta deductum inſtar ferarum, quæ caveis incluſæ nunquam naturam ſuam mutant, ſed rabiem deſpumant, etſi tamen concluſæ nocere nequeant. Sic Deus Saulem veluti œſtro Satanæ impulſum compeſcuit: & licet furore totum frementem ita cohibuit, ut ſe movere tamen non potuerit, quod furioſum hominem vi ſua interiore coërceret. Hic notandum, rationes multas Deum habere nos ſervandi, & ex hoſtium manibus eripiendi, quod deinceps pluribus videbimus: ſed iſtud exemplum in præſentia debet ſufficere, ex quo diſcimus, Deum ſæpe permittere, ut hoſtes adverſus nos vana conſilia ineant, & rationes quærant, quibus nos funditus peſſumdent, & in ultimum exitium conjiciant, quæ tamen omnia Deus diſſipat momento & nubibus irrita donat. Atque hoſtes quidem Deus, ſi vult, immutare poteſt, & ipſos lupos in agnos & oves transformare. Sed non ſemper facit, quod variis modis nos ille ſuam beneficentiam velit experiri. Nam quum Deus hoſtes noſtros immutat, gratiam quidem & bonitatem ipſius ſentimus ſingularem, & quæ magnam nobis lætitiam afferre debet: ſi quidem, quicquid in votis habere poſſemus, nobis contingit, factis

Digitized by Google

[illegible] Neque enim iſta Davidi tantum conveniunt, ſed omnibus fidelibus ſcribuntur: & iſtis docentur, Deo ſeſe committere & ad ipſum difficillimis rebus confugere, quos ſuo præſidio tuetur, & ex omnibus periculis eruit. Ac licet nonnunquam hoſtes veritatis in nos aliquam poteſtatem obtineant, id Deo volente & permittente fieri ſciamus, & ſingularem utilitatem ex eo percipiamus. Quid enim alioqui nobis miſeris fieret, ſi Diabolus & increduli ſua conſilia poſſent ad exitum perducere? quam infelix eſſet noſtra conditio? Sed quum Deus ipſe teſtatur, ſeipſum nos illis permittere, & velut in manus ipſorum tradere, adeo ut increduli & improbi homines ſæpe nos in ſua poteſtate retineant, & gravi jugo premant, hoc nobis perſuaſum eſto, nihil ipſos adverſum nos poſſe, niſi quatenus ipſis Deus habenas permiſerit. Hoc ipſum in Davide, tanquam totius Eccleſiæ quadam imagine, poſſumus contemplari, quemadmodum & ipſemet Domini noſtri Jeſu Chriſti fuit figura. In ipſo igitur fidelium omnium conditionem intueri licet. Quamobrem hoſtibus nullum finem facientibus adverſum nos varia conſilia ineundi, & dira quæque moliendi, &, ſi hac non ſucceſſerit, alia via aggrediendi: fortiter tamen adverſus ipſos ſtemus, Deumque ſciamus hac ratione velle in noſtra ſalute glorificari: ac quum ipſi placuerit nos ex ipſorum faucibus eripere, quicquid impii illi & improbi homines moliti adverſum nos fuerint, irritum fore, & in tenues auras abiturum, Deumque nos ex ipſorum poteſtate liberaturum. Atque in hac Dei providentia nobis eſt conquieſcendum. Deum quidem ſane precari debemus, ut hoſtium noſtrorum malitiam immutet: ſed nihilominus ſi modis iſtis nos vult exercere, tanto vehementioribus & ardentioribus votis ad ipſum confugiendum eſt, ut ipſi nos placide ſubjiciamus, noſque & noſtra omnia ipſi ſummittamus, exitum, quem ipſi placuerit, patienter præſtolantes. Quod perfectum iri non poſſumus dubitare, quandoquidem à Deo ſumus in numerum filiorum adoptati, & pro Eccleſiæ membris recepti. Deinceps ſequitur, Jonathanum ad Davidem veniſſe in deſertum Ziph, his verbis, *Et ſurrexit Jonathas filius Saul, & abiit ad David in ſylvam, & confortavit manus ejus in Deo. Dixitque ei, Ne timeas: neque enim inveniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis ſuper Iſraël, & ego ero tibi ſecundus: ſed & Saul pater meus ſcit hoc. Percuſſit ergo uterque fœdus coram Domino.* Ex quibus verbis apparet, quam fideliter & conſtanter Jonathanus amicitiam cum Davide coluerit: cujus conſtantiæ & fidei laus non ſic ipſi tribuenda, quin ad fontem & originem aſcendamus: quum minime dubium eſt fuiſſe fidem Dei promiſſionibus nixam. Davidem enim unctum Samuelis miniſterio ſciebat, Regemque Dei mandato deſignatum: quod quum intuetur, ſta-

[illegible] qua Saul ſic inflammatur, ut in furorem & rabiem totus convertatur. Jonathanus vero contra, filius ipſius, Davidem amplectitur, vitamque pro ipſo exponit, & patris obliviſcitur, ſpemque Regiæ dignitatis retinendæ prorſus abjicit, Davidique debitum reliquit: quod ſane prorſus admirandum eſt. Quod quum intuemur, minime vineri debet hodie inſolens, ſi Dei verbum tam varios tamque repugnantes & diverſos effectus ſortitur. Exempli gratia: Unum & idem Euangelium prædicatur, cujus tamen quam varii effectus? Nam alii quidem docentur, alii ringuntur, & dentibus infrendent adverſus Deum & Euangelii prædicationem. Quod ſane Dei verbo non poſſumus imputare, quaſi vitium illud ipſi natura ſua ineſſet. Deus enim ſatis aperte demonſtrat, mortalibus adverſus Dei verbum pervicaciter calcitrantibus, nihilominus tamen illud bonum eſſe. Contemtus igitur ille neceſſario, non à verbo, ſed ab hominum contumacia & rebellione promanat, qui ſuperbia inflati, audita Euangelii doctrina, tanquam immanes beſtiæ cornu Dei Majeſtatem petere non verentur. Alii vero prius variis ſuperſtitionibus impliciti, & multis vitiis dediti, ſic verbi divini prædicatione tanguntur, ut peccatorum ſerio ſenſu afficiantur, & regenerentur, ac magis magiſque dejiciantur & humilientur coram Domino, ſic ut pro natura quam prius efferam habebant, adeo ut odorem Euangelii ferre non poſſent, neque paterentur ulcera ſua tractari, contrariam prorſus induant, & immutentur à Domino, ſic ut pro leonina pelle induant agninam, ſeque Dei voci ſubjiciant, & ad ipſius obſequium componant. Hinc igitur apparet, Dei verbi prædicatione alios exacerbari, alios vero domari: in aliis rebellionem & contumaciam augeri: in aliis vero tantam mutationem fieri, ut priſtinam malitiam abjiciant, & omnibus affectionibus, Deo & ipſius veritati repugnantibus, nuncium remittant. Quæ quum intuemur, agnoſcamus, nos à minimo ad maximum adverſus Deum rebelles & contumaces fore, niſi ipſemet in nobis per Sancti ſui Spiritus efficaciam operaretur. Nam quod reprobi homines magis ac magis indurantur, & adverſus propriam ſalutem conſpirant, proprium eſt humanæ naturæ: à qua Deus ſuos eximit. Homines enim antea increduli placido & manſueto animo Dei verbum excipientes, non propria virtute & induſtria moventur, ſed ſingulari quodam Dei beneficio, per Sanctum ſuum Spiritum in ipſis agentem. Idcirco Divus Paulus, videns multos ex Judæis adverſum ſe ſuamque doctrinam inſurgere; alios vero eandem ut puram & ſanctam admittere; dicit oportere perfici quod olim per Prophetam prædictum eſt, nimirum Indurari magis ac magis improbos, quum Deus loquitur: quoniam mentem habent amaritudinis & contradictionis, ut omnibus, quæ proponuntur ipſis,

contra-

Digitized by Google

mus, Dei verbo credendum eſſe, non tantum quum gratum & jucundum illud eſt, & votis noſtris reſpondet: ſed etiam placide admittendum, licet grave ſit & acerbum ac miſeriarum plenum. In primis autem perſeverantiam eſſe neceſſariam ſciamus, ne tantum bene incipiamus, Deique gloriæ ſtudium aliquod oſtentemus, & levi aliquo fulgore oculos hominum perſtringamus: ſed conſtanter ad finem uſque perſeveremus, & adverſus quaſcunque tentationes fortiter pugnemus, donec ſuperaverimus. Neque enim Jonathanus ſine multis difficultatibus & ſine lucta venit ad Davidem in deſertum, ſuamque amicitiam teſtatus eſt. Filium enim Regis, gratia & auctoritate plurimum valentem, quis dixerit ultro ſe in diſcrimen vitæ & in apertum mortis periculum, tot hominibus illius actiones explorantibus, & patre ipſo Saule, conjecturum, ob amicitiam qua Davidem complectebatur. Profecto ſciebat Jonathanus, ſe non ſine diſcrimine poſſe ad Davidem venire: & jam iram patris ſenſerat, è cujus manibus vix evaſerat: ſed nihilominus Davidem quæſivit, & ad eum venit. Sed in quibus locis, obſecro? In ſaltibus & deſertis, in quibus nullæ munitiones, & ne habitatio quidem, in qua exciperetur. Eant igitur jam perfidioſi homines & ſuas difficultates & anguſtias prætexant, quum non tantum hominibus, ſed ipſi etiam Deo perfidioſi fuerint, & ab officio receſſerint: cujuſmodi multos male feriatos homines videas frontem perfricare & vana effugia quærere, quum Euangelio renunciarint, & improborum iniquitati conſenſerint. Sic hodie Judæos videmus iſtis larvis ſuam impietatem tegere, ſe libenter quod rectum eſt ſequuturos, ſed ſe tot hoſtibus undique circumdari, tot periculis premi, ut Deum tentaturi ſint, & ſuæ famæ jacturam paſſuri, & offendiculum multis allaturi, ſi ſecus fecerint. Sic multi jocantur & larvas obtendunt, quum ſeſe fortiter & magnanimiter gerere deberent in fide ſua palàm aſſerenda: & perfidioſe adverſus Deum & homines agunt: & ſibi ad quodvis flagitium habenas permittunt: &, ſi miſeri fideles perſequutionem patiuntur, ſive metu, ſive alio affectu, patiuntur innocentem ſanguinem effundi; &, modo ſuam apud homines auctoritatem retineant, parvi faciunt perfide adverſus Deum & homines agere: aut ſi non eo uſque improbitatis veniant, ſatisfeciſſe putant ſe officio, ſi non conſenſerint in aliorum crudelitatem & Dei contemtum: & tamen duabus ſellis ſedent, & quovis vento

tia & auctoritate rebus ſecundis frui. Quo exemplo pudefieri delicatulos iſtos oportet, quos vel paupertatis vel periculorum metus ab officio dimovet. Porro Jonathanus nominatim dicitur *confortaviſſe manus Davidis in Domino:* ex quibus verbis apparet, non fuiſſe profanam illam amicitiam, neque mundanam; ſed in Dei timore fundatam. Hinc obſervemus, oportere omnes amicitias noſtras à Domino incipere, & in eodem pergere & continuare: ne alioquin multa vanitate laboremus. Nam quæ amicitiæ rebus mundanis nituntur, incertæ ſunt & inconſtantes, & ad omnis æquitatis & juſtitiæ everſionem ſæpiſſime conſpirant. Tanto itaque diligentius obſervanda Jonathani fides erga Davidem: quem conſolari voluit in afflicto & miſero ſtatu, ſed ita tamen, ut mediis omnibus illicitis abſtinuerit. Namque patris milites Jonathanus poterat quidem ſollicitare, & ad Davidis defenſionem armare, multorumque animos ſibi conciliare. Nam minime dubium eſt, quin Saul multis propter crudelitatem & inhumanitatem eſſet exoſus & contemtibilis, præſertim quod eſſet in inſaniam verſus. Quare Jonathanus ſatis multas occaſiones habere videbatur res novas moliendi: ſed ſatis ipſi fuit, Davidis manus in Domino confortaviſſe. Quamobrem ne ab amicis poſtulemus, ut rationibus obliquis nos adjuvent, aut contra Dei voluntatem: quandoquidem exitus cum Dei maledictione ſemper eſt conjunctus: ſed in Domino fortificemur, eoque uno contenti ſimus. Sequitur autem, quæ fuerit conſolatio: *Dixitque ei, Ne timeas: neque enim inveniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis ſuper Iſraël, & ego ero tibi ſecundus: ſed & pater meus ſcit hoc. Percuſſit ergo uterque fœdus coram Domino.* Expendamus igitur ſigillatim hæc verba, quibus Davidem fortificavit, nempe fuerunt illa commemoratio promiſſionum divinarum, quæ Davidi factæ fuerant. Neque vero fecit ille Prophetæ vel Doctoris officium, verumtamen in memoriam Davidi reduxit quæ in ipſius animo jam ante inſidebant. Quibus verbis utilis admonitio continetur. Ecquis enim noſtrûm audeat gloriari ſe talem habere fidem qualem olim habuit David, cujus antea ſatis clara teſtimonia habuimus, & ſumus in poſterum habituri? Non fruſtra tamen à Jonathano manus ipſius in Domino fortificatæ: unde apparet, Davidem, licet inſigni & excellenti fide præditum, gratam tamen habuiſſe Jonathani conſolationem. Quare licet Deus nos verbo ſuo confirmarit, & radices illud in nobis egerit, tamen

Digitized by Google

HOMILIA OCTOGESIMA QUARTA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XXIII.

19. Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nonne David latitat apud nos in locis tutiſſimis ſylvæ, in colle Hachile, quæ eſt ad dextram deſerti?

20. Nunc ergo, ſicut deſideravit anima tua, ut deſcenderes, deſcende: noſtrum autem erit, ut tradamus eum in manus Regis.

21. Dixitque Saul, Benedicti vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam.

22. Abite ergo, oro, & diligentius præparate, & curioſius agite, & conſiderate locum, ubi ſit pes ejus, vel quis viderit eum ibi. Dictum eſt enim mihi, quod ſit valde callidus.

23. Conſiderate, & videte omnia latibula ejus, in quibus abſconditur: & revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiſcum: quod ſi etiam in terram ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum in cunctis millibus Juda.

24. At illi ſurgentes abierunt in Ziphante Saul: David autem & viri ejus erant in deſerto Maon, in campeſtribus, ad dextram Jeſimon.

25. Ivit ergo Saul & ſocii ejus ad quærendum eum: & nunciatum eſt Davidi, ſtatimque deſcendit ad Petram, & verſabatur in deſerto Maon. Quod quum audiſſet Saul, perſequutus eſt David in deſerto Maon.

26. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una, David autem & viri ejus erant in latere montis ex parte altera: porro David deſperabat ſe poſſe evadere à facie Saul: itaque Saul & viri ejus in modum coronæ cingebant David & viros ejus, ut caperent eos.

27. Et nuncius venit ad Saul, dicens, Feſtina & veni: quoniam infuderunt ſe Philiſtiim ſuper terram.

28. Reverſus eſt ergo Saul, deſiſtens perſequi David, & perrexit in occurſum Philiſtinorum. Propter hoc vocaverunt locum illum *Petram dividentem.*

PRout nos variis Deus exercet calamitatibus & afflictionibus, adverſus eaſdem remedium adfert: imo etiam prævenit, ne incautos ſumma neceſſitas opprimat: quare ſic malis noſtris providet, ut ante ictum ſentiamus ipſum noſtri miſertum fuiſſe. Quemadmodum medicos videmus, ægrotorum curam habentes, prævidere quo tempore febris periodus ſit reditura, & præcipere, ut ea hora cibus illis præbeatur, quod poſtridie ſit illis jejunandum. Aut quemadmodum pater aliquis filium peregre profecturum non ſinit abire diſcalceatum & vacuum: ſed ipſi de rebus neceſſariis providet: vel ſicuti Imperator prævidens futurum cum hoſtibus prælium, jubet milites corpora curare, & neceſſaria providere. Non aliter, inquam, Deus paternam de nobis curam gerit, nos comitatur, & in clientelam ſuam recipit, noſtriſque omnibus miſeriis medetur, &, prout variis & diverſis afflictionibus exercet, adverſus eaſdem neceſſariis remediis munit. Hujus doctrinæ præſens hiſtoria fidem facit, in qua Ziphæi dicuntur ad Saulem Davidem proditori veniſſe. Quæ ſane gravis Davidi potuit tentatio contingere, & ejus animum quodammodo labefactare, quaſi Deus illum ſpe ſua fruſtraretur: ſed huic tentationi Deus occurrit, præmiſſo ad Davidem Jonathano, qui afflictum conſolaretur, rataſque ipſi faceret promiſſiones de regno ipſi per Samuelem factas. Quamobrem obſervandum, Deum prævidere neceſſitates noſtras, neque exſpectare donec in eas anguſtias deveniamus, ut deplorata ſalus videatur,

Digitized by Google

tur. Vel precationem dicemus eſſe, qua Ziphæis, perfidioſe Davidem in manus ſuas tradere cogitantibus, adulatur, Dei nomen in vanum uſurpans: quod nimirum frequenti experientia comprobatur. Nam plerumque videas eos, qui Dei nullum timorem habent, frequenter in ore nomen ipſius habere: & tanquam clypeum objicere, multiſque modis profanare. Sic fures aut latrones de iis, quæ rapuerunt & prædati ſunt, Deo gratias agere, quaſi manu ipſius prædam eſſent conſequuti, non ſine contumelia & profanatione ſolent: neque ulla major inferri Deo poteſt injuria: & inſignis eſt blaſphemia Deum facere flagitiorum & rapinarum ſocium. At nemo neſcit, quam multi malis artibus diteſcant, & ingentes opes accumulent, & tamen ad Deum iſta referant. Reges ac Principes qui ambitione & honorum nimia cupiditate & avaritia flagrantes ſanguinem humanum fuderunt, & hunc & illum ſpoliarunt & injuriis affecerunt, Dei tamen nomine ſemper gloriantur, & ſe per Dei gratiam regnare profitentur. Quod vitium omnibus ſeculis invaluiſſe videmus: verumtamen diligenter eſt nobis obſervandum, quid Lege ſua Deus olim profeſſus ſit, nempe, non paſſurum, ut ſuum nomen à quoquam accipiatur in vanum. Quamobrem ſummopere cavendum, ne cum ſimulatione & hypocriſi Deo gratias de acceptis bonis agamus: & ne Dei nomen temere noſtris flagitiis tegendis aſſumamus. Cæterum quantis cum difficultatibus David alia ex parte luctatus ſit, & in quantas anguſtias redactus, quum undique à Saule premeretur, eſt expendendum. Dicitur itaque Saul non ſtatim accurriſſe: ſed animos Ziphæis dediſſe, ut veſtigia Davidis perſequerentur, ut poſſit ipſe tutius hominem inſequi & veſtigia premere: ac præcepiſſe, ut ad ſe reverterentur, tum fore ut cum ſuis militibus deſcenderet ad eos, & Davidem apprehenderet. Hoc vero conſilio faciebat, ut poſſet per otium exercitum colligere: quare non arbitrandum eſt, illum procraſtinaſſe, quem antea vidimus furore & amentia flagraſſe: ſed ipſius furori Deus moram injecit, dum conſilio res ſuas promovere cogitavit, & incauta ira Davidem opprimere, ne poſſit e ſuis manibus elabi: & interea David tempus ad evadendum de Ziphæorum proditiune admonitus habuit. Etſi vero potuit nuncius ille humano conſilio ad Davidem venire, tamen divina providentia Davidis miſerente miſſum, perſuaſos eſſe nos oportet. Porro non legimus hic ſummum Sacerdotem quic-

Dominum voces, *Domine, ſerva me in nomine tuo, & in virtute tua me judica.* Quibus verbis primum ſeſe totum Deo permittit, quod de ſe & vita ſua videretur actum eſſe. Deinde nihilominus ſe non temere neque de nihilo ad Deum confugere docet, quum ſeſe offert ipſi judicandum, & petit, ut ſecundum ſuam integritatem de cauſa ſua Deus ferat ſententiam. Quod dignum eſt obſervatione. Nam ſæpe multi ſunt ſatis audaces & impudentes ad Deum invocandum, quos tamen, ſi ſummo jure cum ipſis Deus ageret, certum eſt mereri millies in abyſſum divinorum judiciorum detrudi, quod falſo nomine Deum invocent. Davidem igitur obſervemus exauditionis ſuæ fundamentum ponere juſtitiam ſuam & vitæ integritatem: quam ob cauſam judicari ſe à Deo poſtulat: quaſi diceret ſe non invocare in mala cauſa Deum patronum, ut ſæpe multi Deum contra jus omne & æquum favere ſibi in mala cauſa exoptant: & ſuis cupiditatibus & corruptionibus ſubjici. Sed David ſe Deo examinandum proponit, & rogat, ut cauſa cognita ſententiam tanquam æquus judex ferat. Interea tamen Dei virtutem etiam implorat. Satis enim norat, oportere Deum ad nos ſervandos virtutem ſuam exerere, licet in integritate vitam degere ſtuduerimus. Qua in re nos ab Ethnicis differre par eſt, ut, licet cauſæ noſtræ bonitate & æquitate freti ſimus, & integritate conſcientiæ, Deum tamen oportere ſciamus manum ſuam ad nos ſervandos exerere, ſine qua nihil illa nobis profuerint. Querelas deinde pluribus perſequitur eo Pſalmo David, inquiens adverſus ſe peregrinos inſurrexiſſe, & crudeles ac barbaras gentes vitæ ipſius inſidiatas fuiſſe. Quam *peregrini* vocem quidam ſic accipiunt, ut à Davide Judæos velint deſignari, & degeneres animos ipſis exprobrari, quod ab Abrahami progenie defecerint. Quæ loquendi formula ſatis eſt in ſacra Scriptura frequens: natio enim illa ſemper de ſtirpe ſua gloriabatur, & avos prædicabat: ſed etiam ſæpe contra Deus illis primam originem objicit, & patrum corruptionem exprobrat, & tanquam adulterinam gentem rejicit. Verum duæ illæ voces, quibus David utitur, ſimul junctæ, potius indicant, Ziphæos cum Saule, & reliqua parte populi, eſſe inſtar barbararum gentium, adverſus vicinos inſurgentium & crudeliter ſævientium. Quod longe durius eſt, quam ſi à remotis gentibus iſta fierent: ſiquidem vicini à vicinis, aut familiaritate quadam junctis, beneficia potius quam ab incognitis &

Digitized by Google

rebus deploratis, & hominum opinione deplorata ſalute. Tunc, inquam, maxime ſe fides exerit, & perpetuis ad Deum precibus roboratur. Nos igitur Davidis ſingularem fidem agnoſcamus, eoque majorem, quo duriora ipſius fuerunt certamina, & anguſtiæ majores, in quas redactus erat. Ecquis enim non vehementi formidine concutiatur, ſi, non qualem David, ſed longe adhuc leviorem tentationem experiretur? Neque enim Ziphæi ſoli dicuntur illum perſequuti, ſed omnes Saulis ſatellites, adeo ut illum tanquam canes feram inſectarentur & allatrarent, & jamjam laniaturi viderentur, ſpeſque nulla ſalutis hominum opinione ſupereſſet. Quum igitur in tantis anguſtiis David Dei meminit, & ad ipſius opem recurrit, & in precibus perſeverat ad ipſum fundendis, magni animi non incertum fuit teſtimonium, & ſummæ fidei laudabile ſignum. Nam ſi David non regenitos imitatus, deſperabundus de Dei auxilio nihil amplius ſperandum ſtatuiſſet, poterat temere prava conſilia inire, ſeque à Deo derelictum conqueri, imo ſe in novas ſemper difficultates ab ipſo conjici: verumtamen David contra permanet imperterritus, & in adverſis conſtantiam retinuit, neque unquam Deum invocando eſt defatigatus, quæ ipſius conſtantia ſingularem ipſius fidem fuiſſe oſtendit, & altas in ipſo radices egiſſe: tanto itaque diligentius hic locus à nobis eſt obſervandus, quo fuit inſignior Davidis conſtantia & firmitas animi, ut ipſius exemplo diſcamus, Deo nos in iſtiuſmodi anguſtias & difficultates conjiciente, nunquam fidem abjicere, ſed ad ipſum ardentibus precibus ſemper confugere. Porro David oſtendit, ſe non confugiſſe dubitanter ad Deum, & in extremis anguſtiis ipſum trepide invocaſſe, ſed fide omnes difficultates ſuperaſſe, quum adjicit, *ſe Deo ſacrificium oblaturum*: quibus vocibus ſe Deo gratias acturum pollicetur, & quidem ſolenni ſacrificio. Atqui tum David Sanctuario Domini exulabat, ad quod ipſi non dabatur acceſſus, & tantum abeſt, ut haberet ſacrificia, quæ Deo offerret, ut contra rerum omnium egenus cum fame, ſiti, æſtu, frigore, & aliis iſtiuſmodi anguſtiis luctaretur. Unde igitur David exul & rerum omnium egenus haberet ſacrificia, quæ Deo ſecundum Scripturæ mandatum offerret, eique ſolenni ſacrificio gratias ageret? Quamobrem inſignem fidem ipſius fuiſſe apparet, quæ tot difficultates ſuperavit, quibuſcum ipſum, antequam Domino poſſet offerre victimas, oportebat luctari: quum ergo ſacrificium laudis Domino vovit, ſatis aperte teſtatus eſt, ſe Deum non temere invocare, neque dubitanter, ſed fuiſſe perſuaſum, ſe à Domino exaudiendum, & ex mortis imminenti periculo liberandum: quod & etiam à nobis diligenter obſervari neceſſe eſt, ſiquidem ſæpe contingit, nos,

ceſ videatur ad tempus ad preces noſtras obſurdeſcere, & à nobis oculos avertere: denique nos oblivioni tradere: ſed contra perſuaſi ſimus, ipſum reipſa tandem patefacturum, ſe ad preces noſtras attentas aures præbuiſſe. Hic igitur in memoriam etiam revocanda eſt illa D. Pauli doctrina, qua monet, ut in Deum omnem noſtram ſollicitudinem & curam rejiciamus, & eum gratiarum actione invocemus. Quibus verbis Paulus docet, preces noſtras nihil unquam effecturas, niſi prius in Deum conjecerimus omnes curas & ſollicitudines, quibus premimur. Deinde Deum pollicetur nobis fore proximum, & noſtri curam ſingularem habiturum. Cæterum ſummopere cavendum admonet, ne Deo obloquamur precantes, &, ut multi ſolent, cum indignatione interpellemus, aut in blaſphemas etiam voces erumpamus, ſed contra, potius oportere preces noſtras & petitiones omnes cum gratiarum actione conjungi, ut in Deo conquieſcamus, ipſum perſuaſi tandem effecturum plus quam ipſi expetere auſimus. Et de iſtis hactenus. Sequitur, Saulem & ſocios ejus iviſſe ad quærendum Davidem, quod quum illi nunciatum eſſet, ſtatim deſcendiſſe ad petram, & verſatum in deſerto Mahon: quod quum audiſſet Saul, perſequutum fuiſſe Davidem in deſerto Mahon, & iviſſe Saulem ad latus montis ex parte una; Davidem autem & viros ejus fuiſſe in latere montis, ex parte altera. Porro Davidem deſperaſſe, ſe poſſe evadere à facie Saul. En igitur Davidem velut in ipſius mortis faucibus undique concluſum, ut nulla ſpes ipſi reliqua ſalutis eſſet. Quid igitur ipſi profuit, factum fuiſſe certiorem de Saulis adventu? Potuit ille quidem ſane ad aliquod tempus recedere, & tantum otii habere, & præterea reipſa experiri, Deum non plane ipſius oblitum, quin aliquam ipſi viam ſalutis aperiret; verum creſcentibus deinceps periculis, ex quibus nullus apparebat exitus, (neque enim hominum judicio fieri unquam poterat, ut David manus Saulis effugeret,) quantas arbitramur fuiſſe Davidis difficultates, & in quam varias partes fluctuaſſe ipſius animum veriſimile eſt? Sane ipſemet Pſalmo 116. ſatis aperte declarat, ſe magnopere perturbatum, & ingenti formidine percuſſum adventu Saulis velut inopinato. Nam ubi dixit, Dilexi Dominum, quoniam exaudiit vocem orationis meæ, tamen agnoſcit, ſe mortis doloribus fuiſſe circumdatum, & ab anguſtiis inferni inventum, quæ verba pertinent ad hanc hiſtoriam, in qua Davidem apparet in ſummas anguſtias deveniſſe, quas licet non perſequatur & amplificet verborum ornatu, tamen ſatis apparet ex paucis verbis, cum ſummis difficultatibus fuiſſe luctatum. Nam quum dicit, *ſe mortis doloribus circumdatum*, perinde eſt, ac ſi diceret, ſe de ſalute deſperaviſſe, ſiquidem hominum judicio nulla

ſpes

Digitized by Google

nis ſymbolo, & inane nuncium, & irritum fuiſſe ſibi à Deo miſſum cogitaſſe. Sed illa expoſitio rudis eſt & coacta. Quare quum David de feſtinatione ſua loquitur, per quandam ſimilitudinem dictum exiſtimandum eſt: quemadmodum enim fiduciam comitatur fides & tranquillitas, ſic etiam incredulitatem perturbatio & timor ac confuſio. Qui enim in Deo confidit, quietus eſt & tranquillus: idcirco Scriptura, quum nos in Deo certam habere fiduciam jubet, frequenter his vocibus utitur, Quieſcendi & ſilendi. Contra vero de hominum diffidentia & incredulitate loquens, illos cum foliis arborum tremulis comparat. Talis igitur tunc fuit Davidis paſſio: ac proinde non ita magnanimitatem & fortitudinem animi ſui prædicat, quaſi non ſit periculorum metu, quibus urgebatur, perturbatus: quin potius ſe fatetur vehementer commotum, & animi perturbatione concitatum, ut ſimilis fuerit feſtinanti homini, & nihil niſi caſum letalem metuenti. Idcirco dicit, ſe in illa feſtinatione dixiſſe, *omnem hominem mendacem*. Quibus verbis non tantum venit illi in mentem illa cogitatio, vanum & irritum videri de Saule nuncium, ſed etiam de omnibus hominibus in genere loquitur, in quorum etiam numero ſeipſum agnoſcit: quaſi dicat, Ego in quibuſvis hominibus nihil niſi vanitatem & mendacium reperi. Magna ſane illa ſapientia eſt, ſcire, omnes homines eſſe mendaces, & vanitati obnoxios, quemadmodum & Pro-
Pſal.62. pheta Pſalm. 62. nos docet, vanos eſſe filios hominum, & mendaces: qui ſi in ſtateris appendantur, ipſi omnes ſimul vanitate ſint leviores. Nos Davidis ſermonem apprehendere diſcamus, & Dei in illo exercendo ſapientiam expendere. Nam David in hominibus nihil niſi vanitatem & mendacium animadvertens, contra doctus eſt à Deo quomodo mutentur homines & roborentur, ne ſint amplius mendacium & vanitas: nempe verbo divino, quod in omnibus anguſtiis labantes fulcit, & per Dei Spiritum in nobis agentem omni diffidentia & vanitate exuit. Denique nos docet, in Deo unico noſtrum eſſe perfugium, vitamque noſtram in eodem conſiſtere, ac proinde quamdiu homines ſibi ipſis fidunt, perpetuis ſemper fluctibus agitari, & animi perturbationibus ſine ulla quiete & tranquillitate concuti. Sacra idcirco Scriptura frequenter homines cum flore aut gramine comparat, quod levi aliqua aura afflatum marceſſit, & ſcamus, tamen ſeminis illius incorrupti efficacia corroborari, ut in nobis divina virtus appareat, virtutemque ſuam in nobis exerat, adeo quidem, ut flos ille pulchritudinem ſuam non ad diem unum aut alterum, neque ad multos annos, ſed in perpetuum retineat, magnam conſolationem percipimus: ſi quidem nos natura corruptioni obnoxios, & flori ſimillimos, ſcimus Dei virtute in æternum confirmari, & corruptionem naturalem in incorruptionem & gloriam æternam commutari. Hanc ob cauſam Propheta Pſal. 102. dicit, *cælos perire & ſicut veſtimentum* *Pſal. 102.*
veteraſcere, terramque, & quæcunque in ea ſunt, perire, nihilque firmum in ea periſtare, mundique omnes delicias in fumum abituras, ſolumque Deum ſui ſemper ſimilem eſſe, & in æternum permanere. Sed iſtis videntur homines ita dejici, ut nihil illis relinquatur: ſiquidem ſolus Deus in æternum permanet. At Petrus docet, homines Dei verbo confirmatum iri, & Dominum timentes in æternum à Domino ſtabilitum iri. David igitur homines eſſe vanitati & mendacio obnoxios dicens, ſeipſum condemnavit, & bono principio nixus, ad Deum precibus confugit, & in ſpelunca ſeſe ad tempus continuit, metu perculſus & formidine, licet nunquam memoria exciderint factæ ipſi per Samuelem promiſſiones. Et fuit ipſius inſignis fides & inconcuſſa, ſed non tamen [illegible]: quippe qui imminentia ſibi pericula ſenſerit, & iis tanquam homo commotus ſit. Hoc exemplum nos decet imitari, & agnoſcere, Deum, nos virtute ſua regentem, facere, in ipſius timore & obedientia perſeveremus, ut vitæ ipſius participes fiamus, & in medio quarumlibet tempeſtatum & procellarum incolumes ad portum felicem deveniamus: & lapſi etiam in via ab ipſo erigantur. Quamobrem obſervandum eſt, Davidem, etſi fidem retinuit, tamen magna infirmitate laboraſſe. Nam ex parte periculis imminentibus territum videmus, ſed alia ex parte viciſſim Dei verbo confirmatum, in orationibus aſſiduum fuiſſe, neque unquam animum deſpondiſſe, fidemque adverſus quaſlibet tentationes tanquam ſeptemplicem clypeum objeciſſe, quum in mediis difficultatibus Deo laudis ſacrificium tanquam reportata jam victoria vovit. Hæc inquam, duo veluti ſibi contraria in Davide ſunt obſervanda, nempe fides ipſius cum infirmitate conjuncta, ne in anguſtias ſimiles conjecti de-

poſſunt; ſed minime dubium eſt, quin ipſius animus maximis perturbationibus agitatus ſit. Neque vero tamen diu David in iſto luto perturbationis hæſit, ſed Deum precibus ſollicitavit, & exauditus eſt. Quare in noſtram inſtructionem ita loquutum Davidem agnoſcamus: & Pauli doctrinam conformem illi reducamus in memoriam; qui 2. ad Corinthios docet, Deum ſuos exercentem variis calamitatibus, nolle tamen ut in deſperationem veniant, ſed ut potius ardentibus precibus ad Deum confugiant. Sic David Pſal. 34. poſtquam de variis egit calamitatibus, quibus dies & noctes indeſinenter exercebatur, ait, Venite, & vos erudiam. Ipſe ſane tot malorum experientia doctus loquebatur, & de rebus ſibi probe cognitis alios erudiebat. Se igitur merito loquuturum dicit. Sed, oro, quales ipſius ſermones futuri ſunt? Ex parte ſuam infirmitatem detegit, ne nos iiſdem malis exerciti deſpondeamus animum, & ab officio reſiliamus, Deo nos variis calamitatibus dejiciente: deinde ex altera parte fidem ſuam declarat, qua veluti duce ad Deum acceſſerit, fiduciamque ſuam in ipſo collocarit, & precibus ſollicitare non erubuerit, & illis quidem non irritis neque inanibus: quandoquidem ſpe & fiducia divinæ voluntatis plenus, ipſi ſacrificium gratiarum actionis audet vovere, quum ex omnibus periculis liberatus fuerit. David igitur in ſummis rerum ſuarum anguſtiis, ſeſe divinæ bonitatis fiducia ſuſtinuit: longe illorum diſſimilis, qui tentationibus variis agitati, videntur in illas ſeſe de induſtria magis ac magis immergere, velut in faſciculum colligentes quæcunque à Dei gratia & favore poſſunt ipſos abducere, & in abyſſum triſtitiæ detrudere, ut tandem in deſperationem veniant; & nullum amplius locum relinquant conſolationibus ex Euangelio depromtis, neque precibus ad Deum confugiant. Itaque deſperationis pleni, ſolent ejulare, Me miſerum! ô me perditum! ô me à Deo rejectum. Sed quæ cauſa eſt iſtius perturbationis & deſperationis, niſi quod ipſimet ſeſe in laqueos iſtos ultro inducunt? Alii vero fanatici homines, quum aliquas rerum mutationes ſentiunt, tanquam Prophetico Dei Spiritu pleni, neſcio quæ ſibi ſomnia fingunt, quibus magis ac magis implicantur, olim à Deo meritam ſuorum factorum mercedem recepturi. Davidem vero videmus in illis ſuis calamitatibus à gratiæ Dei cogitatione non receſſiſſe: neque ſua mala graviora feciſſe, neque ſibi ad Dei gratiam precibus ſollicitandam aditum præcluſiſſe, ſed ad Deum ſemper aſſurrexiſſe. Neque vero ſane humanum opus iſtud fuiſſe dicendum eſt, ſed divinum potius, ſiquidem Deum oportuit Sancto ſuo Spiritu Davidem regere. Verumtamen etiam agnoſcamus, Deum non eſſe tentandum, neque gratiam ipſius noſtra negligentia ſuffocandam. Idcirco

ci adverſus tantam multitudinem? Sane David etiam idcirco non ſe ad prælium apparavit: ſed omnem ſalutis ſuæ ſpem in latibulis & fuga conſtituit. Deum igitur manu ſua texiſſe Davidem apparet, & Saulem excæcaſſe: quod pluribus locis David agnoſcit: nullamque ſibi ſalutis ſpem ſuperfuiſſe fatetur, niſi in umbra Domini. Quamobrem arcanam Dei providentiam ſuſpiciamus, ſuorum ſalutem promoventis & pro ipſis vigilantis, quamdiu illi vel dormiunt vel incautius agunt. Nam, exempli gratia, David quidem rationem aliquam evadendi ſequutus eſt, quum dicitur ab uno montis latere fuiſſe: Saul autem cum ſuis militibus ab altero: adeo ut ſemper alter alteri eſſet oppoſitus: verumtamen quum tam numeroſus eſſet Saulis exercitus, potuit totum montem circumdare, viamque Davidi præcludere, & intra montis fauces claudere: ac proinde non ſua vi Davidem evaſiſſe, ſed tanquam è ſepulcro eductum fuiſſe apparet, unius Dei præſidio. David enim in humanis rebus aliquod præſidium quærens, nullum aliud præſentius habuit, quam ſeſe in ſpeluncam abdere, & latebris illis vitam tueri, ſic tamen, quaſi vivorum conſortio expulſus, quemadmodum ſupra vidimus: quamobrem quum Deus illum ex tantis periculis eripuit, non tantum à morte, ſed à ſexcentis mortibus liberavit. Et ſpecies quædam reſurrectionis fuit eductio illa ex ſpelunca tanquam è ſepulcro, & vitæ reſtitutio. Ac ſane quid miſeris Dei filiis fieret, niſi Deus illorum miſereretur? Næ ipſorum conditio reliquarum omnium creaturarum longe deterior eſſet. Imo quid omnibus animantibus, & rebus omnibus creatis fieret, niſi Deus ſua providentia mundum regeret? Neque enim fortuito pluviæ decidunt: neque temere arbores fructus ſuos producunt, neque terra gramen profert, niſi quatenus Deus ſua providentia ſemel illis vim inditam fovet, & ſua providentia regit atque benedicit. At ſi Dei providentia in res illas inferiores fertur, qualem erga filios fore illam arbitramur? Et quoniam Diabolus, hoſtis humani generis infenſiſſimus, & multis ad nocendum artibus inſtructiſſimus, ſemper aliquid adverſum Dei filios molitur; quid miſeris nobis fieret, niſi Deus ſua bonitate nos in ſuam clientelam & præſidium reciperet? Quamobrem quæ de Davidis defenſione dicuntur, in noſtrum uſum convertamus, nobiſque ſingulis applicemus. Admiranda fuit autem in eo divina providentia, quod repente Saulis exercitus à Davide perſequendo aliò eſt avocatus. Nam allatus ad Saulem nuncius dicitur de Philiſtæorum in Judaïcam regionem adventu: qua ratione Deus conſultum Davidis ſaluti tum voluit. Nam hominum opinione nulla Davidi ſalutis apparebat via, nullis viribus, nulli induſtriæ locus erat reliquus, ſed omnino moriendum

dum

Digitized by Google

1\. Aſcendit ergo David inde, & habitavit in locis tutiſſimis Engaidd.
2\. Qumque reverſus eſſet Saul, poſtquam perſequutus eſt Philiſtæos, nunciaverunt ei, dicentes, Ecce David in deſerto eſt Engaddi.
3\. Aſſumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Iſraël, perrexit ad veſtigandum David & viros ejus, etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus perviæ ſunt.

4\. Et venit ad caulas ovium quæ ſe offerebant vianti, eratque ibi ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul, ut purgaret ventrem, porro David & viri ejus interiore parte ſpeluncæ latebant.

5\. Et dixerunt ſervi David ad eum, Ecce dies, de qua loquutus eſt Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei, ſicut placuerit in oculis tuis: ſurrexit ergo David, & præſcidit oram chlamydis Saul ſilenter.

6\. Poſt hæc percuſſit cor ſuum David, eo quod abſcidiſſet oram chlamydis Saul.

7\. Dixitque ad viros ſuos, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Chriſto Domini, ut mittam manum meam in eum: quia Chriſtus Domini eſt.

8\. Vivit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies ejus venerit, ut moriatur, aut deſcendens in prælium perierit, propitius mihi ſit Dominus, ut non mittam manum meam in Chriſtum Domini.

9\. Et confregit David viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, ut conſurgerent in Saul: porro Saul exurgens de ſpelunca pergebat cœpto itinere.

SUpereſt nobis ex ſupradictis quoddam caput obſervatione digniſſimum expendendum, miraculoſa nimirum Davidis liberatio, cui hominum opinione & judicio nulla reliqua ſpes ſalutis videbatur: nam, ut ante vidimus, illum Saulis copiæ ſic undique premebant, ut nulla ſpes eſſet evaſionis, ſed in hoſtium manus venturus videretur, à quibus non erat ſperanda gratia, ſed potius omnis feritas & crudelitas, ut non eſſet melior Davidis conditio futura, quam ovis in lupos incidentis. Fugiebat quidem David ab una parte, ſed eum Saulis milites ab altera ſic perſequebantur, ut non poſſet amplius effugere, & neque latebræ ipſum tegere poſſent, & nullus appareret exitus. Quamobrem hominum opinione conclamatum erat, & Davidis ſalus deſperata. Quis ergo illum ex ſepulcri faucibus eruit? Næ admiranda fuit ratio: nam ecce hoſtes Eccleſiæ infenſiſſimos & crudeliſſimos, quorum opera Deus utitur ad ſalutem Davidis procurandam. Irruentibus enim illis in Judæam, Saul coactus eſt cum omnibus ſuis viribus illis occurrere, ne devaſtata regione regnum etiam ſuum amitteret. Quam ergo admiranda Dei conſilia, quam incomprehenſibiles viæ ipſius, & rationes, quibus ſuis opitulatur? Sane nos eo vehementius commoveri ad ipſius virtutem agnoſcendum, & meritis laudibus prædicandum oportet, & ſummopere cavere, ne Fortunæ tribuamus, quod divina providentia diſpenſat, ſola charitate adducta in eos, quos gratis in filiorum numerum adoptavit. Incredulos quidem fateor dicturos fortuito Philiſtæos in Judæam feciſſe impetum, qui Davidi nihil minus cogitanti fuerit opportunus, quod ea de cauſa Saulem oportuerit ab ipſo perſequendo deſiſtere. Verum hoc principio niti fideles oportet, oculos Domini eſſe ſupra juſtos. Deus igitur vigilabat, Davide laborante: & illum ex Saulis manu liberare decrevit, ac proinde & rationem ipſum liberandi inſtituit; Philiſtæorum corda ſic regens, ut, quo vellet, impelleret, atque tam opportune, ut ne ad momentum quidem moras necterent. Quamobrem occultam Dei providentiam agnoſcamus in iis omnibus caſibus, quos profani fortuitos dicunt: & præterea notandum, non modo non deeſſe rationes Deo implendi ſua conſilia: ſed eum uti omnibus ſuis rebus creatis, quin etiam ipſis Diabolis, quos vel invitos fidelium ſalutem promovere cogit: exitium illi quidem noſtrum, fateor, perpetuo moliuntur: ſed Deus virtute ſua conatus ipſorum in contrarium ſemper vertit, & ipſis bonos Angelos oppo-

Digitized by Google

fiat, liberandos. Cæterum quotieſcunque conjuratos Eccleſiæ hoſtes, qui dira quæque ipſi minabantur adverſus ſeipſos inſurgere conſpicimus, ſciamus Dei virtute fieri, Philiſtæos ad ſuum populum liberandum commoventis, & Eccleſiæ ſalutem procurantis. Nam quæ Davidi contigerunt, in uſum omnium fidelium ſcripta ſunt, quatenus ſunt Domini noſtri Jeſu Chriſti membra, cujus David figura fuit. Ac ſane nos ipſa experientia docet, Deum ſæpe Philiſtæos excitaſſe ad multa conſilia frangenda, & conatus evertendos, quibus Eccleſia, niſi Deus opem tuliſſet, funditus evertenda videbatur. Nam quoties mundi hujus proceres ac principes conſilia inierunt ad Dei verbum exſtirpandum, & fideles omnes illi adhærentes una internecione tollendos, & inter ſe conjurati fidelium omnium interitum & ſanguinem ſitierunt, nihilque ipſorum conſilia remorari poſſe videbatur: Deus tamen admirandis modis & momento conſilia ipſorum fregit, modo excitato bello, modo fractis induciis, modo proditione captis urbibus: ecquis autem iſta, quæſo, perfecit? Næ apparet quidem, hinc multorum ambitio, inde aliorum crudelitas, & denique prava hominum cupiditas, ſed tamen altius aſſurgendum eſt, & fide contemplanda ſingularis Dei bonitas pro Eccleſiæ ſuæ ſalute & defenſione vigilantis, ac proinde hoſtes Eccleſiæ adverſus ſeſe invicem committentis. Atque doctrina hæc obſervanda ex iis, quæ dicuntur de Davidis liberatione per Philiſtæos, qui in Judæam irruperant. Facti autem iſtius memoriam perpetuam fuiſſe adjicitur, quod ea occaſione locus ille vocatus ſit Petra dividens, quam vocem quidam interpretantur de Saule, quod ſua ſpe deluſus diſcedere coactus ſit re infecta. Alii vero quod Davidis milites ſuſpenſis animis fuerint. Verùm exiſtimo, verbis illis potius Dei bonitatem erga Davidem commendari, qui nunquam ſperaſſet ſe hac ratione liberandum, ut nempe Saul relicto Davide cogeretur exercitum ſuum abducere, Deo ipſum alio avertente, & tanquam freno ducente; qua ſimilitudine Prophetam Eſaïam uti videmus, quum dicit, Deum hoſtibus in nares fibulas mittere, & illos pro arbitrio circumducere. Non aliter Deus vel invitum Saulem tanquam freno retroactum coëgit invitum abire. Neque vero tamen hic finis fuit calamitatum & afflictionum Davidis: nam repulſus Philiſtæis Saul de ſua crudelitate adverſus Davidem nihil remiſit; quod David ſentiens & periculum, in quod inciderat, præ oculis habens, locum mutavit, venitque in deſertum Engaddi, quaſi dicas, locum aquatilem, etſi non conſtat, fueritne illic aliquis torrens, aut ſcaturigo quædam, quæ loco huic nomen fecerit: fuiſſe tamen eo loco ſpecum profundiſſimam, certum eſt: cujuſmodi multæ ſpecus ſunt in quibuſdam regionibus ſubterraneæ, ad dimidium milliare ſe protendentes. David igitur nibus exerceri, & ſpeciali quadam ratione divino examini ſubjici, & à Deo modo huc, modo illuc transferri, ne occulta quadam rubigine vitientur, ſibique veterno perniciem accerſant, ſed potius omni ſtudio, cura & diligentia in preces incumbant, & ad Deum in ſummis anguſtiis confugiant. Fides enim noſtra facile rubigine corrumperetur, niſi variis modis exerceretur, & à Deo exploraretur. Rebus enim tranquillis ſegneſcimus, & in invocando Deo torpemus, quum tamen præcipuam cultus ſui partem invocationem Deus à nobis requirat. Hanc igitur ob cauſam Deus nos variis calamitatibus & afflictionibus excitat, ne non modo ſegneſcamus, ſed etiam tandem adverſus ipſum contumaciter inſurgamus. Hæc igitur exemplo Davidis meditanda, cui licet magna erat oblata lætitiæ occaſio, quod ab imminenti morte liberatus fuiſſet, non fuit tamen illa diuturna, ſed nihilominus tamen David, Servatorem ſuum Deum agnoſcens, illi gratias egit, ſeque viciſſim ad nova certamina, novaſque ferendas tentationes præparavit. At ſane illum oportuit ad nova certamina ſe præparare, ne incautus deprehenderetur. Quamobrem in deſertum Engaddi confugit, &, tanquam fera quædam, in rupium ſpeluncis vitam ſuam tueri coactus eſt. Neque enim ſine cauſa hic dicitur Saul illum perſequutus, etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus perviæ ſunt: ſcimus autem, feras illas eſſe leviſſimas, quæ velociſſime ex rupe in rupem deſiliunt. Ex quibus apparet, in quas anguſtias David redactus eſſet, qui in ſpeluncam illam deſerti confugiens, fuit tanquam in ſepulcro. Dura ſane conditio miſero Dei ſervo, atque hominum judicio longe melior futura, ſi ſtatim potius vitam perdidiſſet, quam cum tot afflictionibus luctatus eſſet, & evitato periculo in aliud impulſus: quod, obſecro, quid fuit aliud, quam à Deo multis mortis generibus exponi? Verum enimvero quum Dei miſericordiæ guſtum habere & ad illum confugere in magnis noſtris periculis poſſumus, certum eſt, magno noſtro commodo & utilitati divinam illam explorationem cedere. Scimus enim maledictam fore fiduciam noſtram, ſi in rebus creatis ſubſtiterimus, quemadmodum Propheta dicit maledictum hominem, qui in homine confidit, & brachium hominis ſuum propugnaculum ponit. Atqui natura nimium proclives in vitium iſtud ſumus, niſi Deus virtute ſua nos ab eo retraheret: quum igitur nos ad ſe vocat per multas anguſtias, quam ſit nobis illud utile videmus. Quamobrem quotieſcunque Deo videbitur, nos in multas difficultates injicere, cognoſcamus, noſtro commodo fieri, ut Deum quæramus & ipſi adhæreamus, & ne à vanis cupiditatibus mundanis, quibus exitium acceſſitur, decipiamur. Nam ipſis fraudibus Satan conatur à Deo nos abducere, puta rerum terrenarum cura & ſollicitudine, quibus homi-

Digitized by Google

requiſita receſſit, in qua David cum ſuis latebat: quare vero non aliquem ſecum ex tot ſatellitibus aſſumſit? Næ Deus illum quaſi manu deduxit, & quod apud ſe decreverat perfecit. Ingreſſus igitur cavernam illam dicitur ad pedes tegendos, quæ loquendi phraſis apud Hebræos honeſte tegit quod alioqui per ſe pudendum eſt. Pedes igitur texiſſe dicitur, qui ad requiſita naturæ ſeceſſit: quo voluit Deus ipſum venire. Porro Davidis milites ubi Saulem ingreſſum viderunt, rati ſibi occaſionem ipſum interficiendi oblatam divinitus, Davidem ad cædem hominis, & quidem ſpecioſo prætextu ſunt cohortati. Nam aiunt, Tu in Regem unctus es à Domino: tibi per Samuelem Prophetam promiſſiones factæ ſunt: Saul igitur exauctoratus à Domino coronam injuſte poſſidet & per vim uſurpat: & te præterea teſta lutoque perſequitur, tanquam ipſi Deo, à quo electus es, bellum illaturus. Jam vero vides illum à Deo tibi etiam incogitanti traditum in manus, quid igitur cunctaris? Hæc tibi lætitiæ dies divinitus affulſit ad hoſtem peſſumdandum. Specioſæ profecto rationes, quibus videbatur David ſtatim perſuadendus. Nam ſciebat, ſe non honorum cupiditate Regiam dignitatem ambiviſſe, ſed à Deo, quum nihil minus quam de regno cogitaret, vocatum, & quidem omnibus ſuis fratribus primogenitis, quos Samueli pater obtulerat, repudiatis, ipſiſque à Domino, licet omnium minimus & abjectiſſimus eſſet, antepoſitum. Deinde ſibi bene conſcius erat navatæ fidelis operæ ſuæ tam ipſi Sauli quam toti regioni, cujus ipſi ſufficiens teſtimonium Deus ipſe & Angeli ipſius dabant. Præterea Saulis crudelitatem intuebatur, qua non tantum in ſe furebat, ſed etiam in Deum ipſum ferebatur: quæ quum omnia concurrerent, quare non liceret ipſi, quem Deus hoſtem in manus ſuas tradiderat, & repudiatum exauctoraverat, interficere? Saul enim crudelitate & immanitate ſæviens, nullum modum ſervabat, quare igitur Davidis militibus non liceret in ipſum tanquam in latronem & homicidam impetum facere, & tanquam perfidum & proditorem interficere? Verum enimvero David iſtis rationibus adduci non potuit, ut in Saulem aliquid moliretur, & ulla in parte ipſi noceret. Quid illum impedivit? Nempe reverentia unctionis, quam olim Saul acceperat. Nam etſi regnum in tribu & familia Benjamini non poterat eſſe diuturnum: ſed in tribum Juda transferendum erat, quod in Davide perfectum eſt: David tandemque duplici fultam teſtimonio, verbo nimirum & ſigno, confirmant: verbo, inquam, Domini per Prophetam prædicto: & ſigno, quod Deus Saulem in ſpeluncam illum ſolum adductum Davidi tradiſſet: veris niti videbantur rationibus. Hinc admonemur Dei promiſſiones in uſum noſtrum ita convertere, & quæcunque ab ipſo beneficia percipimus ad noſtræ ſalutis conſervationem, ut rectam ſemper viam inſiſtamus, & ne tantillum quidem à ſemita mandatorum deflectamus: quæ fidelibus omnibus valde neceſſaria doctrina eſt. Nam experientia docemur, quam promta ſint hominum ingenia, quum bonam aliquam cauſam tuentur ad quidvis temere ſuſcipiendum, non attendentes, id ſibi liceat, an non, quum ſibi oblatam bene gerendæ rei occaſionem arbitrantur. Nam aiunt, Quandoquidem opportunitas eſt, quare non uteremur? Verum oportebat ſobrie & ſana mente conſilium à Deo petere, ſeque ad ipſius voluntatem conformare, potius, quam hoc vel illud temere imaginari. Neque enim ſemper ita ſapiunt homines, nec tam ſobrii ſunt, ut ſuos ſenſus intra verbi divini terminos retineant. Eo igitur diligentius Davidis exemplum nobis intuendum eſt, & ad uſum revocandum, quo ſumus natura propenſiores ad peccandum: nempe cogitandum, nos, licet integritatis & ſinceritatis noſtræ teſtimonia firmiſſima habeamus, & Deum ipſum & Angelos bonæ conſcientiæ noſtræ teſtes advocare poſſimus, Deique promiſſionibus freti ſimus, non tamen debere eo audaciæ prorumpere, ut præter mandatum ipſius aliquid aggrediamur: ſed attente perpendere quid permittat jubeatve: ut, ſi nos progredi juſſerit, progrediamur: ſin minus, tanquam vinctis manibus quieſcamus: & nihil ex arbitrii noſtri voluntate ſuſcipiamus ultra Dei mandatum: ſed patienter ipſius voluntatis patefactionem præſtolemur. Atque hæc pars ſilentii eſt, quod à nobis, ipſius verbo credentibus, poſtulat. Nam etſi nos in ſilentio poſſidere animas jubet, non tamen variis agitari paſſionibus & fluctuare animo vult, ut ſolent increduli: ſed in hac obedientia, quam requirit à nobis, hoc includitur, ut ſi qua ſe nobis opportunitas bene rei gerendæ videatur offerri, non ſtatim tamen illam arripiamus, quod nondum fuiſſe nobis à Deo factam poteſtatem plane ſciamus. Quare, Deo nos ſilere & quieſcere jubente, & in ipſo conquieſcere & ab ipſius providentia pendêre, ſummopere cavendum, ne nobis habenas laxemus ad aliquid audendum, quod non di-

ſertis

lam occaſionem habemus: quandoquidem potuit tale aliquod fruſtum abſcindere in eum uſum, quem poſtea videbimus. Sic enim Sauli reipſa teſtatum fecit, veniſſe ipſum in Davidis poteſtatem incautum: ac proinde, ſi voluiſſet, potuiſſe jugulum ipſius invadere: & reliquum exercitum cæſo Duce facillime profligare. Nam alioqui, niſi ſigno illo Saul convictus, nunquam Davidi credidiſſet, veniſſe ſe in ipſius manus & incolumem ab ipſo dimiſſum: etiamſi centies David juraviſſet, ſe milites ſuos compeſcuiſſe, ne quam ipſi injuriam inferrent: & de ipſius integritate & fide dubitaſſet, deque ſua crudelitate nihil remiſiſſet, neque miſericordia in ipſum uſus fuiſſet. Quum vero David inſignia protulit, & partem chlamydis abſciſſam oſtendit, quum poſſet eadem via jugulum abſcindere, Saul vel invitus fateri, quod alioqui non credidiſſet, coactus eſt, & convictus in ſe ferre ſententiam. Quamobrem utile fuit Davidi particulam illam chlamydis abſcindere, ideoque factum illud carpere non licet. Quod ad ſcrupulum autem illum, quo ſtimulatus eſt, ex eo apparet, tentatione quadam agitatum Davidem. Nam niſi aliquem exceſſum in ſe ſenſiſſet, non potuiſſet facti illius pœnitentia duci, in quo peccatum non erat. Ex hoc igitur loco diſcamus quam proclivis ſit etiam in re licita lapſus, & quum jure divino liceat vim hoſtium vi repellere, & hoſtes etiam damnis afficere & opprobrio, quam facile aliquo exceſſu peccemus, ut licet res ipſa per ſe bona & juſta ſit, in ipſius tamen exequutione Deum offendamus. Qua in re multi magnopere falluntur, in cortice tantum hærentes. Nam aiunt, Prior ab hoſte laceſſitus ſum, & invitus ad mei defenſionem tractus ſum, non mea voluntate, ſed invitus & neceſſitate coactus me tutatus ſum. Quæ omnia vera eſſe fateor, & condemnari non poſſe: ſed interim iſti non animadvertunt, ſe non eam ſobrietatem & modeſtiam retinuiſſe quam par erat, & appetitu quodam vindictæ violaſſe libertatem, quam habebant. Quamobrem exemplo Davidis diſcamus, nos, licet coram hominibus juſtas & æquas defenſionis rationes habeamus, non ideo tamen coram Deo ab omni culpa vacuos, quod aliqua paſſione abrepti peccaverimus in exceſſu, viamque aliquam obliquam ſequuti ſimus: ac proinde licet coram hominibus neque accuſari neque damnari poſſimus, non poſſe tamen effugere, quin Dei judicio feriamur, niſi pro infinita ſua bonitate noſtras infirmitates toleret & tegat. Nos igitur eadem qua Davidem reverentia divini nominis duci oportet, cujus hæc verba ſunt, *Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo Chriſto Domini, ut mittam manum meam in eum, quia Chriſtus Domini eſt.* David ſe tanquam injectis habenis retinet, ne quid in Saulem ſuſcipiat, cogitatione unctionis divinæ, quam Saul acceperat. Non ſine cauſa vero meminit *Uncti Domini*, quoniam, ut tuamus, quum regi & adminiſtrari humanum genus certis legibus voluit, & vel Reges ac Principes, vel alios Magiſtratus pro varia Rerumpublicarum ratione ipſis præfecit. Ac proinde ſane non abs re dicitur in ſacris Deus cingere baltheum Regibus ac Principibus, quum ipſos ad hunc dignitatis gradum evehit. Quibus verbis ſignificatur, illos armari auctoritate divina, non tantum ad gladium exerendum, ut metuantur, & ut in flagitioſos animadvertant: ſed etiam ut honores debitos conſequantur. Et hoc alibi David pluribus perſequitur, quum ait, Deum, aliquos ad ſummum dignitatis gradum evehentem, Majeſtatem quandam imprimere ipſis, qua non tantum hominibus, ſed ipſis etiam animantibus terræ, & volucribus cœli ſit formidabilis. Nam alioqui non eſſent Principes diuturni, ſummaque rerum omnium paſſim eſſet confuſio, niſi Deus inſtitutum à ſe ordinem foveret, & metu quodam populum retineret, ad honorem iis habendum, quos Deus in aliquam dignitatem evexit: & formidabiles eos, ut ante dixi, non tantum hominibus, ſed ipſis etiam animantibus redderet. Et de ſummo illo Dei beneficio, politias conſervante, ut genus humanum ſubſiſtat, hactenus dictum eſto: jam vero agite, ſigillatim quod de Davide recitatur expendamus. Nam quod Saulem unctum Domini licet inimicum ſuum eſt reveritus, omnibus fidelibus utilem doctrinam proponit, ut ſeſe nimirum Magiſtratibus ultro ſubmittant. Neque enim quos nobis Deus præfecit metuere debemus tantum, ut ſolent fures, latrones aut denique flagitioſi homines; ſed alacri animo nos ipſis ſubjicere, ſive Reges, ſive Principes, ſive alii ſint Magiſtratus, quandoquidem nulla eſt, ut ait Paulus, niſi à Domino poteſtas. Quod quum ita ſit, ultro nos ipſis ſubmitti par eſt, ſcientes, nos Deum colere & venerari non poſſe, niſi quos ipſe nobis præfecit honoremus. Hanc igitur doctrinam ex Davide diſcamus, qui, Saulem licet infenſiſſimum inimicum haberet in manibus, conſiderans tamen eum unctum à Domino fuiſſe, & in Regiam dignitatem evectum, ſtatuit abſtinendum eſſe ab omni injuria & contumelia. Denique diſcamus, Deo ſervire volentes, oportere nos ſubjici omnibus quos nobis præfecit, & Juſtitiam adminiſtrare voluit, ſi rebellionis crimen effugere cupiamus. Nam adverſus ipſum Deum inſurgere videntur, qui Magiſtratibus rebellant. Specialis quidem, fateor, ratio fuit regni iſtius Judaïci, quod, ut ante diximus, figura fuit Domini noſtri Jeſu Chriſti: ac proinde majore Davidem reverentia & humilitate ductum veriſimile eſt, quum in memoriam ſacram illam unctionem revocavit. Sed tamen etiam illum ad præeminentiam illam à Deo conceſſam reſpexiſſe non eſt dubium: ac proinde exiſtimaſſe, Saulem, qui Samueli ſucceſſerat in ſumma rerum adminiſtratione, oportere dominatum retinere, donec conſtitutus à Deo terminus im-

Digitized by Google

… permittimus? Quæ beneficentia conſecuturum ipſum arbitramur in eos, qui ſpem omnem ſuam in ipſo collocarint? Quamobrem, quum nos Deus Euangelii prædicationi vult ſubjici, & cervices ipſius jugo ſubmittere, ac reipſa teſtari, nos eſſe ipſi populum dicatum ad ſerviendum Filio ipſius, tanquam Regi & Dominatori noſtro, Domino Jeſu Chriſto, ne dubitemus, quin modis omnibus ſuam erga nos benevolentiam & favorem demonſtret. Contra vero ſciamus, contumaces & arrogantes, & ſuperiorum dignitatum ferre jugum detrectantes, tandem in exitium ruituros, quoniam eos Dei vindicta perſequitur, quod ipſius ordinationi reſiſtant: quemadmodum & Paulus loco ante citato admonet, fieri non poſſe, quin ii, qui Deo bellum inferunt, mercedem ſuam recipiant: & quin reipſa tandem appareat, ipſos adverſus Deum rebelles fuiſſe. Præſertim vero ne dubitemus, quin horrenda Dei vindicta maneat eos, qui adverſus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum inſurrexerint. Quare quum hoſtes religionis rabiem ſuam & furorem deſpumare viderimus, ac cœlum terræ miſcere velle, patienter Dei vindictam adverſus ipſos exſpectemus: & ne dubitemus, quin Davidis iſta precatio, à Prophetico Spiritu profecta, ſit certa & irrevocabilis Domini ſententia adverſum infideles, cujus effectum ſuo tempore ſentiant. Quæ deinceps ſequuntur, *Davidem ſuo-*

…ſperatio? Quare Davidis conſtantiam & magnanimitatem tanto majorem fuiſſe apparet, quanto majoribus difficultatibus preſſus, non tamen flecti potuit, ut ſuorum voluntati cederet, licet eum dentibus & unguibus diſcerpturi viderentur, qui ab ipſo ad lanienam ſeſe trahi arbitrabantur. Verùm agnovit David, non tam adverſus inimicos, quam adverſus ſocios ſuos ſibi pugnandum. Quam materiam quia non poſſumus in præſentia pluribus perſequi, diſcamus exemplo Davidis, iſtiusmodi tentationibus occurrentibus, fortiter pravis omnibus conſiliis reſiſtere, & temeritati malorum conſultorum ad finem uſque reluctari, etſi illi ſocii ſint, & ipſorum opinioni contradicere moleſtum ſit. Sed abrumpenda ſemel ſunt hominum conſilia, quum Dei cauſa eſt agenda, ut præter ipſius voluntatem nihil ſuſcipiatur.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, agnoſcamus infinita peccata, quorum rei ſumus, eumque precemur, ut eorum ſenſum talem nobis injiciat, quo ad ipſius miſericordiam confugere diſcamus: & ab ipſius Spiritu regi nos patiamur, ut patienter, quaſcunque afflictiones immiſerit, feramus: vitamque noſtram in ipſius manibus ita reponamus, ut fortiter adverſus quæcunque pericula decertantes, ad finem nobis propoſitum & promiſſum perveniamus, non dubitantes, quin ſuas promiſſiones impleat, & ſpem noſtram nunquam irritam eſſe ſinat.

HOMILIA OCTOGESIMA SEXTA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXIV.

8. Porro Saul exurgens de ſpelunca, pergebat cœpto itinere.

9. Surrexit autem David poſt eum: & egreſſus de ſpelunca clamavit poſt tergum Saul, dicens, Domine mi Rex. Et reſpexit Saul poſt ſe, & inclinans ſe David pronus in terram, adoravit.

10. Dixitque ad Saul, Quare audis verba hominum loquentium, David quærit malum adverſum te?

11. Ecce hodie viderunt oculi tui, quod tradiderit te Dominus in manu mea in ſpelunca, & dixit quiſpiam ut occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendam manum meam in Dominum meum, quia Chriſtus Domini eſt.

Digitized by Google

calamitatibus liberarentur: denique Deum finem malorum, Saule cæſo, ipſis proponere. Sed iſtis non modo non commoveri potuit ad ipſi manus inferendas, ſed contra fortiter reſtitit, & conſilia ipſorum & animos ſanis admonitionibus & cohortationibus fregit. Ex quibus apparet, fidelium Dei ſervorum officium eſſe, non modo puras à ſcelere manus habere, ſed etiam malo pro viribus reſiſtere. Circumſtantias autem iſtius facti ſi expendamus, eo admirabilior ejus virtus apparebit. Nam, ut ante diximus, David metuere poterat, ne per tumultum adverſus ſe ſocii inſurgerent, pertæſi tot malorum diuturnitate, quorum finem nullum videbant, & quotidie in ipſius mortis faucibus verſabantur, Davidemque tot malorum auctorem aut occaſionem è medio tollerent. Hæc ille quidem ſatis animadvertebat, ſed non ideo tamen ab officio dimoveri potuit, quin Dei præceptum impleret. Nos itaque licet tumultum aliquem aut ſeditionem metuamus in officio pergentes, ne propterea malo reſiſtere, & nobis ipſis habenas injicere deſiſtamus: licet, à quibus ſollicitamur, furorem ſuum deſpument: ſed pro viribus malo nos opponamus: & nos erga eos, qui furioſo impetu feruntur, modeſte geramus: & à rationis limitibus aberrantes revocemus in viam, & ad æquitatem, quos æſtus iracundiæ præcipites abripit. Et de Davide ſatis dictum eſto: deinceps etiam expendamus, quomodo nos adverſus ipſos hoſtes noſtros gerere debeamus. Quum enim vocem iſtam Euangelicam audimus, non eſſe malum malo compenſandum, neque vindictam appetendam, pacem vero contra modis omnibus quærendam, animaſque noſtras in quiete & ſilentio poſſidendas, etſi nos iſti doctrinæ ſubjici æquum eſſe judicamus, Deumque nihil niſi juſtum præcepiſſe fateri cogimur, hoc tamen à natura noſtra nimis alienum eſſe cenſebimus: ac proinde non poſſe illam in hunc ordinem cogi: ac proinde licet ab omni injuria poſſimus abſtinere, nimis tamen duram eſſe, imo prorſus intolerabilem hominibus conditionem impoſitam à Deo, malum bono compenſare. Atque iſtis ſpecioſis rationibus abſolvi nos exiſtimabimus, aut, aliis iſtiuſmodi, non poſſe patientiam noſtram eo uſque domari à nobis, ut eos amare, qui nos oderunt, poſſimus, vel nos perſequentes, beneficiis vincere, neque precari pro maledicentibus famamque noſtram lædentibus. Atqui Davidis exemplo doctrina illa confirmatur, quem ſane non ignoramus minime fuiſſe ferreum aut ſaxeum, ſed hominem iiſdem, quibus nos, affectibus & paſſionibus obnoxium: ſed ille tamen ſuos affectus ita domuit, & ſe erga hoſtem infenſum ita geſſit, ut malum bono compenſarit. Quamobrem iſtiuſmodi excuſationes ſemel faceſſant, quas ut frivolas & inanes Deus condemnat: & vitium potius natura amplificare poſſemus, in injuriis exponendis, quibus ab ipſis affecti fuerimus, & facillime ex muſca elephantum fecerimus, quod à natura nimis ſui amante & delicata proficiſcitur. Atqui certum eſt, vix hodie quemquam inveniri poſſe magis improbum, magis immanem & crudelem, magis denique ingratum & magis implacabilem, quam olim fuit Saul Davidis reſpectu. Nam qualia quantaque ejus fuerunt benefacta, in totum populum & regionem, quam vitæ ſuæ periculo David ſervaverat, adeo quidem ut ipſi Saul ſceptrum & coronam deberet: præterea qualia fuerunt in Saulem privatim collata beneficia cum furioſum ipſum, & à malo Domini Spiritu vexatum David citharæ cantu ſedavit & compoſuit, fidelemque ipſi operam navavit: quibus omnibus nominibus Davidi devinctus erat, & ſe totum debebat, adeo quidem, ut ſi pro ipſo centies vitam expoſuiſſet, non tamen ipſi videretur ſatisfacere potuiſſe. Sed præterea quum Davidi ſtruxit inſidias, & incauto vitam eripere conatus eſt, non deſtitit eum David omni obſequio, & officiis proſequi, & quum malitioſe Saul ipſum irridens, & dedecore afficiens, filiam, ipſi deſponſatam, tradidiſſet alteri, non tamen ab officio Davidem iſta dedecora & injuriæ dimovere potuerunt. Jam vero quum Saul ad mortem ipſum perſequeretur, & miſerum, innocentem, patria expulſum, & extorrem, teſta lutoque inſectaretur, & collecto adverſus ipſum exercitu ipſius mortem quæreret, cœlumque terræ miſceri mallet, ut adverſus Davidem conſilia ſua exequeretur. Profecto ſatis juſta Davidi illata videbatur occaſio (ſiqua juſta poteſt eſſe in hominum malitia) judicandi ſe ſatis multa paſſum, imo nimia patientia adverſus Saulem uſum. Sed tamen omnibus illis rationibus David ab officio dimoveri non potuit. Nos itaque ſi læſi ab aliquo graviſſimis injuriis fuerimus, Davidem cogitemus gravioribus læſum à Saule: quibus tamen David abduci non potuit, ut à divino mandato vel latum unguem recederet. Ac proinde Davidis exemplo coram Deo judicatum iri, cujus eo tempore non fuit tam claris documentis mens illuſtrata, quam hodie noſtra eſt, qui exemplum Domini noſtri Jeſu Chriſti habemus, ad quod nos oportet conformari. David quidem, fateor, Samuelis unctus miniſterio fuit Domini noſtri figura, ut ſæpe jam ante dictum eſt: verumtamen non potuit ſuo tempore David Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum ſic intueri, ut hodie nobis exhibetur, agnus nimirum, qui os non aperuit, quum ad lanienam traheretur, & omni genere contumeliarum obrueretur. Nos igitur hodie docemur capiti noſtro conformare Jeſu Chriſto, qui nobis proponitur tanquam exemplar imitandum. Quamobrem omnis excuſatio nobis adimitur, niſi paſſionum noſtrarum violentiam

lentiam

Digitized by Google

ulciſcendi, nobis poteſtas fiat: nam vel ipſos Ethnicos videmus virtuti adſcripſiſſe, ſiquis injuria provocatus illam depelleret, & vim vi repelleret, fortem, inquam, & magnanimum iſtiuſmodi virum dixiſſe, qui per ignaviam ſibi fieri injuriam non pateretur. Quamobrem quamdiu in homines oculos intentos habuerimus, licere nobis arbitrabimur bonam cauſam quacunque ratione defendere, & de hoſtibus injuriam inferentibus vindictam ſumere, ſed quum ad Deum uſque aſſurrexerimus,& verbo ipſius præſcriptum officium inſpexerimus, omnem illam opinionem ex animis noſtris tolli neceſſe erit: ac proinde ſcire debemus,mundo licet nobis applaudente, nihil tamen nos promoviſſe, ſi ab eo, qui ſolus judex noſter eſt, condemnamur. Nam quid,obſecro, juvabit nos ſexcentorum, ut ita dicam, mundorum applauſus, ſi ſummi Judicis Dei ſententia judicamur? Atqui omnes à maximo ad minimum coram ipſius judicio ſiſti oportet. Quamobrem, ad paſſionum noſtrarum vim & violentiam coërcendam,ad Deum,cui omnes devincti ſunt, aſſurgere nos oportet. Nam ſi dixerimus, Quid debeo, aut qua in re iſti devinctus ſum, qui ingratus eſt, qui me injuſte perſequitur, quem ego nulla unquam injuria affeci, quem potius quibuſcunque potui beneficiis cumulavi, quam mercedem pro tantis beneficiis rependit? & multa iſtis ſimilia, quæ homines prætexunt ſuis affectibus. Sciamus tamen, irrita & inania coram Deo fore. Nam etſi hoſti vel adverſario non devincti ſimus, Deo tamen hoc debemus, quem ſufficit hoc nos jubere: faceſſant igitur iſtiuſmodi exceptiones adverſus Dei verbum, quibus cauſam noſtram agere, veluti coram mortali, ſolemus. Sed potius animis noſtris infigamus, nobis cum Deo negotium eſſe, qui Majeſtatem ſuam in tanto pretio apud nos eſſe vult, ut acceptas ab aliis injurias ipſius amore condonemus. Nam quum jubet nos hoſtibus injurias remittere, non ea ratione facit, quod improbi ſunt & crudeles, ſed quod ipſius creaturæ ſunt, quorum malitiam ipſe poteſt commutare, ſuæque miſericordiæ locum facere. Noſtrum vero non eſt eorum exitium expetere, quorum ſalutem procurare debemus. Sic igitur Dei habenda ratio, & ad ipſum aſſurgendum, ut ſciamus, gratum illi eſſe iſtud officium, & tanquam boni odoris ſacrificium acceptum ipſi eſſe, quum hoſtes noſtros diligimus, & ipſos ulciſci non expetimus, ſed potius malum bono compenſare ſtudemus. Verum enimvero difficillimum iſtud humanæ naturæ foret, quod ſint Dei legati & miniſtri: quantam arbitramur eſſe ſummi rerum omnium Judicis auctoritatem & potentiam? & coram quo Angelos tremere ſcimus, & omnes genu flectere oportet? Magni igitur facienda vox illa eſt Domini, *mea eſt ultio*, quemadmodum nos id facere Paulus docet. Cæterum & altera pars adjicienda, ſiquidem Deus non tantum pollicetur, ſe ulturum eos, qui injuriis alios affecerint, ſed etiam, non terrenorum Judicum more, qui ſæpe cedunt malis, & favore vel donis corrupti facinoroſos elabi ſinunt, vel etiam negligentia & ignavia flagitia impunita relinquunt. Non ita vero Deus judicium exercet:nam ut omnes injuſte agentes ulciſcetur,ſic etiam ſingulis pro meritis rependet. Hinc igitur diſcamus divi Petri exhortationem animis noſtris altius infigere, nempe cauſam noſtram in Dei manus rejicere, quem juſte judicare ſcimus, & non pati, ut impunita maneant maleficia, & miſeri & afflicti ad ipſum confugientes opem ipſius & auxilium non ſentiant: ſed miſeros & egenos, & ab aliis injuriam paſſos, ſemper exaudiri. Quandoquidem igitur certum eſt, Deum gemitus exaudire humilium & abjectorum hominum, & injurias perſequi ſuis illatas, eoſdemque in omnibus afflictionibus conſolari, cauſam noſtram in ipſius manus rejiciamus,& ne dubitemus,quin opportuno tempore ſemper auxilium ſit nobis allaturus. Atque iſtarum rationum meditatione, frangi neceſſe eſt noſtrarum paſſionum violentiam, quum adverſus hoſtes ſævire, vimque vi repellere ſollicitamur. Jam igitur quoniam Davidis exemplum diximus nobis hic imitandum proponi, ſigillatim, quæ hic nobis à Spiritu Sancto proponuntur,expendamus. Ac primum illud occurrit. *Et egreſſus de ſpelunca clamavit poſt tergum Saul, dicens, Domine mi Rex.* Quæ verba ſane minime fuerunt ſimulata, neque fucata mendacia, quum Saulem Dominum ſuum ac Regem vocat, nam ſe ſciebat ipſi ſubjectum à Domino, donec tempus adveniſſet, quo in regni poſſeſſionem mitteretur. Quod enim Saul, ut ante diximus, à Domino fuerat exauctoratus: non ideo tamen David in regni poſſeſſionem erat miſſus, ſed tempus exſpectandum erat à Deo præſcriptum. Quamobrem David probe norat, ſe nondum Regem eſſe declaratum, & Saulem nondum regno pulſum, ac proinde quamdiu poteſtatem obtineret, ſe teneri obedientiam & obſequium debitum illi reddere, licet indigno propter crudelitatem illam & immanitatem,qua in innocentem ſæviebat. Quo exemplo docemur, Magiſtratibus, & primariæ

Rom. 12.

ſibi ferendum norit. Excipe legitimas rationes, quas ipſe Deus conſtituit, quibus ſuperiorum auctoritate & poteſtate ſua abutentium exceſſus exprimantur. Sed hic agimus de privata ultione, quæ nemini privato conceditur, quandoquidem privatorum non eſt publicis malis mederi, & illis ſe opponere. Sequitur deinde, Davidem *rogare Saulem, ne voces illorum audiat, qui ipſum apud Regem quotidie calumniantur.* Ex quo apparet, non foveri neque ali malum patientia, quemadmodum multos videmus, hoc veluti fuco & pigmento ſuos affectus & animum ſe ulciſcendi tegere, Eum, qui ovem ſe faciat, à lupis laniari, & patientia improborum hominum audaciam irritari, & graſſandi licentiam tanquam laxis habenis dari: imo ad nocendum magis ac magis exacui: iſtis, inquam, pigmentatis rationibus multi vindictæ cupidum animum, & malum malo compenſandi ſtudium tegunt. Atqui media quædam inter iſta via eſt, quam David ipſe exemplo ſuo nos hic docet: primum enim malum, quod à Saule accepit, compenſavit, neque tamen propterea pepercit ipſi, & adulatus eſt, vitiumve ipſius texit, ut multi ſolent Regibus adulari, & foris blanditias facere, quum tamen intus arrogantia turgeant, & ſtomacho pleni ſint, & ad tempus diſſimulantes, occaſionem interea ſe ulciſcendi quærant. Verum David ut fuit patiens in ferendis injuriis, quæ ipſi à Saulè inferebantur, & privatam vindictam noluit exercere: tamen ex altera parte non potuit aulicis adulationibus Saulem demulcere, inquiens, Domine Rex, multum me tibi debere fateor, & non habere occaſionem de te conquerendi, peccaſſe me adverſus tuam dignitatem agnoſco, ſed tu mei miſerere, & quicquid peccatum eſt condona: nam iſtiuſmodi voces Deo diſplicuiſſent, & vitium in virtutem commutaſſent. Magis igitur ſincere David, qui Saulem à crudelitate dehortatur, & admonet, ne adulatoribus aulicis & calumniatoribus amplius aures faciles præbeat. Dum autem illum officii admonet, etiam accuſat, & de præteritis injuriis arguit: nam Saulem à Davide abalienaverant incendiarii illi aulici, qui novas ſemper accuſationes adverſus Davidem in ipſius aures inſuſurrabant. Primum igitur David Saulem crudelitatis incuſat, qui adulatoribus aures præbuerit: deinde innocentiam ſuam tuetur, ac proinde iſtis rationibus David Saulis iracundiam coërcere, & virus retinere pro viribus conatur. Ideoque ad Deum ipſum ſummum Judicem provocat, quum ait, *Judicet Dominus inter me & te, & ulciſcatur me Dominus ex te.* Quaſi dicat, Ego ad Deum, patronum & defenſorem meum confugio, ego innocentiam meam teſtor, ego tuis commodis & utilitati ſtudui, tu ipſe probe noſti, teſtes ſunt oculi tui, tu vero me crudeliter innocentem perſequeris. At non me tantum, ſed ipſum Deum petis, futurum olim Judicem ac vindanda nobis eſt omnis opera, ut illatas injurias & contumelias patienter feramus, ſed ita tamen, ut vivis admonitionibus adverſarios noſtros vincere, non ultionis appetitu, conemur, & noſtram patientiam ſic admirari cogantur, ut ad Deum ſe convertendi ex illa capiant occaſionem. Nam, obſecro, quis ſcopus & finis patientiæ noſtræ debet alius eſſe, quam ut miſeras animas, & perditas lucremur, & ad ſalutis viam revocemus, qui procul aberrabant? At ſi viris improbis adulemur, & mala ipſorum diſſimulemus, certum eſt, proditores nos ipſorum eſſe, & in inferorum abyſſum à nobis magis ac magis immergi. Quamobrem ſciamus, nos non poſſe melius malum bono compenſare, quam hoſtibus exprobrantes injurias, quibus nos affecerunt, modo tamen ad hunc ſcopum collimemus, ut vitia ſua agnoſcentes, & ſibi in illis diſplicentes, vera pœnitentia ad Deum convertantur. Cæterum falſis accuſationibus apud Reges, aut Principes, aut alios quoſvis delati, demus operam, ut innocentiam noſtram reipſa patefaciamus. Nam quod plerique multum laborant in ſe multis verbis ſollicite excuſando, fere fit, quod innocentiam ſuam, & integritatem vix poſſint ipſa experientia notam facere & tueri. Sumus igitur plerumque diſerti & eloquentes in amplificandis injuriis, quas accepimus, & multorum verborum lenocinio juſti eſſe volumus: ſed non animadvertimus, iſtiuſmodi excuſationes tam anxias, tamque ſollicitas, magis ac magis noſtram turpitudinem detegere. Davidis igitur exemplum imitemur, & innocentiam noſtram verbo tueamur, ac de injuriis nobis illatis veritatem judicem faciamus, & vitam noſtram tanquam obſidem noſtræ integritatis & fidelitatis demus. Et de iſtis hactenus. Jam vero ſeveram illam Davidis obteſtationem, ad divinum judicium Saulem revocantis, expendamus. Næ ſumma & præcipua eſt iſta fidelium conſolatio, quum Deum ſibi perſuadere poſſunt in cœlis patronum ſe habere, quum ab hominibus in terris injuſte fuerint afflicti. Nam quæ cauſa eſt illius animi impotentiæ, quæ homines ad vindictam inflammat, ut nullas injurias ferre poſſint, niſi opinio illa, quæ ipſorum animos occupat, nunquam adventurum tempus ultionis? Hæc ſola cogitatio tantopere homines commovet, & ipſorum affectus ad tantam violentiam excitat, ut ſe homines obliviſcantur, & modeſtiam omnem rationemque abjiciant. Sed ſi ad Deum uſque aſſurgere noverimus, & certo nobis perſuadere, ultorem injuriarum fore, & cauſæ noſtræ defenſionem ſuſcepturum, neque imitaturum terrenos judices, qui ſe quidem conquerenti parti juſtitiam adminiſtrare velle ſimulant, ſed interim connivent, & ſpatium fugiendi alteri concedunt. Sed non ita Deus, qui improbos, etiamſi fugientes, reperit, & manus illis injicit, atque, licet furibundos & inſtar ferarum ſævientes & furentes, domare novit, &

tempus

Digitized by Google

lenter? Sane David unus aut alter in mundo reperietur, ſed multi qui ſermonem ipſius imitantur. Sed, quæſo, quo candore, quave integritate, quum alii perjuri ſint, alii ſacroſanctum Dei nomen profanent, & ſimiarum more tantum imitentur fidelium Dei ſervorum voces illas, *Deus teſtis eſto*. Quamobrem, quum ad Deum provocamus, & coram ipſius tribunali parti adverſariæ diem dicimus, attente rem totam expendamus, & coram ipſo ſine patrono cauſam
Pſal. 7. dicendam ſciamus, ut loquitur David Pſalmo ſeptimo. Quo loco ſe non imprudenter de Saule loquutum teſtatur, ad Deum enim provocat. Hæcque doctrina meditanda nobis diligenter proponitur, donec eam probe didicerimus. Quomodo igitur vocandus ſit Deus teſtis, ex Davidis exemplo diſcere licet. Quod nimirum, ſi quando injuſte accuſemur, ad preces confugiamus, & intrinſecus Dei reverentia afficiamur, nulla habita humanarum rerum ratione. Si ſit nobis conſcientia teſtis innocentiæ ſine oſtentatione, ſi obteſtari & queri juſte poſſimus, & expanſo apertoque corde dicere licet, Juſtus es Judex, Domine, de noſtra cauſa igitur ferto judicium: tunc certum eſt, nos neque lingua, neque verbis falſo Deum judicem advocaturos, ut David precatus eſt Deum, ut judicaret inter ſe & Saulem. Porro quum Deum ipſum David advocat Pſalmo illo ſeptimo, & de cauſa ſua ut judicet precatur, teſtans, ſe ſemper erga Saulem rectam mentem habuiſſe, & fidelem operam ipſi navaſſe, & ſuam innocentiam omnibus teſtatam feciſſe, magnam conſolationem ex eo potuit percipere, & hac fiducia Saulem, ut fecit, coram Dei tribunali ſiſtere. Quamobrem hinc diſcamus variis injuriis & contumeliis laceſſiti modeſtiam colere, ut coram Deo ſincere & ſine fuco noſtram innocentiam proferre poſſimus, & eandem apud homines de nobis opinionem retinere. Nam ſi tantum homines bene de nobis opinentur, & nos propria conſcientia redarguat, & intus infinita vitia foveamus, qua fronte noſtram innocentiam proferemus, Deumque judicem parti adverſariæ feremus? Quare non ſatis eſt ad Deum provocare, niſi id ſine fuco, & ſana conſcientia fiat, multi enim hypocritæ nimium impudenter ad Deum provocare ſolent, & ſe ab omni culpa liberos exiſtimare, ſi apud homines bonam famam & æſtimationem retineant. Sed eo candore & ſinceritate accedendum ad Deum eſt, qua Davidem videmus, quemadmodum & alio loco Deum etiam invocans, orat, ut renes ſuos & cogitationes ſcrutetur, quo puriorem mentem venire, & ſeria pœnitentia ad Deum converti optaſſet. Quum igitur Deum petit, ut ſe ipſum ulciſcatur, Dei officium eſſe docet de injuſte factis inquirere, & pro meritis cuique retribuere, quaſi dicat, Domine Deus, coram te teſtor, me nullo odio aut malevolentia Saulem perſequi, gratis mihi factum inimicum & me teſta lutoque ad mortem perſequentem. Te itaque, Deus, oro, ne permitte iſtum, quod dictat ipſi malitia, exequi, ſed te ipſi oppone, virtutemque tuam ad me ſervum tuum auxilio tuo juvandum explica. David igitur conſcientiæ teſtimonio fretus, ſuæque cauſæ juſtitia & æquitate, Deum rogat, ut non quidem Saulem deſtruat, ſed tamen ut ſe ex ipſius manibus eripiat. Hoc exemplum imitemur, & in Dei manus injurias nobis factas rejiciamus. Non quidem expetentes, ut fulgure ſuo Deus inimicos noſtros ad inferos adigat, quod plerique tamen faciunt, pulchre ſe officio defunctos exiſtimantes, quum dixerint, ſe nolle malum malo rependere, neque nocere injuriam facienti, ſed tamen diris illum devovent, Deumque precantur, ut confundat, maledicat, & in tartara dejiciat, ut fulmine ſuo percutiat, ut denique tam ſevere ulciſcatur, ut ex illa ultione magnum gaudium percipiant, quas voces blaſphemas quum evomuerint, nihilominus tamen ſe Deum non offendiſſe ſibi perſuadent. Sed, obſecro, utrum melius eſt, aut ultionem nos ipſos facere, aut Deum animi noſtri vindictæ cupidi miniſtrum facere, eidemque præcipere, quaſi pravæ noſtræ voluntatis exequutor eſſet, & quaſi ſe in noſtram malitiam transformare deberet. Atqui Deus hoc ſibi tanquam proprium tribuit, eos, qui inemendabiles videbantur, convertere, & ex inferis evocare, qui in illos ſe immerſerant. Nos igitur quum vindictam expetimus, eumque, penes quem cœli ac terræ poteſtas eſt, optamus, ſe ad appetitus noſtros conformare, ſuoque fulgure ferire eos, à quibus læſi ſumus, imo penitus illos exſtirpare: nonne ſatis apparet imperare Deo velle, &, quod longe majus eſt, velle, ut ſibiipſi renunciet, & quæ animo concepimus ex naturæ maledictæ & pravæ impulſu dicas implere, nonne horrendum ſacrilegium eſt, quo debitum ipſi honorem uſurpare & ipſum de ſolio detrahere velle videmur, eumque nobis ſubjicere, quum eo uſque audacia noſtra progreditur, ut hoſtes noſtros perire & peſſumdari petamus? Cavendum igitur ſummopere, ne Deo legem imponamus, & importunis votis malitiæ noſtræ miniſtrum eſſe velimus. Sed contra potius cauſa noſtra ipſi com-

mit-

Digitized by Google

locum non relinquere, & nos oleum & operam perdere, quod in malitia ſua & contumacia pervicaciter perſeverent, ne dubitemus, quin Deus ſeſe tandem juſtum judicem & ultorem exhibeat. Hæc igitur nobis invocandi Deum ratio præfigitur, ut ſummo ſtudio proximorum ſalutem promoveamus, etiamſi in noſtram perniciem conjurarint: Deo relinquentes judicium, & vindictam eorum, qui canum inſtar nos laniare & diſcerpere cupiunt, & velut ipſi Deo reſiſtere, quorum pœnam ſciamus tam horrendam fore, ut illam nunc mente aſſequi ſatis non poſſimus. Et de iſtis hactenus dictum eſto. Pergamus ad ſequentia Davidis verba, quibus ſeſe ſuamque integritatem tuetur, & communi proverbio, non veniſſe ſibi in mentem Sauli necem inferre, demonſtrat. Nam ait, *Sicut & in proverbio antiquo dicitur, Ab impiis egredietur impietas.* Etſi igitur Saul ſatis ſibi erat conſcius, nullam eſſe in Davide malitiam, quod nullam habuiſſet ſimplicitate ad Deum accedamus, cauſamque noſtram judicari non ex verbis tantum, ſed etiam ex factis exoptemus, ut à falſis accuſationibus, tam apud Deum, quam apud homines abſolvamur.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, precemur eum, ut talem nobis illorum ſenſum injiciat, ut magis ac magis illa nobis diſpliceant, & continuis gemitibus ipſius miſericordiam imploremus, & Sancti Spiritus gratiam impetremus, ut facti novæ creaturæ nobis ipſis mori diſcamus, & cum proximis tam modeſte nos gerere, ut ipſorum ſalutem procuremus, donec Deus ipſe ultionem fecerit, certo perſuaſi, Deum noſtri curam gerere, ut affectus omnes noſtros cohibeamus, auxilium Domini placide exſpectantes, quod nobis nunquam defuturum opportuno tempore, eſt pollicitus.

HOMILIA OCTOGESIMA SEPTIMA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XXIV.

17. Quum autem compleſſet David loquens ſermones hujuſcemodi ad Saul, Numquid vox tua hæc eſt, fili mi David? & levavit Saul vocem ſuam, & flevit.

18. Et dixit ad David, Juſtior tu es quam ego, tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala.

19. Et tu indicaſti hodie quæ feceris mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me.

20. Quis enim, quum invenerit inimicum ſuum, dimittet illum in via bona? Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc pro eo, quod hodie operatus es in me.

21. Et nunc quia ſcio, quod certiſſime regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſraël.

22. Jura mihi in Domino, ne deleas ſemen meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.

23. Et juravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum ſuam, & David & viri ejus aſcenderunt ad tutiora loca.

HEſterna Concione audivimus ut Deus nobis frenum injiciat, ne injuriis laceſſiti paſſionibus noſtris vehementioribus abripiamur: & diximus, verum ad patientiam remedium eſſe ad Deum aſſurgere, qui ſibi hoc tanquam proprium tribuit improbos homines, & injurioſos in proximos, ulciſci: ac proinde cavendum eſſe docuimus, ne quod non licet uſurpemus, quandoquidem hoc eſſet in ipſius Dei officium involare, & contra cognoſcendum, eo magis patienter ferendas afflictiones & injurias, quo Deus ſæpius teſtatus eſt, hoc ſibi proprium eſſe, ulciſci injurias, & vigilare ipſum in noſtram ſalutem, juſtamque ſuorum ſalutem tueri. Et idcirco D. Paulus, fideles ad patientiam cohortari volens, non abs re iſtis verbis utitur, Non eſſe locum dandum iræ, quaſi diceret, moderandos eſſe affectus noſtros, & frenum iracundiæ injiciendum, & ab omni vindicta abſtinendum, & Deo locum dandum, qui, ſi obſequentes ipſius mandatis fuerimus, poteſt nos ab omnibus injuriis tueri. Nam ſi

ter-

ueus, ut quemadmodum non feſtinat ad ultionem improborum, ſic etiam ne ad momentum quidem auxilium differt fidelibus ſuis promiſſum & neceſſarium, quemadmodum per Prophetam ait, ſe promiſſionibus ſuis locum daturum, quas nihil poſſit retardare. Quanto igitur natura procliviores ſumus ad appetendam vindictam, quo fit ut Deus à nobis recedat, cui aditum, ut ita dicam, præcluſimus, eo diligentius meditanda eſt doctrina, quæ hic nobis proponitur, quandoquidem ſcimus, Deum fore judicem, & de cauſis omnibus cogniturum, nullamque iniquitatem impunitam fore, miſerorumque afflictorum ipſum miſerturum eſſe, certo ſtatuamus, non eſſe movendas manus, non ſtringendum gladium, non petendum hoſtem ſine juſſu divino. Cæterum iſta dicta ſunto de privata injuriarum ultione, nam alia Magiſtratuum ratio eſt, quos Deus gladio armavit, ac proinde quibus licet in ſcelera & flagitia gladio animadvertere, imo qui, ni id fecerint, rationem coram Deo reddituri ſunt. Atque hoc ipſum docet Salomo, quum ait, eum, qui parcit ſcelerato, non minus reum eſſe coram Deo, quam qui ſcelus admiſit, quod intelligendum eſt de iis, quibus hoc munus à Deo demandatum eſt. Nam ſi quis privatus injuriam aut damnum ab alio paſſus eſt, patienter ferre jubetur, vitamque in ſilentio poſſidere, & bonum pro malo rependere, Deumque judicem & protectorem exſpectare. Idcirco etiam David proverbium antiquum uſurpavit, ut vidimus, Ab impiis impietatem egredi, ac proinde manum ſuam non fore adverſus Saulem. Quibus verbis David teſtari voluit, ſe non talem eſſe, qualem aulici ipſum calumniabantur. Nam quomodo mali à bonis diſcernentur, niſi operibus? Nam ex fructibus arbor dignoſcitur, ut dicit Dominus Jeſus

Matth.7. Chriſtus Matth. 7. Solus enim Deus hominum corda ſcrutatur: quo non poſſunt hominum oculi penetrare, ſed ex vita & moribus judicium de ſingulis ferunt. Si quis igitur Dei timorem habet, reipſa & operibus ſuis demonſtrat, quemadmodum bonam arborem dicimus, quæ bonum fructum profert. Contra vero ſi quis ad malum proclivis eſt, eum noſtra ſententia tanquam improbum & inimicum condemnamus, quod ſe talem ſuis operibus declararit: ſic in præſentia David ſuam innocentiam ex facto ſuo comprobat, neque enim dubium eſt, quin ſi improbus fuiſſet Sauli, qui in manus ipſius inciderat, vitam ſine ulla difficultate, & ſine ullo periculo ſuſtuliſſet. Satis igitur apparet, quo animo fuerit erga Saulem affectus, quum veluti vinctis manibus Regem & Dominum ſuum offendere nec voluit nec potuit. Præterea ex vetere illo proverbio, quo ſe David tuetur, utilem doctrinam

ſi Dei voluntatem ſequi nobis propoſuerimus, ut ſimillimi videamur procellis, modo in hanc, modo in illam partem ſe ſe inclinantibus. Adeo ut reverentiam quæ Deo debetur, & rationem quam antea acceperamus cum æquitate & patientia tradamus oblivioni, & in hoc plerumq; homines labuntur. Sed iſtis omnibus ex oppoſito Davidis exemplum ſequendum eſt, non quale hic nobis deſcribitur: ſed quale etiam ipſe in Pſalmis proponit, ſe nempe diligenter obſervaſſe improbos, & quo procliviores in vitia animadvertit, eo etiam diligentius ſe in timore Dei continuiſſe. Quamobrem quo procliviores ſumus ad affectus pravos, improbis occaſionem nobis præbentibus, diſcamus frenum injicere noſtris cupiditatibus, & quo magis furorem ſuum improbi deſpumaverint, eo magis nos Dei voluntati ſubjiciamus, & præterea norimus, non eſſe nobis tantum adverſus ipſos luctam, quum nos adoriuntur, ſed etiam adverſus ſuperiores poteſtates: quemadmodum D. Paulus docet Epheſ. 6. Quum ait, *Epheſ.6.*
Non eſſe nobis luctam adverſus ſanguinem & carnem, ſed adverſus mundi dominos, rectores tenebrarum ſeculi, & ſpirituales malitias. Quare quum adverſum nos inſurrexerint improbi homines, & faucibus apertis tanquam leones aut urſi nos deglubere velle videbuntur: ſciamus, non proprio ipſorum motu id fieri; (licet improbi malitia ſua ad malum ferantur, cujus olim coram Deo rationem reddituri ſunt:) ſed altius aſſurgendum, nempe inſtrumenta eſſe illos Diaboli, quibus ad impatientiam nos impellit, ac proinde ne adverſus Deum obloquamur, & ne in furoris exceſſum præcipites feramur: ſed ad afflictionum noſtrarum originem aſcendamus. Nam ſi adeo ſtolidi & ſtupidi fuerimus, ut in iis, à quibus provocamur, hæreamus, perinde nobiſcum agetur, atq; cum canibus, qui miſſum lapidem arrodunt, & ex iracundia ſpumant, non tamen manum ejus, qui lapidem miſit, inſpicientes. Atque ea plerumq; eſt omnium hominum natura, qui laceſſiti ab aliquo, non reſpiciunt cujus impulſu id fiat, nempe Satanæ Principis ipſorum. At lucta ſpiritualis talis eſt, ut longe ſuperet quicquid in oculos incurrit, aut quæcunq; damna in his terris pati poſſemus, ac proinde cavendum ſummopere eſt, ne malum malo compenſare, ſed contra potius oculos ad Deum convertere, & patienter ipſius auxilium exſpectare ſtudeamus, cum metu & reverentia fortitudinem animi petentes ab ipſo, ut quibuslibet tentationibus & inſultibus reſiſtere queamus. Hac ratione de hoſtibus ſpiritualibus victoriam ſemper reportaturi ſumus, ſi doctrinam iſtam ad uſum revocaverimus, &, ut omnibus tentationibus reſiſtamus, hæc duo capita ſimul conjunxerimus quoniam, iniquitas ab iniquo proficiſcitur,

 ne

Digitized by Google

quibus verbis objicit Sauli, nullam ipſum habere juſtam occaſionem metuendi ſibi à Davide, qui fideliter & modeſte ſe ſemper erga ipſum geſſit, ita ut nullum officium poſſit deſiderare: nullas ſe copias collegiſſe, nulla conſilia adverſum ipſum agitaſſe. Et idcirco ſe mortuo cani & pulici comparat. Equidem fateor, hypocritas & ſimulatores, & qui maxime injurii fuerint, tandem deprehenſos, mitiſſimos & leniſſimos videri, vulpes imitatos, quæ captæ ſolent iis, in quorum manus inciderunt, adulari, caput demittere, mortuum ſimulare, quas denique mitiſſimas omnium beſtiarum dixeris: & quæ tamen, ſi qua fraude poſſint elabi, nihil niſi detrimentum & malum inferunt. Eadem eſt verſipellium hominum ratio, in quibus nulla eſt integritas, nullusque candor. Nam ſi, poſtquam flagitiis ſuis indulſerint, & in proximos graſſati fuerint, tandem eos ſpes ſua fruſtretur, & eorum conſilia vel fraudes Deus detegat, ut ſcelerum ac flagitiorum ſuorum pœnas imminentes metuant, tum dicas illos prorſus alios, quod blandis verbis ſe excuſare, ſcelus fateri, deteſtari, veniam deprecari plerumque ſoleant; denique nihil non polliceri, & de ſe in poſterum promittere. Hæc, inquam, eſt hypocritarum conſuetudo, ut ſolent, quum neceſſitate urgentur, tanquam ſimiæ Dei filios imitari. Sed non ita David, qui ſe canem mortuum & pulicem dicit, ut ſe apud Saulem purget de calumniis, & oſtendat, ſe nunquam cogitaſſe de quærenda aliqua dignitate ſeſe efferendo & conſilia adverſus ipſum ineundo, nihil denique per ambitionem molitum eſſe. Nam, quæſo, unde tot querelæ, tot certamina inter homines oriuntur, niſi ex ambitione & honorum cupiditate? Hinc, ut bene monet Paulus, aliorum in alios odia, hinc diſſenſiones, hinc varia nocendi aliis ſtudia. Quare ſi David novis rebus ſtuduiſſet, ſi gratiam & auctoritatem apud plebem malis artibus quæſiviſſet, ſi ſupra Regem & ipſius filios ſeſe extuliſſet, næ ſatis juſtas occaſiones ſibi Saul oblatas habuiſſet Davidem inſequendi, & teſta lutoque perſequendi, & omnia juſtis querimoniis & terroribus implendi. Quemadmodum quum tonitribus cœlum commovetur, & grandine & ſævis procellis miſceri terræ cœlum videtur. Unde verò tantus fragor, & tantum ubique murmur? Nempe quod è terra vapores in aërem attollantur, & ipſius conſtitutionem alterent. Nam ſi nulla in aëre fieret vaporum aſcenſu alteratio, ſumma ſemper tranquillitas eſſet: ſed quum aſſurgunt, quæ humi repere debebant; & quum nubes, in aëre concurrentes, Solis ſplendorem impediunt, tunc omnia ſic miſceri tonitru videmus & procellis, ut nihil niſi ſumma ubique appareat confuſio. Non aliter inter homines fieri videmus. Nam ſi continerent ſe ſinguli in vocatione, & in ea modeſte ſe gererent, & ea contenti nihil majus appeterent, ſumma ubique tranquillitas & quies apparerent, & non imitaremur canes venaticos in & conditione contenti vixerint. Hinc itaque ſubditi diſcunto non appetere ſuperiorum dignitatem, multoque minus ad eam conſequendam adverſus ipſos inſurgere, ſed ſua contenti conditione, licet vilis & abjecta ſit coram hominibus, vivere, ſcientes, gratam illam & acceptam eſſe Deo, non minus quam altiorem & excellentiorem. Quare abſtineant omnibus querelis & obloquiis ac demurmuratione adverſus Deum, cujuſcunque ordinis & dignitatis ſint homines, & placide ſeſe Dei voluntati ſubjiciant, atque etiam D. Pauli doctrinam uſurpent, ut ſinguli honore alios præveniant, ſibique ipſis præferant: ac proinde divites & primariæ dignitatis viri ſciant, etiam abjectis & contemtis hominibus Deum ſua dona diſtribuiſſe non contemnenda: & ſua etiam vitia diligenter examinent, ſuamque infirmitatem expendant, ut ſe à Deo in tali gradu conſtitutos, non ſuo merito, ſed ipſius bonitate, norint: ac proinde ſeſe Dei pedibus ſubjiciant: & ita cum proximis verſentur, ne cui vel minimo facere injuriam velint, etiamſi oblatam occaſionem dicant, quod ſe primos injuriis laceſſitos querantur. Saulis exemplum ex animo deteſtemur & fugiamus, cujus furorem in Davide inſequendo videmus: ſed potius quaſcunque injurias patienter feramus, & immaniſſimorum hoſtium furorem patientia ſuperemus, ut coram Deo inexcuſabiles inveniantur, quod ſe à nobis provocatos ullis injuriis merito queri non poſſint, aut ipſorum auctoritatem noſtris conſiliis violatam, quos ſemper quietos & tranquillos fuiſſe propria conſcientia redarguit. Porro quæ David ad ſe excuſandum argumenta producit, Saulem magis ac magis adverſus ipſum irritatura fuiſſe viderentur, quem videmus deinceps non meliorem factum, neque ad ſanam mentem rediiſſe, ſed pertinaciter ad mortem uſque Davidem perſequutum: verumtamen Davidem vehementer adjuverunt. Nam, ipſius audita voce, Saul commotus exclamavit, ***An vox tua hæc eſt, fili mi David, & ſublata voce flevit. Dixitque ad Davidem, Juſtior es me: nam tu rependis mihi bonum, quum ego affecero te malo.*** Davidem igitur juſtum & innocentem fatetur, ſe vero improbum qui ipſum nulla provocatus injuria perſequatur. Neque vero ſimulatas iſtas voces arbitremur, quas lacrymæ ſequutæ ſunt, teſtes conſcientiæ, quæ ipſum redarguebat, & quæ naturalem aliquem affectum bonum in Saule reliquum declarabant, ut merito dici poſſe videretur ad ſanam mentem rediiſſe, & facti ſui pœnitentia duci, quod tam perfide fidelem ſervum eſſet perſequutus: tanta fuit Davidis vocis vis, ut hanc confeſſionem illi elicuerit. Et non dubium eſt, quin Deus ipſum quodammodo ſublevare voluerit laborantem, ut in poſterum reliquas afflictiones patienter ferre perſeveraret, qui didiciſſet doctus experientia, Deum non permittere ſuos in prædam hoſtibus cedere laniandos & vorandos ab ipſis, licet in ipſas veluti luporum fauces inciderint:

Digitized by Google

placaſſe verbis amicis animadvertimus. Et quod hoc exemplum nobis oculis ſubjicit, idem in genere Solomo docet: Lenibus verbis violentos affectus & iracundiam frangi. Nos igitur improborum hominum & arrogantium minas & conſilia, quibus nihil niſi dedecus, injurias, cædes machinantur, fracturi, noſtra innocentia nos tueamur, reipſa declaremus, nos non cupere mala malis rependere; ſed ita tamen, ut improbitatem & malitiam ipſorum non diſſimulemus, ſed eorundem oculis ſubjiciamus, ingratum animum exprobremus, & tandem perſeverantibus in contumacia & rebellione diem coram Dei tribunali dicamus, ut feciſſe Davidem antea vidimus. Quam rationem ſequentes, ne dubitemus, quin Deus protegat, ſuoque auxilio ſic adjuvet, ut ad ipſum confugiendi in rebus anguſtis occaſionem habeamus, & in patientia nos confirmandi, quod ipſius auxilium experti non dubitemus, quin ad finem uſque ſit continuaturus. Ac proinde ſic comparati erimus, ut acceptam injuriam, ſi altera, & tertia ſequatur, patienter feramus, ea manſuetudine, quam Deus jubet, præditi. Sed, agite, Saulis expendamus ſingulas voces: Davidem *filium ſuum* vocat, quemadmodum & David *patrem* ipſum appellarat: non tantum propter neceſſitudinem & affinitatis conjunctionem, quod Davidi Saul filiam ſuam collocaviſſet, ſed etiam quod Reges ac Principes erga ſubditos oportet paterno affectu eſſe præditos. Equidem vero Davidem fateor, non talem erga ſe Saulem expertum fuiſſe: ſed potius tyrannum & improbum. Verumtamen illa voce David Saulem excitavit, ut officium ſuum agnoſceret, & humanitatem aliquam illa compellatione Patris admonitus indueret, & ad meliorem mentem rediret. Saul igitur voce illa commotus, eum filium vocat, quem antea tanquam perduellem & hoſtem regni deteſtabilem omnibus fecerat, & ad mortem cum magnis copiis quæſiverat. Filium, inquam, vocat, & præterea ſe perfidum & proditorem fatetur & agnoſcit. Quis vero fuiſſet auſus Regem hujus criminis inſimulare? Quis impune tuliſſet, qui Regem tyrannum & improbum dixiſſet, innocentem hominem, & cui plurimis beneficiis devinctus erat, tam crudeliter perſequentem. Nam ſi Davidis cauſam cum Saulis compares, iſtum dices non potuiſſe de illo conqueri, nec potuiſſe ullius injuſtitiæ accuſare: loquimur autem de humana & civili inter homines juſtitia, ut quomodo ſe erga Saulem David geſſerit intelligamus. Saul igitur ipſemet pro Davide judicat, & ipſius innocentiam agnoſcit, quam nemo auſus fuiſſet ex aulicis aut plebe tueri, quos omnes potius Sauli oportebat adulari, & Davidem

aërem ſuo ſcelere polluerint, & Soli ſuum ſplendorem ſuſtulerint: patienter exitum exſpectemus, qui ſane ipſis luctuoſus futurus eſt, Deo ipſorum turpitudinem detegente, & ab ipſorum ore eliciente confeſſionem, juſtos fuiſſe, quos ipſi injuſte & perfidioſe ſunt inſequuti. Licet igitur ipſis omnes aſſentati ſint, vel invitos tamen Deus tandem coget fateri ſuam improbitatem & nequitiam. Cæterum ad has voces acceſſerunt etiam lacrymæ: quibus etſi teſtatus eſt Saul, non ſimulate ſe Davidem juſtum pronunciare, non tamen meliorem ſuam apud Deum conditionem fecit, neque ſeria peccati pœnitentia ductus eſt. Et hac in parte multi falluntur, qui ſe aliquot gemitibus & ſuſpiriis peccata tegere poſſe arbitrantur, & inique Deum cum ipſis agere, niſi ſtatim ipſos abſolvat, & obviam ipſis gratulaturus veniat. Sed unde iſta manant aliunde, quam ab hypocriſi nobis innata, cui non poſſumus renunciare, neque noſtris affectibus, quos ut par eſt non expendimus? Præterea quid ſit vera pœnitentia prorſus ignoramus: cujus ſi verum ſenſum & cognitionem haberemus, non temere ſic nomen ipſius uſurparemus. Sed unam aut alteram lacrymam tegendis peccatis ſufficere arbitramur; aut ſolam confeſſionem peccati, veram pœnitentiam exiſtimamus: ſed toto cœlo aberramus. Conferamus enim iſtam confeſſionem cum Saulis lacrymis. Rex enim hic lacrymatur, imo ejulat, & magna voce ſuam perfidiam fatetur, ut non ipſe tantum David, & quæ illum comitabantur copiæ militum teſtes ſint iſtius confeſſionis: ſed etiam ipſæ rupes & colles commoveri videantur, & Saulis gemitibus impleri. Nonne igitur merito Regis iſtius gemitus & lacrymas dicemus potius pro ſeria pœnitentia habendas, quam eorum voces, qui verbo dicunt, *Pœnitet me facti?* Sane non parvi momenti fuit, Saulem ultro hanc infantiam ſubire, ut ſe perfide perſequutum innocentem hominem diceret, & ingenue fateretur culpam: ac proinde longe anteponenda eſt iſta Saulis confeſſio, tot vocibus confirmata, ſimplici illorum confeſſioni, qui verbo uno dicunt, *Pœnitet me.* Et magna videtur illa fuiſſe virtus, non erubeſcere tot teſtium ora. Sed iſta non debent nos ita commovere, ut ſi quorundam lacrymas viderimus, ipſos ideo converſos dicamus: ſed potius aliquantiſper exſpectandum, donec exitus, quæ fuerit mens ipſorum, patefaciat: ſimulatene, an vero integre & ſincere ſeſe geſſerint. At ſi non primo ſtatim tempore illorum admittenda eſt pœnitentia tanquam ſeria, qui lacrymis tamen & gemitibus eum teſtantur: quid de improbis & crudelibus hominibus ſtatuendum

Digitized by Google

rantes ſic excæcantur proprio vitio, & adeo ſtupidi fiunt, ut, quo laborant morbo, non ſentiant nec agnoſcant. Ita plerumque accidit, ut, qui admiſſo aliquo peccato, lacrymas aliquot ejecerint, ſibi videantur Deo ſatisfeciſſe, & novam cutem induiſſe: quibus ſi illud condonaveris, ad priorem mentem revertantur, imo eum effreni quadam licentia ad malum ferantur: quod Deo ſe antea plus quam ſatisfeciſſe ſibi perſuadeant, & non amplius eſſe ab ipſis rationem malefactorum repetiturum. Hinc itaque diſcamus nos ad amuſſim expendere: ac veram pœnitentiam ſciamus non eſſe poſitam in ſola triſtitia ac malefacto. Nam etſi veræ pœnitentiæ principium ſit illa triſtitia, ut docet Paulus 2. ad Cor. non tamen eſt tota pœnitentia, quam eſſe continuam oportet. Multi Saulem igitur imitantur, ſignis ſolis externis pœnitentiæ contenti: ſed iſta non ſufficiunt vere pœnitentibus, quos veterem hominem oportet exuere, Deique timorem tam alte ſuis animis infigere, ut præteritum malum oderint, & in poſterum dent operam, ne tantum aliquo impetu moveantur, ſed in cœpta pœnitentia perſeverent: & in ipſorum animis tam altas radices pietas agat, ut bonum fructum adferat. Nam etſi millies ad Deum ſeriam converſionem profiteamur, & vitia nobis diſplicere teſtemur, niſi tamen vita reſpondeat, quicquid ore profitebimur, doloſum & fraudulentum erit. Quamobrem Deum ardenti voce precemur, ut veram pœnitentiam cum perſeverantia nobis largiatur: ut linguæ cor reſpondeat, & non ſimus adeo leves & inconſtantes, ut momento ad ea, quæ prius condemnavimus, revertamur. Sequitur deinceps, Saulem adverſus ſeipſum ſententiam tuliſſe his verbis, *Dominus reddat tibi bonum pro eo, quod hodie operatus es in me.* Deus enim me in manus tuas tradiderat, tu me autem incolumem dimiſiſti, tu me hodie multis beneſactis cumulaſti. Ex quibus verbis colligas, Saulem non modo vere converſum fuiſſe, & facti ſui pœnitentia ductum, ſed etiam valde religioſum, & ſtudio veræ pœnitentiæ ardere. Atque intus in animo affici injuria, quam Davidi intulerat, quum ſe eo uſque demittit, & Regiam dignitatem quodammodo Davidi ſubjicit, longe diſſimilis iis, qui tamen ex parte & ore peccata fatentur, & in pectore aliud fovent. Videbatur enim Saul poſſe adverſus Davidem excipere, Eſto, me incolumem dimiſit. Sed dignitatem meam reveritus, quam ſciebat, ſe, ſi violaſſet, non impune laturum: vel potuiſſet verbis populo ſatisfacere, & ſuam auctoritatem apud ipſum retinere, diſſimulata tamen injuria, quam intulerat, & beneficiis quæ acceperat: ut ſolent Reges ac Principes diſſimulare beneficia, quæ acceperunt à ſubditis, quod pudeat ipſos confiteri, licet agnoſcant quidem aliquem fidum ſubditum, ſed tamen nolint fateri à ſe injuria affectum. Sed contra Saul hic aperte, & ingenue, non tantum injurias à ſe Davidi factas confite-

tiæ tangamur, & [illegible], putemus, nos ad perfectam converſionem perveniſſe: ſed ſi qua in nobis ſcintilla fuerit converſionis à Deo excitata, ignem illum accendi poſtulemus, & magis ac magis peccata noſtra condemnemus, & peccatorum noſtrorum veniam deprecemur, Deumque ardentioribus votis ſollicitemus, ut nobis oculos aperiat, ut peccata noſtra & miſerias agnoſcentes, ea diſcamus odiſſe, imò & noſipſos, donec verum Dei timorem in noſtris cordibus inſculptum ſentiamus, cujus vi & efficacia in melius quotidie proficiamus, adeo quidem, ut, ſi qua nos afflictio exercuerit, nunquam deſperemus, &, quicunque caſus ceciderit, nunquam vacillemus. Nam quam miſera eſſet noſtra conditio, ſi modo recti amore duceremur, & integritatem præ nobis aliquam ferremus, modo vero Diaboli fraude transverſi ageremur, & à recta ſemita deduceremur, & tanquam injecta in nares fibula traheremur, quod profecto contingeret, ſi converſi ad Deum in incepto non perſeveraremus. Quamobrem in Saule tanquam in ſpeculo nos oportet intueri, quanta ſit in hominibus hypocriſis, quanta vitiorum, quanta blaſphemarum vocum, quanta denique affectionum humanarum vis, ut eo ardentius Deum precari diſcamus, ut nos omni animi arrogantia exuat, & bonam mentem largiatur, quæ nos coram Deo ſine fuco ambulare doceat. Cæterum etſi Saulis iſta confeſſio videtur hominum opinione Davidem nihil juviſſe, non tamen omnino fuit inutilis. Nam, eſto, David nullam ex ea perceperit utilitatem, voluit tamen Deus Saulem ea confeſſione condemnari, & ipſius ore ac ſententia gravius judicium in ipſius caput, tanquam fulgur, derivari. Hanc ob cauſam Paulus ſententiam Salomonis adducit, nempe hoſtibus benefacientes, & malum bono compenſantes, carbones ignis coacervare in ipſorum capita. Nam iſtis verbis docet Apoſtolus, *Rom. 12.*
hoſtes beneficiis, aut adduci ad meliorem mentem, *verſ. 20.*
& quodammodo leniri, qui antea furere viderentur, aut magis indurari, Deo ipſos excæcante, & confuſione majore ipſos obruente: quemadmodum Sauli contigiſſe videmus, Deum precanti, ut Davidi reddat beneficia, quibus ſe affecerat. Nam ſane dubium non eſt, quin Deum judicem ſibi tulerit in Davidis cauſa, & ſe veluti ſpoliarit Dei miſericordia & favore, ut Davidi ſpem regni traderet: quaſi diceret, Deus mihi nunquam parcat, nunquam ſit propitius, me omnibus maledictis tanquam fulgure feriat, & Davidem contra ſuo juvet auxilio, & integritatem ipſius perpetuo tueatur: hanc vim habuerunt illa Saulis verba, quibus ſibiipſi Deum judicem tulit, & tanquam adverſarium ſibi, ſi falleret, conſtituit. Hinc diſcamus Deum precaturi, ſive pro inimicis, ſive pro iis à quibus beneficiis affecti fuerimus, cavere, ne adverſum noſipſos precemur. Id eſt, demus omnem operam, ut ea animi manſuetudine, ea patientia, ea æquitate, ea integritate coram ipſo ambulemus, &

cum

Digitized by Google

aſcenderunt ad tutiora loca.

CAP. XXV.

1. MOrtuus eſt autem Samuel, & congregatus eſt univerſus Iſraël, & planxerunt eum, & ſepelierunt eum in domo ſua in Ramatha.

SUperius docuimus, qua ratione de hoſtibus victoriam reportare poſſimus, nempe malum bono compenſantes. Hanc enim victoriam Dominus laudat, ſibique gratam pronunciat; ac proinde diverſam quærentes, confuſione tandem obruendos minatur. Præterea docuimus, ad Deum confugiendum eſſe, & patienter ipſius conſilium exſpectandum, & tempus ac opportunitatem, qua ſe ſummum omnium Judicem oſtendat; & contra cavendum, ne ipſi oſtium claudamus noſtra temeritate & nimia feſtinatione. Quamvis enim obſtinata ſit hoſtium noſtrorum malitia, nihilominus tamen afflictionum noſtrarum exitus ſemper bonus eſt futurus, quandoquidem mille rationes habet Dominus, quibus ſuos adverſus quoſvis hoſtes tueatur. Et inſigne eſt Saulis hoc loco exemplum, cui Deus hanc confeſſionem extorſit, Davidem eſſe ipſo juſtiorem. Quamobrem Deum videmus poſſe eos, qui nos perſequuntur, eo adducere, ut vel invitos ſummo ſuo dedecore oporteat iniquitatem ſuam confiteri, noſtramque innocentiam, licet ad tempus veluti obrutam, palam innoteſcere. Tranſeundum nobis jam eſt ad illa Saulis verba, quibus Davidem juramento obſtringit, fore ut quum ad Regiam dignitatem perveniſſet, ſemen ipſius non deleret, neque auferret nomen ſuum de domo patris: ſed paſſurum, ut placide tanquam ſubditi reliqui vitam agerent. Admirandum ſane & ſtupendum, quod Saul hoc jurejurando Davidem adſtrinxit, quem tamen ferre non potuit agere vitam in deſertis, patria extorrem, fugitivum, vagum, fame & ſiti, æſtu & frigore laborantem, & omnibus hominibus exoſum. Quinam enim iſta duo inter ſe conveniunt, ut Davidem Saul perſequatur, & tamen hoc illi jusjurandum extorqueat? Ex hoc exemplo apparet, quibus fluctibus improbi homines & increduli agitentur, ut nuſquam poſſint quieſcere, & nihil unquam firmum habere. Et hanc mercedem Deus in Lege ſua divinæ ſuæ Majeſtatis contemtoribus promiſit, fore nimirum, ut ad umbram ſuam trepident, & nuſquam ſecuri ſint, vitamque velut tenui filo pendentem ducant, & tanquam fluctibus & procellis æſtuent, cujus rei exemplum in Saule nobis hic proponitur. Primo loco dicit, ſe probe ſcire, Davidem regnaturum: quare igitur ipſi reſiſtit? ſcientia enim illa, de qua agit, ab hominibus nullo modo proficiſcitur. Non quod David auram popularem captarit, regnum ambierit. Eo ea de cauſa non impellitur: nec de ſua electione cum populo ullo modo egit: non eum avorum illuſtris familia ad id ſollicitavit, ſed tantummodo quod à Deo unctus ſit, ut per Prophetam ſuum diſertis verbis teſtatur, quum dicit, ſe Davidem in Regem elegiſſe. Aliunde igitur non edoctus fuit, Davidem regnaturum, niſi ex Dei ſummi decreto. Si autem pro comperto habebat, à Deo Davidem Regem electum, quare reſiſtit? Quid inde fiet? Potuitne ejus pervicacitas & obſtinatio invictam illam Dei altiſſimi virtutem ſuperare? Certiſſimum eſt, Saulem furiis & rabie agitatum, à Diabolo perturbatum, tamen ab ejuſmodi blaſphemiis abhorruiſſe: quod poſſit de Deo victoriam reportare, quod poſſit immutabile illud decretum revocare de regno Davidis, pronunciatu eſt horrendum. Etiamſi autem millies faſſus eſſet, Deum hoc ratum & fixum ſtatuiſſe, Dei conſilium nullo modo mutari poſſe, nihilominus tamen id efficere moliebatur, & veluti cornibus Deum petere ultro conabatur. Hoc exemplo docemur, quanta ſit eorum hominum rabies, quos poſſidet Diabolus, quos ſcilicet adverſus Deum inſurgendum, & adverſus ipſum in ſuam ruinam & perniciem pugnandum impellit. Quis enim alius exitus ſperari poſſit, quam ultimum exitium eorum, qui adverſus Deum & ipſius electos inſurgunt? Docemur itaque, in tremore coram Deo incedere, adeo quidem, ut ubi nobis innotuerit ipſius voluntas, illi obſequi omnino ſtudeamus, & quicquid ab eo profectum fuerit, boni conſulamus. Neque enim ſatis eſt, Dei verbum nobis eſſe auro & argento pretioſius, ſed etiam melle dulcius eſſe oportet, ut pulchre nos Propheta docet Pſal. 19. & 110. Cæterum quo melius hanc doctrinam percipiamus, & ad uſum revocemus, obſervandum, varios eſſe gradus, tam iniquorum hominum, quam fidelium. Nam increduli nihil eorum quæ in genere dicuntur apprehendunt. Nam ſi miſeros cœcos dicamus, ſi temerarios,

Digitized by Google

ad vivum uſque injecta pungantur, non tamen af-ficiantur. Hanc ob cauſam improbi omnes homines, & divinæ Majeſtatis contemtores veritatis cognitionem fugiunt: quam tamen vel invitos ſcire, & cognoſcere ipſos oportet. Sed, obſecro, qualis iſta cognitio? nempe qualem Propheta Eſaias deſcribit, ut cognoſcendo non cognoſcant, & videndo nihil videant. Talis fuit illa cognitio Saulis, & ſcientia, de qua loquitur, qui poſtquam modis omnibus divinam promiſſionem Davidi per Samuelem factam labefactare & extinguere conatus eſt, nihilominus Dei judicio urgetur & convincitur, adeo ut vel invitum oporteat Deo veritatem tribuere, & poteſtatem ſuas promiſſiones implendi, quum ait, ſe ſcire, quod certiſſime David regnaturus ſit. Nempe illum Dei voluntas conſtringebat, & conſcientiæ ſtimulis ipſius ſuperbia & virus ſuperabatur, ut Deo teſtimonium veritatis redderet. Unde apparet, profanos & incredulos poſt cognitam voluntatis divinæ veritatem ſtimulis quibuſdam urgeri, & quadam triſtitia affici: ſed non tamen in ea conquieſcere, quam contra pro viribus fugere conantur & ſuffocare. Ac proinde licet ad tempus divinæ veritatis & potentiæ meditatione commoveantur: non tamen in ea perſeverant, ſed incerti ſemper huc & illuc feruntur, & quovis vento agitantur. Neque enim ſatis firma fundamenta jecerunt, neque vivas radices egerunt. Quod ad fideles autem attinet, non ea perfectione, quæ ad ipſorum ſalutem ſunt neceſſaria, cognoſcunt, quin multis ſemper dubitationibus & ſcrupulis agitentur, ſed ita tamen, ut in mediis illis fluctibus Deus ad ſalutis portum rectam ſemitam illis oſtendat. Ac proinde licet multis difficultatibus & dubitationibus agitentur, tamen veritatis divinæ tantam cognitionem habent, quanta ipſis opus eſt ad ſalutem aſſequendam, in qua proinde conquieſcunt, & ad quam magis ac magis conformantur, quæcunque tandem ingruant tentationes, adeo ut pedetentim ad Deum accedant, & in voluntatis ipſius cognitione quotidie proficiant. Seque cognitæ Dei veritati ſponte ſubjiciant, & divinarum promiſſionum æquitatem & veritatem confiteantur. Accedit ad ſuperiora omnia invicta conſtantia, quæ hoſtium inſultus & cruciatus quoslibet frangat, ut armati Sancti Dei Spiritu adverſus quaſcunque tentationes invicti maneant, etiamſi multæ ſe ipſis deſperationis occaſiones offerant. Licet enim iſtiuſmodi inſultus graviſſimi ſint ac penè intolerabiles, nihilominus tamen Dei decretum non illuſorium, ſed irrevocabile eſſe perſuaſi ſunt, quum ait, ſe fore fidelem in ipſo ſperantibus, ac proinde ſi qua infirmitate humana peccaverint in iſtiuſmodi agonibus, adverſus ſeipſos primi ſententiam ferunt, & humanæ naturæ infirmitatem

videbuntur, ſed ſine fundamento, quod in ea non conquieſcant, ſed incerti ſemper fluctuent, & modo in hanc, modo in illam partem ferantur. Verumtamen ut inexcuſabiles coram Dei judicio reddantur, Deus efficit, ut vel inviti cognoſcant, doctrinam, quam ſequimur, puram eſſe Dei veritatem, etſi adhærere cognitæ illi veritati nolint, ſed contra furore perciti adverſus illam ferantur. Nihilominus tamen cauſæ noſtræ bonitatem illos oportet vel invitos confiteri, licet adverſus eandem ſæviant, & ſponte eidem reſiſtant. Interea vero tantum abeſt, ut ad eam reverendam adducantur, ut contra quovis vento abripiantur, adeo ut per intervalla modo in hanc, modo in illam partem inclinent, & modo veritatem laudent, modo ad incredulitatem redeant: Diabolo præſertim illos ita faſcinante, ut vel ad leviſſimum ipſius ſignum triumphos agant ante victoriam, ſeque vi ſua & arrogantia facillime ſacram Scripturam puramque religionem oppreſſuros arbitrentur, quæ omnia nimis quotidiana experientia confirmat. Nos vero contra diſcamus in dies in vera ſcientia proficere, ut in Dei voluntate tam altas radices agamus, ne unquam ullis tempeſtatibus eradicari poſſimus. Neque vero, fateor, ea eſſe fides noſtra poteſt, ut ad Angelicam perfectionem perveniat, eaſque agat radices, ut non amplius auxilio divino, quo roboremur, indigeat. Nam contra tantam eſſe noſtram infirmitatem fatendum eſt, ut niſi ipſius virtute freti ſubinde titubemus, & tanquam morti proximi vacillemus. Sed nihilominus ad eam divinæ voluntatis cognitionem pervenire nos oportet, qua roboremur & ad finem uſque vitæ perſeveremus. Ad hanc cognitionem accedit fiducia in Deum, quem defenſorem & protectorem noſtrum in adverſis omnibus fore ſcimus, & in eo conquieſcimus, & ultro nos ipſi ſubjicimus, atque ipſius patefactam nobis voluntatem amplectimur. Et hactenus de iſta cognitione dictum eſto. Jam amplius etiam expendamus Saulis orationem, in qua licet cognitionem habere ſe profiteatur divinarum promiſſionum Davidi per Samuelis miniſterium factarum, tamen ſuam incredulitatem vel potius arrogantiam patefacit, quod cum Deo veluti paciſci in Davidis perſona velit. Nam ait, *Ego ſcio, te regnaturum eſſe.* Itaque non indignatur, neque more ſolito excandeſcit in iras, ſed ſe cum Davide tranſigere velle oſtendit, ut in poſterum perſuaſus ſit, Davidem poſt ipſius obitum ſemini ſuo parciturum. Ex quibus apparet, in qua opinione Davidem habuerit, nempe nihil ipſum adverſus ſe ſuſcepturum, neque nova conſilia agitaturum. Mirabilis ſane mutatio, quod qui antea tanto furore Davidem ad mortem perſequebatur, & quibuſcunque poterat injuriis afficiebat, ſe jam tam faci-

Digitized by Google

modum docet Paulus, non ſupereſſe amplius ipſis ullum ſenſum malorum, quibus urgentur. Quapropter ad veram pacem à Deo conſequendam non longis ambagibus Deus quærendus eſt, neque unquam procraſtinandum, ſed vocanti Deo obſequendum & ipſius voluntati parendum, ut veram & permanentem pacem aſſequamur. Quid ergo profecit Saul cum Davide volens paciſci? Sane videtur otio & tranquillitati ſuæ conſuluiſſe, & tanquam factis induciis opportunum tempus explendæ malitiæ, quam intus occultabat, exſpectaſſe. Et pectore fovit triſtitiam, vel furorem potius, quo adverſus Davidem exæſtuabat. Denique de ſua pertinacia nihil remittere volebat. Nos vero contra ipſius exemplo diſcamus omnes affectiones & animi perturbationes exuere, nequid nos impediat, quominus ad Deum accedamus, & in ipſius veritatis & bonitatis paternæ cognitione perſeveremus, ut tranquillitatem ſpiritualem, quæ ſola ſummum bonum eſt, aſſequamur; & reipſa experiamur, Deum eſſe noſtrum defenſorem ac protectorem, ac ſcopum unicum ad quem collimare debemus. Interim vero quum Saulem audimus voluiſſe cum Davide paciſci, ſuiſque rebus conſulere, in eo tanquam in ſpeculo contemplemur incredulorum conſilia & rationes. Nam eos deprehendemus metu & formidine perculſos rationes quærere, quibus ſibi & ſuæ ſecuritati conſulant, qui nullo ipſos perſequente tremunt, ſibique aliquas dari inducias expetunt. Verum quum adverſarii ſint & hoſtes jurati Dei, qui Deus eſt pacis, quomodo pacem requirent? Nos igitur illorum exemplo contra diſcamus inæſtimabile bonum eſſe, pacem habere cum Deo, & in eodem conquieſcere: & ex animo deteſtemur & abhorreamus iniquitatem incredulorum, quæ illos à Deo disjungit, & illis ſimiles fieri ſummopere caveamus. Ac ſane multos quidem videmus nihil adverſus Deum aperte audere, & in privatis quibuſdam factis ipſius metu retineri, ſed non ideo tamen vero niti fundamento, neque veras habere timoris Dei radices, quo duce vitam ſuam ad ipſius obedientiam inſtituant. Sed tantum motum aliquem eſſe & inanem impetum, qui ſtatim evaneſcat. Quod quum ita ſit, nos decet tanto magis incitari ad Deum in veritate & puritate quærendum, ne modo in hanc, modo in illam partem fluctuemus, ſed in propoſito conſtanter perſeveremus, & nullis tentationibus ab officio dimoveamur. Jam vero alia ex parte Davidis humanitatem conſi- Saulem domum reverſum audimus rebus pacatis, Davidem autem cum ſuis militibus in ſuum propugnaculum regreſſum. Saulis igitur conditio longe melior fuiſſe videtur, & deſiderabilior, quam Davidis. Nam hic in propugnaculo cum paucis militibus egenis ægre ſe tuetur, ille vero rebus pacatis à ſuis militibus colitur, & in ſummo honore ut Rex habetur: otio & tranquillitate fruitur, rebuſque ſecundis utitur. Verumtamen qualem putamus ejus conditionem, quem Deus judicio ſuo perſequebatur, & quem velut injecta naribus fibula retrahebat à propoſito, & exitio reſervabat non immutata mente ipſius in melius? Sic Deus ſolet improborum hominum conatus frangere, & niſi furorem ipſorum frangat, & in mitiorem animum commutet, naribus injectis fibulis coërcere, & contra voluntatem ipſorum alio trahere. Ita Sauli Domini manus injecta eſt, ut in Davidem ſævire non poſſet, & domum redire ſumma ſua confuſione cogeretur. Davidi vero contra, cujus deterior conditio videbatur, Deus otia fecit, & reſpirandi ſpatium aliquod conceſſit, ne perpetuis tentationibus & afflictionibus obrueretur. Nam etſi Saulem ad tempus placavit, tamen in ſuum propugnaculum reverti coactus eſt, quod ſane non erat munitum aliquod caſtellum, & rebus neceſſariis inſtructum, ſed, ut ante videtur, ſpelunca in deſerto, perfugium damarum & chamæleonum, in quam ſe David recepit, quaſi cum feris in rupium cavernis, vel potius tanquam in ſepulcro vitam ageret. Quæ vitæ conditio profecto miſerrima fuit, ſed in qua tamen Dei bonitatem experiri non deſiit, quod illi aliquot dierum inducias conceſſit. Nos itaque licet non ſemper rebus ſecundis fruamur, neque nobis omnia ex animi ſententia contingant, ſed in hac vita cum multis luctemur difficultatibus, & multis injuriis & calumniis opprimamur, & fame, ſiti, æſtu, frigore vexemur, & ignominiam ac dedecus ab hominibus patiamur, & multis aliis iſtiusmodi incommodis vita noſtra permixta ſit, ne unquam tamen animum deſpondeamus, neque divinæ miſericordiæ ſenſum & guſtum amittamus, quæ in omnibus difficultatibus & anguſtiis præſens auxilium adferre & labantes erigere poteſt. Sin vero Deus nobis otia fecerit, attente ipſius beneficia conſideremus, & nobis applicemus, ut omnem triſtitiam & afflictionem, qua prememur, ſpirituali lætitia vincamus, ſemper animo noſtro retinentes fundamentum iſtud firmum, Deum, qui nos in tutelam

momentum, ſed per longum temporis ſpatium, adeo quidem, ut videretur omnis illi ademta ſpes reditus, horrenda fuit ſane tentatio, qua non parum fuiſſe perturbatum Davidem veriſimile eſt, quum à Deo tam graviter exerceretur. Sed non tamen iſti tentationi David ſuccubuit, ſed fide ſuperavit. Quam
Pſal. 11. ob cauſam Pſal. 11. ſuis ipſis hoſtibus inſultans ait, *In Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem ſicut paſſerem?* Sane hoſtes Dei multis quidem cavillis ipſius ſervos laceſſunt, & infeſto animo ad mortem perſequuntur, & cœlum ipſum terræ miſcere, & à fundamentis terram convellere velle videntur. Sed in Deum oculi ſunt conjiciendi, qui momento ſuorum hoſtium conſilia diſſipare, & conatus frangere poteſt: & idcirco David ſeipſum hac meditatione conſolatur & erigit: *Dominus*, inquit, *in templo ſancto ſuo, in cœlo ſedes ejus, oculi ejus in pauperem reſpiciunt, palpebræ ejus interrogant filios hominum.* Non igitur immerito ſe in Domino confidere dixit, quem tanquam clypeum excipiendis omnibus hoſtium ictibus opponit. Et ſane Diabolus jaculatur in nos ignea tela, ut monet Paulus, & mille artes habet nocendi, quibus ſingulis momentis obrueremur, niſi Dei virtute & potentia tegeremur, & muniremur. David autem rationem nos docet, qua poſſimus armis iſtis muniri: nempe ut clypeum aſſumamus fidei, quæ in Dei promiſſiones recumbit. Nam ſi hoc clypeo tecti fuerimus, facillime hoſti noſtro inſultabimus, & tentationes omnes ſuperabimus. Ac licet mundus ipſe conſpiret adverſum nos, & nuſquam tuta quies appareat, ſed modo in hanc, modo in illam partem expellamur, nihilominus tamen imperterriti fiduciam illam retinebimus, & hoſtibus omnibus inſultabimus, Davidis vocem illam uſurpantes, *In Domino confido, quid adverſum me poteſtis?* Hoc igitur clypeo muniti moleſtias omnes ſuperabimus, & omnes contumelias & blaſphemas improborum hominum voces deſpiciemus, & intrepide in noſtra ſimplicitate perſeverabimus, quod in Deo fiduciam collocantes nulla vis hominum poſſit offendere. Nam etſi multa quidem incurrent in oculos incommoda, & graves tentationes exurgent: fide tamen omnes ſuperabuntur, quemadmodum Davidem conqueri videmus, peccatores intendiſſe arcum, & paraviſſe ſagittas ſuas ſuper nervum adverſus ſe, quibus tamen ſe non poſſe lædi ait. Quin etiam ipſa mundi fundamenta convulſa dicit, non quidem quaſi Sol aut Luna, aut naturæ ordo confuſus eſſet, ſed miſeræ illius conditionis reſpectu loquitur, in quam erat hominum opinione conjectus. Sed iſti tentationi clypeum fiduciæ illius in Deum objicit, & ait Deum habere ſedem ſuam in cœlis, & oportere improbos ſeſe illius tribunali ſiſtere, & meritas pœnas dare. David igitur, licet in ſpelunca illa tanquam in ſe-

[illegible] miniſtrentur. Quare quum ſuos ad tempus affligit, & variis calamitatibus exercet, in ipſorum commodum & ſalutem cedit, declaratque, ſe ipſorum clypeum & propugnaculum eſſe. E contrario autem quotieſcunque improbi & increduli laſciviunt, & quæcunque in buccam veniunt, ut dicitur, evomunt, & ita obſtinati ſunt, ut ad bonam frugem nullo modo adduci poſſint, certiſſimum eſt, Deum ſedem ſuam habere in cœlis, ad quam ipſos de omnibus rationem reddituros ſiſti oportet. Hanc igitur ob cauſam addit David, oculos Dei intentos in omne hominum genus, & tandem ipſum in peccatores ignem ſuum emiſſurum, pauperes autem & afflictos fideles ſervaturum. Atque in eo admiranda ſunt ejus judicia. Quæ ſunt nobis accurate notanda, quum Davidem tot calamitatibus afflictum fuiſſe videamus, & licet propugnaculum habuerit, in quod ſe cum ſuis recepit, & adverſus hoſtes ſe tutatus eſt, non tamen fuiſſe tam tutum, quin coactus ſit, quamvis illum Saul ad tempus non ſit perſequutus, longius tamen à Judæa recedere. Hinc igitur diſcamus, animum nullo modo deſpondendum, quoties ab afflictione & tentatione in graviorem incidimus, adeo ut in hoſtium noſtrorum manibus captivi teneri videamur. Quin potius doctrinam iſtam ob oculos nobis proponamus, qua valde indigemus, & frontem exporrigamus, ne Deo nos variis modis exercente, quamvis nobiſcum ſummo jure non agat, varia tamen in animo volvamus. Quamobrem quum nos varia certamina urgebunt, & crebræ tentationes, quibus facillime ſuccumberemus, niſi Dei providentiæ memoria ſuſtineremur, Davidis exemplum intueamur, qui multis exercitus tentationibus, licet homo, iiſdem paſſionibus, quibus nos, obnoxius, tamen fortiter eas ſuperavit, Dei auxilio fretus. Confugiamus igitur ad Spiritum virtutis, eumque precemur, ut noſtram infirmitatem ſublevet, & opportuno tempore ſuppetias ferat. Pergamus ad reliqua, quibus dicitur *mortuus Samuel, & congregatus univerſus Iſraël ad eum plangendum, quem ſepelierunt in domo ſua in Ramatha.* Hic in primis obſervandum, Samuelem in extrema ſenecta cum maximis difficultatibus & horrendis tentationibus luctatum fuiſſe. Propheta Dei erat, populi ſalutem à Davidis regno pendêre ſciebat, Saulem populo Regem dare juſſus fuerat, ex tribu Benjamin, non autem è tribu Juda oriundum, eundem exauctoratum & à Domino rejectum viderat: quibus omnibus vehementer perturbari poſſe videbatur, quum tot mutationes videret, & præſertim quum Davidem rejecto Saule ungere & Regem deſignare à Domino juſſus eſt. Nam in Davide ſpes repoſita videbatur ſalutis populi, & Regiæ dignitatis, quin etiam æternæ ſalutis firmandæ, ſi David regno frueretur, & otio ac tranquillitate Rempub. adminiſtraret,

verum

Digitized by Google

a mortali homine pendebat, nihilominus tamen non exuerat omnem humanum affectum, ac proinde ipſum ex morte Prophetæ in magna mœſtitia fuiſſe verſatum, minime dubium eſt, cujus præſentia, quamdiu viveret, multum adjuvaretur, & fides valde ſuſtineretur. Sane fides noſtra ſolo Deo niti debet, ſed tamen ſiquem Dei ſervum viderimus fideliter officio ſuo functum, & Dei donis ornatum, qui ſalutis viam nobis monſtrarit, cujus nota integritas & fides, magnum adjumentum eſt, ipſius Dei dono, ad fidem noſtram confirmandam, & ad nos ad Dei cultum excitandos: ac licet in ipſo non ſit fiducia noſtra repoſita, ſingulare tamen Dei beneficium eſſe nobis conceſſum, merito judicabimus. Ac proinde ſi Deus ex terris illum ad ſe vocarit, non poſſumus non lugere & ipſius obitum graviter & moleſte ferre. Sic igitur David, quamdiu Samuel vixit, ſe potuit illius præſentia conſolari; morte vero illius graviter affici & perturbari, quaſi ſublato illo, per quem Deus bonitatem ſuam & miſericordiam Davidi patefaciebat. Nihilominus tamen David nunquam deſpondit animum, neque in hoc certamine defecit, ſed conſtanter in ſua vocatione, Dei auxilium exſpectans, perſeveravit: quod exemplum incitare nos decet, ut ſi Deus fideles ſuos ſervos è vivis evocet, quorum mortem ægre feramus, illos tamen homines fuiſſe, ac perinde mortales, ſed Dei veritatem in æternum eſſe permanentem ſciamus. Hanc ob cauſam Petrus 2. epiſtola dicit, ſe dare operam, ut fideles ſanam doctrinam ab ipſo diſcant, quam poſtquam è vivis exceſſerit, conſtanter retineant, & in ea firmi permaneant. Quemadmodum igitur fideles Dei ſervos oportet omnibus viribus eniti, ut veritas, cujus teſtes ſunt ac præcones, poſt mortem ipſorum vim ſuam retineat, & ab hominibus recipiatur, ſic etiam fideles auditores oportet ſcire, morientibus fidis paſtoribus, qui fidelem operam in docendis hominibus navarint, & quorum fides probe fuerit cognita, non ideo tamen mori cum ipſis veritatem, quæ nulli varietati eſt obnoxia. Atque hæc eſt victoria noſtra, fides nimirum immutabilis: quin etiam nos infidelium Dei ſervorum morte magis ac magis oportet confirmari, quum eos videmus conſtanter doctrinam ad mortem uſque retinuiſſe, & animam efflantes fidei ſuæ teſtimonium exhibuiſſe, tanquam totius doctrinæ ſignaculum. Idcirco Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos fideles admonet, ut meminerint præpoſitorum ſuorum, qui Verbum Dei illis annunciarunt, & quorum fidem imitentur. Hac ratione Deus Samuelis mortem ceteris orbis hominibus non poſtremam, ſed inſignem & illuſtrem eſſe voluit, quo fidelium animos excitaret, & ſui numinis curam teſtatam relinqueret... liri voluit. Cæterum iſta narratio de Samuelis morte, & ipſius ſepultura, videtur eo ſpectare, ut ipſum pro Domini Propheta agnitum in ipſa morte ſciamus. Quare quum univerſus Iſraël coactus dicitur, veluti Deo faciente, & tuba populum convocante ad Samuelis ſepulturam: factum iſtud certum eſt, ut honos haberetur mortuo, & teſtimonium fidelitatis ipſius præberetur, & doctrinæ ipſius pondus adderetur, Deoque ipſi debitus honor & gloria redderetur. Sed præterea Davidi magnum hoc facto ſolatium allatum eſt, quum hoſtes ſuos vidit, incredulos tamen & ſtupidos, congregari ad Samuelis doctrinam ſuo teſtimonio confirmandam, & à Deo profectam teſtificandum. Saulem etiam hoc facto commoveri vehementer oportuit, & conſcientiæ morſibus ſtimulari, & hoc populi luctu de morte Samuelis redargui. Nam debuit cogitare, Regiæ dignitatis gradum, Davidi per Samuelis miniſterium collatum, oportere fieri ratum & irrevocabilem. Et ipſius furor etiam augeri poſſe videbatur, quum populum videret Samuelis doctrinam approbare. Luctus enim ille totius populi ſatis teſtabatur, Deo auctore duci homines, & Samueli mortuo auctoritatem conciliari. Vix enim populum invenias uno conſenſu ſervorum Dei amore duci, & ipſius doctrinam approbare, niſi aliunde impellatur. Atqui inſeparabili nexu cohærebat doctrina Samuelis, donumque Propheticum, cum regno Davidi promiſſo, cujus teſtis & nuncius fuerat, & quod unctione adhibita tanquam Sacramento confirmarat. Perinde fuit igitur, ac ſi Saul in præſentia totius populi exauctoraretur, quum tanto populi concurſu Samuelis doctrina confirmata eſt. Ita ſolet Deus verbo ſuo dignitatem & auctoritatem conciliare in incredulorum confuſionem & fidelium inſtructionem. Etſi vero divina veritas per ſe ſatis eſt honorifica & certa, Deus tamen noſtræ infirmitatis rationem habens, iſtis mediis auctoritatem ipſi conciliat, & nos ad ſe vocat, & incredulos ac improbos homines majore confuſione obruit.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, quibus ejus iram provocamus, agnoſcentes, ipſum deprecemur, ut ea nobis diſpliceant, & certo perſuaſi ſimus, nos in ejus protectione viventes non perituros, ſed Spiritus Sancti fortitudine adjutos omnes difficultates ſuperaturos.

Digitized by Google

cunque habes, ſit pax.

7. Audivi quod tonderent paſtores tui, qui erant nobiſcum in deſerto, nunquam eis moleſti fuimus, nec aliquando defuit quicquam eis de grege omni tempore, quo fuerunt nobiſcum in Carmelo.

8. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis, in die enim bona venimus, quodcunque invenerit manus tua, da ſervis tuis, & filio tuo David.

9. Quumque veniſſent pueri David, loquuti ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David, & ſiluerunt.

10. Reſpondens autem Nabal pueris David, ait, Quis eſt David? & quis eſt filius Iſai? hodie increverunt ſervi, qui fugiunt dominos ſuos.

11. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris, quos neſcio unde ſint.

12. Regreſſi ſunt itaque pueri David per viam ſuam, & reverſi, venerunt & annunciaverunt ei omnia verba, quæ dixerat Nabal.

13. Tunc ait David pueris ſuis, Accingatur unuſquiſque gladio ſuo; & accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis, accinctuſque eſt & David enſe ſuo, & ſequuti ſunt David quaſi quadringenti viri, porro ducenti remanſerunt ad ſarcinas.

HIc in primis conſiderandum, quo ſtatu res Davidis fuerint, quum Saul ipſum perſequeretur: miſero ſane, & qui cibo & potu, aliiſque rebus neceſſariis careret, & multa pateretur incommoda, quod præter mortis metum etiam victum emendicare cogeretur. Quæ moleſta fuit & dura nimis conditio, & quæ Davidem poterat quodammodo de ſpe dejicere conſequendi Regiam dignitatem ſibi à Deo promiſſam. Quoniam vero Davidicum illud regnum fuit imago viva regni Domini noſtri Jeſu Chriſti, diſcamus, Deo nos variis rationibus exercente, patienter caſus omnes ferre, & non moleſte ferre neque inſolenter, ſi fame, ſiti, æſtu, frigore premamur, rebuſque ad vitam neceſſariis quodammodo deſtituamur, Deumque ſciamus patientiam noſtram & fidem explorare: cujus rei exemplum in Davide conſpicuum eſt. Cæterum objiciat aliquis, quæ hoc loco recitantur, non convenire cum
Pſal. 37. iis, quæ Pſalmo 37. referuntur: David enim profitetur, ſe fuiſſe juvenem, & ad ſenectutem perveniſſe, & non vidiſſe juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærere panem. Erat autem ex numero juſtorum & Deum timentium, & tamen videmus eum in tantam egeſtatem redactum, ut ad Nabalem mittere ſervos coactus ſit victum mendicaturos. Sed facilis ſolutio eſt, quandoquidem dicit eo loco, ſe non vidiſſe juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem. Nam etſi Deus nonnunquam permittit, ſuos ſervos multis incommodis urgeri, & multis ad vitam neceſſariis indigere, ipſis tamen tandem opportuno tempore ſubvenit & opitulatur. Ac ſane verbis illis fideles ab omnibus afflictionibus non eximit. Nam paulo poſt addit, bonos in multas miſerias caſuros: ſed Deum ipſos liberaturum & ſervaturum. Noluit igitur David Dei ſervos & filios in hoc mundo tanquam in terreſtri paradiſo collocare, in quo deliciis affluant, & voluptatibus abundent, ut nihil ipſis deſit, ſed docere, Dei filios multis calamitatibus oppreſſos, ad ipſius bonitatem confugientes, nunquam eſſe deſerendos, ſed Deum reipſa demonſtraturum, ipſorum ſe ſingularem curam gerere, licet ad tempus faciem occultare videatur. Quamobrem meditanda Divi Pauli doctrina, fideles quidem multis miſeriis & oppreſſionibus obnoxios, ſed à Deo nunquam deſeri; & ipſemet ſeſe exemplum multarum afflictionum proponit, ut in ſeipſo doceat, quæ
ſit fidelium conditio, quum ait, ſe per gloriam 2 Cor. 6.
& ignominiam, per convitia & laudes, ambulare, & ut morientem eſſe, ſed vivere, ut qui caſtigatur, nec tamen occiditur, &c. Quamobrem quoties in ſummas anguſtias & difficultates inciderimus, ne unquam animum abjiciamus, ſed Deum liberatorem patienter præſtolemur, & quemadmodum ipſemet pollicitus eſt, ſi dejecti fuerimus, dum ipſe nos attollat exſpectemus, & ſi in ſummam egeſtatem venerimus, ne metuamus nos ab illo unquam derelictum iri, modo fiduciam omnem noſtram in ipſius providentia & bonitate reponamus. Deus enim ſatis dives eſt & liberalis, ad nos quibuslibet difficultatibus eruendos, & omnibus neceſſariis rebus adjuvandos. Hac igitur ratione David in ſummas difficultates incidere potuit, quem non ideo tamen Deus oblivioni tradidit, multoque minus ex ſuorum numero delevit, neque promiſſionem ipſi factam de

Digitized by Google

incolis, paſtoribus nimirum cum ſuis tuguriis, in quibus armenta & greges continebant. Etſi tamen oppidum erat in iſtis locis nomine Maon, & etiam aliud nomine Carmel. Quicquid ſit, Nabal dicitur in Maon habitaſſe, & in Carmelo poſſeſſionem habuiſſe, & quater mille pecudes, oves nimirum tria millia & mille capras habuiſſe: quæ ſane fuerunt magnæ divitiæ ruſtici hominis, ſi præſertim agros, villas, paſcua, & poſſeſſiones reliquas iſtis conjungas. Atque dictæ Nabalis divitiæ non ad laudem, ſed potius ad vituperium commemorantur; quandoquidem ſubjicitur, fuiſſe hominem ruſticum, durum, malitioſum & peſſimum, cum quo barbaris moribus prædito nullus amicitiam colere potuerit. Ruſtici igitur & barbari hominis divitiæ recitantur, ad ipſius malitiam & crudelitatem adverſus Davidem amplificandam. Nam ſi tenuis fortunæ & abjectæ conditionis fuiſſet, ſe aliqua excuſatione potuiſſet apud ipſum tueri. Et Davidi victum petenti reſpondiſſet, ſe non habere, unde ſexcentis viris cibum ſuppeditaret: ſeque inopia ſua & tenui conditione tutatus fuiſſet, quæ peregrino alicui viaticum quidem miniſtraret, ſed non ſexcentorum hominum exercitui. Verum quum opibus abundaret, & tantis divitiis præditus eſſet, ut ſine ſuo incommodo munificus erga Davidem eſſe poſſet, in eo crudelitas ipſius apparet, quod aliqua parte bonorum adjuvare Davidem recuſaverit: & hanc ob cauſam nominatim hic mentio fit pravæ ipſius naturæ, & beneficiorum, quæ à Davide & ipſius militibus antea acceperat: qui paſtores ejus nulla moleſtia affecerant, quamdiu in deſerto cum ipſis fuerant, ſed potius rebus ſuis adjuverant, & tutati fuerant, ut non fuerit donum gratuitum futurum, ſi Davidem parte aliqua bonorum ſublevaſſet, ſed juſta potius præteritorum beneficiorum compenſatio & remuneratio. Et idcirco David per famulos jubet eum inquirere tam ex ſervis ſuis quam ex paſtoribus, & aliis illius loci incolis, an Davidis milites ipſos ulla injuria affecerint, & an non potius contrà cuſtodes armentorum hominis iſtius fuerint. Qua ratione Davidi multis nominibus devinctus erat: ac proinde, ut ante dixi, non beneficium, ſed juſtum præmium fuiſſet: tanto igitur magis apparet ipſius malitia & ingratitudo, quo pluribus divitiis abundavit: neque enim David quotidie importune victum ab illo cupiebat extorquere; ſed nominatim occaſio exprimitur, quæ Davidem ad ſervos ſuos ad ipſum ad aliquid poſtulandum mittendos impulerit, nempe necesſitate legis, pro viribus eniti ſingulos oportet ad miſeros & egenos ſuis facultatibus ſublevandos. Quamobrem ſi opes & divitias à Deo fuerimus conſequuti, quibus egere proximos videamus, à Deo nos explorari ſciamus, ac proinde ſi officio defuerimus, nos à Deo tanquam ſacrilegos condemnatum iri. Divites igitur intueantur Nabalis exemplum, & quid ab ipſis Deus poſtulet, diſcant. Divitiæ ſane divinæ bonitatis & favoris ſunt teſtimonium, ſed Nabalis divitiæ in ipſius condemnationem commemorantur. Contra vero Abrahamum divitem fuiſſe, ſacra Scriptura prædicat, non ſane ad ipſius dedecus, ſed potius ad ſummam laudem, quem Deus èx paterna bonitate divitiis multis auxit. Sed quoniam Nabal acceptis à Deo bonis abuſus eſt, idcirco facultatum ipſius mentio fit, ut ejus exemplo diſcant, qui multas poſſeſſiones habent, & multos annuos reditus, quibus multis benefacere poſſunt, ſi avari, aut parci, & ſteriles fuerint, bonorum uſum profanare, quæ Dominus uſui pauperum dedicarat.

Hic igitur dictum Salomonis diligenter obſervandum, jubentis bibere aquam ſingulos è ciſterna ſua, & fluenta è medio putei ſui, & tamen ſpargere fontes ſuos foras. Nam quum jubet nos bibere aquam è fonte noſtro, ſingulos docet oportere contentos iis eſſe, quæ à Domino accepimus, & nihil amplius appetere, ut plerumque ſolent inſatiabiles quidam gurgites, qui novis ſemper opibus inhiant, &, licet opulentiſſimi, vicinos tamen miſeros deprædari ſolent, donec ipſos tandem totos exhauſerint. Contra docet Salomon bibendam aquam è fonte, ideo præſentibus oportere contentos eſſe, & divites poſſe quidem acceptis à Deo bonis frui, & eadem bona conſcientia retinere ac poſſidere, modo ad ipſorum auctorem & fontem aſſurgant, & ſobrie iiſdem utantur: ſed præterea jubet Salomon fontes ſpargi foras, & rivos aquarum in puteis, ut doceat facultatibus reſiduis adjuvandos proximos, qui neceſſitate aliqua premuntur. *Prover. 5. verſ. 15.*

Deinceps vero Davidis verba ſequuntur, ſuos mittentis ad Nabalem, & quibus verbis hominem compellarent, inſtruentis, quæ verba pluribus recitantur, ut magis ac magis, quanta fuerit Nabalis improbitas, beſtiæ potius quam homini ſimilis, contemplemur & erudiamur: David enim juvenes, quos mittebat ad ipſum, jubet hac formula compellare, *Salutat te ſervus tuus cum ſuis omnibus, tibi, familiæ, gregi, & omnibus iis, quæ poſſides, bene precatur.* Dubium non eſt, quin his verbis conetur Nabalis benevolentiam

Digitized by Google

ipſum non ſolum adverſus Davidem ingratum & immemorem beneficii ab ipſo accepti, ſed tam impium, ut ne ſcintilla quidem pietatis in ipſo exſtiterit. Decet igitur nos acceptum beneficium tempore & loco compenſare, prout dabit Deus occaſionem. Nam ſi hoſtibus benefacere debemus, quales nos oportet eſſe erga eos, qui noſtram amicitiam beneficiis ſibi conciliare ſtuduerint? Quamobrem ingratitudo tam deteſtandum crimen eſt, ut licet adverſus illud actio non detur, tamen nulla excuſatione ſe tueri poſſint, qui officio defuerint, & accepta beneficia rependere non ſtuduerint. Quinimo ſi quis ingrati animi accuſetur, tanquam crudelis & inhumanus ab omnibus habebitur: quapropter eo diligentius hic obſervanda ſententia, quam David adverſus Nabalem tulit, quod tam ingratum ſe præbuiſſet erga ſe, & vacuos ſuos ſervos dimiſiſſet. Præterea hinc diſcendum, nos, licet nihil debeamus aliquid à nobis petentibus, reverentia tamen divini nominis oportere aliquid ipſis erogare, & miſerorum egenorumque ſic miſereri, ut Deum ſemper intueamur, de cujus jure tantum detrahitur, quantum pauperibus negatur, niſi pro facultatum ratione parati ſimus egenis opem ferre. Deinceps vero ſequuntur Nabalis iſta verba, *Quis eſt David, & quis eſt filius Iſai? hodie increverunt ſervi, qui fugiunt dominos ſuos: tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris, quos neſcio unde ſint?* faceſſat igitur David, & alibi victum quærat. Animadvertite, non tantum recuſare Nabalem Davidi victum: ſed etiam calumniis & opprobriis obruere: quaſi dicat Nabal, primum David eſt ignotus, & erro, deinde latro, qui fugientes ſervos à dominis excipit, & ſecum ducit, qua calumnia nulla gravior eſſe poterat. Sane ſola beneficii recuſatio moleſta, & ſimplex merito poterat condemnari, quandoquidem erat cum ingratitudine conjuncta, erga eos, quibus multis beneficiis devinctus erat: ſed quum ad illam accedant voces contumelioſæ & probroſæ, longe gravius ab ipſo peccatum fuit, & majus in ipſum malum accerſitum. Negat, ſe filium Iſaï noſſe: atqui ſatis erat apud omnes vulgatum, Saulem nullam aliam ob cauſam ipſum perſequi, niſi quod ſuccedere Sauli debebat in Regia dignitate: & ipſum Saulem vidimus aperte profeſſum eſſe, ſe ſcire, Davidem regnaturum, quod per Samuelem Deus id pronunciaſſet. At ſi Saul Dominus & Rex Davidis iſtud fateri non erubuit, quanto magis ſubditos oportuit idem agnoſcere? Non potuit igitur Nabal ullam excuſationem legitimam prætexere. Nam etſi erat agreſtis & ruſticus, & hominum conſortium fugiens: ignorare tamen non potuit, quod in tota regione fuit vulgatiſſimum. Nempe Davidi promiſſum à

igitur exemplum nobis proponi ſciamus ad noſtram eruditionem, ut quoſcunque Deus ad aliquem dignitatis gradum vocarit, debitis honoribus afficiamus, ne ipſi Deo reſiſtere, & conſtitutum ab ipſo ordinem turbare velle videamur. Regibus igitur, Principibus & Magiſtratibus omnibus, quos Deus ad rerum gubernacula ſedere voluit, ſummumque dignitatis gradum obtinere, dignum honorem exhibere diſcamus. Sic liberi cognoſcunto, ſe parentibus à Domino ſubjectos, ut debitam obedientiam ipſis ſponte reddant. Servi etiam ſuis Dominis eandem reverentiam exhibento. Denique ſtatus omnes, per quos Dominus hunc mundum regi & gubernari conſtituit, honoremus, & varias ac differentes vocationes à Deo inſtitutas ſciamus, & ſponte ipſis nos ſubjiciamus. Nam ſi Nabalis exemplo, adverſus dignitates inſurgere, & petulanter nos gerere voluerimus, Deum ſciamus viciſſim effecturum, ut, qui ſimus, reipſa experiamur: nam quicunque dignitates ab ipſo Deo inſtitutas deſpicit, certe adverſus ipſum Deum inſurgit, & jugum ipſius rejicit. Nam quicunque Dei donis & gratiis inſigniti ſunt, debent eſſe inſtar ſpeculi, in quo divinam Majeſtatem & bonitatem contemplemur, quod in ipſorum perſona Deus velit cognoſci. Eos igitur quicunque contemſerit ac rejecerit, inimicus eſto Dei, & contumax habeatur: & in creaturarum Dei numero non cenſeatur. Sed quam gravis Nabalis illa contumelia, quamque ignominioſa, quum Davidem accuſet, tanquam alienos ſervos ſubduceret, & eos dominis ſuis, tanquam fur aut latro quiſpiam, eriperet. Atqui ſupra vidimus, hanc egenorum & afflictorum hominum turmam ad Davidem ultro veniſſe, ea magis oneratum quam levatum fuiſſe, quod non haberet poteſtatem delectum militum faciendi, ut auctoritatem ſibi apud eos pararet, neque etiam vellet militum copias ducere ad dignitatem Regiam vi occupandam, & ordinem politicum perturbandum, aut domos evertendas, aut fraude in aliena bona & facultates involandum. Næ facta ipſius contrarium prorſus teſtantur, ut mera ſit calumnia Nabalis accuſatio. Sic improbi homines ſolent ſe in calumniis proferendis adverſus Dei filios exercere, & quicquid in buccam venerit, etiam ſine cauſa effutire: & in Dei filios, quicquid horrendum & atrox excogitaverint, evomere, Nabalis exemplum ſequuti. Profecto Nabalem pudere oportebat, ſi malitioſe iſtud ſervis Davidis reſpondiſſet, & hæc crimina confinxiſſe dictus fuiſſet, ſed juſtis rationibus niti, & æquitatis amator haberi vult, quod Davidem iſtiuſmodi homines ſequerentur, & ita Davidem oblique accuſat, & calumniis obruit. Quam multi Nabalis ingenium & mores hodie referunt, qui rogati, ut operam ſuam & ſtudia in aliquod neceſſarium opus conferant, reſiliunt ab

offi-

ut ſic eorum, quæ injuſte rapuerunt, rationem reddant, & pœnas luant. Quamobrem exemplo Nabalis rogati aliquid in aliquem conferre, diſcamus non onerare opprobrio & contumelia petentem: ut, ſi in ea ſententia manemus non juvandi egenos, ſaltem ab omni calumnia abſtineamus, & inhumanitatem noſtram non prodamus. Nam amice nos interpellantes, & aliquid opis flagitantes onerare convitiis, ſummum eſt flagitium. Porro, qualem, obſecro, virum Nabal calumniis inceſſebat? Virum ſane, quem Deus elegerat, & quem eſſe ſecundum ſuum cor teſtatus fuerat. Ex quo diſcamus injuria calumniis affecti, tamen eas patienter ferre, & non ideo ab officio reſilire: ſed potius, doctrinam Pauli uſurpantes, bene faciendo cunctis, malum pro bono exſpectare, & ſilentium premere: ac, ſi nullus ſit calumniarum finis, capite demiſſo bona conſcientia & innocentia noſtra nos apud Deum tueamur, & conſolemur. Cæterum aliquid hoc loco adhuc obſervandum eſt, nempe in rebus novis & inuſitatis ſemper aliquas maledicendi & calumniandi ſeſe occaſiones offerre. Sic hodie veritatis inimici, licet Dei verbum ſugillare nequeant, oblique tamen carpere conantur: & in illud omnes corruptiones, quæ in mundo obtinent, derivare, ut, ſi fieri poſſet, ſacræ Scripturæ auctoritati derogarent. Nam aiunt, Ex quo doctrina iſta cœpit prædicari, nihil niſi confuſio paſſim obtinet, aliis in alios inſurgentibus, ubique turbæ ſunt, ubique tumultus, pro pace & tranquillitate, quæ, antequam hæc doctrina emergeret, ubique gentium erat: & ita Dei contemtores, & inimici verbi ipſius, pro viribus conantur ubique ſeditiones & tumultus excitare, quibus, ni Deus impediret, doctrinam veram peſſumdarent, & funditus everterent. Ita vidimus, Nabalem primum contemſiſſe Davidem, & ipſius regnum, quod figura fuit Domini noſtri Jeſu Chriſti: deinde calumnia iſta oneraſſe, nempe illum alienos ſervos abducere: ſed, quæſo, quo fundamento? Nam multi miſeri & egeni homines ære alieno oppreſſi ad Davidem confugerant, non accerſiti, neque ab ipſo advocati, ſed divina providentia ad ipſum miſſi, ut in fuga ſua, & duris tentationibus conſolationem aliquam haberet. Quam igitur occaſionem habuit Nabal illos calumniandi? Nam etſi Davidem in deſerto ſexcenti circiter homines ſequebantur, non fuiſſe tamen latrones nec prædones dicuntur, ſed ære alieno injuſte oppreſſi: & ſi David alienos ſervos advocare ſtuduiſſet, nonne poterat pro ea auctoritate & gratia, qua plurimum apud ſe nihil relicturum de omnibus, quæ ad Nabalem pertinebant, uſque mingentem ad parietem? Sane iſta duo inter ſe valde repugnant, & laudem magnam aſſequutus eſt David Sauli parcens, vituperandus vero magnopere videtur adverſus Nabalem excandeſcens, & paſſionibus iſtis vehementibus locum dans. Sed obſervandum, ſacroſanctam fuiſſe Davidi Saulis perſonam, quod, quum fuiſſet Domini unctus, Davidi non licuerit ipſi manus inferre, qui poterat tamen ſe adverſus ipſius milites armis tueri & defendere. Nam etſi deſignatus Rex erat, unctione per Samuelem illi collata, nondum tamen in regni poſſeſſionem miſſus erat, ac proinde non licebat ipſi quicquam ſuſcipere ad coronam adipiſcendam, quod ipſe David probe norat. Ideoq; licet unctus eſſet Domini, & tranſituram ad ſuos poſteros regni ſucceſſionem ſciret, in æternum permanſuram: Sauli tamen ſuam dignitatem reſervavit, in quo nondum plane Dei gratiam extinctam norat, ac proinde cui honorem exhibere & ſubjici ad ipſius uſque mortem oportere non ignorabat. Illa igitur Davidis humanitas in hoſtem ſpeciali ratione nitebatur, & ſingulari privilegio, quod à Deo in Regiam dignitatem evectus Saul honorandus eſſet, Nabalis vero longe diſpar fuit ratio. Nam etſi David nondum in regni poſſeſſionem miſſus erat, deſignatus tamen Rex fuerat: adeo quidem, ut qui non agnoverunt hanc Domini electionem, nec ſe illi ſubjecerunt; merito tanquam adverſus Deum ipſum contumaces puniendi fuerint. Moſes, Ægyptium illum interficiens, nondum fuerat populi caput & conductor declaratus, & is qui populum Iſraëliticum ex Ægyptiaca captivitate erat liberaturus, ſed, ut ait D. Stephanus, vocationem ſuam probe norat. Sic David ſciebat ſibi datam à Deo poteſtatem impietatem & ingratitudinem coërcendi, & blaſphemas voces, quas adverſus Regem à Deo deſignatum evomuerat, & præterea calumnias, quas in Davidem, tanquam prædonem, injuſte & falſo conjecerat, puniendi: hæc, inquam, David ſciebat: ſed non ideo tamen videtur à vitioſa paſſione excuſandus, quod ſuperfluum & inutile foret: etſi tamen non eſt condemnandus, tanquam ſi quis privatus illatam injuriam ulciſci vellet: Davidis enim conditio à privatorum vocatione diligenter eſt diſtinguenda. Nam Deus privatorum manus veluti vinculis conſtringit, quibus non facit poteſtatem in flagitioſos animadvertendi. Sed alia fuit Davidis conditio, qui profecto, ſi privatus fuiſſet, nihil in Nabalem tentare auſus fuiſſet, nec ſui officii tantum oblitus, etſi juſtam cau-

Digitized by Google

condemnandum eſt. Nam ſi Judex pro tribunali ſedens, ſententiam in maleficum ferat, & aliqua paſſione in ipſum tanquam inimicum exæſtuet; certum eſt, violare ipſum & corrumpere juſtitiæ integritatem. Non aliter David, & quidem potiore ratione condemnandus eſt, quum in Nabalem exarſit ulturus injurias, etſi auctoritatem à Deo accepiſſet ipſum ulciſcendi. Equidem fateor, Davidem quodam gloriæ Dei ſtudio ductum fuiſſe, quum miſerum illum Nabalem videret non tantum in ſe blaſphemas illas voces & contumelias torſiſſe, quum diceret, *Quis eſt filius Iſaï, & quid mihi rei cum illo?* ſed etiam in ipſum Deum à quo David electus fuerat & vocatus. Et non magis ac magis illis ſpoliari optemus, & ad Deum vera pœnitentia convertamur, ejuſdemque juſtitia ſic induamur, ut ferre patienter diſcamus quaſcunque calamitates immiſerit, quibus nos explorarit, ac diſcamus egenos proximos noſtris fortunis adjuvare, & injurias nobis illatas tam placido animo ferre, ut nos ulciſci non appetamus, ſed in Deum vindictam rejiciamus. Ita tamen, ut ſi Dei nomen ab improbis hominibus blaſphemis vocibus lædi audiamus, ægre moleſteque feramus, cumque votis ardentibus ſollicitemus, ut improborum omnium adverſus ipſum inſurgentium conſilia & conatus frangat.

HOMILIA NONAGESIMA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XXV.

14. Abigail autem, uxori Nabal, nunciavit unus de pueris ſuis, dicens, Ecce David miſit nuncios de deſerto, ut benedicerent Domino noſtro, & adverſatus eſt eos.

15. Homines iſti boni ſatis fuerunt nobis, & non moleſti, nec quicquam aliquando periit omni tempore, quo converſati fuimus cum eis in deſerto.

16. Pro muro erant nobis, tam in nocte, quam in die, omnibus diebus, quibus pavimus apud eos greges.

17. Quamobrem conſidera, & recogita, quid facias, quoniam completa eſt malitia adverſum virum tuum, & adverſum dominum tuum, & ipſe eſt filius Belial, ita ut nemo poſſit ei loqui.

18. Feſtinavit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos utres vini, & quinque arietes coctos, & quinque ſata polentæ, & centum ligaturas uvæ paſſæ, & ducentas maſſas caricarum: & impoſuit ſuper aſinos.

19. Dixitque pueris ſuis, Præcedite me, & ecce ego poſt tergum ſequar vos: viro autem ſuo Nabal non indicavit.

20. Quum ergo aſcendiſſet aſinum, & deſcenderet ad radicem montis, David & viri ejus deſcendebant in occurſum ejus, quibus & illa occurrit:

21. Et ait David, Vere fruſtra ſervavi quæ hujus erant in deſerto, & non periit quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebant, & reddidit mihi malum pro bono.

22. Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat, ſi reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent uſque mane mingentem ad parietem.

23. Quum autem vidiſſet Abigail David, feſtinavit, & deſcendit de aſino, & procidit coram David ſuper faciem ſuam, & adoravit ſuper terram.

24. Et cecidit ad pedes ejus, & dixit, In me ſit, Domine mi, hæc iniquitas: loquatur, obſecro, ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ.

25. Ne ponat, oro, Dominus meus Rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal, quia ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo. Ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, Domine mi, quos miſiſti.

26. Nunc

Digitized by Google

[illegible] ut ita dicam, naturam induerit, & hebes ſit ac fatuus, nullius tamen conſilio parêre potuit. Extremum ſane iſtud eſt malum, quoties aliquis factas ſibi admonitiones & reprehenſiones deſpuit. Næ qui ſeipſum bene regere novit, dignus eſt, qui aliis præcellat: ſed ſi contra prudentia deſtituatur, modeſte tamen de ſe ſentiat, & non ſuo genio fidat, plus ſe videntibus credat, ſpeciem eſſe prudentiæ merito dixerimus. Et contra, ut dixi, qui neque ſe novit, neque judicat de rebus ſincere, & tamen obduratur in malitia, neque patitur ſe reprehendi, ſed ſanum conſilium rejicit, merito fatuus imo amens dicetur, & ſumma confuſio metuetur. Nabalis igitur, qui talis deſcribitur, exemplo docet nos Dominus, attente actiones noſtras omnes conſiderare, ut, qui matrimonium contraxerunt, uxorem & liberos regere norint, qui famulos famulaſque habent, videant, ut ſe illis caput & ducem conſtitutos ſciant, ut ſingula ſub diſciplina coërceantur: quibus omnibus rebus qui pares non fuerint, Deum, ut defectus ipſorum tegat, & vires ſuggerat, rogent: & de Nabal hactenus. Tranſeamus ad Abigailem, quam mulierem prudentem, & virtutibus illuſtrem Nabali viro maligno & inhumano nubere Deus voluit, ut eo doceamur, nonnunquam Dominum ſuorum virtutem explorare, quum iſtiusmodi examini ipſos ſubjicit: quandoquidem enim Abigail tot tantiſque donis excellebat, quare Deus convenientem ipſi maritum non dabat? nam matrimonia ſcimus non caſu aliquo fortuito, ſed Deo auctore fieri. Cur igitur mulieris iſtius non miſerebatur? Atque hoc dignum eſt obſervatione, ut, ſi quando mulieres contigeret non tales habere maritos, quales optarent, aut qualibus dignæ eſſent, ſeſe coram Deo dejiciant, & agnoſcant, ſuis humeris onus à Deo impoſitum, ut coram ipſo primum diſcant humiliari, deinde ut ipſorum patientia exploretur: humiliari quidem illas vult, ne ſibi ipſis placeant & gloria efferantur: patientiam autem explorat, ut aliis mulieribus exemplo ſuo præeant. Sic Abigailem cum marito vixiſſe videmus, ut eum tamen minime contempſerit, etſi apud Davidem ſtultitiam ipſius non diſſimularit. Sed ita fieri oportebat: nam ſi Nabalem excuſare, cauſamque ipſius apud Davidem defendere conata fuiſſet, magis ad iram eum provocaſſet, quem blandis verbis oportebat placari. Quum igitur maritum fatetur fatuum eſſe, & ipſius nomini facta reſpondere, non inde ſequitur, ipſam ſolitam conviciis & contumeliis maritum onerare. Sed neceſſitate impulſam mariti ſtulti- officium, contemplari, quam Dei Spiritus teſtimonio videmus donis ſingularibus inſignem fuiſſe, & tamen mariti mores æquo animo tuliſſe, & placide jugum ſibi impoſitum à Domino ſubiiſſe, ejuſque ſe voluntati ſubmiſiſſe. Idem in ſervo apparet Nabalis, de quo hic fit mentio, qui animadvertens Dominum ſuum ſibi maximum malum accerſiviſſe, & de vita periclitari, non ad ipſum acceſſit, quandoquidem difficillimis moribus erat Dominus, & nullo timore aut verecundia retinebatur, neque tamen omnino deſeruit, & ab officio receſſit, ſed malo illi remedium utile quæſivit, admonita hera, & re tota, ut erat tranſacta, ad ipſam perlata: nempe herum ſibi ſuæque familiæ, niſi promtum auxilium adferatur, ſummum exitium accerſiviſſe. Providendum igitur admonet, & iſtis rationibus heram cohortatur, *multis beneficiis Nabalem devinctum eſſe Davidi, & ipſius militibus, quod fuerint ipſis pro muro tam in nocte quam in die, & nihil periiſſe ipſis, omnibus diebus, quibus paverunt greges ſuos in deſerto.* Quod tantum beneficium præmio & remuneratione dignum eſſe docet. Præterea Davidem admonet, non facile injurias illas, quibus eum Nabal affecerat, laturum, ac proinde mature occurrendum. Unde apparet ſervi iſtius virtus, prudentia, & honeſtas longe major, quam heri ſui, & tamen ſervum eſſe videmus, & officio ſuo fungi ſub illius heri imperio & dominatione, qui potius in beſtiis quam in hominibus numerandus videbatur, agnoſcentem, ſe à Deo ad hanc vocationem & vitæ ſtatum eſſe vocatum. Hinc itaque diſcamus, licet ii, qui ad dignitatis aliquem gradum evecti ſunt, non omnibus illis virtutibus ornati ſunt, quæ ad officium faciendum requiruntur, nihilominus tamen ſponte nos ipſis ſubjicere, & honorem debitum exhibere, ne arrogantia & ſuperbia elati contemnamus eos & deſpiciamus, ideoque ordinem à Deo conſtitutum inter homines violemus. Neceſſaria itaque eſt modeſtia & humilitas, qua reliquæ omnes virtutes, ut ita dicam, condiantur. Nam ſuperbia & arrogantia virtutes omnes infici & corrumpi certum eſt. Itaque ſi quis maximis donis excelluerit, & alios tamen præ ſe contempſerit, quicquid virtutis habebit, coram Deo mera corruptio & pollutio cenſebitur. Licet itaque coram hominibus viri boni habeamur, ſi tamen reliqua fuerit vanitas & arrogantia in nobis, nihilominus à Deo condemnabimur. Diſcamus igitur, ut ante dixi, modeſtiam & humilitatem eſſe ſalem, quo reliquæ virtutes condiendæ ſunt, ac proinde prudentiam, liberalitatem, vigilantiam, magnanimitatem,

forti-

Digitized by Google

ſeſe offerunt, ut modo ad lapidem offendamus, modo à via aberremus, modo tanta defatigatione laboremus, ut vix crura trahamus: ideoque quanto facilior lapſus eſt, tanto diligentius doctrina illa Pauli meditanda eſt, ut ſi hodie ſtamus, Deum precemur, ne nos deſerat, ſed manu ſua deducat, & adverſus omnia impedimenta, & omnes tentationes confirmet, & muniat, eamque perſeverantiam largiatur, ut, ſi hodie bene cœpimus, cras perſeveremus, donec hujus vitæ curriculum decurrerimus. Ideoque etiam Davidis iſtud exemplum obſervandum eſt, cujus licet animi facilitatem, & ſingularem patientiam viderimus, & deinceps etiam viſuri ſimus, tamen tantopere irritatum apparet, ut adverſus Nabalem excanduerit, illius injuriis provocatus; adeo quidem, ut modum non tenuerit. Atque ille, fateor, à Nabale fuerat turpiter laceſſitus, non tantum recuſante illi panem dare, ſed etiam gravium criminum accuſante, ſpemque ipſius de coronæ dignitate exſibilante: ac proinde non tantum Davidem rejiciente, ſed ipſum Deum gravi blaſphemia lædente. Ideoque Nabal omnibus modis reprehendendus eſt: ſed quomodo huc uſque devenit iracundiæ David, ut mortem ipſi totique familiæ minitetur? Capitis enim ſupplicio dignum dicit eum, qui leviori pœna poterat puniri, aut de audacia coram ab ipſo Davide reprehendi: ut & non tantum ſoli reo & ſonti mortem, ſed toti ipſius familiæ minatur uſque ad mingentem ad parietem. Eſt autem hæc phraſis Hebraïca, qua ſupplicium irrogandum denotant non tantum quibuſdam, ſed omnibus domeſticorum alicujus, ut eo tam magni, quam parvi comprehendantur, quod ad parietem mingere ſoleant homines. David igitur minatur, ſe nullum marem ſuperſtitem relicturum. Quid ergo? An rei erant etiam infantes, & famuli abſentes? An ſi Nabal adverſus Davidem peccavit, tot inſontes homines, ad imaginem Dei creati, morte mulctabuntur? An ſanguis innocens tam leviter effundetur? Quare Davidis barbara quædam crudelitas hic apparet, & ipſius in aſſumendo Dei nomine temeritas. Næ crudelitas ipſius condemnatione digna erat: ſed quod jurat, in vanum facit, Deique nomen propterea inſigni contumelia afficit, & veluti blaſphemia pollutum pedibus conculcat. Gravis ſane Davidis lapſus, etſi puniendi Nabalis juſta ipſi occaſio videbatur oblata: & tam procul à recta via recedens animi paſſio, non potuit coram Domino abſolvi. Nam etſi permiſſum ipſi fuiſſet Nabalem ſeverius ulciſci, reliquæ tamen familiæ parcendum erat innocenti. Quare dicamus, Davidem ira percitum indulſiſſe nimium affectibus ſuis, & officii ſui oblitum: Deum autem illum nobis proponere exemplum, ex quo diſcamus affectibus non indulgere, ſed in ipſius timore nos continere: & cavere, ne unquam deficia-

[illegible] inimicis pœnas ſumere. David itaque non leviter peccavit hac in parte, tam dira Nabali, totique familiæ innocenti minatus, cujus exemplo ſapere nos oportet: ne paſſionibus noſtris locum dantes, extra rationis terminos erremus. Danda itaque opera, ut in officio contineamur: quod fiet, ſi nihil niſi Deo duce ſuſceperimus: nam ſi vel tantillum à recta via deflexerimus, futurum eſt, ut præcipitemus in avia loca, ex quibus vix emergere queamus. Malum itaque præveniendum eſt, &, ſi nos labi contigerit auxilium ab eo petendum, qui lapſos ſublevare poteſt: & ſi periculum evaſerimus, pro virili noſtra caveamus, ne in aliud incidamus, Diabolum ſcientes perpetuo excubare in inſidiis, multaſque rationes habere nos ſeducendi & prorſus excæcandi, ut à Domini timore avertat. Næ ſi David quam conſueverat patientiam in conſilium adhibuiſſet, non tam temere proceſſiſſet, ſed Nabalem adiens de ipſius temeritate & de contumeliis conqueſtus apud ipſum fuiſſet, ac ſatisfactionem poſtulaſſet: ſed quum ſe ab iracundia vinci paſſus eſſet, de morte non tantum Nabalis, ſed aliorum innocentium cogitavit. Prophetamne vero, tamque excellentem Dei ſervum, & quidem electum, ut eſſet Domini noſtri Jeſu Chriſti figura, eo deveniſſe crudelitatis & furoris? At ſi tanto viro iſtud accidit, quid nobis futurum putamus, qui procul ab ipſius virtutibus abſumus? Quamobrem tanto major adhibenda nobis cautio eſt, ne à Diabolo ſeducamur, & extra viam rapiamur, noſtris paſſionibus cedentes: ſed frenum illis injiciendum eſt, & divini nominis metu cohibendæ. Acceſſit ad duo illa Davidis peccata etiam tertium, inanis nimirum Dei nominis aſſumtio, & inutile jusjurandum. Notum enim eſt, quam pretioſum Deus nomen ſuum habeat, ut nolit aſſumi à nobis, niſi cum ſumma ſobrietate & reverentia. David autem temere in iracundia iſtud aſſumſit: neque vero tamen ut haberet illud ludibrio, ſicuti profani multi homines ſolent in iracundia dejerare, & Deum blaſphemis vocibus lacerare, ut ſe homines eſſe non meminerint. Ex quo apparet, quanta ſit paſſionum noſtrarum vis in nobis excæcandis, ut, licet integerrime vixerimus, tamen iſtiuſmodi affectionum vehementia præteritæ virtutes omnes corrumpantur & deſtruantur. Quamobrem affectus noſtri ſunt ita frenandi, ne modum excedant: & in primis tam ſacroſanctum Dei nomen habeamus, ne illud unquam temere aſſumamus. Cæterum formula jurisjurandi, qua David utitur, maledictionis imprecationem continet. Quum Hebræi aliqua imprecatione ſeſe devovent, aiunt, Ita mihi Deus faciat, &, Hæc mihi Deus addat, quaſi dicant, Ita me Deus ulciſcatur, ſi pecco, aut ſi mentior: Davidis vero juramentum aliquid habet peculiare,

Domi-

Digitized by Google

voluntatem conformarunt, exemplum intueamur & imitemur: neque exiſtimemus, unius aut alterius factum unum aut alterum in exemplum aut regulam generalem trahendum, etſi reliqua vita ſanctitatis & integritatis exemplar ſeſe propoſuerit. Verbum enim Dei ſuum apud nos pondus obtineat oportet, ut ad illius præſcriptum actiones omnes noſtras, vitamque totam exigamus. A quo ſi viri quidam infirmitate humana lapſi receſſerunt, qui prius Angelicam vitam egerant, non ideo tamen licet nobis ipſorum exemplum imitari, ſed potius in Dei verbum intueri, & præſcriptum, verum & irrevocabile vitæ actionumque noſtrarum omnium retinere. Transeamus à Nabalo ad uxorem ipſius Abigailem & ipſius ſervos: ac primum occurrit illud conſiderandum, unum ex Nabalis famulis rem totam Abigaili narraſſe, ut geſta erat; periculum expoſuiſſe, quod Nabali imminebat, totique familiæ; admonuiſſe, ut ipſa provideret, nequid detrimenti acciperet; ſe ipſum Nabalem admoniturum fuiſſe, niſi tam feris moribus eſſet, ut non cuivis ad ipſum aditus pateret. Ex quo primum apparet, difficiles ac moroſos homines ſibi plerumque malum accerſere: nam qui adeo feri & inhumani ſunt, ut admonitionibus locum nullum relinquant, eorum qui bene ipſis cupiunt, & commodis ipſorum ſtudent, ac bene conſulunt, non adulantes vitiis, ſed ea damnantes ut par eſt, quo fugere illa diſcant, duplici condemnatione & ſumma apud omnes infamia digni ſunt. Neque vero tantum apud homines, verum etiam apud Deum grave ſupplicium incurrunt, quod ſua ingratitudine tantum bonum ipſis oblatum reſpuerint, Deoque veluti januam occluſerint, quo nomine ipſos Satanæ cruciandos tradit, & meritis pœnis afficit. Quanta enim eſt, obſecro, ſuperbia & arrogantia, Dei nomine factas admonitiones rejicere & faſtidire. Næ inultam Deus tantam arrogantiam non ſinet, & ſuæ gratiæ contemtum, quum ad viam ſalutis iter nobis monſtrat. Sic itaque Nabal Dei judicium in ſe accerſebat indomitis & efferis ſuis moribus. Nam ſi facilem ſe benignumque præbuiſſet, ipſius ſervus cum de admiſſo peccato admonuiſſet, remediumque mature quærere ad placandum Davidem juſſiſſet: ſed quoniam moroſus ac difficilis erat, quid aliud ſupererat, quam ut à ſuis derelictus in amentia ſua male periret? Nos vero contra diſcamus erga omnes ita manſuete & benigne agere, ut cuivis liberum ad nos acceſſum faciamus, & de peccatis admoneri gaudeamaritoſque viciſſim, alioquin moroſos & difficiles, lenibus verbis admoneant, & ad facilitatem reducant: ne elatos animos gerant: ſed à Deo morum comitatem, humanitatem, prudentiam, modeſtiam deprecentur, ut perpetuo familiæ invigilent, ſed in primis, quæ ad Dei gloriam & honorem faciunt, pro virili ſua procurent. Nam multæ probæ haberi volunt, & blanditiis officiorum gratiam ſibi conciliare, quæ tamen minime frugi ſunt, & familiam labore ſuo non modo non augent, ſed potius luxu & inertia deſtruunt, & aculeatis ſuis linguis maximas in familia dant turbas. At proba hæc mulier Abigail, exemplar eſt eorum, quæ Sapiens in Proverbiis in mulieribus laudat. Nam de frugi loquens muliere, dicit eam ſobriam eſſe in verbis & cibo ac potu, os ſuum aperire ſapienter, & doctrinam benignitatis inſidere linguæ ejus: vigilantem in rationibus familiæ adminiſtrandis, egenorum miſereri: & quicquid juſtum & æquum eſt, facere. Quibus omnibus inſignem fuiſſe Abigailem videmus. Porro quæſtio non parva hic oritur, Mulierine licuerit de mariti bonis, ipſo inſcio, quicquam tollere: cujus ſaltem ipſum admonere debuit: ſiquidem non exiguum fuit, duos utres vini, cum ducentis panibus & aliis iſtiuſmodi rebus, aſinis imponere, & inſcio marito aſportare. Nimia iſta audacia mulieris fuiſſe, & ſuos limites Abigail egreſſa dici poſſe videtur. Sed neceſſitas Abigailem excuſat, & omni culpa liberat, quandoquidem maritum alloqui non potuit, neque de negotio iſto certiorem facere, quin hominem magis irritaret, & operam luderet, præſertim genio indulgentem, adeo ut ne reverſa quidem, quid à ſe geſtum eſſet, exponere propter ebrietatem eo die marito potuerit. Quare quum ad naturalem ſtupiditatem etiam ebrietas accederet, operam Abigail luſiſſet, ſi hominem compellaſſet eo tempore: quam etiam ob cauſam abſtinuit eo die colloquio ipſius. Ex quibus diſcamus, Deum peculiari quodam motu ſuos regere, adeo ut multa illis in privatis quibuſdam factis certo reſpectu liceant, quæ alioquin jure non permitterentur. Nam ſi quis, exempli gratia, traheret in exemplum Abigailis ſpeciale iſtud factum, ut quibusvis mulieribus quidvis de maritorum bonis auferre liceret, toto ſane cœlo aberraret, & à ratione recederet. Quandoquidem enim maritus eſt uxoris caput, mulieri non licet ad libidinem ſuam mariti bona tractare, & dilapidare, quod uxor ſit. Nam ſpeciale eſt Abigailis factum, quam neceſſitas coëgit maturare

cum

Digitized by Google

præſcriptos nobis limites contineat, & in ipſius obſequio dirigat. Deinceps ſequitur, Abigailem occurriſſe Davidi, & feſtinanter deſcendiſſe de aſino, & procidentem ante Davidem in faciem ſuam, incurvaviſſe ſe terram verſus, & ſe ad ipſius pedes projeciſſe: ac primum rogaſſe, ut in ſeipſam iſtam iniquitatem rejiceret: deinde maritum apud eundem inſimulaſſe. Sane ad Davidis animum leniendum agnoſcenda erat culpa, & deprecanda venia. Quare Abigail, in ſe primùm iſtud peccatum admittit: deinde munera ſua illi offert, ut reipſa David experiretur, nolle ipſam verbis hominem inanibus ludere, ſed factis etiam gratum ſuum animum patefacere. Tandem profitetur, ſe agnoſcere, Davidem in gratia eſſe apud Deum, & in regni poſſeſſionem tandem venturum, quandoquidem Deus ita decrevit: denique ad preces convertitur. Quod autem Abigail ita ſe coram Davide demiſit, duabus de cauſis factum eſt: quarum prior eſt, quod Davidem pro Rege agnoſcit, licet nondum Regiam dignitatem eſſet adeptus: neque enim erat ignara unctionis illius & inaugurationis per Samuelis miniſterium factæ: quamobrem non erubuit mulier opulenta, & opibus circumfluens, ante Davidem ſeſe demittere, tum quidem miſerum & egenum, & profugum, ſed cui tamen Regia dignitas Dei mandato debebatur, ut Regi debitum honorem exhiberet. Altera, quod exiſtimavit, mariti offenſam, licet gravem, ſibi remiſſum & condonatum iri, quam in ſe, quamquam ignaram facti, receperat. Nos hinc diſcamus non erubeſcere, ſi nos Deus aliquando dejiciat: & maxime qui ſunt in aliquem dignitatis gradum evecti, quoties Deo placuerit illos explorare, & in eam conditionem redigere, ut coram abjectioribus ſeſe demittere cogantur, diſcunto Deo placide obtemperare, & adverſus ſtimulum non calcitrare: ſed quieto & tranquillo animo, quod Deus impoſuerit, ferre, quandoquidem talem ejus eſſe voluntatem norunt, ut ad humilitatem eos componat. Et de Abigailis virtute hactenus: ſequitur illius effectum. Tantum enim apud Davidem potuit, ut animum ipſius placarit, & Nabalis offenſam obliterarit, qua provocatus ad iram fuerat. Nam etſi David ipſe Nabalem non acceſſerat, propter Saulis metum, ne videlicet, Davide inter homines aperte converſante, iracundiæ Saulis æſtus commoveretur; nuncios tamen ad ipſum miſerat, quos tanquam ſuam ipſius perſonam à Nabale excipiendos arbitrabatur, cum mandatis, uti ſalutatum ipſum benedicerent. Porro *benedicere* illud nihil aliud fuit, quam Deum precari pro Nabalis felicitate. Sed iſtud omne Nabal rejiciens, etiam contumelioſis verbis nuncios illos aggreſſus, & Davidem multis convitiis onerans, à ſe repulit. Quamobrem Abigailem hanc culpam opor-

dentia, quæ de mariti ſtultitia loquens, eum in invidiam rapere noluit, neque ignominia notare, tanquam impudens fœmina: ſed factum ipſius tegere, & ipſum ita magis excuſare. Nam ſi mariti factum non faſſa fuiſſet, & non ipſa damnaſſet, Davidis iram magis ac magis inflammaſſet, & in ſe concitaſſet. Non patitur enim vir fortis diſſimulationem: quamobrem qui mendacibus blanditiis utuntur, digni ſunt qui rejiciantur. Diſcamus itaque neque rem diſſimulare, neque fucum addere ad oculos perſtringendos, ſed ſimpliciter admiſſum peccatum fateri. Idcirco Abigailem fateri videmus ingenue mariti delictum: quamobrem etiam dicit, illum fatuum eſſe, & ſuo nomini mores convenire. Nabal enim ſtultum & fatuum ſignificat. Neque vero, ut ante monui, ſcommatibus & dicteriis maritum inſequi delectabatur, ut plerumque ſolent procaces quædam mulieres iſtiuſmodi cavillis magnopere delectari: ſed peccatum agnoſcens, Davidis iram placare nititur, veniamque marito impetrare. Quod vero ipſum compellans, ait, *Condona, quæſo, defectionem ancillæ tuæ*, apparet, ipſam in ſe culpam ſic recepiſſe, ut punitioni ſeſe ſubmiſerit. Etſi viciſſim non dubitavit, quin ejus rationem aliquam David haberet, & ad pœnas non repoſceret: quandoquidem iniquum foret, in fœminam inſontem alterius culpam derivare, pœnaſque repoſcere: quum præſertim etiam Davidi ſatisfecit muneribus oblatis. Ex quo apparet, veniam de admiſſis obtinere cupientes oportere ſincere fateri culpam, & nihil ſimulate & fraudulenter agere, & pro viribus offenſæ parti ſatisfacere: quemadmodum juſtus dicitur ſemper ſuum cuique reddere, & nulla effugia quærere. Quamobrem non tantum oportet ingenue fateri & agnoſcere peccata, ſed etiam conari ſatisfacere pro virili. Multi enim alienis opibus & facultatibus inhiantes, aliquod patrabunt inſigne flagitium, cujus deinde ſe pœnitentia duci profitebuntur, & non admiſſuros, ſi non eſſet admiſſum: ſed interim ſatisfacere nolunt. Multi ſpecioſis verbis aliud habent in ore, aliud in pectore, & dictis ipſorum facta non reſpondent. Quapropter eo diligentius obſervandum, quod hoc loco docemur, ut ſi offenſas remitti nobis cupimus, eaſdem nobis diſplicere, non tantum verbis, ſed etiam factis teſtemur, & pro noſtra virili ſatisfaciamus. Sequuntur deinceps Abigailis illa verba, *Nam plane parabit Jehova Domino meo domum firmam.* Nomine vero *domus* Hebræa lingua complectitur quæcunque ad vitæ hujus ſtatum pertinent. Sic domus alicujus ædificari dicitur, quum rebus ſecundis fruitur, & cum uxore & familia tranquillam vitam degit, & ab hoſtibus non infeſtatur, ſed rebus ſuis utitur. Ita ſe dicit Abigail perſuaſam eſſe, Deum Davidi domum

paratu-

Digitized by Google

porro inimicorum tuorum anima rotabitur quaſi in impetu & circulo fundæ.
30. Quum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia hæc quæ loquutus eſt bona de te, & conſtituerit te Ducem.
31. Non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis domino meo, quod effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te ultus fueris: & quum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ.
32. Et ait David ad Abigail, Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui miſit hodie te in occurſum meum.
33. Et benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem, & ulciſcerer me manu mea.
34. Alioquin vivit Dominus Deus Iſraël, qui prohibuit me, ne malum facerem tibi: niſi cito veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal uſque ad lucem matutinam, mingens ad parietem.
35. Suſcepit ergo David de manu ejus omnia, quæ attulerat ei, dixitque ei, Vade pacifice in domum tuam, ecce, audivi vocem tuam, & honoravi faciem tuam.

ABigail Davidis iram placatura, & ipſum perſuaſura, ne propoſitam crudelitatem adverſus Nabalem & totam ipſius familiam exerceret, duabus potiſſimum uſa eſt rationibus: quarum prior fuit, Davidem, bella Domini gerentem, bonam cauſam tueri, ac proinde nunquam deſtituendum auxilio Domini, à quo felicem rerum omnium eventum ſperare debet: altera vero, Davidem, bonam cauſam bene agentem, duplici etiam gratia Domini afficiendum. Ex quibus utilis nobis doctrina colligenda eſt. Et in primis, eos, qui aliquid magni ſuſcipiunt, oportere de ſua vocatione certos eſſe, ſi Deum adjutorem habere volunt: & nihil temere ſuſcipere, ſed Deo cauſam ſuam probare. Quare, agite, vitam quiſque ſic inſtituat, ut nihil temere ſuſcipiat, neque quod libido dictaverit, ſed quod Deus præcipit, ſequatur. Nam ſæpe mira ſibi homines fingunt, ſua facta laudari cupientes, & ſuis rationibus nitentes. Et ſane expendamus Abigailis voces illas, quibus Davidem ait bella Domini gerere, melius ex illis apparebit, non alia ratione poſſe probari facta noſtra, quam ſi hoc fundamento nitantur, Dei voluntati & ordinationi non eſſe contraria, ſed ad ipſius decretum exigi. Præterea tenendum, eos, qui vere profiteri poſſunt, ſe Deo duce, quicquid ſuſceperunt, aggreſſos eſſe, & neque ad dextram, neque ad ſiniſtram deflexiſſe à via, quam præſcribit, licet variis tempeſtatibus agitentur, felicem nihilominus conſiliorum & factorum exitum habituros. Sed bonam eſſe cauſam non ſufficit, verum eandem etiam bene agi oportet. Nam pleroſque videas bonam quidem ſanctamque cauſam defendere: ſed tamen impatientia modo in hanc, modo in illam partem ferri: & quidem plerumque in iſtud vitium Dei filii labuntur: quandoquidem facile eſt extra limites ferri, & vagari. Quamobrem danda omnis opera eſt, ut ſi quod Deus præcepit ſuſcepimus, etiam Deo probatis rationibus & mediis illud perſequamur, & ne quodam bonitatis cauſæ prætextu, quicquid libido dictaverit, ſequamur: ſed, quid liceat, ſemper intueamur. Sunt igitur infigenda iſta noſtris animis, &, quamdiu vita ſuperſtes erit, meditanda, Deuſque in omnibus noſtris difficultatibus invocandus: ſperandumque ipſum in omnibus anguſtiis nobis adfuturum, & quæcunque neceſſaria ad auxilium noſtrum fuerint, ſuppeditaturum: quemadmodum & Propheta canit, Deum Angelis ſuis mandaſſe, ut ambulantes in viis Domini cuſtodiant, & manibus ſuis portent, ac tueantur, ne forte ad lapidem offendant. Ubi obſervandum, juberi quemque in viis ſuis, id eſt, viis, quas ipſe Dominus præſcripſit, ambulare: quibus verbis ea, de quibus ſuperius egimus, continentur, ut nimirum obediamus Deo, nihilque temere & inconſiderate ſuſcipiamus: & propterea ut licet ſecundum vocationem Domini incedamus, licet variis tentationibus ſollicitemur ad malum, tamen affectibus noſtris frenum injiciamus, & ita geramus, ut vere dici poſſit, nihil mali diebus noſtris contigiſſe: id eſt, ſic nos intra limites contineamus, ne unquam in hanc aut illam partem incli-

Digitized by Google

involvat, & tanquam pretioſam aliquam gemmam in aliquo puriore & ſanctiore loco recondat, ne opus ſit quærere diutius abjectam & neglectam. Sic Deus animas electorum ſuorum habere dicitur tanquam in faſciculo compactas, quod eas ſua providentia protegat: & ita Davidis animam Abigail dicit à Deo protegendam. Porro licet fœminam hic loquentem audiamus, nihilominus tamen ejus doctrina eſt tanquam ab ipſo Dei Spiritu profecta recipienda, cujus illa fuit organum & inſtrumentum. Quamobrem obſervemus, vitam noſtram, quæ nihil niſi quidam halitus videtur, & inſtar aquæ diffluere ſolet, tamen eſſe firmiſſimam, quod ejus curam gerere Deus dignetur. Idcirco Propheta in Pſalmis canit, Dei miſericordiam longe præſtantiorem eſſe omni vita. Nam ſi multis rationibus inſtructi videamur ad vitæ noſtræ tutationem protectionemque, & in illud ſtudium ſerio incumbamus, irritus tamen & inanis ille futurus eſt labor, niſi Deus ipſe nos cuſtodiat: ſed quum nos eſſe Deo curæ, & quandoquidem nos in hoc mundo collocavit, etiam ſub alarum ſuarum umbra fovere ſcimus, donec ex eodem velit revocare, omnis metus occaſio ſublata videtur: & majoris facienda illa Domini cuſtodia, quam aliæ omnes humanæ artes & munitiones, quibus nos protegi expeteremus. Deus itaque ſingulari nos cura proſequitur, quandoquidem amat. Et niſi pretioſa illi vita noſtra eſſet, ſane illam protegendi officium ſibi non arrogaret. Neque vero noſtris meritis ipſius nos bonitas & miſericordia eſt aſcribenda, ſed immenſæ potius ipſius clementiæ, qui ſeſe eo uſque demittit, ut tam miſeros homunciones amare, & nos in ſuam tutelam, nos, inquam, non tantum homunciones, ſed miſerrimas creaturas, terræ lumbricos, vanitati & corruptioni obnoxios, ſuſcipere, & tanquam κειμήλιον ſuum aſſervare, vitamque noſtram, veluti in faſciculo compactam, loco tuto, tanquam in arca ſua recondere velit, ne prædæ & rapinis hoſtium ſemper pateat, ſed velut in tuto collocata ſit ſecura. Neque vero tamen iſta de omnibus in genere dicuntur, quandoquidem hæc ſententia pendet ab iis, quæ paulo ante audivimus, nempe Davidis animam, cui Deus tam multa promiſerat, ab eodem velut in viventium faſciculo contineri. Quamobrem in ſimplicitate ambulare coram Deo diſcamus, & ipſius clientelæ nos committere, certo perſuaſi, nos ejuſdem beneficii participes fore, vitamque noſtram ab ipſo in faſciculo viventium repoſitum iri. Porro ſi Deus tantam curam gerit ſuorum vitæ caducæ & inſtar floſculi decidentis, quid de animarum æterna ſalute ſtatuendum arbitramur? Næ ſi Deus fragilem & caducam iſtam vitam curare & tueri dignatur, certum eſt, animarum noſtrarum vitam longe ipſi commendatiorem eſſe: & quo eſt illa fragili longe excellentior, etiam eſſe longe ma-

noſtra centies millies periclitetur: ſtatuendum eſt, nos quidem animæ noſtræ & corporis reſpectu nihil eſſe, & fragiles, infirmos & caducos eſſe, ac proinde momento dilabi & effluere, denique vaporem eſſe, qui ſtatim in auras abeat. Sic viciſſim ad Deum aſſurgendum eſt, qui vitam noſtram in manu habet, & tanquam depoſitum cuſtodit, ut Petrus docet priore epiſtola ſua, & proinde adverſus quæque pericula protegit & defendit. Sic animæ ſunt firmiſſimæ & ſecuriſſimæ apud Deum. Digna itaque eſt vox illa, *apud Deum*, diligenti conſideratione, qua monemur, rebus hominum opinione deploratis Deum tamen adferre remedium, & ſalutem, ubi ſola deſperatio relicta videbatur. Quamobrem diſcamus in Dei manus noſipſos & noſtra omnia reponere, ut vere & ſine ſimulatione cum Davide dicere poſſimus, Domine, vitam meam in manus tuas commendo. Cæterum quum dicitur Deus cuſtoditurus animam aut vitam Davidis, adverſus hominem illam perſequentem, eo docemur, hominibus nobis minas intentantibus, & variis modis perſequentibus, & conjuratis Eccleſiæ hoſtibus dentes & gulam ad nos laniandos apparantibus, ad Deum aſſurgere, & confugere ad ipſum votis ardentibus, quandoquidem tunc opportunum eſt tempus, quo ſe Deus defenſorem tutatoremque noſtrum, ſi unquam alias, eſt reipſa patefacturus. Quare inſurgentibus adverſus nos mortalibus, & nos angue & cane pejus odio babentibus, teſtaque lutoque perſequentibus, ne unquam animum deſpondeamus, ſed ad Deum confugiamus, qui tam bene in faſciculum animas noſtras compoſiturus eſt, & arcano loco repoſiturus, ut nullus eas ex manibus ipſius eripere poſſit: ſed quamvis hoſtes magnis viribus inſtructi ſint, longe tamen ipſis ſuperior eſt futurus, & quæcunque moliantur, ſua virtute diſſipaturus, ſuamque potentiam invictam adverſus ipſos ad nos tutandos exerturus. Quin etiam ex iſtis verbis Abigailis, eam apparet veluti digito Saulem indicare voluiſſe, tum vitæ Davidis inſidiantem, & ipſum inſtar rabidi & furioſi leonis ad lanienam inveſtigantem & perſequentem. Hominem autem illum vocat, ut ea voce denotet, illum conſilia ſua & conatus minime perfecturum, quandoquidem res ipſi ſit cum Deo, qui conatibus ipſius facile reſiſtat. Ideo vox illa *hominis* eſt diligenter obſervanda, ut, ſi quando nos contigerit gravibus urgeri periculis, ut de ſalute noſtra videatur actum, in Deo poſitam eſſe noſtram ſalutem perſuaſi, & nos in ipſius eſſe cuſtodia, in memoriam revocemus, quæ hoc loco docemur, hoſtes nimirum noſtros, & eos qui nos perſequuntur, nihil niſi homines eſſe. Quid autem eſt homo? Næ pulvis eſt, vanitas & corruptio. Noſne igitur homuncionem, terræ lumbricum, adverſus Deum in noſtris perſonis, quas in ſuam tutelam & clientelam recepit,

Digitized by Google

miſeris fieret, niſi præſens illud remedium offerretur, nempe Dei potentia, ad quam confugientes ſcimus nunquam deſertum iri, ſiquidem ſuorum Deus nunquam obliviſcitur? Licet itaque vita noſtra parvo momento videatur auferenda: ne tamen dubitemus, quin ſit tutiſſima, cujus Deus tutelam ſuſcepit: quo fretos auxilio certum eſt nos conſtanter adverſus omnes inimicos noſtros certaturos & iiſdem inſultaturos, vireſque & potentiam ipſorum ludibrio habituros. Nam quid aliud ſunt quam homunciones, qui nihil poſſunt, quemadmodum & alio quodam Pſalmo Propheta ait: Domine, fac gentes ſciant, quoniam homines ſunt, id eſt, tuam exere virtutem, & inſaniam ipſorum detege: fac intelligant, ſe adverſum me, quem in tutelam tuam ſuſcepiſti, inſurgentes longe opinione ſua falli. Næ ſi animis noſtris altius illud infixum fuerit, quantæcunque tempeſtates oriantur, nihilominus imperterriti pergemus in vocatione, in Deo conquieſcentes tanquam certiſſimo præſidio, & eum invocantes, ſic ut nullis caſibus, quicunque inciderint, teneamur. Sane fateor, non oportere nos tanquam ignavos obſtupeſcere, & tanquam ſtupidos deſidere: bruta enim ſtupiditas foret: ſed tamen ſic moveri periculis imminentibus aio nos oportere, ut certo in animo ſtatuamus, Deum poſſe remedium omnibus præſentiſſimum adferre: eumque precibus aſſiduis ſollicitemus, quandoquidem ſcimus, ipſum cauſæ noſtræ fore defenſorem, quæ ipſius certiſſima voluntate nititur: noſtrarumque precum fructum opportuno tempore præſtolemur. Pergens Abigail adjicit, *Quum Dominus conſtituerit te ducem ſuper Iſraël, non erit tibi hoc in offenſionem, quod effuderis ſanguinem innoxium.* Quam plenæ ſingularis doctrinæ voces. Nam etſi Davidem Abigail alloquebatur, cauſamque ſuam apud ipſum agebat: tamen ex Davidis reſponſo apparebit, illam Dei Spiritus impulſu loquutam. Generalem itaque doctrinam hoc loco proponit, nempe, eos, qui aliquod facinus admiſerunt, etſi miſericordiam à Domino conſequantur, nihilominus tamen conſcientiæ ſtimulis pungi, & peccatorum memoria ſollicitari. Sic Abigailem videmus præſupponere, Davidem conſequuturum à Domino, quæ in promiſſis habebat, Regemque Iſraëlis conſtitutum iri: & tamen interea dicit, eum, ſi quod facinus admiſerit, deinceps facti pœnitentia ductum iri, & ita pacem & tranquillitatem, quam ipſi Deus concedebat, perturbatum iri. Sic itaque docemur, perfectam noſtram beatitudinem nos gerere, ne quis de nobis conquerendi occaſionem habeat, quod contumelia vel injuriis illum affecerimus. In primis autem omni violentia abſtineamus, & ſanguinem hominum effundere caveamus: ut pacata & tranquilla conſcientia, Dei donis uti, frui ſine conſcientiæ morſu, & ſine ulla inquietudine vel impedimento poſſimus. Iſta igitur retinenda ſunt ex verbis illis Abigailis, quibus nominatim Davidem admonet, uti ab injuria & ſanguinis effuſione ſibi caveat, ut, quum ad Regiam dignitatem pervenerit, nullis conſcientiæ ſtimulis prematur, propter humanum ſanguinem effuſum. Porro quum de humani ſanguinis effuſione hic agatur, obſervemus, quod quemadmodum Abelis ſanguis adverſus fratrem vindictam à Domino efflagitavit, ſic etiam fore, ut ſi aliquos injuria affecerimus, qui tamen non conquerantur, vel etiam cæſi fuerint, mors ipſorum & ſanguis ſufficienter apud Deum vociferentur, ad nos accuſandos & convincendos coram Deo, & inexcuſabiles reddendos. Quamobrem iſtis habenis frenari cupiditates noſtras oportet, ut inter homines ſine injuria & contumelia vivamus: quod ſi factum erit, pacata & tranquilla conſcientia, omni ſcrupulo & morſu vacua, Dei donis placide fruemur. Interim obſervemus, Abigailem alloqui Davidem, & illum pro Rege, licet tunc egenum & profugum, habere, quod factas à Domino promiſſiones intueatur. Sed erat occulta, ſicut ante vidimus, illa promiſſio, licet illa tamen non ſic occulta fuerit, quin ad Saulis aures perveniſſet, cujus non erat ignarus. Nam etſi miſſus fuerat Samuel ad Davidem velut clam ungendum, de hoc tamen facto certior factus Saul fuerat, ut nullam ignorantiam prætexere poſſet ad ſignum illud viſibile Davidi collatum rejiciendum, quod Samuelem ſciret fidelem eſſe Dei ſervum & nuncium. Hoc igitur fundamento Abigail nixa, concludit, Davidem Regem fore, quandoquidem Deus ita decrevit, cujus voluntas eſt irrevocabilis. Nos igitur inde diſcamus Dei promiſſionibus ſic inniti, ne ex rerum præſenti ſtatu de illorum eventu judicium feramus. Nam alioquin Eccleſiæ ſtatus condemnandus videretur: imo etiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt illius caput. Quis enim, obſecro, non animadvertit, quanto cum contemtu hoſtes Euangelii ſanam doctrinam rejiciant: imo quo furore & animi veſania pedibus conculcent, & adoriantur tanquam funditus everſuri. Deinde ſi eos conſideremus, quos Deus ad ſui cognitionem vocavit, exiguam homi-

Pſal. 9.

gitur, neque de regno terreſtri & caduco. Nam Davidis ſane regnum non fuit diuturnum, etſi Domini noſtri Jeſu Chriſti fuit figura. Sed jam Dei Filius nobis patefactus eſt, & regni ipſius promiſſio palam promulgata, & quidem ipſius ore, quemadmodum Propheta pulchre Pſalmo 2. docet, iſtud officium à Patre Chriſtum accepiſſe, quum ait, *Narrabo ex decreto, Jehova dixit ad me, Filius meus es: ego hodie genui te. Pete à me, & dabo gentes poſſeſſionem tuam: jus, inquam, poſſeſſionis tuæ fines terræ.* Quandoquidem igitur Euangelii ſonus tanquam tuba per univerſum orbem inſonuit, & Dei ipſius vox perſonuit, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum eſſe Dei Filium; eum, ut par eſt, veneremur ac colamus, eique libenter colla ſubmittamus, & ipſum adoremus, Majeſtate, potentia & virtute ſumma præditum: & hoc ſtimulo magis urgeamur, quam omnibus admonitionibus; quod ſcimus regnum iſtud Domini noſtri non eſſe momentaneum, ſed æternum: cujus caput eſt ipſe Dei Filius: & cujus nos eſſe membra ſcimus: cœlitus ad nos miſſo non dubio nec incerto teſtimonio. Quare quo majoribus procellis & tempeſtatibus hunc orbem adverſus iſtud regnum æſtuare viderimus, & Chriſtianam Eccleſiam urgere, eo ardentius oculos in altum elevemus, Deique bonitatem & clementiam contemplemur, eumque ſupplicibus votis precemur, ut Eccleſiæ ſuæ miſereatur, & omnes Satanæ inſultus adverſus eam infringat, & quicquid nos in tentationem inducere poſſet, pro ſua miſericordia tollat. Denique quoties Domini noſtri Jeſu Chriſti regnum contemni, & ipſius verbum pedibus calcari, & Eccleſiam minis conjuratorum hoſtium urgeri videbimus, ne unquam propterea vacillemus, aut à propoſito reſiliamus: ſed ad ipſum confugiamus, certo perſuaſi, nunquam defuturum nobis opportuno tempore, ejuſque potentia freti maneamus imperterriti: & quandoquidem ſcimus ipſum à Patre regnum accepiſſe, conjuratorum omnium hoſtium minas, & vim omnem ac potentiam habeamus ludibrio, & hoc inexpugnabili propugnaculo tuti, perditorum omnium conſiliis & conatibus audacter inſultemus. Et de Abigailis iſtis vocibus hactenus: pergamus ad ſequentem orationis ipſius partem, qua ſe in gratiam Davidis inſinuat, his verbis, *Quum benefecerit Jehova Domino meo, ut recorderis ancillæ tuæ.* Ex quibus verbis apparet, illam ſic agere cauſam ſuam, & familiæ patrocinari, ne David ſibi factam injuriam ulciſceretur, ut excellentis fidei ſuæ teſtimonium exhibeat, in Dei promiſſiones reſpicientis. Nam ſi ex rebus externis, ut maritus Nabal, judicaſſet, ſane Davidem habere ludibrio potuiſſet, & ſannis excipere nuncios ipſius: Quid ille fugitivus, quid profugus poſſet adverſus meam familiam? Ille qui inter luſtra ferarum, o-

Pſal. 2. verſ. 7.

velut injectis habenis à Domino, iram repreſſiſſe, & à propoſita cæde fuiſſe deterritum, Deoque gratias egiſſe, quod tanto malo ſua providentia occurriſſet. Dignum obſervatione ſingulari factum. Nam plerumque vindictæ cupidi homines, & ſuis affectibus locum dantes, nunquam conquieſcunt, niſi re perfecta, &, quam apud ſe ſtatuerunt, ultione facta: adeo quidem, ut ſi quam illis Deus remoram aut impedimentum injiciat, dentibus infrendeant, & tanquam feræ immanes frenum mordeant, & adverſus Deum ipſum ringantur. At contra David hic palam profitetur, ſe ab iſtiuſmodi affectibus alieniſſimum, nolle adverſus Deum inſurgere: & licet nonnihil humani paſſus eſſet, placida mente mulieris conſilium admiſiſſe, quam à Deo præmiſſam agnovit, ut ſummo malo iret obviam. Idcirco in primis Deum benedicit, agnoſcens, non fuiſſe fortuitum Abigailis occurſum, quo ſedata ipſius ira fuiſſet. Rara ſane in hominibus virtus, quos plerumque cernimus ita ſuis affectibus transverſos agi & præoccupari, ut nullis admonitionibus locum relinquant, neque ſe à propoſito dimoveri patiantur. Inde igitur, ex affectuum nimirum vehementia naſcitur in pravis conſiliis exequendis pertinacia. Nos igitur diſcamus officii admoniti, ab incepto deſiſtere, ne Deum magis in nos provocemus, ſed eum potius precemur, ut Spiritu ſuo nos regat, ſine cujus ope ſemper à recta via deflectemus. Nam, quæſo, an David ultro ceſſiſſet mulieri, niſi Deus ipſi bonam mentem injeciſſet, ſuumque timorem in ipſius animo inſculpſiſſet? Sane quum ſine altercatione mulieris illius verbis ſedari ſe paſſus eſt, & conſiliis illius obtemperavit, ſignum fuit, ipſum non in hac muliere ſubſtitiſſe: ſed altius ad Deum aſſurrexiſſe, cujus providentia, non autem caſu fortuito, ſibi facta fuiſſet obvia. Hinc diſcamus prohibiti, quod animo conſtitueramus, exequi, cognoſcere, Deum noſtri miſertum fuiſſe, nobiſque remoram, ne ultra progrederemur, injeciſſe. Et ſi conſilia noſtra fracta ſunt, ne moleſte feramus, neve indignemur cohibitam & repreſſam iracundiam noſtram fuiſſe, neque adverſus Deum contendamus: ſed potius laudibus & gratiarum actionibus ipſius nomen prædicemus, quod nos abripi à cupiditatibus noſtris non permiſerit. Sequitur deinceps gratulatio Davidis ad Abigailem, *Benedictum conſilium tuum, benedictaque tu ipſa, quæ continuiſti me hoc ipſo die, ne inirem cædes, & vindicaret me manus mea.* Conſilium Abigailis benedicens profitetur, ſe agnoſcere à Domino profectum: & ipſam etiam benedicens teſtatur, ſe admonitiones ipſius ſanctas admittere, & ſponte cedere, & obtemperare bene monenti paratum eſſe. Quod obſervatione ſumma dignum eſt: quandoquidem in contrarium ferri homines natura ſua certum eſt. Nam fere omnes videas, etſi convictos de mali-

Digitized by Google

tudinis teſtimonium, non agnoſcere & gratum animum teſtari erga illum, cujus opera & conſilio ſummum quod imminebat periculum evaſimus: & ita videmus homines magni fieri, tanquam Dei vicarios & ipſius opus facientes. Verum tamen non ita laudandi ſunt homines, ut interea Deus oblivioni tradatur, & in hominem mortalem omnis operis illius gloria transferatur: nam altius nobis aſſurgendum eſt, ad Deum, qui tali inſtrumento ad noſtram ſalutem uti voluit. Et quidem eo diligentius obſervanda eſt hæc doctrina, quo magis adverſus eam à pleriſque varie peccatur. Nam alii quidem æquo animo ſe admoneri, alii impatienter, alii denique ingrate ferunt. Nam aiunt iſti fanatici ſane homines, Eſto, bonum ille mihi ſuggeſſit conſilium, ille me è periculis variis eripuit, ille ſano conſilio vitam reſtituit, ſed quomodo? Nonne ipſe Deus ſalutis meæ fuit auctor? Et ita ſe ingratos præbent in beneficos, quorum opera Deus uſus eſt in ſalute ipſorum promovenda. Sed iſtiuſmodi homines ambitione & arrogantia turgent, & Deo ipſi reſiſtere velle videntur, impedientes, ne ipſius dona in hominibus appareant. Alii in contrarium vitium præcipites ruunt, tanti facientes homines, à quibus beneficia quædam acceperant, ut Dei non meminerint. Nos itaque iſta ſic conciliare diſcamus, ut quæcunque beneficia accipimus, Deo tanquam auctori & largitori accepta feramus, qui ſolus omnium bonorum fons eſt & ſcaturigo, cui gratiarum laudem idcirco debemus: & tamen homines agnoſcamus tanquam ipſius miniſtros & inſtrumenta, ipſiſque debitum honorem & gloriam tribuamus, ſic ut nihil de ejus gloria detrahatur, tus ſuperbia, ut in malum præcipitem ſe dederit. Nam, obſecro, quo ſe flagitio, quam abominabili & deteſtando polluiſſet, æternis pœnis digno, licet reliquam vitam in ſumma innocentia deinceps tranſegiſſet: quemadmodum & reum factum fuiſſe coram Deo videmus morte Uriæ, quam ipſi fideli ſervo procuravit poſt violatam & corruptam adulterio uxorem ipſius, quo flagitio dedecus æternum in ſuum caput accerſivit, niſi Deus miſertus ipſius eſſet? Hanc igitur ob cauſam Deo gratias agit, quod non paſſus ſit ipſum eo amentiæ venire, ut ſanguine humano & innoxio vitam ſuam fœdaret, & perpetuo dedecore obrueret, ſed mulierem hanc ipſi voluerit obviam fieri, ad hoc avertendum à ſuo capite malum, quod falſo ulciſcendæ injuriæ prætextu moliebatur. Nos itaque Davidis exemplo diſcamus ſic agnoſcere peccata, ut Dei gratiam meritis laudibus efferamus, & ne ſimulatis & fictitiis verbis ea fateamur, ſed ingenue nos miſeros & perditos fore agnoſcamus, ſine Dei miſericordia, qui nobis occurrit, ne in flagitia ruamus, manumque porrigit, ut ex abyſſi gurgitibus emergamus.

Jam vero, agite, facti ſupplices coram Dei Opt. Max. Majeſtate, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, precemur ipſum, ut talem eorum nobis ſenſum injiciat, quo ad ipſius miſericordiam confugere diſcamus, & ea ſine fuco & ſimulatione deteſtari: vitæque innocentiæ & integritati nos totos dare, ut revera teſtari poſſimus, nos in ipſius filiorum haberi numero, & vere à nobis tanquam Patrem noſtrum invocari. Neque vero nobis ſolis hanc gratiam deprecabimur, ſed omnibus, &c.

HOMILIA NONAGESIMA SECUNDA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXV.

36. Venit ergo Abigail ad Nabal: & ecce erat ei convivium in domo ejus, quaſi convivium Regis, & cor Nabal jucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicavit ei verbum puſillum aut grande uſque mane.

37. Diluculo autem, quum digeſſiſſet vinum Nabal, indicavit ei uxor ſua verba hæc, & emortuum eſt cor ejus intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis.

38. Quumque pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt.

Digitized by Google

tam, non ablatam pœnam à Domino fuiſſe; quandoquidem, quum videretur evaſiſſe divinam vindictam, miſericordiam conſequutus, Davidis enim manum effugerat, alia ipſum ratione Deus coërcuit. Et illud nobis nunc inſtat explicandum, nempe *decem diebus peractis, percuſſum à Domino fuiſſe Nabalem, & mortuum eſſe*. Unde diſcimus, Deum non punientem ex tempore inimicos noſtros, ſed etiam tolerantem, quaſi ad ipſorum flagitia conniveret, opportunum tempus illos puniendi conſtituiſſe. Noſtrum igitur eſt, impatientiam cohibere: & quoniam adeo feſtinamus ad vindictam, ut ſi Deus non ſtatim ultricem manum exerat, ipſi obloquamur, & moram illam impatienter feramus, eo attentius exempla conſideremus, quæ nobis proponuntur, in quibus Deus patefacit, ſe opportunitatem noſſe puniendi, quos ſuo judicio reſervat, pœnam eorum differens. Sed in primis quid ſacra pagina doceat attendamus, quæ paſſim Deo uni auctoritatem vindictam exercendi tribuit. Nam iſtis verbis, quibus ſibi uni Deus vindictam deſcribit, frenantur ſenſus omnes noſtri, ut Deo tribuere, quod ipſi proprium eſt, diſcamus: & manus noſtræ veluti vinculis retineantur, ne in ſua quiſque cauſa judex eſſe velit, & ex arbitrio in inimicos ſævire. Præterea, quoniam tam fervidos affectus habemus, ut vix retineri ratione queant, Deus eo uſque progreditur, ut nos moderari nobis diſcamus, & ita cohibere paſſiones, ut quum hoſtes videbuntur inulti, & flagitiorum ipſorum Deus oblitus exiſtimabitur, nobis tamen perſuadeamus, Deum cauſas habere, cur ad tempus pœnas differat, & exitum tandem demonſtraturum, Deum non oblitum eſſe officii ſui, quod eſt mundi Judicem eſſe: ac proinde tempus fore, quo ipſius judicio ſiſtantur, & rei peragantur, rationemque factorum reddant, pœnaſque flagitiis ſuis debitas luant, licet ad tempus pœnæ differantur. Et quidem hodierno tempore neceſſaria eſt hujus doctrinæ meditatio, quo videmus conjuratos hoſtes veritatis miſeris inſultare, minas intentare, & tanta audacia in miſeros fideles inſurgere, ut de ipſis actum videatur, ideoque victoriam canere, & triumphare. Quare, ſi dicta & facta ipſorum expendamus, illi modis omnibus in Deum peccaſſe & injurii fuiſſe reperientur, & reos mirabimur, quomodo divina vindicta tam diu inultos ferat, & in dubium vocare, Deusne ad ipſorum flagitia cæcutiat, an vero ſit oblitus pro meritis in illos animadvertere. Verum Deo judicia ſua differente, diſcamus nimium fervidos æſtus paſſionum coërcere, & tam in ſacræ paginæ doctrinam, quam in exempla, quæ in illa proponuntur, & præſertim in hac hiſtoria, mentem & oculos convertere. Nam quum Nabalis contumeliis & injuriis David fuiſſet provocatus, & ad ſumendam vindictam paratus, impeditus eſſet à Domino ſumere de hoſte pœnas: interea totam Deo committamus, & judiciorum ipſius opportunitatem præſtolemur; minime dubitantes, quin tandem ampla nobis illius glorificandi detur occaſio. Interim obſervandæ circumſtantiæ, quas hic Spiritus Sanctus deſcribi voluit. Dicitur ergo Nabal revertente Abigaile fuiſſe ebrius, ac proinde non potuiſſe ipſi uxorem periculum, in quod ſua ſtultitia incurrerat, tunc ei declarare, ne in amentiam & furorem verteretur. Vinum enim velut cornua habet, quibus immoderate ſumtum homines efferat, & immanes reddat. Sic Nabal factus ebrius, ſi ex Abigaile tum intellexiſſet, quæ geſta fuerant, in furorem exarſiſſet, & violentis affectibus abreptus, vel in ipſam irruiſſet, vel in Davidem impetum feciſſet: denique magnas turbas dediſſet. Idcirco tum temporis Abigail rem geſtam diſſimulavit, opportunitatem exſpectans, quum crapulam exhalaſſet, rem totam illi declarandi. Quare perendie illi rem geſtam narravit, quo numero vehementer obſtupuiſſe dicitur, & paulo poſt mortuus. Hinc primum animadvertamus, qualis quantaque ſit hominum intemperantia, ut præter menſuram ſeſe vino ingurgitent. Nabalis quidem convivium non fuit per ſe vituperandum: nam & Lege Divina permittitur amicos ad convivium invitare, & liberalius tractare: ſed peccaſſe in exceſſu Nabalem apparet, quum fuiſſe Regium convivium dicitur, ut conditionis ſuæ limites tranſiliiſſe notetur. Hinc ſinguli diſcunto ſeſe intra temperantiæ limites continere, & in conviviis luxu & intemperantia non peccare, quod plerumque luxum paupertas, aut multa iſtiuſmodi incommoda comitentur. Modus itaque ſervandus eſt, ut ſine avaritia & tenacitate ſobrietas tamen locum obtineat. Maxime vero vituperanda eſt ebrietas illa Nabalis, qui licet initio dicatur cor habuiſſe lætum, tamen deinceps oſtenditur obrutus ſic fuiſſe vino, ut nullum amplius rationi locum reliquerit, & in feram mutatus ſit, adeo ut ſine occaſione fureret & debaccharetur. Sed non abs re hæc phraſis uſurpatur hoc loco, Nabalem habuiſſe cor hilare: nam uſitatum eſt ebrioſis proverbium, ad vitium ſuum aut minuendum aut tegendum. Et ſiquis interrogatus de alterius ebrietate fuerit, ſæpiſſime reſpondet, Hilarem fuiſſe. Nam ebrietas multos ſemper habet advocatos ad turpitudinem tegendam, quæ ipſi ineſt: quemadmodum experientia plus ſatis fidem facit, homines ebrietate in ſues transformari, &, quantum in ipſis eſt, Dei imaginem, ad quam erant creati & formati, ab ipſis deleri. Quoniam igitur plerumque homines ebrietatem ſic excuſant, Spiritus Sanctus ſe ad vulgi ſermonem accommodans, eadem utitur phraſi, quum ait, Nabalem habuiſſe cor hilare & jucundum. Sed deinceps oſtendit, deteſtabilem illam hilaritatem fuiſſe, & amentes iſtiuſmodi homines, quos vini copia ſic obſtupefacit, ut in belluas degenerent,

Digitized by Google

certum eſt, Dei dona, quæ in uſum noſtrum nobis conceſſerat, à nobis profanari. Idcirco igitur vino Deus hanc vim indidit, ut cor hominis exhilaret: ſed intemperantia & illius abuſus eſt intolerabilis, & vindictam expoſtulat à Domino terra ipſa, quaſi ſanguis ipſius temere funderetur. Nos igitur ſobrie & temperanter vino cæteriſque rebus creatis utamur, ut illis ſatiati novas vires accipiamus ad noſtræ vocationis partes implendas, & ad Dei laudes magis magiſque prædicandas: novaſque vires accipiendas ad noſtræ vocationis partes ſuſtinendas quocunque loco, & quacunque ratione Deus juſſerit, noſtramque explorare obedientiam, voluerit. Ideoque meditandæ crebro ſunt ſanctæ adhortationes & admonitiones, quibus à luxu & intemperantia jubemur abſtinere: quod illis in vitia & flagitia multa impellamur. Quare licet David nonnunquam faciat poteſtatem liberius vivendi, nihilominus tamen non eſſe crapulæ indulgendum ſciamus, ſed immoderatos & intemperantes appetitus eſſe frenandos, Deum eſſe hominum judicem non ignari: ac proinde vitium non inultum relicturum. Idcirco Paulus nos hortatur tantum, ut in cibo & potu temperantiam ſervemus, nequid per luxum & immoderate faciamus: quod iſtis gradibus ad quævis mala ducamur, donec pravis noſtris cupiditatibus plane ſatisfecerimus. Licet igitur Deus nobis, cum gratiarum actione, liberalius & lautius aliquando vivendi poteſtatem faciat, ſimul tamen docet, nos eſſe inſatiabiles, & ubi cupiditatibus habenas laxaverimus, ad quodvis flagitium proclives, & rationis omnis expertes. Quapropter, quid Deus permittat, attendendum, ne præfixos terminos tranſiliamus: ſed adverſus carnales cupiditates & voluptates depugnemus, ne ratione ſpoliata noſtra mens à puro & ſincero Dei cultu depellatur. Cæterum etiam iſtud obſervandum, Deum, licet iſtis intemperantibus habenas laxiores permittat, nihilominus ubi crapulam exhalarint, care vendere intemperantiam, & in eum ſtuporem immittere, ut extra ſe eſſe videantur, & plane hebetes. Næ ſi ſemper ſobrius Nabal fuiſſet, licet audito ab uxore periculo, in quod ſua ſtultitia inciderat, perturbatus quidem, non tamen letaliter affectus fuiſſet. Sed licet crapulam exhalaſſet, tamen adhuc mentem obrutam retinuit, ut multi ſolent ex heſterna crapula hebeſcere, & licet neque lingua neque pedibus titubent, mentem tamen turbatam habeant, adeo ut nullus amplius rationi locus reliquus ſit, & ipſi ultro terriculamenta fingant, & nullum conſilium malis ſuis admittant. Sic Nabal audito ab uxore nuncio territus, vehementer obſtupuit, & tanquam Marpeſia cautes conſtitit. Quare qui antea inſoleſcebat, & obrutus vino arrodem provocarat, etiam ebrietatem adjecerat, qua ſe adverſus Deum etiam obfirmare velle videbatur. Næ hominum judicio Nabalis peccatum non uſque adeo grave videbatur: ſed eam eſſe noſtram conditionem ſciamus, ut Deo ſua relinquamus judicia, & placide ipſis ſubſcribamus. Nam ſi ad noſtram amuſſim peccata exigeremus, quæ graviſſima flagitia ſunt, leviſſima peccata diceremus, &, ut loquuntur, venialia. Contra vero quæ levia ſunt, maxima faceremus. Ea eſt enim humani ingenii levitas & inconſtantia, ea temeritas, ut temere & inconſiderate judicet, prout varia eſt affectuum ratio, quibus in hanc aut illam partem propendet. Deinde ea eſt etiam ignorantia, ut quæ extrinſecus apparent tantum animadvertat, non ea quæ in cordis penetralibus latent. Idcirco levia quædam vitia homines animadvertunt, non autem quæ in corde latent maxima & gravia. Quare ſi rectum de vitiis judicium ferre, ſi de recto & pravo ſincere judicare volumus, ne ad noſtram amuſſim, id eſt, ad humanum judicium, ſeu potius opinionem, ſed ad Dei judicium & regulam exigamus. Neque vero exſpectandum, ut à cœlis Deus deſcendat, ſuum judicium nobis forma viſibili patefacturus: Scripturas enim habemus ſacras, ex quibus, quæ vitia Deo ſint abominationi, perſpicue poſſumus intelligere. Nos igitur de externis hominum factis ex Dei verbo judicare, & ea condemnare poſſumus: ſed tamen de ipſorum cogitationibus ferre ſententiam non eſt humanæ poteſtatis: quin potius patienter exſpectandum, dum ipſe Deus, quæ occulta ſunt, patefaciat: quemadmodum docet Daniel. Itaque noſtri ingenii tarditatem & ſtuporem agnoſcentes, nihil ſupra noſtram facultatem audeamus. Quicquid vero de Nabale ſentiant homines, videmus ipſum magni criminis coram Deo convictum teneri: & non parvi momenti fuiſſe contumelias illas, quas ipſum in Davidem inconſiderate vomuiſſe aliquis judicaret. Nam tale ferri ab ipſis judicium de Nabale poſſe videbatur: Eſto, Nabal contumeliis Davidem affecerit, erronem, profugum, latronem, prædonem dixerit, ingratus etiam in ipſum fuerit: ideone vero morte puniendus erat, cui non ſatis ſua mens conſtabat? Verum enimvero, Deus aliter judicavit, cujus judicia recta ſunt, & nunquam in exceſſu peccant. Quare quum morte contumelias illas Deus ultus eſt, quibus læſus David à Nabale fuerat, ſciamus ipſum ſibi factas exiſtimaſſe in Davidis perſona. Nam ſane in ipſum Deum redundabant: quandoquidem David non ſuo motu Regiam coronam invaſerat, neque quicquam à ſe ſuſceperat. ſed à Deo vocatus, & unctione externa confirmatus. Nabal igitur Davidem contumeliis petens, & honorem

Digitized by Google

eos, qui nos ludibrio habuerint, ut ſentiant ſe divinam Majeſtatem offendiſſe, ſibique non cum homuncionibus, ſed cum illa rem eſſe. Namque Deus ſe miſerorum & abjectorum hominum clypeum & propugnaculum eſſe profitetur. Hanc ob cauſam David Deo gratias agit, quod ſibi factam eſſe injuriam & inuſtum dedecus ultus ſit, his verbis, *Benedictus Jehova, qui egit cauſam opprobrii mei à Nabale, & ſervum ſuum cuſtodivit à malo.* De duobus gratias iſtis verbis David agit Domino: primum, quod reipſa patefecerit, quam ipſi charus eſſet, cujus cauſam adverſus Nabalem ſuſcepit. Alterum, quod non permiſiſſet ipſum proprias injurias ulciſci, & ſanguinem fundere in Nabalis Familia, ne non modum tenuiſſet, ſiquidem in iracundia ſævire crudelius potuiſſet. Quod ad primum attinet, quærat aliquis, Davidine licitum fuerit à Deo vindictam de Nabale poſtulare. Nam, ut antea diximus, non tantum privatas injurias ulciſci prohibemur, ſed etiam mentem & affectum omni vindictæ ſtudio vacuum habere jubemur. Siquis igitur non ſua quidem manu & viribus de hoſte ultionem faciat: ſed interim diris illum devoveat, & Dei fulmine tangi exoptet, non videtur officio defunctus: ſed potius charitatem abjeciſſe. Quiſquis igitur malo quidem exterius abſtinebit, ſed intus odio & inimicitiis æſtuabit, & hoſtis ſui interitum, & quidem à Domino exoptabit, merito apud Deum homicida habebitur, licet ne digitum quidem ad malum moverit. David itaque videtur non potuiſſe à Domino de Nabale ultionem expoſtulare, quin adverſus Dei Legem graviter peccarit. Hoc ſi non potuit, ſane nec Deo gratias agere de mortuo Nabale potuiſſe videtur. Preces enim noſtras & gratiarum actiones oportet Dei voluntati conformari: quemadmodum concluſio precationis, quam ipſe nos Dominus Jeſus Chriſtus docuit, eo referri omnes noſtros affectus oportere oſtendit. Quum igitur Davidem agere gratias audimus, quod Nabalem Deus plaga affeciſſet, & mortuus eſſet, eum apparet antea in votis id habuiſſe, de quo gratias agit, nempe ultionem. Hinc diſcamus periculoſum eſſe temere velle ſanctiſſimorum perfectiſſimorumque virorum exempla imitari, niſi præſcriptam in Sacris regulam ſequamur, ut ipſorum facta nimirum & dicta ad divinam illam amuſſim exigantur. Nam, exempli gratia, Davidis factum ſiquis regulam ſibi proponat imitandam, concludit licere ſibi à vindicta abſtinenti, nihilominus eandem à Domino flagitare, & morte hoſtium ſuorum delectari. Qua ratione Deo cultus externus præbebitur, ſed internus nullus erit, ac proinde præcipua pars officii deficiet. Quamobrem narrante Scriptura peculiaria quædam Sanctorum facta, diſcamus ea non ſimpliciter in exemplum trahere, nec, quæ fecerunt, hæc charitas jubet: interim vero, licet hoſtes inexorabiles & incorrigibiles in malitia perſtiterint, Deum precari, ut manum adhibeat, & Judicis partes, prout æquum eſſe videbitur, impleat: verum tamen affectu tam moderato, ut vere teſtari poſſimus, nos adverſus inimicos non alere pravum animum. Quoniam vero raro iſtud contigit, eo magis nos nobis ipſis ſuſpectos eſſe oportet, & arctioribus frenis appetitus coërcere. Neque enim ſine cauſa nos Petrus admonet injurias nobis illatas committere Deo, qui ſe Deum ultionum vocat. Itaque fideles ad patientiam hortatur, propoſito Domini noſtri Jeſu Chriſti exemplo, qui omnis perfectionis exemplar eſt: ideoque dicit, non reddentes malum pro malo poſſe nos cauſam noſtram Deo committere, cujus eum fore judicem ſcimus. Huc igitur nos ipſe Deus revocat, quum ait, Mea eſt ultio. Non aliter & divus Paulus, quales ſint officii noſtri partes, oſtendit, his verbis, Locum iræ date. Nam hoc præcepto docet, ab omni contumelia & violentia in hoſtes ac inimicos abſtinendum, dandamque potius omnem operam, ut crebris admonitionibus in rectam viam reducantur: ſed ſi tamen magis ac magis in nos malitioſe & obſtinate inſurgant, poſſe nos Dei adverſus ipſorum contumaciam vindicem manum implorare. Idcirco dixi ſupra, nos aliquo modo poſſe Dei vindictam implorare; &, quum charitatis officiis defuncti fuerimus, Dei Juſtitiam advocare, ut cuique reddat pro meritis: ſic tamen, ne miſericordiæ januam occludamus. Quamobrem patienter exſpectandum, an Deus ipſos ſit converſurus, & ad veram pœnitentiam revocaturus: & pro ipſis etiam iſtis aut ſimilibus verbis interpellandus, Domine, oculum clementiæ tuæ & paternæ bonitatis in miſeros illos conjice, qui perditionis viam ingrediuntur: quos ſi tamen vis in pervicacia pertinaciter hærere, & reprobare, tantam ipſis tamque horrendam immitte confuſionem, ut omnibus exemplo tuorum judiciorum ſint. Præterea & lætari illorum pœnis quodammodo licere dixi. Neque enim abs re Propheta dixit, *Fidelem lætatum iri, quum viderit ultionem, pedeſque ſuos lavaturum in ſanguine improbi.* *Pſal. 58. verſ. 11.* Nam ſane Deo ſua judicia in improbos exercente, magna lætitiæ probis offertur occaſio: quod eorum miſertus ſit, eoque ad ipſum invocandum magis incitantur: cujus ſingularis erga ipſos amor apparet, quorum precibus ſe tam facilem præbuit: & majorem ipſum glorificandi materiam, quod erga miſeros ſuos fideles benignum ſe præbuerit, & de hoſtibus ultionem fecerit. Noſtras itaque preces adverſus improbos ita componere poſſumus, ut ex parte tamen horreamus, quum Deus adverſus improbos ſuorum judiciorum ſeveritatem exerit. Quid ita? Quod nimirum humanitatis affectus doceat nos ingemiſcere, quum creaturam ad Dei imaginem

Digitized by Google

agit Deo, quod ſervum ſuum non paſſus eſſet privatam injuriam ulciſci, ſed ſubtraxiſſet à malo, non leviter eſt prætereunda. Quod vero de malo ait, non ſic intelligendum, quaſi David ita ſe juſtificare ſtudeat, ut ab omni malo ſit purus: ſed lætatur David, ſe impeditum à Domino mulieris illius interventu, ne malum, quod cogitaverat, patraret: & agnoſcit, ſe gravis criminis coram Deo reum futurum fuiſſe, niſi cohibitus fuiſſet. Teſtatur itaque, ſe Dei bonitatem erga ſe duplicem agnoſcere: primum, quod paratum tam grave ſcelus admittere prohibuerit: deinde, quod de homine flagitioſo pœnas ſumſerit. Exemplo Davidis diſcamus noſtros affectus tam ſtrictis habenis coërcere, ut vere lætari poſſimus, Deo ſua judicia adverſus improbos exercente, quod nullius pravæ voluntatis & occultæ cupiditatis vindictæ nobis conſcii ſimus: ſed puro animo ipſius judicia intueamur, & in illis conquieſcamus. Et præterea Deo gratias etiam agamus, quum à malo nos retraxerit. Nam etſi coram ipſius judicio rei jam ſimus, quum mente pravum aliquod facinus concepimus, licet in actum non prodierit, tamen ipſi gratias agere debemus, quod non permiſerit in actum erumpere, quod animo volveramus. Quin etiam precari debemus, ut pravas etiam cogitationes compeſcat. Nam ea eſt hominum natura, ut ſingulis momentis pravis cogitationibus & affectibus agitetur, niſi Deus impediat. Quare quum tam proclives ad quævis vitia ſimus, quum vi divina retinemur, ſummo beneficii loco ducamus, Deoque gratias agamus, nos ei hoc nomine plurimum devinctos agnoſcentes: & Davidis exemplo diſcamus, prohibiti privatas injurias perſequi, grati eſſe, quod, ſi ſemel iracundiæ laxas habenas permiſerimus, vix deinde reducere illas queamus, Deique bonitati locum non relinquamus. Sed ſi patientes fuerimus, & inimicos ad pœnitentiam ſollicitaverimus, illi vero pertinaciter in malitia perſtiterint, Deum perſuaſi ſimus manum admoturum, & cauſæ noſtræ defenſionem ſuſcepturum. Sequitur deinceps, Davidem nuncios ad Abigailem miſiſſe, qui in uxorem illam ſibi adducerent, quum antea duxiſſet etiam Achinoam. Quod ad Abigailem, licebat Davidi in uxorem illam ducere, quod Michol Saulis filia erepta ipſi fuiſſet, & alteri locata: licet eam poſtea recepit, ut deinceps videbimus. Quare quum illi fuiſſet uxor adempta, & cum altero ſcortata, quod non poſſet jure maritus ipſius eſſe, potuit David Abigailem ducere in uxorem: quam quum prudentem fœ-

que enim dixit, duo adjutoria ipſi faciamus, ſed, adjutorium ipſi ſimile. Hoc ſatis idoneo teſtimonio David hoc loco condemnatur: eſt enim Dei decretum immutabile & irrevocabile, & quod initio Deus conſtituit, habendum eſt legis loco immutabilis. Deinde & alio loco Scriptura jubet, quemque virum ſuam habere uxorem; & contra, quamque mulierem ſuum habere maritum. Quare ſiquis vir plures uxores habere vult, uxori facit injuriam, Deique Legem violat. Eadem enim utrique regula præſcribitur, ut mulier maritum ſuum habeat, & maritus ſuam uxorem. Quapropter ſiquis hodie ſibi licentiam aſſumat plures habendi uxores, ſeſe in partes diſcerpat oportet. Ergo David merito, duabus aſſumtis uxoribus, damnatur. Et quidem, fateor, idem Abrahamo & Iſaaco contigit: ſed, ut ante dixi, veterum fidelium exempla non temere ſunt in legem trahenda: ſed potius ad Dei Legem & inſtitutionem recurrendum, & ſoli illi acquieſcendum ſine contradictione: ac proinde ſiqua ſunt ſanctorum virorum facta cum verbo Dei congruentia, tanquam bona ſunt admittenda, & in exemplum proponenda: ſin minus, condemnanda & rejicienda. Quum vero tam Davidem quam alios in hac parte lapſos videamus, eo majore cura & ſtudio in Dei timore nobis ambulandum ſciamus, neque dandam licentiam noſtris affectibus tantæ confuſionis ſequendæ, ne in immenſum malorum labyrinthum deveniamus. Cujus rei exemplar ipſe David eſto, qui ab hoc lapſu in plures incidit, multis uxoribus inductis, quod in hiſtoriæ ſerie deinceps pluribus perſequemur. Quamobrem non temere imitanda iſtiusmodi ſervorum Dei exempla, ſed malum à bono diſcernendum: ideoque nos alibi D. Paulus admonet, ut ipſum ſequamur & imitemur, quemadmodum ipſum eſſe videmus Domini Jeſu Chriſti imitatorem. Et alibi nos jubet fidem ipſius imitari: ne aberrent homines, & temere hujus vel illius exempla imitentur. Cæterum quum excellentiſſimos & ſanctiſſimos Dei ſervos conſpicimus tam facile in multis lapſos, agnoſcamus, nos, qui longe ſumus fragiliores, oportere majore ſtudio niti, ne in iſtiusmodi vitia præcipites feramur: Deumque votis ardentioribus precemur, ut nos Sancto ſuo Spiritu regat, & in noſtris cordibus tantum ſuæ Majeſtatis timorem inſculpat, ut veram in omnibus obedientiam ipſi præbeamus, ne inanem quandam pietatem & Chriſtiani nominis larvam præ nobis ferentes efferamur, & in noſtrum exitium tam venerando titulo abuta-

Digitized by Google

virorum de electis Iſrael, ut quæreret David in deſerto Ziph.

3. Et caſtrametatus eſt Saul in colle Hachila, quæ erat ex adverſo ſolitudinis in via: David autem habitabat in deſerto. Videns autem, quod veniſſet Saul poſt ſe in deſertum,

4. Miſit exploratores, & didicit quod veniſſet certiſſime.

5. Et ſurrexit David, & venit ad locum ubi erat Saul: quumque vidiſſet locum, in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ ejus; & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum ejus.

6. Ait David ad Achimelech Hethæum, & Abiſaï filium Samiæ, fratrem Joab, dicens, Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? Dixitque Abiſaï, Ego deſcendam tecum.

7. Venerunt ergo David & Abiſaï ad populum nocte, & invenerunt Saul jacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput ejus: Abner autem & populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abiſaï ad David, Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecundo opus non erit.

9. Et dixit David ad Abiſaï, Ne interficias eum: quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit?

10. Et dixit David, Vivit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium deſcendens perierit.

11. Propitius ſit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Chriſtum Domini: nunc igitur tolle haſtam, quæ eſt ad caput ejus, & ſcyphum aquæ, & abeamus.

REdeunt nobis in hac hiſtoria conſiderandæ variæ tentationes, & varia diſcrimina, quibus David, antequam ad coronæ poſſeſſionem veniret, exagitatus eſt: quo quidem etiam tempore non fuit undequaque quietus, ſed meliorem tamen expertus conditionem, quam antea, quod non adeo crudeliter hominum conſortio pulſus fuerit. Nihilominus tamen eum Deus variis modis exercere voluit, donec plane hoſtes ipſius extincti eſſent. Ipſe vero quomodo ſe in tantis difficultatibus geſſerit, obſervandum, exſpectans opportunitatem Regiam dignitatem occupandi, quam Deus decreverat, & nihil adverſus Saulem molitus, ſeſe adverſus illius vim defendere contentus. Hic igitur in primis illud occurrit, quod Ziphæi veniſſe dicuntur ad Saulem Gibham. Nam veriſimile eſt, Saulem, niſi ſollicitatum, non fuiſſe perſequuturum eum, quem innocentem cognoverat, & cui teſtimonium integritatis dare coactus fuerat. Quid enim Davidem impedierat, quominus eum tolleret, quum in manus ipſius incidiſſet, niſi recta conſcientia, cujus ipſe teſtis erat Saul? Licet ergo furore ageretur, tamen poterat Davidem miſſum facere, etiamſi non ſine contemtu ipſius fieret. Sciebat enim, Davidem nihil adverſum ſe moliturum, nullum bellum ſuſcitaturum, ſed tenui & ignobili vita contentum fore, donec Deus factam ipſi promiſſionem impleviſſet. Verum ecce Ziphæi ſecundo jam, tanquam flabella, ſopitam Saulis malitiam ſuſcitant. Oderat ille quidem odio inveterato Davidem, quem modis omnibus extinctum cupiebat, etſi probe norat electum à Deo Regem: verumtamen nuſquam legimus, ab ipſo miſſos ſatellites, qui Davidi ſtruerent inſidias, aut ipſius facta explorarent. Sed Ziphæi ultro Davidem in ſua regione latentem deferunt. Hic in primis obſervandum, à Diabolo ſuſcitatos quotquot in Judæa ſervos habuit, ut impediret, quominus Deus regnaret. Et oportebat iſtud in regno Judaïco contingere, quod erat figura regni Domini noſtri Jeſu Chriſti. Non igitur inimicum unum aut alterum habuit David: ſed eum gratis oderunt, qui ab ipſo nulla fuerant injuria vel occaſione provocati, & ipſius vitæ ſunt inſidiati, ut impleretur quod alio loco ſcribit de ſe Propheta, *Gratis me oderunt*. Ex quo duplex utilitas eſt nobis referenda. Prima, ne cui injurii ſimus, & ne ulli occaſionem nobis moleſtias faceſſendi præbeamus: ſed omni injuria & violentia abſtinentes, integre & ſincere vivamus cum ſingulis, ut nemo poſſit de nobis merito conqueri, & à nobis ſe provocatum dicere. Altera, ut iis nos perſequentibus, & ſine cauſa adverſum nos inſurgentibus, necemque noſtram quærentibus, qui gratis & immerito oderunt, ne novum & inſolens id nobis videatur, quandoquidem idem Davidi contigiſſe

vide-

regione tumultum excitaret, & ne ipſe ſibi dedecus accerſeret, miſerum profugum paucis ſtipatum militibus perſequens. Davidis igitur ſocii videbantur oviculæ in leonum faucibus poſitæ, & ipſemet miſella ovis mox lanianda: quomodo enim ſexcenti illi homines inermes, & armorum inexperti, tot millibus reſtitiſſent? Idcirco David fuga ſalutem ſibi quærebat; & in latebris præſidium ponebat, ea conditione contentus, ſi Saul quietum ipſum reliquiſſet: quamquam illatæ vi reſiſtere parabat; ſed ita tamen, ut cedendo potius quam pugnando reſiſteret. Miſera itaque hominum opinione Davidis conditio, cui nullus dabatur effugiendi periculi locus, & qui cum multis aliis difficultatibus luctabatur. Nam, ut veriſimile eſt, non erat rebus neceſſariis admodum inſtructus, ut qui in deſerto vitam ageret, & omni auxilio deſtitutus eſſet. Næ, ſi voluiſſet Deus, multorum animos ad Davidi ferendas ſuppetias excitaſſet, & ad eum adverſus Saulis furorem tutandum, quemadmodum deinceps factum videbimus, ſubito maximæ partis populi animis immutatis, & ipſi placide ſeſe ſubmittentibus, qui antea infeſtis animis ipſum perſequebantur: verum ita placuit ipſi Davidem exercere, & in tantas anguſtias redigere, & non ſine cauſis legitimis. Nam demittere & humiliare ipſum vult, quo ardentius ab ipſo invocetur, & experiatur, ſuam ſalutem à ſola Dei vindicis manu, & gratuita bonitate pendêre. Denique Deus oſtendit, fidelium ſalutem, tam corporis quam animæ, non à terrenis mediis, ſed à ſola Dei virtute pendêre. Hæc igitur exempla Davidis meditanda ſunt nobis, quem non tantum viribus imparem fuiſſe hoſtibus, ſed etiam omni auxilio deſtitutum videmus, quo imminens capiti periculum effugeret. Scripta enim nobis & in uſum ac doctrinam noſtram eſt hæc hiſtoria. Fuit enim, ut ante ſæpe diximus, David imago Domini noſtri Jeſu Chriſti, & totius Eccleſiæ. Caput enim nihil habet proprium, ſed cum membris omnia communia. Quare quum nos Deus infirmos & abjectos eſſe voluerit, & hoſtes multum nobis prævalere, à quibus jamjam laniandi videamur, & tanquam miſeræ oves à ſæviſſimis & famelicis leonibus vorandi, ne id novum & inſolens nobis videatur, quum inſigne ſit, quod hic proponitur Davidis exemplum: ſed diſcamus, Deo nos dejiciente, & variis calamitatibus exercente, non obloqui, neque inſolentia & arrogantia efferri: ſed ſponte coram Deo dejiciamur, & ne dubitemus, quin Deus in infirmitate noſtra vim ſuam & potentiam

Nos itaque ipſis conformari ne pigeat, ut in eo ſpem noſtram, à quo adjuti ſunt, reponere non dubitemus: qui quoniam immutabilis eſt, noſter etiam adjutor eſt, & eorum omnium, qui ad ipſum rebus anguſtis & afflictis confugiunt, & ſpem in ipſo collocant. Porro quo melius exemplo Davidis excitemur, quem de hac re Pſalmum compoſuit expendamus: frigidum enim foret exemplum ſine doctrina, quandoquidem tam hebeti plerumque ſumus ingenio, ut nihil, niſi quod in oculis incurrerit, comprehendamus. David igitur eam doctrinam propoſuit, ut diligenter ea, quæ ipſi contigerunt, intueamur, & in uſum & ſalutem noſtram applicemus. Pſalmo itaque 54. David prædicat, ſe precationem, quæ illic continetur, inſtituiſſe, quo tempore Ziphæi ad Saulem venerunt, eumque ad Davidem inſequendum excitarunt. Quibus igitur afflictionibus exercitus fuerit David, eo loco commemorat, deinde quo animo Deum precibus ſollicitarit, & quibus verbis eum compellarit, inquiens, *Domine Deus, propter nomen tuum ſerva me, & fortitudine tua cauſam meam age. Deus, audi orationem meam, aurem adverte ad ſermones oris mei. Nam exteri inſurgunt in me, & violenti quærunt vitam meam: Ecce Deus adjuvat me: Dominus eſt inter eos, qui ſuſtentant vitam meam.* Tandem vero David prædicat, ſe, liberatum Domini virtute, laudes ipſi grato animo dicturum, & ſacrificaturum, non parce, ſed liberaliter: & in iſta gratiarum actione perſeveraturum, quod Dei bonitatem deguſtarit, à quo preces ipſius exauditæ ſunt. Quapropter quum Eccleſiæ conditionem eam eſſe, quæ fuit Davidis, animadvertemus, nempe hoſtium copiis undique premi, & ipſorum viribus obrui, & nullum ipſius eſſe robur, ſed velut in ipſis hoſtium faucibus jam verſari, ut jam triumphum quaſi reportata victoria de nobis canant, & ſuperbia efferantur, ad Deum eo ardentius confugiendum ſciamus. Neque enim ſatis eſt ad hoſtium vires frangendas, cauſæ noſtræ bonitatem prædicare, & innocentiam laudare: ſed ad Deum ipſum eſt confugiendum, ne ipſius auxilium contempſiſſe videamur. Neque iſtud impedit, quominus nos jure noſtro tueamur, eorumque malitiam & improbitatem, qui ſine cauſa nos perſequuntur, palam detegamus: ne offendiculo ſimus cauſam noſtram ignorantibus, & ne inauditi injuſtis judiciis opprimamur. Verumtamen in primis ad Deum confugiendum eſſe ſciamus: perſuaſumque habeamus, nos, licet omnium judiciis & odiis oppreſſos, à Deo ſine humanis mediis adjuvari

poſſe,

Digitized by Google

omnipotens, & nos ſibi conjunxit, & quidem vinculo inſeparabili, hoc uno contentos eſſe nos oportet. Et de Dei nomine, quo ſe David tuetur in adverſis, hactenus: expendamus etiam vocem illam fortitudinis, quam liberatus è periculis non abs re uſurpat. Nam prout ad diffidentiam proclives ſumus, ubi pericula quædam ingruunt, ſubito terrore concutimur, & quaſi rebus deploratis affligimur. Sed diſcendum exemplo Davidis, ad Deum oculos attollendos, ut virtutem & fortitudinem ipſius erga nos inæſtimabilem apprehendamus, & ad eam variis afflicti tentationibus confugiamus: ac licet vires Deus ſuppeditet ad hoſtes profligandos, nihilominus ad virtutem illam Dei, de qua David loquitur, aſſurgamus: ne, ſi viribus pollere nobis videamur, quibus adverſariis reſiſtendo pares ſimus, divini auxilii immemores arrogantia noſtra pereamus, quandoquidem obliti fuerimus invocationis divini nominis, quæ unica ratio eſt victoriæ obtinendæ. Quapropter ſive copiis & viribus inſtructi pares ſimus hoſtibus reſiſtendo, ſive mediis omnibus deſtituti, Deum invocare diſcamus, & ardentibus votis ſollicitare, ut virtutem ſuam & miſericordiam exerat in nobis tutandis & protegendis, & reipſa ſentiamus, ab ipſius ſola bonitate manare, quicquid bonorum habemus. Porro David Deum invocans ait, *Domine, in fortitudine tua judica me.* qua voce *judicandi*, non temere utitur. Nam ita ratum facit, quod attigi ſupra, nos, Dei nomen in auxilium noſtrum advocaturos, oportere ex animo & ſincere teſtari coram ipſo Judice poſſe, nos ſincere coram ipſo agere, cauſamque noſtram bonam & juſtam eſſe, atque illi probari. Nam fere fit, ut, qui malam cauſam agunt, tamen illius bonitatem prædicent: facile eſt enim, hominibus imponere: & ſæpiſſime oculatiſſimi quique caligant. Quare diſcamus diligenter expendere non tantum facta externa, ſed ipſas etiam noſtras cogitationes & affectiones, ut ad Deum confugientes, vere teſtari poſſimus, nos recta conſcientia & cauſæ bonitate fretos ad ipſum accedere, & ipſius opem implorare, ut cauſam noſtram judicet. Neque vero Deum moveri noſtra dignitate & merito, ut ſolent mortales, exiſtimandum eſt: ſed tantum profiteri oportet, nos candide & ſincere agere, & ad ipſum judicem confugere, ejuſque miſericordiam & opem implorare. Cum fortitudine & virtute, David etiam Dei veritatem advocat, quod & obſervatione dignum eſt. Neque enim ſatis eſſet, animo concepiſſe Dei potentiam ad nos auxilio ſuo juvandos, & perſuaſos eſſe, nos in ipſius clientelam receptos, nos ipſius populum eſſe, & noſtri curam ipſum gerere, ſalutemque promovere: niſi ipſius etiam promiſſionibus potiſſimum niteremur, ſine quibus incerti ſemper fluctuaremus, & anxii de ipſius auxilio dubitaremus, & multis difficultatibus obrueremur.

& in illis toti hæreamus: perſuaſi, nos ipſum pure invocantes, & ex animo colentes, & ipſius verbo obſequentes, nunquam deſerendos, ſed ipſius auxilio juvandos, cauſamque noſtram adverſus inimicos defendendam. Hoſtibus igitur arroganter ſeſe & inſolenter efferentibus, & dira quæque minantibus, ut ad ipſorum minas & terrorem vix hiſcere audeamus, ſi animo fixum iſtud hæſerit, Deum nihilominus eſſe veracem, profecto cogitatio illa divinæ veritatis erit tutiſſimus clypeus ad omnes hoſtium ictus excipiendos & retundendos, quod Deum fidelem eſſe ſciamus, & ipſum invocantibus nunquam deeſſe, ſpemque ipſorum nunquam fruſtrari. Sequitur deinde Davidis gratiarum actio, de exauditis à Deo ſuis precibus: qua, quod ante docui, confirmatur, nempe, licet cauſæ noſtræ bonitate fretos, tamen ad Deum cum humilitate confugere oportere: quod pars ſit cultus illius, quem ipſi debemus. Nos itaque, licet cauſam juſtam agamus, & ab hominibus rejiciamur, ad Deum confugiamus, eumque ardentibus votis precemur, ut preces noſtras exaudiat. Non enim perfunctorie eſt invocandus, ſed ex animi vehementia & ardore: quod de ſe David prædicat, quum ait, ſuos ſermones à Deo exauditos: quod non perfunctorie, aut ex more, ſemel atque iterum Deum invocaſſet, ſed aſſiduis precibus ſollicitaſſet, & ardenti animi ſtudio, donec Deus reipſa patefeciſſet, ſe ipſius preces exaudiviſſe. Uſurpanda igitur hæc doctrina, & ſpes & fiducia noſtra in Deo reponenda, ut eum ſciamus nos in clientelam ſuam recipere, noſtrumque Servatorem eſſe: ſed viciſſim velle à nobis invocari, eique hunc honorem deferri, ut in ipſius manus vitam noſtram deponamus, ejuſque miſericordia nos indigere ſentiamus. Nam etſi cauſa, quam defendimus, juſta eſt, nihilominus miſeri ſumus peccatores, & multis vitiis coram Deo fœdati, ac proinde præſidium unicum noſtrum in precibus & orationibus poſitum aio. Quod vero David conqueritur eo loco, exteros in ſe inſurrexiſſe, & violentos vitam ſuam quærere, non eſt intelligendum de Philiſtæis, aut aliis populi Dei conjuratis hoſtibus, à quibus tunc non petebatur: ſed de Iſraëlitis. Quomodo igitur exteros illos dicit? Sane indigni erant, qui populus Dei vocarentur, ii, inquam, ex Judæis, qui cum Saule Davidem perſequebantur: neque filiorum Abrahami nomine gloriari poterant, quod ab ipſo ſua crudelitate degeneraſſent, & fœdis facinoribus ſe indignos, qui in poſteris ipſius haberentur, reddidiſſent. David igitur exteros vocat, quorum in ſe ferociam & crudelitatem ſenſerat. Adverſum nos igitur hodie ſurgentibus, qui Chriſtianum nomen jactant, & crudelius perſequentibus, quam ipſi Turcæ aut aliæ feræ nationes, quæ fuerit Davidis conditio meminerimus, ut illius veſtigia premamus, & ne

Digitized by Google

ſubjiciamur, humanas omnes vires & potentiam flocci facientes, quod Dei virtutem & potentiam ſufficere ſciamus ad terrendos hoſtes: cujus iræ & furoris tanta eſt vis, ut vel umbra ipſius hoſtes perterreſiant, ipſos nullo inſequente neque minas intentante, tanquam profligati diſſipentur: divinaque potentia & Majeſtate ſic teneantur, ut, licet ſalutem ipſorum quæramus, & ad meliorem mentem revocare ipſos ſtudeamus, Deus tamen tantum ipſorum animis terrorem injiciat, ut ultro in ſuum exitium, nullo inſequente, præcipites ferantur. Adjicit David, *Deum inter eos eſſe, qui vitam ipſius ſuſtentant:* quibus verbis non facit Deum ſocium eorum, qui cauſam ipſius tutabantur, ſed oſtendit, ſe in Dei auxilio conquieſcere, licet non poſſit cum paucis ſuis militibus adverſus Saulis exercitum præliari. Denique quædam eſt contrariorum oppoſitio: quaſi dicat, ſe, licet in hominibus non inveniat auxilium, ſed à Saulis partibus ſtet univerſus populus, fretum tamen eſſe bona ſua conſcientia. Quid ita? Quod à ſuis partibus Deum ſtare perſuaſum habeat. Non igitur in creaturarum numero Deum reponit, ſed ſola illius potentia ſe fretum eſſe oſtendit. Davidis igitur exemplum ſic imitemur, ut, multis agitati periculis, Deum ſtatuamus patronum noſtrum eſſe in cœlis: ideoque lætandi nobis oblatam materiam ſciamus, ejuſque patrocinio contenti ſimus, ac omnibus audacter inſultemus hoſtium munitionibus, viribus, bellicis apparatibus, copiis adverſum nos conſpirantibus, modo animo ſtatutum illud habeamus, Deum inter eos eſſe, qui cauſam noſtram tueri volunt. Nam ſane, ſi partes noſtras Deus tueatur, ſe inimicorum noſtrorum hoſtem profitebitur, ſuamque virtutem & potentiam in ipſorum perniciem & ultimum exitium exeret, quum maxime ſeſe furore extulerint. Noſtrarum igitur afflictionum omnium exitum bonum fore confidamus, ut ſemper vere dicere poſſimus, Deum à noſtris ſtare partibus, noſtramque ſalutem procurare. Quam neceſſaria ſit hodie nobis doctrina hæc, dicere nihil attinet: quum ſatis appareat, quam miſera ſit hodie facies & conditio Eccleſiæ: ideoque nos, ſi hactenus cæcutivimus aut dormitavimus, oporteat excitari. Sane poſſumus quidem contemnere, quicquid adverſum nos Diabolus moliatur, hac fiducia freti, Deum eſſe noſtrum defenſorem, & ſub alarum ſuarum umbra tegere: ſed longo intervallo diſſident fides & negligentia. Nam ſi credentes nos à Deo protegendos, interim deſideamus & pericula non metuamus, quo metu perculſi peccatorum veniam deprecemur, & ejus mine Dei potentiam à nobis rejicere, & paratum auxilium deſpicere videamur. Nam ſola Dei miſericordia nitendum eſt, fiduciaque divinæ bonitatis & promiſſionum: & cavendum, ne in hominibus & viribus ullis humanis acquieſcamus, quod nihil niſi fumus & umbra ſunt. Quare ſi qua Deus media dederit, eadem ab ipſo fortunari poſtulemus. Interim vero, licet ſalutem noſtram veluti procul intueamur, & hoſtes omnibus rebus neceſſariis, copiis, armis, munitionibus, conſiliis inſtructiſſimi nos adoriantur, ne propterea deſpondentes animum, quaſi conclamata ſalute, deſperemus. Nam quo arrogantiores ſunt, & quo magis efferuntur, certum eſt, ipſos eſſe exitio ſuo propinquiores, Dei ipſos excæcante juſto judicio. Quamobrem, quum hodie improborum hominum & Eccleſiæ conjuratorum hoſtium voces blaſphemas, conatus, conſilia, minas audimus, Dei veritatem & Eccleſiam abolere & peſſumdare conantium, ſciamus cito illis conſtiturum, & omnes ipſorum conatus in fumum abituros, etſi nihil niſi fulmina & tempeſtates minentur: Deumque præcipites illos daturum, quos in ſuam ipſorum confuſionem armari permiſit. Ideoque, licet in maximis anguſtiis conſtituti, debemus animos ſumere, & ardentioribus votis Deum invocare, apud ipſum querelas effundentes, Eheu, Domine Deus, ii, quos fideles oportuerat eſſe tuæ Majeſtatis cultores, idem nobiſcum Chriſtianorum nomen profitentes, ſacroſanctum nomen tuum peſſumdare, &, quam Eccleſiam conſtituiſti, perdere & abolere nituntur: quamobrem, tu, qui noſti ipſorum fraudes, conſilia & conatus, rebus incertis, nos adjuva, miſeros tuos ſervos reſpice, & pro tua miſericordia ſubleva: & unici Filii tui ſacroſanctum nomen profanantes & pedibus calcantes opprime, noſque à ſalutis unica ſpe dimovere nitentes perde & in ultimum exitium mitte: Preces noſtras, benigne Deus, admitte, corda noſtra in tui timore & obedientia robora, quo nullis impedimentis avocemur ab invocando & glorificando tuo nomine, quamdiu vita ſuperſtes erit: tu propitius eſto nomen tuum invocantibus, & auxilium opportuno tempore ferto. En quibus votis confirmari nos oportet, fidemque noſtram roborari, & vires accipere majores, quo adverſariorum conatus & conſilia minaſque videmus immaniores: quos non dubitandum eſt quin Deus excæcaverit, ut adverſus ipſos vindictam exerat, omnibus paratam, qui tanta ſuperbia & arrogantia adverſus ipſum feruntur, & ſupra nubes ſeſe efferen-

Digitized by Google

mediis tentationibus imperterriti ipſum Diabolum, mundum, peccatum, & quicquid nobis contrarium eſt, deſpiciemus, & tanquam victis inſultabimus, Deoque ſacrificia laudis offeremus, nos ad ipſius voluntatem & obſequium componentes: & patienter, quicunque caſus ingruerint, exitum exſpectantes. Nam memoria repetendum illud, in ſpe & ſilentio poſſidendas animas noſtras. Iſtis igitur armis erimus tutiſſimi; & nullis unquam hoſtium conatibus à propoſito dimoveri poterimus: & Deus brachium ſuum exeret ad nos protegendos, ſi in ipſius obſequitate facti ſupplices, admiſſa peccata, quorum rei ſumus coram Ipſo, agnoſcamus, quibus ejus iram in nos ita provocavimus, ut procul rejici meriti ſimus, niſi bonitatis immenſæ theſauros explicaret in peccatis noſtris tegendis & perpetua oblivione mergendis, noſque ultro in populo ſuo cenſeret. Interim hanc gratiam ab ipſo flagitemus, ut non tantum pro nobis apud ipſum preces fundamus, ſed ipſius etiam gloriam promoveamus, & Eccleſiæ ipſius conformationem pro viribus noſtris quæramus.

HOMILIA NONAGESIMA QUARTA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XXVI.

7. Venerunt ergo David & Abiſaï ad populum nocte, & invenerunt Saul jacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput ejus: Abner autem & populum dormientes in circuitu ejus.

8. Dixitque Abiſaï ad David, Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecundo opus non erit.

9. Et dixit David ad Abiſaï, Ne interficias eum: quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit?

10. Et dixit David, Vivit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium deſcendens perierit.

11. Propitius ſit mihi Dominus, ne extendam manum meam in Chriſtum Domini: nunc igitur tolle haſtam, quæ eſt ad caput ejus, & ſcyphum aquæ, & abeamus.

12. Tulit igitur David haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quiſquam, qui videret, & intelligeret, & evigilaret: ſed omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos:

13. Quumque tranſiſſet David ex adverſo, & ſtetiſſet in vertice montis de longe, & eſſet grande intervallum inter eos.

14. Clamavit David ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens, Nonne reſpondebis Abner? & reſpondens Abner, ait, Quis es tu, qui clamas & inquietas Regem?

15. Et ait David ad Abner, Numquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſraël? Quare ergo non cuſtodiſti Dominum tuum Regem? Ingreſſus eſt enim unus de turba, ut interficeret Regem Dominum tuum.

16. Non eſt bonum hoc quod feciſti: vivit Dominus, quoniam filii mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum Chriſtum Domini: nunc ergo vide, ubi ſit haſta Regis, & ubi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput ejus.

17. Cognovit autem Saul vocem David, & ait, Numquid hæc vox tua, fili mi David? Et ait David, Vox mea, Domine mi Rex.

18. Et ait, Quam ob cauſam Dominus meus perſequitur ſervum ſuum? quid feci? aut quod eſt malum in manu mea?

Expli-

Digitized by Google

eſt, ut per fideles ſuos ſervos ea præſtaret, quæ nullis hominum viribus perfici potuiſſent. David igitur, etſi vir fortis & magnanimus, nunquam ſe in tam apertum periculum conjeciſſet, niſi Dei ipſius veluti manu ductus fuiſſet. Sed Deus hoc negotium hac ratione promovit, ut Davidis integritas & innocentia inſignior eſſet, & ſingulis perſpecta; Saul autem confuſus recederet, & Davidi ſaltem ad tempus quietem aliquam daret. Neque enim Saulem Deus tum perdere volebat, neque majore vi aliqua fugare, ſed cum aliquo dedecore domum revocare: quemadmodum contigiſſe videmus. David igitur ſalvus & incolumis evaſit, licet in medium agmen hoſtium veniſſet, & tanquam caligans in ſummum diſcrimen ſe conjeciſſet, Deo ipſum admirando & arcano conſilio regente, ut ipſius innocentia non dubiis ſignis omnibus innoteſceret, & Saul, licet furore æſtuans & ſanguinem ſitiens, domum redire cum ignominia cogeretur; quod innocentem hominem ſumma injuria perſequeretur, quod ipſum fatentem deinceps audiemus. Hinc igitur diſcamus, Deum laborantibus ſuis conſilium ſuppeditare, & rebus difficillimis ſuccurrere, modis admirandis, qui nunquam in mentem venire potuiſſent: unde majus precandi Deum ſtudium in nobis debet excitari, nos ut regat & protegat ſingulis momentis. Nam ſæpe fit, ut, licet acutum cernere & prudenter agere nobis videamur, tamen vix, quæ ante pedes ſunt, conſpiciamus, & quas mente rationes providerimus, momento effluant: & Deus nos admirabiliter ex medio rerum diſcrimine revocet, & afflictos erigat. Ad ipſum igitur confugere perpetuo meminerimus, ut non ſolum judicium nobis det ad ea cognoſcenda, quæ ad menſem aut annum facto ſunt opus: ſed prout ad ardua negotia tractanda nos vocabit, exitum etiam patefaciat, ſuoque manu regat, & vel in hanc, vel in illam partem ducat, prout expedire cognoverit. David ſane hoſtium caſtra explorans, non habebat in animo in medium ipſorum agmen venire: ſed Deus hoc ipſi conſilium ſuggeſſit: & audaciam indidit, ubi hoſtium ſocordiam & negligentiam animadvertiſſet. Repentinum igitur fuit iſtud conſilium: quamobrem, ut ante dixi, non dubitandum, quin, ſi quando contigerit nos in ſummis difficultatibus inopes conſilii conſternari animo, Deus adjuvet, & in rebus incertis conſilium ſuppeditet, &, quid utile ſit, demonſtret: adeo quidem, ut præter ſpem & opinionem rationes ſuggerat, quibus ex noſtris an-

injuriis, quibus fuerat à Saule immerito affectus: tamen juſta illi videbatur oblata cædendi Saulem occaſio, quod non poſſet ipſius furor placari, & nullam Davidi quietem daret, ne ad momentum quidem, adeo ut merito ſibi conſulere morte Saulis potuiſſe videatur: & ſemel tam infeſtum hoſtem è medio tollere, quam toties periclitari. Juſtam itaque hominum opinione cauſam habebat ſibi rebuſque ſuis morte Saulis conſulendi: & non dubium eſt, quin gravis tentatio Davidem afflixerit. Nam ubi ſpecioſæ quædam apparent rationes, prout homines ad ſibi adulandum proclives ſunt, ſperantque, ſe coram Deo & hominibus innocentes habitum iri, manuſque facile ablituros, nihil non ſibi permittunt, & animi cupiditatibus habenas laxant. Sed contrarium in Davide nobis exemplum proponitur, qui neque tentationibus iſtis ſuperari, neque ſpecioſis iſtiusmodi rationibus vinci potuit. Ideoque imitandum eo diligentius exemplum iſtud, quo inſignius, ut ad malum ſollicitati ſpecioſis etiam rationibus, Diabolo perſuadente rerum omnium felicem exitum fore, fortiter iſtiusmodi tentationibus reſiſtamus, & ſpecioſas rationes confutemus: ſerio nos examinantes, & blandiri nobis deſinentes: adeo ut nihil, niſi quod honeſtum & Deo gratum acceptumque eſt, aggrediamur; ſed, ubi malum aliquod apparuerit, ſtatim reſiliamus. Porro Davidem noluiſſe manum mittere in Saulem antea vidimus, quod eſſet Rex & unctus Domini; quæ ratio nunc etiam illum retinet à cæde Saulis. *Quis enim*, inquit, *extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocens erit?* Fuerat enim Saul Rex à Domino factus. Ex quo diſcamus doctrinam illam, quæ ibi tractata eſt, in uſum revocare: nempe omnes venerari & honorare, qui ſedent ad rerum gubernacula, quod, ut monet Apoſtolus, nulla dignitas ſit, niſi à Deo: ac proinde hunc ordinem à Deo conſtitutum violantem ſciamus ipſi Deo injurium eſſe, & adverſus ipſum inſurgere. Quamobrem caveamus quicquam adverſus Deum moliri, publicum ordinem violantes: & eos honore debito proſequamur, quos Deus in aliquem dignitatis gradum evexit, & nobis præfecit: hoc uno contenti, ſacram Scripturam docere, non eſſe privatorum ſeſe attollere: ac, licet multi ambitione, avaritia & crudelitate invaſerint imperia & regna, tamen Dei voluntatem pluris eſſe quam omnia illa faciendam ſciamus: ac proinde

ctionibus omnibus noſtris dominemur, & ea conſtantia & fortitudine muniamur, qua perferre quidvis parati ſimus, quod Dominus impoſuerit, neque impatienter feramus diuturniorem noſtri per varios caſus explorationem. Ea enim eſt patientiæ & conſtantiæ vis, ut nunquam obruatur, & nunquam offerendo ſacrificia obedientiæ defatigetur. Sic Davidem videmus abſtinentem Saulis nece, ſuis affectibus ſic moderatum, ut in ratione eos coëgerit. Homo enim erat: ac proinde minime dubium, quin ipſa ſua natura & proprio motu, licet alii non adfuiſſent impulſores & quaſi flabella cædis, Saulis necem expetiverit: ſed luctatur adverſus iſtam cogitationem, & tandem eluctatur, à Dei voluntate totus dependens. Nos itaque norimus, ſemper eo deventuros, ut à noſtris paſſionibus ſuperati, aliquid contra officium faciamus, niſi violentas nimium paſſiones coërceamus. Sane id ſine lucta quadam & animi ægritudine fieri non poſſe fateor: ſed ſi exitum ſpectaverimus cum ſumma felicitate conjunctum, procul faceſſere omnem moleſtiam animique ægritudinem jubebimus, Deoque voluntarium ſacrificium offeremus, &, quocunque vocaverit, ſequemur volentes. Quamobrem, niſi extra vocationis terminos exilire volumus, patienter feramus, quibus à Domino exploramur, afflictiones: neque vero diem unum aut alterum toleremus: ſed licet exitus nullus appareat, nihilominus patienter Dominum præſtolemur. Davidem certum eſt alios Saulis in poſterum novos conatus & inſultus metuiſſe, quemadmodum deinceps illum patria extorrem videbimus in hoſtium terram profugiſſe. Sed nihilominus tamen conſtanter iſta ſuſtinuiſſe, & inoffenſo pede, licet multa ipſum incommoda ſollicitarent, in vero Dei cultu permanſiſſe. Sola igitur moderandi affectus ratio eſt, Dei voluntati morem gerere, & nos ipſius miſericordiæ totos permittere, & ab ipſius arbitrio pendere, nos & in vita & in morte ipſius eſſe, perſuaſi. Porro David juramento etiam rem confirmat, tum ut ardentem Abiſaï retineret, tum ut omnes de ſua in Saulem voluntate certiores faceret. Nam ſi verbo tantum abſtinere à violentia juſſiſſet, prout in bellis fervor homines impellit, qui non ſemper, cum ratione quid ſit agendum, deliberant, potuiſſet Abiſaï in æſtu iracundiæ Saulem confodere, & ita Davidem in odium multorum vocare. David igitur hoc jurejurando, *Dominus vivit*, hominem tanquam injecto freno compeſcuit: ut eum ſciamus non temere Dei nomen aſſumſiſſe, ſed neceſſitate coactum. Coram omnibus igitur voluit ſuam innocentiam probare, ſuamque erga Saulem egregiam voluntatem & fidem teſtificari, quod hoſtem in ſua poteſtate poſi-

ſentiunt: ſed ſuis affectibus indulgere & Bacchanalia vivere ipſos juvat, & Epicuri de grege porcos eſſe. Quin etiam multos opulentos viros dedecori ſibi ducere videas aquæ potum, qui vel periculo valetudinis ſuam opulentiam palam oſtendere volunt. Sed quum videamus, Regem, qui vini copiam habere poterat, aſſueviſſe tamen aquam bibere, ejus exemplo nos oportet ad ſobrietatem incitari: & eos ſaltem, qui vino aſſueverunt, diſcere moderate bibere: ne Dei bonis creaturis abuti velle videantur. Pergamus ad reliqua: David abiit cum haſta & ſcypho Saulis, & ſtans in vertice montis ex oppoſito Saulis caſtrorum clamavit ad populum, & primum Abnerem vocavit: erat autem is Saulis ex fratre nepos, & ducebat ipſius copias, totamque exercitus curam agebat. Illos autem David accuſat ſocordiæ & perfidiæ, quod tam alto ſomno fuerint omnes obruti, ut Saulem impune occidere licuerit. In hunc igitur finem David haſtam & ſcyphum Saulis aſſumſerat, ut certiſſimis illis ſignis ſuam innocentiam omnibus patefaceret, & ſeſe cum toto Saulis exercitu compararet: quod nullum fideliorem ſe haberet in toto exercitu: quem reveritus ſit & incolumem dimiſerit, cui caput jure poterat auferre, à ſuis ſomno alto ſopitis derelictum & prædæ expoſitum. Hunc igitur in finem David, nempe ut ſuam fidem, innocentiam & integritatem palam faceret, ſigna illa ſecum abſtulit, non ut ſuas vires oſtentaret & prædicaret, ſeque omnibus Saulis militibus anteferret: qui, ſi modo licuiſſet, tranquillam & quietam domi vitam agere maluiſſet. Quum igitur ita gloriatus eſt, ſuamque virtutem prædicavit, neceſſitate adductus fecit, ut Saulis animum placaret, & ad miſericordiam flecteret. Nos itaque Davidis exemplum ſic imitemur, ne nos magni facere, laudeſque noſtras prædicare velle videamur, ut multi ſolent ſe inſolenter hac in parte gerere, honorem Dei ſua jactatione & ſuperba gloriatione profanantes & corrumpentes: nihil enim nos Davidis exemplum juverit. Nam ſuas laudes prædicat, & apud univerſum exercitum gloriatur, ut Saulis crudelitatem & ſævitiam molliat, & quale ſit militum erga ſuum Imperatorem officium, doceat. Non aliter divum Paulum videmus ſuas laudes prædicantem, vehementer ſe excuſare, quod ſe aliis Apoſtolis conferat, & plus quam ipſos ſe laboraſſe, & plura paſſum eſſe pro Euangelio oſtendat, quod quorundam importunitate eo redigatur. Nos itaque diſcamus neque arroganter, neque temere virtutes noſtras jactare: ſed modeſte & ſobrie, ſi neceſſitas coegerit, prædicare: ſic ut ab omni ambitione ſimus alieni: ſed ad Dei gloriam omnia noſtra referamus. Hanc igitur ob

cauſam

num virulentiam placidioribus verbis frangere nitamur: ſperantes fore, ut hanc viam ſequutos Deus acceptos habeat, & magis ac magis benedicat & fortunet. Cæterum & licere nobis hinc animadvertimus hoſtes liberius increpare, modo tamen eodem, quo David, agamur ſpiritu: ne nimirum contumeliis aut dicteriis excipiamus, ſed libere ipſorum vitia monſtremus & reprehendamus. Pergamus ad reliqua, quibus dicitur Saul, audita voce Davidis, filium eum vocaſſe. Quæ vox illi non temere aut ſimulate excidit: ſed ex ſenſu & morſu conſcientiæ, agnoſcentis quanta perfidia & improbitate filium innocentem perſequeretur, cui jam ſecundo vitam debebat, præter innumera beneficia, quibus ipſi maxime devinctus erat. Ex quo apparet vel nequiſſimos homines dejici & proſterni noſtris benefactis, quæ ipſis pro malis acceptis rependimus. Quod pulchre docet Salomo, quum ait, benefactis cumulari carbones in improborum capita. Quamobrem teneamus mente, nos collatis in indignos benefactis ad meliorem mentem ipſos vocare, & pravum animum, quo prius æſtuabant & ardebant, emollire & immutare: ſin minus, inexcuſabiles fieri: Deumque non paſſurum, inanem hunc noſtrum affectum eſſe & pronam erga hoſtes voluntatem, ſed effecturum, ut quos benefactis conciliare ſtuduerimus, vel miteſcant, vel ſi pergant in malitia, & in ea magis ac magis indurentur, tamen vel inviti ſeipſos condemnent, & ſuam improbitatem fateantur pudore ſuffuſi, quod hic Sauli contigiſſe videmus: & tandem id noſtro cedat commodo & utilitati. Tanto magis igitur incitari nos iſtis ad patientiam oportet, & ad benefaciendum inimicis, licet contradicente vulgato proverbio, Qui ſe ovem fecerit, à lupis laniabitur: quod Deum ſciamus noſtri curam peculiarem agere, noſtrumque paſtorem eſſe, ac proinde vitam noſtram miraculoſe conſervaturum, quum nos tanquam oves regi ab ipſo permiſerimus: & lupos ac leones ac tigres, quantumvis rabidos, facile immutaturum, adeo ut ad tempus terreantur; etſi non omnino deponant feritatem ſuam, neque naturæ obliviſcantur, ſed ad eam ſubinde revertantur. De hominibus loquor non electis. Nam minime dubium eſt, quin multi, qui ad tempus inſtar luporum ac leonum ſævierint, verbi divini prædicatione converſi miteſcant, & ad bonam frugem redeant, & cum proximis placide converſentur. Transeamus ad Davidis querelas, *Quamobrem perſequitur Dominus meus ſervum ſuum?* Dominum vocat, non

ſperaverit? Quare improbis & malignis hominibus dominantibus, ſciamus Deum noſtra peccata ulciſci velle, & dedecore ac infamia afficere: & tamen non modo nihil adverſus ipſos audendum, ſed ipſis etiam oportere ſubjici, & honorem deberi ipſorum dignitati, licet ipſi Deo non ſubjiciantur, tantiſper dum ipſos Dominus de ſolio deturbarit: qui ſua auctoritate abutentes, & in crudelitatem convertentes, baltheo exuit, & cum dedecore exauctorat, licet prius in tantam dignitatem evectos. Patienter igitur divinam ultionem præſtolemur, neque nos tam pravis & malignis hominibus ſubjici pudeat, quamdiu Dominus ipſos toleraverit. Sic enim nos de admiſſis peccatis caſtigat, aut etiam innocentes explorat, & patientiam noſtram: qua in re nos oportet conquieſcere, & firmam concluſionem iſtam mente retinere, non eſſe humanæ imbecillitatis, eos, quos evexit Deus, dejicere, & quod conſtituit, evertere. Ideoque Reges & Magiſtratus eos venerabiles eſſe nobis oportere, non tantum quos virtus commendat, ſed etiam quos Deus, licet indignos, hoc titulo dignatur: in eo noſtram explorans obedientiam, moremne ipſi geramus, annon, iis, quos præfecit, licet honore indignos, obſequium præbentes. Quod porro David adjicit, ſe nulla in re fuiſſe injurium Sauli, docet nos oportere noſtram integritatem & ſinceritatem poſſe palam teſtari, quum ab inimicis variis modis urgemur. Sola enim bona conſcientia nos coram Deo & hominibus tutari poteſt. Sæpe quidem, fateor, quos conſcientia redarguit, ſuam juſtitiam verbis prædicabunt: ſed longe aliter David, qui coram Deo ſuam innocentiam tuetur, ipſumque Saulem, tanquam illius probe conſcium, teſtem & judicem adhibet, quum ait, *Age, à me ſi quid peccatum eſt, profer, quid enim feci, & quid mali eſt in manu mea?* Diſcamus itaque eo candore & ea integritate cum proximis agere, ne quam ulli præbeamus occaſionem nos propter malefacta vel contumeliis vel injuriis afficiendi, ut ſi quis iniquius nobiſcum egerit, & contumeliis affecerit, reipſa teſtari poſſimus, nos immerito ab ipſis vexari, nullam à nobis neque injuriam neque contumeliam paſſis. Nam ſi hac conſcientia hoſtes noſtros vicerimus, certum eſt, Deum à noſtris partibus futurum, & jus noſtrum tutaturum, & miſericordem erga miſeros & afflictos futurum, & crudeliſſimos quoſque hoſtes noſtros vel molliturum, vel etiam perpetuo dedecore & ignominia obruturum, qui nos ultro & ſine cauſa tam crudeliter vexarunt. Porro quæ ſequuntur

Digitized by Google

faciente Deo, tantum hominum malitia Saul incitatur, habere ſe occaſionem juſtam de ipſis conquerendi, divinoque judicio ſiſtendi: quaſi dicat, Si nullus me apud te eſt calumniatus, & adverſum me incitavit, occaſionem habeo culpam fatendi, & agnoſcendi, manu Dei factum iſtud, qui ita me caſtiget. Ideoque mihi hoc tantum ſupereſt, ut ſupplex ad ipſius miſericordiam confugiam: ſed quum videam homines eſſe inſtar incendiariorum & flabellorum ad tuum furorem erga me excitandum, agnoſco quidem mihi præberi occaſionem me coram Deo dejiciendi, ſine cujus voluntate video id non fieri: ſed etiam amplam & juſtam occaſionem habeo de iis conquerendi, à quibus adverſum me incitaris, & vere poſſum dicere, ipſos eſſe improbos & maledictos homines, quorum calumniis & malevolentiæ nullam occaſionem præbui. Atque iſte videtur eſſe verborum Davidis ſenſus. Porro quum ait, ſe malle cum Deo, quam cum hominibus negotium habere, quemadmodum etiam quum illi à Domino jacta eſt optio, aut belli, aut famis, aut peſtis, qua tam ipſe quam populus à Domino puniretur, quod populum recenſere voluiſſet contra Domini mandatum, non dubium eſt, quin agnoverit, quod ipſe in Pſalmis profitetur, apud Deum eſſe locum miſericordiæ, ſed apud homines tantum ſævitiæ & crudelitati: ideoque peſtem & bello & fami antepoſuerit, illam agnoſcens eſſe Dei manum particularem. Quid ita vero? Nam, obſecro, nonne & bellum Dei flagellum eſt? Sane: ſed locus ille, quo David profitetur, ſe malle in Dei, quam in hominum manus incidere, indicat, ipſum malle cum Deo, quam cum hominibus habere negotium: nam ad ipſius miſericordiam confugiens, & coram ipſius juſtitia prorſus obmuteſcens, & peccata confeſſus, veniamque ipſorum deprecatus, ſperat ſe facile in gratiam à Deo receptum iri, non autem ab hominibus, qui mihi dominantes & ſe ulciſci cupientes, nullam ſpem ſalutis, quippe inexorabiles, dare poſſunt, quum contra reipſa ſim edoctus, Domini caſtigationes in meum commodum & ſalutem ceſſuras, & ex illis novam occaſionem nominis ipſius glorificandi mihi oblatum iri. Itaque ex eo loco hic intelligendus eſt, ut Davidem ſciamus, de hominibus loquentem, non ideo tamen Dei providentiam excludere: ſed malle ſe à Domino ipſo caſtigari, quam ab hominibus accuſari, & calumniis urgeri, quibus adverſus ipſum Saul incitaretur. Itaque David, quum Saulem compellat iſtis verbis, ſe profitetur velle Deo conciliari, & cum omni humilitate ad ipſius miſericordiam confugere, & ſalutem exſpectare, ubi cognoverit Deo auctore Saulem ſe perſequi: ſed ſi hominum opera id fiat, habere ſe adverſus ipſos ſuas exceptiones: & hic videtur ſimplex Davidis verborum ſenſus, ex quibus hæc docum agere, & nos longe plura commeritos eſſe. Cæterum non ideo eſt animus deſpondendus, ſed contra ubi peccata noſtra agnoverimus, & noſipſos noſtro ſuffragio reos judicaverimus, tamen ad ipſius miſericordiam, tanquam tutiſſimum aſylum confugiamus. Itaque peccata confiteri coram Deo non ſatis eſt, quum rei ſumus, ſed eorum etiam venia ſuppliciter eſt petenda: ſiquidem improbi ſæpe peccata fatentur, & ſe reos coram Domino agnoſcunt, ſed in deſperationem cadunt, & adverſus ipſum Deum inſurgunt, & ferociter agunt. Atque ſub nomine ſacrificii iſta duo continentur, peccatorum nimirum confeſſio, & divinæ miſericordiæ deprecatio, ut ipſemet nobis ad ſe deprecandum & veniam conſequendam viam aperiat. Porro, quod ad alteram illam partem attinet, de hominibus, quorum manu Deus ad nos affligendos utitur, altius etiam aſſurgere nos oportet, & ſupra mundum efferri, & hanc doctrinam uſurpare, peccata noſtra confitentes, Deumque laudantes, ut, licet vere coram Deo & hominibus teſtari poſſimus, inimicos noſtros nulla prius à nobis neque contumelia neque injuria provocatos, tamen ſi Deo placuerit nos caſtigare, placide nos ipſius judiciis ſubmittamus, hoc uno contenti, Deum velle à nobis ſic glorificari. Atque hujus doctrinæ exemplum ipſe David nobis in ſeſe propoſuit: quem quum filius Abſalomus bello perſequeretur, & omni genere contumeliarum obrueret, tamen neque de ipſo, neque de reliquis ſuis inimicis admodum conqueſtus eſt. Sed ait, *Tacebo, Domine, quia tu feciſti.* Quid vero? Deuſne Abſalomum impulit ad patrem perſequendum, & ſeſe inceſto polluendum? Sane Deus non impulit, verumtamen David in hoc Abſalomi facto Dei manum ſe caſtigantis agnovit, & coram ipſo ſeſe ideo dejecit, quemadmodum & ſupra diximus, ipſum Davidem, quum à Semeï lapidibus peteretur, noluiſſe injuriam ulciſci: ſed ſub Dei manu ſeſe dejeciſſe. Reliqua deinceps pluribus perſequemur.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata agnoſcentes, quibus ejus iram in nos ita provocamus, ut ea, ſi ſummo jure nobiſcum ageret, graviſſimis pœnis & ſuppliciis ulciſci poſſet, precemur ipſum, ut ſe erga nos clementem & benignum Patrem oſtendat. Ut non tantum præterita peccata ſepeliat, ſed etiam in poſterum patienter ferat, ſic tamen, ut carnalibus omnibus cupiditatibus exutos, ſic ſui Spiritus donis veſtiat, ut ipſius gloriam pro virili noſtra promoveamus, & adverſus quaſcunque tentationes ſic pugnemus, ut tandem victores triumphemus, & ipſius nomen perpetuo glorificemus, & pro acceptis beneficiis immortales gratias agamus.

HOMI-

Digitized by Google

24. Et ſicut magnificata eſt hodie anima tua in oculis meis, ſic magnificetur anima
mea in oculis Domini, & liberet me de omni anguſtia.
25. Ait ergo Saul ad David, Benedictus tu, fili mi David, & quidem faciens facies, & potens poteris. Abiit autem David in viam ſuam, & Saul reverſus eſt in locum ſuum.

HEſterna Concione audivimus, Deum nonnunquam ſua veluti manu nos affligere, nonnunquam etiam aliis uti rationibus. Quoties autem ejus manum agnoſcimus, & ab ipſo malum manare cernimus, hoc unum nobis remedium ſupereſſe didicimus, ut obturato ore peccata agnoſcentes coram ipſo dejiciamur. Si vero hominum acceſſerit opus & voluntas, id eſt, illorum opera Deus utatur, quemadmodum qui alium percuſſurus manu baculum arripit, tum duplicem eſſe conſiderationem ſciamus. Nam ſæpe illi, quibus Deus utitur tanquam exequutoribus & miniſtris ſuorum judiciorum, improbi & flagitioſi ſunt: eorumque voluntas Dei voluntati maxime reluctatur, quos avaritia, ambitio, crudelitas impellit. Sic, exempli gratia, videmus Aſſyrios miniſtros fuiſſe Dei in cædendo populo Iſraëlitico, qui nihil minus quam de Deo & judiciis ipſius cogitabant, adeo ut nihilominus condemnationem mereantur, licet Deus ipſorum utatur opera, qui pravis inſtrumentis ad ſuum opus promovendum uti poteſt: & tantus eſt artifex, ut ſemper juſtus ſit in omnibus operibus ſuis, & tamen ii, quorum utitur opera, ſint rei & condemnabiles. Quare ſiquis pravo animo nos aggreditur, & variis modis affligit ſine cauſa legitima, ne non propterea Deum operari arbitremur, ſed eum nos ad pœnitentiam revocare, & ad ſalutem erudire ſciamus. Licet itaque de injuria nobis facta conqueri merito poſſimus, noſtramque apud Deum innocentiam proferre, & bona conſcientia nos tueri, quod ultro & ſine cauſa nobis inimici infeſti ſint & injurii: tamen Dei manum etiam agnoſcere nos oportet, & cum Davide dicere, Tu, Domine, feciſti, ideoque tacebo. Næ Davidem videmus merito fuiſſe de illata ſibi ab hominibus injuria palam conqueſtum: & tamen intus confeſſum, ſe miſerum peccatorem eſſe coram Domino, ante cujus tribunal obmuteſceret: & ita in uno eodemque facto, diverſo reſpectu, tacuiſſe & conqueſtum eſſe. Senſus igitur verborum Davidis hic eſt, ſe, ſi Dei ipſius manu aperte affligatur, coram ipſo dejectum iri, & culpam deprecaturum: quod nihil unquam homines proficiant adverſus Deum contendentes. Contra vero, ſi homines injuſti ipſum perſequantur, ſe merito ipſos condemnaturum, Deique judicio maledicendos ſtiturum. Denique Deum juſtum eſſe judicem agnoſcamus, quum ſuos caſtigat per homines injuſtos, & illis utitur ad ſua juſta judicia exequenda. Porro Davidis querelæ adverſus inimicos maxime continentur his verbis, *Quia expellunt me hodie, ne cooptatus hæream poſſeſſioni Jehovæ, dicentes, Abi, cole Deos alienos.* Næ Davidis hoſtes certum eſt iſtis ipſis verbis non uti ſolitos, ſed David factum potius quam verba attendit. Quamobrem quoties ad Deum accedimus, non ea tantum ſpectanda, quæ foris apparent; ſed, quæ intus latent, exquirenda. Deus enim judicat non ex rerum externarum facie; ſed ex rei ipſius veritate. Nam alioquin hypocritæ, & ſimulati homines, cauſam apud Deum obtinerent, ſi ex rerum externa facie judicium de ipſis ferretur, quandoquidem ſpecioſis ſemper rationibus ſua facta tuentur, & nunquam ſeſe ipſos ore proprio condemnant, quin potius perpetuo tergiverſantur, & varia, quibus hominibus fucum faciant, quærunt effugia: Deus autem non ſpecioſam ipſorum orationem, ſed culpam intuetur. Ita David hoc loco hoſtibus tribuit, non quod ore pronunciabant, ſed quod adverſus ipſum moliebantur & perficere conabantur. Nam quod ait, verum eſſe apparet ex eo, quod ſola Judæa purum Dei cultum retinebat, reliqua parte mundi ſuperſtitionibus & idololatria Dei nomen polluente. Quare quum Davidi nullus daretur in Judæa locus, in quo poſſet tuto habitare, & cum idololatris converſari cogeretur propter Saulis & aulicorum ipſius violentiam, nonne cogebatur tanquam ridiculus homuncio in omnium opprobrium venire, & tanquam profanus, & ab Eccleſia Dei rejectitius, ad Deos alienos confugere, & idololatrarum paganorumque hominum fieri ſocius? En cur David merito conqueritur de inimicis, quod ab ipſis expellatur ab hæreditate Domini. Ubi obſervandum, Davidem non tanti feciſſe domum, uxorem, reliquamque familiam, & quicquid in mundo pretioſum habere potuit, quam

mediis frui non poſſet. Quemadmodum & crebras videmus in Pſalmis ipſius querelas, veluti quum exclamat, *Quam amabilia ſunt tabernacula tua, ô Jehova exercituum. Deſiderio afficitur, etiamque deficit anima mea veniendi ad atria Jehovæ: cor meum & caro mea exclamant ad Deum fortem viventem.* Et alio Pſalmo, querelas ingeminans, ait, *Sitiens eſt anima mea Dei, Dei fortis viventis, dicens, Quando accedam, ut appaream in conſpectu Dei? ſunt mihi lacrymæ meæ cibo interdiu & noctu, dum dicitur mihi quotidie, Ubi eſt Deus tuus? Hæc recordans effundo in me animam meam, me fuiſſe tranſiturum in turba, greſſurum cum illis ad domum uſque Dei cum voce, cantu & laudationis multitudine feriante. Quid dejicis te, anima mea, & perſtrepis in me?* Denique Davidem videmus, licet excellentibus virtutibus ornatum, & ipſo Prophetiæ dono inſignem, ut alios erudire poſſet, optare tamen Eccleſiæ conjungi, & ordini ipſius ſubjici, fidemque ſuam tam ſacrificiis, quam aliis à Deo populo ſuo præſcriptis exercitiis confirmare. Quamobrem diſcamus, Deo volente verbum ſuum nobis prædicari, & quotidie ad illud audiendum invitari, hoc beneficium nobis ex ipſo exhiberi, ut ſacroſanctum ipſius nomen invocare poſſimus, & ſincere profiteri nos ipſius eſſe populum, & præterea ſacroſanctis illis Sacramentis Deum ſuæ bonitatis teſtimonium nobis offerre: ideoque majorem diligentiam à nobis exhiberi oportere, non tantum in cœtibus illis, in quibus Deus invocatur, frequentandis, ſed in Deo ſine ſimulatione venerando, & in ipſius verbi auditu indies proficiendo, quin etiam Sacramentorum perceptione magis ac magis excitari debere ad verum & ſincerum ipſius cultum & amorem, & cupere, Davidis exemplum ſequutos, à Deo recipi & admitti in filiorum numerum, eo magis, quo Deum videmus boni Patris officium erga nos facere. Quamobrem, quum à Deo hunc ordinem in ipſius Eccleſia ſciamus inſtitutum, tanto magis nos oportet ad Davidis exemplum confirmari; adeo quidem, ut ſi nos extorres eſſe contigerit, & in locis peregrinis verſari, in quibus Deus non ſincere colatur, gravius id & acerbius, quam omnium bonorum, facultatum, honorum, rerum denique in mundo optabilium, jacturam feramus. Næ David uxorem amiſerat, fortunis omnibus ſpoliatus erat, domo profugus, omni dignitate & honore ſpoliatus; ſed tamen non tanti fecit uxoris, familiæ, dignitatis, & honorum omnium jacturam, quanti abſentiam à domo Dei, & privationem tam excellentis illius privilegii in cœtu fidelium conveniendi, Deumque in reliqua turba laudandi. Atque hic eſt ſenſus verborum iſtorum Davidis, ſe à poſſeſſione Jehovæ expelli, nempe ab illorum cœtu, quos Deus in populum ſuum adſcicepti cultus Deorum alienorum, etiamſi corde abhorruiſſet. Quid igitur iis futurum eſt, qui ſe ultro in hoc periculum conjiciunt, & ſibi ipſis malum acceſſunt? Quamobrem primum demus operam, ut in iis locis maneamus, in quibus libertas pure Deum invocandi conceditur. Secundo caveamus, ne ob quamlibet neceſſitatem iis rebus, quæ divino cultui repugnant, adhæreamus. Neque enim erit apud Deum legitima ulla excuſatio, ſi idola colere nos ſimulemus, dicamus vero cor noſtrum ab iis longe abeſſe. Nec enim dubitandum eſt, quin illa ſimulatio coram Deo cultus alienorum Deorum reputetur. Sane certum eſt, Davidem, ſi fuiſſet in eam neceſſitatem conjectus, ex animo tantum flagitium fuiſſe abominaturum, quum agnoſcat, iſtud eſſe Diis alienis ſervire, quandoquidem unus Deus eſt verus, qui proinde adorari vult in Spiritu & veritate. Deum itaque ferre non poſſe iſtas hominum ſimulationes obſervemus, ſiquidem veriſſima eſt Filii Dei ſententia, tot locis in Sacris repetita, quum ipſa experientia comprobat, non poſſe homines duobus dominis inſervire, ſed alium amaturos, alium vero odio habituros: homines, inquam, non poſſe Deo & Diabolo ſervire. Sic David hoc loco profitetur, non licere ſibi hominum mores imitari, ut ſeſe ipſis accommodet, & gratificetur. Sed ait, Deo pure & ſincere eſſe ſerviendum, ut vere profiteri poſſimus, nos ipſius eſſe, & debitam reverentiam ipſi ſoli deberi. Et hactenus de iſtis. Pergamus in verborum iſtorum expoſitione, *Cur procedit Rex Iſraëlis ad quærendum pulicem unum, acſi perſequeretur pulicem in montibus?* Quibus verbis David, quam abjecta ſit & vilis ſua conditio, docet. Sed quæ tamen ipſi ſit honeſta, quod inimici ſuperbiam & arrogantiam dejiciat. Quibus verbis docemur, quomodo nos in mediis anguſtiis gaudere oporteat, quum ab hujus mundi proceribus & primariæ dignitatis viris injuſte affligimur. Se igitur David comparat pulici: q. d. Ecquis tandem honor & gloria Regi acquiretur, qui poteſt adverſus magnos exercitus bellum gerere, ſi jam vires ſuas explicet adverſus canem mortuum & pulicem? Næ cuilibet notum eſt, magno pudori verti potenti homini, & primariæ dignitatis viro, ſi in miſerum homuncionem impetum fecerit; aut robuſto, ſi in infirmum irruerit: quænam enim ad illum inde gloria? Si quis enim, exempli gratia, in languidum, & morbo tantopere debilitatum aliquem, ut ne pedem quidem movere poſſit, irrueret, & plagis laceraret, nonne indignum hominis facinus, & prorſus intolerandum omnes judicabunt? aut ſi quis primariæ dignitatis vir cum abjecto & vili aliquo nebulone rixetur, nonne ludibrio habebitur, & nihil forte & magnanimum in ſe habere

Pſal.84. verſ.1.

efferamur. Ac ſi Deus nos in gradum aliquem dignitatis & honoris evexerit, parati ſemper ſimus ſincera voluntate ei nos noſtramque dignitatem reſignare, ut, ſi abjicere nos volet, ejus voluntati obtemperemus, nec ægre feramus, quod in dies non creſcamus, donec ſupra nubes elati fuerimus. Sed Deo regendos nos ſinamus, qui, quod expedit nobis, ſatis novit. Hoc igitur ſedulo eſt obſervandum ex iſta Davidis concluſione, ut ſanguis ipſius tantum coram Domino effundatur: quibus verbis Saulem, & temeritatis & arrogantiæ inſimulat, q.d. ſanguinem ſuum non poſſe effundi, quin Deus non ſolum videat, quoniam ipſi omnia præſentia, ſed etiam reipſa oſtendat, ſibi curæ eſſe filiorum ſuorum ad ſe oculos attollentium querimonias, quoniam eos cuſtodit. Ex quo verbo aliam etiam doctrinam elicere licet: nempe, licet exiſtiment impii ſe impune ſanguinem noſtrum inſtar aquæ effundere, & eum nihili faciant propter arrogantiam & crudelitatem, nihilominus tamen guttulam eius non caſuram niſi in præſentia Domini, & ejus coram ipſo rationem olim eſſe reddituros. Si enim, ut in Pſalmo dicitur, lacrymæ noſtræ ſunt illi in pretio, & eas in phiala abſconditas ſervat, nonne multo magis ſanguis noſter? Hinc igitur diſcamus certo nobis perſuadere, Deum eſſe noſtrum protectorem, nec paſſurum ipſum, ut capillus ex capite noſtro ſine ipſius voluntate cadat, & nos ab hoſtibus noſtris vindicaturum, & tunc, quum nos cædere, & ultimo exitio perdere conabuntur, Deum non averſurum oculos à nobis, nec in malis noſtris cæcum futurum. Ac proinde licet patiatur nos ad tempus vexari, & hoſtes nobis ſuperiores eſſe, nihilominus ſingula, quibus nos afficient, mala coram Deo ventura, & coram ipſius tribunali omnium illorum rationem ipſos reddere tandem coactum iri. Hoc igitur primum eſt nobis notandum, ut conſolari nos poſſimus adverſus omnes tentationes & perſequutiones, quibus à Diaboli ſatellitibus premimur. Deinde docemur ab omnibus conviciis adverſus proximos noſtros abſtinere. Animis enim noſtris iſtud altius infigi oportet, Deum ſingula hominum facta & dicta animadvertere, & quamvis hominum præſentiam fugere poſſimus, nihilominus tamen Deum ſemper juſtum eſſe Judicem: quod & ab effectis ipſis agnoſcimus. Quis enim teſtis aderat tunc, quum Caïn fratrem ſuum Abelem interfecit? ſanguis tamen ipſius vindictam à Domino flagitare non deſinebat. Sic igitur etſi malefacta noſtra & flagitia conſpectum hominum fugiant, & coram ipſis

apparet, quanti fecerit Deus patientiam Davidis, & humanitatem, qua erga Saulem uſus fuerat. Næ ſi ſe David Regis ſanguine polluiſſet, perpetuo dedecore & ignominia fuiſſet obrutus, & apud omnes propter inhumanitatem merito exoſus fuiſſet & abominandus. Itaque David, licet non ignoraret, nunquam ſibi fore vitam tranquillam, quamdiu Saul viveret, maluit tamen parcere ipſius vitæ, quam ſanguine ipſius manus ſuas polluere. Sed hanc patientiam Davidis Deus remunerat, quum Saulem ad culpæ ſuæ agnitionem adigit. Neque enim dubium eſt, quin apud omnes innotuerit iſta Saulis confeſſio, non apud unum aut alterum teſtem, ſed coram toto exercitu facta. Nam tribus mille hominibus ſtipabatur, in quorum præſentia ſuam iniquitatem faſſus eſt, & ſe non quærere effugia aut vanas excuſationes demonſtravit, quum non modo culpam non minuit, ſed magis ac magis auxit. Itaque certum eſt, Saulem tanquam publicum præconem coram univerſo exercitu Davidis innocentiam prædicaſſe, ut ad omnes perveniret. Hinc igitur obſervemus, quantacunque ingratitudine homines laborent, nos, ſi patienter tulerimus, quicquid à Deo immiſſum fuerit, tandem ab ipſo locuplete remunerandos, qui in noſtrum commodum & utilitatem omnes injurias ab inimicis nobis factas facile ſit converſurus. Et ſi prima fronte & hominum opinione de nobis actum videatur, & res noſtræ peſſimo loco poſitæ, Deum tamen in ſalutem noſtram omnia converſurum, ſi Davidis exemplum ſequuti fuerimus. Cæterum obſervemus, Deum improbos homines ad peccatorum agnitionem adigentem, eo graviorem facere ipſorum condemnationem. Sane apparet, Saulem non fateri culpam per ludibrium, ſed ita fuiſſe affectum, ut diceret, ſe ſtultum & inſanum eſſe, & graviter erraſſe, licet tamen in poſterum ad meliorem frugem non ſit reverſus. Eo itaque major fuit ipſius condemnatio, quod ipſum ſua conſcientia redarguit. Quare quum deinceps contra conſcientiæ morſum Davidem eſt perſequutus, eo docemur non ſufficere, ut ante diximus, ſi ore culpam confiteamur, & nos conſcientiæ morſus redarguat, ſed aliquid amplius requiri. Fateor quidem, initium ad pœnitentiam eſſe triſtitiam & dolorem, ſine quo nulla unquam poteſt eſſe in nobis ad Deum converſio, ſed potius in malis obduratio. Itaque initium, quo ad meliorem frugem revertamur, & in viam, à qua aberravimus, reducamur, in hoc eſt poſitum, ut animi quadam ægritudine afficiamur propter peccatum, quod nobis diſpli-

Digitized by Google

occaſiones deinceps quæſiviſſe Davidem opprimendi; & ex ſequentibus facile conjiciamus, quamdiu in Judæa David habitavit, & in cavernis & ſpecubus latitavit, exoſum fuiſſe Sauli: & novas illi ſemper inſidias fuiſſe ſtructas. Quomodo igitur ſine ſimulatione pollicetur Davidi, ſe non amplius ipſi malefacturum? Profecto ita ſolent, qui veri timoris Dei non habent radices in ſe alte propagatas, quorum mutabilis eſt ſemper fides: quos etſi aliquando videmus bono affectu duci, certum eſt tamen, à Satana ſic poſſideri & coarctari, ut ad priorem ſtatum & malitiam ſubinde revertantur, imitati canes rabidos, qui, ſi jacentes non excitentur, quieſcunt; ſed accedentes dentibus lacerant. Sic hominis mens, in qua Dei timor non egit radices, poſtquam malitiæ veneno infecta eſt, ad tempus veluti ſopitas affectiones habet; ſed quæ minima quaque occaſione oblata excitantur & efferveſcunt. Quamobrem obſervemus, nos, ut inter homines ſincere & fideliter converſemur, & fidem retineamus, oportere vacuos eſſe omni ſimulatione & hypocriſi, & Deum in nobis operaturum, nequid nobis de nobiſipſis polliceamur, ſed ad Deum rerum omnium parentem aſſurgamus, qui ipſemet nobis facultatem ea, quæ promiſimus, implendi ſuppeditet. Et de Saulis falſa promiſſione hactenus: cui tamen Davidem non admodum fidiſſe apparet ex ipſius reſponſo, & iis, quæ deinceps ſunt conſequuta: ait enim, *Jehova reddet unicuiq; ſecundum juſtitiam ſuam & fidem ſuam. Ideoq; ecce quemadmodum vita tua magni fuit in oculis meis, ita magni erit vita mea in oculis Jehovæ.* Si David remunerationem exegiſſet à Saule, poſtulaſſet ſibi parem gratiam referri, ſeque priſtinæ dignitati reddi; ſed quoniam Sauli non fidebat, & incorrigibilem malitiam in ipſo animadvertebat, idcirco ad ipſum Deum confugit. Neque enim ſe in periculum mortis ultro vult conjicere, placato Saule, ſed periculum animadvertens id effugit, ne Deum tentare videretur. Atqui difficile eſt modum in iſtis ſervare. Nam hominum plerumque paſſiones tam ſunt fervidæ & æſtuantes, ut iram coërcere non poſſint: & deinde, ſi forte blanditiis alliciantur, facile ipſis imponatur. Sed Deus ſuos ab hoſtium dolis ſemper tutatur: cujus rei exemplum in Davide ſpectandum hic nobis proponitur, qui neque hoſtem ipſe ulciſci voluit, neque tamen ſeſe illi committere. Nos itaque hoſtium noſtrorum ingratitudinem experti, & in malcognito & occulto malo loquitur: ſed ubi detecta eſt iniquitas, eſſet temerarium, illis nos committere, quos ſuſpectos habere debemus. Interim tamen ita cavere nobis diſcamus, ne malum animum adverſus hoſtes foveamus, ſed ipſis bene ſemper velimus, etiamſi ingratiſſimi ſint. Difficile illud, fateor, ſed facile fore exemplo Davidis diximus, modo nos S. ſuo Spiritu rexerit. Denique ubi notæ ſunt fraudes hoſtium & ipſorum infidelitas, ut nulla ſit fides, nulla promiſſorum conſtantia, ne in laqueos ipſorum nos conjiciamus, ſed prudentiam adhibendam ſciamus, quam ipſe Deus largitur, & Domini noſtri præceptum imitemur, qui jubet nos eſſe prudentes tanquam ſerpentes, & ſimplices tanquam columbas. Ridiculum quidem, fateor, iſtud præceptum videtur: neque enim cum prudentia videmur poſſe hoſtium fraudes cavere, niſi accedat dolus. Sed contra Dominus noſter Jeſus Chriſtus, ita prudentes eſſe jubet, ut ab omni dolo & fraude ſimus alieniſſimi, contenti hoſtium dolos effugiſſe, quantum Deus dederit, & luce ſua nobis mentem aperuerit, & imminentia ab hoſtibus pericula detexerit: ſic prudentiam noſtram oportet à Deo pendere cum ſimplicitate columbina conjunctam: certoque perſuaſos eſſe, nos in Dei tutela eſſe, ac proinde quicquid homines adverſum nos moliantur, quoſcunque laqueos nectent, vitam noſtram in Dei manu & tutela fore. Et de Davidis moderatione, & prudentia in fugienda Saulis malitia dictum hactenus eſto. Quod ad oblectationem ipſius attinet, in ſequentem diem illam differemus.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata agnoſcentes, quorum rei ſumus, precemur ipſum, ut ſic nobis oculos aperiat, ut de ipſius erga nos voluntate certo perſuaſi nobis ipſis renunciare diſcamus, & ſine ſimulatione noſipſos condemnare, & ad ipſius miſericordiam confugientes veniam deprecari, & ejus juſtitiæ nos ita conformare, ut nihil nos impediat, quominus rectam viam inſiſtamus, &, quaſcunque pœnas immiſerit, placide feramus, & mala, quæ ab hoſtibus accepimus, bono compenſemus, & cum proximis eo animi candore & integritate converſemur, ut toto vitæ noſtræ curriculo pure & ſincere Deo ſervire, & ad ipſius cognitionem alios adducere pro viribus optemus & ſtudeamus.

HOMI-

Digitized by Google

ret à perſequutione,quam patiebatur, liberari. Nam ille quidem deinceps adverſus inimicos pugnavit, & victoria parta triumphavit: ſed tunc temporis ſibi quieſcendum ſtatuit, donec Deus ipſe Saulem ſuſtuliſſet. Itaque ſtatuendum nobis eſt,aperto bello, modo illud juſtum ſit, & à Domino probatum, poſſe nos uti jure belli; ſic tamen, ut, quantum fieri poteſt,humano ſanguini parcatur. Sed ſi conditio illa non adfuerit, ea eſt adhibenda cautio, & ea ſervanda æquitas, ut nihil,niſi quod licet, audeamus. Nam ſi,exempli gratia, improbi quidam homines in Eccleſiam Dei inſurgant, ac proinde ultima internecione delendi videantur,etſi non ſint extranei, ſed domeſtici hoſtes: quandoquidem adverſus ipſos auctoritate divina ſumſimus arma, certum eſt, licere quidem illos in prælio cædere,& ſanguinem illorum fundere. Sed ſi contra in manus noſtras flagitioſus aliquis improbi facinoris convictus inciderit,cujus puniendi auctoritatem ac poteſtatem non habeamus, licet ipſius Dei providentia nobis traditus, & illius coërcendi oblata nobis occaſio videatur, tamen publico judici tradendum illum eſſe,certum,& nihil auctoritate privata adverſus ipſum audendum, ſed ordinem à Deo præſcriptum diligenter obſervandum. Denique hinc colligimus,Davidi ſatis fuiſſe, ſi à Domino ex manibus Saulis, à quo ſibi tantum imminebat periculum, eriperetur, quod ſciret nondum licere ſibi vires ſuas adverſus illum hoſtem experiri, ſed in aliud tempus reſervandas, quemadmodum deinceps videbimus, Davidem à morte Saulis non refugiſſe viribus ſuam auctoritatem tueri. Sed oportebat illum exſpectare tempus opportunum, quo deinceps ipſi bello ſe tueri liceret. Jam vero convertitur ad preces, & ad Deum confugit,in quo acquieſcit,exſpectans dum Deus cuique pro meritis rependat. Eſt enim hoc loco verbum futuri temporis, quod ex uſu linguæ ſanctæ ſic accipitur,ut vel futurum tempus denotet,vel in precibus adhibeatur,tanquam votum,ut Deus rependat. Conveniens autem huic loco eſt utralibet iſtarum ſignificatio. Ecquid enim majorem vim habet ad coërcendos homines, quam quum à Deo actorum mercedem exſpectant? Qua enim re magis impellimur ad prava multa facinora, quam quod Deum exiſtimamus noſtri non meminiſſe. Nos itaque quum armari patientia voluerimus, & affectus violentos cohibere, ſtatuamus, Deum tandem opus ſuum perfecturum, ac proinde oportere nos placide & quiete exſpectare, dum reipſa Deus teſtatum faciat, ſe noſtri curam habere. Quoniam autem ſpes illa non poteſt non foveri precatione, idcirco voces iſtas Davidis ſic poſſu-

noſtræ bonitate & juſtitia conſtat, & tamen præoccupati homines ſuis paſſionibus iniquas adverſum nos ſententias tulerint,& ſuo ſuffragio condemnaverint, ad Deum provocare, & nos ipſius judicio ſiſtere: patienter interea ferentes hominum contumelias & injurias: & intrepide per medias illas tenebras incedentes, donec ſalutis dies advenerit. Porro quum David hic meminit juſtitiæ & fidei, melius exprimit, de qua juſtitia loquatur: neque enim ſi ſolius juſtitiæ meminiſſet, tam clare apparuiſſet quid per eam intelligeret, quam quum fidem adjungit. Porro fidei nomen, quod uſurpavit, proprie fidelitatem, integritatem & perſeverantiam in bono ſignificat: ſed hoc loco David ad Domini mandatum reſpicit, quo jubemur ſine fraude & malitia cum proximis agere. Quemadmodum,quum Paulus bene & juſte inter homines vivendi regulam præſcribit, ſingulos jubet in veritate cum proximis loqui. Verba autem cum factis conveniant oportet. Quamobrem David cauſæ ſuæ bonitate fretus, Deum rogat, ut, prout integritati & ſinceritati ſtuduit, & ſeſe adverſus Saulem ſponte inimicum candide geſſit, nec vias obliquas nocendi quæſivit, ita Deus ipſum beet & fortunet. Hic autem quædam oboritur quæſtio, Deumne invocare poſſimus, ut nobis pro meritis rependat: quandoquidem nimia iſta videri poſſit arrogantia: quod etſi coram hominibus juſtiſſimi habeamur, & irreprehenſibiles,tamen ſi coram Dei tribunali ſiſtamur, in multis arguamur & condemnemur. Quid igitur facto eſt opus? Nempe ut reatum noſtrum & culpam agnoſcamus, & ſinguli nos ipſos expendamus, & conſcientiam accuſantem audiamus. Sed,obſecro, quam pauci ſe accuſant? Vix unum in millibus invenias, qui non aliquam excuſationem prætexat, ſuamque cauſam,ut bonam,tueatur. Sed eſto, ſine ſimulatione & hypocriſi nos omnia geſſiſſe ponamus, & cum candore & integritate cum proximis vixiſſe, quis ideo tamen coram Deo ſuam juſtitiam aſſerere, juſtumque ſe audebit profiteri? Deus enim longe penitius quam homines facta ipſorum intuetur. Quamobrem nimium impudens arrogantia videtur, ſi quis ſuam juſtitiam audeat coram Deo profiteri, & ſecundum ſua merita ſibi rependi, poſtulare. Sane iſtud mentibus noſtris alte infixum eſſe oportet, quum nobis negotium eſt cum Deo, ſolum illum eſſe noſtram juſtitiam, coram quo ſubſiſtere ſine ipſius miſericordia nequeamus, quod unius criminis nobis conſcii in mille ab ipſo redarguamur. Ac licet ipſi ad vitia noſtra cæcutiamus, Deus tamen probe novit,qui ſimus, & conſcientia noſtra major eſt, ut loquitur Paulus & Joannes in epiſtola priore cano-

Digitized by Google

ſe noſtræ cum adverſarii cauſa, poterimus eundem, quem hoc loco David, ſermonem uſurpare. Longe enim aliud eſt de privato quopiam facto, quam de tota vita & illius integritate loqui. Nam ſi unam aut alteram, imo ſi plures coram Dei tribunali virtutes attulerimus, quibus nos tueri velimus, Deus mille offenſas adverſus nos regeret, & de illis convincet. Itaque nulla eſt ratio virtutis unius aut alterius, reſpectu tot vitiorum, quorum pene infinitus numerus coram Deo eſt: non aliter ac ſi quis debitor creditori ſatisfaceret ex parte, & pro centum aut ducentis coronatis ſex aut ſeptem perſolveret, eoque nomine ſe creditori ſatisfeciſſe diceret. Atqui nulla eſt proportio quinque aut ſeptem iſtorum coronatorum ad centum aut ducentos, quorum nomine tenebatur, ut immerito ſatisfeciſſe creditori ſe dixerit, qui pro tam ingenti ſumma tam exiguam perſolverit. Non alia eſt noſtri ratio coram Deo, quod ipſi multum debeamus, & perſolvendo ſimus impares: niſi ipſi pro immenſa ſua miſericordia & clementia noſtri miſereatur, & ultro debita nobis remittat. Nam eſto, in hoc vel illo facto Deo ſatisfaciamus, ſi tamen ad totius vitæ noſtræ examen devenerimus, nos ſolvendo impares eſſe fatendum erit. Quamobrem Davidem hoc loco ſciamus noluiſſe coram Deo ſeſe ita prædicare, ut perfectionem aliquam & vitæ integritatem jactaret, in qua nihil deſideretur: ſed comparationem inſtituiſſe cauſæ ſuæ cum Saulis cauſa, qui immerito ipſum perſequebatur, Deumque rogaſſe, ut, quandoquidem Saul animo infeſto & crudeli ad mortem ipſum perſequebatur, Deus judicaret, & cuique pro meritis rependeret. En quo jure David à Domino efflagitet, ut cuique ſecundum ſuam juſtitiam rependat, & quo ſenſu ipſemet Pſ. 18. dicat, Deum reddidiſſe ſibi ſecundum juſtitiam ſuam, & ſecundum puritatem manuum ſuarum reſtituiſſe. Quo loco ſane David non prædicat laudes ſuas, ut in hominum admirationem veniat: ſed potius, ut duplicem erga ſe Dei gratiam commendet: nimirum quod ex parte ſic ipſum Sancto ſuo Spiritu rexerit & gubernaverit, ut cum ſumma integritate & animi candore cum proximis vixerit, neminique injurius fuerit: deinde quod altera ex parte ſic bearit, ut felicem ex afflictionibus exitum ipſi conceſſerit: &, licet ad tempus affligi permiſerit, fuiſſe tantum illam explorationem, quæ in ipſius ſalutem ceſſerit: quandoquidem Deus tandem ipſum ex omnibus periculis erutum tempore opportuno juvit. Atq; hic locus eo inſignior eſt, & diligentius à nobis conſiderandus, quod multos nimium audaces videmus in provocando ad Dei judicium, quos omnes, vel etiam ipſi infantes, injuſtos homines, & contumelioſos eſſe ſatis norunt: ſed tamen qui nulla Dei reverentia du-

eos, adverſus quos pugnarent. Bellum enim juſtum eſt, & ipſe Deus gladium permittit, & poteſtatem facit hoſtes gladio feriendi & interficiendi. Deus itaque in manum tradit eos, quos cædi vult. Quemadmodum facinoroſos in Judicum manum tradit, ut in ipſorum flagitia inquirant, & pro meritis pœnas repoſcant, ſuoque fungantur officio: veriti, ne, ſi flagitioſum inultum dimiſerint, rationem ab ipſis Deus repoſcat; ſunt enim malefici tanquam depoſitum, cujus rationem ipſos oportet Deo reddere: atq; hæc una eſt tradendi ratio, quum Deus poteſtatem facit alicujus cædendi, talemq; ſuam eſſe voluntatem, non dubiis ſignis oſtendit. Altera eſt, quum Deus quidem facultatem cædendi hoſtis offert, ſed non tamen facit poteſtatem. Quare vero tunc tradere Deus dicitur? Nimirum ut nosipſos exploret, &, an ſponte noſtris affectibus frenum injiciamus, cognoſcat. Nam multi quidem ſæpe ſeſe magnopere commendant, ſi voluntatem ſuam non exequantur, & hoſtibus nihil mali intulerint, neque in perſona, neque in facultatibus offenderint: ſed præpoſtera gloriatione, quod non ſit ipſis oblata opportunitas, neque facta à Deo poteſtas inimicos ulciſcendi. Tunc igitur maxime apparet coram Deo ſincera noſtra erga ipſius cultum voluntas, & erga proximum dilectio, quum nihil impedit, quominus ipſi noceamus, & injurias ulciſcamur, & tamen ultro noſtris affectibus imperamus, & ab omni injuria abſtinemus. Licet igitur Deus nonnunquam hoſtes noſtros ita dejicit, & in manus noſtras tradit, ut videatur ipſos tollendi oblata opportunitas: non ideo tamen ſit poteſtas in ipſos ex animi noſtri libidine ſæviendi: ſed potius ſic exploramur à Deo, an ab ipſius voluntate potius quam à noſtris affectibus toti pendeamus, ut à malo, quod prohibuit, abſtineamus. Ita Saul in manus Davidis traditus eſt, quod ex ipſis contextus verbis apparet, quibus dicitur Deus ſomnum immiſiſſe in Saulem & in univerſum ipſius exercitum. Idcirco enim vocatur ſomnus Dei, non tantum ideo, quod certiſſimum eſt quietem illam, quam Deus nobis ad vires reficiendas dat, ut diurno labori ſufficiant, divinum eſſe donum: & ſingulare bonitatis ipſius erga nos teſtimonium, non minus quam cibum & potum, eſſe ſomnum. Sed hic alia ſit ſomni mentio, nempe ſoporis cujuſdam, quo Deus tam Saulem quam univerſum ipſius exercitum oppreſſit, & tanquam malleo percuſſit, ut prorſus obſtupuerit. Sic enim ſolet Deus, vel liberaturus nos è periculis, vigilantes & attentos reddere: vel contra oppreſſurus, ignavos & ſtupidos efficere, oculorum aciem frangere, auribus ſtuporem inferre, denique ſenſus omnes inutiles reddere. Quamquam præter hunc ſtuporem alius etiam accedit, de quo Scriptura loquitur, quum divinæ Legis contem-

Digitized by Google

& docuimus, ſignum fuiſſe viſibile Regiæ dignitatis. Nam etſi non erat Saulis regnum perpetuum, Deus tamen illi tantam dignitatem & auctoritatem ad tempus conceſſerat, ut populus ipſum revereretur, tantiſper dum is mitteretur, qui erat Domini noſtri Jeſu Chriſti figura futurus. Hoc igitur David probe noſcens, abſtinet ab omni injuria, in Dei voluntatem intentus, quam violare nefas ducebat, donec ipſe Deus manu ſua coërceret inimicum. Hinc itaque neceſſariam nobis & utilem doctrinam in genere primum colligamus, nempe eos omnes, qui de Chriſti nomine dicuntur Chriſtiani, Dei unctos eſſe, & abſtinendum eſſe ab omni moleſtia & injuria, ne Dei ipſius Majeſtatem, & aſylum, quo tuti ſunt, violemus. In primis vero ſciamus, Deum eſſe Regum, Principum, & ſuperiorum omnium protectorem & defenſorem, ne quis privatus audeat ullam ipſis injuriam inferre. Tum vero maxime, quum de ſupremo illo Filii Dei regno agitur, tenendum eſt, ipſius Majeſtatem, quæ in eo maxime apparet, venerandam, & Domini noſtri Jeſu Chriſti nomen pro merito colendum: ac proinde fore, ut, ſi adverſus ipſius verbum ſimus blaſphemi, & turbas in ipſius Eccleſia dederimus, & offendiculis occaſionem præbuerimus, Deus coërceat, & tanquam adverſus ipſius Majeſtatem inſurgentes & cornibus illi inſultantes compeſcat. Quamobrem ſummo ſtudio nitendum eſt, ut ad illius obſequium & honorem, quem nobis Deus ſummum Regem præfecit, parati ſimus, & in omni modeſtia nos ſub eorum auctoritate contineamus, quos Deus in ſummum dignitatis gradum evectos nobis præfecit. Tranſeamus ad reliqua Davidis verba. Ideoque, inquit, ecce quemadmodum vita tua magni fuit in oculis meis, ita magni erit vita mea in oculis Jehovæ, & eripiet me ab omni anguſtia. Ex quibus verbis apparet, Davidem, etſi probe noverat Saulis ingratum animum, non tamen fuiſſe benefaciendo fatigatum. Quod ſingulari obſervatione digniſſimum eſt, ſiquidem à natura omnibus inſitum eſt, ut unicuique rependamus prout nobis fecerit, & quidem ea opinio Legis vim apud omnes obtinet: ſed apparet contra, Deum jubere, ut inimicis & hominibus indigniſſimis benefaciamus. Quamobrem imitari nos Davidis exemplum oportet, & tanquam ad amuſſim nobis propoſitam actiones noſtras exigere, ut licet prava ſit hoſtium voluntas, & in maleficiis obdurentur, ac novis injuriis ſubinde nos laceſſant, nihilominus tamen oportere nos conſtantium impatientia, quod nunquam venturum tempus exiſtimemus remunerationis, ſiquidem nunquam Deus feſtinat, ſed ſuſpenſos tenet diem, menſem, annum, ut videamur operam luſiſſe, quum ipſius cultui nos dedimus, & fruſtra noſtrum ſtudium in ipſius obſequium adhibuiſſe: quæ ſane graviſſima tentatio eſt. Verum enimvero diſcamus Dei voluntati, quæ immutabilis eſt, acquieſcere, & viciſſim frenum noſtris affectibus injiciamus, ſenſuſque noſtros captivos ducamus, ut vere cum Davide dicere poſſimus, Deum, licet homines ingratiſſimi ſint, tandem æquiſſimum & juſtiſſimum judicem apparituram, & reipſa patefacturum, vitam noſtram, quæ vilis & contemta eſt apud homines, ipſi eſſe pretioſiſſimam. Et de Davidis verbis hactenus, quibus ſe à Deo pendere, & remunerationem exſpectare teſtatus eſt: ad Saulis reſponſum veniamus, *Benedictus es, fili mi David, & conficies plane, & omnino prævalebis.* Quum Dei benedictum dicit, in ſe ſuumque caput Dei maledictionem pronunciat: vox enim illa Benedicti Deum reſpicit, quandoquidem nemo ſine Deo benedictus. Eſt enim is benedictus, quem Deus approbat, & in filiorum habet numero, eique benedicit. Atqui Saul Davidem ultro perſequebatur, & tanquam hoſtem capitaliſſimum ad mortem quærebat. David autem erat à Deo benedictus, ideoque Saulem ipſum perſequentem oportuit eſſe Dei maledictioni obnoxium, quandoquidem adverſus eum pugnabat, cui Deus favebat. Neque enim fruſtra Deus dicit, Ero amicus amicorum tuorum, & inimicus inimicorum: & plena eſt Scriptura iſtiuſmodi Dei promiſſionibus, quibus ſe Deus ſuorum clypeum, arcem, propugnaculum eſſe profitetur, cauſamque ſuorum tutaturum, & eos judicaturum, à quibus oppreſſi fuerint. Quod quum Saul non ignoraverit, ſiquidem à natura iſtud eſt omnium animis inſitum, apparet, Saulem ſpiritu furoris & amentiæ impulſum fuiſſe, quum Davidem, quem benedictum fatetur, tantis odiis perſequeretur: nam hac ratione ſeipſum maledictioni divinæ ſubjecit, & ultro ſe in reproborum numero haberi voluit. Atque hac ratione Deus in ſenſum reprobum eos conjicit, qui in vitiis indurantur, & adverſus ipſius verbum occalleſcunt, ut amplius bonum à malo non diſcernant: denique in illis impletur, quod divus Paulus primo capite epiſtolæ ad Romanos ait, eos, qui Deum non glorificaverunt, traditos fuiſſe à Deo in mentem omnis judicii expertem, ut facerent id, quod non oportet. Profecto ſi Saul

no regnum retineat? Neque enim ſimulate dicebat, Davidem Regem fore; ſed coactus, quod Deus hoc teſtimonium ipſius animo altius impreſſiſſet, non quidem ut ſolet Deus in fidelium cordibus gratiam ſuam obſignare: nam ſigna, quæ Deus nobis in Eccleſia dat, ſunt inſtar ſigilli, quod in cera molli imprimitur. Deus itaque miſericordiam ſuam in animis noſtris ſic obſignat, ut magnam ex ea ſuavitatem ſentiamus & percipiamus, ideoque etiam Dei Spiritus vocatur ipſius promiſſionum ſigillum, quod ipſe Dei Spiritus auctoritatem apud nosipſos conciliet, faciatque, ut ipſis fidem adhibeamus. Sed Deus alia ratione teſtimonium regni Davidis in animo Saulis impreſſerat, nimirum ut ſolet inuri maleficis nota aliqua vel in fronte vel alia corporis parte, quæ nota tantum abeſt, ut ipſis ſit honori, ut contra perpetuo dedecori ſit & infamiæ. Saul igitur de regno Davidis loquitur, quod in ipſius animo Deus hanc certitudinem impreſſiſſet, oportere Davidem regnare. Nos vero hinc diſcamus Deum rogare, ut ſuarum promiſſionum certitudinem ſic animis noſtris inſcribat, ne Saulem imitemur, ſed ut potius tanquam ceram flexiles ad ipſius obſequium faciat. Davidi quidem profecto nihil commodi aut incommodi adferebat iſta Saulis pollicitatio: ſed eam tamen illi Deus extorſit, ut ſervum ſuum Davidem magis ac magis confirmaret, vel ipſius infeſtiſſimi hoſtis confeſſione & aſſeveratione: nam etſi Saul Dei voluntati reſiſtebat, ejuſque decretum evertere nitebatur, Deus tamen ipſi invito hanc confeſſionem extorſit, oportere Davidis regnum confirmari. Quod ſane veritatis divinæ teſtimonium non parvum pondus habuit ad Davidem erigendum & conſolandum. Sic Balaamum olim videmus operam ſuam locaſſe, ut mentiretur, & Prophetiæ prætextu falleret: ſed tamen contra mentem fuiſſe à Deo coactum efferre quæ Deus jubebat: quo facto magis confirmatus eſt Dei populus, quam ſi nunquam accidiſſet. Nam etſi Prophetæ loquentes ſunt Sancti Spiritus organa & inſtrumenta, &, quæ dicunt, cum reverentia & timore ſunt à nobis excipienda, & illis acquieſcendum, tamen quum cœcos & Diaboli ipſius mancipia videmus adverſum ſeipſos ferre teſtimonium, & cogi magno ſuo cum dedecore divinam voluntatem profiteri, quemadmodum videmus ad ſupplicium damnatos cogi ſui Judicis æquitatem agnoſcere, magnopere nos juvat, & in Dei promiſſis confirmat. Sic igitur Balaamum oportuit prædicare liberationem populi & proſperum ipſius ſucceſſum, Deique veritatem palam aſſerere; & fateri, Dominum Deum Iſraëlis non eſſe ſimilem mortalibus: veritatem enim dicere, & voluntatem ipſius æternam eſſe, quum tamen mortales in horas mutentur. Ita coactus eſt quod ipſe Deus ſuggeſſerit, ad fraudes & dolos ipſorum effugiendos. Sane fideles quidem oportet perpetuo in ſimplicitate ambulare, ut monet Chriſtus, ſed non ideo tamen ſe præcipites in pericula dare debent, & veluti clauſis oculis in improborum laqueos ferri, & ultimum ſibi exitium accerſere. Quod obſervatione digniſſimum eſt his temporibus, quibus nota eſt inimicorum fidei pravitas, quos certiſſimum eſt, nullum genus crudelitatis omiſſuros ad penitus peſſumdandam Eccleſiam, ſi facultas ipſis daretur. Sed quoniam non offertur occaſio & opportunitas, ad fraudes vulpinas confugiunt, & miris blanditiis incautos invadere fideles moliuntur, ſuam interim pœnitentiam ſummopere commendantes, & meliorem in poſterum mentem pollicentes. Næ ſi fides iſtis fraudulentis hominibus adhiberetur, momento fideles peſſumdarentur. Quamobrem oportet fideles ſibi cavere: quum præſertim nullam fidem, nullam integritatem, nullum animi candorem eſſe videant in iis, qui adverſus Deum & ipſius Eccleſiam pugnant, quam, ſi poſſent, tanquam feræ beſtiæ laniarent, quum nihil niſi ſanguinem ſitiant: &, ſi poſſunt, pro viribus impedire, ne prima quaque occaſione illi in incautos ſæviant, & ad ingenium redeant, quemadmodum Saulem feciſſe videmus. Graves quidem, fateor, fuerunt Davidis tentationes, quod ſemel atque iterum Saulem infidelitatis arguit, & nihilominus eandem conditionem ſemper expertus eſt, coactus illius infidelitate vitam tolerare modo in antro & ſpelunca, modo etiam ſiti, fame, frigore, æſtu, multis denique miſeriis & afflictionibus agitari & urgeri. Hinc itaque diſcamus, Deo nos variis calamitatibus & afflictionibus exercente, & omnem lætitiæ materiam nobis auferente, non ideo tamen animum deſpondere, & ab officio reſilire, ſed potius inde occaſionem capere ad Deum cum vera pœnitentia nos convertendi, & Davidis exemplo nos in mediis afflictionibus conſolandi. Rara quidem, fateor, virtus: vix enim unum ex millibus reperias, qui afflictionibus multis obrutus, non graviter conqueratur, & animum deſpondeat: hic enim ait, ſe, ex quo Euangelium amplexus eſt, miris modis vexatum fuiſſe: ille vero mirum eſſe clamabit, nullam dari miſeris quietem, quum adverſariis tamen omnia ex animi ſententia & libidine ſuccedere videantur. Ac proinde optare, ut Deus, ſi non prorſus ſimilem cum adverſariis conditionem, ſaltem aliquam concedat. Nos vero affectibus noſtris moderari diſcamus, & licet ab inimicis, quibus pepercerimus, inique tractemur & cruciemur, ne propterea tamen unquam à Dei invocatione dimoveamur, ſed patienter injurias ferentes, officio noſtro fungamur, &, inimicis noſtris alta quiete fruentibus, interim aquam anguſtiæ bibere ne ægre feramus: quemadmodum

Digitized by Google

CAP. XXVII.

1. ET ait David in corde ſuo, Aliquando incidam una die in manus Saul: nonne melius eſt, ut fugiam, & ſalver in terra Philiſtinorum, & deſperet Saul, ceſſetque me quærere in cunctis finibus Iſraël? fugiam ergo manus ejus.
2. Et ſurrexit David, & abiit ipſe, & ſexcenti viri cum eo, ad Achis
filium Maoc, Regem Geth.
3. Et habitavit David cum Achis in Geth, ipſe & viri ejus, vir & domus ejus, David
& duæ uxores ejus, Achinoam Jezraheliris, & Abigail uxor Nabal Carmeli.
4. Et nunciatum eſt Sauli, quod fugiſſet David in Geth, & non addidit ultra quærere eum.
5. Dixit autem David ad Achis, Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in
una urbium regionis hujus, ut habitem ibi: cur enim manet ſervus tuus in civitate Regis tecum?
6. Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam cauſam facta eſt Siceleg Regum Juda, uſque in diem hanc.
7. Fuit autem numerus dierum, quibus habitavit David in regione Philiſtinorum, quatuor menſium.
8. Et aſcendit David, & viri ejus, & agebant prædas de Geſſuri, & de Gerzi, &
de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur uſque ad
terram Ægypti.
9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum & mulierem: tollenſque oves, & boves, & aſinos, & camelos, & veſtes, revertebatur, & veniebat ad Achis.
10. Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Reſpondebat David, Contra
meridiem Judæ, & contra meridiem Jerameel, & contra meridiem Ceni.
11. Virum & mulierem non vivificabat David, nec adducebat in Geth, dicens, Ne
forte loquantur adverſus nos. Hæc fecit David: & hoc erat decretum illi omnibus diebus, quibus habitavit in regione Philiſtinorum.
12. Credidit ergo Achis David, dicens, Multa mala operatus eſt contra populum
ſuum Iſraël: erit igitur mihi ſervus ſempiternus.

DAvid tandem multis exantlatis laboribus, multis difficultatibus & tentationibus ſuperatis, tandem extorris patria in alienam regionem fugere cogitur: & ſane graviſſima fuit inter omnes tentationes iſta, quum coactus eſt exulare terra, quam Deus Abrahami poſteris in hæreditatem conceſſerat: ut veriſimile ſit, Davidem hoc exilium ipſa morte gravius tuliſſe. Et hoc quidem fuit inimicorum ipſius conſilium, ut ante vidimus ipſum cum Saule expoſtulantem his verbis, *Quia expellunt me hodie, ne cooptatus hæream poſſeſſioni Jehovæ, dicentes, Abi, cole Deos alienos.* Abſtinuit profecto David hoc poſtremo: nam certum eſt, ipſum non fuiſſe ullo cultu idololatrico pollutum; ſed tamen ad incredulorum & populi Judaïci infenſiſſimorum hoſtium miſericordiam confugere, & opem ipſorum implorare coactus eſt: licet jam antea periclitatus inter illos eſſet, ut vidimus ipſum captum à Philiſtæis, & apud Regem accuſatum, in diſcrimen veniſſe capitis, ut nulla ipſi fuerit alia hujus effugiendi periculi ratio, quam inſaniam ſimulare, ſpumando, & geſtus inſani & furioſi hominis ſimulando. Quare, quum denuo in hanc neceſſitatem impulſus eſt, profecto veniſſe ipſum in magnas anguſtias, non eſt dubitandum,

Digitized by Google

ſeparari. Non dubium eſt igitur, quin graviſſima fuerit iſta tentatio, & ſumma anguſtia, non poſſe in quodam angulo in montibus & ſpeluncis Judææ vitam ſuſtentare. Atque hoc exemplum magni fieri à nobis debet. Ecquis enim neſcit experientia ipſa edoctus, homines nimium eſſe molles & delicatos, Deo ipſos explorante variis calamitatibus? Nempe ſibi quiſque delicias facit, & ſe æquo durius tractari queritur. Itaque eo diligentius Davidis exemplum expendendum, & cum omnibus iis, quibuſcum luctari nos contigerit, calamitatibus comparandum. Nam ſi, exempli gratia, Deus hodie nos examini ſubjicit, & perſequutionem patimur propter Euangelii profeſſionem, an tamen eo modo, quo David, exploramur? an exulamus, tanquam ab iis, qui nomen Dei invocant, omnino reſecti, ſic ut nullibi pateat nobis locus, niſi in medio hoſtium, & nulla alia ratione vitam tutari poſſimus, quam in ipſa morte, neque tantum ad diem unum aut alterum, ſed ad multos annos? Quare agnoſcendus Dei erga nos favor noſtram imbecillitatem tolerantis, & noſtri miſerentis. Næ ingrati fuerimus, niſi patienter exſpectemus, donec ipſemet vires nobis ad hoſtes noſtros profligandos ſuppeditet. Si quis excipiat, Davidem nobis longe fortiorem fuiſſe, ſciendum eſt, non aliunde hanc fortitudinem manaſſe, quam à fide, qua in Deo acquievit, cujus Spiritu in ſummis difficultatibus ſuſtentatus eſt. Nos itaque Davidem imitemur, & noſtræ communis fragilitatis conſcii, remedium adverſus eam quæramus, Deumque precemur, ut nos dejectos erigat, & vehementius agitatos ac vacillantes ſuſtineat, viresque ſufficiat, quas ipſum opportuno tempore præſtiturum certiſſimum eſt: quicquid enim accidat, veriſſimum eſt, quod hujus libri 2. cap. vidimus, Deum prius morti tradere ſuos, quos vitæ deinde reſtituat, & in ſepulcrum dejicere, antequam inde eximat. Proculdubio potuiſſet Deus, ſi voluiſſet, Davidem in Judæa tutari, & adverſus Saulis inſidias tegere, ſed tamen toties morti ereptum voluit tandem omni ſpe vitæ excidere, niſi in manus hoſtium Dei ſeſe conjiceret. Itaque Davidem, hactenus miraculoſe liberatum, voluit in hoc diſcrimen venire apud Philiſtæos, ut in eo magis ac magis divinum opus appareret & perficeretur. Ex quo apparet, non ſine cauſa Deum fideles ſuos ad vivum uſque explorare, quandoquidem ipſius gratia tanto fuit illuſtrior, quanto gravior exploratio. Et ſane hac ratione Davidi videmus non tantum oblatam occaſionem & argumentum laudandi Deum, & eum defenſorem agnoſcendi, cui uni vitam acceptam debebat, ſed etiam ipſius exemplum hodie nobis eſſe loco doctrinæ, qua ad ipſum imitandum excitemur, perſuaſi, quotieſcunque Deus hoſti- etiam vitæ reſtituere. Denique hoc unum ſupereſt, ut, quæcunque conditio noſtra fuerit, vitam noſtram in ipſius manus deponamus; quod fiet, quum ipſum defenſorem noſtrum eſſe agnoverimus, & cum ex animo precati fuerimus, ut noſtri miſereatur, & promiſſiones ipſius amplexi fuerimus, eas perſuaſi ad nos pertinere, quos ex inimicis filios fecit, & per fidem Euangelii membra Filii ſui Domini noſtri Jeſu Chriſti: denique ut hanc doctrinam certius complectamur, ſciamus, Davidem tanquam figuram Domini noſtri Jeſu Chriſti nobis proponi, & tanquam exemplar, quod imitari nos oportet, quandoquidem commune ipſi & nobis eſt, quod de ipſo recitatur. Nam ſi ſpecialis ejus conditio fuiſſet, & à noſtra diſpar, objiceremus, ea, quæ ipſi contigerunt, non poſſe nobis eſſe utilia, neque in exemplum proponi: ſed quum oculis noſtris exhibetur, tanquam figura Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui caput noſtrum eſt, certo inferre poſſumus, liberationes, quas expertus eſt, nobis etiam hodie promitti, & ad nos ſpectare, ut minime dubitemus, Deum, nos manu tenentem, ex omnibus periculis opportuno tempore erepturum, licet undique mortis periculis urgeamur. Cæterum iſta fieri non poſſe ſine magnis anguſtiis & difficultatibus, certiſſimum eſt, quemadmodum & Davidem videmus gravi tentatione affectum, quum ait animo perturbato, *Aliquando incidam in manus Saulis: nonne melius eſt, ut fugiam, & ſalver in terra Philiſtinorum?* Profecto has voces effundens, & nullam aliam rationem ſupereſſe tutandæ vitæ exiſtimans, quam ad hoſtes confugere, ſatis indicavit, perturbatum fuiſſe ipſius animum, quem in hanc & illam partem fluctuaſſe, dubium non eſt, & apud ſe vehementer luctatum, ideoq; iſtud conſilium ad Philiſtæos confugiendi tandem cepiſſe. Quid ita? obſecro. Tantine vitam ſuam David faciebat, ut cum incredulis converſari malit, quam diutius in Judæa perſequutionem pati? vix enim ſe poterat ab omni corruptionis labe immunem tueri: ſed tamen minime dubium eſt, quin ſigillum integrum fidemque retinuerit factæ ſibi promiſſionis à Domino, & quin ab omni ambitione & avaritia fuerit alieniſſimus. Nam, ut ipſemet in Pſalmis teſtatur, in Dei manus vitam ſuam repoſuit, & jus Regiæ dignitatis ſibi debitæ non abjecit, quod in ea poſita eſſet ſalutis ipſius æternæ ſpes, ſiquidem non de terreno & caduco bono aliquo, ſed de certo pignore futuri olim regni Domini noſtri Jeſu Chriſti agebatur. Quare illum oportuit variis affici curis & moleſtiis, & cum multis difficultatibus luctari: licet dulcior ipſi mors futura fuiſſet, quam inter ſollicitudines & difficultates vitæ productio. Quin & ipſum Abrahamum eo redactum videmus,

ceque & jugulo ipſius mille gladios intentarent. Quamobrem fateri neceſſe eſt, divina providentia factum, ut David gratiam apud iſtos homines invenerit, qui alioqui io ipſum crudeliter ſævituri videbantur. Hoc ſæpe ſacra Scriptura teſtatur, Deum flectere hominum corda ad ſuum arbitrium, & quidem hominum improborum, ac leonum iras ita frangere, ut in agnos mutentur, quoties ipſi videtur, non quidem ſic, ut naturam mutent ſemper, ſed tamen ut ipſorum furorem & rabiem adverſus ſuos compeſcat & coërceat. Sic videmus Iſraëlitas gratiam inveniſſe apud Ægyptios, à quibus pretioſiſſima vaſa aurea & argentea acceperuot: ſic etiam contra in Pſalmis Deum audimus Philiſtæorum animos immutaſſe, ut Iſraëlitas perſequerentur, qui Deum ſuis peccatis adverſum ſe provocarant. Utrumque igitur iſtud in manu Dei poſitum eſſe, obſervandum eſt, nimirum, ut, quoties ipſi videtur, qui prius amici fuerant, efficiat nobis inimicos, & adverſum nos excitet, & ipſis utatur tanquam flagellis, quibus nos propter peccata caſtiget, ut ipſa Dei manu feriamur, improbis hominibus nos affligentibus, quod eorum opera velit uti ad noſtram correctiooem. Vel contra pro bonitate ſua immenſa, qui prius adverſarii & hoſtes infenſiſſimi fuerant, amicos faciat, qui rebus adverſis auxilium ferant: idcirco ſæpe apud Prophetas Dominus populum ſolatur, dicens, ſe facturum, ut gratiam inveniant apud hoſtes & peregrinas nationes, ut indicet, ſe, ubi caſtigaverit ſuos, ſi cum vera pœnitentia & humilitate ad ipſum confugerint, veniamque deprecati rogaverint, ut vulneribus medeatur, quæ ipſemet inflixit, effecturum, ut crudeliſſimi hoſtes, quorum dentibus jamjam laniandi videbantur & unguibus diſcerpendi, repente mutatis animis, noſtris commodis ſtudeant, & ſumma nos humanitate excipiant. Cæterum non dubium eſt, quin, cum Achis Davidem apud ſe recepit, diligenter in facta Davidis inſpexerit, & fidos homines habuerit, qui facta dictaque ipſius explorarent. Neque enim, etſi Davidem tam humaniter exceperat, efficere potuit, quin ipſi quodammodo diffideret, etſi ſperavit, ſucceſſu temporis Davidem io gratiam receptum, fidum ipſi ſervum futurum. Ex quo apparet, animum tanquam conſiliariorum ipſius, atque adeo etiam populi à Deo inflexum. Neque enim dubium eſt, quin ex ipſa plebe multi iniquis oculis Davidem intuerentur, & memoriam refricarent cæſorum à Davide vel amicorum, vel cognatorum, vel affinium: ac proinde ſumere de ipſo ſibi etiam meliorem occaſionem oblatum iri hoſtibus populi Dei damnum inferendi, & Regi Achis, ſine injuria tamen Iſraëlitarum, gratificandi. Hactenus igitur David ipſi nonnihil diſſimulat: tamen non eſt mentitus, quemadmodum paulo poſt mentiri ipſum audiemus, ſed io præſentia aliquid diſſimulavit, & quod veri ſpeciem habebat, propoſuit, etiamſi aliud pectore occultarit. Si quis igitur quærat, Davidine iſtud licuerit; reſpondemus, non omnem diſſimulationem ſemper eſſe vitioſam & condemnandam. Diſſimulare enim eſt partem conſilii noſtri tegere. Neque enim tenemur hoſtibus ooſtris omnia conſilia noſtra patefacere; imo ne fratribus quidem ſemper cogitationes patefacere cogimur, ſed tantum cum candore & integritate cum proximis converſari. Sic Paulus fideles exhortatur, ut cum integritate & animi candore inter homines vivant. Itaque diſſimulatio non ſemper eſt in vitio: ſed quum ita diſſimulatur, ut falſum dicatur, tunc diſſimulatio illa vitioſa eſt, & merum mendacium. Davidem igitur, diſſimulantem apud Regem Achis ſuum conſilium, reſpondemus, non peccaſſe, nec offendiſſe Deum: præterea laudandum ejus conſilium diſcimus, quo prævidit Philiſtæorum adverſum ſe odia & murmura, ſi cum ſuis militibus & familia diutius in urbe Regia manſiſſet, & præterea fore, ut Davidem ad ſuam religionem ſollicitarent, & cogere vellent, ægre ferentes, ſeparatam ipſum à ſua religionem habere. Quæ omnia providens, & ut libertatem haberet ſeſe purum ab idololatricis ſuperſtitionibus & pollutionibus conſervandi, ſeorſim habitandi facultatem ſibi concedi poſtulavit: etſi non dubium eſt, quin ſe multis periculis objiceret. Neque enim tam erat conſilii & rationis expers, quin prævideret, ſe in parvo oppido facile ab hoſtibus intercipi poſſe: &, ſi Philiſtæi adverſus ſe conſpirent, ipſorum injuriis expoſitum fore, & in urbe clauſum effugiendi viam nullam habiturum: ac proinde vitam ſuam ſingulis momentis magnopere periclitari. Verum, quicquid accidat, ſuperatis iſtis difficultatibus, mavult his periculis & incommodis habere libertatem Deo pure & ſincere ſerviendi, & ſe purum ab idololatricis pollutionibus conſervandi. Denique prudenter David odium omne hoſtium vitavit, & ſuſpicionem ambitionis, quaſi dignitatis aliquem gradum ambiret, contentus vitam obſcuro loco ducere & tueri. Rex igitur Achis dedit ei Siceleg. Ex quo apparet iterum impulſum à Deo Regem motu non ordinario: nam certum eſt, excæcatum à Deo

 Regem

berare non poſſumus, quod primum mendacii teneatur, quandoquidem ſimulans ſe in populum Judææ facere impetum, & à Rege interrogatus in quos irruiſſet, reſpondebat, ſe contra meridiem Judææ, & contra meridiem Ceni irruiſſe: quum tamen prædam ageret de Geſſureis & Girzæis & Amalecitis, adverſus quos tamen nullam odii cauſam habebat, & proinde adverſus Regem graviter peccabat. Nam quum tam humaniter ab Achis fuiſſet exceptus, quare ipſi erat injurius? quare querelas & bella, quatenus in ſe eſt, ipſi ſuſcitat? nulla enim exercebant odia inter ſe Philiſtæi & Geſſurei & Girzæi & Amalecitæ. Quare igitur David odiorum & bellorum cauſas ſerit? quare non melius agnoſcit acceptum à Rege beneficium? Graviter igitur adverſus Regem David peccavit: deinde & in alios videtur etiam fuiſſe injurius, quod nullis injuriis laceſſitus, nec provocatus ab ipſis, in ipſos tamen fecerit impetum, & prædam abegerit, ut juſtam deinceps habuiſſe cauſam Amalecitæ videantur ipſi bellum inferendi, & urbem Siceleg incendio vaſtandi, quod eos ultro provocaſſet & deprædatus eſſet. Quamquam, quod ad iſtud attinet, facile eſt reſpondere, Davidi licuiſſe populos illos peſſumdare populi Dei inimicos. Nam ſi quis excipiat, eum nondum ad dignitatem Regiam perveniſſe, neque adhuc armorum poteſtatem accepiſſe: jam ante docuimus, non quidem habuiſſe Davidem poteſtatem in Saulem animadvertendi, ſtatumque immutandi, donec à Deo vocaretur; ſed tamen auctoritatem habuiſſe inimicos populi Dei cædendi & exterminandi: quo jure etiam ſtipatus fuit illis, qui ad ipſum confugerunt, militibus: etſi nihil potuit in Saulis perniciem moliri. Amalecitæ vero tam pertinaces fuerunt populi Dei hoſtes, ut merito exterminandi fuerint. Quare David eos merito, etſi non ſemel & penitus exterminavit, multis tamen præliis fudit. Deus enim tam longo ante tempore prædixerat, ſe adverſus ipſos pugnaturum, & contrarium fore, donec una internecione tollerentur. Quamobrem, quum tali ſententia Domini Amalecitæ condemnati eſſent, merito David pœnas popoſcit, & ſanguinem eorum fudit: ideoque non eſſe reprehendendum hoc nomine: eandemque eſſe reliquorum populorum, qui populi Dei inimici erant, rationem. Hic igitur admirari nos oportet divinæ providentiæ admirandum opus, nobis incognitum, & imperſcrutabile. Nam ſi David in Judææ deſertis perpetuo latuiſſet, non habuiſſet Amalecitas infeſtandi occaſionem: ſiquidem eos Saul non adoriebatur, & in Davidem, quam in illos hoſtes, de quibus exterminandis expreſſum mandatum habebat, facere impetum malebat. David igitur patria exul, & in eum ſtatu opinione mirabimur. Hæc igitur noſtra eſſe oportet in illis difficultatibus exercitia, nimirum ſeriam Dei invocationem. Nam etſi quiſque pro ſuis viribus niti debet, & aliquid audere, ut Davidem videmus ſibi non pepercisse, prout eum Deus auxilio juvit: præcipua tamen ad obtinendam victoriam arma ſunt preces aſſiduæ. Quin imo noſtris temporibus idem, quod hic David, experimur: quibus videmus, eos, qui hominum opinione videbantur contemtiſſimi, à Deo vocari, & habere rationes, quibus ſe tueantur, longe ampliores, quam quum in otio ab adverſariis relinquerentur. Exempli gratia, quamdiu pax duravit, quam miſera fuit miſerorum fidelium conditio, quibus inimici dominabantur, & gladium jugulis inferebant, & de illis triumphabant? Nonne conjurati inter ſe hoſtes extrema quæque minabantur, & ſanguinem miſerorum ſitiebant, ut Eccleſiæ ſalus tenui filo pendere videretur? Itaque ſi diutius illa conditio & plena inſidiarum neutralitas duraſſet, certum eſt, vix Euangelio locum datum iri. Sed etſi Deus permittit improbis laſcivire, & in miſeros inſultare, & quaſi jam parta victoria triumphos agere, tamen irriti omnes ipſorum conatus futuri ſunt. Nam exultantes & triumphantes Deus momento perturbat, & reipſa patefacit, ſe in arcanu ſuo conſilio habere, quæ ne ſuſpicari quidem potuiſſemus. Eo igitur ardentius ad ipſum nos oportet confugere, & rogare, ut opus inceptum perficiat: nihil enim eſt cœpiſſe, niſi perficiat: quare Deum oportet extraordinaria virtute operari, & ſuis opem adferre. Sane Deus cœptum opus nunquam relinquit imperfectum, niſi hominum ingratitudine provocatus: itaque quum cœpit operari, noſtros oculos aperit, quibus favorem & bonitatem ipſius erga nos contemplemur. Quamobrem ad ipſum ardentioribus votis tunc invocandum magis ac magis ſollicitari debemus: & cavere, ne in ſocordia obtorpeamus, & nobis ipſis, quaſi jam re perfecta, delicias faciamus. Sed dum exſpectamus, ut Deus opus ſuum perficiat, miſeriam noſtram & imbecillitatem ac neceſſitatem auxilii ipſius agnoſcamus, ut noſtræ inopiæ memores, majorem inde promovendæ gloriæ Dei occaſionem habeamus. Interim in ipſo conquieſcamus, minime dubitantes, quin omnes difficultates præter ſpem & exſpectationem noſtram ſuperet. Ac ſi non tam cito, neque iis rationibus, quibus optaremus, negotium conficit, ſufficiat, Deum pro ſuo arbitrio ſuum opus perficere: & nobis illi gratias agendi, quum in ipſius invocatione perrexerimus, & eum in omnibus difficultatibus invocandi, & in ipſius gratia ſperandi, majus ſemper argumentum præbitum iri. Porro, quod David interrogatus ab Achis, unde referret ſpolia, &

præ-

Digitized by Google

ac, ſi quid erit à nobis peccatum, ad ipſius miſericordiam confugiamus: &, licet non tales ſimus, quales eſſe nos oportebat, nihilominus ad propoſitum ſcopum collimemus, minime dubitantes, quin propitium Deum experturi ſimus, facile noſtram infirmitatem excuſantem: & nunquam permiſſurum, ut, quantacunque ſit noſtra imbecillitas, in dedecus & ignominiam incidamus, & de nobis hoſtes triumphent. Cæterum ineſcatum Regem Achis cum Principibus & Conſiliariis videmus præda, quam David faciebat, in cujus partem ipſum veniſſe, non eſt dubitandum: & ea ſic excæcatum, ut non animadverterit, ſuo id fieri detrimento: ſiquidem abactam ex Judæa prædam ſibi perſuadet, licet de vicinis, in quos nihil moliri voluiſſet, ducebatur. Hinc obſervemus, eos, ctum nolit relinquere: ſed ipſorum imperfectionibus ita medeatur, ut pedetentim eos ad plenam perfectionem deducat.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, veniam deprecemur: & rogemus, ut ſeria pœnitentia ducti, ad ipſum confugiamus, ut remiſſionem peccatorum conſequutos, nos ſua juſtitia & puritate induat, ut nos ad ipſam magis ac magis conformari ſtudeamus: & in ipſius honorem & gloriam ſolam intenti, ſic adverſus inimicos noſtros pugnemus, Diabolum puta, peccatum, & carnales omnes affectiones, ut fortiter perſeveremus in hac pugna, donec tandem victoria potiti triumphemus.

HOMILIA NONAGESIMA OCTAVA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXVIII.

1. FActum eſt autem, in diebus illis congregaverunt Philiſtæi agmina ſua, ut
præpararentur ad bellum contra Iſraël: dixitque Achis ad David, Sciens
nunc ſcito, quoniam mecum egredieris in caſtris, tu & viri tui.
2. Dixitque David ad Achis, Nunc ſcies, quæ facturus eſt ſervus tuus. Et
ait Achis ad David, Et ego cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus.
3. Samuel autem mortuus eſt, planxitque eum omnis Iſraël, & ſepelierunt eum in
Ramatha urbe ſua, & Saul abſtulit magos & hariolos de terra.
4. Congregatique ſunt Philiſtæi, & venerunt, & caſtra metati ſunt in Sunam: congregavit autem & Saul univerſum Iſraël, & expavit cor ejus nimis.
5. Et vidit Saul caſtra Philiſtæorum, & timuit, & expavit cor ejus nimis.
6. Conſuluitque Dominum, & non reſpondit ei, neque per ſomnia, neque per Sacerdotes, neque per Prophetas.
7. Dixitque Saul ſervis ſuis, Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam
ad eam, & ſciſcitabor per illam. Et dixerunt ſervi ejus ad eum, Eſt mulier pythonem
habens in Endor.

COnſiderandum hic primum nobis occurrit, quomodo ſuos Deus caſtigat, ut in rectam viam, à qua deflexerant, reducat. Deinde, quomodo non agat cum ipſis ſummo jure, ſed leniter in ipſos animadvertat. Superius Davidem audivimus mendaciis & ſimulatione perſuaſiſſe Achi, ſe prædari Iſraëlitas, quum tamen in Amalecitas & finitimos populos irrueret. Qua in re minime dubium eſt quin peccaverit: ſiquidem debemus candide & ſincere cum omnibus agere: & mendacia, licet nemini noxia, Deo tamen diſplicent, naturæ quippe ipſius contraria. Et præterea Regem

Digitized by Google

ſpecioſa aliqua ratione ſe excuſare: ſed conjecit ſe ipſemet in hos laqueos, dictitans, ſe prædam egiſſe de Iſraëlitis: unde factum, ut Achis, hoc credens, voluerit in caſtris illum, tanquam Iſraëlitis infenſum, ſecum habere. Sed ex altera parte miſertum fuiſſe ipſius Deum videmus, quod eum, hac correctione caſtigatum, periculo, quod ſibi crearat, exemit. Atque hæc duo ſunt præcipua capita initio hujus hiſtoriæ obſervanda. Nos itaque diſcamus, variis nos curis & difficultatibus undique urgentibus, non injicere tamen conſcientiis noſtris laqueos, neque ad illicita remedia confugere: quandoquidem malum potius ea ratione gravius faceremus. David quidem profecto hominum judicio non poterat ſe aliter apud Philiſtæos tueri, quam mentiendo & ſimulando ſe Judæis infeſtum ipſos prædari, adeo ut difficultas, in quam fuerat conjectus, videatur illum apud homines excuſare: ſed apud Deum non eſt ſimulationi neque mendacio locus, qui vitæ integritatem & innocentiam requirit: ideoque David peſſime ſibi apud Deum conſuluit, quemadmodum ex ipſo exitu ſatis apparet. Quamobrem, quæcunque difficultates nos undique conſtringant, ex quibus nullus detur exitus, & undique urgeant anguſtiæ: ſummopere tamen caveamus, ne ſimulationibus & mendaciis, quibus Deus graviter offenditur, ex illis emergere ſtudeamus, ne laqueum nobis arctius nectamus, & quo magis nobis videbimur à periculo tuti, eo profundius in illud à Domino immergamur, & merito quidem. Quare quo ſumus ad hoc vitium natura procliviores, eo diligentius meditanda eſt hæc doctrina, & ſerio Deus invocandus, ut ſuo Spiritu nos regat, & in integritate ac in innocentia vitæ conſervet, ne unquam aut ad lævam, aut ad dextram declinemus, & ne pravis conſiliis & ſimulationibus abduci nos patiamur à recta ſemita; ſed ut ipſe potius ſuggerat, quæ facienda & dicenda ſunt. Et hodie præſertim utilis eſt hæc doctrina, quum videmus adeo corruptos homines, ut ſimulationis, malitiæ, perfidiæ, invidiæ denique pleni ſunt, ut bonis viris undique inſidiæ ſtruantur, & vix os aperire poſſint, quin deprehendantur. Tunc igitur maxime uſurpanda nobis eſt doctrina hæc, & Deus invocandus, ut, ſi nobis cum verſipellibus & doloſis hominibus converſandum eſt, eam nobis prudentiam ſuggerat, quæ ſit à malitia, fraudibus & dolis aliena, noſque rectam viam inſiſtentes, ſic tueatur ſuo Spiritu, ut nullis dolis decipiamur. Cæterum, ſi quando nos à recto aberrantes punierit, ſciamus, non deberi nobis aliud privilegium quam Davidi, cui Deum minime pepercisſe videmus: ideoque collum ſubmittamus, & patienter Domini caſtigationem admittamus, ſi vel mendaciis, vel ſimulatione, vel alia quavis ratione à recta via recedentes, ex difficultatibus emergere conati fueri-

ſitatem nunc redigitur, merito pœnas ab eo exigente divina Juſtitia de mendacio & ſimulatione, ut ſerio jam facere cogatur, quod ſe facere antea mentiebatur: adeoque urgetur, ut Achis eum dicat velle ſe habere in poſterum cuſtodem ſui capitis: ut jam diſſimulationi locus nullus ſuperſit, ſed ſtrenue ſe Davidem oporteat gerere, & ſanguine fidelium, & eorum, qui Dei populus cenſebantur, manus polluere. Denique fortem & ſtrenuum fieri Davidem oportebat populi Dei cæde: ideoque hominum opinione non poterat non provocare in ſe ſuumque caput horrendam Dei vindictam, & multorum criminum reus apud Deum fieri. Sed Deus admirabili quadam ratione eſt hic operatus, ſiquidem viros principes & gubernatores ac duces Philiſtæorum, qui auctoritate apud Regem Achis valebant, excitavit, qui Regi perſuaderent, ut Davidem à ſe dimitteret. Non Angelus è cœlo miſſus, non aliquis Propheta, ſed ipſi Philiſtæi Davidem liberant, & imminenti periculo eximunt, ut ipſorum caſtris excedens, nihil contra conſcientiam, nihil contra fas admittat. Quamquam etiam, ut poſtea videbimus, alia ratione ſe potuit defendere: verumtamen quo propius accedebat ad regni poſſeſſionem, eo gravioribus tentatus eſt afflictionibus: ex quibus admirabili ratione eſt erutus: adeo ut Davidi oblata ſit occaſio non exigua cognoſcendi, Deum ad ſe caſtigandum manum extuliſſe: ſed non tamen percuſſiſſe, contentum virgas oſtendiſſe abſque ictu & pœnis, quas erat promeritus. In quo nobis eximium ſpeculum proponitur, in quo, quid nobis ſit in iſtiuſmodi caſibus agendum, docemur. Cæterum circumſtantiæ, quæ hic notantur, non ſunt ſine obſervatione prætereundæ, *Samuelem fuiſſe mortuum, & ſepultum in urbe ſua Ramatha*: quamquam obiter iſta nunc memorantur, ut Saul deſtitutus fuiſſe conſilio poſt Samuelis mortem oſtendatur, ideoque nullum aliud ipſi remedium fuiſſe, quam ad pythoniſſam confugere: ideoque etiam nominatim fit mentio pythoniſſarum ex tota regione à Saule ejectarum & ſublatarum, ex divinæ Legis mandato. Jam vero incredulitatis arguitur, quum ad diabolicas revelationes confugiſſe dicitur, quandoquidem ipſi Deus oraculo reſpondere denegabat. Quod vero Samuel mortuus fuiſſe dicitur, ex eo conjicere poſſumus, Saulem vivo ipſo potuiſſe tanquam à Dei Propheta conſilium aliquando capere: atque adeo licet ipſi Prophetæ fuiſſet inſenſus propter nuncium ipſi allatum, de adimendo regno, quod ad tempus obtinuerat, & de maledictione Domini, in quam ſua rebellione incurrerat: nihilominus tamen ut Dei Prophetam coluiſſe & reveritum fuiſſe: ut in homine iſto repugnantes inter ſe affectus videre liceat, tanquam fluctus maris ſeſe mutuo collidentes. Quare Saul hinc quidem tanquam imma-

Digitized by Google

geri oportet, ut earum gravitas à peccando deterreat. Idcirco igitur Deus expreſſe omnes veneficas & incantatrices capitis ſupplicio affici juſſit: quod Lex Dei generalis eſſet, de non ferendis inultis ullis divinationibus: quod illis homines ludere Satan ſit ſolitus: & ea ſit humanæ naturæ corruptio, ut quæ ſunt cognitione digna & neceſſaria negligat, & potius omne ſtudium in res curioſas & inutiles convertat, & inanibus ſpeculationibus animum paſcat. Sed in primis, ſi qua nos angit difficultas & ſollicitudo, non quieſcimus, quin, qualis ſit futurus exitus, certiores fiamus: ſi quid ſuſcipimus, eventum ſcire cupimus. Qua ratione ſibi facilem petit viam Satan ad homines decipiendos vanis illuſionibus, qui ſponte curioſitati indulgent. Sed tamen ſpecioſus fuit prætextus: venefici enim & divinatores revelationis nomen ſemper adferunt. Revelationem autem omnem à Deo manare, ſibi omnes perſuadent, adeo ut, qui ad veneficia ſeſe applicuerunt, ſibi videantur habere Deum propitium, & cum eo familiaritatem habere, & conſiliorum ipſius arcana rimari. Inde fit, ut divinationis ars nefaria, ſpecioſo tamen virtutis nomine tegatur: quùm tamen Diabolis ſervierint, qui ſe Dei voluntatem ſciſcitari putabant. Quamobrem divina Lege quodvis divinationum genus damnatum eſt. Neque enim una tantum voce divinationes damnat, ſed illarum varias ſpecies enumerat: ac prohibet nominatim Lege ſua, ne ex ſideribus aut aliis ſignis è cœlo de futuris inquirant, nec ex mortuis, neque ex auſpicio: denique vetat ad familiares ſpiritus confugere, vel ex ipſis rerum futurarum eventus ſciſcitari, ut omnem excuſationem tollat populo, ſi talibus impoſturis & illuſionibus animum adjecerit: & cautionem adhibere illos doceat, ne ſe iſtiuſmodi flagitiis corrumpi patiantur. Idcirco itaque Deus non tantum in genere divinationem aut veneficium prohibuit: verum nominatim etiam aliarum ſpecierum meminit, ne, ſi tantum unum genus dixiſſet, exciperent homines, non fuiſſe prohibitum auſpicium, quod aves ſint bonæ Dei res creatæ, ac proinde non claudendos oculos, ſi Deus ſigna velit nos ex ipſis accipere futurorum: denique niſi ſemel anſam iſtiuſmodi hominum curioſitati Deus præcidiſſet, nihil non ſibi hac in re homines permiſiſſent: Diabolus vero etiam alia ex parte nobis inſidiatur, & incautos iſtiuſmodi præſtigiis obruit, quod tentationibus reſiſtere vigilando, non didicerimus. Cavendæ ſunt itaque omnes Diaboli fraudes, ut, ſi aliquam evaſerimus, ab alia nobis ad ſalutem ipſorum faciunt. denique Deus in verbi ſui ſimplicitate retineri voluit, in quo tanquam unico ſapientiæ ſcopo ſalus noſtra conſiſtit: ideoque reliquas omnes gentium divinandi ſpecies eſſe rejiciendas, &, quæcunque appareat extrinſecus boni ſpecies, tamen omnino abolendas. Et hanc Legem adhuc vim ſuam hodie retinere apud Chriſtianos, non eſt dubitandum, ac proinde impuros quoſdam ac profanos homines verbi divini contemtores procul eliminandos, qui ridiculum eſſe arbitrantur, iſtiuſmodi veneficos & divinos velle exterminare, quaſi Deus, per Prophetas ſuos loquutus, deceptus ſit prohibendo divinationum præſtigiarumque omne genus, quibus Satan hominibus imponere & mentes ipſorum faſcinare conſuevit. Diaboli igitur fraudes & naturam humano generi inimicam ſummopere cavendam nobis ſciamus: quod, quum ſit natura mendax, mille fraudes habeat, quibus miſeros mortales pellectos à recta via deducat. Quicquid igitur Dei Lege prohibitum eſt, pro viribus noſtris fugiamus, noſque in ipſius populo cenſeri non poſſe, niſi ab omnibus iſtis pollutionibus puros, agnoſcamus. Et quandoquidem populum Iſraëliticum, accepta licet divina Lege, videmus tam proclivem ad hoc vitium fuiſſe, eo cautiores ſimus in fugiendis Diaboli fraudibus: neque enim meliores ſumus Judæis, quos ſi Diabolus adeo faſcinavit, ut tam expreſſum Dei mandatum contemnerent, & in contrarium vitium ruerent, longe majorem vim in nobis fallendis & decipiendis, niſi nobis caveamus, habiturus eſt. Quapropter intra verbi divini cancellos contineri nos oportet, & in ipſius timore noctesq; dieſque verſari, & curioſam ſcientiam pro viribus rejicere: nihil aliud ſcire appetentes, quam quod ipſe Deus ſcire nos voluerit de rebus futuris. Nam quod ad animarum noſtrarum regimen attinet, Legem, Prophetas & Euangelium habemus certam & indubitatam regulam, qua ad Deum deducamur. Atque etiam accedit veneficium, puta divini verbi expoſitio, ex qua, quid utile ſit nobis, quid neceſſarium, ſcire poſſumus. Quod autem politiam & Reipub. ſtatum attinet, ſcientiarum humanarum notitiam habemus, ex quibus, quid facto ſit opus, diſcimus. Quibus omnibus contentos oportet nos ſummopere cavere, ne tanquam equi efferati laſciviamus, & in ea, quæ noſſe nos nihil attinet, curioſius inquiramus: quod tamen vitium hodie magnopere in multis obtinet, & quidem viris principibus, qui ſuos aruſpices, ſuos divinos ſecum ducunt, & conjuratores ordi-

Digitized by Google

ta Judæa prohibuit ad divinos aut incantatores confugere, & quidem veneficos & veneficas juſſit etiam morte puniri, ut videatur tam flagitioſis hominibus terra fuiſſe repurgata: ſed tamen ipſimet miniſtri ſuggerunt ipſi, eſſe in Endor quandam pythoniſſam. An non, obſecro, miniſtrorum Regis officium erat legem diligenter obſervare, & adverſus eam oblinquentes ad Regem deferre? Quomodo igitur miniſtri illi publici, qui legis auctoritatem tueri debebant, veneficam illam pythoniſſam tulerunt? Sic ſane ſolent plerumque auctoritate pollentes ad iſtiuſmodi vitia cæcutire, & licet ore ſe profiteantur Dei gloriam & honorem pro viribus promovere velle, populique ſalutem procurare, reipſa tamen vultum ſimulaſſe comperiantur, & ad vitia manifeſta caligaſſe, & in utramque partem fluctuaſſe. Hic locus igitur admonet omnes eos, qui ad rerum gubernacula ſedent, ut videant, ne ſimulate ſeſe in Dei negotio gerant: ſed potius candide omnia adminiſtrent, ne Spiritus Divini ſententia judicentur. Quemadmodum enim Saulis miniſtri notantur divina ſententia: ſic & iſtos olim Deo rationem eſſe reddituros, certum eſt. Quare enim poſitæ ſunt Leges, niſi ut ad amuſſim obſerventur? Næ ſummus Dei contemtus eſt, poſitas leges abrumpere & violare. Profecto qui Juri præfecti ſunt, dare operam debent, ut ipſimet ſint lex populis, quibus nulla dum lex propoſita eſt. Sed ſi poſitæ ſunt leges ad Reip. vel regionis conſervationem, ne pili quidem faciendæ ſunt, niſi ad amuſſim obſerventur. Summam enim confuſionem invehi neceſſe eſt in Reſpub. aut regna, in quibus Magiſtratus non timentur, aut ad vitia connivent. Sed quoniam iſti homines Dei nomine abutuntur ad ſuam turpitudinem occultandam, ideo, quas tulerint leges, adverſus ſeipſos poſitas experientur. Neque vero tantum hæc ad Judices & primarios auctoritatis viros pertinent, ſed etiam ad ipſorum miniſtros, & ad omnes denique cives, quos ſcire oportet, Deum latarum legum abuſum non inultum relicturum. Porro minime metuendum eſt, ne nimia ſit in judiciis ſeveritas, quum reprimenda ſunt maleficia, ad quæ natura omnes ſunt proclives. Saul igitur hoc loco ſic commendatur à Spiritu Sancto, quod veneficos & divinos exterminarit, ut interim alia ex parte condemnetur cum ſuis miniſtris, quod pythoniſſam tulerint, ad cujus oracula multi confugiebant, quod non ſine ſummo flagitio fieri poterat, quum impune ad illam multi concurrerent. Porro quod Saul Dominum conſuluit, dignum laude quidem fuit: quod vero Deus non reſpondit, juſta fuit punitio peccatorum, quæ antea commiſerat: ſed in primis conſideranda illa verba ſunt, quibus dicitur Saul conſpectis Philiſtæorum caſtris vehementer timuiſſe, & expaviſſe cor ejus nimis. Timere enim

minere videntur, non ſecus ac ſi cœlum ipſum in ipſorum capita corrueret, ideoque, quod non eſt periculum, formidant. Ac ſane ſpeciale filiorum Dei privilegium eſt pax & tranquillitas animorum: quam ob cauſam Paulus ait, pacem illam adferre victoriam omnibus ſuperatis difficultatibus. Oſtendit igitur Paulus, quietam & tranquillam mentem eſſe ſpeciale Dei privilegium, quum ad eum confugimus, & in ipſo fiduciam omnem noſtram collocamus. Contra vero, contumaciam ac rebellionem in Deum adferre animi perturbationem perpetuam, eamque talem tantumque metum injicere contumacibus, ut ſine occaſione veluti œſtro quodam perciti & furiis agitati quieſcere nequeant, Deo varia objecta mittente, ut nuſquam quieti, nuſquam tuti eſſe poſſint. Hanc ob cauſam nominatim in Lege Deus minatur, fore ut improbi habeant cor tremulum, & quærant, Quis craſtinum reducat, quis noctem tranſire faciat? Non abs re igitur immiſſus eſt tantus Sauli pavor, quod antea tam licenter tamque arroganter veluti laxis habenis Dei jugum excuſſiſſet, & ſibi plus, quam licebat, permiſiſſet. Quod vero Deus jam ad ipſius preces obſurduit, & reſponſum ab ipſo non accepit, merito ipſius factum eſt. Quod autem dicitur Deus, neque per Urim neque per Thumim illi reſpondiſſe, refertur ad morem illum, de quo apud Moſen in Numeris agitur, quo ſolebat Deus ſeſe revelare per viſiones & ſomnia Prophetiis adjunctis. Fuit autem Prophetarum propria viſio per Urim & Thumim, quod poſſent illi rationem eorum, quæ viderant, reddere; quum alii tantum in ſomniis viderent, quæ Deus revelabat. Jam igitur Saul ad Deum contendit, & orat, ut ſibi patefaciat, quid facto ſit opus, ſive per ſomnium, ut ſæpe alias, ſive per Prophetiam; ut non dubium ſit, quin eos conſuluerit, qui Prophetiæ donum habebant, ut gratiam apud Dominum impetraret. Prophetas igitur, mortuo Samuele, convocaſſe videtur, & ad ſummum Sacerdotem etiam confugiſſe, quo ſpectare videtur illa vox Urim. Quare vero Deus, obſecro, illum ad ſe confugientem non audiit? Sane non apparuit per ſomnia. Quoniam enim Saul in pertinacia ſua occalluerat, & in pervicacia indormierat, quare Deus ſeſe illi ſubjiceret? quare illi reſponderet, qui Davidem ultro, nulla provocatus injuria, tam diu, tam crudeliter & inhumane perſequutus fuerat? Deusne dignaretur fœdum illud & putidum vas gratia S. ſui Spiritus imbuere? nimia ſane illa Dei donorum profanatio fuiſſet. Hanc igitur ob cauſam Deus vultum ſuum ab illo abſcondit, & à ſe rejicit, neq; per ſomnum, neq; per aliam ullam viſionem ipſi reſpondens. Quod vero Saul Prophetas videtur reveritus, & in primis Samuelem, mera fuit illa ſimulatio. An non enim adverſus Samuelem ſtomachatus eſt, Dei judicium ipſi denunciantem?

Digitized by Google

ipſumque ſacerdotium aboleretur, cæſis Sacerdotibus, ſolo Abuthare elapſo, cujus miniſterio Davidem voluit Deus in ſummis illis difficultatibus & anguſtiis aliquo modo recreare. Næ ſublato ſacerdotio, in quo totius mundi ſalus conſiſtit, ſalutari conſilio fideles omnes variis difficultatibus privare velle videbatur. Qua igitur fronte flagitioſus ille conſilium à Domino petebat per Prophetas, quos ſummo flagitio cæſos profligatoſque voluerat? Sed ita ſolent omnes Dei contemtores, qui, poſtquam ad quælibet flagitia animam addixerunt, ore impudenti non metuunt in magnis difficultatibus Dei auxilium implorare: quod niſi Deux ex ipſorum arbitrio attulerit, anguntur & ſtomachantur adverſus Dominum, querentes, nullum eſſe apud Deum miſericordiæ locum Sic multos hodie videas multorum flagitiorum reos, & graviſſima ſupplicia commeritos, ſi vel verbo crimen fateantur, & nonnihil lacrymentur, exiſtimare, magnam ſibi injuriam fieri, niſi ſtatim crimine liberentur & abſolvantur. Quod Sauli contigiſſe hoc loco videmus, quum effrenata quadam impudentia divinum oraculum per Prophetas ſciſcitabatur, quorum tamen ſanguine manus Prophetam facta, Clamabitis, inquit, ſed non exaudiemini eo die. Quamdiu Saul in honore Prophetas habens Deum invocavit, auxilium ipſius ſenſit; jam vero cæſis Domini Sacerdotibus mercedem ſuam recipit. Et ille quidem ejulat, & tanquam taurus mugit, ſed ſine auxilio tamen, quo indignus erat: quandoquidem non tangebatur ſeria peccatorum [illegible]: & neceſſe ſit ipſum, quam in ſuum caput accerſiverat, Dei maledictionem experiri, ſicut ante vidimus & deinceps pluribus viſuri ſumus.

Jam vero, agite, fratres, coram Dei O.M. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, veniam pro ipſis deprecemur, & invocemus eum, ut ſeria ipſorum tacti pœnitentia, ſic afficiamur eorundem ſenſu, ut continuo coram ipſo gemamus, & ad meliorem frugem redeamus. Precemur inſuper eum, ut nos virtute ſua ſic veſtiat & Sancti ſui Spiritus donis renovet, ut nunquam Satanæ præſtigiis decipiamur, & noſtris pravis affectibus indulgeamus, ſed potius vitam noſtram ad verbi ipſius normam & regulam exigamus, & in ea conſtanter vitæ hujus ſtadium decurramus, donec ad veræ beatitudinis portum navem noſtram appulerimus.

HOMILIA NONAGESIMA NONA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXVIII.

7. Dixitque Saul ſervis ſuis, Quærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam. Et dixerunt ſervi ejus ad eum, Eſt mulier pythonem habens, in Endor.

8. Mutavit ergo habitum ſuum, veſtituſque eſt aliis veſtimentis, & abiit ipſe, & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi, Divina mihi in pythone, & ſuſcita mihi, quem dixero tibi.

9. Et ait mulier ad eum, Ecce, tu noſti quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos, & hariolos de terra; quare ergo inſidiaris animæ meæ, ut occidar?

10. Et juravit ei Saul in Domino, dicens, Vivit Dominus; quia non eveniet tibi quicquam mali propter hanc rem

11. Dixitque ei mulier, Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi ſuſcita.

12. Quum autem vidiſſet mulier Samuelem, exclamavit voce magna, & dixit ad Saul, Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul.

13. Dixit-

Digitized by Google

tam amant, vel tandem ultimam condemnationem ſuſtineant. Multos ſane iſtiuſmodi homines hodie videas, Sauli non abſimiles, neque tamen veſtimenta mutantes, ut fecit ille, in ea vitia conſentientes, quæ prius ſua ſententia condemnarunt, in quibus nulla eſt integritas, & quorum apparet hypocriſis & in Deum perfidia, cui ſe pulchre ſatisfeciſſe arbitrantur, ſi in facto aliquo juſtitiam exerceant, & in aliis multis aperte injuſti ſint. Profecto iſti homines non ſunt abſimiles debitori, qui multis nominibus adſtrictus, & alieno ære obrutus, ſatisfeciſſe putat ſe creditoribus, ſi parte aliqua ſe exolverit. At non ita Deus vult coli ab hominibus, cujus cultum oportet eſſe ſincerum & ab omni parte purum, ſic ut agnoſcamus, nos à Deo noſtra omnia accepiſſe, eique gratias dignas agamus, eodemque ſemper in ipſius cultu perſeveremus. Quamobrem iſtud Saulis exemplum hoc diligentius expendamus, quod Deus ſcriptis mandari voluit, ut, quum Saulem videmus maleficos, ſicuti Deus juſſerat, puniſſe, & deinde ad veneficam confugiſſe, & ſe Diabolo ſubjeciſſe, diſcamus malum fugere & condemnare, tam in nobis ipſis, quam in aliis, ſine ulla προσωποληψίας, & nunquam à recta verbi divini norma deflectere: neque enim ſatis eſt bene cœpiſſe, niſi ad finem uſque perſeveremus. Verum, obſecro, quanta ubique eſt hodie multis locis Juſtitiæ corruptela, aliis ſuorum aut propinquorum maleficia tegentibus, aliis vero occultis conſiliis viam evadendi ſuggerentibus, ut, ſi quis hodie ſtudio quodam in crimen aliquod inquirat, cras vice verſa, vel dono, vel amicorum gratia & favore corruptus, criminis reum abſolvat: Juſtitia illa dici non poteſt, ſed merum potius latrocinium, cujus olim Deo rationem reddi oportet. Eadem eſt ratio eorum omnium, qui foris profitentur Dei cultum, & illius quædam ſigna demonſtrant, ſed tamen intus neſcio quod virus occultant, & mera ſimulatione & hypocriſi tegunt, quos omnes ſeveram Dei manum ſenſuros minime dubitandum eſt, quod Deus iſtum contemtum pati non poſſit. Nos itaque vitium ita condemnemus, & nos ita exploremus, ut, vitiorum pœnitentia ducti, in recta divini cultus ſemita perſeveremus, nunquam in hanc vel in illam partem inclinantes, quod Deus rectam conſcientiam approbet, ſed ſimulatos & hypocritas condemnet: quandoquidem non ex facie externa, ſed ex cordis latebris judicat. Ne igitur Deo imponere nos poſſe arbitremur: nam ſi altas in noſtris cordibus radices Dei timor egerit, certum eſt, nos in ipſius cultu tam ſinceros uno tempore quam altero fore: & hypocritas ſimiles eſſe arbori, cui eximia quædam poma appenſa ſint, de qua dicatur, arborem illam pulchros fructus proferre, quum tamen reprobet, ſe impunitam fore, in maleficium conſenſit. Nos vero diſcamus, ad flagitium aliquod ſollicitati, non metuere pœnas, quæ legibus hominum imminent, ſed ipſius potius mali naturam horrere, quod peccatum condemnationem in nos divinam attrahat, & aditum ad eum intercludat. Ita fiet, ut conſtanter reſiſtamus omnibus tentationibus & Satanæ flabellis, quibus à recto nos abducere conatur, & tandem de ipſo Satana triumphemus; quod fiet, quum in Deo conquieſcentes malum oderimus & illo abſtinuerimus. Quod autem ad Saulis juramentum illud attinet, verum eſt, illud etiam obſervatum ab illo fuiſſe, ſed non ſine divini nominis profanatione. Nam, obſecro, cui Saul juravit? veneficæ. Quid vero juravit? Se non facturum quod facere illum Deus juſſerat, ſed, tanquam lenonem, ſcortationem illam divinationis, tam ſtricte à Deo prohibitam, foturum: quod perinde eſt, ac ſi quis maritus juraret, ſe ſcortatorem & adulterum fore: ſi quis pater juraret, ſe gladio filii jugulum petiturum: ſi quis ſubditus juraret, ſe adverſus Regem ſuum rebellaturum, & pro viribus eum perſequuturum: tale fuit Saulis jusjurandum. Nos vero contra diſcamus ita Deum revereri, ne unquam nomen ipſius in vanum aſſumamus & contemtui habeamus. Sane jusjurandum omne in Dei honorem fertur: unde fit, ut venefici & incantatores, magi & alii iſtiusmodi homines inde occaſionem aliquam ſibi gratulandi accipiant, quod Dei nomine advocato reſponſa dent hominibus, quaſi Deus vocatus reſpondeat, quum tamen à Diabolo toti pendeant, & Dei nomen ab ipſis falſo aſſumatur. Itaque jurantes oportet certo perſuaſos eſſe, ſe, invocato Dei nomine, agnoſcere, Dei officium & potentiam eſſe judicare non tantum de factis, ſed etiam de cogitationibus: qui ſummus honor Deo exhibetur, quum nos ejus judicio & ſolio ita ſiſtimus, ut profiteamur, factorum omnium dictorumque & cogitationum rationem ipſi reddendam eſſe. Et præterea jusjurandum publica profeſſio eſt divinæ poteſtatis, quod ſolus omnia norit, & mendacium à veritate diſcernat: ſed ſi juramentum adhibetur ad malum aliquem finem, ſumma eſt divini nominis profanatio: adeo ut, quum ſacroſancta res ſit advocato Dei nomine jurare, ſummopere cavendum ſit, ne, pravis ullis affectibus ducti, nomen ipſius in vanum aſſumamus & ludibrio habeamus: ſed, quum neceſſitas poſtulat, Dei viventis nomen aſſumamus, ut in ſtudio recti ac boni magis ac magis confirmemur, & bonæ noſtræ conſcientiæ teſtimonium habeamus. Atque hæc retinenda ſunt ex iſto Saulis juramento: jurat autem in hæc verba, *Deus vivit*. Porro vita Dei dicitur non tantum ea, qua vivimus, nempe qua movemur, ſentimus, videmus,

mulierem videmus adveniſſe mortuos è ſepulcris evocare, ut is ſive ex Prophetis, ſive ex veteribus evocaretur, quem aliquis vellet compellare. Atque iſtæ fuerunt Diaboli ſemper præſtigiæ, quibus homines eluſit, impia curioſitate mortuorum colloquium expetentes. Sæpe enim multi ſuorum aut parentum aut amicorum obitum ægre ferunt, & de ipſorum conditione valde anxii ſunt, quibus ſtultis naturæ affectibus deluſi homines eo adducuntur, ut de ipſorum conditione curioſius inquirant, ut, ſi bene ipſis eſſe intelligant, recreentur, quam occaſionem Satan arripit ad eos in ſua retia trahendos, & poteſtatem ipſis facit cum mortuis colloquendi. Accedit ad ſuperiores affectus neſcio quod ſtolidum erga mortuos ſtudium, quorum vitam quum audiunt plerique, eam magnopere ſuſpiciunt, & ſe diſcipulos eorum viventium eſſe potuiſſe optant, ideoque mortuorum colloquium vehementer expetunt, quaſi ex illo ſummum bonum aliquid conſequuturi. Diabolus vero corruptionem iſtam hominum fovens, ſimulat ſe noſtris rebus optime conſulere, ſi cum mortuis familiaritatem aliquam habuerimus, ideoque ſic hominibus ſemper impoſuit, ut perſuaſerit, mortuos poſſe vivis ſuum ſtatum indicare, & de rebus ſuis cum illis communicare. Sed quo natura ſumus ad hoc vitium procliviores, eo major adhibenda nobis cautio eſt, ut devotiones & cultus iſtos fugiamus, & appetitus noſtros frenis cohibentes, ab omni re illicita, & verbo Dei prohibita, ſemper abſtineamus. Et quoniam jubemur ad Legem & Prophetas confugere, Deum precemur, ut verbo ipſius edocti, in illo ſic conquieſcamus, ne ſcire aliud quippiam, quam quod licet, expetamus. Sane, non tantum hoc exemplo, ſed etiam uſu communi ſapere nos oportet, ſiquidem omni ſeculo videmus Ethnicos hac ratione à Diabolo eluſos, ut mortuorum colloquiis & evocationibus animum adjecerint: ſed ut illos omittamus, unde, quæſo, in Papatu cultus illius idololatrici pars, niſi ab hoc fonte manavit? nam ſi quæras ex Papiſtis, unde tam ridicula multa in ipſorum cultum irrepſerint; aiunt, ex ſpiritus revelatione ſe habere: hinc ridiculæ hominum iſtæ voces, Spiritus iſtius revelavit, ſe in magnis anguſtiis apud inferos eſſe, ſe poſſe tot miſſarum munere recreari, & peregrinatione ad ſanctum aliquem juvari. Hinc factum, ut ſacellum alicui ſancto iſte voverit, alter altare exſtruxerit, atque iſta eſt Papiſtarum ſanctitas & divini cultus ratio, hinc miſſarum & reliquarum ceremoniarum ortus, nempe ex mortuorum revelatione. Nos vero contra diſcamus Deo ſolo acquieſcere, tam viventes quam mortui, & ab ipſo ſolo verboque ipſius ita pendere, ut ſolus ſit noſtra ſapientia: & ſic adverſus curioſitatis vitium pugnemus, ut diabolicas omnes illuſiones, quibus hominibus illudit, procul à nobis rejiciamus. Sequitur, *mulierem illam excitaviſſe Samuelem, & eo viſo vehementer exclamaſſe, & conqueſtam fuiſſe, quare ſibi impoſuiſſet.* Ex quo apparet, longa rerum experientia edoctos multas fraudes habere, quibus ad malum nos impellant; & quum ſint ſpiritus aërii, poſſe illos multa ſcire, quæ nos ſcire non poſſumus: & præterea, quod in hac quæſtione præcipuum eſt, Deum aliquando facere Diabolis poteſtatem res occultas nobis revelandi, quas à Domino intellexerunt, adeo ut non tantum nos in errorem inducant, ſed etiam ſuis illuſionibus ita faſcinent, ut omnem mentem eripiant: ſic enim Paulus homines docet à Deo puniri, ut immittat ipſis ſpiritum erroris & efficaciam in eos, qui Domini verbum contempſerunt. Hinc tanta in Eccleſiam corruptio invecta eſt, ut Euangelium audientes, tamen excæcentur: cujus rationem docet Paulus, quod Dei veritas lucet quidem in Euangelio, & cæcos illuſtrat: ſed eos tamen, qui Euangelium rejiciunt, in cæcitate manere ſinit, quod Diabolus ipſos excæcaverit. Sane multi ultro oculos claudunt, ne bonum à malo diſcernant, quum Deus ad ſuum cultum & obedientiam ipſos revocat, ideoque tali mercede ſunt digniſſimi, quod Deus efficaciam erroris Diabolo concedat. Porro quum Apoſtolus vocibus iſtis utitur, efficaciæ, erroris, duo complectitur, nempe Deum facere poteſtatem Diabolo nos fallendi, & permittere, ut revelet res incognitas, eaque ratione ſenſus noſtros ſic obſtupefaciat, ut nullum amplius boni & mali diſcrimen habeamus, & tanquam miſeræ beſtiæ naribus ad ipſius libidinem trahamur. Talis fuit iſta cognitio mulieris viſo illo pſeudo-Samuele Diabolo. Inde ergo diſcamus non appetere niſi quod bonum eſt & licitum, & nullas rationes quærere, niſi quas Deus dederit & verbo ſuo approbarit. Nam, ut ante diximus, tam altas radices egit in hominibus illa cupiditas res illicitas cognoſcendi, ut libenter ipſas nubes, ſcrutaturi quid in cœlo & in alio mundo geratur, conſcenderint. Quæ curioſitas compeſcenda eſt, & omne ſtudium noſtrum ad res bonas & utiles nobis applicandum, ut nos Paulus admonet & hortatur. Scimus autem, quicquid ad ſalutem & ad animarum regimen ſpirituale eſt utile, contineri in Lege, Prophetis, & Euangelio. Itaque in iſtis acquieſcendum eſt, Deuſque ſerio invocandus, ut illuſtret nos Sancto ſuo Spiritu, quo duce ad voluntatis ipſius notitiam veniamus, quam ſacro ſuo verbo ſatis patefacit, & ita vitam inſtituamus, ut, quicquid utile & neceſſarium tam corpori quam animæ fuerit, in ipſo conſiſtere ſciamus, Deumque precemur, ut in ſua quiſque vocatione fungatur officio, & in ipſo ſolo acquieſcat: hoc igitur caput eſt omnis humanæ ſapientiæ, nihil ſcire velle, niſi quod Deus docet, & quod ad animarum regimen ſpirituale, & ad vitam præſentem bonum eſſe, verbo ſuo patefecit. Rationes autem inſtituendæ vitæ non per longas ambages quærendæ ſunt, ut loquitur Moſes, quum ait, Ne quære, Quis aſcendet ſuper nubes? quis mare tranabit? verbum Dei eſt in corde tuo. Quamobrem, quum Deus voluntatem ſuam patefecit, cavendum

ſummo-

Digitized by Google

non potuiſſe, ut Samuel ex ſepulcro evocaretur, cumque illa agnoverit, quæ præſentem Saulem non agnoſcebat. Sed iſta ſunt Dei judicia admiranda, in quibus videmus, Deum excæcare ex parte hominum oculos, qui à ſe recedunt, & alia ex parte eodem momento illuſtrare: conſpicuum hoc mulieris iſtius exemplo, quam Satanæ præſtigiis ſic faſcinari videmus, ut, quod videbat & poterat natura cognoſcere, non videat, & interim cognoſcat, quod non eſt. Hinc igitur diſcamus coram Deo magis ac magis dejici, eumque ardentibus votis precari, ut tantum errorem à nobis avertat, & ne nos ſinat in Satanæ laqueos incidere, & in eas tenebras ferri præcipites, in quibus nihil amplius diſcernamus, ſed potius ut nos ſemper protegat & regat, ſuoque Spiritu illuſtret, ut vere poſſimus videre, quod nobis utile eſt & neceſſarium, & in ipſius verbi luce ſic ambulemus, ne unquam ab ipſius ſemita deflectamus. Hoc enim exemplo ſatis docemur, nos natura noſtra nihil eſſe, & cognoſcentes nihil cognoſcere, donumque Dei ſpeciale eſſe, quum nihil expetimus neque ſcire cupimus, niſi quod ipſe ſcire nos voluerit. Quod enim iſti mulieri contigit, nobis etiam contingeret, niſi Deus nos à Satanæ præſtigiis tutaretur. Nos igitur plane cæcos natura eſſe cognoſcamus, ipſamque adeo naturalem intelligentiam, quam ipſe Deus nobis dedit, nullam fore, niſi Deus eandem conſervaret. Sæpe vero fit, ut Deus, peccata noſtra puniturus, ſenſum nobis adimat, & mentem eripiat, ut prorſus obſtupeſcamus: deinde vero, mitigata manus ſuæ ſeveritate, ſummam in ipſo manſuetudinem ſentiamus. Hinc diſcamus Dominum ſedulo precari, ut vera ſuæ voluntatis luce nos illuſtret, ut in rectam viam dirigat, & tota vita nos regat; & gratiam illam nobis donet, qua ipſius verbi repagulis contineamur, & cognitionis ſive ſcientiæ illius vanitatem cognoſcamus, quæ Diabolum potius doctorem, quam eum, qui verax eſt, habere mavult. Nam ſcientia eſt ſine ſcientia, & cognitio ſine cognitione. Mulier iſta Samuelem, qui Samuel non erat, cognovit; & Saulem, qui erat, non agnovit, Satanæ deluſa præſtigiis. Eandem eſſe norimus Dei contemtorum hodie, atque iſtius veneficæ & cæterorum iſti ſimilium, conditionem, qui licet vaferrimi ſint, & ſuis fraudibus ſæpe incautos multos decipiant, & ſua conſilia ad exitum perducant, tamen confuſionem in ſuum caput acceſſunt, ut ipſis longe utilius fuerit, nunquam animum ad iſtas fraudes applicuiſſe, quibus tamen ad noſtram correctionem & utilitatem Deus

nes, conſumtum iri. Denique ſi Deus tardaverit, nihilominus patienter eventum præſtolemur, qui non poteſt niſi bonus & ſalutaris eſſe, quandoquidem ſeſe Deus noſtrum defenſorem & protectorem profiteri voluit. Peccata itaque noſtra ex animo deteſtemur, quo facilius veniam impetremus à Domino, & miſericordiæ ipſius effecta ſentiamus, qui brachium ſuum exeruit adverſus Satanæ potentiam, & miſericordiarum ſuarum ad nos ſublevandos recordatus eſt. Cavendum porro, ne quid à nobis ſimulate geratur, ſi Deum propitium nobis eſſe cupimus: & ſtatuendum, irritas fore omnium hoſtium comminationes, etſi nos Deus hominum opinione deſeruiſſe videatur, & ab hoſtibus lacerandi & devorandi momento videamur, quandoquidem Deus nobis felicem exitum daturus eſt, & hoſtibus ſummam confuſionem immiſſurus. Quamobrem quo majore furore in nos conjurati hoſtes impetum fecerint, eo vehementius in Dei cultum incumbamus, & in ipſius obedientia nos contineamus, ſedulo ipſum invocantes, ut nobis ſuam voluntatem patefaciat, quatenus ad ſalutem noſtram expedit, & ne nos in noſtris affectibus ſuperari patiatur: ſed verbo ſuo paſcat, ut in eo ſolo conquieſcamus, perſuaſi, longe melius nobiſcum actum iri, ſi bonitatis ipſius ſcintillam ſenſerimus, quam ſi Diaboli præſtigiis & illuſionibus pleni fuerimus, ut ſolent miſeri illi venefici & incantatores iſtis delectari, & ſummam in illis beatitudinem collocare, quaſi ſcientiarum omnium faſtigium attigerint. Nos vero contra diſcamus tam ſobrie inter homines verſari, ut Dei noſtri bonitatem & miſericordiam quanti par eſt facientes, omnem in ipſo ſapientiam & ſcientiam eſſe repoſitam ſciamus, quam indeſinenter, quamdiu vita ſuperſtes fuerit, ſcrutari non deſinamus.

Jam vero, agite, fratres, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata noſtra confitentes, precemur ipſum, ut nos magis ac magis in dies carnalibus corruptionibus exuat, & ſua juſtitia nos veſtiat, ſuoque Sancto Spiritu ſic renovet, ut pacem ipſius & miſericordiam deguſtemus, & de noſtra ſalute certiores in dies fiamus, perſuaſi, Deum nos nunquam derelicturum, neque in Diaboli poteſtatem traditurum, ejus illuſionibus deceptos: ſed omnes ſenſus noſtros in rectum ipſius cultum converſurum, in quo conſtanter decurramus, donec ad regnum ipſius æternum pervenerimus.

 HOMI-

Digitized by Google

16. Et ait Samuel, Quid interrogas me, quum Dominus receſſerit a te, & tranſierit ad æmulum tuum?

17. Faciet enim tibi Dominus, ſicut loquutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David.

18. Quia non obediſti voci Domini, neque feciſti iram furoris ejus in Amalec: idcirco, quod pateris, fecit tibi Dominus hodie.

SAulem bona ſpe videmus exſpectare ab illo pſeudo-Samuele gratum aliquod reſponſum, quo ex tantis anguſtiis quodammodo recreetur: verumtamen ille contra Dei mandatum ad veneficam confugit; ideoque, obſecro, qualem potuit exitum, niſi grave damnum & infortunium exſpectare? Sed ita ſolent Dei contemtores ſibi vanas ſpes fingere, ſeque ſponte decipere, & ſubſidia vana fabricare, ut docet Propheta. Nihilominus tamen Saul, ſua ſponte cæcutiens, fortunatum aliquid ſibi pollicetur. Quærit igitur ex muliere, *Quid viderit*: quæ reſpondet, *ſe Deos vidiſſe ex terra aſcendentes.* Ex quibus verbis apparet, eos omnes, qui ad Diaboli præſtigias animum adjiciunt, ſic mente perturbari, ut obſcuram vel potius nullam de Deo cognitionem habeant. Exemplo eſto mulier hæc, ab Abrahami ſtirpe oriunda, ac proinde in Lege ac vera religione edocta, & cui proinde notum eſſe debuit illud Domini præceptum: Iſraël, unicum Deum habebis: quam doctrinam vel ipſis infantibus notam eſſe oportuit. Quomodo vero jam vetula mulier illa ignoravit? Nimirum, ut ante dixi, prout homines à Dei verbo recedunt, multis etiam implicantur erroribus, & à Diabolo ſic faſcinantur, ut nullam certam religionem habeant. Si quis hanc fœminam interrogaſſet, pluresne Deos eſſe exiſtimaret; unicum eſſe Deum ſummum faſſa fuiſſet: ſed interim videtur ipſi multitudo minorum Deorum eſſe poſſe. Non aliter hodie in Papatu ſanctos ſanctaſque ſuis gradibus diſcerni videmus, licet Deus ſuperior illis omnibus agnoſcatur. Quæ confuſio facit, ut Deus in illa ſanctorum multitudine & turba vix tandem agnoſcatur, ſed cum omnibus ſanctis permiſceatur, quod vitium omnibus ſæculis obtinuiſſe videmus: nam Ethnici exiſtimarunt, Angelos eſſe quoſdam ſemideos, etſi principium iſtud retinuerunt, eſſe aliquem præcipuum illorum parentem: ſed tamen ita voluerunt atrum albo, lucem cum tenebris, ut aiunt, permiſcere, quod tamen fieri nullo modo poteſt. Nos vero contra ſic Deum unicum, Deum ſummum, verbo ſuo nobis patefactum, intueamur, ut omnibus erroribus, imaginationibus, & illuſionibus diabolicis renunciemus, quemadmodum nos multis locis ſacra docet Scriptura, & in primis Propheta dicit, Dominum exaltatum iri, idola vero omnia corruitura; Dominum cognitum iri, Deos autem Ethnicorum ruituros & occultos fore. Certum igitur eſt, nos, donec ad veram Dei cognitionem pervenerimus, & puritatem ac ſanctitatem doctrinæ ſequuti fuerimus, ſemper irrequietos fore, & inanibus ſuperſtitionibus deluſum iri, ex quibus nullus unquam detur exitus. Contra vero, ſi Dei veritatem agnoverimus, & illa ſolum nitamur, & pure colamus, ab omnibus ſuperſtitionibus & ignorantia fore alienos. Et hactenus de iſta voce, *Deos ex terra aſcendere.* Saul vero contra petiit, quæ forma eſſet aſcendentis, quum optime ſciret, unum tantum eſſe: quare mulier reſpondit, virum ſenem aſcendere, qui eſſet amictus pallio; & tum Saulem, agnoſcentem eſſe Samuelem, inclinaviſſe faciem in terram, & ſpectrum illud honore magno coluiſſe. Spectrum, inquam; ſiquidem certum eſt, non fuiſſe verum Samuelem, neque enim unquam Deus permiſiſſet, ſuum Prophetam talibus diabolicis conjurationibus ſubjici. En enim veneficam mortuos ex infernis evocantem: ecquis vero Deum arbitretur voluiſſe Prophetam ſuum iſti ignominiæ ſubjicere, quaſi Diabolus in ſanctorum corpora & animas, quæ ſunt in Dei tutela, poteſtatem haberet? Dicuntur enim ſanctorum animæ quieſcere, & in Deo vivere, beatam illam reſurrectionem exſpectantes. Deinde vero, obſecro, Samuelne pallium ſuum in ſepulcrum tulit? Ex quibus apparet, merum iſtud fuiſſe ſpectrum, mulieriſque iſtius ſenſus eluſos fuiſſe, ut Samuelem videre ſe, qui tamen non erat, arbitretur. Sed ita ſolet Deus Diabolo laxas habenas permittere, ut eorum omnium oculos & ſenſus omnes perſtringat, qui ſe Dei veritati ſponte non ſubjiciunt, & mendacium ſequi malunt. Hinc facile poſſumus colligere, miſeros iſtos veneficos, quorum hodie magnam copiam videmus, vehementer falli, quum ſe Diaboli ſynagogam ingredi, & in illa choreis & aliis iſtiuſmodi indulgere, & cibo ac potu refici credunt. Equidem fateor hæc illos iſta vera arbitrari, & quaſi ſenſibus apprehendere; ſed divino id fieri judicio, certum eſt, Diabolo faciente poteſtatem illos excæcandi, quod Deo viventi renunciarint: ideoque digni ſint, qui in tenebris verſentur, & tanquam Satanæ mancipia temere ferantur, inſcii, quid faciant, quove loco ſint. Neque mirum videri debet, ſic illorum ſenſus obſtupefieri, ut ſibi perſuadeant id, quod non eſt; ſiquidem divino fit judicio, ut, qui ab ipſius veritate recedunt, juſta iſta cæcitatis pœna puniantur. Spectrum igitur fuiſſe dicimus quod in perſona Samuelis apparuit. Porro Saulem ſic alloquitur, *Quare commoviſti me,*

evocan-

Digitized by Google

retur, ut non modo non utilis ipſi, ſed potius noxia eſſet, adeo ut juſto Dei judicio in deſperationem veniret. Cæterum, ut ante attigimus, Diabolus ita perſonam Samuelis ſuſtinet, ut quod veriſimile erat ſimulet, nempe Samuelem hac evocatione vehementer indignatum, quod injuria ipſi fieret, quum ex quiete & tranquillitate ſui manes evocarentur. Hinc obſervemus, Diabolum, quo facilius perſuadeat mendacia, veritatem illis ſæpe admiſcere. Nam ſi, qualis eſt, appareret, & ſe hominibus conſpiciendum præberet, certiſſimum eſt, horrori omnibus futurum, & ipſos ſeducendi facultatem tantam non habiturum. Iſtis igitur artibus homines eludit, ut ſpeciem veritatis aliquam proponat, & guſtum aliquem injiciat, ut ita oculorum & mentis acies perturbetur & cæcutiat, ut ipſius mendacia non diſcernantur à Dei veritate. Sic venefici non propinant ſimplex venenum, ne ipſo guſtu admoniti, quibus propinatur, abſtineant: ſed veneno ſuavem aliquem guſtum immiſcent, ut ſic incautos opprimant. Sic apud Joannem in Apocalypſi dicuntur abominationes in aureo cratere propinari, ad omnes, qui ex eo biberint, decipiendos & veneno inficiendos. Iſtæ ſunt Diaboli fraudes, quibus jam inde ab omni ævo impoſuit, & incautos populos ſeduxit, admiſcens aliquam veritatem mendacio. Ac ſane, quotquot idololatriæ ſpecies in mundo obtinuerunt, ab hoc fonte manaſſe videntur, nempe Deum quidem adoratum fuiſſe, ſed pro vero cultu & ſincero ei ſemper aliquid humanum admixtum fuiſſe. Quin etiam, obſecro, quam in Papatu religionis ſpecioſus eſt hodie prætextus, nempe Dei voluntas, fides Catholica, ſanctæ matris Eccleſiæ & totius Chriſtianiſmi? Sed Diabolus ſub iſtis velaminibus ſua, ut aiunt, ne cognoſcatur, occultat cornua. Quamobrem nos cautiores eſſe oportet, ne iſtiuſmodi fraudibus incauti decipiamur. Cæterum, quod ſe commotum à ſua quiete Samuel queratur; ex eo colligimus, fidos Dei ſervos poſt fata quieſcere, & in Deo lætari, certos de regni æterni poſſeſſione, quam ipſe Deus eſt ipſis pollicitus. Hæc igitur ipſorum eſt tranquillitas & ſumma pax, quod decurſo vitæ ſuæ ſtadio, & extra omne periculum jam quiete fruantur, ſuperatis omnibus difficultatibus, quibus adhuc luctari nos in his terris oportet: ac proinde turbari ipſorum quietem, quum ab hominibus evocantur. Interim tamen Diabolum videmus Saulem in falſa iſta opinione voluiſſe confirmare, conjurationibus & veneficiis poſſe ſanctos Prophetas evocari, & animas, quæ in Dei ſunt

neceſſitatis, & ego exaudiam te. Jam igitur Saul ſuæ impotentiæ & imbecillitatis ſatis conſcius, quod non eſſet hoſtibus reſiſtendo par, Deo tribuit poteſtatem victoriam cui volet concedendi. Interim vere Saul deſperationis plenus eſt, quam hoc maxime patefacit, quod, Deo ipſi non reſpondente, in malitia ſua occalluit: quod enim Deus non reſpondit ipſi, docuimus antea, ſignum fuiſſe, Saulem à Deo receſſiſſe. Neque enim, ſi ad Deum pure & candide peccata confeſſus acceſſiſſet, promiſſioni Deus defuiſſet: ſed vera fide & pœnitentia ſe invocanti reſpondiſſet. Sed quoniam ſine pœnitentia, ſine fide, ſed corde duplici & fucato Deum invocat, idcirco vanæ & irritæ ſunt ipſius preces, Deumque fruſtra quærit. Quamobrem Saul adverſus ſeipſum etiam invitus fert teſtimonium, ſe in malitia occalluiſſe, quod ſine pœnitentia, ſine fide Deum quærat. Præterea Saul oſtendit, ſe nondum didiciſſe, quid ſit Deum exſpectare: nam fides cum ſpe ſemper conjuncta eſt: ſpei autem ea natura eſt, ut, niſi Deus primo quoque tempore nobis reſponderit, patienter tamen adventum ejus præſtolemur, ſpes enim eſt veluti fidei nutrix. Itaque licet Dei promiſſiones fide amplexi fuerimus, ſæpe tamen Deus auxilium differt, ut fidem noſtram & obedientiam exploret. Conſtantes autem eſſe non poſſumus, nec patientes, ſine fide, neque fidem ſine ſpe retinere. Saul igitur ſatis teſtatur, ſe deſperabundum ad Deum acceſſiſſe, quod veræ fidei radices in corde nullas habuerit. Hoc igitur exemplo diſcamus ſapere, &, ſi Deus à nobis invocatus non reſponderit, neque bonitatis ſuæ ſigna ulla dederit, imo etiam contra perſequutus ſit, agnoſcamus, propter iniquitates noſtras fieri, ut Deus non reſpondeat, quæ veluti repagulis illum à nobis ſeparant, ideoque oportere nos reatum noſtrum fateri, & adverſus nosipſos ſententiam ferre, & ſeriam pœnitentiam de peccatis agere. Atque hic eſſe debet afflictionum uſus, ut ex illis tanquam non dubiis teſtimoniis cognoſcamus, Deum à nobis receſſiſſe & abalienatum eſſe: non quidem ut in deſperationem veniamus, ſed potius, ut agnoſcentes, nos peccatis noſtris & tranſgreſſionibus ab ipſo alienatos, ſeria & non ſimulata pœnitentia, damnatis noſtris peccatis, ad ipſum convertamur, veniamque deprecati non dubitemus, quin ſe facilem nobis præbeat, & ad preces noſtras reſpondeat, noſtrique miſereatur. Etſi vero Deus non primo quoque tempore nobis reſpondet, ſciamus tamen, non ideo nobis deſperandum, & ad Diabolum confugiendum,

Deus ipſi invocatus non reſponderit. Atqui oportebat ipſum continuis precibus Deum ſollicitare, & interim obſtaculum tollere, quo Deus ab ipſo quodammodo dirimebatur, & ipſius auxilium impediebatur. Sed hoc Saul non facit. Profecto ſententia illa, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus protulit, nondum erat ſcriptis tradita, *Habent Legem & Prophetas:* ſed tamen illam oportebat in hominum animis alte defixam eſſe. Rogabat dives ille apud inferos Abrahamum, ut fratribus ſignificaret ſuperſtitibus,ne ipſum imitarentur,& pœnitentiam agerent, ad meliorem frugem redirent, quamdiu in vivis erant:cui reſponſum eſt,Legem habent & Prophetas: quaſi diceretur, non exſpectandam eſſe à mortuis ullam revelationem. Quæ ſententia quum tribuitur Abrahamo, ea docetur, homines ſatis habuiſſe in Lege præceptorum ad bene vitam agendam, ideoque jam inde ab initio firmum fuiſſe iſtud præceptum, ſufficere Dei Legem ad bene vitam agendam, & non quærendam neque exſpectandam ullam revelationem à mortuis. Saul igitur, Deo licet ipſi non reſpondente, propria conſcientia ſua redarguebatur, non eſſe mortuos è ſepulcris evocandos, nec invocandos: ſed Legem ſatis ſplendentem facem eſſe ad paſſus ipſius regendos, donec plenius à Deo illuminaretur: ideoque ad Legum & Prophetarum libros confugere debuit, & vero peccatorum ſenſu tactus, veniam à Deo ſuppliciter deprecari: ſed contra deſperabundus in priore malitia occalluit, Samuelemque mortuum evocavit contra expreſſum Domini mandatum, & ab ipſo auxilium exſpectavit tanquam Dei Propheta. Quod quid aliud fuit, obſecro, quam velle Deo invito, quod expetebat, ſcire? quaſi diceret, Tu, Deus, conſulenti mihi te reſpondere non vis, ſed invito tibi iſtud extorquebo, & veneficiis & incantationibus efficiam, ut Propheta tuus mihi reſpondeat, & ſciam ab ipſo, quid mihi faciendum ſit. En quo impudentiæ deveniant improbi homines, Deo ipſi bellum inferentes, dum ſe ipſum maxime quærere ſimulant, & de ipſius auxilio deſperantes, veluti cornibus ipſum petunt, & ringuntur: neque cogitant, horrendam & juſtam punitionem à Domino ſuis imminere capitibus; tanta eſt Diaboli in ipſis excæcandis vis & potentia. Nos hinc diſcamus, Deo patientiam noſtram explorante, & in multos dies auxilium noſtrum differente, ut omnino noſtri nolle miſereri videatur, non tamen propterea rationes obliquas inveſtigare Deum quærendi, ſed ardentibus precibus illum invocare perſeveremus: agnoſcentes, Deum merito ſuum auxilium differre, quod eo indigni ſimus. Porro, non eam dignitatem dicimus, quæ mereatur à Domino exaudiri: ſed tamen ſic coram ipſo dejectos, & peccata confitentes, oportet ſperare, nos ab decipi, quum ad Deum per iſtos circuitus adducitur; quod perinde eſt, ac ſi fugientes ab ipſo ſperarent, ſe ad eum acceſſuros. Et quæ alia eſt hodie Papiſtarum, obſecro, devotio? Deum enim ex devotione culturi, hunc vel illum ſacrificulum, quid ſibi facto ſit opus, interrogant: & doceri ſe ab illo vehementer orant, & nullis ſumtibus parcunt ad acquirendam divini cultus ſcientiam: ſed interim Legem & Prophetas rejiciunt, neque doctrinam ſalutarem ipſorum admittunt; quam ſi quis urgeat, ſtatim in iras efferveſcunt, & adverſus ipſum Deum feruntur, quod ipſe manu ſua beneficium offerebat contemnentes, vanis nimirum illuſionibus decepti, quibus ſe ad ſcientiæ cumulum venire poſſe falſo ſibi perſuadent: & ita Deum irritis votis, ſponte ſua nimirum deluſi, ſollicitant. Sed, an in hoc ſolo errant principio? An gratiam apud Deum inventuri, Domini noſtri Jeſu Chriſti miſericordia freti ipſum invocant? Imo nulla hic Chriſti mentio: ſed Sanctorum quorundam, quos ſibi apud Deum patronos & advocatos commenti ſunt. Ecquis vero miſeros ita faſcinavit & deluſit, niſi quod ipſimet ſe Dei gratia indignos reddunt? Quare Dei promiſſionibus non acquieſcunt? Chriſtum enim Dominum noſtrum ſolum advocatum & interceſſorem noſtrum Deus admittit, & ejus nomine gratiam & miſericordiam nobis pollicetur, & gratas ipſi fore preces noſtras: quod tota paſſim Scriptura nobis prædicat. Sed iſti tamen miſeri homines à Deo recedentes, & in malitia pertinaciter hærentes, modo ad hunc Sanctum, modo ad illum confugiunt, votaque in longinquas regiones ad Sanctorum reliquias inſtituunt, altaria multa, multa idola erigunt, & ſine fine & intelligentia precatiunculas demurmurant. Et quidem, fateor, multa illa idola nullum dant conſulentibus reſponſum: ſed tamen veriſſima ſtabit ultimo die ſententia adverſus iſtos, quam prolatam audimus à Diabolo, ſed Dei voluntate & auctoritate: Deum enim illi oderunt, & interim Sanctos ipſius requirunt. Sed, quæſo, qua ratione? An Sanctos putant adverſus ſuum Dominum inſurrecturos? vel adverſus ipſum conſpiraturos? Næ, ſiquis ſervus cum heri inimico familiariter vivat, nonne merito tanquam perfidus habebitur & punietur? Quid ergo Sanctis, qui in Paradiſo ſunt, fieret, ſi cum improbis hominibus conſpirarent & conjungerentur, ut ipſis homines adulentur, & ſibi propitios faciant, quo non amplius Dei opem requirant? Sed in hoc præcipue malum eſt, quod increduli quidem Deum propitium ſibi eſſe cupiunt, at conciliandi ſibi ipſum rationem non quærunt: quem contra ſuo honore ſpoliant, ſocios ipſi adjungentes, & Majeſtatem ipſius tanquam Judicis horrentes, cujus tanquam Patris benevolentiam experiri cupiunt. Quæ vero iſtorum cauſa eſt?

Nem-

Digitized by Google

tur, ut nihil nocere in rerum natura nobis poſſit. Ne dubitemus, quin, Domino reſpondente nobis, res omnes ſint nobis ſecundæ, & quin Deus ſuam erga nos benevolentiam & amorem reipſa demonſtret. Et de iſtis hactenus: ſequuntur alia verba Samuelis, quibus eandem confirmat ſententiam, *Fecit enim Jehova tibi, quemadmodum loquutus eſt per me: quia laceravit Jehova regnum iſtud è manu tua, ut tradat illud proximo tuo Davidi: quod non auſcultaveris voci Jehovæ, neque exequutus ſis iram ejus accenſam in Amalechum.* Quæ verba quandam Propheticæ illius ſententiæ confirmationem, ut ante dixi, continent. Samuel enim iſte, id eſt, ſpiritus impurus ſub perſona Samuelis apparens, objicit Sauli conſilium iſtud mortuos interrogandi, quaſi Deum ſibiipſi contrarium & repugnantem facere vellet: & docet, ratam fore Domini ſententiam, ſuo miniſterio prolatam, nempe regno ſuo exuendum. Deum itaque dicit non poſſe mutare ſententiam, & quod ſemel per Prophetas prædixit, ratum eſſe oportere. Hanc ob cauſam D. Paulus, ſe vere Apoſtolum eſſe confirmaturus, ait in poſteriore ad Corinthios epiſtola, non oportere Dei verbum eſſe Etiam & Non, ſed Etiam in Domino, ut ſine contradictione ſit firmum, in Chriſto nempe, Domino noſtro, qui eſt omnium divinarum promiſſionum fundamentum. Quandoquidem igitur Samuel à Domino munus impoſitum ſibi erat exequutus, omnino quod prædixerat oportebat impleri. Balaamum ipſum, licet, ut ante dixi, Pſeudoprophetam, tamen oportuit fateri, Deum non eſſe mortalibus ſimilem, ut mentiri aut mutare ſententiam poſſit: ſed oportere verbum ipſius ſuum effectum ſortiri, adeo ut nullus ipſi poſſit contradicere. Quod ſi Balaamum, Dei verbo contrarium, tamen ita de Deo loqui coactum videmus, quid de Saule ſtatuendum putamus, quem ipſa Lex Dei de ipſius decretorum certitudine certiorem faciebat? Verum enimvero novam ille revelationem quærit, Deumque ſibiipſi renunciare vult, ſuamque naturam mutare. Verum etſi ſumus increduli, ut monet Apoſtolus, Deus tamen ſui ſemper ſimilis eſt, & fidelis in æternum permanet. Hinc itaque ſatis perſpicimus, quænam ſit incredulorum omnium natura: quos licet conſcientia redarguat, & videantur animum velle ad Deum ſibi conciliandum adjicere, tamen eundem ſibi volunt ſubjici, & ad ſuum arbitrium componi, ut ex ipſorum arbitrio voluntatem ſuam & decretum mutet, denique volunt mendacem, ut ipſi ſunt, facere. En quanta audacia increduli Deum in varias formas transferre conantur, ut ſimilis ipſorum fiat. Atque hoc declarat Samuel iſtis verbis, *Fecit Jehova quemadmodum loquutus eſt tibi*tur. Potuiſſet enim Saul excipere, ſe non adverſus Dominum calcitraſſe, neque Prophetæ comminationem illam Dei nomine proferenti, manus injeciſſe neque perſequutum eſſe: doluiſſe tamen & ægre tuliſſe, Regia ſe dignitate exui. Sed inanes eſſe iſtas excuſationes Samuel ait, Deoque ipſi bellum intuliſſe: quandoquidem Deus Davidem regnaturum prædixerat, decretum iſtud erat irrevocabile. Quare igitur Davidem innocentem tantis odiis eſt perſequutus, quaſi Dei auctoritatem poſſet frangere? Davidem igitur perſequutus, ipſi Deo reſtitit & bellum intulit. Nonne vero, cæſo Davide, videbatur irritam facere Dei promiſſionem? Atque hæc omnia ſpiritus iſte, ſub Samuelis apparens ſpecie, Sauli exprobravit. Nos hinc diſcamus mortalium ingeniumq; agnoſcere, & in noſtram utilitatem iſtud exemplum vertere. Sophiſtas enim ſemper agunt homines, & neſcio quibus artificiis Rhetoricis ſuam cauſam tuentur, quaſi Deo poſſent imponere. Sed hac ratione ſibi majus exitium, & ſummum tandem dedecus accerſunt, quum obliquis viis & rationibus cum Domino agunt. Nam quicquid tandem ore proferamus, ſi res ſe aliter habet, ſatis coram Deo convicti ſumus. Saul ſane arguitur, quaſi contra Deum ipſum inſurrexiſſet, non quidem ore male loquendo, ſed Davidem perſequendo. Næ, qui pro viribus Dei verbo reluctatur, ne ſuum effectum aſſequatur, is Deo ipſi bellum infert, & contemnit, atque auctoritatem ipſius pro virili minuit. Quamobrem nullus hic effugiis & excuſationibus locus eſt, quum vita contrarium teſtabitur, reſque ipſa demonſtrabit, nos non Dei verbo acquieviſſe. Cauſam vero deinceps expendamus, quare Saulem Deus rejecerit, quoniam non exequutus eſt iram Dei adverſus Amalecitas. Gravis ſane cauſa, qua provocatus adverſus Saulem Deus eum auctoritate Regia ſpoliaret. Nam etſi Saul multorum aliorum criminum reus coram Deo tenebatur, veluti cædis illius horrendæ, cujus antea mentionem fecimus, qua Sacerdotes ſuſtulerat, quæ ipſum faciebat in æternum abominabilem, & indignum Regia dignitate reddebat: quum præſertim etiam ſeſe ab Eccleſia, tanquam putidum membrum, reſecuiſſet: unius tamen criminis accuſatur, quod non ſit iram Domini, id eſt, vindictam in Amalecitas exequutus. Nempe quoniam iſtud primum peccatum gravius admiſerat, ex quo tanquam fonte & ſcaturigine reliqua manarunt: ac proinde licet antea graviter peccaſſet, tamen Deus verbis & minis eum coërcuit: donec admiſſo iſto peccato rebellionis, regno ſit meritò ſpoliatus. Porro hanc hiſtoriam ſuperius capite decimo quinto audivimus: qua Saulem dictum eſt, accepto mandato

dotum cædis: quamquam & deinceps eorum ſanguine manus ſuas polluit: ſed ſolo iſto articulo nititur ſententia adverſus ipſum lata, nempe, non exſtirpaſſe Amalecitas, tam viros quam fœminas, & ipſas animantes, ſed miſericordia & humanitate uſum in Regem, & opimas pecudes ſervaſſe in ſacrificium. Omnis hæc Saulis offenſa eſt. Sed, obſecro, Deusne ſe Regibus ſubjecit, aut ſuam illis auctoritatem communicavit & partitus eſt? Deus per Prophetam Saulem juſſerat bello Amalecitas perſequi, & cum viris etiam mulieres, infantes etiam ab uberibus pendentes, & ipſas beſtias una internecione deleri. Tale Dei decretum erat. Nosne igitur de Dei judiciis controverſiam movebimus, & multum promovebimus? Neque enim abs re dixit Salomo, eum, qui maleficum non punit, non minus reum eſſe, quam qui innocentem condemnat. Atquè, obſecro, ſiquis Judex corruptus ad capitis pœnam aliquem damnet, alium autem ejuſdem reum criminis impunem dimittat, quis eum excuſabit, ac non merito προσωποληψίας accuſabit? Talis fuit Saul. Hinc itaque nihil temere nobis perſuadere, neque quicquam illicitum facere diſcamus. Etſi hodie multos videas

Quare, quum nos ſemel coram ipſius tribunali ſiſti oporteat, quum in Filii perſona in judicium progredietur, ardentibus precibus eum invitemus, ut nos ipſe regat, & noſtras actiones, ſermones, cogitationes ad ipſius voluntatem, verbo ſuo præſcriptam, exigamus: neque nobis ipſis blanditias faciamus: ſed firmiter Deo adhæreamus, & ſpem firmam retineamus, donec tandem vitæ noſtræ curriculum abſolverimus: & nihil ipſi probari poſſe, niſi quod verbo ſuo præceperit, quod eſt omnis juſtitiæ regula, ſciamus.

Jam vero, agite, procumbamus in genua ſupplices coram Dei Opt. Max. Majeſtate, & infinita peccata noſtra cognoſcentes, precemur ipſum, ut talem eorum ſenſum nobis injiciat, qui nos ad ſeriam pœnitentiam adducat: &, quicunque caſus acciderint, ſperemus, eum nobis ſemper fore propitium, miſeris licet peccatoribus, modo, quam præſcripſit, viam inſiſtamus: & veniam peccatorum Deum noſtrum Jeſu Chriſti nomine ſic petamus, ut tamen vitam noſtram ad mandatorum ipſius regulam exigere conemur. Neque vero nobis ſolis, &c.

HOMILIA CENTESIMA PRIMA

IN I. LIB.

SAMUELIS.

CAP. XXVIII.

19. Et dabit Dominus, etiam Iſraël tecum in manus Philiſtiim: cras enim tu & filii
tui mecum eritis: ſed & caſtra Iſraël tradet Dominus in manus Philiſtiim.
20. Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim valde verba Samuelis,
& robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa.
21. Ingreſſa eſt itaque mulier illa ad Saul, & vidit, (conturbatus enim erat valde,) dixitque
ad eum, Ecce obedivit ancilla tua voci tuæ, & poſui animam meam in manu mea,
& audivi ſermones tuos, quos loquutus es ad me.
22. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te bucellam panis, ut
comedens convaleſcas, & poſſis iter agere.
23. Qui renuit, & ait, Non comedam. Coëgerunt autem eum ſervi ſui & mulier,
& tandem audita voce eorum ſurrexit de terra, & ſedit ſuper lectum.
24. Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem in domo, & feſtinavit, & occidit
eum: tollenſque farinam, miſcuit eam, & coxit azyma.
25. Et poſuit ante Saul, & ante ſervos ejus: qui, quum comediſſent, ſurrexerunt, &
ambulaverunt per totam noctem illam.

Heſter-

Digitized by Google

ambitionem & vanitatem populum pœnas luere. Sed Deus habebat ſuas cauſas caſtigandi populum ſuum, propter præcedentia multa, quæ ſimul Deus cum Davidis culpa voluit punire. Idcirco dicitur Satan immiſiſſe in cor Davidis, ut populum contra Dei præceptum recenſeret, quod nimirum Deus pœnas ab illo repetere vellet. Ac ſane quum Deus implet, quod per Legem minatus eſt, nempe ſe peſtem in filios propter parentum iniquitatem immiſſurum, neque injuſtitiæ, neque crudelitatis à quoquam accuſari poteſt. Ac ſiquis audeat ipſi obloqui, & adverſus ipſum litem intentare, ſatis habet poteſtatis & auctoritatis ad factorum ſuorum juſtitiam & æquitatem probandam. Denique Deo populum univerſum puniente pro unius hominis delicto, ſciamus, neminem tam innocentem eſſe, quin, ſi Deus in judicium veniat, fateri cogatur, ſe meritas delictorum pœnas dare. Hic igitur in primis diſcunto, qui ad rerum gubernacula ſedent, cogitare ſerio, quid officii ſui ratio poſtulet, ut in integritate coram Domino ambulent. Nam ſi peccatis ſuis in populum Dei vindictam attraxerint, certum eſt, in ſua capita divinam vindictam tandem derivandam, & eo quidem magis horrendam, quo altius evecti ſunt. Diligenter igitur caveant, ne divinam iram provocent peccatis ſuis, quæ populos etiam involvat. Cæterum ſciamus etiam, Deum permittentem, Reges, Principes, & primariæ dignitatis viros in peccata ferri laxis habenis, quibus ipſius ira provocatur, id permittere, quod provocatus peccatis & tranſgreſſionibus omnium, tam Regum, Principum & primariæ dignitatis virorum, quam infimæ plebis & conditionis hominum, ex ipſorum peccatis occaſionem tam hos quam illos puniendi capiat: ſic tamen, ut nemini faciat injuriam, neque poſſit quiſquam adverſus ipſum litem intentare. Atque hæc obſervanda ſunt in verbis iſtis, quibus audimus, populum Iſraëliticum ob Saulis peccatum etiam ab inimicis caſtigatum iri. Sane populi peccata hic non exprimuntur, ſed quæ tamen magna fuerunt, ſi ab ipſis exigere rationem Deus, & ſummo cum ipſis jure agere voluiſſet: nam quum populus Regem à Domino poſtulaſſet, & contra ipſius expreſſum mandatum, invito veluti Deo, conſtituere optaſſet: quemadmodum initio hujus hiſtoriæ vidimus, populum iſtum furore quodam, & pene diabolica rabie adverſus Deum ſurrexiſſe, & voluntati ipſius contradixiſſe: nonne fuit inſignis illa rebellio, quæ merebatur, ut Deus repente tam ingratum populum profligaret? Atqui Deus clementer ipſos diu bis vindicatur, Deum, punientem Saulem, in idem ſupplicium etiam populum involviſſe, quandoquidem omnes certatim ipſius iram adverſus ſeipſos provocarant. Hinc itaque diſcamus Deum ardentius, quam ſolemus, precari: nam plerumque nobis perſuademus, Deum, ſi non primo quoque tempore flagitia hominum punit, eorundem oblitum eſſe; & inde occaſionem ſumimus nobis delicias faciendi, & veluti laxis habenis in quælibet vitia ſpe impunitatis ruendi. Sed Deus peccata hominum non obliviſcitur, quæ, licet vetera ſint, ſuo tandem tempore punit. Ac ſane experientia edocti ſapere debemus. Nam unde fit, obſecro, ut multi ſæpe, Deo ipſos affligente, vehementer laborent, & anxii ſint, cauſaſque requirant, quare Deus cum ipſis agat tam ſevere? Sed non revocant in memoriam præteritos dies, & ſuperiores annos, quibus Deus ipſos toleravit, & quibus tamen malum malo cumulare non deſierunt, ut merito deinceps pœnas ab ipſis Deus repetat, quod non exciderit jure ſuo, neque deleta ſint ipſorum peccata, etſi ad tempus in ea non animadvertit. Itaque animis noſtris iſtud altius infigamus, Deum peccatores ad tempus tolerantem, ſi pœnitentiam non egerint, nec ad meliorem frugem redierint, colligere tanquam in faſciculum ipſorum peccata, & ſententiam tandem adverſus ipſos ferre. Quamobrem eo major adhibenda nobis cautio eſt, ne in peccatis noſtris diutius hæreamus, ſed tamen admiſſo adverſus Deum peccato ingemiſcamus, & veniam ab ipſo deprecemur, ut coram ipſo ſepeliantur. Sequuntur deinde verba illa, *Cras enim tu & filii tui mecum eritis.* Quibus verbis quidam volunt Diabolum loquutum fuiſſe, & Saulem reprobum hominem non potuiſſe à Deo miſericordiam ſperare, ac proinde filios etiam Saulis videri à Deo rejectos, & eidem iræ Dei, cui pater, obnoxios. Sed etſi, ut ante diximus, ſpectrum fuit, quod Saulem ſub perſona Samuelis alloquebatur, tamen non inde poteſt maledictionis æternæ ſententia dici adverſum filios Saulis lata, ſed verborum iſtorum ſenſus eſſe ſimpliciſſimus videtur, craſtino die Saulem & filios morituros. Spectrum enim illud, quod Saulem alloquebatur, verum Samuelem ſimulabat à mortuis evocatum. Itaque communi illa loquendi phraſi utebatur, Tu mecum eris, id eſt, tu morieris. Alii vero in his verbis quærunt juſtificandi Saulis occaſionem, quaſi pœnitentiam egiſſet, & ſeſe coram Deo humiliaſſet, ideoque meritus eſſet, ut veniam à Deo peccatorum conſequeretur, & cum Samuele eſſet. Verum nulla ratione nititur hæc

expo-

Digitized by Google

ſub ſpectro loquentis miniſterio, & Saul ſuam voluntatem patefecit ea ratione, ut ſine ſolatio terreretur. Nam ſi Deo gratus fuiſſet Saul, Deus etiam vel per Angelum, vel per Prophetam ſic ei voluntatem ſuam patefeciſſet, ut tamen perterrefactum ſolaretur. Sed quam meritus erat ſententiam audivit, qua terrefactus concidit, & vires omnes amiſit ex ſententiæ divinæ adverſus ipſum horrore, ad quem etiam accedebat debilitas virium, quod panem antea non comediſſet, & pedibus totam noctem iter confeciſſet. Porro hic obſervandum, non eodem ſemper modo adverſus peccatores Deum ſententiam ferre: nonnunquam enim tantum minatur, quum maxime propinquum videtur ipſius judicium. Sic Jonam ad Ninivitas miſſum videmus, Dei judicium tanquam imminens ipſorum urbi denunciaturum, quum tamen hac ratione Deus ad pœnitentiam vellet ipſos provocare, quadraginta dierum ſpatio conceſſo. Sane Deus hac comminatione non tam condemnare ipſos, & judicio ſuo addicere, quam admonere voluit, & ad peccatorum agnitionem & pœnitentiam excitare, ut precibus ad Deum converſi, veniam impetrarent: quod & ab ipſis factum videmus. Atque hæc ratio eſt peccatores ad pœnitentiam revocandi, qua Deus ſæpe utitur, conditionem in ſe continens, quum tamen decretum Dei irrevocabile videatur. Sic ſæpe per Prophetas Deum loquutum videmus, quorum frequentes ſunt divinæ in populum vindictæ comminationes, quibus non primo ſtatim tempore pœnas in populum, quas minabatur, immittere volebat, ſed populum potius ad pœnitentiam vocare, & ad ſeriam ad ipſum converſionem. In iſtis igitur pœnarum comminationibus conditio quædam, etſi non expreſſa, continebatur, ſi pœnitentiam agerent, & ſerio ad Deum converterentur, & cordis integritate veniam deprecarentur, ſe ad miſericordiam proclivem fore: ſin minus, pœnas, quas minabatur, immiſſurum. Sic quotidie nos Dei verbum audire, & noſtram in eo condemnationem, oportet: verbum enim Dei prædicatum, eſt inſtar bipennis & gladii ancipitis: nam ait Apoſtolus, Vivus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrantior quovis gladio ancipiti, & pertingit ad diviſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque ac medullarum, & dijudicans conceptiones & cogitationes cordis. Quam ob cauſam etiam Paulus docet, verbum Dei ſingulos ad examen ſuiipſius vocare, ut coram Deo de ſuis offenſis convicti magis ac magis dejiciantur, & ſuam indignitatem confiteantur. Quamobrem, quotieſcunque Dei verbum audituri accedimus, vel SS. Scripturam lecturi in manus aſſumimus, nos ita comparatos eſſe decet, ut in eo tanquam ex ipſius ore Dei condemnationem noſtram audiamus, & in eo conquieſcamus,

communes, fidelibus, iniquis, & incredulis: ſed tamen magnam in illis eſſe differentiam: nam (exempli gratia) tam infideles quam fideles credentes, tam reprobi quam boni ad Dei comminationes horrent, etſi improbi ſæpe ſibi delicias faciunt, & Dei minas contemnunt, ac in malitia perſeverant, jocum & riſum illas exiſtimantes: ſed quas tamen tandem tam horrendas experiuntur, ut montes in ſua capita devolvi exoptent, & ut ipſis ima tellus dehiſcat, ut ſacra Scriptura ſæpe loquitur, quoniam ira Dei ipſis eſt horrenda. Improbi igitur, & maxime contumaces, tanto Dei terrore percelluntur, ut adverſus ipſius iram remedium nullum inveniant: contra vero, fideles percelluntur quidem, & quo majorem habent divinæ Majeſtatis apprehenſionem quam improbi, magis etiam commoventur, & ad vivum uſque tanguntur iræ divinæ ſenſu, quemadmodum Propheta in Pſalmis loquitur: qui ſenſus iræ divinæ, & metus, ipſis eſt cum impiis & incredulis communis: ſed ex iſto metu & pavore non poteſt judicari de hominis pœnitentia & coram Deo humilitate. Nam ſi Saul ſerio peccatorum ſenſu affectus fuiſſet, non permanſiſſet diutius in illo pavore, ſed converſionis ad Deum effectum reipſa ſenſiſſet & demonſtraſſet, ſiquidem ipſum Deus Sancti Spiritus afflatu ad miſericordiam obtinendam inſpiraſſet: ſed contrarium prorſus apparet. Eſt quidem, fateor, divinorum judiciorum metus ad pœnitentiam præparatio, ſed in quo tamen minime ſit ſemper hærendum. Quid ita? Nempe quod Dei contemtores ita perterriti, furere incipiant, & immanes feras imitentur, quæ catenis vinctæ illas arrodunt, & dentes præ rabie frangunt: ut indomiti equi frenum mordent, ſeſſore calcar ipſis ſubdente; ſic profani metum illum in furorem convertunt, & adverſus Deum ſtomachantur, & in deſperationem præcipites feruntur: ideoque magis ac magis indurantur, & ad flagitia revertuntur, imminentis divinæ vindictæ immemores, & Deum ipſum, tanquam ipſius manum evaſiſſent, contemnentes. Contra vero fideles divinorum judiciorum metu perculſi, bonitatis ipſius memores ea ſeſe conſolantur & erigunt, ne triſtitia & mœrore conficiantur: ideoque appetitus ſuos vehementiores coercere conantur, & frenare: ac patienter Dei caſtigationes ferunt, etiamſi mors ipſa ſit obeunda: adeo quidem, ut, ſi Deus pœnis meritis eximere ipſos noluerit, nihilominus omnem ægritudinem abjiciant, & divinorum judiciorum ſeveritatem patientia vincant, neque ut improbi adverſus Deum inſurgant, aut dentibus infrendeant: ſed eum, etiamſi corripiat, nihilominus benignum Patrem ſentiant, & caſtigationem pro ſummo bono habeant: quod peccata ſua Dei

bonitate

Digitized by Google

ictus vehementis mallei, quo dejectus eſt, & in deſperationem venit. Neque dicit ſacra Scriptura, ipſum ingemuiſſe, & ſupplicem ad Dei miſericordiam confugiſſe, ſuaque peccata confeſſum fuiſſe: ſed tantum attonitum & vehementi metu perculſum. Quicquid ſit, relinquamus ipſum Dei judicio & poteſtati: nos interim ipſius exemplum imitari caveamus, quod nulla in ipſo converſionis ad Deum ſigna conſpiciamus, ac proinde ſpem nullam ſalutis videamus. Porro ſi tam fortem virum, electum à Deo, ut populum ſuum regeret, animadvertimus iræ Dei ſenſu tantopere conſternatum, ut obſtupuerit, & attonitus in terram proſtratus ſit, quid nobis futurum putamus, niſi viribus ipſius Domini fulciamur? Quare ne Deum tentemus, ſed ipſius iram præveniamus, ad ipſum ſeria pœnitentia converſi: & quotieſcunque coram ipſius tribunali ad peccatorum agnitionem vocabimur, ultro examen peccatorum ſubeamus, & Dei miſericordiam deprecemur. Et de Saulis metu hactenus: ſequitur, mulierem illam pythoniſſam non potuiſſe à Saule obtinere, ut cibum caperet; & voluiſſe ipſum domum reverti, licet adeo debilem, ut non poſſet ſeipſum ſuſtinere: tandem vero ſuaſu ſervorum non tantum fruſtum aliquod panis ad reficiendas vires, ut erat ipſum mulier illa cohortata, ſumſiſſe: ſed etiam exſpectaſſe, dum vitulus ſaginatus interficeretur, & panes ipſi à muliere coquerentur. Ex quo magis ac magis ipſius ſtupor apparet, & mentis ſumma perturbatio. Quod ſolet iis contingere, qui ſub potenti Dei manu ſerio non humiliantur, ut nimirum modum nullum in affectibus teneant. Illi proinde, ubi horrore divini judicii terrebuntur, in tantum ſtuporem incidunt, ut ſanis conſiliis non dent locum, & nihil eorum, quæ ipſis ſuggeruntur, admittant, ſed ſana omnia conſilia reſpuant. Sic videas, eos, quos Deus in mentem reprobam dedit, non poſſe de Dei miſericordia quicquam ſperare: ac licet peccatoribus converſis factæ promiſſiones ipſis proponantur, non poſſe tamen illas admittere, ſed tanquam ad ſe non pertinentes rejicere. Tantus enim ipſorum ſtupor mentes occupavit, ut Dei gratiam à ſe procul rejicere in animum induxerint: & magis ac magis in malitia obſirmentur. Exemplum eſto Eſavus ille, quem ad momentum temporis ejulantem, plangentem, ululantem

Neque enim iſta de hoc Rege tantum in ſacra Scriptura narrantur: ſed multa iſtiuſmodi alibi exempla occurrunt. Quare inde diſcimus appetitus, ne, ut plerumque accidit, inſatiabiles ſint, frenare, & vitæ tenuiori aſſueſcere. Sed Saulis factum propius intueamur. Poterat ille quidem cibum aliquem ad refocillandas vires & ad iter conficiendum ſumere; quem tamen recuſavit: ſed nihilominus parari ſibi lautiorem cœnam paſſus eſt, quæ in multos dies tam ipſum quam ſocios fovere potuiſſet, vitulus nimirum cum azymis panibus. Ex quo apparet, nullam eſſe temperantiam in iis, qui Dei timoris radices in animis infixas non habent. Modo enim terrore perculſi, animum ſic abjiciunt, ut deſperata ſalus videatur, & nulla ſana conſilia admittant: modo vero, & quidem momento, in gaudium & riſum effunduntur. Neque vero tamen Saul ſic ſeſe exhilaravit, quin conſcientiæ ſtimulos ſenſerit, quibus ſeſe à Deo condemnatum meminerat: &, ut vulgo dicitur, riſus ipſius fuit Sardonius, non ultra fauces progreſſus: neque dubium, quin libenter metum & horrorem, quo à ſpectro illo fuerat perculſus, abjicere niſus fuerit, ſed non potuerit. Ex quo diſcimus, Deo nos variis modis caſtigante, & in eas anguſtias redigente, ut mors ubique ſeſe nobis offerat, & omnia præſentem mortem minentur, nihilominus ad ipſius miſericordiam confugere, & ſpem ſemper retinere, perſuaſi, Deum nos ex ipſius ſepulcri faucibus educere poſſe: imo etiam mortuis vitam reddere, cujus ipſe fons eſt & origo. Contra vero, Deo nobis otia faciente, diſcamus non ſegneſcere: ſed in memoriam Dei comminationes revocantes ſapiamus, & poſt triennium, quadriennium, decennium, Dei patientiam admirantes, & nos debitores agnoſcentes, gloriam ipſi debitam reddamus: ſic ut ex parte propitium eſſe ipſum nobis gaudeamus, & alia ex parte de peccatis lugeamus, & perpetuis ſuſpiriis & gemitibus dolorem internum teſtemur. Neque enim ſpiritualis lætitia ex divinæ erga nos miſericordiæ ſenſu, aut ſuperbiam, aut arrogantiam, aut denique ſoporem & ſegnitiem in nobis debet generare: ſed ita tamen recreare, ut perpetuo aliqua triſtitia ſit admixta, quæ nos ad veram humilitatem ducat. Et de Saulis facto dictum hactenus eſto. Cæterum magnanimitatis etiam in ipſo cujuſdam appa-

rent

Digitized by Google

quandoquidem nulla eſt firmitas, neque conſtantia in iis, quos Dei Spiritus non agit. Eſt enim Dei Spiritus, Spiritus rectitudinis & integritatis, quo qui deſtituuntur, temere huc illuc feruntur. Reverſus igitur in caſtra ſua Saul ſtuporem ſuum potius, quam fortitudinem aut ad Deum converſionem prodidit, & divinorum judiciorum contemtum. Diſcamus igitur, Deo judiciorum ſuorum minis nos terrente, humiliari potius, quam fortem animum præ nobis ferre, ut multi ſolent admirabilem neſcio quam fortitudinem dicere, ſi nullis minis terreantur, & nullo periculo commoveantur, tanquam duriores Marpeſia caute. Sed, quæſo, ſaxisne aut truncis honori dabitur, ſi neque lugeant, neque mali quicquam apprehendant? Minime gentium: neque enim locum habet virtus in iis, qui ſenſum nullum habent: ac proinde non vertitur laudi hominibus, Dei judiciis non commoveri, & ejus minas non metuere: ſed in malitia obfirmari. Sed ſumma virtus Chriſtianorum eſt Dei timor, quo ipſius judicia metuunt, & de ſeipſis deſperantes in ipſius miſericordia fiduciam omnem ſuam reponunt. Sane qui magnos animos gerunt, & neſcio quam fortitudinem jactant, non procul à ſuo exitio abſunt. Contra, qui ſuorum peccatorum conſcii, ſupplices ad Dei miſericordiam confugiunt, confirmantur & eriguntur: ideoque longe utilior humilitas & animi dejectio, quam ſuperba gloriatio & jactantia. Præterea, quum in ſua caſtra Saul eſſet reverſus, populum & liberos exhortari ad pœnitentiam & converſionem ad Deum veramque humilitatem debebat: ſed nihil tale factum ab ipſo legimus: imo potius, quicquid audiverat, celaſſe videtur. At ſi vel verbum ea de re Jonathano feciſſet, profecto ſe patre fortiorem oſtendiſſet, ac admonitione divina ſapuiſſet, & correctioni divinæ ſapiant, & iræ Dei obviam veniant cum precibus & orationibus, ac vera pœnitentia. Sane ſi Saul pietatis ſcintillam habuiſſet, in caſtra ſua reverſus, advocata populi concione, imminentem Dei vindictam ipſis prædicaſſet, & ad pœnitentiam cohortatus fuiſſet, propoſita divina miſericordia, quæ pœnitentes à ſe nunquam repellit. Sed omnia illa diſſimulavit, & tanquam furibundus prælium commiſit. Nos vero contra diſcamus ad Deum propius accedere, quo graviores pœnas minatur: & licet nulla ſpes amplius ſalutis appareat, ſed ultima condemnatio videatur imminere, ne propterea deſpondeamus animum: ſed ſalutem omnibus pœnitentiam agentibus propoſitam ſperemus: & alios etiam ad hoc ipſum cohortemur, ut opportuno tempore Dei auxilium experiamur, & tandem gratias illi de omnibus benefactis agamus, & nomen ipſius perpetuis laudibus extollamus.

Jam vero, agite, fratres, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes precemur, ut eorum ſenſu magis ac magis nos afficiat: atque judiciorum ſuorum metum talem mentibus noſtris injiciat, quo humiliemur coram ipſius ſolio: ſed ita tamen, ne in deſperationem veniamus, quæ furore quodam adverſus ipſum nos impellat. Sed ita coram ipſo dejiciamur, ut Dei miſericordiam amplectamur, & in ipſo fiduciam noſtram collocemus. Ac ſi quando nobis otia faciat, & nullis correctionibus exerceat, non tamen ideo ſegneſcamus, ſed ut Patrem noſtrum invocemus, & precemur, ut ita nos regat & coërceat, ne unquam ab ipſius verbo reſiliamus, ſed nos illi, tanquam filios, totos permittamus, quorum nullo tempore curam abjicit. Neque vero nobis, &c.

HOMILIA CENTESIMA SECUNDA IN I. LIB. SAMUELIS.

CAP. XXIX.

1. Congregata ſunt ergo Philiſtæorum univerſa agmina in Aphec: ſed &
Iſraël caſtra metatus eſt ſuper fontem, qui erat in Jezraël.
2. Et Satrapæ quidem Philiſtæorum incedebant in centuriis & millibus:
David autem & viri ejus erant in noviſſimo agmine cum Achis.
3. Dixeruntque Principes Philiſtiim, Quid ſibi volunt Hebræi iſti? Et ait Achis ad
Principes Philiſtiim, Numquid ignoratis David, qui fuit ſervus Saul Regis Iſraël, & eſt
apud me multis diebus vel annis, & non inveni in eo quicquam, ex die qua transfugit ad
me, uſque ad diem hanc?

4. Irati

Digitized by Google

HAc narratione continetur admirabilis ratio, qua Deus Davidem ex illis difficultatibus eruit, in quas incautus inciderat: ubi impletum videmus, quod in Pſalmis David prædicat, Deum in ſummis anguſtiis & difficultatibus auxilium ipſi tuliſſe. Quæ doctrina valde utilis eſt & neceſſaria, nempe, tum exſpectandum à Deo auxilium, quum deſperata omnia videntur, & nullum amplius adverſus ingruentia mala ſupereſſe remedium. Tum igitur opportunum eſt tempus Dei auxilium experiendi, quum humana conſilia deficiunt, & nullus apparet è difficultatibus exitus, donec ipſe Deus patefaciat. Davidem ſane millies occumbere ſatius fuiſſet, quam in Iſraëlitas ſemel ad prælium venire: ſed tamen quînam effugere potuiſſet, ſi Rex eum ad pugnam coëgiſſet? Sane fateor, non eam fuiſſe ipſius mentem: ſed homo tamen erat, ideoque fragilis: ac proinde neceſſe fuit, admiranda quadam providentiæ divinæ ratione ipſum ex illis difficultatibus educi. Jam ecce Philiſtæorum Duces & Proceres, qui laborantes invidia, Davidem ægre ferunt in tanta eſſe apud Regem auctoritate: nam etſi ipſi non ſatis fidebant, tamen maxime invidebant ipſi gratiam, qua plurimum apud Regem valeret, adeo ut cuſtos eſſet corporis ipſius. Extraneus enim erat, & quidem Philiſtinorum hoſtis infenſiſſimus: ideoque fieri cuſtodem Regis, & in ejus poteſtate vitam ipſius eſſe, Principibus & Proceribus videbatur intolerandum. Caſtra igitur Philiſtæorum in Aphec congregata fuiſſe dicuntur: in quo magis apparet admiranda Dei erga Davidem bonitas, & paterna ſollicitudo. Nam ſi ſtatim initio David à Rege dimiſſus fuiſſet, non eſſet tam inſignis, neque tam conſpicua Dei erga ipſum benevolentia. Sed cum Rege progreſſus, & eum in Aphec uſque comitatus, videbatur nullum impedimentum habiturus, quin perpetuus eſſet Regis ſatelles. Sed quum propius ad rem ventum eſt, tum ſe Deus, quum nulla ſpes amplius affulgebat, Davidis protectorem patefecit. Interea vero fides ipſius explorata eſt: & minime dubium eſt, quin in maximis anguſtiis conſtitutus fuerit, quum imminet ipſi periculum prælio adverſus Iſraëliticum populum decertandi. Verum enimvero in Deum fiduciam collocaſſe ipſum certum eſt, etſi ad tempus laboravit, neque tam cito, quam optaſſet, eum Deus auxilio ſuo juvit. Obſervatione accurata digna iſta ſunt: ſiquidem nunquam ſatis cogitamus, quanta ſit noſtra infirmitas, & quam indigeamus ope divina, niſi in ſummas redacti anguſtias & difficultates, ex quibus evadendi nulla nobis apparet opportunitas: & ideo ſæpe Deus nos in iſtas difficultates conjicit, ut periculo noſtro ſapiamus, & ad ipſum aſſurgere diſcamus. Quare hanc doctrinam recolamus oportet, & perſuaſi ſimus, Deum, etſi nos in profundiſſimam abyſſum malorum dejecerit, ex qua nulla detur nobis humanitus evadendi facultas, tamen rationem tandem, qua emergamus, daturum. Sed quomodo? Admiranda ſane & incomprehenſibili ratione: quandoquidem ita glorificari vult, quum præter opinionem, & ſenſus noſtri apprehenſionem, deploratis rebus auxilium adfert. Exemplo Davidis fiet iſtud conſpicuum, ſi ſingulas, quæ hic notantur, circumſtantias expendamus: caſtra nimirum Philiſtæorum juncta caſtris Iſraëlitarum: & ſeſe jam utraſque acies ad prælium comparaſſe: quum David conſilio Ducum Philiſtæorum dimiſſus eſt. Sed ipſorum Ducum apud Regem conquerentium, quod Davidem ſui corporis cuſtodiæ præfeciſſet, voces expendamus, *Quid ſibi volunt Hebræi iſti?* inquiunt. Quæ loquendi formula ſolet uſurpari, quum invidioſe & cum ſtomacho aliquid alteri exprobratur, ut incolæ peregrinos ſolent habere contemtui. Perinde enim eſt, ac ſi dicerent, Siccine vero peregrinus præcipiet auctoritatem & dignitatem, quæ incolis & civibus naturalibus debetur? Tunc enim naturæ ordo perverti videtur. Hic primum obſervemus, Deum ſua dona ſuis nunquam diſtribuere, quin multorum invidiæ fiant obnoxii: &, quod ſummum eſt malum, virorum principum. Cur enim non univerſa multitudo conqueſta eſt? Nam illorum etiam intererat, & ſinguli milites poterant Regi hoc ipſum, quod Duces & Principes, exprobrare, Nonne ſumus ſubditi naturales? nonne vitam pro ſalute Regis exponimus, & ſingulis momentis pro ipſius defenſione periclitamur? quare igitur contemnimur? quare peregrinus nobis præfertur? quare ipſi Rex poſtremum agmen & ſui cuſtodiam committit? Iſtiusmodi igitur verbis ſane ſimilibus ſinguli milites conqueri poterant: ſed tantum hic fit mentio Ducum & principum virorum; in illis enim maxime dominatur ambitio. Næ, qui ad magnos honores evecti ſunt, gradu illo dignitatis contenti eſſe deberent, ſed ambitionis ſcintillæ magis excitantur, & quo majores ſunt honores, eo magis appetuntur. Qui tenuis eſt fortuna, ſua ſorte contentus vivit, & in otio ac tranquillitate vitam degit, labori quotidiano incumbit, & de lucrando pane tantum cogitat, parum de honorum dignitate, licet eorum fiat apud ipſum mentio, ſollicitus. Contra, qui illis

Achis Davidis cauſam apud ſuos Duces egiſſe, & fidem ipſius demonſtraſſe, quum ait, *An non hic eſt David ſervus Saulis, qui fuit apud me jam aliquot diebus, imo jam aliquot annis, neque deprehendi in eo quicquam?* Quibus verbis ſe fidelitatem Davidis multis annis expertum dicit, ut ei ſe non temere credat: ſane David non multos annos apud eum fuit, ſed ſatis longum tempus judicat, quo explorare fidem ipſius potuit. Sed excipiunt Philiſtæorum Duces, *Quomodo aliter poterit placare Dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris? Nonne iſte eſt David, cui cantabant in choreis dicentes, Percuſſit Saul in millibus ſuis, & David in decem millibus ſuis?* Hinc perſpicimus, Dei dona in ſervis ſuis non tantum contemni ab improbis hominibus: ſed eorum etiam memoriam odioſam eſſe. Nam vetera erant, quæ iſti commemorant: ſiquidem David valde juvenis Goliathum interfecerat, cujus cædem Philiſtæorum exercitus profligatio exceperat: quomodo ergo cladis illius memoriam refricant? Nempe, ut ante dixi, donis Dei Spiritus, irritantur improbi, nobis inimici: & ea ratione Deus vult noſtra dona temperare, ne donorum excellentia efferamur. Vix enim nobis temperamus, quin Dei donis ſuperbiamus, niſi Deus illa quadam correctione temperet. Sic itaque Deus omnem ſeſe efferendi occaſionem ſuis adimit: & modeſtiam docet, quum permittit, ipſos, quos in aliquem dignitatis gradum evexit, ab aliis odio haberi, in facta ipſorum inquiri, & occaſiones quæri arrodendi ipſos. Nam iſto veluti freno retinentur, ne rebus ſecundis inſoleſcant. Nos itaque diſcamus hinc in uſum noſtrum referre improborum hominum erga nos odia & invidiam: quibus Deus exercet nos, ne apud homines gloriam & gratiam quæramus, ſed intra modeſtiæ fines nos contineamus. Tandem Achis Satraparum victus rationibus, quorum indigebat opera, & quos nolebat provocare, ne adverſus ſeipſum ſeditionem excitarent, Davidem à ſe dimittit. Ex quo apparet, primariæ dignitatis viros inferioribus ſibi ſubditis ſæpe cedere: ſiquidem mundanæ dominationes multis ſervitutibus implicantur. Nemo tam inſignis auctoritatis Rex eſt, quin ſecreta quadam ſubjectione ſeſe ſalutantibus aulicis ſubmittat. Equidem fateor, obedientiam illos exigere, & velle ad leviſſimum mandatum ſibi obtemperari: ſed tamen, ſi propius res inſpiciatur, ſatis erit conſpicuum, ipſos Reges variis modis iis ſubjici, qui tamen ad omne videntur obſequium paratiſſimi, & ipſas cervices ſubjecturi. Ea eſt hominum conditio, ut veriſſimum illud ſit proverbium, Non aurum eſſe quicquid ſplendet. Quum igitur ea eſſe Regum, Principum ac primariorum virorum felicitas videtur, ut non amplius in hominibus habendi ſint, ſciamus

ditos in officio, ne facta ſeditione deficiant à ſe, contineat, humano ſanguine & ſibi amico ſeſe polluere cogitur. Quod ſi Regibus & Principibus evenit, multo magis evenire poteſt iis, quorum minor eſt auctoritas: quod ipſa experientia facit conſpicuum in conjurationibus, quæ hodie ab improbis hominibus adverſus Chriſtianos excitantur. Nam ſi quis damnum patiatur injuria, aut perſequutionem, quis iſtiusmodi improborum violentiæ reſiſtit? Imo ſtatim audias, Ille ipſi contrarius eſt, qui multis amicis tutus eſt: cui ſi reſiſtam, ego me ipſorum odiis exponam, & pro alio pœnas luam. Hinc fit, ut diſſimulare omnes diſcant, & interea miſeri patiantur, & tandem pereant eorum ſocordia vel metu, qui hos vel illos, quos non oportuit, metuunt. Nos vero diſcamus hominibus non fidere, qui, licet bene nobis velint, & libenter auxilium laturi ſint, retinentur tamen periculi metu, & minis horum vel illorum territi ab officio reſiliunt, & ventis cedunt. Quare, quum tantam in juſtæ cauſæ defenſione ſocordiam conſpicimus, ſummopere cavendum eſt, ne in ipſis fiduciam collocemus: ſed ad Deum aſſurgamus, ut ipſe ſit nobis propugnaculum & defenſio. Exemplo eſto Achis iſte Rex Philiſtæorum, per quem non ſtetiſſet, quominus David primo ictu interficeretur, niſi Duces Philiſtæorum ſibi ab ipſius copiis metuiſſent: ſed ſi in Davidem impetum feciſſent ipſum interfecturi, certum eſt, Achis fuiſſe ipſis ceſſurum, non minus, quam quum petentibus illis domum ipſum remiſit. Pergamus ad ſequentia, quibus Davidem ab Achis accerſitum audimus, & dimiſſum reſpondiſſe, *Quid enim feci, & inveniſti in me* &c. Quid ita ſe non accuſatus excuſat? Nempe veriſimile eſt, ipſum in maximis anguſtiis fuiſſe conſtitutum, quod, quum inter medios hoſtes verſaretur, ſi victoriam de Iſraëlitis reportaſſent, videbatur ipſorum furori expoſitus, quorum in ſe malam voluntatem experiebatur. Quid enim ſperare aliud potuit, quam iſtos Duces victoria elatos in ſe ſuoſque impetum facturos, & memores Davidis victoriarum, odiumque animis ſuis foventes, oblata occaſione ſævitiam ſuam in ſe ſuoſque experturos? Quos ergo ſibi infenſos David animadvertit, quorum crudelitatem novit, non immerito metuit, ne victoria inſolentes, clauſum ipſum in urbe aliqua Philiſtinorum invenientes crudeliter interimant. Quare veriſimile eſt, Davidem tam ſollicite ſe apud Regem excuſaſſe, quo ſibi caveret in poſterum, & à Philiſtæorum furore tutus eſſet, & Ducum ac Satraparum illorum odia fugeret. Hoc fuiſſe Davidis conſilium, ſatis apparet: ſed interim ſimulatione quadam utitur, quum ait, *Quid inveniſti in me ſervo tuo, ut non veniam, & pugnem contra inimicos Domini mei Regis?* Neque enim habebat in animo pugnare

contra

Digitized by Google

ſanctiſſimos etiam viros, etſi ad rectum ſcopum colliment, Deumque, quocunque vocaverit, ſequi parati ſint, tamen ſemper inoffenſo pede progredi, ſed multum infirmitatis prodere. Quorum exempla non debent ad vitia nobis viam facere, ſed potius majorem curam & ſollicitudinem in nobis excitare, ne labamur: Davidem intuentes rectum quidem animum erga Deum habuiſſe, & ingenti ardore cultus ipſius flagraſſe, ſed tamen aliquid ſimulaſſe. Nam ſi mentiri & ſimulare illum contigit, quid nobis, ipſo longe infirmioribus, futurum putamus? Næ ſi vitia noſtra non animadvertimus, Deus tamen illa perſpicit, cujus oculi penitius quam noſtri penetrant: ſiquidem ipſius juſtitia noſtris affectibus longe ſuperior eſt. Quamobrem quum Deus nos ab ipſius voluntate pendère volet, ſciamus tamen ſupereſſe nobis adhuc pugnam adverſus naturalem infirmitatem, multas ſupereſſe cordis noſtri latebras, quæ rectis conatibus reſiſtant: ac denique multum in ipſis noſtris bonis operibus eſſe impuritatis, adeo ut Deus merito poſſit, quicquid in illis purum apparet, repudiare, ideoque oportere nos Deum perpetuis precibus ſollicitare, ut infirmitatem noſtram pro ſua clementia toleret, &, quicquid expedire nobis cognoverit, benigne largiatur. Inſuper ex hac hiſtoria diſcamus, Deum, improbis adverſum nos dira quæque machinantibus, prava ipſorum conſilia in noſtram utilitatem vertere, & quo magis deprimere nos conabuntur, eo magis Deum nos elevaturum: ſiquidem Deus vel invitis noſtris adverſariis utitur ad nos extollendos. Unde ex parte apparet admirabilis Dei providentia, operantis per vias nobis incognitas, &, ut nobis videtur, obliquas: altera vero ex parte magis ac magis confirmari nos oportet, & in Dei providentia conquieſcere, firmaque fide niti, quum præter omnium opinionem, quod nobis erat contrarium, in noſtram utilitatem & ſalutem convertit. Quibus enim modis, obſecro, David ex imminenti periculo liberatus eſt? Philiſtinorum, quos infenſiſſimos habebat, opera. Et qua tandem ratione? nempe malitia ipſorum & invidia, qua Davidem in pretio eſſe & honore apud Achim Regem dolebant. Sane iſta valde inſolentia eſſe & inter ſe pugnare videntur: ſed ita Deus in uſum ſuum malam hominum voluntatem convertit: ſic tamen, ut hominum iniquitati non communicet, neque poſſit tanquam auctor peccati ab ipſis accuſari. Nam exempli gratia, odium illud & invidia Philiſtæorum, qua Davidem perſequebantur, condemnanda eſt, ſed ea tamen Deus utitur, ut ipſorum manibus David

Atque hæc doctrina neceſſaria eſt, iſtis præſertim temporibus, quibus Dei inimicos videmus ſpirare necem fidelium, & Eccleſiæ Dei ſanguinem ſitire: ac proinde ex humani judicii ſenſu extremum diſcrimen imminere, & deploratam eſſe ſalutem: ne tamen animum deſpondeamus, ſed certo ſtatuamus, Deum quidem permiſſurum, ut hoſtes adverſus Eccleſiam inſurgant, & magnos apparatus faciant, & jam imminere miſerorum faucibus videantur: ſed tandem omnia ipſorum conſilia & machinationes irritas facturum ac diſturbaturum: neque id tantum, ſed etiam, quo magis increduli elati fuerint & dira quæque minati, Deum tandem omnia in noſtram ſalutem & utilitatem converſurum. Hactenus igitur dictum eſto de divina providentia, qua factum eſt, ut ipſi Philiſtæi Davidem ex caſtris ſuis ejecerint, & hac ratione David ex ſummo periculo liberatus ſit, aut polluendi manus ſanguine innoxio, aut in ſuſpicionem apud Regem Achis veniendi, aut etiam ipſis manibus ſuorum hoſtium occumbendi, propter odium, quo ipſum perſequebantur, quod eſſet in gratia apud Regem Achis, & fidus ab ipſo haberetur. Sane fallebatur quidem Achis: nam ſi Davidem, qualis erat, cognoviſſet; longe alium eſſe, quam exiſtimabat, comperiſſet. Sed Deus hac tanquam umbra ſervum ſuum voluit occultari. Hanc igitur ob cauſam non immerito dicitur, Dei miſericordiam, qua nos tutatur, multis vitis eſſe longe meliorem. Profecto Dei ſingularis erga nos benevolentia conſpicitur in eo, quod vitia noſtra & infirmitates tegat: ſed hic Davidis virtutes texit, quæ, quo magis erant laudabiles, eo majus Davidi periculum creabant, & mortale adverſus ipſum odium conflabant: adeo ut ab ipſis hoſtibus non modo rejici, ſed etiam interimi potuerit. Deus igitur ipſum hac ratione texit, ut eum conſervaret. Diſcamus itaque, ſæviſſimis noſtris inimicis inſidias nobis ſtruentibus, & ſanguinem noſtrum ſitientibus, in Deo fiduciam collocare, & in ipſo ſolo conquieſcere, certo perſuaſi, nos ipſius umbra tectos, licet multorum rei ſimus peccatorum, tandem ab omnibus periculis ereptum iri. Exemplis fidelium confirmari nos etiam oportet, qui in luporum faucibus conſtituti, etſi libere fidem ſuam profiteri non poterant, nunquam tamen Papiſticis ullis ſuperſtitionibus & idolomania ſeſe pollui ſuſtinuerunt, neque inimicorum blaſphemiis conſenſerunt: quos tamen Deus tanquam oves ex ore luporum mirabiliter eripuit. Quinam id vero? Sane in magnas anguſtias redactos fateor; ſed tamen aio, Deum pravum hominum oculos & mentem ſic tenuiſſe, ut toleraverint

eos,

lucem protulit, tamen inexcuſabiles coram Deo reddidit. Nam ſi divinæ lucis ſcintillæ omnes extinctæ in ipſis fuiſſent, & nullam guttam veritatis habuiſſent, ignorantiam ſuam, tanquam clypeum, Dei judiciis objeciſſent, eaque ratione ſe coram ipſo excuſaſſent: quamobrem oportuit illos adhuc aliquam religionis ſcintillam, ut inexcuſabiles ſint, habere. Sic hoc loco Rex Achis, etſi non plane intellexit, Deum Angelos ſuos habere, ut ipſi miniſtrent, & mandata exequantur; novit tamen, Angelos Dei eſſe. Quæ notitia omnem excuſationem, ut diximus, illis ſuſtulit. Nos vero diligenter caveamus, ne incertam & confuſam notitiam iſtorum habeamus, ſed Dei Angelos ſic cognoſcamus, ut tamen intra gradum ſuum remaneant; ne à nobis in idola transformentur: ſed noſtræ ſalutis miniſtros illos eſſe cognoſcamus, quandoquidem illorum opera Deus ad illud opus uti vult. Caveamus, ne Dei nomine ſolis verbis gloriemur, ne nihil nos illa profeſſio juvet. Ne incredulos imitemur, qui tenebris ita demerſi ſunt, ut mendacio & ſuis imaginationibus Dei veritatem corrumpere nitantur: nos iſtiuſmodi corruptelas & ſuperſtitiones totis viribus fugiamus, Deique cognitionem tanquam ardentem facem nobis prælucentem ſequamur, fiduciamque noſtram in ipſo ſolo collocemus: eique ſubjiciamur, & toto vitæ curriculo glorificemus. Sequuntur Achis verba, quibus à ſe Davidem dimiſit, quum ait, *Surge mane tu & ſervi Domini tui*, id eſt, Saulis: quaſi dicat, Vos eſtis ſervi & ſubditi Saulis: ne igitur adverſus ipſum in pugnam exite, ſed quieti in loco à me vobis dato ſubſiſtite. Quum jubet Achis Davidem mane ſurgere & abire cum ſuis, apparet, tantum in caſtris ſuis excitatum tumultum, ut, ſi diutius rem diſtuliſſet, pe- Singulare ſane fuit illud Dei benevolentiæ teſtimonium erga Davidem, cum tot difficultatibus colluctantem, ut inopem illum conſilii, undique inſurgentibus adverſus ipſum inimicis, ſic tamen auxilio ſuo juverit, ut contra hoſtium opinionem bene res ipſi ceſſerint: Davidem enim inimici deprimere volebant, & de gradu dignitatis dejicere, ſed illum Deus ea ratione magis extulit. Nos igitur iſtis exemplis edocti, fiduciam in Deo noſtram collocemus, neque virtutem ipſius ex noſtro ſenſu dimetiamur: ſed quum periculis obſeſſi caligaverimus, ſufficiat, illum pro nobis vigilare, & in ſe, rebus veluti deploratis, curas noſtras ſuſcipere, eumque precemur, ut, multis undique tentationibus & anguſtiis nos urgentibus, nunquam permittat nos in hanc vel illam partem recta via deflectere, ſed ipſe adjuvet auxilio, & lapſos erigat, ut in omnibus noſtris afflictionibus illum debitis laudibus celebrandi occaſionem ſemper habeamus.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata cognoſcentes, quibus ab eo rejici meremur, eum nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti precemur, ut gratos & acceptos habeat, ne nobis quod admiſimus peccatum imputet, ſed exutos iniquitatibus juſtitia ſic induat, ut nos in ipſius filiorum numero eſſe perſuaſi ſimus, & nos habere gratuitæ adoptionis & electionis arrhabonem Sanctum ipſius Spiritum, & pura & integra mente nos noſtraſque curas & ſollicitudines in ipſius providentiam rejiciamus, ſic ut imperterriti poſſimus in umbra mortis ambulare, & per hujuſce mundi tenebras inoffenſo pede ambulare, ut in factis, dictis & cogitationibus ſinceritatem & integritatem retinentes, felicem tandem portum conſequamur.

HOMILIA CENTESIMA TERTIA

IN I. LIB.

S A M U E L I S.

CAP. XXX.

1\. Quumque veniſſent David & viri ejus in Siceleg die tertia, Amalecitæ
impetum fecerant ex parte auſtrali in Siceleg, & percuſſerant Siceleg,
& ſuccenderant eam igni:
2\. Et captivas duxerant mulieres ex ea, à minimo uſque ad magnum: &
non interfecerant quemquam, ſed ſecum duxerant, & pergebant itinere ſuo.
3\. Quum ergo veniſſet David & viri ejus ad civitatem, & inveniſſent eam ſuccenſam
igni, & uxores ſuas, & filios ſuos, & filias ductas eſſe captivas:
4\. Levaverunt David & populus qui erat cum eo voces ſuas, & planxerunt, donec deficerent in eis lacrymæ.

5\. Siqui-

Digitized by Google

interemtum voluiſſent. Odium enim, quo perſequuti ſunt Davidem Philiſtæi, cauſa fuit, ut cum quadam ignominia dimitteretur. Nam & Rex profitetur, ſe fidum illum erga ſe agnoviſſe, non ſine dedecore tamen ab ipſo dimittitur. Sed admiranda Dei providentia laboranti ſervo ſuo ſuccurrit. Atque hæc afflictio non ipſi caſu contigerat, ſed correctio fuit ipſi à Deo immiſſa, vel quædam patientiæ ipſius exploratio. Neque enim ſemper Deus ſuos explorans propter peccata ipſos punit, ſed multas alias habet apud ſe cauſas, licet ſæpe nobis incognitas. Nam afflictionibus Deus utitur, ut pharmaco, quo ſuos magis ac magis dejiciat ac humiliet, aut tanquam alexipharmaco vel amuleto, quo doceantur ſeſe in officio continere, aut etiam eorundem exercere patientiam vult, quod Jobi præſertim exemplo fit nobis conſpicuum. Quare fieri poteſt, ut Deus peccata Davidis immiſſa tanta afflictione punire noluerit, etſi in juſtiſſimis & perfectiſſimis quibuſque reperiat ſatis amplam materiam judicii, ſi ſummo jure cum ipſis agat. Sed, ut ante dixi, nonnunquam filiorum ſuorum patientiam explorat, eis non imputans peccata: ſed tantum explorat ipſos, ſintne parati ad ipſius obſequium, & ad ſacroſanctum nomen ſuum venerandum in maximis calamitatibus & anguſtiis. Manus igitur Dei Davidem percuſſit, quum voluit illi primum Philiſtæos adverſari: deinde illi conjuges & totam ſupellectilem eripi, & in tantam deſolationem venire, ut conſolationi nullus relictus locus videatur. Sed interim Deus oſtendit, Davidem, patienter hæc adverſa tolerantem, tandem à Domino reſtituendum. Profecto David hominum opinione multa jam paſſus fuerat, ſed oportuit illum adhuc cum iſta difficultate luctari, antequam in regni poſſeſſionem mitteretur. Diſcamus igitur multis modis afflicti, & tamen nullum miſeriarum finem videntes, ſed potius in novas difficultates venientes, ut per medios ignes & per medias undas tranſire nos oporteat, animum tamen obfirmare, & quoſcunque caſus fortiter ſuſtinere, adeoque per ſaxa, per ignes, per deſerta, per avia denique loca Deum vocantem ſequi, nec præteritas calamitates ſufficere arbitremur, quaſi illis Deum eſſe contentum oporteat: quandoquidem in unius Dei poteſtate ſitum eſt, judicare, quid nobis utile ſit & expediat, & potionem noſtram nobis admetiri, quemadmodum ſæpe Scriptura non ſine cauſa calamitates, quæ à Deo immittuntur fidelibus, potioni comparat, quam ipſe Deus pro volunta-

cant. Inter Ethnicos, Stoïci præſertim, qui fortiſſimi videri voluerunt, conſtantiam fortis hominis exiſtimarunt in eo poſitam eſſe, ut vir fortis nulla re terreatur, nunquam lacrymetur, nunquam gemat, ſed imperterritus & immotus adverſus quoslibet fortunæ, quam dicebant, inſultus maneat: ideoque flere turpiſſimum eſſe dixerunt. Sane fateor, modum excedentes condemnationem mereri, atque etiam paſſiones noſtras nimis violentas modum excedere, quoniam à peccato corrupti ſumus, ideoque vitioſas eſſe. Sed ſi quæras, liceatne homini triſtem eſſe, quum Domini manu affligitur, & dicat aliquis non licere, aio inſolens eſſe reſponſum. Itaque obſervemus, Deum fideles ſuos donare fortitudine & magnanimitate, non quæ ſtipites illos faciat, aut Marpeſia caute duriores: ut neque bonum neque malum apprehendant, & adverſos caſus rideant, ſed ut ipſorum patientia victoriam adverſus quaslibet tentationes obtineat. Victoria porro illa non ſine certamine paratur. Quamobrem fieri non poteſt, quin fideles ſemper aliquam in ſe luctam ſentiant, quum ipſis aliquid adverſi contigerit, & amara ſint mala, quibus urgentur; imo quo graviora, eo graviorem etiam cruciatum ſentiant, qui & lacrymas & gemitus eliciat: ſed interim iſtos affectus ita decet temperari, ut Deum in maximis noſtris difficultatibus nihilominus invocemus, &, licet lætari omnino non poſſimus, dolorem tamen noſtrum aliqua conſolatione leniamus. Quod ſi primo ictu à nobis ipſi obtinere non poſſumus, patienter exitum à Deo præſtolemur, qui lætitiæ materiam adferat: victoria enim calamitatum noſtrarum in precibus & orationibus poſita eſt: nam alioqui ſuſpenſa arma noſtra jacerent inutilia. Sed quemadmodum ſtrenuus miles, quum ad pugnam itur, loricam induit, & galeam aſſumit, clypeumque, & reliquis armis ad pugnam neceſſariis inſtruitur, ne inermis ſua ſocordia & ignavia pereat: ita nos oportet variis exercitos calamitatibus, & cum variis tentationibus pugnaturos armari Chriſtiana panoplia, ac precibus & orationibus pugnare, quibus fretos certum eſt nos omnia adverſa nobis ſuperaturos. Et hæc obſervanda ſunt in narratione illa de lacrymis & gemitu Davidis, quæ prima fronte viderentur à molli & effœminato viro profectæ: ſed ſi humanitatem & manſuetudinem Davidis attendamus, qua fuit à Deo præditus, non erunt nobis inſolentes. Vir enim fuit mitis ingenii & humilis; itaque amiſſis duabus conjugibus affligi graviter ipſum oportuit. Præterea gra-

Digitized by Google

reocilio adverſus Deum eſt, quam fortitudo aut alia iſtiusmodi virtus. Nam iſtiusmodi homines non deſinuot iram ſuam deſpumare, aut ſtomachari & iodignari, & non dignantur ad Deum precibus confugere, ſolatium ab ipſo petere, & ſeſe coram eo humiliare. Sane, qui coram Deo afflictus dejicitur, & merito ſe à Deo puniri fatetur, multum ſub Dei ferula profecit: contra, qui ringuntur apud ſeipſos, & acerbam vitam ducunt, nondum didicerunt, quid ſit Deo ſeſe ſubjicere, oeſciunt, quid ſit fragilitatem humanam agnoſcere, & ad verum remedium confugere. Quamobrem Davidis lacrymæ longe pluris faciendæ ſunt, quam illa pertinacia & obſtinatio, quæ in omnibus incredulis obtinet, qui Deo ſeſe ſubjicere nequeunt, & ſemper duræ cervicis Dei maoum oon agnoſcunt, de ſua infirmitate non cogitant, ut cautiores efficiaotur, Deique auxilium deprecentur. Sane militem ad prælium ſe comparantem, quum commovetur, & de ſe cogitat, & ſe apparat ad hoſtis impetum repellendum, non ideo dixerimus ignavum, ſed potius de futuro eventu cogitabimus, & quum adverſus hoſtem viderimus progreſſum intrepide, & fortiter pugnantem, dooec victoriam obtinuerit, dicemus fortem, & talem victoriam non ſine virtute poſſe comparari. Eadem eſt ratio eorum, quæ hic de Davide narrantur. Nam Dei Spiritus nobis ejus ex parte lacrymas & gemitus proponit, ut oſtendat, eum infirmitati fuiſſe obooxium, & humanis omnibus paſſiooibus: ex altera vero parte dicit, Davidem ſeſe confirmaviſſe in Jehova Deo ſuo, & non deſpondiſſe animum; ſed in maximis ſuis anguſtiis ad Deum confugiſſe, agnoſcentem, in Deo ſolo vires ſuas eſſe poſitas: quemadmodum nos ipſe in Pſalmis ſæpe docet. Ejus igitur exemplum imitandum nobis proponitur, quem hominem fuiſſe negare non poſſumus nobis in omnibus ſimilem: ſiquidem ipſius infirmitatem conſpicimus, qui vehementer commotus eſt, quum damna ſua vidit, & in gemitus & lacrymas effuſus eſt. In illo igitur conſpicimus quicquid nos ad deſperationem, & adverſus Deum rebellionem, poteſt adducere: illa, inquam, in Davide ſunt conſpicua: quibus omoibus occurrit, quum ſe in Domino Deo confirmavit. Nos itaque diſcamus, paſſionibus & affectibus humanis nos vehementius agitantibus, & ægritudioe in animis noſtris penitius hærente, & rebus ita conſtitutis, ut deplorata ſalus videatur, & nullum appareat in noſtris malis remedium, ad Deum confugere, in quo uno certum eſt nos quicquid nobis contrarium eſt ſuperaturos. Quod vero David in Deo confirmaſſe ſe dicitur, eo oſtenditur, eum, fragilitatis ſuæ bene conſcium, ad remedium confugiſſe. Quare ſi patientes eſſe volumus, ſi omnes afflictiones à Deo nobis immiſſas ſuperare cupimus, fugiadem attribuunt, eumque omnium auctorem bonorum eſſe profiteotur. Idcirco Paulus, inquiens, *Ego poſſum omnia*, videretur nimium efferri & de ſe præſumere; ſed quum adjicit, *per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui me corroborat*, ſatis oſtendit, ſe non ioſoleſcere, oec inani jactatione efferri, ſed quam acceperat gratiam agnoſcere, quod Deus illum, quantum opus fuerit, in Domino noſtro Jeſu Chriſto corroborarit. Magni autem momenti vox illa, quæ adjicitur, *Deo ſuo*: non enim hoc loco ſupervacua eſt. Nam etſi Deus ſatis in ſe virium habet, non tamen erga quoslibet homines eas ſemper depromit. Quam multos enim videas miſeros homines, calamitatibus obrutos & deſperabundos, qui nullam conſolationem paſſionibus præoccupati recipiunt? Ex quo apparet, divinam virtutem non exerere ſe erga omnes homines. Quid ita vero? nempe non omoes ad ipſum tanquam ad Deum ſuum confugiunt. Et hoc diſcrimen eſt ioter fideles & incredulos. Nam etſi profani & mundani homines Dei nomeo frequenter aſſumunt, & in afflictionibus vocant, atque ab ipſo fatentur omne auxilium venire, & ſe cuperent ab illo in rebus adverſis adjuvari, non tamen ad ipſum confugiunt ea fiducia, quæ facit, ut fideles à Domino exaudiantur: ſed temere feruntur ſine vera ipſius cognitione, niſi confuſa & perplexa. Nos vero contra diſcamus cœli ac terræ Creatorem pro Deo noſtro habere, ſi io rebus anguſtis cupimus ab ipſo exaudiri & juvari. Nam hæc ratio hic adjicitur, cur David à Deo ſit exauditus, & non paſſus ſit ipſum vinci ab iofirmitate, neque tentationi ſuccumbere, quod nimirum Deum agnovit eſſe ſuum Servatorem. Neque vero David temere hanc opinionem concepit, ſed vera fide factas ſibi à Domino promiſſiones amplexus eſt. Quas promiſſiones hodie Deus etiam & quidem longe excellentius patefacit in Filio ſuo Domino noſtro Jeſu Chriſto, in quo ſi Patrem ipſum agnoſcamus & invocemus, ſe noſtræ ſalutis curam habiturum, & in filiorum numero habiturum pollicetur. Hoc igitur alta mente repoſitum ſervemus, Dei veritatem immutabilem eſſe, & Deum invocantes vera fide reipſa experturos, ipſum eſſe verum Deum noſtrum & Patrem. Cæterum adjicitur, Davidem non tantum perterritum damoo, quod paſſus erat, vehementer laboraſſe, ſed etiam multitudinem, quæ ipſum ſequebatur, de lapidando ipſo cogitaſſe, qui fuit infortuoii cumulus. Næ duabus conjugibus amiſſis ſatis, & præterea etiam urbe illa, quam acceperat patria extorris ab Achis Rege Philiſtæorum ſolatii & perfugii locum, privatus, & homioum opinione rebus omnibus deſtitutus, ſatis malorum paſſus erat; ſed quum præterea multitudo illa, quæ ſequuta ipſum fuerat, adverſus eum conſpirat, minime dubium eſt,

quin

Digitized by Google

juſſerat, & per illud in rebus difficilibus Deum conſuli. Tunc enim ſummus Sacerdos erat Domini noſtri Jeſu Chriſti figura & imago. Quoniam autem illis temporibus Deus per figuras & umbras legales populum docebat, hanc cerimoniam in uſu eſſe oportebat. David igitur Sacerdotem non aliqua ſuperſtitione vocavit, eumque Ephod aſſumere juſſit, non alligans Dei gratiam virtutemque Sancti Spiritus materiali Sacerdotis ornatui, ſed edoctus verbo Dei Sacerdotem datum eſſe tanquam Dei internuncium & teſtem divinæ voluntatis & conſilii, quemadmodum apud Prophetam Malachiam capite ſecundo verſiculo ſeptimo ſcriptum eſt, *Labia Sacerdotis obſervant ſcientiam, & lex requiritur ex ore ipſius, nam Angelus Jehovæ exercituum eſt.* Quæ quidem verba de tota bene vivendi regula intelliguntur. Sed quibus etiam ſignificatur, Sacerdotem in rebus anguſtis & dubiis Dei internuncium & voluntatis ipſius interpretem fuiſſe, Deo ipſi ſingulari quadam ratione quod opus eſſet revelante, quum vera fide invocaretur. Quod enim ſupra vidimus, Sauli de Dei voluntate ſciſcitanti nullum fuiſſe datum reſponſum, factum eſt ipſius incredulitate, quod à Deo deſciviſſet, ideoque quam erat meritus mercedem à Domino retuliſſet. David vero longe aliter Dei voluntatem inquiſivit, quippe qui Sacerdotem à Deo ſciret in hunc uſum conſtitutum: eumque ideo juſſit Ephod aſſumere, ut ſacerdotalem dignitatem revereretur, Dei vero voluntatem ita ſciſcitaretur, ut non ſine precibus. Neque enim David, magos & incantatores imitando, conjurare per Ephod Deum voluit, ſed, qua humilitate & modeſtia debuit, eum invocavit, neque ad alios Deos deflexit, aut alias rationes ſalutis quæſivit: ſed præſcriptam Lege Dei viam ſequutus eſt: cujus exemplo nos oportet erudiri. Nam etſi hodie non habemus ſingulares revelationes & ſigna externa, qualia fuerunt olim, & quæ eſſent inutilia, contentos eſſe nos oportet, quod Deus voluntatem ſuam nobis declaravit, & velut ore proprio promulgavit, miſſo in terras unico Filio ſuo, qui ultimus ſcopus eſt noſtræ cognitionis. Si quæ igitur difficultates incidant, à Deo prudentiæ & diſcretionis Spiritum exſpectemus: ſed non alia ratione quam Euangelii prædicatione. Agite igitur, quæcunque difficultates oboriantur, anguſtiæ & moleſtiæ, quibus tanquam in abyſſo profunda merguntur, non ad mortalem quendam Sacerdotem Abiatharem confugiamus, ſed ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui pro nobis

ſuam, quatenus expedierit, patefaciat. Sequitur tandem, conſultum Dominum reſpondiſſe, ut David fortiter hoſtes perſequeretur, ac fore, ut ſine difficultate ipſos aſſequeretur, prædamque, ſuis rebus receptis, magnam faceret. Diximus, Davidem advocato Sacerdote, juſſoque Ephod aſſumere, non arroganter & ſuperbe voluiſſe Deum ſibi ſubjicere; ſed, qua reverentia debuit, Deo ſupplicem factum fuiſſe, à quo etiam exauditum fuiſſe videmus. Primum igitur ſciſcitatus eſt, perſequereturne fugientes hoſtes: quibus verbis fatetur, ſe omnino eſſe conſilii inopem, ideoque à Domino petere, quid ſibi faciendum ſit omnis conſilii experti. Sed in eo ipſius etiam apparet pietas, qui ſine Deo ſuſcipere, aut aggredi nihil voluit, id eſt, niſi impetrata à Deo venia. Sæpe enim multa Deus hominibus permittit, quæ tamen ut licita non approbat; ideo David Dei voluntatem interrogat, probetne, ſe hoſtes fugientes perſequi: ideoque reſponſum accipit à Deo, probari, ut perſequatur: ſic igitur ex parte, quam gravis tentatio fuerit, animadvertimus, quum omnis conſilii expers, quid facto opus eſſet, ignoraret: ſed etiam ipſius modeſtia conſpicitur, quum ſe Deo totum permittit, & ita pendet ab ipſius mandato, ut ne pedem quidem ſine ipſo promovere velit. Virtus ſane valde laudabilis, præſertim in tanta rerum difficultate. Neque enim abs re bis in textu repetitur, ereptas Davidi duas uxores, Achinoam Jezraëlitem, & Abigailem, quæ uxor fuerat Nabalis Carmelitæ, & omnes fortunas, tam ſuas quam ſociorum ab hoſtibus aſportatas, ut, quo major fuit Davidis anxietas, & conſilii inopia in tanta difficultate, eo ſit conſpectior & illuſtrior ejus virtus, quum ſe in Dei obedientia patienter continuit, & ſine ipſius juſſu pedem non promovit: quæ ſane fuit admiranda Dei gratia. Nos igitur hoc exemplo diſcamus, nos malis urgentibus, & paſſionibus & affectibus ad impatientiam ſollicitantibus, ad Deum aſſurgere, & ne pedem quidem ſine ipſius juſſu movere, & in maximis afflictionibus hoc unum remedium quærere, ut ſacroſanctum os ipſius interrogemus. Diximus autem, non amplius adhibendam hodie cerimoniam illam aſſumendi materiale Ephod, quod jam ſit abolita, quum habeamus Euangelium, quod debet ſufficere: ſed præter univerſalem illam regulam, quam nobis in Euangelio Chriſtus dedit, minime dubitandum eſt, quin Deus invocatus à nobis ſingulis momentis rectum conſilium ſuggerat, &, creſcentibus malis, adverſus illa remedium præbeat,

Dei viribus deſtituti, deſponderemus. Porro vigilantes eſſe nos oportet in excipiendis Dei mandatis & iiſdem implendis. Nam ubi Deus aliquid promiſit & fieri juſſit, ratum illud fore certa fiducia credere debemus. David enim Dei fretus promiſſionibus, nunquam ſpe ſua decidit, neque unquam eum Dominus eſt fruſtratus, ac proinde ſperemus etiam nos ad ipſum vera humilitate & vera fide confugientes, & auxilium ipſius petentes, Deum nunquam fruſtraturum. Vocem quidem, fateor, nullam hodie audiemus, & nullum ſignum exterius ad revelandum nobis Dei conſilium percipiemus, ſed tamen Deus reſpondebit, conſiliumque, quantum opus erit, ſuppeditabit. Nam quod de Davide hic dicitur, non ſpeciale aliquod privilegium notat, ſed potius declarat, idem nobis exſpectandum conſilium, & non dubitandum, quin Deus nobis ipſum invocantibus auxilium quum opus erit laturus ſit, quandoquidem nominatim per Prophetam profitetur, aures ſuas propinquas eſſe omnibus ipſum in veritate quærentibus, & oculos intentos in eos, qui auxilium ipſius exſpectant. Reſponſum igitur iſtud Davidi factum, certum & indubitatum eſt teſtimonium auxilii divini, quoties nihil temere ſuſcipiemus, ſed à Deo toti pendebimus, & in ipſius obſequio nos continebimus. Ne igitur multorum inſaniam hodie imitemur, qui ſe præſcriptam quidem à Domino viam ſequi velle dicant, & opportunitatem præſtolari, modo externis aliquibus ſignis voluntatem ſuam Deus ipſis patefaceret. Sed quum Deus voluntatem ſuam verbo ſuo patefecerit, quid pluribus opus eſt? Ne denique hypocritas imitemur, qui ſibi Deum devinctum arbitrantur, quum ipſum invocarunt, &, ſi non repente ipſius auxilium ſentiant, vehementer indignantur, & ipſi etiam obloquuntur, quod non, invocatus ab ipſis, ſtatim reſponderit: & multa ſatagunt, & undecunque auxilium quærunt, ſed quibus tandem Deus non reſpondet, quin potius in difficultatum anguſtiis non exauditos relinquit; quod ipſius Saulis exemplo paulo ante vidimus, qui Deum quidem & ejus voluntatem variis modis interrogavit, ſed cui Deus, quod non vera fide neque pœnitentia invocaretur, nullum reſponſum dedit. Hanc igitur doctrinam meditari nos diligenter oportet, & tanquam theſaurum in animis recondere, ut, quum in iſtiuſmodi tentationes inciderimus, non fluctuemus conſilii inopes, & metu ac terrore præoccupati, quod plerumque tamen propter ſegnitiem hominum contigit, ut, Deo nos exercente aliqua tentatione, quid agamus, incerti ſimus, & gemitibus & clamoribus omnia repleamus: ſed malis noſtris remedium nullum inveniamus. Quænam enim, obſecro, noſtra conſolatio eſt & tranquillitas? nonne ut ſperemus in ipſo, & ab ejus providentia pendearias, ut Dei timorem præ oculis ſemper habeant, & non permittat ipſos ſegniter Dei negotium agere, ſed cum animi ardore ædificium Domini vel invitis improbis promoveant, & quacunque Deus vocaverit ſequantur. Quo igitur ſtudio ſinguli debemus pro iis Deum precari, qui hodie tam juſtæ cauſæ defenſionem, nominis puta divini & ejuſdem gloriæ, ſuſceperunt? Neque enim dubium eſt, quin à Deo preces noſtræ exaudiantur. Sequitur deinceps, Davidem cum ſexcentis illis, quos ſecum habebat, militibus progreſſum eſſe ad hoſtes perſequendos. Hic vero in primis obſervandum miraculum in animorum ſubita mutatione virorum iſtorum, qui paulo ante Davidem inſectabantur, & de eo interficiendo cogitabant propter amiſſas uxores, filios & filias, totamque adeo ſupellectilem. Jam vero Davidem placide ſequuntur, & mandatis ipſius obtemperant, qui de lapidando ipſo paulo ante cogitabant. Unde vero, quæſo, tanta tamque repentina mutatio? Nempe à Deo Davidi favente, qui momento acerbitatem illam animorum placavit, & in melius commutavit. Nos igitur hoc exemplo edocti ſciamus, Deum, à nobis vera fide invocatum, res noſtras fortunaturum, & opportuno tempore laborantibus ſuppetias laturum, & quicquid nobis adverſatur profligaturum, modo Davidis exemplum imitemur, quale nobis hic proponitur. Juſſus enim progredi, nullam moram fecit, qui divino mandato morem gereret. Nos itaque non oportet, poſtquam Deum invocaverimus, ſegneſcere, ſed quum nos regi Sancto ipſius Spiritu poſtulaverimus, & quid utile nobis oſtenderit, intrepide quacunque duxerit oportet ſequi, neque unquam procraſtinare moras ve ullas nectere. Ex iſtis omnibus apparet, Deum ſua dona ſic inſculpere ſuorum animis, ut eos nunquam fruſtretur. Quod exemplo Davidis maxime fit conſpicuum, qui Deo uno fiſus, in maximis ſuis difficultatibus ad ipſius miſericordiam confugiens, impediri non potuit, quominus ejus voluntatem ſequeretur. Nos igitur divina bonitate & miſericordia fiſos eſſe ſic oportet, ut, quæcunque afflictiones ingruant, patienter eas feramus, & fiduciam in ipſo ſolo collocemus, promiſſionibus ipſius innixi, & ad ipſius voluntatem pro virili nos ipſi conformemus, & ne imitemur eos, qui quovis vento inſtar arundinum agitantur, & pavore perculſi obmurmurant. Sed ea humilitate coram Deo ambulemus, ut ſemper ipſe nobis præeat viamque demonſtret, adeo ut, quæcunque ſcintilla nobis illuxerit lucis ipſius, ultro ſequamur.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, precemur Deum, ut majorem in dies eorum ſenſum nobis injiciat, quo ſimus ardentiores in

Digitized by Google

13. Dixit itaque ei David, Cujus es tu? vel unde? Qui ait, Puer Ægyptius ego ſum, ſervus viri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiuſtertius.

14. Siquidem nos erupimus ad auſtralem plagam Cerethi, & contra Judam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg ſuccendimus igni.

15. Dixitque ei David, Potes me ducere ad cuneum iſtum? Qui ait, Jura mihi per Deum, quod non occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum iſtum.

16. Qui quum duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebant ſuper faciem univerſæ terræ, comedentes & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes diem, pro cuncta præda & ſpoliis, quæ ceperant de terra Philiſtiim, & de terra Juda.

17. Et percuſſit eos David à veſpere uſque ad veſperam alterius diei: & non evaſit ex eis quiſquam, niſi quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderant camelos, & fugerant.

18. Eruit ergo David omnia, quæ tulerant Amalecitæ, & duas uxores ſuas eruit.

19. Nec defuit quicquam à parvo uſque ad magnum, tam de filiis, quam de filiabus, & de ſpoliis: &, quæcunque rapuerant, omnia reduxit David.

20. Et tulit univerſos greges, & armenta, & minavit ante faciem ſuam: dixeruntque, Hæc eſt præda David.

CONſiderandum nobis occurrit effectum oraculi illius Davidi à Domino facti de inimicis perſequendis, quod minime fuit inane, nec ſpe ſua David fruſtratum eſt, quum Dei voluntati obtemperavit. Progreſſus itaque cum ſexcentis illis viris, qui ipſum comitabantur, dicitur veniſſe uſque ad torrentem Beſoris, & ibi coactus fuiſſe ducentos homines, tertiam partem exercitus, relinquere. Exiguus igitur ille numerus quadringentorum militum ſuperfuit ad tot hoſtes perſequendos, & cum illis manus conferendas. Ingentem enim fuiſſe Amalecitarum exercitum ſatis apparet. Quid ergo quadringenti illi adverſus tantam multitudinem poterant? Itaque David poterat diffidentia quadam tentari, juſſus hoſtes perſequi cum tam exigua militum manu, & victoriam ſperare, mediis tamen ademtis illam obtinendi. Poterat ergo David pedem referre potius quam progredi, ut quiſque poteſt in ſeipſo experiri, quippe qui adeo fragiles ſumus, ut, niſi in ipſos oculos incurrat ratio liberationis, & modus quo Deus juvare nos conſtituit, animum deſpondeamus, & de Dei poteſtate quodammodo dubitemus. Quin etiam tanta eſt naturæ noſtræ perverſitas, ut Dei virtutem mediis inferioribus alligemus, &, licet Deus auxilium polliceatur, niſi noſtris ſenſibus ſatisfaciat, Dei promiſſiones non tantum frigeſcant, ſed in fumos abeant, & nullum effectum poſſe conſequi exiſtimemus; multoque magis, quum Deus aliquid pollicitus, contrarium facere videtur, & ita nos ludere, ſolemus vehementer indignari, & inane eſſe cogitare quicquid pollicitus fuerit. Et videbatur David poſſe in iſtam opinionem venire. Nam ecce, jubetur Amalecitas perſequi, qui, quum eſſent ingenti numero, profligari non poterant, niſi à pari aut majore multitudine: David autem ſexcentis tantum comitatus erat viris, qui ſane impares erant hoſtibus, ſi vires viribus & multitudo multitudini comparetur. Sed præterea cogitur ducentos ex illis, de via defeſſos, ad torrentem relinquere. Quid ergo ſupereſſe illi videbatur, niſi ut adverſus hoſtes progreſſus, ſeſe ſuoſque lanienæ exponeret? Nonne poterat apud ſe cogitare, Si Deus me vult efficere victorem, & de hoſtibus triumphare, cur non militibus meis animos & vires ſuggerit? cur permittit eos defeſſos in media via ſubſiſtere? Fuit igitur illa non levis tentatio, quæ non tam facile vinceretur. Sed quum David intrepidus, cum paucis militibus hoſtes perſequitur, ſe non levi & momentanea quadam fide præditum, ſed dono potius perſeverantiæ veræque fidei, quæ, præteritis iis, quæ in oculos incurrebant, fiduciam in Deo fixit. Quod ſatis teſtatum faciunt variæ illæ tentationes, quibus, agitatus eſt, & quibus poterat ab officio avocari. Sed quæ ita ſuperavit, ut ſumma animi promtitudine & alacritate in officio perrexerit. Inſignem itaque fuiſſe ipſius fidem oportet, & altas in ipſius animo radices egiſſe Dei timo-

rem,

quemadmodum diximus, natura noſtra proclives ſimus ad divinam potentiam ſignis viſibilibus alligandam, quum contra, Deo ſeſe nobis communicante, reliquarum omnium creaturarum nullam eſſe potentiam ſcire nos oporteat, ſolamque Dei manum nobis ſufficere, qui ſine ullius auxilio poteſt nos adjuvare; & ex omnibus periculis eripere. Hoc ipſum feciſſe Davidem videmus, qui, licet verbis id non profiteatur, reipſa tamen declarat, quum intrepide tam numeroſum hoſtium exercitum cum exigua militum manu perſequitur, in Deo uno ſpem omnem victoriæ reponens, & ea ratione debitam laudem ipſi attribuens. Sequitur, Davidis milites incidiſſe in virum quendam Ægyptium ſemimortuum, propter morbum, quo ante triduum laboraverat, & ſine cibo & potu jacuerat. Quæritur, à quibus inventus ſit: nam alii dicunt inventum ab iis, qui ad torrentem ſubſtiterant; alii vero ab iis, qui Davidem comitati fuerant, quod eſt magis veriſimile, & verbis contextus convenientius. Cæterum quod de triduano jejunio dicitur, novum & inſolens videretur in his regionibus, quibus nemo poteſt à cibo & potu tamdiu abſtinere, ſiquidem ea eſt aëris conſtitutio, ut largiore cibo indigeamus, quod in illis regionibus aliter fuit. Et obſervandum iſtud eſt propter multa Scripturæ loca, in quibus videmus, multos abſtinuiſſe à cibo & potu per multos dies. Prout enim aër craſſior eſt in iſtis regionibus, quam in Orientalibus, largiore cibo & potu indigemus. Porro hic vir Ægyptius dicitur morbo & fame adeo dejectus, ut loqui non potuerit, donec ſumto aliquo cibo reſtitutus eſſet ei animus. Itaque quum dediſſent ei panem, ut comederet, & duas uvas paſſas; & aquam, ut biberet: Davidi ipſum interroganti reſpondit, ſe puerum Ægyptium eſſe, ſervum viri Amalecitæ, derelictum ab iis copiis, quæ irruerant in regionem & tractum illum meridianum Judæ, & urbem Siceleg igne combuſſerant. Sed interrogatus à Davide, ubi jam eſſent Amalecitæ, & an poſſet ipſum ad illam turbam deducere, negavit ſe indicaturum, niſi priùs David jurejurando affirmaſſet, ſe neque eum interfecturum, neque in manum ſui domini traditurum. Quod quum ipſi David promiſiſſet, Davidem & milites ipſius ad hoſtium turbam deduxit. Porro dicitur David inveniſſe hoſtes, diſſipatos in tota ſuperficie illius terræ, comedentes & bibentes, & tripudiantes de tota præda illa magna, quam ceperant: nam illi minime metuebant ſibi à Davide, & tanquam jam parta victoria læti triumphabant, & genio indulgebant: ut facile fuerit Davidi in ipſos impetum facere, &, quos inopinato invaſerat, profligare, & una internecione ad unum omnes delere: exceptis quadringentis viris, qui inſidentes camelis aufugerunt. Amalecitæ ergo illi fugientes ſamque terrenarum rerum curam habere. Quicquid itaque ſiniſtri aut boni contigerit, teneamus, Deum illud immittere vel tanquam favoris & benevolentiæ erga nos ſignum, vel tanquam coërcitionem aliquam, quaſi à nobis faciem avertiſſet. Sane niſi hoc ſervus ille Abrahami animo ſuo penitus infixiſſet, non dixiſſet, quum proficiſceretur ad uxorem Iſaaco domini ſui filio quærendam, Deus mittet ad me quam filio heri mei deſtinavit: ſed perſuaſum habuit, Deum ipſi directurum eam filiam, cujus cauſa in eam regionem venerat, in qua tanquam cæcus & peregrinus verſabatur, & ſine Dei auxilio non poterat eam, qua ſibi opus erat, gratam Abrahamo nurum invenire. Quamobrem etſi vel nobis incogitantibus, vel extraordinariis modis Deus nobiſcum agat, hoc tamen principio niti nos oportet, quicquid fauſtum nobis ex improviſo occurrerit, ſingulare teſtimonium eſſe divinæ erga nos bonitatis, quaſi manu ſua bonum illud ad nos deducentis: contra vero etiam, ſi quod infortunium, quod vocant, contigerit, teſtimonium illud eſto divinæ vindictæ, nos punientis, quod ipſum non quæſiverimus, & ipſe à nobis alienatus ſit, tergumque obverterit. Hoc igitur conſiderandum in iſto Ægyptio, in quem forte Davidis milites inciderunt. Nam etſi cauſa quædam apparet, morbus nimirum, propter quem ab hero derelictus erat, & trium dierum ab omni cibo & potu abſtinentia, ut morti proximus eſſet, tamen cauſas iſtas naturales Deus conjunxit, ut Davidem faceret certiorem de victoria, quum illi divino oraculo promiſſus fuerat, fore nimirum ut, hoſtes aſſequeretur & profligaret. Fecit igitur Deus, ut hic puer in morbum incideret, deinde deliquium animi pateretur, donec in milites incideret, & animus ei reſtitueretur, ut Davidi dux eſſet, & inſerviret ad opus, quod Deus decreverat: quemadmodum uti ſolet Deus rebus omnibus creatis ad ſuorum ſalutem, prout ipſi placuerit, promovendam. Denique quotieſcunque nobis vel noſtris laborantibus Deus auxiliatus fuerit, ſciamus, eum noſtri miſertum fuiſſe, & nobis ſtertentibus in noſtram ſalutem vigilare, & opportuno tempore præter omnium opinionem auxilium ferre, & noſtræ neceſſitati ſuccurrere. Quod vero puer ille Ægyptius, neque ſe Davidem ad hoſtes deducturum, neque ubi eſſet exercitus indicaturum dicit, donec juramento ſe David obſtrinxerit; ex eo apparet, quanto in pretio, etiam apud incredulos & profanos, Dei nomen fuerit. Nam ecce, miſer iſte Ægyptius Legis & Religionis ignarus, miſerum mancipium, qui à latronibus eo fuerat deductus, (nam Amalecitæ non aliter quam Arabes aut piratæ prædis & rapinis vitam quærebant,) deniq; ſemibrutum, nihilominus divini nominis tanta reverentia tenetur, ut juramento, præſtito à Davi-

mus; nonne naturam ipſius immutamus, & veluti in ſpectrum commutamus? Quamobrem omne temerarium juramentum ſacrilegium & blaſphemiam eſſe ſciamus, & nulla majore contumelia, nulloque inſigniore dedecore poſſe Deum à nobis affici, quam ſi temere ipſum ad noſtrum arbitrium transformemus. Quamobrem, quum tam frequenter in ore omnium juramenta verſantur, ac proinde multa perjuria: quod, proh dolor! nimis quotidiana experientia oſtendit: non alios judices ad nos damnandos Deum adhibiturum ſciamus, quam incredulos, qui nec Legis nec Euangelii cognitionem habuerunt. Præterea iſtud obſervandum, miſerum iſtum Ægyptium rogare Davidem, ut juret ipſi per Deum. Nam inde colligimus, miſeros iſtos cæcos Paganos, etſi multa idola coluerint, nihilominus principium iſtud retinuiſſe, quod ex ipſorum animis deleri nunquam potuit, ſummum aliquod eſſe Numen: adeo ut miſeros illos idololatras non ſit exiſtimandum Deorum multitudinem ita ſibi finxiſſe, quin ſemper ſummum aliquem Deum fuiſſe crediderint: ſed, quod ad tantam Majeſtatem attingere non potuerunt, minores Deos ſibi finxiſſe, in quibus acquieverunt. Nec aliter hodie de Papiſtis ſentiendum eſt, quum hoc effugio ſe tuentur, nempe Deum ſe unum agnoſcere, & licet Sanctos & Sanctas precentur, & tanquam patronos & advocatos invocent, Deum tamen ſummam dignitatem & gradum apud ipſos retinere. Idem ſane Paganos illos ſenſiſſe videmus, adeo ut inanis illa ſit ipſorum excuſatio, & vanum effugium Papiſtarum: ideoque tenendum iſtud principium eſt; non ſufficere, aliquam in animis noſtris impreſſionem eſſe divinæ ſummæ alicujus Majeſtatis, quæ res omnes adminiſtret: ſed etiam oportere, ut Deum cognitum ita colamus, ut in ipſo ſolo conquieſcamus: neque temere feramur ex ſenſu noſtro, & novos cultus ipſi affingamus, & patronos & advocatos tanquam minores Deos advocemus: ſed ſciamus, Deum à nobis omnibus ſenſibus coli & adorari velle, & ſolam illam, quam præſcripſit nobis in Domino noſtro Jeſu Chriſto, viam inſiſtere. Nam ſi huic uni acquieſcamus, nunquam in hanc aut in illam partem diſtrahemur: ideoque licet Angelos ſciamus pro nobis vigilare, noſtræque ſalutis miniſtros eſſe, & paratos ad auxilium nobis in rebus anguſtis ferendum, nunquam tamen ad ipſos convertemur, quin Deum unum quæramus, & in ipſo ſolo perfecte, id eſt, ſine ſimulatione conquieſcamus. Et de iſtius miſeri Ægyptii religione hactenus. Dominum vero ipſius quod attinet, mercedem ſuæ crudelitati condignam accepiſſe ipſum, miſit, redditurum. Contra metuamus, ne miſeros & egenos contemnentes, Deus in parem inopiam & neceſſitatem adducat, & omnibus auxiliis deſtituat, ſic ut noſtri nullus miſereatur, quemadmodum dixit Deus fore, ut qua menſura metiti fuerimus, eadem nobis remetiatur. In primis vero ſciamus nos puniendos gravius, ſi crudeles in eos fuerimus, quibus nos Deus magis devinxerat, & nunquam impunitam iſtiuſmodi crudelitatem fore. Diſcamus igitur hujus Amalecitæ exemplo ſapere, quem videmus à Deo ſic punitum, ut derelictum mancipium Deus voluerit in Davidem incidere, ut eo indice perſequeretur fugientes illos hoſtes, prædamque recuperaret. Præterea & iſtud obſervandum, Deum nobis factum propitium, victoriam de hoſtibus daturum, & ipſos excæcaturum, & effecturum, ut vel inopinantes nobis ipſi præbeant victoriæ occaſionem. Sic enim ſolet Deus vel hoſtium conſilia frangere, vel etiam mentem eripere, ut ipſimet incauti media nobis ſuppeditent adverſum ipſos utilia, & noſtræ ſaluti convenientia. Quamobrem in omnibus difficultatibus ad Deum confugiamus, & ab ipſo quicquid erit neceſſarium exſpectemus: quem certum eſt, præterquam quod, quoties ipſi placuerit, ſine ullo rerum creatarum ſubſidio nos juvare poteſt, tamen ſi ad noſtram utilitatem illis velit uti, rationem nos adjuvandi reperturum præter omnium hominum exſpectationem. Tranſeamus ad ſequentia, in quibus ab iſto deductum Davidem ad Amalecitarum caſtra, *inveniſſe hoſtes, qui diſcumbebant ſuper faciem univerſæ terræ, comedentes & bibentes, & quaſi feſtum diem celebrantes pro cuncta præda & ſpoliis, quæ ceperant de terra*, audimus. Hinc obſervandum, eos, qui præter modum lætantur, ſæpe incautos & inopinantes deprehendi, quemadmodum & Dominus minatur, improbos, vino & crapulæ indulgentes, & in malis ſeſe oblectantes, fore ſimiles mulieri parturienti; quæ ignara diei partus, repente doloribus partus intercipitur. Sane licet edere & bibere, licet etiam lætari & exhilarari: ſed in iſtis omnibus modum oportet adhiberi. Iſti vero, de quibus hic agitur, dupliciter peccarunt: primum, quod de alienis male partis helluabantur, & per eos non ſtetit, quin ſanguine humano ſeſe pollucrint: nam etſi neminem interfecerant ex incolis Siceleg, non defuit tamen voluntas, etſi poteſtatem Deus ademit. Nam domo egreſſi erant hoc conſilio. Quamobrem prædis ſuis & rapinis veſcentes, & alieno ſeſe exhilarantes, peccarunt crudelitate, ad quam acceſſit immenſum gaudium. Nam quum comediſſe & bibiſſe dicuntur, & de tota præda tri-

pu-

Digitized by Google

tes, & prætermi aulicos publicationem bonorum ſemper expetentes, & mortem huic vel illi ſtruentes, ut in miſerorum bona involent. Faceſſat à nobis iſtiusmodi lætitia, quæ miſeris & innocentibus gemitus & lacrymas eliciat, à Deo tandem exaudiendos: certum enim eſt, clamorem ipſorum cœlos ipſos penetraturum: Deumque non paſſurum, ut, quamdiu genio indulgemus, & delicias nobis facimus, perpetuo langueant in iſtas anguſtias redacti, quin ſe tandem juſtum judicem & vindicem profiteatur. Danda igitur opera, ut lætitia noſtra licita ſit, id eſt, à bona & juſta cauſa proficiſcatur, & vere & ſine fuco & ſimulatione Dei nomen benedicamus, quoties de beneficiis ipſius lætabimur. Addite ad juſtam cauſam etiam moderationem, ne, ut ebrioſi ſolent, inter pocula inſoleſcamus: ſed ita ſobrie & temperanter vivamus, ut Deum ſemper laudare poſſimus, & in ipſius amorem magis ac magis incitari, majoremque diligentiam in officio erga proximos faciendo, & in vocatione fidelitatem adhibeamus. Tale igitur eſſe Chriſtianorum gaudium debet, quo magis ac magis erga proximum & Dei amorem excitentur. Contra vero metuendum eſt, ne, ſi ſit immoderata lætitia, quas pœnas Deus minatur immoderatis & intemperantibus, & proximorum damnis ſe efferentibus, in capita noſtra derivemus. Quid ita vero? Nempe Deus vult nos, quam ſit caduca & fragilis vita, quotque miſeriis obnoxia, conſiderare, ut ſub alarum ipſius umbra nos contineamus, neque delicias nobis faciamus, & ſummam ac perpetuam tranquillitatem nobis promittamus, quaſi non amplius ipſius ope indigeamus, vel ipſo ſuperiores ſimus. Hinc præterea notandum eſt, Deum, inimicos noſtros perditurum, ipſis ſenſum & mentem eripere. Exempli gratia, Verum eſt quidem, Amalecitas prudentia quadam conjeciſſe, Davidem, in bellum cum Philiſtæis profectum, non facturum in ipſos impetum, & occaſionem arripuiſſe ex Davidis abſentia in ipſius bona involandi, ſperantes, ſe abſente Davide & ipſius militibus urbem aggreſſuros, & plenis opibus domos prædaturos, & multa armenta, multoſque greges abacturos: denique ſine magna vi prædam inſignem facturos, profectis in bellum cum Davide fortiſſimis quibuſque. Talia fuiſſe iſtorum conſilia veriſimile eſt: ideoque parta præda, &, ut arbitrabantur, duce fortuna & ipſis annuente, exiſtimarunt, ſe jam extra omnem aleæ jactum poſitos, poſſe animos relaxare, & liberius edere ac bibere. Et hæc conſilia dictat humana ratio: ſed tamen ipſorum oculis velum objeciſſe Deum, certum eſt, ut de caſu iſto non cogitaverint tam repentino, ideoque ſibi ſecunda omnia polliciti, quaſi rebus in tuto poſitis animos relaxarint. Nos hinc diſcamus, prævalentibus multitudine & fortitudine hoſtibus, in Deo uno

[illegible] qui rebus ſecundis uſi, & genio indulgentes, graviſſimas pœnas in ſe derivarunt. Deus enim vult nos vitam agere cum aliqua cura & ſollicitudine, non quidem de ipſius providentia & cura ſpeciali diffiſi: ſed ne otio & tranquillitate abutamur, in cibo & potu vitæ felicitatem ponentes. Quamobrem ſollicitudo illa, de qua loquimur, cum ſumma pace & tranquillitate conjuncta eſt. Unde vero tranquillitas, niſi ex illa perſuaſione, quam habent fideles, Deum in ſuam clientelam ipſos accepiſſe, & pro ipſorum ſalute perpetuo vigilare, ideoque fore, ut ipſos nunquam deſerat? Verumtamen iſta perſuaſio non impedit preces, quas omnibus horis ad ipſum fundere debemus, quemadmodum David exemplo ſuo docet, quum ait, Domine, in manus tuas commendo animam meam. Hinc igitur fidelium illa ſollicitudo, quod vitæ ſuæ infirmitatem & inconſtantiam ſentiunt, & tanquam à tenui filo pendentem ſciunt, & circumſtantia pericula cognoſcunt, ex quibus nullus evadendi locus daretur, niſi Deus ipſe opem ferret laborantibus. Quæ ſane non ad deſperationem ipſos impellit: ſed potius ſtudium in ipſis vehementius precibus confugiendi ad Deum, & alarum ipſius umbram expetendi, excitat. Quid vero contra increduli? Temere ſe in quævis pericula conjiciunt, tanquam penitus excæcati & ſtupidi: quaſi vero Deum ipſum provocarent, & excæcatis oculis ſine periculorum apprehenſione Deum ipſum laceſſerent. Quæ ſpiritualis eſt ebrietas, de qua ſæpe in Sacris mentio fit. Sed tamen ea pace & tranquillitate non fruuntur, qua fideles, quam ipſis Deus adimit, & variis ſtimulis exagitat: adeo ut ſine cauſa terreantur, & ad umbræ ſuæ conſpectum formident, ut Scriptura loquitur. Denique rebus proſperis ſic utamur, ne inſoleſcamus, & tamen in Deo exhilaremur, perſuaſi, Deum, quod in Pſalmis profitetur, perfecturum, nempe ſe dilectis ſuis omnia neceſſaria benigniſſime largiturum. Fugiamus itaque ſtuporem illum, qui ſine cauſa deinde nobis pavorem afferat; rebuſque ſecundis & otio ac tranquillitate ſic utamur, ut perpetuo vigilemus, & Dei cuſtodiæ nos committamus. Cæterum, ſi nos multis periculis objici & exerceri Deus vult, noſtro bono id fieri ſciamus: nam ſi, quum undique hoſtibus cingamur, & varii undique rumores audiantur, & multi dira nobis minitentur, nos tamen inſolenter rebus noſtris utimur, & otio inebriamur; quid nobis fieret, ſi terreſtrem aliquem paradiſum nacti eſſemus, & undique nobis mundus ſine ullius periculi ſuſpicione arrideret? Næ magnopere metuendum eſſet, ne omni cura abjecta Deum etiam oblivioni traderemus. Noſtro igitur commodo fit, ut undique cingamur hoſtibus, ut multi tumultus excitentur, ut multis minis terreamur: nempe, ut hac ratione diſcamus noſtram

Digitized by Google

CAP. XXX.

21. Venit autem David ad ducentos viros, qui laſſi ſubſtiterant, nec ſequi potuerant
David, & reſidere eos juſſerat in torrente Beſor: qui egreſſi ſunt obviam David, & po-
pulo, qui erat cum eo: accedens autem David ad populum, ſalutavit eos pacifice.
22. Reſpondenſque omnis vir peſſimus & iniquus de viris, qui erant cum David,
dixit, Quia non venerunt nobiſcum, non dabimus iis quicquam de præda, quam erui-
mus: ſed ſufficiat unicuique uxor ſua & filii, quos quum acceperint, recedant.
23. Dixit autem David, Non ſic facietis, fratres mei, de his quæ tradidit nobis Do-
minus, & cuſtodivit nos, & dedit latrunculos, qui eruperant adverſum nos, in manus
noſtras:
24. Nec audiet vos quiſquam ſuper ſermone hoc: æqua enim pars erit deſcendentis
ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter divident.
25. Et factum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex
in Iſraël uſque in diem hanc.
26. Venit ergo David in Siceleg, & miſit dona de præda Senioribus Juda proximis
ſuis, dicens, Accipite benedictionem de præda hoſtium Domini:
27. His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Gether,
28. Et qui in Aroër, & qui in Sephamoth, & qui in Eſthamo,
29. Et qui in Rachal, & qui in urbibus Jerameel, & qui in urbibus Ceni,
30. Et qui in Harama, & qui in Jacu Aſan, & qui in Atach,
31. Et qui in Hebron, & reliquis, qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat
David, & viri ejus.

QUomodo conceſſa ſibi de Amalecitis victoria David uſus ſit, quaſque Deo gratias egerit, in præſentia nobis conſiderandum occurrit. In primis igitur audimus, Davidem ad ducentos illos viros, quos juſſerat in torrente reſidere, fuiſſe reverſum: illos obviam Davidi egreſſos: accedentem autem Davidem eos pacifice ſalutaviſſe. Ex quo apparet, iſtos non ignavia & timiditate ſubſtitiſſe ad torrentem procul ab ictibus, ſed neceſſitate coactos, quemadmodum antea vidimus. Nam ſi ſibi alicujus ignaviæ conſcii fuiſſent, nequaquam aut Davidi aut ulli ex ſociis venire obviam auſi eſſent: ſed potius aliquo vel pudore ſuffuſi, vel rebelles ex contumacia ſeceſſiſſent. Sed obviam veniunt tanquam amicis, quibuſcum quotlibet pericula ſubire non recuſaverant, ſed à quibus eo loco ſubſiſtere juſſi erant, quemadmodum expreſſe id notatur. Etſi fateor, cauſam fuiſſe laſſitudinem ipſorum, quæ tamen eos rejiciendi & ſegregandi à copiis reliquis tanquam ignavos non dedit occaſionem: præterquam quod ſarcinas & impedimenta cuſtodiverunt, & tranſitum occuparunt, adeo ut, ſi in illam partem hoſtes impetum feciſſent, arcere illos, aut etiam Davidi, ſi deteriore loco fuiſſet, ferre ſuppetias potuerint. Denique vidimus, non receſſiſſe ipſos ſponte ab officio: verum tamen ſequitur multos ex Davidis ſociis hoc non agnoviſſe, ſed iniquius cum ipſis agere voluiſſe, partem prædæ cum ipſis communicare recuſantes: quæ occaſio fuit Davidis juſtitiæ & æquitatis patefaciendæ, qui nulli facere injuriam voluit, ſed fideliter erga omnes, quantum in ipſo fuit, ſeſe geſſit. Dicitur itaque *vir quiſque peſſimus & iniquus de viris, qui erant cum Davide, dixiſſe, non eſſe æquum, ut communicaretur cum ipſis præda, ſed ſufficere, ſi uxores ſuas & filios ſuos abducerent & abirent*, Davidem autem huic conſilio reſtitiſſe, & docuiſſe, ſummam iſtam fore ingratitudinem, Deo & hominibus exoſam, quod Deus tradiderit prædam illam in manus ipſorum, & hominum etiam judicio debeat

eadem

ipſe Deus protulit. Ratum igitur eſto decretum, eos omnes, qui ſuis commodis alieno detrimento ſtudent, impios & nequam homines eſſe, quicquid tandem coram hominibus prætexant, ut ſunt ſatis ingenioſi homines ad varia effugia quærenda, & ad fucum hominibus faciendum, quum de re ipſorum agitur: ſed quicquid prætexant, firma & irrevocabilis Sancti Spiritus aliter ſentientis manet ſententia. Etſi enim hoc loco de jure militari agitur, generalis tamen inde ſententia ad totum vitæ humanæ uſum duci poteſt. Quod ad bellum enim attinet, ſi lex iſta locum haberet, neminem in prædæ partem poſſe venire, niſi qui prælio interfuiſſet, quam iniqua eſſet? Nam, exempli gratia, ponamus, aliquem pridie, quam prælium fieret, collocatum in ſpecula hoſtes prohibuiſſe, vulnus etiam accepiſſe, & deinde prælium ſequutum, quum ille ſemimortuus, & vix ſeſe valens loco movere, intereſſe non potuerit, quis ideo dixerit fructu victoriæ illum fruſtrandum, cujus tamen virtus inſignior eſt, quam reliquorum omnium? Profecto iniqua ſententia eſſet: quin etiam ita conſtitutum eſt in bellis, ut, quum prælium committitur, ne qua confuſio & perturbatio contingat, & ne hoſtes in impedimenta faciant impetum, certi milites ad impedimenta remaneant, & ea cuſtodiant. Præterea ubi caſtra ſunt, in illis etiam milites tanquam in urbe relinquuntur ad ipſorum defenſionem, qui ſi præda fruſtrarentur, quo jure tandem id fieret? Nam ſi prælio ipſos non interfuiſſe objiceretur: reſponderent, ſe juſſos eſſe ibi ſubſiſtere. Itaque ſatis apparet, nullo jure, nullaque æquitate hanc rationem niti, ut belli fructus iis ſolis, qui prælio adverſus hoſtes egreſſi ſunt, reſervetur; ut non immerito ſacra Scriptura condemnet tanquam homines nequam & improbos eos, qui avaritia pulſi, ſibi ſolis totam prædam retinere voluerunt. Hinc itaque diſcamus, Deo beneficium aliquod in aliquos conferente, oportere ſingulos partem ſuam accipere, niſi forte tam ignavi ſint, ut merito tanquam putrida membra rejiciantur: tantum enim abeſt, ut mercedem iſti mereantur, ut contra tanquam perfidi & proditores graviſſimis pœnis puniendi ſint. Sed ubi nulla perfidia fuit, nulla ignavia peccatum eſt, ſingulis officium facientibus, & neceſſitate aut juſta cauſa ex prælio abſentibus, certum eſt, factum iri injuriam, niſi & ipſi in partem benedictionis à Deo datæ venirent. Nos itaque demus operam, ut, niſi improbi & nequam homines haberi volumus, & fures ac latrones coram Deo & ipſius Angelis, ut ea integritate & ſinceritate cum proximis agamus, ne bona publica privatis tantum cedant, & alii diteſcant aliorum paupertate: ſed ſinguli portione illa contenti ſunto, quam Deus largitur. Ex Dei ſententia igitur judicantes, mutuam æquitatem ſerva-

exercitu fuerunt, & tamen David ſacra unctione fuerat Rex deſignatus, & Domini noſtri Jeſu Chriſti figura erat, & juſtiſſimam cauſam agebat: ſed tamen in quadringentis illis militibus, quibus ſtipatur, multi improbi & nequam reperiuntur. Ex quo diſcimus, Eccleſiam Dei non ideo condemnandam, ſi in his terris non ita poteſt repurgari, quin palea frumento ſit admixta. Vitia quidem, fateor, ſemper condemnanda ſunt, & perſonæ vocationi non reſpondentes: ſed tamen ſi Davidi pravitas militum ſuorum imputaretur, cauſa illa, quam Deus approbat, condemnaretur. Equidem fateor, Davidem, ſi malitiam ipſorum foviſſet & pravitati ipſorum conſenſiſſet, non minus reum fore quam ipſos; ſed quum pro ſua virili corrigit & prohibet facere quod volebant, agnoſcamus, non oportere eſſe reum peccatorum, quæ non approbavit, & quæ pro viribus repreſſit. Non aliter de Eccleſia Chriſtiana ſtatuendum, in qua ſi hypocritas Dei filiis permixtos videmus, & viros improbos, alios avaritiæ deditos, alios fraudibus & dolis plenos, alios vindictæ cupidos, alios arrogantes & crudeles, Dei nomine ſuam malitiam tegentes, ne novum & inſolens id nobis videatur: ſiquidem omnibus ſeculis Eccleſiæ fuit eadem ratio. Nihilominus tamen danda nobis omnis opera, ut iſtiuſmodi pollutiones ex fidelium cœtu tollantur, & Eccleſia Dei repurgetur, ne noſtrâ negligentiâ in reprimendis vitiis fiat potius hara porcorum, quam ara Dei, & interea patienter feramus, quod corrigere non poſſumus: eſt enim veluti morbus immedicabilis, quum pravi homines Dei filiis miſceantur. Nihilominus tamen admonemur, Deum precibus ſollicitandum, ne iſtam corruptionem Eccleſiæ ſuæ imputet, adeo ut eadem pœna ſinceritati & integritati ſtudentes cum flagitioſis & improbis hominibus involvantur. Quum enim ea Eccleſiæ conditio dicitur eſſe, ut multos ſemper hypocritas ferre cogatur, non inde tamen ſequitur, laxandas malo habenas. Nota enim eſt hiſtoria plagæ illius, quæ toti populo Iſraelitico propter unius Achan improbitatem contigit. Propter unius enim hominis ſacrilegium ira Dei in totum populum exarſit: ad cujus ſane hiſtoriæ narrationem commoveri nos, & tremere judiciorum divinorum ſeveritate oportet. Remedium autem unicum ſupereſt divini nominis invocatio: quandoquidem nobis hodie poteſt idem contingere, quod etiam Danielem prædixiſſe videmus Darii tempore, Eccleſiam nimirum Dei venturam in eam deſolationem, ut peſſumdata videatur, ſed ejus Deum miſerturum ait: & licet exiguum ipſius ſit initium, multos tamen in ea futuros fraudulentos homines, qui fronte pietatem ſimulent, corde vero impietatem foveant. Sic iſtis temporibus, quibus Deus Eccleſiam ſuam inſtaurat, certum

tum

Digitized by Google

David igitur non tantum redarguere eos, qui improbi fuerunt, voluit, ſed metuit, ne alii in ipſorum ſententiam tranſirent: & hac ratione miſeri illi, qui ex defatigatione ad torrentem ſubſtiterant in impedimentis, jure ſuo privarentur, illis ſuam opinionem vi tuentibus. Hanc igitur ob cauſam David eos tam blande compellavit: præterquam quod non habebat in ipſos poteſtatem, niſi quatenus ſponte ſeſe ipſi ſubjiciebant. Nam erat quidem David, ut ante dixi, Rex legitimus, ſed tamen ante Saulis obitum Regiam poteſtatem non obtinebat, ideoque jubendi poteſtatem non habebat. Amicis igitur & blandis verbis in officio retinere debuit, quos auctoritate Judicis non potuit. Porro duabus rationibus David illos arguit: quarum prima eſt, ingratos erga Deum fore, ſi ſoli prædam retineant, quam Deus ſua beneficentia feciſſe communem omnibus viſus eſt. Nam quibus data victoria eſt? ſane Davidi quidem, ſed ita tamen, ut commune omnibus iſtud eſſet beneficium, quandoquidem eos Deus voluerat uxores, liberos & fortunas recuperare. Quod beneficium ſexcentis illis commune quum eſſet, quare improbi illi ſibi ſolis id vindicabant? Summam igitur ingratitudinem erga Deum fore David dicit, ſi quadringenti illi beneficium, quod Deus in omnes contulerat, non permittens, ut hoſtes abducta præda potirentur, ad ſe ſolos traherent, ideoque etiam ipſi Deo reſiſterent. Et jam ante docuimus, Deo beneficium aliquod in aliquam multitudinem conferente, ſingulos oportere à maximo ad minimum in partem beneficii venire, quos ſi aliqui fruſtrentur, & ſpecioſo aliquo prætextu ſuo jure fraudent, perinde iſtud eſſe, ac ſi quis Deo ipſi eripiat, quæ ſua beneficentia largitur. Hinc itaque generalis eruenda doctrina eſt, ut, Davidis exemplum imitati, quum Deus dona ſua in nos contulerit, illorum ſinguli fiant participes, & ita cum proximis communicemus, ne noſtris commodis ſtudeamus, & ne avaritia nos ab officio dimoveat: ſed Deo accepta beneficia ferentes, agnoſcamus, illa ſic nobis commiſſa, ut pro voluntate ipſius ea diſpenſemus, &, in quos uſus juſſerit, applicemus. Altera vero ratio nititur humano judicio, quum ait, *Non audiet vos quiſquam ſuper ſermone hoc.* Quibus verbis indicat, ab omnibus, ad quos iſtius facti fama perveniſſet, condemnatum iri. Neque vero fruſtra hæc Scriptura ſacra monumentis tradidit: remedium enim iſtud eſt optimum adverſum nimiam cupiditatem, ut famæ ſuæ quiſque rationem habeat. Equidem fateor, nos Quiſque enim in cauſa ſua eloquens eſt, & mille rationes rimatur tanquam juſtum probandi, quod tamen iniquiſſimum eſt. Idcirco itaque, quum de damno noſtro aut lucro agitur, abſtinere nos à proprio judicio neceſſe eſt, & aliis clarius videntibus judicium deferre; & noſtris affectibus frenum injiciendum eſt, ne, ſi coram hominibus juſti videamur, conſcientia tamen coram Deo polluta nos arguat: ut non immerito David nobis imitandus proponatur duabus iſtis rationibus divino puta judicio, deinde hominum opinione ſuos milites in officio retinere conatus. Nam hanc viam ſequuti, nunquam aberrabimus: ac licet impune peccare liceat ſine teſtibus, ac proinde ſine infamia aut dedecoris metu, tamen ſolo Dei metu in officio retinebimur: modo nos ipſius verbo regi ſinamus, in animo defixum penitius habeamus, Deum nunquam permiſſurum, ut, quod ipſius voluntati repugnat, ſit diuturnum & inultum maneat. Vana igitur omnia effugia pro virili caveamus, Deum perſuaſi cordis humani latebras ſcrutari, & malitiam ipſorum detegere. Præterea cogitemus, nos in propria cauſa cæcutire, & nobis ipſis delicias facere. Sed aliorum longe aliud eſſe judicium: ideoque hoc tanquam altero freno cupiditates noſtras coërceamus: nam ſi hominum ſententiis condemnamur, quale Dei fore judicium in nos arbitramur? Quare, ſi rem ipſam ſine ullo noſtri reſpectu diligenter expendamus, æquitati locus relinquetur, & tanquam Solis radii conſcientias noſtras illuſtrabit. Præterea non tantum eo fine, hominum de nobis judicium oportet intueri, ne pudore afficiamur ſuffragiis ipſorum damnati, ſed maxime, ne cui ſimus offendiculo: quemadmodum recte nos divus Paulus admonet, non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus bonum procurare, ut de nobis loqui male nemo poſſit: neque malo exemplo lædi: neque Dei nomen blaſphemis hominum vocibus exponatur lacerandum. Quemadmodum hodie videmus Papiſtas & veritatis hoſtes ſemper in inſidiis eſſe, & occaſionem omnem explorare ſalutis doctrinam maledictis proſcindendi, & Domini noſtri Jeſu Chriſti nomen lacerandi: ideoque nos tanto vigilantiores eſſe convenit, ne quam illis occaſionem, quam quærunt, offendiculi præbeamus. Hanc igitur etiam ob cauſam nos hominum judicia & ſententias de nobis metuere oportet, ut in officio retineamur, & ſtultæ noſtræ opinioni renunciemus, qua plerumque excæcamur: & Diabolus ingenioſus eſt in multis rationibus inveniendis, quibus

Digitized by Google

rapinis opes partæ ſunt. Quare, quos videmus in Papatu fraudibus & rapinis locupletatos, multa deinde delubra & anniverſaria ſacra inſtituere, ſciamus, etſi bono aliquo fundamento niti videantur, Deo tamen maxime diſplicere, &, quæcunque obtulerint, fœda in ipſius eſſe conſpectu. Quid ita vero? Nempe Deum facere ſuarum rapinarum & maleficiorum participem velle videntur: & blaſphemiarum ſuarum conſortem, jus & æquum omne pervertere. Næ blaſphemia eſt ingens cum iniquitate conjuncta. Quamobrem ſi dona ex rebus male partis Deo obtulerimus, certum eſt, non tantum ingrata fore: ſed etiam offerentes à Deo rejiciendos, & hominum ipſorum ſuffragiis condemnandos. Hanc ob cauſam nos jubet Scriptura de ſuo quemque fonte bibere, cujus rivuli decurrant in egenos. Qua ſimilitudine ſapiens ille Salomo ſignificavit, quemque oportere contentum iis eſſe, quæ nobis Deus largitur, & cavendas eſſe prædas, rapinas, fraudes & avaritiam. Quare ſi juſte poſſideamus, quod à Deo nos accepiſſe ſincere profiteri poſſumus, tum vere eleemoſynas dare, & liberalitatem erga proximos exercere poterimus, quæ Deus tanquam grata ſacrificia eſt habiturus. Hac igitur occaſione David munera, quæ ad Seniores miſit, eſſe dixit ſpolia hoſtibus populi Dei juſte detracta, Deo ipſi victoriam concedente, atque adverſus illos armante, ut maxime juſtum fuerit bellum adverſus inimicos Eccleſiæ Dei, quam peſſumdare ſtudebant. Se itaque non ſuis commodis ſtuduiſſe, non vi & rapinis rem augere voluiſſe, ſed à Dei manu, quicquid habuit, accepiſſe. Multi ſane contra Deo gratias agere ſolent, quum malis artibus rem auxerint: & inter cæteros etiam viri principes titulis iſtis inſigniuntur, Dei gratia Princeps hujus vel illius regionis, quam tamen ſola vel ambitione vel avaritia ſine jure occuparunt. Longe aliter David: ſed quoniam ipſo Deo duce cum hoſtibus congreſſus eſt, etiam detracta hoſtibus ſpolia & prædam Deo acceptam refert. Cæterum non debemus inanem eſſe arbitrari recitationem eorum, ad quos David ſigillatim munera iſta miſiſſe dicitur: quorum omnium etſi nomina non recenſentur, urbes tamen, in quibus habitabant, deſignari ſat eſt, ut magnam fuiſſe illorum multitudinem appareat. Porro nomina regionum variarum, etſi non procul diſſita, tanquam in imagine viva nobis repræſentant, quot amicos habuerit, & in quot ſe ab illis adjutum fuiſſe: & Deo gratias agens de acceptis ab ipſo beneficiis, nominatim amicos ſibi ab ipſo ſuſcitatos commemorat. Hanc igitur animi gratitudinem non ſolis verbis, ſed muneribus etiam teſtari voluit, partem ſpoliorum, quæ Deus ipſi dederat, amicis largitus, quorum ope & favore in anguſtiis ſublevatus fuerat. Nos diſcamus non ingrati eſſe in eos, qui rebus incertis & afflictis nobis opem tulerunt & ſuis facultatibus adjuverunt, quum ſecundis & proſperis rebus uti nos Deus voluerit. Deinde Davidis afflictiones & varios errores conſideremus, ut patientiam diſcamus, quum nos explorare Deus voluerit, ſic ut in terris nulla quies, nullum ocium aut tranquillitas appareat, ſed hinc inde variis affecti calamitatibus, odio habeamur: ſciamus tamen, nos non accedere ad centeſimam earum afflictionum partem, quas David toleravit. Ideoque vires à Deo nobis ſuffici ardentibus votis precari debemus, ut patientiam ac perſeverantiam tantam largiatur, ut non tantum ad annum unum, aut alterum annum, ſed ad finem uſque vitæ, quam longa fuerit, perſeveremus: &, quæcunque afflictiones ingruant, Dei voluntati nos ſubjicere ne refugiamus. Cæterum ſi David à mortalibus acceptorum beneficiorum memor fuit, & gratiam retulit: quas Deo gratias agere debemus, à quo non ſemel tantum aut iterum juvamur, ſed à quo vitam ipſam accepimus, & à quo ex mille periculis eruti ſumus, & à quo tot tantaque quotidie beneficia accepimus, ut eorum numerus capillos noſtri capitis longe ſuperet, ut Propheta loquitur? Quare Dei nomen debitis laudibus celebremus, ſive ſecundis ſive adverſis rebus utamur: & quæcunque bona nobis contigerint, ei ſoli accepta feramus, & in ejus nominis celebratione perſeveremus.

Jam vero, agite, coram Dei Opt. Max. Majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata, quorum rei ſumus, agnoſcentes, precemur eum, ut pro ſua clementia ſic ea ſepeliat, ne unquam in ipſius conſpectum veniant. Sed in gratiam recipiat in Domino noſtro Jeſu Chriſto: & ita Sancto ſuo Spiritu renovet, ut à carnalibus omnibus affectibus purgati, ſoli illi placere ſtudeamus, & filiorum ipſius nomen reipſa profiteri, ne in vanum in ipſum crediſiſſe videamur: & noſtra converſatione omnes ei debitas laudes canere diſcant, à quo fuerimus reformati.

HOMI-

Digitized by Google

SAulem Deus patienter diu toleraverat, ſed eum tandem divino judicio meritas pœnas oportuit luere, etſi videbatur ſibi iniquitatum impunitatem propter diuturnam Dei patientiam polliceri, quamdiu David variis afflictionibus exercebatur, & ipſius Deus oblitus videbatur. Sed reipſa Deus patefecit, ſuam patientiam non tollere pœnas, quæ tantum differuntur, & gravius deinde compenſantur. Sic gravior fuit Saulis condemnatio, quo longior Dei patientia: & David tandem ad promiſſum regnum poſt diuturnam explorationem pervenit, & ſpes ipſum non eſt fruſtrata, eoque fuit ipſius inſignior gloria, quo major tentatio fuerat. Sed antequam ulterius progrediamur, obſervandum, hiſtoriæ ſeriem hic non omnino ſervari, quod apud Hebræos uſitatum ſit, quæ prius acciderunt, poſteriore loco recenſere, & contra. Ita vidimus, Saulem, quum veneficam illam de belli eventu conſuluiſſet, reſponſum accepiſſe, fore ut craſtino die moreretur: deinde fuiſſe Davidis injectam mentionem, quomodo ſit à Philiſtæorum Rege diviſus, & quomodo reverſus, Siceleg urbem, in qua habitaverat, igne crematam invenerit, & abductas uxores ſuas & ſuorum cum facultatibus: quæ ſane omnia non uno die contigerunt. Itaque notandum, quæ de Davide narrantur paulo ante Saulis mortem, fuiſſe narrationi inſerta, quæ tamen præceſſerant factum illud Saulis, quum pythoniſſam illam conſuluit, rebus deploratis. Simplex igitur narratio fuiſſet, ſi Philiſtæi dicerentur in terram Iſraëlis irruiſſe: & Saulem ad repellendos hoſtes exercitum convocaſſe: deinde quum accederet ad locum, in quo prælium fore videbatur, invidia commotos Philiſtæos adverſus Davidem, voluiſſe, ut à Rege dimitteretur, antequam propius cum hoſtibus congrederentur. Rex vero Achis dicatur, illorum mandatis & obmurmurationibus obtemperans, Davidem dimiſiſſe: qui reverſus Amalecitas deprehenderit urbem incendio & rapinis vaſtaviſſe: eoſque inſequutus interfecerit, prædamque recuperarit. Tandem vero ad Saulem revertendum erat, qui ab hoſtibus quum premeretur, & nullum remedium malis ſuis inveniret, ad pythoniſſam illam venit ſciſcitatum belli eventum, ex qua ſibi mortem imminere intellexit. Atque hæc obſervanda ſunt, nequis miretur, Saulis mortem narrari, quamdiu David adverſus Amalecitas progreſſus eſt. Nam alioqui merito quærat aliquis, quomodo tam ſubito Saul moriatur, & interim ea mutatio rerum incidat, quæ non unius diei, aut alterius, ſed longe plurium fuit. Quæ contraria viderentur, & ſibi repugnare, niſi dicamus eſſe quoddam ὕστερον πρότερον in iſta narratione. Tranſeamus itaque ad hiſtoriæ narrationem, qua dicitur, *Philiſtæos pugnaſſe adverſus Iſraelitas, & fugaſſe ipſos; & Saulis filios, imo & ipſum Saulem inſequutos fuiſſe.* Quibus verbis non levis aliqua clades accepta narratur, quamquam fuga multi ſalutem ſibi quæſiverunt. Sed quum ad ipſum Regem hoſtes pervenerunt, & filios ipſius interfecerunt, ſatis apertum ſignum eſt, magnam fuiſſe factam ab hoſtibus ſtragem. Nonne vero Deus populum Iſraëliticum ſibi tanquam peculium aſſumſerat? Nonne contra Philiſtæi incircumciſi, gens erat improba, Deoque inviſa & maledicta? Quomodo igitur Deus eos ſinit de Iſraëlitis triumphare, quos in ſuam tutelam & clientelam ſe recepturum promiſerat? ſed hic obſervandum, quod in Sacris ſæpius occurrit, Dei nempe judicium à domo ſua incipere. Quemadmodum enim bonus paterfamilias domeſticos obſervat, & in filios ſuos animadvertit potius quam in vicinos: ita Deum æquum eſt eos, ad quos propius acceſſit, ſibique tanquam peculium elegit, etiam caſtigare, & labentes corrigere. Populum igitur Iſraëliticum quoniam Deus in populum ſuum elegerat, ideo etiam tanquam benignus pater in ipſorum peccata animadvertit. Neque enim ſane Deus nos in filios adoptat ea conditione, ut laxas habenas permittat, & ut tanquam effrenes equi nullis caſtigationibus ſubjiciamur. Quid enim, obſecro, nobis, quid divina juſtitia fieret? Nonne omnium riſui ſeſe ſuamque juſtitiam exponeret. Deum itaque nos ad ſe vocantem oportet ſic miſericordia ſua tegere, ut nihilominus in peccata inquirat, & aberrantes in viam reducat, & ad pœnitentiam vocet, caſtigans peccata noſtra, prout expedire cognoverit. Neque vero tamen propterea increduli, & qui à Deo ſunt alieni, meliore loco ſunt & conditione: nam alioquin felicitatem ipſis invideremus, quum Deum ſuos caſtigare audimus. Et multi ſupplicia vitaturi, ab ipſo procul abeſſe cuperent: ſed Scriptura paſſim teſtatur, improbos ſuo tempore pœnas divinas non effugere. Sic dicit Propheta, Deum, quum opus ſuum in Sione perfecerit, in ſuos deinceps inimicos, & in eos qui à ſe alieni ſunt, irruiturum. Opus vero Dei vocat Eſaïas Propheta correctiones illas, quibus Eccleſiam ſuam caſti-

ter toleremus, donec ipſi tandem divinam ultionem experiantur: & pro paternis caſtigationibus in noſtrum commodum & ſalutem nobis immiſſis, letales illi plagas & incurabiles ſentiant. Hæc igitur doctrina eſt colligenda ex hac hiſtoria, in qua videmus, Iſraëlitas Deo permittente fuiſſe à Philiſtæis cæſos, & quidem ingenti plaga afflictos: Rege ipſo cum filiis ab hoſtibus trucidatis. Quæ quidem contigerunt propter Saulis pertinacem contumaciam: ſed ita tamen, ut Iſraëlitæ reliqui eſſent etiam ipſi coram Deo rei, quod Sauli gratificaturi, bellum adverſus innocentem geſſiſſent. David enim fidelem ipſis operam navaverat, & longo tempore fuerat veluti regionis propugnaculum: ſed interim eum perſequuti ſunt, & injuſtis odiis afflixerunt in Regis gratiam, qui Davidem tyrannice perſequebatur, & immerito cane pejus & angue oderat. Quum ergo miſerum & afflictum hominem, quem tueri & protegere debebant, & Saulis crudelitatem abominari, ſint perſequuti, & ad mortem ipſum quæſiverint, non ſemel atque iterum, ſed repetitis vicibus, & adverſus ipſum acies inſtruxerint, ſuaſque ſagittas jaculati ſint, nonne merito Deus è medio ſuſtulit, & hoſtibus permiſit? Nam ſi David unus è plebe tantum fuiſſet, & neque malo neque bono vel ipſos affeciſſet, intolerabilis tamen Saulis malitia fuiſſet: Enimvero quum Davidem ipſe Deus Regem deſignaſſet, & hoc omnibus innotuiſſet, & nihilominus ipſum laceſſant, non aliquo tantum damno affecturi, ſed vitam ipſi erepturi, non minus coram Deo ſontes habebantur, quam ſi vitam ipſi eripuiſſent, quam adeo obſtinanter petiverunt. Quare, quum adverſus ipſum Deum, & adverſus electionem ipſius pugnaverint, quas pœnas eos fuiſſe meritos arbitramur? Minime igitur mirandum, ſi Deus eos Philiſtæis permiſit, quos in peculium elegerat, qui circumciſionis ſignum præ ſe ferebant, & filiorum Dei teſtimonium. Non enim quicunque ſignum habent exterius, & ſe profitentur Eccleſiam eſſe Dei, ſunt reipſa tales: quemadmodum Propheta Pſalmis 15. & 24. multos ait in Eccleſiam venire, & ſacrificia Deo offerre cum fidelibus, qui tamen in Dei domo non ſint manſuri. Sed, inquit, qui manus & cor mundum habebunt. Quibus verbis indicat, hypocritas, licet interdum efferantur, & primum in Eccleſia locum occupent, non ideo tamen fixam ſedem & habitationem in Dei domo habituros, ſed ex illa tandem ejiciendos, & exſcindendos. Quamvis igitur Iſraëlitæ circumciſi eſſent, non ideo tamen non erant improbi & maligni. Quid ita? Nempe ſolo nomine, & inani titulo populi Iſraëlitici gloriabantur. Cæterum ſæpe contingit, Deum ſuos caſtigare, & quidivinis iſta repugnare videntur: verum, ut ante diximus, licet Dominus ſuos juſto judicio mori velit, nihilominus ſe erga ipſos miſericordem exhibet. Deus enim habet, unde compenſet eos, qui ſpem in ipſo ſuam repoſuerunt, etiam ſi ex hoc mundo ipſos eripiat. Næ, ſi ſummum hominis bonum in caducis iſtis rebus conſiſteret, mors rebus omnibus finem adferret: ac proinde mortuos Deus ſpe ſua fruſtraretur, quibus ſe benefacturum promiſerat. Nos itaque videntes, optimos quoſque mori, ſciamus, Deum ipſis in cœlis & vita æterna felicitatem illam ſervare, qua in terris frui non poſſunt, nec à Deo accipere. Equidem non ignoro, profanos homines iſtis rebus offendi, & vehementer indignari, ac veluti cum Deo iſtis verbis rixari, Ergone moritur innocens Jonathanus, qui cum Davide fœdus contraxerat, ſperans, ſe humaniter & benigne ab ipſo Regiam dignitatem conſequuto tractatum iri? Qnid enim jam mortuo ſupereſt? Verum enimvero à profanorum hominum talibus vocibus abhorrere toto animo debemus, & non modo non offendi Jonathani morte: ſed ex ea potius certiſſimam æternæ vitæ confirmationem accipere: & quum ſpem in Deum reponere docemur, oculos alio quam in hunc mundum convertere. Quid ita vero Jonathani mors vitæ melioris eſt nobis teſtimonium? Nempe quod non ſit injuſtus Deus, ut fidem frangat, & ſuorum patientiam oblivioni tradat, ſicuti docet Apoſtolus. Ac proinde certo ſtatuendum eſt, Jonathanum minime luſiſſe operam, quando Davidi fidus amicus fuit. Merces enim ipſius minime quidem oculis conſpicitur: ſed in Dei manu poſita eſt. Quamobrem, licet hominum opinione miſerrimam in terris vitam degamus, & ipſa mors veſtigia premere videatur, & ipſe nos Dominus deſeruiſſe, ne tamen dubitemus, quin reipſa patefaciat ſuum auxilium opportuno tempore, & non fruſtra in filios nos eſſe adoptatos, & paternam curam de nobis habiturum promiſiſſe. Denique licet ignota ſit nobis divinorum judiciorum ratio, quibus Iſraëlem caſtigare voluit, ea tamen ſemper recta & æquitatis plena ſciamus: & idem judicium de Jonathani cæde feramus. Sane maxima pars Iſraëlitarum cædis erant coram Deo rei, quod Davidem innocentem perſequuti fuiſſent, ideoque merito incircumciſorum manu Deus ipſos puniri voluit. Jonathanus vero & alii ipſi ſimiles non deteriore propterea conditione fuerunt, quod ipſos Deus in ſuam quietem receperit, quemadmodum Eſaïas Propheta loquitur, inquiens, *Ingredimini Dei domum, & in ea habitate.* Nam etſi Propheta, aut Dominus ipſe per Prophetam loquitur de fidelibus, qui in aſylo quodam occulto conti-

Digitized by Google

[illegible] cui ad tempus Deus ſuum auxilium & beneficam manum ſubduxiſſe viſus eſt, & populi curam abjeciſſe, quem in ſuam clientelam receperat. Nos igitur hoc exemplo diſcamus, ea poſſe incidere tempora, & eas tempeſtates, quibus actum de Eccleſia videatur: ſed Deum incomprehenſibili ratione remedium allaturum, adeoque ſuſcitaturum ad ipſius tutelam eos, qui mortui videbantur. Hanc ob cauſam Propheta dicit in Pſalmis, populum creatum Deum laudaturum: ſed de his alias pluribus: in præſentia diſcamus, tam horrendum exemplum intuentes vindictæ divinæ, permittentis populum ſuum Philiſtæis incircumciſis, qui Dei nomen, de populo triumphantes, blaſphemis vocibus proſcindebant, non ultra modum admirari, ſed Dei judicia potius ſuſpiciamus, ita ſuos affligentis, ut vulnera ipſorum non modo ſanet, verum etiam ex ipſius ſepulcri faucibus eripiat, vel ex ipſis abyſſis emergere faciat. Tranſeamus porro ad genus mortis, quo Saul interiit: dicuntur enim eum ſagittarii conſequuti vulneraſſe. Quamquam varie vox Hebræa vertitur; alii enim vertunt, eum timuiſſe valde à ſagittariis; & in Chronicis, ubi hæc eadem verba repetuntur, dicitur ab ipſis vulneratus: unde quædam oritur difficultas: ſed quæ non eſt magni momenti, nam parum intereſt, dicas ne ipſum à ſagittariis vulneratum, an vero in magnas anguſtias ipſum veniſſe propter ſequentes ipſum ſagittarios. Non videtur autem veriſimile, fuiſſe vulneratum ab ipſis aliqua corporis parte: ſed graviter afflictum, & veluti ſagittis cor ipſius ex mœrore transfixum, à perſequentibus ipſum ſagittariis. In tantas igitur anguſtias redactus, dicitur *armigerum ſuum* (erat enim illorum temporum conſuetudo, quæ adhuc obtinet, ut haberent duces, qui arma ipſorum gererent) *juſſiſſe gladium evaginare, & ipſum percutere: ne forte*, inquit, *veniant incircumciſi iſti, & interficiant me, illudentes mihi.* Sed hoc recuſante armigero, *arripiens Saul gladium, irruit ſuper eum. Quod quum vidiſſet armiger ejus, irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum, & mortuus eſt cum eo.* Forte facinus iſtud hominum opinione videretur, quod coram Deo tamen horrendum & deteſtandum eſt crimen. Næ omnes pene Ethnici magnis laudibus eos extulerunt, qui ſibiipſis manus intulerunt, quum nulla ſpes amplius eſſet ipſos hoſtium manus effugere poſſe. Mortem enim ipſos non metuiſſe dixerunt, & fortes ta Saul magnanimus & fortis dicendus eſſet: qui tamen coram Deo criminis horrendi reus factus eſt. Neque enim Chriſtianorum hominum virtus & conſtantia ex profanorum opinione & ſententia metienda eſt. Vehementer enim falluntur, qui conſtantiam invictam exiſtimant deſperationem animi & impatientiam, quæ facit, ut frenum arrodens aliquis ſeſe vel in ignem vel in aquas præcipitem jaciat: ſed longe aliter Deus de hominum factis judicat, & ad aliam ſtateram appendit. Nos itaque diſcamus contra ſingulis momentis ad mortem, jubente Deo, eſſe parati: ſed interim exſpectemus, ut qui nos in hoc mundo ſummus Imperator collocavit, ex eodem evocet. Nam, obſecro, quis eum militem laudaverit, qui juſſus ab Imperatore in ſpecula manere, in hoſtes impetum fecerit, ut fortitudinis laudem acquirat? Sane, temeritatis accuſabitur, cujus meritas pœnas luet. Sic Deus nos in hoc mundo collocatos vult in eodem manere, & à ſtatione, in qua conſtituit nos, non decedere, donec ipſemet juſſerit. Quamobrem nos, in hac cuſtodia tanquam in ſpecula conſtitutos, vigilantes eſſe oportet, & ſemper paratos ad migrationem, ubi Imperator juſſerit. Hæc eſt Chriſtianorum virtus, hæc fortitudo & conſtantia. Huc accedit, quod terreni & mundani homines ignari vitæ cœleſtis moriuntur, incerti de ſalute & poſt hanc vitam futura conditione: fideles vero ſpem ſuam teſtantur, in Deo conquieſcentes, ejuſque auxilium placido & tranquillo animo exſpectantes, tantiſper in hac ſtatione conſiſtunt, donec opportuno tempore evocentur. Mortem igitur incredulorum, quæ hominum opinione cum virtute conjuncta eſt, non ſine cauſa Deus condemnat & pro ſummo crimine habet. Summa enim & præcipua virtus, qua tanquam fundamento niti aliæ debent, eſt fides, cui ſpes eſt conjuncta, quam proxime humilitas ſequitur, quibus virtutibus humanum ingenium maxime contrarium eſt. Nam unde mors illa violenta, quam ſibiipſis conſciſcunt, niſi ex impatientia & arrogantia? cujus vel ipſa verba Saulis fidem faciunt, quum ait, *ne illudant mihi iſti incircumciſi.* Ex impatientia igitur & arrogantia ſibi mortem inferunt increduli & profani homines, quod dedecus & ignominiam pati non poſſint, ideoque maxime coram Deo eſſe abominabiles videmus. Quid ita vero? Nempe Deus vult, ut nos ipſius voluntati

Digitized by Google

inquiunt, ſi me Deus propter peccata vult hac ratione puniri, ſi raptari in cœno, ſi mille contumeliis obrui, nihilominus patienter omnia feram, & in Dei judiciis conquieſcam. Atque hoc ipſum Paulus docet, de perſequutione vel afflictione loquens, nimirum non tantum cruciatus, ſed etiam ignominiam ferendam. Quid ita vero? Nempe quod mortem forti & præſenti animo ferre multi non recuſent, modo ne dedecus aut ignominiam patiantur: neque illis mors eſt adeo formidabilis. Atqui Paulus aliquid amplius requirit, nempe ut non ſolum ferre mortem fideles parati ſint, ſed etiam quodlibet infamiæ & dedecoris genus pati. Atque iſta fuit ſanctorum Martyrum fortitudo, hæc invicta patientia: quorum veſtigiis nos inſiſtere decet, quum à Deo variis iſtiuſmodi tentationibus exercebimur. Ex iſtis igitur apparet, non eſſe ex hominum opinione judicandum, quid bonum vel malum ſit, neque ad humani judicii ſtateram appendendas virtutes, ſed Deum judicem advocandum, & ipſius judicio & decreto acquieſcendum: quod ex ipſius Saulis morte conſpicuum eſt. Cæterum in Saule memorandum exemplum eorum, qui crudeles fuerunt, apparet. Neque enim Saulis unquam expleri potuit ſævitia in Davidem, donec in Philiſtæorum regionem profugiſſet. Jam ergo ſuæ crudelitatis pœnas luit, ſibique ipſi manus inferre cogitur. Neque dubium, quin hoc facto Deus teſtatum voluerit, & tanquam in ſpeculo contemplandum præbuerit, eos, qui innocentes perſequuti fuerint, & ipſis injurii fuerint, non impune laturos. Sane non omnes violenta morte, quali Saul, interire fateor: verumtamen ex hoc exemplo colligendum eſt generale axioma, Deum impiorum hominum crudelia facta in libros ſuos referre, & tandem, quocunque modo id fiat, pœnas meritas ab ipſis repetere. Juſtus enim ſemper Deus eſt, etſi non eadem ſingulis menſura ſua judicia admetitur: longe diſſimilis terrenis Judicibus, qui alios puniunt, alios pœnis eximunt, ejuſdem criminis reos: alios in vincula conjiciunt, alios impunitos relinquunt: ſed Deus natura juſtiſſimus & æquiſſimus, omnia malefacta punit, licet non eodem ſemper genere ſupplicii. Porro Saulem prima fronte dicas Dei non prorſus oblitum, ſuæ religionis teſtimonium edere, quum metuit, *ne incircumciſi ipſi illudant mortuo:* quod perinde eſt, ac ſi hodie idem de Turcis & Paganis diceremus. Circumciſio enim Judæis olim id fuit, quod hodie nobis Baptiſmus. Increduli enim à Deo alieni Incircumciſi per contemptum vocabantur, quaſi pollutos & immundos dicas. Saul igitur incircumciſos abominatus, videtur in memoriam revocaſſe, quæ in Domini Lege doctus fuerat, ſeque agnoviſſe ex Abrahami poſteris eſſe, & incircumciſorum manibus plecteretur, atque ita cum ſilentio & patientia divinæ vindictæ juſtitiam ſubire. Sed tanquam immanis & ferox bellua non potuit ad Deum aſſurgere in tantis anguſtiis: nec in memoriam revocare, nefas eſſe pio homini violentas ſibi manus inferre, & patienter exſpectandum exitum, quem ipſe Deus daret. Quæ quum in Saule conſpicua ſint, quid de ipſius anima poſt mortem factum ſit tamen ignoramus, & ulterius inquirere nefas eſt: etſi videtur magis à Deo derelictus, quod veneficam illam in anguſtiis conſuluiſſet, Deo ſæpe ſic peccatum aliquod per aliud puniente. Atque hoc nos Paulus docet, eos nempe, qui Deo debitum honorem non exhibuerunt, quique ipſum injuſte gloria ſua fraudarunt, in ſenſum reprobum conjici, ut boni & mali diſcrimen amplius non conſtituant, & omni pudore abjecto in quodvis facinus inſtar brutorum ferantur. hanc mercedem à Deo referre: quod ipſius exemplo Saulis fit nobis conſpicuum. Nam ad priora flagitia iſtud tanquam cumulum adjecit, ut ad veneficam confugiens ſeſe Diabolo permiſerit, ideoque merito jam divino judicio obſtupuit, neque cogitavit, à quo fuiſſet in mundo collocatus, & cujus juſſu exeundum ex ipſo: ſed tanquam ſtupidus rationis lucem amiſit, & cum ſtupore furorem admiſcuit. Hinc diſcamus, ut monet Apoſtolus, ſollicite incedere, Deumque aſſiduis precibus rogare, ut, quamdiu nos in his terris eſſe voluerit, ſuo Spiritu regat, gratiamque largiatur, ut ſemper inoffenſo pede ad propoſitam nobis felicitatem curramus. Ac ſi forte in eaſdem, quas Saul, anguſtias & difficultates inciderimus, Deum conſulamus, &, quid opus facto ſit, ex ipſo diſcamus: eumque rogemus, ut viam aperiat, & exitum nobis patefaciat. Interim coram ipſius Majeſtate ſic dejiciamur & humiliemur, ut, quocunque mortis genere nos exercere vel punire voluerit, illud ſubire parati ſimus. Prophetas & Apoſtolos nobis in exemplum proponamus, quorum afflictiones notæ ſunt, &, quo dedecore & infamia ſint ab improbis hominibus affecti, conſpicuum. Quod alii in vincula conjecti, alii capite cæſi, alii lapidati, alii diſſecti, alii ludibria experti, alii excoriati, alii aliis modis male habiti, nobiliores inde facti ſunt, & ipſorum patientia nobilitata: quæ vera ſunt Dei inſignia, quibus in ipſis glorificari voluit, & longe inſigniora quibuſvis Regum ſceptris & coronis, quemadmodum ipſe Paulus nos pulchre docet. Nam, obſecro, quum cæſi Prophetæ, vel diſſecti, vel mille ludibriis affecti à Regibus aut Tyrannis fuerunt, quinam eorum apud Deum majore in pretio fuerunt, an qui propter ipſius nomen cæſi & afflicti ſunt, an qui propter

pter

Digitized by Google

HOMILIA CENTESIMA SEPTIMA
IN I. LIB.
SAMUELIS.

CAP. XXXI.

7. Videntes autem viri Iſraël, qui erant trans vallem & trans Jordanem, quod fugiſſent viri Iſraëlitæ, & quod mortuus eſſet Saul, & filii ejus, reliquerunt civitates ſuas, & fugerunt: veneruntque Philiſtiim, & habitaverunt ibi.

8. Facta autem die altera, venerunt Philiſtiim, ut exſpoliarent interfectos, & invenerunt Saul & tres filios ejus jacentes in monte Gelboë.

9. Et præciderunt caput Saul, & exſpoliaverunt eum armis, & miſerunt in terram Philiſtinorum per circuitum, ut annunciaretur in templo idolorum & in populis.

10. Et poſuerunt arma ejus in templo Aſtaroth, corpus vero ejus ſuſpenderunt in muro Bethſan.

11. Quod quum audiſſent habitatores Jabes Galaad, quæcunque fecerant Philiſtiim Sauli,

12. Surrexerunt omnes viri fortiſſimi, & ambulaverunt tota nocte, & tulerunt cadaver Saul, & cadavera filiorum ejus de muro Bethſan: veneruntque Jabes Galaad, & combuſſerunt ea ibi.

13. Et tulerunt oſſa eorum, & ſepelierunt in nemore Jabes, & jejunaverunt ſeptem diebus.

QUæ rerum omnium perturbatio Saulis mortem, & exercitus profligationem ſequuta ſit, hic primum narratur: deinde magnanimitas & fortitudo incolarum Jabes Galaad deſcribitur, quod oſſa Saulis & filiorum hoſtibus eripuerint, & combuſta ſepelierint: retinentes adhuc memoriam dignitatis illius, quam à Deo Saul acceperat: neque de rerum ſtatu ſic deſperantes, quin ad Deum preces pro ſalute reliqui populi fuderint. Gravis ſane fuit tentatio, populo præſertim fugiente ex terra illa, quæ Dei quies dicebatur. eam enim Abrahami poſteris in hæreditatem ceſſuram Deus promiſerat, & in ea ſe in æternum habitaturum: verumtamen à populo derelicta eſt, & ab hoſtibus occupata. Quo facto Dei promiſſionibus nuncium remiſiſſe viſi ſunt Iſraëlitæ, & tanquam deſperata ſalute ab ipſo receſſiſſe. Hinc apparet, Eccleſiam Dei nonnunquam ita diſſipari, ut nuſquam appareat, & nullam formam retineat. Nam illis temporibus nulla erat uſpiam in mundo Eccleſia præter populum Iſraëliticum: quem tamen ſic afflictum audimus, ut nunquam in poſterum reſtaurari poſſe videretur, ſed contra potius nomen Iſraëliticum ſemel abolendum. Sed in eo major apparet divina poteſtas & clementia, quæ ſic operata eſt, ut exiguo temporis ſpatio, qui penitus proſtrati jacere videbantur, non modo animos receperint, ſed etiam inimicos ſuperarint, & in dies majores quam antea progreſſus, Davidis quidem miniſterio, fecerint. Nihilominus tamen fideles illo caſu Saulis & exercitus profligatione, ac populi fuga, magnam occaſionem habuerunt conſternationis: noſque iſta legentes, in uſum noſtrum ea convertere debemus, ut, ſi quæ ingens Eccleſiam confuſio & ruina urgeat, Deum tamen invocare non deſinamus, & ſperare, fore, ut tandem aliquando afflictæ ſuæ Eccleſiæ miſereatur, & nos perpetuo membra illius populi, quem colligit, & ſibi dedicavit, maneamus: minime dubitantes, quin afflictiones & calamitates benedictionem obtineant, quod eas in bonum finem, & in noſtram ſalutem Deus convertat. Atque ita, quibuſcunque flagellis Deus nos corripiat, non penitus animum deſpondere, ſed potius in fide magis

Digitized by Google

lis mortem conſequuta narrentur, expendamus: ac primum dicuntur *Philiſtæi poſtridie veniſſe ad ſpoliandos mortuos*: ut moris eſt poſt tantam cladem: *& inveniſſe Saulem cum filiis inter mortuos, ejuſque caput abſcidiſſe, quod per totam regionem deportaretur in triumphum.* Etſi vero de capitibus filiorum Saulis nihil certi memoretur, veriſimile tamen eſt, idem ipſis quod patri contigiſſe. Nam poſtquam dictum eſt, Philiſtæos Saulis corpus affixiſſe prope murum Bethſan, ſtatim ſubjicitur, incolas Jabes Galaad veniſſe, & aſſumſiſſe corpus Saulis, & corpora filiorum ejus, à muro Bethſanis. Ex quibus apparet, Philiſtæos non fuiſſe contentos Saulis corpore, ſed etiam filiorum ipſius corpora ſimul aſſumſiſſe, ut Philiſtæi majorem inde ſpem conciperent, & rebus ſuis bene conſultum crederent, nemine de Regia ſtirpe ſuperſtite, qui vindictam olim ſumeret, non modo Rege cæſo, ſed ipſius etiam filiis & ſucceſſoribus. Triſte ſane fuit ſpectaculum, Regium corpus eo dedecore pendere, maximo hoſtium ludibrio expoſitum: & quidem eo maxime, quod Samuelis miniſterio ſacram unctionem acceperat: ſeparatum ſiquidem erat regnum illud ab omnibus aliis, Deoque dicatum. Etſi fateor, nondum fuiſſe firmum aliquem & certum ſtatum, donec impleta fuiſſet Jacobi Prophetia, qui prædixerat, non exiturum ſceptrum de tribu Juda. Erat autem Saul de tribu Benjamin: ſed nihilominus Deus ad tempus ſibi Saulis perſonam conſecrarat. Valde vero iſta ſunt contraria, notam illam habere impreſſam, qua Deus ipſum honore eximio affecerat, & nihilominus cum ignominia corpus ipſius raptari, ſuſpendi: caputque ipſius præciſum in triumphum per totam hoſtium regionem ſummo cum ludibrio & dedecore portari. Sed inde docemur coram Deo nos dejicere & humiliare: ut, ſi nos in aliquam dignitatem evexerit, in ipſius timore ambulemus, &, quicquid ab ipſo accepimus, totum ipſi dedicemus, conſecremus, & permittamus: ſummopere caventes, ne Saulem imitemur, invito Domino retinere volentes, quod tantum ad tempus largitus eſt. Quare enim, obſecro, Saul Davidem tamdiu tanto odio eſt perſequutus, niſi quod ferre non potuit Dei judicium, cujus decreto humiliari ipſum oportebat? Et tamen Deus non exponebat eum hoſtium ludibrio, ſed, quietam ipſi regni poſſeſſionem permittens, Davidem illi ſucceſſorem deſignabat. Sed arroganter iſti Dei decreto reſiſtit, & pertinaciter evertere nititur: quam ob cauſam ipſum oportuit meritas ſuæ contumaciæ pœnas luere. Nos igitur hoc exemplo docti, diſcamus Deo permittere, quod nobis largitus fuerit, quotieſcunque illud adimere nobis placuerit: ac ſi in aliquam dignitatem nos evexerit, ne arrogantia turgeamus: ſed noſtram potius conditionem

ſit inter homines opinionum varietas, ipſa experientia plus ſatis docet. Et præterea quanta inconſtantia in illis opinionibus eſt, ut ſingulis momentis varient? Quare quum tanta licentia Deos ſibi fingere homines permittant, non mirum eſt, ſi numerus in immenſum excreſcat. Cæterum quanta ſtupiditas fuit Deum ſub forma vel ovis vel canis adorare. Næ horrendus ille fuit ſtupor, quo juſto Dei judicio homines ſunt dementati. Ex quo enim homines Deum non glorificaverunt, ut Majeſtas ipſius poſtulabat, oportuit illos in reprobum ſenſum conjici, ut ait Paulus, ut nullum amplius recti diſcrimen haberent. Et de Aſtarothis iſta ſufficiunto: quod ad nuncium attinet in templa idolorum miſſum; ex eo apparet, Philiſtæos Deo Iſraëlis debitum honorem eripere voluiſſe, & illudere ipſi, ſua idola magni præ illo facientes. Quid enim idolo tribui poteſt, quod non divinæ Majeſtati detrahatur? Sed in iſtis etiam aliquid amplius obſervandum, ſiquidem non tantum ſua ſuperſtitione Philiſtæi, ut reliquæ gentes, tenebantur: ſed etiam ipſum Iſraëlis Deum oderant, totamque Judaïcam religionem, cultumque Dei Lege præſcriptum abominabantur. Quare, quum ſuis Aſtarothis victoriam acceptam ferunt, certum eſt, ipſos de Deo Iſraëlitarum triumphare velle: & eidem illudere, quaſi populum, cujus clientelam ſuſceperat, tueri ac protegere non potuiſſet: ideoque fruſtra ipſum coli, fruſtra ſpem in ipſo collocari, fruſtra ſeſe illi Iſraëlitas regendos permittere, inanem eſſe pollicitationem illam Patribus ipſorum factam, inane fœdus cum majoribus initum. Atqui Deus ad tempus permiſit Arcam ſuam, ut ante vidimus in Heli hiſtoria, venire in hoſtium poteſtatem, & captivam abduci, quæ tamen ipſa præ ſe Dei nomen ferebat. Et uſitatæ ſunt Scripturæ iſtæ phraſes: *Quum ante faciem meam comparebitis*: &, *Ecce Dominus gloriæ venit, attollite portas*: quibus deſignatur Arca illa, in qua Deus Legis tabulas reponi juſſerat. Quînam ergo Deus ſeſe veluti captivum permiſit detineri? Sane Propheta in Pſalmis reſpondet, factum, quia Deus voluit, ut tollatur offendiculum: & doceretur populus, non magis poſſe Deum contemni ab hoſtibus captivum detinentibus, & eidem illudentibus, quam quum corrumperetur profanareturque ipſius cultus in Judæa. Tunc enim, ut initio diximus, corruptiſſimus erat in Judæa cultus divinus: & Saulis tempore duravit eadem corruptio. Deus igitur ipſe ſemper ſui ſimilis & inviolatus remanſit: ſed eam confuſionem voluit in populum immittere, ut veniret ad peccatorum cognitionem, & cogitaret, Dei nomen propter ipſorum peccata veniſſe in contemtum, & blaſphemis hoſtium vocibus lacerari, quæ ipſis imputari deberent. Quamobrem agnoſcere faterique culpam ipſos oportebat, quemad-

mo-

ipſius verbum non modo contemnatur, ſed etiam pedibus conculcetur: nonne, inquam, iſta ſunt horrenda, & ſtupenda? Quibus quum occaſionem præbeamus & auctores eorum ipſius Sancti Spiritus ore dicamur, nonne merito ſpoliare nos nota illa, quam dederat, gratuitæ adoptionis poteſt? nonne à ſe procul ablegare, tanquam indignos, quos terra ſuſtineat? Talis ergo fuit Philiſtinorum triumphus divino judicio, quo terreri nos oportet, ne in eandem cum Iſraëlitis culpam incidamus. Cæterum ex eo, quod Philiſtæi tam grati ſeſe ſuis idolis exhibent, noſtra ingratitudo magis apparet, qui bona, quæcunque habemus, Deo accepta non referimus. Ethnici quidem, fateor, virtuti ſuæ, & prudentiæ victorias ſuas adſcribebant: ſed tamen ipſo naturæ ductu & ſenſu naturali convicti, Deo etiam gratias agebant. Nam etſi verum Deum cœli & terræ Creatorem non agnoverunt, ſed ad Aſtarothos ſuos & alia iſtiuſmodi idola confugerunt, nihilominus tamen cœlitus victoriam ipſis contingere exiſtimarunt, neque ſolis hominibus victorias ſuas adſcripſerunt. Hinc illud vulgatum, plus poſſe in bello prudentiam & ſapientiam, quam hominum vires: ut hinc agnoſcamus, Deum voluiſſe omnes homines inexcuſabiles reddere, quum ipſos Dei contemtores, & ignaros homines, voluit tamen aliquod Numen cognoſcere: ut ita profiterentur, ſe uni Deo ſummum honorem & obedientiam deferre. Sed interim quum gloriam & Majeſtatem ipſius ad res mortuas & caducas transferunt & transformant, dupliciter rei coram ipſo fiunt. Quare, ut Deum honore debito colamus, talem, qualem ſeſe nobis patefacit, agnoſcamus: quod fieri nequit ſine ipſius verbo. Quis enim divinæ voluntatis fidus eſſe poteſt teſtis, niſi eam ex ipſius verbo intellexerit? Quicquid igitur religionis ſine Dei verbo nos habere exiſtimabimus, nihil niſi diabolica ſuperſtitio & illuſio apparebit: ſiquidem in ſolo Dei verbo divini cultus vera ratio continetur. Quicquid igitur Papiſtæ bona intentione faciunt, ſine Dei verbo, mera eſt abominatio: quandoquidem ita deflexerunt à vero Dei cultu, ut de Deo nihil norint, niſi quod finxerunt. Cæterum, quum idololatræ ſuis Aſtarothis & idolis gratias egerunt, quid aliud fuit, quam mera ſimulatio, quicquid ipſis præſtiterunt? Pompa quidem & apparatus ſolennis ac magnificentia quædam apparuit: ſed inanis illa fuit oſtentatio: quemadmodum loquitur Habacuc Propheta, Sacrificant illi ſuis idolis, ſed ſuo reti ſacrificant: id eſt, ſibiipſis ſuæque induſtriæ. Sic Papiſtas hodie videmus pompa quadam & magnificentia Deo gratias agere, ſuam induſtriam prædicare, noſtris penitius inſigamus, Deo ſeſe nobis propitium & benignum exhibenti, & dona liberalius largienti, & rebus afflictis opem ferenti, gratias immortales agendas, laudes ipſius prædicandas, & publice, ut meretur, decantandas, ne ipſum jure ſuo fraudemus, & ſacrilegi ſimus: Deo enim ſuus honor eripitur, quum de acceptis ab ipſo beneficiis gratiæ non aguntur, quæ debentur: & nominatim, quum novo beneficio Deus affecit, novo etiam cantico laudes ipſius prædicare, & gratias illi agere nos oportet. Deum enim laudandi mane veſperique ſatis magnum argumentum quotidie habemus: ſed quum extraordinaria quadam ratione ſeſe beneficum erga nos exhibuit, eo etiam majus argumentum nobis ſuppeditari ſacroſancti Nominis ipſius magni faciendi ſciamus. Nam ſi hac in parte muti fuerimus, officiumque neglexerimus, en quibus judicibus condemnemur: Philiſtæis idololatris, qui ſuis idolis majorem honorem, quam nos viventi Deo, exhibuerunt. Jam ad alteram contextus partem transeamus, in qua dicuntur *incolæ Jabes Galaad de re tota certiores facti fuiſſe, & fortiſſimi quique ſurrexiſſe, & veniſſe noctu, & corpora Saulis & filiorum è muro pendentia ſuſtuliſſe, eademque igni cremaſſe, & tandem oſſa ſepeliiſſe.* In primis obſervandum, illam urbem Sauli privatim fuiſſe devinctam, ſingulari ipſius erga ipſam beneficio, quemadmodum hujus initio hiſtoriæ audivimus: quod obſidione liberaſſet, & urgentibus illam hoſtibus, & iniquas ac crudeles conditiones offerentibus, opportune ſuppetias ipſi tuliſſet. Cujus beneficii memoria, ipſorum animis altius defixa, impulit eos, ut ſuo periculo cadavera Saulis & filiorum hoſtibus eripere conati ſint, honorifice tumulanda. Quo exemplo docemur gratiam hominibus perſolvere, memori mente ab ipſis accepta beneficia repetentes, ſi contigerit ipſos in calamitatem incidere. In hoc enim vere ſe humanitas patefacit, ſi is, cui plurimum debemus, in calamitatem inciderit, & opem pro viribus ei tulerimus, gratumque animum noſtrum reipſa demonſtraverimus. Sane incolæ Jabes Galaad non ſine ingenti periculo poterant ad ipſa hoſtium mœnia venire, ex quibus pendentia corpora Regis filiorumque tollerent, integris præſertim adhuc hoſtibus, minas & cædem ſpirantibus: ut ſolam necem, ſi in manus ipſorum veniſſent, exſpectârint. Clam igitur rem aggreſſi ſunt, etſi de vita periclitantes: & acceptum à Saule beneficium agnoſcere & compenſare pro virili conati ſunt; etſi nullam ab ipſo mercedem, quippe mortuo, ſperantes: & honore ſepulcri, quo tamen non afficiebatur mortuus, decorare, & humanitatis

Digitized by Google

cadaver, veluti depoſitum terræ commendabatur, donec inſtauraretur: quare, quum vitam incorruptam ſperarent, aromatibus corpora condiebant. Qua ratione conſulebatur humanæ infirmitati & ruditati, quæ quum corpora in corruptionem reſolvi cerneret, tamen hac cerimonia ſpem vitæ retinebat, & tentationem illam interitus ſuperabat. Nulla igitur ſuperſtitio fuit in condiendis corporibus, ſed ita ferebat uſus, quem Patrum animis ipſe Deus impreſſerat: ac proinde licet nullum ſcriptum exſtaret, quo niterentur, non ſine fide tamen illud ab ipſis fiebat, Deo ipſos intrinſecus regente. Hunc ſepeliendi mortuos ritum excepit conſuetudo cremandi cadavera, quæ à plebe cepit initium, quod, quum non eſſet ſumtibus ferendis par, quos in condiendis corporibus facere oportebat, aliam rationem plebeii homines inierunt cremandi corpora, & cineres colligendi, quos in urnis recondebant. De Saulis vero filiorumque ipſius corporibus iſtud eſt peculiare, quod non in cineres omnino redacta ſunt, ſed oſſa ſepulta. Combuſta igitur cadavera videntur, quæ jam corrumpi cœperant, quandoquidem jam aliquot dies ſuſpenſa fuerant ad Solem: adeo ut putredine jam corrumpi cœperint. Idcirco igitur Jabes Galaad incolæ corruptam carnem igne cremarunt, antequam oſſa ſepelirent. Atqui, ut ante diximus, nihil iſta Saulem neque mortuos filios juvabant: verumtamen Deus illos nihilominus voluit ab ignominia & dedecore vindicare: ex quo apparet, mitigatam fuiſſe ipſius vindictam. Severe quidem ſane Saulem ultus eſt, quum non tantum illum hoſtium voluntati permiſit: ſed ſic etiam excæcavit, ut furore quodam percitus ſibiipſi manus intulerit: & cadaver ipſius ab hoſtibus raptatum ſit, & deinde ſuſpenſum: quæ omnia non dubia ſigna fuerunt iræ Dei, Saulem ad pœnas poſcentis, quas ſua arrogantia erat promeritus. Jam vero Deus videtur de pœnæ ſeveritate aliquid remiſiſſe, non tantum in Saulis, ſed potius in totius populi gratiam, ut profligati & deſperabundi ex accepta clade animos colligerent, & meliora ſperare inciperent. Divinum ergo fuit opus: nam divinæ maledictionis ſignum fuit corporum illa abjectio: prout Lege ſua Deus fuerat comminatus, Sepultura aſinorum ſepeliendos ipſius tranſgreſſores. Quibus verbis oſtendit, non ſatisfieri divino judicio pœnis, quas viventes ſuſtinent tranſgreſſores Legis, ſed poſt mortem etiam Dei maledictionem illos perſequi, & in illis puniendis juſtitiam ſuam exercere. Eſt igitur divinæ maledictionis ſignum, inſepulta jacêre cadavera. Cæterum quemadmodum fideles veniunt in partem calamitatum & afflictionum, quæ improbis, incredulis & rebellibus immittuntur: ſæpe fit, ut veri Dei filii, & quidem ab ipſo dilecti, vero exploratio quædam: ut non ipſis ideo Deus maledicat, neque deteſtetur, ſed potius, ut noſtras omnes afflictiones ſanctificari per ipſum ſciamus, quæ nobis tanquam inſtrumenta ad ſalutem inſerviant. Ac ſane divitem illum epulonem ſacra Scriptura dicit in deliciis vixiſſe in his terris, & crudelem fuiſſe & immiſericordem, qui cum honore ſepultus dicitur quidem: ſed quo anima ipſius devenit? De Lazari vero ſepultura nulla fit mentio: cujus anima tamen in paradiſum ab Angelis delata dicitur, licet ſine honore corpus ipſius abjectum videretur. Deum igitur ſæpe ſic operari videmus, ut non ſemper univerſalis illa regula locum obtineat, nempe ut ſepultura ſit favoris Dei ſignum, contra vero inſepultum jacêre maledictionis teſtimonium: ſed exceptionem Deus faciat. Verum nominatim hic dicitur Saulis corpus humo conditum: quod Deus vindictam ſuam ad tempus exerturus, ſe miſericordem etiam erga populum ſuum patefacere voluerit, & non permiſerit, ut is, qui ſacram unctionem acceperat, ut populum Iſraëliticum Deo ſacrum gubernaret, perpetuo dedecore & ignominia obrueretur. Viventium igitur magis quam mortui Saulis cauſa iſtud factum eſt, ad quem nihil inde commodi rediit, quum ſenſum non haberet. Ac ſane minime dubium eſt, quin multi ex Iſraëlitis, audito Jabes Galaad incolarum tam inſigni facinore, collegerint ſeipſos ex conſternatione, ſumſerint animos, & alacriores facti fuerint ad Deum precibus ſollicitandum. Idcirco enim ſequitur in contextu, Jabes Galaad incolas ſeptem dies jejunaviſſe, ut coram Deo ſe ſubmitterent, & tandem cladem propter populi peccata contigiſſe agnoſcerent, & ea correptione dignum fuiſſe palam faterentur. Neque enim pro Saule preces fudiſſe dicuntur, neque obſequia feciſſe in animæ ipſius redemtionem aut peccatorum ſatisfactionem: quod ſi fuiſſet, Scriptura hoc loco non omiſiſſet: ſed ſolius ſepulturæ ipſius fit mentio. Quorſum igitur iſtud jejunium? An ut ſolent Papiſtæ pro mortuis ſuis & ſalute ipſorum miſſas ſuas demurmurare? Apage iſtud: nam, ut ante dixi, iſti humanitatis officiis Saulem proſequuti, memores Regiæ dignitatis, & ſingularis, quod ab ipſo acceperant, beneficii, coram Deo ſeſe ſiſtunt, peccata ſua palam agnituri, & veniam ſupplices deprecaturi, ut ſolent rei coram judice crimen fateri, veniamque deprecari. Hanc igitur ob cauſam jejunii fit mentio: quod nunquam à precibus & ſupplicationibus ſeparatum fuiſſe obſervandum eſt: ſiquidem individuo nexu jejunia cum precibus conjuncta ſunt: ſacra Scriptura ſubinde nobis illud indicante: imo & ipſo Domino noſtro Jeſu Chriſto ſemper orationem jejunio conjungente: & Paulo in epiſtola 2. ad Corinth. Neque enim

alium

Digitized by Google

cum ſollicitemus. Multi quidem hypocritæ graviter afficiuntur & contriſtantur quum adverſam Dei manum ſentiunt, ſed pro eo quod ſeſe coram ipſo dejicere, crimenque fateri deberent, dentibus infrendent, frænumque arrodunt, & pro precibus blaſphemas voces evomunt, & pro deſperatione in furorem vertuntur. Hinc itaque diſcamus quotieſcunque Deus manum adverſum nos exeret, ipſius judiciis rectis ſubjici, peccata noſtra fateri, & in ea diligenter inquirere, quo facilius veniam impetremus. Atque ſingulos iſta pro ſe facere oportet: ſed in primis gravi aliqua Eccleſiam afflictione urgente, propoſitum hic nobis Jabes Galaad incolarum exemplum oportet imitari, & coram Deo ſerio humiliari. Nam hic eſt jejunii uſus & finis: quod alioquin non ita magni à Deo fieri, nec reliqua corporis exercitia certum eſt: niſi illis diſcamus animis noſtris ingemiſcere quod Deum offenderimus, & vere coram ipſo humiliari: neque interim animum deſpondeamus, aut in deſperationem veniamus, ut nullum dirum non ſimulata confeſſione, & ab ea ægritudine, quæ non à Deo avocet deſperatione, ſed quæ cum fide conjuncta, nos ad ipſum propius adducat, ne in rebellionem illam incidamus, quæ, ut ante diximus, nunquam remittitur.

Jam vero agite, coram Dei Opt. Max. majeſtate facti ſupplices, & infinita peccata quibus ejus in nos iram provocavimus agnoſcentes, precemur ipſum ut ſua miſericordia nos complectatur, & ad ſe nos trahat ut ipſi grati ſimus in Domino noſtro Jeſu Chriſto; quandoquidem in nobis ipſis nihil niſi ſummam confuſionem ſentimus: & ita reformet, ut veram pœnitentiam agamus. Et in primis faciat, ut ſapiamus exemplis & punitionibus quibus alios corripi videmus, & ne in peccatis callum obducamus, ſed ad ipſum converſi, & miſericordem erga nos ipſum fore perſuaſi, coram ipſo ſincere & ſine fuco ſingulis vitæ noſtræ diebus ambulemus. Neque vero nobis ſolis, &c.

F I N I S.

I N D E X

Rerum & Sententiarum inſignium.

Numerus paginam, a. *priorem columnam*, b. *alteram notat.*

Aronis dignitas quanta, 44. a
ad ſacerdotium vocatio, 43. a
Abiathar ſacerdotio pulſus, 49. b
Abiatharus fugiens Ephod in manibus habuit, 370. a
Abigail prudens mulier ſtulto nupta marito, 405. a.
prudentia ipſius, 407. b
Abigailis cum Davide congreſſus, 408. 409. 412. a
Abigailem David in uxorem ducit, 417. a
Abiſai Saulem interficere vult, 423. b
Ablutiones papiſticæ, 107. a
Abner quis, ſocordiæ accuſatus à Davide, 424. b
Abrahamus dives, 401. b
Abrahamus ex polygamia multis malis obnoxius, 8. a
Abrahami fides, 41. 171. b
Abrahamo ſemini Deus non fuit devinctus, 137. b
Abrahami ſervus, 95. 226. a
Abrahami metus ... uxorem negantis, 413. a
non omnes Abrahami filii ſunt ſemen ejus, 187. b
Abſolutio vera quæ, 171. b
Abſalomus patrem perſequens an Deo volente, 426. b
Abſtinentiæ exemplum, 466. a
Abſtinendum à ſcelo & propter Deum, & famam, 414. a
Abuſus ſemper aliquis in lege, 440. a
Accaronitarum incredulitas, 86. b
Achabus non interficiens Benhadadum reprehenſus, 233. b
Achan Iſraelita, 470. b
Achimelechi Sacerdotis excuſatio apud Saulem, 364. a
Achinoam uxorem David ducit, 417
Achis nomen commune Regibus Philiſtæorum, 351. b
alter ad quem David confugit, 434. a
Davidem dimittit, 351. 354. a
fallitur à Davide, 436. & 437
Achis & Philiſtæi excæcati præda Davidis, 437. a
iniquus in Davidem, 438. b
Adipes in ſacrificiis adoleri cur Deus juſſerit, 32. a
Admonitiones ſunt divini favoris teſtimonia, 14. a
Admonitionibus cedendum, 315. a. 412. a. 413. b
Adoleſcentium temeritas, 273. b. 276. a
Adoratio Dei vera quæ, 246. a
Adoratio juxta ſacrificus, 17. a
Adorationis Dei tria capita, 4. a
Adverſariis noſtris utitur Deus ad nos extollendos, 459. a
in Adverſis bene ſperandum, 81. b
Adverſis rebus Deus melius cognoſcitur, 803. b
Ægyptius in quem Davidis milites inciderunt à Deo miſſus, 466. b
Ægyptii latrones, 324. a
Ægyptii vaſa aurea dant Iſraëlitis, 160. a
ab Ægypti ſervitute liberatio, 150. a
Ægyptiaca liberatio, 176. b. 177. a
Ægyptiaca liberatio prædicata apud gentes, 73. a
Ægyptiacæ liberationis commemoratio, 93. 94. a
Affectus naturales non ſunt vitioſi, 162. a
humani non contrarii voluntati Dei, etſi non ſemper conſentientes, 250. b. 251. a. humani moderandi, 302. b quomodo coërcendi, 251. 252.
Affectus quidam electis & reprobis communes ſed differentes, 454. b
Afflictiones aut a Deo, aut ab hominibus, 426
à Deo immitti, 95 b. 96. a
Afflictiones potioni comparatæ, 474. a
ſunt pharmaca, 461. a. ſunt ſtimuli quibus fodit nos Deus ad ſui cognitionem, 464. b. ſunt inſtar repagulorum, 95. b. à Deo immitti, ibid. quomodo ferendæ, 66. 330. a
Afflictionum multarum cauſæ, 272. a
cauſa quærenda, 392. a. finis, 86. 234. b. 235. a
Afflictionibus variis obnoxii fideles, 252. a. 354. a
Afflictionibus variis Deus ſuos exercet, 141. a
Afflictionibus creſcentibus non deſpondendum, 391. b
Afflictionibus ſuorum Deus præmittit remedia, 376. a
Afflictionibus affici ut poſſint pii homines, 250. b. 251
Afflictorum oportet miſereri, 224 b
Affligi Dei ſervos varie, non deſeri, 400 b
Agagus ad Samuelem adductus, 246. b. 247. a
quomodo à Samuele cæſus, 249. b. 251. a
Agricolæ ſunt Dei donum, 176 b
Alienis damnis non lætandum, 463. a
Allegoriæ inutiles & pernicioſæ, 280. a
Altare unum tantum quare apud Iſraëlitas, 114
Altare à Saule extructum, 233. a
Altare quomodo a Samuele extructum in Ramatha, 111 b. 114
Amalecitæ prædones, 456. b
Amalecitæ populo Dei inimici, 221 b. funditus deleri eos Deus jubet, 222. b. 225. a
omnes cæſi, 238 b
Amalecitas cur deleri Deus voluerit, 245 a
Ambitio quanta lues ſit, 274. b
Ambitione turbari publicam quietem, 392. a

S 1

Amici

Anna cur non profecta Schilunten post partum cum marito, 13. a. b
Annæ ſolennis gratiarum actio, 17
Apoſtoli auctoritatem ſuam quomodo retineant, 331. a. b
Apparitiones cur plerumque nocturnæ, 35. b
Appetitus in victu frenandi, 455. b
Aquæ Baptiſmi uſus, 67. b. & 68. a
Aquæ aſperſio legalis, 107. a
Aqua luſtralis papiſtica, 340. b
Arcæ fœderis quæ ſignificatio, 67. a. 68. a
Arca Dei virtus, 73. a. b. & pulchritudo. *ibid.* Dei gloria, 77. b. 78. a. Dei capta, gloria Dei capta ut dicatur, *ibid.* fœderis capta, 73. Dei in hoſtium poteſtatem veniens, 54. b. Gathum deducitur, 84. b. in templum Dagonis illata, 79. a. fœderis in caſtra delata, 66. a 68. b. Cariathiarim delata, 101. b. ad Bethſamitas delata, 97
Accaronem Arca deducitur, 86. a
Arca in caſtra Iſraelitarum lata, 70
Arca ſeptem menſes in poteſtate hoſtium remanſit, 88. a
Arca non habuit certam ſedem antequam eſſet in Sione, 113. b
Arcam vacuam dimittendam non eſſe cur dicant Magi, 92. a. b. moveri loco ſuo David cur noluerit, 68. b. tegi cur Deus voluerit, 98. b
Arcana Dei non inveſtiganda, *ibid.* & 99. a. b
Arcus fortium Deus confringit, 21
Arma vera Eccleſiæ, 204. b
Armis ipſis hoſtium Deum ſuos tueri, 289. b
Arrogantia hominibus innata, 133. b
Arrogantia facit ineptos homines ad munia publica, 353. a
Aruſpices apud Chriſtianos damnantur, 439. a
Aſchdod urbs Philiſtæorum, 80. a
Aſina Balaam, 450. b
Aſina Balaam loquuta, 314. b
Aſinæ Saulis, 127. a
Aſtaroth idola Philiſtæorum, 478. b
Aſtaroth quod idolum fuerit, 104. a
Aſtutiæ Diabolicæ exemplum, 431. a
Avaritia quale vitium, 116. a. b
Authoritas cuique ſua retinenda, 131. a
Audacia eorum qui alios ad pericula experienda ſollicitant, 272. b
Aulicæ vitæ incommoda, 270. b
Aulicæ dignitates quibus incommodis obnoxiæ, 263. b. 319
Aulicorum mores, 265. a. 319. a. b. vita incerta, *ibid.* b
Aulicorum & militum conſuetudo, 291. a
Aulicorum deliciæ in aliorum paupertate, 468. a
Aulici miniſtri quales plerumque, 123. b
Aures tinnire quid ſit, 36. b
Auxilium Domini certum, 812. a
Auxilium divinum in rebus anguſtis, 276. b. 277. a
Auxilium Dei fidelibus nunquam deeſt, 419. a. 420
Auxilium Dei quomodo implorandum, 332. b. 357
Auxilium laborantibus ultro ferendum, 368. a
Auxilium ab improbis & flagitioſis non petendum, 355. b
Azotii Deum agnoſcunt vindicem, 84. a. b

B.

BAlaamus pſeudopropheta, 432. a
Balaami prophetia Diabolica pſeudo-Samuelis ſimilis, 455. a
Baptiſmus lavacrum regenerationis, 68. a
Baptiſmus teſſera divinæ gratiæ, 273. b
Baptiſmus aquæ, 138. a
Baptiſmus externus, 259. a. adulteratus, *ibid.* b 260. a
Baptiſmi quis verus uſus, 90. b
Baptiſmi plures a Papiſtis introducuntur, 107. a
Belial vox quid ſignificet, 156. a
Belial filii qui dicantur, 30. a
Benignitas Dei quanta, 333. a
Benjamini tribus, 127. a
Bethleema pagus exiguus, 255. b
Bethſemes quid allegorice ſignificet, 98. b
Bethſemitæ cum lætitia arcam recipiunt, 97. a. b. eorundem punita curioſitas, *ibid.* & 98. a. cur ſeverius puniti quam Philiſtæi, 98. a
Bethſemitæ arcam alio mittunt, 100. b
Bibere ex rivulis quid ſignificet, 472. a
Blaſphemandi Dei nomen occaſio ſæpe datur, 267. b. 268
Bonæ intentiones, 200. a
Bonæ intentiones papiſticæ, 180. b. 479. a
Bonæ intentiones hominum, 447. b
Bona publica non cedunt privatis, 470. a
Bona opera noſtra impura, 459. a
Bonorum operum merita quomodo fulciant papiſtæ, 109. a
Bonorum omnium author Deus, 13. b
Bonitas Dei erga Eccleſiam, 281. a
Bonitas Dei erga ſuos variis modis pateſit, *ibid.*
Boves in fruſta ſecti a Saule, 162. a
Brachium Dei, 441. b
Brachium pro robore & dignitate, 47. a. & 48. a

C.

CAdavera cæſorum dare volatilibus, 283. b
Cadere Dei verbum quomodo dicatur, 83. a
Cæcus a Chriſto illuminatus, 263. b
Cæci ſumus natura, 447. a
Cæcitas improborum, 80. b
Caiaphas ſemel prophetavit, 218. b. 450. b
Caiaphæ Prophetia, 218. b
Cain murmuratio, 187. a
Calamitates communes bonis & malis, 228. a
Calamitates piorum potioni comparantur, 481. a
Calamitatum quis finis, 214. b. 215. a
Calumnia patienter ferenda, 403. a
Calumniis pii obnoxii, 107. b
Candelabrum aureum quid ſignificarit, 55. a
de Candelabro viſio, 238. b
Cani & pulici David ſe comparat, 392. a
Cardines terræ in Dei manu, 26. a
Cariathiarim incolarum & Bethſemitarum collatio, 102. a
Carthuſianorum abſtinentia, 11. a
Caſtigationes divinæ, 73. a. 75. b
Caſtigationes divinæ quomodo excipiendæ, 62. a
Caſtigationes opus Dei vocantur, 473. b
Caſtigationum divinarum finis, 16. b. 87. b. 179. b. 184. a
Cauſa quomodo agenda, 313. a. 315. a
Cauſa judiciorum Dei in noſtra peccata unde ſit petenda, 453. b
Cauſas judiciorum ſuorum habet Deus, *ibid.* a
Cauſarum ob quas Deus caſtigavit Iſraël recenſio, *ibid.* a
Ceremoniarum legalium finis, 340. a
Cedendum tempori, 458. b
Ceila David egreſſus Saulem fugiens, 372. a
Ceilenſes fuerintne Davidem tradituri, 373. a
Ceilenſium ingratitudo, *ibid.* b
Ceilenſibus David non vocatus fert ſuppetias, 367. b ſed Dei voluntatem prius interrogat, 368. a
Cenſores multi aliorum, pauci ſui ipſius, 273. a
Ceremoniæ in Dei cultum invectæ, 105. a
Ceremoniæ veterum aliæ à noſtris, 140. a
Ceremoniæ papiſticæ, 141. a
Charitatem non eſſe ſuſpicioſam, 430. b
Charitatem non impedire cautionem diligentem, *ibid.*
Cherubim ſupra arcæ operculum, 68. a
Choreæ olim quales, 294. b
Chriſtus Rex à Deo promiſſus, 28
Chriſtus ſummus Propheta, 2. b
Chriſtus noſter Sacerdos, 30. b
Chriſtus unicus Sacerdos ſine macula, 346. b. 347. a
Chriſtus Sacerdos & interceſſor noſter, 463. b
Comminationes Dei nunquam irritæ, 215. a
Comminationes divinæ, & earum finis, 63. a
Comminationum Dei finis, 179. b. & 181. b
Comminationum divinarum uſus, 37. b
Comminationibus excitandi homines ad officium, 192. b
Commodum quærunt plerumque homines ex aliorum damno, 80. a
Concionatorum quorundam reprehenſio, 393. b
Concordia inter homines ſub uno capite, 134. a
Conditiones Dei judiciis appoſitæ, 454. a
Confeſſio peccatorum pars pœnitentiæ, 108. a
Confeſſio peccatorum papiſtica, 239. b
Confugientes ad Deum nos inquiramus, 444. a
Conſcientia recta ſumma felicitas, 441. b
Conſcientia peccatorum homines ſtimulari, *ibid.*
Conſcientia impiorum ipſos redarguit, 392. b 451. a
Conſcientiæ teſtimonio vincendi hoſtes, 423. b
Conſcii ſuæ infirmitatis in Deo habent ſolatium & contra, 462. a
Conſilium in rebus anguſtis à Deo ſuppeditari, 320. a
Conſilium laborantibus Deus ſuppeditat, 423. a
Conſilia Dei adoranda, 363. b. 364. 6. 365. b
Conſilia Dei arcana, 201. a. b
Conſilia hominum Deus habet in poteſtate, 307. b
Conſilia improborum in ipſos recidunt, 290. b hoſtium Eccleſiæ Deus ut frangit, 304. a. 303. b
Conſilia prava frangenda, 383. b. 386. a
Conſilia facium papiſtæ. Dei mandata, 314. a
Conſilia hoſtium Deus facit irrita, 373. b. 374. a
Conſilia improborum Deus inflectit, 313. a
Conſiliorum pravi exitus quare plerumque, 814. a
Conſiliarii Regum ac Principum, 123
Conſpiratio adverſus Davidem, 462. b. 463. a
Conſtantia fidelium in periculis, 411. b
Conſtantia ſine fide eſſe non poteſt, 449. b
Conſtantia in quo ſita ſecundum Ethnicos, 461. b
Conſuetudo non tollit vitium, 4. a
Conſultationum ratio, 317. a
Contemnere Deum quid ſit, 46. b
Contemptus cultus divini, 44. b
Contemptus divini cultus authores, 32. b
Contemptus Dei non relinquitur inultus, 40. a
Contemptores furentes potius quam reſipiſcentes, 454. b
Contemptores Dei in ſummis difficultatibus Dei auxilium, ſed in vanum efflagitant, 441
Contemptoribus Dei paratum dedecus, 46. b
Contumeliæ maxime afficiunt, 7. a
Contumeliæ adverſus Evangelii profeſſores, 403. a
Contumeliæ in pios in ipſum Deum redundant, 416. a
Contumeliæ improborum in Deum ſunt ipſis exitio, 284. a
Conventus in Dei præſentia fieri oportet, 149. b
Converſio ad Deum eſt ab ipſo, 82. a
Converſio ad Deum quam difficilis, 309. b
Converſiones variæ rerum Dei Providentiæ teſtes, 22. 23. 24. 25
Convivari inter ſe non prohibitum, 414. b
Convivium publicum Samuelis, 134. b
Convivium frugi, 455. b
Cor aggravari quomodo dicatur, 94. a
Cor hilare de ebriis dici ſolitum, 414. b
Cor ſuum præparare quid ſit, 125. a. b
Cor hominis Deus intuetur, 237. b
Corde toto Deum colere jubemur, 191. a. b
Corda hominum in Dei manu, 265. b. 289. a. 356. a
Corda hominum Deus mutat, 159. a
Corda hominum Deus flectit, 433. a
Corda tangere Deus quomodo dicatur, 155. a. b
Cornu ſon quid in ſacris ſignificet, 18. b
Crudelitas deteſtanda, 470. b
Crudelitatis heri in ſervum exemplum, 467. b
Crudelitatis punitæ exemplum, 476. a
Cultus Dei qualis eſſe debet, 67. 100. a. 104. a

Cultus

Digitized by Google

continuat, 322. a. b. 333. a. [illegible] ter, ne inocea perfoderetur, 298. b. Dominum vocat Saulem de ſpelunca egreſſum. 387. b. quibus rationibus à Saule repellitur, 276. b. quibus viribus nititur, 277. a. quomodo Sauli ignotus quo tamen armigero uſus eſſet, 170. a. b
David fugit in Odollam, 354. a. patris & fratrum ad eum fuga, ibid. b
David in deſertum Pharanis deſcendit, 398. a. ejus tentatio gravis & fides, ibid. & 400
David in deſerto Mahon à Saule incluſus, 373. b. ejus deſperata ſalus, 380. b
quomodo Saule melior, 241. a
an Davidi Saulem interficere licuerit, 383. a
David ad regem Achis confugere coactus, 350. a
inſaniam ſimulat, ibid. b. liberatur, 351. a. b
David ab uxore Michol liberatus, 319. a
David ad Samuelem fugit, 321. b. 322. a. ad Prophetas cum eodem venit, 328. a
David in Judæam reverti jubetur, 356. b. paret, 357. a. ejus novæ tentationes, 358. a
David quare tot exercitus malis, 388. a. b. gratis exoſus, 411. b. habuiſſe cor purum quomodo dicatur, 258. a. b. morte Samuelis graviter affectus, 390 a. victum emendicans, quomodo dicat juſtum nunquam derelictum, 400. a
David Abigali de ſano conſilio gratulatur, 412. b. agit gratias quod facere malum ſit impeditus, 417. a. in Caſtra Saulis ſolo comitatus Abiſai ingreſſus, 428. a. & an fuerit temeritas, ibid. inimicis benefacit, 367. a. b
David mendacio fallit Philiſtæos, 436. a 457 a. cogitur ſequi in bellum Philiſtæos contra Iſraëlitas, 438. a. à Philiſtæis est rejectus, 457. 458.
David ſimulatione utitur, 458 b. 459. a. Philiſtæorum invidia evadit periculum, 459
arcam fœderis non vult moveri loco, 68. b
utrum pugnaturus pro Achaz contra Iſraëlitas, 459. a
petit ſibi dari urbem à Philiſtæis, 435. b
quomodo à Deo percuſſus, 451. a
quaſi à Deo rejectus, 101. b
luſtrans populum, 201. b. alii ejus lapſus, 202. a
peccata quomodo confitetur, 186. a. b
in ſummum periculum lapſus, à Deo tamen ſervatur, 418 b. figura Chriſti, 450 b
Davidis fratres miſſi ad bellum, ipſo ad ovile manente, 271. a. fratres oderunt ipſum ſine occaſione, 274. 275. manibus leo & urſus compreſſi, 277. a. arma adverſus Goliathum, 281. a. 284. a. adverſus Goliathum apparatus, 280. a. & Goliathi congreſſus impar, 266. b. modeſtia, 291. a. & Saulis comparatio, 225. a. & Jonathani conſilium de Saulis animo explorando, & renovatio amicitiæ, 330. b. 331. a. 332. b. & Jonathani lachrymæ, 343. a. b. locus vacuus in menſa Saulis, 340. a. virtus in frangendis conſiliis ſociorum, 385. b. 386. a. miraculoſa liberatio, 380. b. 381. nova tentatio, 382. b. & liberatio, 383 a. patientia in ſua poteſtate Saulem habentis, 421. b. apud Saulem querela, 425. b 426. 427. b erga Saulem & populum beneficia, 316 b. à Saule fruſtrati patientia, 303 a. victoriis Saul fruitur, 309. b 310. a. fama indies clarior, 310. b. in aſſiſtoribus animus, 251. a. fides adverſus novas tentationes, 358. a. conſtantia & ſpes in adverſis, 356. a. b. perſeverantia, 316. a. modeſtia & humilitas, 273. a. animus & fortitudo, 275. b. 276 a. clementia, 169. a. patientia, 7 a. 8. b. preces, ibid. b. fides, 358. b. modeſtia & patientia, 154. a modeſtia & fidelitas, 303 a. b. pietas, 273 a. [illegible] 270. a. munera ad Nabalem miſſi, [illegible] adverſus Nabalem ira,

ſuos nunquam deſerit, 318. b
quos nunquam fruſtratur, 464 b
eſſe in Iſraele quomodo dicatur, 234 b. 285.
à fidelibus non metuitur, 301. a
mentiri non poteſt, 244 b
Deus ab improbis impellitur, 90 a. non mutatur unquam, 45. a. caſtigans ſuos etiam eſt quærendus, 87. b. ſui ſemper ſimilis, 279. a. b. immotabilis, 201. a. naturam nunquam mutat, 444. a. 451. a. inter eos qui vitam Davidis ſuſteotant, 421. a
Deus nunquam ſuorum obliviſcitur, 301, refugium noſtrum in adverſis, 462
ſeverus & una miſericors, 474. a
ab externis non judicat, 445. a
diabolo dat efficaciam erroris, 446. b pœnitentis ſenſus eripit nobis, 447. a. differt pœnas ſed non ſemper aufert, 453. b. poteſt juvare ſine rerum creatarum ſubſidio, 467 b
Deus ſuos etiamſi cum impiis puniat poteſt tamen compenſare, 474 b. momento juvat, 463. b. & 464. a. in omnibus quæ ſuſcipimus invocandus, ibid. non reſpondet impiis, 464. a. pater in Chriſto agnoſcendus, 280. a
non habet opus rei creatæ auxilio, 466. a
Deus non ſemper eodem modo fert ſententiam in reprobos, 454 a
per Diabolum Saulem objurgavit, 430. b
judex aut teſtis quomodo advocandus, 388. 389
excæcat à ſe recedentes, 447. a
is ad quem confugere jubemur, 463. a. b
inimicis Eccleſiæ ſenſum eripit, 463. a.
eos variis modis profligat, ibid. b. quomodo quærendus, 89. a. quando, ibid. b
Deus exercituum quomodo dicatur, 216. b
non reſpondet ſæpe propter noſtras iniquitates, 449. b.
in judiciis ſuis audiendus, 452. a
nos puniat ſed cauſas ſcit & apud ſe retinet, 461. a.
propitius verus defenſor, 193. a
captivus apud Papiſtas, 86. a
nos e periculis, quæ non ſentimus eruit, 460. b
Deum eſſe cum Davide Saul videns timet, 308. b
Deum non ſolum cognoſcere nos oportet: ſed in eo omnino acquieſcere, 467 a
Deum ſcrſcitaturi modeſte agant, 441. a. b.
rejicere quid ſit, 152. a
quo modo multi à ſe amandant, 83. a
nemo vidit, quomodo intelligendum, 92. a
non timentes ombram ſuam timent, 440. b
Deum nos aliquando affligere neceſſe eſt, 473. b. 474. a. 475. a
Deſertum Mahon, 401. a
Deſperatis rebus Eccleſiæ Deus fert opem, 457 a
Diaboli illuſio, 91. b
Diaboli Deo ſubjecti, 461. b. & 462. a. quomodo iis utatur, 462. b. miniſtri ſunt judiciorum Dei, 297 a. 315 b. artes adverſum nos, 232. b. poteſtas in eos qui ipſi traduntur, 328. b
Diaboli præſtigiis addicti nullam Dei cognitionem habent. 448. a
mendacia veneno ſimilia, 442. a
Diabolus num habeat rerum futurarum cognitionem, 446 b
nunquam conſulendus, 447. b
Diabolus ingenioſus in falſo cultu excogitando, 471. b
nunquam apparet talis qualis eſt, 442. a
Dies Domini quæ dicatur, 211. b
Differentia veteris populi Iſraëlitici & noſtri, 213. b
Differentia inter electos & reprobos de judiciis Dei, 454. b

continuationem à Deo, ibid. 54. a. 175. b. 176.
neceſſaria cujuſque vocationi Deus largitur, 141. b 260. a. & eadem etiam adimit, 142. a 261. a
omnia ad Deum authorem referenda, 132. b. 133. a
Dona Dei non reſpiciunt originem cujuſque, 147. a.
Dei non alligantur perſonis, 147 a
in homines collata quando Deo diſplicent, 21. a b
Dei quomodo profutura, [illegible] a
Dei ſæpe occulta, 265. a
ſua Deus poteſt revocare, 241. a. b
Dei proximis communicanda, 146. a
Dei amanda in proximis, 309. a
Dona Dei in ſuis, ab improbis contemnuntur, 458. a
Donis Dei præditi invidiæ ſunt obnoxii, 457. b
Donorum Dei profanatio, 6
eorum abuſus, 42. b 41. a
eorum excellentia non tolli mutua officia, 405. b
eorum ſingulos oportet fieri participes, 471. a
Donorum Spiritus varietas, 343. b

E.

ab Ebriis ducta ſimilitudo, 195. a
Ebrietatis vitium, 414. b. 415. a
Eccleſia Deum cognoſcit, 285. columna veritatis, 323. b. poſſitne deficere, 2. a. ſæpe videtur à Deo derelicta, ibid. in mundo malis permixta, 218. a. Dei paleis contaminata, 470. b. continet pios & impios, 470. b
Eccleſiæ conditio, 53. b 204. b. ſtatus, cujus in partibus Deus, 481. a. conſervatio miraculoſa, 109 b. conditio hoſtium reſpectu, 419. Romanæ variis prætextus, 449. a. diſſipatio qualis nonnunquam, 477. a. ſalus Deo commendata, 281. a. 274. b. corruptio ab hominibus non à Deo, 470. b. 471. a
Eccleſiæ afflictiones quomodo ferendæ, 252. a
Eccleſiæ deſolatio prædicta à Daniele, 470. b
de Eccleſia non judicandum ex ſtatu externo, 412. a
Efficacia erroris quid ſignificet, 446. b
Elcana pater Samuelis, 2. b
Elcanæ duæ uxores, 2. b. 8. ejuſdem pietas, 8
Elcana alteram uxorem ducens, peccat, 8. a
Elcanæ pietatis teſtimonium, 14. b. pietas in dicando filio cultui Dei, 30. a
Electio Dei libera, 115. b
Electio à ſola Dei gratia, 332. b. 133. a
Electio Dei duplex, 257. b
Eleemoſyna ex bonis male partis Deo non grata, 472. a
Eliæ precibus clauſum cœlum, 183. a
Eliab frater Davidis invidus, 274. a. falſo accuſat Davidem ſuperbiæ, 271. a
Eleazarus arcæ cuſtos, 102. a
Eluſionum diabolicarum fructus, 447. a
Engaddi deſertum in quod David fugit, 382. a
Ephod quid fuerit, 54. a. 149. b. & quid veteribus ſignificaret, ibid.
Ephodi duo genera, 207. b
Ephod quo David uſus ad Dominum interrogandum, 370 a
Epiſcopi papiſtici quales, 322. b
In Equis neque in curribus Deus non delectatur, 286. a
Errorem ſuum agnoſcere quoſcunque homines decet, 13. b
Error Papiſtarum de ſanctis, 443. a
Eſavi improbitas, 109. a
Eſau reprobus pœnitentia vera non fuit affectus, 455. a b
Ethnicorum opinio de Angelis, 448. a

Eun-

F.

FAcere homines quomodo Deus dicatur, 175. b. 176. a
Facta quævis in judiciis diligenter expendenda, 250. a
Facta veterum non temere in exemplum trahenda, 355. b
Famæ commendatio remedium adverſus cupiditatem, 471. a. b
Fames verbi divini, 40. a
Famelici qui dicantur expleti, 22. a
Fauſta ex improviſo ſigna bonitatis divinæ & contra, 466. b
Feciſſe Moſen quomodo Deus dicatur, 175. b
Fer[illegible]as Dei donum, 3. a. 33. 34
Feſta celebrant hypocritæ, 332. a
Feſta quomodo vere celebranda, ibid.
Feſtinatio Davidis, 379. a
Fictі homines cui aſſimilentur, 444. a
Fides vera, 63. b. 69. a. veri divini cultus fundamentum, 289. b. hominum exploratur à Deo, 235. a. ſupra omnes tentationes, 279. b. variis modis exercenda, 382. b. non tollit ſenſum periculorum, 330. a. 344. a. & pœnitentia, conjungendæ, 66. b. cum precibus conjuncta, 378. a. non eſt ſine ſenſu, 379. a. b. etiam fortiſſimorum confirmanda, 375. b. cum ſpe conjuncta, 449. b. in adverſis, 398. 399. & negligentia, contraria ſunt, 421. a. b. Davidis, 379. a. aulica plerumque, 303. a
Fidei certitudo, 195. b. 196. b. 197. 198. a
Fidei exemplum in Joſaphate, 466. a
Fidelis Sacerdos quis dicatur, 47. b
Propheta Samuel cur dictus, 62. b
Fidelium quæ fiducia, 63. b. 69. a
in hac vita imperfectio, 182. b
Fideles timent, ſed non expaveſcunt, 440. b
quomodo judiciis Dei acquieſcant, 454. b. 455. a
Fidelibus omnibus idem privilegium, 464. a
Fiducia quantum ab arrogantia diſtet, 69. a
Filius quomodo in ſinu patris dicatur, 98. a
Filius Dei homo factus, 282. a
Filius Dei Rex Eccleſiæ ſuæ, 412. a
Filius anni quid ſignificet, 294. a
Filium ſuum Saul Davidem vocat, 393. a
Filium Saul Davidem quomodo appellet, 423. a
Filii Dei qui & quomodo dicantur, 146. b
Filii non ſemper patribus ſimiles, 115. a. b. 147. b
Filii Samuelis corrupti, 113. a. 116. a
Filii Saulis à Philiſtæis ſuſpenſi, 473. a
Flagitia non tantum increpationibus ſed pœnis coercenda, 33. b
Flagitioſi quod cupiunt fingunt, 445. b
Fœcunditas mulierum à Deo, 23
Fœdus Domini quid vocet David, 333. a
Fœminæ quædam Sanctuario ſerviebant, 34. b
Fontes ſpargere quod ſit, 401. b
Forma corporis non facit virum, 154. a
Formam externam non placere Deo, 256. b
Formido infidelium, 454. b
Fortitudo quæ te ornatur, 142. b. Dei, 19. b. vera non in ſolis verbis, 261. a. vera quæ, 206. b. & animi præſtantia, à Deo, 172. a. Iſraelis non mentitur, 143. b
Fortuiti caſus, 187. b. 228. a
Fortuiti caſus qui dicantur hominibus, 466. b
Fortuitum non vocandum quicquid contingit, ibid.
Fortuito nihil accidere, 94. b. 95. a
Fortuna ethnicorum, 114. b
Fortuna in aulis Principum regnare dicta, 339. a. b
Fortunam non eſſe, 85. a
Fraudes improborum, 307. b. 308. a
Fructus piorum & hypocritarum quales, 445. a. b

G.

GAbaa Saulis, alias Bethel, 196. a
Gath civitas Philiſtæorum, 84. b
area eo deducta, 84. b. 85. a

filii, filii Belial, ibid. filii quomodo Deum non cognoverint, 30. b. ſocordia in coercendis filiis, 33. a. 36. a. filiorum flagitium, 34. b. 36. objurgatio, patris, ibid. filiorum induratio, 38. a. profanitas, 3. a. ad Prophetæ Dei minas obmuteſcit, 41. b. filios magis quam Deum honoraſſe, 44. b. deſolatio prædicitur, 47. 48. 51. a. timorem Dei retinuit, 53. b. ſocordia in corrigendis filiis, 57. b. 58. a. b. filiorum iniquitas quomodo dicatur non expianda, 58. b. 59. filii à bello abſunt, 63. b. Sacerdotis obitus, 73. a. pietas, 73. a. b. domus Dei decreto ad nihilum redigenda, 363. a. b
Hiſtoriæ ſeries ab Hebræis non ſemper obſervatur, 473. a
Hominis infirmitas, 87. b
Homo qualis ſua natura, 276. a
Hominem quare vocet Saulem Abigail, 410. b
Hominum reproborum natura, 309. b
Homo flori aut gramini comparatur, 379. b
Homines Deus ad munera quæ vult excitat, 243. a
Hominibus quomodo fidendum, 312. b
Hominum quorundam quomodo Scriptura meminerit, 220. b
Honores miſeris hominibus collati, 25. 26. a
Honorat Deus ſe honorantes, 46. a. 51. a
Hoſpitum excipiendorum conſuetudo, 455. b
Hoſtium vim quibus rationibus Deus cohibet, 38. b
Hoſtibus Eccleſiæ magis furentibus propinquior Deus, 152. a. b
Hoſtium Dei ſuperbia, 369. b
Hoſtium multitudo non impedit Dei auxilium, 419. a
Hoſtes Eccleſiam gratis odio proſequentes, 418. b
Hoſtium Eccleſiæ vires & multitudo, 421. b
Hoſtes Eccleſiæ Deus variis modis reprimit, 436
infenſi placandi, 423. a. & increpandi, ibid.
Hoſtibus non temere fidendum, 430. a
Humanæ impudentiæ in Deum culmen, 267. b 268. b
Humilitas & modeſtia quam neceſſaria, 131. a
Humilitas non debet nos à Deo repellere, 233. b
Humilitatis & modeſtiæ quanta virtus, 270. a
virtus neceſſaria, 405. b
Humilitas ſal reliquarum virtutum, ibid.
Huzæ Regis temeritas, 200. b
Hypocritarum natura quæ, 90. a
mos in afflictionibus, 46. b
falſa religio, 332. a
Hypocritarum fructus quales, 445. a
Hypocritæ ſibi Deum devinctum ſomniant, 464. a
piis immixti, 470. b
etiamſi ſe dicunt fideles, reipſa tamen tales non ſunt, 474. a

I.

JAbenſes auxilium promiſſum diſſimulant, 263. b
Jabes Galaad incolæ timidi, 138. b
Jabes Galaad incolæ grati erga Saulem, 479. b.
eorundem fortitudo, ibid.
Jacobus polygamia multis malis obnoxius, 8. a
Jacobi votum, 10. b
Jacobus Rachelem increpat, 23. b
Jacobi electio, 253. a
Jacobus benedicens Ephraim, ibid.
Jacobus Eſavo ſe ſubmittit, 223. a
Ichabod cur nominatus, 77. b
Idola in Ægypto collapſa, 80. a
de Idolorum caſu papiſticum commentum, ibid.
Idoli cruſtacei ſuperſtitioſa adoratio, 32. a
Idola non poſſe coli cum Deo, 104. a. b
Idolis ſuis Philiſtæi nuntium de victoria mittunt, 478. b
Idololatria papiſtica, 31. a. b. 82. a
Idololatria papiſtica unde potiſſimum manarit, 446. a
cum Idololatris ſe cogi verſari David queritur, 428. b
Idumæi hoſtes Iſraëlitarum, 221. a
Jehu zelus, 444. b

Improbos Deus magis indurat, 318. a
Improborum irrequieta mens, 393. a
Inceſtuoſus Satanæ traditus, 262. a
Incipiendum non ſolum, at pergendum, in cultu Dei, 440. a
Incircumciſus Goliathus cur vocetur, 273. b
Incircumciſi qui vocarentur, 476. a
Inconſtantia rerum humanarum unde ſit, 114. a
Incredulorum pertinacia, 82. a. b. 84. a. 86. b
Incredulorum de Deo metus qualis, 90. a
Incredulorum de divinis judiciis incertitudo, 94. b
Increduli indurantur, 96. a
Incredulorum natura quæ ſit, 451. b. 452. a
Incredulorum ignorantia de Deo, 316. a
Incredulorum conſilia, 397. a
Incredulorum quæ humilitas, 444. a
Increduli firma fide non nituntur, 456. a
Increduli ſumus niſi accedat prompta liberatio, 483. a
Judices erunt contra temere jurantes, 467. a
Incredulitas fugienda Deo loquente, 133. b
Induratio quorundam quanta, 39. b
Induratio incredulorum, 84. a
Induratio filiorum Heli Deo tribuitur, 38. a
Indurare cor quid ſit, 94. a
Indurantur reprobi à Deo, 431. b
Ingratitudo hominum, 353. b
Ingratitudo quantum vitium, 313. b. 314. a
Ingratitudinis exemplum, 471. a
Ingratitudo hominum ferenda, 367
Ingratitudine non debemus à benefaciendo deſiſtere, 372. b
adverſus Ingratos officium noſtrum, 303. a
Ingratus animus omnibus inviſus, ibid.
Infantibus ſimiles eſſe fideles jubentur, 394. a
Infidelium fides arrogantia, 456. a
Infirmitates ſuorum Deus tolerat, 254
Infirmitatis reliquiæ in præclaris factis, 331. a
Infirmitas ſanctorum non imitanda, 452. a
Iniquitas domus Heli nunquam expianda quomodo dicatur, 38. a
Injuriæ privatæ condonari poſſunt, 37. a
quomodo ferendæ, 388. b. 391. a
Injuſtitia latrocinium eſt, 465. a
Injuſtitiæ & crudelitatis Deus nunquam eſt accuſandus, 433. a
Innocens nemo coram Deo, ibid.
Innocens non puniendus, ibid.
Innocentes quomodo Deus affligi ſinat, 212. a. 213. a
Innocentiam ſuam multi falſo tuentur, 319. a
Innocentiam ſuam tueri licet, 388. b. 388. a
Innocentia bonum præſidium ad preces, 377. b
Innocentiæ patronum Deum David invocat, ibid.
Innocentia & integritate nos tueri debemus, 425. b
Invocatio vera non eſt ſine fide, 378
Inopes nullo modo contemnendi, 467. b
Inſaniam ſimulare an liceat, 350. b
Integritas requiritur in petentibus auxilium à Deo, 352. b. 353. a
Intemperantiæ vitium, 424. b
Intemperantiæ inſigne exemplum, 467. b
Intentiones bonæ apud papiſtas, 29. a
Interrogare ſe quiſque debet, 271. b
Invidia quantum malum, 337. b. 274. b
Joannis Baptiſtæ nativitas, 12. a
Jonas miſſus ad Ninivitas & quomodo, 454. a
Jonathanus præſidium Philiſtæorum adortus, 194. a
in hoſtes faciens impetum an peccarit, 204. b. 205. a. quale ſignum victoriæ, an futuræ, acceperit, 203. b. 206. in mortis diſcrimen venit, 217. 262. b. morti eripitur à populo, 219. b cum populo territus aſpectu Goliathi, 268. b. Davidis cauſam agit, 313. a. b. cauſam Davidis agens vitia patris non diſſimulat, 313. b. 314. b. inſcius conſilii patris de morte Davidis procuranda, 329. a. b. Davidem adverſus patrem fovet, 333. b. à patre accuſatur, quod in confuſionem matris cum Davide conſpirarit, 341. a. miſericordiam Domini petit à Davide, 338. a. 344. Davidis amicitiam retinet, 343. a.

Digitized by Google

Judex Deus ſuorum patronus, 318. b
irreprehenſibilis, 443. a
Judices populi qui fuerint, 179
Judices primi legum obſervatores eſſe debent, 440. a. nos in noſtris eſſe non decet, 471. b
Judicum adminiſtratio qualis, 1
Judicum tempus, ibid.
populi Iſraelitici poſt eorum tempora ſtatus, ibid. temporibus quæ confuſio, 133. b. officium in puniendis ſceleratis, 246. b. 247. erga ſontes quis affectus eſſe debet, 251. b
Judicium Deus à domo ſua incipit, 473. b
Judicandum de proximis non temere, 12. a
Judicari à Deo David poſtulat, 420. a
Judicans Deus nemini facit injuriam, 411. a
Judiciorum quanta corruptio, 312. b
Judiciorum Dei ratio in hoc mundo, 267. a
Judiciorum Dei ratio, 217. a. 265. a
Judiciorum divinorum ignota eſt nobis ratio, 474. b
Judiciorum Dei ratio adverſus improbos, & fideles, 41. b
Judiciorum Dei facilitas, 27. b
Judiciorum Dei exempla, 85. b. 86. 87
Judiciorum Dei intervalla, 297. a
Judicia Dei lento paſſu adveniunt, 21. a
Judicia Dei ſæpe occulta, 50. a
Judicia futura cur Deus denuntiet, 32. a
Dei metuenda, 33. a. b. 86
Judicia Dei non ſubjicienda noſtræ rationi, 123. a
Dei ſemper æquiſſima, 211. b
Judicia Dei non inveſtiganda, 243. b
Judicia divina adoranda, 61. a. b. 363 b. 364. 365
Judicia Dei non ſunt in controverſiam vocanda, 451. a. Dei ad captum noſtrum non ſunt examinanda, 453. a. Dei in Reges propter peccata populi, & in populum propter peccata Regum, ibid.
Juramentum quid ſit, 60. a b. quando adhibendum, ibid. b. & execratio differunt, 210. b. religio, 213. b. populi Saulis juramento contrarium, 219. b
Juramento Deus ſuas promiſſiones cur firmat, 118. a
Juramentum quod Saul à Davide extorquet, 193. a. 397. b
Juramento David Abyſai à cæde Saulis deterret, 424. a
Juramentorum uſus quando licitus, 424. b
Juramentum obſervatum à Saule & quale, 441. b
de Juramento locus, 467
Juramentum Davidis, vivit anima tua, 329. b
Juramentorum regula, ibid.
Juramentorum corruptio, 333. a
Juramentorum neceſſitas unde, 335. a
& eorundem formulæ, ibid.
Juramentum pignus fidei, 388. b. 389. a
Jurare niſi per Dei nomen non licet, 16. b
Jurare per animam alicujus, 291
Jurantes quid ſint conſideranti, 445. b
Juſjurandum quid ſit, ibid.
Juſjurandum non temere adhibendum, 319. b
Jus Regis a Samuele ſcriptum, 154. b.
Jus regni in Sanctuario poſitum, 155. a
de Jure ſuo cedendum ſæpe, 388. a
ſed quouſque, ibid. b
Juſti multi calamitatibus premuntur, 351
Juſtitiæ vox varie in ſacris accipitur, 173. a
Juſtitia Dei, 23. b
Juſtitia Dei adoranda in ſuis judiciis, 61
Juſtitiam & fidem David conjungit, 431. & ex ſua juſtitia judicari petit, 431. b. 432. a
Juſtitiam ſuam an homines poſſint prædicare, 412. a
Juſtitiæ corruptela hodierna, 445. a
Juſtitiæ civilis exemplum, 470. a

K.

KEnæi qui fuerint, 217. b
ſervati à Saule, 218
nullis Deus alligatur, 63. b. 67. a
Lucrum quærens bona via videtur excuſandus, 470. a
Luctus veteres ceremoniæ, 71. a
in morte Samuelis, 399. b
Lunæ variæ phaſes, 321. b

M.

MAdianitæ ſeſe mutuo conficiunt, 209. b
Magi apud Ethnicos qui fuerint, 89. a
Magi per Ephod conjurantes, 465. a
Magiſtratuum neceſſitas, 1. b
Magiſtratus in mundo neceſſarii, 134. a
qui eligendi, 45. a. cedere tempeſtati nonnunquam debent, 157. ſibi auctoritatem quomodo conciliabunt, 170. a. b.
Magiſtratuum in jure adminiſtrando officium, 112. b. 113. & eorundem in Dei cultu defendendo officium, 113. b
Magiſtratus boni officium, 132. b. 173. a. b. 174. 175. a
Magiſtratuum officium, 360
Magiſtratibus ſubjici oportet, 119. b. 120. a
honos debitus, 137. b. honos exhibendus, 152. b 163. 164. debita reverentia, 384. b. quibuſvis honos debitus, 425. b
Majeſtas Dei qualis erga homines, 100. b. 101
Maledictio à Saule pronuntiata, 210. a
Maledictio ſeu Imprecatio quale peccatum, 210. b
Malefacere quomodo prohibetur populus, 192. b
Malum quid vocet Scriptura, 297. b
facere quomodo Deus dicatur, 95. b. bono compenſare quam difficile, 386. a. in omnibus condemnandum, 445. a
Malis quæ remedia quærenda, 117. a
Mala malis excipiuntur, 312. a. b
Mandata Dei qua cura implenda, 221. a
Manus cum corde conjunguntur, 257. b
Dei quid, 25. a. evitari non poteſt, 86. b
Manum Dei ſentientes de ipſius judiciis cogitent, 317. b
Manus Dei agnoſcenda hoſtibus nos inſequentibus, 427. a
in Manibus noſtris eſſe quid ſignificet, 141. a
Manus violentas ſibi inferre quantum facinus, 475. b
Mariæ Dominæ paſſionis idolum, 81. b
Maria Angeli nuntio fidem adhibuit, 333. b
Maria corde ſervavit filii cognitionem, 149. a
Maria ſoror Moſis cum tympano gratias agit, 294. a
Maris ſuper terram altitudo, 26. a
Mariti jus in uxorem, 120. a
Martyres Chriſti, 215. a
Martyrum fortitudo, 473. b. 476. a
Martyrum patientia nobilitas vera, 476. b
in Maſpha populus congregatus, 149. a
Matrimonium non prohibitum à Deo, 146. b
Matrum indulgentia, 341. a
Mediator unus Chriſtus, 134. b. 214. a
Medicorum in præveniendis morbis ratio, 376. a
Mediis utitur Deus ut opus ſuum perficiat, 467. b
Mellis ferax terra Chanaan, 210. a
Memoria quomodo Deo tribuatur, 11. b
beneficiorum Dei refricatur, 168. a
Mendacem eſſe omnem hominem, 379. a
Mendaciine ſit reus Saul, 148. b
Mendacium & ſimulatio, 143. b. ſemper malum, 166. a. eſſe peccatum, 321. b. Davidis renuentis in amicos Philiſtæorum, 486
Mendacio David ſibi conſulit, 330. b. 331. a
Mendacio David ſe excuſat apud Sacerdotem, 345. b
Mentiri Deum non poſſe, 250. a
Menſæ nomine quid indicetur, 40. b
Menſura quomodo dicatur impleta, 241. a
Mercatorum deliciæ cum exceſſu, 468. a
Mercedem ſe Abrahami Deus ut dicat, 310. a
Mercede etiam Deus ad officium invitat, 361. a.
qualis ab ipſo merces expectanda, ibid.
Mirabilia Dei memoria repetenda, 192. a
Miraculorum abuſus papiſticus, 72. a
Miraculis Papiſtæ quomodo afficiantur, 182. a
Miraculorum verus uſus, 138. a. b
Miraculo Samuel doctrinam firmat, 181. a
Miraculis hodie non eſſe opus, ibid.
Miſerendum laborantium, 467. b
Miſericordes cur dicti fideles, 27. a
Miſericordiæ Deus etiam iratus recordatur, 41. a. b
Dei ſpes, 186. b
Miſericordia Dei ſola cauſa ſalutis, 187. a
Dei multi abutuntur, 247. a
Miſericordiam Domini à Davide Jonathan petit, 333. a
Miſericordiam Deum malle quam ſacrificium, 348. a
Miſericordia Dei multis vitis longe melior, 459. b
Miſpath locus celebris, 306. a
ad Moabitas David patrem & familiam ducit, 336
qui fuerint, ibid.
Modeſtia virtus neceſſaria, 6. 7
Modeſtiæ exemplum, 153. b. 154. a
Monachorum vota, 10. b
Monarchica dominatio, 359. 360
Moram faciens Deus expectandus, 196. a. 197. 198
Morbi in Philiſtæos immiſſi, 82. a
Mores gentium quomodo inſpiciendi, 218. a
Mortis & vitæ Deus author, 254
Mortem peccatoris quomodo Deus nolit, 40. b
Mors immatura non tollit Dei gratiam, 48. b
Heli Sacerdotis, 76. a. fidelium, ibid. b. fidelium Dei ſervorum, 399. a
Morte ſummi Sacerdotis punitum populum, 76. b
Mors Goliathi, 239. a. qua terruit Philiſtæos, ibid.
Mortis doloribus circumventum ſe David queritur, 378. b
de Morte inimici liceat-ne gratias agere, 416. a
Mortem ſibi conſciſcentes laudati ab Ethnicis, 475. b
e Mortibus mille Deus eripit, 318. b
Mortuos reſtituere Deus poteſt, 141. b
Mortuorum revelationes fictæ papiſtarum deliria, 446. a
Mortui non invocandi ex Saulis hiſtoria probatur, 450
Mortalium ingenium quale, 431. b
Moſen timuiſſe & Deum quomodo dicantur Iſraëlitæ, 185. b
Mulieres in Sanctuario excubarunt, 34. b. 36. a. b
Mulieres quare pro ſuorum victoria choreas agant, 294. b. & Deo gratias agere debent, ibid.
Mulieres in periculis acutæ, 319. a
Mulierum opera ſæpe Deus uſus ad res magnas, 319. a
à Mulieribus quæſita in Davide & ſociis abſtinentia, 346. a. an hodie idem Papiſtæ bene inſtituant, ibid. b
Mulieres non convenientibus nuptæ maritis, 403. a
Mulierum officium, 407. b. an liceat mulieribus de bonis maritorum aliquid ipſis inſciis accipere, ibid.
Multitudine militum non ſervari homines, 106. b. 207. a
Mundana felicitas, 220. b
Mundo mori quid ſit, 21. b
Muneribus corrumpi judices, 116. a
Munera ſuſcipienda non ſpe mercedis, 361. a
Murium ſimilitudines factæ à Philiſtæis, 91. a
Muſicæ vis adverſus malos Spiritus, 263. a
Muſica inſtrumenta in uſu ſub Lege, 294. a. b
Muſica inſtrumentalis an in templis neceſſaria, ibid.
Mutatio quævis patienter ferenda, 154. a
Mutationes variæ cæli, Dei providentiæ teſtes, 12. a. 23. b. 24. b. patienter ferendæ, 270. b

N.

NAhaſus Jabenſibus permittit auxilium quærere, 159. b.
Naaſi Ammonitarum ducis injuſtitia, 159. a
Ammonitæ ſtupiditas & ambitio, 165. a. b

Nomina liberis quomodo imponenda, 14. b
Nominum impoſitio, 77. b
Nova creatura quomodo ſiamus, 142. a
Noviluniis Deo ſacra, 333. b
Numeratus populus, 127. b. numerari quomodo Deus prohibuerit, ibid.

O.

Obedientia diſcenda, 52. a
verus Dei cultus, 137. 138
Obedientiam inaniter papiſtæ jactant, 237. b. 238. 239
Obedientia erga Eccleſiam papiſtarum, 241. b
quæ debetur ſuperioribus, 321. a
Oblivisci quomodo Deus dicatur, 11. b
Oblivio Dei cauſa rebellionis, 177. b
Obliti beneficiorum Dei Iſraelitæ, ibid.
Oblonium miſſum fratribus Davidis, 271. b
Occidere voluiſſe filios Heli quomodo Deus dicatur, 39. a. 40
Oculos claudere quid ſignificet, 173. b
Oculi jejunio debilitati quomodo dicantur, 210. a
Jonathani quomodo illuminati, 251. a
Oculos Domini ſuper juſtos, 425. b
Odia ſæpe teguntur amicitiæ pallio, 295. b
Odio habentes proximos indigni regno Dei, 298. b
Odium Saulis in Davidem, 302. 309. 310
hominum quale eſt, 309. b
Saulis in Davidem renovatum, 316
Omnipotentia Dei quomodo conſideranda, 11. a. b
Dei fortunam everti, 95. a
Omnipotentem Deus cur ſe profitetur, 310. a
Opus ſuum Deus non perficit momento, 144. a
Dei duplex in homines, 375. b
Domini quod hominum opera ſit, 413. a
Opera Dei non ponderari, 20. a
Dei quotidiana viteſcunt, 52. a
non eſſe contra verbum Dei, 109. a
Opera Dei omnem prudentiam ſuperant, 185. a
ſuis modis admirandis Deus perficit, 280. b. hominum ſemper imperfecta, 311. a. injuſtitiæ arguenda, 314. b. quomodo Deo accepta, 315. a
Operum divinorum quæ ratio, a. b. Dei ratio incognita, 155. a. Dei ratio hominibus incognita, 138. a. b humanorum imperfectio, 232. a. 351. a
Opportuno tempore ſuos juvat Deus, 474. b
Optimi quique multa in hoc mundo patiuntur, 475. a
Oratdium pro iis qui pro Evangelio pugnant, 424. b
Organa in templis Papiſtarum, 294. a
Os & labra quare in precibus aliquando neceſſaria, 11. b. 12. a. Domini quid dicatur, 181. a. Domini ſemper interrogandum, 328. a
Oſculum qua cauſa datum, 157. b
Oves paſtus Dei qui dicantur, 187. b
Ozæ caſus, 100. a
Oza ſuffitum faciens, 371. b
Regis plaga, 398. b

P.

Pagani communes divinitatis notitias habuerunt cum fidelibus, 460. a
Pagani & Papiſtæ idem fere de Deo ſentientes, 487. a
Pallium Samuelis ſciſſum, 241. b
Pallia abjecturi pſeudoprophetæ dicuntur, 326. b
Panes ſacros David accepit, 146. a. qualis eorum inſtitutio, ibid. ſacri an recte Davidi dati à Sacerdote, 347. b. ſacros cur nulli e vulgo licuerit edere, ibid.
Panem non quærere juſtum quomodo dicat David, 460
Panoplia Chriſtiana, 461. b
Papiſtæ à Chriſto recedunt, 23. b
Papiſtæ & Pagani idem fere de Deo ſentientes, 487. a
ſemper in ſolidis, 471. b
Papiſtæ mediatorem non agnoſcunt, 30. b
Papiſticæ ſynagogæ mores, 31. b
Paparum quæ confuſio invaſit, 38. b
Papæ ſuperbum dictum, 41. a
Papiſtica tyrannis, 45. b
Papæ & totius illius hierarchiæ tyrannis, 51. a
Papiſtica idololatria, 27. b. 76. a
Papiſtica pertinacia, 84. a
Papiſtarum idololatria, 91. b
Papiſtica ſanctitas olim jactata, 324. a
etiam, 323. a. facta non temere imitanda, 356. a
Paſtores ſuis Deus ſuſcitat, 312. b
Pauli de ſe gloriatio, 172. b
Pauli affectus erga Eccleſiam, 183. a
Paulus ante vocationem qualis, 54. a
Paulus a Satana afflictus, 232. b
Pavor differt a pœnitentia, 454. a
Pax cum Deo quomodo quærenda, 90. a. & otium in mundo non ſunt præſperanda, 312. a. b. cum Deo, qualis ſit, 397. a. quærenda, 397. b. animorum, privilegium filiorum Dei, 440. b
Pace ſapienter utendum, 468. b
Pacifica ſacrificia, 169. b
ſacrificia quæ fuerint, 144. a
Peccatorum diſcrimen, 37. a
Peccatum originale, 162. a
Peccata quælibet in Deum feruntur, 37. a. in Deum diſſimilia peccatis in homines, 33. a. peccatis accumulantur, 36. a. & puniuntur, ibid. peccatis cumulantur, 311. b. 312. a. adverſus utramque legis tabulam, 37. a. ſuorum quomodo Deus corrigat, 59. a. nonnunquam Deus diſſimulat, 152. a. ſæpe Deus diſſimulat, 138. præterita quomodo Deus revocet, 188. a. in alios ſemper rejici ſolent, 232. b. quomodo graviter reprehendenda, 233. a. quomodo Deus puniat aut remittat, 237. a. unus Deus remittit, 241. b. quomodo ſint agnoſcenda, 242. a. patruo in filiis Deus ulciſcitur, 248. a. agnoſcenda ut noſtri Deus miſereatur, 170. b. coram Deo agnoſcenda, 426. Deo non poſſunt occultari, 429. a. eorum qui pœnitentiam non agunt colligit Deus, 453. b
Peccatum nullum leve, 37. b
Peccatorum inæqualitas, ibid.
confeſſio, 106. a. b
ingenua confeſſio neceſſaria, 188. a. b
confeſſione non erubeſcendum, 458. b
ſenſus non repellat a Deo, 133. b
de Peccatis veniam impetrandi ratio, 231. b
Peccatorum agnitionem multi ſimulant, 245
Peccato unius multa puniuntur, 413. a
Peccatorum non obliviſcitur Deus, 413. b
unum alio punitur, 476. b
Peccatores, quos vult Deus, puniendi, 214. a
quomodo arguendi, 249. a. pro illis Deus invocandus, 249
Peccatrix dilecta plus diligit, 138. a
Pecudes & jumenta Philiſtæorum à Davide capta quomodo dicantur, 369. a
Pedes hominum à Deo regi, 26. b
Peninnæ uxoris Elcanæ protervia, 6. a
Peregrinos adverſum ſe ſurrexiſſe David queritur, 577. b
Peregrinis ab incolis rejiciuntur, 457. b
Peregrinationes non ſunt cultus Dei, 5. b
Peregrinationes Papiſtarum non ſunt cultus Dei, 54. b
Perfectiſſimi homines vitioſi, 444. a
Perfidioſorum inanis excuſatio, 875. a
imminentium metus, 195. a. b
Pericula imminentia prævidenda, 318. a. Deus à ſuis avertit, 377. a. b. imminentia fugienda, 430. a. prudenter cavenda, 432. b. in quæ incidit David propter Amalekitas, 462. a
Perjuriorum Deus vindex, 516. a
in Perpetuum Samuel Deo datus quomodo dicatus, 17. a
Perſeverantia à Deo impetranda, 52. a. precibus impetranda, 408. a. in benefactis, 332. b. in ſanctis neceſſaria, 375. a
Perſeverantiæ exemplum in Davide, 405
Perſonam non eſſe reſpiciendam, 154. a
Perſuaſi de Dei voluntate tamen orare nos debemus, 468. b
Pertinaciæ exemplum Saul, 217. b
Phanaticorum de Samuele revocato opinio, 447. a
Pharaonis contumacia, 94. a
Pharaonis induratio, 71. b
Philiſtæi bello ſuperiores, 65. a
territi ad arcæ adventum, 70. a. 71. b
proſtrato Goliatho territi, 239. a
territi ſeſe mutuo conficiunt, 239. a. b
plagis indurantur, 82. a. b
ſit multi ignorant, 193. b. cum fide conjungenda, 171. a. in Deum non cadit, 243. b. 244. 250. a. Saulis ſimulata, 394. a. quid ea tamen Davidi profuerit, ibid. b
Pœnitere Deus quomodo dicatur, 229. a. b
Pœnitentiæ veræ initium, 88. b
Politiæ adminiſtratio neceſſaria, 134. a
Politia quævis legibus conſtituenda, 354. b
Pollutionum legalium ratio, 340
Polygamia veterum unde, 3. b
Polygamia Jacobi, 3. a
Polygamia lege prohibita, 417. b
Pontificia dignitas, 218. b
Populum ſuum Deus nunquam deſerit, 53. b
Populus Dei factus Iſrael, 587. a. b
Potentia Dei & robur opponendum tentationibus, 19. b. Dei quomodo conſideranda, 10. b. 61. b. 61. a. Dei quomodo agnoſcenda, 33. a. cum ejus juſtitia jungenda, 61. b. Dei infinita, 185. a. Dei ſeſe miris modis exerit, 151. a. Dei ſine mediis humanis ſeſe patefacit, 243. b. Dei erga ſuos quomodo pateſit, 283. a. 232
Potentiæ Dei duplex effectum, 81. a. b
Dei omnia adſcribenda, 211. b
Potentiam ſuam Deus quomodo patefacit, 133. b
Potentiam Dei quomodo multi ſibi ſubjicere videntur, 307. b
Potentiam divinam ſignis viſibilibus aſſignans homines, 435. a
Poteſtas omnis à Deo, 227. a
Potioni afflictiones comparantur, 474. a
Præda ex hoſtibus communis, 470. a. 471
Prædæ in bello lex, 470. a
Prædæ bellicæ ſtatutum, 472. a
Præmia ab hominibus quomodo optanda, 195. b
Præparari quomodo nos oporteat ad Deum audiendum, 38. a
Præparatio ad Dei dona quæ, 53. b. 54
Præparatio ad pœnitentiam, 454. b. 455. a
Præputia centum Philiſtæorum Saul in dotem à Davide pro filia petit, 307. b
Præputia ducenta Philiſtæorum Sauli David obtulit, 303. a
Præſentia Dei quæ dicatur, 17. b
Præſentiæ Dei varia effecta, 70. Dei notæ, 73. b. Dei ſigna, 106. a
Præſens Deus etſi videtur abeſſe, 88. b
Præſentia Dei in omnibus actionibus, 189. a
Præſidiis humanis deſtitutis ſufficit Dei potentia, 282. ad 287
Præſidium optimum Dei verbum, 322. a
Prævenit nos Deus quoties precamur ſerio, 444. a
Præveniri homines à Deo, 53. b. 54. a. 592. a. b
Precari Deum oportet in rebus etiam certis, 123. b
Precari pro aliis officium fuit Prophetarum, 190. b
Precaturi Deum quomodo ſe debent diſponere, 124. a
Preces Deus exaudit aliquando iratus, 118. b. 119. a. Deus etiam puniens audit, 129. b. Annæ pro Samuele, 11. b. eſſe communes oportet, 6. a. mutuæ pro aliis, 184. a. b. Dei promiſſionibus niti debent, 144. b. mutuæ commendantur, 190. b. prophetarum & paſtorum pro populo, 184. b. ut componendæ, 14. a. à Deo quare exaudiuntur, 177. a. nunquam irritæ fidelium, 108. b. ſemper neceſſariæ, 144. b. ingeminandæ furentibus hoſtibus, 159. b. rebus anguſtis ardentiores, 203. b. rebus anguſtis neceſſariæ, 250. b. neceſſariæ in ſummis anguſtiis, 372. a. Davidis in anguſtiis, 558. a. in afflictionibus neceſſariæ, 419. b. 410. a. non faciunt quin Deus ſuos præveniat, 34. b. ſuorum quomodo Deus dicat ſe non expectare, 198. a. quales eſſe oporteat, 152. a. mente concipiendæ, 15. b. quomodo Deo fundendæ, 378. b. 579. a. ſunt remedium adverſus metum, 108. a. quomodo Deo gratæ, 109. a. noſtræ cur ſæpe vanæ, 445. b. pro hoſtibus quomodo faciendæ, 416. b. 417. a. non poſſunt fieri cum odio proximi, 8. a
in Precibus exaudiendis quam facilis Deus, 14. a
Precum neceſſitas, ibid.
Precibus in anguſtiis ad Deum confugiendum, 209. a. b
Precibus tempus opportunum, 50. a
quales eſſe oportet,

Preca-

Digitized by Google

[illegible], 127. a. b. 130. a. 129. a. Dei in
orbis adminiſtratione, 22. a. 24. b. Dei, 410. a.
Dei ſpecialis erga Eccleſiam, 1. Dei in ſuis protegendis, 305. b. 306. a. Dei operatio per vias nobis incognitas, 459. a. Dei in ſervando Davide, 330. b
& aliis ſervandis, ibid. 332. a
Providentiæ inſignis deſcriptio, 459
Providentiæ divinæ exemplum, 49. b. 30. a. 466. b
Providentiam Dei David de hominibus loquens non
excludit, 426. a
Proximis quæ officia debeantur, 190. a. b
Prudenter ſe gerere, quid ſit, 293. b
Prudentia in cavendo ſibi a fraude hoſtium neceſſaria, 452. b
Prudentia neceſſaria ſine fraude, 433. a
Prudentia ſine fraude, 430. b
Pſalmos Davidis adverſus Ziphæos, 419. b
Pudenda mūdanda Deus minatur, 91. a
Pudendorum formæ à Philiſtæis oblatæ, ibid.
Pugnando vincunt fideles, 481. b
Pulici David ſe comparat, 423. b
Pulvis capitis injectus, 75. a
Pythoniſſa mulier, 439. b. 444. b
Punitionum divinarum finis, 214. b. 215. a
Purificatio in ſacrificiis, 256

Q.

QUadrageſimale jejunium, 200. a
Querelæ prophetarum de Eccleſiæ ſtatu, 250. b
Quærendus Deus quando & quomodo, 208
209.
Quies nulla in mundo perfecta, 210. b
Quisque in cauſa ſua eloquens, 471. b

R.

RApinæ nomine omnes fraudes intelliguntur,
173. a
Rebellionis & contumaciæ exitus, 94. a
Rebellio gravius punitur quam ignorantia, 99. a
Rebellio adverſus Deum, 151. a. quæ ſit, 38. b
Redemptor promiſſus, 28. a. 30. b
Rejici a Deo ſe quomodo David dicat, 62. a
Regnaturum Davidem quomodo Saul ſciverit, 376. a
Saul ſcire ſe profitetur, 395. b. 396. b
Saul ſcivit, & tamen perſequutus eſt, 452. a
Regnum Dei, 28. Chriſti, 28. b. Dei quomodo & metum & lætitiam afferat, 25. a. b. Chriſti ſpirituale, 210. a. cœlorum gratis datur, 132. b. 133. a. temporarium, 152. b. in Saulis familia potueritne ſtabiliri, 201. a. populo Iſraëlitico promiſſum, 232. b. Saulis quale fuerit, ibid. ſuum retinere Saul quibus rationibus putet, 359. a. 362
Regna ad Deum referenda, 169. b
Regi fortitudinem Deus daturus cui dicatur, 28. a
Rex populi Dei quis, 28
Regis officium a Moſe perſcriptum, 360. a
Regum quæ ſtudia eſſe debent, 360. b
Regem Iſraëlitæ quare petierint, 116. b. 117. a
& an peccarint, 117. b. 118. a. 122. b
Reges magnis ſluviis comparantur, 123. a. filii Dei dicti, 146. b. in Dei manu, 360. a. morti obnoxii, 360. b. innocentibus quandoque injuriam inferre coguntur, 412. b. quandoque ſubditis ſubjiciuntur, 458. a. eſſe ac Principes cur Deus velit, 359. b
Regum ac Principum dignitas a Deo, 25. comitatus, 135. a. in ſe commendandis mos, 171. a. contumeliæ ut ferendæ, 130. a. amicitiæ, 359. a
Regibus & Principibus honos habendus, 423. b
Regibus quandoque ſunt difficultates à ſubditis.
453. a
Regum-ne ſit dare agros, vineas. &c. 319. b. 360
Regum jus quod ſit, 120. a. b. 121. b. 122
Regia dignitas Chriſti figura, 363. a
Religio quo loco ante Samuelis ortum fuerit, 3. a
Religio vera quæ, 120. b. una vera, 191. b. falſa, 4. vera propaganda, & ratio id faciendi, 323. a. b
Reliquiæ papiſticæ, 82. a
veteris, 33. a. vis, 73. b
Sacrificantium olim conſuetudo, 256. a
quomodo Sacrificarit Samuel in Bethlehem, 255. b
Sacrificaſſe quomodo multi dicantur, 109. a
Sacrificii nomen quid in ſe contineat, 426. b
Sacrificium David pollicetur, 872. a
Deo ſe oblaturum David quomodo dicat, 426. a
precibus à Samuele adjunctum, 108. 109. a
Sacrificia precibus ſolemnibus adjuncta, 5. a
quomodo expient peccata, 59. a. parvi facta, 32. a
Sacrificia non eſſe Dei cultum, 236. a. b
Sacrificia fœminis peculiaria, 34. b
Sacrificiorum quæ vera ratio, 90
Sacrificiorum finis, 103. b. 309. a
Sacrificiorum partes quomodo diſtributæ, 5. a
Saltationes hodiernæ quales, 294. b
Salus a Deo ſolo, 211. b
Salus in ſpe & ſilentio, 197. a
Salus fidelium unde pendeat, 204. b
Salus non ponenda in effugiis, 451. b
Salutis cauſa una Deus, 187. a. b
Samaritanorum cultus adulterinus, 256. a
Samuel electus à Deo Propheta, 1. quare ſic vocatus, 14. a. cum donis ad Sanctuarium ductus, 16. a. inter improbos Heli filios educatus, 30. a. creviſſe coram Domino quomodo dicatur, 34. b. ſuſcitatus à Deo ante pœnas quæ populo imminebant, 41. a. juvenis Deo miniſtrat, 52. a. ſe interceſſorem populo fore promittit, 108. b. quomodo ſacrificarit, non Sacerdos, 109. a. a Deo ſuſcitatus, 112. b. optimi Magiſtratus exemplar, ibid. ſine pompa vixit, 131. a. ſuam innocentiam tuetur, 170. 171. 172. Sauli tempus præſcribit, nec adeſt maturè, 196. a. Regem increpat, 200. a. b. Sauli judicium Dei nuntiat, 231. a. quomodo cum Saule reverſus, quum ei hoc denegaſſet, 243. a. Sauli ut Regi obtemperat, ibid. à Saule recedit, 248. b. eundem luget, 249. a. miſſus ad ungendum Davidem metuit ſibi à Saule, 254. ad prophetas cum Davide venit, 322. a. imaginarius, 445. b. non apparuit Sauli ſed ſpectrum, 442. b
cur Samuel adverſus populum preceτur, 182. b
Samueli diſplicuiſſe decretum de Saule quomodo
dicatur, 230. a
Samuelis liber cur dictus, 3. a. genus, 2. b. ortus, 10. a. vocatio, 55. b. 54. cur ter repetita, 54. b. alacritas in officio faciendo, 53. a. filii corrupti, 114. 115. a. filii bene à Samuele inſtituti, 115. a. authoritas apud populum, 125. modeſtia, 137. b. 153. b. apud populum authoritas, 167. a. innocentia, 173. a. 174. mors, & graves ipſius tentationes, 398. b. 309. a. mors repetitur, 413. b
Sancheribus blaſphemus in Deum, 284. a
Sancti multum infirmitatis produnt, 419. a
Sancti ſocii Deo adjuncti, 450. b
Sanctos non eſſe advocatos, 184. b
Sanctus Deus quomodo dicatur, 19. a
Sanctorum interceſſio ſimilis interceſſioni quam
quærebat Saul, 450. b
Sanctificare Deum quid ſit, 19. a
Sanctificatus Eleazar ad arcæ cuſtodiam, 102. a
Sanctimonia vera quæ, 324. b
Sanctitas vitæ ab omnibus requiritur, 32. b
ad Sanctuarium Dei adoratio, 6. a
Sanctuarii profanatio, 36. b
Sanctuarium cur velo tectum, 82. b
in Sanctuarium Dei David fugit, 341. a
Sanguine aſperſæ domus in Ægypto, 213. a
Sanguine veſci patres prohibiti, 212. a
in Sanguine eſſe vitam quomodo dicatur, ibid.
Sanguinem humanum fundentes puniuntur, 247. b
Sanguis fuſus ad Deum vociferatur, 411. b
Sanguinem ſuorum Deus requirit, 429. a
Sapiendum ad ſobrietatem, 99. b
Sapientes Deus deprehendit in aſtutia, 307. a
ſequendo Davide deſiſtit, 373. ſpeluncam in qua David latebat ingreſſus, 383. a. Davidis voce placatus ſuam injuriam agnoſcit, 392. b. ſuam perfidiam fatetur, 393. cum tribus millibus hominum Davidem perſequitur, 419. a. ſtultitiam ſuam fatetur, 429. b. pollicetur ſe non amplius malefacturum Davidi, 430. a. ad Deum confugiens merito rejicitur, 440. b. Dei gratia indignus, 440. b. Pythoniſſam conſulens, 444. b. Diabolo ſe ſubjiciens, ibid. cur rejectus, 451. b. quomodo fuiſſet excuſandus, 452. a. cum filiis utrum reprobus, 453. b. 454. a. utrum egerit pœnitentiam, 454. propter non fuit vulneratus ſagittis, 475. b. Ceilæ Davidem concluſum ſperat ſe capturum, 369. b. Davidem in Philiſtæorum manus cadere optat, 304. a
Saulis regnum non legitimum, 38. b. tribus & genealogia, 126. b. 127. a. 132. a. modeſtia, 132. a. b. vocatio temporaria, 132. b. unctio in Regem, 136. a. obedientiæ exploratur, 144. a. cor immutatum, 145. a. patet, 146. b. regnum à Deo confirmatur, 152. b. edicti ſeveritas, 168. b. in colligendo exercitu diligentia, 164. b. inconſtantia, 173. b. quæ culpa fuerit, 192. b. 199. a. regnum quomodo dicatur ſtabiliendum fuiſſe, quod Deus dixerat non duraturum, 201. a. & ignavia & arrogantia, 207. a. in dejerando levitas, 211. a. fortitudo, 213. a. temeritas punitur, 213. b. & populi peccatum in cæde Amalecitarum, 229. a. 232. a. peccatum in cæde Amalecitarum, 232. a. b. 233. 234. erga Davidem ingratitudo, 295. b. & odium in Davidem, 296. b. 301. a. 293. b. 478. a. filia Davidi promittitur, 303. a. ingenium fraudulentum, 303. b. 304. a. injuſtitia & ingratitudo, 305. b. improbitas timentis Davidem, 308. b. induratio, 328. inſania etiam adverſus oxorem inſurgentis, 340. b. in Davide perſequendo furor, 341. 342. apud ſuos conquerentis habitus, & oratio, 352. b. 359. ira adverſus Davidem ipſius præclare factis aucta, 369. adverſus Davidem obſtinatio, 372. a. chlamydis oram David abſcindit, 384. a. in Davidem crudelitas, 386. b. 388. impietas in ſciſcitanda Pythoniſſa, 438. b. 439. 440. ſimulatio in reverendis prophetis, 440. b. crudelitas in prophetas, 441. a. opinio de excitandis prophetis, 449. a. riſus ſardonius, 455. b. magnanimitas, 456. a. & Davidis diſcrimen in audiendo reſponſo Dei, 463. a. cadaver & filiorum ſuſpenſum, 472. a
Saulem electum Regem multi contemnunt, 155. a
alii contemnunt, 156. a
an licuerit Davidi interficere, 383. a. b
Sauli Deus in gratiam populi benedicit, 166. b
Sauli ſucceſſor à Deo deſignatus, 250. a.
Sauli unde agri & vineæ, 360. a.
Scandalorum authores, 32. a. b. 35. b
Scholarum neceſſitas, 139. b. 140. a. 323. a
non ſemper in Scholis retineri doctrinæ puritatem,
323. b
Scientia vox quid ſignificet, 323. a
Scientia rerum aliquid pulchrum, 447. a
diabolica ſine ſcientia, ibid.
Scripturam ſacram lecturis quid faciendum, 454. a
Scientiarum Deus quomodo dicatur, 20. a
Scrutari occulta non licet, 446. b
Scyphus aquæ Saulis, 424. b. quare David abſtulerit, ibid.
Scyphum & lanceam Sauli David reddit, 430. b.
431. a
Scientiæ & ſapientiæ faſtigium, 232. a
Semei Davidi maledicens, 426. a
Seneſtus Dei domum, 48. a
Septuplo pœnas Deus improborum auget, 317. b
Sepultura veteribus in pretio fuit, 399. b
Saulis & filiorum, 450. a
Sepulturam ſuorum Deus minatur improbis, ibid.
Sequi Dominum quid ſit, 130. a. 131. a. 123. 189. a
Servare ſine externis mediis Deus poteſt, 220. a
Securi-

Digitized by Google

in Solatium Saul à Samuele ductus, ibid. b
Somnus Dei quomodo dicatur, 430. b. 431. a
Sophiſtarum deliria, 451. b
Sorte Saul Rex electus, 149. b. 150. a. 152. b
Sortes quare projicienda, 216. b
Sortes quomodo cææ, 227. a. b
Sortium quæ ratio, 218. a
Spectrum pro Samuele Sauli apparet, 443. b
Spes in maximis difficultatibus retinenda, 337. b
Spes in adverſis retinenda, 366. 380. fidei nutria, 449. b. ſine temeritate, 466. b
Spicas evellentes diſcipuli Chriſti, 147. a
Spiritus author precum, 32. b. Dei ſuper Saulem, 145. a. b Dei in Saulem immiſſus, 161. a. Dei manſit ſuper Davidem, 239. a. 260. b. Dei mediate & immediate effunditur, 324. b. malus Domini Saulem denuo invadens, 297. a. malus à Domino quis dicatur, 261. b. Dei malus quis dicatur, 316. b. ſtuporis, 411. acri multa ſcium quæ ignoramus, 446. b
Spiritus dona non tranſeunt à patribus ad liberos, 147. a. Dei dona varia, 143. b. Dei conſummatio petenda, 161. a
Spiritum novum David petit, 143. b
Spirituum revelationes, 447. a
Spirituales hoſtes, 391. b
Spolia in templis ſuſpenſa, 349. a.
qui Stare videtur caveat ne cadat, 328. b. 406. a
Statua in lecto Davidis poſita, 319. b
Stantium de præda omnibus dividenda, 472. a
Sterilitas veteribus quam gravis, 18. b
Stulta mundi Deus eligit, 146. b
Stultitia Dei ſuperat mundi ſapientiam, 351. a
Subditi poſſint-ne in tyrannos inſurgere, 121. a
Subiicere ſe Deo quid ſit tam reſpectu piorum quam impiorum, 462. a
Succeſſio Apoſtolica papiſtica qualis, 43. b
Summus Sacerdos Ephod ornatus Chriſti figura, 463. a
Summum numen penitus non ignorarunt Pagani, 467. a
Superbia quantum malum, 6. b
Superbia natura omnibus innata, 281. a
Superborum gravior caſus, ibid. b
Superiorum authoritas obſervanda, etiam in rebus difficilibus, 312. a
Superioribus omnibus honor habendus, 402. b. 423. b
Superſtitionis variæ ſpecies, 159. b
Superſtitiones papiſticæ, 370. b. quibus rationibus fulciantur, 200. a
Superſtitionum nullus eſt exitus, 448. b
Supplicia cum cauſæ declaratione fieri debent, 247. b
Suſcitat Deus eos qui mortui videntur, 473. a

T.

TAbernaculum nomini providentiæ figura, 460. a
Tabernaculi aſpectu David ſe queritur privari, 412. a
Tardare Deus non ſolet, 196. b
Telaim quid ſit, 227. a. b
Temeritas loco fortitudinis, 206. b
Temeritatis exemplum Saul, 217. b
Temperantia non eſt plerumque in reprobis, 453. b
Tempus Sauli à Samuele præfixum, 196. a. b
Tempora & opportunitates in Dei manu, 144. a
Tentare Deum quid ſit, 158. b
Tentari ſuos Deus non ſinit ultra vires, 253. a. 373. b
Tonitru confirmat Deus, 183. b
Tonitruorum cauſa, 398. a
Tradit Deus variis modis, 438. b
Traditiones papiſticæ quo loco habendæ, 138. b
Tributa Regibus ſolvenda, 137. a
Triſtitia quædam ſalutaris, 60. a. 102. b. 103. a
Trophæa in templis ſuſpendi ſolita, 290. a
Tubæ argenteæ à Sacerdotibus in bellis adhibitæ, 65. b
Turbæ excitatæ adverſus pios, 107. b
Tympana pulſaſſe quomodo dicantur mulieres, 294. a
Tyrannidem occupantibus Principibus liceat-ne ſe opponere, 121. a
Tzophim & Tzophæi qui dicti ſint, 2. b

V.

VAccæ ad arcam deducendam adhibitæ, 94. b. 95. rectam viam inſiſtunt, 96. a. rectam verſus Bethſemes viam ingreſſæ, ibid.
Vanitatis multæ ſpecies, 189. a. b
poſt Vanitates declinare quid ſit, ibid. a
Venefici à Saule ſublati, 439 a. falluntur in ſpectris, 443. b. juſte puniuntur, ibid. abutentes nomine Dei, 445. exterminandi, 439. b
Veneficium recedere à Dei mandatis, 452. a
Verbum Dei fieri quomodo dicatur, 13. b. Dei eſt os ipſius, 181. a. 182. a. Dei eſt regula cujuſvis doctrinæ, 227. a. Dei regula juſtitiæ, 452. b. tum meta ſcientiæ noſtræ, 446. b. Dei optimum præſidium, 322. a. b. Dei quare perpetuo meditandum, 168. b. Dei quomodo dicatur in pretio fuiſſe, 32. b. Dei quomodo audiendum, 209. a. Dei quomodo excipiendum, 56. 132. a. 131. a. 137. b. 338. a. Dei varie excipitur, 63. a Dei ſit-ne ſemper regula bonorum operum, 109. a. b. Dei nunquam perit, 33. b. Dei quomodo non cadat, 57. a. Dei à Magiſtratibus defendendum, 113. b. Dei ad noſtri examen nos invitat, 454. a. Dei quamdiu obſcuratum, 53. a. Dei quibuſdam odor mortis, 39. a. b. Dei perfici de Samuele jam nato quomodo petat Elcana, 13. b
Verbi divini vis, 40. a. b. authoritas, 141. a. b. vis adverſus peccatores, 454. a. varii affectus, 374. b
Verbi divini prædicatio quale privilegium, 29. b
Verbi Dei veritas quomodo retineatur, 139. 140. a. 141
Verbo Dei acquieſcendum, 64. a. b. in afflictionibus fideles oportet ſuſtinere, 357. a. fideles contentos eſſe oportet, 972. b. reluctantes Deo ipſi bellum inferunt, 451. b
Veritas in cultu Dei requiritur, 198. b
Veritatem tueri omnium bonorum eſt, 341. a
Veritas Dei cum potentia conjungenda, 428. a
Veritas Deo conveniens, 467. a
in Veritate cum proximis incedere, 431. b
Veſtium laceratio, 75. a
Veſtimenta quædam propria Prophetas olim habuiſſe, 326. a. b
quibus Veſtimentis ornari fideles decet, ibid. b
Veterum exempla aut vota non temere imitanda, 11. a
Via hominum penes Deum, 131. a
Viæ Domini ab hominum ratione alienæ, 136. a. b
Viæ Domini obliquæ, 263. b
in Viis Dei ambulantes ſecuri ſunt, 212. b
Viſiones Dei cur noctu factæ, 55. b
Vitæ & mortis Deus author, 23. b. 24
Vita longior an ut bonum expetenda, 48. a. hominum in Dei manu, 341. b. 374. a. 410. Dei quid, 445. b. humana bellum continuum, 382. b. humana multis obnoxia malis, 317. b. pro Dei gloria profundenda, 318. b. ſcelerata quorundam non debemus ab officio dimovere, 35. b
Vitam fidelium qualem eſſe oportet, 418. b
Vitia ut ſerpant, 3. b
Vitia clarorum virorum cur Scriptura memoret, 3. a. b
Vitia noſtra Deus perſpicit, 450. a
Vitia amicorum quomodo ferenda, 334
propter Vitia quorundam non debere fideles ab Eccleſia recedere, 5. b
de Vitiis quomodo judicandum, 413. b
Vitulus deliciæ veterum, 453. b
Vivit anima. formula juramenti, 391. a
Vivere Jehova quomodo dicatur, 212. a
Ultio eſt Domini, 387. a. 390. b. 391. a. Deo ut propria tribuitur, 414. a. 416. b. divina nunquam ſera, 35. b. divina duobus modis ſe exerit, 40. a. divina in improbos, 478. b. quomodo prohibita, & mandata, 222. a. b
quomodo Ultio de inimicis petenda, 319. b
Ultionem omnes appetunt, 302. b
Ultionem-ne Davidi à Deo de Saule petere licuerit, 329. b
Ultionis appetitus malus, 114. a. 416. a
Unctio externa quid ſignificet, 136. b. 137. a. 138. a
Unctionis Chriſti & aliorum differentia, 137. a
Unctio Saulis in Regem, 136. b. 137. b
Unctum Domini Saulem David agnoſcit, 384. a. b
Unctus Dei, 217. b
Vocatio neceſſaria, 64. a
Vocationem approbent qui Dei nomine loquuntur, 226. 227. a
intra Vocationem cuique manendum, 371. a
de Vocatione certos eſſe omnes oportet, 409. a
Voluntas Domini interroganda, 372. a
Voluntas Dei quomodo hodie inquirenda, 368. a matura inquirenda, 208. b. 209. a. 233. a. b cognoſcenda ad bene ſperandum, 244. a
Voluntatem Dei David interrogat, 288. a. b
Voluntati Dei ſubjici fideles oportet, 342
Voluntati Dei cognitæ obſequendum, 365. b mos gerendus, 424. a. quis reſiſtat? 61. b
Vota veterum quæ, 10. b. papiſtica, ibid.
Votorum ratio, 10. a. finis, 10. b. 15. a
Vox Dei teſtifica, 182. a
Urim & thummim, 149. b. 442. b. 441. a
Uſurarii in debitores quam crudeles, 403. a
Utilitatem omnes natura quærunt, 292. a
Vulgi quæ inconſtantia, 267. a
Uxoris erga maritum officium, 320. a
Uxores Davidis ereptæ, 423. b

Z.

ZElotypia quomodo Deo tribuatur, 204. b
Zelus quo ardere debent fideles, 76. a. 77
Zelus fidelium pro Dei gloria, 273. b
Zelus inconſideratus, 444. b
Ziphæi Davidem produnt, 377. a
quomodo de aliorum proditione admonitus, ibid. b
Ziphæi Davidem ad Saulem deferunt, 412. a

Loca quædam Scripturæ quæ fuſius explicantur.

Geneſ.	24:14.95.a	Pſalm.	145:19.144.b	Jerem.	7:12.63.b	2 Corinth.	2:16.39.a.& 41.a
Exod.	33:19.115.b	Proverb.	5:15.401.b	Jerem.	7.22.236.a	2 Corinth.	3:17.142.a
Pſalm.	18:26.102.a	Jeſaiæ,	1:3.96.b	Amos,	3:6.93.b	Galat.	5:13.26.b
Pſalm.	34:7.78.a	Jeſaiæ,	6:9.39.b	Matth.	5:19.37.b	Epheſ.	3:6.3.b
Pſalm.	69:23.42.b	Jeſaiæ,	8:19.89.b	Matth.	18:13.194.a	Jacobi,	2:50.17.a
Pſalm.	97:2.15.a	Jeſaiæ,	39:16.253.a	Joannis,	6.45.14.b	1 Petri,	3:21.171.b
Pſalm.	99:1.ibid.	Jeſaiæ,	66:1.67.a	Rom.	7.14.39.a		
Pſalm.	127:1.30.a	Jerem.	1:6.54.a	Rom.	12:20.394.b		
Pſalm.	130:4.127.a	Jerem.	4:4.105.b	1 Corinth.	4:7.173.b		

F I N I S.

AMSTELODAMI, *Ex Typographia*, BORRITII JANSONII SMIT, 1667.

Digitized by Google

rerumque magis inſignium.

CUM

PRÆFATIONE

THEODORI BEZÆ.



AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM JACOBI SCHIPPER.

M. DC. LXVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

rarum doctiſſimis interpretibus: in quibus, non judicii acumen, non docendi methodus, non diligentia in ſacris voluminibus, modo perpetuis commentariis, modo brevioribus ſcholiis, modo paraphraſibus, modo habitis ad populum concionibus, perſpicue, erudite, ſancte, explicandis deſideratur. Inter illos autem duo certe exſtant inter cæteros nunquam ſatis laudati: Joannes nimirum OEcolampadius ille Baſilienſis Eccleſiæ orthodoxæ inſtaurator, & Joannes ille Mercerus, celeberrimus in Academia Pariſienſi literarum Hebraicarum Profeſſor; uterque iis omnibus inſtructiſſimus, quæ ad veram & genuinam verborum ac ſententiarum explicationem, in quibus Hebræi etiam ipſi interpretes ſæpiſſime ſunt hallucinati, requiruntur. Eorum autem & ego, quamvis forſitan [illegible], veſtigiis inſiſtens, priora quidem hujus libri difficiliora capita, juſto commentario, cætera vero paraphraſtice ſtudui illuſtrare. Habet nunc igitur, per Dei gratiam, Eccleſia in hujus libri lectione, in quo alioqui verum eſſe comperitur Græcum illud proverbium [illegible], certos & fidos ſibi præeuntes duces, quos ſequuti, in hoc quantumvis procelloſo mari, vix unquam in ſcopulos impingant. At enim, inquies, Sacris Libris cum fructu in Eccleſia audiendis, non tantum opus eſt verum illorum ſenſum percipi, ſed etiam hoc vel præcipue requiritur, ut quemadmodum nucem frangat oportet qui nucleum eſſe vult, ſic doctrina ipſa, adhibita, prout res tulerit, locorum communium commoda explicatione, & accommodatis gravibus & ſeriis admonitionibus, adhortationibus, increpationibus, conſolationibus, auditorum animis infigatur. Ecce nunc igitur ad duos illos tam fidos Jobi noſtri interpretes, tertius accedit Joannes ille Calvinus, dignus etiam qui inter illos primas ferat. Calvinus, inquam, ille, cujus ſumma in interpretandis ſacris fides, acerrimum in aſſerenda veritate judicium, eruditio eximia, diligentia nuſquam dormitans, quanto magis à veritatis adverſariis, ſive [illegible], ſive domeſticis, quibus nunquam caruit Eccleſia, impetitur, tanto clarius eminet, & magis ac magis inter vere pios & eruditos in poſterum eminebit. Quod igitur illi duo in ſuo ſcribendi genere præſtiterunt, nunc lectoribus licebit, ex his Calvini Homiliis, ad uſum ſuum transferre, ſive hortatoribus ſit illis opus, ſive ſint in veritatis doctrina confirmandi, ſive pungendi ſint acrius, ſive conſolationibus indigeant, hoc præſertim ſeculo, in quo Satan, cum ſuis adminiſtris, nihil non adverſus ſanctos audet, idque tanto cum ſucceſſu, ut nunc pene quod prædicitur *Apocal.* 13. *verſ.* 7. re ipſa implendum videatur. Ad hæc autem & illud accedit, quod in ipſis quoque vocibus & ſententiis enarrandis, & quidem in primis in hujus diſputationis ſtatu proponendo, in ejus partium diſtributione, in argumentorum, inter ſe contrariorum, comparatione tradenda, mirus hic artifex plurimum præſtitiſſe comperietur: quantum quidem ipſe auditores ſuos horum eſſe capaces exiſtimavit, quæ commodius alioqui & plenius in ſchola, quam in communi totius Eccleſiæ cœtu doceri conſueverunt. Quod ſi tamen has ſuas Conciones ab ipſius loquentis ore mira quadam ſcriptoris cujuſdam celeritate exceptas ipſi relegere & expolire licuiſſet, aut libuiſſet, perfectius profecto & illuſtrius iſtud opus haberemus: quo tamen carere profecto non debuit Eccleſia. Editæ ſunt igitur jam pridem Gallicæ iſtæ Conciones, non ipſius certe Calvini voluntate, qui illas ſibi velut extorqueri teſtabatur, ſed collegarum ipſius judicio, & eorum qui loquentem illum audierant efflagitatione. Neque id vero temere factum fuiſſe res ipſa mox oſtendit, maximo cum remotiſſimarum etiam Gallicarum Eccleſiarum fructu, quibus uſque adeo privatim & publice placuerunt, ut plurimis in locis, quibus quotidiani paſtores deerant, Conciones iſtæ in communi cœtu ex pulpito recitatæ, paſtorum vice fuerint: & nunc quoque, aſperrimis iſtis temporibus, plurimæ in Gallia, tum Eccleſiæ, tum familiæ, eorum confirmatione mirifice confirmentur. Iſtud vero ad nos perlatum ſecum expendens noſter Pyramus Candolla, Euſtathii Vignonis, à quo fere uno edita ſunt omnia Latina Calvini ſcripta, gener, & ſoceri in juvandæ rei literariæ ſtudio ſucceſſor, urgere non deſtitit Latinam earum editionem: futurum videlicet ſperans, ut exteræ quoque longe lateque Eccleſiæ orthodoxæ, fruſtra crepantibus invidis, legendis illis, mirifice tum delectentur, tum ad veritatem conſtanter retinendam incitentur. Sunt igitur (quod tibi, Chriſtiane Lector, quiſquis es, felix ac fauſtum ſit) Conciones illæ à duobus, ad hoc opus præſtandum delectis, piis & doctis viris, in Latinum ſermonem, ſi non ea, qua oportuit, ſermonis elegantia, at certe ſumma fide, converſæ, quorum labores ſi benigne fuerint excepti, prodibunt, Deo favente, alia quoque non pauca ejuſdem Calvini ſimiliter Latine converſa, maximo cum piorum emolumento. Genevæ, 14. Auguſti, anno à Chriſto nato, M. D. XCIII.

Digitized by Google

Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed omnibus populis & nationibus terræ, omnes miſeros ignorantes excæca captivitate errorum & ignorantiæ ad rectam viam ſalutis revocans. Eaque de cauſa libeat illi excitare veros & fideles Verbi ſui miniſtros, qui commodum & ambitionem ſuam non quærant, ſed exaltationem Nominis ipſius & ſalutem gregis ejus duntaxat: contra omnes ſectas, hæreſes, & errores, qui ſunt turbarum & diviſionum in Eccleſia ſeminaria, ut ſimul omnes in concordia fraterna vivamus, exſtirpet & exterminet. Sancto ſuo Spiritu omnes Reges, Principes & Dominos, qui gladii adminiſtrationem habent, regat & gubernet, ne ipſorum dominatio in avaritia, crudelitate, & tyrannide, aut alio pravo affectu inordinato, ſed in omni juſtitia & rectitudine exerceatur. Nos etiam ſub ipſis viventes honorem & obſequium illis debitum reddamus, ut pace & tranquillitate fruentes Deo in omni ſanctitate & honeſtate ſerviamus. Omnes miſeros afflictos quos variis crucis & tribulationis generibus viſitat, populos quos peſte, bello, fame aut aliis ſuis flagellis caſtigat, homines paupertate, carcere, morbo, exilio aliave corporis calamitate aut animi afflictione afflictos velit conſolari, ipſoſque adeo omnes firma patientia fulciat, donec illos ſuis malis penitus liberarit. In primis autem omnium ſuorum fidelium qui variis in locis ſunt diſperſi in captivitate Babylonica ſub tyrannide Antichriſti, qui etiam pro teſtimonio veritatis cæleſtis perſequutionem patiuntur, corroboret & confirmet vera conſtantia, conſoletur item, nec permittat improbis & lupis rapacibus ut rabiem ſuam adverſus ipſos exerceant, ſed det illis veram conſtantiam, ut ſacroſanctum ejus nomen ab ipſis tam in vita quam in morte glorificetur: Omnes Eccleſias ſuas, quæ hodie laborant & oppugnantur pro teſtimonio ſacroſancti nominis ipſius, velit confirmare & tutari; omnium ſuorum hoſtium conſilia, machinationes & cœpta evertat & deſtruat, quo ipſius gloria magis ubique eluceat, & regnum Domini noſtri Jeſu Chriſti magis ac magis augeatur & promoveatur. Hæc igitur omnia ab ipſo petemus, ſicut ſummus noſter Magiſter & Dominus Jeſus Chriſtus nos docuit ipſum precari his verbis, Pater noſter qui es in cœlis, *&c.*

Precabimur etiam optimum Deum noſtrum, ut nobis det veram perſeverantiam in ſancta ſua fide, eam magis ac magis in nobis augeat: cujus confeſſionem edemus, dicentes, Credo in Deum Patrem Omnipotentem, *&c.*

Benedictio qua populum concione peracta idem ſolitus eſt dimittere.

Gratia Dei Patris & pax Domini noſtri Jeſu Chriſti per communicationem Sancti Spiritus maneat in æternum vobiſcum, Amen.

Ezech. 14. verſ. 14.

Si tres illi viri in ea regione fuerint, Noachus, Daniel, & Jobus, illi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas, inquit Dominus Jehova.

Jacobus 5. verſ. 11.

Ecce beatos pronunciamus eos, qui afflictionem ſuſtinent: tolerantiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis: nam valde miſericors eſt Dominus ac miſerans.

Auguſtinus libro decimo octavo, de Civitate Dei.

Homines autem quoſdam non terrena, ſed cœleſti ſocietate, ad veros Iſraëlitas ſupernæ cives patriæ pertinentes, etiam in aliis gentibus fuiſſe, negare non poſſunt: quia ſi negant, faciliime convincuntur de ſancto & mirabili viro Job, qui nec indigena nec proſelytus, id eſt, advena populi Iſraël fuit, ſed ex gente Idumæa genus ducens, ibi ortus, ibidem mortuus eſt, qui divino ſic laudatur eloquio, ut quod ad juſtitiam pietatemque attinet, nullus ei homo ſuorum temporum coæquetur. Quæ tempora ejus quamvis non inveniamus in Chronicis, colligimus tamen ex libro ejus, quem pro ſui merito Iſraëlitæ in authoritatem Canonicam receperunt, tertia generatione poſteriorem fuiſſe quam Iſraël.

Chryſoſtomus tomo quinto, homilia quinta, de pœnitentia.

Si fornicator Eſau, & parricida, & profanus, & odibilis, quare protinus meritam non ſuſcipit animadverſionem? Si exciſus fuiſſet, maximum fortaſſis juſtitiæ fructum mundus amiſiſſet: & qualem, audi; Eſau genuit Raguelem, Raguel Zaram, Zara Jobum. Cernis quantus elanguiſſet patientiæ flos, ſi præveniens Deus à radice pœnas exegiſſet.

JOAN-

humilitate ac obedientia ſubmittamus: æquum juſtumque eſſe ut ei penitus & vivamus & moriamur: & quoties in nos animadvertere voluerit, etiamſi non conſtet nobis cur iſtud faciat, nihilominus oportere ut eum glorificemus, confitentes perpetuo ejus æquitatem & juſtitiam: ne cum eo litigemus, alioqui cauſa certo caſuri. Hæc igitur brevis eſt iſtius hiſtoriæ complexio: Deum, inquam, tale imperium in res creatas obtinere, ut pro arbitrio de illis poſſit diſponere, adeo ut illo ſeverius, quam par & æquum nobis primo intuitu videatur, cum eis agente, debeamus ora comprimere ne obmurmuremus: quin potius confiteamur Deum eſſe juſtum, exſpectantes quoad cauſam caſtigationis nobis patefaciat. Interea contemplari debemus patientiam viri qui nobis ob oculos hic proponitur, prout Jacobus etiam nos hortatur.

Jac. 5. verſ. 11. Deo enim denunciante ſubeundas nobis eſſe quaſcunque immiſerit calamitates & miſerias, confitemur quidem id eſſe officii noſtri, ſed interim cauſamur noſtram fragilitatem, & hoc pacto excuſabiles nobis videmur. Idcirco operæ pretium eſt exſtare exempla quibus doceamur fuiſſe olim homines eidem fragilitati obnoxios, qui tamen reſtiterint tentationibus, conſtanterque in obedientia Dei perrexerint, quamvis extremis malis ab eo affligerentur. Cujus rei inſigne hic habemus exemplum. At ſatis non eſt patientiam Jobi à nobis conſiderari, ſed eſt quod finem ſpectemus, ut monet etiam Jacobus. Nam ſi Jobum, quamvis alioqui virtute vel Angelica majore fuiſſet præditus, ſpes tamen ſua fefelliſſet, non fuiſſet felix exitus. Jam quum videamus eum ſpe ſua non fuiſſe fruſtratum, ſed gratiam inveniſſe quia ſeſe coram Deo humiliavit, hujus finis conſideratione adducimur ut concludamus, nihil melius eſſe quam ut nos Deo ſubjiciamus, &, quicquid nobis immittere voluerit, feramus patienter quoad nos pro mera bonitate ſua liberet. Interim autem præter hiſtoriam perpendenda nobis eſt doctrina quæ hoc libro continetur, tum de iis qui quum Jobum conſolandi cauſa veniſſe viderentur, eum contra magis, quam ipſius dolor, torquent: tum de reſponſionibus quas ille opponit calumniis quibus eum opprimere velle videbantur. Primum autem, quod ad afflictiones attinet, obſervare debemus, quamvis à Deo immittantur promanentque, eas tamen à Diabolo in nos ſuſcitari, ſicut

Epheſ. 6. verſ. 12. etiam admonet Paulus, quum ait, nobis luctam eſſe adverſus poteſtates ſpirituales. Nam Diabolus dum ignem accendit, utitur inſtrumentis accommodatiſſimis ad nos compungendos malumque noſtrum augendum... nem inducit, ut putemus Deum hoſtem noſtrum eſſe capitalem, nec ad eum nobis eſſe confugiendum, utpote quem propitium nunquam ſimus habituri. Huc tendunt omnia verba amicorum Jobi, nempe ut ei perſuadeant, ipſum rejectum eſſe à Deo ut hominem reprobum, fallique ſi crederet Deum ſibi fore propitium. Quæ certamina ſpiritualia longe ſunt ad ferendum difficiliora quam perſequutionum quævis mala & incommoda. Sic tamen Deus interdum frenum laxat Satanæ, adeo ut iſte ſecum adducat ſuos adminiſtros, qui nobis pariter inſultent ut Jobo factum eſſe viſuri ſumus. Hoc in primis notandum. Sed interea iſtud etiam obſervare debemus, in tota diſputatione Jobum tueri bonam cauſam: ejus vero adverſarios, malam. Præterea, Jobum bonam cauſam male, illos autem malam bene agere. Quo probe intellecto, ceu clave liber hic totus facile nobis aperietur. Quomodo Jobus bonam cauſam tuetur? Nempe eo quod intelligat, & aſſerat, homines à Deo non ſemper affligi pro peccatorum, quæ ab eis committuntur, magnitudine: ſed judicia ejus eſſe occulta & ſecreta, quorum rationem non reddit, & interea nobis exſpectandum eſſe quoad patefaciat quare hoc vel illud agat. Iſtud ergo perſuaſum habet, Deum non irrogare afflictiones hominibus pro ratione delictorum: unde colligit, & ſeſe confirmat, ſe à Deo non eſſe rejectum, quemadmodum illi perſuadere conabantur. Hæc bona eſt ac juſta cauſa, ſed quæ male agitur. Jobus enim extra cardines exiliens non tenet modum in verbis, ſed in multis partibus deſperabundi hominis ſignadare videtur. Imo in ipſum Deum ita excandeſcit ut ei reſiſtere velle videatur. En igitur bonam cauſam male actam. E contrario qui malam iſtam cauſam tuentur, Deum ſcilicet perpetuo animadvertere in homines pro ratione peccatorum, præclaras & ſanctas proferunt ſententias, nihil dicunt quod non ſit admittendum, quaſi ab ipſo Spiritu Sancto pronunciatum. nam ipſa eſt veritas, ſunt ipſa religionis fundamenta, agunt de providentia Dei, tractant de ipſius juſtitia, deque peccatis hominum. Quæ doctrina citra contradictionem recipienda eſt: at ſcopus tamen malus eſt, quod iſti Jobum in deſperationis gurgitem præcipitare conentur, ut penitus abſorbeatur. Unde diſcimus, bono fundamento, quum id nacti ſumus, nihil ſuperſtruendum eſſe quod non congruat: quemadmodum Paulus ait, ſe, ut peritum architectum, fundamentum poſuiſſe, fundando Eccleſiam ſuper puram Jeſu Chriſti doctrinam: proinde ſupereſſe, ut, qui ſuccederent, fun- *1 Cor. 3. verſ. 10.*

damento

legi. corrumpunt enim veritatem Dei, eaque falſo abutuntur: ut qui quod per ſe bonum juſtumque eſt ad malum finem applicent. Itaque Deo nos cognitione verbi ſui donante, diſcamus eo timore illud excipere ut eo non abutamur ad obſcurandum quod bonum eſt, malum verò colorandum. ut ſæpius, qui cæteris ſunt acutiores atque doctiores, illi ſibi frenum laxant, & ſcientia ipſis, à Deo collata, turpiter abutuntur ad fraudes & malitiam, adeo ut nihil aliud quam ſeipſos involvant atque intricent. Quum igitur mundum huic vitio obnoxium cernamus, tanto magis orandus eſt Deus, ut nobis eam largiatur gratiam qua verbum ſuum ad uſum quem ipſe poſtulat, nempe purum & ſimplicem, adhibeamus. Hæc à nobis in ſumma ſunt obſervanda. Nunc quum argumentum libri intelligamus, ad fuſiorem expoſitionem veniamus, ut quæ breviter dicta ſunt, plenius ex ipſo hiſtoriæ progreſſu explicentur. Dicitur *vir fuiſſe in terra Hus, nomine Job, vir integer & rectus ac Deum timens & recedens à malo.* Non poſſumus conjicere quo tempore vixerit Jobus, niſi quod clarum eſt cum vetuſtiſſimis temporibus exſtitiſſe: ut putarint nonnulli Judæi Moſen auctorem eſſe hujus libri, quem tanquam ſpeculum proponeret nepotibus Abrahami, ut intelligerent quoſdam ex alienigenis cognitione Dei præditos fuiſſe, quo puderet ipſos niſi pure in timore Dei ambularent, quum iſte vir, ſymbolo fœderis, id eſt, circumciſione non inſignitus, ſed Ethnicus, adeo recte tamen ſeſe geſſiſſet. Quod quum ſit incertum, in medio relinquimus: ſumamus vero quod dubio caret, nempe Spiritum Sanctum dictaſſe hunc librum in eum uſum ut Judæi intelligerent aliquos Deum coluiſſe, etſi à cæteris hominibus non eſſent ſegregati: & quamvis ſigno circumciſionis carerent, nihilominus puram & ſanctam vitam egiſſe. Quo cognito, Judæi tanto magis excitari debuerunt ut ſedulo Legem divinam obſervarent, & conſiderantes privilegium, quo ex aliis nationibus in peculiarem populum collecti erant, Deo totos ſeſe addicerent. Ex ipſo quoque Ezechielis libro patet, nomen
*Ezech.*14. Jobi fuiſſe celebre in populo Iſraëlitico. Nam 14. ca-
*verſ.*14. pite exſtant hæc verba, Si tres iſti viri Noë, Daniel & Job, in populi perituri medio fuerint, ipſi juſtitia ſua liberabunt animas ſuas tantum, reliquus populus vero exterminabitur. Propheta nominat tres homines, eoſque notos & illuſtres inter Judæos, ut jam attigimus. Unde intelligere eſt quæ ſit Spiritus Sancti intentio: nimirum ut Judæi exemplar & ſpeculum oculis propoſitum haberent, quo admonerentur quomodo doctrinam ſalutis ipſis patefactam obſervare deberent, quum iſte alienigena talem vitæ puritatem coluiſſet. Quod præcipue notat nomen hic poſitum, quum ſit mentio regionis Hus. Hæc autem regio generaliter quidem in Oriente ipſum Jobi nomen attinet, ſunt qui interpretentur, *plorans* aut *clamans*: alii vero ſumunt pro homine inimicitiarum, non quod ipſe odiſſet, ſed quia ceu ſcopus eſſet in quem vibrare liceret. Utut ſit, non eſt quod dubitemus, hunc virum, cujus patria & nomen hic notatur, revera exſtitiſſe ac vixiſſe, & eveniſſe reipſa quæ hic deſcribuntur: ne argumentum fictitium putemus, aeſi ſub iſto nomine res proponeretur quæ nunquam contigerit. Jam enim produximus teſtimonium Ezechielis & Jacobi, qui declarant Jobum vere fuiſſe: quod quum & ipſa hiſtoria tam diſerte aſſerat, indelebile eſt quod adeo expreſſe Spiritus Sanctus exaratum voluit. Cæterum notare debemus, quamvis illis temporibus mundus alienior eſſet à vero Dei cultu puraque religione, tamen longe majorem integritatem exſtitiſſe quam nunc exſtet in ipſo Papatu. Et ſane videmus ut tempore Abrahami Melchiſedecus Eccleſiam Dei ſacri- *Geneſ.*14.
ficiaque impolluta habuerit. Atque ita licet maxima *verſ.*18.
pars hominum implicata eſſet erroribus falſiſque & pravis imaginationibus, Deus tamen paucum ſemen ſibi reſervarat, adeo ut aliqui puram veritatem ſemper retinerent, quoad Deus ſuam Eccleſiam conſtitueret & populum aliquem eligeret, nempe Abrahami poſteros, ut intelligerent ſeſe à reliquis gentibus ſegregatos. Verum quidem eſt, Jobum ab eo tempore vixiſſe: ſed nondum ita conſtituta erat Eccleſia, ut fuit poſtea. Scimus enim quum Iſraëlitæ eſſent in Ægypto, eam Eccleſiæ faciem fuiſſe ut omnia ad nihilum mox redigenda viderentur. Atque adeo videmus ad quas anguſtias fuerint tandem redacti, quum juſſit Pharao ut omnes mares inter- *Exod.* 1.
ficerentur. Et in ipſo etiam deſerto videntur à Deo *verſ.* 16.
rejecti. Poſtquam ad terram Chanaan pervenerunt, cum potentiſſimis hoſtibus conflictantur: necdum illic, ut par eſt, cultus Dei & tabernaculum erigitur. Deus itaque nondum conſtituto Eccleſiæ conſpicuo ſtatu, voluit perpetuo ſemen aliquod inter ipſos Ethnicos verſari, à quo adoraretur, & convincerentur qui Ethnicorum exemplo à recta via deflecterent. Sufficiebat unus Jobus ad judicium & condemnationem totius illius regionis. Noë quoque condemnavit mundum, ſicut loquitur Scriptura, *Heb.* 11.
quia puritatem ſemper retinens ambulavit coram *verſ.* 7.
Deo, cujus alii omnes obliti ad ſuas ſuperſtitiones aberrabant. Ecce igitur ut Noë fuerit judex totius mundi ad condemnandos omnes incredulos & rebelles. Idem ſtatuendum de Jobo, qui etiam condemnavit omnes illius regionis incolas, eo quod pure Deum coleret, quum reliqui oppleti eſſent idololatriis, turpitudinibus & infinitis erroribus, inde natis quod dedignarentur cognoſcere quis ſit verus Deus Omnipotens, & quomodo coli velit. Dei autem hic fuit perpetuus ſcopus, ut jam dixi, improbos & incredulos reddi inexcuſabiles. Propterea voluit

omni-

Digitized by Google

rint, tamen quia plurimi eam in contrarium ſenſum detorſerunt, ut dixi, retineamus nomen Integritatis. Jobus ergo vocatur integer. Cur ita? Eo quod caruerit hypocriſi & fictione, nec habuerit cor duplex. Nam Scriptura ut vitium contrarium opponat huic virtuti Integritatis, nominat cor & cor, id eſt, duplex cor. Obſervemus igitur, primum hoc elogium tribui Jobo, ut oſtendatur præditus fuiſſe pura ſimplicique affectione, nec oculorum unum huc, alterum illuc convertiſſe, neque ex parte Deo ſerviiſſe, verum toto ſtudio. Ea quidem integritate nunquam prædititi erimus, ut ad illum ſcopum prout optandum eſſet collimemus. Nam qui rectum iter tenent, nonnihil ſemper claudicant, ſunt perpetuo debiles, lente præ infirmitate gradiuntur. Eadem eſt noſtra conditio, quamdiu hoc mortali ergaſtulo circumſepti erimus: uſquequo Deus nos omnibus iſtis miſeriis & ærumnis, quibus obnoxii ſumus, liberaverit, nunquam perfecta nobis inerit integritas, ſicuti diximus. At nihilominus iſte candor conſectandus eſt, ut omni ſimulationi & mendacio renunciemus. Cæterum obſervemus, veram ſanctitatem intus naſci: etiamſi oculis hominum videremur ſanctiſſimi & vitæ integerrimæ optimeque conſtitutæ, adeo ut omnes nobis applauderent, niſi hunc candorem & integritatem coram Deo geramus, illa omnis externa ſpecies nihili fuerit. Oportet enim ut fons ſit purus, deinde puri ſint inde fluentes rivuli. Alioqui ut limpida ſit aqua, non propterea non erit amara aut alio vitio corrupta. Hinc ergo ſemper in-

Joan. 4. verſ. 24. Jerem. 5. verſ. 3.

cipiendum, ut Deum ſpiritu & veritate adoremus, ſiquidem Spiritus eſt & veritatem cordis reſpicit, ut cap. 5. Jeremiæ habetur. Diſcamus itaque ante omnia componere corda noſtra ad obedientiam Dei. Jobus autem poſt integri appellationem, dicitur etiam *fuiſſe rectus*. Quæ rectitudo refertur ad vitam ab eo actam, fructum illius radicis quam Spiritus Sanctus prius inſevit. Jobus igitur fuit integer & rectus: ac proinde vita ejus fuit ſimplex, id eſt, verſatus eſt cum ſuis proximis nemini injuriam faciens, nec moleſtiam faceſſens, abhorrens à fraudibus & malitia, nullius incommodo ſuum commodum captans. Hoc infert iſta rectitudo quæ hic Jobo tribuitur. Unde admonemur, conſenſum requiri inter animum & ſenſus externos. Poterimus quidem, ut dixi, à malo abſtinere, pulchram ſpeciem hominibus oſtentare: at nullius pretii hæc ſunt, ſi in conſpectu Dei occultemus hypocriſin & ſimulationem in intimis animi penetralibus. Quid igitur facto opus eſt? Ut unde dixi incipiamus. At vera tamen non eſt integritas, niſi oculis, manibus, brachiis pedibuſque con-ſerviamus, nec ne. Non quod egeat noſtro miniſterio aut ulla re quæ à nobis proficiſcatur. Verum quum proximis noſtris benefacimus, quum unicuique fideles nos præbemus (quod natura etiam jubet) eo teſtamur nos Deum timere. Plurimos videre eſt qui vehementiſſimum zelum præ ſe ferunt in diſputando, & diſerte de rebus ſacris diſſerunt, ut videantur admodum pii, & divini cultus ſtudioſi: ſed quum illis negotium eſt cum proximis, ſtatim produnt quid mente gerant. quærunt enim privatum commodum, nec religioni ducunt, ſi poſſint, ad ſe res alienas dolo avertere. Illi ergo qui ſuum emolumentum captant, proculdubio ſunt hypocritæ, nullaque ſinceritate præditi: quantumlibet pietatis ſtudioſi appareant, Deus pronunciat illorum animos plane infectos eſſe & veneno ſcatentes. Cur ita? Ubi eſt integritas, illic rectitudo adſit neceſſe eſt: id eſt, ſi interiore puritate imbuti fuerimus, ita cum proximis verſabimur ut uniuſcujuſque commodum procuremus: nec nobis ſolis addicti erimus, ſed ea æquitate præditi quam JeſusChriſtus vitæ regulam, ſummamque Legis ac Prophetarum vocat, nequid alteri faciamus quod nobis fieri nolimus. Itaque obſervemus, hac laude Jobi multos vituperari, Spiritu Sancto pronunciante hunc virum non ſolum integrum coram Deo, ſed etiam rectum & candidum erga homines. Iſta rectitudo, hic prædicata, eſt velut ſententia condemnatoria jam pronunciata in illos qui malitia ſunt referti, qui rebus alienis vi dolove ad ſe avertendis inhiant. Iſti, inquam, hac voce condemnantur. Porro ſequitur, *quod timeret Deum & à malo recederet*. Et ſane Jobus non poterat laudari propter rectitudinem & æquitatem erga homines obſervatam, quin coram Deo ambularet. hoc ſi caruiſſet, illa nihili fuiſſent. Haud fieri quidem poteſt, uti jam dixi, ut cum proximis noſtris verſemur, nemini nocentes, uniuſcujuſque commoda procurantes, niſi in Deum reſpiciamus. Nam qui ingenium ſuum ſequuntur, quamvis in ſpeciem præclaris virtutibus præditi appareant, tamen, ſui ipſorum amore præoccupati, mera ambitione ducuntur, aut alio ejuſmodi reſpectu, adeo ut quicquid virtutis præ ſe ferunt, ea labe vitietur. Verumtamen, ut rectitudo non ſit abſque Dei timore, ſunt tamen hæc inter ſe diſtincta, Deum colere, & proximos honore afficere: ut à Deo quoque diſtincta fuerunt, quum ſuam Legem duabus tabulis deſcriptam traderet. Quamobrem obſervemus, quemadmodum ſupra, voce Integritatis, Spiritus Sanctus indicare voluit quomodo Jobus verſatus ſit cum hominibus: ſic quum ait, eum fuiſſe Dei timentem & receſſiſſe à malo, ſignifi-

vis enim nulla re juvari poſſit à nobis, ut proximi noſtri; voluit tamen creaturas ratione prædiתas habere, quæ ipſum cognoſcerent, & cognitum honore debito afficerent. Cæterum timorem Dei, de quo hic agitur, ſciamus non eſſe timorem ſervilem, quem vocant; ſed reverentiam eſſe qua eum proſequi te-
Mal. 1: 6. nemur, ut patrem & dominum. An timemus Deum? certe nihil tam optamus quam ut eum honoremus penituſque illi adhæreſcamus. An cognoſcimus? cognoſci debet qualem ſeſe ipſe patefacit, nempe ut Creator noſter & Conſervator, tanta nos benignitate paterna complectens, ut, niſi filiorum officio erga illum fungamur, fœdiſſime ingrati ſimus. Agnoſcendum quoque dominium ejus & imperium quod in nos obtinet, ut, cum debito honore afficientes, diſcamus etiam in omnibus ei obtemperare. Sic timor Dei complectitur totam religionem, nempe totum cultum & honorem quem Deo creaturæ debent. Fuit autem maxima virtus in Jobo, quod Deum timuerit omnibus fere hominibus à recta via aberrantibus. Quod quum audimus, diſcamus fore nos inexcuſabiles, quamvis inter diſſolutiſſimos & nequiſſimos verſemur, niſi Deum rite colere ſtudeamus. Hoc autem obſervatu dignum eſt, quia multi putant, quod inter ſpinas degant, ideo juſtam excuſationem ſe habere, ut ſi poſtea corrumpantur, ſi cum lupis ululent (ut dicitur,) nihil referat: Deum enim ipſis ignoturum. Contra inſignitur Jobus hoc elogio, quod fuerit vir Deum timens. In qua regione? Non in Judæa, non Hieroſolymis, non in templo: ſed in loco polluto, inter omnium hominum depravatiſſimos. Inter tales homines degens, nihilominus ſibi cavit, & ita vixit ut pure & ſancte cum ſuis proximis ageret, licet tunc univerſus terrarum orbis crudelitate, contumeliis, rapinis & ſimilibus ſceleribus undequaque ſcateret. Meminerimus tanto majori dedecori iſtud nobis ceſſurum niſi ſtudeamus puritatem nihil non inficientibus. Oportet ergo ut nobis caveamus à tot ſcandalis & pollutionibus, quibus facile ab officio noſtro averteremur. Quid ergo? Recedamus à malo: id eſt, luctemur adverſus ejuſmodi inſultus, exemplo Jobi: & quum tot vitia regnare in mundo videamus, etſi eis nos permixtos eſſe neceſſe ſit, nihilominus minime polluamur, nec pro more dicamus ululandum eſſe cum lupis; ſed potius, imitati Jobum, demus operam ut à malo recedamus, nec in illud ullis Satanæ tentationibus induci poſſimus: ſed Deo nos permittamus ab omnibus ſordibus & pollutionibus purgandos, ſecundum ejus promiſſionem, factam in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, uſquedum nos à cunctis hujus mundi inquinamentis collectos conjungat cum ſuis Angelis, faciatque participes felicitatis æternæ, ad quam nunc adſpirare debemus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, quo agnitis peccatis noſtris eum precemur, ut eorum ſenſu ſic nos afficere velit, ut, perſpecta miſeria noſtra, perfugiamus ad remedium quod ipſe nobis obtulit: nimirum ut remiſſis peccatis noſtris, nos ita Sancto ſuo Spiritu regat, ut quamvis Satan vocetur Princeps mundi, itaque regnet inter homines ut tanta ſit eorum improbitas quantam videmus, nihilominus ab illis non corrumpamur nec à bona fruge avocemur: ſed Optimus ille Deus nos in ſui obedientia contineat, & vocatione noſtra cognita illum ſequamur: conſervemus fraternitatem quam inter nos conſtituit, ita mutuo cohærentes, ut nihil aliud expetamus quam ut bonum proximorum noſtrorum procuremus, quo magis magiſque in ipſius gratia, quam nobis comparavit per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, confirmemur, quoad ejus fruitionem nobis in ſua gloria cœleſti concedat. Non ſolum nobis hoc largiatur, verum etiam populis, &c.

CONCIO SECUNDA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. I.

2. Nati ſunt autem ei ſeptem filii, & tres filiæ.

3. Et fuit peculium ejus ſeptem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, & quingentæ aſinæ, & familia multa valde: eratque vir ille maximus omnium Orientalium.

4. Ibant autem filii ejus, & faciebant convivia in domo cujuſque die ſuo: mittebantque & vocabant tres ſorores ſuas, ut comederent & biberent ſecum.

5. Quum-

Digitized by Google

tantis divitiis ſpoliatus, & ad extremam paupertatem redactus, tulit tamen id moderate ac leniter, quaſi vilis rei jacturam. Tanto igitur excellentior fuit ejus probatio. Sed interim notemus quanta virtute præditus fuerit Jobus, quem opes nec ſuperbia excæcarunt, nec effecerunt ut rebus mundanis plus æquo addictus cultum divinum omitteret. Quemadmodum plurimos videre eſt, qui propter divitias ita ſuperbiunt, ut domari nequeant, & auctoritate ſua abutuntur ad opprimendos pauperes, ac præterquam quod ſunt crudeliſſimi, pompis quoque diffluunt: adeo ut divitias multa mala comitentur. Haud igitur ſine cauſa narratur Jobus quum tantas facultates poſſideret, nihilominus perſtitiſſe in pietate erga Deum, & in ea ſimplicitate cujus fit hoc loco mentio. Hoc autem exemplo divites admonentur officii: nempe ut caveant ne divitiis implicentur, juxta Pſalmi ex-
1 Tim. 6. hortationem: & (ut Paulus ad Timotheum monet)
verſ. 17. ne efferantur animo, neque ſpem ponant in divitiis & rebus hujus mundi fluxis & inſtabilibus. Qui enim hodie opibus affluit, cras pauperiem fortaſſe patietur, ut Deo libuerit. Itaque quum videamus tantam harum rerum eſſe inſtabilitatem, divites (inquit Paulus) advertere animum ſedulo debent ne illis innitantur, & tanquam Idola colant, acſi de perpetua earum poſſeſſione & fruitione certi eſſent, ſed ut parati ſint eas reſignare. Denique (ut alibi dicitur) qui agros, vineas, prata, arva, pecuniam, & merces habent, videant ut iis utantur tanquam iis carentes, ſintque pauperes ſpiritu. Hæc ſunt hoc loco notanda. Nequis autem objiciat, perdifficile eſſe in tantis divitiis nihil impuri contrahere, & impollutum con-
Mat. 13. ſervari, ſiquidem Chriſtus etiam illas ſpinarum no-
verſ. 22. mine vocat. Nam exemplum Jobi eos omnes condemnabit qui ſibi à pollutione non caverint, quæcunque difficultas obtrudatur. Certum eſt, multo gravius eſſe diviti, quam pauperi, ut in timore Dei vitam agat. Paupertas quidem per ſe multis tentationibus eſt obnoxia: nam qui egens eſt, circumquaque reſpectat quo ſe vertat. Tum Diabolus eum ad diffidentiam impellit, ut Deo obmurmuret: quemadmodum multos cernere eſt qui indignabunde cum Deo expoſtulant ut ſibi injurio, nec ſciunt quam in partem ſeſe convertant, deinde vero ſic concludunt, Quum labore meo vivere non poſſim niſi cum injuria in proximum, eſt quod aliam vitam ſequar, quam rectam & juſtam. Tum ſibi ſumunt licentiam prætenuem quam opulentum, in ſimplicitate poſſe vitam inſtituere. Perinde eſt ut ſiquis in cymba fluviolum naviget. Qui quidem vacillare poterit, & ad arborem & oram impingere, ſed in tanto diſcrimine non verſabitur quanto is qui navi pelagus ſecat, ubi ſunt majores undæ & tempeſtas longe impetuoſior. Sic ſeſe habent, inquam, pauperes & divites: nam dum in hoc mundo ſumus, navigamus quidem variis tempeſtatibus jactati, & ad ſcopulos allidentes, ac in perpetuis periculis verſantes: verum pauperes tanquam in fluviolo navigant: divites vero ceu in medio mari, in gurgitem facile præcipitandi. Si ergo excuſatione carent divites, quid cauſentur ii quibus dat Deus facultatem ſeſe in ſimplicitate continendi? Videmus itaque hinc generalem doctrinam colligi poſſe, utilem omnibus cujusvis ſint conditionis, quum hic exemplum proponatur unicuique ad imitandum. Interim autem magnam laudem meretur Jobi virtus. Audimus enim
quid dicat Dominus, divitem difficile ingredi in *Mat. 19.*
regnum cœlorum. Non quod divitiæ impediant *verſ. 23.*
quominus Deum colamus. Sed hoc manat à noſtra malitia & corruptione, quod pro arripienda ex opibus, quas Deus nobis largitur, occaſione eum colendi, illis contra ad eum contemnendum abutamur. Tanto igitur admirabilior eſt Jobi virtus, quod in tanta divitiarum abundantia non extulerit ſeſe nec aliis præpoſuerit, non oblitus ſit Deum, non vanitate delectatus ſit, non pompas oſtentarit, ſed viam timendi Dei perpetuo tenuerit. O virtutem laude digniſſimam! Quæ nobis proponitur, ut, ſi pares eſſe non poſſimus, ſaltem eo pro virili adſpiremus. Cæterum videmus, divitias per ſe minime condemnandas eſſe: ut ſunt fanatici, quidam, qui putant eum qui ſit dives, Chriſtianum eſſe non poſſe. Nam reperiantur pauperes, qui Jobo hac virtute æquari poſſint: tunc condemnandæ fuerint divitiæ. Sed ut perquirantur pauperes quotquot ſunt in univerſo mundo, vix unus reperiatur qui ad Jobum accedere poſſit. Quod quum ita ſit, obſervemus, divitias per ſe ac natura ſua minime damnandas eſſe, magnamque Deo fieri contumeliam ſi opes ita reprobentur, ut ad corrumpendos poſſeſſores pertinere credantur. Unde enim divitiæ niſi à Deo? Ergo Deus carpitur, quum illæ damnantur. Adhæc, notandum eſt, oportere ut Deus admirabilius agat erga divites, quam erga pauperes, uti jam diximus. Oſten-

 dimus

Digitized by Google

verſ. 4. loquitur enim de Principibus & Regibus, qui ſolent abuti ſuis opibus, nec Deo facile ſeſe ſubmittunt: imo ſuæ mortalitatis obliviſcuntur. Nihilominus Deus aliquos ſeligit, nec omnes vult perire. Hæc ſunt à nobis obſervanda. Sed interim ne ſibi blandiantur divites, at ſciant ſubjectam eſſe pedibus ſuis ceu glaciem cui vix inſiſtere poſſint quin labantur, & noverint ſe velut inter ſpinas verſari, ut ſedulo caveant ne pungantur. Ita omnes ſollicitandi ſumus, ut Deo nos commendemus, quo voluntatem ejus ſequamur. Quod dicitur Jobus *habuiſſe ſeptem filios & tres filias*, hoc ſignificat Deum omnibus modis ei benedixiſſe. Et (ut jam attigimus) cauſam infra viſuri ſumus cur iſta omnia ſigillatim exprimantur, & quis fuerit Spiritus Sancti ſcopus: nempe ut tanto illuſtrior & admirabilior Jobi virtus appareret, qua patienter rerum omnium illarum privationem tulit. Adjicitur etiam, quomodo ſeſe filii ejus gererent, & quemadmodum eos ad timorem Dei ipſe inſtitueret. Nimirum, ut noverimus, Deum, dum illum afflixit, oſtendere voluiſſe penes ſe poſitum eſſe ut de ſuis creaturis arbitratu ſuo diſponat: & oportere ut dejiciamus oculos etiam tum quum nulla cauſa nobis apparet cur Deus tam duriter homines tractet, utque confiteamur eum juſtum eſſe, exſpectantes quoad cauſas illius ſuæ gubernationis nobis aperiat. Cætera, quæ hic recitantur, perſequamur. Subjicitur, *ſolitos fuiſſe Jobi filios quotidiana facere convivia, ita ut domi quiſque ſuæ, die & vice ſua, fratres exciperet, & una vocaret ſorores.* Natura quidem incitat fratres ut mutuo amore ſeſe proſequantur: at tanta eſt hominum malitia, ut pauci vim fraternitatis conſiderent. Videmus enim multos qui non magis inter ſe ament & conveniant, quam convenit inter canes & feles. Sunt fratres: at nihilominus ſimultates mutuas fovent, ut alter alterum devorare cupiat. Tales igitur fratres reperias (ut homines in crudelitatem facile degenerant) qui omnem concordiam & amicitiam fraternam ignorent, aut ſaltem ita ad rem ſuam attenti ſint, ut rite, 'quemadmodum Deus jubet, ſeſe mutuo non diligant. Itaque Spiritus Sanctus hic ſpeculum nobis proponit, in quo contemplemur concordiam & amicitiam vere fraternam quam inter ſe coluerunt liberi Jobi, & quotidiano exercitio foverunt, ut puram ab omni mutua ſuſpicione conſervarent. Nam convivia illa, quæ agitabant, pertinebant ad concordiam & fraternitatem teſtandam. Propterea nominatim dicitur, ſolitos invitare ſuas ſorores, ut ubique amicitia ſeſe proferret. Hæc fuit præclara virtus: ſed interim videmus ut timuerit Jobus ne quod in bonum finem fuerat inſtitutum, vitium contraheret. Sic ergo cogitat, Deus fortaſſe

poſſe tamen vitium contrahere ex hominum malitia. Unde apparet qualis evaſerit natura noſtra ab Adami lapſu: nempe talis ut bonum convertatur in malum, etiamſi recta ſit noſtra intentio. Exempli gratia, viri erga uxorem & parentis erga liberos amor bonus eſt, ſanctus & laudabilis: & tamen nemo exſtat qui uxorem aut liberos eo modo, quo decet, diligat, nempe pure & ita ut nihil vitii admixtum ſit. Qui fit iſtud? Quum Deus juſſerit ut vir uxorem diligat (Viri diligite uxores veſtras tanquam veſtra ipſorum corpora, inquit Paulus) an id vitio verti debet? an bonum convertitur in malum? Hoc vero manat à naturæ noſtræ corruptione. quemadmodum mica ſalis, aut guttula aceti, vinum corrumpitur. Perinde ſe habet quod homines modum ſervare nequeunt, nec temperare ſuos affectus, ita ut nihil vituperandum multiſque nominibus damnandum admittant. Itaque ne mirum nobis ſit quod Jobus cogitarit Deum potuiſſe à ſuis liberis offendi in eo quod bonum & laudabile per ſe erat. Non quod reprehenderet convictum illum fraternum, & epulas illas ad amicitiæ conſervationem inſtitutas. Hæc Jobus non vituperat: ſed quum agnoſceret ſuorum liberorum infirmitatem, noverat etiam quam difficile ſit modum tenere citra ullum vitium. Propterea excubias agebat, & ſanctificabat ſuos liberos. Sed & illud obſervandum eſt, Jobum non ignoraſſe, ipſa docente experientia, nulla convivia carere vitio, nec talia eſſe ut Dei honor illic ſervetur illibatus. Primum ſuperfluis cibis peccabitur, nec modus in edendo & bibendo tenebitur, ſed violabitur ſobrietas. De his pauci cogitant: imo viri boni & ſancti interdum hic delinquunt, non quod helluonum aut ebrioſorum inſtar ſeſe ingurgitent, & rationis uſum amittant: ſed quod modum aliquatenus excedant. Qui iſtud? Nimirum quod non ſatis prudenter & caute agant. Itaque videmus ut peccetur in conviviis, quamvis in bonum finem inſtituta ſint, & convivatoris ac convivarum recta ſit intentio. Deinde quot inepta & frivola verba funduntur? Nam pro eo quod cibum capere tanquam in conſpectu Dei, & ſancte lætari cum Angelis deberemus, ita vanitati indulgetur ut multi putent non hilari nec liberali convivio ſe exceptos, niſi neſcio quo gaudio diffluant. quod ipſis etiam probis viris ſæpe accidit. Pleraque ſunt alia vitia quæ convivia illa comitantur, quibus non uno modo Deus offenditur. Itaque ſedulo notemus, non ſine cauſa Jobum fuiſſe anxium, & dubitaſſe num ſui liberi Deum offendiſſent in iſtis epulis, quamvis (ut dixi) optime morati & fideles eſſent. Quodſi vel in bene inſtitutis & temperatis conviviis aliquid vitii ſemper admittitur: quid illi faciant qui Deum ex ſuis

Ephes. 5. vers. 25. Coloſſ. 3. vers. 19. 1 Pet. 3. vers. 7.

epulis

[illegible] ſit, inquam, ut in omnia vitia ruant. Tales quoſdam reperias. At non ſic gerere nos decet, nec eo nos ducit Scriptura. Sed vigilemus & ſedulo excubias agamus, ne intercipiamur. Antequam menſæ aſſideamus cibum ſumturi, Deum precemur ut nobis det tam ſobrietatem ſervare, qua ejus bonis ſuſtentati tanto aptiores ſimus ad ipſius cultum: ne eſcis gravemur, ſed ad neceſſitatem utamur, quo melius ſtudiis pietatis incumbamus. Det nobis ut harum corruptibilium rerum adminiculo adſpiremus perpetuo ad vitam illam cœleſtem, ad quam nos ſuo verbo invitat. non enim Deus nos fovet in hoc mundo ut tantummodo ad certum aliquod temporis ſpatium vivamus, ſed ut perveniamus tandem ad cœleſtem illam & ſempiternam gloriam. Sic ergo agere debemus. Aſſidentes autem menſæ edamus ut reficiamur, Deo quaſi ingerente cibos in ora noſtra: & quamvis eſcis ipſis nutriamur, ſemper tamen ejus meminerimus cujus munere iis veſcimur, ut dicamus, Sic Deus ſeſe patrem nobis exhibet, & teſtatur nos ipſius eſſe filios. ei curæ ſunt hæc miſella corpora, quæ quum mera ſint putredo, ad illa uſque tamen ſuum erga nos amorem porrigit. Excitemur ergo, & tanto magis confidamus bonitati Dei noſtri, paternæque ipſius benevolentiæ, quando ſic nos ab eo ali & ſuſten-
1 Cor. 10. tari cernimus. Ideo Paulus nos hortatur, ut, ſive eda-
verſ. 31. mus, ſive bibamus, ſive quid faciamus, omnia in Dei
Coloſſ. 3. gloriam agamus. Multi putant, Dei nullam fieri opor-
verſ. 17. tere mentionem in cibo capiendo. At illic maxime
nobis invocandus eſt & meditandus. Quum verbo ſuo det pani vim nos alendi & ſuſtentandi, an non ita præſentiam ſuam & benevolentiam erga nos teſtatur? Itaque illic potiſſimum mentes noſtræ ad Deum
1 Tim. 4. attollendæ ſunt. ſic enim cibus & potus ſanctificabi-
verſ. 5. tur, quum omnia in nomine Dei faciemus. Memi-
nerimus etiam, ubi agendæ erunt gratiæ, quod forte non ſine aliqua Dei offenſa cibum ſumſerimus. Hæc autem offenſa nobis condonabitur, modo ad Dei miſericordiam implorandam cogitationem convertamus. Propterea hîc diſerte dicitur Jobus, quum in orbem tranſiſſent dies convivii, ſolitus liberis ſuis mandare ut ſeſe ſanctificarent, deinde juxta numerum omnium illorum offerre holocauſta, dicens, *Forſan peccaverunt filii mei, nec benedixerunt Deo in cordibus ſuis.* (de his autem ad finem Concionis diſſeremus) Videmus itaque Jobum non fuiſſe ex eorum numero, qui, facto ſcrupulo, poſtea tamen concludunt habenas penitus eſſe laxandas in vitia. Jobus nimis indulgens erga filios. At è contrario dicitur mandaſſe ut ſe ſanctificarent: quod nequicquam feciſſet, niſi illi jampridem edocti fuiſſent qualiter ſeſe erga Deum gerere deberent. Et quamquam jam provectæ ætatis eſſent, & ſuam quiſque familiam haberet ab aliis ſeparatam: nihilominus eos Jobus ſemper ſub aliqua diſciplina retinebat. Unde utiliſſimam doctrinam colligere eſt, nempe parentes ita filios regere debere, ut Deus ab omnibus merito honore afficiatur. Quæ doctrina eo accuratius obſervanda eſt, quo magis uſus ejus negligitur aut pervertitur. Nam hodierni parentes ſuos quidem liberos doceri volunt: ſed qui zelo & ſincero Dei amore ducatur, ex centum vix unus reperiatur. Quid igitur? Ad rem quiſque ſuam eſt attentus. Dicet quidem, Vellem filius meus erudiretur. Verum ſi ingenio valet, acquirat opes, honores, gratiam, favorem, cæteraque ejuſmodi. Hæc ſunt quæ parentes ſpectant in ſuis liberis docendis: ſed qui tendant ad hanc ſimplicitatem, ut dicant, ſatis habeo ſi filius meus Deo ſerviat, certus, fore ut ei Dominus benedicat, & fauſta proſperaque det: ac licet pauper ſit & egenus rerum hujus mundi, ſatis tamen mihi fuerit ſi Deum habeat patrem: qui, inquam, hoc cogitent quam multi ſunt? Perpauci ſane. Unde talibus parentibus Deus mercedem dignam rependit. nam rem magnam ſe præſtitiſſe putant ſi ſuos filios evexerint: Deus vero permittit ut ipſis oculos ſui filii eruant, & ſint tortores qui miſeris modis ipſos crucient. Hoc palam cernimus: ſed illi non vident ſe à Deo caſtigari, idque merito. Itaque eo diligentius notanda eſt doctrina hîc à Spiritu Sancto nobis propoſita ſub exemplo Jobi: nempe, ut parentes ſuis liberis frenum injiciant, quo ad Deum colendum ſollicitentur. Nec prætereunda eſt ſilentio hæc circumſtantia, quod filii Jobi, etſi jam virili ætate eſſent, nihilominus ſub paterna diſciplina ſubmiſſe auſcultarent patris ſui monitis de precanda venia à Deo quoties illum offenderent, deque ſeipſis purificandis. At his temporibus decennes pueri ſe pro viris gerunt, qui virgis affici mererentur etiam poſt quindecim annos à ſumtis virilis ætatis inſignibus. Sunt enim ſordiduli, qui nullam correctionem pati, nullam doctrinam admittere volunt: ſibi fieri injuriam putant, ſi officii ſui admoneantur. Contra videmus quid hic dicatur. Verum digniſſimi ſunt parentes quibus ſui filii non pareant nec ſeſe ſubmittant. Cur ita? Nam qui honorem ſibi exhiberi cupit, is ſe honore dignum præbeat oportet. Quo pacto pa-

tes pro viris ſe venditant: quum tamen vix ex ephebis exceſſerint, iſti autem qui jam viri erant, tamen retineantur adhuc ſub œconomia & obedientia paterna. Porro quod jubentur ſeſe ſanctificare, id reſpicit morem Legis, ut qui ſacrificiorum eſſent participes, illi prius ſeſe rite purificarent. Et quamquam Jobus non degeret ubi Lex à Moſe ſcripta obſervabatur, aut præceſſerit etiam Moſem: hoc tamen perpetuum fuit apud fideles, ut ad ſacrificandum aliqua purgatione ſeſe præpararent, id eſt, ut ſeſe à ſordibus ſuis mundarent, quibus alioqui contaminati & polluti fuiſſent. Quem morem non commenti ſunt ho-

multis vitiis circumcingi, reſiſtamus tentationibus noſtræ carnis, diſcamus reluctari omnibus quæ nos à Dei noſtri obedientia avocent. Et quamvis multis modis deficiamus, nihilominus in ea integritate coram ipſo pergamus ut nihil aliud quæramus quam ut nos totos ei addicamus, velit autem ipſe acceptum habere cultum quem ipſi in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti offerimus, quantumvis imperfectus ſit, donec ejus gloria plene nobis illuceat. Non ſolum autem nobis hoc largiatur, verum etiam populis & nationibus, &c.

CONCIO TERTIA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. I.

5. Quumque in orbem tranſiſſent dies convivii, mittebat Jobus, & ſanctificabat eos: ſurgebatque ſummo mane, & offerebat holocauſta juxta numerum omnium eorum: dicebat enim Jobus, Forſan peccaverunt filii mei, nec benedixerunt Deo in cordibus ſuis. Sic faciebat Jobus cunctis diebus.

HEri incipiebamus explicare quid ſibi vellet mandatum illud Jobi ad filios, ut ſeſe ſanctificarent. Dicebamus, ſub Lege & ante Legem oportuiſſe ſacrificaturos prius ſeſe purificare: quod admonebat, indignos eſſe homines, ob ſuas ſordes & pollutiones, qui Deo ſeſe ſiſterent. *Exod. 30. verſ. 18.* Si ad Deum accedimus quales ſumus, meremur rejici non ſecus ac fœtida cadavera. Itaque purificari nos oportet. Quomodo iſtud fiet? Veteres habuerunt certas quaſdam cerimonias. quæ certe erant neceſſariæ ante Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum, ut eſſent infirmitatis illorum temporum fulcra & adminicula. Nunc autem ſcimus nobis eſſe confugiendum ad pretioſum Filii Dei ſanguinem, nobis abluendis effuſum. Ad hunc ſanguinem, inquam, accurramus oportet, ſi volumus puri apud Deum conſiſtere. Sed & ingemiſcere propter peccata noſtra debemus. Sic enim ab eis purgabimur, ſi agnita culpa noſtra triſtitiam & odium concipiamus, quod tam perdite improbi fuerimus, qui Deum noſtrum offenderimus. *2 Cor. 7: 9, 10, 11.* Ecce ergo, ut figuris illis quæ adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti præceſſerunt, carentes, veritatem ipſam & ſubſtantiam retinemus. Quid igitur faciendum, quoties Deus nobis invocandus eſt? Unuſquiſque de ſuis pollutionibus & miſeriis cogitans, ſibi diſpliceat in ſuis peccatis, & interim petamus à Domino noſtro Jeſu Chriſto, ut nos lavet & purget ſuo ſanguine, ut coram Dei Patris facie comparere poſſimus. Quod non uno aut altero die aut anno, ſed per totam vitam, nobis factitandum eſt, in memoriam reducentibus illud Pauli, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum immolatum fuiſſe ut verum Paſcha, ut jam cum omni puritate & ſinceritate huic ſacrificio communicemus. *1 Cor. 5. verſ. 7. 8.* Non in unum diem præſcribit iſtam ſanctificationem, ſed in totam vitam. Cur ita? Nam ſacrificium à Jeſu Chriſto oblatum, cujus efficimur participes, perpetuum eſt ac virtutis æternæ. Itaque mane & veſperi huic ſtudio incumbamus, nempe ut nos ſanctificemus, quando Deus nos perpetua præſentia ſua dignatur. Tempore, quo Lex publicanda erat, Deus Judæis mandabat ut ſeſe ſanctificarent. Cras enim (inquit Moſes) Dominus gloriam ſuam patefaciet. Atqui Deus ſeſe nobis patefecit in perſona Filii ſui, adeo ut eum ſemper facie ad faciem contemplari liceat, dum Euangelium prædicatur. Hîc enim Deus ſe quam familiariſſime revelat. Eo igitur zelo & affectu perpetuo teneri nos oportet, quem dixi, nimirum ut penitus ei addicti ſimus, renunciantes omnibus ſordibus, quæ obſtant quominus eum colamus atque honoremus. Sequitur autem, *Jobum obtuliſſe holocauſta juxta numerum ſuorum filiorum.* Jam paucis perſtrinximus, quamvis

Digitized by Google

eorum qui à recta via deflectentes aberrarunt. Unus ex iſtis fuit Jobus. Sed & illud ſcimus, ab ipſo ſtatim mundi primordio Deum ſacrificia inſtituiſſe. Nam ſi eſſent hominum figmenta, tanquam nugas Deus illa rejeciſſet. Præterea novimus, ſacrificia Abelis antepoſita fuiſſe ſacrificiis Caïni, propter fi-
Gen. 4: 4. *Hebr.* 11. *verſ.* 4. dem. Atqui ſi Abel confinxiſſet hunc ſacrificandi morem, nullam habuiſſet fidem. Nam iſtud primum & præcipuum eſt, ut Deus nos regat & gubernet: nec fides eſſe poteſt abſque obedientia. Oportet enim ut Dei inſtitutis & mandatis obſequatur. Itaque videmus, Deum auctorem fuiſſe ſacrificiorum quæ à creatione mundi fuerunt oblata. Nam quum juſſit ut homines ſibi ſacrificarent, ſimul etiam illis indicavit quorſum id ſpectaret. Si enim homines obtuliſſent abſque intelligentia pecudes, id nihili fuiſſet, ſed merum ludibrium. Scimus autem Deum inſtitutionem ſuis ſalutarem dare. Itaque dubium non eſt quin Deus, imperando ſacrificia, ſimul etiam eorum uſum declararit, & quam prodeſſent hominum ſaluti. Sic enim docebantur, ſe omnes indignos eſſe qui ad Deum accederent, ut qui mortem mererentur: proinde agnoſcebant ſeſe reos, & interim admonebantur ſupereſſe aliquam rationem Deum ſibi reconciliandi. Primum igitur notemus, qui rite uſi ſunt ſacrificiis & juxta Dei voluntatem, eos ſic teſtatos eſſe quod rei eſſent mortis, ut qui chirographo debitum
Col. 2: 14. faterentur. Ideo Paulus ad Coloſſ. agens de cerimoniis legalibus, vocat eas chirographa, quæ homines apud Deum ita conſtrictos tenent ut ſciant ſibi neceſſario ſubeundam eſſe condemnationem, niſi Deus ipſis pro mere gratuita ſua miſericordia ſuccurreret. Hæc autem non parva eſt utilitas, quum homines ſeſe agnoſcunt & confitentur reos apud Deum, & ſibi ob oculos ponunt quod promeriti ſunt, & pecude immolata cognoſcunt ſe morte propter ſua peccata dignos eſſe. Ita voluit Deus homines ad humilitatem inſtruere. Interea quoque voluit eos hac ſpe paſcere, quod, etſi jam eſſent miſeri & infelices, olim tamen offerretur ſacrificium, quo ipſorum peccata purgarentur. Sic priſci illi Patres uſi ſunt ſacrificiis. Idipſum quidem fecerunt Ethnici, ſed abſque fide: quia non cognoverunt verum Deum, cui debitum honorem exhiberent: nec etiam ullum teſtimonium habuerunt quo certi eſſent ſe rem Deo gratam facere:

externæ cerimoniæ poterant incredulos condemnare. Cæterum videmus etiam ut homines ſeſe penitus peccato tradiderint, utpote qui res bonas ſanctaſque pervertant, & voluntatem Dei ſibi patefactam contra quam par eſt, uſurpent. Quum igitur cernimus tantam hominum levitatem, noverimus nobis opus eſſe ut Deum invocemus, qui mentibus noſtris frenum injiciat, nec permittat ut à puro ipſius cultu deflectamus, ut accideret niſi nos coërceret. Sed interim admonemur etiam, non ſatis eſſe ſi Deum ſpecie tenus colamus: ſed requiri præcipue ut ex vera ejus cognitione, & ſecundum ejuſdem voluntatem ipſum colamus, & in hoc officio perſtemus. Nam Ethnicorum ſacrificia, & quorundam etiam qui Deum rite coluerunt, cum magnis apparatibus & pompis conjuncta erant: & tamen alia rejecit Deus & execratus eſt, alia vero grata habuit. Ethnici incenſis, ſuffitibus & ſimilibus magnificis rebus utebantur, Judæi item ſub Lege. Verum Ethnici, quum Deum incognitum colerent, nec Majeſtatis divinæ veram notitiam haberent, quid aliud quam idola, cerebri ſui figmenta, ſacrificiis adorabant? Deus itaque nullum cultum admittit, niſi qui ſibi cognito offertur. Hoc primum, inquam, notandum eſt. Deinde, oportet cultum Dei ſpiritualem eſſe. Ethnici exiſtimarunt Deum immolato bove aut vitulo placari. quod ridiculum eſt: quaſi vero Deus transfigurari poſſet, &, iratus, hoc pacto mitigari. Itaque hoc in primis teneamus, cultum Dei eſſe ſpiritualem, & altius quam ad iſtas figuras viſibiles aſcendendum, quæ nos ducere debent ad finem cœleſtem, non autem in hoc inferiore mundo retinere, ne oculos ad cœlum attollamus. Sic fideles ſemper ad Deum reſpexerunt in ſuis ſacrificiis: deinde moniti fuerunt de ſuis vitiis & peccatis, ut in iis ſibi diſplicerent. Ethnici hæc omnia ignorarunt. Nunc ergo videmus, non eſſe quod in externa ſpecie ſubſiſtamus, quum Deus colendus eſt, ſed oportere ut id quod præcipuum eſt conſectemur, nempe ut noverimus quis ſit Deus quem adoremus, & quomodo ad eum accedere debeamus, & ut cerimoniæ, quibus utimur, nos ad hunc cultum ſpiritualem deducant. Exempli gratia, Papiſtæ multas cerimonias noſtris ſimiles uſurpant, nam genibus flexis precantur, aliaque ſimilia nobiſcum obſervant. Videmus tamen ut incerti ſint

quid

Digitized by Google

detexerit caput, genu flexerit, aut tale quid fecerit? Sic ſibi videntur liberi apud Deum: nec interim reſpiciunt ad eam humilitatem quam dixi, ut videlicet, quum ad Deum accedimus, nos apud eum reos & ſontes propter peccata noſtra agnoſcamus: nec quærunt reconciliationem in Chriſto, neque ſtudent dicare ſe Deo in omni puritate, quo ei ſint conſecrati: nihil iſtorum ne aggrediuntur quidem. Externis quidem cerimoniis non parcunt: quin eas diligentiſſime obſervant: ſed hoc, ut dixi, nullius eſt pretii & momenti apud Deum. Itaque diſcamus Deum colere ſpiritu & veritate: quo nos fides optime diriget ubi oculos in verbum Dei defixerimus, quod nos quaſi manu

Exod. 26. verſ. 30. Actor. 7. verſ. 44. Heb. 8: 5.

ducet ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt typus ille cœleſtis, in quo contemplanda eſt Dei voluntas, cui nos ſubmittamus. Hactenus de ſacrificiis, de quibus hic fit mentio. Porro quum dicitur Jobus obtuliſſe holocauſta pro numero filiorum ſuorum, id declarat eum non fuiſſe parcum bonorum quæ à Deo acceperat. Si fuiſſet pauper, nihilominus acceptus Deo fuiſſet, etiamſi nihil immolaſſet. Sed quum facultates haberet, dicitur ſacris operatus eſſe. Nunc iſtud nobis ipſis applicemus. Jam dixi nos carere ſacrificiis quæ adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti præceſſerunt: ſed quum invocandus

Pſal. 50. v. 14, 15.

eſt Deus (nam invocatio præcipua eſt cultus divini pars) oportere ut confiteamur omnia bona noſtra in illo ſita eſſe, ut ei gratias pro tot tantiſque ejus in nos beneficiis agamus, ut ſtudeamus tum animos tum corpora noſtra ejus honori conſecrare, & proximos omnibus noſtris facultatibus juvare, ſcientes nos in mundo collocatos eſſe, ut alii cum aliis communicemus, adeo ut nemo ſua tantum quærat, ſed etiam proſit membris, quibus eum Deus conjunxit & coadunavit. Quod quum ita ſit, de ſuo quiſque officio cogitet. Communis quidem eſt omnibus Dei invocatio: ſed præterea ſeſe ſollicitare debet quiſque pro notitia qua præditus eſt. Qui aliis eſt doctior, certe vehementiori quoque zelo & ardore ac ſollicitudine in preces debet incumbere. Sic igitur ſpectanda eſt noſtra facultas & demenſum, ut ad Deum acceſſuri videamus quantum nobis impertitus ſit. nam quo plus quis accepit, eo pluris reus erit, niſi Deum glorificet. Itaque ſi Deus ampliorem Spiritus ſui gratiam nobis, quam aliis, largitus fuerit, eſt quod eam cum proximis noſtris communicemus. Qui conſilio præſtant, ejus alios participes faciant: qui opibus affluunt, egenis ſubveniant. Cæterum quum dicitur Jobus ſacrificaſſe pro ſuis filiis, id declarat, qui alios ſuæ curæ commiſſos habent, eos oportere vigilantes eſſe, culpamque alienam in ſeipſos recipere, & ejus ſe reos agnoſcere. Quod notatu dignum eſt. Videmus enim ut ambitio in mundo regnet. Siquis tale proponam exemplum, quale volo ſequantur. Si parentes & domini, qui liberos & ſervos ſibi ſubditos habent, id reſpicerent, melius ſeſe res haberent. Hoc autem in primis diligenter attendendum eſt Principibus & Magiſtratibus, ut ſint vigilantes, & ſedulo excubias agant in eos qui ſuæ curæ ſunt commiſſi. Siquid ab aliquo peccatur, ipſi ſeſe reos peragant: ſi ſcandala & flagitia videant, meminerint inde nata eſſe quod ipſi non ſint officio functi. Idem dicendum de Miniſtris verbi Dei: qui ſi videant Eccleſiam non ita ſe gerere ut decet, ſed in ea turbas & diſſenſiones eſſe, atque adeo nomen Dei blaſphemari, debent ſuſpirare ſub iſto onere, ſcientes ſe à Deo argui officii non rite præſtiti. Propterea Paulus aiebat ſe deprimi

2 Cor. 12. verſ. 20.

ob vitia quæ in Eccleſia Corinthiaca locum habebant. Ecce, Deus (inquit) me voluit humiliare. Num vero Paulus conſenſerat ſcortationibus, rapinis, litibus, & aliis ejuſmodi Corinthiorum vitiis? Contra iis corrigendis & reprehendendis totus incubuerat. Num dici poterat viam illis ad hæc ſcelera commonſtraſſe? Nequaquam. Quamvis ergo plane functus eſſet officio, nihilominus partem dedecoris in ſe recipit, ut lugeat ſcandala quæ in Eccleſia ſuæ provinciæ commiſſa contigerant. Si Paulus, tanto zelo in officii ſui functione præditus, nihilominus ſe reum agnovit quoties aliquid vitii contraxit Eccleſia; quid nos, obſecro, qui ſumus glacie frigidiores, ſi cum illo comparemur? Quid futurum eſt illis qui Deum dedecorari penſi non habent? & modo rem faciant, ac ſuum gradum retineant, ſuſque deque habent? Itaque ſedulo notemus quod hic dicitur, Jobum victimas obtuliſſe pro filiorum ſuorum numero: quo diſcamus, demiſſi & humiliati coram Deo, veniam ab eo petere ob commiſſa peccata, & providere (quoad ejus fieri poſſit) ne nova committantur. Quî iſtud? Nimirum ut parentes liberis ſuis arctum frenum injiciant, & domini procurent ut Deus ſupra ipſos colatur & honoretur, & familiæ ſuæ nihil impuri habeant, ſed potius totidem ſint Dei Eccleſiæ. Qui munus honoratius ſuſtinent, ii tanto ſint diligentiores. Magiſtratus leges ferant quæ rectæ politiæ conveniant, & reſecent quicquid vero Dei cultui & honori adverſatur. Quo facto, εὐταξίαν conſtitutam à violatione ſtrenue defendant: ne ad ſcelera patrata conniveant, ſed remedium ſtatim adhibeant. Miniſtri verbi Dei, ne extremam rerum omnium depravationem exſpectent, qua Diabolus regnet: ſed ſimulatque rimam viderint, rebus vel minimum declinantibus, quanta maxima fieri poſſit diligentia medicinam afferant, ne res in pejus ruant, quemadmodum ſolent. Nunc ſequitur Jobi ratio: *Fortaſſe filii mei peccaverunt & benedixerunt Deo.* Sic enim textus habet ad verbum: ſed vox, Benedicere, interdum ſumitur pro Male-

Digitized by Google

[illegible] patiamur nos redargui, non adverſamur mortalibus ſed ipſius Dei Majeſtati, qui nos, in exitium noſtrum ruentes, ad viam ſalutarem revocare ſtuduerit. Hoc notandum in primis. Interea autem videmus, Jobum non ſibi ſoli proſpectum voluiſſe, ſed etiam iis qui ſuæ curæ commiſſi erant, prout diximus. Verum hodie ſecus fit. Rejicimus enim culpam noſtram in alios, ſiquam excuſationis anſam inde poſſimus arripere. Qui deliquit, mentiri malit ad avertendam à ſe culpam, quam ſe reum agnoſcere: à liberis & ſervis, ſiquos habeat, excuſationem captabit: Mea mens erat ut hoc fieret, non ſum ergo in culpa, inquiet. Videmus maximam partem effugia ejuſmodi quærere. At tantum abeſt ut Jobus in alios onus deponat, ut contra reputet ſe rationem eſſe redditurum delictorum quæ filii ſui commiſerint. Itaque diſcamus, non nobis in hypocriſi blandiri, ſed cavere ne vitia foveamus, quæ pro virili præcidere debemus, ut hoc loco docemur. Interea quærat aliquis, debueritne Jobus ita ſeſe fruſtra excruciare, niſi certo ſciret ſuos filios peccaſſe. videtur enim ſatis eſſe, ſiquis apud Deum ſeſe humiliet poſtquam ſenſerit ſe deliquiſſe: quoniam videtur ſuperfluum, atque adeo ridiculum, tale quid animo fingere, Fortaſſe hoc vel illud commiſi. Primum meminerimus illius ſenten-
Prov. 28. verſ. 14. tiæ Salomonis, Beatus qui pavet, aut qui ſibi pavorem ſeu timorem incutit (hoc enim vox ſonat) qui vero mentis eſt duræ, inquit, corruet in malum. Quum Solomo ſic loquitur, oſtendit eſſe quod ambulemus in ſollicitudine, attendentes nobis ipſis, numquid deliquerimus. Hic autem timor eſt duplex: quod tum in futurum, tum in præteritum reſpiciat. In fueſt ut attendamus quomodo Deum à nobis glorificari tota vita oporteat: in hunc enim finem creati vivimus. Itaque quum probari Deo vitam noſtram voluerimus, huc ſemper tendamus, ut videlicet ei benedicamus, eum celebremus, ad ejus gloriam promovendam flagranti zelo & affectu incumbamus: & ſciamus rem eſſe intolerabilem, imo prorſus execrabilem, quum Nomen ejus à nobis blaſphematur, & veluti maledicitur, id eſt, quum nos, quos ad ſuam imaginem condidit quæ in nobis reluceret, in cauſa ſumus cur gloria ejus ceu ad nihilum redigatur. Ne igitur ſceleribus & vitiis indulgeamus, ut plerique, qui vivunt tantum ut Deum blaſphement, id eſt, ut ei ſint execrabiles, eo quod nomen ipſius propter eos blaſphemetur. Noverimus ergo iſtos eſſe tanquam monſtra, naturæ inimica. Verum precemur Deum, ut det nobis cognoſcere cur nos in mundo collocarit: ut videlicet ipſum efferamus, donec advenerit felix ille dies, quum nos ad ſe colliget, poſtquam ita in hoc mundo converſati erimus, ut ei nos totos penituſque regendos ultro ſummiſerimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det illa melius quam antea, à nobis ſentiri, ita ut ei nos ſponte regendos tradamus, hoc unum optantes, ut ſit nobis propitius propter Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et quum non ignoremus, nos undique miſeriis circumcingi, & nullum unum Medicum eſſe qui ab eis nos liberare poſſit, ab ipſo petamus ut nos magis ac magis purget, donec ad eam perfectionem nos perduxerit, ad quam quotidie tendimus. Sic ergo illum precabimur, Deus Omnipotens, &c.

CONCIO QUARTA
IN
LIBRUM JOBI.
CAP. I.

6. Quadam autem die venerunt filii Dei ut adſtarent coram Jehova, & venit etiam Satan inter eos.

7. Dixitque Jehova ad Satanam, Unde venis? Et reſpondens Satan Jehovæ dixit, A peragrando terram & à perambulando in ea.

8. Dixit

Digitized by Google

menſura qua ſeſe nobis patefacere voluerit, id eſt,
prout noverit ſaluti noſtræ expedire. Hæc autem lo-
quutio, quum dicitur, Angelos ſeſe ſtitiſſe Deo certa
quadam die ſolenni, ſumta eſt à Regibus hujus
mundi, dum conventus agunt. Certum eſt (teſtante
Dan. 7. paſſim Scriptura) Angelos perpetuo Deo præſenti
verſ.10. aſſiſtere, etiam quum ipſius mandata exequuntur: ut
Pſa. 34:8. dicitur, eos caſtrametari circum nos, quos defen-
& 91:11. dant & cuſtodiant: Deum nos eis tutandos commi-
Exod.11. ſiſſe. Dicuntur etiam exequi divinam iram & vindi-
verſ.5. ctam in ſceleratos. At nihilominus Angeli, qui ſunt
2 Reg.19. *verſ. 35.* ſpiritus, non impediuntur quominus Deo ſerviant,
Pſal.35. obtemperent ac mandata ejus in terris exequantur,
verſ. 6. quamvis perpetuo ei præſenti adſtent. Et certe, quum
Dominus noſter Jeſus Chriſtus ait, Angelos puero-
Mat. 18. rum in cœlis per omne tempus videre faciem Patris:
verſ.10. eo declarat, quamvis Angeli nobis adſint, eorumque
vim tutricem ſentiamus, eos tamen interim etiam
frui gloria Dei, nec ab eo procul eſſe remotos. Ita-
que quod hoc loco dicitur, Eos veniſſe ut Deo adſta-
rent, non ſignificat, quum à Deo emittuntur, eos à
Dei Majeſtate ſeparari, & cœleſti gloria privari dum
in muneris ſui functione profecti verſantur. Sed
propter craſſitiem ruditatis noſtræ, Scriptura voluit
Deum comparare cum Principibus terrenis, quo fa-
miliarius cognoſcamus, Angelos nihil proprio motu
facere: ſed Deum illis imperare: ut qui omne impe-
rium in illos habeat: illos ad eum rationem redditu-
ros accedere: nihil eum latere: Angelos non eſſe præ-
ditos auctoritate quadam propria & ſeparata: &
Ephes.3. quamvis vocentur Poteſtates, Principatus & Virtu-
verſ.10. tes, non eo ſignificari, quod Deus illis ſuum officium
Col. 1:16. reſignarit, & ſeſe virtute ſua ſpoliarit, jamque otio-
ſus maneat in cœlo: ſed ita vocari quoniam ſunt in-
ſtrumenta ipſius virtutis, quæ in res omnes eorum
miniſterio diffundatur. Hoc itaque hinc colligere eſt,
nempe Deum ita per ſuos Angelos operari & res hu-
manas gubernare, ut & ipſi & cæteræ res omnes crea-
tæ ad rationem reddendam ei ſeſe ſiſtant, adeo ut ni-
hil ejus manum fugiat. Cæterum quum additur, Sa-
tanam quoque veniſſe inter eos, non ſignificatur,
eum illis ſeſe inſinuaſſe & immiſcuiſſe ut ſtrenuum
famulum ſimularet, quemadmodum nonnulli exiſti-
marunt. Sed contra Spiritus Sanctus ſignificare vo-
luit, non ſolum beatos Angelos, qui ultro ex naturæ
ſuæ proclivitate Deo parent, ei rationem reddere:
ſed etiam Diabolos ipſos, qui pro viribus ei adverſan-
tur & rebellant, qui Majeſtatem ejus ſubvertere co-
nantur, qui ad omnia perturbanda nihil non mo-
liuntur, iſtos (inquam) velint nolint, oportere ſub-
jici Deo, omniumque actorum ſuorum rationem red-
dere, nec quicquam ſine ejus venia & imperio poſſe
aggredi. Sic igitur Satan comparuit in medio Ange-

ad ſimilitudinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt *verſ.15.*
vera imago Patris, & Spiritum adoptionis accepe- *Gal. 4:6.*
rint, pignus paternæ Dei erga ipſos benevolentiæ.
Principes item & Magiſtratus vocantur filii Dei, quo *Pſal.82.*
titulo honorifico ornantur, quia Deus illos extulit, in
eoque gradu collocavit, ut in eorum perſonis cogno-
ſcatur. Sic igitur nomen filiorum Dei aptatur homi-
nibus. Verum Angeli ſic in Scriptura nuncupantur,
quoniam Deo adſtant, & ſunt veluti radii lucis ipſius.
Ac certe, quandoquidem Deus eos nominat Principa- *Col.1:16.*
tus, Virtutes & Celſitudines, debemus & ipſi eos pro
filiis Dei agnoſcere, quod minime ſeparanda ſit virtus
eis inſita, à virtute Dei, unde, ceu à fonte, illi tanquam
rivuli derivantur. Hoc itaque perpetuo teneamus,
hunc honorem competere Angelis, ut pro filiis Dei
habeantur, quia ejus gloria & virtus in illis ſeſe exerat
& patefaciat. Quo magis obſtricti ſumus infinitæ Dei
noſtri bonitati, quod eos miniſtros noſtros conſtitue-
rit per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Quem-
admodum Dominus Jeſus, qui Filius eſt Patris, uni-
cus, imo naturalis (non enim ex gratia tantum hono-
rem obtinet, ſed eſt Filius natura, ac proinde unicus)
traditus eſt pro redemtione noſtra: ita per ipſum An-
geli (qui ſunt filii Dei) conſtituti ſunt, ut nobis inſer-
viant, ſicuti docet Apoſt. in epiſt. ad Hebr. & declara- *Heb. 1.*
vit ſcala illa, viſa Jacobo, per quam Angeli dicuntur *verſ. 14.*
deſcendiſſe è cœlis in terras, quod Jeſus Chriſtus pro- *Gen. 28.*
nunciat adimpleri in ſuo regno, Videbitis (inquit) *verſ.12.*
Angelos Dei cœlitus deſcendere ad homines. Itaque *Joan. 1.* *verſ. 42.*
quum videamus, Deum conſtituiſſe Angelos qui ſer-
viant noſtræ ſaluti, eo ſumus obligatiores ipſius
miſericordiæ. Hoc etiam honore nos affecit, ut
ipſius Filius non aſſumſerit naturam Angelicam, in
qua nos redimeret, ut ait quoque Apoſt., ſed induerit *Heb. 1.*
noſtrum corpus, noſtramque ſubſtantiam. Viden- *verſ.16.*
tes Filium Dei ſic ad nos acceſſiſſe, ut voluerit natu-
ram habere cum hominibus communem, noveri-
mus hinc alteram illam gratiam manare, quod An-
geli nobis miniſtrent ac vigilent: quorum etiam hæc
provincia eſt & vocatio, ut noſtram ſalutem procu-
rent. Unde Spiritus Sanctus hic eos diſcernit à Sata-
na, & oſtendit eſſe ſpontaneos Dei ſervos. Cur ita?
ut qui ſint ejus filii. Quum filius obtemperat parenti,
non invitus hoc facit, ſed ex naturæ inclinatione hoc
ei dictante, & ex ingenito quodam amore quo ad
officium excitatur. Ita quoque ſeſe gerunt Angeli.
Satan vero eſt adverſarius: quamvis enim compareat
apud Deum, ut rationem reddat, nihilominus non
ſponte flectitur, nec ſeſe ultro Deo ſubjicit, ſed con-
tra adverſus Deum inſurgit, tanta inflammatus rabie
ut velit everſam Dei potentiam, ſi fieri poſſet. Sic igi-
tur retinet ingenium ſuum corruptum, ut perpetuo
ſit adverſarius. At cogitur tamen invitus, ut veniat
ad

Digitized by Google

utne agerent, nec à Deo coërcerentur, heu quam miſera eſſet noſtra conditio! Ubinam vero eſſet fides noſtra? quam certitudinem haberemus de noſtra ſalute? hoſtem enim nimis potentem habemus. Itaque unus eſt ex articulis maxime ſcitu neceſſariis, ut norimus Diabolum freno cohiberi, ne, quantumvis adverſus ſalutem noſtram furat, quicquam efficere valeat, niſi quatenus coelitus ei conceditur. Et utrumque ſedulo
Joan. 12. verſ. 31. Epheſ. 6. verſ. 12.
notat Scriptura, nimirum Satanam eſſe mundi Principem, in æthere eminere ſupra nos, qui ſumus plane imbecilli, illum vero poſſe nos facile devorare, nos ei ſubditos eſſe ac natura mancipatos & captivos: eum tamen invitum ſubjici Deo. Quæ ut ſint diverſa, non ſunt tamen contraria. Utrumque autem utiliſſimam doctrinam continet. Nam quod Scriptura declarat, tantum eſſe Diaboli imperium, ut hic regnet, ac ſubditos pedibus ſuis homines habeat, quos ſuæ tyrannidis vinculis conſtringat, id pertinet eo ut miſeriam & inopiam noſtram cognoſcamus. Videmus enim quæ ſit hominum ſuperbia. Sapientiam ſuam & virtutem ſupra nubes efferunt: adeo ſunt arrogantes. Hominibus autem ſic elatis, Deus contra pronunciat eos mancipia & ſervos Satanæ. Jactate veſtram nobilitatem, alte tumeſcite: utut ſit, vobis dominatur Diabolus. Sic igitur Deus retundit & confundit ſuperbiam hominum. Poſtquam autem eos humiliavit, excitat etiam ut magis ſollicite & timide ambulent. Niſi enim reputaremus nobis hoſtem eſſe, eumque adeo potentem, negligentes & ſecuri eſſemus. Deus vero nos admo-
1 Pet. 5. verſ. 8.
net, Satanam eſſe leonem rugientem, qui ſemper inhiat nobis devorandis: nulla nobis arma eſſe quibus ei reſiſtamus, niſi ipſe ſubminiſtrarit: ab ipſo uno vires nobis ſuggeri poſſe. Unde conditionem noſtram reputantes, debemus ſedulò vigilare & nobis cavere: nam Diabolus nos cito interciperet incautos. Ideo Scriptura nobis denunciat Diabolum eſſe Principem mundi: ut videlicet primum humiliemur, deinde inſtituamur ad timorem & ſollicitudinem, & Deum invocemus ne permittat ut in Diaboli laqueos induamur: precemur etiam ut nos corroboret (ſicut pollicitus eſt) detque ut impigre excubias agamus. Cæterum ab altera parte, ne poteſtas Satanæ nimis nos terreat, & in deſperationem impellat, monemur illum nihil poſſe abſque auctoritate Dei, hinc facultatem eum impetrare oportere, &

Scripturam ſacram obſcuriorem quam ut à laïcis (quos vocant) intelligatur. Verum quidem eſt, meras tenebras nobis ineſſe: nota eſt tamen illa promiſſio, qua pollicitus eſt Deus ſe illuminaturum parvos & humiles. *Pſal. 19 verſ. 8.* Et certe videre eſt ut nobiſcum agat. quorſum enim illud tam familiariter & humano more nobis declaratur? Deus oſtendit, ſe non ſolum doctos & ſubtiles, ac in Schola exercitatos velle inſtruere, ſed etiam ſeſe vel imperitiſſimis quibuſque accommodare. Deo ſic agente cum hominibus, quantæ ingratitudinis eſt homines ſeſe à Deo avertere, ſub hoc prætextu quod dicant ſe non poſſe aſſequi ſenſum Scripturæ S.? Videmus enim Deum ſeſe nobis accommodare. Interea hoc præcipue eſt obſervandum, Spiritum Sanctum voluiſſe nobis oſtendere quodnam ſit Satanæ officium, quod ingenium, quo ſeſe applicet & incumbat: ut videlicet, ſicuti diximus, indeſinenter, ceu leo rugiens, quærat quem devoret. Qua ſimilitudine expreſſe utitur Petrus, quo nos expergefaciat, ut nocte dieque vigilemus, & Deum invocemus, ut nos ab omnibus hoſtis noſtri inſultibus & conatibus defendat. Non quidem cernemus Satanam, nec videbimus perpetuo quid moliatur & ſtruat in noſtram perniciem: ſed eo magis timendæ & præcavendæ ſunt ejus aſtutiæ. Idcirco Paulus admonet, *Epheſ. 6. verſ. 12.*
nobis non eſſe luctam adverſus carnem & ſanguinem. Quo ſignificat, viſibiles hoſtes poſſe quidem caveri & propulſari: ſed, ecce, inquit, aſtutiæ ſpirituales vobiſcum certant: hic cæcutimus, niſi Deus nobis donet oculos fidei, ut animadvertamus quomodo Satan nobis adverſatur, tentationes objiciens, quibus nos ad malum ſollicitat, & depravare conatur. Itaque hoc ſit nobis conſtitutum & perſuaſum, Diabolos aſſidue nobis perdendis incumbere, & peragrare orbem terrarum, nec à nobis ſeſe ſummovere, ſed aditum in nos omnibus modis tentare. qui ubi vel minimam rimam inveniunt, ſtatim in nos invadunt quos in æternum exitium præcipites agant, & intercipimur prius quam aggreſſionis venerit nobis in mentem: ſicut nemo non experientia novit, letale infligi nobis vulnus à Diabolo, antequam eum proximum ſentiamus. Quapropter quum pravo aliquo deſiderio hujus aut illius rei tangi nos ſenſerimus, notemus hoſtem inſidias nobis ſtruere. Sic igitur ex effectis cognoſcimus, Diabolos adverſum nos moliri. Hoc, inquam, animadvertunt ii quos Deus prudentia

Digitized by Google

ſint omnes omnium mortalium hoſtium verſutiæ. Nihil aliud quærit quam omnia ſubvertere: novimus ejus potentiam, ut jam diximus. Nominatim dicitur obſidere nos proxime & circumquaque, mille illi eſſe nos circumveniendi artes. Quum de his admonemur, ſi negligamus, an non brutiſſimam ſtupiditatem prodimus, & teſtamur nos de vita cœleſti non cogitare, ſed de rebus præſentibus duntaxat, brutorum more? At oportet non inutiliter à nobis hanc doctrinam audiri, quum intelligimus Satanam indeſinenter peragrare orbem, venationis cauſa, neque eſſe otioſum. Quamobrem? Quod, ut noſtræ ſalutis hoſtis, nihil quærat, niſi in eandem, in quam lapſus eſt, perditionem nos pertrahere. Quod Deus ex illo ſciſcitatur his verbis, *Advertiſtine animum tuum ad ſervum meum Jobum, virum integrum, rectum & timentem Dei, quique recedit à malo?* ſignificat, Deum ſecure provocare & deſpicere Satanam, in iis, quibus dedit, ut ſecundum ſuam voluntatem vitam inſtituant. Quo docemur, qua conditione Deus nos in mundo collocarit: ut videlicet ſimus tanquam ſpecula ſuæ virtutis. Quum enim tanto nos afficit beneficio ut nos ſuo Spiritui regendos tradat, nos tanquam in ſublimi ſcena collocat, quo ſuam bonitatem & miſericordiam in nobis palam faciat, unde adverſus Satanam in nobis glorietur. Nos autem honore inæſtimabili Deus afficit, quum nos eligit miſellos vermiculos, in quibus contra Satanam glorificetur & triumphum agat. Meminerimus quid ſint homines. Heu! num in eis Deus inveniat quod ipſius gloriæ inſerviat? nihil certe, præter malum. Verum Deus poſtquam nos elegit, in nos de Spiritu ſuo effundit, & gratiarum ſuarum participes facit, unde in nobis glorificetur & triumphet adverſus hoſtes & inimicos omnes ſuos. Quo monemur, ne, quum Deus nos variis certaminibus exercere voluerit, novum id & alienum nobis videatur. Hoc audito, potius lætemur, eo contenti quod Deus glorificetur, ejus virtus illuſtretur, Satanæ vero ſui omnes conatus confuſioni cedant. Quum igitur talis ſit noſtrorum certaminum exitus, & cum tanta felicitate conjunctus, an non, obſecro, ea patienter ſubire debemus? Cæterum quemadmodum Deus Satanam deſpicit in perſona Jobi, ſic deſpiciamus omnes noſtros hoſtes, iſta Dei protectione alte cordibus noſtris inſculpta, qua certi ſimus eum in nobis habitare & regnare per Sanctum Spiritum, & eſſe præſidium & propugnaculum noſtrum. Sic

Rom. 8. verſ. 10. etiam loquitur Apoſtolus octavo ad Romanos. Poſtquam enim oſtendit, fideles vinci non poſſe, quum Spiritus Sancti teſtimonio ſe vivificatos ſentiunt, docet, ut non plene & perfecte Spiritum illum accepetummodo Deum colamus, pedibus, manibus & oculis: ſed ut cor præeat, puruſque & ſimplex affectus ita Deo adhæreſcendi, ut ei penitus addicti omnem hypocriſin averſemur. Hinc nobis incipiendum eſt, ſi volumus vitam noſtram rite inſtitui & Deo probari. Oportet autem ut rectitudo manet à timore Dei, id eſt, ut foris oſtendamus quod intus latet. ſi bona eſt radix, bonos quoque fructus ſtatim ferat: & opera teſtentur, non in vanum nos profiteri quod Deum adorare eique nos totos tradere velimus. Hoc autem in duobus ſitum eſt: primum ut rectitudinem & æquitatem erga proximos noſtros obſervemus, deinde ut religioſe Deum colamus, ita ut ad eum omnia referamus. Illa autem rectitudo huc tendit, ut nemo ſeorſim ab aliis privatum emolumentum ſuum quærat, ſed ut inter nos mutuo communicemus: ſicut Deus nos in unum corpus colligavit, ita videat quiſque ut aliis proſit, ſervata communione fraterna, & illa æquitate, ne alteri facias quod tibi fieri nolis. *Matth. 7. verſ. 12.* Sic igitur Deus probat quales ſimus, nempe an integre cum hominibus verſemur, ita ut nemini injuriam damnumve inferamus, ſed contra omnibus prodeſſe ſtudeamus. Præcipuum autem eſt ut omnia referamus ad Deum, ſcientes nos ejus eſſe ſervos, ac proinde æquum eſſe ut & vita & mors noſtra illi in ſacrificium offeratur, illum adoremus, illi omnia quæ poſſidemus, accepta feramus, agnoſcamus & profiteamur illum omne jus imperii in nos obtinere, precibus hoc confiteamur, & illum eſſe refugium noſtrum, omniaque noſtra ab illo pendêre prædicemus. Ita teſtanda eſt noſtra integritas, quæ in corde, ut radix in terra, latet. Interim autem non poſſumus rite ſecundum Deum ambulare, niſi à malo recedamus. quod etiam tribuitur Jobo: cujus exemplo admonemur, Dei cultum conjunctum eſſe cum magnis difficultatibus & remoris, à Diabolo objectis: ſi rectam viam tenere velimus, per loca admodum ſcabroſa & ſpinoſa nobis eſſe iter faciendum. En igitur multa turbamenta, nobis oppoſita ne in via ſic inſiſtamus ut Deus præſcripſit, imo quæ nos ab officio prorſus avocant. Verumtamen ex Jobi exemplo diſcamus recedere à malo, ut Deo ſerviamus. Itaque quum univerſum mundum videbimus corruptum, adeo ut inter ſpinas verſemur, objectis undique malis exemplis, iſtis omnibus reſiſtamus. Quamobrem? Si ita remiſſi & ignavi ſimus, ut ſub eo prætextu quod tanta ſit mundi perverſitas & malitia, putemus licere nobis non eſſe bonis, num legitima fuerit excuſatio? Minime certe. Jobus enim nobis hic proponitur in condemnationem. Nam ſi ille à malo receſſit, an non idem facere debemus?

præ-

Digitized by Google

paret quidem: at ſi eum tetigeris, tunc videris. Hic autem videmus ut Diabolus in eo totus ſit, ut nos in exitialem voraginem præcipites agat: & quando hac ei non ſucceſſit, alia via rem aggredi, novoſque dolos moliri. Nam faber eſt omnis aſtutiæ: quo magis ab eo nobis cavendum eſt. Certum eſt, ut jam dixi, rebus proſperis magis depravari homines quam afflictionibus quibusvis. Nam divitias plerumque comitatur ſuperbia, pompa, contemtus Dei, crudelitas, fraus, cum ſimilibus vitiis. Inde quoque naſcuntur deliciæ, luxus, & voluptates, quæ homines in bruta convertunt. Quum tamen hac ratione nihil proficeret Diabolus, alio ſe vertit, & petit ut Jobus tentetur afflictionibus. Interim autem noverimus, Deum probe tenere qua ratione probanda ſit fides & obedientia noſtra, nec eſſe quod admoneatur à Diabolo. Verum hoc expreſſe adjicitur, ut ſciamus, quum noProſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, & orantes ut det ea vividius à nobis ſentiri, quo in eis nobis diſpliceamus: & veniam petentes, prout rei ſumus, precemur etiam ne permittat ut unquam ab ipſius obedientia deflectamus, ſed det ut in hac ad finem uſque pergamus: itaque imprimat in noſtris cordibus iſtam integritatem quam nobis præcipit, ut nihil omnino quæramus niſi jus ei ſuum tribuere, ut nimirum agnoſcamus eum auctorem omnis boni, debito honore afficiamus, fraterneque converſemur cum proximis noſtris, ab omni injuria abſtinentes, bonis operibus incumbentes, quo reſiſtamus omnibus turbis & tentationibus mundi, donec ad Regnum illud Cœleſte pervenerimus. Non ſolum iſtud nobis gratificetur, verum etiam populis, &c.

CONCIO QUINTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. I.

9. Reſpondens autem Satan Jehovæ dixit, An gratis timet Job Deum?

10. Nonne tu vallaſti eum, & domum ejus, ac quicquid illius eſt per circuitum? Operi manuum ejus benedixiſti, & poſſeſſio ejus crevit in terra.

11. Verum mitte nunc manum tuam, & tange quicquid ejus eſt, niſi in faciem tuam maledixerit tibi.

12. Dixit itaque Jehova ad Satanam, En quicquid ejus eſt, in manu tua eſt, tantum in eum ne injicias manum tuam. Et exivit Satan à conſpectu Jehovæ.

Quamvis hic officium ſuum faciat Diabolus, (quod eſt, omne bonum pervertere) falſoque Jobum criminetur velut hypocritam: nihilominus detegit vitium ex quo plerumque laborant homines, naturæ quadam propenſione. Nam, ut eſt aſtutus & callidus, ſcit qua via nos impeti oporteat. Notemus ergo, Diabolum hic aperire morbum, quo omnes ſumus affecti donec Dei gratia nos ſanaverit. quo fit ut in rebus ſecundis benedicamus quidem Deo, ſed propoſitum mutemus ubi nos affligit, incipiamuſque adverſus eum murmurare, atque oblivioni tradere quicquid laudis ei tribuimus dum nobiſcum pro voto ageret. Atque multi ſunt hypocritæ, qui non cognoſcuntur neque deteguntur niſi quum à Deo affliguntur. Nam quamdiu rebus optatis fruuntur, non proferunt latentem intra ipſos rebellionem. Quam ob cauſam Scriptura paſſim docet, Deum ſuos explorare & examinare afflictionibus, ignibuſque ceu aurum probare, non ſolum ut purgentur, ſed etiam ut cognoſcantur. Afflictiones enim hunc duplicem uſum habent: nempe ut Deus eis mortificet vitia, nam quum nos affligit, domat nos, & jubet avertere mentes noſtras ab hoc mundo, vetat addictos eſſe voluptatibus & deliciis carnis. Alter uſus eſt, ut, quemadmodum fornace probatur aurum, an ſcoriam admixtam habeat, ſic à Deo declaremur quales ſumus, quum nos affligit. homines enim ne ſeipſos quidem norunt, antequam ſic probati fuerint. Prius quam ſimus veluti cribro excuſſi, videmur nobis timentes Dei, & interim vitiis deliteſcentibus & incognitis ſcatemus. Deus hæc nobis detegit, & facit ut ſentiamus. quum enim nos aliqua moleſtia afficit, tunc noſtram infirmitatem ſenſu ipſo experimur. Quodſi Deus

ſuis

Digitized by Google

quo noſte nobis ſit negotium. Circumſpectat & obſervat diligentiſſime qua poſſit in nos invadere. Itaque obſervemus, non ſatis eſſe Deum à nobis laudari & coli in rebus ſecundis: ſed oportere quoque ut parati ſimus ſubire patienter quas nobis immittere voluerit ærumnas & miſerias, adeo ut cum omni humilitate voluntati ejus ſubjiciamur, & caſtigationes æquo animo feramus. Niſi huc probationis devenerimus, id eſt, niſi patientiâ præditi ſimus quum à Deo affligimur, nihili fuerit omnis cultus quem ei exhibuerimus. Deus quidem ſuos fideles acceptos habet quum rebus proſperis utuntur: ſed tamen expendere debemus cur velit nos afflictionum quaſi incerniculo excuti. Quo diligentius memoriæ infigenda eſt hæc doctrina. Porro, quum hic dicitur, afflictionibus vexatos homines Deo in faciem maledicere, hoc quidem non primo committitur. aliqua enim Dei reverentia noſtris mentibus inſculpta eſt, qua fit ut primo muſſitemus, nec audeamus blaſphemiam ore aperto proferre, quin cohorreſcamus. Attamen poſt illam tacitam indignationem ſi dolor & malum ingraveſcat, tunc impatientia noſtra inſtar ignis exardeſcit, adeo ut quod ſepto dentium cohibebatur antea, id evomere incipiamus. Sic paulatim eo deveniunt afflicti, ut Deo in faciem maledicant, id eſt, ut modeſtiæ limites egreſſi, ea humilitate, qua decet, Dei Majeſtatem non ſuſpiciant: adeo ut Judicii divini cogitatione rejecta, quæ prius ipſos coërcebat, ſuæ rebellionis cognitione non trepident. Itaque Deus nobis ſedulo & obnixe invocandus eſt, ut noſtras linguas frenet, ut & corda noſtra: nec permittat unquam, ut in apertam nominis ipſius maledictionem prolabamur: ſed ut det potius caſtigationum exitum adeo felicem ut noſtræ ſaluti cedat. quo etiam ipſe ſpectat quoties nos affligit. Iſtud obſervandum hic habemus. Interim autem notemus, Satanam hic verum dicere, quum inquit, *Deum fuiſſe tanquam vallum & propugnaculum Jobo, & circumſepſiſſe domum ejus, eique in omnibus benedixiſſe.* Sic ſeſe in An-
2 *Cor.* 11. gelum lucis transfigurat, nec immerito: quum ſtet
verſ. 14. in Dei conſpectu, ubi nullus eſt locus ejus mendaciis & fraudibus, quemadmodum apud homines, quos facile decipit. Ita Satan ſumit principia vera, quæ ad maleficium applicet. Totus enim eſt in eo ut Jobum perdat. Dicit autem, Deum eſſe valli inſtar. Noverimus ergo, quod in hoc mundo ſubſiſtimus & conſervamur, id acceptum ferendum eſſe Deo. Ecquæ enim eſt vita noſtra, & quot miſeriis obnoxia? Itaque ne momentum quidem ſtaremus, niſi nos Dei gratia ſuſtineret. Idem de iis quæ poſſidemus ſtatuendum eſt, nempe præſidio Dei muniri oportere. Quis enim hic loquitur? Satan, qui ipſe nos perderet, niſi

men Deum eſſe hominibus vallum, neque cogitur loqui quaſi quæſtioni ſubjectus: quum Deus præbeat nobis guſtandam virtutem ſuam, ejuſque ſenſu nos afficiat, quantæ ingratitudinis fuerit, ſi minus eam confiteamur quam Satan, qui omni ſtudio conatur obſcurare, imo prorſus delere omnem gratiæ Dei cognitionem & memoriam? Quamobrem videmus, eos qui non reputant iſtam Dei protectionem, deteriores eſſe Diabolo, ut neceſſe ſit plane obbrutuiſſe & faſcinatos eſſe. Porro adjicitur, *Deum permiſiſſe Satanæ poteſtatem in omnia bona Jobi, modo ipſum non attingeret.* Primo intuitu mirum videatur, quomodo Deus Jobum fidelem ſervum ſuum ſic addicat arbitrio Satanæ. Num oportet Satanam tantum valere apud Deum, ut poſtulans licentiam nobis nocendi, impetret? Videtur ergo Deus illi favere, ac nobis ceu pila ludere. Verum animadvertamus, Deum non id Satanæ permiſiſſe, illi gratificandi gratia, nec ullo erga eum favore permotum: ſed iſtud ſuo conſilio decreviſſe, non quidem inductum Satanæ precibus, ſed quod ita prius conſtituiſſet. Etiamſi tacuiſſet Satan, neque hoc poſtulaſſet, nihilominus voluiſſet affligere ſervum ſuum, idque juſta de cauſa, quam nobis patefecit. quæ etſi nos lateret, nihilominus demiſſo vultu fateri oporteret Deum æquum juſtumque eſſe, quicquid agat. Hoc igitur in primis obſervandum, nempe Deum hic minime exaudiſſe Satanam, quaſi permotus fuiſſet ejus precibus, ſed ſponte conceſſiſſe, quia vellet Jobum affligere, idque ut Satanam ipſum vreret, & eo illuſtrius de eo confuſo & pudefacto triumpharet. Satan enim putabat fore ut Jobus Deo malediceret in faciem, id eſt, ore aperto blaſphemaret ita duriter tractatus. Cur ita? Satan enim reſpicit quales ſimus, nempe cito nos effluere inſtar aquæ, nullam eſſe virtutem noſtram. Interim autem non intuetur Dei gratiam, nec conſiderat quam valida ſit & invicta in nobis. Hanc quidem ſentit, &, velit nolit, experitur, non cognoſcit tamen. Quo fit ut decipiatur, dum ſic apud ſe ſtatuit, impetrata noſtri vexandi poteſtate, fore ut ſubito victi & triſtitia in deſperationem adacti, blaſphemias proferamus adverſus Deum. Hæc ſpes & exſpectatio Satanæ. Verum Deus illi reſiſtit, talemque ſpem ejus irridet. Profert enim gratiam Sancti ſui Spiritus, ut neceſſe ſit Satanam confundi, dum videt ſe perficere non poſſe quod contra Dei ſervos intenderat, ſed contra cedere ac putarat, ſibique perſuaſerat. Sic igitur Deus, quum probe noſſet exitum afflictionum Jobi, conſilio ſuo decreverat eum affligere, nullo modo ad id à Satana incitatus. Cur igitur Scriptura ſacra hic commemorat, Satanam iſtud à Deo precibus obtinuiſſe? Duas nimirum ob cauſas.

Pri-

Digitized by Google

[illegible], hoc enim [illegible] cuperet, nobis videlicet pacem & commoda largiri, ſiquidem hoc magis nobis conduceret: ſed quoniam expedit ut afflictionibus exerceamur, ipſius etiam Satanæ miniſterio; propterea iſtud ei permittit Deus, quia novit è re noſtra eſſe. Hoc, inquam, nobis ſedulo eſt obſervandum. Quod autem ita ſe res habeat, diverſo exemplo probemus. Primo libro Regum, capite ultimo, commemoratur, ut Deus quaſi conventus egerit: ubi deſcriptio huic loco ſimilis habetur, nimirum Prophetam vidiſſe Deum in ſolio ſedentem, qui ad circumſtantes diceret, Quis mihi decipiet Achab? Satan illic non anticipat, non accedit ut dicat, Si mihi poteſtatem faceres decipiendi Achabi, ſtrenue voluntatem tuam exequerer: ſed Deus incipit, Ubi inveniam, inquit, ſpiritum mendacem, qui decipiat Achabum? volo enim ut ad imos inferos deturbetur? Quare vero Deus ſic loquitur? Quia puniendus erat juſteque ulciſcendus hypocrita, contemptor crudeliſſimus, hoſtis capitalis omnis boni. Achab enim perverterat totum cultum Dei, omnia ſuis idolis polluerat: nihilominus contumaciter rejicit Prophetas, nullique admonitioni vult aures præbere. Quum ita obduruit vitiis, ut ludat operam qui eum ad rectam viam reducere ſtudeat, quum Deus nihil non movit ut illum ad ſe revocet, quum videt eſſe perditum & deploratum, tum in ſolenni concilio exquirit, quis Achabum ſeducere velit. Deus enim illic vult judicis officium facere. Videmus igitur, Deum, quoties vult in ſceleratos animadvertere, iramque ſuam in illos pro meritis effundere, non exſpectare ſollicitationem Satanæ, ſed prævertere. Hoc vero loco, ubi agitur de Jobo affligendo, id eſt, de eo duriter tractando qui eſt ex filiis ſuis, videmus oportere id ſollicitante Satana fieri. Hanc diverſitatem oſtendit ratio cur hoc loco Satan petitionem ſuam impetrarit. Itaque obſervemus, Scripturam omnibus modis velle nos perpetuo inſtituere ad Deum glorificandum, ut cognita ipſius erga nos bonitate, eo magis ad eum efferendum & laudandum ſtimulemur: & interim etiam cogitemus juſtam eſſe ejus vindictam adverſus improbos, officiumque ſuum facere dum punit, ut timeatur, formidetur atque honoretur ab univerſo mundo. Hæc ſunt nobis obſervanda. Mirum autem videatur & prorſus alienum, quod Deus ſic utatur miniſterio Satanæ: verùm jam diximus, brevi de nobis actum fore, niſi pro certo ſtatueremus, Diabolos ſubditos eſſe Deo, adeo ut nihil poſſint abſque ejus permiſſu. Sed præterea tarum ejus. Videmus ergo licentiam illic, quam hic, longe majorem. non enim externo quodam modo duntaxat Achabus decipitur, ſed à Prophetis ipſis prætextu veritatis fallitur. Quod exprimit Paulus, *2 Theſſ. 2.*
dum ait, quum homines nolunt obtemperare Deo, *verſ. 10.*
ejuſque veritati auſcultare: præſertim, quando eis ſeſe Deus patefacere dignatus eſt, viamque ſalutis commonſtrare, ſi adeo improbi ſint ut eam gratiam repudient, tum Deum eis mittere falſos Prophetas, & impoſtores, qui non ſolum omnem rectam doctrinam pervertant, ſed etiam veraces habeantur: eis enim efficaciam erroris datam. Quod vocabulum perpendendum eſt, multum enim infert. Nam quid eſt, efficacia erroris? Significat, Deo lucem ſuam ad ſe revocante, noſtros ſpiritus conturbari caligine, nos eſſe ſtupidos, ut non melius, quam brutæ animantes, rerum differentias internoſcamus. Cur ita? Quoniam amittimus judicium, conſilium, omnemque prudentiam, eo quod Deus poteſtatem Satanæ fecerit nos decipiendi & ſeducendi, imo plane excæcandi & faſcinandi, ut nuſquam poſſimus nos vertere quin labamur in novam fraudem. Sic, inquam, Deus agit erga incredulos & reprobos, ut Satanæ concedat erroris efficaciam, adeo ut eos non ſuſpicantes decipere poſſit. At non ita cum ſuis agit, quando eos affligit. quamvis enim impetantur à Satana, ſemper tamen conſervantur, & habent quo tentationes ejus repellant. nam Deus eos ſua virtute armavit, ut nihil poſſit ultra quod ei permiſſum eſt: Deus enim repagulum illi obtendit, ut, quantumvis furat, cohibitus nihil niſi quod Deo libuerit, efficere valeat. Hoc notandum habemus. Interim etiam obſervare debemus qualia ſint Dei judicia, tum in bonos, tum in improbos. Mirabimur quidem, ſi ſenſum noſtrum ſequamur, quî fiat ut Deus eam poteſtatem & auctoritatem tradat Satanæ, ut nos poſſit ſeducere. Hoc novum admodum & alienum noſtro judicio videbitur. Verum oportet nos dejici & humiliari, quum Scripturam ita loquentem audiamus, & præſtolari diem quo melius percipiamus iſta arcana, jam nobis incomprehenſibilia. Proinde admiremur & ſuſpiciamus Dei judicia, quoad rectius à nobis cognoſcantur. Nam anguſtior eſt captus noſter, quam ut ea nunc penitus mente complectamur. Itaque oportet ut in humilitate ambulemus, ex parte tantum cognoſcentes, donec adveniat extremus ille dies, quo plenam revelationem obtinebimus. Haud tamen ignorandum eſt quod Scriptura docet, nempe Deum uti Satana ſemper parato hominibus ſeducendis quum

Digitized by Google

lis Dei, hoc ei permittit Dominus, ut eos humiliet, quo, dum ſic duriter habiti nihilominus inſultus illius ſuſtinent, intelligant ſeſe non propria virtute ſed gratia Dei & robore Spiritus Sancti ſubſiſtere. Itaque Deus, quum ſuos ſinit tentari à Satana, hoc facit ut illis veluti medicinam ſalutarem propinet. In quo elucet admiranda Dei bonitas, malum in bonum convertentis. quid enim Satan afferre poſſit præter venenum? nam ſcimus, nihil penes eum eſſe præter
Hebr. 2. verſ. 14. mortem, cujus etiam vocatur Princeps. Quicquid ergo à Satana proficiſcitur, ad exitium duntaxat & perniciem hominum tendit. Nihilominus Deus facit ut malum, quod eſt in Satana, nobis in bonum vertatur. Sic Paulus curatus fuit, ut ipſe confitetur. Nam, ubi dixit ſibi datas fuiſſe ineffabiles illas reve-
2 Cor. 12. verſ. 8. lationes, Deus, inquit, cavit ne altius, quam par eſt, me efferrem. O utilem cautionem & ſalutarem Paulo! ſcimus enim quam periculoſa & pernicioſa ſit arrogantia. Nihil eſt quod magis Deum irritet, qui neceſſario ſeſe hoſtem ſuperborum oſtendit, & eorum qui vel tantillum virtutis ſibi arrogant. Paulus autem in hoc periculo verſabatur, niſi Deus remedium adhibuiſſet. Quale remedium? Miſit mihi, inquit, angelum Satanam, ut me colaphis cæderet. Ecce, Satan agit in Paulo, idque Dei permiſſu. Quis autem fuit exitus? Putabat quidem Satan ſe præcipitaturum Paulum, ei animus erat illum depravare, ut cultum Dei derelinqueret, &, defatigatus miſeriis ac ærumnis continuis, paulum deflecteret à Chriſtiana profeſſione. Hæc Satanæ mens. Verum Deus alium finem reſpicit, vult enim freno injecto continere ſervum ſuum, ne ſupra modum efferatur. Propterea colaphis cæditur. hac enim ſimilitudine diſerte utitur, ſe à Deo non exerceri ut militem in caſtris aut acie, cui glorioſam victoriam det reportandam, ſed ignominioſe colaphis cædi. Atque ita ſanctum Apoſtolum oportet expoſitum eſſe Satanæ ludibrio. Videmus autem ut Deus malum in bonum convertat, quum omnibus Satanæ aculeis pro medicamentis utitur, quibus nos à deliteſcentibus vitiis purget. Itaque eſt quod de omnibus Deum laudemus, imo quamvis primo intuitu judicia ejus nimis dura judicio noſtro videantur, nec poſſimus ea recte concipere noſtræ carnis ſenſu. Quum igitur rem ipſam probe perpenderimus, non deerit Dei magnificandi argumentum. Hæc de iſto loco, ubi dicitur Deus permiſiſſe quidem Satanæ ut Jobum affligeret, ſed interdixiſſe ne perſonam ejus tangeret. In ſumma eſt quod notemus, Deum, permiſerunt: reliqui ipſum tantummodo eventum animadverterunt. Propterea jam dicitur Satan exiviſſe à conſpectu Dei. Nam Scriptura ſacra diſcernit inter res externas quæ eveniunt, & conſilium Dei ſolis fidelibus cognitum, qui ſupra rationem & ſenſum carnis ſeſe attollunt. Nunquam enim ad cognitionem Majeſtatis divinæ pertingemus, niſi ſupra omnes noſtras facultates evehamur. Jam autem Scriptura redit ad hiſtoriam, quum ait, Satanam exiviſſe à conſpectu Domini, id eſt, oculis ipſis patuiſſe quomodo Jobum afflixerit. Quo magis ac magis exprimitur ingenium Satanæ, quomodo effreni rabie flammam evomat, quaſi omnia perditurus. Denique apparet,
officium ejus eſſe ut tentet: ſicut etiam vocatur Ten- *Matth. 4. verſ. 3.*
tator, ubi Chriſtus ab illo tentatus dicitur. Hic titulus nominatim tribuitur Satanæ. Quid ita? Ut ſciamus illum in eo totum eſſe ut omnia confundat, funditusque ſubvertat, præſertim res hominum. Itaque non eſt otioſus, ſed perpetuo obambulat ut nos ſecum perdat. Unde jugum à Deo ſibi impoſitum excutere conatur, quo poſſit omnia pervertere. Hoc cognito, tanto magis incitari debemus ad Deum precandum ut nos in ſuam tutelam recipiat. nam ubi ſemel nos receperit, tuti erimus adverſus omnia Satanæ machinamenta. Sin à nobis Deus recedat, ſtatim à Satana vincemur. Ex his igitur docemur, tum humiliare nos, & in timore ac ſollicitudine ambulare, tum invocare Deum, ſcientes nihil nobis præſidio ejus munitis defuturum. Imo, quamvis maximæ difficultates ſint nobis eluctandæ, nihilominus certi ſimus de victoria, quam ſuis omnibus promiſit.

Proſternemur autem coram Majeſtate Dei noſtri, ſupplicantes ut malorum quæ nobis inſunt, ſerio ſenſu nos afficiat, & iis cognitis unuſquiſque ſentiat ſe infirmitatibus, imo fœdiſſimis vitiis oppletum, propter quæ ab ejus facie ſummoveri mereatur. Et interea illum precemur, ut nos ita muniat & roboret Spiritu ſuo, ut tum in rebus proſperis, tum in adverſis ei perpetuo benedicamus, nihil aliud quærentes, niſi ut ei in omnibus rebus obtemperemus totoſque nos conſecremus. Et quamquam res nobis ſit cum hoſte potentiſſimo, cujus inſultibus obſiſtere non poſſumus, nihilominus Optimi Dei noſtri virtute nixi & armati, in ipſius obedientia ad finem uſque perſeveremus, id eſt, donec nos ad ſe collegerit, quo faciat participes beatiſſimi illius triumphi, quem nobis in ſua gloria cœleſti præparavit. Non ſolum hoc nobis gratificetur, ſed etiam populis, &c.

CON-

Digitized by Google

19. Et ecce ventus magnus venit è loco qui eſt trans deſertum, & percuſſit quatuor angulos ipſius domus, quæ corruit ſuper pueros, & mortui ſunt: evaſi autem tantum ego ſolus, ut renunciarem tibi.

Pſal. 34. verſ. 8. DIcuntur Angeli caſtrametari in circuitu fidelium, atque hæc hiſtoria oſtendit, quam ejusmodi præſidio & munimento egeamus. Videmus enim quæ ſit Satanæ rabies adverſus Dei timentes. Si perpendamus vitæ noſtræ conditionem, comperiemus nos infinitis mortis generibus eſſe obnoxios, quæ ſingulis paſſibus nos impetunt ut labefactent. Fatentur quidem omnes, hominem nihil eſſe, quum tantam ejus fragilitatem nemo non videat. Sed interim non ſatis attendimus quæ ſit malitia Satanæ, qui nos obſervat, & pro viribus in deſperationem agere conatur. Ergo Dominus voluit hoc loco monere nos, quam neceſſe habeamus cuſtodiri à ſuis Angelis, qui Satanam in nos inſultantem repellant. Nam ut Satan eſt noſter adverſarius, ſic Deus ſuos Angelos mittit ut noſtri tutores ſint, & ſalutis noſtræ miniſtri. Quod ut melius intelligamus, obſervemus primo Jobum hic variis modis, nempe tum in bonis, tum in liberis affligi. Satan coërcebatur, nequid poſſet in ipſum Jobum, ſed in ejus bona tantummodo (quæ ſibi à Deo expoſita fuiſſe, ſtrenua direptione oſtendit) & in ejus liberos, ei vita ipſa chariores. Præterea iſtud notandum eſt, illum non uno modo ſua bona & liberos amittere. Satan enim callide eum diverſis tentationibus vexat. nam hinc ei ſuſcitat inimicos & prædones, illinc fulmina & turbines adhibet. En igitur ut varie diſcrucietur hic Dei ſervus. Quod certe potuit dolorem ejus augere, eumque perturbatiorem reddere, dum cogitaret, Quid? non ſolum homines mihi adverſantur, ſed Deus etiam mihi hoſtis eſt. Sic aſtute agere ſolet Satan. Hoc autem prima fronte nobis novum & alienum videri poſſit. Unde putant quidam Deum nobis hic propoſuiſſe quoddam fictitium patientiæ exemplar, ac non veram hiſtoriam. At iſti non intelligunt Deum in ſuis agere pro ea fidei menſura quam illis diſtribuit. Verbi gratia, Non omnes æqualiter tentabimur. non enim Deus nos omnes æquali patientia inſtruxit. Alii ſunt debiliores, quos Deus tolerat: quod ſi eos affligat, volet hoc pacto eos humiliari, ut tanto magis ſibi caveant, ac diligentius ipſum invocent. Alii ſunt multo robuſtiores & fortiores. Quid ita? quia majorem ſui Spiritus copiam in illos effudit. Deus autem, ut dixi, prout nos ſua virtute corroborat, ita nos exercet, fidemque noſtram explorat, ut qui noverit id nobis expedire. at cauſa illi ſoli cognita eſt, cur hoc faciat. Non tenetur ullam virtutis guttulam nobis infundere: poſſet nos in noſtris infirmitatibus derelinquere, ut ſingulis momentis opprimeremur, reſiſtendi prorſus impotentes: ipſe tamen nos gratia ſua roborat, at non eodem omnes modo, ſicuti jam dixi. alii enim infirmiores remanent, alii vero longe fortiores. Propterea ſancti viri, qui ſingularibus gratiis fuerunt ornati, graviores quoque cruciatus ſenſerunt. Quis noſtrûm ita graviter divexatur, ut divexatus fuit Abrahamus, miſeriiſque continuis, ut ille, infeſtatur? Ecce enim, Deus ei imperat ut è patria migret. qua relicta, in medio itinere languens & lugens ſubſiſtit quoad decedat pater. Ubi eo venit quo abire juſſus eſt, illic infinitis moleſtiis afficitur: poſtmodo fame illum perſequente, cogitur alio proficiſci, ubi ſua uxor ipſi rapitur. Reverſus autem, in novas moleſtias recidit, & iterum alio abire ad paſtum quærendum cogitur. Deus interim ei denunciat, Ne ſis ſollicitus, dabo tibi hanc regionem dominii jure poſſidendam. At nullum effectum videt: nullam interim ſedem habet. Deus tamen ei promittit fore ut eum mundi hæredem faciat. Adhæc, quum prolem habere debere videretur, nullam habet: hic *Rom. 4. verſ. 13.* tamen ſpes ſalutis ipſius ſita erat. verum ſenex eſt & vietus, & interea Deus nullam niſi prole generata ei ſalutem pollicetur. Quî hoc fieri poteſt, quum ea ætate ſpes ejus rei nulla ſuperſit? Iſmaëlem tamen dat ei Deus, ſed qui ex ejus domo ſit ejiciendus. Tandem Iſaacum ſecundum promiſſionem generat, ſed quem poſtea à Deo jubetur occidere. *Gen. 12. &c.* Quod gravius eſt iis quæ de Jobo audimus. nam ſi pater filios ſuos fulmine aut alia ratione obrui intelligat, ægerrime quidem iſtud feret; ſed ut ipſe ſuum filium interficiat, nihil ei moleſtius accidat. Huc tamen Abrahamus adigitur. Poſtea vero quam Deus ei filium quaſi ex mortuis excitavit, qualis eſſet illa ſua promiſſio, ei declarat: Hactenus dixi te fore hæredem hujus terræ: at tantum abeſt ut ea potiaris, & poſſeſſionem ejus ipſe ineas, ut oporteat etiam tuos ſucceſſores ex ea pelli, quo peregrini crudeliſſimæ tyrannidi quadringentis annis ſubſint. Videmus Deum exercuiſſe ſervum ſuum Abrahamum miro & inuſitato inter homines modo. Cur ita? quum eum ſuo Spiritu excellenter inſtruxiſſet, vehementer quoque impeti voluit. Sic igitur Deus agit in præſtantioribus, ut ſint nobis ſpecula & exempla quæ con-

tem-

adeo in Deum ipſum indignabundi murmuremus. Quæ fœdiſſima eſt ingratitudo: quum ſemper inter cruciatus nobis obverſari debeat hæc cogitatio, Eheu! niſi Deus mei miſereretur, quid me miſero fieret? Non ſolum hoc malum paterer, ſed alia etiam longe acerbiora, quibus ſum digniſſimus. Dicitur enim habere ferulas in arca ſua, quas ſi expromeret, multo graviores ictus infligeret, quam quos nunc infligit. Si hæc reputaremus, proculdubio vel in maximis moleſtiis & doloribus conſolatio nobis non deforet, imo maximum levamen ſentiremus. Sed iſtud non facimus. Non fruſtra tamen ſcripta eſt hæc doctrina. Itaque notemus, Deum in Jobi perſona voluiſſe nobis ſpeculum proponere, quod contemplantes, diſcamus, ſi affligamur, non eſſe quod mala noſtra ſic exaggeremus ut præ mollitie dicamus, Nihil gravius accidere mihi poteſt. Caveamus ne in Deum murmuremus, ut ſolent inconſiderati plerique: ſed hoc meminerimus, Grave quidem malum ſentio, ſed ideo quod ſim delicatus. Quo igitur loco eſſem, niſi Deus mihi manum auxiliarem porrigeret? non enim in hac tantum afflictione jacerem, ſed longe pluribus, iiſque extremis cruciarer. Deus mei affligendi modum novit. qui, ſi vellet, eo me præcipitem ageret, ubi tanquam in inferis verſarer. Nunc igitur eſt quod in bonitatem ejus reſpiciam, eique gratias agam quod mei miſereatur, mihique parcat. Quo me incitare debet exemplum Jobi, qui homo erat ut ego, virque gratiis divinis inſtructiſſimus. Atqui video ut Deus eum afflixerit, non uno tantum ſed pluribus variiſque modis. Itaque ſi me cum illo conferam, æquum eſſe comperiam ut ſim patiens, & me humiliem ſub manu forti Dei mei, me ſummittam rectæ ejus voluntati, petam ut me regat, & de me, ut de ſua creatura quam in manu habet, pro arbitrio ſuo ſtatuat. Si nos ita geſſerimus, ſentiemus Deum perpetuo paratum ut iis opem ferat qui ipſi fidunt & acquieſcunt. Quamvis autem videamus in Jobo virtutem admirabilem, erat tamen homo fragilis ut & nos. Quomodo enim tantos inſultus ſuſtinuiſſet niſi Dei manu eum corroborante? Num vero virtus illa, qua erga Jobum uſus eſt, nunc minor evaſit? Num Deus propoſitum aut naturam mutavit? Itaque quando cernimus, Deum robur ſubminiſtraſſe Jobo, meminerimus non uni homini ſed omnibus factas eſſe promiſſiones. Ecce, Deus denunciat, ſi imbecillitate carnis noſtræ terreamur, habere ſe remedium ſiquidem ad ipſum confugiamus: à ſe poſſe nos depreſſos erigi, imo tum quum omnibus prorſus deſtituti ſumus. Deo igitur nobis remedium offerente, quo omnibus noſtris infirmitatibus ſubveniat, ne dubitemus, quin, ut ſervum ſuum Jobum olim ſumus, ſicuti jam dixi, quomodo Deus ſuos affligat: & præterea ſciamus eum non obliviſci opis ferendæ quando & prout opus eſt, ut maximis etiam neceſſitatibus tempeſtive adhibeat remedium. Cæterum hic inſigne teſtimonium habemus, afflictiones non ſemper ſigna eſſe quod Deus nos odio proſequatur. Quod niſi perſuaſum habeamus, impoſſibile eſt nos in rebus adverſis patientes eſſe. non enim ſine cauſa Paulus cap. 15. ad Romanos ait, oportere ut conſolationem cum patientia habeamus. *Rom. 15. verſ. 4.* Niſi quis ſeſe in Deo conſoletur, etiamſi præclaram & invictam patientiam præ ſe ferat, hæc tamen indigna eſt patientiæ appellatione. Eſt potius patientia Lombardica, ut vulgo loquuntur, id eſt, invita & coacta, ceu muli frenum mandentis. Iſti quidem neſcio quam conſtantiam præ ſe ferent, nolent flecti, ac dicent, O adverſam fortunam! ferenda tamen eſt conſtanter. Talis eſt incredulorum patientia. Ut cenſeantur animoſi & fortes, nihilominus Deo inſultant, eumque accuſant: denique ſeſe iſtorum unuſquiſque juſtificans, Neſcio, inquit, cur iſtud mihi acciderit, niſi ſi Fortuna mihi eſt inimica, aut Deus tanquam otioſus res negligit, aut talis eſt hominum conditio. Interea igitur iſti non deſinunt cor veneno refertum habere. Deus autem vult nos alia præditos eſſe patientia: nempe ut ſimus parati quicquid accidat æquo animo ferre, ſcientes tum bona tum mala proficiſci à Deo: ut patiamur nos ab eo caſtigari, nihil aliud quærentes quam ab eo regi, & renunciantes omnibus noſtris affectibus. Quodſi id moleſtum nobis videatur, pugnemus adverſus noſtras cupiditates, eiſque reſiſtamus, quo ſolus ipſe dominium obtineat. Nam fieri non poteſt ut ingenua & libera nobis inſit patientia, niſi noſtri in Deo conſolandi argumentum ſumamus. Qui iſtud? Sciamus eum non quærere perniciem noſtram quum nos affligit, ſed potius noſtræ ſaluti conſulere. qui enim exiſtimat Deum ſibi adverſarium eſſe, non poteſt non graviſſime angi, & phrenitide abripi, ut ferociat & inſurgat adverſus Deum. Num diligemus Deum, quem putemus nihil aliud quærere quam ut nos perdat & perimat? Itaque operæ pretium eſt, ac perneceſſarium, ut perſuaſi ſimus, quum Deus nos affligit, id non ſignificare quod nos odio proſequatur, pro inimicis habeat, ſed potius quod hac ratione noſtræ ſaluti conſulat. Hic autem conſiſtit noſtra victoria, ut docet Paulus octavo capite ejuſdem illius epiſtolæ, ut concepto amore illo quo nos Deus in Jeſu Chriſto complectitur, certi ſimus nos à Deo adoptatos eſſe in filios. *Rom. 8. verſ. 36.* quo principio nixi, nulla unquam afflictione turbabimur. Cur ita? Quum enim nos diligat Deus, nunquam pudefiemus: noſtræque afflictiones adeo

non

Digitized by Google

tat, ut, quum ex una emerſiſſe putemus, in alteram ſtatim recidamus. Hoc, inquam, duriſſimum quidem judicat ſenſus noſter, ſed Deus juſtam cauſam habet cur ita nobis ſuſcitet tentationes varias: quo nimirum, uti jam dixi, noſtra patientia declaretur. Quodſi bona chara ſint homini, longe chariores habet liberos. Unde voluit quoque Dominus, ultimo nuncio indicari Jobo liberorum ſuorum necem, quaſi de illo quæſtio haberetur. Quum tormentis in aliquem inquiritur, magis ac magis torquetur quoad extremo cruciatu afficiatur. Satan etiam eodem uſus eſt artificio adverſus Jobum. Primo enim levius illum cruciat, quum ei per nuncium indicat, ipſius boves & aſinos raptos à Sabæis, famuloſque interfectos. Hoc audito non potuit quidem non angi, verum quum alter nuncius refert ignem cœlitus delapſum conſumſiſſe armenta, longe gravius cruciatur. At extremum omnium malorum hoc eſt, quum audit ſuorum liberorum talem interitum. Diſcamus ergo, quum ex aliquo malo evaſerimus, quod nobis grave ac difficile viſum fuerit, Deum poſſe alterum nobis immittere longe acerbius. Quid ita? Quia Satanæ nobis imminenti Deus permittet ut nos correptos torqueat, quo, ut dixi, eo examine Deus in nobis glorificetur, tantoque majus argumentum ei gratias agendi habeamus, poſtquam nos tanti hoſtis manibus & faucibus eripuerit. Nonnunquam etiam ſic contundere vult duritiem noſtram: quum nos refractarios animadvertit, tardoſque & remiſſos, tum altius ſtimulos infigit, & duro nodo durum cuneum adhibet. Verum in hoc Jobi exemplo illud duntaxat quod ante dixi ſpectandum habemus. Sed & alia diverſitas in afflictionibus Jobi conſideranda, quam etiam ſupra attigimus. Nam graſſatores bona & armenta ejus diripuerunt, fulmen & flamma cœleſtis magnam partem conſumſit, vehemens turbo domum ſubvertit, cujus ruina liberi ejus perierunt. Si latrones abactis armentis in domum irrupiſſent, & liberos Jobi interfeciſſent, hoc minus durum videretur, quam quum dicitur fulmen decidiſſe, & turbine violento liberos ejus interfectos eſſe. Jobus enim incitabatur ut hæc cogitaret, Quid hoc ſibi vult? homines mihi adverſantur, Deus quoque ſeſe hoſtem meum conſtituit: unde enim fulmen? unde venti & turbines? Venti nuncupantur angeli ſeu

quando velit ſuſcitet. Facilis eſt reſponſio. quamquam hac de re ſequenti Concione plenius diſſeretur. Sed interim tamen notemus, quamvis venti ſint Dei nuncii, & voluntatem ejus exequantur, fulminaque ejuſdem ſint conditionis, Diabolum tamen illis ſua machinamenta conjungere, prout Deus ejus miniſterio uti velit, quemadmodum jam expoſuimus. Ne igitur miremur, Diabolum tali impetrata poteſtate (ſicuti jam explicatum fuit) poſſe concitare fulmina, turbineſque ac tempeſtates: non quod iſtud poſſit quotieſcunque velit. Verum Deus illo utitur ut libet. Sic igitur ſolvitur quæſtio, mirum videri non debere quod Diabolus procellam & turbinem domui ſubvertendæ ſuſcitarit, quodque fulmen exciverit, quum Deus iſtud ei permiſerit, eumque direxerit, ut fidem & patientiam ſervi ſui exerceret. Sed & obſervare debemus, patientiam Jobi tanto excellentiorem & laudabiliorem fuiſſe, quod ex tam alto gradu, ubi munitiſſimus videbatur, detruſus, tamen non deſtiterit Deo benedicere, quamvis omni ope deſtitutus. Hoc majorem, inquam, laudem meretur. ſcimus enim ut parum officii meminerint qui rebus proſperis utuntur. Non dico tantum mundanos, & eos qui de Deo nunquam cogitant, ſed fideles ipſos: qui licet Deum ſemper coluerint & timuerint, & adhuc colant & revereantur, tamen rebus ſecundis inebriati ſuæ conditionis officiique obliviſcuntur. Videmus quid acciderit Ezechiæ: quamvis plane
addictus eſſet Dei cultui & officio ſuo præſtando, *2 Reg. 20.*
tamen, quum ſe altius elatum, quam antea, cernit, *verſ. 13.*
non amplius conſulit Eſaiam, nec petit conſilium *2 Chr. 32.*
à Deo, ſed ita ſeſe extollit, ut iram divinam pro- *verſ. 31.*
vocet oſtentandis ſuis opibus ambitione pulſus: adeo ut in ejus ſtultitiam & arrogantiam Deus graviter
animadvertat. Quo ſpectat etiam illud Davidis, *Pſal. 39.*
Ego dicebam in proſperitate mea, Non movebor *verſ. 2.*
in æternum. David probe noverat ut à Deo eſſet *& 30:7.*
erectus; nunquam ejus gratiam obſcuravit, ſed *& 78:71.*
voluit potius & ſtuduit eam ad perpetuam hominum memoriam propagare, Deum videlicet aſſumſiſſe ipſum ex caulis ovium, & in Regio ſolio collocaſſe. Hoc beneficium celebrat; vult in omnium ore verſari poſt mortem ſuam: non jactat ſuam nobilitatem: nihil ſibi vendicat. Poſtquam tamen Deus illum Regem pacatum conſtituit, ſtatim ſeſe extollit, & concludit, ſe nunquam nutaturum. Quibus do-

cet

Digitized by Google

incautos, & aliqua improviſa tentatione concuſſos labefactet. Hoc itaque notandum eſt etiam in hunc locum, quum audimus Jobum adeo firmo fundamento ſtabilitum, tot vallis & propugnaculis adverſus quævis mala circummunitum, nihilominus momento, tum à fulmine & turbine, tum ab hoſtibus & latronibus, fuiſſe bonis omnibus ſpoliatum, liberiſque ſuis orbatum, denique ad extremum infortunium redactum, excepta ipſius perſona, quam gravioribus tentationibus Deus reſervabat. Porro repetamus quod jam attigi, nempe ex his intelligi quæ ſit rabies Satanæ adverſus fideles. Supra vidimus ut Deus illum his verbis cohibuerit, *Tantum in Jobum ne injicias manum tuam*; & tamen cernimus quo furore eum perſequutus ſit. Jam autem conſideremus quot modis ille nos cruciare poſſit. Nam quotquot infirmitatibus, miſeriis & rebus adverſis in hoc mundo ſumus obnoxii, totidem ſunt tela & jacula quæ Satan adverſum nos exacuit: quibus letali vulnere ſauciare & ſanguini [illegible] quæ nobis in manus tradit, ut iis quum opus eſt utamur. Hæc ſumma eſt eorum quæ ex hoc loco diſcere debemus, ſi volumus utilitatem percipere ex iſto Jobi exemplo, dum ad ſequentia deſcendamus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra: eique ſupplicabimus, ut det ea melius, quam antea, à nobis ſentiri, ut quum nos affligit, ſciamus cauſam omnium malorum eſſe peccata noſtra: & interim noverimus, afflictiones tanto amabiliores & minus acerbas nobis eſſe debere quod per eas velit nos mortificare mundo, ad ſeque attollere, & ſalutem noſtram promovere. Et interea det ut ita mortificemur, ut nihil aliud ſtudeamus quam nos totos ipſius obedientiæ mancipare, ne ab ea unquam deflectamus, ſed ut magis ac magis in ea perſeveremus, donec ad æternam illam requiem ſuam nos collegerit. Non ſolum hoc nobis gratificetur, verum etiam populis, &c.

CONCIO SEPTIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. I.

20. Tum Jobus ſurrexit, & ſcidit veſtem ſuam, & caput ſuum totondit, atque proci-
dens in terram adoravit,
21. Ac dixit, Nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ, & nudus revertar illuc: Jehova
dedit, & Jehova abſtulit, ſit nomen Jehovæ benedictum.
22. In toto hoc non peccavit Jobus, nec attribuit quicquam indignum Deo.

LAudamus quidem patientiam ut excellentem virtutem, qualis revera eſt; pauci tamen norunt quid ſibi velit nomen patientiæ: ex quo facile eſt judicare, parum à nobis curari ut ſimus patientes, & hac virtute præditi, quam tantopere extollimus. Quam hominum incuriam intuens Deus, eis vult ob oculos ponere quod maxime nobis omnibus neceſſarium eſt. Niſi enim patientes ſimus, neceſſe eſt fidem noſtram evaneſcere. non enim niſi hoc pacto illa foveri poteſt. Itaque Deus vult ut in mediis hujus mundi miſeriis ſedatum animum geramus, & ita ſuæ bonitati confidamus, ut ea nos lætos & contentos reddat, quo poſſimus gloriari adverſus Satanam omneſque noſtros hoſtes. Quomodo vero iſtud fiat, niſi altius quam ad hunc mundum, oculos attollamus, & in mentem inducamus, quamvis noſtra conditio miſera videatur judicio carnis, ſufficere tamen nobis debere amorem eum quo nos Deus complectitur? Hoc autem loco nullus excellentior eſt in tota Scriptura, quo doceamur quid inferat nomen Patientiæ. Cui doctrinæ ſedulam operam dare oportet, ſi velimus in noſtris afflictionibus vere patientes à Deo agnoſci. Vulgo quidem eum vocamus patientem qui nihil habeat veræ patientiæ. nam qui malum patitur, nuncupatur patiens. Verum notemus, ut quis ſit vere patiens, oportere ut ſuam triſtitiam moderetur. Siquid ſit mali, mitigetur iſta cogitatione, Deum nunquam deſiſtere à ſalute noſtra procuranda, ei nos ſubjici decere, æquum eſſe ut nos arbitratu ſuo regat. Hic poſita eſt ac elucet patientia. Nihil vero utilius eſt nec melius quam ſpeculum hic nobis propoſitum

contem-

Digitized by Google

ea ſunt quum audimus Jobum ſcidiſſe veſtem ſuam, caputque totondiſſe. Nam hic mos erat apud Orientales: quemadmodum ſcimus addictiores fuiſſe cerimoniis illas gentes, quam nos, qui frigidiorem regionem incolimus. Quum enim argumentum magnæ alicujus triſtitiæ haberent, veſtes dilacerabant ut luctum teſtarentur. Hoc primum obſervandum. Deinde, qui comam alere ſolerent, in ſignificationem luctus eam tondebant: contra, ubi caput tonderetur, coma alenda luctus declarabatur. Itaque Jobus ſe in luctu eſſe ſignificat quum dilacerat veſtem & caput tondet. Hæc autem non per ſimulationem ab illo fieri certum eſt, ut qui præ ſe ferunt animum triſtiſſimum, quum tamen in ſinu rideant. In Jobo nulla fuit ejuſmodi hypocriſis. Sciamus ergo, eum, quum ſcidit veſtem & totondit caput, extremum animi angorem ſenſiſſe, quod & alio indicio ſignificavit, quum in terram procidit. Videtur autem Jobus hic frenum laxare ſuæ triſtitiæ. quod eſſet vituperatione dignum. Sic homines plus nimio ſuis affectibus indulgent. Quamvis enim ſeſe cohibeant quantum poſſunt, ſemper tamen modum excedunt: quum nihil ſit difficilius, quam ita ſibi temperare, ut regula ne tantillum quidem violetur. Videmus homines lætari non poſſe, quin ſupra modum exultent. Luctus & triſtitia πάθος eſt longe violentius, & quo magis abripimur quam gaudio. Itaque nobis ſedulo cavere debemus quoties Deus adverſum aliquem caſum immittit. hic enim ſolemus minus tenere modum. Dicitur autem Jobus ſcidiſſe veſtem ſuam. Videtur augere velle ſuam triſtitiam: nam qui ſeſe ita lacerum contemplatur, eo magis turbatur: deinde caput tondendo dicas eum quæſiviſſe novi doloris aculeos, ſeque ad majorem quaſi calcaribus excitare. Quod profecto maxime vituperandum eſſet, uti dixi. Verum notemus primo Scripturam voluiſſe hic nobis declarare, tantam fuiſſe hujus ſancti viri triſtitiam ut non potuerit à ritibus in illis regionibus uſitatis abſtinere, ut à ſcindenda veſte: quo indicaret, non levem eſſe animi ſui languorem, ſed qui intima præcordia ſauciaret. Hoc, inquam, exprimere voluit Scriptura. Interea vero quamvis cavere debeant homines, ne afflicti abſorbeantur triſtitia: tamen, Deo plagam aliquam nobis infligente, huc animus eſt adjiciendus. Non enim recte faciunt, qui omnem triſtitiæ ſenſum rejicere conantur. Huc tamen devenerunt plerique homines, quum patientiæ ſtuduerunt: repellere omnem mali ſenſum, proculque à ſe ſummovere conati ſunt, denique ita obbruteſcere ut nihil internoſcerent. Contra, affligimur à Deo, non ut veluti malleo contuſi obſtupeſcamus, ſed ut ad miſeriam noſtram reputandam inſtigemur.

tente, cilicium induebant, & caput pulvere conſpergebant. Cur ita? Non ut alerent malam aliquam triſtitiam, quam Paulus dicit eſſe ſecundum mundum 2 Cor. 7.
(hæc autem fugienda eſt) ſed habita ratione ejus do- verſ. 10.
loris quem ſecundum Deum idem vocat, quando homines agnitis ſuis peccatis ſiſtunt ſe Judici, apud quem ſeſe condemnent & teſtentur ſe dignos eſſe qui confundantur. Nam qui cilicium induit, qui caput pulvere conſperſum habet, profitetur ſibi nihil eſſe quo glorietur, oportere ut obmuteſcat, aut potius velut in ſepulcrum deſcendens dicat, Sum dignus non quem terra ſuſtineat, ſed quem obruat, ut omnium pedes me conculcent. Hæc Jobus, quum videret ſeſe ad humilitatem à Deo vocari. ideoque ſcidit veſtem ac totondit caput. Hinc etiam liquet, quod jam attigi, patientiam non eſſe abſque afflictione: nam oportet filios Dei contriſtari, ſua mala ſentientes, qui nihilominus tamen ſunt vera patientia præditi dum ſuis affectibus reſiſtunt, ita ut non obmurmurent Deo, nec modum excedant, nec adverſus calcar recalcitrent, ſed potius dent gloriam Deo, quemadmodum in textu ſubjicitur, *Jobum procidiſſe in terram ut adoraret*. Hoc autem verbum ſignificat Incurvare ſe aut dejicere, ſed eo refertur ut humiliemur coram Deo, eumque adoremus. Videre eſt multos qui ſeſe in terram projiciant, ſed nihilominus veſana arrogantia turgent, ut, ſi poſſint, ſupra nubes conſcendant, ut Deo bellum inferant. Sed Jobus ita ſe in terram projicit ut adoret, & coram Dei Majeſtate ſeſe ex animo humiliet. Quum enim Dei manum nobis impreſſam ſentimus, tum maxime nos ei ſummittere, debitamque venerationem exhibere debemus. Bonitate quidem ſua Deus nos invitat ad ſe, & ſua clementia allicit. Sed quoniam ſumus tardi & cunctatores, neceſſe eſt ut nos citet, oſtendatque quid juris in nos obtineat: perinde ac Princeps aliquem ſibi ſubditum, qui ſit in officio præſtando tardior, ad ſe per apparitorem vocat. Ita Deus, quum videt nos ad ſe adeundum negligentiores, minuſque, quam decet, ſuæ conveniendi ſtudioſos, nos ſollicitat ac citat. Jobus itaque cognoſcens finem verumque uſum afflictionum, procidit humi, ut Deum adoret, acſi diceret, Domine, antehac quidem te colui & honoravi: dum proſpere agerem, omniaque mihi ad votum fluerent, tuo cultu ſum delectatus. Verum non ſatis meipſum cognovi, & nunc animadverto quæ ſit mea fragilitas, noſque miſeras eſſe creaturas. Quare, Domine, jam accedo ut novum honorem tibi exhibeam, quando placet tibi me in hoc mundo affligere. Domine, ultro me tibi dedo, & hoc unum ſtudeo ut me ſub manum tuam ſubjiciam, ut à tuo unius nutu penitus pendeam. Hæc ſunt quæ notantur ver-

bo

Digitized by Google

me nudum decedere. omnia illa mihi largitus erat, ſed eadem abſtulit, ut ad primum illum ſtatum meum revertar & jam de morte cogitem. Hæc autem ſententia obſervatione digna eſt. Jobus enim non potuiſſet clarius probare ſuam patientiam, quam æquo animo nuditatem ferendo, ſiquidem tale erat Dei beneplacitum. Homines quidem, quantumvis tergiverſentur, non poſſunt facere quin velint nolint nudi in ſepulcrum revertantur. Ac ipſi etiam Ethnici dixerunt, ſola morte declarari parvitatem hominis. Quid ita? Nam voraginem cupiditatis circumferimus: cui explendæ univerſus orbis non ſufficiat. Siquis poſſideat largas opes, vineas, prata, & prædia, hæc non ſatisfaciunt ejus avaritiæ: Deo novi mundi creandi eſſent, ſi nos ſatiare vellet. Sed ubi mortui ſumus, ſufficit nobis humandis & ad nihilum redigendis tantulum terræ quantulum eſt corpus noſtrum. Sic igitur mors oſtendit quid ſimus & quæ ſit natura noſtra: & nihilominus multos videre eſt adverſus hanc neceſſitatem pugnantes. Curant ſibi exſtrui magnifica monumenta, & ſplendidis exequijs ſe poſt obitum condecorari. Videntur iſti velle Deo reſiſtere. Sed fruſtra. Talis eſt tamen generalis hominum conditio. Nos vero patienter feramus exui bonis & fortunis quibus induti fuerimus: feramus, inquam, à Deo privari & exui; nudique in ſepulcrum reverti, parati ſimus. Ex eo probabimus, inquam, nos eſſe vere patientes. Idque hoc loco Jobus ſignificare voluit. Itaque quotieſcunque egebimus bonis hujus mundi, fame ſitique infeſtabimur, & afflictionibus prememur, nec erit qui nos juvet, cogitemus de noſtra origine, meminerimus qui ſimus & unde orti. Homines enim abutuntur paterna Dei cura, qua res neceſſarias ipſis proſpicit, & procurat. Hoc quidem oportet mentibus noſtris eſſe infixum alteque inſculptum, nempe Deum nolle quicquam nobis deeſſe quo egeamus, nec in mundo collocaſſe nos quin velit in eo nos alere: attamen ſemper agnoſcere debemus, id aliunde ad nos proficiſci, ne putemus nos jure poſſidere quod gratis à Dei bonitate accepimus. Siquis mera liberalitate ſua mihi res ad victum neceſſarias ſuppeditaret, ac diceret, Convenito me quotidie, accipies à me panem, vinum, & alia quæ tibi alendo ſufficiant: non quod me tibi obſtringam, ſed quia gratis id tibi largiri volo: ego vero ſi vellem illi diem dicere, quo ipſum, à quo iſta mendicarem, mihi devincirem, ut teneretur liberalitatem iſtam quotidie erga me exercere, an non fœdiſſima eſſet ingratitudo? dignus eſſem qui ab omnibus in faciem conſpuerer. Quanto majore modeſtia recipere debemus bona quæ Deus nobis confert? Quum ſciamus eum nulla re nobis eſſe obſtrictum, &, quod egeni ſimus, neceſſe eſſe ut ſtipem quoti-

dum ait *Deum dediſſe, & abſtuliſſe, proinde ſe Dei nominis benedicere*. Quum inquit Deum dediſſe, oſtendit par eſſe ut Deus ea diſponat quæ nobis tradidit, quando ad ipſum pertinent. Deus enim nobis opes elargiendo, non propterea jure ſuo cedit, quin dominium obtineat merito ut Creator mundi. Nam Creatoris nomen deſignat eum ita res omnes condidiſſe, ut ſumma poteſtas & ſupremum imperium penes ipſum maneat. Et quamvis homines ſuam quiſque portionem, poſſideant pro menſura bonorum in hoc mundo unicuique à Deo collata, oportet tamen eum omnium rerum perpetuo dominum exiſtere. Jobus itaque hoc cognoſcens, penitus ſeſe Dei beneplacito ſubmittit: quod nemo non æquiſſimum fatetur, ſed interim pauci ad hunc ordinem volunt redigi. Nam triduo aliqua re potiti ex Dei beneficio, putamus ab eo magnam nobis injuriam fieri, adeoque obmurmuramus ſi eam nobis auferat. Quid autem hoc ſibi vult? Ex ingratitudine illa manat, quam modo attigi, ut putemus Deum nobis in perpetuum obſtrictum eſſe, quicquid agamus, ubi ſemel liberalitatem ſuam erga nos exeruit. Hæc igitur ſententia ſatis uſitata eſt & vulgata, ſed ita perperam obſervata & ad uſum applicata, ut clarum ſit à paucis recte intelligi. Tanto magis ergo perpendere debemus quid hoc ſibi velit, Deus dedit, & Deus abſtulit: quo agnoſcamus quæ ſit libertas Dei tum in conferenda bonorum ſuorum fruitione, tum in auferenda, quoties ipſi libuerit, idque non paulatim, ſed uno temporis puncto ac momento. Propterea Paulus nos *1 Cor. 7.*
hortatur, quoniam figura hujus mundi præterfluit, *verſ. 30.*
omniaque prætereunt & evaneſcunt, ut poſſideamus tanquam non poſſidentes, id eſt, ne cor illis rebus affigamus: quemadmodum alio loco monemur, ſpem *1 Tim. 6.*
collocandam non eſſe in divitiis incertis, quin per- *verſ. 17.*
petuo parati ſimus una cum Jobo dicere (Deo nos ſuis bonis privante,) Domine, jure tuo uſus es: quod dederas abſtuliſti quando tibi viſum fuit. Hæc igitur eſt iſtius loci ſumma, nempe quotieſcunque de bonis mundanis cogitamus, reducendum eſſe in memoriam, nos ex Dei beneficio omnia obtinere. Qua conditione? non proprietatis jure, quaſi ipſe dominium nobis cederet: ſed ea conditione, ut quicquid nobis tradit, auferat quando velit. Noverimus ergo, nos tanto ei obligatiores quum vel tantillum temporis aliquo bono frui nobis dederit: quo ſi poſtea nos exuat & denudet, ne mirum nobis videatur, ſed confugiamus ad eam cognitionem quam dixi, Deum talem principatum & auctoritatem ſupra nos ſibi reſervare, ut de ſuis rebus arbitratu ſuo diſponat. Si licet mortalibus, ſuis bonis uti prout velint, an non idem Deo liceat? Quum igitur clarum ſit, penes Deum eſſe imperium & dominium, non modo in

noſtras

Digitized by Google

quando ei viſum fuerit. Illud vero quod ſtatim ſubjicitur, aliquid etiam amplius infert, *Nomen Dei ſit benedictum.* Quo ſeſe Jobus ita Deo ſubjicit, ut nihilominus eum fateatur bonum juſtumque eſſe, quamvis tanta ſeveritate cum ipſo agat. Dixi hoc amplius eſſe, quoniam, ut quis ſummum jus Deo vendicet, quo dona ſua ipſi liceat repetere: non ſtatim tamen confiteatur, juſte & recta ratione id ab eo fieri. quemadmodum multi ſunt qui afflicti Deum aut crudelitatis aut nimiæ ſeveritatis inſimulant: adeo ut non ſuſtineant Deum ſibi hoc jus reſervare, ut eis auferat quod dedit, nec reſpiciunt, ut dixi, ſibi illa data eſſe hac conditione, ut poſtero die, ſi Deo libêret, illis orbarentur. Pauci iſtud conſiderant, ut pacata mente confiteantur nihil præſtabilius eſſe quam penitus ſubjici Dei Majeſtati, & agnoſcere, niſi libidinem noſtram cohiberet, nos in mera confuſione futuros, & nobis ſalutiferum eſſe ut ab ejus voluntate regamur. Huc nobis deveniendum. Atque ita jam videmus magnum eſſe pondus iſtius ſententiæ, qua inquit, Benedictum ſit nomen Domini. Non enim verba duntaxat expendenda ſunt, ſed ex quo affectu prodeant, candido nimirum minimeque ficto. Quî enim nomini Dei benedicamus, niſi prius illum juſtum eſſe confiteamur? Qui autem obmurmurat Deo, quaſi crudeli ac inhumano, is Deo maledicit, quantum in ſe eſt, & adverſus eum inſurgit: qui non agnoſcit, Deum patrem eſſe ſuum, ſeque ejus filium, qui ejus bonitatem ſuo teſtimonio non prædicat, is non benedicit Deo. Quare? Nam quicunque non deguſtant miſericordiam & gratiam, qua Deus homines afficit, quum eos affligit; fieri non poteſt quin fremant & frendant, viruſque in illum evomant. Itaque, Benedicere nomini Dei, ſignificat debere nos habere iſtud probe perſuaſum, illum juſtum & æquum eſſe natura, necnon bonum ac miſericordem. Ecce ut poſſimus, exemplo Jobi, benedicere nomini Dei: nempe ſi agnoſcamus ejus æquitatem & juſtitiam, adhæc gratiam ejus & paternam erga nos bonitatem. Propterea clauditur contextus hiſce verbis, *In his omnibus Jobus non peccavit, nihilque abſurdi & indigni tribuit Deo.* Verbum è verbo reddi poteſt, Jobus nihil protulit, aut Deo impoſuit, quod à ratione alienum eſſet. Quod loquendi genus ſedula protulerunt. Quod pauci animadvertunt. Nihilominus Spiritus Sanctus voluit docere nos, ſiquidem velimus gloriam debitam tribuere Deo, atque ejus nomini benedicere uti decet, oportere perſuaſi ſimus à Deo nihil niſi cum ratione & juſta de cauſa fieri. Itaque ne illi aut crudelitatem, aut ignorantiam tribuamus, quaſi ex ira & inconſiderantia hoc aut illud faceret: ſed potius agnoſcamus, eum adhibere in rebus omnibus juſtitiam admirabilem, cum bonitate ac ſapientia infinita, adeo ut quicquid agit, cum ſumma rectitudine & æquitate ſit conjunctum. Hic quidem explicandum eſſet, quomodo Jobus agnoſcat à Deo ipſo ablata ſibi fuiſſe quæ prædones abſtulerant: (quod abſurdum videatur:) verum iſtud in craſtinum diem reſervabimus, quia in præſentia ediſſeri non poſſet. Satis eſt, declaraſſe, ſi affligimur, non eſſe quod putemus hoc ab re fieri, ſed Deum habere juſtam cauſam cur ſic agat. Quamobrem quoties vexabimur & angemur, ad illum confugiamus, & eum precemur ut iſta cognitione nos donet, nihil in hoc mundo nobis accidere niſi ex ipſius voluntate, quæ in ſalutem noſtram vertit quicquid diſponit. Qua cognitione præditi, feremus patienter quaſcunque nobis immiſerit afflictiones. Sic etiam humiliabimur in ejus conſpectu, &, paterna ejus bonitate delibata, nominis ipſius glorificandi deſiderio tum in proſperis tum in adverſis rebus flagrabimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, quem, peccatis noſtris agnitis, precemur ut ita nos cohibeat, ne inanibus noſtris imaginationibus à recta via abducamur: ſed ut cognoſcentes omne bonum noſtrum ac felicitatem in ipſo ſitam eſſe, hic eam quæramus, penitus ejus miſericordiæ innixi: quam ubi ſemel deguſtaverimus, ita, quo nos complectitur, amore confidamus, ut quamvis per multas & varias afflictiones nobis ſit in hoc mundo iter faciendum, nihilominus ei adhæreſcamus, in ejus tremore incedamus, eique obſequamur, quoad nos mortali corpore nudatos, & hoc carcere ac ſervitute peccati liberatos, in cœleſtem gloriam ſuam colligat: ubi ſolo Deo oblectabimur, ejus gloriæ & bonorum omnium participes. Non tantum nobis hoc gratificetur, verum etiam omnibus, &c.

Digitized by Google

cauſa.

4. Reſpondit vero Satan Jehovæ, dicens, Pellem pro pelle, & quicquid eſt viro, daturus eſſet pro anima ſua.

5. Verum mitte nunc manum tuam, & tange ipſummet, ac ejus carnem: niſi in faciem tuam maledixerit tibi.

6. Dixit itaque Jehova ad Satanam, En ipſe in manu tua: verum animam ejus ſerva.

SUpra oſtendimus, ut Diabolus, quamvis capitalis ſit hoſtis Dei, neceſſario tamen obſequatur ſuo Creatori, cui ſubditus eſt: non ſponte quidem, ſed coactus. Quamquam ergo Diabolus furat in totius mundi perniciem: quicquid moliatur, & pertentet, nihil perficere poteſt niſi ex Dei voluntate. Et ut Satan, ita & omnes improbi freno coërcentur. Ferociunt quidem quantum poſſunt, ut Deo ſe reſiſtere poſſe putent, prout optant: at nihilominus per ipſos Deus ſuam voluntatem exequitur, tanquam per inſtrumenta, quibus agit & utitur. Quod clare exprimitur in illa Jobi confeſſione, quum ait, Deum ſibi, quæ dederat, abſtuliſſe. Certum eſt Satanam excitaſſe totam hanc tempeſtatem, ut Jobus ſuis facultatibus & liberis orbaretur. Cur ergo iſtud Deo adſcribit? Ante etiam vidimus, prædones & latrones ei res ſuas omnes abſtuliſſe. An Deus auctor iſtius latrocinii dicendus eſt? Videtur hic involvi peccatis hominum. ſunt enim prorſus inexcuſabiles qui fortunas & pecora Jobi diripuerunt. En latrones, quos condemnare licet: & tamen Jobus non dicit, Satan mihi res meas eripuit, prædones me ſpoliarunt: ſed ait, Deus iſtud fecit. Num Jobus ſic loquens blaſphemat? Nequaquam. Deus enim probat ejus orationem: ſicuti jam audivimus eum nihil indignum Deo protuliſſe. Confeſſus eſt Deum juſtum eſſe, eumque rite glorificavit. Pronunciat tamen, Deum feciſſe quod factum eſt à Diabolo & latronibus. Hic ergo videmus, ut Deus perpetuo ſupremum gradum teneat, unde res omnes inferiores adminiſtrat, & ad quem vult finem dirigit. Nec eſt quod hic ex ſenſu noſtro judicemus: ut ſunt quidam arrogantes, qui ſapere volunt ſupra Deum ejuſque verbum. Beſtiæ ſunt, brutis ipſis magis bruti, omni ſcientia ingenioque deſtituti. Qui ut ſibi nomen acquirant, non dubitant Deum carpere, quaſi non deberet cuncta diſponere & adminiſtrare: eſſet enim auctor peccati. Arguant ergo ipſum Spiritum Sanctum, qui ſic loquutus eſt. Hic enim ſubſiſtere debemus, ut poſt multam diſceptationem utrimque habitam, concludamus, nos non comprehendere magnitudinem & ſublimitatem operum Dei, niſi quatenus ea nobis deguſtanda præbet, pro noſtro modulo. Solus Deus ſua opera cognoſcit, quæ ſunt magna abyſſus, ut loquitur Scriptura, nobiſque impervia: adeo ut qui illa perſcrutari velint, confundi oporteat, niſi ſummam reverentiam & humilitatem adhibeant. Dei ergo unius eſt, patefacere nobis, quid, quomodo, & cur agat: ut interim contenti ſimus iis quæ ſacra Scriptura pronunciat. Et quamvis iſtud nobis videatur abſurdum & à recta ratione alienum, nec ſub captum noſtrum cadat, tamen eſt quod fateamur Deum eſſe juſtum. Quod ut jam non comprehendamus, nihilominus præſtolemur ultimi illius Dei adventum, quo non amplius ex parte nec per ænigma, ut loquitur Paulus, ſed facie ad faciem con- [I Cor. 13.]
templabimur, quod veluti in ſpeculo duntaxat cernimus. [v.9, 12.] Itaque inſignis eſt hic locus, quo doceamur quemadmodum Deus univerſum mundum ſua providentia gubernet & regat. Adhæc notandum, quorſum Spiritus Sanctus nos doceat à Deo fieri omnia, nihilque niſi ex ejus voluntate contingere. Nempe ut poſſimus deſpicari Satanam, omneſque ſceleratos, ut qui ſciamus, nihil ab eis perfici poſſe, quicquid moliantur. Sic itaque Deus nos de ſua protectione certos vult reddere, ut norimus, tantum abeſſe ut Satan dominetur & quæ velit exequatur, ut contra Deo ſubſerviat. Quod quum ita ſit, doctrinam ſacræ Scripturæ ad hunc uſum applicemus: nempe, ut, licet nos circumcingant hoſtes, & ceu oves luporum faucibus expoſiti ſimus, non deſiſtamus tamen confidere Deo, & pro certo ſtatuere, dum ſub ejus alis protegimur, tutam eſſe ſalutem noſtram. Quare? Quoniam ſupremum obtinet imperium in omnes creaturas, adeo ut ipſum Satanam, omneſque improbos frenis cohibeat, & cuncta ad quem velit finem perducat. Huic doctrinæ inniti debemus, ut Deum placide invocemus, nec dubitemus quin nos invocatus cuſtodiat. Interea meminerimus quod jam attigi, nimirum ne Dei judices eſſe velimus: quod eſſet nimiæ arrogantiæ. An non præſumtio eſt Diabolica, nolle homines fateri Deum eſſe juſtum, niſi quatenus talem cognoſcunt: ac velle ut eo uſque ſe demittat & exinaniat, ut dicat, Debeo vobis rationem reddere? Qui huc ſuperbiæ progrediuntur, nonne digniſſimi ſunt quos Deus in æternum exitium præcipitet? Certe. Propterea Solomo inquit, qui divinæ Maje- [Prov. 25.]
ſtatis nimii ſunt ſcrutatores, fore ut pudefiant & op- [verſ. 27.]
pri-

[illegible] perſequebantur improbi. Sed nihilominus hoc vocat manum Dei. Sic & Dominus ipſe loquitur. Num magis ſapere affectamus? Num ei perſuadebimus, ipſum egere bellis illis noſtris coloribus, quibus à reprehenſione ſit tutus? Ita enim de ſuis operibus fatur: quum in Davidem animadvertere vult ob Bethſabeam violatam, his ad illum verbis utitur, Tu feciſti abſcondite, ego vero
2 Sam. 12. verſ. 12. faciam verbum iſtud in conſpectu Solis hujus. Quid iſtud, quod Deus ſe facturum Davidi comminatur? Nimirum Abſalomum raptas patris uxores in conſpectu univerſi populi ipſiuſque Solis violaturum. En execrandum inceſtum & naturæ contrarium: Deus tamen denunciat, ſe iſtud facturum. Videmus itaque non ſimplicem eſſe permiſſionem, ſed Deum ita operari, ut improbos oporteat eſſe ipſius voluntatis inſtrumenta, uti jam diximus. Ac certe, num judicis officium fuerit, ut permittat carnificem facere quicquid velit? Judex quum ab inquiſitione legitima fert ſententiam in aliquem nocentem, num carnifici dicat, Poteſtatem tibi facio iſtius ſontis pro tua libidine tractandi? Sed contra ex pronunciatæ ſententiæ præſcripto puniendum carnifici nocentem tradit. An non ergo Deum, qui ſummus eſt judex mundi, contumelia afficimus, ſi dicamus eum permittere Satanæ ut agat quicquid velit? Nonne hoc eſſet ludibrio habere juſtitiam Dei, omnemque ordinem pervertere? Certe. Itaque notemus, quum improbi cœlum terræ miſcere conantur, Deum nihilominus, ceu præſidem, omnia ſic regere & adminiſtrare, ut nihil niſi ex ipſius providentia & præordinatione fiat. Ideo expreſſe dicitur, qui ambitione aut avaritia impelluntur ad bella & turbas inferendas, eos Deo
Jer. 25. verſ. 9. militare & veluti merere. Vocat enim ſervum ſuum Nabuchodonozorem. Ecquis vero eſt iſte Nabuchodonozor? Primum eſt idololatra, deinde improbus, ſanguinis humani effundendi avidiſſimus ac mundi univerſi evertendi, quantum in ipſo ſit: omnique æquitate & rectitudine caret. Attamen Deus eum nuncupat ſervum ſuum. Quomodo? Non quod ei permittat tantum. Nam mente careret qui ſic acciperet; adeo ut aſini, ſi loqui poſſent, melius ratiocinarentur, quam iſti qui permiſſionem obtendendo, ſapientiæ nomen affectant. Itaque videmus ut ſua mandata & decreta Deus ipſe exequatur: ſed interim notandum, ei nullo modo malum imputari poſſe. Satanam ſua malitia coarguit: improbos ſua ipſorum conſcientia condemnat: Deus vero in omnibus ſuis operibus glorificabitur. Qui iſtud? Scimus omnia judicatur. Non ſine cauſa David ſic loquitur. No- verſ. 5.
verat enim inſitam eſſe hominibus hanc audaciam & malitiam, ut Deo inſultare & obloqui vehementiſſime cupiant. David igitur tantam mundi arrogantiam & perverſitatem perſpectam habens, Uſque adeo, inquit, effundet ſeſe hominum protervia, ut Deus blaſphemia & contumelia afficiatur, & à creaturis judicetur: nihilominus tamen juſtificabitur, ubi in illum homines murmura debacchati fuerint: & illis invitis juſtitia ejus tandem aliquando palam innoteſcet. Ne ergo miremur, ſi murmuribus ipſa doctrina impetatur: ſic enim contingere neceſſe eſt, quemadmodum à Spiritu Sancto prædictum videmus. Nos vero in ſimplicitate ſpiritus incedamus, contenti eis quæ Deus de ſe nobis declarat. Interim autem retineamus conſolationem hic nobis oblatam, eaque muniti & inſtructi ſimus: nempe, tametſi Satan & cuncti ſcelerati adverſus nos inſurgant, oportere tamen, ut, Dei poteſtati ſubjecti, voluntatem ipſius exequantur. Non ultro quidem, ſed neceſſario tamen: quandoquidem Deus ſummum imperium obtinet in univerſum mundum, adeo ut tum Diabolum tum improbos ei ſubjectos eſſe neceſſe ſit, ut nihil faciant niſi quod ejus voluntas ferat. Propterea iterum dicitur Satan adfuiſſe in medio filiorum Dei. Noluit autem Satan, ut jam oſtendimus, hypocritam agere dum ſeſe Angelis immiſcuit: ſed neceſſe habuit comparere apud Deum, cui rationem redderet. Non quod iſtud certo quodam in loco fiat: ſed Scriptura ſic loquitur ut ſeſe noſtræ ruditati accommodet, quia non concipimus Deo eſſe omnia præſentia, taleque dominium & imperium, ut nihil ipſum lateat. Iſtud ergo exprimente Scriptura, agnoſcere debemus eam ſeſe noſtro captui accommodare, modoque ſenſui noſtro conveniente nos docere. Deus itaque hic comparatur Principi conventus agenti, & ordines convocanti, ut omnes judicium ipſius ſubeant. Ideo commemoratur Diabolus certa quadam die cum Angelis comparuiſſe apud Deum. Animadvertamus ergo, Deum, ut mittit Angelos ſuos, qui nos dirigant, & noſtræ ſaluti inſerviant, ſintque nobis tutandis ipſius virtutis inſtrumenta; è contrario mittere Diabolos ad nos vexandum. Novit autem quorſum hoc faciat. Primo quidem miremur & attoniti reddamur, nullam cauſam intuiti cur Deus hoc illudve agat. Quomodo vero aliter fidem noſtram probaverimus, niſi glorificando Deum, ut, quamvis hæreamus confuſique ſimus, nihilominus ſtatuamus, nil niſi rectum & juſtum ab illo procedere, meramque firmitatem

C 2 penes

Digitized by Google

cauſam habere noſtri caſtigandi, quum centies uno die mereamur perire: ſed, ut jam diximus, indignitatis noſtræ non toties rationem habere, quoties nos affligit: at velle interdum ut ita nos excruciet Satan, quo victores evadamus, tantoque illuſtrior ſit victoria noſtra quanto vehementius impetimur. Sic nos ipſa praxi vult exerceri, quo timeamus, nec arripiamus ullam anſam noſtri efferendi, ne vana confidentia & præſumtione, ut ſolemus, obtorpeſcamus. Deus igitur ita nos excitat, ut diſcamus fore nos miſerrimos niſi ab ipſo ſuſtentaremur, atque etiam erigeremur, quia ſubinde labimur: adeo ut neceſſe ſit Deum ſuam manum ſubſternere, aut lapſum noſtrum mortiferum evadere. Itaque Deus vult iſto ſenſu nos affici. In primis vero meminerimus Angelis peculiarem quandam eſſe noſtri curam, ut nos ducant, ſicut etiam conſtituti ſunt à Deo ſalutis noſtræ adminiſtri, & noſtri cuſtodes. Propterea vocantur Virtutes & Principatus. Interea Diaboli non ceſſant omnia turbare ac evertere quantum poſſunt: nec iſtud fit citra Dei voluntatem: ſed ut ab eis expergefiamus, & tentationibus exerceamur, quo majorem & excellentiorem victoriam referamus, quum fortiter nos geſſerimus, nec quicquam in nos Satan obtinuerit, utpote virtute ſuperna munitos ad ejus tentationes repellendas. Hæc ſummatim hoc loco ſunt obſervanda. Quoniam autem iſtud ante fuit expoſitum, non diutius hic inſiſtam, ſed breviter, quæ declarata ſunt, in memoriam revocabo. Deus quærit ex Satana, undenam veniat: qui reſpondet, venire ſe à peragrando terram, & à perambulando in ea. De Jobo percunctatur his verbis, *Advertiſtine animum tuum ad ſervum meum Job?* Ubi rurſus Scriptura ſeſe ruditati noſtræ accommodat. Deus enim neceſſe non habet interrogare Satanam. Omnia, ut diximus, ſunt ei præſentia: at quoniam iſtud non comprehendimus, egemus familiaribus quibuſdam loquendi modis, ut non ſe talem nobis exhibeat Deus qualis eſt in eſſentia ſua infinita (hæc enim nos abſorberet) ſed talem qualem ferre poſſumus. Unde elucet ſingularis ejus erga nos bonitas. Quum enim ad eum pertingere nequeamus, ad nos deſcendit, ut ipſum cognoſcamus, quantum quidem nobis expedit. nam opprimeremur, ſi in ipſius Majeſtatis adyta ingredi præſumeremus. Si ſolem contueri non poſſumus quin oculi noſtri ejus fulgore perſtringantur, quomodo, quæſo, perfectionem ipſam gloriæ Dei contemplaremur? Hoc fieri non poteſt, antequam reformati fuerimus: quemadmodum Joannes ait, fore ut eum videamus ſicuti eſt,
1 Joan. 3.
quando ei ſimiles extiterimus. Jam ſufficere nobis debet, quod ſimus ex ipſius filiis, gratiamque adoptionis geramus cordibus noſtris à Spiritu Sancto in-

fiducia quam in Deo collocamus, reddit nos ſtupidos, & immemores periculorum quibus expoſiti ſumus: ſed nos corroborat, ne luctando fatiſcamus. Qui ergo obdormiſcunt, ſibique blandiuntur, illi contemnunt Dei auxilium. Dominus noſter ait, Suſtinebo vos, ne timete, quamvis Satan vos adoriendo fulminare videatur: nihilominus ſub mea manu tuti perſtabitis. Quibus verbis arrogantiam & præſumtionem concipi à nobis non vult: ſed contra inquit, Confugite ad me, ut vos defendam, & protegam adverſus hoſtium veſtrorum inſidias & machinamenta. Quum autem cernimus tot hoſtes nos circumſtantes, tanto magis debemus agnoſcere quam opus habeamus Dei præſidio, ut ſimul tamen confidamus Satanam & improbos nihil adverſum nos valituros, ubi nos Deus in ſuam tutelam receperit. Notemus itaque quam Diabolus ad vivum nobis depingatur, quo, pronunciante Spiritu Sancto illum perpetuo circumcurſare, diſcamus agendas nobis eſſe ſedulo excubias, ac vigilandum, quo precemur Deum, ut nos ſuo præſidio tutetur, & magis magiſque fide inſtruat, & congreſſos cum hoſte conſtantia & fortitudine corroboret, quoad dederit promiſſa victoria potiri. Quod autem Deus Satanam hic peculiariter de Jobo ſciſcitatur, id declarat, ut jam oſtendimus, tunc paucos fuiſſe qui cum Jobo Deum pure colerent. Unde expreſſe dicitur receſſiſſe à malo: nam omnia corruptelis oppleta erant, ubique iniquitatis diluvium inundabat. Si multi in mundo juſti extitiſſent, & Jobus plurimos habuiſſet ſibi ſimiles, & cum ipſo Dei colendi ſtudioſos, non de uno homine fuiſſet iſta interrogatio: at nominatim dicitur Jobus non habuiſſe ſui ſimilem. Quo monemur, ne cum improbis verſantes corrumpamur: & ut univerſum mundum depravatum cernamus, ne malo ullo exemplo ſinamus nos ab officio abduci: ſed ut ſub ingenua erga Dei gubernationem obedientia nos ipſos continentes, ab eo petamus ut nos Spiritu Sancto roboret, ne ſcandalis à Diabolo ad nos ſeducendos objectis pervertamur. Quum igitur Jobus ita ſeſe geſſerit, quamvis alioqui tunc temporis ubivis locorum regnaret impietas, (nam omnia corrupta erant:) diſcamus non in rerum perturbatiſſima confuſione ſumendam eſſe ad male agendum licentiam, verum perpetuo reſpiciendum eſſe Deum, cui innitamur, & in cujus conſpectu ambulemus. Hoc enim teſtimonium ſanctis illis Patribus, qui juſte vixerunt, perhibetur, nempe quod non reſpexerint quid alii facerent, ut quiſque diceret, Licet mihi itidem agere, nolo vicinis meis eſſe melior: verum ſic apud ſeſe ſtatuerint, Ecce, verſamur in Dei conſpectu, oportet ergo nos ita comparemus, ut eos decet quos Deus obſervat, in eumque oculos defigamus. Supra diximus

mus

Digitized by Google

[illegible] ita integritatem noſtram approbamus: verus hic eſt Lydius ille lapis, ad quem Deus nos explorat: quemadmodum aurum coticula vel fornace probatur, ſic animi noſtri candorem profert rectitudo, quando innocenter verſamur cum hominibus, & ſine alieni cupiditate, ſine crudelitate, ſine faſtu, ſine ambitione: quumque vice verſa ſic degimus, ut erga omnes benigne nos geramus, & ope noſtra egentes adjuvemus pro facultate nobis à Deo conceſſa. Porro ut rectitudinem & æquitatem erga proximos obſervare debemus, ſic oportet ut Deum timeamus. Nam non decet jus ſuum reddi hominibus, ac interim Deum fruſtrari. Ab illo enim incipiendum eſt, ut à ſupremo gradu. Itaque ſic proximorum commodis ſtudere convenit, ne Deus interea oblivioni tradatur. Quod obſervatione digniſſimum eſt. Interdum enim cernere eſt ejuſmodi homines, qui probitatis omniſque virtutis ſpeciem præ ſe ferant, ita ut Angeli videantur, nemine de ipſis conquerente: verum non ſuſpiciunt Deum, ſed potius deſpiciunt. Proinde non ſine cauſa Deus, ſervum ſuum Jobum laudaturus, hæc duo conjungit, illum rectum eſſe ac pium, id eſt, vero Dei ſincere colendi affectu præditum. In hoc mundo tamen inter infinitas corruptelas verſabatur; ut, conſiderata ejus integritate, neceſſe ſit nos eſſe ignaviſſimos, niſi omnibus, quibus circumcingimur, malis reſiſtamus. Dicitur Jobus receſſiſſe à malo. Itaque ne putemus, Deum abſque ullo negotio à nobis coli poſſe: nam hinc & inde ad male agendum ſollicitabimur. Quî ergo incedamus ut decet? Toto ſtudio à malo recedere nos oportet, imo à noſtra ipſorum pravitate. Quodſi malum in vicinia tantum eſſet, nihilo ſegnius nobis eſſet fugiendum. Siquid fœtidi olfacimus, ſtatim faciem avertimus. Itaque, Satana inficere nos pro viribus conante, ac pollutione ubique obtinente, an non, obſecro, ſatis argumenti habemus, ut à malo recedamus? Verum, ut jam dixi, malum nobis inſidet, ut fornax ardentiſſima pravarum omnis generis cupiditatum, quæ nos transverſos rapiunt, & adverſus Dei voluntatem impellunt.

7. Tota hominis natura, inquit Paulus, mera eſt adverſus, ut ſine fraude cum proximis ſuis verſaretur: (quæ virtutes non mediocri laude dignæ erant.) Verum non erat perſpectum an tanta eſſet ejus conſtantia, ut in ſua integritate permaneret. Nunc autem Jobus quamvis ſuis bonis ſpoliatus, & liberis orbatus, nihilominus tamen benedicit nomini Dei, & agnoſcit ſibi hac conditione vitam eſſe degendam, ut, ſi Deus ſibi bona largiatur, illis utatur: ſin iis privetur, ſeſe comparet ad inopiam & nuditatem æquo animo ferendam, ita ut non recalcitret adverſus eum qui omnem poteſtatem & auctoritatem obtinet. Sic igitur cuncta illa Jobi conſtantia eluxit, quæ antea minus erat conſpicua. Unde diſcimus, neceſſarium eſſe ut affligamur, & quamvis prima fronte id durum & acerbum nobis videatur, nihilominus eſſe perutile. Quare? Nunquam enim de ope divina ſerio cogitamus, antequam varia diſcrimina eluctati ſimus, ſuperatis omnibus tentationibus. Itaque obſervemus, quemadmodum Deus oſtendit Jobum retinere ſuam integritatem, etiamſi graviter affligeretur, ſic oportere nos ita tractari, adeo ut parati ſimus Deum colere, eique penitus nos addicere, licet plurimæ & diverſæ tentationes nobis objiciantur. Quamobrem? Ut integritatem noſtram retineamus. Videmus itaque quam neceſſarium ſit ut unuſquiſque noſtrûm hoc pacto exerceatur: tum ut intelligamus, quam opus ſit nobis auxilio Dei: tum vero ut fides noſtra tanto magis approbetur, virtuſque Spiritus Sancti illuſtrior fiat, ubi vicerimus tentationes à Satana nobis objectas. Itaque præmuniti ſimus hac cœleſti virtute, qua omnibus certaminibus obluctemur, quoad plenam victoriam obtineamus, in regnum illud cœleſte ac æternum collecti.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnitis noſtris peccatis, quo ei ſupplicemus ut det ea vividius à nobis ſentiri quam antea: ita ut veniam orantes ſerio illorum odio tangamur: & interim ſic ab ipſius Spiritu corroboremur, ne Diabolus nobis prævaleat, ſed ut reportemus victoriam tum adverſus illum, tum adverſus mundum & omnes affectus carnales. Sic itaque omnes uno ore precabimur, Deus Omnipotens, &c.

ſint adhuc tirones, nec malis ferendis aſſuefacti, illis parcit; ſicuti puerulo non tantum oneris imponitur, quantum ei qui jam virilem ætatem attigerit. Deus itaque reſpicit noſtras vires, & prout tolerandis afflictionibus exercitati ſumus, ita vel magis vel minus graves has nobis immittit. Quum autem velut callum nobis obduxit diuturna conſuetudo, tum nobis etiam majus onus poteſt imponere, quod ei ferendo pari robore nos donaverit. Ac videmus ut Petrum compellet, his verbis, Quum eſſes junior, cingebas te, & ibas quo volebas: quum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet quo noles. Videmus ergo ut Deus intueatur an teneri ſimus, quo nos ſublevet: & rurſum, poſtquam nos corroboravit, ut graviores nobis immittat afflictiones, quoniam uſus nos validiores reddere debuerit. Hoc declaratum eſt in perſona Jobi, quo noſtrûm unusquiſque inde ſibi inſtructionem petat. Duriſſimum erat, Jobum ſuis facultatibus ſpoliari, liberos amittere, & ad inopiam redigi: at longe gravius eſt, quod à Satana percutitur ejus corpus ulcere peſſimo, à planta pedis uſque ad verticem: cujus quidem ulceris ſpecies ignoratur, niſi lepræ quoddam genus fuerit: nam extremum fuiſſe malum ſacra Scriptura oſtendit. Unde tanquam ſegregatus & ex hominum conſuetudine exterminatus fuit: quum antea honore ab omnibus afficeretur, jam eſt inſtar cadaveris putrefacti, adeo ut ipſum prope ſuus fœtor extinguat, non ſine graviſſimi doloris ſenſu: nam ejuſmodi ulcera non carent vehementiſſima inflammatione, quæ illum crudeliſſime vexabat. Videmus itaque, hoc poſtremum malum longe infeſtius fuiſſe cæteris omnibus afflictionibus, quæ ipſi ante contigerant. Quod etiam deſignabat Satan, quum talia diceret, Nonne homo daturus eſſet pellem pro pelle? an non proprium filium pro ſui ipſius redemtione & liberatione traderet? qui vitam ſervavit, præclare ſecum putat actum eſſe: quamvis omnia ſua amiſerit, habet tamen unde ſeipſum ſoletur, & dolorem ſuum mitiget. En aſtutia Satanæ, ut qui humanum ingenium noverit. Illud quidem abfuit à Jobo: ſed interea tamen ad eam affectionem omnes propenſi ſumus, ut vita nobis adeo ſit pretioſa, ut reliqua omnia facilius feramus, quam id quod corporibus noſtris patimur. Nihilominus autem invictam in hoc Dei ſervo conſtantiam cernimus: nam quemadmodum in ſua integritate perſtitit, bonis & liberis ſuis privatus; ſic talem ſe geſſit etiam quum corpore ſuo tam duriter haberetur, ut ne particula quidem ejus ſana eſſet: quum in putredine jaceret, doloribus & cruciatibus extremis ipſum torquentibus, nihilominus tamen Deo benedicere non deſiit. Diſcamus ergo, ut jam ante monui, ſi ſaluti noſtræ proſpicit. Hæc etiam notanda eſt circumſtantia, non longo intervallo alias aliis accumulatas Jobo fuiſſe afflictiones. Deus ſæpenumero nobis aliquam relaxationem dabit, adeo ut poſtquam expertus fuerit aliqua adverſitate noſtram patientiam, ſtatim otium reſpirandi ad triſtitiam illam mitigandam concedat, poſtea alteram calamitatem mittat: hic vero ſubinde percutit. Poſtquam enim Jobus uno calamitatis genere detrimentum accepit, altero ſtatim afficitur: gregibus & armentis ipſius abactis à latronibus, fulmen in reliqua ejus bona conſumenda vibratur: liberi ejus ruina domus tanquam à Dei manu inimica necantur, ipſe vero confeſtim corpore ſuo dira patitur. Hæc igitur poterant Jobum vel admirabili virtute præditum opprimere: verum Deus ita cum eo voluit agere, ut quiſque noſtrûm intelligat, etiam quum affligimur non deſinere Deum paterna benevolentia nos complecti. Nunquam enim ſervum ſuum Jobum dereliquit in tantis malis. Num igitur excuſabiles eſſemus, ſi dimidiam aut decimam partem malorum illius patientes obmurmuraremus? Nonne potius cauſam haberemus Deo gratias agendi quod noſtram imbecillitatem reſpiciat, ut pro viribus noſtris nos affligat? Quid enim obſtat quominus æque aut amplius etiam affligamur, quam Jobus? num quod minus auctoritatis in nos Deus contineat? num quod Satan hodie ſit humanior? Scimus eandem illum ſemper gerere rabiem, ut qui ſit hoſtis noſter capitalis, & eundem affectum in nos circumferre, ac ingenium ſuum retinere perpetuo, nempe naturam leonis rugientis, & nobis devorandis inhiantis. Quodſi Deus illi habenas laxaret, proculdubio æqualia aut majora pateremur quam Jobus. Atqui noſtræ afflictiones ſunt mediocres & leves, ſi cum iis, quæ hic commemorantur, comparare velimus. Concludamus igitur, Deum exhibere ſe erga nos benignum & miſericordem, quando nos ita leniter tractat, & eam mediocritatem tenet ne ſupra modum premamur, & tantum illum rigorem ſentiamus, quem in perſona Jobi cernimus. Cæterum hic docemur quemadmodum homines ſibi ipſis renunciare debeant, ut ſeſe totos penituſque Deo tradant. Fieri autem non poteſt, quamdiu quis ſibi ipſe placet, etiamſi Deo colendo probe aſſuefactus eſſet, quin retrogrediatur, pro eo quod ipſum progredi deceret. Qui enim ſibi indulget, ſuis quoque deliciis & voluptatibus indulgebit, quæret ſua commoda ut deſiderio ſuo ſatisfaciat. Deus vero nos contraria prorſus ratione vult tractare. Qui iſtud? num quod Deus nobis moleſtia afficiendis oblectetur? Nequaquam. Sed quoniam utile eſt nobis ut ita domemur & humiliemur, quo debitam ei ſubjectionem noſtram teſtemur.

Si

Digitized by Google

ipſius voluntatem conformati, eum ducem, quoquo vocet, ſequamur. Cujus rei praxi tota vita vacare debemus. Quo ars aliqua difficilior eſt, eo plus temporis ad eam diſcendam impendendum, majorique artificio eſt opus. Hoc autem ſtudium quam difficillimum eſt ad effectui tradendum. Satis quidem ſuperque confitemur, æquum eſſe ut Deus ſit Dominus, & in nos regnum obtineat, non decere ut ei reſponſemus: ſed quum ad praxin ventum eſt, eam pauci amplectuntur. Itaque totam vitam huic rei probe diſcendæ impendamus, donec eum, quem decet, progreſſum fecerimus. De his vero obiter tantum nunc ago, quia in ſequentibus erunt fuſius exponenda. Veniamus ad id quod in noſtro textu adjicitur de uxore Jobi, quæ illum ad deſperationem inſtigatura acceſſit. Dixit ergo illa, *Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo, & morere.* Ut Satan flabellis ignem non accendat, ſatis tamen in nobis ipſis reperit unde nos ſollicitet. Scimus enim quot rebellionibus natura noſtra ſcateat. Pro eo quod pacatis animis Deo ſubjici deberemus, volaticas imaginationes concipimus, ut nemo ſit noſtrûm qui in cerebro non gerat velut vivarium ejuſmodi deliriorum, quibus quaſi inebriatur; quemadmodum notum eſt omnes carnis noſtræ cupiditates eſſe inimicas Deo. Itaque nemo eſt qui per ſe ab officio non avertatur, etiamſi aliunde faces non inferantur, quæ ipſum adverſus Deum ſollicitent, & ad deſperationem adigant. Denique Satana nulla extra nos aſſumente inſtrumenta quibus nos ſeducat, ſatis multa ipſi ex nobis ſuggerimus. Nam, uti jam dixi, cunctæ noſtræ imaginationes volaticæ, ſunt totidem Dei adverſarii: omnes noſtri affectus armati ſunt in illum, ad afflictiones, quas immittit, obluctando repellendas. Quamobrem Jobus quaſi duplici bello impetitus fuit, quum præter interiores tentationes ab uxore ſua ad deſperationem fuit ſollicitatus. Hic autem omnium malorum veluti cumulus eſt: in quem incidere ſuos Deus permittit interdum; tum præſertim, quum illos ſerio & ad vivum vult explorare. Idque non ſoli Jobo contigit, ſed etiam potiſſimum Davidi, & Domino noſtro Jeſu Chriſto. In his duobus ſpeculis Deus nobis iſtam tentationis ſpeciem repræſentare voluit. Nam graviſſimæ Davidis querimoniæ ſunt hæ, quod irriſus fuerit ob ſpem in Deo à ſe collocatam, adeo ut probroſe & exerta lingua exciperetur ab unoquoque. Ecce hominem qui in Dei gremio ſedere videbatur, qui eum ſuum protectorem, ſuum clypeum, ſuum propugnaculum, ſuam arcem vocitabat, men proponitur nobis exemplum, quo doceamur poſtquam nos Satan vexaverit, poſtquam tum in corporibus noſtris, tum in bonis aliiſque rebus viſitati fuerimus, pro cumulo fore ut habeamur ludibrio, & fides noſtra impetatur. Hoc autem fieri non poteſt, quin nomen Dei blaſphemetur. Quod quum evenit, ægerrime ferre debemus. Nam increduli, dum nobis exprobrant quod à Deo rejecti ſimus, illum mendacii accuſant quaſi nobis impoſuiſſet: unde non levem mœrorem animo noſtro concipi par eſt. Sed ut ut ſit, ne propterea deſpondeamus animum, verum in memoriam revocemus quid acciderit Jobo, Davidi, & quid exemplo ſuo propoſuerit nobis Jeſus Chriſtus, ut ne mirum putemus ſi ad ejus imaginem configuremur. Hac enim conditione Deus nos inſevit corpori Filii ſui, quemadmodum etiam hic generalis eſt omnium fidelium typus, ut docet Paulus octavo cap. ad Romanos. Videamus jam quid inferat *Rom. 8.*
iſta tentatio, à Jobi uxore objecta, *Adhuc tuam ſimplicitatem retines?* quaſi diceret, Quid proficis colendo Deo? ſiquidem ea mente Deum coluiſti ut te ille juvaret, gratum haberet, & reipſa ſeſe patrem tuum oſtenderet. Vides tamen ut contra ſe quaſi hoſtem tuum gerat, teque perſequatur. Nihil itaque juvat te tua integritas. Hæc illius concluſio. Quod autem ſequitur, *Benedic Deo, & morere,* non uno modo exponitur. Vidimus enim, hoc verbum, Benedicere, accipi nonnunquam pro Maledicere. quo loquendi genere docemur deteſtari blaſphemiam in Deum, ut rem nefandam. Id ergo nobis ſignificatur, murmurare adverſus Deum, ei maledicere, & honorem ejus verbo lædere, adeo eſſe deteſtabile, ut non ſine horrore audiri debeat: ſicut etiam monebat Paulus, loquens de ſcortationibus, ebrietatibus, furtis, aliiſque ejuſmodi vitiis & libidinibus: Hæc ne nominentur quidem inter vos, inquit. Itaque hic locus, Benedicito Deo, exponitur, Maledicito Deo, poſtea morieris: Ulciſcere illum antequam moriaris. vides enim te ab illo deceptum. Non eſt autem dubium, iſtam mulierem organum eſſe Satanæ, ut mirum non ſit fuiſſe quandam velut Proſerpinam & Furiam infernalem ad Jobum in eam rabiem incitandum, ut in Deum inſurgeret, & in ejus Majeſtatem inveheretur. Sed locum attente conſideranti genuinus hic ſenſus videatur, Benedic Deo, & morere, id eſt, Quantumvis licet perſiſtas benedicere Deo, nihil tamen proficies: tempus fruſtra teris, nihilominus enim tibi moriendum eſt. Hoc certum eſt, quandoquidem experiris tuas preces à

cunt enim, non ita fidendum eſſe ramis, quin ipſi trunco adhæreas: acſi dicerent totam fiduciam in Deo non eſſe collocandam. Quorſum iſta? niſi ut inde prodamus nullum à nobis honorem Deo tribui, ſed de eo cogitare prout res ferunt. Si Deus beneficio nos afficiat, fortaſſe tum nos ei obligatos eſſe fatebimur: at ſiquod malum inferat, ſtatim talia proferimus, Cui bono tantum laboramus? Notemus itaque, ut Jobus tentatus & inſtigatus fuit ab uxore ſua, ita non defuturos Satanæ adminiſtros, qui nos in ſimilem tentationem inducant, niſi armis ad reſiſtendum inſtructi ſimus. Huc igitur incumbamus. Cæterum, ut improbi non ita nos ſtimulent, tamen vel iis qui maximos in Schola Dei progreſſus fecerint, talia in mentem veniant. Videmus enim
Pſal. 73. ut de ſeipſo David fateatur, ſe velut inceſſiſſe ſuper glaciem, & prope lapſum eſſe quum ſimilia mente volveret, intuens improbos ſæpius feliciter agere, inebriari voluptatibus in hoc mundo, non languere ut boni ſolent: contra, miſellos fideles haurire aquas angoris & moleſtiæ, & indeſinenter à Deo affligi. Obteſtatur itaque, ſe eo tandem deveniſſe ut diceret, Quid? ſtudeo integritati & puritati, quantum in me eſt. nonne fruſtra? an non operam & oleum perdo? David confitetur ſe tali tentatione ſollicitatum fuiſſe, ſine lapſu tamen. Ejuſmodi quid ei objectum eſt: cui conſtanter reſtitit. Caveamus itaque, ne Satanæ, his flabellis nos in afflictionibus adverſus Deum ſollicitanti, aures præbeamus, ut ne ab illo circumveniamur. Mature igitur præmeditemur hanc doctrinam, quæ nos adverſus tales inſultus victores præſtare poteſt. Quapropter apud Eſaïam habetur, Dicite, Erit merces juſtis. id eſt, Ita concludite, Etiam quum omnia confuſa & perturbata videritis, adeo ut omnis ordo inverſus eſſe, Deus favere improbis, odio proſequi pios, aut ſola Fortuna dominari, Deus in cœlis dormire, res inferiores negligere videatur: nihilominus hoc ſemper fixum in animis veſtris hæreat, fructum fore juſtis. Itaque verum quidem eſt nullam graviorem eſſe tentationem quam quum putamus nos fruſtra Deum colere, ejus nomini benedicentes, & ſub ejus obedientia nos continentes. Hoc tamen ſtatutum habeamus oportet ac perſuaſum, Deum nolle fruſtrari ſpem eorum qui ipſum colunt & honore proſequuntur. Alioqui abſque hac perſuaſione fieri non poteſt ut vel minimo deſiderio afficiamur Deo adhærendi: ſi putemus Deum nos averſari, labores noſtros ludere, claudere oculos, denique nos incaſſum pietati ſtudere, ecquis animum ad bene agendum poſſit appellere? Quum igitur qui Deum colunt, & ad eum propius accedunt, certos eſſe oporteat, illum remunerari

hil autem inde veris amicitiis Deoque probatis decedere debet: veruntamen eſt quod maritus Deum precetur, ne permittat ut ſua uxor ſibi ſit inſtar torris infernalis ad accendendum in ſe ignem impatientiæ aut deſperationis, quo ad blaſphemandum inducatur: oportet etiam Deum precetur uxor, ut ſuus maritus ipſam regat ut decet, & ad bonum ſemper inſtituat, ceu caput & dominus. Orandus quoque eſt Deus, ut quas amicitias & familiaritates nobis contulit, honori ſuo primum, deinde noſtræ & amicorum ſaluti promovendæ, non corruptelæ inſervire velit. Huc primo incumbendum. Porro ſtudeamus omnes, tum viri, tum mulieres, tum amici & propinqui, mutuo nos juvare ad Deum colendum: ut eo ſemper tendamus. In primis autem cari nobis eſſe debent quum in eis Deum habitare videmus, quibus ceu manibus ad nos regendos utatur. Verum, ſi amicus, aut propinquus, aut uxor conetur nos in deſperationem inducere, ei tunc renunciare ne dubitemus: Deus omnibus rebus eſt anteferendus: ab illo noſtræ amicitiæ ortum ducant, ad eundem tanquam ad verum ſcopum referantur oportet. Hæc ſunt quæ hoc loco nobis exemplo Jobi imitanda proponuntur. Sequitur, *Loquuta es ut una ex ſtultis mulieribus: Suſcipimus bonum à Deo, & malum non ſuſcipiemus?* Quum Jobus reſpondet, uxorem ſuam loquutam eſſe ut unam ex ſtultis mulieribus, commonemur, ejuſmodi blaſphemias, ut quæ Satanæ ſint vomitus, acriter eſſe redarguendas. Nam ſi in nos gladius ſtringatur, & mucro nobis transfodiendis intendatur, quid tunc agamus? num immoti ſinemus nos interfici? nequaquam: ſed videbimus quî declinare ictum poſſimus, & vim illatam propulſare conabimur, ſi vita nobis ſit chara. Ita Jobus ubi ſe impeti ab uxore vidit, non ut malum aliquod corpori ſuo crearet, ſed in imos inferos ſe deturbaret, ei vehementer reſtitit. Eandem vehementiam nos quoque opponere debemus: non enim ludendum cum Satana, tam furioſo hoſte, nec facilis cum eo lucta exiſtimanda eſt. Cæterum Jobus id etiam reſpexit quod jam commemoratum fuit. Si enim, uti diximus, nobis exprobretur quod fruſtra in Deum ſperetur, turbamur quidem, & fides noſtra concutitur: ſed interim Deus accuſatur quaſi perfidus eſſet, ſuoſque luderet, adeoque injuſtitiæ inſimulatur. ſic quod ipſi proprium eſt, ei eripitur. Deus enim non eſſet, niſi bonum à malo diſcerneret, ut eos evehat qui ipſum integre coluerunt, ut judicet mundum, ut præſto ſit eorum precibus exaudiendis qui ad ipſum confugiunt. Quodſi virtutibus iſtis ſpolietur, certum eſt eo gloriam ejus, divinitatem atque eſſentiam aboleri. Itaque
Jobus

Digitized by Google

ſtatus mea impeditur. oportet igitur ut mihi ipſe iraſcar, quandoquidem mihi ex meipſo infenſiſſimi hoſtes naſcuntur. Quum nos ejuſmodi cogitationibus incitari ſentiemus ad Deo reluctandum, ut natura noſtra oppleta eſt rebellione & contumacia adverſus ipſum, ne nobis ipſis adblandiamur, ut cum quibuſdam dicamus, tale eſſe naturæ noſtræ ingenium, quod corrigere nequeamus: ſciamus, talem excuſationem nihil nobis profuturam. At certandum eſt conſtanter, & reſiſtendum, nec ſatis eſt ſi dicamus ſimpliciter, Eſt quod nobis caveamus, aut neſcio quid aliud: verum conſerendæ ſunt manus & acriter pugnandum, & ad hoc certamen conferre debemus omnes ſenſus noſtros, cuncta ſtudia: alioquin nunquam inde nos expediemus. Hoc admonet iſte locus. Jobus autem adjiciens, *Si bonum à Deo ſuſcipimus, cur malum non ſuſcipiemus?* ratiocinatur ex argumento naturali, quo inducamur ad ferenda patienter mala & incommoda quæ Deus nobis immittit. Siquis enim optime de nobis ſit meritus, apud nos ſaltem agnoſcere cogemur multis nos ab illo affectos eſſe beneficiis. Quodſi ab homine adeo liberaliter in nos benefico, nihil prorſus pati incommodi velimus, quis fœdiſſimæ nos ingratitudinis non condemnet? Prout igitur devincti ſumus hominibus mortalibus, ita patienter ferimus quæ ab illis ferenda ſunt incommoda. Si filius paratus eſt à parente pati, à quo ſe generatum & eductum novit, ſi ſeſe ſub paterna diſciplina, quamvis interdum duriore, continet, quod intelligat æquum eſſe ut ab eo patiatur: ſi, inquam, hoc tribuimus creaturis, quid Creatori ipſi debemus? Tot tantaque bona Deus nobis confert; an malum, quod nobis inflixerit, non æquo animo patiemur? nonne dominium in nos exerceat, &, quando voluerit, affligat? Hæc cogitatio cervices noſtras demittere, & nos morigeros præſtare debet. Huc etiam ſpectat Jobi argumentum. Jam ante dixerat, Dominus dedit, Dominus abſtulit: quæ altera fuit ratio: pimus. Enumeremus ſedulo. Sed enumerandi nullum finem eſſe, mox cum Davide confitebimur. Quid *Pſal. 40. verſ. 6.* ita? Nam Dei bonitas eſt abyſſus: ut quotieſcunque de ea cogitamus, oporteat nos in admirationem rapi. Siquis enim à momento ſuæ nativitatis, imo à tempore eam præcedente, paternorum erga ſe Dei beneficiorum numerum arceſſat; an non, obſecro, antequam centeſimam partem attigerit, multitudine obruetur? Quum igitur gratiæ Dei in nos collatæ, nec enumerari, nec comprehendi poſſint; cur non ſuſcipiamus mala quæ nobis immiſerit? Quamvis enim longe pluribus, quam premimur afflictionibus urgeremur, ſemper tamen Dei beneficia ſuperant quicquid mali nobis infligat. Meminerimus itaque iſtius rationis à Jobo allatæ, ut, quum à Domino affligemur, feramus patienter, agnoſcentes æquum eſſe ut ab ejus manu ſuſcipiamus mala, quemadmodum tot tantaque bona ab eadem ſuſcipimus. Verum reliquam hujus ſententiæ partem in diem craſtinum reſervabimus, quod de ea fuſius agere in præſentia non detur.

Precabimur autem Optimum Deum noſtrum, ut, quoties nos affliget, reſpiciat noſtras infirmitates. Et quum juſtiſſimum ſit, ut patientia noſtra exerceatur: quamvis per ſpinas, per angores & moleſtias non paucas pergere nos oporteat, nihilominus ea virtute nos muniat, ut nunquam deficiamus. Et quoniam vita noſtra diverſorium eſt corruptibile & caducum, ſublevet debilitatem noſtram ad finem uſque, donec omnibus carnis noſtræ infirmitatibus nos exuerit. Interea autem nobis ad paternam ipſius bonitatem perfugientibus, ſuccurrat in omnibus neceſſitatibus, ut ne dubitemus quin nos ad ſalutem promiſſam perducat; ſed certi ſimus, eum nobis, ipſius promiſſionibus innitentibus, præſto ſemper adfuturum, ad quos ſublevandos manum ſuam extendat. Non ſolum nobis hanc gratiam largiatur, verum etiam populis, &c.

CON-

Digitized by Google

HEt paucis perſtrinximus quid ſibi velit hæc Jobi ſententia, Suſcepimus bonum à manu Domini, cur non ſuſcipiemus malum? Hinc docemur, homines plus nimio ingratos eſſe, niſi noverint, ſe, qui tot & tantis beneficiis Deo ſint obſtricti, non debere afflictiones averſari, quando eis ipſos exercere Deo libet. Diverſa eſt autem hujus loci expoſitio. Sunt enim qui ſic interpretentur, Suſcipiemus bonum à manu Domini: quaſi Jobus ſperaret in poſterum talem erga ſe Deum experiri, qualem expertus fuerat antea. Putant itaque Jobum voluiſſe conſolari uxorem ſuam, & ſemetipſum, talibus verbis, Malum non perpetuo durabit: etſi jam nos affligit, non continuabit, ita ut nunquam ceſſet: tandem aliquando afflictorum miſeria ad commiſerationem commovebitur. Verum genuinus ſenſus is eſt quem diximus, nimirum, Jobum, revocatis in memoriam, quæ à Deo accepiſſet, beneficiis, adeo ſe illi devinctum agnoſcere, ut debeat patienter ferre quaſcunque res adverſas. Unde præclaram & utilem doctrinam colligendam habemus, nempe, ut, quotieſcunque malis premimur, meminerimus Deum tam benignum patrem ſeſe erga nos præbuiſſe, totque modis, ut nec mirari ſi interdum nos caſtiget, nec propterea ad obmurmurandum incitari debeamus. Interim autem certum eſt, Jobum non potuiſſe ſeſe conſolari, niſi applicando ad futurum tempus ea beneficia quæ jam à Deo acceperat. Si enim in præteritum tempus ſolummodo Deum erga nos liberalem, ac non in futurum, cognoſceremus, quorſum hoc evaderet? Non eſſemus patientes, ſicuti jam dictum eſt. Itaque eſt quod certi ſimus de bonitate & amore Dei, ſperemuſque perpetuo in ejus gratiam, licet nos duriter habeat. Jobus ergo ita in memoriam reduxit beneficia quæ à manu Dei antea ſuſceperat, ut hanc concluſionem confecerit, Deum non mutaſſe propoſitum, nec naturam: etiamſi ipſum affligat, non depoſuiſſe tamen ſuam bonitatem & juſtitiam. Hujuſmodi conſideratione moleſtiæ noſtræ mitigari facile queant. Mala quidem, ut quæ naturæ noſtræ adverſentur, non poſſunt non acerba nobis eſſe, ut medicinæ amaræ ſunt & moleſtæ: quæ ut facilius ſumantur, dulcedine aliqua temperantur. Deus quoque dat nobis unde leniamus noſtras afflictiones, ne nimis contriſtemur. Præcipuum eſt, ut, quamvis Deus nobis adverſarius videatur, tamen, quum illum tam benignum experti ſimus, totque teſtimoniis ſummam ejus bonitatem perſpectam habeamus, ne dubitemus quin eadem beneficentia nos proſequatur ad finem uſque. Propterea ſubjicitur, Jobum in his omnibus non peccaſſe labiis ſuis. Quibus verbis non ſignificatur, Jobum fuiſſe hypocritam, & Deum glorificaſſe ore duntaxat, & interea contrarium affectum in animo gemuit. Cur igitur dicitur non peccaſſe labiis? ut ſignificetur, illum virtute admirabili fuiſſe præditum. Interdum quidem, licet perverſa cogitata mente concipiamus, cohibemus nos, nequod malum verbum nobis excidat. Exempli gratia, Aliquis inducetur in tentationem ut in Deum indignetur, multæ imaginationes ſeſe illi offerent, adeo ut in Deum inſurgere cupiat: quin etiam blaſphemias concipit. At ſtatim ſemetipſum reprimit ac redarguit. Quid cogitas, miſer? Sic igitur in mediis tentationibus dat nobis Deus gratiam reſiſtendi, ne ad blaſphemias in ipſum ore aperto proferendas ruamus. non quod rei interea non ſimus quod talia conceperimus, nec ideo nos ipſos coram Deo condemnare debeamus. Tamen neceſſe eſt ut Spiritus Sanctus in nobis operatus ſit, quando ejuſmodi tentationibus non conſenſimus, nec delectati ſumus. Hic locus ſic intelligi quidem poſſit, Jobum non peccaſſe labiis ſuis, id eſt, non ad extremum evaſiſſe: quamvis inſtigaretur ad malum, reſtitiſſe tamen, nec à malo plane devictum fuiſſe, ſed conſtanter pugnaſſe. Nihilominus re probe conſiderata, non dubium eſt Jobum hic nobis proponi tanquam virum vere perfectæ patientiæ. Quod ut melius intelligamus, meminerimus illius ſententiæ Jacobi Apoſtoli, Siquis in ſermone non labitur, *Jac.* 3: 2.
hunc eſſe virum perfectum præ omnibus. Quamobrem? Videmus quam temerarii & præcipites ſint homines in loquendo, ut ſæpe lingua præcurrat mentem. Qui ſeipſum continere poteſt, ut nil niſi moderate & conſiderate loquatur, is ſe gratia ſingulari donatum palam facit. Hic itaque obſervemus quod de Jobo dicitur, adeo non contumacem ſeſe Deo præbere, ut omnia etiam ejus verba ita compoſita ſint, ut pro eo quod homines præ temeritate linguas ſuas moderari nequeunt, Jobus ſeſe coram Deo humiliter geſſerit. Hinc autem monemur, ut precemur à Deo gratiam, ne ullum ſermonem unquam proferamus, quo ſancti ipſius nominis honor lædatur. Scimus enim linguam præcipue dicandam eſſe honori Dei. Omnia quidem membra noſtra huc applicanda: ut omnia creavit, ita æquum eſt ut omnia ad gloriam ejus referantur: ſed vult in primis ut linguis perſonent ora noſtra, ceu inſtrumentis ad ipſum glorificandum aptatis, quibus ſi ad contrarium abutamur, ordinem naturæ pervertimus. Attamen huic vitio plus ſatis dediti ſumus, ut jam dixi, nec facile nos ipſos cohibemus. Tanto magis ergo neceſſe habemus invocare Deum, quo nos ita regat ut ne vocula quidem à nobis emittatur, quæ ad ejus honorem non ſpectet. Cæterum ſiquando pravæ imaginationes nobis in mentem veniant, ut aliter fieri in tanta fragilitate non poteſt, Satana modo huc, modo illuc nos inſtigante, ſciamus jam nos in reatum incidiſſe coram Deo, & debere

Digitized by Google

miſerturus, noſtraſque infirmitates ſublevaturus: dummodo per ipſius Spiritus Sancti gratiam tales pravas imaginationes rejiciamus, nec eis exequendis conſenſum adhibeamus. Ita gerere nos decet. Subjicitur autem, *tres Jobi amicos, auditis quæ ei contigerant, inter ſe conſtituiſſe, eum inviſere, atque adeo ad ipſum veniſſe, nempe ut ei condolerent & eum conſolarentur.* Prima fronte videtur Deus velle allevare ſervum ſuum Jobum, miſſis viris qui præ ſe ferant animos commiſeratione commotos, quique prudentia & peritia ſua poſſint eum conſolari, ut poſtea viſuri ſumus fuiſſe viros eximios. Itaque dicas Deum jam voluiſſe manum porrigere Jobo, quem malis immiſſis eriperet. Verumtamen videbimus, hanc viſitationem adeo non fuiſſe levamento, ut potius auxerit illius malum, & penè eum ad imam abyſſum præcipitarit. Hinc diſcamus, ſi interdum nobis ſperantibus liberationem ex afflictionibus, non ita res cadat uti ſperaveramus, ne id ut novum miremur. Videmus enim ut Jobus ab amicorum præſentia fruſtra ſolamen exſpectarit, ut illi potius fuerint ceu quidam Satanæ ad eum magis vexandum quam antea cruciaretur. Non quidem quod eo animo ad Jobum venerint, ut eum ludibrio haberent. non enim mala mente ducebantur, ſed potius candore & ſincera charitate. Dicuntur enim ad ei condolendum veniſſe, id eſt, ut partem mali ipſius ferendam ſuſciperent, quantum in ipſis eſſet, acſi ei conjuncti & uniti fuiſſent. En quorſum venerint. attamen cernimus eo magis exacerbatam eſſe Jobi afflictionem. Unde monemur, quamvis bene affecti & animati ſimus erga proximos, & optemus illis afflictis ſolatium & levamentum afferre, neceſſe tamen eſſe ut nobis Deus præeat, & in ea re præſtanda adſit: alioqui operam noſtram non modo inutilem, ſed etiam noxiam fore. Quum igitur videmus noſtros proximos in aliqua anguſtia & adverſitate conſtitutos, debemus quidem à Deo petere gratiam eis condolendi & opem ferendi, ſed id non ſatis eſt. Quid ita? quia caremus ſpiritu prudentiæ, adeo ut temere rem adminiſtremus, & quamvis nobis præclare agere videamur, potius tamen deſperationis occaſionem demus ei qui jam plus ſatis gravitatem doloris ſui ſentiat. Videmus multos æmulatores & zelo inflammatos, qui quidem aliquo charitatis ſtudio flagrabunt erga eos quos juvare poſſint; at deerit ipſis

[…] ditos. Sciamus ergo, ſine hoc dono non poſſe nos afflictis ſolatium afferre. Nam ſi amici Jobi, tanta excellentia viri, ei hac in parte defuerunt, nos multo magis defuturi ſumus, niſi Deus ſuppleat, detque ut hic nos, uti par eſt, gerere poſſimus. Hæc ſunt quæ memoriæ mandare ex hoc loco debemus. Cæterum quum additur, quod *conſtituerint venire ad condolendum, & eum conſolandum*, his verbis docemur quod ſit officium eorum qui ſuos amicos & proximos in calamitate conſtitutos vident. Duo igitur requiruntur ad conſolationem & opem ferendam. Nam, ut nihil omittamus quo juvemus inopes, parum tamen præſtiterimus, niſi eodem cum iis affectu tangamur, noſque iis ita conjungamus quaſi in nobis ipſis mala ipſorum ſentiremus. Etſi inſumeremus alendis egenis omnes facultates noſtras, citra charitatem nihil hoc profuerit. Quibus verbis Paulus in ſua ipſius perſona ſignificat, poſſe quidem multa præclara à nobis præſtari, ſed quæ vana & inutilia ſint niſi habeamus charitatem, quæ omnia illa dirigat. Ac videre eſt aliquos impigre quidem aliis juvandis operam navare, ſed ita ut nullo condolendi ſenſu afficiantur. Ideo dicuntur amici Jobi veniſſe ad eum conſolandum, & ſua commiſeratinne dolorem ejus mitigandum. Et ſane nemo noſtrûm eſt quin primo loco ſibi poſtulet iſtam conſolationem, ut alii ſui miſereantur. Exempli gratia, Qui aliquid mali patitur, quamvis non deſint qui graviter ipſi opitulentur, ſi tamen animadvertat illos non tangi ſuo dolore, minus gratum habet iſtud officium. Non id quidem plane rejiciet, ſed præ commiſeratione nihili faciet: adeo ut etiam ope deſtitutus, ſi viderit aliquos ſui miſereri, & dare ſignificationem quod ipſius dolorem quodammodo participent, pluris id, quam qualemcunque opem, æſtimet. Itaque ut officio noſtro erga afflictos rite defungamur, primum mala illorum miſeremur, & partem ſentiamus quoad ejus fieri poteſt. Sic præclare charitatem noſtram teſtabimur. Interea tamen ex effectu quoque declaranda eſt iſthæc commiſeratio. Sunt quos ſatis commovent ſuorum proximorum afflictiones: ſed ita ut ad juvandum non magis moveantur quam trunci aut ſtipites: ita ſunt dejecti. Ergo eſt quod hunc modum ſequamur, ut ita ad miſericordiam faciles ac propenſi ſimus, ut pro facultatibus noſtris parati quoque ſimus afflictis eſſe adjumento.

1 Cor. 13. verſ. 3.

Non

Digitized by Google

verſ. 1. denter judicat de afflicto. Davidem res adverſæ exercuerant, ut & Jobum: adeo ut à Deo rejectus videretur, ſicut ante diximus. Et de eo talia vulgo jactabantur, Ecce, nonne palam eſt, illum fruſtra gloriatum eſſe ſe ſperare in Deum, & ejus auxilio confidere? contra illi contigiſſe cernimus. Quoniam ergo David condemnabatur ab hominibus ſub eo prætextu quod ipſum Deus perſequeretur, ejuſque patientiam multimodis exercere vellet: ideo Propheta illis verbis utitur, Benedictus qui prudenter judicat de afflicto. Quibus ſignificat, Deum in primis hoc à nobis exigere, ut, aliquem graviter afflictum cernentes, ne ſtatim tale quippiam concipiamus, Hic eſt ex damnatorum numero, Deus eum à ſe rejici oſtendit, nulla ſpes ſupereſt, plane perditus eſt. Ne ſimus tam ſeveri, ſed prudenter potius judicantes dicamus, Exſpectemus quid Deus velit: afflictiones bonis ac malis æque ſunt communes, nec ſine cauſa juſtis eveniunt. Quum à Deo pii affliguntur, ut cauſam non animadvertamus, nihilominus Dei juſtitiam ſemper contemplemur. Itaque videre eſt, communes eſſe res adverſas tam electis & filiis Dei, quam reprobis & perditioni deſtinatis. Quoniam autem noſtrum non eſt, judicium ferre, niſi Deus afflictionum exitum nobis patefecerit, ſuſpenſis animis maneamus, ut dicitur. Hiccine affligitur? Agnoſcamus Dei manum, & à ſe quiſque incipiens dicat, Heu, eadem aut etiam graviora ſum meritus! miſer, vide an non Deum adeo offenderis, ut infinito gravius in te animadvertere jure poſſit, quam in eum quem tantopere afflictum vides. Talia cogitantes concludamus, Hic duriter quidem tractatur, & merito, quod vitam male egerit: neſcimus tamen quo ſpectet Dominus. Hæc eſt illa prudentia ad quam nos David hortatur, ut exſpectemus ſi forte Deus eos liberaturus ſit quibus ejus manus tam graviter, ſed jure tamen, incumbit. Ita diſcamus præmuniri adverſus quæcunque nos offendere queant ſcandala: ne rebus imaginationem noſtram excedentibus ſic impediamur, quominus ſemper officio noſtro fungamur, neve in medio curſu animum deſpondeamus. Difficilis quidem eſt iſtius doctrinæ praxis: ſed eo magis in ea nobis eſt elaborandum: tum Deus dabit ut optatum finem conſequamur. Idque eſt quod initio dixi, ſi deſiderio noſtros proximos conſolandi teneamur, petendum eſſe à Deo ut nos facultate id præſtandi inſtruat, ne, cum ad rem ventum fuerit, tum inutiles & tanquam ſtipites ſimus. Non adeo tamen mirandum eſt, ita perterrefactos fuiſſe Jobi amicos, eum in illo ſtatu conſpicantes. Nam ita deformatus erat ut nihil ſupra: adeo ut illum primo intuitu non cognoverint, quemadmodum habet contextus. Is quidem affectus in ipſorum cordibus defixus erat, ut eo viſo in tam

nes enim proſperitatis tempore ſeſe inebriant, oblectant, extollunt, nec ulla ſollicitudine tanguntur; ſed Deo ipſos percutiente, tum ita turbantur ut neſciant quo ſe vertant. Sic igitur Veteres, quo hæc omnia in memoriam ſibi revocarent, iſta cerimonia utebantur, ut quaſi ſeſe apud Deum reos hac ratione ſiſterent, ceu miſeros quoſdam ſontes. Et ſane iſtud requiritur ab iis qui offenderunt, ut ſeſe apud Deum condemnent, ad eumque vera reſipiſcentia convertantur. Jobus certe cauſam habebat ſic agendi: itaque ejus amici non poterant melius amicitiam ſuam indicare, quam ſimiliter agendo. debemus enim proximorum noſtrorum perſonam ſuſcipere, ut eorum cauſa veniam à Deo precemur. nulla re alia afflictis magis ſuccurrere poſſumus, quam ſi Deum oremus ne illos rejiciat. Non poſſumus autem precibus noſtris juvare afflictos, niſi, quod jam diximus, cum eis coram Deo humiliemur, & ad lugendum una conveniamus. David teſtatur ſeſe ita geſſiſſe vel Pſal. 35.
in ſuorum hoſtium gratiam, ut, cum eos pereuntes v. 13, 14.
cerneret, animo luxerit, ſuſpiria & lacrymas amaras emiſerit. Quodſi David hoc præſtitit pro inimicis, qui ipſum perſequebantur, quî non idem præſtemus pro iis quos Dei filios eſſe cognoſcamus? Et hic quidem nobis imitandus eſt David, nempe ut etiam pro inimicis noſtris preces fundamus: alioqui enim Jeſus Chriſtus nos non admittet in ſuorum diſcipulorum numerum. At graviſſime peccamus, niſi eadem miſericordia afficiamur erga eos, in quibus aliquod pietatis & rectæ religionis ſignum nobis appareat, quique in eadem doctrina qua nos, ſint inſtituti. Cum iſtis igitur, quum veniam à Deo petunt, noſtras preces conjungere debemus. Hæc habemus obſervanda hoc loco, quum dicuntur amici Jobi diſcidiſſe ſua veſtimenta, & humi proſtratos ſuper capita ſua ſparſiſſe pulverem. Interea notandum, quamvis hujuſmodi cerimoniæ ſigna ſint reſipiſcentiæ, homines tamen minime defunctos eſſe ſi cilicio induti, lacrymas fuderint, taliaque externa multa egerint, ut meram humilitatem & contritionem animi præ ſe ferant. Potius in mentem nobis Joël. 2.
veniat illius ſententiæ Joëlis, Scindite corda veſtra, verſ. 13.
& non veſtimenta veſtra. Unde Joël ſignificat, fruſtra homines tantopere circa cerimonias occupari, & ſeſe in ſpeciem fatigare, niſi prius ſua corda ſciderint. Ecquæ autem eſt iſta ſciſſio cordis, quam Deus exigit? Nempe ut proſternamur & humiliemur coram ipſo, ut, editis ipſius iræ ſignis, jamque nos percutiente ipſius manu, ſimus patientes, & à noſtris peccatis illa proficiſci agnoſcamus, nec imitemur pleroſque, qui ferulis Domini cæſi, frenos mandunt ut muli, & neſcio quam ægritudinem concipiunt, qua Deo intus obmurmurant, quamvis ſeſe probe domi-

Digitized by Google

ore tantum dicamus, Peccavimus: ſed cor linguæ præeat. Quod autem additur, amicos Jobi *ei aſſediſſe ſeptem diebus & ſeptem noctibus*, non ſignificat eos illinc nuſquam pedem moviſſe, ſed maximam partem illius temporis illic impendiſſe lacrymis & humiliationi, ut teſtarentur ſincerum ſuum erga Jobum amorem rejectis omnibus deliciis & commoditatibus, quo una cum eo, quem conſolatum advenerant, ſerio lugerent. Hic igitur eſt ſenſus. Cæterum dicitur nihil interea illos loquutos eſſe. ubi videmus id quod ante attigi, nimirum illos plus juſto turbatos fuiſſe, dum viderent Jobum ita aſpere à Deo tractari. Venerant enim ut illum conſolarentur: jam vero ſunt penè muti. Quid cauſæ eſt? Num omne conſolationis argumentum è memoria ipſis effluxerat? Nequaquam. Præclare inſtructi acceſſerant, ut poſtea viſuri ſumus. Cur igitur tacent? Quoniam hac imaginatione præoccuquam in noſtris afflictionibus ſolatio deſtituamur, nunquam à Dei ſubſidio excludamur, modo ad ipſum confugiamus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, cum agnitione peccatorum noſtrorum, ſupplicantes ut illorum ſenſu ita nos afficiat ut ſemper parati ſimus ſubire quicquid nobis caſtigandis voluerit infligere, ita ut nunquam abjiciamur, niſi ad condemnanda noſtra delicta & iniquitates, ejuſque miſericordiam implorandam. itaque nos coram ipſo reos agnoſcamus, quales revera ſumus, ut tamen non deſinamus illum invocare; ſcientes, nunquam nobis denegatum iri ejus miſericordiam, quotieſcunque vera reſipiſcentia ad eum perfugiemus, nihil aliud optantes quam ipſius voluntati ſubjici, in ipſius timore ambulare, eique tota vita obſequi. Non ſolum autem nobis hanc gratiam largiatur, verum etiam populis, &c.

CONCIO UNDECIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. III.

1. Poſthæc aperuit Job os ſuum, & maledixit diei ſuo.
2. Clamavitque Job, & dixit,
3. Pereat dies in qua natus ſum, & nox quæ dixit, Conceptus eſt mas.
4. Dies illa ſit tenebræ: non requirat illam Deus deſuper, nec ſplendeat ſuper illam lux.
5. Polluant illam tenebræ & umbra mortis, habitet ſuper illam nubes, & involvatur amaritudine.
6. Noctem illam occupet caligo, non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus.
7. Sit nox illa ſolitaria, ne veniat cantus in illa.
8. Maledicant illi qui maledicunt diei, qui parati ſunt excitare luctum.
9. Obtenebrentur ſtellæ crepuſculi ejus: exſpectet lucem, & non adſit, nec videat palpebras auroræ.
10. Quia non concluſit oſtia ventris mei, nec abſcondit moleſtiam ab oculis meis.

EST quod hic conſideremus ſcopum Spiritus Sancti, quo hanc doctrinam ad uſum noſtrum applicemus. Hactenus vidimus Jobi patientiam, & ut totum ſeſe Deo ſubjecerit, adeo illi benedicere non deſtiterit, quantumvis miſer cenſeretur. Jam vero videtur è contrario quiritari & indignari adverſus Deum. Verum ſi rem propius inſpiciamus, cernemus hic luctam, ubi ex una parte prodit ſe infirmitas humana, ex altera ſupereſt adhuc nonnulla virtus reſiſtendi tentationibus.

duxerit. Nihil itaque habent homines de quo jure glorientur: ſed oportet ut à cœlo pendeant, & eo confugiant ut vero muniantur robore. Interea videmus ſubitam Jobi immutationem: non enim videtur novam ſic indignandi occaſionem habere, nec cauſam cur maledicat natali ſuo. quod tamen facit ſeptimo die poſt tantam patientiam exhibitam. Jam dicas eſſe plane alium hominem. Unde monemur, converſa manu evaneſcere virtutem noſtram, niſi à Deo continenter ſuſtineamur. Propterea homo comparatur umbræ. nempe non ideo tantum quod vita noſtra fragilis ſit & caduca: ſed etiam quod ſimus inconſtantes, inſtabiles, mobiles. Interdum videmur animoſi ceu leones, ſed mox ſic molleſcimus & effœminamur, ut & rationem & ſenſum amittamus: & tantum abeſt ut magnanime ac viriliter tentationibus obluctemur, ut ne admonitionibus quidem aurem commodemus. Itaque ſedulo obſervemus tam ſubitam, cui homines obnoxii ſunt, mutationem, ut nobis eo diligentius caveamus, & Deum mane invocatum reliquo die interpellare non deſinamus, nec ab eo unquam mentes noſtras avertamus. Sic ergo decet nos in perpetua ſollicitudine verſari, ſic in orando & precando perſeverare. Jam ad textum ipſum accedamus, quo dicitur Jobus *maledixiſſe natali ſuo*. Sunt qui Jobum velint plane excuſatum, quaſi eum ſuus dolor abripuerit, ita tamen ut à blaſphemia in Deum abſtinuerit. Alii exiſtimant eum, oblitum priſtinæ illius ſuæ patientiæ, ita ſibi frenum laxaſſe, ut Dei immemor, ſiverit ſe tranſverſum à ſuis affectibus rapi, adeo ut inſtar dementis hominis loqueretur. Prius uxorem ſuam ſtultitiæ arguebat, ſed jam ipſe bis ſe ſtultum prodit, dum natali ſuo maledicit. Hæc illi. At certum eſt, Jobum eo non eſſe prolapſum: ſemper enim huc collimavit, ut Deo ſeſe morigerum præberet, ſicut viſuri ſumus. Verum in hac pugna vulnus accepit, adeo ut titubarit & aliquantum ceſſerit. Itaque hoc medium teneamus, nempe Jobum non retinuiſſe priſtinam illam integritatem, quanta erat antea: & quamvis tanta miſeria urgeretur ut à via deflexurus videretur, tamen perſequutum eſſe curſum
Rom. 7. ſuum, ut obediret Deo, ſed nihilominus, ut Paulus
verſ. 19. ſeptimo ad Romanos inquit, non perfeciſſe quod cuperet. Paulus eo loco agens de ſeipſo, confitetur, quamvis nihil aliud optaret quam Deo ſeſe totum tradere, nihilominus ſe non hoc conſequi, ſed nimia carnis ſuæ imbecillitate prohiberi. Quodſi Paulus iſtud confeſſus eſt, ne videatur nobis novum quod idem Jobo contigerit, nempe quod quum vellet pendêre à Dei voluntate, non omnibus tamen numeris abſolutus fuerit hic ejus affectus, ſed claudicarit atque vacillarit. Et ſane videmus quid accide-

quod amici triſtitia quidem afficiantur, ut, quo ſe vertant, neſciant, quemadmodum vulgo dicitur, atque adeo verba effundant quæ excuſationem nullam mereantur: attamen in media iſta infirmitate non deſerantur, nec deſtituantur Dei virtute quæ ipſos ſuſtineat: ut ſentiant ſibi adeſſe ſemper rectum affectum: quo, licet robur pedum deficiat, forti tamen animo perſeverent, ut fert proverbium. Hæc ſunt hoc loco obſervanda. Quo magis autem innoteſcat, qua in re Jobus & quouſque peccarit, videamus quemadmodum liceat hominibus tædio vitæ affici. Plurimi quidem ex Ethnicis, in miſerias hujus vitæ terrenæ oculos conjicientes, dixerunt, natali non lætitiæ, ſed luctus & mœroris feſtum eſſe celebrandum, quod homo in lucem editus ab ejulatu incipiat. En creaturam turpiſſimam, viliſſimam ac infeliciſſimam omnium, atque adeo infinitis malis obnoxiam, ut nemini non ſerio contemplanti patet. Itaque ſi vitæ hujus ſtatum reſpicimus, quid aliud dicamus niſi infantibus naſcentibus eſſe lugendum, & hominibus morientibus lætandum eſſe, propterea quod à quam plurimis malis liberentur? Quamvis autem ſic loquuti ſint Ethnici illi, nihilominus non eo ſenſu ſuo pertigerunt, quo nos Deus verbo ſuo ducit. In hac enim vita hoc modò quæſiverunt, nempe ut non penitus quidem cibo & potui indulgerent, ſed honorem & gloriam conſequerentur, atque ita ſuum quiſque curriculum conficerent. At Scriptura ſacra nos docet, Deum nobis in hac vita collocandis inſculpſiſſe ſuam imaginem, ut agnoſcamus nobilitatem & dignitatem qua nos præ cæteris rebus creatis donavit. Nonne igitur habemus quo lætemur & Deum extollamus, etiam hoc uno donati, quod ille in nobis ſua imagine & ſimilitudine impreſſa gloriam ſuam velit elucere? Adhæc dum in hoc mundo non deficimus cibo & potu, ex eo cognoſcimus Deum eſſe patrem noſtrum. Quorſum enim tellus producit fruges? Ut nos alat. Quod quidem non temere fit, ſed Deo ita ordinante. Cur iſtuc? Nempe quod velit ſeſe erga nos patrem exhibere. Hæc igitur adminicula, quibus, dum hic agimus, ſuſtentamur, totidem ſunt paternæ Dei erga nos benevolentiæ argumenta. An non tale beneficium debemus plurimi facere? num vero poſſumus, quanti meretur, æſtimare? Huc accedit, quod Deus velit nos hic exercere ad vitæ cœleſtis ſpem, dum aliquem guſtum ejus nobis ingerit, nos ad eam vocat, vult ſe à nobis coli atque honorari, ut intelligamus nos ſuos eſſe atque in numerum domeſticorum ſuorum admiſſos. His igitur omnibus ſedulo expenſis, nonne cauſam habemus celebrandæ gratiæ ipſius, in nos collatæ, dum in hac vita nos conſtituit? Interea autem verum

eſt,

Digitized by Google

tur? num ut in Deum inſurgat? Nequaquam: ſed eſt organum Spiritus Sancti, noſque docet ut in hac vita continenter gemere ac ſuſpirare debeamus. Quamobrem? Nam ergaſtulo mortali circumdamur, totque pravis affectibus & cupiditatibus obnoxii ſumus, ut non facile Deo adhæreſcamus: deniquo corruptione, perpetuo nos ad malum ſollicitante, referti ſumus. En cur lamentari nos oporteat exemplo Pauli, qui nobis viam præmonſtravit. Jobus autem maledicit natali ſuo. Qua in re nullam excuſationem meretur: nec, modum non exceſſiſſe, dici poteſt. Quid ita? Hæc enim duo ſemper conjungenda ſunt, Deum nobis creandis imaginem ſuam inſculpſiſſe, & eo nos honore affeciſſe quo reliquis creaturis præſtaremus. Ita nunquam deficit nos ejus nomini benedicendi materia. Et quamvis hæc vita miſeriis infinitis referta ſit, non poſſumus tamen ſatis commendare beneficium iſtud inæſtimabile, quod Deus nobis contulit dum nos in hoc mundo collocavit: ſiquidem hic ab illo conſervati, paternam ejus erga nos curam experimur, quodque nolit nos, utcunque ſit, derelinquere. Quod quum ita ſit, an non habemus quo vel in ipſis afflictionibus lætemur? Itaque fidelis, qui ſedato animo loquatur, nunquam natali ſuo maledicet, qualicunque malo afficiatur. Jobus itaque ſic maledicens natali ſuo, in Deum fuit ingratus; nec poteſt dici non graviter peccaſſe dum ſuos limites exceſſit. Cæterum obſervemus, licere fidelibus natali ſuo benedicere, non quidem ſi reſpiciant ſuas miſerias quas cum Paulo deplorent, ſed ſi conſiderent ſimpliciter quantum ſit Dei beneficium quod in mundo ipſos collocarit. Ethnici quidem hoc ritu abuſi ſunt: nam quum ſuos natales celebrarent, ſtultis & ſuperfluis pompis laſciviebant. Origo tamen celebrandi natalis, à ſanctis Patribus nata, ſancta erat: quod æquum judicarent, ut gratiæ Deo agerentur, ideoque ſolennis eſſet natalis dies, quo Domini beneficentia recoleretur. Quamvis enim aſſiduè & indefinenter in memoriam reducere debeamus Dei beneficia, utile tamen & laudabile eſt, die, quo in lucem editi ſumus, perpetuum monumentum exſtare quo admoneamur ſimili gratiarum actione uti, Rediit ille dies quo primùm lucem Dei gratia adſpexi. Interea multifariam Dominum offendi: jam eſt quod veniam ab illo petam. Sed & quamplurima beneficia in me contulit, in primis autem fovit me perpetua ſpe ſalutis, & ex multis periculis liberavit. quæ omnia jam debeo in memoriam revo-

petere à Deo debemus, ut nos contineat: &, ſi interdum ſinat prava verba nobis excidere, non ea firmitate, qua deceret, perſtantibus, ut concuſſi & labantes non corruamus, ſed ab ipſo erigamur, & vires colligamus, quibus noſipſos reprimamus: ita ut infirmitatis noſtræ vitium ipſi damnemus, quo brevi ad rectam viam redeamus. Hæc habemus hoc loco notanda. Porro quum Jobus ſic loquitur, *Pereat vel maledicta ſit nox quæ dixit Conceptus eſt mas*, videtur velle Deum ſtomachoſe reprehendere. Nam ſi cauſam & amplum argumentum habemus, ut jam dixi, benedicendi noſtro Creatori quod nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam fecerit, eo pluris hoc beneficium à viris fieri debet, quod virilis ſexus præſtet ac anteponatur fœmineo. Scimus virum à Deo conſtitutum eſſe caput, & ea dignitate ac præſtantia donatum, qua mulierem antecellat: ideoque ait Paulus, virum non debere velare caput, quum *1 Cor. 11.*
is ſit gloria Dei, at mulier gloria viri. Dei quidem imago in muliere quoque inſculpta eſt: attamen mulier inferior eſt viro. Hi gradus quos Deus in natura conſtituit, non ſunt violandi. Proinde æquum eſt ut Deus & in maribus & in fœminis glorificetur, at præcipue quando mas naſcitur. Contra Jobus optat illam noctem execrationi eſſe, qua dictum eſt, marem eſſe natum. Quam ob cauſam? quum ea quæ Deus conſtituit, juſtum ſit evenire prout ordinavit? At Jobus adverſatur. Nempe quia, quod jam attigi, ita in ſuis perturbationibus evaneſcit, ut gratias Dei, quarum ſupra meminerat, oblivioni tradat. Dixerat enim, Si beneficia Dei ſuſcepimus, cur non mala ab ejuſdem manu ſuſcipiamus? Debemus enim ei nos ſubjicere. Jobus ergo debuit iſtud ſibi in memoriam reducere, pro eo quod, quum mas ſit excellentior fœmina, maledictam tamen optavit noctem illam qua ipſe mas conceptus fuiſſet. Quibus omnibus, uti jam attigi, admonemur, Deum eſſe invocandum ut nos corroboret, & ea virtute muniat qua tentationibus reſiſtamus: quum hic vir (qui ſpeculum eſt patientiæ) ita fuerit abreptus. Itaque ſiquando nos aliqua perturbatio occupat, nec carni, nos inſtiganti, ita fortiter & conſtanter, ut optandum foret, reluctamur, quo in obedientia erga Deum perſeveremus: ne propterea deſpondeamus animum, quum idem Jobo contigiſſe videamus. Oportet ergo ut noſipſos dejiciamus & humiliemus, cognita imbecillitate noſtra, interea quoque animum recolligamus, quoad nobis

Digitized by Google

celebrandum, tibique obſequendum, mihi demortuo ſuccedat : & ſi dederis mihi ut parens dicar, hoc quoque mihi largitor ut quos mihi dederis liberos ſic inſtituam ut vere te ſummum omnium parentem referant, te colere & obſervare diſcant, à te pro benevolentia tua regantur. Ita contentos eſſe decet parentes: ut, quum unicam prolem Deus ipſis, plures eoſque mares optantibus, conceſſerit, dicant, Noſti, Domine, quid mihi expediat, tuæ ſapientiæ ſubjici me par eſt. Hac ratione benedictio Dei ſeſe proferet. At quoniam homines immoderatis cupiditatibus aguntur, juſtum eſt ut Deus ipſos ſtultitiamque ipſorum irrideat. Interea quoque admonemur ne alii alios contemnamus. Nam etſi Deus mares ea dignitate & præſtantia dignatus eſt ut ſint ceu caput generis humani, fœminis inferiore gradu conſtitutis, non eſt quod illi propterea ſuperbiant.
1 Cor. 11. verſ. 11. Audiamus enim quid dicat Paulus, Ex viro quidem ortum ducere humanum genus, nempe ex Adamo, non conſiſtere tamen abſque muliere. Si viri à mulieribus, ad alterum mundum ex ſuo ſexu conflandum, ſeparari poſſent, haberent quo gloriarentur: jam vero ſi ſeſe quiſque ſpectet, patrem abſque matre ſibi neminem reperiat. Itaque quum genus humanum per mulierem conſiſtat, agnoſcere debemus nos mutuo alios aliis eſſe devinctos. Tum etiam quali conditione creata fuit mulier? In adminiculum quidem viri, cui ſubjecta eſſet, creata eſt: ſed ita ut etiam ſocia ſit viri, ſicut in Scriptura
Geneſ. 2. verſ. 20. vocatur. Dicitur enim, inter omnes res à Deo creatas non fuiſſe inventum Adæ adjutorem aptum ipſi. Nempe propterea quod non eſſet ejus natura ſimilis beſtiis, propter excellentiorem ipſius creationem. Quodſi mulieres ſociæ ſunt & adjutrices virorum, non debent viri contemnere nec aſpernari aut rejicere mulieres: ſed oportet ut mutuo nexu conjuncti dicant, Deus noſtrum genus creavit & formavit, quod per viros & mulieres conſervet: ut una communi conſenſu vivamus, ſcientes nos communitatis vinculo conſociari, quod Deus inter nos conſecravit, ut eſſet inviolabile. Hæc nobis obſervanda ſunt ut juſtum modum teneamus. Nunc autem ad ea quæ ſequuntur accedamus. Subjicitur, *Jobum imprecatum eſſe natali ſuo ut tenebris obſcuraretur, æſtu arderet, nimbis, tempeſtatibus, nubibus involveretur, non computaretur in diebus anni: ut nox careret ſtellis nec in menſibus numeraretur.* Videtur hic velle omnem naturæ ordinem pervertere: unde cognoſcimus quam æſtuantes ſint noſtræ perturbationes. Quodſi abſque exceſſu & intemperie contriſtari poſſent homines in ſuis afflictionibus, hoc quidem non eſſet vituperandum. Quamobrem Do-

[illegible] non obliviſcantur officii, nec abripiantur: ſicut Jobo contigit, imprecanti, *ut dies ille non numeretur in diebus anni.* Num dies anni diſpoſuit? quid hîc vult mutatum in ordine quem Deus conſtituit? Dominus noſter docens ſobrietatem quæ in jurando ſervanda eſt, Non poteſtis, inquit, unum capillum album aut nigrum facere: ne ergo juretis per veſtrum caput. Hic autem Jobus longius fertur: vellet enim ſtellas ex cœlo deturbare & univerſali æſtu totam terram areſacere: vellet omnia nimbis & tempeſtatibus perturbare & confundere. Quo docemur, homines paulo gravioribus malis afflictos ita abripi, ut modeſtia omni ſublata, in omnem intemperiem ruant. Quod quum Jobo contigiſſe cernamus, eo diligentius nobis cavere debemus, quo ita in afflictionibus gemamus ut interea Deo de omnibus gratias agamus & benedicamus, nec ipſius iram provocemus, ne incogitantia quidem. nam certum eſt, Jobum noluiſſe de induſtria Deo inſultare aut maledicere. huc tamen lapſus eſt inconſiderantia. Nam perturbationes noſtræ ſunt cæcæ, imprudentia diſcernendi caremus, oberramus per avia. Quum ſciamus adeo immoderatas eſſe noſtras affectiones, tanto magis Deum precari debemus ut eas moderetur. Interea autem ſi comparetur Jobus cum iis qui Deum ore aperto blaſphemant, quantam, quæſo, condemnationem iſti merebuntur? Jobus enim, quamvis tota vita Deum coluerat, nihilominus hic quaſi in theatro ſpectandus à Spiritu Dei proponitur, ut ejus nuditas appareat, ut humilietur, denique ut omnes videant eum Dei gratia deſtitutum ſeſe prope ad inferos uſque præcipitaſſe, niſi manus Domini ſtatim ipſum ſuſtinuiſſet. Quum igitur Jobum Deus ita exercere voluerit talique infamiæ exponere, cujus exemplo cæteri homines cautiores redderentur, quid illis fiet qui Deo temere & ſine cauſa inſultant? Sunt enim nonnulli qui leviter contriſtati aut ab aliquo irritati, illico nomen Dei proſcindunt: qui videntur ſibi jure excuſabiles, ſi dixerint, Cur ille mihi ſtomachum movit? leviſſima tantum irritatione, ceu muſca, oculos ipſorum prætervolante, abrepti, in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum indignis modis dilacerandum involant, nec morti, nec ſanguini, nec carni, nec ulli ejus membro parcentes: quaſi vero Dominus noſter aſſumſiſſet carnem humanam ut ab iſtis monſtris ſic proſcinderetur, qui indigni ſunt quos terra ſuſtineat. Attamen obtendent quaſi legitimam excuſationem, quod hic vel ille ipſos ad iram provocaverit. Cur potius in hominem, à quo laceſſiti fuerint, non inſultant? (quod etiam facere non poſſent abſque offenſa

Digitized by Google

ſequamur, ut nihil ſit in ſermone noſtro non dignum ejus honore, nedum ut quicquam immodeſtum proloquamur, ſicut Jobo contigit. Et quo magis eo incitemur, obſervemus quod adjicitur, *Maledicant illi qui maledicunt diei, qui parati ſunt excitare luctum.* Quibus verbis magis ac magis apparet, homines nullum modum tenere, nec finem facere, ſimulac ipſorum perturbationes efferbuerint: ſicut olla, cui ſubjectus eſt ignis, ubi ſpumam prima bullitione emiſit, ita ſubinde fervet ut inhiberi nequeat. Ita ſe habent perturbationes noſtræ: quæ ita ſunt immoderatæ, ut primo conatu ſedari non poſſint. peccata noſtra, tum etiam ut patientiam noſtram probet, ne tam miſeri ſimus ut ei obmurmuremus: ſed potius ei benedicamus, ſcientes juſtam illum habere cauſam nos caſtigandi: interea etiam nos Sancto Spiritu ſuo ita regat ut nihil aliud quæramus quam ejus voluntati ultro ſubjici, quo in nobis efficaciter agat pretioſus Filii ipſius ſanguis pro noſtra redemtione effuſus: & ita magis ac magis hac de re certi reddamur, quoad nos ad gloriam ſuam immortalem, quo nos vocat, collegerit. Non ſolum autem nobis hanc gratiam largiatur, verum etiam populis, &c.

CONCIO DUODECIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. III.

10. Quia non concluſit oſtia ventris mei, nec abſcondit moleſtiam ab oculis meis.
11. Quare non à vulva mortuus ſum, & egreſſus ex utero non ſtatim perii?
12. Quare exceptus genibus? cur lactatus uberibus?
13. Nunc enim jacerem & quieſcerem: dormirem, & quies eſſet mihi,
14. Cum regibus & conſiliariis terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines:
15. Aut cum principibus qui poſſident aurum, & replent domos ſuas argento:
16. Aut ſicut abortivum non ſubſiſterem, ſicut parvuli qui non viderunt lucem.
17. Illic impii ceſſant à commotione, & ibi quieſcunt feſſi robore.
18. Simul vincti conquieſcunt, nec audiunt vocem exactoris.
19. Parvus & magnus illic æquales ſunt: & ibi ſervus liber eſt à domino.

ANte declaravimus, ſi triſtitia & mœrore afficimur, ſola beneficiorum Dei recordatione nos exhilarari debere, aut mala noſtra ſaltem leniri & dolores mitigari. Ut, ſi rebus adverſis urgear, & in memoriam reducam quæ à Deo accepi beneficia, hac cogitatione mœrorem meum levari oportet. Quod quum ita ſit, non eſt quod ullis afflictionibus oblivioni tradamus cognitionem bonorum & gratiarum, quas nobis à Domino collatas eſſe novimus. quod fit tamen: ut docet exemplum Jobi, quum alioqui eſſet verum ſpeculum patientiæ. At debebat agnoſcere, quantacunque mala pateretur, maximi boni loco quod in lucem editus fuiſſet creatura ratione prædita, quod imaginem Dei geſtaret, quod educatus & conſervatus eſſet ad ætatem virilem uſque, ut Deum patrem ſuum eſſe intelligeret. Hæc bona omnem æſtimationem ſuperant. Nihilominus tantum abeſt ut Jobus illa in pretio habeat, ut contra ſe ea nunquam guſtaſſe velit. Videmus ergo ut nos tentationes turbent, & quum ex beneficiis Dei argumentum lætitiæ & levamen dolorum percipere deberemus, contra inde arripiamus occaſionem ſtomachandi, adeo ut optemus à Deo nullum unquam beneficium accepiſſe, nec ipſum unquam cognoviſſe. Non quod Jobus plane ſic ſenſerit: at ei verba non præmeditata excidunt præ

ris pene opprimimur, adeo ut fruſtra Deus implorari videatur, cogitandum eſſe nos ab eo creatos fuiſſe, in nobis imaginem ejus eſſe inſculptam, illum plurimis documentis declaraſſe quod nos in filiorum ſuorum numero habeat. His erigi debent animi noſtri & corda ſurſum attolli, quo ei debitas & condignas laudes canamus: tum etiam tanquam calcaribus incitari, ut magis magiſque in ipſo ſperemus, non dubitantes quin talem in futurum ſeſe erga nos præſtet, qualem ante ſumus experti. Præſtaret quidem ei qui totus peccato addictus eſt, nunquam natum eſſe, quemadmodum inquit Dominus noſter, Væ homini illi per quem offendiculum evenit, præſtiterit ei ut nunquam in lucem editus fuiſſet. Ita eſt ſane. Verum quum calamitates & moleſtias patimur, non propterea indignari nec ſtomachari decet, ita ut beneficentiæ Dei obliviſcamur, quam nobis ante exhibuit quando hujus lucis uſura frui nos voluit: nimirum ea conditione ut ſimus ipſius filii, propter inſculptam in nobis ipſius imaginem. Jobus itaque peccavit ingratitudine. Interea obſervemus, non ita loquutum quaſi ejuſmodi ſermonibus aſſentiretur. Ita exagitatus fuit, ut hæc illi ex ore exciderint, animo aliud ſentiente, nempe æquum eſſe ut tot tantaque beneficia, quæ à Deo acceperat, ſemper agnoſceret. Quo docemur, quamvis Spiritu Dei nos corroborante, & aliqua patientia, ad reſiſtendum tentationibus, fulciente, nihilominus tamen non ita validos eſſe quin dolore, ceu vehementi turbine, à moderatione abripiamur. Unde monemur, ut timide & caute agamus, precantes Deum ut noſtræ infirmitati, quam probe novit, ſuccurrat. Cæterum, ſiquando extra moderationis limites egreſſi, in tales querelas erumpimus, eundem Dominum oremus, ut iis armis nos inſtruat quibus ejuſmodi certamina eluctemur. Ut ut ſit autem, faciamus quod jam dixi: id eſt, ſemper nobis ob oculos proponamus beneficia Dei præterita, in nos collata: unde conſolationem petamus, ne mœrore opprimamur, ſed ut aliquem bonitatis Dei guſtum habentes, inde ſperemus nobis adhuc adfuturam ipſius miſericordiam, etiamſi nihil tale appareat, ab eaque prorſus excluſi videamur. Hoc loco iſtud habemus obſervandum. Interea diſcimus etiam, homines, quum ſemel officium deſeruerint, nunquam oberrandi finem facere. Nimium illud erat, quum dixerat, *Cur non clauſa fuerunt oſtia vulvæ ex qua in lucem prodii? Quare in mundum editus ſui?* Sed præterea adjicit, *Quare me exceperunt genua? quare ubera ſuxi?* Hic videmus Jobum non utiliter, ſicut oportuit, conſiderare beneficia Dei, quamvis ea non mediocriter beneficium quod ab ipſo accepimus, ita ejus paterna bonitate tangi atque affici, ut ei gratias agamus. Ubi autem ſic inceperimus, perſequamur. Nam qui ſemel habenas ſibi laxavit, nullum poſtea modum tenere poteſt. Quodſi iſtud contigit Jobo, qui ſingulari conſtantia præditus erat, quid nobis fiet, qui folia duntaxat ſumus, ita ut vel leviſſimo vento decidamus? Agnoſcamus ergo quam opus habeamus confugere ad Deum noſtrum, qui nos ſuſtineat. Sic autem loquutus Jobus, pejora etiamnum verba ſubjicit, *ſe quiete fruiturum ſi mortuus eſſet.* Quid ita? Nempe *quia mors finem rebus omnibus imponit, adeo ut illic nec dives ſit nec pauper quiſquam, nec ſervus nec dominus: qui turbas excitarunt in hoc mundo, & qui laborioſi fuerunt, ibi pariter conquieſcunt. Jacerem & dormirem, ſine ſollicitudine & mali metu.* Videtur autem primo intuitu Jobus hic loqui velut Ethnicus quiſpiam, qui nullam ſperet ſecundam vitam & felicitatem futuram, nec reſurrectionem, quamquam hæc ex ejus animo non eſſent deleta. Sed interdum perturbationes noſtræ ſunt adeo vehementes, ut ſemen ſpirituale quaſi ſuffocetur, & omnis ille religionis fulgor, quo nos illuſtrari oportet, obſcuretur, & præclaræ notiones velut ſopitæ & debilitatæ jaceant. Hoc quidem obſervatu dignum eſt, ſed ampliore declaratione eget, quo melius intelligatur. Videmus ut quæ in præſentia patimur, nos excæcent. nam æſtate (utendum eſt enim familiaribus iſtis exemplis) calorem ſentientes nihil moleſtius judicamus: languemus, diffluimus, deficimus, gelu vehementiſſimum nobis refrigerandis & refocillandis expetimus. Hyeme vero facillime æſtum ferre poſſe nobis videmur. En ut paſſiones præſentes nos abripiant. id quod omnibus commune eſt, ita tamen ut alii aliis molliores ſint & minus tolerantes. Itaque pro ſuo quiſque ingenio impatienter mala fert, & maxime angitur ac indignatur. Quæ experimenta quum videmus, ſciamus homines ita transverſos rapi à ſuis perpeſſionibus, ut nihil cogitent niſi quod ipſos inquietat & cruciat. Quod hic animadvertere eſt in Jobo. nam ita dolore premitur, ut potius cogitet de conditione eorum qui morte defuncti ſunt, quam de reſurrectione & vita ſecunda. De hac, inquam, non cogitat, dum ſic temere loquitur. Eam quidem notionem & perſuaſionem animo inſculptam gerit, verùm quaſi ignem cineribus opertum & veluti ſuffocatum. Nec mirum videri debet, quod pravi & vitioſi affectus nos in rerum probe nobis antea cognitarum oblivionem inducant. Videmus enim id proprium quoque eſſe recto zelo, qualis in Moſe & Paulo fuit. Quum Moſes petit à Deo ut ſe ex libro vitæ deleat, *Exod. 32. verſ. 32.*

quo

Digitized by Google

quam, ſicut ipſe poſtea declarat. Itaque hoc ejus deſiderium non fuit abſque contradictione, ſed minime tamen vitioſa. nam, ut dixi, zelus ſuus, qui ſanctus eſt & rectus, ipſum adeo inflammat & abripit, ut in præſentia ſalutis ſuæ nullam rationem habeat, dum cupit ut Deus promiſſionem ſuam impleat erga ſobolem Abrahæ, ne ipſius nomen alioqui blaſphemetur. Ex quibus exemplis intelligimus, etiam bonas affectiones interdum quaſi modum excedere in filiis Dei, ut obliviſcantur quod probe certoque norint. Quod quum ita ſit, mirum videri non debet, quod Jobus, doloris vehementia coactus, hic temere loquatur, dum morte omnia exæquari dicit, quaſi homines in nihilum redigerentur, nunquam reſurrecturi. Non quod non aliud animo ſentiret & perſuaſum haberet: ſed loquitur ut is qui ecſtaſi corripitur. nam dolor ſic eum excæcabat, ut ſui compos non eſſet, ſed æſtuaret inſtar maris agitati, cujus undæ aliæ aliis obluctantur. Egregium ergo hic ſpeculum habemus, quo cognoſcamus noſtros affectus cæcos eſſe, ut qui non ſequantur rectam rationem ad ea clariſſime intelligenda & firmiſſime tenenda quæ omnium certiſſime perſuaſa & perſpecta nobis eſſe oporteret. Quid enim nobis fiet, niſi ſciamus nos ad vitam meliorem eſſe conditos? Præſtaret nos eſſe aſinos vel boves. Nam brutæ animantes fruuntur hac vita, comedunt, quieſcunt, earum labor caret ſollicitudine. Homines vero ſine anxietate ne buccellam quidem edunt: & in mediis voluptatibus plurimis conſcientiæ ſtimulis vexantur: nec eſt quod aliunde malum ſibi accerſant: ipſi ſunt ſui ipſorum tortores & carnifices. Si ergo ſpe futuræ vitæ careremus, quæ noſtra eſſet conditio? Et hoc quidem inſculptum eſſe in omnium mentibus voluit Dominus: ſicut videmus Ethnicos ipſos, quamvis brutis ſimiliores quam hominibus, retinuiſſe ſemper nonnullam vitæ ſecundæ & immortalitatis animæ notitiam: & qui iſtud non cognoverunt, non caruerunt nota unde inexcuſabiles redderentur, nempe ſepultura mortuorum, quam ſedulo obſervarunt. Jobus autem jam nihil horum novit. Quid ergo dicamus niſi quod jam oſtendi, nimirum ubi perturbationibus noſtris & affectibus frenum laxamus, iis nos occæcari, aut ita involvi ut nihil cernamus, ſed inconſiderate quicquid in buccam venit, effutiamus, & immoderate verba profundamus? Verum ex altera parte etiam obſervemus gratiam Jobo collatam.

qualia ſint: inutilia videlicet propter æruginem: adeo ut nec clypeo nec enſe uti poſſit quum res exigit. Ita & nos cognoverimus quidem quod facit ad ſalutem, ac nobis egregiam dexteritatem tribuemus, ſed neſciemus iſtud ad uſum noſtrum adhibere. Tum etiam iſta cognitio rubiginem contrahet, ut ne in mentem quidem nobis, quum opus fuerit, veniat. Hinc ergo perutilem doctrinam colligimus: nempe quod non ſatis ſit cognoviſſe ſemel quæ ſalutaria ſunt & à Deo nobis propoſita, ſed aſſidue, imo indeſinenter iis meditandis & in memoriam ſubinde revocandis eſſe incumbendum, quo verum Scripturæ ſacræ uſum intelligamus. Quodſi Jobo contigerunt quæ hic commemorantur, qui tamen tam diligenter meditatus erat verbum Dei (non dico verbum ſcriptum, ſed doctrinam ipſi divinitus inſpiratam) ſi, inquam, in rebus adverſis ita obſtupeſcit: eheu, quid faciamus nos qui longe illo ſumus inferiores? Itaque petamus à Domino, ſi interdum nobis humiliandis dominari noſtram imbecillitatem ſinat, nec ea ſimus virtute inſtructi qua Satanæ impetus, ſicuti par eſſet, repellamus, ut iſtud ex ſuo commentario deleat, nec nobis imputare velit. Hæc facere nos convenit. Volumusne autem abſolvi à Deo? priores ipſi debemus condemnare vitia quæ in nobis deprehendimus. Porro etiam obſervemus, Scripturam aperire nobis de ſtatu futuræ vitæ ea quæ ſcire expedit: nimirum homines, peracto ſuo curriculo, à Deo ex vita evocari: nam hæc vita comparatur curriculo, cui quidem morte finis imponitur: non ita tamen ut aut non cruciemur, aut non fruamur felici gaudio, animabus noſtris à corpore ſolutis. Et hæc quidem obſervanda ſunt. Quod autem attinet ad moleſtias hujus vitæ, in conquirendo victu & amictu, in cavendis noxis & injuriis quæ tum ab hominibus, tum à beſtiis nobis inferri queunt, hæc quidem deſinunt, ſed ſoli tamen filii Dei recipiuntur in gaudium. Nondum quidem iſtam coronam, quæ nobis promiſſa eſt & parata, poſſidemus: oportet enim ut totum corpus Jeſu Chriſti ſimul perfecte compleatur. Propterea dicitur vita noſtra abſcondita eſſe in Jeſu Chriſto, donec is pateſiat. Fideles tamen jam iſtius gaudii ſunt participes in ſinu Abrahæ, quum perſuaſi ſint Deum eſſe ſuum patrem nec ſe fruſtra in eum ſperaſſe. Quin etiam illud Pauli notandum eſt, Nos dum ergaſtulis iſtis mortalibus concludimur, ſpe ambulare, quia res nobis promiſſæ oculos noſtros

Coloſſ. 3. verſ. 3.
Rom. 8. v. 23, 24.
2 Cor. 5. verſ. 7.

Digitized by Google

v.9,12. ea ſobrietate: ne ſcilicet appetamus ſubtiliores eſſe, quam par ſit, circa ejuſmodi frivolas quæſtiones, ſed ut cognitione rerum utilium contenti ſimus. Nihilominus hoc pro certo ſtatuendum eſt, mortem non afferre omnibus requiem. Homines quidem, etiam improbi, ut dixi, morte liberantur ab hujus vitæ negotiis: at propterea tamen non deſinunt cruciari, quod Deum judicem ſuum eſſe norint, à quo nullam veniam ſperent. ſciunt enim ſibi paratum eſſe dedecus, & ſe in tartara eſſe præcipitandos. Quum igitur illic convicti & damnati ſupplicium exſpectent, inquietudine afficiuntur quæ omnes labores & moleſtias hujus vitæ longe ſuperat. De his ſerio cogitandum eſt, dum hic agimus, ut hic etiam à Deo precemur ut nos Spiritu ſuo regat, nequid illicitum & nefas appetamus, exſpectantes dum nos omnes, prout pollicitus eſt, in ſuum cœleſte regnum colligat. Hæc ſunt nobis obſervanda. Cæterum quamvis temere loquatur Jobus, uti jam diximus, inde tamen aliquid utilitatis percipere poſſumus. Quid iſtud? Quum ait, *Reges & Principes ſibi ædificare ſolitudines*, id eſt, *in ſolitudinibus*, notat ſtultam eorum ambitionem, qui, rebus mundanis addicti, hic gloriam & nomen æternum ſibi comparare ſtudent. Scimus, raro modum teneri ab hominibus dum concipiunt & moliuntur domos & palatia exſtruenda. ſi ordinem, quem natura dictat, ſequuti, domos, pro ſuis facultatibus, habitandi cauſa, Deo ſic volente, ædificarent, laudabilis eſſet iſta mediocritas. Atenim qui in hoc mundo magni eſſe cupiunt, ea re minime contenti, perpetuam nominis ſui memoriam ſuis palatiis & caſtellis imprimere volunt, & hæc eminus conſpici. Quis hunc locum ædificavit? Iſte vel ille Princeps. Sic ambitio tranſilit naturæ ordinem. Quod Jobus ſignificare voluit: acſi dixiſſet, homines in terris verſantes multis curis ſtimulantur: ut aliunde quam à ſeipſis ad labores & ſollicitudines impelli neceſſe non habeant: propriis enim inſtigantur cupiditatibus, ita ut cum natura ipſa pugnent. Quid enim eſt ædificare ſibi loca deſerta? eſt, incredibilia quædam ædificia moliri: ut viator in admirationem raptus dicat, Quomodo hîc potuit ædificium exſtrui? Nam ubi ſitus facilis eſt & commodus, nemo miratur ſi illic ædificium videat, ſed pro re vulgari habet. At locum inacceſſum & ſolitarium ſiquis ædificio nobilitare præſumat, ſolitudinem ſibi & quaſi novum aliquem mundum ædificat. Ejuſmodi hominum genus Deo ſeſe quaſi opponere conantur: volunt enim reformare mundum & ordinem à Deo conſtitutum: volunt oſtentare omnes difficultates ſibi cedere: quamvis eis Deus cancellos circumdederit,

narum acceptio, nec diſcrimen ſervi & domini. verſ.9.
Terrena quidem politia, ut & Magiſtratuum dignitas, conſtituta eſt à Deo: ſed quæ hunc mundum tantummodo ſpectet. itaque mundi finis iſtis quoque finem imponet. Videamus ergo ut humilitatis & modeſtiæ limitibus contenti, nihil attentemus quod non permittat Deus. Nunc autem revertamur ad ſermonem à nobis inſtitutum: nempe verba Jobi modum & menſuram excedere, adeo ut ſi illis aſſenſus fuiſſet, horrendas blaſphemias evomuiſſet. Ut ut ſit, quum ea virtute præditus non fuerit, qua ſibi moderaretur, in multa graviaque prolapſus eſt vitia, ſicut etiam neceſſe eſt ut multam in ſe carnis imbecillitatem ſentiant homines dum luctantur. Ac certe videmus ut Jobus hic loquatur de infantulis. nam de *abortivo* ita contemtim loquitur, quaſi Deus alicui creaturæ humanæ animam in utero materno non infunderet. Contra ſcimus Deum inſpirare animam, ac proinde vitæ ſemen, homini ſimulac in vulva concipitur. Sic prodit Jobus, ſe mentis ſuæ non eſſe compotem ut rite expendat opera Dei, recteque de eis judicet, & album à nigro diſcernat: ſed eſſe perturbatum. Unde autem iſtud? A violentia affectuum ipſius, ut dixi. Nam tanquam à tempeſtate & nimbo ita Jobus obſtupefit, ut ſurdus & cæcus reddatur. Quemadmodum, quum tonat, aër ita concitatur ut retundatur auditus, ſtupefiant ſenſus, terrore corripiamur: quum cernimus fulgetra, audimus fulminis fragorem, grandinem impetuoſam intuemur, tunc prope perditi nobis videmur, contrahimus nos velut in noſipſos, nec caput erigere audemus: ſic etiam Jobo contigit. Itaque iſta meminerimus, una cum ea doctrina quam jam attigimus. Duo autem hic etiam notanda ſunt: ut à duplici extremitate nobis caveamus. Alii putant nullam eſſe patientiam niſi eam quæ hominem perfecte pacatum & ſedatum reddat. Alii vero ſi audiant aliquem quidpiam impatienter ferre, & Deo obſiſtere, exiſtimant eum nihilominus eſſe patientem, dummodo tandem poſtea ſibi in ſuo vitio diſpliceat atque reſipiſcat. Iſti ſibi frenum laxant, plurimaque peccata ſibi permittunt, imo etiam ſibi videntur patientes quum ſic in Deum indignati fuerint & debacchati. ſed ita ſeſe Dei gratia privant. Utraque autem extremitas fugienda. Quapropter obſervemus, non ita nos patientes eſſe & Dei voluntati obſequentes, quin interdum ſubiraſcamur, & nonnihil indignemur, ac tanquam fluctibus nos agitari ſentiamus, adeo ut conturbemur & perterreamur. Verum in iſtis certaminibus ne animos deſpondeamus, ſed Deum invocemus, agnoſcen-

tes

Digitized by Google

24. Antequam comedam, ſuſpiro: & tanquam inundantes aquæ, ſic rugitus meus.
25. Quia timor, quem timebam, evenit mihi: & quod verebar accidit.
26. Non habui pacem, non otioſus fui, non requievi: & tamen hoc malum evenit mihi.

Hic Jobus ita expoſtulat cum Deo, quaſi hominibus injuriam faceret quod eos in terris ab ipſo collocatos, variis miſeriis exerceat. Sic igitur colligit, Deum, ſi vivere nos velit, debere à nobis incommoda prohibere, aut raras & leves admodum nobis moleſtias immittere. Hæc ſumma eſt eorum quæ hic continentur. Verum quidem eſt Jobum non animo litigandi cum Deo, eumque in jus vocandi, hæc loquutum eſſe: ſed interea tamen doloris vehementia ejuſmodi querelas ex illius ore extorſit, Quid? cur Deus nos in hoc mundo conſtituit? nonne ut illum cognoſcamus patrem, eique, ubi talem novimus, benedicamus. Contra autem videre eſt multos qui affliguntur multiſque miſeriis cruciantur: quorſum Deus illos hîc retinet? Videtur delectari blaſphemiis in ſe jactatis: quid enim faciant ii quos tam ſevere tractat? morte ipſis ante oculos obverſante, atque impendente, non poſſunt quin muſſitent & indignentur. En occaſionem obmurmurandi Deo, quam præbere ipſe videtur. Hîc autem utilis doctrina & admonitio ſeſe nobis offert: nempe ut ſciamus, Deum, etiam dum nos affligit, non deſiſtere bonitatis ſuæ aliquo guſtu nos afficere, ut vel in mediis afflictionibus eum laudare cum lætitia poſſimus. Coarctat quidem noſtra gaudia & in amaritudinem convertit: ſed aliquod veluti medium eſt inter benedicere & blaſphemare nomen Domini: ut ſcilicet ipſum invocemus quum malis premimur, ut ad ipſum confugiamus, petentes ut nos ſua miſericordia dignari velit. Homines vero nunquam poſſunt hunc modum tenere: quem tamen ſpectat Deus dum nos affligit. Notemus ergo primum quotieſcunque Deus nobis aliquid moleſtiæ immittit, non deſinere tamen ſuam bonitatem nobis exhibere guſtandam, ad mitigandas animi noſtri mœrentis & afflicti anguſtias. Exempli gratia: ante oſtendimus, ſi homines oculos convertant ad beneficia in ipſos à Deo collata, quod eos ex vulva eduxit, lucis uſura donavit, ab infantia nutrivit, (ut alia infinita omittam;) hæc ſufficere ipſis exhilarandis vel tum quum deſperatione opprimerentur. Sic igitur cogitent, Nonne Deus affligere nos jure poteſt? Tenemur enim patienter ferre quicquid mali nobis immittat, quum tot tantiſque nos beneficiis affecerit. quod ipſa etiam natura dictat, quemadmodum Jobus ſupra docuit. Hæc igitur vel ſola cogitatio ſic noſtros mœrores lenire debet: ſicut medicinæ, nimis amaræ, admiſceri ſolet ſaccarum aut mel, quo facilius ægrotus hauriat potionem, quæ alioqui eum ſuffocare poſſet. Adhæc ſic diſcimus verum uſum caſtigationum quæ nobis à Deo immittuntur: nempe, quod Deus nolit nos 1 Cor. 10.
perire quotieſcunque ab ipſo affligimur, ſed ut hæc verſ. 31.
verbera nobis in bonum & ſalutem cedant: quod nunquam ſit paſſurus ſuos fideles ſupra vires ſuas cruciari, ſed eos ſublevaturus & tandem liberaturus ſit. Itaque dum affligimur non eſt quod iraſcamur Deo, quaſi meram in nos ſeveritatem exerceret. nos enim afflictos conſolatur, ita ut, niſi ſtet per noſtram ingratitudinem, poſſimus lætari, ac dicere, Benedictum ſit nomen Domini, quamvis non omnia pro voto nobis arrideant. Hoc primùm, inquam, obſervandum eſt. Deinde notandum, quod jam quoque attigi, quamvis anguſtiis duntaxat & doloribus obſideremur, & quaſi quæſtionis tormentis excruciaremur, omni lætitia vacui: non eſſe tamen quod ad ſtomachandum & murmurandum adverſus Deum, velut in præcipitium, ruamus: ſed potius Dominum eſſe invocandum: ut hortatur Jacobus, quum ait, Qui affligitur, oret. Ubi nos Apoſtolus docet quis modus tenendus ſit. Si læto & æquo animo ſumus, inquit, pſallamus: non quidem more hominum hujus mundi, qui laſciviunt & luxu diffluunt, non agnoſcentes Deum bonorum auctorem: ſed laudemus Deum, ei gratias agentes de noſtra illa lætitia: quod ſi moleſtia & triſtitia afficimur, confugiamus ad preces quibus à Deo petamus ut noſtri miſertus ſeveritatem ſuam moderetur. Sic igitur fideles, quum eo miſeriæ redacti fuerint, non debent huc irruere ut de Deo conquerantur: non debent intemperie contumaci efferri. ſed quiſque potius ita cogitet, Domine, ſum miſera creatura, qui neſcio quo me vertam, nec quid agam, niſi mihi ſis propitius, & pro clementia tua mitiges hanc afflictionem meam cui ferendæ ſum impar. En igitur ut filii Dei patienter ferre debeant ſua mala, quamvis duriter & ſevere ad tempus cum eis Deus agat. Jobus autem oſtendit, licet hanc doctrinam probe meditatus eſſet, non ſatis tamen ſe ea inſtru-

verba quaſi deſperabundi erumpamus, Me miſerum! quid agam! fruſtra ad Deum confugitur. Caveamus ejuſmodi perturbationem: verum ſciamus certam eſſe noſtram ſalutem, ſi Deum invocemus, illumque vel in mediis afflictionibus ſemper nobis adfuturum. Duobus iſtis articulis animo noſtro inſculptis probeque perſuaſis, non amplius ſic quiritabimur, Quare Deus dat lucem amaris corde? Videmus enim quamobrem hoc faciat. Tot habet cauſas Deus cur in homines animadvertat. quot enim ſunt peccata noſtra? innumerabilia profecto. Quodſi deinde oculos convertamus in noſtras cupiditates, earum abyſſum comperiemus, quas à Deo mortificari neceſſe ſit. Si attendamus quam dediti ſimus mundo, cognoſcemus quam opus ſit noſtros affectus inde gravibus Dei caſtigationibus abduci. Tum, quanta eſt noſtra ſuperbia atque arrogantia? Ergo nobis expedit ut humiliemur à Deo. Quam frigide opem ejus imploramus? eſt quod nos eo ſollicitet. Tum etiam nonne fidem noſtram probari atque explorari par eſt? An non iſtæ rationes idoneæ ſunt, ob quas Deus hîc nos miſeriis conſtrictos teneat, & laboribus, moleſtiis, angoribus ac cruciatibus vitam noſtram exerceat? Sed & vocat nos ſemper ad ſe Deus, atque aditum nobis præbet. Quod in malis noſtris remedium quum paratum habeamus, nonne eo contentos eſſe nos decet? Sic igitur oportet ut armati & muniti ſimus contra iſtam tentationem, quæ nimium regnavit in Jobo, quamvis non penitus ab ea victo. Quum autem Jobus hîc agit *de iis qui ſepulcrum quærunt effodiendum ceu theſaurum, quique mori cupiunt, nec tamen poſſunt*, ſeſe illis annumerat, quemadmodum ex ſequentibus patebit. Quo magis infirmitatem & vitium ſuum confirmat. non licet enim fideli tædio vitæ affici, & ita mortem appetere. Mortem quidem optare fas eſt certam quandam ob cauſam: nempe dum conſideramus peccati ſervitute nos hic detineri, nec ea libertate, quæ optanda ſit, à nobis Deum coli, quum vitiis oppleti ſimus quamdiu in hoc mundo verſamur. Quod quum intuemur, licet ſuſpirare & petere à Deo ut brevi ex hoc mundo nos eripiat. Non quod (ut hoc loco Jobus conqueritur) debeamus vitam noſtram odio habere, ac moleſte ferre nos hic retineri, quia durius tractemur. Nam patienter ferenda eſt noſtra conditio, quoad liberemur à Deo. Quem modum tenet Paulus, quum

Rom. 7. v. 24, 25. ad Romanos his verbis utitur, Miſer ego homo, quis me eripiet ex iſto corpore mortis? quibus adjicit, Gratias ago Deo per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Ecce igitur, Paulus hinc ſe miſerum & infelicem prædicat, ac petit ex mundo tolli: illinc meæ reſiſtere debeo. nam meis ipſius cupiditatibus detineor & prohibeor. Siquis, inquam, vita ſua ſerio examinata, talem ſe ſentiat, ſtatim ſubjicit, Mi Deus, video me in miſera ſorte conſtitutum: ecquando in libertatem aſſerar? oportet enim ut circumferam in me peccatum, quod, ut non regnet, tamen in me habitat. Quid autem eſt peccatum aliud, niſi ſceptrum Satanæ, quo nobis ille dominatur? Sum igitur mancipium Satanæ ac peccati: mene in hoc languore perpetuo manere? Vir Chriſtianus ejuſmodi quidem ſuſpiria emittat, petens à Deo liberationem à captivitate, qua ſe detentum videat. Itaque dum iraſcimur, ne frigus, æſtum, paupertatem aut morbos, ſed peccata noſtra reſpiciamus. Et quum quoquo modo nos Deus affligit, meminerimus aſcendere altius: ne inhæreſcamus morbo corporis, ſed dicamus, En fructus noſtrorum peccatorum: quoniam tranſgreſſi ſumus voluntatem Dei, æquum eſt ut nos judicet. Ubi ſic peccata noſtra noverimus, ea cognitio dolorem animis noſtris ingeneret, & ad eam, de qua loquitur Paulus, triſtitiam nos ſollicitet. Hæc *2 Cor. 7. verſ. 11.*
igitur prima eſt obſervatio. Hoc autem cogitare non ſatis eſt, id eſt, mortem appetere in illum finem de quo modo egimus: ſed præterea hic tenendus eſt modus, ut non ſolum recta ratione hanc expetamus, ſed etiam moderemur noſtrum deſiderium & ad voluntatem Dei dirigamus. Hac ratione exceſſus, qui hic in Jobo notatur, tanquam freno cohibebitur. Jam hunc articulum attigi in loco quem ex Paulo adduxi. Poſtquam enim conqueſtus eſt, & ſe ex corpore mortis eripi optavit, ſubjicit, Gratias ago Deo meo. Itaque non deſinit pacato eſſe animo vel in mediis ſuis querimoniis & deſideriis. Quamobrem? Videt enim æquum eſſe ut Deus dominetur & arbitratu ſuo res omnes gubernet, nos autem patienter exſpectemus exitum qualemcunque Deus dare voluerit. Paulus igitur ubi hoc animadvertit, ſimul concludit, quamvis ſit miſer peccator, tamen certo ſcire ſe ſalutem adepturum. Proinde Paulus iſta duo reſpexit. Idcirco dicit ſe gratias agere Deo, etiamſi ſit infelix. Sic & nos agamus oportet. Ita autem agentes, non ſolum parati erimus ad ferendas in hoc mundo quaſvis miſerias, Dei honorandi cauſa, quo in nobis & noſtra humilitate glorificetur, ſed etiam facile pro proximorum noſtrorum ædificatione quævis incommoda ſubibimus: quemadmodum etiam Paulus ſuo exemplo probat. Ad Phi- *Philip. 1.*
lippenſes ſcribens, Coarctor, inquit, utrimque, deſide- *v. 23, 24.*
rans migrare & eſſe cum Chriſto. Sed permanere in carne, magis neceſſarium eſt propter vos. Video enim labores meos eſſe ad fidei veſtræ ædificationem perneceſ-

Digitized by Google

quidem fidelibus ſuſpirare ac gemere per totam vitam, uſquequo ex ea migrent ad Deum, & finem ſuum, id eſt, mortem, expetere: ita tamen ut totos ſeſe Dei voluntati ſubmittant, ſcientes ſe ſui juris non eſſe. Dico primum, filiis Dei fas eſſe ſuſpirare, & moleſte ferre quod in hoc carnis ergaſtulo langueſcant: nempe ob eam cauſam quam dixi: quoniam Deum ea, qua optandum eſſet, libertate non colunt, ſed vinculis peccati adhuc conſtringuntur, ita ut ab officio ſæpenumero deflectant. Adhæc, debemus gemere, quatenus id licet: nimirum dum nobis in mentem venit hæc conſideratio, nos adeo pigros & remiſſos eſſe quum de Deo honore debito afficiendo agitur. Iſtud enim ſtimulare nos debet, quo precemur à Deo ut nos ex hoc mundo evocet, & oculos defigamus in illam vitam, quæ nos in cœlo manet, perfecte nobis retegenda Domini noſtri Jeſu Chriſti adventu. Unde patet, filiis Dei non modo licere, ſed etiam injunctum eſſe, optare mortem: nunquam enim vere fidem ſuam approbant, niſi dum quærunt diſceſſum ex hoc mundo: ſicut revera unumquodque ad ſuum finem tendit & adſpirat. Noſtra autem meta & ſcopus in cœlo conſiſtit. oportet ergo ut curramus quoad viam, in quam nos Deus introduxit, confecerimus: idque ut brevi fiat, optare debemus. Semper tamen teneamus rationem quam dixi, non propterea mortem eſſe expetendam quod vel morbis vel egeſtati vel aliis incommodis obnoxii ſimus: ſed propterea quod non penitus ſimus reformati ad imaginem Dei, multiſque imperfectionibus & vitiis laboremus. Hæc cauſa, inquam, nos incitare & ſollicitare debet ad expetendam mortem: quo videlicet exuti hoc corpore mortis, quod eſt veluti tugurium omnibus ſordibus fœtidiſſimis refertum, perfecte ad ſimilitudinem Dei reformemur, & ita in nobis Deus regnet, ac reliqua naturæ noſtræ corruptio prorſus ad nihilum redigatur. Interea hunc modum teneamus, ut vivamus & moriamur ad Dei arbitrium, noſtris cupiditatibus & deſideriis minime addicti, ſed nos Deo, quaſi immolandos, ultro offerentes: ut vita non ſit noſtra, ſed Dei, quem ita compellemus, Domine, agnoſco meam fragilitatem: quamdiu volueris me hic manere, libenter (ut æquum eſt) manebo. libenter etiam deceſſero, quum tibi viſum fuerit. vita mea non eſt mihi pretioſa: de ea pro arbitrio tuo diſpone. Sic agere, inquam, nos oportet. Et interea pacatis animis ſimus, ita ut poſſimus ſemper laudare nomen Domini, ſcientes futurum illum nobis, tum in vita, tum in morte, propitium patrem atque ſervatorem. Poſt affectus, ne illis, exemplo Jobi, habenas laxemus. Interea Jobus declarat, unde ipſi iſta triſtitia orta ſit, qua abſorbebatur, & unde oriatur etiam iis qui nullam admittere conſolationem poſſunt, quæ ipſorum dolores attemperet. *Viro*, inquit, *cujus abſcondita eſt via, & quam præcluſit Deus*: quaſi eam circumſepſiſſet, ne ullus aditus pateret. Hæc verba diligenter etiam notanda ſunt. Jobus enim oſtendit qua in re peccarit: nempe eo quod ſeſe Dei providentiæ non commiſerit. Interea tamen aperit morbum, nobis omnibus communem: quo fit ut aveamus ſcire quæ nobis ſint eventura, quæ futura ſit noſtra conditio. Vellemus hæc omnia nobis præſignificari: & ita, quum in anguſtiis verſamur, neſcientes quo res evaſura ſit, & quum malorum, quibus premimur, nullum exitum prævidemus, tunc facile in deſperationem prolabimur. Hoc vitium nimis commune eſt & ordinarium. Eo igitur attentius obſervandum eſt, ut oppoſitum remedium quæramus. Quænam igitur eſt hominum inclinatio? Hæc ſcilicet, ut velint ſupra nubes conſcendere, ut ſciant quis ſit totius vitæ ſuæ curſus futurus. Et videmus quomodo conſtituant hoc vel illud facere. Hominis eſt animam præparare, inquit Solomo, eorum arrogan- *Prov. 16. verſ. 1.*
tiam irridens, ſiquidem linguam movere nequeunt niſi ex gubernatione Dei. Illi tamen ſibi de hac vel illa re diſponendi partes aſſumunt. Quam hoc ridiculum eſt? quod quum os aperire non poſſint, dicant tamen, Ecce poſt decimum annum iſtud aut illud faciam: ſicut etiam Jacobus, cum Solomone con- *Jac. 4. verſ. 13.*
ſentiens, carpit iſtam hominum arrogantiam. Dum autem Deus nos proſperis rebus frui ſinit, ſibi quiſque perſuadet quod ipſi libet. ſemidei nobis videmur: at ſimulac manum Deus vertit, virgiſque ſuis nos cædit, ita ſtupidi reddimur ut neſciamus quo nos vertamus. videmur nobis ex afflictionibus nunquam emerſuri: huc & illuc oculos conjicimus, nec exitum cernimus: iis anguſtiis conſtringimur, ut bonitatem & potentiam Dei auxiliarem apprehendere nequeamus. Quam affectionem hic prodit Jobus, morbum nimis communem, ut ſatis ſuperque experimur. nihil enim tam nos angit & vexat, quam quum ita nos perplexos cernimus, ut quis futurus ſit malorum noſtrorum exitus proſpicere non poſſimus, quidque nobis eventurum ſit: adeo ut, quum ita undique impetimur, apud nos concludamus actum eſſe de nobis. Hoccine morbo laboramus? Accurramus ad remedium. niſi enim huic malo medicina afferatur, ſuccumbendum fuerit huic immoderatæ perturbationi, qua deſperabundi mortem appetemus, nec

leva-

Digitized by Google

tua protectione & tutela certos fini. Sic nobis agen-dum eſt. Tunc, cordibus noſtris alte inſculpta Dei providentia, à qua pendeamus, licet variis turbis in hoc mundo exagitemur, nihilominus, ceu firmiſſima baſe fundati, conſtanter perſeverabimus in noſtra vocatione, ut Dei voluntati tota vita obſequamur. Diſcamus ergo adhærescere iſti Dei providentiæ: & quum tantam in mundo confuſionem cernemus, ut neſciamus quo nos vertere debeamus, ne tunc propterea deſinamus pacatis & tranquillis eſſe animis; ſcientes, Deum omnia ita regere ac diſponere, ut nihil ſalutem fidelium prohibeat, ubi ſemel eos in ſuam tutelam recepit. Hæc ſunt hoc loco nobis obſervanda. Poſtremo Jobus ſubjicit, *ſe non habere pacem, & ante panem ſuſpirium ſuum venire*: & tamen, inquit, non feci ut multi, id eſt, non inebriatus fui proſperitate mea, ſed *ſemper timui malum quod mihi accidit.* Notemus hanc Jobi querelam. nam ex una parte oſtendit malum ſuum eſſe extremum: ex altera, Qua occaſione, inquit, ita Deus mecum agit? Deus enim ſic interminatur hominibus, Quoniam inebriaſti te deliciis, quoniam fuiſti veluti cæcus, quoniam à me deflexiſti quum te beneficiis affeci, nec meam bonitatem agnoſti, idcirco te affligam. Maxime autem Deus teſtatur ſe non poſſe tolerare præfidentiam illam carnalem, qua homines ſibi perpetuam felicitatem polli-
1 Theſſ. 5. verſ. 8. centur: nam quum dicent, Pax, pax; ſubita & improviſa tempeſtate obruentur. Videmus itaque quomo-do ... anxietatibus occupatus fuerit, nobis videndum eſſe ne graviora experiamur, quemadmodum meremur. Quodſi Deus nobis parcat, & nos ferat ad tempus, ne inde vana confidentia concepta putemus nihil mali nobis poſſe contingere. Alioqui Deus nos ſerio expergefaciat neceſſe eſt, nobiſque oſtendat quam poteſtatem & auctoritatem in nos habeat. Quid igitur agamus? Vigilemus ut nobis ſedulo caveamus: præſertim cum Deus nobiſcum leniter agit, & nihil mali patimur, tum ſerio cogitemus Jobi exemplo, de iis in quæ fieri poteſt ut incidamus. Et quum in hæc inciderimus, ne propterea deſinamus ad Deum noſtrum confugere: quemadmodum videmus Dominum ſervo ſuo tandem opem tuliſſe: & quamvis jam videretur ad tartara depreſſus, nihilominus Deum ei manum porrexiſſe: ut ſic nobis eventurum ſperemus.

Precemur autem Optimum illum Deum, ut nobis oculos aperire velit, quo melius perſpiciamus quid nobis utile ſit: & cernentes quot & quantis miſeriis in hoc mundo ſimus obnoxii, ſuſpirare ac gemere diſcamus, præſertim quum adhuc iſta peccati ſervitute detineamur, qua prohibemur Deo plena libertate ſervire: adſpiremus etiam ad regnum illud cœleſte, ubi perfecte fruemur beneficiis, quorum guſtum tantummodo habemus in hoc mundo: ubi quoque conjuncti erimus cum capite noſtro Jeſu Chriſto, ut cum eo gloria immortali regnemus. Non ſolum autem nobis hoc largiatur, verum etiam populis, &c.

CONCIO DECIMA QUARTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. III.

25. Quia timor, quem timebam, evenit mihi: & quod verebar accidit.

26. Non habui pacem, non otioſus fui, non requievi: & tamen hoc malum evenit mihi.

CAP. IV.

1. REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit,

2. An ſi diſceptemus tecum, ægre feres? attamen conceptum ſermonem tenêre quis poterit?

3. Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti.

4. Vacillantes confirmaverunt ſermones tui, & genua trementia roboraſti.

5. Nunc autem quum venit tibi plaga, defeciſti: quum tetigit te, conturbatus es.

6. Hiccine tuus timor, tua ſpes, tua exſpectatio & integritas viarum tuarum?

EX heſternis Jobi ſermonibus reſtat ut intelligamus, an, quum in proſperitate verſamur, non poſſimus ſperare Deum eam continuaturum in futurum, & in hac ſpe acquieſcere. Videtur enim Jobus ſignificare, fideles debere ſemper dubitare & ſuſpenſos eſſe, & quod jam tenent, credere quod brevi ſint eo privandi. Hic notemus, non eſſe quod quicquam concipiamus ultra promiſſionem Dei.

Digitized by Google

& obnoxios eſſe afflictionibus quibus hæc vita expoſita eſt: ut nobis ſatis ſit ab illo ſuſtineri, ne ad extremitatem redacti deficiamus. Quod quum ita ſe habeat, jam cognoſcimus non eſſe quod dormitemus dum rebus proſperis utimur, quaſi hic ſtatus foret perpetuus & immutabilis. Iſta præſidentia fit ut limites noſtros transgrediamur. Quamobrem iſtud? Quoniam Deus declarat, multa quidem nobis mala eſſe ſubeunda, verùm ipſum perpetuo nobis ſublevandis præſto futurum: ſic tamen, inquam, ut nobis circumquaque obſeſſis luctandum ſit. Proinde qui hos limites tranſilierit, plectetur pro merito. In ſumma, fideles & dubitatione agitari, & quieſcere ſimul poſſunt. Quid ita? Nam dum nobis in mentem veniunt mutationes & viciſſitudines rerum humanarum, tum eſt quod timeamus ac ſolliciti ſimus, & unuſquiſque paratus ſit ad ſuſcipiendas à Deo afflictiones. Sed interim hoc quoque certo ſcimus, non poſſe nos niſi in pedes decidere, quia manu Dei ſuffulti non poſſumus penitus corruere, quod ea nos erigat. Quo fit ut nimia inquietudine divexari nequeamus, & tamen in noſtris ærumnis triſtitia afficiamur, non ut à Deo mentem avertamus, & eum invocare negligamus, ſed ut ad illum confugiamus. Breviter, maximum eſt diſcrimen inter iſtam carnis incuriam, ad quam natura ſumus proclives, & ſecuritatem illam qua in Dei promiſſiones recumbimus. Iſta enim præſumtione carnali occupati, veluti ebrietate quadam ſtupidi reddimur, ut non curemus Deum, nec ipſius opem, putantes citra eam omnia nobis pro voto eventura. At ſi ejus verbo innixi fuerimus, eùm invocabimus, & contemplati vitam noſtram judicabimus vanam eſſe, ac pro nihilo habendam, noſtram conditionem eſſe miſeram, mortem nobis undique imminere, noſque infinitis miſeriis circumvallari. Tunc Deum precamur, gemimus, & interea tamen, ſi nos affligere viſum ei fuerit, plagis accipiendis cum omni humilitate parati ſumus. Sic gerere nos decet. Adhæc, fidelis in ſeſe ingreditur, ſua peccata agnoſcit, unde novam ſemper ipſum merito affligendi cauſam Deus habeat. Itaque licet Deus promiſiſſet ſe ita nos alis ſuis in hoc mundo contecturum, ut vitam tranquillam, & omni moleſtia carentem, ageremus: noſtra tamen peccata non ſinerent, ut nulla omnino caſtigatione Deus nos afficeret. Deus ferre non poteſt ut ita depravemur: ſed & in exitium corrueremus, ſi pro noſtra libidine, & ſine caſtigatione vivere nos ſineret. Si parentes peſſime liberis ſuis conſulunt, dum eos nimis molliter educant, procul

cauſam rectè agi, ut interdum malæ cauſæ pulcher color prætexi poteſt: ſic iſti faciunt. Quod nobis notandum eſt. nam alioqui quicquid hic narratur, confuſum eſſet. Jobus, uti diximus, bonam cauſam defendit. agnoſcit enim ſe à Deo affligi, & quamvis ſe peccatorem apud ſe judicet, ac proinde iſta correctione dignum, ſtatuit tamen Deum eo non reſpexiſſe quum ipſi tantam afflictionem immitteret: non enim peccatis ſuis, ſed alia arcana ſibique incognita ratione fuiſſe impulſum. Interea os comprimit, ſe fruſtra cum Deo litigaturum agnoſcens: ſed mox aperit, & in verba immoderata erumpit. Idcirco dixi, illum bonam cauſam male defendere. Iſti autem, qui illum inviſerunt, falſum principium aſſumunt, nempe homines in hac vita ſemper à Deo pro meritis tractari. Quod falſiſſimum eſt: nam contrarium videmus, teſte Scriptura, adeoque ipſa experientia ſatis ſuperque comprobante. Interea tamen iſti, qui ſic loquuntur, non carent bonis & ſanctis argumentis, unde etiam bonam utilemque doctrinam colligere poſſumus. Quo melius autem rem totam intelligamus, meminerimus ſententiæ illius, Beatus qui prudenter judicat de afflicto. *Pſal. 41. verſ. 1.* Quænam autem eſt iſta prudentia? Nimirum, quod in die calamitatis liberabit eum Jehova. Hoc itaque Spiritus Sanctus à nobis requirit, niſi forte volumus haberi temerarii, qui opera Dei pervertamus. Quum aliquos afflictione penè opprimi cernimus, ſciamus tantam eſſe Dei miſericordiam, ut eis ſit opitulaturus, nec permiſſurus ut malis abſorpti pereant. In ſumma, ſi volumus prudenter judicare de caſtigationibus, & correctionibus, quas Deus hominibus immittit, exſpectandus eſt exitus: non eſt quod æſtu quodam abrepti feramus ſtatim ſententiam: ſed oportet nos eſſe moderatos, exſpectantes dum conſilium ſuum Deus patefaciat. Et quemadmodum teſtatur ipſe, iram ſuam brevem eſſe, *Pſal. 30.* miſericordiam autem perennem: ſic propenſi ſimus *verſ. 6.* in hanc partem, id eſt, ſperemus & exſpectemus bonum ac felicem exitum. Hoc habemus obſervandum. Quod quum amicis Jobi in mentem non venerit, ideo temere loquuti ſunt. Vident Jobum ad extrema mala redactum: unde concludunt, Deum velle in ipſo exemplum hominis reprobi proponere, qui nunquam eo calamitatis incidiſſet, niſi ſceleratus & improbus fuiſſet. Quid ita? Non enim percipiunt quod Scriptura docet, proprium Dei officium eſſe ut ſuis ſuccurrat calamitate affectis. Nec ſolum dicit Scriptura, Deum opitulari afflictis, ſed etiam eripere *Ezech. 37* ex ſepulcro moribundos. Quamvis ergo graviſſimæ *verſ. 12.* ſint afflictiones, nihilominus ſperare debemus, etiam

Digitized by Google

verſ. 17. [illegible] cate nos habere, ut nullum malum unquam nos attingat, nihil patiamur, nulla re egeamus, nulla triſtitia afficiamur. Deus non ita vult nobiſcum agere (quod neque nobis expedit) ſed vult ut per ignem & aquam ambulemus, id eſt, per varias & graves ærumnas: & tam dura patiamur, ut quid nobis futurum ſit neſciamus. Tum nobis opitulatur, ut intelligamus pendêre ab ipſo ſalutem noſtram. Sic, inquam, Deus nobiſcum agit. Itaque notemus, ad recte judicandum oportere ut iſtud nobis in mentem ſemper veniat, nempe Deum non ſolum in improbos animadvertere, verum etiam exercere ſuorum patientiam, adeo ut eos affligat etiam durius quam deterrimos quoſque. Denique reſpiciamus ſemper finem, quem dixi; nec miremur, ſi non videamus opem divinam primo quoque tempore. Hæc præfari oportuit, ut ex iis quæ hic commemorantur, utilem doctrinam colligamus. Quod ad Eliphazi verba attinet, ſic habent, *Si tentetur ſermo*; vel, *ſi levetur ſermo*: nam utraque interpretatio admitti poteſt, propter duplicem vocis ſignificatum. Et quoniam hoc vocabulum, Sermo, vel Verbum, interdum pro Re ſumitur, quidam exponunt, Si Deus te tentat, num ita cruciari & commoveri debes? Scimus enim Scripturam vocare tentationem, quum agitamur & quoquomodo à Deo exploramur. Senſus igitur eſſet, Num debes ſtomachari adverſus Deum, quod te examinet & tentet? id eſt, quod velit animum tuum explorare? Verum ſi locum propius inſpiciamus, ſenſus genuinus fuerit, *Si tentetur ſermo.* Nam Eliphaz continuo ſubjicit, *Et quis poſſit continere ſermonem*? ac ſi diceret, Ita omnis rationis limites transſcendis, ut neceſſe ſit te redargui: & ut quis ſit omnium hominum leniſſimus, non poſſit tamen ſibi temperare quin te reprehendat, dum ita te more belluæ effrenatè ferocientem videat. Ergo neceſſe eſt ut reprimaris. nam vel modeſtiſſimos eo adigis. Hic germanus eſt ſenſus. In ſumma autem Eliphaz hic probare contendit, Jobum non rectam viam tenuiſſe, nec ſincera conſcientia ambulaſſe coram Deo. Hoc primum aſſerit. Deinde ingreditur in argumentum illud generale quod jam attigi, nempe nunquam ita juſtos affligi, quum hoc ſit divinæ ultionis indicium. Proinde quum ita Jobum affligi videat, judicat eum eſſe reprobum. Hi duo articuli, qui ab Eliphazo adducuntur. Sic Jobum alloquitur, *Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. Vacillantes confirmarunt ſermones tui, & genua trementia confortaſti. Nunc autem quum venit tibi plaga, defeciſti.* Ergo concludo, quod timuiſti Deum, ex eo manaſſe quod ſperares eum hac ratione beneficentiam ſuam erga te perpetuo proſequuturum. Denique Deum coluiſti tui commodi gratia: non quod ei ſerio adhæreres, ſed quod eum tibi fore ſemper propitium confideres. tunc igitur libenter illi ſer-

[illegible]
Nam ſi Deum ſincere diligimus, certe pro virili conabimur efficere ut Deus ab omnibus hominibus colatur. Vere Chriſtianus non ſatis habebit, ſi ipſe recte agat, ſed univerſos homines in hanc ſocietatem adducere ſtudebit. Itaque effectui tradere debemus quod
Paulus etiam monet, ut alii alios ædificemus, idque ex 1 Theſſ. 5.
animo. Qui iſtud? ſcilicet ut quum ad examen ventum verſ. 11.
fuerit, reipſa oſtendamus nos loquutos eſſe prout corde ſentiebamus. Hic autem videmus quis ſit uſus verbi Dei: nempe ut non ſolum vera rectaque doceantur, ſed etiam ut corrigantur peccantes, & confirmentur debiles ac puſillanimi. Quod etiam Eſaïas tribuit Eſa. 35: 3.
Prophetis, omnibuſque Eccleſiæ doctoribus, & iis quibus annunciandi verbi divini provincia demandata eſt: nempe ut non ſolum exponant quod prædicare jubentur, ſed etiam impigre exſtimulent pigros, vires addant infirmis, erigant lapſos, errantes in rectam viam reducant. Hic igitur verus eſt verbi Dei uſus, rectaque bene docendi methodus habetur, quum cognoſcitur efficacia Euangelii. Quemadmodum Pau- 2 Tim. 3.
lus, quum docet quo pacto ſacra Scriptura ad inſtitu- verſ. 16.
tionem noſtram applicanda ſit, ait utilem eſſe non ſolum ad doctrinam, ſed etiam ad redargutionem, ad correctionem & exhortationem. Quo magis incitari debemus ut amice & alacriter excipiamus Dei verbum, quando intelligimus illic contineri quicquid ad ſalutem facit. Deus itaque non docet tantum quæ cognoſcenda ſunt, ſed quum ipſi perſpecta ſit noſtra fragilitas, vult ei mederi verbo ſuo ad hunc uſum adhibito, ut imbecillitatem noſtram roboret, nos vacillantes ſuſtentet, proſtratos erigat, noſtramque hypocriſin qua nobis in noſtris vitiis blandimur, compungat, quo mala noſtra ſentientes in eis minime nobis placeamus. Quum igitur videamus Deum ita ſedulo ſaluti noſtræ proſpexiſſe per ſuum verbum, nonne flagranti ſtudio id excipere debemus? quum eo tantum theſaurum contineri cernamus, an non amico animo, inquam, id admittere nos oportet? ſi quidem eſt vel melle dul-
cius, ut Pſal. 19. habetur. Itaq; quum audimus verbum Pſal. 19.
Dei, ſcire debemus quorſum audiamus. Sunt qui vel- verſ. 11.
lent frigide illud exponi, quaſi ſufficeret dicere, Hic eſt hujus loci ſenſus: vellent enim ut nullæ exhortationes fierent, nec reprehenderentur vitia, denique ut abeſſet omnis vivacitas. Verum ſic derogaretur doctrinæ divinæ, perinde ut ſi corporis nervi reſecarentur, quo omni robore privaretur. Sciamus itaq; quoties concionem adimus, aut domi quiſq; ſuæ verbum Dei legit, Deum nolle tantum docere nos quæ recta ſint, ut dicat, Huc tendite, ſed etiam velle redarguere noſtra peccata, quo compuncti humiliemur in ipſius conſpectu: tum etiam, ut, cognita noſtra pigritia, qua fit ut zelo quo oporteret, ad ipſum minime tendamus, intelligamus neceſſe eſſe ut nobis ille calcar admoveat.

Digitized by Google

verit, proximorum ſuorum ſaluti conſulere: ſed & erga ſeipſum concionatoris & doctoris officio fungi. Hæc ſunt ex hoc loco nobis colligenda. Quum autem hoc teſtimonium perhibetur Jobo, quod plurimos docuerit, primum viri hujus virtus prædicatur: deinde admonemur ut idem faciamus, nempe ut omnes homines, quantum in nobis eſt, ad Deum unanimi conſenſu colendum adducamus. Non omnes quidem æquali gratia donati ſumus: ſed reſpiciat ſuam quiſque menſuram, & pro facultate ſibi à Deo conceſſa, ſuis proximis operam navet. Sciamus igitur quicquid nobis Deus ad communem Eccleſiæ ædificationem indidit, eo referendum eſſe, vt ſinguli pro dotibus cœlitus acceptis, alios juvare conentur, quo alii cum aliis communicantes, ad Deum omnes uno animo adſpiremus, cum hac conſcientia quod mutuo nobis prodeſſe ſtuduerimus. Jam veniamus ad Eliphazi concluſionem. Quando, inquit, ita turbaris malo quod tibi accidit, inde colligere eſt te mere hypocritam fuiſſe, & timorem tuum nihil aliud fuiſſe quam confidentiam, & ſpem, fore ut Dei favorem perennem experireris. Verum quidem dixiſſet Eliphaz, ſi Jobus talis fuiſſet, qualem putabat. nam, ut ante attigimus, eo dignoſcuntur hypocritæ, quando præclare quidem alios monent, non autem oſtendunt eam doctrinam ſibiipſis prodeſſe: & pulchra verba proloquuntur, ſed nihil animo retinent, quo in rebus adverſis ſeipſos conſolentur. Diſcamus ergo ſinguli, ut ſibi quiſque ſit magiſter & doctor, & (ſi ſuam doctrinam aliis utilem eſſe velit) à ſeſe docendo incipiat. Sed quemadmodum Eliphaz injuriam facit Jobo, quum ait eum ita obſtupefactum videri, ut ſi omni ſenſu & ratione careret: ſic iſtud ſciamus, Deum forte permiſſurum, ut ita tractemur, quo nos dejiciamus & humiliemus. Sed & hoc apud nos fixum ſit, quæcunque tandem tentationes filiis Dei contingant, nunquam fore ut penitus deficiant, ſed Deum eis auxiliaturum, quo confirmentur & roborentur, etiamſi natura ſint debiles ac imbecilli, & labantur etiam ita ut citra Dei opem ſurgere nequeant. Sciamus itaque, quum alios docuerimus, & præclare redarguerimus rebelles & præfractos, errantes in rectam viam reduxerimus, remiſſos & languidos corroboraverimus: niſi reipſa oſtenderimus nos ſincere & ex animo loquutos fuiſſe, nos eo magis reos & condemnatione dignos fore. Ergo multo ſeverior ſententia in eos feretur, qui quum alios docendos ſuſceperint, eandem doctrinam ad ſuum ipſorum

docuerimus. Quod attinet ad hæc verba, Hiccine tuus timor, tua ſpes & viarum tuarum ſimplicitas? Eliphaz Jobum inſimulat hypocriſeos, quaſi nonniſi oſtentatione aut formidine Deum coluiſſet. Quæ certe colendi Dei ratio, ſervilis eſt. Deus autem non vult ut mercenariorum more ipſum colamus, ſed ut ingenue & ſincere ipſi adhæreamus, & ex animo dicamus, Domine, ſumus tui: æquum eſt ut omnes ſe tibi dedant, & nomen tuum glorificare ſtudeant. Sic igitur liberali mente, non coactione ſervili Deus nobis colendus eſt. Aliis quidem locis docemur, licere quidem
Deum colendum nobis proponere dum cogitamus *Pſal. 19.*
non fruſtra id fore. Verum hæc omnia optime inter *verſ. 12.*
ſe conveniunt: nempe ingenue & liberaliter Deum eſſe colendum, & nihilominus confidendum eſſe illum non permiſſurum ut labor noſter ſit inutilis, ſicut
etiam Paulus teſtatur, Deus juſtus eſt, inquit, qui *1 Cor. 15.*
non permittet ut ſit inanis labor veſter, fruſtraque *verſ. 58.*
ſitis afflicti. Scriptura paſſim hoc docet, quod ad iſtam *2 Theſſ. 1.*
ſummam redit, Qui ſperant in Deum, non fruſtra- *verſ. 7.*
tum iri præmio. Licet ergo ad promiſſiones à Deo fa- *Heb. 6. verſ. 10.*
ctas oculos conjicere, nempe nos non luſuros operam quum Deum coluerimus, ſed amplam nos manere in cœlo mercedem. Interim tamen cultus, quem Deo exhibemus, ingenuus ſit & liberalis oportet: ut quum nos affligi voluerit, non propterea ab obedientia ei præſtanda deflectamus, nec minus eum veneremur & obſervemus, quam quum nobis res proſperas concedit. Sic ei non ut mercenarii quidam ſerviemus, ſpe tantum mercedis. Quodſi ita nos gereremus, eum obſervaremus non ut filii, ſed tanquam conductæ in diem operæ. Quid igitur facto opus eſt? Ut candida & liberali mente, uti dixi, nos totos Deo tradamus, ut ejus cultui penitus nos addicamus tam in adverſis quam in proſperis rebus, confidentes non inanem fore noſtrum laborem, quum eam ſimplicitatem ſectati fuerimus. Verum reliquam hujus ſermonis partem, propter temporis anguſtias, in craſtinum diem reſervabimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, cum peccatorum noſtrorum agnitione, ei ſupplicantes, ut illorum vividiore ſenſu nos afficiat, quo nobis in illis diſpliceamus, & amplectamur quæ nobis offert remedia, ut eis corrigamur: & interea nos in hoc mundo ſic regat ut nihil aliud quæramus & optemus, quam quæ ipſi ſunt grata & accepta, facere, ac ſanctiſſimis ipſius mandatis obſequi. Itaque orabimus omnes, Deus Omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

Digitized by Google

obſtringere volunt, ut ab eo auferant quicquid ap-
petant, primum nimis carnales ſeſe produnt, nimiſ-
que ſuis cupiditatibus addictos: deinde volunt Deum
ſibi miro modo obligare, nempe plus quam ſervili
& mercenario. Quid igitur agamus? Beneplacito
Dei nos permittentes, conſtanter illum tum in pro-
ſperis tum in adverſis rebus honoremus: qualiter-
cunque nobiſcum agat, noſque tractet, nihilominus
petamus ut in filiorum ipſius numero & in obedien-
tia ipſi præſtanda perſtemus. Quod ſi iſtud deſit,
nihil ei gratum facere poſſumus, quamvis mundo
mire placeamus. Itaque non eſt quod timeamus &
honoremus Deum, propterea quod ſperemus eum
vota noſtra omnia & optata nobis conceſſurum. Sed
etiam quum tam durus & aſper videtur, ut dicas eum
in nos fulmina vibrare; nihilominus injecto ori fre-
no dicamus, Domine, æquum eſt ut tuis creaturis
domineris. Nec certe filii eſt imperare patri ſuo, &
legem ei imponere, ut dicat, Adſum ut me arbitra-
tu tuo regas, tuiſque mandatis ex animo obtempe-
rem. Sic agere nos decet. Certum quidem eſt (teſte
Heb. 11. verſ. 6. Scriptura) Deum non ſine fructu coli, quum ampla
merces cultores ipſius, nunquam ſpe ſua fruſtran-
dos, maneat: ſed præcedit tamen liberalis ille ani-
mus, quem ſupra dixi, ne paciſcamur cum Deo, ita
ut eum noſtræ cupiditati obſtringamus, quo nobis
concedat quicquid libido noſtra ferat. Ita filii Dei,
etſi non dubitent cultum ſuum eſſe Deo acceptum,
nec futurum inutilem, non nitentur tamen mercede
promiſſa: nedum ut velint Deum ſuæ imaginationi
ſubjicere, eique imponere neceſſitatem hoc vel illud
agendi: ſed ſeſe arbitrio ejus plane committent.
Loquens autem de mercede, jam non diſputo an me-
reamur nec ne. non enim hoc nunc quæritur. Quum
Luca 17. verſ. 10. fecerimus quicquid in noſtra facultate poſitum fue-
rit, nihil tamen debuerit nobis Deus. Sed quam pro-
mittit mercedem, gratuitam eſſe intelligo, non meri-
tam à nobis, quum ea prorſus indigni ſimus. Verum
quum nos in gratiam receperit, noſtra quoque opera,
nempe quæ per Spiritum ſuum in nobis facit, gratis
acceptat: nullum enim bonum nobis ineſt: ſed quod
Deus nobis dedit, id agnoſcit quaſi à nobis profectum.
Quum autem ita gratuita ejus bonitas opera noſtra
acceptat, eo iſtud pertinet, ut tanto alacriori animo
Matth. 5. verſ. 12. & 6: 33. 1 Tim. 4. verſ. 8. Pſal. 34. verſ. 11. eum colamus, propoſitis nobis ejus promiſſionibus,
quibus teſtificatur repoſitam nobis eſſe amplam mer-
cedem in cœlo: imo in hoc etiam mundo proſpera no-
bis eventura, nihilque ad hanc vitam feliciter tranſi-
gendam defuturum. Licet igitur huc conjicere ocu-
los, quo nos conſolemur: ſed interim, ut dixi, ne pute-
mus Deum nobis arbitrio noſtro tractandis eſſe ob-
ſtrictum. videamus potius ut nos penitus ei commit-
tamus, & beneplacito ejus ſubjiciamus. Hæc doctrina
eſt, quam ex hoc loco decerpere debemus: quæ in pri-

tur. Cur illud? Quoniam hujuſmodi homines nul-
lam reverentiam Deo exhibent, niſi quatenus ſeſe ad
ipſorum vota accommodat. Qualis autem eſt iſta re-
verentia? Si cujus opera uti velim, quam mihi fru-
ctuoſam ſperem, proptereaque me illi amicum ſimu-
lem, is vero iſtam ſimulationem detegat, an non me
ut ſordidum, & merito quidem, rejiciet? Quod ſi
mortales talem ingratitudinem ferre non poſſunt,
quid faciat Deus? Num amandus eſt & honorandus
utilitatis tantum ſpe? an non omnis ordo naturæ per-
vertitur, quum ſic Deo illuditur? Contra, ſi vera ſit
amicitia, propter virtutes honorabimus eum quem
honore afficiendum ſuſceperimus, quo ad Deum ho-
norandum noſtra omnia conferamus. Cognita, in-
quam, alicujus virtute, eum ideo colere & obſervare
licet. Sic agitur cum creaturis ipſis, licet cum Creatore
comparatæ nihil ſint. At Deus propter ſe colendus
eſt & honorandus, quia meretur. Ita in ejus honorem
abripi debemus, ut de nobis non niſi ſecundo loco &
inferiore gradu cogitemus. Hypocritæ ergo ſeſe pro-
dunt, quum rebus adverſis & minus ad votum ſuum
fluentibus, Deo obmurmurant & iraſcuntur. Et quo-
niam magna pars hominum huic vitio dediti ſunt,
tanto magis hæc doctrina obſervari meretur. Eliphaz
autem nunc adjicit, *Recordare quis fuerit innocens qui
perierit, & ubinam recti ſucciſi fuerint.* Eliphaz hic ſu-
mit veram ſententiam: ſicuti jam dixi, bonas & ſanas
eſſe rationes quas adverſus Jobum producit, licet cau-
ſa ipſa iniqua ſit. Principia igitur hic propoſita, ex
pura Dei veritate deſumta ſunt. Itaque perinde eſt ac
ſi Sanctus ipſe Spiritus talia pronunciaret, Nunquam
periit juſtus, recti nunquam ſucciſi ſunt: nec hoc fieri
poteſt. Quamobrem? Deus enim promiſit juſtos ſibi
curæ fore, ſicut dicitur, Oculi Jehovæ ſunt ſuper ju- *Pſal. 34.*
ſtos, & aures ejus intentæ ad clamorem eorum, quos *verſ. 15.*
exaudiat, & ex omnibus ſuis anguſtiis liberet. Scri-
ptura talibus ſententiis referta eſt: nempe Deum por-
rigere manum bonis, à quibus invocatur, quique ipſi
confidunt, conſervandis. Oporteret enim Diabolum
potentiorem eſſe Deo, ſi juſti perirent: ſed illud Chri-
ſti nobis ſuccurrere perpetuo debet, Pater, qui vos *Joan. 20.*
mihi dedit, major eſt omnibus. Quo ſignificat, ſalutem *verſ. 29.*
noſtram nunquam in diſcrimen venturam, ubi ſemel
Deus nos in ſuam tutelam receperit. Quamobrem?
Quia vult virtutem ſuam ad nos tutandos exercere.
Concludamus ergo tutam eſſe noſtram ſalutem, cum
ſit curæ Deo. Itaque certiſſima eſt hæc doctrina, fieri
non poſſe ut juſti pereant, & recti ſuccidantur. Sed
plurimum differunt perire & affligi: afflictiones enim
non ſemper homines perdunt, ut jam ex parte oſtendi.
Imo etiamſi tam graves ſint afflictiones, ut mortiferæ
interdum videantur: nihilominus, quod jam ante at-
tigi, quum Deus is ſit qui è ſepulcro eripit, certo ſta-
tuamus fore ut nobis ſubveniat. Ita igitur Eliphaz

per-

Digitized by Google

… Jobo objiciuntur. Etſi nullus Eliphaz ad nos vexandos & in deſperationem adigendos veniat, nemo tamen eſt qui non gerat in ſe iracundiæ ſemina, quibus ad ſtomachandum & obmurmurandum incitetur, imo ad deſperationem inducatur, quum affligitur. Hoc fert natura noſtra. Itaque Deo nos aſperius tractante, hac cogitatione ſollicitamur, Quid? Deus pollicitus eſt ſe ſuis affuturum: ego veró hic ægre vitam traho, & cum extremis malis conflictor. invoco Deum, nec mihi reſpondet. quo avolavit ipſius promiſſionum veritas? oculos avertit, diſſimulat: ſum igitur ab eo derelictus. Iſtiuſmodi tentationes ſeſe nobis ſubinde objiciunt, ut in deſperationem ruamus. Quo magis opus eſt ut adverſus ea certamina communiamur. Itaque, ut dixi, talibus tentationibus ſeſe objicientibus ſic quiſque reſpondeat, Juſtus quidem nunquam perit, recti nunquam exterminantur: ſed quid eſt perire? non eſt affligi ſimpliciter. Quamobrem vero? Sacra enim Scriptura docet, Deum ſuſcitare mor- *1 Sam. 2. verſ. 6.* tuos, roborare & erigere proſtratos, inſtaurare moribundos. *Pſal. 103. verſ. 4.* Scriptura ſic loquens nonne declarat Deum exerere virtutem ſuam ad ſublevandos afflictos? Ita ſane. nam hæc Eſaïæ verba: Surgite, cadavera, quæ jam in terra computruiſtis, inſtauramini & germinate quaſi herba: ad quos diriguntur? an non ad fideles? Oportet ergo fideles eo interdum redigi ut ſimiles ſint cadaveribus putrefactis, quibus Deus vitam & vigorem reſtituat. Ut enim videmus herbas vere germinantes & vireſcentes, quæ hyeme quaſi emortuæ erant, ſic Deus nobiſcum agat oportet. Alii plurimi ſunt loci eodem pertinentes. Itaque meminerimus Deum nolle ſuis delicate indulgere, ſed velle eos ex ſepulcro eripere, & admirabili modo tueri, ut cognoſcant ipſius eſſe dominari morti, & vitam reſtituere. *Pſal. 68. verſ. 21.* Unde præclara illa ſententia, Domini ſunt exitus mortis. O inſignem promiſſionem! David, ut oſtendat quemadmodum à Deo regamur, inquit ejus eſſe egreſſus ex morte. Quamobrem iſtud? Significat nos identidem præcipites ruere in mortem, ut ſingulis paſſibus actum eſſe de nobis videatur: ſed penes Deum eſſe liberationem ex morte. Itaque obſervemus ſedulo ejuſmodi ſententias, quibus muniti, Diabolum (in aurem nobis inſuſurrantem, Quis es? an non vides te cœleſti ope deſtitui? juſti perire nequeunt) audacter & intrepide refellamus, Juſti non pereunt, nec perii etiam. At ſimilis es mortuo. Penes Deum meum ſunt exitus mortis. *Pſal. 23. verſ. 4.* Quod etiam alio loco dicit David, Etiamſi ambulavero in valle umbræ mortis, non timebo malum, quia tu mecum es, virga tua & pedum tuum me conſolantur. Hic verus eſt hujus doctrinæ rent. At iſti, inquit, metunt quæ ſeminarunt, hoc eſt, Deus retorquet in ipſorum vertices mala quæ conceperunt & excogitarunt in alios. Hæc quoque ſententia vera eſt, & recipienda quaſi ab ipſo Sancto Spiritu pronunciata, ut ex ea colligatur doctrina generalis. Quam ut ad verum uſum applicemus, precandus nobis eſt Deus, ut nos hic Spiritu prudentiæ donet, ne huc aut illuc Scripturam detorqueamus in contrarium ſenſum, ut videmus feciſſe Eliphazum. Scriptura autem dicente, Qui arant iniquitatem & ſeminant moleſtiam, eam metere; Deus minas intentat improbis, qui putant præclare ſe rebus ſuis conſulere, dum inſtar ferarum rapacium expilant & vorant hos vel illos, & in aliis opprimendis mire ſibi placent; quaſi inſignem aliquam victoriam reportarent. Dominus autem denunciat, ipſos vehementer falli: nam in ipſorum dedecus & exitium retorquet quæ moliti ſunt. Hac igitur interminatione Deus vult coërcere audaciam & malitiam hominum, ut refrenati charitatem & æquitatem inter ſe colant, & à mutua maleficentia abſtineant: ſicut etiam ex oppoſito audimus quid nobis promittatur, Qui ſeminat *1 Cor. 9.* beneficentiam, eam metet. *verſ. 6.* Paulus ibi loquitur de eleemoſynis. Ait, ſi benigne ſeverimus erga proximos ex bonis à Deo nobis collatis, nos eandem meſſem collecturos: imo Deum non parce ſed copioſe & affatim nos ſuis benedictionibus aucturum: & nobis ad egeſtatem redactis benignitatem ac liberalitatem ſuam reipſa declaraturum. Hac promiſſione incitantur fideles ut ſuis proximis large ſubveniant. Jam videmus verum uſum hujus doctrinæ: nimirum ut caveamus nequid noxæ aut fraudis machinemur. Quamobrem? Tantum abeſt ut per nefas & dolos creſcere poſſimus, ut contra Deus tandem nos ideo confundat. Hinc diſcamus pravas cupiditates reprimere, ut juſtum & æquum cum proximis colamus. Et quum omnis injuria diſpliceat Deo, & omnis iniquitas, ſtudeamus æquitati & beneficentiæ, ut non ſolum ab omni maleficio abſtineamus, ſed & pro facultatibus, quas nobis largitur Deus, alii alios juvemus, mutuo communicantes. Hic autem colligamus aliquot ſententias ex Scriptura ſacra, eodem pertinentes. Væ *Eſa. 33. 1.* qui prædaris: nam & ipſe præda eris. Item, Qua *Mat. 7. 2.* menſura menſi fueritis, viciſſim metientur vobis. Quum has ſententias audimus, contremiſcamus, & demus operam ut juſte agamus, & æquitatem erga proximos noſtros exerceamus, quo noſtra erga Deum reverentia & obedientia ſemper appareat. Hæc ſumma eſt eorum quæ hoc loco notanda habemus. Interim autem ſiquis bene vitam agens

probos qui maleficium pro beneficio bonis viris rependant. Siquos igitur videmus afflictos, non eſt quod concludamus, eos propterea affligi quod ſeverint dolorem & moleſtiam. neſcimus enim cur ſic à Deo viſitentur. Verum eſt quum aliqui notæ improbitatis vexantur, licere manifeſtum in eos Dei judicium agnoſcere. Siquis Dei contemtor fuerit, & vita ſua diſſoluta proximos offenderit, de hoc homine quid aliud judicemus quam quod Scriptura pronunciat? Verum ſi ex eo tantum quod aliquem ærumnoſum cernimus, eum maledictum & reprobum cenſemus, tale judicium temeritate & audacia non caret, nec Deo probatur. Ab eo igitur abſtinere debemus, ſervata temperatione ac modeſtia, quemadmodum ſupra oſtendimus. Eliphaz autem adjicit, hujuſmodi homines, id eſt, qui tales fraudes & vim moliti ſint ut ſuos proximos opprimant, quique ſcelerata ſua conſilia exequuti ſint, eos flatu Dei & ſpiritu oris ejus perituros. Quo ſignificat, ut homines ceſſent, Deum tamen officio ſuo non defuturum, ſed eos qui talia patrarint, ſeveriſſime vindicaturum. Quod certe veriſſimum eſt, & digniſſimum quod à nobis ſedulo notetur. Cur indurantur improbi & ſuas fraudes perſequuntur? Nimirum putant neminem audere contra ſe hiſcere: ſi ferarum more ferociant, fore ut timorem & terrorem omnibus vel ſolo adſpectu incutiant: & quum alios prædati fuerint, neminem cum ipſis expoſtulaturum; quod habeant unde placent eos à quibus ſibi timeant: quemadmodum tales homines videre eſt corruptelis manus & ora potentiorum comprimere. Quoniam igitur improbi meritas ſceleribus ſuis pœnas ab hominibus non timent, propterea dicitur, eos Dei flatu perituros: hoc eſt, ut homines officio ſuo non fungantur, nec juſtitia locum habeat, & ut ii quibus gladius vindex commiſſus eſt, ceſſent, nec magis quam idola moveantur, & nemo ſit qui rectum & juſtum defendat, & tolerentur ſcelerati, Deum tamen otioſum in cœlo non futurum. Meminerimus itaque, quum nobis injuſta patrantibus omnes applauſerint, noſtram conditionem non propterea fore meliorem, nihilque illa hominum blandimenta nobis profutura. tandem enim reddenda erit ratio apud Judicem cœleſtem. quod in primis notatu dignum eſt. Itaque ne ideo quiſquam ad peccandum allieiatur, quod nemo hominum ipſi res alienas ad ſe avertenti obſiſtat. Audimus enim quid hic dicatur, nempe etiamſi homines nobis malefaciendi licentiam concedant, Deum nihilominus minime otioſum eſſe. Num injuſta facinora ei probantur? an non denunciavit, ut proximus eſt iis à quibus invocatur, ſic ſeſe oculis notare omnes qui fraudes & vim exercent? Quum ergo ita ſe res habeat, inde incitemur ut in timore ac ſol-

Pſal. 11. verſ. 4. 5. & 34:17. & 37:13.

Jeſu Chriſti commemorantur. nam iſta virtus tribuitur ſpiritui oris ipſius, & ipſius verbo, nempe eo exterminatum iri impios. Ita de eo loquitur Eſaias: quod teſtimonium Paulus ultimo Domini Jeſu Chriſti adventui applicat. Quî ergo regnat Chriſtus? confuſis & proſtratis ejus inimicis ſimplici ipſius verbo, quod eſt inſtar ſpiritus, nullo alio fulmine opus eſt ad eos perdendos. Quod quum ita ſit, de nobis ipſis cogitemus. nam quotieſcunque Euangelium annunciatur, Deus fulminat in omnes contemtores, præſertim in præfractos & obſtinatos. Ad tempus quidem lateat iſtius verbi vis, improborum ultrix: at tandem neceſſario ſentient, Deum non fruſtra dixiſſe per ſuum Prophetam, & voce Apoſtoli confirmaſſe, Jeſum Chriſtum vento oris ſui exciſurum ſceleratos. Itaque hac ſententia territi ſummittamus nos Euangelio, ut non in confuſionem ſed ſalutem noſtram iſtam virtutem experiamur. Sequitur ſimilitudo à leonibus & leunculis fame perituris ſumta. Non dubium eſt quin Eliphaz hîc ſignificare voluerit Deum exercere robuſtum ſuum brachium adverſus immanem improborum violentiam, qui leonibus & feris ſunt ſimiles. Hæc in ſumma innuit Eliphaz. Verum quidem eſt, interdum manſuetos ſic affligi, ut eos Deus prorſus deterere & friare velle videatur: quale exemplum in Davide habemus. Hæc tamen ſententia non propterea vera eſſe deſinit, ſi judicium Dei conſideremus, prout ſæpius exercetur. nam ex punitionibus, quas ſolet Deus irrogare hominibus, non eſt colligenda regula quæ omni exceptione careat. Quum dicitur fore judicium abſque miſericordia ei qui non præſtiterit miſericordiam: hoc non eſt prorſus accipiendum ſicut ſeſe res ſenſibus noſtris objicit. non eſt enim quod concludamus fuiſſe crudeles quicunque crudeliter vexantur. Videmus quid acciderit Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt caput, ſpeculum ac typus omnium Dei filiorum. Notum eſt etiam quid contigerit multis fidelibus. Sed iſtud accipiendum eſt, uti dixi, pro judicio ordinario. Ita eſſe apparet ex promiſſione oppoſita, Beati mites, quoniam hæreditatis jure terram poſſidebunt. Ubi Chriſtus pollicetur, ſi fuerimus benigni & manſueti, ac bene mereri de omnibus ſtuduerimus, fore ut potiamur terra, id eſt, vita pacifica & à moleſtia immuni. Ita eſt. Sed, uti jam oſtendimus, hoc non ſignificat fore nos omnis doloris expertes. dabit quidem Deus ut poſſideamus terram, ſed quatenus nobis conducet. Hoc memoriæ mandemus. Itaque ne mirum videatur quod hic dicitur, nempe dentes leonum confractum iri, rugitum illorum diſſipatum iri, hoc eſt Deum exerturum brachium & virtutem ſuam ut domet ſuperbos, contumaces, crudeles, qui omnibus devo-

Eſa. 11. verſ.4. 2 Theſſ.2. verſ.8. Jac. 2. verſ. 13. Pſal. 37. verſ. 11. Matth.5. verſ.5.

randis

CONCIO DECIMA SEXTA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. IV.

12. Porro ad me verbum clanculum perlatum eſt, ex quo percepit auris mea pauxillum.
13. In cogitationibus viſionum nocturnarum, quando irruit ſopor ſuper homines,
14. Pavor accidit mihi ac tremor, qui oſſa mea terrefecit.
15. Et ſpiritus coram me tranſivit, inhorruit pilus carnis meæ.
16. Tum ſubſtitit, & ejus vultum non agnovi: imago meis oculis obverſata eſt, & ſi-
lendo vocem audivi:
17. Numquid homo Deo juſtior erit? num factore ſuo mundior erit vir?
18. Ecce in ſervis ſuis non invenit ſtabilitatem, & in Angelis ſuis judicatis poſuit vani-
tatem.
19. Quanto magis in iis qui habitant domos luteas, quorum eſt in pulvere fundamen-
tum, qui exeduntur & conſumuntur à tinea?

POſtquam Eliphaz præclare ſibi viſus eſt arguiſſe, Jobum non ſincere nec fideliter Deum coluiſſe, neque ex animo vera pietate affecto: jam adjicit ipſius Dei auctoritatem, ut oſtendat Jobum nihil habere quod reſpondeat, quominus à Deo jure condemnentur. Sunt autem qui putent Eliphazum jactare hic falſam revelationem: ſed ſi res ipſa propius expendatur, verum eſſe comperietur quod hac revelatione docetur. Iſtud enim principium perpetuo tenendum eſt, generales ſententias quas iſte proponit, certas quidem eſſe, ſed perperam ab eo applicari. Quod autem hæc ei Deus inſpiraverit, mirum videri non debet. nam hodie alia ratione docemur, quam priſci illi Patres. Deus nobis loquitur. Quo pacto vero? Per Prophetas, qui ſunt organa Spiritus Sancti. Et per Euangelium quoque Deus ſeſe nobis familiariter patefacit. Hoc igitur modo Deus nobis loquitur, nempe quatenus omnem voluntatem ſuam in Sacris literis nobis declarat. Antea Deus ſe veteribus illis hominibus patefecit. Quî? Per viſiones, ut Scriptura ſacra teſtatur. Itaque ſciamus Eliphazum fuiſſe virum præſtantem. novum videri nobis non debet quod ei Deus nocturna viſione apparuerit, & ita cognoverit quod nos hodie Scriptura docet. Non igitur falſa eſt iſta Eliphazi gloriatio: ſed in hoc tantum iſte peccat, quod detorqueat in perſonam Jobi quod ad alium finem & uſum applicandum ex revelatione acceperat. Deus enim ei revelat, oportere ut homines in humilitate ambulent. Huc ſpectabat illa viſio ei oblata, Homines non debere in vitiis ſuis ſibi placere, nec ſuperbire opinione juſtitiæ & dignitatis falſo ſibi arrogatæ: quum ſcire debeant, ſe in Dei conſpectu mere peccatores eſſe, qua cogitatione confuſi in ſuis corruptionibus ſibi vehementer diſpliceant. Eliphaz autem talem doctrinam acceperat: bonam certe. Jam vero totum onus imponit humeris Jobi, putans ſe viciſſe ſi fidelem Dei ſervum oppreſſerit. Videmus itaque Eliphazum non temere gloriari ſe à Deo edoctum fuiſſe. Verum male profecit hac in parte, quoniam à ſeipſo oculos avertit in Jobum, quem immerito obruat. Jam ſingula diſpiciamus. Ait, *verbum ad ſe clanculum perlatum eſſe, & ex eo aurem ſuam percepiſſe pauxillum*: nempe *viſione nocturna ſpiritum coram ſe tranſiviſſe, & ſilendo vocem à ſe auditam: & ſuis oculis obverſatam eſſe imaginem, quam non cognoverit ex vultu: tum vehementi pavore & tremore fuiſſe concuſſum, adeo ut ſuus pilus inhorruerit.* Quæ omnia huc tendunt, ut oſtendat ſe non afferre ſua ſomnia, ſed ipſum Dei teſtimonium, cui omnis auctoritas deferenda ſit. Ideoque omnes viſiones priſcis Patribus oblatas, Deus notis quibuſdam inſignivit quæ metum & terrorem aliquem incuterent: ut verbo ſuo auctoritatem conciliaret, quo reverentius exciperetur. Videmus enim homines non rite auſcultare Deo loquenti, niſi Majeſtatis ſuæ ſenſu ipſos afficiat. Siquis vir non vulgaris nos alloquatur, ad ejus verba attentiores ſumus, quam ſi Scripturam ſacram legamus. quod mirum eſt. Unde vero iſtud, niſi ex eo quod carnales ſumus & bruti? Deus ergo ut huic vitio mederetur, cum ſermone ſuo conjunxit

tientibus. Quid igitur myſterii continet verbum iſtud? Teneamus eſſe cognitu pernecesſarium. quamvis enim homines in hoc conſentiant, unicum Deum juſtum eſſe, & præ eo nos meram eſſe infirmitatem: non ſatis tamen hoc cognoſcimus nec menti impresſum gerimus. Nam ſi plena certitudine perſuaſum haberemus, Deum juſtum eſſe, nos vero vitioſos, certe non dubitaremus ſicuti ſolemus: non obmurmuraremus, neque etiam apud nos ſtomacharemur: contra placidi esſemus, & merito nos à Deo caſtigari agnoſceremus. Homines autem palam reſponſant Deo & recalcitrant ſimulatque ab eo tanguntur: nec tum quum parcendo eis ipſorum offenſas detegit, veram earum edere confesſionem volunt. Unde patet, omnes arrogantia turgidos eſſe, nec cognoſcere quæ ſit Dei juſtitia, ſub qua ſeſe humilient. Itaque Eliphaz non ſine cauſa verbum iſtud vocat arcanum, ubi Deus ſeſe unum juſtum eſſe evincit, & homines pudore ſuæ inopiæ affecti ſeſe miſeros agnoſcunt. Sic etiam à Paulo accipitur, quum ait tertio ad Romanos, Deum patefeciſſe, ut rem hominibus arcanam & incognitam, juſtitiam ſuam, per fidem Jeſu Chriſti, ut totus mundus ſe condemnationi Dei obnoxium agnoſcat. Hoc facile quidem fatentur homines: ſibi tamen neſcio quid ſemper asſumunt, uti jam oſtendi, nec arrogantiam exuere posſunt, quin libero ſuo arbitrio mire confidant. Tum ſibi perſuadent ſe Deum bonis operibus promereri. Contra Deus vult ſe ſolum agnoſci juſtum, homines vero mere injuſtos. Eliphaz autem, dum ait *ſe pauxillum ex eo percepiſſe*, non altius juſto ſe attollit. Non enim ſibi uſurpat perfectam ſapientiam, ut dicat nihil ſibi excidiſſe, ſeſe omnia percepiſſe: ſed ait ſe aliquem illius divinæ doctrinæ guſtum hauſiſſe & partem concepiſſe. Videmus itaque ut modeſte loquatur, oſtendens ſe non eſſe tanquam Angelum quendam cœleſtem qui gloriam Dei perfecte contemplatus ſit, ſed pro crasſitie humana didiciſſe communicare aliis quod à Deo acceperat. Hæc ejus verborum ſumma. Quo monemur, ut putemus nos plurimum profeciſſe, ſi, quum Deus ſeſe nobis familiariter patefacit, ex parte illum cognoſcimus: nec arbitremur perfectam nobis eſſe intelligentiam numeriſque omnibus abſolutam. Quod qui ſibi arrogant, falluntur: & interim ſibi viam ad ulteriora præcludunt. Proinde notemus, magnos nos feciſſe progresſus, ſiquem vel exiguum guſtum habeamus, & aliquod cognitionis veritatis divinæ initium. Quod ſi de Prophetis & Doctoribus ipſis, quos Deus elegit & conſtituit, iſtud accipiendum, quid nobis futurum eſt? quale exemplum hic in Eliphazo cernimus. Nobis enim proponitur non ut quiſpiam ex imperita multitudine, ſed ut is cui Deus viſus fuerat. Se tamen fatetur pauxillum tantum percepiſſe. Hoc primum nobis obſervandum. Quod ſi probe perſuaflagrantes, humiliter de nobis, ut decet, & modeſte ſentiamus. Et quo familiarius verbo ſuo nos docebit Deus, eo magis, tirunculis ſimiles, deponamus omnem illam arrogantiam, qua nobis ipſis perfecte docti videmur, & modum quem dixi teneamus. Unus enim Jeſus Chriſtus agnoſcendus eſt pro eo penes quem perfecta eſt ſapientia, cujus certam menſuram unicuique diſtribuat. Cæterum obſervemus etiam circumſtantiam loci. Nam agitur de juſtitia Dei, uti jam diximus, deque mera vitioſitate noſtra agnoſcenda: cui doctrinæ ſtudioſisſime attendere debemus, utpote quam ſatis cognitam & perſpectam habere nequeamus. Quo magis meditanda eſt, & toto vitæ ſpatio expendenda. Quæ ſi probe intellecta eſſet à Papiſtis, non in tantis tenebris verſarentur. At illis ſuperfluum videtur, agere de gratuita juſtificatione fidei. Novam & alienam vocant hanc doctrinam, noſque ei tantopere inſiſtentes rident. Verum hic docemur, eos quibus viſiones cœleſtes oblatæ ſunt, vix pauxillum ex tali arcano percepiſſe. Itaque ſciamus, diligenter verſandum eſſe in hoc articulo, & ut omnes ſenſus huc applicuerimus, ne centeſimam quidem ejus partem à nobis cognoſci poſſe. An non enim Dei juſtitia infinita eſt? Noſtræ vero corruptelæ & vitioſitates nonne inſtar pelagi ſunt aut abysſi? Non igitur mirandum quod dicat hîc Eliphaz ſe exiguam tantum particulam ex hoc articulo percepiſſe. Addit autem, *ſpiritum illum coram ſe tranſiviſſe, pilos ſuos inhorruiſſe, ſibi viſam eſſe imaginem quam non cognorit, tum ſilendo vocem audiſſe.* Quæ omnia eo ſpectant, quo dixi, nimirum ut hac ratione Eliphaz præpararetur ad verba Dei excipienda, adeo ut cognoſceret Deum eſſe qui loqueretur, quo divina doctrina apud illum authentica eſſet, & ipſe humiliaretur omnemque præſumtionem à ſe rejiceret, cui homines plus nimio ſunt addicti. Oportebat ergo ut Eliphaz quaſi ad nihilum redigeretur, quo, inopia ſua cognita, daret Deo gloriam. Hodie quidem tales viſiones nobis non offeruntur, quales illis temporibus: ſcire tamen debemus, talia ſigna, Patribus oblata, ad nos quoque pertinere, & uſui noſtro eſſe applicanda. Itaque quum ſacram Scripturam legimus, aut concionem audimus, Majeſtatis divinæ reverentia ſerio tacti ſimus, ne ſacroſanctam ejus veritatem profanemus, quaſi fabulam aut ridiculam quandam narrationem audiremus: verum ſciamus, quando Creator noſter loquitur, omne genu flectendum eſſe coram ipſo, & omnibus hominibus ad ejus verba contremiſcendum. Hæc ſunt hoc loco obſervanda. Porro ſcimus quum Deus ſuam Legem promulgaret, ſigna ab eo edita fuiſſe ad terrorem illis incutiendum quos tunc docere volebat: adeo ut perterritus populus diceret, Ne accedamus ad iſtum montem: nam moriemur

ſi Deus

Rom. 3. *verſ.* 21.

Exod. 19. *verſ.* 16. *&* 20. *v* 18, 19. *Hebr.* 12. *v.* 18, 19.

Jeſum Chriſtum, ultra quam patefactionem non eſt quod progredi nos poſſe arbitremur, quum omnes revelationes concludat. Et quo prolapſi ſunt qui aberrare & limites iſtos tranſilire voluerunt? Hinc illa horrenda confuſio Papiſtica: hoc fundamento doctrinam ſuam Pontifex ſtabilit, quod dicat Apoſtolos non omnia declaraſſe quæ utilia ſunt Eccleſiæ, & Spiritum Sanctum ſuperveniſſe, ut novos articulos condere & ſanctis conciliis adhæreſcere liceat. Quoniam igitur Pontifex Romanus & ipſius ſatellites non retinuerunt puritatem Scripturæ ſacræ, ideo illos Deus ſuis ipſorum deliriis tam abſurdis & brutis occæcavit ut lapides & lignum adorent, cujus rei vel puerulos pudere debeat. Quod manavit à Diabolica illa curioſitate, qua ſimplicem Scripturæ ſacræ doctrinam pro non ſufficiente habuerunt. Eodem quoque fundamento nititur Turcarum religio. Mahometes dixit ſe eum eſſe qui revelationem Euangelica pleniorem afferret. Ita neceſſe fuit illos obbruteſcere. Et hodie videmus tam inepta & abſurda eos ſectari ut nihil ſupra, ut qui juſtiſſimo Dei judicio ſint in ſenſum reprobum penitus redacti. Idem & aliis olim contigit, & noſtro hoc ſeculo iis omnibus qui ſuis viſionibus Eccleſiam turbare ſtuduerunt. Et hic etiam fuit unus ex articulis illius impuri, qui nuper fuit exuſtus. Dicebat enim Spiritum Sanctum nondum regnaſſe, ſed venturum eſſe. Impius hoc probro Deum afficit, acſi veteres illi Patres umbram tantum Spiritus quandam habuiſſent, quaſi ſemel effuſus viſibiliter in Apoſtolos, ſtatim abiiſſet atque Eccleſiam deſeruiſſet. Hæc eructabat ille perditus, & ita tanquam alter Mahometes, Spiritum Sanctum penes ſe eſſe volebat. Verum omnibus clarum eſt illum Diabolico ſpiritu agitatum fuiſſe, ejuſmodi homines Deo ita puniente, quo magis eos deteſtemur. Nos autem ſequamur ordinem quem dixi: nempe ut doceamur ex conſtituta à Deo norma, nec ea temeritate feramur, qua Deum nobis obſtringere velimus, ut arbitrio noſtro obſequatur, ſed Scriptura ſacra contenti ſimus, quando hos terminos nobis Deus circumſcripſit. Cæterum quod Eliphaz ait *ſe vocem ſilendo audiſſe*, ſignificat ſe ita fuiſſe à Deo præparatum ut audita mandaret memoriæ. Nam fieri quidem poteſt ut qui ſit veluti eccſtaſi correptus, is aliquid percipiat eorum quæ ipſi dicuntur: ſed non ita auſcultabit ut ad ea ſit plane attentus, quo ea quæ audit, menti ſuæ infigat. Ut ſunt plurimi qui quum interfuerint concioni, verba quidem concionantis audiverint, ſed memoriæ non infixerint: quia ſi interrogentur quid dictum fuerit, muti ſint. Qui ſic? nam de aliis Creatore contendere. Nonne oportet homines prorſus dementes eſſe quum præ Deo gloriari volunt? Hæc eſt theſis. Quoniam autem homines non facile auctoritate ſua cedunt, quo ſeſe ipſi condemnent, adjicit rationem qua ſententiam illam confirmet: nempe ſi Deus examinet ſuos Angelos, reperturum in illis quod juſte reprehendat, nec ſtabilitatem ſed vanitatem & infirmitatem inventurum. Quod ſi tales ſint Angeli, quales cenſendi ſunt homines qui domos luteas inhabitant? Quid enim eſt corpus humanum? quod ejus fundamentum? quantumvis firmum videatur, pauxillo imbre dejicitur. Quod quum ita ſit, ſciamus non poſſe nos ullo modo in conſpectu Dei conſiſtere ſiquid juſtitiæ huc afferre præſumamus, quando ne Angeli quidem judicio ejus ſatisfacere queunt. Hæc ſumma eſt eorum quæ hic proponuntur. Videamus autem quomodo hic mentio Angelorum fiat. Aliqui, quod abſurdum ipſis videretur Deum non invenire perfectam juſtitiam in ſuis Angelis, voluerunt hic non agi de Angelis qui in obedientia erga Deum perſtiterunt, ſed de iis qui lapſi ſunt & à Deo defecerunt. Nam Diaboli fuerunt Angeli Dei, ſed gradum ſuæ creationis non retinuerunt, & horribili lapſu deciderunt: adeo ut ſint perditionis ſpecula. Sic multi hunc locum expoſuerunt, Quum non fuerit firmitas in Angelis qui in terras deturbati ſunt ſua culpa, quid dicamus de hominibus qui argillaceo fundamento innituntur? Verum non ſunt excogitandæ interpretationes coactæ, nequid laudi Angelorum decedat. Hic enim agitur de ſervis Dei: qui titulus eſt honorificus. Et non dixiſſet Eliphaz, Deus non invenit firmitatem in ſuis ſervis: ſed hoc modo potius loquutus eſſet, Diaboli qui antea miniſterio Dei erant aſſignati, tam horribili tamen modo lapſi ſunt ut eorum caſu univerſus mundus concuſſus fuerit, & genus humanum eodem perditionis & exitii redactum. Talia fuiſſent Eliphazi verba. Sed ait, Deus non invenit veritatem in ſuis Angelis, ſed ſtultitiam aut vanitatem: non dicit rebellionem aut defectionem, ſed vanitatem duntaxat nominat: quod lenius eſt. Itaque re probe conſiderata, non dubium ſit Eliphazum hic loqui de Angelis qui Deo ſerviunt penituſque addicti ſunt. Quomodo igitur inquit non eſſe in illis firmitatem, ſed potius vanitatem & inconſtantiam? Quum ait Paulus, ſolum Deum eſſe immortalem, haud dubie excludit omnes creaturas: ſcimus tamen Angelos eſſe ſpiritus immortales, ut quos ea conditione Deus condiderit ne unquam intereant, ſicut & ipſæ hominum animæ creatæ ſunt ut nunquam pereant. (1 *Tim.* 6. *verſ.* 16.)

Quo-

Digitized by Google

gitque. Denique nihil habent penes ſe Angeli quo glorientur. Quicquid enim habent potentiæ & firmitatis, id Deo acceptum ferunt. Quod ſequitur, Deum in eis invenire aut ponere (verbum enim ſignificat, ponere) ſtultitiam ſeu vanitatem; non declarat, vanitatem, quæ eſt in Angelis, à Deo manare. nam additum judicandi verbum denotat, eum tanquam judicem pronunciare, ineſſe Angelis ſtultitiam & vanitatem, id eſt, culpam, adeo ut coram ſevero ipſius judicio ſubſiſtere nequeant. Hoc quidem videtur novum Sacrarum literarum imperitis. At ei qui cognoſcat quæ ſit Dei juſtitia, mirum non erit ipſos etiam Angelos reos compertum iri ſi cum Deo conferantur. Hoc enim apud nos ſemper conſtitutum eſſe debet, bona quæ creaturis inſunt eſſe perexigua præ bonitate infinita Dei. Inter hæc ergo perpetuo diſtinguendum eſt. Angeli præditi ſunt virtute admirabili, noſtri quidem reſpectu: (dum enim Angelos inter creaturas ſpectamus, maxima gloria ornatos agnoſcere debemus:) ſed cum Deo comparati non poſſunt à Dei immenſitate non abſorberi: ſicut videmus Solem ſtellarum omnium fulgorem obſcurare. Quid autem Sol eſt? Eſt & ipſe in numero planetarum. nihilominus tamen, quia Deus huic creaturæ majorem ſplendorem, quam reliquis, contulit, propterea ejus luce omnia ſidera & lumina abſorbentur & oculis noſtris auferuntur. Quid fiat er-
Eſa. 24. go, Deo in medium prodeunte? Erubeſcet Luna,
verſ. 23. & confundetur Sol, cum regnaverit Dominus & glorificatus fuerit, inquit Eſaïas. Quum iſtius Regni facit mentionem Propheta, omnia in nihilum redigi, ut unus Deus glorificetur, oſtendit. Quod quum ita ſit, eo referamus quod hic docemur, nempe Deum invenire culpam ſeu defectum in ſuis Angelis, quamvis ſint ipſius ſervi. Non propterea tamen non perfectum eſt Angelorum erga Deum obſequium, quatenus perfectum eſſe poteſt quod à rebus creatis proficiſcitur. Et certe quoties oratione Dominica petimus à Deo ut fiat ejus voluntas in terris ſicut in cœlis, agnoſcimus obedientiam quæ illi ab Angelis exhibetur, omni contradictione carere, quum ejus dominio tam placide obtemperent, ut ejus voluntati ruptibilia & caduca tuguriola. Gloriemur ergo quantum libuerit, mera tamen ſumus vanitas, id eſt, corpora noſtra nihil ſunt præter lutum & pulverem, corruptioni deſtinatum. Quum itaque habitemus caſas luteas, num anteferamus nos iis qui glorioſiſſimi faciem Majeſtatis divinæ jam intuentur? Ecce, Angeli nullis mutationibus & viciſſitudinibus hujus mundi ſunt obnoxii, ſed jam habitant immortalitatem illam cœleſtem: nos vero experimur vitam noſtram merum eſſe flatum, & momento breviorem. Quid ergo etiamnum tantopere de nobis præſumimus? Denique nulla ſtabilitate præditi ſunt homines, quæ ſtatim non effluat atque evaneſcat. Itaque diſcamus, quum de nobis cum Deo comparandis agitur, Deum probe contemplari. Cujus virtutem nunquam ut decet concipere poſſumus: quum ne Angeli quidem, qui propius faciem ejus contemplantur, ea ſint perfectione in qua ſevere examinata nihil reprehenſione dignum comperiatur. Quid igitur nobis futurum eſt, ſi imbecillitatem noſtram reſpiciamus? quales futuræ ſunt virtutes noſtræ, ſi cum virtutibus Angelorum, creaturarum adeo nobilium & excellentium, componantur? Hæc ſunt quæ in præſentia nobis ſunt obſervanda. Reliqua jam ediſſerere per temporis anguſtias non licet.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri ut agnoſcamus peccata noſtra, eique ſupplicemus ut ita nos ad verbum ſuum excipiendum præparet, ne ea negligentia & remiſſione illud audiamus ut evaneſcat & nobis effluat, ſed mentibus noſtris ita infigamus ut pravos affectus noſtros in rectos immutet, efficiatque ut nobis ipſis renunciemus: ut depoſita omni inani confidentia, nihil aliud ſtudeamus quam adorare Deum illum Opt. Max. & merita laude afficere, in primis propter inæſtimabilem illam gratiam qua nos in Domino noſtro Jeſu Chriſto dignatus eſt, & propter amorem quo nos in eodem dilexit, dum ei non pepercit, ſed in mortem pro nobis tradidit: cujus paſſionis & mortis fructum & virtutem ita ſentiamus, ut tandem à Deo Patre pro juſtis & innocentibus habeamur. Non ſolum autem nobis hanc gratiam largiatur, verum etiam populis, &c.

CON-

Digitized by Google

JAm vidimus quo ſpectet hæc oratio: nempe eo ut dejiciat & humiliet homines, quum etiam ab Angelica perfectione longiſſime diſtent. Atqui Deus, ſi Angelos ipſos ſevere judicare vellet, reprehenſione dignos reperiret: quid ergo illis fiet, qui, ut uno verbo dicam, mera ſunt vanitas? Videatur autem hoc argumentum non eſſe idoneum, ut probet Eliphaz quod intendit. Quamvis enim homines ſint debiles, & vita eorum momentanea ſit, non ſequitur tamen eos coram Deo reos eſſe & peccatores. nam hæc ſeparata ſunt, Vitam noſtram eſſe caducam ac momentaneam, &, Apud Deum eſſe nos condemnationi obnoxios. At ſi propius inſpiciamus, rationes quæ hic adducuntur, non abs re adductæ comperientur. non enim hic ſimpliciter agitur de fragilitate hominum quod ad ipſorum corpora attinet: ſed hoc etiam agitur, quod quum habitent carnem corruptioni obnoxiam, ita rebus terrenis addicti ſint, ut de ſua conditione ſerio non cogitent, etiamſi mors ipſis ob oculos ſemper obverſetur. Notanda quoque eſt comparatio qualis hic inter Angelos & homines mortales inſtituitur. Ecce, Angeli, proximi Deo ſunt, & gloriam ejus contemplantur, penituſque ei ad obediendum addicti ſunt: attamen nulla in ipſis eſt firmitas, niſi quatenus Dei gratia ſuſtentantur: mox etiam effluerent atque evaneſcerent, niſi illos Deus pro mera bonitate ſua conſervaret. Jam deſcendamus ad homines. Ubinam habitant? longiſſime à gloria illa cœleſti ſemoti, in tuguriolis caducis inhabitant. quid enim eſt corpus uniuſcujuſque noſtrûm? Verſamur itaque tanquam in ſepulcris. nam corpora noſtra ſunt carceres obſcuri, quibus impedimur quo minus Deum ſuſpiciamus, quaſi jam ſepulti ſub terra jaceremus. Quodnam eſt noſtrum fundamentum? pulvis: nec tamen conſideramus fluxam conditionem noſtram cui perpetuo mors impendet. iſtud minime cogitamus. Itaque mirandum non eſt, ſi nihil præter nuditatem & miſeriam in hominibus reperiatur, quando Angelorum, qui tam propinqui ſunt Deo, tanta non ſit perfectio, quæ in juſtam condemnationem apud ſeverum Dei judicium non incurrat. Videmus jam, argumentum, quo hîc utitur Eliphaz, maxime ad rem præſentem facere. ſupereſt ut verba ipſa, quibus hîc utitur, expendamus, ut ex iis utilitatem percipiamus. Supervacaneum quidem nobis videtur de vitæ noſtræ brevitate verba fieri: quis enim hanc ignorat? Verum non ſine cauſa Deus toties eam nobis commemorat & inculcat. nam ſi nobis perſpecta foret & probe nota vitæ noſtræ conditio, procul dubio non ita mundo addicti eſſemus, ut ſumus, nec mentes noſtræ rebus terrenis eſſent obrutæ: ſed oculis ad regnum cœleſte ſublatis, illic penitus affixi eſſemus. Contemnimus autem vitam cœleſtem, & ex hujus mundi involucris evolvi & extricari non poſſumus. Unde ſequitur, nos ignorare quod omnes tamen in ore habemus, nempe vitam noſtram eſſe umbram ſtatim evaneſcentem, hominem ſimilem eſſe flori aut herbæ vireſcenti quæ mox areſcat & flacceſcat. Denique etſi proverbia frequentiſſima ſint de vitæ humanæ brevitate, hæc tamen menti noſtræ infigi non poteſt. Propterea crebris exhortationibus ad eam melius meditandam inſtigamur: qui ſi dies noſtros enumerare poſſemus, ut loquitur Moſes Pſalmo 90., profecto erudiremur tum ad meditandam mortem, tum ad contendendum ad metam quo nos Deus vocat. *Pſal. 90. verſ. 12.* At ne digitis quidem numerare novimus. Nam ut ab infantia ordiamur, qui ea ſunt ætate nihil fere à brutis differunt, niſi quod magis etiam ſunt moleſti quam ſint aliarum animantium fœtus, ſed nec intelligendi facultate & ratione utuntur. In adoleſcentia, ebulliunt cupiditates, æſtuantque, nec frenari facile poſſunt. Ætas autem virilis brevi præterfluit. Cui ſuccedit ſenectus, qua & nobisipſis & aliis tædio ſumus. Si ergo ſciremus digitis numerare vitæ noſtræ tempora, non adeo ſtupidi eſſemus, ſicuti ſumus. Itaque ne putemus operam fruſtra conſumi in meditanda iſta doctrina, qua diſcamus vitam noſtram eſſe nihili, quum mille mortes vel in ipſo ætatis flore nos circumſtent. Quum aliquis ex noſtris propinquis & amicis ex hoc mundo migrat, & aliquem ad ſepulcrum efferri cernimus; dicimus quidem, Quid eſt vita humana? Si urbs aliqua aut regio vaſtetur, magis etiam commovemur: verum ad momentum. Opus autem habemus, in hac doctrina per omnem vitam exerceri: ideo Scriptura eam nobis ſæpius inculcat. Cæterum hoc loco primum dicitur, *homines habitare domos luteas, & illorum fundamentum eſſe pulverem.* id eſt, ſi hanc vitam expendamus, qua in re illam conſiſtere animadvertemus? hic incluſi ſumus tuguriolis caducis, qualia ſunt noſtra corpora. En igitur quæ ſit noſtra firmitas, nempe quæ in pulverem ſubito reſolvatur: adeo ut aut à vermibus aut à vento abſumamur: vel citius extinguamur quam vermiculus, quem pro nihilo habemus, nec inter creaturas numeramus. Et hoc primùm hic docemur. Deinde Eliphaz inquit, *à mane uſque ad veſperam homines interire & conſumi.* Hic locus exponitur perinde acſi dicerentur homines brevi perire: quod quidem verum eſt. Sed præterea ſignificatur, quo plura momenta effluunt, eo propius nos ad mortem accedere. Nam, ſi attendamus, ubi aliquis mane ſurrexit, nequit paſſum conficere, cibum capere, volam denique vertere, quin ſeneſcat, & vita ejus brevior evadat.

Ipſis

Digitized by Google

reſpuerunt, ignorantes quanto nos honore Deus afficiat quum in mundo collocat, ut ſeſe nobis patrem exhibeat. Quum enim ſimus creaturæ ratione præditæ, quum naturæ noſtræ impreſſa ſit imago Dei, hoc teſtatur illum nos pro filiis ſuis in hoc mundo habere: ut qui hujuſmodi gratiam contemnunt, ac dicunt præſtare nunquam naſci, impii ſint & blaſphemi. Quapropter non ſatis eſt intelligere, nos, dum hanc vitam vivimus, ſingulis momentis conſumi: ſed & alterum ex duobus illis capitibus quæ dixi tenendum eſt: nempe, ubi contemplati ſimus quam fragilis ſit vita noſtra, meminerimus nos ex Dei gratia inſtaurari atque ſuſtentari. quæ duo etiam conjuncta
Pſal. 104. ſunt in Pſalmo 104. Deo ſpiritum ſuum revocante,
v. 29, 30. omnia deficere: ſed quum virtutem ſuam emittit, ſtatim cuncta creari atque renovari. Ergo obſervemus, quum agnoverimus nos eſſe nihili, & morti obnoxios, ut velimus nolimus ad eam properemus, cum ea agnitione conjungendam eſſe hanc perſuaſionem nos à Deo in tanta infirmitate ſuſtineri & ejus virtute fulciri, ejuſdemque gratia conſervari. Hinc gaudium concipere debemus, ut tamen in primis reſpiciamus in ſupernaturale illud beneficium Dei, quo nos per verbum ſuum regenerat & inſtaurat, ſi-
Eſa. 40. cut Eſaïas Propheta inquit, Omnis caro fœnum, &
verſ. 7, 8. omnis gloria ejus quaſi flos agri. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: verbum autem Domini noſtri manet in æternum. non ut permaneat in cœlis tantum, ſed etiàm ut in eo vitam in nobis manentem obtineamus, quo ab univerſali terrenæ hujus vitæ corruptione redimamur, & Deus in nobis habitet, ut ejus æternitatem participemus. Huc attollendæ mentes, ut ſolidam ex hac doctrina utilitatem percipiamus, ut iterum mox dicturi ſumus. Cæterum quum videamus nos deficere, ut à mane uſque ad veſperam magis magiſque conteramur, eo impenſius tempus nobis à Deo conceſſum, quod breve eſt, ad rectum uſum adhibere debemus. Deus nos in hoc mundo collocavit, ut circa ipſius cultum exerceamur: cui rei rite præſtandæ nulla diligentia, nulla attentio par eſſe poteſt, ut Deum, prout decet, & animis & corporibus adoremus. Quum autem hæc vita momentanea ſit, & converſione manus velocius effluat, an non eo incitatiore curſu in hoc officii noſtri ſtadio properare debemus? Ita nos Scriptura etiam hortatur, oſtendens vitam hanc eſſe curſum quem non languide & remiſſe currere debeamus, ſed ita ut ſe quiſque velut calcaribus fodiat & incitet. Hæc etiam hoc loco ſunt obſervanda, ubi audimus homines conſumi & conteri à mane uſque ad veſperam. Accedamus ad ſequentia Eliphazi verba. *In ſeculum peribunt*, inquit, *eo quod non ſit qui apponat cor.* Quærat aliquis, an fugiamus mortem, dum de
eo quod jam ex Propheta citavimus. Illic enim Pro- *v.* 14, 15.
pheta ridet incuriam hominum qui ſibi æternam in hoc mundo commorationem pollicentur, quamvis animadvertere debeant quam vita ipſorum fluxa ſit, ut volæ converſione citius evaneſcat. Attamen nemini hoc in mentem venit: videntur homines ſeipſis decipiendis & memoria ſuæ ſortis abjiciendâ ſummam voluptatem capere, qui finem ſuum non reſpiciant, ſed potius ſibi, ut idolis, velut templa ponant. Quid iſtud eſt, niſi ſeſe ratione de induſtria privare, & in brutorum ordinem redigere. Propheta autem inquit hanc veſaniam facile coargui, quod experientia doceat homines ſeipſos fallere, & in exitium præcipites agere, dum eam immortalitatem ſibi moliuntur, qua ſe hic æternum manſuros imaginantur. Hæc ſtultitia & vecordia vel ſolo adſpectu convincitur: poſteri tamen eorum, inquit, nihilo facti ſapientiores, tanquam pecudes in ſepulcro concluduntur, quos omnes, tum nobiles, tum abjectos, mors depaſcat: quod tamen nemo cogitat. Hoc autem optime cum verbis Eliphazi convenit. Itaque obſervemus, Spiritum Sanctum monere nos, ut, quum adeo ſimus caduci, ſemper nobis ob oculos mortem proponamus, ad quam tendamus, ne perterreamur aut conſternemur quum Deus nos ex hoc mundo educere voluerit: ut videre eſt maximam hominum partem ita terrefieri, ut omnem cogitationem & ſenſum amittant. Quum igitur longe ante meditati fuerimus quis ſit noſter finis, & qua conditione ſimus creati, tunc non interibimus ex improviſo, ſicut ſtulti ſolent. Qui ſic? Hic enim agitur de hominibus in natura ſua conſideratis. Certum eſt ergo nos neceſſario eſſe conſumendos, niſi reſpiciamus ad renovationem illam quam Deus ſui Spiritus virtute efficit. Quo melius iſtud intelligamus, meminerimus Pſalmi 102. Ubi Propheta exemplum ipſius cœli proponit, ne homines ſtatu ſuo & vigore glorientur. Quamvis enim cœli præ ſe ferant majeſtatem, quæ nos in ſtuporem rapiat, ipſi tamen neceſſario veteraſcunt, mutantur & corrumpuntur tanquam veſtimentum. Quid igitur fiet hominibus? an non majori ſunt fragilitati obnoxii? Attamen nepotes etiam ſervorum Dei permanebunt, & coram Domino ſtabilientur. Sic Propheta à communi ſorte filios Dei ſegregat, quum in ſe habeant ſemen illud vivificum, de quo etiam agit Paulus 8. ad Romanos. Sic enim nos pondere & mole corporis gravatos ſolatur: habitat in nobis Dei Spiritus, veræ vitæ ſemen: cujus virtute in integrum olim reſtituemur. Itaque obſervemus, qui ſuam fragilitatem rite meditantur, ex qua cognoſcant ſe meram eſſe vanitatem & mendacium, eos non prorſus interire. Quamobrem? Quærunt enim remedium à Deo conſtitutum, & confidunt ſe ex mortis

Digitized by Google

aliunde quam à mera Dei noſtri bonitate promanare: denique non vivere nos ex nobis ipſis, ſed eo quod velit Deus nos ſibi adjungere, ut ex ipſius plenitudine, nobis per Jeſum Chriſtum communicata, hauriamus. Hic fons eſt quem nobis Deus aperuit & indicavit, & ad quem etiam nos invitat, ut inde ſitim noſtram expleamus. Oportet igitur & naturæ noſtræ conſideratione dejiciamur, & interim ſciamus fore ut exuti à Deo novis veſtibus induamur. Propterea 2 Cor. 5. verſ. 2. Paulus, ubi dicit nos gemere dum hic vivimus, addit, Non quod appetamus exui. (cupimus enim eſſe ſuperſtites, huc nos impellente natura.) Sed ſcimus, inquit Paulus, præſtantius ædificium nobis paratum eſſe, quum hoc tabernaculum diſſolutum fuerit, & Deus nos immortalitate ſua induerit, & in vero ſtatu noſtro collocarit. In hoc differimus ab incredulis & ab iis qui gratiam Dei non guſtant. Idcirco hic audimus, An non omnis eorum excellentia cum ipſis auferetur? Siquis autem ſtatum & conditionem hominum contempletur, fateri cogetur, eos morte in nihilum redigi. Verum adeſt nobis gratia Dei, auxilium ſupernaturale: adeo ut intereuntes, dum exuimur, ſtatim iterum induamur, uti jam dixi. Ideo adjicit Eliphaz, *moriuntur & non in ſapientia.* Nam his etiam verbis damnat ſtuporem hominum, qui tantus eſt ut nullo modo de ſeipſis cogitent. Meminerimus ergo, præclaram eſſe ſapientiam, mortem habere præmeditatam & ad eam ſeſe comparare, & adventantem excipere alacriter: notemus, inquam, tum nos coram Deo judicatum iri ſapientes, plurimumque profeciſſe, quum hanc doctrinam, memoriæ noſtræ infixam, ad uſum convenientem revocaverimus, ex qua fructum percipiamus. Videmus tamen ut unuſquiſque hanc fugiat, & triſtitiæ materiam cenſeat: quum omnes indignentur & contriſtentur ad mortis mentionem. Nihilominus homines, niſi huc ſtudium applicent, in ſuo ſenſu & omnibus conſiliis evaneſcant oportet, ita ut maxima ipſorum prudentia in ſtultitiam convertatur. Qui ſic? Quæ enim dementia major eſt quam ſiquis ſeipſum ignoret? Ubi conſilium & prudentia verſatur, niſi in eo ut noſipſos reſpiciamus & probe noſcamus? Itaque qui de morte non cogitant, nec eam in mentem reducunt, ii, quantum in ſe eſt, ſeipſos transverſos rapiunt, & tanquam equi effrenes omnem ſui ipſorum memoriam excutiunt & proterunt. Quod perinde eſt, ac ſi omnem ſenſum ac rationem, quam à Deo acceperunt, ſepelire vellent. Eliphaz igitur non ſine cauſa hic condemnat homines, quod mo-

Nempe, ut quoties manu Dei caſtigamur, eos reſpiciamus qui nos præceſſerunt, an tales cruciatus & dolores ſubierint. Nam ſi viderimus filios Dei nobis præeuntes & viam commonſtrantes, non eſt quod ægre feramus ſi cum eis conjungamur. Exempli gratia, cernimus ſanctos illos Patres qui aliis longe excelluerunt, nihilominus infinitis prope ærumnis exercitatos. Si Deus illis non pepercit, cur majorem noſtri rationem haberi petamus? Itaque quotieſcunque videmus filios Dei multis virgis cæſos, plurimis malis & angoribus vexatos, habemus unde noſipſos conſolemur & gaudeamus. Semper enim reſpiciendus eſt exitus: ut nunquam eos Deus dereliquerit, ſed miſeratus ſemper fuerit ad ejuſmodi anguſtias redactos. Idem & de nobis ipſis ſperare debemus. Hoc inter alia obſervandum. Cæterum ſi cupimus Deum nobis in rebus adverſis miſericordem & propitium, caveamus ne ei iraſcamur & adverſus calcaria recalcitremus. Sin minus, hæc ſententia in nos adimplebitur, ſtultum ab iracundia interfici. Quod ſignificat, eos qui indignantur & frendent adverſus afflictiones, oſtendere ſe in Schola Dei non profeciſſe ut deberent. Sed quid tandem hoc eos juvabit? Nihil, niſi ut ingeminetur dolor, & malum ingraveſcat: quum rabiem ſuam in Deum expuerint, adeoque blaſphemias evomuerint, an propterea ſe ſuperiores fore putant? Falluntur vehementer: nam, ut dixi, potius conduplicabitur afflictio. Sic igitur ſtultum indignatio interficit. Tum etiam, quando aliis invident, ut cum Deo contendant quod ipſos aſperius, quam hos aut illos, tractet; quid aliud hæc æmulatio facit, quam ut à ſeipſis conſumti pereant tandem & ad nihilum prorſus reducantur? Hocque obſervandum eſt hoc loco. Porro Papiſtæ nimis ſeſe inſulſos prodiderunt, quum ex his Eliphazi verbis probare conati ſunt, ſanctos mortuos eſſe invocandos, & ad eos confugiendum. Ecce, dicitur Jobus ſeſe vertere ad aliquem ſanctorum, & attendere an ipſi reſpondeat. Hoc ad rem ſcilicet. Non enim Jobus dicitur invocare defunctos qui pro ipſo apud Deum intercedant: ſed contra, ut jam oſtendimus, hoc tantum hic agitur, nullum fidelium ab eo repertum iri qui ſit ipſi ſocius, & æqualis conditionis. Quamobrem? Sancti enim in ſuis afflictionibus ſemper ſedatis animis fuerunt, & eos Deus moderate caſtigavit, ut felix eſſet exitus. Et quamvis ad tempus rejecti viderentur, ut diceres eum omnem de illis curam abjeciſſe, ad eum tamen ſemper confugerunt, eumque invocarunt, ut qui ſcirent ſe ab eo nunquam derelinqui

Digitized by Google

videamus an qui nos præceſſerunt fideles, non eandem conditionem experti ſint. Quodſi cernamus, Deum illos multis ærumnis exercuiſſe, id nos conſoletur quum & nos eandem viam inſiſtemus: ac ſciamus fore nunquam ut Deus nos deſerat, non magis quam illos deſeruerit, quum in anguſtiis verſarentur. Cæterum quum hodie videamus nos tum generatim tum ſingulatim affligi, agnoſcamus dignos eſſe nos, propter ingratitudinem noſtram, qui ita tractemur. Nam Deo nobis ad Euangelii ſui cognitionem vocatis perhibente teſtimonium quod ipſius filii ſimus, quomodo tanto beneficio utimur? An non id deterere & inutile reddere ſtudemus? Angelos referre deberemus, quum tanta Euangelii luce Deus nos donarit. Interea tamen quomodo nos gerimus? malitia & hypocriſi oppleti ſumus: ut ore quidem fidem

moderatione ſervata ne penitus opprimamur, fore ut manum reducat & retrahat ad ſe, quo ipſum nobis propitium & faventem in Domino noſtro Jeſu Chriſto ſentiamus, in quo omnes ſuæ bonitatis & paterni erga nos amoris divitias nobis expoſuit.

Proſternemur autem coram throno ipſius Majeſtatis, cui ſupplicemus ut ita nos peccatorum noſtrorum ſenſu afficiat, ut nosipſos judicando præveniamus ipſius judicium, quo ita in nobis ipſis condemnati nihil aliud quæramus quam ut ei in omnibus grati & accepti ſimus, quoad nos exuat hoc corpore mortali: & à peccati ſervitute, qua jam concluſi detinemur, liberatos in ſuum regnum introducat. Proinde uno ore dicamus omnes, Deus Omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO DECIMA OCTAVA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. V.

3. Ego vidi ſtultum radicatum: cujus execratus ſum tabernaculum repente.
4. Procul abſunt filii ejus à ſalute: & conteruntur in porta, nec eſt qui eripiat.
5. Ejus meſſem famelicus comedet, quam è medio ſpinarum receperit: & ſitibundus
abſorbebit ejus opes.
6. Etenim non egreditur è pulvere iniquitas, nec de terra oritur perverſitas.
7. Sed homo ad moleſtiam natus eſt, & ſcintillæ in ſublime volant.

SUpra vidimus quid proficiant qui Deo iraſcuntur, qui eum crudelitatis inſimulant, qui impatientiæ frenum laxant: nempe, ita malum ipſorum ingraveſcere, ut eos ſuus furor & rabies conſumat. Quoniam autem ſæpe Dei contemtores florent & rebus proſperis utuntur, jam eorum conditio deſcribitur, ut quid de eis tum ſentiendum ſit, quum vulgo felices cenſentur, intelligamus. Eliphaz inquit, ſe, quum florentem ſtultum vidit, de eo non more vulgi judicaſſe, En virum felicem, & à Deo benedictum: ſed prævidiſſe infelicem ejus exitum, & quod perſequutionem in ſua prole paſſurus ſit. Quamvis autem Eliphaz male applicet hæc verba ipſi Jobo, hæc tamen doctrina à Deo ipſo & Spiritu Sancto, non autem à mortali, ortum ducit. Deus enim plerumque talem ſententiam pronunciat, ne quum impune debacchantes & ſcelerate degentes improbos cernimus, imo Deum ipſis in ſpeciem favere, vulgi opinionem & judicium ſequamur. Sciamus quæ ſit communis ſententia: nempe, res æſtimamus ex ſenſu, nec longius mens noſtra progreditur. Quodſi Deus exerta manu judicium aliquod viſibile edat, vix illud animadvertere dignamur. Sin diſſimulet, & peccatores patienter exſpectet, putamus illum dormitare, & mundi clavum abjeciſſe, nec rebus inordinatis mederi velle. Is eſt ſtupor noſter. Verum Dominus oſtendit, improbos in media etiam felicitate eſſe maledictos, ut eis ſuam bonam fortunam, quam vocant, non debeamus invidere. Nam paratum illis eſt duplex ſupplicium: adeo ut ſatius eſſet fuiſſe miſeros. nimis enim care eis ſuæ deliciæ conſtiterint. Hæc in ſumma inquit Eliphaz. Et ideo moneri ſententiam hanc eſſe obſervandam, quod utilem doctrinam contineat. Cujus utilitatis ut participes fiamus, primum notandum eſt, hanc vocem, *ſtultum*, eos omnes ſignificare qui Deum non reſpiciunt. Quamvis enim ſapientes habeantur qui ad rem attenti diteſcunt, S. Scriptura

tamen

Digitized by Google

ctis, ſe nihilominus repente maledixiſſe improbis: extemplo, inquit, vel ſubito: id eſt, non exſpectata viciſſitudine: quemadmodum primo intuitu, quum Dei contemtores vigere conſpicamur, & vento ſecundo uti, præſtolamur, & quaſi attoniti muſſamus, Quouſque tandem? Si ruinam eis impendentem animadvertamus, tum aliud loquimur: ſed dum eos florentes cernimus, hæremus obſtupefacti. Contra Eliphaz aſſerit ſe propterea non obſtupuiſſe, ſed ipſam Dei ſententiam pronunciaſſe: non enim condemnationem nec judicium profert ex ſuo cerebro & ſenſu, ſed profitetur ſe prout Deus improbis ignominioſum exitium denunciat, ita ſenſiſſe, nec ulla tentatione fuiſſe concuſſum: & quamquam improborum tam ſublimem volatum viderit, conſtanter tamen ſeſe hoc in animo ſtatuiſſe, Haud dubie peribunt. Hæc ſumma eſt eorum quæ hic continentur. Jam ad uſum noſtrum hanc doctrinam applicemus, ut quam nobis utilis ſit, intelligamus. Verum quidem eſt, noſtrum non eſſe alios condemnare: nam de ſe quiſque potius cogitare debet. Huc ergo incumbere debemus. qui enim proximos ſuos judicandos ſuſcipiunt, ſui ipſorum obliviſcuntur. Sed nec eis parcet Deus ſi ſibi indulſerint: comparebunt coram illo Judice, qui ſevere cum eis aget ac ſummo jure, quod ſuis vitiis indormiverint. Notemus itaque, non eſſe quod huc illuc vagetur noſter animus ad excutienda & inquirenda aliorum vitia: ſed unumquemque debere in ſeipſum ingredi, ſuumque ſtatum & vitam examinare, ut vitia noſtra ipſi condemnemus. Cæterum, quum dicitur, oportere ut ſic maledicamus improbis & contemtoribus Dei, hæc auctoritas ad nos minime referenda eſt. Quî ſic ergo? Primum, affligentibus nos improbis & aliqua injuria aut contumelia afficientibus, putamus nos à Deo derelictos, nec ei curæ eſſe amplius. Tum triſtitia tentamur, ac ſi fruſtra ſimplicitati & rectitudini tota vita ſtuduiſſemus: Quid? confidebam, ſi Deum colerem, & in eo fiduciam collocarem, illum mihi afflicto opem laturum: at ſinit me extremis malis vexari nullo allato levamine: videtur ſurdeſcere ad precationes meas. Hæc graviſſima eſt tentatio, ſi Deus negligere nos videatur quum injuſtam perſequutionem patimur. Itaque in omnibus noſtris ærumnis & afflictionibus conſoletur nos hæc ſententia, Ut hodie de nobis triumphent improbi noſque opprimant, non tamen Deum noſtri oblitum eſſe, quin tandem nobis opitulari velit. Exſpectemus patienter, & comperiemus fore talem exitum qualem

& piis conditione utantur, ſed etiam Deum faventem & propitium habere videantur, ſunt enim tanquam cedri in Libano monte, ſunt elati, florentes, denique omnia pro voto eis ſuccedunt, ut oculi ipſorum præ pinguedine promineant, ut dicitur Pſal. 73. Quid tum? Mundus tales homines judicat felices & beatos: eis undequaque applauditur. Nos vero eis maledicere debemus: id eſt, pro certo ſtatuere, hæc omnia prorſus nihil eſſe. Qui ſic? Deus enim declaravit quid ea de re judicandum ſit. Non vult oculos noſtros rerum præſentium ſplendore perſtringi, ſed ut certa fide credamus hæc omnia in malum ceſſura iis qui ſeſe ipſius voluntati non ſummittunt. Quod attinet ad verbum *maledicere*, non denotat oportere ut malum cuiquam imprecemur aut optemus, vindictæ cupiditate: ut ſæpenumero perturbationibus ita abripi nos ſinimus, ut mera invidia & malevolentia, aut ſtultus & inconſideratus zelus in nobis dominetur. Verum quum dicitur Eliphaz maledixiſſe domui ſtulti hominis, nihil aliud ſignificatur, niſi quod Eliphaz adhæſerit iis quæ hac de re Scriptura docet. Et ſane noſtrum non eſt hoc judicium: nimis temerarii eſſemus, ſi hanc auctoritatem uſurparemus, pronunciandi de hujus aut illius infelici exitu. Non eſt quod ullus hominum tantum præſumat, ſed unius Dei eſt maledicere & benedicere: noſtrum vero eſt conſentiendo reſpondere, Amen, Domine, tu ſolus idoneus es mundi judex. Oportet igitur ut auſcultemus quid denunciet, & ejus dictis unuſquiſque noſtrûm acquieſcat, ne contra reſponſemus, Quomodo id fieri poteſt? Quis futurus eſt exitus? Dei verbo oportet unumquemque eſſe contentum. Jam videmus quid hic valeat verbum Maledicere. Supereſt ut ſummam eorum quæ hic continentur, colligamus. Nam duæ iſtæ, quæ proponuntur, tentationes, adeo communes ſunt, ut nemo ſit qui non ſentiat ſibi armis ad reſiſtendum opus eſſe. Sæpe enim deficeremus, niſi propoſitam hic concluſionem opponeremus. Quum igitur contumelia & injuria nos afficient improbi, & nobis quadantenus ſuperiores erunt, ut ab iis devorandi & auxilio deſtituti videamur: hac ſententia armemur, in memoriam revocata, Deum tandem aliquando improborum gaudium & exultationem præciſurum: medebitur enim rebus confuſis. Quod ut magis perſuaſum habeamus, effectis & experientia etiamnum comprobatur. En conſolationem inæſtimabilem, quæ ſeſe offert fidelibus quoties opprimuntur, & injuſte vexantur: dum

cogno-

Fortuna eis arridere videatur, ut vulgo dicitur, ne propterea deſinamus eis maledicere, id eſt, patienter exitum opperiamur, & ſciamus omnem illorum proſperitatem ipſis in confuſionem & dedecus ceſſuram, ne illis propterea invideamus. Interea ſi Deus, ad nos humiliandos, permittat ut noſtrûm alii morbo, alii paupertate, alii aliter vexentur & affligantur, & ſuam quiſque crucem ferat, ne putemus ideo Deum noſtri oblitum eſſe, & pejorem eſſe conditionem noſtram. Quamobrem? Nam quemadmodum maledicimus improbis, quum rebus proſperis utuntur, & ſcimus omnem illam felicitatem ſomnium eſſe, quod ſubito evaneſcit: ita è contrario ſciamus quum videbimur à Deo rejecti, ita judicante mundo, & noſtra carne ac natura in hanc tentationem nos incitante, tum nos à Deo reſpici ut omnia mala illa in bonum convertat, ut qui nos affligat eo quod neceſſe habeamus ex mundi laqueis hac ratione extricari. Ita medici officio fungitur erga nos, ut nos ab omnibus corruptelis purget, & ab immoderatis cupiditatibus carnis noſtræ, quæ efficerent ut nos, inſtar equorum qui nimis delicate habentur, præ obeſitate adverſus Dominum recalcitraremus. Deus igitur proſpicit ne quid tale contingat. Itaque certi & perſuaſi ſimus, nos eſſe benedictos tum quum maledicti undequaque appareamus & calamitatibus circumdati, unde exoſi Deo & execrabiles judicamur. Tum nihilominus fide contemplemur, hæc non poſſe niſi in bonum noſtrum cedere, quum Deus nos amet, ſeque Patrem noſtrum declaret. Hæc in ſumma ſunt obſervanda. Videamus autem ſedulo ne talem maledictionem conjiciamus niſi in ſtultos. Atqui ſtultorum judices eſſe non poſſumus, niſi eam prudentiam Spiritus Dei nobis ſuggerat, ne temere judicemus. Jam oſtendi quinam ſint ſtulti de quibus hic loquitur Eliphaz: ii nimirum qui ſapientiſſimi habentur, qui de ſuis dolis & aſtutiis gloriantur. Verum, quum iſti Deum non timeant, & ita ſeſe abripi ſinant ut ſe ipſi non norint, idcirco mera ſtultitia pleni ſunt. An de iſtis judicium ferre volumus? Primum in Deum ipſum reſpiciamus, deinde in ſe quiſque ingrediatur ut ſeſe examinet: hic enim vera ſapientia conſiſtit. Dico primum in Deum eſſe reſpiciendum: nempe ut nos penitus ei ſummittamus, & vera humilitate ſerviamus, ejus verbo nos ultro ſubjiciamus, in ejus gratia totam fiduciam noſtram collocemus, eum invocemus, ad eum confugiamus. Hinc igitur exordiendum eſt ut veram ſapientiæ normam nanciſcamur. Deinde in noſipſos ingrediamur, ut cognoſcamus noſtra vitia, & cognita abhorreamus, ac gemamus quod fungi, nec referre juſtam an injuſtam vitam agas, aut bene agendo ludi operam. Verum ne adeo leves & temerarii ſimus ut judicium interponamus prout res cadunt: ſed meminerimus, in iſtiuſmodi turbis rerum humanarum ſtatuendam eſſe hanc concluſionem, Impletum iri id quod Deus ſemel conſtituit. Denique non eſt quod judicia Dei noſtra imaginatione metiamur: ſed eſt quod auſcultemus eum loquentem, quamvis primo non animadvertamus effectum nec complementum eorum quæ ſacra Scriptura continentur. Hic fides agat oportet, ut nos contineat, ne ſenſus noſtri deerrent, ſed ut hic ſubſiſtamus, Quum is qui diſſolutam vitam agit, ſit Dei contemtor, fieri non poteſt quin ruat in exitium. Quamobrem? Non quod jam id nobis perſpectum ſit, aut palam jam fiat, ſed quia Deus hoc pronunciavit: ſatis eſto. Cæterum diſcamus eo modo loqui quo hic loquitur Eliphaz: dicit enim ſe non audiſſe ex aliis, qui dicerent, Iſtum maledictio aut infortunium manet. At inquit, ſe hoc fidei oculis vidiſſe: & quamvis res hujus mundi confuſas cerneret, perſuaſum tamen habuiſſe ſolos Dei filios, & qui eum honorant & in ejus bonitate acquieſcunt, eſſe benedictos & vere felices: etiamſi affligantur, ſubſannentur, rejiciantur, ignominiæ & opprobrio ſint expoſiti, & ſtulti habeantur, eo quod non floreant in hoc mundo, nihilominus Deo charos eſſe & acceptos, quantumvis ſecus judicent homines. Hoc obſervandum habemus hoc loco. Quod ſi unquam alias hæc doctrina fuit utilis, & obſervatione digna, jam certe eſt: mundus enim contemtoribus Dei plenus eſt. Non deſunt quidem argutiæ nec ſubtilitates, ſed interim nemo aut pauci admodum ad Deum oculos convertunt: homines temere vagantur: nulla pene religio ſupereſt. Hoc vident omnes. Videre eſt etiam iniquitatem ita regnare & graſſari, ut maxima pars nullo pudore in ſcelera ruant. Quoſnam interim gratiores Deo mundus judicat? Eos nimirum qui cæteris ſunt deteriores, modo ſint ſubtiles, acuti in ſuis negotiis gerendis, aſtuti & callidi. En ſapientes & prudentes homines ſcilicet. Verum ut improbi tales habeantur, & ab omnibus laudentur & ſuſpiciantur, nihilominus maledictos cenſeamus, quando eis Deus eſt adverſarius, nec propitius eſſe poteſt. Interim ſic deteſtemur malum, & extemplo quidem, id eſt, non exſpectantes quoad Deus manum admoveat, & manifeſta quadam ratione operetur. nam parum ei deferremus, ſi ipſius juſtitiam ex ſpecie tantum æſtimaremus. At improbis ſibi indulgentibus, & propter bonam fortunam, quam vocant, ſuperbientibus, tunc illos execremur & male-

Digitized by Google

tam generationem eorum qui ipſum oderint. Duplex autem ratio eſt vindicandæ iniquitatis paternæ in filids: interdum enim Deus miſericordia ſua complectitur filios, ut non deſinat tamen in ipſorum perſonis caſtigare iniquitatem patrum. Exempli gratia, Pater aliquis multas opes pararit, ſed per nefas, & illicitis modis, dolis, fraudibus & crudelitate: Deus volet filii iſtius patris miſereri. Quid aget? Minuet ei facultates iſtas male partas, quæ nihil quam in exitium ei cedere alioqui poſſent: ſicut dicitur, ejuſmodi divitias eſſe inſtar ligni, flam-
Eſa. 5. mam iræ divinæ concipientis. Dominus itaque
verſ. 24. ſervaturus filium improbi illius hominis, ſpoliabit
Zach. 5. eum bonis per nefas comparatis, acſi venæ ſectio-
verſ. 4. ne corruptum ſanguinem ei eliceret, ut vivat nec implicetur malo & corruptione ipſius patris. Sic Deus vindicat iniquitatem patrum in filios, ut non deſinat ſervare & miſericordia ſua complecti filios. Interdum longius provehitur, ut propter effrenem & prorſus depravatam patrum vitam, filios ipſorum deſerat ne in eis gratia Sancti Spiritus inhabitet. Quos autem Deus ſuo ductu deſtituit, neceſſe eſt ut in perditionem ruant, & magis ac magis miſeri fiant. Ita filii improborum hominum perferunt iniquitatem parentum: ut non ſolum à Deo relinquantur in ſua naturali conditione, ſed etiam tradantur Satanæ, qui ipſis dominetur. Qui quum ſeduxerit patres, & ad omne ſcelus patrandum impulerit, filios ipſos in rabiem effrenatiorem abripiet. Jam videmus quis ſit hujus loci ſenſus: nempe, quum filii improborum deſtituentur gratia Dei, & pro libidine & cupiditatibus ſuis effrenibus degent, majus dedecus ipſos manere quam patres. Propterea dicuntur procul abfuturi à ſalute, & conterendi in porta, id eſt, non in ſylva inter latrones, ſed in ipſo judiciali foro pro tribunali perituri. Nam vox, Porta, ſignificat Judicium in Scriptura, quod ibi exercerentur judicia: nam juxta portas civitatum habebatur forum judiciale. Idque eſt
Pſal. 127. quod Pſalm. 127. dicitur, piorum parentum filios non pudefactum iri dum loquentur inimicis ſuis in porta. Contra dicitur hoc loco, filios improborum contritum iri in porta. Et ita ſignificantius exprimitur, quod tam aperte illos perſequatur Deus, ut oculis animadverti poſſit manus ejus illis incumbens. Statim autem ſubjicit, *neminem illos erepturum.* Quos enim Deus ita vult perditos, eos deſtituit omni auxilio. Nonnulli quidem iſtud hominibus tribuunt: ſed nihilominus palam fit, Deum eſſe qui illos nudarit & omni ope deſtituerit, ne unquam reſurgant. Nos eo ſignificatur, Deum in puniendis improbis hanc rationem tenere, ut palam fiat, eos domari non ut ad ipſum confugiant, nec ut carnis affectiones mortificent, neque ut ſanentur, ſed ut confundantur & prorſus pereant. Iſtud, inquam, Spiritus Sanctus præſupponit. Itaque diſcamus diſtinguere inter afflictiones quibus ſuos Deus ad profectum caſtigat, & eas pœnas quas improbis infligit, non ut emendentur, ſed ut ſeſe judicem ſeverum illis exhibeat. Sequitur, *Meſſem ejus famelicus comedet, & de ſpinis tollet eam*: ut inimici non ſolum agros hujuſmodi hominum demetant, & facultates eorum devorent, ſed etiam ipſas ſepes excutiant & evellant, ne quam ſpicam inter ſpinas latentem relinquant. Hic Eliphaz ſignificat, Dei judicia in ſceleratos non ſimilia eſſe caſtigationibus quibus ſuos filios afficit: ſed oſtendere illos à Deo prorſus eſſe rejectos, nec miſericordiæ locum eis ſupereſſe, nec velle Deum bonitatis ſuæ paternæ guſtu eos afficere, quod eos pro ſuis non agnoſcat. Hæc ſumma eorum quæ hic docentur. Meminiſſe autem debemus quæ jam declaravi: nempe, ſi affligamur, & vexemur ab improbis, eſſe quod patienter opperiamur quoad Deus manum auxiliarem nobis porrigat. Et quamvis non primo judicia ejus animadvertamus, nihilominus perſuaſi ſimus cum hæc tempore ſuo editurum. Quum autem executionem cernemus, inde terrorem concipiamus, qui nos cohibeat ne Deum tentemus, qui tam horrendas pœnas de improbis
ſumat: ut nos Paulus etiam hortatur: Ne quiſ- *Epheſ. 5.*
quam vos ſeducat inanibus ſermonibus: propter *verſ. 6.*
hæc enim venit ira Dei in homines contumaces. Quando itaque Deus ſua judicia oculis noſtris offert, contremiſcamus ad eorum conſpectum, & quaſi captivi in timore ejus contineamur, penitus nos ſummittentes iis quæ loquitur & pronunciat. Quo ſpectat quod Eliphaz adjicit (quamvis in præſentia non poſſit explicari) oportere ut voluntati Dei acquieſcamus, ad omnia ejus verba reſpondeamus Amen: ſcientes non caſu fortuito res contingere: non è terra, non ex aëre, non è cœlo afflictionis cauſam naſci, ſed hominem in ſeſe malum circumferre. Iſtud itaque agnoſcamus, &, afflictionibus exortis, ſciamus manum Dei incumbere peccatis hominum, & ex nobis omne malum oriri, fonte & materia in nobis reſidente. Hoc, inquam, cognoſcamus, ut in vitiis noſtris nobis diſpliceamus, & diſplicentes petamus à Deo ut nos ad ſe colligat, & gratias quas nobis contulit, in bonum & ſalutem noſtram convertat, ne ipſius virtute conſervati, quam ad nos

COEpimus explicare quis ſit horum verborum ſenſus, *Non egreditur è pulvere labor, nec moleſtia è terra oritur: ſed homo ad moleſtiam & laborem natus eſt.* Quum enim triſtitia & malo afficimur, ſolemus circumſpicere ut alio culpam conjiciamus & à nobis procul removeamus: nec interim agnoſcimus, nos à Deo affligi propter peccata noſtra: & ſcaturiginem omnium malorum quæ patimur, in nobis & vita noſtra quærendam eſſe. Itaque hac ſententia monemur, quum de vitæ humanæ miſeriis mentio fit, quarum quiſque partem ſentiat, non oportere ut animi noſtri divagentur & per longas ambages commeent: ſed ut quiſque in ſeipſum ingrediatur ut ſua peccata expendat. Tum comperiemus non eſſe mirandum ſi tot miſeriis circumſepti ſimus, ſi vita noſtra tot malis ſit obnoxia. Quamobrem? Quemadmodum enim ligni proprium eſt, ut facile ignem concipiat & inflammetur: ita & de nobis conſtituendum eſt. Nobis enim inſitum eſt peccatum, quod eſt inſtar ligni & materiæ afflictionum: quam ubi ira Dei corripuerit, oportet nos conſumi. Scintillæ volant in altum, inquit Eliphaz. Niſi ferro ſuper incudem contuſo arcana quædam vis ingenita foret, nullæ evolarent ſcintillæ. Ita noverimus ignem omnium miſeriarum noſtrarum in nobis ipſis eſſe incluſum. Plurimum itaque profecerimus, ſi hanc doctrinam probe memoria tenuerimus. Quamvis enim nemo non fateatur, Deum juſte afflictiones nobis immittere, in hanc tamen conſiderationem non ingredimur, ſed potius eam fugere conamur quantum in nobis eſt. Siquis in aliquam calamitatem incidit, Deus illum hac ratione ad ſuorum delictorum meditationem & agnitionem vocat. Hoc tamen negligit: imo, quod gravius eſt, malo ſuo indormiens, id aut huic aut illi rei imputat: caſum quendam fortuitum longe arceſſit, nec vitæ ſuæ examen ingreditur. Diſcamus igitur non incuſare cœlum, nec terram, ſed culpam omnem nobis adſcribere quod tot miſeriis ſimus obnoxii: ut, quum gelu, aut grandine, aut fulmine arva infeſtabuntur, ſciamus aërem non eſſe natura ſua nobis infenſum & inimicum: quum ſiccitate exareſcent agri, noverimus cœlo non innatam eſſe ejuſmodi duritiem: quum terra ſterilis fuerit, agnoſcamus hoc non manare ab ejus natura: ſed illorum omnium cauſam nobis ineſſe. Itaque Eliphaz quum ait nos ad moleſtiam natos eſſe, præſupponit, quandoquidem ad malum nati ſumus & ad omnia vitia proclives, eſſe quod ſimiliter tractemur, & nobis reſpondeat Deus prout ad ipſum accedimus. Atqui ex utero materno plane corrupti prodimus, ita ut omni peccato natura ſimus dediti: oportet ergo ut ſimilis ſit conditio, id eſt, ut quales nos eſſe ſentimus, talem ſortem Deus nobis immittat, ſicut juſtum eſt & æquum. Itaque Eliphaz ſignificare non vult, nos à Deo creatos eſſe quos ſic aſpere tractaret: ſed innuens naturæ corruptionem poſt lapſum & defectionem à Deo, ait talem conditionem eſſe oportere, quoniam non ſumus digni in quos Deus bonitatem ſuam extendat, & quos benigne tractet, acſi plane illi obſequentes eſſemus. Quoniam autem homines non humiliantur unquam niſi coacti, ſed reluctari ſemper conantur, Eliphaz adjicit alteram ſententiam, nempe ſe velle Deum requirere, & cum eo ſermocinari: quaſi diceret, Hæc doctrina non facile admittitur ab hominibus, ſe dignos eſſe qui affligantur, proinde non eſſe quod contra reſponſent, ſed patienter omnia ferant, nec aliis creaturis imputent ſua mala, ſed agnoſcant potius ſibi cauſam illorum adſcribi debere. Homines itaque nequeunt flecti ut hoc verum eſſe cognoſcant, niſi ad humilitatem præparentur dum illis Majeſtas Dei proponitur. Et ſane, dum nobis proponuntur peccata noſtra, ac non ſimul admonemur cum Deo nobis eſſe negotium, nemo eſt qui non efferatur & paratam reſponſionem habeat, ac colorem ſuo malo prætexere conetur. Quod niſi penitus rebellemus, negligemus tamen quicquid nobis dicatur, nec vitiorum noſtrorum ſenſu, prout decet, tangemur. Quid igitur facto eſt opus? Nunquam ad veram humilitatem inſtituemur, quoad edoceamur Deum eſſe illum cui reſpondere nos oporteat: ad cujus tribunal ſiſtendi ſumus, ut ab eo judicemur. Præterea ejus manum eſſe inevitabilem, & totam vitam noſtram ab ea eſſe expendendam. Quum huc perſuaſionis adducti ſumus, oportere ut in Deum reſpiciamus, tum quodammodo præparati ſumus, ita ut minus, quam antea, jam negligentes & ſocordes ſimus: deprimitur ſublimis illa & ſtulta præſumtio, quæ nobis mire placebat & adulabatur: incipimus noſtrorum malorum ſenſu affici. In primis autem, propoſita nobis Dei Majeſtate, ſentimus quam ea ſit terribilis, & magnitudinem ejus audientes tanto magis contremiſcimus. Videmus non ludum eſſe aut jocum, non blandimentum quod nobis applaudat, & hoc aut illud falſo perſuadeat. Quamobrem? Nullus amplius locus eſt blanditiis, ubi Deus adeſt qui ignis eſt à quo omnia conſumuntur: ubi ad eum nobis accedendum eſt, quem novimus eum eſſe qui montes liquefaciat, quique omnia in nihilum redigere poſſit. Cognita igitur hac Dei magnitudine, eſt quod ei nos ſummittentes omnem arrogantiam abjiciamus. Hæc Eliphaz. Jam autem ſupereſt ut iſtam doctrinam nobis applicemus. Primum, quotieſcunque ſentiemus nos non ſatis affectos ut noſtra vitia condemnemus, ordine hic propoſito utamur: nempe ut ad Deum reſpiciamus. Exempli gratia,

Digitized by Google

Sic cum Deo ſermocinari decet, miſſis hominibus. Arbitramur enim nos viciſſe cauſam, dum in his terris ſubſiſtimus: quo fit ut mentes noſtræ deorſum ſemper vergant, deprimente nos carne, & nimium harum rerum deſiderium nobis ingenerante. Siquis enim reprehendatur, ſtatim in eum, à quo arguitur, inſurgit, Num tuum eſt me reprehendere? quum te reſpexeris, longe plura vituperanda in te ipſo reperies: nimis acerbe me inſectaris: accuſatorie me perſequeris ut me traducas & ignominiæ exponas. Ita defigimus oculos in homines, quando reprehendimur. Sic etiam nos cum Deo gerimus: nam nemine nos accuſante, effugia quoque ſimilia quærimus. Verbi gratia, Siquis apud ſe reputet, quum à Deo affligitur, merito ſe affligi ſentiet quidem, at nihilominus conjectis oculis in alios, An non iſte me pejor eſt, inquiet? aut ſaltem æque malus ac ego? ille vero nonne meritus eſt graviores pœnas? Sic Deum fugiendo vincere cauſam noſtram ſemper conamur. Itaque ſedulo notanda eſt hæc doctrina, nempe non cum hominibus eſſe diſceptandum, id eſt, non iis eſſe inſultandum, (nihil enim proficeremus,) ſed potius attollendos eſſe ſenſus & oculos ad Deum ut dicamus, Heu! Deus me affligit, attentum me præbere debeo ad contemplandam ejus manum, & ita me ad humilitatem comparare: ut jam attigi. Cæterum quum dixi, ſi de Deo cogitemus, vividius nos tactum iri, intelligo veram Dei cognitionem, qua eum, qualis eſt, norimus. Homines eam adulterant falſis ſuis imaginationibus, quum hoc aut illud ſibi perſuadentes, Deum inſtar junci flectunt, eique ceu puerulo illudunt. Unde vero iſta rabies, niſi ex eo quod ejus magnitudinem non conſideremus? Itaque non oportet ut Deum talem eſſe exiſtimemus qualem noſtro cerebro fingere & imaginari viſum fuerit, ſed ut talem cogitemus qualem ſeſe nobis patefacit tum verbo ſuo tum ſuis operibus. Quo probe expenſo, non dubium eſt quin de arrogantia remittamus, ne adeo audaces & temerarii ſimus ut cum eo contendamus, & putemus eum immerito in nos animadvertere. Illa blandimenta tunc nulla erunt, omnis hypocriſis evaneſcet: contra confuſi erimus, iſta Majeſtate perterrefacti, quam animo conceperimus. Hoc ſecundum membrum dignum eſt ſedula obſervatione: Ut, inquam, Dei non fictitiam ſed veram notitiam habeamus. Propterea Paulus ait, homines evaneſcere in ſuis cogitationibus, quod Deum transfigurent. Quum igitur eum ſua gloria ſpolient, merito

ex ordine naturæ percipere poſſunt aliquem eſſe Creatorem qui cuncta diſponat. Itaque apertis ſolum oculis non deſunt nobis argumenta quæ doceant quanta ſit Dei magnitudo, ut eum pro merito colere & honorare diſcamus. Huc ſpectat Eliphaz. Cujus etiam doctrinæ praxis maximam utilitatem affert. In ſumma igitur noverimus, quotieſcunque Dei fit mentio, non agi tantum de ipſo nomine, ſed conſiderandum eſſe quid ſit proprium Deo, & ab ejus eſſentia inſeparabile, quo eum pro dignitate magnificemus. Hoc rite ab omnibus obſervato & ad praxin revocato, non adeo, ut ſumus, ſuperſtitionibus addicti nec profani eſſemus. Duo vitia regnant ſemperque regnarunt in mundo: unum eſt contemtus Dei, quo fit ut homines ejus imperium ſpernant & penè pedibus ipſis proculcent. Ejus quidem Majeſtatem attingere non poſſunt: nihilominus Diabolica arrogantia, pro eo quod illum venerari & adorare deberent, illum contra peſſumdare & omni auctoritate ſpoliare conantur. Quod grave & enorme peccatum eſt: ſed quod tamen omnibus ſeculis viguit: nempe profana Dei irreverentia. Alterum vitium eſt ſuperſtitio, dum homines devotionis obtentu ſtultas imaginationes comminiſcuntur. Unde iſtud? Quod Deus non vere cognoſcatur, nec quid eì ſit proprium intelligatur: nam ſi perſpecta fuiſſet ejus potentia, juſtitia & bonitas, profecto non ita homines à veritate aberraſſent. Nam homines ſibi Deos, id eſt, Idola, mente fingunt, eis ſua officia aſſignant, acſi diſtribuerent quæ ſoli Deo propria ſunt, & Deum ipſum prædæ exponerent, ut quiſque partem auferret. Propterea dixi, tanto attentiores eſſe nos debere ut Deum vere cognoſcamus, ne ſuo honore à nobis ſpolietur, & quod ei ſoli proprium eſt, & peculiare, alio transferatur. Quî iſtud fiat? Jam dixi breviter, aperiendos tantum eſſe oculos. nam in naturæ ordine ſeſe ita Deus patefecit, ut ſimus inexcuſabiles niſi ei quod ſuum eſt tribuamus. Quod etiam hîc docet Eliphaz: ut his verbis aggreditur, *Dei opera magna ſunt & inſcrutabilia, facit admirabilia & abſque numero.* Incipit à generali ſententia: cui aliquot exempla ſpecialia ſubjecturus eſt. Hoc eſt veluti prooemium, quaſi uno verbo diceret, (ſed quod pluribus poſtea eſt explicaturus,) Dei facta ſunt incomprehenſibilia, admiranda & innumera. Quum cognoverimus opera Dei eſſe magna & incomprehenſibilia, nonne cogemur attollere mentes, ut agnoſcamus non oportere ut Deum adulteremus, quicquam de eo ex ſenſu noſtro naturali

cogi-

Digitized by Google

prehendat? Eſt quod extra nos ipſos egrediamur, ſi vel guſtare tantùm velimus ſapientiam admirabilem & infinitam quæ in operibus Dei apparet. Si, ut pauxillum ſolummodo ex iis delibemus, neceſſe eſt ut ſupra ſenſus noſtros aſcendamus, quid fiet quum omnia comprehendere & penitus intelligere conabimur? Num id, obſecro, conſequi poſſimus? Videmus ergo homines plus quam amentes eſſe, dum audent ita deliberare de operibus Dei, quæ ſunt incomprehenſibilia. Porro verum quidem eſt, inſcrutabilia eſſe opera Dei: attamen Deus nos aliqua illorum cognitione donat prout expedire novit. Itaque obſervemus, per ſe inſcrutabilia eſſe Dei opera, id eſt, ſi velimus ea penitus perſcrutari, nunquam nos ad finem perventuros. Nam opprimeremur tanta mole. Proinde noverimus, ſi operum Dei judices eſſe velimus, demittendos eſſe oculos, quum ad tantam ſublimitatem pertingere nequeamus. Et ita, quando etiam nos humiliter in ea re geſſerimus, ſciamus nos minime idoneos eſſe judices, qui tam ardua & profunda cognoſcamus: ac precemur Deum ut nobis ſpiritum prudentiæ largiatur, quo de ipſius operibus rite judicemus. Tum dabit ut cognoſcamus quantum nobis expediat: non ut perfectam notitiam conſequamur, qua fiat ut de omnibus judicium noſtrum interponamus. Deus enim frenum nobis injiciet, ut ex parte tantum cognoſcamus. Quæ cognitio tamen ſufficere debebit, ſiquidem nihil, quod ad ſalutem neceſſarium fuerit, nos latebit. Ea ſimus contenti: alioqui quantæ ingratitudinis fuerit, ſi omnia Dei arcana ſic perſcrutari voluerimus, ut nihil nos fugiat, noſtra curioſitate eum ſibi ſubjicere conante? Hæc duo itaque diligenter ſunt obſervanda. Quod ſi vel viliſſimis & minime ſpecioſis Dei operibus infinita elucet ſapientia, quid fiet majoribus, & iis quæ noſtrum captum exſuperant? Præſertim ſi ſpectetur noſtra redemtio, & quod Deus Spiritu Sancto in nobis noſtræ adoptionis teſtimonium obſignat, id communem naturæ ordinem tranſcendit: atque etiam quum dicitur elegiſſe nos ante creationem mundi, non quidem omnes in genere, ſed quos ipſi viſum eſt, aliis rejectis; an non hujuſmodi arcana ſubliniora ſunt omni cogitatione noſtra? Quid igitur facto opus eſt? Sciamus nos eſſe plane inexcuſabiles, niſi hac in parte cum timore & ſollicitudine incedamus, quandoquidem hæc ſunt incomprehenſibilia: ut non ſine exitialis lapſus periculo tam alte conſcendere conitamur, alis ad eo volandum idoneis nos deficientibus. Cæterum, Deo gloria data, confeſſi ſincere, ejus opera non poſſe comprehendi, ſed inſtar abyſſi omnes ſenſus noſtros abſorbere: non deſinamus tamen eum precari ut pro captu noſtro det nobis ea

mus, qua obſtupeſcamus & deterreamur: ſed contra vult hac ratione ad eam reverentiam nos adducere, ut dicamus, Domine, quanta eſt tua patientia! quanta virtus! quanta bonitas, juſtitia & ſapientia! Et ſane David, qui probe noverat infinitam operum Dei magnitudinem, ſic loquitur tamen, Domine, opera tua ſapientiæ & juſtitiæ plena ſunt: quid de operibus Dei ſentiendum ſit, percallebat, ea tamen nihilominus ſuſpicit & admiratur. Diſcamus ergo ne tantam operum Dei magnitudinem mente concipiamus, ut, brutorum inſtar, ſtupidi ea cogitatione reddamur & anxii, neſcientes quo nos vertamus, omnis rectæ inſtitutionis & doctrinæ obliti: ſed potius ea magnitudo nos reprimat, ne diſſolute agamus ſicut equi effrenes, eam licentiam, quam dixi, uſurpantes, qua dicamus, Scire volo quid hoc aut illud ſibi velit. Ne ita, inquam, nos geramus: ſed modeſti ſimus: ſiquidem vera noſtra ſapientia in eo ſita eſt, ut ignoremus quod Deus nobis vult eſſe occultum. Sic igitur ad humilitatem & modeſtiam decet nos eſſe comparatos. Cæterum ſciamus quoque, ſuſpicienda nobis eſſe Dei opera. Quî iſtud? Ut pro modulo noſtro comprehendamus ſapientiam, juſtitiam & virtutem infinitam quæ illic elucet: ut intelligamus Deum nihil ſine ratione facere, licet primo intuitu hoc non animadvertamus. Nam Dei opera non ſemper præ ſe ferunt rationem claram & hominibus patentem: quin etiam iſta ratio & ſapientia præ ſua altitudine & profunditate abyſſus vocatur. Itaque diſcamus admirari & ſuſpicere opera Dei, etiamſi non ſemper cauſa, cur ſic operetur, nobis pateſiat. Ita Dei opera ſunt admirabilia. Necnon ait nominatim, *eſſe innumera*. Quo magis ac magis humilientur homines. Nam ſi quid conſequuti ſimus, putamus illico nihil nos fugere poſſe: nulli nodi, nullæ quæſtiones ſolutu nobis difficiles videntur. Verum demus, de operibus Dei, ſive duobus, ſive tribus, ſive centum, judicare rite nos poſſe? Quid tum? Nihil effecimus. Quamobrem? Illa enim ſunt innumera. Sed & vel minimum ex Dei operibus, ut jam diximus, tale eſt ut obruere nos valeat. Quum igitur ad abyſſum illam fine carentem ventum fuerit, quid agamus? Ita ſedulo ponderare debemus quod hic generaliter dicitur, ceu proœmium quoddam, ut melius, quam antea, conſideremus omnia Dei opera, cujus Majeſtati debitum honorem exhibeamus. Quod autem dixit in genere, jam ſpeciatim ediſſerit Eliphaz, quum ait, *Qui dat pluviam ſuper faciem terræ, & mittit aquas ſuper faciem platearum.* Hæc non videntur ſatis appoſite adjecta. Hoc enim nunc agitur tantum, ut homines ſentiant ſe jure & merito affligi, nec oportere ut obluctentur Deo, quum ipſos pro ſuo arbitrio tractat. nihil enim profecturos eſſe, ſed fore ut

Pſal 104. verſ. 24.

Digitized by Google

ria: nos vero hic dupliciter erramus. Primum enim non reſpicimus Deum: ſive pluat, ſive ſudum ſit, claudimus oculos. Grata quidem nobis fuerit pluvia, ſi utilem putemus: ſed interim non cogitamus eam à Deo immitti: ſic enim terræ affixi ſunt animi noſtri, ut eo uſque non conſcendant. Quodſi ſudum ſit, Sole nos luce ſua exhilarante, non reputamus tamen Deum eſſe qui eam facem nobis illuſtrandis accendit. De Deo igitur nullo modo cogitamus: quod ſane vitium plus nimio fœdum eſt & brutum. Sed ponamus, Deum nobis in mentem venire: num hoc ſufficit? Quemadmodum multi dicunt, Deo ſit laus, qui ſerenitatem miſit: dicunt, inquam, tum, quum id è re ipſorum eſt: ſed interea non agnoſcunt, ſicuti decet, tantum beneficium, ut dicant, Deus is eſt qui hanc cœli faciem profert, ut ſeſe patrem noſtrum eſſe teſtetur. Nos viciſſim debemus verorum filiorum officium erga illum præſtare, & ſic apud nos fari, Ecce, Deo obtemperant reliquæ creaturæ: ecquam vero nos ei obedientiam exhibemus? Itaque ex ordinis naturalis contemplatione induci nos decet, ut Deum timeamus, ſimulque bonitatem ejus guſtemus, quo ei penitus adhæreſcamus, & in omnibus obtemperare ſtudeamus. Huc igitur applicanda ſunt quæ hic docet Eliphaz, nempe Deum immittere pluviam ſuper faciem terræ, & imbre irrigare faciem platea-
Pſal. 107. verſ. 43. rum. Quo nos etiam ſacra Scriptura revocat. Et jam mirum eſſe non debeat ſi tot tantiſque miſeriis & calamitatibus obnoxii ſimus. Itaque ne Deo culpam imputemus malorum, ſiquæ nobis contingant, ſed ad fontem ipſum mentem revocemus: nempe noſtra peccata in cauſa eſſe cur tot ærumnas in hoc mundo ſubeamus. Ne igitur poſthac cum eo expoſtulemus, ut conſuevimus: ſed potius ipſi nos condemnemus, agnoſcentes illum juſte nos affligere, ut cum omni humilitate illum timere & rite colere diſcamus. Hæc habemus ex hoc loco colligenda, quoad reliqua plenius explicentur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnitis peccatis noſtris, eum precaturi, ut det nobis ea vividius ſentire, quam antea fecerimus: in primis autem in eo timore ſub ſua Majeſtate nos contineat, ut ſerio tactu affecti priſtinam ſtupiditatem deponamus: & edocti quomodo de ipſius operibus judicandum ſit, videamus ne ab ea doctrina, quam verbo ſuo tradit, deflectamus: ut magnitudini Majeſtatis ipſius ſummiſſi, hoc optemus & ſtudeamus tantum, ut ejus nomen ubique & omnino glorificetur, non ore ſolum, verum etiam reipſa: prædicantes eum digniſſimum eſſe qui in nos dominetur, & tum magnos, tum parvos oportere ſub ipſo humiliari ut eum honorent. Non ſolum autem nobis iſtud largiatur, verum etiam populis, &c.

CONCIO VIGESIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. V.

11. Qui evehit humiles, & mœrore confectos erigit ad ſalutem.
12. Diſſipat cogitationes callidorum, & non facient manus eorum quod decreverant.
13. Apprehendit ſapientes in calliditate eorum: & conſilium pravorum in præcipitium adigitur.
14. Interdiu incurrunt in tenebras: & quaſi in nocte, ſic palpant in meridie.
15. Et ſervat pauperem à gladio, ab ore & à manu potentis.
16. Et erit egeno ſpes reſidua, iniquitas autem claudet os ſuum.

HAbetur hîc ſententia digniſſima quæ memoriæ mandetur, nempe, *Deum evehere humiles & abjectos.* Quo monemur ut ad eum confugiamus, quoties à ſuperbis opprimimur, ita ut toti mox deglutiendi videamur. Quo pertinet & id quod ſubjicitur, *mœrore confectos & moribundos erigi à Deo ad ſalutem.* Si malis cruciemur, ſi in ſummis anguſtiis verſemur, meminerimus Deum eſſe invocandum, quando ſibi vendicat munus & officium ſervandi illos qui hujuſmodi ærumnis conſtringuntur, quibus ferendis ſunt impares. Poſſet quidem Deus ſuis perpetuam proſperitatem largiri, ab omni dolore & afflictione immunem: verum juſtas habet cauſas cur hoc non faciat. Videmus enim ſuper-

feramur: deinde non indulgere cupiditatibus noſtris, ſed potius renunciare rebus mundanis: poſtremo Deum invocare. quod & præcipuum eſt. Dum enim homines ſecundas res experiuntur, ut non auſint aperte dicere ſe facile Dei ope carere poſſe, reipſa tamen oſtendunt ſe ita obſtupefactos eſſe ut Deum invocare negligant, quo in ejus tutelam recipiantur. Idcirco Deus permittit ſuos ita affligi, & angi, adeo ut neſciant quo ſe vertant. Itaque memoriæ inſigamus hanc doctrinam, quum ſit adeo utilis: eamque, uſu poſtulante, ſedulo uſurpemus. Quum igitur prememur ab hominibus, ut jam jam perituri videamur, quandoquidem hic docemur Dei officium eſſe ut ſubvehat humiles & oppreſſos, & ſalvet calamitoſos, ne dubitemus eum facturum quod promiſit. non enim oblitus eſt naturæ ſuæ, nec fieri poteſt quin eum talem ſentiamus qualem ſeſe ab initio declaravit. Propterea etiam deprimit eos qui in aliquem dignitatis & honoris gradum ſunt evecti. Plerique putant Rotam Fortunæ viciſſitudinibus ejuſmodi præſidere: improbi murmurant Deum ludere hominibus tanquam pila: ſed hæc mutatio adſcribenda eſt potius ingratitudini illorum qui in dignitate conſtituti erant. Non enim recognoſcunt unde ſibi id boni promanet: quin etiam ſic magnitudine ſua inebriantur, ut Deum contemnant, & modeſtiam nullam ſervent. ideo neceſſe eſt ut ejuſmodi ſuperbia à Deo retundatur & dejiciatur. Hæc cauſa cur Deus deturbet eos qui antea evecti fuerant: eo quod, inquam, non poterant ſeſe intra modeſtiæ terminos continere, nec Deo gloriam dare, agnita ſua indignitate, quam tamen Deus tanto honore dignatus erat: ſed conditionis ſuæ obliti, ſupra modum efferebantur. Unde neceſſe eſt, ut Deus eos doceat, ipſos nihil eſſe, & arrogantiam eorum rideat. Itaque ii qui altum dignitatis gradum tenent, videant ut in timore Dei & ſollicitudine ambulent. Cæterum qui humiles ſunt & abjecti, ſatis habent quo ſeſe conſolentur, uti diximus, quod promiſerit Deus ſe mœrore confectos ſervaturum. Hæc ſunt nobis obſervanda. Quamvis autem hæc ſalus non ſemper oculis pateat, ii tamen qui vera triſtitia afficiuntur, id eſt, qui ita dejecti ſunt ut ad Deum confugiant, & ab eo uno levamen petant, ſentient hujus doctrinæ effectum. Et ſane in genere experientia ipſa ſentimus ut Deus abjectos & contemtos erigat: quales enim ſumus natura? Quum Deus nos in numerum ſuorum filiorum adoptat, quales nos nanciſcitur? an non demerſi ſumus in omnem turpitudinem & pollutionem? Nec id ſufficit: ſed præterea ex inferorum abyſſo extrahat nos oportet. Quicquid enim contra dicatur, natura ſumus maledicti, nec niſi mortis imaginem afferimus, poteſt, quin filii Dei, dum in hoc mundo agunt, in multis periculis verſentur. Quamobrem? Eſt quod in ſimplicitate ambulent. Verum quidem eſt, oportere ut ſint prudentia præditi, quam etiam eis Dominus impertit quanta opus eſt: attamen non eſt quod ſint aſtuti, callidi aut doloſi: ſi inter lupos verſentur, oportet ut ſint agni & oves: ſi inter vulpes, oportet ſimplices ſint tanquam columbæ, ut præcipit Deus. Videmus autem quomodo mundus oppletus ſit malitia: ita ut rariſſimi ſint homines probi & candidi. Niſi ergo Deus diſſiparet conſilia improborum, quid fieret nobis? Nonne ſingulis momentis eſſet nobis pereundum? Itaque hic locus non eſt leviter prætereundus: nempe, Deum vigilare in cœlis, ut diſſipet conſilia quæ improbi in nos machinantur. Primum nimirum induceremur in tentationem, quum cerneremus inſidias ad nos intercipiendos ſtructas: induceremur, inquam, ut idem committeremus. Res eſt mihi cum callida vulpe, oportet ergo ut mihi proſpiciam. qua ratione? vulpinando cum vulpe, ut aiunt. En ut ad malum declinemus, & pro uno dæmonio faciamus duo, ut fert proverbium, quum ita nos improborum malitia aggreditur. Nihil autem eſt quod nos poſſit in Dei obedientia continere, & facere ut in ſimplicitate & candore verſemur, niſi tum quum novimus Deum eſſe noſtrum clypeum, qui nos adverſus omnem malitiam protegat. Nobis quidem ipſi cavere debemus, ſed ita ut fas eſt, nempe ne declinemus à rectitudine quam Deus nobis præcipit: nec, utut ſit, ullo dolo utamur, neque illicitum quicquam machinemur. Quod ſi ita nos geramus, noverimus Deum facile reperturum rationes quibus diſſipet omnia conſilia eorum qui nos ſuæ calliditatis tendiculis captum iri putant. Deus ergo proſpiciet prout novit conducere atque nobis expedire. Porro quicquid hic proponitur, id quotidie ipſi experimur. Nam etſi Dei filii decipiuntur interdum, tamen cognoſcunt niſi Deus ipſos protegeret ac tutaretur à laqueis & aſtutiis eorum qui toti ſunt in eo ut illos circumveniant, fore ut in omnibus negotiis, nec iis leviculis, ſed ad vitam etiam ſpectantibus, circumvenirentur. Hoc cernere eſt. Itaque quum tam clara & certa ſit iſtius doctrinæ probatio, eo magis confirmare nos debet. Proinde, quum nemo ſit qui non identidem dicat ſolam malitiam inter homines regnare, ut neſcias cui fidas: quoquo te vertas, tibi fraudem aliquam imminere, nullam eſſe nec propinquorum, nec amicorum fidem, denique omnia confuſa & perturbata eſſe: quum, inquam, hæc conqueratur unuſquiſque, cogitemus quando in fraudem non incurrimus, Deum eſſe qui nos tutatur. nam fraudibus & inſidiis undequaque ſumus expoſiti. quid igitur

Mat. 10. verſ. 16.

facere-

[illegible] ut nulla fugiendi via appareat. Quid hic facto opus eſt? Confugiendum eſt ad Deum, adeo ut dicamus, Domine, noſtri quidem inimici ſunt aſtutiſſimi: ſi doli dolis eſſent opponendi, inferiores eſſemus & caderemus. Quid ergo? reſtat nunc ut deſtruas ac diſſipes omnia illorum conſilia, ne hæc exequi valeant. Ita debemus ad Deum confugere, juxta propoſitam hic promiſſionem. Deus itaque conſtringere poterit manus improborum, poſtquam permiſerit eis ut conſilia ineant, & hoc vel illud moliantur ac longe volitent: adeo ut quum ad opus ſeſe accinxerint, tum præpediti & manibus vincti, pro eo quod omnia ſibi pro voto ceſſura putaverant, omni recto conſilio, imo virtute & robore deſtituantur, quoniam Deus contra mirabili ratione providerit. De his hactenus. Eliphaz autem etiam ulterius procedit, *Quod Deus carpat ſapientes in ipſorum aſtutiis, & pravorum conſilium frangat, ita ut interdiu incurrant in tenebras, & quaſi noctu ſic palpent in meridie.* Hîc Eliphaz non ſolum oſtendit Deum non permiſſurum improbis ut perficiant quod mente conceperint: ſed adjicit, à Deo deprehendi carpique eos in ſuis technis, eorumque conſilia ita conturbari & everti, ut, brutis ſimiles aut puerulis, ridicula machinamenta ſtruant. Quæ duo ſedulo notanda ſunt: nam, ſicuti dixi, ſi viderimus Deum non ſubducere conſilium & prudentiam à noſtris adverſariis, nos vero non ita eſſe cautos & prudentes, adeoque facile oppimi poſſe, tunc deſperatione occupantur mentes noſtræ, ut putemus Deum, ſi nobis auxiliari vellet, properaturum fuiſſe, nec tam diu moraturum. Illo igitur tardante, obſtupefacti conſternamur. At utile eſt, ut patientes ſimus, quando Deus non reſiſtit improbis, ſed contra permittit ut inter ſe conſultent. Quamobrem? Nam opportune adveniet ut ex eorum manibus nos eripiat, quum ſperaverint rem eo deductam ut ſua in nos conſilia perficere poſſint. Sed nec eo uſque Deus interdum exſpectat. nam miſertus noſtræ imbecillitatis, quam vel ad leviſſimam occaſionem tremere ac vacillare videt, anticipat, & ad ſuppetias nobis ferendas feſtinat. Quî iſtud? Ecce inimici noſtri ſunt callidi & aſtuti: adeoque exercitati ut eorum cerebrum fabrica & officina omnii doli videatur: adeo ut non ſine cauſa timeamus, quum eos cernamus ejuſmodi technarum tam peritos artifices. Quid tum? Deus certe illos in eum mentis ſtuporem conjicere poterit, ut brutis ſimiles reddantur, ac pro eo quod ad ipſorum ſolertiam & induſtriam nihil accedere poſſe videbatur, non minus ridicula ut extrema pernicies illi urbi impendere videatur. Rebus eo loco poſitis, Deus mittit ſuum Prophetam, qui hoſtes irridet: Congregamini, inquit, conſultate, *Eſa. 37.*
molimini quantum in vobis ſitum eſt, nihil tamen *verſ. 24.*
eorum quæ conſtitueritis, perficietis. Quid ita? Deus *25, 26.*
enim ſeſe opponit veſtris omnibus artificiis, ut populum ſuum & Eccleſiam tueatur. Propterea dixi eſſe quod hanc doctrinam in uſum noſtrum revocemus. Quum igitur eo devenimus ut de felici rerum noſtrarum exitu deſperemus, quandoquidem jam pene perditi videmur, ad bonitatem Dei confugiamus, qui vias nobis incognitas facile reperiet. At in primis quando propter Euangelium nos perſequentur impii, ne dubitemus quin peculiari quadam ratione tunc Deus nobis ſit adſuturus. Verbi cauſa, hodie certe hoſtes Dei ſunt dolis referti, eorum magiſter, id eſt, Diabolus, officinam habet technis inſtructiſſimam: etſi Papa cum ſuis minus eſſet ſubtilis, ſatis tamen multas ſubtilitates Diabolus ei fabricaret. Adhæc autem videmus omnes dolos & technas penes ipſos eſſe, videmus ut qui ingenioſiſſimi habentur, ſuam operam eis mercede navent, ut Deum blaſphement, ut veritatem calumnientur, ut nos toti mundo reddant exoſos, & in noſtram perniciem nundinas exercent. Quum hæc noſtris oculis obverſantur, quid aliud quam patienter opperiamur? præſertim quum ſciamus Deum vincturum facile ipſorum manus, ut, poſtquam tam ardua fuerint moliti, & univerſum terrarum orbem mente obierint, adeoque ſupra nubes ipſas conſcenderint, nihil horum exequi valeant: facileque in eum ſtuporem conjecturum illos qui ſibi omnium aſtutiſſimi & prudentiſſimi videntur, ut ipſorum inſcitia vel ipſis pueris ſit deridiculo, quemadmodum hodie cernere eſt. nam ſi attendamus quomodo veritas hoc ſeculo à cucullatis illis oppugnetur, & ab omnibus Papæ ſatellitibus: tam bardi apparent, ut mirum ſit homines eo ſtuporis devenire potuiſſe. Imo qui inter eos ſunt aliis ſubtiliores, illi videntur quaſi mercede conducti conſpiraſſe nobiſcum adverſus Antichriſtum ſuum dominum, quem ludibrio exponant. nam quo magis ei gratificari conantur, eo magis eum traducunt. Ita eſſe, patet ex ipſorum libris: ex quibus lector judicet, certo ſcio, eos noſtram cauſam tueri. Unde iſtud? Proculdubio in illis implet Deus quod hîc dicitur, quodque experientia docet. Quum igitur Deus re ipſa declaret ſe non fruſtra hoc denunciaſſe, diſcamus adhærere illi, non dubitantes eum evertere poſſe omnes technas & machinamenta eorum qui ſibi omnium hominum ſubtiliſſimi videntur, ita ut meridie palpent tan-

quam

Digitized by Google

perito, & idiota, etiamſi ſatis prudentiæ habeat, vel ipſorum improborum teſtimonio: adeo ut dicant, Si vellet iſte rem ſuam amplificare, ſatis ad id ſapiens eſt: ſed nimis eſt ignavus & piger, non audet ſeſe aleæ committere. Sic judicat mundus. Quamobrem? Quoniam hic non exercet fraudes & rapinas, ut vulgo fit. Itaque ex communi uſu mundi ſacroſanctum *ſapientiæ* nomen profanantis, Eliphaz, Demus, inquit, aſtutos iſtos eſſe ſapientes, ut ſeſe vocant, & ab aliis appellantur. Tales certe non ſunt: at eis hoc elogium concedo. eos tamen Deus facile in ipſorum malitia carpet. Oſtendit ergo his verbis, quam improbi ſibi aſſumunt ſapientiam, indignam eſſe hoc nomine tam honorifico: quum illa ſit mera aſtutia, ſi recte judicetur. Hæc ſunt quæ hoc loco notanda habemus. Unde admonemur ut humiliter nos geramus, quum Deus ſeſe hic adverſarium diſerte profiteatur illorum qui in ſuos proximos malum conſilium ineunt, & omnibus modis eos dolis circumvenire conantur. Quando videmus Deum quaſi ex adverſo ſtare, ut illis ſeſe opponat; an non, obſecro, id cohibere nos debet, ne utamur aſtu, ſi forte in hanc tentationem incidamus, nec deſit nobis exequendi facultas? Interdum nobis res erit cum bonis & candidis viris, quos, ut minime malos nec ſuſpicioſos, facile ſit decipere ac naſo ſuſpendere, ut dicitur: his occaſionibus ſeſe nobis offerentibus, temperemus nobis, & à fraude abſtineamus. Deus enim, Dum fraude, inquit, & aſtutia utimini, non facitis bellum mortalibus. Facile quidem circumveniatis hominem ſimplicem: verum injuriam mihi ipſi illatam ſcitote: vobis enim adverſabor, & oſtendam meum officium eſſe ſubvertere omnia pravorum hominum prava conſilia. Itaque de veſtra ſapientia gloriamini quantum libet, at vos ego confuſos reddam, omniumque ludibrio exponam. Cur ita? Quoniam veſtris doloſis conſiliis in me ipſum initis, quum hæc effectum ſortitura putabitis, ſentietis nullam aliunde, quam à me, ſapientiam manare. Cæterum dum ambulamus coram Deo, videamus ut omnem ſimulationem deponamus: deterrima enim aſtutia hominum ea eſt, qua Deum fallere ſtudent. Non quod de fallendo Deo loquantur. Nihilominus tamen tale quid mentibus ſuis inſculptum gerunt. Nec ſine cauſa Eſaïas Propheta inquit,

Eſa.19. verſ.15. Væ vobis qui profundi eſtis corde, ut à Domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt, Quis videt nos? Iſtud etiam his temporibus plus ſatis vulgare eſt & commune. Quid aliud ubique terrarum videas? quales enim ſunt de Deo hominum cogitationes? Nemo eſt qui ſeſe non ſatis cautum putet ut manus ejus effugiat. Unde improbi & Dei contemtores exultant, ſibique perſuadent ſtultos eſſe nos qui futurum judicium metuamus. Quum leſtiis afficiamur. Cur ita? Ut ad opem ipſius implorandam excitemur: utque diſcamus nobis à Satanæ inſidiis cavere. Nam hæc negligentia, qua fit ut ad Deum invocandum minime ſollicitemur, ſola nos perdit. Sic itaque in mundo verſamur, ut neceſſe ſit nos affligi & humiliari. Nam Pauperis & Afflicti nomina, ſignificant etiam Humilem. Quoniam paupertas eſt magiſtra modeſtiæ, ne homines nimium exultent atque efferantur, ne audacia & ebrietate ſpirituali occupentur: ſed ut incedat pro conceſſa ſibi quiſque menſura, & à Deo pendeat, alioqui ſingulis momentis periturus. Sic oportet, inquam, filios Dei plurimis afflictionibus in hoc mundo circumcingi ut humilitatem diſcant, ſi regni Dei velint fieri participes. At tales rari ſunt. Nam divites, ut plurimum, arrogantia ſunt tumidi: & ita ſuis pompis & deliciis oculi ipſorum perſtringuntur, ut difficilè humilientur. Poteſt quidem Deus, quando ipſi lubet, opulentos & potentes ſervare æque ac pauperes & abjectos: ſed id fit freno eis injecto, ita ut afflictiones eas ſentiant, quibus in ipſa opum affluentia reddantur pauperes ſpiritu, ut agnoſcant miſeriam ſuæ conditionis, & quærere Deum, ab eoque uno pendêre cogantur. Eo itaque primum redigit nos Deus. Deinde, ut in textu ſequitur, ſervat nos à gladio, & ab ore ac manu potentioris. In ſumma, Deus non vult ut ſui fideles mediis ordinariis conſerventur, & ut exercitus paratos habeant, quibus hoſtium inſultus propulſent, ut armis & firmiſſimis fœderibus communiti ſint, cæteriſque rebus inſtructi. His potius vult eſſe deſtitutos. Aut ſi iſtis non careant, potentiores tamen erunt illorum hoſtes, quam ut eis hac ratione obſiſtere valeant. Itaque, quum mediis humanis deficientibus, ab hoſtibus tamen potentiſſimis nos circumſtantibus, nobiſque devorandis inhiantibus, ſervamur, ſic docemur Deum eſſe qui nos cuſtodit & conſervat, quando nos ſub alis ſuis poſitos protegit, adeo ut non permittat improbis ut furore ſuo nos opprimant, prout optant & parati ſunt niſi cœlitus cohiberentur. Hoc itaque nobis obſervandum. Cujus rei ſatis clarum ſpeculum hoc ſeculo habemus. Quo enim loco ſunt res noſtræ? Videntur hoſtes Dei, qui nil niſi furorem ſpirant in ejus Eccleſiam, poſſe nos momento devorare. Si vires illorum cum noſtris comparentur, quantulæ noſtræ apparebunt! Sumus inſtar exigui gregis ovium imbellium, ipſi vero ſunt armentum ingens, imo numerus infinitus luporum: mundus plenus eſt iis qui vitæ noſtræ inſidiantur, nobiſque mortem, eamque infernali crudelitate crudeliorem, intentant & imprecantur. Quum igitur tanta ſit illorum potentia, qui in eo toti ſunt ut nos perdant: etſi unum tantum diem incolumes exiſteremus, ex eo tamen ſatis probaretur exerceri à Deo officium, de quo hic agitur, nimi-

Digitized by Google

in Deum ſperare oſtendamus, ut nihil humanitus nobis offeratur quod nobis ſpem faciat: ſed ut mors nos undique circumſtet, conſtituti ſimus in tenebris, & nulla lætæ lucis ſcintilla nobis affulgeat: denique nihil habeamus præter hoc Domini verbum, Ero Servator veſter, quo nitamur: etſi interea nobis obvertere tergum, nos rejeciſſe, favere noſtris inimicis, eos ad nos percutiendos armare, nos tanquam hoſtes ſuos perſequi Deus videatur. Quamvis hæc ita ſe habeant, nihilominus in eum ſperare perpetuo debemus. Propterea hic docemur, ſpem eſſe reſiduam afflicto: acſi diceret Eliphaz, Quum eo anguſtiæ devenerint filii Dei, ut neſciant quo ſe vertant, nulla effugiendi via oblata, ne deſinant propterea ſperare Deum ſeſe ipſis Patrem & Servatorem oſtenſurum, nec ipſos derelicturum unquam, ſpem reſiduam fore ſemper afflictis, confugiamus, & quum opem nobis tulerit, ei gratiarum actiones, quas meretur, offeramus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut ea rectius ſentiamus quam antea ſenſerimus, quo cognoſcentes, quam indigni ſimus ejus ope, eo magis incitemur ad eum implorandum, prout vult à nobis implorari, nempe per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus interceſſione obtineamus gratiam apud ipſius thronum cœleſtem, cui nos ſiſtamus, ita ut nobis ipſis diſplicentes petamus liberari à noſtris peccatis, ne quid nos impediat quominus ad eum accedamus, & ipſe preces noſtras omnes exaudiat, prout nobis expedire cognoverit. Non ſolum autem nobis hanc gratiam largiatur, verum etiam omnibus populis & nationibus, &c.

CONCIO VIGESIMA PRIMA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. V.

17. Profecto beatus eſt homo quem increpuerit Deus: proinde correctionem Omnipotentis ne ſpernas.

18. Quia ipſe dolore afficit, & medetur: percutit, & manus ejus ſanat.

ANtea Eliphaz egit de patientia Dei, ut eo rectius comparati eſſemus ad excipiendam doctrinam quam ſubjicit. Nam quod minus dociles ſumus quam par eſſet, propterea fit quia non cognoſcimus quæ ſit Dei Majeſtas, quo ejus timore tangamur. Opus eſt igitur ut intelligamus quomodo Deus mundum regat, & infinitam ejus juſtitiam, potentiam ac ſapientiam conſideremus. Quod ſi vel ipſi improbi, ſeſe Deo eis patefaciente, confunduntur & obmuteſcunt, quid nos facere debemus? Non oportet enim nos à Deo cogi ut ipſum adoremus: quum ſatis ſit dari ab eo nobis hujus rei occaſionem, qua id juſtum eſſe declaret: ſed ei ſponte nos ſubjici decet. Itaque meminerimus quod ſupra expoſitum fuit, non eſſe ludibrio excipienda judicia Dei, quando ea nobis proponuntur, ſed eſſe quod omnes creaturæ contremiſcant. Jam additur, *Quam beatus eſt quem Deus increpat, proinde correctionem Omnipotentis ne ſpernas.* Si audiremus, Deum nullam hominibus injuriam facere, dum eos judicat & ſeveriſſime tractat, ſatis quidem iſtud nos tangeret, ſed ita obſtupefieremus, quaſi malleo in caput contuſi. Oportet ergo dulcedinem quandam admiſceri, ut ſuaviter guſtemus quæ nobis proponentur, quod ſciamus ea nobis eſſe ſalutifera. Itaq; poſtquam Eliphaz in genere expoſuit Dei judicia, quo nos ad eum quam humillime timendum diſponat, jam oſtendit, Deum, etiam dum nos caſtigat, nobis ſeſe amicabilem exhibere, ut nunquam tam ſevere nobiſcum agat, quin nos ſuæ bonitatis & miſericordiæ ſenſu afficiat, quo ad ipſum accedamus, nec deterreamur ceu ii quibus pavor confuſionem incutit. Deus itaq; non vult nos ſic à ſua Majeſtate perturbari & terrefieri: ſed contra vult nos ad ſe allicere, quo ipſum diligamus non ſolum tum quum nobis benefacit, ſed etiam quando nos ob noſtra peccata plectit. Hæc ſummatim ex hoc loco nobis ſunt colligenda. Videtur vero hæc ſententia repugnare doctrinæ illi quæ paſſim in ſacra Scriptura docetur, nempe omnes miſerias & calamitates, quas in hac vita perpetimur, à peccato, ac proinde à Dei maledictione promanare. Qui iſtud ſibi conſtet, nos felices eſſe etiam quum à Deo caſtigamur, & tamen mala, quibus nos afficit, eſſe totidem ipſius iræ & maledictionis, quia illum offendimus, indicia? Unde enim noſtrum gaudium niſi à Deo? Ergo, Deo nobis contrario, vita noſtra non infelix eſſe non po-

teſt.

Digitized by Google

ut malo aliquo affici, ſtatim nobis in mentem veniat ira Dei, quem cogitemus non poſſe peccatum ferre: unde, judicii illius ſeveritatem experti, nobis ex animo doleat quod eum offenderimus. Alterum, ut interim etiam complectamur bonitatem Dei, quod non ſinat nos in exitium ruere, ſed ad ſeſe nos revocet ac retrahat, quotieſcunque ab ipſo affligimur. Hæc in omnibus noſtris afflictionibus ſunt mente volvenda. Supereſt vero aliqua difficultas. Videmus enim afflictiones eſſe omnibus communes. Deus eos caſtigat quibus vult ignoſcere: ſed & reprobos plectit: quibus tamen id in majorem condemnationem cedit. Quid tot flagella Pharaoni inflicta profuere, niſi quo inexcuſabilior redderetur, quod ad extremum perſeveraverit in contumacia & rebellione adverſus Deum? Quia ergo Deus tum bonos tum improbos affligit, & experientia docet calamitates ſceleratis immiſſas, eſſe faces quibus ira Dei in illos accenditur, hinc ſequitur plurimos à Deo caſtigari qui propterea non ſunt putandi felices. Hic autem notare debemus Eliphazum in præſentia non niſi de iis loqui, quos Deus ceu filios ſuos utili & ſalutari caſtigatione afficit: ſicut docet quum addit, *Deum obligare vulnera quæ inflixit*, id eſt, ſanare quaſi emplaſtris & faſciis adhibitis. Sic igitur Eliphaz ſententiam illam reſtringit ad eos quibus Deus caſtigationes in veram correctionem convertit. Hæc autem minus clara eſſent, niſi fuſius explicarentur ad omnem dubitationem tollendam. Videamus ut Deus cum improbis agat. Omnes quidem homines ad reſipiſcentiam hortatur, quum eos caſtigat. nam, uti diximus, perinde eſt acſi eos talibus verbis expergefaceret, Agnoſcite peccata veſtra, nec in illis perſiſtite: revertimini ad me, qui perpetuo paratus ſum ut vobis ignoſcam. Certum eſt tamen iſtas caſtigationes & pœnas non prodeſſe omnibus hominibus. nec enim Deus omnibus hanc gratiam confert, ut ad ipſum convertantur. Nam non ſatis eſt nos Dei manu cædi, niſi nos ſuo Spiritu intus tangat. Non magis molleſceremus quam Pharao, niſi Deus dura corda noſtra emolliret. Homines enim ſimiles ſunt incudibus: quæ contuſæ non mutant naturam, ſed ictus repellunt. Itaque, quoad nos intus vivide tetigerit Deus, haud dubie obſtinatiores ac efferatiores duntaxat reddimur, & frendemus dentibus ac tumultuamur quum nos caſtigat. Et ſane hominum improbitas tanta eſt, tam pervicax & deplorata, ut quo magis à Deo plectuntur, eo magis blaſphement, oſtendantque ſe nullius correctionis & rationis admittendæ capaces. Diſcamus itaque, nos, donec Deus Sancto ſuo Spiritu tetigerit, non poſſe adduci caſtigationibus ad reſipiſcentiam, ſed potius deteriores reddi. Non quod Deus non juſte hic agat. Quare? Homines enim convicti tenentur, ſe, niſi

mo ſecundo: aut ita obſtupuerunt, ut manum illam minime ſentiant, ita ut reſpiciant cujus manu cædantur, ut inquit Propheta. In lamenta quidem erumpent, & ictus ſentient. quid tum? non animadvertunt Dei manum, nec cogitant ſe ab eo viſitari. Plurimos ergo cernere eſt infeliciores reddi caſtigationibus à Deo inflictis, quia non proficiunt in ejus ſchola, nec virgis emendantur. Hic vero nominatim agitur de iis qui à Deo caſtigantur ſimul & Spiritu ejus tanguntur. Sciamus itaque nos peculiari & filiis ipſius proprio affici beneficio, quum manus ſuæ cum nobis ſenſum infert, ut ad humilitatem erudiamur, & quum ejus caſtigationum experientia docemur diſplicere nobis in noſtris peccatis, ut apud ipſum gemamus, & miſericordiam ipſius imploremus. Ubi ergo tali ſenſu virgarum Dei afficimur, Spiritus Dei in nobis operantis certum eſt indicium. Hæc enim ſapientia major eſt, quam ut in humano ingenio creſcere dici poſſit. oportet ut procedat à gratuita Dei noſtri bonitate, neceſſe eſt ut Spiritus Dei ante emollierit iſtam duritiem & perditam obſtinationem, ad quam natura propenſi ſumus. Meminerimus igitur hic nominatim agi de filiis Dei, qui non ſeſe obfirmant adverſus manum ejus, ſed domantur & ſubiguntur à Sancto ejus Spiritu, ne contra immiſſas ab eo afflictiones murmurent. Hæc ſententia tamen prudentiæ carnis reluctatur. Quare? Omnia mala nobis contraria vocamus Adverſitates, ſeu res adverſas. Quum famem aut ſitim, aut nimium frigus caloremve patimur, id appellamus malum. Quid ita? Vellemus enim omnia nobis ex animi ſententia evenire. Non ab omni tamen ratione alienum eſt iſtud loquendi genus, ut mala immiſſa à Deo vocentur Adverſitates, id eſt, res adverſæ & contrariæ. Infliguntur enim nobis propter peccata, ne nobis hæc imponant & perniciem afferant. Cæterum jam monui, conſiderandum eſſe Deum non ſolum oſorem peccati, quum affligit; & judicem, quum nos ad ſuum tribunal vocat: ſed etiam talem, qui ad nos ſibi reconciliandos paratus ſit, ubi cum vera pœnitentia ad eum confugerimus. Sic itaque cognoſcimus eos beatos eſſe quos Deus caſtigat, utcunque adverſitates fugiamus quantum in nobis eſt. Proinde nunquam ex animo huic doctrinæ aſſentiemur, quoad fide bonitatem Dei fuerimus contemplati, qua erga ſuos utitur quando illos ad ſe evocat. Quod ut melius comprehendamus, conſideremus quales evadant quos Deus negligit, nec à ſuis peccatis purgandos reſpicit. Verbi gratia, Detur aliquis Dei contemptor, & qui vitiis ſuis indulgeat: ipſe quidem tranquille vitam agat, nec à Deo plectatur: at ſeſe eo magis indurabit, & Diabolo addicet: ut melius cum eo actum eſſet, ſi caſtigatus fuiſſet. Itaque nihil infelicius nobis accidere poteſt,

Digitized by Google

nobis indulgeret, perditi ac deſperati evaderemus. Oportet ergo, ut, patrem ſe exhibiturus, utatur gravitate ac ſeveritate: quum tam protervo ſimus ingenio, ut ejus lenitate abutamur. His perpenſis veram eſſe hanc doctrinam facile conceſſerimus, Eum eſſe beatum quem Deus caſtigat: nempe ubi cognoverimus, quale ſit ingenium noſtrum, quam pervicax & difficile tractatu: & quod nunquam Deus nos caſtigat niſi noſtro bono, quum neceſſe ſit ut nos cohibeat, & plagis ad ſe convertat. Tunc igitur ſic apud nos ſtatuemus, Felicem eſſe quem Deus caſtigat, ſi eidem alteram hanc gratiam contulerit ut ex virgis & correctione cautior fiat, Spiritu Sancto intus operante, ita ut ille duritiem deponat, ne Deo inſultet, ſed ut ſollicite de ſuis peccatis cogitans oſtendat ſe vere demiſſum eſſe ac ſubactum. Propterea dixi nihil felicius poſſe nobis obtingere quam Dei manu corrigi, ut correctiones quas nobis immittit, ſint ipſo pane, quo veſcimur, & quibusvis cibis utiliores, ſi rem penitius inſpexerimus. Si enim moriamur fame, Deus noſtri miſertus nos ad ſe colligit: at ſi hic vivamus ita ut indeſinenter iram provocemus ejus qui adeo benignum & liberalem parentem ſeſe nobis exhibet, an non fœdiſſimæ ingratitudinis rei ſumus? an non, quæſo, præſtaret matres, noſtri prægnantes, abortaſſe, quam in majorem condemnationem nos vitam protrahere? Quod ſi Deus præveniens utatur caſtigationibus tanquam amuletis, prius quam nos morbus invaſerit, nonne id bonum eſt maxime optabile? Itaque quoties duriores nobis videntur correctiones, & nos ad impatientiam & deſperationem caro ſollicitat, meminerimus iſtius doctrinæ, Felicem eſſe quem Deus caſtigat: quamquam ſenſus noſter aliter judicabit. nam e contrario putabimus nihil melius eſſe quam leniter tractari & indulgenter haberi. Experientia tamen docet, non temere Spiritum Sanctum talem ſententiam pronunciaſſe. Non quod correctiones non per ſe ſint acerbæ ac moleſtæ, ut inquit Apoſtolus.
Heb. 12. verſ. 11.
Deus enim vult ut ex earum ſtimulis moleſtiam ſentiamus. Alioqui ſi nullum dolorem Dei caſtigatio nobis afferret, quæ eſſet noſtra obedientia? Quî etiam diſceremus nobis in noſtris peccatis diſplicere? Quomodo metueremus judicium Dei, quo verè domaremur? Oportet ergo ut mali à Deo immiſſi ſenſu afficiamur. Ita, quamvis malum nobis in bonum vertatur (quo declarat Deus ſuum erga nos amorem) neceſſaria tamen eſt aliqua compunctio, ut iram Dei ſentientes, in peccatis noſtris nobis diſpliceamus. Sed interim eſt altius conſcendendum, ut, agnita naturæ ra ſua degeneret, niſi nos perditos velit. Hactenus de iſta ſententia. Verum quia hæc doctrina ad noſtrum uſum recte revocari nequit, niſi adjecto eo quod ſequitur, utrumque conjungamus. Additur, *Proinde correctionem Omnipotentis ne ſpernas: quia ipſe dolore afficit & medetur: percutit, & manus ejus ſanat.* Hic admonemur, ne rejiciamus & contemnamus correctiones Dei. Ratio autem ſtatim ſubjicitur, nempe, quia Deus felicem exitum ſit daturus. Hic vero conſiſtit illa felicitas, cujus Eliphaz ante mentionem fecit. Unde diſcimus, Deum, quum nos ad patientiam vult hortari, non ſolum nobis proponere manum ſuam eſſe inevitabilem, fruſtraque nos rebellionem moliri, quum hæc neceſſitas, velimus nolimus, nobis ſubeunda ſit: (ejusmodi autem patientia, Lombardica eſt, ut aiunt, id eſt, coacta, & parata Deo inſultare ſi poſſet:) ſed etiam docere nos, aliud quiddam requiri ad veram patientiam. Oportet igitur, quo vere patientes ſimus quoad Deum, ut alio pacto inducamur: nempe ut ſimul etiam conſolatione afficiamur, quemadmodum Paulus docet 15. ad Romanos: ubi hæc duo nexu individuo connectit: nimirum, ut, recta patientia in omnibus afflictionibus muniendi, bonitatem Dei ſuaviter guſtemus, ejus gratia exhilaremur, noſque in noſtram ſalutem ab eo affligi intelligamus.
Rom. 15. v. 3.4.5. & 15: 4.
Quod ipſum docet hic locus, ubi audimus hujuſmodi verba, Ne rejicias correctionem Omnipotentis: ille enim tuarum plagarum eſt medicus, omnia mala tua ſanaturus. Deus itaque nos hic monet, nolle homines ſibi ſubjici propterea quod ex ea ſubjectione ſeſe expedire nequeant. Deum quidem permanere Dominum neceſſe eſt, cujus imperium fugere nemo poſſit. At non ita nos ei ſubmitti decet: ſed potius quomodo docemur à Domino, ſic nos hortante, Eſtote patientes, humiliamini ſub manu mea, & ex meis judiciis diſcite: quominus obmurmuretis & indignemini. Alioqui ad vos penitus opprimendos manum meam deprimam. Quod vera humilitate ducti delicta veſtra agnoſcatis, meque veniam oretis, idcirco malorum levamen experiemini, ut vel in maximis afflictionibus argumentum mihi gratias agendi habituri ſitis. Hæc, inquam, ad veram patientiam ſunt nobis aſſidue meditanda. Quum itaque natura ſimus in Deum rebelles & contumaces, ut quum vel leviter tantum nos tangit, ſtatim irritemur, atque adeo injuria nos ab illo affici, quum nos caſtigat, putemus: certe vitiis curatu difficillimis laboramus. Tanto ergo magis & ſtudioſius meditari debemus doctrinam hic nobis propoſitam, nempe Deum, nos affligendo, velle ad ſe nos adducere,

quin nobis ad ipſum confugientibus propitius ſit futurus. Tales apud Prophetas exhortationes quum audimus, perinde eſt ac ſi Deus diceret, Vos quidem ad aliquod tempus afflixi, nihilominus tamen mea vos miſericordia, eaque perpetua, proſequar. Quod ſi aliquod iræ, quaſi patris juſte filiis iraſcentis, ſignum ſenſiſtis, non odio veſtri hoc feci, ſed oportuit vos experiri fructum veſtrorum delictorum, unde illa mihi exoſa & deteſtabilia eſſe cognoſceretis. Sed tandem aliquando tamen ſentietis nihil eſſe quod malim quam ſanare vulnera, & auferre mala quæ intuli. Sed & iſtud prima fronte nobis videatur abſurdum, Deum ſanandis vulneribus, quæ ipſe inflixerit, delectari. Cur potius nos pace ac proſperitate frui non ſinit? Sed jam oſtendi, quæ nobis infliguntur à Deo plagæ, nobis totidem eſſe medicinas. Duplex igitur gratia nobis hic proponitur: una, quatenus Deus, nos affligendo, bono noſtro conſulit, nos ad reſipiſcentiam inducit, à peccatis purgat, etiam ab iis quæ nobis ſunt occulta & ineognita. Deus enim non ſatis habet adhibere malis præſentibus remedium, ſed etiam fœcundum morborum ſemen in nobis deliteſcens reſpicit. Proinde prævertit, ac proſpicit: adeo ut nos ſingulari beneficio afficiat, quando pro ſævo hoſte, qualis ſtricto gladio accedens videri poſſit, medicum ſeſe exhibet. Hæc prior eſt gratia. Altera quoque hic nobis declaratur, nempe Deum obligare vulnera quæ intulit, eaque ſanare. Quod etiam ſupra ex Paulo confirma-
1 Cor. 10. vit, dicente, Deum non permittere ut ſupra vires no-
verſ. 13. ſtras tentemur, ſed felicem exitum malis noſtris concedere. Itaque licet correctiones ſint nobis utiles, imo neceſſariæ, oporteatque variis modis nos ad ſe convertendos à Deo ſollicitari, nihilominus tamen nobis parcit, nec peccatorum noſtrorum meritum, ſed vi-
2 Sam. 7. res noſtras reſpicit. Ideoque ipſe ait, fore ut nos manu
verſ. 14. humana caſtiget, id eſt, non pro ſuis viribus. Quid enim nobis fieret, ſi Deus in nos lacertorum ſuorum robur vellet exercere? heu! ecquæ coram eo creatura poſſet conſiſtere? oſtendat modo iratum vultum, & ſtatim univerſus mundus in nihilum redigetur: & ut hoc non faciat, ſi modo Spiritum ſuum duntaxat ſubducat, omnia dilabi neceſſe ſit, quemadmodum Pſal-
Pſal. 104. mo 104. habetur. Verum nos clementer tractat: quin-
verſ. 29. etiam manum retrahit, quum nos oppreſſos & ſub onere fatiſcentes cernit, nobis parcere paratus quotieſcunque humilem & patientem ſpiritum in nobis
Levit. 26. intuetur. Scimus quid in Lege ſua denunciet: quod ſi
v. 23, 24. ambulaverimus cum ipſo temere, fore ut temere quo-
Pſal 18. que nobiſcum ambulet, & (ut Pſalmo 18. dieitur)
verſ. 27. præfracte cum præfractis agat. Quantumvis obſtina-

[illegible]
At ſic minime debemus nos gerere, ſed afflictiones privatim immiſſas patienter ſubire, & conſilium, quod aliis demus, ipſi nobis ſumere. Agnoſcamus ergo, neminem non plurimis vitiis ſcatere, quæ totidem ſint morbi quos Deus niſi per afflictiones ſanare nequeat. Abſoluta quidem poteſtate uti ſi vellet, illos alia ratione ſanare poſſet: ſed jam de potentia Dei non agimus, quum de eo tantum modo, quem erga nos tenere vult Deus, diſſeramus. Quia igitur eo pacto & ordine Deus vitiis noſtris vult mederi, nos affligendo: pro ſe quiſque huic meditationi incum-
bat, ut cum Davide confiteamur, Domine, bonum eſt *Pſal. 119.*
mihi quod à te ſim afflictus. David illic non loquitur [illegible]
de aliis, quaſi diceret, Domine, bene feciſti quod caſtigaveris eos qui deliquerunt: ſed à ſe ipſo incipit. Sic & nos agere decet. Quod etiam hoc loco ſignificat Spiritus Sanctus, quum ait, Beatus ille quem Deus caſtigat. Quare? Homines enim non facile patiuntur ſe à Deo regi, ſed reſponſant & in contumacia perſiſtunt: proinde juvat ipſos à Deo caſtigari. Quoniam autem nunc videmus Deum & publice & privatim caſtigandis hominibus manum ſuſtuliſſe, eo magis hac doctrina affici debemus. Quo impietatis devenerint homines, patet: non igitur mirandum ſi talem Deus ſeveritatem proferat. Certum tamen eſt, quam clementiſſime adhuc illum nobiſcum agere, dum ſic nos tractat. Minus quidem clarum eſt ab illo puniri improbos, ut nos caſtigat, licet illi rebelles ſint & ſumme pervicaces, nec ullis admonitionibus adduci poſſint ut Deo ſeſe ſubmittant. Verum aliorum afflictionibus, quas illis ob oculos ponit, adeoque ipſos interdum affligendo, eos quaſi citat, contumaciæ damnandos quod in ſua pervicacia & rebellione perſeverarint. Nos vero illum precemur, ne permittat nos indurari, ſed ut prolatis iræ ſuæ ſignis, ſtatim Sancto ſuo Spiritu molliat cordium noſtrorum duritiem, quo locum demus gratiæ ipſius, quum nos venia donare voluerit, qua maxime indigemus, ut, niſi ſtupidiſſimi ſimus, animadvertere poſſumus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det ea melius, quam antehac, à nobis ſentiri, in iiſque nobis ita diſplicere, ut toto ſtudio & omnibus viribus contendamus ad veniam ab ipſo petendam, rectæ ipſius voluntati nos plane conformantes, ſecundum Legis ſuæ præcepta, quo in ejus timore tota vita ambulemus, ad ſanctificandum ejus nomen, ipſumque, ut decet, adorandum. Ita autem precabimur; Deus Omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CON.

Digitized by Google

rum morbos & afflictiones ſanat. Et certe has ſic attemperat, ne iis prorſus opprimamur: quia noſtræ imbecillitatis miſertus, nos ſuffert & tolerat. Denique Deus dat ſemper felicem exitum noſtris afflictionibus, & materiam lætitiæ nobis ſubminiſtrat, dum boni ſalutiſque noſtræ cauſa id fieri animadvertimus:
Rom. 8. ut etiam docet Paulus 8. ad Romanos. Quam ſenten-
verſ. 27. tiam confirmaturus Eliphaz, ſubjicit, *fore ut Deus ſuos eruat ex ſex anguſtiis, nec in ſeptima tacturum illos malum ullum.* Quibus docemur, Deum quidem permiſſurum ut multas miſerias ſubeamus, malumque aliud ex alio nos invadat: adeo ut perpetuo exerceamur quamdiu vivamus, bellis aut aliis incommodis nullum fere intermittentibus diem quin filios Dei vexent. Præterea, oportet atque expedit ut ſic ob ſua peccata tractentur. Nihilominus tamen Deus felicem exitum concedit illorum afflictionibus quantumvis innumeris. Hæc ſummatim hoc textu docentur. Neceſſaria autem eſt nobis ingratis iſta promiſſio. Quamvis enim experti ſimus Deum opitulatorem quum aliquo malo premeremur: ſi recidamus in aliud periculum, de auxilio ejus ſperando non amplius cogitamus. Nonne ſumma eſt iſta ingratitudo & perverſitas? Quandocunque ergo Deus ſuis auxiliatur, id eo pertinet ut in poſterum confirmentur, quo ad ipſum perpetuo poſſint confugere, ita ut cum animo ſuo quiſque ſic ſtatuat, Quandoquidem Deus mihi opem tulit, nunquam deinceps mei obliviſcetur: illum itaque invocabo & ad eum perfugiam, ut qui certus ſim illum ſemper præſto eſſe ut me è quibuſcunque malis eripiat. Sic igitur nos Deus de ſuo auxilio certiores vult reddere: nos vero confidere non poſſumus. E contrario, quum nos aliquo afficit beneficio, imaginamur illum defatigari & obtundi noſtris precibus: aut ejus opis obliviſcimur, adeo ut nihil auxilii, quemadmodum vellet ipſe, ab eo ſperemus. Videmus itaque hujus doctrinæ meditationem nobis eſſe pernecceſſariam, nimirum fore ut Deus nos è ſex anguſtiis eruat: acſi diceretur, in Deo non in diem unum aut alterum duntaxat ſperandum eſſe: ſed ut vita noſtra miſeriis referta eſt, novis identidem malis ſuccedentibus, ſic, ne continuis certaminibus ſuperati ſuccumbamus, ſemper confidendum divinam opem nunquam nobis defuturam. Quidam iſtud ſubtilius interpretantur, acſi diceretur, Deum toto vitæ noſtræ curriculo perpetuam ex malis liberationem nobis conceſſurum, tandemque nos ad ſe ex hoc mundo evocaturum. Ut enim mundus ſex diebus creatus fuit, ſic vita humana hoc numero ſolet comprehendi, quam conſequitur

his nos erepturum, & ad felicem portum perductum. In ſumma, hic commemorantur ſeptem correctiones, ex Scripturæ more, ubi ſeptenarius numerus pro indefinita multitudine ponitur. Unde in Pro-
verbiis dicitur, Juſtus ſepties in die cadet, & reſur- *Prov.* 24.
get. Quod nonnulli intelligunt de peccatis: Solomo *verſ.* 16.
vero de iis caſibus loquitur quibus fit ut modo hac modo illa adverſitate vexemur. En igitur ut variis caſibus obnoxii ſint Dei filii, adeo ut, pro manu illis porrigenda, videatur eos ceu puerulos infirmiſſimos labi ſinere. Verum nos Deus lapſos ſemper erigit: quin etiam quum labimur, manum ſubſternit, ne gra-
viore ictu offendamur, ut Pſalmo 91. canitur. Ex *Pſal.* 91.
hoc igitur loco diſcamus, primum, moneri nos miran- *verſ.* 12.
dum non eſſe ſi multæ tribulationes nobis ſubeundæ ſint. Quare? Deus enim nos iſta conditione in hoc mundo collocavit, nequis noſtrûm hoc vel illud ſibi polliceatur. Et quid juverit, ſi falſo nobis perſuaſerimus nos obtinere quod non obtineamus? Deus quoque permittet ſemper ut ſpe noſtra fruſtremur, ſiquid aliunde quam ab ipſo conſequi nos poſſe putaverimus, ipſiuſque imperium effugere. Non eſt igitur quod quiſquam ſibi perpetuam quietem polliceatur, quum Deus velit nos aſſiduis certaminibus exerceri. Cæterum quum toties iram Dei provocemus, totque vitiis nos oppletos cernamus, num optare debemus perpetuas voluptates & delicias? Nonne in noſtris ſordibus putreſceremus, niſi nos Deus per afflictiones purgaret? Itaque aſſueſcamus certaminibus, ſcientes nos minime verſari in hoc mundo tanquam in paradiſo, ſed ut cum variis miſeriis & moleſtiis colluctemur, Deo ſic volente. Atque ita diſcamus, res adverſas nobis utiles eſſe, imo ad ſalutem neceſſarias, ſicque nos à Deo viſitari atque expergefieri opus eſſe. Hoc itaque primum eſt quod hoc loco Spiritus Sanctus pronunciat, fideles nempe multis fore infirmitatibus obnoxios. Non enim agit niſi de filiis Dei, & iis quos miſericordia complectitur: quos tamen ait, non una, ſed ſex ſeptemque afflictionibus eſſe vexandos. Interim vero de patientia in malis ſervanda admoniti, excipiamus quoque & amplectamur hanc conſolationem, nobis Deum nunquam in rebus adverſis defuturum. Non ita quidem in miſeriis omnibus ſubveniet nobis, ut omnino nos eis eximat: ſed nihilominus opportuno tempore nobis ſuccurret, quod ſufficere nobis debet, etiamſi langueſcamus, nec ea celeritate qua vellemus nobis ille adſit. Noſtra enim deſideria fervidiſſima ſunt: Deus vero procraſtinat, quo patientiam noſtram probet. At interim illud

nobis

Digitized by Google

debent amplioris beneficentiæ Dei, quæ ex parte tantum nunc exhibetur. Porro ſubjicit, *tempore famis nos liberatum iri.* Aliqui putant hic ab Eliphazo enumerari ſeptem illas afflictiones quas ante dixerat: verum iſta expoſitio ſubtilior eſt quam firmior & ſolidior. Sequamur igitur genuinum ſenſum: nempe, ut afflictionum, quibus in hoc mundo à Deo exercemur, prope infinitus eſt numerus, ſic ſpem noſtram explicandam & dilatandam eſſe, ut liberationem promiſſam perpetuo exſpectemus, quocunque mali genere afficiamur. Propterea fit hic mentio famis, belli, ferarum, procellarum, tempeſtatum, ignis & aliarum calamitatum, quibus miſeram vitam noſtram obnoxiam cernimus. Hoc igitur nobis ſummatim exponitur, Deum non ex fame tantum aut bello, ſed ex quacunque miſeria & ærumna liberandis nobis oſtenſurum penes ipſum eſſe cujusvis mali exitum: ut dicitur in ſua poteſtate habere egreſſus ex

Pſal. 68. verſ. 21. morte. Quod in primis advertendum. Videmus enim quæ ſit hominum perfectio: ut qui diſtribuant officia Dei, putantes nulla malorum eſſe remedia, ſi hæc in unum locum aut ſubjectum congerantur. Ideo Papiſtæ ex Sanctis alium ſanandæ febri, alium ſervandis terræ frugibus, alium huic aut illi morbo curando præficiunt. Cur ita? Imaginantur enim, ſi hydrope aut febre laborantes ad Deum opem imploraturi confugiant, eum non poſſe tot rerum diverſitatibus ſimul vacare: præſtare igitur, aliud alii Sancto aſſignari officium, aut uni plura, vel idem pluribus. Sic homines ſuis ſuperſtitionibus diabolicis fruſtulatim diſcerpunt Dei Majeſtatem, dum eum virtute ſua ſpoliant, quam ad res creatas transferant. Itaque ſedulo hanc doctrinam obſervemus, qua docemur, Deum, ut ex peſte eripere poteſt, ſic & ex gladio ſervare poſſe, nec opus habere ut huic aut illi officium ſuum diſtribuat, ut qui poſſit & velit non ex aliqua tantum, ſed ex omni parte Servator eſſe. Quapropter ne dubitemus ad illum perfugere, non uno tantum malo affecti, ſed quicquid nobis acciderit: ſcientes ejus virtutem protendi poſſe ad quamcunque mortis ſpeciem depellendam: quemadmodum dicitur non unum duntaxat egreſſum ex morte in poteſtate ſua habere, ſed innumerabiles egreſſus, qui à nobis comprehendi non poſſunt. Hinc ſi affligamur, inde nobis aderit Deus: ad eas anguſtias redacti, unde elabendi nulla via pateat, Deus exitum reperiet, idque pro more ſuo, id eſt, ſupra ſenſum & opinionem carnis. Interim hic denuo admonemur ut nos ad patientiam comparemus, non ut unam mali ſpeciem, ſed quicquid accidat, æquo animo feramus: quemadmodum videmus homines variis afflictionibus ferendis natos. Hoc autem dico, quia fit ut qui aliquod ſuſtinere mali genus valent, alia tentatione ſta-

flictiones nuncupantur Calicis nomine. Ut enim medico quantam viſum ſit potionem propinante ei qui ægrotet, hic illam exhaurire cogitur: & ut pater ſuis liberis cibi potuſque modum ſuo arbitrio præſcribit: ita decet ut de nobis Deus diſponat, eamque auctoritatem obtineat, ut quantum velit afflictionis pondus nobis imponat. Quod quum ita ſit, meminerimus doctrinæ hoc loco propoſitæ, Deum liberaturum nos ex fame ſterilitatis tempore, & ex gladio bellico, atque ex ferarum noxa: acſi diceretur, hominum alios non fame tantum, alios bello, alios peſte, alios à feris eſſe vexandos, ſed omnes omnibus malis & calamitatibus eſſe obnoxios: adeo ut niſi Deus perpetuo manum porrigeret, niſi noſtræ liberationis, miſericordia motus, curam gereret, infinitis mortibus undique circumcingeremur. Ita unuſquiſque ſedulo debet de periculis ſibi imminentibus cogitare: quo noverimus quam miſera ſit noſtra ſors & conditio, ut Dei invocandi tanto magis ſtudioſi ſimus. Atque interim tamen comparemus nos non ad unam tantum mali ſpeciem, ſed ad infinitum numerum, prout unumquemque affligere Deo viſum fuerit.
Non enim audimus, Deum una aut altera exercendi Pſal. 66.
noſtri ratione contentum fore, ſed flammas & aquas verſ. 12.
nobis eſſe ſubeundas, id eſt, non unam duntaxat para- Eſa. 43:2.
tam eſſe nobis afflictionem, ſed alias aliis continuo ſucceſſuras. Hæc in ſumma eſt iſtius loci doctrina. Statim adjicitur, *nobis fœdus fore cum lapidibus & feris.* Quo ſignificat Eliphaz, quæ nocere ſolent & moleſtiam exhibere, ut ſunt lapides & feræ beſtiæ, illa nullum nobis damnum illatura. Quomodo non nocebunt lapides? Nempe quod ad eos non impingemus, nec illi in agro colendo moleſti erunt: ſcimus enim agros difficilius coli ſi ſint lapidoſi, adeo ut magno cum labore ſint elapidandi, ne vomer ſubinde contritus frangatur. Ideo denunciat Dominus lapides nec incedentibus nec agrum colentibus nobis nocituros: incedentibus, inquam, nihil offenſionis daturos. Subjicitur, Cum feris. Videmus enim ut beſtiæ nobis adverſentur. Natura quidem nobis
ſubjici beſtias oporteret, quod Deus homini domi- Gen. 1.
nium in omnes creaturas dederit, in eumque finem verſ. 28.
beſtias condiderit, ut homini ſubjectæ ſint, eumque pro ſuo principe & domino, à Deo ſibi præfecto, agnoſcant. Nunc tamen contra evenit, ut beſtiæ in nos inſurgant: quia Deo non ut decet retulimus acceptum imperium illud quod nobis in omnes creaturas communicaverat. Ut ſiquis jure clientelari aliquid Principis beneficio poſſidens, Principem aliqua offenſa læſerit, ſeu proditione, ſeu defectione, ejus bona fiſco vindicantur: ſic etiam Dominus agit. Nam ob noſtram ingratitudinem neceſſe habuit nos bonis, quæ ipſe nobis largitus erat,

ſpo-

Digitized by Google

... atque opera Domini noſtri Jeſu Chriſti. Illic enim diſerte agitur de inſtauratione Eccleſiæ miſere afflictæ ac deſolatæ. Dicit Deum percuſſurum fœdus univerſale, & nominatim cum beſtiis agri. Quare? Quia Jeſus Chriſtus hæres eſt univerſalis omnium creaturarum, in cujus manum omnia ſint tradita. Quodſi ejus membra fuerimus, bonorum quæ illi Pater ſine menſura contulit, erimus participes. Ita illæſi, & inoffenſi, perambulabimus omnes hujus mundi noxas: quod Jeſus Chriſtus ſit noſter cuſtos, ſalutiſque noſtræ ſtudioſus. Interim vero non deſunt nobis moleſtiæ: nam è re noſtra eſt ut Deus nos multis modis caſtiget: ſed ut ut ſit, ſentiemus tandem non temere jactatam eſſe hujuſmodi ſententiam, nempe à Deo beſtias quaſi domitum iri, ne ſolita rabie in nos inſurgant: illas enim compeſcet & ceu vinculis conſtrictas tenebit. Hic autem perutilis doctrina nobis proponitur, nempe operi Dei non eſſe in hac vita metiendam ex iis quæ ſub oculos cadunt, ſed ex cœleſtibus promiſſionibus. Quare? Sic enim Deus vult à nobis honorari, ut innumera, eaque impendentia, contemplantes pericula, quibus obnoxii ſumus, non propterea deſinamus ſperare in Dei auxilio: Certe, ô Domine, dum in hæc inferiora tantum reſpicimus, non poſſumus non videri confuſi ac perditi, ſed quia pollicitus es te nobis auxiliaturum quum opus fuerit, oportet jam inniti tibi vitam noſtram, ac in manus tuas committi. Ita maximo Deum honore afficiemus, ubi ad omnia imminentia pericula intrepidi amplectemur ejus promiſſiones de conſervanda ſalute noſtra factas. Ut autem fideles doceantur, ipſos debere totos in Dei protectionem reclinare, additur, *In calamitate & fame eos riſuros*: non ut nihil ſentiamus, ſenſuſque expertes eſſe debeamus: ſed iſte riſus deſignat ejuſmodi fiduciam, ne perterreamur ceu miſeri increduli, qui obmuteſcunt ubi ſe in aliquo periculo conſtitutos cernunt. Itaque obſervemus, tum probos, tum improbos, ſenſuros quidem mala ipſos prementia, & pericula formidaturos. At ſicui incredulo adverſi quidpiam impendeat, ita metu conturbatur, ut nullam conſolationem poſſit admittere. Et (quod gravius eſt) homines perpetua tormenta
Levit. 26. imaginantur: quemadmodum dicitur, fore ut im-
v. 17, 36. probus fugiat nemine perſequente: & alibi, ad ſo-
Prov. 28. nitum folii decidentis contremiſcere eos qui Deo
verſ. 1. non fidunt. Sic igitur homines, niſi Deo confidant, omnibus malis læti inſultabunt: ut loquentem Pau- Rom. 8.
lum audimus, quum triumphum canit adverſus verſ. 34.
inopiam, morbos, famem, ſitim, gladios, res præ- 37. 38.
ſentes & futuras, atque adeo adverſus ipſos Angelos & Principatus: quos, ſi ſeſe opponerent, ſe ſuperaturum Paulus illic gloriatur. Quare? Licet enim omnia obſtacula ad certamen provocare, quando ſcimus Deum nos in ſuam tutelam recepiſſe, ut nobis ſit vice clypei. Continuo ſubjicitur, Vir fidelis *viſitabit ſuum tabernaculum, nec peccabit aut impinget: & ſobolis ſuæ incrementum animadvertet*, nec non gregis & armenti ſui auctum eſſe numerum, quia benedixerit ipſi Dominus. Ex his docemur, Deum, quo ſuum erga nos amorem declaret, non ſatis habere mederi noſtris malis, & ex eis nos liberare: ſed etiam nobis non uno modo benedicere & res proſperas conferre, quo ſuam erga nos gratiam ſentiamus. Hæc ſumma eſt hujus loci. Ut autem operæ pretium eſt probe intueri bonitatem Dei, qua nobis afflictis ſubvenit: ita, ex altera parte, in omnibus, quæ largitur, bonis diligenter obſervanda eſt paterna ipſius erga nos cura. In primis autem quum evocabimur ex hac vita, meminerimus quid hic doceat Spiritus Sanctus, ſicuti mox exponemus; nempe, ut ſummatim dicam, Deum in rebus omnibus fore ſuorum ducem & cuſtodem. Et, quamquam in hac vita morti obnoxia perpeti multa cogantur, variiſque mutationibus & viciſſitudinibus expoſiti ſint, Deus nihilominus eos conſervabit, eiſque ad finem uſque tutandis ſufficiet ejus benedictio. Hæc Spiritus Sanctus nos ex ore Eliphazi docere voluit. Dominus autem inter alia beneficia, quibus homines afficit, ſuamque benigni-
tatem & benevolentiam oſtendit, ſobolis dationem Pſal. 127.
reponit: ſcimus enim progeniem ſingulare decus eſſe quo Deus homines afficit. Nam ſi bonitatem ſuam vel in ipſis beſtiis agnoſci vult Deus, ſuumque favorem in earum propagatione animadverti, quid quum liberos dederit ad ſuam imaginem creatos? An non enim major dignitas & excellentia elucet in humana natura, quam in omnibus aliis creaturis? Itaque mirum eſſe non debet paſſim notari in Scriptura iſtam benedictionem ut rem pretioſiſſimam. Quod ſi à ſuis liberis homines affligantur, noverint hoc à peccato manare, ordinemque à Deo inſtitutum eſſe inverſum. Nihilominus tamen nulla re melius nec clarius oſtendit Deus in hoc mundo ſuum in nos amorem & ſummam bonitatem, quam quum nobis

ſuos conſervat dum maturitatem conſequantur & colligantur inſtar ſegetis maturæ in horreum colligendæ? Primum notandum eſt, Scripturam, de iſtis temporalibus benedictionibus loquentem, deſignare quid ut plurimum, non quid ſemper contingat. Cæterum inſtituenda eſt comparatio majoris cum minori. Quum Deus permittit ſuos cito è vita tolli, id eis in bonum cedit. Deus enim melius proſpicit viro fideli, quum vigeſimum aut trigeſimum annum agentem illum ad ſe evocat, quam ſi ei vitam ad ſexageſimum annum produceret. In primis vero quum hodie cernamus mundum pene univerſum ita depravatum ut nihil ſani appareat, quos Deus ad ſe colligit, an non, obſecro, eos beatiores cenſere debemus quam ſi in hac vita languide ſpiritum traherent? Inſtar miraculi habetur ſiquis perduret ac ſenex evadat. nam videre eſt quot retia tendat Satan, & quam difficile ſit per tot tantaſque corruptelas iter. Quod ſi ergo ſuos Deus cito evocat, ſciamus hoc magis ex eorum uſu eſſe. Atque inde intelligere eſt, ſi benedictione iſta priventur, perexigua ſane præ illis quæ Deus ipſis repoſuit, nihilominus eos amari & diligi, quamvis eos morte violenta occumbere patiatur: quos enim, verbi cauſa, tyranni perſequuntur, illorum mors tanto eſt pretioſior. Offerunt enim gratum Deo ſacrificium: cui victima eſt bonæ fragrantiæ quum ipſius verbum ſanguine Martyrum obſignatur. Itaque ſi majoris & minoris inſtituatur collatio, comperietur nunquam vana iſta promiſſio fidelibus facta, quin ſemper hanc Dei benedictionem experiantur, quod ſint ingreſſuri ſepulcrum ut quum triticum vocantem: adeo ut nunquam ſint exſaturati. Itaque notemus, Deum nunquam ſuos privare pollicitatione hic facta, fore ſcilicet ut ſepulcrum ingrediantur ut quum matura ſeges conditur in horreum ad bonos uſus applicanda. Quapropter unuſquiſque noſtrûm contentus eſto, ſi, dum in hoc mundo vivit, Deus animo ipſius hoc teſtimonium perhibet, quod ſit ex filiis Dei, & in beatorum numerum colligendus. Et quamvis nos in hac vita ad tempus aliquod retinere velit variis miſeriis & afflictionibus exercendos, non deſiſtamus tamen ejus bonitatem perpetuo deguſtare, quam nobis tot modis propinat, poſt hanc vitam plene fruendam, quum ad cœleſtem illam quietem quam nobis præparavit, morteque ac paſſione Jeſu Chriſti acquiſivit, nos convocarit.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, quo ipſum precemur, ut, per tot diſcrimina & incommoda incedentes, perſuaſi ſimus iſtud contingere propter peccata noſtra, & neceſſe eſſe ut ita manu ejus cædamur. Interim hanc gratiam nobis concedat, ne ejuſmodi correctiones nobis inutiles evadant: ſed hinc diſcamus timere ipſius judicium, tantoque diligentius ipſum invocare in neceſſitate conſtituti: & nobis hoc quoque gratificetur ut alii cum aliis ſincere & fraterne converſemur, quo ſic nos ejus filios eſſe vere probemus, nihil aliud ſtudentes quam ut ſancta conjunctione inter nos copulemur, pro eo quod increduli ad Deum irritandum, omneque juſtum & æquum evertendum conſpirant. Quod non nobis tantum largiatur, verum etiam omnibus populis, &c.

CONCIO VIGESIMA TERTIA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. VI.

1. REſpondens autem Job, dixit:
2. Utinam accurate penderetur indignatio mea, & ærumnæ meæ lancibus trutinæ attollerentur pariter.
3. Nunc enim arena maris gravior eſſet. Ideo verba mea abſorpta ſunt.
4. Quia ſagittæ Omnipotentis apud me ſunt, quarum venenum ebibit ſpiritum meum: terrores Dei acie inſtructa oppugnant me.
5. An rudit onager apud teneram herbam? boatne bos ad farraginem ſuam?
6. An comeditur inſulſum, abſque ſale? eſtne ſapor in albumine vitelli?
7. Quæ renuebat tangere anima mea, ipſa ſunt velut ægritudines carnis meæ.
8. O ſiquis daret evenire petitionem meam, & ut exſpectationem meam daret Deus.
9. Et placeret Deo conterere me: ſolveret manum ſuam, & conficeret me.

Hic

... optare ut ſua
indignatio pendeatur, impoſitis in alteram lancem ſuis ærumnis & doloribus. Tunc enim appareret, hoc malum gravius eſſe arena maris. Quia Deus in me ſagittas ſuas veneno tinctas immiſit, adeo ut ſpiritus meus æſtu & ardore quaſi exhauſtus ſit, aut ægritudine conditus, propter tela quibus me Deus transfodit. Hoc eſt illius exordium. Videtur autem hic injuſte expoſtulare cum Deo, quum ait tantum eſſe dolorem ſuum ut nullus par infligi poſſit. Quod affine videtur illi querimoniæ, à Caïno habitæ, quæ, ut ſcimus, non caruit blaſphemia. Caïnus enim
Gen.4:13. audita ſententia à Deo adverſus ipſum lata, ſeſe juſtificare quidem non poteſt, (nam ejus peccatum evidentius eſt quam ut negari poſſit,) ſed Deum crudelitatis aut nimiæ ſeveritatis inſimulat. Major eſt, inquit, pœna mea quam ut ſuſtinere poſſim: En expellis me à ſuperficie terræ, & à facie tua abſcondar. quam dure mecum agis! Videmus illic ſceleratum illum, quamvis nequeat inficiari ſe jure puniri, prætexere tamen Deum injuriam ſibi facere quod modum ſeveritatis in ſua pœna excedat. Dixi Jobum videri ſimili querimonia uti: ait enim mirandum non eſſe ſi vehementer indignetur, quandoquidem longe vehementiore dolore afficiatur: quaſi diceret, ſe non poſſe ſatis conqueri, Deo ipſum tam acriter & aſpere tractante. Vidimus autem ſupra, eum huc etiam progreſſum eſſe ut diem ſuum natalem execraretur, & cuperet abortus fuiſſe. Itaque videtur Jobus nulla ratione excuſandus. Et ſane, ut jam docuimus, licet bonam cauſam defendat, male tamen defendit: & hic agnoſcenda eſt quædam infirmitas. Interim tamen vere ait, tantas eſſe ærumnas ſuas ut etiam verba ſua præ dolore abſorpta ſint, & ſimilis ipſe exiſtat homini penitus oppreſſo omnique vigore deſtituto, ut quicquid conqueratur longe levius ſit afflictione qua à Deo premitur. Duo ergo hic annotemus: primum, quam miſer ſit is quem Dei judicium urget, ut jam diximus: deinde, nos, luctando cum tentationibus, quantumvis eis obſiſtere Deoque nos ſubjicere conemur, præ infirmitate tamen huc illucve declinare, ut nulla nobis virtus adſit niſi Deo nos fulciente nec permittente ut vacillemus. Sic autem nos exerceri expedit, ut noverimus nos ferreos non eſſe nec ſaxeos, ſed mortales homines fragilitati obnoxios. Utile nobis eſt ut Deus hoc ſenſu nos afficiat. Atque ita, licet nobis afflictis ſuccurrat ne vincamur, tamen oportet ut vulneremur & claudicemus, id eſt, ut aliqua infirmitas virtutem, quam nobis Deus ſuppeditat,

anima mea eſt quaſi abſorpta, totus putredine ſum ver. 16.
oppletus. Cur fideles ita loquuntur? Videntur mol- & 38: 3.
liores & delicatiores quam conveniat: & tamen & 42: 8.
fuerunt omnium hominum fortiſſimi atque conſtan- &, 88: 4.
tiſſimi, & à Spiritu Dei magnitudine invicta donati. Nonne præditus fuit David inſigni patientia? Deus illum omnibus modis exercuit, videmus tamen eum ſemper exſtitiſſe ſuperiorem, nec ulla afflictione ad nequitiam abripi potuiſſe. Ecce igitur militem omni certaminis genere multum diuque, imo per totam vitam, exercitatum, qui, tot tantaque expertus, conqueritur tamen perinde ut ſi nihil unquam mali ſenſiſſet, & ignoraret quid ſit affligi. Itaque notemus (quod jam monui) ipſum corporis mala non conturbaſſe, & quamvis ſenſibilis eſſet, ut cæteri, non ægre tamen morbum aut aliud quid ſimile toleraturum fuiſſe. Quid igitur illum impellit ut ſic conqueratur? Id nimirum quod in ſe ingreſſus perinde à conſcientia ſua urgeretur ac ſi Deus ipſum non modo deſereret, verum etiam hoſtili animo perſequeretur ad inferos uſque, & hujuſmodi verbis terreret, Nec pacem nec inducias tibi concedam, ſed te abſorptum & perditum volo. David ergo hoc peccatorum ſuorum ſenſu affectus, & contuens iram Dei in ſe quaſi accenſam & inflammatam, ea cogitatione mirifice torquetur. Itidem afficitur Ezechias. Deus enim non vulgari morbo duntaxat illum affligit, ſed & iræ ſuæ ſignum quoddam illi exhibet. Putat itaque Deum velle abolere quiequid gratiarum ipſi ante contulerat: & morte ſua evertendum eſſe cultum quem Deus ipſius opera conſtituerat. Ezechias ergo talem Dei vindictam tamque horrendam concipiens, neceſſario ſic conturbatur. Ideo tales querimonias jactat, quales ſuo illo cantico profert. Quapropter notemus, nos à Deo corpore tenus afflictos, poſſe ejuſmodi mala patienter ferre. hæc enim nihil ſunt ad illos angores quibus vexantur quos Deus iræ ſuæ & vindictæ ſenſu afficit. Huc tamen ut deveniamus nobis expedit, licet hæc duriſſima ſint & acerbiſſima. Quare? Quos enim corporis mala duntaxat commovent, longe abſunt à conquirendis morborum animi remediis, quando illos non animadvertunt: & parum ſollieiti ſunt de ſua cum Deo reconciliatione, quod judicium illius non apprehendant. Itaque perquam neceſſarium eſt, ut jam dixi, nos ſauciari judicio Dei, quo concepto ſub ejuſmodi angoribus, quales Jobus ſenſit, ſerio gemamus. Non omnes quidem pariter anguntur: Deus enim vires uniuſcujuſque noſtrûm novit, ut ſi quis debilior ſit exiguaque Spiritus divini gratia donatus,
is

Digitized by Google

bus, ut neſciat quid pronunciet. Quid ergo ſi Deus nobiſcum ſevere agere velit? an non plane nos deficere oporteat? Hoc autem obſtupefacere nos non debet: ſed tamen eſt quod timeamus. nam, extra teli jactum, ſumus omnes fortiſſimi, & ſibi quiſque invictus videtur. Meminerimus potius quanta ſit noſtra imbecillitas, ne vana arrogantia tumeſcamus: noſque miſeras creaturas agnoſcamus, qui nec momento conſiſtere valeamus adverſus inſultus undequaque nos aggredientes, niſi ad Deum confugiamus, orantes ut nos corroboret. Quod nos monet Jobi exemplum. Cæterum obſervemus ſedulo hæc illius verba, *Dei ſagittas apud ipſum eſſe, & illarum veneno ſuum ſpiritum ebibi*, aut ſpiritum ſuum ebibere venenum: nam utraque interpretatio ferri poteſt. In primis autem notandum eſt, Jobum indicare quod non cum hominibus ſibi ſit negotium: non hanc eſſe afflictionem aliquam carni tantummodo inflictam. Animadverto, inquit, Deum ipſum mihi bellum inferre: imo ſagittas ejus jam eſſe cordi meo infixas, adeo ut me transfodiant. Primum igitur Jobus indicat, ſibi tanquam cum ipſo Deo certandum eſſe. Quomodo vero homo mortalis, id eſt, nihilum, ferre poſſit hunc ſenſum, ſe rem habere cum Deo? qui ſubſiſtere valeat? Oportet tamen huc nos adduci, idque nobis expedit, ut jam dixi. Et certe male docent nos Dei ferulæ, ſi interea de hominibus cogitamus, circumſpicientes in res terrenas unde iſta mala nobis acciderint. Male nobis proſpicimus. Exempli gratia, ſi quis ægrotans ſic apud ſe cogitet, Hic morbus ex hac illave cauſa me invaſit: interim iræ divinæ non meminerit, is certe nullum ex Dei caſtigationibus fructum percipiat. Quum, inquam, hæremus creaturis, peſſime certe proficimus. Huc ergo aſſurgendum, ut agnoſcamus mala nobis à Deo immitti propter peccata noſtra: ac ſi Deus ſuas in nos ſagittas ejaculatus eſſet. Huc, inquam, nobis eſt deveniendum. Itaque meditemur ſedulo hæc Jobi verba, Sagittas Omnipotentis in ſe emiſſas, imo infixas eſſe, adeo ut ſpiritum ſuum ebiberint. Quo ſignificat, animi ſui anguſtias promanare ex Dei terrore: quemadmodum ſubdit terrores Dei tanquam acie inſtructa ipſum oppugnare. Quem locum quo melius intelligamus, obſervemus à Deo ſæpenumero affligi homines pervicaces & obſtinatos. Quid tum? Non propterea demittunt ſpiritus, nec humiliantur: nam quævis Dei judicia rejiciunt, ut incus malleum repellit. Deus autem quos humiliatos vult, eos ita ſauciat ut in ima illorum corda penetret vulnus. Hoc Jobus exprimere voluit. Idem reprobis quidem interdum contingere videtur: ſed, ut ut ſit, peculiaris eſt Dei erga ſuos favor & gratia, quum eos ita transfigit, & eorum cordibus ſuæ vindictæ ſenſum incutit, ut abſorpti videantur & atque prorſus exhauriant. Subjicit Jobus, *Terrores Dei ſe oppugnare.* Quare? *Sua enim verba eſſe quaſi abſorpta aut conſumta.* Quum inquit, terrores Dei ipſum oppugnare quaſi acie inſtructa, ſignificat, ut jam attigi, ſibi homines non eſſe inimicos, ſed Deum ipſum bellum ſecum gerere. Ab hominibus quidem poſſumus impeti, ita ut nihilominus agnoſcamus quod jam dicitur, nempe Deum ſic inſtruere, tanquam aciem, ſuas creaturas ut ſint iræ ſuæ miniſtri. In ſumma Jobus, undecunque malum ipſi immineat & inſultet, agnoſcere debet ſe manu Dei tangi & urgeri. Ideo nominat *terrores.* Videt quidem quo reſpiciat Deus dum ipſum affligit, nempe ut ad ſe convertatur: Deum enim hoc unum velle, nimirum ſuos inducere ad miſericordiam ſuam implorandam, ut, venia conceſſa, eos ex malis, quæ perpetiuntur, eruat: ſed in tantis iſtis ſuis doloribus non poteſt ſibi applicare bonitatem quam Deus fruendam ipſi offert. Hinc naſcitur noſtra impatientia, & hinc etiam fit ut non eo honore, quo decet, Deum proſequamur. Ita eſſe liquet ex eo quod quum Deus invocandus eſt ut nobis propitius eſſe velit, frigide id præſtemus & ritus obſervandi cauſa, quoad nos dilabi & deficere ſentiamus, quaſi morti jam adjudicatos & perditioni proximos. Antequam enim hæc cogitatio nobis ſerio obverſetur, non niſi perfunctorie Dei miſericordiam implorabimus. Nunquam itaque homo mortalis Deum rite honorat, niſi in ſe confuſus. Non enim ſatis eſt confiteri, Deum eſſe nobis ſuperiorem & nos ei ſubjectos ut ſunt cæteræ res creatæ: ſed & laus hæc illi tribuenda eſt, ipſum ſolum juſtum eſſe, nos vero prorſus injuſtos, ut os claudamus, nihilque nobis arrogemus, ſed nos agnoſcamus digniſſimos quos ob fœtorem & inquinamentum, quo toti infecti ſumus, abominetur & rejiciat. Niſi huc progrediamur, non colimus Deum nec honore debito afficimus, ut Paulus demonſtrat 3. cap. ad Rom. loquens *Rom. 3.*
enim de immenſa Dei gloria, inquit oportere ut cum *verſ. 19.*
timore & humilitate ad illum accedamus, tanquam ſontes capita laqueis inſerta ſubmittentes, & morti æternæ proximi niſi ipſius miſericordia infinita nos eripiat. Itaque non ſine cauſa Deus ſic affligit ſuos ut illos huc adducat, nempe quo magis ab illis glorificetur. Quod ait *ſua verba abſorpta eſſe*, perinde eſt ac ſi diceret ſe non rhetorice loqui, ſicut quoſdam videre eſt qui oratione grandi & ſplendida ſuas ærumnas exaggerant. Delicati & molles, ſi quid mali patiantur, non egent oratore qui ipſorum cauſam agat: ita enim eloquuntur ut ſoli commiſeratione digni videantur. At iſti locutuleii ſatis oſtendunt ſe non tam urgeri malis quam videri volunt: nam ſi acriter pungerentur, vividoque ſenſu doloris afficerentur, non ita loquaces eſſent, ſed ſilere cogerentur, ut hic de Jobo narratur.

Ideo

Digitized by Google

à Deo exaudiri tum quum ſumus confuſi & plane demiſſi ac in noſtro ipſorum conſpectu abjecti, feramus patienter quicquid malorum nobis immittat, quandoquidem talem dat exitum ut nihil non noſtræ utilitati & ſaluti cedat. Hæc ſunt in hunc locum notanda. Interea Jobus hic utitur certis quibuſdam ſimilitudinibus, ut doceat ſe non ſine cauſa ſic lamentari. *An onager*, inquit, *rudit ad teneram herbam? boatne bos ad farraginem ſuam? An comedetur inſulſum abſque ſale? eſtne ſapor in albumine vitelli?* Quibus ſimilitudinibus Jobus ſignificat, tum homines tum beſtias lætari rebus ſibi pro voto ſuccedentibus. Quid appetit onager? pabulum ſuum quærit. Herbæ igitur ubertate reperta, non iraſcitur. Quare? habet enim quod quærit. Bos item ſuppeditata ſibi farragine, ſatis habet. Sed è contrario, inquit, qui ſuave alicui reddatur quod ei eſt inſuave & odioſum? quin etiam non guſtamus cibos inſipidos prorſus & inſulſos. Si nobis albumen vitelli offeratur ebibendum, vomitus nobis concitatur, quod id faſtidiamus. Quodſi inſipiditas adeo moleſta eſt, quid amaritudo & acerbitas, quæ ſtrangulant? Quibus quum longe graviora pateretur Jobus, hinc ad optandum orationem ſuam convertit. *Utinam*, inquit, *me ſtatim Deus interficeret*, nec languere ſineret. Hæc iſtius loci ſumma. Primum autem notemus hanc ſententiam veram eſſe, atque etiam perutilem: utile ſiquidem eſt, nos noſtrarum perturbationum moneri. Plerique præclare ſentiunt de ſuis virtutibus: proinde utile eſt doceri nos de reprimendis carnis noſtræ deſideriis. Quare? Quo intelligamus, ſi res nobis ex animi ſententia obtingant, id eſſe Dei donum qui bene nobis & jucunde velit eſſe. contra rebus nobis adverſantibus, agnoſcamus nos à Deo affligi. Quid ita? Eum enim offendimus, ideoque largitatem ſuam reſtringit. Ergo è re noſtra eſt ut hæc cognoſcamus & meditata habeamus, utque identidem nobis inculcentur. Atque adeo turpiſſimum eſt homines hac in parte judicio non uti, quum vel ipſæ beſtiæ pro ſuo captu hoc dignoſcant. Judicio quidem minime præditus eſt bos aut aſinus: illis tamen Deus dat quendam ſenſum qui ducem naturam ſequitur. Videamus jam quid Deus homini dederit. Dedit ut judicio poſſet uti: ejus enim animus intelligentia præditus eſt natura. proinde ex judicio gerere ſe debet, adeo ut etiam affectibus reluctetur. Verbi cauſa, non rudet aſinus ſuppetente pabulo: nec homo quoque conqueretur, ſi, quibus eget, habeat: ſed contentus, etiam Deo de ipſius erga ſe liberalitate gratias aget. Quod certe fieri debet. Sed ne id quidem ſatis mnationem à Deo latam pronuncient. In ordine naturæ plus rationis & modeſtiæ præ ſe ferunt, etiam in ſuo ſtupore, beſtiæ quam homines qui alia conſideratione duci deberent. Hoc, inquam, prius ſeſe obſervandum nobis offert. Ex altera vero parte diſcamus non oportere ut beſtias in eo imitemur quod de pabulo tantum ſollicitæ ſunt. Nobis enim conceſſa à Deo proſperitate, hic non eſt ſubſiſtendum, ut dixi, tanquam in meta. Quid ergo? Utamur rebus proſperis ita ut ultra proſpectemus, noſque comparemus adverſitatibus ferendis quas Deus nobis immittere voluerit: ne incauti intercipiamur, nobis perpetuam felicitatem polliciti. Caveamus nobis à deſidia & ſupina ſecuritate quum nobis Deus eſcam & res jucundas ſuppeditat: verum aſſidue nos ipſos ſollicitando adſpiremus ad eam beatitudinem, quo nos vocat. Cæterum ex his verbis quæ ſubjiciuntur, *An comedetur inſulſum abſque ſale? eſtne ſapor in albumine vitelli?* intelligimus, utile eſſe ut præmeditatum habeamus, (quod jam admonui,) frigus, caloremque nimium, & inſulſitatem cibi, aliaque ejuſmodi incommoda, eſſe naturæ noſtræ ingrata. Proinde, ut inſenſibiles non ſumus, ad patientiam nos comparemus, cogitantes adverſa in bonum nobis à Deo verti: ſcientes etiam, quum Deus ſic conſtituerit, ejus voluntatem antiquiorem nobis quavis voluptate eſſe debere. Quo igitur ſale adhibito adverſitates nobis ſapere poſſint, ut eas patienter feramus? Obedientia. Ut ſic nos ipſos compellemus, Nos Deus affligit: quid ita? primum quia eo digni ſumus: deinde quia vult hac ratione ſalutem noſtram promovere. Ita ſapidum evadet quod antea nobis inſulſum & inſipidum erat. Huc igitur nobis deveniendum, quando jucunditatem ex noſtris adverſitatibus percipere voluerimus, quo patienter feramus afflictiones à Deo immiſſas, ejuſque beneplacito acquieſcamus, nihil aliud optantes quam ut à ſe inchoata perficiat: ut, ejus nos regente & ducente Spiritu, nihil aliud quæramus quam illum amare, colere, honorare, proque juſto & recto habere quicquid nobis immittere viſum ipſi fuerit.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, & vividiorem eorum ſenſum ab eo poſtulantes. Et quum ſua judicia voluerit nos experiri, etiamſi nobis ſupra modum oppreſſi videamur, nihilominus ad ipſum confugiamus, ſperantes ab eo liberationem ex omnibus malis, ſicut ejus miſericordia perpetuo manum auxiliarem nobis porrigit. Quamvis autem minus à nobis primo percipiatur, eum ad opem nobis ferendum paratum eſſe: opperiamur

riamur

Digitized by Google

PErſequendus eſt inſtitutus à nobis ſermo, quod Jobus hic ſeſe torqueat, non propter corporis dolores, ſed quia Deus eum ipſo ut cum ſonte jam damnato agere videatur, & adverſarii judiciſque perſonam adverſus ipſum induiſſe. Propterea Jobus gravius afflictatur, quam ob alia quævis mala: quod ſentiat Dei manum in ſe ingraveſcentem, *[Pſal. 32. verſ. 4.]* ſicut loquitur David Pſalmo 32. Quod perpetua obſervatione dignum eſt. Alias ignoraremus quorſum dicat, Utinam eſſem extinctus, ô ſi Deus me interficeret, ac è medio tolleret: tunc enim aliquid ſolatii haberem, nec ita premerer. Ecquid morte gravius ei contingat, eaque morte qua ipſum optantem Deus penitus ſuccidat? An non hoc eſt malorum extremum? Ait tamen ſe patienter laturum ſi Deus ipſum ſtatim conficeret: ſed dum ita languet, diuturnis malis oppreſſus, ſe modum tenere non poſſe, quin exæſtuet tanquam inter flammas. Itaque ſedulo notemus diſcrimen inter eum qui ſtatim vita privetur, & eum in quem Deus velut tormentis diu & indeſinenter nullaque interpoſita quiete & mitigatione inquirat. Excutiamus jam ſingula verba Jobi. Primum inquit ſibi mortis præcipuum eſſe votum. Poſſunt quidem filii Dei, ut in ſuperioribus attigimus, appetere mortem: verum alia conditione ac fine. Debe- *[Rom. 8. verſ. 24. Philip. 1. verſ. 23.]* mus enim omnes idem optare quod Paulus, ut ex hac peccati ſervitute, qua detinemur, tandem aliquando liberemur. Paulus nullis movetur illic carnis ſuæ tentationibus, ſed potius ſummo deſiderio Dei libere colendi impellitur, ut optet ex corporis ſui ergaſtulo egredi. Quare? Dum enim in hoc mundo agimus, multis moleſtiis neceſſario implicati, nihil quam Deum offendimus in iſta infirmitate noſtra. Dolet ergo Paulus quod tamdiu vivat offendens Deum. Hoc autem deſiderium ſanctum eſt, & à Spiritu Sancto promanans. At pauci hanc ob cauſam cupiunt vitam ponere. Nam dum omnia nobis arrident, parum curamus multis vitiis & imperfectionibus impediri quominus rite promtoque animo Deum colamus. nulla nos hujuſce rei ſollicitudo tangit. Quid ergo? Siquid adverſi nobis accidat, ſiquis languor nos occupet, ſi non ex animi ſententia nobis res cadant, tunc optamus ex hoc mundo excedere, & deſperabundi vel in noſtram vitam indignamur. Tale eſt Jobi votum: non quod de ſua peccatrice conditione præcipue cogitet. Sed urgente malo & dolore vellet petitionem ſuam obtinere. Non ſolum enim id cupit, ſed etiam à Deo idem petit. In quo bis peccat. Siquis mortem optans, ut Jobus, in ſe collectus & conſtrictus eſſet, quominus votum ſuum apud Deum exponeret, nihilominus graviter delinqueret: non eſt enim quod quæramus illicitorum votorum & deſideriorum latebras. Nam Deum latêre non poſſumus. Verum ſiquis eo progrediatur, ut Deum tale quid oret, proculdubio duplex peccatum committit. Nimiæ quippe temeritatis eſt. Quænam norma hic obſervanda? Nempe ut nihil ab eo petamus non ipſius voluntati conſentaneum: ſicut docet Joannes in *[1 Joan. 5. verſ. 14.]* ſua canonica. Quam modeſtiam quoque docet nos Dominus, dum nobis hanc petitionem dictat, Fiat Dei voluntas. Jobus itaque Dei nomen polluit hac tam abſurda & profana poſtulatione. Primum igitur, quod licet hominibus, tot miſeriis & calamitatibus obſeſſis, petere à Deo ut ipſos brevi ex hoc mortali corpore liberet: non propter moleſtias, quas perpetiuntur, id optare debent, ſed quia plurimis vitiis hic ſint obnoxii. Cæterum notemus, Deo nos affligente & aſperius tractante, non propterea optandam eſſe mortem, ſed potius eſſe quod nos ad certamina comparemus, quando talis eſt Dei voluntas. Tertio, optando liberationem ex ſervitute peccati, & ex vinculis quibus jam conſtringimur, modum eſſe tenendum, ut parati ſimus pro Dei arbitrio humiliari. Quamvis ægre feramus, ac gemamus, quod non plane præſtare Dei mandata poſſimus, hoc tamen reputare debemus, Domine, ſiquidem vis ut te colam non omnino purus, ſed multis adhuc vitiis inquinatus, hanc mihi gratiam concede, ut agnitis peccatis meis ingemiſcam coram te, quo veniam à te petam. Hic modus eſt, inquam, quem hic tenere decet. Cæterum ex Jobi exemplo diſcamus, quum ad Deum accedimus, nôn eſſe huc cupiditates noſtras afferendas, ut quicquid in buccam veniat, effutiamus, ſed oportere ut poſtulata noſtra ſint conformia promiſſis Dei & iis quæ petere nos præcipit. Hoc exordium eſto, ſi Deum rite precari volumus: nempe, Ne temere hoc aut illud à Deo flagitemus, ſed attendamus quid ex ejus verbo orare fas ſit. Quicunque enim à Deo temere, quicquid concipiunt, poſtulant, quo honore illum afficiunt? Illum ſuæ libidini volunt ſubjicere. Hæc autem intolerabilis eſt arrogantia, hominem mortalem velle ſibi Deum reddere obnoxium, ut quicquid petat, ab illo auferat. Præterea oſtendimus, Deum hanc ſui reverentiam exigere, ut inquiramus quid nobis permittat ſibique placeat, cui præſtando cum omni modeſtia incumbamus. Quum igitur iſtius modeſtiæ terminos tranſilierit Jobus, illicitam petitionem à Deo poſtulans, quam ipſi culpamus, videamus ut in orando Deo ſobrietatem eam adhibeamus, ut perſpectum habeamus quid promiſerit & permiſerit Deus. Interim remedium eo non pertinet, ut à Deo precando abſtineamus, carne ad hoc aut illud appetendum nos ſollicitante: ſicut nonnulli ſunt, qui audientes aliqua

peti-

Digitized by Google

nobis accedentes, ne caro noſtra nos huc illucque abripiat. Hæc ſunt boc loco ex Jobi exemplo animadvertenda. Quæ tamen perperam obſervantur à maxima parte hominum. Videmus enim alios ſua vota Deo non ſubjicere, ſed mera vanitate impulſos hoc aut illud expetere, & chimæras ſibi fingere, interim de Deo precando non cogitare. Vitium hoc intolerabile eſt. Quid? homines ita vagari, nec Deum quo vocat ſequi! Et quum jubeat ut ſuper ſe ſuas omnes ſollicitudines deponant, quo ſubleventur, illos ita ſubterfugere & ſeſe à Deo alienare, an non extrema eſt perverſitas? Sic tamen fieri ſolet. Unuſquiſque ſe ipſe excutiat. Quot ſtulta deſideria, obſecro, ſeſe offerent, eaque cum ſuſpiriis internis conjuncta, quorum Deum teſtem non facimus? Alii in aliud extremum inclinant ab illo diverſum. Stupidi ſunt in Dei conſpectu, & ita petunt ut neſciant quid & quomodo petant, citra normam & delectum. Unde apparet, quod jam admonui, hanc doctrinam male intelligi, non ſolum ab iis quos verbum Dei non docet, ſed etiam à nobis ipſis. Quo diligentius hic locus eſt notandus, ut ſibi quiſque arctum frenum injiciat, meliuſque quam hactenus fecerit, ſuos appetitus in poſterum moderetur. Quod ut præſtare poſſimus, affectus noſtri coram Deo ſunt explicandi, quum ſciamus nihil nos ſubterfugiis profecturos. De omnibus enim ſuo tempore reddenda erit ratio. Itaque diſcamus, quotieſcunque obrepet nobis quodpiam votum, ut Deum teſtem nobis proponamus: ideoque omnia peccata noſtra examinemus, quo condemnemus quicquid videmus non conſentire cum voluntate ejus quem nobis dominari oportet. Sed redeamus ad verba Jobi. Utinam, inquit, Deus me interficeret, & ſolveret manum ſuam ad me ſuccidendum. Breviter jam oſtendimus quo ſpectent iſta, nempe ut Deus ſtatim hominem conficeret nec languere ſineret. At quid lucri iſtud afferret? num ſic melius cum homine ageretur? Ita quidem ut ei videtur. nam quum quidpiam mali ſubeundum eſt, levius cenſetur ſi confeſtim adveniat. Jobus etiam longius proſpexit, nimirum, Deo ſe judicem præbente, nobiſque illum inimicum experientibus, cruciatum intolerabilem ſentiri: adeo ut optemus tunc montes ſuper nos cadere, ut loquitur Jeſus Chriſtus. Vellemus univerſum mundum funditus eſſe everſum, & præoptaremus omnes creaturas in nos inſurgere, totidemque mortes, ut ita dicam, & infinita pericula nobis inferre, modo faciem Dei adeo terrificam non cerneremus. Huc igitur Jobus ſpectavit. Quod ſane pauci animadvertunt. Quare? Quoniam nobis multo eſſe graviora (ut penitus ſumus addicti carni & vitæ præſenti) attamen hic Scriptura proponit nobis aliud mali genus longe formidabilius & terribilius: puta quum Deus nos ſenſu peccatorum noſtrorum afficit, & noſtras conſcientias ad ſuum tribunal citat. Tunc enim nos acrius angit, quam ſi corpora noſtra diſcerperet & quibuſvis tormentis ſubjiceret. Quum ita ſe res habeat, timeamus Deum, nec putemus melius nobiſcum agi ſi ipſius judicium fugerimus: ſed hic ultro comparentes, noſtram vitam ita excutiamus ut nullum ex peccatis noſtris oblivione prætereamus. Sic igitur gerere nos decet, auditis iis quæ hoc loco commemorantur. Porro Jobus ſubjicit, *ſe tunc conſolationem capturum, & calorem lætitiamve in dolore percepturum.* Verbum enim, quo utitur, ſignificat Ardere aut Incaleſcere, & quidam Lætari interpretantur. Vera & germana interpretatio fuerit, Incaleſcerem in meo dolore. Dicit ergo ſibi levationem fore ſi Deus manum ſuam extenderet ad ipſum ſemel & repente conficiendum: ſibi vero moleſtum eſſe quod paulatim ſuccidatur, nec utatur Deus ſuo robore ad ipſum ſtatim perdendum. Illi quidem qui repente opprimuntur, non propterea non affliguntur & vehementem dolorem ſentiunt: ſed Jobus loquitur ut homo perturbatus, qui neſcit ubinam ſit. Ita ipſi videtur nullum eſſe melius ſolatium, quam penitus è vita tolli ubi primum Deus vulnus inflixerit. Verbi gratia, Quum præſentem dolorem ſentimus, putamus nullum aliud malum eſſe in toto mundo: quum aliquis vehementi malo afficitur, omnes aliorum omnium dolores præ ſuo nullos æſtimat: ſi caleat, vult refrigerari, imo gelaſcere: quod ſi frigeat, non magis frigus feret, quam calorem tulerit. Proinde quum quis friget caletve aut aliter vexatur, ita afficitur ut putet contrarium ſibi levamini fore. Perinde nos abripiunt noſtræ perturbationes, perindeque loquutus eſt Jobus. Notemus ergo, non, quæ imaginamur levamenta, talia fore, etiamſi Deus omnia noſtra deſideria nobis concederet. Sic potius ex uno malo in aliud incideremus, quum nihil nos ſublevare poſſit, niſi Deus nobis ſit propitius. Et certe ſi nobis digitum amittentibus patientiam concedit, concedat & ſi totam manum, imo totum corpus ſit amittendum. Non eſt igitur quod malum in ſe concipiamus, ſed in noſtra potius imbecillitate. Niſi enim ſuſtentemur, vel minima res nos confundat: quod ſi nos Dei gratia corroboret, montem altiſſimum facile feramus. Quare? Sufficiet Dei virtus. In vado ſuffocetur alter, & alter è mari emergat. Deo igitur nobis porrigente manum, etiamſi in

putreſcere in noſtris miſeriis. Attamen, ut dixi, non tunc homines deſperare deſinunt, quum Deus eos languere non ſinit. Sed noverimus, Deo noſtra mala prolongante, ſatis eſſe ſi det nobis patientiam, eamque continuam. Si Deus ita nobiſcum agat, facile tolerantur mala, ut in morte ipſa nihilominus in eum ſperemus, modo nos ſua gratia & favore ſuſtineat: imo hujuſmodi conſolationem ex Scriptura capimus, Quomodocunque Deus nos tractet, ſive digito nos tangat, ſive manu percutiat, ſive graviſſimos ictus malleo nobis incutiat, ſive nos languere ſinat, ſive ſtatim conficiat: nihil tamen præter ipſius voluntatem eventurum: quæ voluntas nobis eſt ſalutaris, quandoquidem ex ipſius filiis ſumus. Hæc certiſſima ſunt. Quum autem Jobus addit, *Ne mihi parcat, & ego non celavero ſermones Sancti*, pollicetur quod præſtare non poteſt. At ſic loquuntur qui ſuis affectibus abripiuntur. Si Deus, inquit, ita me repente obruiſſet, non illum accuſarem, nec ad murmurandum hiſcerem, ſed potius nomini ipſius benedicerem, & juſtum illum eſſe confiterer: ſed in tanto tamque diuturno dolore, nulla interpoſita quiete, non poſſum patientia uti. Sic homines ſeſe gerunt, uti jam oſtendimus. Jobus etiam ſubjicit, *ſe non poſſe diutius hæc tolerare, ſe viribus deſici, afflicto deberi ab amico beneficentiam.* Jam oſtendi debuiſſe Jobum ad Deum reverti, & hic ſubſiſtere. Verum convertit ſe ad eos à quibus accuſabatur. Quæ tentatio diligenter cavenda eſt: ſicut in hunc finem Spiritus Sanctus hanc hiſtoriam nobis proponit, quo intelligamus, quum nos homines ſtimulant, quum irrident & in deſperationem impellunt, aut certe impellere conantur, ſedulo cavendum eſſe ne cum illis contendamus. Quare? Si quis mihi dicat, An putas Deum tui curam gerere? Tu illum invocas: ſed fruſtra. Et niſi Deus te execraretur, an exiſtimas illum tam ſevere tecum acturum fuiſſe? Te miſerum & perditum vides: an ergo non animadvertis Deum tibi adverſari? Siquis, inquam, me ſic exacuat, is certe peſtis eſt letalis, & procul amovenda. Ergo hujuſmodi tentationes quum audimus, meminerimus Satanam inflammare nos adverſus Deum. Itaque repellamus ejus aſtutias, & non cum hominibus, ſed cum Deo nobis rem eſſe putemus. Proinde illi querelas noſtras offeramus, hoc pacto, Domine, vides ut iſte nihil aliud quærat quam me in deſperationem adigere: huc venit data opera ut animum deſpondeam: velis ergo mihi veniam dare, meque in tutelam tuam recipere, ita ut intelligam manare non ab hominibus, ſed à te ſolo, quicquid mihi patiendum eſt: quamvis enim imprudenter aut malitioſe, vi dolove agant homines, nihil tamen præter voluntatem tuam acci-

mere aut celare verba Sancti? Non dare penitus Deo gloriam. Jobus ergo in ſumma inquit, Si Deus mihi extrema infligeret, non negarem illum omni laude dignum eſſe, imo ex animo dicerem, Domine, merito me affligis, tua ſum creatura, pro tuo arbitrio de me tua manus diſponat. Jobus iſta quidem profitetur ſe obſervaturum: ſed ſe ipſe non ſatis cognoſcit. Diſcamus ergo, quod dixi, oportere ut in nos ipſos ingreſſi ab aliis oculos avertamus. Ubi enim tale quid profeſſi fuerimus, Deus nos ridebit. Stultus enim eſt qui ait, Si hoc aut illud eveniret, iſto illove pacto me gererem. Hominis talia jactantis arrogantiam Deus irridet. Quæ enim eſt virtus noſtra? qua de re poſſumus gloriari? Itaque agnoſcamus, quoquo pacto Deus nos tractet, eam requiri in nobis prudentiam ut eum glorificemus, precantes ut ſuo nos Spiritu ſic regat ut in afflictione nos patientia muniat. Hæc ex hoc loco diſcenda ſunt. Adjicit autem, *Quænam eſt mea vis ut durem? An lapidea eſt vis mea? an caro mea chalybea?* Hic Jobus querelas nectit ut oſtendat jure ſe indignari, etiamſi modum excedat. Quare? Quod Deus modum in ipſo caſtigando non teneat. Hoc in ſumma ſignificat. Apparet autem quod jam dixi, nempe Jobum urgeri dolore præſenti, ut alia non cernat, ſed potius ad ea cæcutiat. Quod quidem ſedulo eſt obſervandum. Nam tale eſt ingenium noſtrum, ut docet experientia. Quotieſcunque aliqua triſtitia afficimur, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri, ſed ita perſtringuntur ut nihil diſcernant: adeo ut temere quicquid in buccam venit effutiamus. Quo magis obſervare debemus quæ hic profert Jobus: *Quæ eſt mea vis?* inquit. Nulla quidem erat ejus vis: ſed quum in hac cogitatione inhæret, an non ad majorem impatientiam ſtimulabatur? Jobus exiſtimat ſe in hoc tantum mali genere virtute deſici. At contra, ſi ſeſe excutiant homines & penitus ſcrutentur, comperient, minimum malum, quo afficiantur; non carere acri dolore, etiam ratione corporis. Sed nihili hæc ſunt æſtimanda præ ſpiritualibus illis Jobi cruciatibus, quos diximus. Non petit ſuum dolorem levari, ut ſuam infirmitatem agnoſcat, quo ſeſe coram Deo humiliet, & confiteatur ſe jure ſic tractari. Quid ergo? Vult ſignificare, ſe à Deo novo & extraordinario modo haberi, nec ita urgeri homines ſolere. Vellet igitur cum Deo certamen inire, ita ut Deus ſecum æquo Marte pugnaret. Sic Jobus ſe ipſe præcipitat. Nos vero ita quæramus quæ ſit vis noſtra, ut eam non in nobis quæramus, ſed in eo qui nos corroborat. Meram enim vanitatem in nobis ſemper reperiemus: quum putaverimus nos alicui oneri ferendo pares eſſe, tum maxime ſub

pondere

Digitized by Google

oſtendat & arguat. Verùm noverimus, nihil nos boni inchoare poſſe, nedum perficere. Quo magis incitari debemus ad Deum precandum ut nos ſuſtentet, & lapſos erigat. Hoc modo noſtra nobis ſpectanda eſt infirmitas, non ut Jobus ſuam conſiderabat, acſi Deus nullum modum erga nos teneret: ſed potius cognoſcamus, Deo nos caſtigante quum ipſum offendimus, pro emendatis nos fieri deteriores. Quare? Deo enim nos tangente, ad obmurmurandum, & ejus nomen maledicendum, non raro incitamur. qui ſummus eſt & extremus omnium malorum cumulus. Proinde diſcamus, ut Deus noſtris vitiis medeatur, oportere ut diabolicam illam arrogantiam nobis inſitam dejiciat, quo noſtra peccata noſtraſque maculas cognoſcamus. Alioquin nihil nos juvabunt ullæ Dei caſtigationes. Cognito autem malo nobis inhærente, in eo diſplicere nobis debemus, & inveſtigare remedium: ut dicamus, Heu, mi Deus! ſum equidem ita infirmus & debilis ut mere ſim vacuo poſſint conſtanter iter facere per omnes hujus mundi miſerias, donec colligantur in æternam quietem, ipſis in cœlo repoſitam, & Domini noſtri Jeſu Chriſti ſanguine acquiſitam.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ut det ea melius à nobis in poſterum ſentiri, ita ut, convicti noſtræ miſeriæ, ad ipſius miſericordiam confugiamus, orantes ut ſit nobis pater in Domino noſtro Jeſu Chriſto: & quamvis indigni ſimus qui inter ipſius creaturas numeremur, nihilominus nos pro filiis ſuis habeat: adeo ut ſerio guſtu ſui amoris ac bonitatis afficiamur. interim autem in omnibus afflictionibus, quas nobis immiſerit, ita nos confortet, ut omnibus valeamus reſiſtere, donec ad ſe nos evocarit, quo fruamur victoria per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum parta, & triumpho qui nos in cœlo manet. Non ſolum autem nobis iſtud largiatur, verum etiam populis, &c.

CONCIO VIGESIMA QUINTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. VI.

13. Non poſſum diutius hæc ferre, me vis mea deficit.
14. Afflicto debetur ab amico beneficentia: ſed timor Omnipotentis derelinquitur.
15. Fratres mei fefellerunt me, ſicut torrens, ſicut inundatio torrentium qui in convallibus tranſeunt.
16. Qui obſcuri ſunt præ glacie, in quibus abſcondit ſe nix.
17. Poſtea æſtu exareſcunt, & præ calore diſpereunt è loco ſuo.
18. Huc illuc avertuntur à ſemitis ſuis conſuetis: abeunt in nihilum & pereunt.
19. Quod intuiti qui ad Thema exſpectant, veniunt Seba.
20. Sed ubi eo venerunt, pudore affecti ſunt & rubuerunt.
21. Nunc & vos ejuſmodi mihi eſtis torrentes, nam conſpectu plagæ meæ timuiſtis.
22. Numquid dixi, Afferte mihi, & de facultatibus veſtris donate mihi?
23. Aut liberate me è manu hoſtis? & è manu violentorum redimite me?

PRima ſententia, à nobis audita, huc ſpectat, Eum qui ſupra vires afflictus eſt, mereri excuſationem, quum immodicis perturbationibus abreptus fuerit. Idque eſt quod jam obtendit Jobus, ut excuſabilis videatur. Quamvis, inquit, immodeſtius loquar, non magno id vitio mihi verti debet: nam eo me cogit dolor. Hoc quidem locum habeat apud homines: ſed apud Deum non juſtificemur, ſi malum, quod patimur, tam enorme & grave eſſe cauſemur, ut neſciamus quid agamus. Deus enim, modo à nobis invocetur, illud lenire poteſt. Cæterum non poſſumus ejuſmodi excuſationem prætexere, quin ſimul Deum accuſemus, quaſi nulla ſalutis noſtræ habita ratione, temere & inconſiderate nobiſcum ageret. Id quidem non cogitant homines: nos vero alloquentes Deum, non niſi cum omni reverentia & ſobrietate os aperire debemus. Jam videamus jurene an injuria Deus nos caſtiget. Quum hoc ſtatutum fuerit, Deum non ſine cauſa nec ultra modum nos affligere, nulla excuſatio, quam prætexamus, ullius erit momenti: ſed potius nos ipſos condemnabimus. Itaque quum hic peccaſſe Jobum videamus, accurramus potius ad remedium: ut in graves ærumnas conjecti confugiamus ad Deum, quo ipſius

 opem

Digitized by Google

noſtram condemnationem cedent. Omnium hominum ſtupidiſſimi & imperitiſſimi non poterunt inficiari ſibi auditum eſſe quod inter omnes commune eſt & vulgatum. Quod ſi conſiderentur pervulgata proverbia, ſat multa teſtimonia reperiantur, quibus redarguantur qui ſe apud Deum excuſare velint his verbis, Neſcivi quid hoc ſibi vellet, non fui inſtructus, nec hac de re admonitus. nam ſæpius in ore habemus, non eſſe augendum afflicti malum, ſed miſericordia complectendum: interea vero parum de eo ſumus ſolliciti. Non igitur longa diſquiſitione opus habebit Deus ad nos condemnandos ob noſtram erga proximos noſtros immanem crudelitatem. Quare? Unuſquiſque enim hic ſuus ipſius judex eſſe poteſt. Obſervemus autem, commiſerationem iſtam & humanitatem, de qua hic agitur, longiſſime extendi: ut non ſolum eſurienti ac ſitienti porrigamus cibum & potum, cæteraque corpori juvando neceſſaria: ſed ærumnoſo & mœrenti conſolationem afferamus: ſiquis malis ſit obſeſſus, ne magis vexetur, ſed potius detur opera ut ſublevetur. Ita humanitas, cui natura ſumus devincti, non ſolum in benefaciendo poſita eſt, ſed in eo etiam ne crudeliter rejiciamus afflictos & immiſericorditer averſemur, aut etiam condemnemus quo magis ingraveſcat eorum malum: at potius ut benigni ſimus, ut gemamus cum gementibus (ut nos exhortatur
Rom. 12. Scriptura) & gratulemur proximis noſtris de ipſo-
verſ. 15. rum bonis. Hoc igitur nobis eſt obſervandum. Dicit autem, *Timorem Dei derelinqui* quando afflictis non præſtatur miſericordia. Et certe ſi ſpectetur quid Dominus noſter Jeſus Chriſtus præſcripſerit, nullo Dei timore nos tangi clarum eſt dum ita coarctata ſunt noſtra viſcera. Quare? Ecce quid præcipiat Do-
Matth. 5. minus noſter Jeſus Chriſtus, Sequendum eſſe Pa-
v. 45, 48. trem noſtrum cœleſtem, ſi volumus ipſius filiis annumerari. Ipſi quoque Ethnici docuerunt, nulla re melius hominem Deo aſſimilari quam benefaciendo, & humaniter juvando qui ope noſtra egent. Deus Sole ſuo illuſtrat tum probos, tum improbos Quum fratrem, meæ carnis ac naturæ exemplar & ſpeculum, oppreſſum & afflictum video, nec moveor, nonne certo argumento prodo me de Deo non cogitare, & pluſquam bruto eſſe ingenio? Atque ita non ſine cauſa hoc loco dicitur timor Dei derelinqui ab iis qui afflictorum non miſerentur. Ideo-
Mat. 23. que Dominus noſter Jeſus Chriſtus præcipua Le-
verſ. 23. gis capita nominat Judicium, Juſtitiam, Miſericordiam & Veritatem. Quum voluerimus oſtendere nos timere Deum, & cultus ejus deſiderio teneri, ſic nos geramus oportet, ut integre cum hominibus converſemur, nec aſtutiæ & malitiæ ſimus deditis, ſed unicuique quod ſuum eſt reddamus, juſtas cauſas

tatem incidat: odium illud jam ceſſat, ita ut qui capitaliter erant ei infenſi, jam quodammodo erga illum miteſcant, talem videntes mutationem ei contigiſſe. Quum igitur afflictio malevolentiam & odium ſedet ac mitiget: quid facere, quæſo, debeamus, quum noſtros proximos afflictos cernimus? An non multo magis commoveri debemus, ut illis opitulemur? Qui autem calamitoſos & mœſtos vexant, non tantum inhumani ſunt, quod nulla commiſeratione tangantur, verum etiam modum omnem excedunt, eo quod malum adaugeant. Si quem videro gementem & opem meam implorantem, huic vero tergum obvertam, ſum crudelis, & oſtendo me nec Deum nec naturam cognoſcere. Quod ſi alius eundem rideat, & magis angat, iſte bis eſt crudelis. Ego quidem graviter peccaveram: ſed iſte qui afflictum vexat, an non ſe fera beſtia magis ferum eſſe brutumque declarat? Tales autem erant amici Jobi, de quibus conqueritur. Diſcamus ergo, quo probemus nos eſſe Dei filios, non rejicere afflictos, ut qui ſciamus huc nos à Deo vocari, qui hoc teſtimonio vult elicere, an ipſum pro patre habeamus, nec ne: propterea que jubet ut inter ſe homines fraternitatem exerceant. Sed in primis caveamus ne inſurgamus in eos qui afflictione premuntur, neve illos magis affligamus. magis enim ſic offenditur Deus, quam ſi nulla cura illorum geratur. Hoc itaque ſedulo eſt obſervandum. Jobus autem adhæc utitur ſimilitudine, dum ſuos amicos torrenti comparat. Ecce, inquit, non amnis perennis, ſed torrens, hyeme quidem, aquis undique confluentibus, & nive onuſtus, tumet & ſuperfluit, adeo ut nunquam exſiccandus videatur: verum ſtatim præterfluit, & areſcit tandem æſtu exorto. Qui per Thema & Seba iter faciunt, ſperantes ſe illic aquas nacturos, falluntur. Iſtæ autem regiones erant incultæ & deſertæ, reſpectu Judææ: iter erat aridum & penè inacceſſum, ideoque viatoribus illac tranſeuntibus optatiſſimæ erant aquæ, quibus ſeſe recrearent. Ecce, inquit, viatores qui per illa loca proficiſcuntur, lætantur conſpicientes ejuſmodi torrentem. Habemus, inquiunt, amnem unde reficiamur, & ſitim noſtram ſedemus. Sed quum æſtate illac iter habent, & refrigerationem inde ſperant, ſpe fruſtrati erubeſcunt, dolent & indignantur. Tales eſtis, inquit Jobus, amicos alloquens. Hac autem ſimilitudine non ſine cauſa utitur. Jam enim vidimus amicos, qui Jobum conſolaturi venerant, fuiſſe viros non vulgares nec plebejos. Et dubium non eſt quin fuerint celebres prudentiæ & ſapientiæ nomine: atque etiam infra videbimus non fuiſſe homines obſcuros & ex fece vulgi, ſed viros eximiis dotibus ornatos. Cæterum Jobus ait, omnem illorum ſapientiam nihil fuiſſe præter ventoſum tumorem. Quare? Præcipue
namque

Digitized by Google

manu porrigere valeat: ſeu, ut dixi, pro ſua tenuitate paratus eſt ad proximos juvandos: & poſtquam illis ſuo exemplo præluxit, dat ei Deus ut poſſit illos aliquibus etiam officiis ſublevare. Non multum quidem ſplendorem habebit apud homines: at nihilominus pro ſua recula aliis etiam proderit. Talis ergo ſi ſe in humilitate contineat, ſua conditione contentus, comparari poſſit puſillo illi fonti, qui, licet exiguus, nunquam areſcit. Sunt alii contra qui admirabilia præ ſe ferunt, adeo ut omnium oculos in ſe convertant, quod miracula edituri videantur: ſed ſi propius inſpiciantur, torrentes exſiccati apparebunt. Sunt quidam admodum exercitati & docti in Sacris Literis, atque etiam diſerti & facundi, necnon vitæ ſpecie tenus ſanctæ & honeſtæ. En torrentem ſonorum, in quem magno impetu aquæ undequaque liquefactis nivibus confluunt. Quid tum? Talis homo pulchra dat ſpecimina, ſed ſi conſideretur quid in poſterum ſit facturus, comperietur quod mox ſit defecturus, nulla conſtantia præditus. Quod ſi ſpecies quædam virtutis in illo appareat, altera ex parte tanta vitia deteget, ut facile ſit cuivis judicare illum mera ambitione ad virtutem ſimulandam fuiſſe inductum: denique tantos animi nævos prodet, ut omnibus pudori ſit aut ludibrio. En igitur torrentes, tumidos quidem ad tempus, ſed tandem exſiccandos. Propterea dixi eſſe quod nosipſos diligenter inſpiciamus, Deumque precemur, ut nos infirmitatum noſtrarum ſerio ſenſu afficiat, ne ſic extra cardines exiliamus, quo gloriam apud homines captemus: ſed ut potius in hoc toti incumbamus, ut aquis illis ſcaturiamus, de quibus 7. Joannis agitur. Oportet quidem aquas fluere, & inter nos viciſſim communicare quas à Deo accepimus gratias: ſed interim oportet etiam intus deliteſcere ipſam ſcaturiginem, ut nos prius exſatiemus Dei donis, deinde illa communicemus cum proximis, pro cujuſque captu & modulo. Huc in ſumma applicanda eſt quæ hic ponitur comparatio. Sed & longius extenditur. Videmus enim Jobum loqui de amicis illis, qui in rebus adverſis ad auxilium ferendum parati videntur, ſed ita deficiunt ut ſpem fallant quam alii in ipſis poſuerant: ſicut David meminit quorundam qui in menſa ſunt amici, ſed neceſſitate eorum opem poſtulante diſparent. Quotidiana igitur experientia comprobat verum eſſe quod hic dicitur, multos eſſe in mundo torrentes, id eſt, aquas tumidas & perſtrepentes, ſed incertæ fidei, quando non æqualem tenorem ſervant, nec ad extremum uſque perſeverant. Porro ne pudefiamus, de

Joan. 7. verſ. 38.

Pſal. 41. verſ. 10.

æquum eſt ut ſpe noſtra fruſtremur & pudefiamus atque humiliemur cum iis quibus temere confidimus. Hæc memoriæ ſunt infigenda. Interea deteſtari debemus eos qui ſimiles ſunt torrentibus. Deus enim nos inter nos conjunxit, ut alii alios ſublevemus, & partem oneris aliorum feramus. Nam ſi pulchra tantum ſpecie contenti, nos ſolos, aliis neglectis, curemus, an non ſic ordinem omnem naturæ pervertimus? Itaque abominari debemus qui præclara polliciti diffluunt tandem, adeo ut aquæ ab eis oſtentatæ nil niſi intuentium oculos ſplendore ſuo perſtrinxerint: fruſtra enim fides illis fuit adhibita. Quod ſi iſti condemnationem merentur, quid torrentes illi qui omnia vaſtant & abripiunt? Nam melius eſſet exſiccari torrentes, quam eorum inundationibus agros & prata vaſtari, omniaque ſubrui: ſicut videmus torrentibus exundantibus fructus terræ, domos, arbores abripi. Nec unius anni fuerit detrimentum, ſed interdum multorum, adeo ut ſæpe etiam reddatur ager prorſus inutilis, in ſabulum converſus. Multos ejuſmodi torrentes cernimus, nec id novum nobis videri debet. Qui auctoritate pollent, & ſceptrum juſtitiæ geſtant, illi ſimiles eſſe deberent amni refrigeranti defeſſos ac languentes, & ſubvenienti afflictis. Quid vero illi? Conculcant & opprimunt omne rectum & æquum, tuentur improbos qui omnia confuſa vellent, quique aperte in Deum inſurgunt. Nec iſta ſunt obſcura, patent enim omnium oculis. Divites opum mundanarum qui ſuorum agrorum redditibus vivunt, mercatores qui feliciter negotiantur, deberent eſſe inſtar fluviorum, ut affluentia, quam Deus ipſis largitur, perfunderent quacunque ingrediuntur. Illi autem quid? Ita ſibi habenas laxant, ut hunc divexent, illum facultatibus omnibus evertant: prout quiſque plura à Deo accepit, ita ſibi majorem aliis nocendi ſumit licentiam. Sic igitur homines deficientes, decipiunt eos qui ipſis confiſi ſunt. Impetu enim feruntur inſtar diluvii, ut omnia corrumpant & evertant. Quæ quum videmus, ſciamus ejuſmodi homines eſſe naturæ inimicos, Deique contemtores. Sed interim etiam notemus, Deum hoc pacto nos expergefacere, & ad ſe revocare, ut ipſi uni confidere diſcamus. Cæterum, uti jam attigi, quiſque noſtrûm ſui officii admonetur, ut, quum ex illo aquæ vivæ fonte ſitim expleverimus, id eſt, Dei gratiis in nobis affluentibus, ne illas incluſas contineamus, ſed demus operam ut inſtar ſcaturiginis ad proximos hinc inde deriventur. Et pro menſura ſua quiſque ſtudeat in commune conferre quod accepit: non vult enim Deus, ut, quod accepi, mihi ſoli ſer-

Digitized by Google

rivuli perennis fluentes, ſuos limites non excuſſeros, ſed fonti obſcuro & latenti fore ſimiles, qui, ut jam attigi, nihilominus uſui erit, etiamſi præ ſua exiguitate non videatur perennis futurus. Utcunque ſit, ejuſmodi fontes commodiores ſunt ac utiliores omnibus ingentibus illis torrentibus qui magno murmure exundant. Atque ita qui magna præ ſe ferunt & pollicentur, ut ſpecioſi appareant, nihili fieri oportet, nec illis fidere debemus. Deus enim permittit ut ſtulta hæc ambitio, qua vani homines laborant, in ludibrium & confuſionem vertatur. Certe quicunque ita ſibi placent & ſe oſtentant, mera ambitione ducuntur: & niſi vento tumerent, eſſent ſedatiores quam ſunt, nec gloriam captarent. Quum enim ita inflatos animos gerant, & ambitionis vento agitentur, par eſt ut à Deo traducantur, & ignominiæ apud homines exponantur, mereque mendaces fuiſſe declarentur. Quo magis continere nos debemus, ne torrentes evadamus, ſed ut ſe quiſque neceſſitati reſervet. Quamvis nos ſpernat mundus, potius tamen humilitati ſtudeamus quam oſtentationi, qua hoc illudve jactemus. Proinde nos ipſi ad bonos uſus reſervemus, quo & noſtris & aliorum neceſſitatibus ſubveniamus, nec prodigi ſimus ad tempus, ita ut ſemel omnia effundamus, & poſtea exareſcamus. Sic enim agentes erimus ſimiles torrentibus. Hæc ſunt hoc loco notanda. Jobus continuo ſubjicit, *ſe non petiiſſe ab amicis ut de ſuis facultatibus aliquam partem ſibi juvando aut ab hoſtibus redimendo deciderent*, & tamen ſe ab illis fuiſſe derelictum. Quum Jobus ait ſe nihil ſibi dari ab amicis petiiſſe, nec redemtionis pretium pro ſe pendi, ad ſuum ipſius uſum applicat ſimilitudinem à nobis expoſitam: acſi diceret, Quando à vobis petii ut ex facultatibus veſtris vel tantillum mihi daretis? Si iſtud feciſſem, liceret vobis me deſerere: tunc enim juſtius exſiccarentur aquæ veſtræ, & fas eſſet præcidere curſum fonti veſtro, ſi vos ego ad me juvandum ſollicitarem. Nihil à vobis poſtulo: & tamen vel ſolo calamitatis meæ adſpectu perſtringimini. Ita clare proditis vos eſſe torrentes. Iſtam accuſationem conſideremus, ut ex ea utilitatem percipiamus. Niſi enim proximis noſtris ſubveniamus noſtro auxilio egentibus, tum quum nos oſtentamus & paratiſſimi videri volumus, ita declaramus nos eſſe torrentes. Nec ſatis eſt, facultatibus noſtris juvare indigos, ſed & eorum miſereri ſerio debemus. Quum enim hoc nihil nobis conſtet, tanto magis inexcuſabiles ſimus, ſi parce afflictos miſeremur. Tanto majorem ergo Jobus voluit detegere hypocriſin eorum, qui ad breve tempus ſpecioſi, firmitate & conſtantia carent. Hæc condemnatio ad eos quoque pertinet qui hodie ſunt illis ſimiles: quales nonimmittere vult neceſſitates, ut, qui ab illis ſunt liberi, miſereantur eorum qui illis urgentur, & ut pro ſe quiſque, ſecundum conceſſas ſibi à Deo facultates, aliis ſubvenire ſtudeat. Exempli gratia: Ecce aliquis mediocriter locuples, qui pauperem intuitus, ſollicitudine tangatur, & doleat ob ejus indigentiam. Hic quamvis non omnibus ſua bona diſtribuat, tamen huic & illi ſubveniet, nec deſinet eos miſerari quibus non ſuccurret, quemadmodum optaret. Hic certe pluris æſtimabitur quam alius ditior, qui ægre dederit egenis cibum & potum: ac Deus faciet, ut ſi ad inopiam
redigatur, ejus alii miſereantur: ſicut promittit fore *Matth. 5.*
ut qui fuerint miſericordes, miſericordiam conſe- *verſ.7.*
quantur, & parem ab aliis menſuram recipiant, quam *Pſal.41.*
aliis menſi fuerint. *verſ.4.*
Diſcamus ergo ex hoc loco, eſſe quod erga proximos, quos afflictos cernimus, nos ita comparemus, ut eos miſericordia proſequamur, & pro facultatibus noſtris adjuvemus. Et ut nihil ex noſtro demus, oſtendamus ſaltem nos procul abeſſe ab illa immanitate & barbarie, qua indigos & calamitoſos averſemur, in quos non temere incidimus, ſed ita Deo volente noſtram humanitatem re ipſa experiri. Et certe magis cavere debemus ne pauperes odio habeamus, quam dare operam ut amemus eos qui rebus ſecundis utuntur, quo illis ubique applaudamus, quoniam ſplendent in hoc mundo. Charitas enim infirmo nititur fundamento, quum proximos diligimus ſpe commodi alicujus ab illis percipiendi, ſive ex illorum auctoritate & favore, ſive ex bonis. Sed potius videamus ut ſequamur quod Deus jubet, nimirum ut noſtram charitatem exerceamus erga eos qui illa maxime indigent. Cæterum hanc doctrinam ad nos quoque extendamus, id eſt, ne putemus ſatis eſſe ſi Deo benedicamus in rebus proſperis: ſed Deo nos affligente, ne deſinamus eum in omnibus glorificare, eique confidere: & quamvis exagitemur miſeriis & moleſtiis hujus mundi, nihilominus ſciamus Deum ſatis potentem eſſe ut nos liberet: ſicut facturus eſt, modo ejus providentiæ penitus acquieſcamus, quo glorificemus ſanctum ejus nomen tam in adverſis quam in proſperis rebus. Hæc in ſumma ex hoc loco diſcenda ſunt. Quod Jobus adjicit, *Docete me, ſi erravi*, &c. propter temporis anguſtias in craſtinum diem reſervabimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ut det ea melius à nobis ſentiri in poſterum quam hactenus ſenſerimus, quo in nobis ipſis dejecti confugiamus ad ſummam ipſius bonitatem, rejectis omnibus vanis confiſionibus & imaginationibus, à quibus ſe decipi gaudet mundus. Et quum permittet nos in hoc mundo affligi, ſive per homines, ſive per res alias

crea-

Digitized by Google

INſignis virtus eſt, ſe docilem præbere, id eſt, rationi ſe ſummittere: alioqui neceſſe eſt homines in libidines ruere quaſi invito Deo. Certe hoc in primis à nobis Deus poſtulat, ut quod ab ipſo profectum novimus, illud nullo modo reluctantes admittamus, proque juſto & recto habentes ei acquieſcamus. Concludamus igitur, nullum dominium in homines Deum obtinere, niſi homines plane acquieſcant veritati & rationi ſibi cognitæ. Itaque per omnem vitam plurimum profecerimus, ubi didicerimus hanc humilitatem, qua perſpectæ rationi citra contradictionem & moroſitatem conſentiamus, huncque honorem Deo exhibeamus, ut dicamus, Domine, videmus nos tecum pugnaturos ſi hic reſiſteremus: tua enim veritas eſt certa gloriæ tuæ divinæ nota. Oportet igitur, ut, quiſquis te vult adorare, obtemperet tuæ veritati. alioquin neceſſe eſt omnia ſupprimi & peſſumdari. Hoc vult Jobus hoc loco docere. Affirmat enim ſe taciturum ubi edoctus fuerit: petit ut ſibi oſtendatur in quo erraverit. Dubium non eſt quin Jobus ſuo exemplo præſcribat regulam omnibus filiis Dei communem: nempe, ut, quotieſcunque erratum noſtrum nobis indicatum fuerit, ſtatim ora comprimamus & abſtineamus à frivolis excuſationibus ac defenſionibus proferendis: contra auſcultemus quæ monemur, ita ut nihil opponamus: denique admittamus quicquid eſt bonæ doctrinæ, ſimulac nobis propoſitum fuerit: nec quæramus, an ſic, nec ne, ſeſe res habeat: ſed ubi veritas nobis innotuit, pareamus non recalcitrantes adverſus calcaria. Ut item dixi præclaram eſſe virtutem ſi nos ita dociles præſtemus, ſciamus quoque raram eſſe virtutem nec inter homines obviam. Subinde potius occurrit ſtulta præſumtio & arrogantia, qua ſibi quiſque ſapientiam vendicat, cum tanta obſtinatione, ut quamvis plus quam certiſſimis & evidentiſſimis argumentis convincamur, nihilominus plurimi non cedant, ſed impudenter & præfracte conentur tueri quod rationi palam repugnat: modo non vincantur, ſatis habent. Tanto diligentius obſervare debemus quod hoc loco dicitur: quamvis enim Jobus hic de ſua virtute agat, tamen Spiritus Dei eam nobis hic ob oculos ponit, quam ut ſpeculum & exemplar imitemur. Proinde ne ita noſtris ſomniis addicti ſimus, quin placide aures præbeamus admonitionibus, atque adeo ipſis reprehenſionibus, quibus ob peccata noſtra corripiemur. Id autem peculiariter tractat Jobus, nempe adverſus ſtultam hominum arrogantiam: convictos enim erroris & imprudentiæ non pudet ſe in mille abſurda conjicere, à quibus tranſverſi rapiuntur, feris effrenibus ſimiles, & cum ſummo Dei contemtu in pervicacia perſeverantes, adeoque gloriæ ſibi ducentes nunquam vinci nec veritati cedere. Primum igitur notemus, non eſſe quod eam animo duritiem concipiamus, ut, re aliqua nobis propoſita, dicamus, Hæc vero eſt mea ſententia, in ea perſtabo: caveamus ab ejuſmodi obſtinatione. Peſtis enim letalis eſt iſta pertinacia, quum ita pervicaciter in cœptis perſiſtimus. Perinde facimus ac ſi fores Deo clauderemus, & ab acceſſu noſtro prohiberemus, noſque inviſentem & ſalutifera nobis afferentem repelleremus. Oportet ergo nos præditos eſſe ſpiritu manſuetudinis, ſiquidem velimus eſſe Dei filii: id eſt, decet nos eſſe animo placido, quo nos illi tractabiles præbeamus. Propterea Dominus ſuos comparat agnis [*Joan. 10.*] aut ovibus, quæ ſui paſtoris vocem ſequuntur, ſta- [*verſ. 4, 5.*] timque vocantem intelligunt. Diſcamus ergo reprehendi, & propoſitas correctiones admittere, denique obtemperare ac cedere omnibus quæ recta ſanctaque noverimus. Si docemur, dicto audientes eſſe debemus: nam, ut jam attigi, qui ſunt obſtinati, haud dubie à Deo ignominiæ & ludibrio exponuntur: & ut omnem verecundiam & modeſtiam abjiciant, ſimileſque evadant belluis agreſtibus permittit, ſic duritiam hominum, qui ipſius voluntati acquieſcere nolunt, ulciſcens. Idque ſignificat Jobus verbo tacendi. Sunt enim qui docentibus concedent facile vera ipſos loqui, atque adeo ſilebunt: & nihilominus mente obſtinata perſtant, ut ut ſit. Si verba fiant homini qui cedere nolit, taciturnus erit & tetricus, nec vocula ex ejus ore elici poterit: attamen hujuſmodi ſilentium non caret rebellione. Jobus autem ſilentium de iis intelligit qui admoniti non contradicunt, nec pro uno verbo tria ex adverſo reponunt, ſed ſimpliciter auſcultant iis quæ ipſis dicuntur. Hoc ſignificat in Sacris literis vox Silentii: quum enim jubemur Deo præbere ſilentium, vetamur tumultuari: ut noſtræ omnes perturbationes totidem ſunt tumultuationes quæ obſtant quominus Deo præſtemus audientiam, locumque in nobis demus. Proinde diſcamus & loqui & ſilere quum docemur. Prius autem diſcamus tacere, id eſt, non arcere oblatam Dei gratiam, ſed dicto audientes eſſe, ita ut nihil contra hiſcamus. Deinde diſcamus etiam loqui, id eſt, confiteri juſtam & irreprehenſam eſſe Dei veritatem, ut eſt in Pſalmo, Credidi, & ideo loquar. [*Pſal. 116.*] Nec nos duntaxat tale veritati teſtimonium perhi- [*verſ. 10.*] beamus, ſed alios quoque ad eandem confeſſionem inducamus. Is ſit noſtræ loquutionis ſcopus: quo

Digitized by Google

tur admonitiones, demus operam reprimendis omnibus illis ſtultis affectibus, qui inſurgunt ambitione tumidi: quemadmodum ſunt, qui, ſeſe oſtentandi ſtudio, vel cognitæ veritati reſiſtere conantur: alii ita leves ſunt & præcipites, ut nullo contineri freno poſſint. Quæ vitia ubi in nobis animadvertimus, ea ſtatim corrigenda meminerimus, ne quid impediat quominus nobis ſilentium imperare & imponere queamus, id eſt, placide exſpectare, dum ex Dei doctrina intelligamus quid bonum ſit & rectum. Hactenus de primo verſu. Cæterum ait, *Docete me ubi erraverim.* Quibus ſignificat, filios Dei, licet benigne correctionem bonamque doctrinam admittere debeant, tamen prudentia & judicio inſtructos eſſe oportere. Videmus enim quid in Papatu ſub prætextu ſimplicitatis acciderit. Incedendum eſt in ſimplicitate, dicet aliquis. Id verum quidem eſt: at illi vellent ut homines inſtar brutorum ſeſe regi ſinerent, nihil inter album & nigrum diſcernentes. Dominus autem non ſine cauſa ſuis promittit ſpiritum diſcretionis, ne facile decipiantur, & huc illuc ceu cæci ducantur. Quid igitur? Oportet nos doceri, ita ut certo Dei veritatem cognoſcamus, cui obtemperemus & obſequamur: oportet etiam vere nos de vitiis & peccatis noſtris admoneri, quo bonum ſequamur, malum autem fugiamus. Hæc eſt vis verbi, Docendi, hic poſiti. Quod & obſervari operæ pretium eſt: multi enim reperiuntur qui ſatis eſſe putant ſi recipiant quæ dicuntur, etſi illa pro certis non habeant. Atqui ad veram fidem requiritur ut veritas Dei obſignata ſit in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum,
1 Joan. 5. de eaque certi ſimus, ſicut Joannes ait, Scimus n os
verſ. 19. ex Deo eſſe. Non dicit, nos opinari, & neſcio quam implicitam & confuſam conceptionem habere: ſed de ſcientia loquitur. Hæc quidem ſapientia non manat à ratione noſtra carnali. huc enim non poteſt aſcendere noſtra prudentia, ſiquidem doctrina Dei ſuperat omnem hominis captum. Nihilominus tamen conſideranda nobis eſt veritas, ita ut de ea ſimus perſuaſi, non quidem ut temere de ea credamus quicquid audimus, ſub prætextu ſimplicitatis: ſed ut diligenter inquiramus in ea quæ nobis proponuntur, quo perſpecta doctrinæ propoſitæ veritate & ſanitate, ei tunc adhæreſcamus. Tunc enim non licet reſponſare: nam ſacrilegi ſumus quum Deo contradicturi os aperire volumus. Hæc ſunt hoc loco annotanda. Itaque qui recte ſunt à Deo edocti, eìs licet adverſari illis qui veritatem Dei ſuis mendaciis fucant. Quemadmodum hodie armati ſimus oportet exemplo Jobi, quo repellamus impias omnes calumnias, quibus Dei & verbi divini hoſtes fidem noſtram evertere conantur. Papiſtæ nos maximis contumeliis afficiunt, ut indigni videamur quos terra ferat.

die prolapſi ſumus, ut vitia & ſcelera tegantur, imo juſtificentur: bona vero rectaque vituperentur ac damnentur. Quid? Num metuitur horribilis illa
maledictio quam Deus per Prophetam denunciat? *Eſa. 5: 20.*
Væ vobis qui dicitis malum bonum, & bonum malum. At tantum abeſt ut hac de re cogitent homines, ut contra malum laudent & juſtificent, bonum autem opprimant. Siquis non ſemel aut iterum peccarit, ſed Deum ſæpius & palam gravi aliquo ſcelere offenderit, dum aliquam cerimoniæ ſpeciem profecerat, ita admonetur quaſi leviter tantum peccaſſet, nec magnam reprehenſionem mereretur. Perinde eſt ac ſi, quum famulus aliquis cum filiisfamilias ad comeſſandum & liguriendum conſpiraſſet, poſtea detecto flagitio filiifamilias ſimulatione quadam famulo dicerent, Peccaſti: quum tamen ipſi interim ſibi ejuſdem criminis ſint conſcii. Talibus hypocriticis cerimoniis hodie illuditur Deo, etiam in graviſſimis ſceleribus. Contra damnantur qui in ſimplicitate ac integritate ambulaverint, Deique partes defenderint: & interea parcitur ac favetur ſceleroſis. Quid jam opus eſt facto? Secure contemnamus quicunque Deum ſic eludunt: & his armis ad eos confundendos & evertendos idoneis muniti ſimus, nimirum docilitate & facilitate, qua placide auſcultemus admonitionibus; ita tamen, ut interim etiam, quum veritatem Dei mendaciis obſcurari & fucari animadvertimus, hoc deteſtemur, rectam viam perpetuo inſiſtentes. Huc etiam ſpectat ſententia quæ ſubjicitur, *Quam fortia ſunt verba recta, & quis hic reperiat quod reprehendat?* His verbis ſignificat Jobus, eum cui recta eſt conſcientia, eſſe conſtantem, ita ut nulla oratione concuti unquam poſſit. Ab improbis quidem impetetur, quo illum evertant: at nihilominus in ſua firmitate perſtabit. Hinc autem admonemur, ut recto pede in Dei conſpectu incedamus, nulliuſque hypocriſeos & ſimulationis nobis ſimus conſcii. Bona vero conſcientia muniti, quamvis undique obſideamur & impetamur, inexpugnabiles erimus. Moleſtia quidem aliqua afficiemur, at nunquam tamen vincemur ab improbis, ſi rectitudine, de qua hic Jobus, præditi ſimus. Et hoc ſane inæſtimabile eſt privilegium, quod nunquam confundantur, qui eam rectitudinem & candorem habuerint, reque ipſa comprobarint. Apud homines quidem obrui poſſunt calumniis & falſis criminibus, ut omnium hominum ſceleratiſſimi habeantur. Quemadmodum hodie cernere eſt perverſitatem hominum eo proceſſiſſe, ut nec rectitudo nec æquitas ulla locum habeat. Pervenimus
ad ea tempora, de quibus Eſaïas querebatur, con- *Eſa. 59.*
verſum eſſe retrorſum judicium, & juſtitiam è *verſ. 14.*
longinquo conſiſtere: quia corruit in platea veritas,

Digitized by Google

qui illuſtraturus eſt calumnias falſo in me conje-
ctas. Nam in lucem proferet occulta tenebrarum,
& manifeſta faciet conſilia cordium, ut veritas
palam fiat, & calumniatores convincantur, idque in
ipſorum confuſionem. Quodſi in omni vitæ ra-
tione Deus nobis dat, ut candide & ſincere am-
bulantes, malignos omnes, opprimere nos conan-
tes, ſuperemus: multo magis tales permanebimus,
quum agetur de fide & cultu Dei ac de ſalutis do-
ctrina: id eſt, nos tanta Deus conſtantia robora-
bit & muniet, ut Diabolus omnes vires ſuas & do-
los expromens, nihil adverſus nos obtineat: ſicut
nobis facta fert promiſſio. Quid igitur obſtat quo-
minus hodie conſtantiores ſimus in hiſce mundi
turbis & confuſionibus? Cur tot videmus offi-
cium ſuum deſerentes? Quoniam iſta rectitudine
carent, nec muniti ſunt contra Satanæ tot tanta-
que machinamenta. Multi quidem reperiantur
bene affecti, qui admonitiones & reprehenſiones
placide admittant: niſi moleſtia afficiantur, nemini
nocere velint, nec offendiculum præbere: ſed quum
vident regnare iniquitatem, & eos qui in ſimplicita-
te & æquitate ambulare volunt, modo ab hoc, modo
ab illo vexari: tum ab officio avertuntur, & quo-
libet vento impelluntur. Unde vero iſta incon-
ſtantia? Ex eo quod non altis radicibus hæreat in
ipſis ea rectitudo, de qua hic agitur. Hæc, inquam,
cauſa eſt, cur multos levis ingenii videamus, non
firmiter adhærentes veritati Euangelicæ, ſimiles
pinnulis illis quæ pro ratione ventorum convertun-
tur, aut arundinibus quæ facilè modo in hanc, modo
in illam partem inflectuntur. Quomodo iſtud? Quia
nunquam divini verbi & veritatis virtutem cogno-
verunt. Tanta enim eſt veritatis vis, ut, quantum-
vis in nos inſultet & turbas ingerat Diabolus, nihilo-
minus per eam firmi & immobiles perſtemus. Quid
igitur facto opus eſt? Precemur Deum ut verbi ipſius
robur, de quo hic agitur, percipiamus, nimirum
eſſe arcem inexpugnabilem: iſtudque experientia
cognoſcamus: quod etiam cognoſcemus, niſi per nos
ipſos ſteterit. Nec dicamus, ut plurimi imperiti ſolent,
Neſcio quo me vertam: video enim pugnas & con-
tradictiones hominum, quorum alii aliud aſſerunt.
Multæ quidem ſunt variæ opiniones: ſed ita opor-
tet fidem noſtram probari, Deuſque id permittit:
1 Cor. 11. verſ. 19. ſicut etiam Paulus ait, oportere ut ſint hæreſes, qui-
bus manifeſti fiant qui ex Deo ſunt, ita ut perpe-
tua conſtantia veritati nunquam deſerendæ adhæ-
reſcant. Quod igitur objicitur, plurimas eſſe con-
tentiones & controverſias, verum id quidem eſt: ſed
cogitent quo ſeſe muniant. Interea vero Deus tuebi-
tur ſuorum cauſam, tandemque oſtendet certam eſſe
veritatem. Dico improbos multa molituros, ut in-
terdum ſuperiores videantur. At ſic Deus mundi
ingratitudinem punit. Idque indicat Paulus, quum *2 Tim. 3.*
ait, Improbi & Eccleſiæ hoſtes procedent & cre- *verſ. 13.*
ſcent. Qui iſtud fit, ut Deus ſic laxet habenas Sata-
næ ejuſque adminiſtris, ut res ſuas promoveant, ac
dominaturi videantur? Hoc Deus non ſine cauſa
permittit: cernere eſt enim mundi ingratitudinem:
multi volunt falli, nec ferre poſſunt puram doctri-
nam. Vellent verbum Dei ſic intricatum eſſe ut
nihil in eo diſcerni poſſet, & bifrons eſſet, ut vulgo
dicitur. Alii, quamvis veritatem ferant, non mul-
tum tamen curant ut in ea firmis radicibus ſtabilian-
tur. Quum ergo Deus conſpiciat in illis malitiam,
in his negligentiam, cum manifeſta rebellione con-
junctam, adeo ut plurimi oblatam ab ipſo lucem ex-
tinguant: an miramur ſi improbis habenas laxet &
iis qui veritatem fucant & in mendacium conver-
tunt? Sed interim Deus, quos ſuam veritatem do-
cuit, eos confirmat & ad finem uſque conſervat. Pro-
pterea jam dicitur, Quicquid conentur reprehen-
ſores, tandem tamen illos convictum iri, Deumque
oſtenſurum, ſe à bonæ cauſæ partibus ſtare. Quod
dicitur non ſolum de doctrina Euangelica, ſed de iis
omnibus quæ ad vitam fidelium ſpectant. Nihil
quidem doctrina Euangelica pretioſius habet
Deus. Proinde hic in primis Deus ſuam virtu-
tem exerit, ut Spiritu oris ſui evertat improbos,
ita ut ſentiant hoc verbum, quod contemſerunt,
eſſe ancipitem gladium quo jugulentur ac per-
dantur. Hic igitur præcipue vim ſuam Deus pro-
ferat oportet. Sed & in aliis negotiis, quum inju-
ſte opprimemur ab hominibus, adeo ut pro ſubſi-
dio exitium nacti videamur, ne propterea in Deum
ſperare deſinamus. Quare? Ad tempus quidem
contemtui & abominationi ſumus: at ſufficiat
nobis quod Deum & Angelos noſtræ integritatis
teſtes habeamus: exſpectemus dum omnes tenebras
Deus diſcutiat, noſtramque innocentiam in lucem
proferat, ut inſtar auroræ illuceſcat. Hæc ſunt no-
bis hoc loco notanda. Jobus autem continuo ſubji-
cit, amicos ſuos, qui conſolationis afferendæ cauſa
veniſſe videbantur, *captare ſanctos ſermones, quos
reprehendant, & obſervare verba afflictorum quæ venti-
lent.* Jobus his verbis accuſat ſummæ malitiæ eos qui
ſic cum ipſo agebant. Quod diligenter notandum
eſt. Nam dubium non eſt quin Spiritus Sanctus hic
doceat quid fugere debeamus, niſi Deo rem ingratam
& quaſi

diſcretionis largiatur, quo intelligamus quid ſit veritas. Hoc intellecto, ne contradicamus. Nam, uti jam dixi, multi contra inſultant, quia non advertunt ſe Deum ipſum aggredi. Mala nihilominus conſcientia impelluntur: quamvis enim non eam mentem habeant ut directe in Deum ferantur, vident tamen Deum non permittere ut bonum oppugnetur, & recta cauſa ſupprimatur. Proinde quicunque non ſimpliciter acquieſcunt bono, certe prætexere nihil poſſunt; quin certa malitia Deum oppugnarint. Jam autem ſiquis inquirat, reperiet tum magnos tum parvos Deo bellum implacabile facere, & iram ejus provocare. Num enim hoc tempore cauſa ulla in foro diſceptatur ſine argutiis quæ bonum in malum vertant? & tamen maxime ſacroſanctus locus ille cenſetur. At ita eſt pollutus ut nihil ſupra: illic tanta viget impudentia, cujus vel ipſas meretrices pudeat. Illic enim veritas ſic fucatur & depravatur, ut conjuratio videatur facta adverſus omnem æquitatem & rectitudinem. Et interea tamen hæc ita adminiſtrantur, ut quamvis ſint apertiſſima & notiſſima omnibus, nihilominus ſint qui ea contegere conentur. Perinde eſt ac ſi quis Solem obſcurare pauculis cineribus objectis niteretur, & diceret non lucere diem. Illa ſunt ipſa luce clariora, & quæritur quid id ſit? Atque id in primis (quod deterius eſt) in ipſo Juſtitiæ ſolio cernitur. Rurſus videre eſt ut Diabolus omnia poſſideat, quum ipſa etiam templa, puro cultui, qualem Deus imperavit, conſecranda, ſint idolis & exitialibus corruptelis referta. Denique cernimus in tota hominum vita hoc unum agi ut fucus ubique regnet, & abſit candor & rectitudo illa quam diximus. Simul etiam notanda ſunt hæc verba, *Verba afflicti* aut contemti hominis *non eſſe ventilanda*. Inde fit enim ut homines adverſus Deum inſurgant, quod pluris æquo ſeſe ipſi æſtiment, ſeque ſolos ſapientes putent. In omnibus quidem contentionibus ſuam quiſque utilitatem ſpectat. Sic improbus quiſpiam, ut meritas pœnas fugiat, blanditias quaſdam & corruptelas adhibebit ne rei veritas cognoſcatur, ſive de pecunia ſive alia de re agatur. Ita ſuum emolumentum reſpiciunt homines in veritate corrumpenda ac in mendacium convertenda. De ipſa vero fidei doctrina & Euangelio unde tot excitantur pugnæ & ſophiſmata aperte Deo illudentia, niſi ex ſuperbia illorum qui ſibi ſatis ingenioſi videntur qui pro & contra dicant? Non dubium eſt voluiſſe hic Spiritum Sanctum notare iſtam ſuperbiam & arrogantiam: ut, ſi velimus cavere ne ut Dei hoſtes veritatem divinam oppugnemus, ſimus immunes ab arrogantia, nec proximos noſtros aſpernemur ut miues in rectam viam reducamus, quoad ejus fieri poteſt. Iſtud itaque meminerimus, ne qui admonitionis ſunt capaces, pereant in ſuis vitiis: ſed potius confuſi & pudefacti, quod Deum offenderint, tanto ardentius ad illum revertantur. Verum quidem eſt, quando experimur, qui deliquerunt, eos nec cogitatione judicii divini, nec minis commoveri; oportere ut acriter extimulentur, quo pudefacti ad pœnitentiam adducantur. Utcunque ſit, ad eum ſcopum qui hic nobis indicatur, ſemper eſt collimandum: nempe ut ad officium illi revocentur, ſicut Jobus facit. Quod vero ait, Convertimini, & non erit iniquitas, ita quidam exponunt, aeſi diceret, Convertimini, & non erit amplius iniquitas: convertimini, inquam, tum mea juſtitia cognoſcetur. Quaſi uteretur his verbis Jobus, Cur hactenus me pro reprobo & à Deo rejecto habuiſtis, & pro omnium hominum ſceleratiſſimo? Cur apud me gemui, nec à vobis audientiam impetravi? Quia alieni eratis & averſi ab omni ratione: quapropter revertimini, & vobis mea juſtitia patebit. Iſtud melius intelligetur, quum ad noſtram inſtructionem fuerit applicatum. Primum hic admonemur, quum bonum damnamus, malum autem probamus, mera culpa noſtra hoc fieri: ut dicendum non ſit, Deceptus fui, nec probe rem cognovi. Ne hoc illud ve prætexamus: ſemper enim rei tenebimur, quum bonum damnaverimus, malum vero probaverimus: ſicut etiam à Deo convincimur, ubi nobis exprobrat quod non ſimus dignati aperire oculos ad cognoſcenda quæ nobis oſtendit. Homines mendacia pro veritate ſequuntur: ita cæci ſunt, ut non animadvertant quod bonum eſt. Id fit, quia dorſum obverterunt Deo, aut malitia, aut hypocriſi, aut negligentia. Quum itaque Deus permittit nos ita cæcutire ut inter bonum & malum diſcernere nequeamus, hoc fit quia non attendimus, ut par erat, tum quum nobis familiariter docendis paratus eſſet. Porro hujus rei remedium eſt, ut, poſtquam ſic abrepti fuerimus, ut prudentiæ ſpiritu deſtituti, malum probaverimus atque adeo aluerimus: revertamur, nec pertinaciter in falſa opinione noſtra hæreamus: niſi in abyſſum demergi velimus, unde nullus egreſſus patet iis qui ſic oculos ſibi perſtringunt, nec volunt ſe à Deo illuminari. hos enim oportet confuſionis cumulo adobrui. Videamus ergo ut cognita culpa noſtra reflectamus inde pedem: Deus enim quum nos pro ſua gratia admonet, ſi monitis ipſius auſcultemus, non permittet ut ſemper in malo erremus: ſed nos ad rectam viam reducet. Interim diligenter obſervandum quod Jobus adjicit, *Revertimini, inquam, & mea juſtitia apparebit*. Hic duo ſignificat: unum, non ſatis eſſe ſi verbo tenus fateamur, Equidem

Digitized by Google

tacit ne amplius verbum ſuum faſtidiant ut antea. Sic

CONCIO VIGESIMA SEPTIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. VII.

1. NOnne præfinitum eſt tempus mortali in terra: & ut dies mercenarii, dies
ejus?
2. Sicut ſervus adſpirat ad umbram, & ſicut mercenarius exſpectat finem la-
boris ſui:
3. Sic effectum eſt mihi ut poſſideam menſes vanitatis, & noctes laborioſæ conſtitutæ
ſunt mihi:
4. Siquando decumbo, dico, Ecquando ſurgam? quando erit receſſus veſperæ vel no-
ctis? & interim ſatior agitationibus uſque ad diluculum.
5. Induta eſt caro mea vermibus, & ramento pulveris. Cutis mea rupit ſeſe & diſſol-
vit ſe.
6. Dies mei velociores fuerunt radio textoris, & conſumti ſunt abſque ſpe.

NOvimus plurima nobis ferenda eſſe mala, quamdiu in hoc mundo vivimus: ſed interim vellemus Deum nos modo noſtro tractare. Et ita ſumus molles & delicati, ut quum primum nos ejus manus tangit, modum ab illo excedi putemus. loquor etiam de iis qui cæteris videntur atque etiam ſunt patientiores & tolerantiores. Sed Deo in nobis affligendis perſeverante, tunc præcipue noſtra impatientia ſe prodit, magiſque detegitur. Et id ipſum eſt quod hoc loco tractandum habemus. Jobus enim de nimia malorum ſuorum duratione conquerens, dicit præfinitum eſſe homini tempus: quaſi diceret, Deus nos in terris non collocavit ea inquietudine & miſeria jactandos quæ fine careat. Atqui nullis induciis & nulla quiete interdiu ac noctu fruor: videor itaque deteriore eſſe conditione quam alii, & à Deo affligi ſupra ſortem humanam. Hæc Jobus. Quæ conveniunt cum eo quod initio dixi, nos ita fateri æquum eſſe ut in hoc mundo cruciatibus & moleſtiis afficiamur, ut interim Deum nobis parcere velimus, & ubi vel leviſſime nos extremo digito tetigit, manum retrahere, denique breviſſimas eſſe noſtras afflictiones. Hic locus ſedulo nobis eſt obſervandus. Nam in perſona Jobi Deus nobis ob oculos ponit ſpeculum noſtræ imbecillitatis: dico imbecillitatem animi, non corporis. Certum eſt quod ſupra diximus, Jobum virtute & conſtantia mirabili inter homines præditum fuiſſe: videmus tamen quo evaſerit. Quid igitur illi, qui mere ſunt infirmi, qui vix guttulam virtutis acceperunt, qua ſe in ſuis afflictionibus ſuſtineant? an non deficient, quum cernamus Jobum ſic abjectum fuiſſe, quem Deus tanta virtute donaverat? Primum autem hanc doctrinam ad uſum noſtrum applicemus, *Tempus determinatum eſſe homini ſuper terram.* Utilis enim eſt nobis in afflictionibus ſublevandis: atque adeo quum agitur de colendo Deo, ita ut in timore ac ſollicitudine ambulemus, illius meminiſſe debemus, ſicut etiam loqui
Scripturam videmus. Perperam quidem Jobus hanc *Philip. 2,*
ſententiam applicat: ſed nihilominus per ſe bona eſt *verſ. 12.*
& ſancta, &, uti jam dixi, utilis eſt inſtructionis.
Quemadmodum certe, quando Petrus ait, oportere *1 Pet. 1.*
ut in tremore ambulemus, quia Deus ſcrutatur corda, *verſ. 17.*
& in judicando non reſpicit perſonam, & oportere ut omnes rationem reddant, nec excipiatur quiſquam cujuſvis ſit ſortis: Deum enim detecturum omnes noſtras affectiones & cogitationes: illa quidem conditio, quod oporteat filios Dei timore & inquietudine quaſi conſtringi, duriſſima videtur. At Petrus ſubjicit, Dum in hac vita peregrinamur. Videmus Petrum determinare fidelibus tempus quo ſic ambulent: ut illos ſoletur, ne animum deſpondeant, reſpicientes ad æternam illam quietem, quæ ipſis in cœlis eſt repoſita. Ex hac igitur ſententia utilitatem

per-

Digitized by Google

malo dicere licet, Deus finem dabit: ſicut etiam lo-
Eſa. 42. verſ. 2. quitur per Eſaïam, quum jubet populum conſolari: Tempus tuum præſtitutum, inquit, finitum eſt. (ubi loquitur de captivitate Babylonica.) Significat autem, quamvis ſuos ob ipſorum peccata affligat, nolle tamen plane conſumtos & perditos, & ſe tenere aliquem in eis caſtigandis modum, ut aliqua intermiſſione fruantur, & cognoſcant Deum ſui miſertum eſſe, nec ad extremum perſequi voluiſſe: quo de tali gratia ipſi gratias agant. Videmus itaque ut in omni vitæ noſtræ curriculo malis in hoc mundo ſimus obnoxii: ſed Deus præfixum tempus non prorogat. Hoc autem, vel Deo tacente, omnibus notum videtur: imo ipſi Ethnici, vel ſtupidiſſimi, eo ſemper confugerunt. In omnibus enim caſibus ſeſe tali oratione conſolabantur, Nullum eſt tantum malum cujus non ſit finis. Sic, inquam, ſuos dolores moderabantur. Videtur igitur ſuperfluum eſſe quod Deus nobis conſolandis hoc loco proponit, Tempus eſſe determinatum homini, ejus dies eſſe ut dies mercenarii. Sed debemus obſervare, quicquid mente concipiant homines, Deo tamen urgente, ſic illos perturbari, ut in abyſſum, unde nunquam emergant, ſe demerſos putent. Dum quiete fruimur, facile quidem dicimus, mala, quamvis aſpera & acerba, non eſſe diuturna: at Deo nos ad ſe citante, & nos peccatorum noſtrorum ſenſu afficiente, ejus judicium nobis adeo apparet terribile, ut labyrintho impliciti, ex quo non ſit egreſſus, & magis magiſque implicari videamur. Sic igitur homines confunduntur, Deo ipſis ſerium judicii ſui ſenſum incutiente. Quo utilior eſt hæc doctrina, qua Deus nos monet, ut, ſi multas ærumnas in hoc mundo nos ſubire oporteat, cogitemus vitam noſtram fluxam eſſe & brevem: unde levior nobis erit iſta conditio, ſiquidem tempus determinatum habemus. Et quum ab illo caſtigabimur & affligemur, dicemus, Nunc quidem Deus nos premit, at non in perpetuum: diu quidem ſubſiſtere non poſſumus; ſed modum tenebit. novit enim quid nobis expediat. Itaque exſpectemus patienter, dum nos liberet, & ſpe noſtra non fruſtrabimur. Ita, ſeſe unoquoque noſtrûm diligenter excutiente, comperietur, hujus rei memoriam ſæpe nobis refricari, utiliſſimum eſſe. Illud enim, quamvis cognitum, ſtatim obliviſcimur, ut prorſus novum ſit, quum ad praxin ventum eſt. Id ita eſſe apparet ex omnium querelis, qui in aliqua ſunt afflictione conſtituti. Nunquam finis erit? inquit quiſquis aut morbo, aut inopia, aut quavis alia moleſtia diutule premitur. Quum itaque videmus carnem noſtram & naturam tam proclivem eſſe ad tumultuandum & ſtomachandum, noverimus non ſine cauſa nobis à Deo conſtitui tempus determinatum, de quo agitur hoc loco. Interea vero notemus

hujus mundi ærumnis. Quod quum ita ſit, quoties-cunque ad mœrorem & impatientiam ac deſperationem ſollicitabimur, meminerimus iſtius *temporis determinati*: & ſciamus Deum prævidiſſe quid expediat nobis ut feramus, & afflictiones nonniſi ex ejus Beneplacito nobis contingere. Agnoſcamus etiam non ſolum ex æquitate, ſed ex lenitate paterna nos ab eo tractari. Hæc ſunt nobis diligenter obſervanda. Porro longe extenditur hæc doctrina: ſed magis in experientia quam in verbis conſiſtit. Multa quidem de ea diſſerere facile poſſumus: ſed præcipue illam ad ſuum quiſque uſum, quum opus eſt, revocare debet. Verbi gratia, Verum quidem eſt vitam noſtram brevem videri niſi tot miſeriis eſſet obnoxia: dum nobis omnia ex animi ſententia ſuccederent, facile omnes fateremur hanc vitam eſſe vel momento breviorem: ſed quando nobis in mentem veniunt infinitæ afflictiones, quibus eſt obnoxia, ita ut ex uno incommodo in aliud incidamus, & nova mala nos ſubinde adoriantur, tunc nobis moleſta eſt ejus diuturnitas. Itaque meminerimus quid hic dicatur, nempe Deum determinaſſe tempus, & ad eum pertinere ut de nobis diſponat. Oportet igitur nos eſſe contentos menſura quam nobis demenſus eſt, ſcientes eum noſſe quid noſtræ imbecillitati conveniat & expediat. Ut ut ſit, non in perpetuum hic languebimus: dabitur exitus quum nos Deus ex hoc terreno hoſpitio in requiem æternam ad ſe evocaverit, ubi nec finis nec tempus determinatum erit. Denique quum Deus nos viſitat, & ſuam quiſque ærumnam experimur, ſic apud nos reputemus, Siquidem hæc diuturna eſſet, tandem deficeremus: ſed Deus novit quem & quando velit dare exitum: pollicitus eſt nos ſub onere non eſſe opprimendos: exſpectemus dum nobis in noſtra calamitate manum porrigat, certique ſimus eum tempeſtive nobis proſpecturum. Sic iſta doctrina ad uſum noſtrum eſt applicanda. Interim vero videmus ut ea Jobus ſit abuſus. Quo attentius cavere debemus, ne & ipſi ſententia quam nobis inſtituendis Deus propoſuit, abutamur, eam contra quam decet applicantes. Quod tamen facere ſolemus. Legentes S. Scripturam, ſiqua occurrat conſolatio, qua noſtra leniatur afflictio, quid facimus? Hanc quidem conſolationem Deus filiis ſuis offert, ſed ad me nihil pertinet: ea ſum plane orbatus: videtur Deus ſuis lætitiam, mihi deſperationem præbere. Quod quum ita ſit, quid aliud putem, niſi me ſpe omni ipſius gratiæ excluſum eſſe? Hæc ſubinde cogitamus, ubi nos benigniſſimè Deus invitat, ut omnes dolores noſtros & mala mitiget: illaque omnia repellimus, ut malum in nobis foveamus, & à nobis gratiam Dei procul arceamus. Videmus idem Jobo contigiſſe, proinde ne miremur nos eidem tentationi

eſſe

Digitized by Google

quod velit eſſe judex, ac proinde ſuam Deo auctoritatem præripere. Quemadmodum & nos factitamus. Non quod ea ſit mens noſtra, ut Deum ſua potentia, ſuo in nos jure & auctoritate ſpoliemus. Id etiam non dicimus: ſed nihilominus facimus, niſi ſimus patientes, niſi animus noſter placide afflictionem ferat, ut dicamus, Domine, ſumus in tua manu: non noſtrum eſt tibi legem imponere, ut jamjam hoc aut illud facias: ſed quum nobis declaraveris te exitum, eumque felicem & optatum, dare poſſe noſtris malis; Domine, exſpectabimus patienter quod nobis promiſiſti. Si animi noſtri ita ſint affecti, tum Deus honore debito afficitur. Sed quum præcipites & rapidi ad ejuſmodi querimonias ruimus, Quid? videtur Deus nullum velle malis noſtris finem imponere: quum, inquam, ſic nos gerimus, perinde facimus ac ſi Deum è ſolio ſuo deturbare ſtuderemus, ne ullum amplius in nos imperium obtineat. Sic facit Jobus. Verum eſt, illum, quicquid ſit, eſſe patientem: ſed nihilominus vitium illi patientiæ admixtum eſt: nam patientia fidelium nunquam ita perfecta eſt ut optandum eſſet. Quum hic Jobus peccaverit, quid de nobis tam præ illo fragilibus ſtatuamus? Itaque ſedulo notemus, quoties nos Deus affliget, etiamſi diuturnum ſit malum, nec propinquum finem proſpiciamus, minime tamen eſſe quod exemplo Jobi dicamus, Quid? Deus mihi nullam mali intermiſſionem concedit, nullum doloris mei finem mihi oſtendit. Sed potius bona ſpe ſuſtentemur, meminerimuſque quod dixi, iſtud determinatum tempus non pendere à noſtro arbitrio: ſed à Deo, prout expedire novit, conſtitui atque ordinari. Et ut primo non præſentiamus miſeriæ noſtræ finem, ſed plures etiam perpeſſuri videamur, non propterea deſinamus guſtare quam nobis pollicitus eſt bonitatem. Nam Dei promiſſiones nobis etiam in mortis tenebris conſtitutis ita affulgent, ut certam ex malis liberationem perpetuo ſperemus. Propterea Paulus ait, etiamſi huc illuc erremus, ab omnibus rejecti, non hic tamen nobis eſſe hærendum, ſed mentem hac ſpe erigendam, quod Deus nos ad ſe colliget, ut cum ipſo conjungamur & æternum vivamus. Hunc itaque fructum ex Dei nobis factis promiſſionibus in noſtris miſeriis capere debemus. Veniamus ad ſequentia Jobi verba. Utitur ſimilitudinibus, ut exprimat quid indicet per tempus illud determinatum quod dixit. Ecce, inquit, ſervus (non intelligit ſervos quales ſunt hodie: ſed mancipia: poſtea loquilis eſt vita mea, inquit, quum ſurgo, totus confundor: adeo ut nec die nec nocte intermiſſionem & quietem conſequar. Quamvis autem Jobus ſuo corpore affligeretur, hæc tamen tentatio, qua Deum ceu judicem ſentiebat, & quaſi fidiculis torquebatur, gravius ipſum angebat quam quælibet corporis tormenta. Propterea ſeſe ita vehementer excruciat. Quod in primis eſt obſervandum. Pauci enim iſtis certaminibus ſpiritualibus ſunt exercitati, ideoque qualia ſint ignorant. Hinc fit ut Deo ipſos ad ea certamina vocante, toti obſtupeſcant, quod tempeſtive hanc doctrinam non guſtarint. Hanc ergo attendamus, & meminerimus aſpera quidem eſſe ac moleſta cætera mala, ſed nihil eſſe ſi comparentur cum anguſtiis quas patiuntur qui judicio divino premuntur, quum Deus ſeſe illis rigidum & ſeverum præbet, & ſigna ſuæ iræ ac vindictæ oſtendit. Tunc ſic obſtupeſiunt, ut nullam conſolationem, nullamque lætitiam capiant niſi Deus extra ordinem in ipſis agat. Quare? Nam ſi in omnibus malis Deus nobis concedit ut ad ipſum revertamur, ipſumque invocemus, freti ejus miſericordia: certe poſſumus omnes noſtras curas & moleſtias in ipſius ſinum effundere & exonerare, ſicuti loquitur Scriptura. Sic igitur fient nobis dulces & amicabiles quævis afflictiones, quum nobis ita Deum adire licuerit. Verum ſi deſperationem concipiamus, quæ nos à Dei aditu arceat: ſi imaginemur Deum nobis infenſum & inimicum, qui nos perſequatur ut perdat, adeo ut fruſtra à nobis invocetur, id perinde eſt acſi in inferni abyſſo jam verſaremur. Hoc ſenſu ex parte, ac non penitus, afficiebatur Jobus. Quod quum cernimus, cogitemus Deum poſſe gravius etiam nobiſcum agere quam agat: ut, ſi nobis parcat, agnoſcamus illum rationem noſtræ imbecillitatis habere. Voluit enim Jobum ad extremum uſque probare. Si minus ſevere nos examinat, hoc manat ab infinita ipſius bonitate. Interea tamen ſe quiſque præparet ad ejuſmodi tentationem, ut ſi quid tale ipſi contingat, reſiſtere poſſit: &, ceu tempeſtatibus agitati, ne in mediis undis animum deſpondeamus; quum Deus ſervum ſuum Jobum ſuſtinuerit tum quum ſubmerſus & gurgite abſorptus videretur. Tunc, inquam, Deus illum nihilominus extraxit. Sic comparatos eſſe nos oportet ad certamina, ne tali tentatione ſuperveniente conſternemur: ſed, quamvis nobis exitium impendere videatur, nihilominus Dei opem exſpectemus, quam tempore opportuno nobis feret, ut ſervo ſuo Jobo tulit. Cæterum licet jam ali-

Digitized by Google

los, quibus non res præſentes cernam, ſed fide cognoſcam quod jam me latet. Sic agendum nobis eſt: non ut Jobi exemplo dicamus, Nullum animadverti remedium. Nam homo deſperabundus ſic loquitur. Non enim quicquam fingere debemus, quod ſit divinæ potentiæ impoſſibile. *Quum decumbo*, inquit, *quæro, quando ſurgam?* Mane dico, Ecquando adveniet nox? Obſervemus, hæc indicare, conſcientiam judicio divino compreſſam, & conſtrictam, in perpetua anxietate & perturbatione jacere. Sic etiam Moſes loquitur, agens de horrendis vindictis Dei adver-
Deut. 28. *v.* 66,67. ſus Legis præfractos violatores: Erit vita tua, inquit, quaſi pendens ante te: timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. Mane dices, Quis mihi det veſperum? Sed Jobus hic agit de ea tentatione, qua noctes ſibi videbatur experiri longiſſimas, dies autem permoleſtos: acſi diceret, Dies unus mihi longior eſt anno atque etiam integro ſeculo: nihil quam langueo, non quidem in ordinariis quibuſdam malis, ſed in cruciatibus adeo horrendis, ut ſub manu Dei deficiam. Quum autem videamus talem tentationem contigiſſe Jobo, redeamus ad remedium quod jam attigi: nempe, ut agnoſcamus Dei eſſe, de nobis diſponere, deque omnibus noſtris ærumnis & miſeriis. Proinde quum longius nobis videtur tempus, precemur Deum ut ſuam diſpenſationem nobis gratam reddat. Alioqui nihil aliud quam Deo obtrectamus & indignamur ut Jobus: non quod hoc voluerit facere: nihilominus tamen condemnandus eſt in omnibus verbis quæ temere effutivit, & contra Deum jactavit, ut ei quaſi ſtomachum moveret. Eo igitur revertamur, ut dicamus, Quid? num tuum eſt terminare tempora? an non hoc eſt poſitum in Dei manu? an vis illi officium ſuum præripere? quid vis facere, miſera creatura? quo te præcipitas quum iſtud aggrederis? an non in tuam perniciem ruis, quum ſine alis ſupra cœlos volare contendis? Itaque diſcamus ambulare in humilitate, & Deum precemur, ut quod diſponit, nobis probetur, & in eo poſſimus acquieſcere, ut dicamus, Domine, juſtus es in omnibus operibus & factis tuis, tu ſapiens es: nobis itaque da ut nunquam deſinamus te laudare, & hanc gloriam & honorem tibi deferre, ut quicquid immittis, tanquam ex manu tua recipiamus, eique nos ultro ſubjiciamus, etiamſi carni noſtræ id perpeti durum ſit & acerbum. Hæc ſunt nobis hoc loco notanda. Cæterum quum ait, *dies ſuos effluxiſſe citius radio textoris*, ſibi contradicere videtur. Dixit enim

nibus Deum precemur, ut, quicquid nobis accidat, contineamur in officio, & aliqua requies nobis detur, per quam liceat agnoſcere peccata noſtra, & quantum temporis nobis in vita otioſum & inutile effluxerit: ut ne mirum nobis videatur ſi à Deo affligamur & aliqua moleſtia afficiamur. Magnam enim vitæ partem terimus in voluptatibus, quibus Deum offendimus. Proinde neceſſe habemus illum precari ut nos expergefaciat, detque nobis ſpatium peccata noſtra probe examinandi, & de ipſo ſerio cogitandi. Quod fieri non poteſt ſine aliqua quiete & lætitia. Dum enim mœſti frenos mandimus, non poſſumus ad Deum accedere, ut ex ipſius bonitate conſolationem percipiamus, quam nobis deguſtandam exhibere paratus eſt. Oportet itaque illum oremus, ut nos cohibeat, ſi volumus ſedatos habere & pacatos animos in mediis turbis quæ nobis dentur. Nec hoc quoque fieri poteſt, niſi Jeſum Chriſtum nobis propinquum habeamus, ut in ipſo poſſimus aliquod levamen conſequi: ſicut ipſe inquit, Venite ad me *Mat.* 11.
omnes qui fatigati eſtis & onerati, & ego vos levabo, *verſ.* 28.
& invenietis requiem animabus veſtris. Sedulo itaque Deum precemur quoties nos affligit, ut noſtros ſenſus & ſpiritus ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum convertere poſſimus, in quo requiem illam promiſſam inveniamus: qua inventa, ſic intra eandem nos contineamus, ut caſtigationes & correctiones Dei recipere queamus, quibus coram ipſo humiliemur, & diſcamus beneplacito ipſius acquieſcere, ne dubitemus quin tandem nobis opitulaturus ſit, & ſeſe propitium exhibiturus. Ita, inquam, lætari debemus in mediis afflictionibus & miſeriis hujus mundi, expectando quoad fruamur iſta felici conſolatione, quam nunc Deus nobis in ſuo verbo offert, & qua perfecte fruemur quum nos ad ſe collegerit.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eumque precantes ut det ea melius à nobis ſentiri quam antea, ita ut pudefacti ad ipſum confugiamus, quem propitium nobis Patrem & Servatorem experiamur, & ita nos ipſius bonitati penitus committamus, ut magis ac magis confirmati in ſpe quam in ipſo collocavimus, perſtemus quoad nos liberaverit non ſolum ex hujus vitæ miſeriis, verum etiam ex peccati ſervitute, & introduxerit in gloriam cœleſtem, quam nunc nonniſi ſpe poſſidemus. Non ſolum autem nobis hoc largiatur, ſed etiam populis, &c.

CON-

Digitized by Google

potiorem aliqua nobis indita dignitate, quum nulla inſit. Si ergo Deus, nobis parcit & clementer nobiſcum agit, ducitur potius noſtris miſeriis, quas probe novit, quam alia cauſa: ſicuti
Pſal. 103. v. 14.15. Pſal 78. verſ. 39.
etiam dicitur, Recordatur quod pulvis ſumus, & hominis dies novit eſſe quaſi herbam, & quaſi florem agri, qui perit ubi vel minimus ventus illum attigerit. Homines nil niſi caro ſunt, id eſt, corruptio & flatus tranſiens ac non revertens. Quum igitur S. Scriptura hoc teſtetur, hujus etiam in precibus noſtris meminiſſe debemus: in eum enim finem Spiritus Sanctus loquitur. Proinde obſervemus, ſi velimus Deum ad miſericordiam adducere, non oportere ut meritum ullum noſtrum proferamus, aut ullam nobis vel naturæ noſtræ inhærentem dignitatem. Hæc falſa opinio ex animis noſtris pellenda. Quin hoc unum agnoſcamus, Heu! Domine, quid ſum niſi putredo? Statim effluo, nulla mihi virtus ineſt, vita mea mera umbra eſt. Sic loquentes, ſecundum admonitionem hic à Spiritu Sancto nobis propoſitam loquemur. Sed diligenter videndum quomodo ejuſmodi oratione utamur, & quorſum: quo nimirum ad gloriam Dei in primis referatur, quam humillime adoremus. Sunt enim qui equidem dicent, Heu! ſum vermis & mera vanitas, vita mea fumus eſt, ſtatim evaneſcens: & interim nulla humilitate & obedientia ſeſe ſubmittunt Deo, ut ei omnia accepta ferant: ſed contra illæ voces ad hujuſmodi querimoniam pertinebunt, Quid? Deus, qui in omnia ſua opera auctoritatem obtinet, nonne debuit reſtituere quod nobis abſtulit? an non hoc aut illud dare nobis ipſum oportuit? Notemus itaque, quum Scriptura docet noſtri Deum miſereri, vitamque noſtram eſſe nihili: non eo id declarare ut arripiamus inde occaſionem obmurmurandi & indignandi, quod noſtra conditio ſit vilis & abjecta, nihilque nobis inſit quo efferamur, ſed potius mera confuſio: verum ut intelligamus, nihil nos Deo afferre cujus gratia nobis ſit propitius, & ſi quid in nobis amabile quærat, eum nihil reperturum quod non abominetur & rejiciat. Quid igitur? Quum Deus nos plus quam miſeros videt, hoc unum ſupereſt ut noſtræ conditionis miſereatur: ſiquidem probe novit, vitam noſtram inſtar umbræ ſtatim evaneſcere, noſtram ſapientiam eſſe ipſam ſtultitiam, noſtras virtutes eſſe mendacium & iniquitatem. Hoc igitur cognito, Deum nos omni gloria ſpoliare, ſciamus eum nolle ut quicquam nobis arrogemus, aut apud ipſum ullo modo gloriemur, dicentes, Domine, quidni tibi ſim charus & acceptus? nam hoc & illud feci, eſt aliquid in me non debemus noſtras miſerias: non ut conqueramur aut expoſtulemus cum Deo, ſed ut nos demittamus & exinaniamus, quo ſolus Deus honoretur, & intelligant omnes, eum, quum beneficio nos aliquo afficit, non induci à nobis, aut reperire in nobis quod ipſum nobis obſtringat: ſed mera ſua miſericordia moveri, quod tantam fragilitatem, imo vanitatem cernat. Jam accedamus ad verba ipſa, *Memento vitam meam eſſe ventum.* Hæc petitio recta eſt, quum ſic Deum compellat Jobus, Domine, vehementer crucior, velis mihi adeſſe. Quare? Vides enim quis ſim & quæ ſit mea natura. Quæ quum agnoſcit Jobus, iſta ejus precatio bona eſt & ſancta, modo ipſa affectio ſit recta. Certe ſibi rectum ſcopum propoſuit: non erraſſe tamen dici non poteſt: ut in ſequentibus clarius apparebit. Proinde obſervemus in commemoranda apud Deum noſtra fragilitate non ſatis eſſe ſi ultro humiliemur, & confiteamur nihil habere nos quo gloriemur. Sed & hæc modeſtia requiritur, ut confiteamur Deum eſſe juſtum dum nos in ea conditione conſtituit, etiamſi cauſam non animadvertamus, cur ita nobiſcum agat: ac licet iſta arcana nobis contexerit, non eſſe tamen quod cum ipſo litigemus, aut in ipſum indignemur quaſi arctius æquo conſtricti. Verum hoc ſit nobis coërcendis loco freni, Deum merito & juſta de cauſa eo nos redegiſſe ut undique malis & afflictionibus coarctaremur. Quare? Ut nos ſibi ſubjiciat, ne ſuperbia & arrogantia intumeſcamus. Porro Jobus inquit, *Vitam ſuam ventum eſſe, nec ſe reverſurum ut videat bonum.* Jobus hic loquitur de vitæ humanæ infirmitate. Nimirum ne Deus cum
ipſo agat ſeverius: ut infra dicet, Quid ergo ſum, ut Job. 7.
contra me brachium tuum exeras? Acſi diceret, Do- verſ. 20.
mine, viſne cum umbra pugnare? Sed mirum alicui videatur, Jobum, loquentem de morte, nullam ſibi nec univerſo hominum generi ſpem relinquere: adeo ut morientes videamur perire & funditus perdi, nec unquam reſtituendi. Ait enim eum qui deſcendit in ſepulcrum, non amplius ex eo emergere nec aſcendere. Jobus videtur hic loqui tanquam aliquis incredulus, nulla veræ religionis cognitione adſperſus. Verum animadvertamus eum hic agere de morte hominum qualis in ſe eſt: quomodo etiam ſæpe loquitur Scriptura. Nobis ergo novum eſſe non debet, quod Jobus hic loquutus ſit quemadmodum docet Spiritus Sanctus. Quæ hodie habemus, tunc nondum erant ſcripta: in ſuorum cordibus tamen Deus inſculpſerat quicquid nunc ſcriptum exſtat: atque etiamnum Deus idem animis noſtris inſculpit ſuo digito, id eſt, Spiritu Sancto. Itaque revertamur quo dixi, nempe

immortalitatis noſtræ certitudinem. Sed indicat, hinc nobis ſemper inchoandum eſſe, ut intelligamus quæ ſit infirmitas noſtra: unde poſtea, ceu per gradus, aſcendamus ad ea quæ nobis Deus contulit. Quid igitur eſt homo? Ventus aut fumus. Sed quia Deus nobis virtutem conſtantem inſpiravit, ideo ſumus immortales. Cæterum oportet ut quæ Deus ſemel nobis contulit, eadem in nobis confirmet: alioqui, niſi per ſuam gratiam illa conſervaret, ſtatim deficerent. Quin etiam aſcendamus oportet ad ſummum gradum, nempe ad promiſſam illam reſurrectionem. Ubinam autem illam inveniemus? Non in natura noſtra. Mundus enim nobis eſt tranſcendendus, quum unus Jeſus Chriſtus verum ſit illius ſpeculum: illic contemplamur Deum velle nos in gloriam ex ignominia excitare, atque educere ex illa corruptione & putredine in quam reſolvimur, & ex qua nunquam emergeremus niſi extraordinario iſto remedio nobis ſubveniretur. Sic itaque nobis accedendum eſt ad Jeſum Chriſtum, ut ſciamus quo noſtra ultimo die reſurgendi ſpes debeat reſpicere. Paulus quidem utitur ſimilitudinibus ſumtis à communi ordine naturæ, ut probet reſurrectionem: ut
1 Cor. 15. quum dicit, Ecce, grana tritici, aut alius generis,
verſ. 38. terræ mandantur, & illic putreſiunt. Hoc nobis, inquit, repræſentat reſurrectionem, quum ſatum triticum ex illa putredine, in quam neceſſario convertitur, emergit. Illic autem non perfecte cernimus noſtram reſurrectionem: ſed eo tantum convincuntur fœdiſſimæ in Deum ingratitudinis increduli, quando diſputant quomodo fieri poſſit ut corpora noſtra reſurgant, poſtquam in putredinem & cineres redacta fuerint. Siqui ſibi adeo ſapientes videntur ut ſuis argutiis putent ſe poſſe evincere impoſſibile Deo eſſe nos è mortuis excitare, Paulus indicat ejuſmodi homines eſſe malignos & ſola ſua ingratitudine impediri quominus apprehendant virtutem Dei, qua ſe nos inſtauraturum pollicitus eſt. Quare? Dat enim nobis aliquot ſimilitudines in ordine naturæ, quibus de ipſius benevolentia & potentia certi reddamur. Itaque Paulus, dum illo argumento utitur, non vult ſignificare noſtram reſurrectionem eſſe quiddam rebus naturalibus ſimile: ſed vult ita nobis potentiam Dei infinitam ob oculos ponere, quam adoremus, & cui debitam laudem tribuamus: tum etiam ut meminerimus promiſſionis quam nobis fecit: etiamſi hoc omnes ſenſus omnemque captum noſtrum exſuperet, ac mirificiſſimum ſit nos à Deo eſſe renovandos poſtquam in putredinem fuerimus converſi: eſſe inſtaurandos, quamvis ſimus in nihilum redacti. Quamvis incredibile videatur, nihilominus
Philipp. 3. debemus ſperare futurum ut poſſit Deus id efficere
verſ. 21. (ſicut in epiſt. ad Philippenſes dicitur) ſecundum prium, ſed Deo acceptum fero: cujus favorem & liberalitatem erga me nunquam oblviſci debeo. Ita ergo loquitur Jobus, id eſt, exprimit quid ſit homo ſi à Deo derelinquatur. Propterea concludit, *Non amplius bonum videbo, & oculus videntis non me videbit amplius, ex ſepulcro non ſurgam.* Nunc itaque diſcamus ſic contemplari vitam noſtram, quam caduca ſit & fragilis, omneſque animi noſtri infirmitates examinare, ut concludamus ne cum nihilo quidem nos eſſe comparandos, niſi ubi Deus pro ſumma ſua bonitate nos ſuſtinet. Nihilominus tamen magni facere debemus gratias Dei, quamvis agnoſcamus qualis ſit noſtra conditio, nempe vilis & abjecta. Incipere tamen oportet unde dixi. Cæterum, ut attigeram, ſemper meminerimus, Jobum, licet nunquam ita fuerit à Deo alienus, quin aliquam ſpem perpetuo retinuerit, & ſe ſuſtinuerit aliqua patientia, nihilominus tamen modum tranſiliiſſe. Unde admonemur, ut ſerio demus operam, ne, conſiderata imbecillitate noſtra, triſtitia abſorpti in deſperationem ruamus. Quæ doctrina perutilis eſt. Nihil quidem magis optare debemus, quam ut humiliemur. Quare? Solus enim eſt aditus Dei gratiarum ad nos, humilitas. Nam in homines arrogantia & ſuæ dignitatis opinione occupatos, Dei gratia ingredi non poteſt. Oportet itaque ut præcedat humilitas. Et ſane præcipuum iſtud eſt ſtudium noſtrum, meditari qui ſimus, ne nobis ipſis arroganter confidamus. Sed aſtute Satan quod maxime hominibus eſt ſalutare, id convertit ipſis in perniciosiſſimum toxicum. Nam homines, ubi ſuas miſerias cognoverunt, in eum ſtuporem, niſi ſibi caveant, conjicit, qui ipſos in deſperationem inducit. Verum quidem eſt, illum, quantum poteſt, nos ſtulta arrogantia inebriare, ut mirabilia nobis tribuamus. Nunquam enim patitur ut homines ultro ſe humilient & demittant. Hoc pro viribus prohibet. Sed quum videt ſe impedire non poſſe, quominus homines ſeſe agnoſcendo confundantur & apud Deum ſe dejiciant, tunc alio confugit. Illos tamdiu inſultans comprimit & conſtringit, dum in deſperationem impellat. Proinde quum in noſtræ miſeriæ conſiderationem deſcendimus, videamus, ne, ubi illam probe meditatam habuerimus, ſinamus nos opprimi & obrui, quin meditemur interea & recordemur quæ Deus nobis contulit, & perpetuo confert beneficia, & remedia adverſus iſtas miſerias, in quibus periremus niſi infinita ipſius bonitas nobis ſuccurreret. Hæc, inquam, meditemur, ut recreemur & aliquantulum reſpiremus. Hæc ſunt hoc loco notanda. Sequitur, *Propterea* (inquit Jobus) *non coërcebo os meum, ſed loquar in anguſtia ſpiritus mei: commemorabor de amaritudine animæ meæ.* Hic videre eſt quod jam attigi, nempe Jobum, licet ſancte loquatur, & convenienter

Digitized by Google

ne quid feroce corde premamus, quo ipſius honor violetur. Interim autem laborandum & pugnandum. Nam pro eo quod ſolent homines in obſtinatione ſemel concepta perſeverare & occalleſcere, meminerimus nos ei ſtrenue reſiſtere debere. Itaque vim affectionibus noſtris inferamus, quas ut feras beſtias compeſcamus. Et quum ſtuduerimus ſic noſtras perturbationes ſubjugare, tum ſciamus licere nobis has voces uſurpare, Quid? num conceditur homini mortali ita in Deum efferri, ut ei obtrectet, & litem intendat? Caveamus igitur nobis ab iſta effreni adverſus Deum murmurandi licentia, qua dicamus, Quid hoc ſibi vult? an Deus iſtud facit? cur me non ita potius tractat? Ab hoc ſcopulo nobis caveamus, inquam: verum ſic conqueramur, ut nihilominus Deum honore ſuo minime fraudemus, ſed confiteamur, ipſum æquum eſſe ac juſtum, qualitercunque nos tractet. Hoc primum eſt obſervandum. Deinde oportet ut omnes querimoniæ noſtræ apud Deum ipſum à nobis exponantur. In eo enim ſæpenumero & graviter peccant homines, quod quam longiſſime poſſunt, à Deo recedunt, quando conqueri aut cum proximis expoſtulare volunt. Quid? Hoc aut illud malum patior, quo gravius nullum eſt. videtur Deus indeſinenter torquere me velle. Sic homines murmurare ſolent: &, ut forte taceant, nihilominus talia animo volvent, nec latebras pectoris ſui Deo aperient, ſicut poſtulat. Hæc ſunt annotanda quum Jobus ait, *ſe loquuturum in ſua amaritudine*, & commentaturum: nempe, modum ab illo excedi, & nimiam libertatem uſurpari. Quod ſi hoc contigit tanto viro, qui fuit patientiæ ſpeculum, quid nobis fiet? Itaque meminerimus ſuperiorum admonitionum: nempe, ut, amaritudine aliqua noſtros animos invadente, ſtatim precemur Deum ut velit malum & dolorem mitigare: &, ſi loquamur, ne linguas noſtras garriendo conteramus, ſed retineantur & reſerventur gloriæ Dei celebrandæ: & omnes querelas noſtras ad illum dirigamus: ne huc illuc curſitando diſcurramus, ſed Deum teſtem noſtrorum gemituum faciamus, rectaque ad ipſum confugiamus, ut nos ſublevet. Jobus autem adjicit, *An ſum mare? an cetus? quod ponas mihi cuſtodiam*, & tanquam cancellis & repagulis me reprimas? Hic Jobus conteſtatur, non fuiſſe neceſſe ut tanta vi coërceretur. Quare? Non ſum mare, inquit, quod aggeribus ingentibus oportet cohiberi. Quum inundat mare, mille aut bis mille homines ligna, terram, & lapides congerunt, ut illud coërceant. Horribilis eſt maris exundatio, adeo ut non levia quædam impedimenta ſint illi objicienda hominum. Proinde ſi Deus remediis violentis contra nos utatur, & vehementius nos coërceat quam vellemus, ne dicamus cum Jobo, Numquid ego ſum cetus, aut mare? Sumus multo deteriores & ferociores: catenis ſumus cohibendi, ceu dæmoniaci, & ſiquid adhuc ferocius dici poteſt. Cognita igitur tanta pravarum affectionum noſtrarum repugnantia, tum confitebimur, Deum, ſi in nobis affligendis adhibeat ejuſmodi violenta remedia, non ſine cauſa id facere, nec à nobis merito accuſari poſſe, quaſi modum excederet; ſed potius eſſe glorificandum, quum ita ſe res habeat. Jam duplicem ſui cognitionem habere debent homines. Primum enim ſe putredinem & corruptionem agnoſcere debent ut gratiam à Deo obtineant, eumque ad miſericordiam erga ſe inducant. Deinde cognoſcere debemus, nos ad malum nimis robuſtos, phreneticis ſimiles quorum impetus non à vero robore proficiſcitur. Quantum ad bonum, plane deficimus: at quod ad malum attinet, gigantes ſumus, & plus quam humanis viribus præditi. Oportet ergo ut Deus brachium ſuum exerat, & graviſſimos ictus incutiat, imo fulminet vehementius quam ſi res ei eſſet cum feris: licet enim feræ ſint admodum atroces nec facile domabiles, tamen ſi comparentur cum homine, hic longe illis ferocior comperietur. Itaque ſi Deus nos vehementer premat, juſte facit, nec debemus tantopere conqueri. Nihil enim proficiemus litigando: uno verbo facile confundemur, & nobis ſilentium imponetur. Porro Jobus adjicit, *Si dico, Conſolabitur me lectus meus, ecce cubile meum ardet: ſi apud me loquor, tum conſternas me ſomniis & viſionibus.* Verum quidem eſt, hæc verba, quod Jobus pro levamine ſperato ardorem invenerit in ſuo cubili, non uno modo exponi. Verbum hic poſitum ſignificat interdum Ardere, ut alio loco videbimus. Significat & Auferre, item Relinquere, metaphorice. Optime vero hic convenit Ardendi ſignificatio. Utcunque tamen exponatur hoc verbum, idem ſenſus manet: nempe Jobum conqueri ſe fruſtratum eſſe ſpe ſua, expectato ex ſuo cubili aliquo levamento: in eo reperiſſe ardorem, & ceu ignem accenſum, tum quum ſecum loquutus eſt. Hic etiam videmus quod jam in ſuperioribus vidimus, nempe Jobum horrendis cruciatibus fuiſſe affectum, ipſum prementibus non tantum corporis malis, ſed etiam certaminibus animi, quod ſentiret Deum ſibi infenſum, ceu judicem, adeo ut velut inferni doloribus jam cruciaretur. Et nos ſemper iſtud in memoriam reducere debemus: frequens enim iſthæc commemoratio perutilis eſt. Verum quidem eſt, oportere ut nos

Digitized by Google

tiam, Pro ſperata ex lecto meo requie, inveni ignem accenſum quum mecum ſum loquutus. Licet quidem ſperare ſubſidium & levamentum à Deo: ſed non licet tempus aut locum illi præſcribere, verum ejus beneplacito hoc totum permittere. Non eſt igitur quod quæramus requiem in lecto aut in aliis rebus: ſed ſuſpirandum nobis eſt ad Deum, ut noſtros dolores mitiget. Interea vero mirum eſt, quod eum ardorem ſenſerit Jobus, dum ſecum loqueretur. Dixi autem hanc circumſtantiam eſſe obſervatione dignam. Homines enim dum tot verba conquerendo fundunt, tanto magis inflammantur, modo hunc modo illum alloquentes. Quid cauſæ eſt cur modum in noſtris perturbationibus non teneamus? Quia quiſque licentius vagatur, nec apud ſe continetur. Jobus tamen ſibi contra eveniſſe hic teſtatur, id eſt, ſe apud ſeſe loquutum eſſe. Quid ergo? Quum quis ſe colligit, & ſtudet ſibi temperare nequid adverſus Deum effutiat, & ſuos affectus reprimit, an eo pacto inflammatur? Maxime, interdum: ſicut eſt in Pſal-
Pſal. 32. mo 32. & in aliis conſimilibus locis. Non quod ex
verſ. 3. oppoſito liceat nobis oberrare & apud obvios quoſ-
& 39:2,3 que conqueri, quo doloris lenimentum inveniamus & ignem extinguamus, cujus hic fit mentio. In nos potius deſcendamus. Verum quidem eſt, noſtros affectus interdum accendi & inflammari, dum ita nobiſcum loquimur. At Deus nihilominus adfuturus eſt nobis, ut ignem à ſe accenſum ipſe extinguat. Verbi gratia, Aliquis à Deo affligitur: & ignorat cauſam. Deus enim non ſemper afflictionum aperit cauſam, niſi ad extremum. Itaque, ſi continuetur afflictio, quid ille miſellus agat? in ſeipſum deſcendit: Quid? Tene dereliquit Deus? inquit. Aut ſic, Cogita, miſer, neceſſe eſt agnoſcas Deum à te graviter fuiſſe offenſum, quum adeo ſevere tecum agat. Sed tandem Spiritus Sanctus illi dabit ut ad uſum ſuum applicet quod docet Scriptura ſacra, Dei bonitatem in mediis vehementiſſimarum afflictionum inſultibus elucere, quæ nos ex omnibus malis tempore op-

tur, non dicere hoc apud ſe [illegible] dum præſentem vitæ ſuæ ſtatum cum teterrimo genere mortis confert, dolore victum ad tempus non longius proſpexiſſe. Hic vero nos cogitemus, ſi Deus non pepercit ſervo ſuo Jobo, poſſe ſimilem cruciatum nobis contingere. Deus quidem, qui vires noſtras novit, minores tentationes nobis immittet, quam huic viro qui majorem quam nos virtutem à Spiritu Sancto accepit: unumquemque tamen noſtrum oportet viſitari manu Dei, ut interdum vita noſtra miſerior ſit ſuſpendio. Huc, inquam, nobis deveniendum, & ad id præparari nos convenit. Sed diſcamus, monitis S. Scripturæ muniti, fore nobis ſatis amplam lætitiæ copiam quum creverimus & profecerimus in Jeſu Chriſto, tum ad mortem, tum ad vitam. An ſumus conjuncti Chriſto? licet vita noſtra ſit miſerrima, nobis tamen felicitati cedet: ut afflictiones hujus mundi totidem ſint nobis ſalutis ſubſidia. Quum igitur plane perditi & oppreſſi videbimur, nihilominus Deum invocemus, ſperantes eum non ſolum tandem converſurum omnes noſtras afflictiones in gaudia & gloriam: ſed etiam proſequuturum nos bonitate ſua quoad perfectam ejus fruitionem nobis impertiat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, & eum precantes ut ita nos humiliare velit, ut in nobis confuſi gemamus, & gloriam ipſi debitam tribuamus. Et interea tamen non deſinamus ad eum reverti, quo nos ipſe tam familiariter invitat, certi quod nos quovis tempore ſit recepturus. Et cognoſcamus iter, per quod eo nos ingredi vult, nempe Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et cognito omnis confuſionis abyſſum in nobis eſſe, nihilominus tamen certo confidamus acceptos & gratos illi Optimo Deo fore nos, ubi filii ſui virtute induti erimus, & peccata noſtra deleta fuerint merito ipſius mortis & paſſionis puraque illa obedientia quam præſtitit. Quod non nobis duntaxat largiatur, verum etiam populis, &c.

CON-

mines, dum præſentem duntaxat vitæ ſuæ conditionem intuentur, ea indignatione poſſe tentari ut ſimul etiam confuſi hæreant, quod ſint longe miſerrimi. Quin etiam videtur Deus velle ſpecialem quendam rigorem in ſuos exercere, & eos durius, quam improbos ipſos, affligere. Ita fieri poſſet, ut ad deſperationem redacti, tædio vitæ afficeremur, & mortem præoptaremus. Nihil autem nos conſolatur, niſi quum ſcimus nos vel in mediis miſeriis noſtris, nihilominus à Deo amari, qui noſtri tandem miſertus nos vita & ſalute donaturus ſit, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Hoc ſublato, certe non poterit non eſſe nobis tædio vita noſtra, ut vel in ipſum Deum ſtomachemur. Obſervemus ergo Jobum noluiſſe hic ſuam affectionem exprimere, niſi quatenus ipſum Deus ſuſtinuit. Propterea ſubjicit, *ſe tædio affici, ſe non æternum victurum, & ſuos dies meram eſſe vanitatem: proinde petit à Deo ut à ſe recedat*: quaſi diceret, Heu, Domine, cur me perſequeris? Vides hic miſerum homuncionem, omnibus viribus deſtitutum, ſi ipſum reſpicis: cujus vita nihil eſt præter vanitatem. *Cur ergo non recedis à me?* Id ipſum ſignificat, quod ante vidimus, nempe, Deum non debere vires ſuas exerere adverſus homines mortales & caducos, quandoquidem non ſunt ſaxa nec tam robuſtæ feræ ut tantam vim illis inferre debeat. Jobus ergo confirmat quæ dixit, ut qui eſſet ad extremas anguſtias redactus, nec poſſet gemendi finem facere. Poſtea vero addit, *Quid eſt mortalis ut eum magnifices, & mane viſites, ejus curam geras, & de ipſo cogites?* Sunt qui hanc ſententiam, Quid eſt homo ut eum magnifices? exponant quaſi Jobus hîc vellet Deo velut exprobrare, quod nos ceu Regulos quoſdam extollat, & ſimulet paternam erga nos curam, acſi pluris nos faceret quam alias res omnes creatas: & poſtea nos dejiciat & deturbet. Quo ſpectat Rota illa Fortunæ, quæ pingi ſolet. Alii exiſtimant Jobum voluiſſe ſeſe cum univerſo genere humano comparare: ac ſi diceret, Heu, Domine, tanta eſt erga homines bonitas tua, ut tuæ miſericordiæ plena ſit univerſa terra: nemo eſt qui te ſibi patrem eſſe non ſentiat ex beneficiis à te acceptis. Ego ſum ſolus quem inhumaniter tractas. Quid iſtud ſibi vult? quare non eodem loco ſum quo cæteri homines? Verum ſi genuinam mentem hujus loci propius inſpiciamus, comperiemus Jobum

cit, quod ſuam dignitatem non reſpiciat. Hoc etiam in ore habent ſuperbi homines, Si iſte mihi æquiparandus eſſet, ſciret qui ſiem. Sic vulgo ſolemus alii alios dedignari. Quod ſi homines, qui ſunt vermiculi, dicere ſolent, non decere cum longe inferioribus congredi: multo magis Deus, dum ſic homines aggreditur, videtur præter decorum eos magni facere. Nam quid ſunt? quænam illorum eſt conditio? Deus ergo illos aſpernari deberet, & dicere, Vobiſcum ego, qui vermiculi eſtis, contendam! ita meo honori & gloriæ nimium derogarem. Hoc igitur Jobus præcipue indicare voluit. Cæterum eſt quod notemus, hunc locum non eſſe ſimilem loco illi, qui octavo Pſalmo habetur, ubi dicitur, Quid *Pſal. 8: 5.* eſt homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam viſitas eum? Illic eadem, quæ hic, dicuntur, ſed longe alio ſenſu. David enim in illo Pſalmo agnoſcit bonitatem infinitam Dei, quod ita ſit rerum à ſe creatarum memor, ut illarum curam gerat, eas regat & gubernet. Homo enim, ſi quis eum attendat, eſt adeo miſer ut indignus ſit in quem Deus oculos conjiciat. Quum igitur videmus Deum non ſolum regere velle homines, ſed creaturis omnibus præficere: ſicut illic dicitur in uſum noſtrum condidiſſe & beſtias agri, & volucres, & piſces maris. His ita ad utilitatem noſtram comparatis, quibus noſtris neceſſitatibus ſubveniat, videtur Deus eo nos amore complecti, ut ſua omnia nobis in manus tradat, ne quid nobis deeſſe patiatur. En ut miſeria & inopia hominis illuſtriorem reddat bonitatem & miſericordiam Dei, quam ſi quid nobis ineſſet quod eum ad nobis benefaciendum incitaret. Hic ſenſus eſt genuinus loci illius Davidici. Quod etiam impletum fuit in perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti. Quamvis enim ſit Filius unicus Dei, tamen ſecundum naturam ſuam humanam fuit filius Abrahami, & ejuſdem conditionis nobiſcum, excepto peccato. Ita- *Heb. 4. verſ. 15.* que quum videmus illum à Deo eſſe exaltatum, ut omnia ejus poteſtati traderet, quo recuperemus in ipſo quod in Adamo perdidimus, eo Deus infinitos miſericordiæ ſuæ theſauros oſtendit. Et ſane Jeſus Chriſtus eſt verum ſpeculum gratiæ Dei, quæ inde in omnia ejus membra defluit. Itaque exemplo Davidis exaltare Deum merito debemus, quod ab Adamo & à Jeſu Chriſto (per quem reparatur quicquid in Adamo everſum & corruptum fuerat) inchoatam ſuam

tur, tantum abeſt ut iſtud proficiendi cauſa guſtent, ut vellent longiſſime à ſe Deum abeſſe: ſicut videmus accidiſſe Jobo ex ſuæ carnis ſenſu. Dubium non eſt quin ei reſtiterit, & patientia fuerit prædictus, quamvis arcana & intus deliteſcente. Sed, ut ut fuerit, oportuit etiam ejus perturbatum animum ſeſe prodere, ſic humiliare ipſum Deo volente. Videmus itaque ut Jobus à Dei providentia reſiliat, & pro eo quod ea ſeſe ſolari & exhilarare debuerat, à ſe remotiſſimum eſſe Deum velit. Quid eſt homo, inquit, ut illum tanti facias? Scilicet Deum, nos delinquentes caſtigantem, accuſabimus quaſi nobis injuriam faceret, quod nimis magni faciat nos & extollat, dum ipſe nobiſcum congreditur quos pro merito plectat. Non eſt ſimilis mortalibus, qui offenſi, non cum inferioribus, ſed cum paribus contendere dignantur. Quare? Sola enim vindictæ cupiditate aguntur. Deus vero propter peccata à nobis commiſſa nos caſtigans, non animo vindictæ ducitur. Quid ergo illum movet? Duæ cauſæ. Primum ut vel inviti illum pro judice noſtro agnoſcamus, poſtquam ipſum contempſimus. Deinde, quod nolit nos perire, ideo nos corrigit, quos ad ſe revocet: & hoc pacto nos ad pœnitentiam hortatur. Ne igitur dixerimus Deum dedecere caſtigare nos, & accedere ut nos peccati arguat, quo ſeſe judicem noſtrum declaret, eique ſubjici diſcamus. Proinde videmus quanta ſit hominum ingratitudo, dum ita invertunt Dei beneficia in ſe collata. Cæterum hoc etiam obſervemus, ſi contigerit Jobo ut ita tentaretur, ut optaret Deum à ſe recedere: ejuſmodi tentationem nobis accidere poſſe, qua non ſolum concuti, ſed etiam funditus everti poſſimus. Itaque dare operam debemus ut nos præmuniamus, & intelligamus, prout jam declaravimus, Deum tanto magis nos ſibi obſtringere, quod nos viſitare dignetur, & in noſtram vitam excubare paterna cura: adeo ut nunquam ſatis magni facere ipſius gratiam queamus. Quin etiam tum quum nos ob peccata noſtra punit, noverimus indignos eſſe nos quibus caſtigandis manum admoveat, quum potius digni ſimus quos in ſordibus noſtris putreſcere ſinat. Deus igitur nos caſtigando, tum bonitatem, tum juſtitiam ſuam oſtendit. Quare? Hoc enim modo invitat homines ad reſipiſcentiam: deinde ad eos humiliandos, facit ut ſe judicem ſentiant: eos in bonum ipſorum caſtigat, niſi ſua ipſorum ingratitudine à proficiendo prohibeantur. Quicquid ſit, caveamus ne dicamus Deo, Quid eſt homo ut illum magni facias, & diluculo viſites? Ne ægre feramus ſi Deus ſingulis actionibus noſtris invigilet. Quod iis tantum moleſtum eſt qui ſibi habenas laxari volunt, ut ſint à caſtigatione immunes. Sed quid utilitatis ad eos hinc redeat? Ponamus, Deum abjecta noſtri cura claudere oculos, ut ſinat nos pro libidine agere. quid poſtea nobis futurum patientiæ ſignum dediſſet. Quid cauſæ eſt cur hic Jobus, inſtar deſperabundi & perditi, excandeſcat & indignetur? Inde fit quod reſpiciens quæ ſibi exprobrarentur, eo minus in Deum eſſet intentus. Idque eſt quod ſupra monebamus, ſi homines nobis moleſtiam faceſſant, non eſſe quod huc intendamus oculos: ſed videntes Satanam hac nos ratione in confuſionem conjicere conantem, ad Deum recta recurramus, coram eo gemamus, certi, daturum nobis ut ſuas caſtigationes melius interpretemur, & majorem inde fructum ſentiamus. Porro voluit hoc loco Jobus melius exprimere magnitudinem ſuæ afflictionis, dum ſuam ad Deum orationem convertit, acſi diceret, Siquidem vos non intelligitis, nec animo comprehenditis ſpirituale iſtud certamen, in quo me Deus conſtituit, oportet ergo ut alloquar meum Judicem. Breviter, perinde eſt ac ſi Jobus diceret, Non ſimulate loquor, ſed ita ut ſi præſentem Deum conſpicerem. Ut autem ante attigerat, vitam ſuam eſſe meram vanitatem, ſic nunc ait *debere Deum à ſe recedere dum ſalivam ſuam abſorbeat*, id eſt, dum reſpiret. Quibus verbis ſignificat Jobus, ſe durius, quam par ſit, à Deo haberi. Itaque videtur etiam hic, ut ſuperius, expoſtulare cum Deo. Sed jam attigimus, carnis ſuæ ſenſum ab eo exprimi. Et ſane quum Deus hominibus dat ut ei obtemperantes ſuam crucem tollant & patienter afflictiones ferant, non prorſus quidem illi ſunt expertes ſenſus, nec tales, ut non commoveantur nec exagitentur quum moleſtia & cruciatu afficiuntur. Verum ſeſe confirmant, & apud ſe ſtatuunt, illa omnia patienter ſibi ferenda: adeo ut dicant, Attamen Deus meus futurus eſt ſuperior: ei obſequi debeo & ejus voluntati acquieſcere. Hæc autem ſine negotio & certamine in animo ſuo conſtituere nemo poteſt. Jobus igitur exprimit affectus ſuos quales experiebatur, ut ad tempus in eo ſepulta Dei gratia videatur. Non quod prorſus eſſet extincta. Deus enim, ut dixi, illum ſuſtinuit. Sed hoc fidelibus ſolet contingere, ut quum turbantur, ita primo quaſi tranſverſi rapiantur, ut à Deo non amplius regi, & effrenibus equis ſimiles videantur. Verum illis etiam idem contingit quod equo ſeſſorem geſtanti. Equus ferocit ut pro libidine exſpatietur: ſed peritus ſeſſor illum facile domat, & freno adducto ad officium revocat. Sic & nos ſæpe à noſtris perturbationibus abripimur. Non propterea tamen dicendus eſt Deus concedere nobis ut pro libidine agamus. Nam ſtatim coërcet nos & ad ſe revocat: ut cum Jobo illum egiſſe videbimus. Licet quidem, ut ſupra oſtenſum eſt, fragilitatem vitæ noſtræ exponere Deo, quum ab ejus miſericordia relaxationem aliquam petimus. Jobus vero hyperbolice hic loquitur, ut homo prorſus amens, qui neſcit quo ſe vertat. Fidelis quidem dicat, Domine,

dies

Digitized by Google

vocando cogitemus: nec meditari poſſumus promiſſiones quæ in ſacra Scriptura continentur. Tunc vero quodnam eſt malorum noſtrorum remedium? Eſt tantus, ut dixi, noſtrarum perturbationum impetus, ut niſi Deus admirabili Spiritus Sancti virtute eis dominaretur (adeo ut neceſſe ſit illic Majeſtatem divinam, & aliquid homine ſuperius agnoſci) cœlum terræ miſceri identidem oporteret. Sed Jobus, ut dixi, longe aliam mentem habuit, quatenus ipſi aderat Spiritus Sanctus. Recede à me, inquit Jobus. Et quid nobis futurum eſt, ſi nos derelinquat Deus, ope ſua & adjumento deſtitutos? In illo ſumus & vivimus & movemur, ut loquitur Scriptura, & experientia ipſa docet. Num poſſimus, derelicti à Deo, ſalivam noſtram deglutire? Ridiculum. Quaſi major, quam in Angelis, nobis ineſſet virtus. Quorſum enim evadent, ſi à Deo deſerantur? Hæ creaturæ quamvis ſint immortales & gloriæ cœleſtis participes, ut quibus Majeſtatis divinæ contemplatione frui jam detur: nihilominus evaneſcunt & ad nihilum rediguntur, ſimulac Deus ab ipſis recedit. Num ergo nos, qui mere ſumus corrupti, majore virtute pollemus? Diſcamus itaque, dum Deus nobis ſpatium aliquod concedit, probe meditari noſtras infirmitates, quæ ſunt ſane immodicæ: diſcamus etiam, nihil melius eſſe quam nos à Deo viſitari, reſpici & regi pro ipſius arbitrio: alioqui ſingulis momentis futurum eſt ut deficiamus. Hæc ſunt hoc loco notanda Certum eſt autem, Deum in perſona hominis fidelis & patientia præditi, voluiſſe nobis proponere ſpeculum immodicarum perturbationum noſtrarum, ut iis ſedulo obſervatis quæramus remedium & levamentum hic nobis propoſitum. Quomodo iſtud obtineamus? Nulla meliori ratione, quam ſi illum invocemus, penes quem omnis virtus reſidet, ne permittat nos deficere dum ſic ejus manu caſtigamur. Porro ſubjicit, ***Peccavi, quid faciam tibi, ô cuſtos hominum?*** Hoc quidam exponunt perinde acſi Jobus adverſus Deum diſceptaret: Nihil poſſum quam peccare: quare me talem feciſti? Si hominum es cuſtos, cur ita me damnas, quum in te ſit ut me ſerves? Sed non eſſe hunc genuinum ſenſum, facile eſt animadvertere. Et qui ſic exponunt, nunquam intellexerunt quis ſit hoc loco Spiritus Sancti ſcopus: nec attenderunt quod de Jobo teſtimonium Scriptura perhibeat, fuiſſe nimirum virum inſigni patientia præditum, quantumvis alius videretur. Quid ergo Jobus indicare voluit? Perinde eſt acſi diceret, Confiteor peccatum meum, nec poſſum Dei judicium effugere. Quare? Eſt enim cuſtos hominum. Quorſum iſtud? Idem quoque contigit Jobo. Peccavi, inquit, Domine, ſatis me cruciaſti, non amplius neceſſe eſt ut tormentis à me veritatem eruas. Quum enim debitum ſim tibi confeſſus, cur me perſequeris? Tu cuſtos es hominum: cuncta noſti: ſi opus haberes perquiſitione ad res occultas pernoſcendas, recte diceres, Non te dimittam prius quam omnia peccata tua cognovero. At tu omnia perſpecta habes, inquit, tu es hominum cuſtos. Et ut homines ſeipſos non norint, nihilominus noſti quales ſint. Quod quum ita ſit, cur à me manum tuam non ſubducis, ne amplius ita premar? Hic itaque germanus eſt hujus loci ſenſus. Unde diſcimus quo evadant homines, quando metiri volunt juſtitiam Dei ſuo modulo, & ex ſuo ſenſu. Putant identidem Deum excedere modum, & nimis rigidum ac ſeverum eſſe. Et ut pleno ore illum accuſare nolimus, nihilominus ſtomachamur & indignamur: qualiter etiam tentatus fuit Jobus. Quid igitur? Sciamus Deum eſſe cuſtodem hominum, id eſt, nos ejus oculis patêre, & quicquid ad latitandum obtendamus, nihil hypocriſi noſtra impeditum iri Deum quominus contempletur & perſpiciat ipſas etiam cogitationes. Quid profecit primus parens noſter Adamus, quum citatus à Deo, ſeſe frondibus contexit? Invitus compareat oportet, ut peccatum ſuum detectum videat. Itaque obſervemus, in commentariis Dei perſcripta eſſe omnia cogitata, dicta factaq; noſtra: & quamvis judicium dictatum nondum legamus, tamen olim libros eſſe aperiendos poſtquam illud conſtitutum fuerit, juxta illam Prophetiam Danielis. *Dan. 7. verſ. 10.* Hoc itaq; primum obſervemus, Deum eſſe hominum cuſtodem, &, ut hic omnia perturbate & confuſe agamus, nihilominus Deum nihil omittere quod non annotet. Itaque, hoc cognito, demus operam ut in timore ac ſollicitudine ambulemus: ſiquidem Deus nos intuetur, incedamus velut coram ejus facie. Quæ doctrina ſi mentibus noſtris alte eſſet inſculpta, certe longe magis ſollicite & caute nos gereremus quam facimus. Pudorem nobis homines incutiunt, ne palam in turpitudines ruamus. Quare? Oculus humanus nos coërcet. An non ergo Deus & Angeli, vitæ noſtræ teſtes, hoc à nobis obtinebunt, ut in majori timore ambulemus? Proinde iſta cognitio cohibere nos debet, ne putemus iniquitates noſtras inultas fore: ſed quum Deo ſint notæ ac perſpectæ, judicium ejus ſubituras. Non enim pro more hominum agit: longe perſpicaciores habet oculos: etiamſi peccata noſtra confiteamur, plura tamen novit, quæ vel occultamus, vel oblivioni tradidimus. Ubi nocens ſua crimina

Digitized by Google

riri debes? ut poſtea etiam dicet. Sæpe enim Jobus candem querelam repetit. Verum quidem eſt, Deo nos in ſcopum ſibi proponente, tantam vim à nobis ſuſtineri non poſſe. Attamen non eſt quod à nobis recedat. Nam ubi Deus nobis dorſum obvertit, deficimus. Volumus ergo perſtare? Perſtabimus ſi Deus non averterit à nobis faciem, ſed in nos, pro arbitrio ſuo tractandos, tanquam in ſcopum oculos conjecerit: modo quidem bonitatis ſuæ indito nobis ſenſu, dolorem plagarum, quas inflixerit, ipſe leniat: & cognoſcamus, nec, dum iraſcitur, ipſum ſuæ miſeri-
Hab. 3: 2. cordiæ oblivisci; ſicut in illo cantico Habacuc habenibus Dei noſtri, quod nobis ad extremum uſque opem ſit laturus) ad ipſum ſerio revertamur: ſcientes ejus officium eſſe ut mala in bona convertat. Augeat in nobis ſuas gratias, quo magis magiſque nos Domino noſtro Jeſu Chriſto conformemus. Et interea nos ita ſuo Spiritu Sancto regat, ne poſthac iram ipſius in nos provocemus, ut hactenus fecimus: ſed ut potius experti ejus lenem & paternam manum, tanto majus habeamus argumentum ejus tota vita noſtra celebrandi & glorificandi. Idque non nobis ſolum largiatur, verum etiam populis & nationibus, &c.

CONCIO TRIGESIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. VIII.

1. TUnc reſpondens Bildad Suhites, dixit,
2. Quouſque loqueris hæc? ſermones oris tui ſunt velut ventus validus.
3. An Deus perverteret judicium? & an Omnipotens perverteret juſtitiam?
4. Quoniam filii tui peccaverunt, demiſit eos in poteſtatem defectionis ipſorum.
5. At ſi mane quæſieris Deum, & Omnipotentem deprecatus fueris,
6. Si purus & rectus fueris, certe evigilabit tua cauſa, & pacificum reddet habitaculum juſtitiæ tuæ.

UT non mediocrem utilitatem ex hoc capite percipiamus, meminiſſe debemus quod jam oſtendimus: nempe Jobi amicos malam cauſam bonis argumentis & rationibus tractare. Male quidem applicant: ſed doctrina tamen ipſa in ſe ſancta eſt & utilis. Itaque dum in genere iſta conſiderabimus, præclaræ ſententiæ nobis occurrent. Et ſane huc in primis tendit Bildad, ut aſſerat Deum homines puniendo juſtum eſſe, nec poſſe à quoquam jure accuſari. Proculdubio tota hæc doctrina non modo bona eſt, ſed etiam non ultimum inter fidei articulos locum obtinet. In hoc tantum peccat Bildad, quod illam Jobo peculiariter velit applicare. Nam, ut jam vidimus, non ea mens ſancti viri erat, ut Deum accuſaret, & in eum inſurgeret. Conquerebatur modo, ſe habita ſuæ infirmitatis ratione, malo nimis acerbo & gravi affici. Non propterea tamen Deum glorificare deſinit. Itaque notemus Bildadis iniquam fuiſſe cauſam: ſed interim quod hic proponit, bonum & juſtum eſſe, & à nobis excipiendum, ut ædificationi noſtræ accommodatum: quemadmodum quum ait, eos qui cum Deo litigant, velut ventum in aëre excitare. Omiſſa igitur Jobi perſona, ut jam monuimus, hæc in genere conſideremus. Audimus ut improbi & increduli, blaſphemantes & obtrectantes juſtitiæ Dei, videantur tonare aut fulminare. Quid tum? Omnes eorum ſermones ſunt nil niſi ventus, qui ſtatim evaneſcit: nec ad eam ſublimitatem, quam præfert Dei Majeſtas, pertingere queunt. Proinde ex hoc loco diſcamus, primum, non eſſe quod, auditis in Deum blaſphemiis, admodum miremur & obſtupeſcamus, quin Deum ſemper glorificemus. Semper enim integer & incolumis perſtat: nihil ejus Majeſtati detrahere poſſunt homines, quamvis pleno ore illi obtrectent. Deinde docemur, de Deo ſobrie & cum omni reverentia ac humilitate loquendum eſſe: nec ejuſmodi ventum jactemus de quo hic agitur. Quamvis enim nullo præjudicio nocere Deo poſſimus, nihilominus ulciſcetur qui in ipſum inſurgere iſtis ſuperbis & arrogantibus verbis jactandis conantur. Quid igitur? Comprehenſa animis, quam S. Scriptura continet, doctrina nos vera firmitate

adorandam eſſe, quamvis non plene cognitam & pa-
Pſal. 30. *verſ.* 7. tentem. Ejus conſilia vocantur magna abyſſus: dici-
tur habitare lucem inacceſſam: non poſſe nos eo per-
Rom. 11. *verſ.* 33. tingere ut ejus mentem cognoſcamus. Hoc tamen
ſtatuere apud nos debemus, proprium Dei eſſe, ut
1 Tim. 6. *verſ.* 16. omnia cum ſumma integritate & inculpate agat. Jam
itaque videmus quomodo ſit concipiendus Deus. Pro-
fani, quum de Deo loquuntur, dicunt quidem
Deum eſſe ſupremum mundi Creatorem: ſed interim
non cognoſcunt quid ei ſit proprium, & quo pacto
ſeſe nobis patefaciat, nempe in ſua juſtitia, bonitate,
ſapientia, denique in iis omnibus quæ nos ad eum
amandum, honorandum & colendum allicere poſ-
ſunt. Quod in primis attendere debemus. Quid enim
nos juverit, ſi ſubtili quidem eſſentiæ divinæ & glo-
rioſæ ipſius Majeſtatis cognitione præditi, interim
tamen non comprehendamus quæ de Deo experien-
tia doceri debemus, & quæ ipſe de ſe nobis patefacit?
Actor. 17. quemadmodum quum dicitur habitare in nobis, &
verſ. 28. nos in ipſo vivere, eſſe ac moveri, ejus miſericordia
Pſal. 36. plena eſſe omnia, nos ipſius bonitate ſuſtineri, quic-
verſ. 10. quid lucis obtinemus ab illo uno manare, ejus eſſe
mederi noſtris omnibus vitiis & corruptelis, ne mini-
mam quidem juſtitiæ particulam habere nos poſſe
niſi eam ab ipſo, ejus fonte, hauriamus. Quod ſi hæc
ignoremus, quid nobis proderit ſcire quod ſit unus
Deus, qui omnia continet, & Majeſtatem ejus aliqua
notione apprehendere? Itaque tanto diligentius no-
tare debemus quod hic dicitur, nempe ut certo & rato
principio habeamus Deum eſſe natura juſtum, nec
magis poſſe à recto & æquo deflectere quam ſuæ
ipſius eſſentiæ renunciare. Non minor enim abſurdi-
tas eſt dicere Deum quicquam præter rationem face-
re, quam dicere Dei eſſentiam imminui aut ad nihi-
Rom. 3. lum redigi. Sic etiam, 3. ad Romanos, Paulus arguit,
verſ. 5, 6. quum occurrit blaſphemiæ quæ adverſus ipſius do-
ctrinam moveri poterat: ut ſunt homines veneno
ſemper oppleti ad obtrectandum veritati divinæ &
contradicendum. Paulus itaque ait, Num Deus eſt in-
juſtus? Abſit: alioquin quomodo judicaret mundum?
Qua voce Judicandi, oſtendit id ratum fixumque
apud nos eſſe oportere, Deum tantopere æquitatem
diligere, ut quicquid agat & faciat, ad hanc normam
exigat. Videmus igitur huic loco reſpondere illam
Pauli ſententiam. Bildad enim ſub nomine *Dei* com-
prehendit Juſtitiam & æquitatem, nec non ſub voce
Omnipotentis: acſi diceret, Num poſſumus Deum
ſpoliare ea re quæ ita ipſius eſſentiæ conjuncta eſt ut
ab ea ſejungi nequeat? Id perinde eſt ac ipſum ex ſolio
colligendi, ut dicamus, Verum eſt, iſtud videri ab-
ſurdum noſtræ rationi: ſed cauſa cademus ſi cum Deo
diſceptemus. Præterea hoc ſine exceptione nobis te-
nendum eſt, illum eſſe juſtum. Quoniam igitur nunc
ex parte tantum cognoſcimus, & quaſi per ſpeculum *1 Cor.* 13.
ac per ænigma, præſtolemur diem illum quo facie ad *v.* 9, 12.
faciem gloriam Dei conſpiciemus: & tunc compre-
hendemus quod jam nos latet. Sic itaque Deus vult
exercere fidem noſtram: ut illud confiteamur, in-
quam, etiamſi jam nobis non ſit conſpicuum, nec
plene cognitum, & ſuam quiſque rationem opponat
Deo, quærens cur ita faciat. Licet igitur iſta non
cernamus oculis, humillime tamen debemus Deo tri-
buere quod ipſi competit. Alioquin perinde cum illo
agimus acſi pro viribus niteremur ipſius eſſentiam
immortalem tollere & exinanire. Illud autem probe
in animis noſtris inſculptum gerentes, præclare diſ-
poſiti ſimus ad nos manui divinæ ſubmittendos, adeo
ut quamvis nos affligat, & durius quam vellemus tra-
ctet, nihilominus patienter id feramus. Quare? Qui
enim impotentius fert quum malum patitur, ſciat ſe
Deo inſultare: nec poſſe Deo indignari, quin omni
æquitati & juſtitiæ reſiſtat. Et quis exitus iſtius cauſæ
futurus eſt, niſi confuſio & exitium? Hoc freno igi-
tur cohibenda eſt impatientia, nempe cognitione ju-
ſtitiæ Dei, quæ alte mentibus noſtris inſcripta eſſe
debet. Nos enim ipſos perdimus dum ita omni æqui-
tati reſiſtimus: & quum in rebus adverſis excandeſci-
mus, Deo bellum facimus, & volumus ipſius juſti-
tiam pro noſtra virili pervertere. Sed & aliquid
præterea requiritur ad veram patientiam. Nam
etiam cognita Dei juſtitia, nihilominus ad deſpera-
tionem ſollicitari poſſumus. Ecce, peccator aliquis,
urgente conſcientia confiteatur ſincere, Deum juſtiſ-
ſime in ſe animadvertere: ſed ita ut putet ſibi eſſe
pereundum, nec ſibi paratam eſſe veniam. Sic igitur
fieri poteſt ut qui manu Dei viſitatur, in deſperatio-
nem incidat, licet Deum juſtum eſſe agnoſcat. Et ſane
videmus quid Jobo contigerit. Non omni quidem
deſtitutus fuit patientia: ſed nihilominus horrificis
perturbationibus jactatus fuit, ut jam vidimus & vi-
ſuri ſumus. Verum eſt, illum non dubitaſſe de juſtitia
Dei: ſed dum ſuam infirmitatem reſpicit, Domine, in-
quit, ſum adeo fragilis, & tamen adverſum me tuam
virtutem exeris. Quis ego ſum? Videris velle fulmen
vibrare in puſillam creaturam, vermiculo minorem.
Propterea igitur dolet Jobus & angitur, quod primo
nequeat ſibi perſuadere Deum in tanta ſeveritate
nihilominus ſibi adeſſe ac ſubvenire, atque etiam
felicem

Digitized by Google

neceſſe ſit. Additur poſtea promiſſio, quod Deus ipſum exſpectet & ad pœnitentiam agendam vocet: itaque, dum tempus eſt opportunum, eſſe quod ad Deum propere revertatur. Hæc duo igitur notat hoc loco Bildad. Jam autem diximus applicari perperam ipſi Jobo. Quare? Eſt enim mala cauſa bene acta. Itaque hæc generaliter conſiderata ſibi quiſque pro ſua ſorte & neceſſitate applicet. Hic audimus Deum animadvertere in contumaces & rebelles. Unde admonemur, ut nos demittamus & humiliemus, ne laxemus habenas infirmitati carnis noſtræ: ut ſolemus pro libidine agere, adeo ut minus vereamur indignari Deo quam alicui nobis inferiori vel pari. Hæc audacia diabolica in mundo regnat, ut is, qui non auſit creaturam mortalem offendere, audacter Deo inſultet. Proinde perpetuo meminerimus, quod hic docemur: nempe, quotieſcunque Deus improbos plectit, & horrendis pœnis afficit, oportere ut demittamus oculos, & ora comprimamus, ne quid adverſus Deum obganniamus: quum idem exitium nos maneat, ſi illorum exempla imitemur. Propterea Scriptura dicit, quum Deus ſua judicia in terra exercebit, fore ut homines juſtitiam diſcant. *Eſa.26:9.* Quibus verbis Propheta indicat, homines, dum peccata inulta manent, ſeſe indurare, & laſcivire. Putant ſe effugiſſe manum judicis: denique nullo timore, nulla modeſtia continentur. Sed quum Deus in tribunali ſedet,& ſui judicii exempla edit,conſternamur,& præ metu ſub ejus manu ſubſternimur: & hoc ad nos ad meliorem frugem revocandos pertinet. Ita igitur judicia, quæ Deus in ſceleratos exercet, debent nos eo adducere ut nos ejus imperio ſubjiciamus. Quo etiam ſpectat hic locus. Verum quidem eſt non oportere ut quicquam ſentiamus de exitio filiorum Jobi: quum veriſimilius ſit, Deum pœna temporali voluiſſe illorum animas ſalvare in æternum. Vidimus enim ſupra mutuam ipſorum concordiam. Scriptura non ita de illis loquitur ut de filiis Heli. *1 Sam. 2. verſ.12.* Rurſus vidimus Jobum ſolennia ſacra facere ſolitum fuiſſe, expletis ipſorum conviviis. Nec dubium eſt, ut declaratum fuit, quin eos hortaretur ad veniam à Deo implorandam, & illi preces ſuas paternis precibus adjungerent, inter ſacrificandum. Itaque nihil poſſumus ſtatuere de reprobatione filiorum Jobi: & ſcimus Deum aliquando violenta morte ex hoc mundo tollere quos elegit & ſaluti deſtinavit, adeo ut ejuſmodi ſeveritatem in ipſorum ſalutem convertat. Ita oportet ut eorum corpora ad tempus pereant, quo ipſorum animæ æternam ſalutem conſequantur. Idem poteſt Jobi filiis contigiſſe. Sed, uti dixi, non debemus hic perſonas intueri: tantum excipienda eſt doctrina, nempe, quotieſcunque Deus brachium exerit ad plectenda hominum ſcelera, neminem noſtrum num genus, vult oſtendere nullum peccatum impunitum manere. Proinde prævertite ipſius vindictam, nec exſpectate dum in vos irruat: ſed aliorum exempla ad uſum veſtrum applicate, quæ vobis eminus conſpicienda præbet. Hactenus de ſententia illa, qua in genere docemur rebelles in locum ſuæ iniquitatis mitti. Sunt quidem nonnulli adeo vecordes & inſani, ut improborum cauſam contra Deum tueri auſint: verum diſcamus, ſtatim ac in ſuas creaturas manum Deus injicit, confitendum eſſe quod juſte agat, licet non aperiat nobis cur hoc faciat. Unde etiam docemur,quod fuſius alias docuimus,ut,quum ſcelera ſunt publica & manifeſta, dicamus, Deus hæc nobis admonendis ob oculos ponit tanquam typos quoſdam, ſicut loquitur Paulus 1 Cor. 10. Ut ſi quem blaſphemiis indulgentem, contemtorem Dei, indomitum & contumacem: ſi quem profanum, ſcortatorem, nebulonem, nequam & diſſolutum: ſi quem temulentum: ſi quem furem & raptorem, impoſtorem, denique ſceleratum & impium à Deo plecti cernamus, tum meminerimus totidem eſſe admonitiones nobis propoſitas, ne cum ipſo ludamus, nec minas ejus putemus eſſe pueriles,ſed cum effectu conjunctas. Quod ſi nulla nobis cauſa ſit conſpicua, nihilominus ſciamus, licet majori etiam ſeveritate Deus utatur, non propterea interrogandum eſſe cur hoc faciat. Nec eſt quod exiſtimemus, nobis in hoc mundo id patefaciendum eſſe. Hæc ergo notare & in memoriam reducere par eſt: nempe, quum calamitates & afflictiones à Deo inflictas cernimus, ut primum obſervemus an aliqua peccata ſint conſpicua,quo diſcamus obtemperare Deo cum omni demiſſione: ita ut ſe quiſque examinet, ne eadem condemnatione involvatur. Deinde, ſi Deus nos in hoc mundo viſitet, & in languorem conjiciat, adeoque premat, ut nobis mille mortibus acerbior ſit vita noſtra: meminerimus tamen, nobis adhuc dari locum pœnitentiæ: ut ſi brevi ad illum revertamur, inveniamus paratiſſimum ad nos recipiendum, & *habitaculum juſtitiæ noſtræ pacificum reddendum*: modo cum precibus & corde puro ac recto accedamus. Operæ pretium eſt hæc noſſe: quibus admonentur homines, ut ſedulo agnoſcant ſummam erga ſe gratiam Dei & favorem, quod ipſos non ſtatim è medio tollat, ſed vitam ipſis producat. Ejuſmodi quidem languor, quo detinebatur Jobus, morte durior videatur: & videmus etiam eum, dum præſentem ſolùm conditionem ſuam reſpicit, ſtrangulationem præoptare: ſic enim ſupra *Job. 7. verſ. 15.* loquebatur: ſed tamen ſi reſpiciamus finem illum quem Deus ſpectat, ſi ſcopum, quem nobis proponit, intueamur, omnium dolorum noſtrorum lenimentum reperiemus. Quare? Sentiemus adhuc ejus miſericordiam. Ponamus aliquem in hac vita ita cruciari,

Digitized by Google

quum illos propter ipſorum peccata caſtigat: nunquam uti tanto rigore quin admixta ſit ipſius clementia. Quare? Sunt enim totidem citationes ad ejus tribunal, ut illum judicem noſtrum ſentientes confugiamus ad ipſius gratiam & miſericordiam infinitam, nec dubitemus quin patrem ſe exhibeat omnibus ipſum implorantibus. Unde conſpicua eſt mundi ingratitudo. Afflictiones enim ſunt univerſales, ut nemo ſit qui illarum non fiat particeps. hanc enim vitam non tranſigimus citra Dei multiplices caſtigationes: videmus ut Deus nos viſitet. Interea tamen quis converſionem ad Deum meditatur? Rariſſimus eſt ejuſmodi hominum numerus. Clara eſt igitur ingratitudo noſtra, qua fit, ut licet Deus nos ad ſe vocet, quod nolit nos perire, tamen contumaciter ipſius admonitiones rejiciamus. Sed & hæc doctrina ad hoc prodeſſe nobis debet, ut in Deo ſperemus: adeo ut quamvis in hoc mundo perſequutionibus ſimus vexati, non dubitemus tamen quin Deus nos ad ſe perpetuo revocet, & nolit nos fruſtrari ſpe noſtra, modo ad ipſum certa fide accurramus. Itaque confidamus Deum nobis fore propitium, & gratias illi agamus quod vitam noſtram produxerit, nec repente nos ſuſtulerit, ſed ſpatium nobis dederit peccata noſtra meditandi, ut in eis nobis diſplicentes, ad ipſum reverteremur. Veniamus ad conſolationem hic poſitam: *Si mane quæſieris Deum, & Omnipotentem deprecatus fueris, ſi purus & rectus fueris, certe expergiſcetur ad te.* Hæc diſerte adjuncta ſunt propter obſtinationem hominum, qui licet à Deo ſubinde ſollicitentur ut ad viam ſalutis redeant, huc animum non advertunt. Propterea expreſſe monemur, non eſſe quod adverſus ſtimulos recalcitremus, nec reſiſtamus ceu

... temporis anguſtias nunc explicare non licet, memoriæ tamen ſunt inſcribenda, quo brevem ſummam ſuperioris orationis colligamus. Denique diſcamus humiliari ſub præpotente manu Dei, juxta Apo- *1 Pet. 5:6.*
ſtoli exhortationem. Meminerimus etiam illum juſtum eſſe, adeo ut, quæ exercet judicia, etſi interdum ſeveriora juſto nobis videantur, nihilominus confiteamur eum nihil non recte & juſte facere, & os comprimamus ne quid in eum effutiamus. Nec iſtud ſolum cognoſcamus, Deum eſſe juſtum: ſed etiam hæc cognitio nobis ad hoc proſit, ut illo puniente rebelles & Majeſtatis ſuæ contemtores, ac contumaces, ſciamus nos ab ipſo invitari ut ad ſe convertamur. Itaque non eſt quod exſpectemus dum nobis ictus infligat. Sed inde ad juſtitiam conſectandam incitemur, juxta illud Eſaiæ quod ſupra attulimus. Quinetiam, ſi Deus velit nosipſos affligere, ne ægre feramus ejus correctionem, ut monet Apoſtolus in epi- *Heb. 12.*
ſtola ad Hebræos. Sed in primis, quum ſciamus nos *verſ. 5.*
invitari, ſummo etiam mane ad eum adeamus, afferentes cor purum & rectum, quo, uti decet, veniam ab ipſo precemur: & Davidis exemplo illum oremus ut nos ab omnibus maculis purget, ſicuti nos ablutos eſſe convenit: quo ea puritate, quam requirit, in ejus conſpectu comparere poſſimus.

Proſternemur autem coram Majeſtate Optimi Dei noſtri, agnoſcentes innumerabilia peccata, quibus illum quotidie offendimus. Det nobis ut illa melius in poſterum ſentiamus quam hactenus, quo in eis nobis diſpliceamus: & ad ipſum reverſi, debitam ei gloriam tribuamus, quo magis in ſancta ejus gratia & Legis obedientia confirmemur. Sic autem precabimur, Deus Omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

K CON-

Digitized by Google

13. Ita ſunt ſemitæ hypocritarum, & omnium obliviſcentium Dei fortis: & ſpes impii perit.

PRincipio colligenda nobis eſt eorum ſumma quæ jam expoſuimus: nempe, Deum nobis in gratiam recipiendis ſemper fore paratum, quoties ipſum, quamvis peccatis noſtris offenſum, invocaverimus. Sed diſerte monemur ut bene mane ad illum adeamus, ne ipſius patientia abutamur, ut facere videmus irriſores. Poſtea additur, *ei ſupplicandum eſſe ex puro & recto corde.* Verbum autem *ſupplicandi* includit confeſſionem peccatorum, & nomen *puritatis* prohibet omnem ſimulationem. Videmus itaque Deum hac promiſſione nos ad ſe invitare atque revocare: ac ſi dicat, An homines ſeſe volentes & ſcientes perdant, quum ipſis à me ſit parata venia, licet viam exitii tenentibus? Obſervemus ergo, Deo nobis januam aperiente, nos bis condemnationem mereri niſi illum adeamus. Scimus deſperationem indurare illos qui ab officio deflexerunt, ut in omne ſcelus temere ac ſecure ruant: ſed Deo ſuam miſericordiam ſemper nobis paratam pollicente, an non commoveri debemus? Itaque ſedulo notemus promiſſionem hic propoſitam. Et ſimul properemus, quum Deus nolit nos adventum procraſtinare. Quum nos ſollicitat ut peccata noſtra meditemur, quo nobis in eis diſpliceamus, ne iſtud in aliud tempus rejiciamus, præſertim reſonante illa cœleſti

Pſal. 95. voce, Venite, ne indurentur corda veſtra, ut dicitur

v. 1, 6, 8. in Pſalmo: ſed potius ſequamur Eſaiæ Prophetæ

Eſa. 55. exhortationem, Quærite Dominum dum poteſt in-

verſ. 6. veniri, illum invocate dum prope eſt, impius relin-

& 49: 8. quat viam ſuam. Nam (ut alibi dicitur) Ecce tem-

2 Cor. 6. pus acceptum, dies ſalutis, quum Deus nos ad reſi-

verſ. 2. piſcentiam vocat. Si differamus, elabetur occaſio, & non cogitantibus nobis janua claudetur. Hæc vis eſt verbi illius *properandi.* Notemus autem, nobis coram Deo comparentibus nihil prodeſſe excuſationes: nam

Job. 9: 3. ut aliquid poſſimus obtendere, (ut poſtea viſuri ſumus,) Deus mille contra afferet, ad quorum unum nihil reſpondere queamus. Accedamus igitur cum precibus, ut hic docemur ſupplicandum eſſe Domino. Quod ſignificat, cum ſupplicatione conjungendam eſſe puram & ſimplicem peccatorum noſtrorum confeſſionem, ut non ſolum dicamus, Peccavi, ſed etiam reſipiſcamus. Multos enim videre eſt, libere fatentes ſe jure à Deo puniri propter graviſſima peccata à ſe commiſſa, ſed nihilominus ad nova patranda ſunt parati. Deo illos aut morbo aut alia afflictione conſtringente, præclara pollicentur: ſed ubi Deus manum ſubduxit, ſtatim fucum detegunt. Itaque obſervemus, confeſſionem, quæ hic nobis præcipitur, debere puram & rectam eſſe, qua ſerio malum condemnemus, quærentes reconciliationem cum Deo. Fructus autem ſubjicitur gratiæ impetratæ. *Deus,* inquit, *pacificum reddet habitaculum noſtræ juſtitiæ.* Quaſi diceret Bildad, Deum, ubi reconciliatus homines in gratiam recepit, non deſerere illos, ſed facere ut ſuæ miſericordiæ & benevolentiæ fructum percipiant. Deus condonando non iis eſt ſimilis qui obteſtantur quidem ſe remittere offenſas aliorum in ſe commiſſas, ſed interim omnes occaſiones captant vindictæ: An iſte eget auxilio meo? oſtendam ab ipſo mihi factam eſſe injuriam. Ejuſmodi remiſſio perverſa eſt. Deus ſecus facit. nam ubi pronunciavit peccata nobis eſſe remiſſa, ſtatim effectum addit, bonitatem ſuam re ipſa declarans, nobis benedicendo & res proſperas largiendo. Nominatim autem ſit mentio habitaculi noſtræ juſtitiæ, idque duas ob cauſas. Prima eſt, ut eo melius gratia Dei exprimatur, ut quæ non ad nos ſolos, ſed etiam ad totam domum noſtram ſit perventura. Magnum eſt Dei beneficium, ſi unius hominis miſereatur: ſed quum ſuam bonitatem longius porrigit, nempe ad ejus liberos, pecudes & familiam, an non eo clarius Dei bonitas elucet? Iſtud igitur hic notatur, Deum pacificum reddere ac proſperum habitaculum hominis ad ipſum ſtatim revertentis. Hoc autem habitaculum vocatur *juſtitiæ,* ut meminerimus non eſſe quod ad Deum accedamus niſi cum illa rectitudine & puritate quæ modo dicta eſt. Et ex oppoſito, Deo nos perſequente, ſciamus nos circumferre ligna aptiſſima ad concipiendam iræ ipſius flammam, quod non deſinamus peccata peccatis cumulare. Quare? Nam ſi juſtitia habitaret in noſtris domiciliis, id eſt, ſi nos cum tota familia noſtra viam à Deo præſcriptam teneremus, profecto Dei gratia nos præveniret, omniaque nobis ex voto ſuccederent. Perſequutionis igitur & afflictionis cauſa peccatis noſtris eſt adſcribenda. Hæc in ſumma nobis hoc loco proponuntur obſervanda. Confirmationis cauſa ſubjicitur, *Licet principium noſtrum ſit exiguum, à Deo tamen auctum iri.* Hoc expreſſe adjicitur, ne homines gratiam Dei metiantur ex iis quæ apparent. Hinc fit ut deſpondeamus animum, aut tenuem admodum ſpem concipiamus: quoniam oculos conjicimus in media humana: ex quibus de rebus futuris ſtatuimus, Hæc res hunc exitum, illa illum habitura eſt. Interim obliviſcimur Deum facile poſſe nobis opitulari. contra putamus rem eo redactam unde erui nequeat. Videmus itaque Spiritum Sanctum hoc loco velle perverſum iſtud judicium noſtrum corrigere, quo metimur Dei gratiam ex ſenſu noſtro. E contrario dicitur Deus habere rationes
pror-

Digitized by Google

rejecisse qui ad se confugiunt, nec eorum exſpectationem eſſe inanem & inutilem, modo abſit ſimulatio. Poſtea ſubjicit, *Ab heſterno die tantum ſumus: nam umbra ſunt dies noſtri. At patres te docebunt, & ex animo ſuo verba proferent*: id eſt, nihil proferent niſi certum & experientia ipſa comprobatum, nec aliter ſentient ac loquuntur. Quum Bildad de majoribus & patribus loquitur, proculdubio ſignificat experientiam omnium temporum, ut jam attigimus: nec de ſenibus ſui temporis agit, ſed de pridem mortuis. Quærat aliquis, potueritne Jobus hos ſciſcitari. Reſponſio eſt in promtu, non agi de ipſis hominibus, ſed de rebus ipſis quæ geſtæ ſunt priſcis illis temporibus, prout proditæ ſunt hiſtoriis. Quaſi dicat Bildad, Nihil novi in medium adduco: ſi ab initio mundi repetas, comperies ſic ſemper agere Deum: ſimulac homines à ſuis iniquitatibus revertuntur, auxiliarem manum ipſis porrigere, & januam ſalutis aperire. Iſtud, inquit, cognoſces. Hinc igitur utiliſſimam admonitionem colligimus, non oportere ut oculos claudamus, quominus ea cernamus quæ Deus nobis demonſtrat, & omnibus ſeculis demonſtravit. Debemus potius res quondam geſtas contemplari, quas ad uſum noſtrum applicemus. Verum quidem eſt, homines (ut ſunt ad vanitatem propenſi) non poſſe ſuos ſpiritus eo applicare, niſi à Deo cogantur. (Propterea
Pſal. 143. *verſ.* 5. David teſtatur, ſe, dum affligeretur, recordatum eſſe dierum antiquorum, & priſca tempora in memoriam reduxiſſe.) Hoc tamen principium perpetuo tenere debemus, meditanda eſſe opera Dei, non ſolum facta noſtris temporibus, ſed quæ à majoribus accepimus. Ideo voluit Deus exſtare hiſtorias, quibus rerum præteritarum memoria conſervetur. Harum quidem lectione delectantur homines, ſed hæc delectatio vana eſt: quia non applicant ad ſuam inſtitutionem quæ de rebus præteritis docent hiſtoriæ, vera vitæ noſtræ recte inſtituendæ ſchola. Illic enim contemplamur Dei judicia, illic videmus quomodo afflictis, ad ipſum confugientibus, ſubvenerit: atque adeo quomodo gratiam ſuam confirmarit, &, quamvis omnes eſſent increduli, nihilominus conſervarit aliquos, quibus ſuam veritatem patefaceret. Denique illic animadverteremus, mare & abyſſum ſapientiæ eſſe opera Dei, ſi puros & limpidos ac non turbatos oculos haberemus. Diſcamus igitur, quum in recta doctrina voluerimus confirmari, longius proſpicere quam ad *umbra*. Qui locus bifariam exponi poteſt. Quidam putant Bildadem hæc protuliſſe, quaſi diceret, Scio te nihili facturum quæ adducam, ut qui non ita ſim ſenex & provectus ætate, ut pro viro ſapiente habear. Eſto: pro nihilo ducantur ſermones mei, quod non reſpondeant meæ perſonæ. Idem tamen audies à patribus & majoribus noſtris. Sed iſta expoſitione, qualiſcunque ſit, omiſſa, genuinus hujus loci ſenſus hic videtur, quod Bildad voluerit incitare Jobum ut priſca tempora conſuleret: quia parum eſt præſentia duntaxat ſpectare. Quotidiana quidem experientia, quam Deus nobis ipſe proponit, ſufficit ad nos inſtituendos ac docendos: adeo ut, quæ anno uno aut altero, imo quæ uno die vidimus, ea nobis omnem excuſationem adimant, ut fruſtra dicamus, Non animadverti, non mihi Deus indicavit. Satis inſtructionis, inquam, ſeſe oculis noſtris ingerit. Verum quum tanta ſit noſtra tarditas, ut neceſſe ſit à Deo nobis quaſi manſos cibos in os inſeri, quos ne ſic quidem facile glutimus: propterea nos rerum præteritarum cognitione donat. Exempli gratia, Si neglectis quæ ante nos natos evenerunt, dicamus, Satis ſapientiæ acquiram ex conſideratione rerum quæ in vita mihi occurrent: Quid? num Deus fruſtra voluit ſcriptis mandari res priſcis temporibus geſtas? Quum Scriptura docet, quomodo inde à condito mundo Deus homines rexerit, ob ipſorum peccata caſtigaverit, & ſua tamen bonitate illorum malitiam ſuperarit, in primis autem ſuorum protegendorum curam geſſerit, & afflictis ſuccurrerit: quum, inquam, Deus per ſingulas ætates nobis res adeo utiles patefaciat, an hæc ſupprimi & negligi volumus? nonne fœdiſſima ingratitudo fuerit, ſi res adeo fructuoſas rejecerimus? Notemus ergo Bildadem huc Jobum adducere ſtuduiſſe. Proinde, volumusne excitari ad ea percunctanda quæ nobis ſalutaria ſunt? Cogitemus de noſtra ætate, quam ſit antiqua. Sumus ab heſterno die, & citius quam umbra dies noſtri evaneſcunt. Annos quidem quinquaginta vel ſexaginta vivimus: ſed nihilominus verum eſt quod dicitur in cantico Moſis,
Pſalmo 90. Mille annos eſſe inſtar unius diei coram Deo: ac proinde vitam hominis eſſe tanquam *Pſal.* 90. *verſ.* 4.
ſomnium repente evaneſcens. Probe igitur cognita vitæ noſtræ brevitate, quæ velocius umbra præterit: eo certe diligentius de rebus præteritis percunctabimur. Quare? Ignari enim ſumus dum hujus vitæ

mus: nempe, quum ab heſterno die tantum ſimus, quum vita noſtra nihil aliud ſit quam umbra, id eſt, quum non vivamus in hoc mundo tam diu, ut quæ videmus nobis ſufficere poſſint, utile eſſe ut ſuperiores ætates conſulamus, Deo nobis hanc facultatem concedente. Denique admonemur, ut probe conſideremus præterita Dei opera, ac non ea prætereamus, ut ad nos nihil pertinentia: quum ad noſtram inſtructionem ſint memoriæ prodita. Itaque omnes ſuperiorum temporum hiſtorias ad noſtram eruditionem applicemus, quo incitemur ad fiduciam in Deo collocandam, & ad eundem in noſtris neceſſitatibus invocandum, timendum atque honorandum, ut poſtulat. Sequitur autem, *Juncus non creſcit niſi in humido loco, nec gramen ſine aqua. Quum adhuc eſt in virore ſuo, etiam antequam decerpatur, ante omnem herbam areſcit. Ita ſunt ſemitæ omnium obliviſcentium Dei, & ſpes impii perit.* Hæc ſunt ſuperioribus oppoſita. Principio quidem hujus capitis adducta fuit hæc ſententia. Sed Bildad addiderat, qui ad Deum revertuntur, ut ad tempus officium deſeruerint, eis tamen illum fore propitium. Jam redit ad illud quod ante dixerat, Deum deleturum hypocritas & ſceleratos. Utiturque aptiſſima ſimilitudine, Num juncus, inquit, & ſimiles herbæ paluſtres creſcere poſſunt extra locum humidum? Sunt herbæ quædam quæ ſine aqua creſcunt in montibus, imo in nudis ſaxis: ſed iſtud habent à natura. Juncus vero & ſimiles herbæ in ſolis paludibus creſcunt: nam aqua nutriuntur, alioqui flacceſcunt. Ut igitur juncus aut herba paluſtris nonniſi in loco humido creſcere poſſunt: ſic qui à Deo non haurit alimentum, cum pulchra ſpecie ſua exareſcet ac peribit. Hæc ſimilitudo non hic tantum adducitur, ſed repetitur ſæpe in Sacris

Pſal. 1: 3. literis, ut omnes norunt. Dicitur in primo Pſalmo, Qui totus in Legis divinæ meditationem incumbit, illum ſimilem eſſe arbori ſecundum aquarum fluenta plantatæ: & quia radix nunquam humore deficitur, ideo ejuſmodi arborem nunquam areſcere, ſed perpetuo virore frui. Quare? Ut ſic exprimatur, Deum nunquam permittere ut probi pereant: ejus enim gratiam ad finem uſque ſuper eos defluere, quos in æternum protegat & tuetur. Non enim irrigamur ut ad aliquod tempus duntaxat ſubſiſtamus, ſed ut vitam æternam conſequamur. Sic igitur, qui Deo ſeſe ſubmittunt, ad rivos inſtar arborum ſati ſunt, ut æternum floreant. Quod melius etiam ex-

Jer. 17:5. primitur apud Jeremiam, 17. capite, quia illic Propheta utramque partem comprehendit: Maledictus homo, inquit, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, ſpem, & robur ſuum. Erit tanquam arbuſtum in deſerto, quod ad tempus vireſcit, ut mox ardore Solis exareſcat. Tales ſunt qui eas adurit antequam ad maturitatem perveniant. Ita improbi, licet evecti ſint, & pluris æſtimentur quam ii quibus Deus benedixit: tamen exareſcunt, adeo ut nullum fructum ferant: quantumvis ſpecioſi appareant, nihil ſolidi intus habent: ut qui ſimiles ſint juncis & herbis paluſtribus, de quibus hic agitur. In ſumma obſervemus, neceſſe eſſe, quo creſcamus & augeamur, ut à Deo ſuccum & vigorem hauriamus, ac proinde illi adhæreamus, & ejus gratia, ceu aqua perenni & vivifica, indeſinenter irroremur. Alioquin fieri non poteſt ut momentum ſubſiſtamus. Hæc ſummatim hoc loco docentur. Nos vero, ſi hanc doctrinam perſuaſam haberemus, proculdubio Deum non ita remiſſe quæreremus, ut facimus. Unuſquiſque in rebus ſuis ſibi placet, nec cogitat unde bona acceperit. Ita vento quiſque ſeſe paſcit, ut loquitur Propheta Oſeas: id eſt, homines ſeſe ſcientes fallunt, ſe divites putant, & nulla re indigentes, quum nihil habeant præter ventum, id eſt, ſtultam & inanem arrogantiam. Specie quidem tenus vireſcere & florere poterimus, adeo ut apud vulgus in pretio ſimus: ſed quicquid iſtud videatur, nihil eſt. Ita tamen externa illa ſpecie oculi noſtri perſtringuntur, ut putemus nos nihil egere Deo: ſic ſe quiſque fallit, ut ab aliis decipi non ſit opus. Interea autem notemus, Deum nos ad ſe revocare, dum monet nos pluſquam cæcos eſſe, quando in nobis ipſis aut in nihilo confidimus. Proinde obſervemus etiam Deum ſaluti no-

ſtræ conſulere, quum ſic nos compellat, Ego ſum *Jer.* 13.

aquæ vivæ fons, ſum perennis rivus, mea gratia perpetuo irrigandi eſtis, alioqui areſcetis: &, ut aliquandiu vireſcatis, tandem tamen flacceſcetis. Quid aliud dicit Bildad? Quamvis herbæ illæ, inquit, non metantur, nihilominus deficiente humore exareſcent, atque adeo in virore ſuo flacceſcent. *Talem exitum conſequetur ſpes hypocritarum.* Quibus docemur, etiam hominibus ceſſantibus, Deum arcana & incognita virtute nos conſumturum & in nihilum redacturum, niſi in ipſum ſperaverimus, & altas radices egerimus. Interdum quidem manu hominum Deus ſceleſtos plectit, & aliquando ipſos inter ſe committit, ut ſe mutuis vulneribus confodiant: ſed hoc ſæpius uſuvenit, ut Deus occulta ratione atterat ſuperbos & arrogantes, qui ſeſe mirifice efferebant: adeo ut liqueſcant ceu nix Sole irradiante: ut mirentur omnes quomodo id contingere potuerit. Quî fit ut ita depereant? Parum cogitamus quanta vis ſit maledictionis divinæ. Itaque meminerimus, Deum, etiamſi non utatur hominum miniſterio, poſſe tamen liquefacere ac delere homines: nec homines ſolum, verum etiam palatia, arces & quantaſcunque poſſeſſiones & divitias:

Digitized by Google

mus: ſed in eum toti recumbamus, ut qui ſit fons & ſcaturigo omnis boni atque felicitatis. Hæc vis eſt vocis *ſpei*, cujus hic ſit mentio. Poſtremo notare debemus, quomodo Bildad depingat hypocritas. Dicit enim eos oblivioni Deum tradidiſſe. Recte; quamvis enim hypocritæ Deum identidem in ore habeant, nihilominus ejus ſunt immemores. Vera autem Dei memoria ejuſmodi eſt, ut omnia bona noſtra in illo uno ſita credamus, in eo ſolo ſalutem quæramus, &, ejus miſericordia non interveniente, nobis neceſſario pereundum eſſe ſtatuamus. Ergo Deum oblivioni tradunt homines, quum in ſuis virtutibus ſibi placent, & à ſua ipſorum fortitudine pendent, nec in Deo quærunt ſuorum malorum remedia: quum huc tantum confugiendum ſit, non ſemel duntaxat, ſed quoties ejus ope indigemus. Dei non obliviſcemur, ſi perſuaſum habebimus omnia eſſe ab ejus manu accipienda, quoniam nudi ſumus & inopes. Sed qui propriis virtutibus confidunt, qui ſua induſtria freti a ſeipſis pendent, illi Dei obliviſcuntur. Quare? Ejus enim officium ad ſeipſos transferunt, ſibique uſurpant. Rurſus, qui malis affectibus ſuis dediti ſunt, & carnalibus cupiditatibus addicti, ii quoque Deum oblivioni tradunt. Quibus omnia ex voto cedunt, nulla ratione domari queunt, nec eo quamvis æſtus vehementiſſimos ſentiamus, id eſt, graviſſimas afflictiones patiamur, nunquam tamen areſcamus. Quare? Quoniam Deus nunquam permittet ut deficiamus, ubi ſemel viva radice acta cum ipſo coaluerimus: perpetuo nos fovebit, quoad nos ad ſe collegerit, quos vitæ cœleſtis participes faciat: quin etiam in hoc mundo nos ſua gratia ſemper irrigabit, ejuſque ſenſu, quantum exiget neceſſitas, afficiet.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ne offenſas noſtras reſpiciat quas pro merito plectat: ſed ipſi nos ultro condemnemus, & ad eum, ceu ad medicum omnium noſtrorum morborum, confugiamus: quos ita ſanet, ut ei reconciliati, in omni rectitudine ambulemus, atque ita participes fiamus eorum quæ ſuis fidelibus promiſit: & in hoc mundo fruentes teſtimonio quod de ſua erga nos paterna benevolentia nobis indidit, in dies magis magiſque augeatur in cordibus noſtris amor quo facit ut ipſum redamemus: quoad nos introduxerit in gloriam illam, quæ nobis eſt in cœlis repoſita, & quam etiam nunc ſpe poſſidemus. Quam gratiam non nobis duntaxat largiri velit, ſed etiam populis & nationibus, &c.

CONCIO TRIGESIMA SECUNDA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. VIII.

13. Sic ſemitæ ſunt hypocritarum, & omnium qui obliviſcuntur Dei: & ſpes impii perit.
14. Cujus ſucciditur ſpes: cujus fiducia eſt domus araneæ.
15. Quo innitente domui ſuæ, non conſiſtit illa: apprehendente eam, non ſtat.
16. Viridis arbor eſt ante Solem: & ſupra ortum ſuum tener ramus ejus prodit:
17. Juxta fontem ſeſe expandit, & in domo lapidum radicatur.
18. E loco ſuo exſtirpatur, adeo ut locus dicat, Non vidi te.
19. Lætitia ejus eſt quod alio tranſplantetur.
20. Ita Deus non rejiciet virum integrum: nec confirmabit manum maleficorum:
21. Donec impleverit riſu os tuum, & labia tua jubilo.
22. Oſores tui induentur pudore, & tentorium improborum nuſquam erit.

SUpra oſtendimus quid ſit Dei obliviſci. Quod ſtudioſe notandum eſt: nam ſub hoc verbo comprehenditur hypocriſis, id eſt, vanitas humana. Voluntant ergo ſanctitatem Deo gratam & acceptam habere? Demus operam, ut quaſi in ejus oculis & conſpectu ambulemus, adeo ut nobis eum perpetuo præſentem proponamus, nec dubitemus quin ubique nos cuſtodiat, & ſciamus

hypocriſi refertus ſit. Tanto igitur attentius notandus eſt hic locus, ut, ſi antehac adeo fuerint hebetes animi noſtri, ut Deum non cognoverint, aut huc illuc jactati fuerint; nunc ſaltem eos revocemus, quum Deus nos ad ſe vocat, & avertere vult à vanis illis noſtris fiduciis, ut in ipſo acquieſcamus, nec telas telis araneæ ſimiles texamus, ſed ei firmiter adhæreamus. Nam certe talis eſt comparatio inter certitudinem promiſſionum Dei, & vanitatem fiduciæ in rebus creatis poſitæ. Itaque Spiritus Sanctus hoc loco damnat quicquid ſpei in creaturis collocamus. Quare? Num enim ſtabilitatem extra Deum reperiamus? Nullam profecto. Atqui quotquot fidunt creaturis, illi Deum excludunt, & procul ſummovent. An putamus eum hoc paſſurum eſſe, nec maledicturum omnibus iſtiuſmodi fiduciis? Sed hic locus magis ſtudioſa meditatione, quam accurata expoſitione indiget. Videmus praxin hic potius requiri: ut homines ſerio talia cogitent, Hoc quidem vulgo perſuaſum eſt, humana media plurimum prodeſſe: verum hoc pacto non tribuitur Deo debitus honor, ſed potius detrahitur. quam injuriam Deus non vindicare non poteſt. Itaque ſi Deum nobis infenſum & inimicum habere nolumus, qui quicquid conſtruximus deſtruat: oportet ut penitus in ejus bonitatem, virtutem & gratiam recumbamus, & in eo ſolo conquieſcamus. Tum nullæ nobis erunt telæ aranearum, ſed conſtans firmitas. Sin ex adverſo non glorificaverimus Deum, ſicuti decet; indubie quod hypocritis quotidie accidere videmus, nobis quoque contingere poterit, niſi iſtis exemplis ad officium præſtandum inducamur. Jam autem accedamus ad ſimilitudinem quæ ſubjicitur. Supra facta eſt mentio junci in loco arido inſiti. Scimus ejus proprium eſſe ut in paludibus creſcat. Quum igitur juncus aut ſimilis herba creſcit ſine aqua, aut in loco arido, ante maturitatem exareſcat neceſſe eſt, & quamvis non evellatur nec exſcindatur, per ſe tamen perit. Ex adverſo dicitur arbor, quæ altas & vivas egit radices, ad rivos aquarum plantata, proferre ſurculos, ſtolones & ramos, adeo ut etiam domum vicinam contingat, aut firma ſit ceu domus ex lapidibus conſtructa. Ecce igitur arbor, quamvis bene ſata, evellitur tamen ab hortulano, non perdenda quidem, (nam bona eſt, & egregie radicata,) ſed in commodiorem locum transſplantanda. Hæc ergo arbor, uberiore loco plantata, ubi abſque impedimento amplificetur & excreſcat, habetne de quo jure conqueratur, quaſi deteriore eſſet conditione? nequaquam: ſed potius gaudet & exultat. non quod arbores ſenſu præditæ ſint, ut lætitia afficiantur: ſed ita ſignificatur, non deteriorem reddi arborem quando

Deum convertentur, illos Dei clementiam & favorem experturos. In ſumma, *Tentorium impii*, inquit, *non conſiſtet: ſed ſui & ſuorum oſores pudefaciet Deus:* & non ſolum ſuis favebit; ſed ſi moleſtia afficiantur, interveniet, ut illos in ſua tutela eſſe oſtendat. Hic certe locus diligenti obſervatione dignus eſt: nempe nos ſimiles eſſe arboribus evulſis ut transſplantentur. Loquor de filiis Dei. Improbi enim prorſus eradicantur & funditus exſtirpantur: ſicut denunciat Dominus noſter Jeſus Chriſtus, quum ait, Quæcunque *Matth. 7.*
arbor non fert fructum bonum, excidetur, & in *verſ. 19.*
ignem conjicietur. En horribilem improborum ex- *Joan. 15.*
ciſionem. Quare? Deus enim videt illos plane re- *verſ. 2, 6.*
probos eſſe, & perditioni devotos. Proinde ab eo excidendi ſunt in æternum. Dicitur etiam, eradicatum iri omnem plantam quam non plantaverit Pater *Mat. 15.*
cœleſtis. Multos autem videre eſt ad tempus flori- *verſ. 13.*
dos, & ſimiles arboribus Deo charis & acceptis. Plerique enim hypocritæ commixti ſunt fidelibus, eiſque præcellere videri volunt. Verum non firma radice ſtabiliti ſunt: ut tandem illos à Deo exſtirpari oportet. Sic Dominus noſter Jeſus Chriſtus voca- *Joan. 15.*
tur vitis, nos vero palmites nuncupamur. Si bonos *verſ. 1, 5.*
fructus feramus, Deus nos colit, & perpetuo nobis adeſt, ut nos ſuis gratiis locupletet: ſin malos aut nullos fructus proferamus, adeo ut Deus idem nobis exprobret quod olim per Prophetam conquerebatur, Mea vitis, quid feci tibi, ut feras labruſcas? ex- *Eſa. 5: 4.*
ſpectavi ut ferres uvas, ſed nihil præter acerbitatem profers, ut videaris dominum tuum ſtrangulare: an non ad has voces horreſcimus? hæc enim extrema eſt exciſio, ut dixi. Et ſane, quot afflictiones contumacibus & contemtoribus Dei contingunt, totidem ſunt exſtirpatores. Non quod primo flacceſcant illi: Deus enim caſtigans improbos, dat eis tamen ſpatium reſipiſcendi. Nihilominus ejuſmodi caſtigatio ipſorum culpa, eis in exſtirpationem & ultimum excidium cedit. Quare? Tantum enim abeſt ut virgis Dei emendentur, ut contra deteriores & contumaciores fiant. Unde malitiam prorſus deploratam produnt. Atque ita notemus, quotieſcunque Deus manum cædendis improbis attollit, illorum exſtirpationis id eſſe velut exordium. Nos vero, quos pro ſuis filiis adoptavit, modo hanc gratiam animo ſincero exceperimus, obſervemus non affligi nos ut eo fiat deterior noſtra conditio. Nihil iſtud nobis officit, ſed potius ita renovamur, &, quam noſtri curam gerat Deus, experimur. En inæſtimabilem conſolationem filiorum Dei. Sed & novimus quam neceſſe ſit ut eo confugiamus. Vita enim noſtra infinitis calamitatibus expoſita eſt: adeo ut quotidie à Deo exſtirpandi & perdendi videamur. Omnes quidem homines ſunt afflictionibus obnoxii, ſed fideles

Digitized by Google

[illegible] adeo ut Deus in ipſorum exitium conſpiraſſe videatur: tum *evellendi* verbum uſurpari poteſt, ad ſignificandas ejuſmodi afflictiones. Quid igitur? Quotieſcunque Deus nos quoquo modo caſtigabit, ne miremur, ſi durum & ſenſui noſtro acerbum hoc videatur. Quare? Appetimus enim eſſe (ut dicitur) nec ſtatum noſtrum diminui. Quod ſi Deus aliquem ramum ex nobis reſecet, id quidem noſtro ſenſu non repugnante fieri nequit. Sed interim animum ſumamus, ut afflictione moleſtiam nobis faceſſente, ſic apud nos reputemus, Verum quidem eſt, dum putatur arbor, tantundem de ejus pulchritudine in annum diminui: ſed peritus agricola, & idem bonus ac ſedulus œconomus, ea reſectione non deteriorem ſed meliorem arborem reddere conatur. Quod quum ita ſit, tradamus nos in Dei manum, & cum precemur ut de nobis ſuo arbitrio diſponat: novit enim quomodo nos fructiferos reddat. Patiamur itaque ut ex nobis exſcindat & reſecet aliquos ramos, & luctemur adverſus illam naturæ repugnantiam & mœrorem quem primo concipimus: obluctemur, inquam, quoad domiti ſummittamus nos Deo, ut pro ſua voluntate nos putet, ita ut dicamus, Hoc mihi patienter & æquo animo ferendum, quia novit Deus cur id faciat. Sed & ulterius progredi debemus: non enim ſatis eſt ſi malum aliquod leve & commune patienter feramus: ſed tum etiam quum Deus nos ita tractat ut delere & perdere nos velle videatur, adeo ut quoquo mentem flectamus, nihil præter confuſionem nobis occurrat; tum, inquam, firmi perſtare nihilominus debemus: ut infra dicetur.

Job. 13. *verſ.* 15. Quamvis Deus nos interficeret, nihilominus in eo nobis ſperandum eſſet: eſt enim medicus, qui non ſolum plagas ſanare, ſed etiam è morte eruere poteſt. Sic

Pſal. 23. *verſ.* 4. etiam in Pſalmo habetur, Licet ambulavero in umbra mortis, modo paſtoritiam virgam Domini mei videam, id eſt, modo ille ſe mihi Paſtorem præbeat, etiam tum lætabor. Studeamus itaque luctari contra iſtam tentationem, quæ nos ad deſperationem ſollicitat, quum nos Deus (noſtro judicio) ultra modum premit, & deficimus: nihilominus firmi ſtemus, ut dicamus, An evellimur? an verò Deus nos iterum plantare non poteſt? ergo in ipſo confidamus, nec dubitemus, quin, quum noſtri miſereri voluerit, in meliorem etiam ſtatum ab eo reſtituamur? At nulla nobis apparent media humana, quibus id fiat. Quid tum? Nec enim gratiam & virtutem Dei noſtri ex noſtræ rationis ju- eripit. Tunc evulſi & eradicati, citra reſtitutionis ſpem, nobis videmur. Quare? Judicamus enim vitam noſtram ſitam eſſe in poſſeſſione bonorum, ut habeamus quo alamur & ſuſtentemur. Nec plane imitamur arbores: arbor enim contenta eſt ſpatio, quantum ipſius radix occupare poteſt: at hominis cupiditas eſt inexplebilis: ſumus voragines, quas totus mundus ſatiare nequeat. nam qui vineas & agros, & prædia, & poſſeſſiones, aliaque bona plurima habent, ſibi tamen omnia deeſſe putant: qui arcas pecunia plenas poſſident, perpetua jactantur anxietate ne quid ſibi decidatur à Deo. Quum igitur noſtræ cupiditates tantæ ſint, non modo æquant arboris radicem, ſed infinito ſpatio exſuperant. Num enim nos intra eam ſobrietatem continemus, ad quam à Spiritu Sancto vocamur? Multum abeſt. Itaque obſervemus, etiamſi vita noſtra non videatur poſſe ſubſiſtere abſque mediis ordinariis, huic uſui à Deo deſtinatis, nihilominus eum poſſe efficere ut quæ nobis exciderunt, in manus noſtras revolent. Id quidem factu difficile judicabimus: ſed ſufficere nobis debet, quod Deus proſpecturus ſit, & rem eo adducturus, ut habeamus unde ejus virtutem & ſapientiam infinitam laudibus efferamus, quum incomprehenſibili ratione fuerit operatus. Sic igitur ad uſum noſtrum applicandus eſt hic locus, ut quiſquis eo anguſtiæ redactus ſit, dicere queat, Eheu! quid mihi miſero futurum eſt? video me tanto deminutum: video me his & illis facultatibus orbatum. Deus eſt qui illa mihi decidit, ut ſuperflua: quo majorem inde conſequar utilitatem. Quod ſi nunus animadverto, rogandus eſt Deus ut rem ita ſe habere mihi declaret. Hoc enim ſtatuamus oportet, non ſine cauſa illum reſecare quæ in nobis ſuperflua cognoſcit. Interim comparemus nos, ut evellamur. hoc enim præcipuum eſt. Multi mediocres afflictiones ferent, ut ſi à Deo diminuantur, nihilominus conſtantiam ſervent, quæ oſtendat eos enormi ambitione caruiſſe, & immoderata avaritia: reliquo contenti, gratias Deo agent, & tranquilli erunt. Quod ſi acrius urgeantur, adeo ut penitus ipſos Deus opprimere velle videatur: tum plane conſternantur & obſtupeſiunt. Quare? Quia non ſeſe, ut par erat, compararunt ad ſuſtinenda certamina, de quibus hic agitur, nempe, ut prorſus eradicarentur. Non igitur ſatis eſt, ſi Deo permittamus ut reſecet quod ſuperfluum novit: ſed præterea patiamur ut nos evellat. Hoc enim jus in nos obtinet: nec reſiſtendo proficimus. Contra, id maximo noſtro bono cedit, ſi ſperemus fore ut nos denuo plantet

eſt. Deus enim noluit irritam eſſe ſpem noſtram, dum nos comparavit cum arboribus quæ evelluntur ut in meliorem locum tranſplantentur. Verum quidem eſt, non ſemper nos ſecundum mundum tranſplantari: fieri poterit ut evulſi negligamur, atque adeo rejecti à Domino videamur: ut, ſi noſtram conditionem tantum ſpectemus, dicere nobis liceat, Actum eſt: nam ſi Deus voluiſſet mei miſereri, non tam diu opem ſuam diſtuliſſet. Video illum ſinere ut in meo malo putreſcam: unde colligo, eum nolle me in intregrum reſtituere. Hæc quidem dicere poſſemus: ſed meminerimus Deum velle fidem noſtram probare, dum nos continet in ſpe vitæ cœleſtis, quæ jam nobis eſt occulta. Licet enim Deus ſuis benedicat, & aliquam in hoc mundo proſperitatem largiatur, non propterea colligendum eſt ultimum illorum ſtatum non eſſe meliorem: quum nos in ſua Eccleſia plantaverit, ut tandem aliquando vita æterna in ipſius regno cœleſti fruamur. Quænam igitur eſt vera noſtra reſurrectio & renovatio? nempe, ut nos Deus in ſuum regnum recipiat: quum nos per hunc mundum circumduxerit, & per aquas & ignes, denique per omne afflictionum genus jactaverit, ut tandem miſeriis hujus mundi eximamur, noſque ſuæ vitæ ac gloriæ faciat participes. Proinde recordemur ſententiæ

Coloſſ. 3. illius Paulinæ, Vitam noſtram abſconditam eſſe in

verſ. 3, 4. Chriſto, nec nos fruituros perfecta ejus manifeſtatione, quoad Dominus noſter Jeſus è cœlo veniat. Denique meminerimus alterius ſimilitudinis, quæ nobis familiariſſima eſſe debet. Hyeme arbores videntur emortuæ, tanto imbre madent ut putredine perituræ videantur. Exinde gelu exſiccantur & prope aduruntur. Nullum florem, nulla folia cernemus. En igitur mortis quandam ſpeciem, non per unum aut alterum, ſed per quatuor aut quinque menſes. At nihilominus tamen non periit, ſed deliteſcit arborum vita: vigor in radice & meditullio ligni latet. Ita quoque vita noſtra abſcondita eſt, non in nobis ipſis: nam male lateret, nec multo gelu adureretur, nec multo item imbre corrumperetur. Ipſi enim ignem & gelu in nobis circumferimus, quibus illa conſumatur. Sed vita noſtra abſcondita eſt in Deo, cuſtode ejus & vindice. Et ſcimus Jeſum Chriſtum illum eſſe, ex quo totam vitam noſtram haurimus. Proinde contenti ſimus hoc latibulo. Verum quidem eſt, agricolam, ſi evulſam arborem velit tranſplantare, non diu morari: arbor enim tranſplantanda requirit diligentiam: alioqui non poteſt radices agere. Sed Deus longe alia virtute pollet, qua carent agricolæ. Interea tamen nonnunquam tanta eſt hominum induſtria, ut poſſint aliquandiu arborem incorruptam ſervare: collocabitur in loco umbroſo, non expoſito ventis, ne illa arefacta ſuccum ſuum

Jeſum Chriſtum ad judicandum mundum appareret. Quare? Judicia divina conſpicua forent, nec ulla ſpes alia ſalutis ſupereſſet. Videmus, etiamſi Deus res mundi confuſas ſinat, adeo ut boni extremis malis afficiantur, improbi vero triumpho evehantur: tamen nos hic torpeſcere & præ ſtupiditate non poſſe ad Deum erigere mentes, ut conſideremus quod nobis

ipſe ſignificavit, nempe, Vitam noſtram nunc eſſe Coloſſ. 3.

abſconditam, & nobis exſpectandum eſſe dum Chri- verſ. 3, 4.

ſtus, vita noſtra, patefactus fuerit. Ad hanc meditationem, quantumvis nos Deus ſollicitet ac penè cogat, adduci non poſſumus. Quid igitur, ſi Deus ſic hominum vitam regeret, ut nulla adverſitas contingeret, mali vero ſuppliciis meritis afficerentur? Hic certe paradiſum conſtitueremus, & concluderemus vanam eſſe adventus Jeſu Chriſti exſpectationem. Itaque cernimus non eſſe utile ut jam perpetua & æquali proſperitate fideles donet, improbos autem perpetua adverſitate puniat Deus. Diſſimulat quidem ad tempus, quo ſcelerati exultant & ipſum pro libidine ludibrio habent: adeo ut dormire videatur & eos reprimendi facultate carere. Boni contra affliguntur & divexantur, videntur à Deo negligi, gemunt, ejus opem implorant, nec exaudiuntur, ut quidem videtur, alioqui fructum ſuarum precum experirentur. Bonum eſt ſic res ſeſe habere. Quare? Etſi nulla, præter jam à nobis adductam, alia eſſet ratio, an non ſufficeret? Ad hanc vero adjungendæ ſunt aliæ, quæ in Scripturis occurrunt:

ut quum dicitur, Fidem noſtram pretioſiorem eſſe 1 Pet. 1:7.

metallis, quæ ſunt corruptioni obnoxia: quod ſi aurum & argentum per ignem explorari & expurgari oporteat, fidem noſtram tanto magis probandam eſſe, quanto apud Deum eſt pretioſior. Qui iſtud? per afflictiones ſcilicet. Hæc igitur notanda ſunt, ut ex hoc loco fructum percipiamus: Deum quidem videri manum porrigere ſceleſtis, eiſque favere & amicum eſſe: contra videri infeuſum fidelibus, & permittere ut langueſcant, ut contemnantur, atque adeo opprimantur, & quaſi pedibus conculcentur: ut nulla reſtitutionis ſuæ ſpes eis affulgeat. Hæc omnia, inquam, agit Deus: verum non propterea deſinit implere quod hic continetur. nempe, non porrigi ab eo manum improbis. Quare? Quicquid enim bonorum habent, de quibus ſibi placent & glorientur, oportet ut illa omnia confuſioni ipſorum & exitio cedant. Sed hoc non prius animadvertere poſſumus, quam aures docenti Scripturæ commodemus. Quum autem ad Deum illic loquentem eas arrexerimus, tum dabit ut ea poſſimus contemplari quæ ante nobis occulta erant. Verbi gra-

tia: Ecce, Dominus alta voce pronunciat, Væ vobis Luc. 6:25.

qui impleti eſtis: nam eſurietis. Væ vobis qui ridetis nunc:

Digitized by Google

IN LIBRUM JOBI.

CAP. IX.

1. REſpondens vero Job, dixit,
2. Vere novi ita eſſe: quod non juſtificetur homo apud Deum.
3. Si volet ligitare cum eo, non poterit reſpondere ei ad unum ex mille.
4. Eſt ſapiens animo, & fortis viribus: quis obdurans ſeſe adverſus eum
pace utitur?
5. Idem transfert montes, nec ſentiunt quum ſubvertuntur ejus furore.
6. Dimovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus contremiſcunt.

QUamvis homines fateri cogantur Deum eſſe juſtum, & prorſus inculpatum: illorum tamen perturbationes ſunt adeo immodicæ, ut afflicti non modo adverſus Deum obmurmurent, ſed etiam aperto ore, ubi dolor paulo eſt vehementior, illum blaſphement. Etſi nihil inde ſubleventur, quando vehementibus illis cruciatibus vexantur, tamen putant ſe aliquatenus illum ulciſci contumeliis in ipſum conjectis. Quo magis debemus præmeditatam longo tempore Dei juſtitiam habere, ut, quum nos affliget, humiliter illum ſemper agnoſcamus talem, qualis revera eſt, nempe juſtum & nulli reprehenſioni jure obnoxium. Sed nec iſtud ſufficit, confiteri in genere meram eſſe in Deo æquitatem. Nam antea vidimus, Bildadem, dum hanc cauſam tueretur, Deum eſſe juſtum, perperam tamen illam egiſſe, quod hic ſubſiſteret, Deum pro meritis in homines animadvertere. At, uti jam vidimus, non hic eadem perpetuo regula ſervatur. Deus interdum parcit improbis, & eos ſuffert: interdum caſtigat quos amat, & multo durius tractat quam qui ſunt prorſus indomiti & contumaces. Quod ſi igitur ſtatuamus, Deum pro meritis unumquemque caſtigare, quorſum hoc evadet? Hac ratione perperam juſtitia ejus aſſeritur. Peccatur ergo, quum ex eo juſtitia Dei æſtimatur, quod nemo niſi ob ſua peccata ab illo affligatur: adeo ut pro qualitate & quantitate offenſæ debeat Deus talionem rependere in hoc ſeculo. Sic, inquam, Dei juſtitia non rite æſtimatur. Quamobrem Jobus jam multo rectius tractat de juſtitia Dei, qualis ſit & quomodo cognoſcatur, quam ſupra Bildad fecerit. Nam indicat, ſi non expendantur peccata, ſed conſiderentur tantum homines quales ex utero materno prodeunt, tamen univerſum mundum mereri condemnationem coram Deo, ut, quantumvis duræ ſint afflictiones, nihilominus Deus omni culpa juſtaque reprehenſione careat. Notemus itaque, hæc loquendi genera inter ſe plurimum differre: Deum eſſe juſtum, quod homines pro meritis plectat: &, Deum eſſe juſtum, quod, qualitercunque homines tractet, os comprimere debeat unuſquiſque, quominus adverſus illum murmuret: id quod fruſtra & immerito faceret. Itaque ſi improbum aliquem videamus affligi, ut ante attigimus, tunc Deus vult particulare ſuum judicium agnoſci, quod in exemplum edit. Et ſic quoque Scriptura loquitur. Deus puniendis ſcortationibus, crudelitatibus, perjuriis, blaſphemiis & ſimilibus criminibus, ſive in perſonis privatis, ſive in populis aut urbibus, ſpeculum ad noſtram inſtitutionem nobis proponit: ut loquitur Paulus, quum ait, Deus judicat peccato- *1 Cor. 10.*
res, ut alii cautiores reddantur. Rebellionem adverſus verbum ſuum puniit, ut nos in timore ambulemus: perverſas cupiditates caſtigavit, quo pravis noſtris affectibus frenum injiciamus: in ſcortationes animadvertit, ut tum anima, tum corpore puritatem colamus. Sic Deus vult ut judicia ſua, quæ quidem ſunt manifeſta, contemplemur. Interdum dicetur, Deus eſt juſtus. Quare? Quia hunc aut illum improbum & ſceleratum punivit. Exercuit vindictam ſuam in illam regionem. Quare? quia prorſus corrupta & depravata erat. Sic poſſumus & debemus loqui, ſed non ſemper. Nam, ut jam attigimus, non eandem perpetuo regulam ſervat. Quid igitur? Eſt quod altius conſcendamus, Deum ſemper juſtum eſſe quomodocunque cum hominibus agat. Hoc autem obſervatione digniſſimum eſt. Hodie enim videre eſt imperitos (qui tamen ſubtiliſſimi doctores ſibi videntur) qui

ex

Digitized by Google

lis juſtitiam juſtitiæ Dei exæquari poſſe. Pulchre ſe defunctos putant, quum iſtud ſunt confeſſi. Nos autem utrumque articulum teneamus. Unum, ut in genere agnoſcamus, Deum cum quibusvis rebus, quantumvis ſanctis, comparatum, ita præ illis juſtum eſſe, ut homines, qualeſcunque ſint, & quicquid cauſari poſſint, non oporteat cum eo litigare, ſed confundi & pudefieri omnes in ejus conſpectu. Alterum, ut de ſe quiſque peculiariter cogitans, gemat ob ſua peccata, hæc deteſtetur & condemnet. Poſtea ſibi proponat vindictas & pœnas peccatorum, à Deo inflictas: unde cautior reddatur. Quum divinis cæditur virgis, quiſque dicat, Juſte affligor: nam etiam graviora mereor. Si Deus nos alieno exemplo docet ac inſtituit, alios in conſpectu noſtro corrigens: commoveamur ut ejuſmodi exempla uſui noſtro applicemus, quo præveniamus iram Dei, ne in nos irruat, quod contemſerimus exempla quæ nobis in aliis ſpectanda propoſuerit. Hi ſunt duo illi articuli ſeu capita, quæ in primis obſervare & meditatione & praxi debemus. Jam accedamus ad verba ipſa Jobi. *Scio*, inquit, *hominem non juſtificatum iri cum Deo*. Illud *cum Deo*, ſignificat idem quod *apud* vel *erga Deum*. Hæc autem doctrina maximi ponderis eſt, ſi probe expendatur. Quid cauſæ eſt cur homines tam audacter ſeipſos juſtificent, id eſt, de ſe magnifice ſentiant, ſe vendітent, & ſuperbia crepent? Quæ alia cauſa eſt, quam quod in rebus iſtis infimis hærentes, ſe quiſque cum ſuo vicino comparet? Huc intendimus oculos. Propterea Paulus revocat nos ad magnum illum Judicem:
Gal. 6. verſ. 4, 5. Unuſquiſque ſuum onus portabit: acſi diceret, Fallimur dum ejuſmodi comparationes facimus, ut dicat quiſque, Video alios non rectius me vivere: ſi ſum vitioſus, alii ſunt non minus vitioſi. Hinc fit ut homines ſeſe non condemnent, ut par eſſet: ſed potius ſibi quiſque in ſui juſtificatione placeat. Atqui hic diſerte dicitur, Deum cum homine non juſtificatum iri. Quid igitur? Diſcamus, quoties nobis ob oculos proponuntur peccata noſtra, non eſſe quod reſpiciamus in res iſtas inferiores, ſed in tribunal illud Domini noſtri Jeſu Chriſti, ubi reddenda nobis erit ratio. Itaque perpetuo meminerimus infinitæ illius divinæ Majeſtatis. Unuſquiſque noſtrûm eo mentem attollat: & tunc ſerio excitabimur, ut à vanitatibus noſtris, & inanibus imaginationibus, quæ peccatores ſopitos reddunt, pedem referamus. Hæc ſi, ut par erat, obſervata fuiſſent, Chriſtiani non ita inter ſe contenderent de Juſtitia fidei. Papiſtæ adduci non poſſunt ut aſſentiantur, nos ſola Dei gratia in Domino noſtro Jeſu Chriſto juſtificari. Quare? Quorſum igitur merita, inquiunt, & bona opera, in quibus ſalus hominum poſita eſt? Cur vero Papiſtæ ſuis mus. Nam ubi [illegible] necеſſario in abyſſum confuſionis demergemur. Porro ſubjicit Jobus, *Si velit homo contendere cum Deo, fore ut nequeat ei reſpondere ad unum ex mille.* Iſta quidem referri poſſint ad Deum: etiamſi mille rationes cauſemur & longam texamus apologiam, Deum tamen non dignaturum quicquam ad unam ex illis reſpondere. Quod ſane veriſſimum eſt. Quicquid enim ad nos juſtificandos prætexere poſſimus, non carebit quidem colore apud homines, quia minus perſpiciunt, quam par eſſet: ſed hæc omnia coram Deo evaneſcunt. Proinde ne putemus Deum moveri verboſitate noſtra: quum ſpumamus excuſando nos & virtutes noſtras venditando, putamus Deum nobis aſſentiri debere. Ille vero interim ridet & contemnit omnem iſtam oſtentationem hominum, nec flocci facit. Hæc igitur ſententia recta & ſancta eſt, Deum non reſponſurum ad unam ex mille noſtris exceptionibus: ut quæ nullius ſint pretii in ejus conſpectu. Acceptantur quidem in foro humano. At Deo non ita facile ſatisfit. Genuinus tamen hujus loci ſenſus eſt, ſi litigemus cum Deo, plus ſatis ſudaturos: quod fieri nequeat ut ad unum ex mille, quæ nobis objiciat, reſpondeamus. Ita quidem ſtupidi & amentes ſumus, ut temere cum Deo pugnam ſuſcipiamus. At ſi nobis res ſit cum homine mortali, aut cum re aliqua nihili, cautius nos gerimus. Bellum alicui illaturi, reputabimus an reſiſtere valeat, & qua ratione illum vincamus, ne nobis ipſis malum conciliemus. Litigaturi cum hominibus, prius rem perpendemus. Cum Deo vero temere congredimur, ut dixi. Unde perſpicimus, quis furor mentes hominum occupet (qui certe diabolicus eſt) dum ita audent cum Deo manum conſerere. Verum ſuo maximo damno experientur quam non tutum ſit cum tali Domino ludere. Hoc indicare voluit Jobus. Primum enim notat conſuetam hominum audaciam: deinde ex adverſo ſignificat perturbationem, qua conſternantur quum illos Deus ſuæ juſtitiæ ſenſu afficit, & confuſos reddit. Obſervemus itaque, auſuros quidem homines cum Deo litigare & contendere, uti videmus: ſed tamen, ubi certamen inierint, neceſſario caſuros, ut vel inviti pudefiant & confundantur. Hoc autem perquam neceſſarium eſt. Jam enim oſtendimus, ſtultam arrogantiam, quæ decipit homines, inde proficiſci quod non reſpiciant in Deum: ſed cum ſui ſimilibus ſeſe comparantes, dicant, Non ſum aliis deterior: & ſiqua ſunt in me vitia, virtutibus compenſantur. Ita ſecure torpent homines, quia non norunt qualis & quanta ſit Dei Majeſtas, nec vivo ejus ſenſu tanguntur, ut ſub illa humilientur. Unde fit quod hic indicatur, nempe ut velint homines cum

Digitized by Google

si quoſdam viderimus immodeſtius hac in parte ſe
gerentes. Iſtud enim infirmos turbat. Vellemus qui-
dem ut omnes faterentur Deum eſſe juſtum, & mi-
ſericordiam ejus mundum replere, proinde illum eſſe
glorificandum: unde ſit, ut improbis Deum bla-
ſphemis ſuis vocibus audacter proſcindentibus, ita
ut illos qui in hoc mundo florent & triumphant,
reprehendere nemo auſit, infirmi turbentur, & pu-
tent tantundem de juſtitia & potentia Dei detrahi,
adeo ut ipſi quoque ad debitam gloriam Deo tri-
buendam inde reddantur pigriores. Atqui videmus
ingenitum eſſe hominibus ut cum Deo contendere
non dubitent: & quamvis iſtud ſit prodigioſum, ta-
men commune eſt ejuſmodi vitium. Quod quum ita
ſit, ne nimis turbemur quando id contingere vi-
derimus. Hæc ſunt nobis obſervanda. Notare etiam
debemus alterum caput: nempe, non poſſe nos ad
unum ex mille, quæ Deus nobis objiciat, reſpon-
dere. Hic admonemur, ubi omnia vitia noſtra enu-
cleaverimus, ne unum quidem ex mille probe no-
bis cognitum iri. Verum quidem eſt, homines, ſi
abſque hypocriſi ſeſe excutiant, comperturos ſe tot
& tantis vitiis involvi, ut non poſſint non affici pu-
dore ac confundi: & nos præ aliis. Nam vel omnium
ſanctiſſimos oportet ſe Davidi aggregare, confitenti
nullum poſſe ſua peccata vere cognoſcere. Quod ſi
ſanctiſſimi, & Angelici plane in ſuis peccatis confun-
duntur, propter infinitum eorum numerum, quid
fiet hominibus vulgaribus? Non eſt enim quod pute-
mus adeo profeciſſe ut ad illa lumina prope acceda-
mus. Itaque quum homines ſincere vitam examina-
rint, tantam delictorum abyſſum reperient, ut opor-
teat ipſos percelli & ad ima dejici. Sed ne ſic quidem
centeſimam partem novimus, ut par eſſet. Quare?
Pſal. 19. David ſua peccata excutiendo exclamat, Quis no-
verſ. 13. verit ſua peccata? Fatetur ergo ſe quam plurima qui-
dem animadvertiſſe: ſed addit, Domine, purga me
à peccatis occultis. Cur ita loquitur? Quomodo oc-
culta vocat ſua peccata? Oportet enim conſpicua eſſe
nobis peccata noſtra, alioqui pro peccatis ea non poſ-
ſumus agnoſcere & confiteri. Facilis eſt reſponſio:
1 *Joan.* 3. nempe, Deum perſpicaciorem eſſe nobis. Proinde,
verſ. 20. quum noſtra ipſorum conſcientia nos redarguat,
quid faciet judicium Dei? Hic igitur ordo nobis te-
nendus eſt: ut in ſe quiſque deſcendat, ſuaque vitia
expendat, quantum ad illorum cognitionem pertin-
gere poſſit. Quid hic conſcientia noſtra? Certe nos
judicat. At qualis eſt iſte judex?. Formidabilis qui-
compagumque & medullarum. Eſt item fax ardens. *Pſal.* 119.
Et Dominus noſter Jeſus Chriſtus vocatur Sol omnia *Mal.* 4: 2.
illuſtrans. Nos tamen interim caligamus. Ab eo igi-
tur longiſſime abſumus, ut intelligamus quid ſit per-
fectio. Unde admonemur, quum res nobis bonita-
tis nomine probabuntur, quod nihil vitii animad-
verterimus, non propterea vitium abfore. Non enim
novimus quam perfectionem Deus exigat. Breviter,
unus Deus novit quid ſit vera perfectio & integritas.
Quare? Illa enim in Deo ſolo habitat: proinde opti-
me illam cognoſcit: nos autem imbecilliores ſumus
quam ut eo pertingamus. Propterea docemur, fru-
ſtra nos vel ad unum ex mille Deo reſpondere cona-
turos. Jam autem attigi, moneri homines, ſi cum
Deo litigare velint, fore ut hoc ipſis in ignominiam
exitialem cedat. Quæ admonitio perquam utilis eſt
& neceſſaria. Nempe ut ſe quiſque, prius quam illud
experiatur, in ſobrietate ac modeſtia contineat: ita ut
dicat, Heu! quid proderit mihi ſi cum Deo litigavero.
num ille cauſa cadet? contra, nos in abyſſum præci-
pites dabit. Remedium, quo abſolvamur, hoc uni-
cum eſt, ut ſe quiſque condemnet. Quod ſi temere
agamus, Deus noſtram ſuperbiam contundet: non
primo quidem forte, ſed tandem ea confuſione im-
plicabimur, ex qua nos evolvere & explicare nequea-
mus. Sic igitur Deus labyrintho concludit omnes il-
los qui ſuperbe cum ipſo congredi & contendere au-
dent. Verum quidem eſt, Deum ex illis aliquos ita do-
miturum, ut paulatim ſeſe ei ſummittant: ſed non
oportet inde ſtatuere quod eodem modo ſemper ſit
acturus. Aliquos videre eſt, ſuperbe admodum de ſe
ſentientes, & ſuis juſtitiis confidentes, adeo ut ſibi
Deum obſtrictum velint. Hos tamen Deus domat; &
in extremam confuſionem dejicit, quos inde poſtea
retrahat. Non eundem ergo Deus tenorem perpe-
tuo ſervat. Semper tamen verum eſt quod ait Scri-
ptura, Deum ſuperbos dejecturum. Quod ita exe-
quitur, ut hypocritæ, qui ſuperbia tumidi ſuas vir-
tutes venditant, & mercede dignas judicant, in eiſ-
que ſibi placent, Satana ipſis applaudente, (adeo
ut pavonum inſtar ſuas pennas admirentur, & di-
cant, Propter hoc & illud egregium opus digni ſumus
quos remuneretur Deus,) poſtquam Deus examinata
eorum opera mere vitioſa & ſordida convicerit, tunc
merito confundantur: ita ut quum & ſe & alios vana
oſtentatione deceperint, oporteat verum compro-
bari quod dicitur apud Lucam, nempe, Quod apud
homines ſublime eſt, abominationi eſſe in conſpectu
Dei.

Digitized by Google

ſenſu vivido tangimur: adeo ut quicquid in [illegible]o eſt, pro evanido & emortuo habeamus. Quod liquet ex blaſphemiis, perjuriis, & ſimilibus criminibus. Si homines nonnihil commoverentur cogitatione Majeſtatis divinæ, num rem adeo ſacroſanctam ita proſcindi audiremus? Quum homines iraſcuntur, in Deum virus ſuum evomunt, tanquam in ſervum aut mancipium: ut iratus herus (ſi ſit ferox) famulo, aut maritus uxori, aut dominus equo pugnum impingit. Ita nos quoque cum Deo agimus. Proinde nos prorſus hebetes eſſe probamus, dum iram noſtram in Deum, ut in aliquem nobis inferiorem effundimus. Sed interdum nulla etiam ira concitati nomen Dei proſcindunt homines, & ſubinde blaſphemant nulla occaſione impulſi. Quod certe prodigioſum. Unde ſatis conſtat, Majeſtatem divinam nobis eſſe incognitam, quamvis vox ipſa identidem per ora hominum volitet. Sed & perjuriis omnia plena ſunt. Horrenda res eſt, quod his temporibus vix duo verba ſine mendacio proferantur, & quantumvis ſolenniter homines ad veritatem teſtandam adjurentur, pejerare tamen non dubitent: ut ex decem teſtibus vix unus verum dicat. Unde illud proverbium, Vicit adverſus quem nemo teſtificatur: id eſt, ſi nemo verum teſtari velit. Sic homines omnibus modis Deum ad iram provocant. De Sacris literis & vera religione quales, obſecro, hodie ſermones habentur? Pro eo quod deberent homi- Statuamus in genere, quamvis nullius manifeſti delicti arguamur, nec diſſolute vivamus, ſed honeſte & inculpate coram hominibus degamus, tamen iſta nihili eſſe. Quare? Qualeſcunque ſint omnes creaturæ, à Deo condemnari poſſunt, ita ut juſtus ipſe permaneat. Quodſi reſponſare audeamus, etiamſi vera obtendere videamur, nec Deus primo nobis reſiſtat: tandem tamen oculis demiſſis ſubire condemnationem cogemur: & pro hominum applauſu, & abſolutione, dedecus & damnationem coram maximo illo Judice conſequemur. Acutius enim cernit quam omnes homines. Proinde ſciamus, nulla alia ratione obtineri gratiam apud Deum & peccata noſtra tegi, poſtquam libere confeſſi fuerimus meras ſordes & infectionem in nobis reperiri, quam ſi ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum confugiamus. In illo enim plenam perfectamque juſtitiam reperiemus, cujus vi Deus nos charitate & clementia complectetur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut illa ſic deleat, ut erecto vultu apud ipſum comparere poſſimus, non fiducia noſtrarum virium, ſed freti ipſius gratia, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum nobis collata. Cæterum velit etiam nos indies magis magiſque purgare ab omnibus corruptelis carnis noſtræ, ut, vere ſanctificati, ad ipſius tribunal ultimo illo die inculpati ſiſtamur. Sic autem precabimur, Deus Omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO TRIGESIMA QUARTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. IX.

4. Eſt ſapiens animo, & fortis viribus: quis obdurans ſeſe adverſus eum pace utitur?
5. Idem transfert montes, nec ſentiunt quum ſubvertuntur ejus furore.
6. Dimovet terram de loco ſuo, & columnæ ejus contremiſcunt.
7. Sol, eo interdicente, non oritur: & ſtellæ ab eo obſignantur.
8. Extendit cœlos ſolus, & calcat excelſa maris.
9. Qui facit Arcturum, Orionem & Pleiadas, ac penetralia Auſtri.
10. Qui facit res magnas, adeoque imperveſtigabiles, & mirabilia abſque numero.
11. Ecce, tranſit ante me, tamen non poſſum videre: ſi transmeat, tamen non animadverto eum.
12. Si rapiat, quis cogat eum reſtituere? quis dicat ei, Quid facis?
13. Deus non revocat iram ſuam: ſub eo incurvantur adjutores fortes.
14. Quanto minus ego reſponſarem ei? & eligerem verba mea contra eum?
15. Etiamſi juſtus eſſem, non reſponderem ei; ſed judicem meum deprecarer.

Si

prædicamus, animo vero non item: ut manifeſtus contemtus noſter convincit. Nam (ut heri attigimus) ſi probe haberemus perſuaſum, ſapientiam humanam eſſe meram vanitatem, nihil eſſe quicquid roboris in creaturis cernimus, profecto Dei timore, tanquam freno cohibiti, nihil cogitare, loqui, & facere, niſi Dei voluntati conſentaneum, auderemus. Quum igitur adeo pigri ſimus, & nobis ipſis indulgentes, atque adeo libidinibus noſtris dediti: quum noſtras cupiditates effrenes cum effectis conjungamus, ſatis ita prodimus, nunquam rite nobis Majeſtatem Dei cognitam fuiſſe, nec ejus guſtum, niſi inſipidum habuiſſe. Audimus ergo quid hic dicatur de ſapientia & fortitudine Dei? Sciamus eas ſic nobis deſcribi, quoniam perverſitas noſtra tanta eſt, ut ad rem tam utilem ſtudium noſtrum non applicemus. Et ſane nonne maximo probro nobis cedit, quod viventes in hoc mundo, tam ſpecioſo & ſpatioſo theatro, in quo Deus res omnes à ſe creatas nobis ſpectandas proponit: nihilominus iſta ſpectacula negligamus, atque adeo ipſum Creatorem oblivi ſcamur, qui voluit cœlum & terram & quæ illis continentur nobis ſpecula eſſe ſuæ gloriæ? ſicut dicitur, res inviſibiles ex viſibilibus perſpici. Itaque, quum nos in mundo collocarit, & illa tamen omnia negligamus, an non peſſimam mentem prodimus? Cæci quidem natura ſumus, adeo ut nihil de Deo, niſi ex ipſius dono, concipiamus: oportet enim ut nos illuminet: alioquin meris tenebris involvimur. Ut ut ſit, tamen inexcuſabilis erit noſtra ignorantia, ſi cum malitia conjuncta ſit, adeo ut convincamur Dei contemti & faſtiditi, tanquam rei cujuſdam triſtis & melancholiam gignentis. Primum igitur hoc loco ſic à Domino accuſamur. Cæterum adjuncta eſt utilis inſtructio: unde percipimus inæſtimabilem ejus bonitatem, quum tamen nos condemnare ac deſerere merito poſſet. Nos quidem condemnat, ſed ut vitii noſtri ſenſu affecti, illud corrigamus: & ſic officium boni præceptoris facit, ut diſcamus quod ante nobis incognitum erat. Itaque admonitionibus, hoc loco propoſitis, attendamus. Fateor equidem nihil novi & rari hoc textu adduci, quod nobis perſpectum & familiare non videatur. Proinde hæc vocabuntur ſuperflua. Nonnulli, inquam, ſic exiſtimabunt: ſed quum res ad ſuum cujuſque rectum & verum ſcopum non referamus, nonne oportet Deum officio ſeduli præceptoris fungi, idem ſæpe nobis inculcando? An non cum fructu contemplari debueramus, quod tam expreſſe Deus oculis noſtris objecit? obſcurum non eſt, quoties Deo libet, Solem lucere, & tunc ſubito univerſam terram obrueret. Ne putemus aliam ob cauſam ſiccum conditum eſſe à Deo, quam noſtræ habitationis gratia. Propterea coërcet mare, non terminis lapideis aut ligneis, ſed ſola ſua virtute. Quamvis tantus ſit maris impetus, ut nulla re cohiberi poſſe videatur: Deus tamen ſolo illo verbo, quum dixit, Arida ſit, ubi habitent homines, mare etiamnum retinet. Huc igitur omnes ſenſus noſtri applicandi erant. quod non facimus. Proinde notemus, hanc doctrinam minime ſuperfluam eſſe, quum dicitur Deus ambulare ſuper mare. Poſtea ſit mentio ſtellarum. Harum quidem numerus eſt infinitus, ut dicitur in alio Pſalmo, tantum eſſe ſtellarum numerum, ut recenſeri ſingulæ non poſſint. Jobus vero ſub quarundam nominibus totum illum cœleſtem exercitum comprehendit. Præter planetas cernimus ſidera firmamenti, quorum ſingula aliquid deſignant, quo melius conſideremus admirabilem cœlorum motum. Videmus Solem quotidie circuitum peragere, oriri & occidere, ac tum ſuperiorem tum inferiorem orizontem luſtrare. Hoc clarum eſt. Videmus etiam alterum Solis curſum prorſus oppoſitum. Unde enim hyems & æſtas, niſi ex Solis acceſſu & receſſu, quod modo aſcendat, modo deſcendat, noſtri quidem reſpectu? Prout enim ad nos accedit, aut à nobis recedit, diverſa anni tempora conſtituit. Iſtud vel ſtupidiſſimi perſpiciunt. Minime quidem omnes animadvertunt, Solem quotidianum curſum peragendo, aliud iter contrarium facere. Sed experientia hoc per effecta docet. Hyemem enim & æſtatem non aliunde habemus quam à Sole. Hoc autem cognito, nondum tamen ſatis percipimus quomodo ordinet Deus iſtum Solis curſum. Rurſus ſtellæ, quas hic Jobus nominat, alia nobis deſignant. Ut videmus rotas currus volvi, propter axem interjectum & inſertum duobus rotarum foraminibus: ita iſtæ duæ ſtellæ ſunt inſtar foraminum in rotis, circa quas Sol vertitur. His igitur cognitis, eo melius inæſtimabilis ſapientia Dei cognoſcetur: ſaltem aliquatenus ab hominibus deguſtabitur, ut excitentur in admirationem operum Dei. Verum eſt quæ hic Jobus attingit, non plene percipi, niſi ab iis, qui in literis ſunt verſati: hic enim attingit Aſtrologiam, non contentus iis quæ vel ipſis idiotis nota ſunt: ulterius progreditur, & ſingulares quaſdam ſpecies proponit, quibus artificium cœli declaret. Quamvis autem non omnes ſint Aſtrologi, nemo tamen (niſi qui Sole lucente claudat oculos) excuſare ſeſe poteſt, quin ſatis clare Deus iſta omnibus percipienda proponat. Vel ipſi pecudum paſtores de ſtellis etiam nominatim diſſerunt. Illis

 quidem

Digitized by Google

pa ſanctos in canonem refert, ſic illi meretricia ſua idola in cœlum retulerunt, atque ita cœlum, ut & terram, ſuis ſordibus inficere ſtuduerunt. Sic igitur Satan ſuas illuſiones in mundum invexit, ut, ſi poſſit, aboleat omnem Dei cognitionem, atque ita obſcuret, ut homines ſuis vanitatibus dediti non ſequantur puram veritatem, ut par eſſet. Quid igitur? Obſervemus, Jobum admonere ut pro ſuo quiſque modulo ſit Aſtrologus, quo omnia referamus ad gloriam Dei, qui tam inſignem ordinem, oculis noſtris obvium, in cœlo conſtituit. Quod ad prius attinet, dixi, Deum velle nos pro noſtro cujuſque captu Aſtrologiam docere. Nam ſtellas ſigillatim enumerare, & quanto planetæ alii ab aliis ſpatio diſtent, & quæ ſingulorum longitudo, latitudo & altitudo ſit, intelligere non omnes poſſunt. De Sole quidem docet experientia, quod ſit altior quam Luna. Quomodo? Nempe quod Luna inter oculos noſtros & Solem interjecta, eclipſis fiat: unde colligimus Lunam eſſe Sole inferiorem. Hæc quidem animadvertere omnes poſſumus, ſed interim non percipimus intervallum, nec cauſas, cur Luna ſic inter Solem & nos interjiciatur. Non omnes, inquam, iſtud intelligere queunt: ſed tamen nonnihil percipimus, quod nobis humiliandis ſufficit, quo attentius opera Dei contemplemur. Interea vero Dominus noſter vult, ut rudiores (eos dico quibus verſari in literis non licet) ſatis argumenti & ſapientiæ, ad ipſum glorificandum,
Gen. 1. ver. 16. percipiant ex verbis Moſis, quum ait, Eſſe duo magna luminaria, unum quod præeſt diei, alterum quod præeſt nocti. Non quod Luna major ſit aliis ſtellis aut planetis: ſunt enim ſtellæ in cœlo majores Luna. Cur vero nobis minores apparent? Nempe quia longius à nobis diſtant, quam Luna: quæ propterea illis major oculis noſtris videtur. Deus autem de iſtis non ex rei veritate, ſed ex noſtra perceptione nobis loquitur. Quare? Nempe quaſi dicat, Non omnes quidem ad tam ſubtilem cognitionem pertingent, ut percipiant magnitudinem planetarum, & proportionem ac intervalla ſtellarum: non omnes, inquam, hoc intelligent: ſed aperite ſinguli oculos: Ecce vobis Solem, lucis præſidem, quo univerſus mundus illuſtratur: ecce Lunam, quæ noctu lucet. In hac autem ſola conſideratione ſatis reperiunt homines,
Rom. 1. ver. 20. unde infinitam illam Dei ſapientiam glorificent. Ut etiam ſcriptum eſt, Deum providiſſe, ne homines excuſabiles ſint, dum in ſuis ratiocinationibus evaneſcunt. Etiamſi illiterati ſitis, aperite tantum oculos, inquit, & tum cogemini me honorare, meamque admirari ſapientiam, potentiam, & bonitatem quoque, qua erga vos per illarum creatu-

& aliis explicare potuerunt? Certè. Verumtamen id quod præcipuum eſt, illos defecit. Deum enim non cognoverunt: ſed in ſuis ratiocinationibus vani facti ſunt. Sic male ſtudia ſua collocarunt illi, quos Deus ſingulari gratia ſupra cœlum evexerat, quod metirentur ceu terræ jugerum, ut etiam pedum numerum colligerent. Ut igitur locum aliquem inferiorem metimur, ſic Philoſophi menſi ſunt ſpatia planetarum & ſiderum. Denique ſtupenda & plane admiranda ſcrutati ſunt. Interea vero qualiter Deum cognoverunt, qui in omnibus ſuis creaturis ſeſe patefacit? tantum abeſt, ut eum glorificandum cognoverint, ut contra Majeſtatem ejus obſcuraverint. Itaque ſecus hic nos gerere debemus. De Sole, planetis & ſtellis fieri mentionem quum audimus, ne putemus nobis hærendum eſſe in rationibus iſtis naturalibus: ſed per hæc media & veluti gradus & inſtrumenta ad Deum conſcendamus, quem honoremus & rite adoremus, poſtquam perceperimus gloriam illam, quam in creaturis ſuis adſpectabilibus nobis demonſtrat. Hæc ſunt hoc loco nobis obſervanda. Verum hominum ingenia hodie talia videmus, ut errent, & evaneſcant ceu tempora ipſa. Quod non hic ſolum accidit. Quamvis enim non agatur de ſtellis, tamen ſunt alia, non remota, quibus Deum cognoſcamus. Maneamus in nobis ipſis, ut monet etiam Paul. 17. Actorum. Se quiſque intueatur. Nec motum nec virtutem ullam habemus, niſi quatenus in nobis Deus inhabitat. Et tamen illum non comprehendimus. Si dicamus, Deſunt mihi oculi: Paulus reſpondet oportere tantum ut palpemus (hoc enim verbo utitur) more cæcorum. Nam palpando tantum, oculis etiam clauſis, vel inviti ſentiemus Dei virtutem, ſapientiam, bonitatem & juſtitiam. Verum ſtupidi & omni ſenſu deſtituti in rebus nihili hæremus. In rebus vanis & frivolis acuti ſumus: at in iis quæ ad ſalutem noſtram pertinent, deficimus, magis bruti quam brutæ animantes, quæ omnis rationis ſunt expertes. Quo magis debemus obſervare illos locos, quibus Dominus nos admonet, ut, quum oculos in cœlum attollimus, meminerimus, ſive ſurſum ſive deorſum reſpiciamus, Deum ſeſe nobis patefacere, quem cognoſcamus & agnoſcamus. Denique videamus, ut tamdiu in hoc ſtudio nos exerceamus, quoad Dei tum virtutem tum ſapientiam cognoverimus, quibus ad illum pro dignitate honorandum excitemur. Homines enim perfunctorie officium faciunt, & levi aliqua cerimonia Deum contentum eſſe debere putant. Honor vero ei debitus poſtulat, ut nos illi cum tremore ſummittamus, quoties ejus nomen audimus: illum pro judice noſtro habeamus:
& hu-

Digitized by Google

ties velit. Hoc autem primum eſt obſervandum. Deinde cum iſtis comparanda eſt noſtra imbecillitas. Quid enim ſumus præ montibus? quanta eſt eorum firmitas? nullis machinis concuti poſſunt. Nos vero vel minimo digito dejicimur. Quod ſi igitur adeo terribilis & formidabilis eſt Dei conſpectus, ut cœlum & terram contremiſcere cogat, ſicut loquitur Scriptura; num coram eo mortalis homo conſiſtet? Probe cognita tum fragilitate noſtra, tum Dei potentia, plurimum profecerimus: ſed quia parum de his cogitamus, ne pigeat nos totum vitæ noſtræ tempus in hac doctrina aſſidue meditanda collocare. Jobus autem ſubjicit, *Ecce tranſibit Deus ante me, & eum non videbo: & præteribit, nec eum animadvertam.* Quibus ſignificat, Deum, ut ſeſe nobis patefaciat, nihilominus eſſe inviſibilem. Quomodo Deus ſe patefacit? Operibus ſuis videlicet, non eſſentia ſua. Ejus enim eſſentiam non videmus. Ita autem illum cognoſcimus, ut licet ipſummet minime cernamus, tamen quaſi veſtigia ipſius agnoſcere cogamur. Et ita ſuæ præſentiæ teſtimonium nobis dat. Deus igitur tranſit ante nos, id eſt, afficit nos ſenſu ſuæ virtutis, quam per totum mundum ita diffundit, ut nobis tamen ſit proxima: & tamen inviſibilis: id eſt, iſta manifeſtatio, quamvis ſecundum naturæ noſtræ captum fiat, tamen non plenam nec perfectam cognitionem nobis affert. nam propter anguſtiam ingenii noſtri iſtius perfectæ notitiæ non ſumus capaces: proinde confuſi hæreamus oportet. Exempli gratia, Quum video terram fructus proferentem, ecce, admoneor bonitatis & virtutis Dei. Quum veris tempore cernimus terram ſua viſcera aperientem, & ſuas divitias expromentem, ecce, Deus ſeſe patefacit, & tranſit. Et dum nunc ſerenum, nunc nubilum cœlum apparet, ecce, Deus obambulat: pro rerum varietate Deus modo huc modo illuc commeare videtur, quo melius comprehendatur. Nam ſi in una ſede hæreret, minus illum perciperemus. Sed locum ſubinde mutat, quo melius nos ad ſe colligat. Deo autem, ſic ſeſe patefaciente, num propterea comprehendimus virtutem, quam exerit in pratis, in arboribus, in tritico, in vineis & cæteris rebus? Nequaquam, niſi ex parte tantum & aliquatenus. Tranſibit enim ante nos Deus, & tamen eum non videbimus. Quod ſi in iſtis rebus infimis & abjectis Deus ante nos ambulat, nec tamen qualis ſit percipimus, niſi minima ex parte: quid, quum ad ſublimiora & ſecretiora ejus opera, quibus Deus extraordinarie agit, devenerimus? Quemadmodum aliquoties ſuam juſtitiam exercet modo prorſus admirabili & nobis incomprehenſibili. Si quum ait, *Ecce rapiet, quis eum reſtituere coget? Quis dicet ei, Quid facis?* Videtur quidem Jobus hic tribuere Deo potentiam abſolutam, quæ careat omni juſtitia & æquitate. Verum obſervemus, illum non diſcedere ab heſterna doctrina, nempe, Juſtitiam Dei non conſiſtere duntaxat in puniendis improbis, quum eorum crimina ſunt manifeſta & publica. Qua in re præterea? In eo quoque, ut quum Deus extraordinarie agit, adeo ut temere & inique facere videatur, unde etiam increduli obmurmurandi occaſionem arripiant: tum tamen non minus juſtitiam ejus agnoſcamus. Hoc autem loco dicitur, *Deus rapiet.* Num rapit? Nequaquam. Sed docemur, ſi Deus terribilem potentiam exereret leonis inſtar (ſicut ſæpiſſime ſe cum feris comparat) ſi omnia diſperderet, ſi terram ſurſum deorſum verteret: ſi Deus, inquam, ita ſe terribilem oſtenderet, ut omnes conſternaremur & obſtupeſceremus, neminem tamen dicere poſſe, Cur hoc facis? & multo minus prædam ei eripere. Id eſt, penes homines non eſſe, ut cum illo litigent. Quod fruſtra fieret. Homines quidem quiritando putant ſe meliorem cauſæ ſuæ conditionem effecturos. Quinetiam ſunt quidam adeo dementes, ut blaſphemias ſuas evomendo exiſtiment ſe victoriam de Deo relaturos. At tandem indubie condemnabuntur, quum Deus cum eis diſceptare voluerit, & in illos plectendos vim & potentiam ſuam expromere, non quidem tyrannicam, qualem ipſi confingunt: ſed potentiam infinitam, de qua ex ſenſu ſtatuere non poſſumus, Deus ſitne juſtus, an non: prout ejus juſtitiam modulo noſtro metimur. Non ita res habet. Sed Deus tum etiam juſtus eſt, quum ab hominibus condemnatur: ut dicitur Pſalmo 51. Juſtificaberis in ſermonibus *Pſal. 51.*
tuis, & vinces quum judicaberis. Homines quidem *verſ. 5.*
Deo reſponſare poterunt: ſed tandem omne os comprimetur, & Deus juſtificabitur. Cur autem David illic utitur hac loquendi forma, niſi quia tanta eſt hominum audacia, ut Deum ſuæ libidini ſubjicere velint, nec dubitent illum condemnare, ſe vero abſolvere? Sic igitur exponendus eſt hic Jobi locus. Jam autem ſummatim videmus, ut confirmet doctrinam quam heri attigimus, de virtute & potentia Dei. Volumus ergo ſcire, quæ ſit virtus & potentia Dei? Intendamus omnes noſtros ſenſus ad conſiderandum naturæ ordinem tum in terra tum in cœlis conſpicuum: unde ad Deum adducamur, cujus perceptio nos coram ipſo humiliet, quo ipſum honore debito afficiamus. Num id ſufficit? Ulterius progrediamur. Nimii quidem ſtuporis eſt, quod nec cœlum nec terra nec univerſus naturæ ordo ſufficiant nobis docendis quid ſit Deus. Hic enim naturæ liber ſatis magnis characteribus ſcriptus eſt: & tot ac tam variis docu-

Digitized by Google

judex noster. Quumque quisque reſpiciet, etiamſi ſceleroſis illis ſimilis non ſit, qui vitam diſſolutiſſimam agunt, nec ſit ſcortator, homicida, aut fur: etiamſi, inquam, Deus nobis objicere vitam tam turpiter & effuſe actam nequeat, tamen quis auſit vel hiſcere coram ipſo, ut dicat, Ego ſum juſtus, & veniam mereor? Quis eo impudentiæ & audaciæ prorumpat? Quid igitur? Confugiamus ad Judicem noſtrum, ei ſupplicaturi. Verbum autem *ſupplicandi* deſignat oportere, ut ipſi nos condemnemus: id eſt, ut agnoſcentes nullam, niſi mortis & condemnationis, in nobis eſſe materiam, (quum meris peccatis & iniquitatibus ſcateamus,) ſolam ejus miſericordiam imploremus, à nobis ſentiri, quo vera reſipiſcentia tangamur. Precemur etiam ut nos ab omnibus vitiis noſtris purgatos Sancti ſui Spiritus ductu regat, & pro filiis ſuis ſuſcipiat, adoptatos in perſona Unigeniti Filii ſui: ut fuſi pro noſtra redemtione precioſi ſanguinis ipſius percipiamus fructum: quo in noſtris peccatis confuſi, quæ tot tantaque in ipſum commiſimus, ad ipſius miſericordiam confugiamus. Et interea noſtras infirmitates toleret, ita tamen ne ſinat nos in hujus mundi vanitatibus hærere: ſed faciat ut cœleſtia appetamus, & huc omnia ſtudia noſtra conferamus. Hoc autem non nobis ſolum largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus, &c.

CONCIO TRIGESIMA QUINTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP IX.

13. Deus non revocat iram ſuam: ſub eo incurvantur adjutores fortes.
14. Quanto minus ego reſponſarem ei? & eligerem verba mea contra eum?
15. Etiamſi juſtus eſſem, non reſponderem ei, ſed judicem meum deprecarer.
16. Si eum invocavero, & reſponderit mihi, non credam tamen quod auſcultaverit vocem meam.
17. Qui turbine evertit me, & multiplicat vulnera mea ſine cauſa.
18. Non concedit mihi ut attraham ſpiritum meum, ſed ſatiat me amaritudine.
19. Si viribus experirer, en ipſe fortis eſt: ſin judicio, quis cum eo contendat?
20. Si juſtum me aſſererem, os meum condemnaret me: ſi integritatem meam proferrem, perverſum me redderet.
21. Si dicam me integrum eſſe, nec ſic cognoſco animam meam: & vita mea me deteſtatur.
22. Unum hoc conſtitutum eſt apud me: Deus juſtum & improbum pariter conſumit.

HEri explicabamus, quamvis peccata noſtra non ſatis cognoſcamus, nihilominus oportere ut ad Deum confugiamus, ei ſupplicaturi: id eſt, ut ſe quiſque miſerum peccatorem confiteatur, & neminem eſſe qui non egeat miſericordia ejus, qui nos jure condemnare poſſet:
Rom. 3. ſicut Paulus ait, totum mundum obnoxium eſſe con-
v. 19, 22. demnationi Dei. Quare? Quia, inquit, deſtituti ſumus gloria Dei. Apud homines quidem gloriari nobis liceat, & vere fortaſſe: ſed coram ſupremo illo Judice obſtupeſcamus oportet. Propterea inquit, *Niſi Deus iram ſuam amoveat, vel potentiſſima ſubſidia everſum iri*: & quum auxilia quævis collegerimus, Deum nihilominus illa omnia diſſipaturum, niſi iram ſuam pacaverit, id eſt, niſi nos miſericordia ſua complectatur. Non eſt quod ſperemus, nos contra eum cauſam noſtram obtinere poſſe. Itaque reconciliatione nobis opus eſt. Qui autem Deus reconcilietur hominibus? num ipſi ſolvere ex ſuo poſſunt? num, ſi in nos inquirat, juſtos reperiet? nequaquam: ſed quum homines ei ſupplicaverint, quemadmodum jam diximus. Notemus itaque, nos fruſtra reconciliationis rationes hinc inde conquirere, quibus iram Dei à nobis avertamus, quominus nos illa conſumat. Sed tenenda eſt via, quæ nobis hic commonſtratur, nempe ut iram ſuam Deus ipſe placet. Et hac de re hactenus. Jobus autem addit, *fruſtra eligi verba*

cum

Digitized by Google

mic rore vanitatem. An igitur coram Deo ſubſiſtere volumus? Primum obſervare debemus, quis ipſe ſit: deinde in memoriam revocare ejus potentiam, de qua Jobus ſupra egit: & tunc demum deſtituti eri-
Rom. 3. mus omni gloria, juxta illud Pauli: pro eo quod pu-
v. 22, 27. tamus nos præditos eſſe virtute quæ ad nos juſtificandos ſufficiat, comperiemus ne micam quidem boni nobis ineſſe, quæ laudem mereatur. Homines, ubi hoc pacto ſeſe condemnaverint, tunc ad unam Dei miſericordiam recurrent. Quo etiam nunc Spiritus Sanctus nos revocat. Sequitur autem, *Si eum invocavero, & reſponderit mihi, non credam tamen quod auſcultaverit & exaudiverit vocem meam.* Mirifica eſt hæc ſententia. Quamvis enim non appareat nos à Deo exaudiri, tamen ita nos ſuæ bonitatis guſtu afficit, ut non omnino ejus ope deſtituamur. Jobus vero ait, ſe, etiamſi obtinuerit à Dei miſericordia quod petierit, tamen non crediturum preces ſuas exauditas eſſe. Quomodo hæc accipiemus? Dubium non eſt quin Jobus exprimat quales tentationes experiatur aliquis dum ſibi Deum infenſum & contrarium ſentit: ſicut eundem Jobum antea loquentem audivimus. Hic quidem non ſubſiſtit Jobus: ejuſmodi tamen perturbatione agitatus fuit: nec quiſquam eſt, qui, Deo ipſum ad ſe citante, non ſic afficiatur, ut ad ejus judicium non obmuteſcat attonitus atque conſternatus. Non primo quidem huc redigimur: ſed Deo ſeſe ceu hoſtem & adverſarium nobis objiciente, neceſſe eſt ut ejuſmodi terrore corripiamur, ut nihil nos ſic perplexos & proſtratos ſublevare queat. Ita quamvis Deus nobis reſponderit, non credimus tamen: ſed potius putamus illum nos hoſtili animo perſequi, & quicquid pollicitus ſit, nihilominus multiplicaturum vulnera. Huc igitur confuſionis dejiciuntur qui Deum ſibi contrarium concipiunt. Quoniam autem horribilis eſt iſta perturbatio, ſedulo adverſus illam nos munire debemus. Quo pacto? Primum ſciamus quid ſit verſari in hac conditione in qua Jobus fuit conſtitutus. Pauci vero hac de re cogitant. Nam, ut carnales ſumus, nihil ducimus adverſum, niſi quod corpore patimur, & quod huic vitæ incommodat. Non reputamus luctas illas ſpirituales, quibus nos Deus explorat, dum ita noſtras conſcientias conſtringit, ut nihil aliud dicamus, niſi illum in nos opprimendos irruere, & collimare tanquam in ſcopum. Quamvis Deus non ita vivide primo nos exploret, nihilominus tamen hæc ſunt mur, niſi Deus nos in iſtis anguſtiis aliquo bonitatis ſuæ guſtu afficeret. Si Jobus prorſus apud ſe conſtituiſſet, Deum nolle ſuas preces exaudire, certe actum de illo, & ſalus ejus deplorata fuiſſet. Obſervemus ergo, cum non illa deſperatione ſic fuiſſe proſtratum, quin aliquatenus fecerit Deus ut ſuam bonitatem perciperet. Iſtud vero clarius elucet in perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti. Cur me dereliquiſti? in- Mat. 27.
quit ad Patrem. Et certe ejuſmodi conſtringebatur verſ. 46.
anguſtiis, ut qui onus omnium mundi peccatorum ſuſtineret. Ergo neceſſe erat ut Chriſtus ad breve aliquod tempus hoc ſenſu afficeretur, quaſi à Deo Patre ſuo deſereretur. Conſolationem tamen huic graviſſimæ tentationi opponit, quum ait, Deus mi, Deus mi. Interim dum poſſumus invocare Deum, ſcientes eum eſſe noſtrum Servatorem, & nobis aditum ad ipſum patêre, fides dominatur: & tunc perſuaſum habemus nos minime à Deo eſſe derelictos: ſed interea tamen iſta longe graviſſima perturbatione agitamur, qua fit ut caro noſtra ſe imo gurgite demergi putet, & in denſiſſimis tenebris verſari, quatenus miſeriam ſuam reſpicit: adeo ut quoquo ſe vertat, nihil aliud conſtituere poſſit, quam Deum ſibi contrarium eſſe & inimicum, aut ſaltem ſe ab illo deſeri, ut ſit præda Satanæ: denique nullam ſalutis ſpem ſibi ſupereſſe. Huc igitur interdum nos adiget Deus, ex carnis noſtræ ſenſu, imo ex totius noſtræ rationis & ipſius naturæ judicio. Verum idem nos lucis ſcintilla donat, & aliquo fidei ſenſu afficit, quem vix diſcernimus. Ideo Paulus ait, ſuſpiria quæ Spiritus Sanctus in nobis ex- Rom 8.
citat, eſſe inenarrabilia, id eſt, ejuſmodi ut exprimi verſ. 26.
nequeant. Ecce, fidelis aliquis Deum orat, gemit & ſuſpirat: quomodo? Quid precemur, inquit Paulus, non novimus: hoc ſuperat omnem mentis & cordis captum. non quod ſimiles ſimus brutis dum precamur Deum, adeo ut omni ratione & intelligentia careamus. Paulus non hoc indicat: ſed docet, Deum admirabili ratione operari, dum ita noſtris affectibus turbamur, dum nobis perplexis & proſtratis nulla ejus nobis propitii futuri ſpes affulget. In hoc igitur ſtatu poſiti, licet obſcuriſſime opem divinam proſpiciamus, nihilominus præſtolemur, ſperantes illum in nobis operaturum modo nobis incomperto, & omni cogitatione humana ſublimiori. Sic Jobus refert, ſe non credere quod res ſuæ à Deo propitio & miſericordi in integrum reſtituendæ reſpiciantur, neque quod ſuæ preces ab illo ſint exauditæ. Denique ſignificat, præſentem iſtam tentationem adeo ſibi gravem

ruant. Hæc in ſumma obſervare debemus in mediis iſtis graviſſimarum tentationum fluctibus, quibus diabolus hoc à nobis obtinuerit ut omnino citra reſtitutionis ſpem perditi carni noſtræ videamur: nihilominus nobis perſeverandum eſſe in Dei noſtri invocatione, quoad lucem nobis reſtituerit, quæ nos ad tempus latuit. Non quod extincta fuerit, ut dixi: quam enim miſeri eſſemus ſi Deus nos penitus deſtitueret? Verum permittit ut hæc fidei & Spiritus Sancti lux, qua mentes noſtras irradiavit, quaſi ſuffocetur: ſicut jam adduxit ſimilitudinem ignis ſub cineribus latentis, non tamen prorſus extincti, ſed mox maximam flammam excitaturi. Ita fides obſcura redditur: adeo ut nec minimam ſcintillam proferat, quoad Deus nos illuminet & diſcutiat tenebras quæ nos opprimebant. Porro Jobus adjicit, *Turbine evertit me, & multiplicat vulnera ſine cauſa.* Quum ait Jobus ſe tanquam turbine à Deo everſum, ſignificat non debere mirum videri, ſi Deum imaginetur ita ſibi infenſum ut ex ſenſus naturalis judicio nullam ab eo ſalutem ſperet. An miramini, inquit, quod dicam, me non crediturum quod preces meas Deus exaudierit, etiamſi mihi reſponderit? Reſpicio enim præſentem iſtam afflictionem, quæ me totum ſic occupat ut nihil dolorem meum mitigare queat. Idipſum eſt quod jam attigimus, vulnera, quæ Deus nobis infligit, quum nos ceu hoſtis perſequitur, quum nos in judicium vocat, & irati faciem præfert, illa eſſe admodum acria & dolorifica. Quando igitur eo devenimus, proculdubio ita dolore opprimimur, ut nihil nobis lætitiam aut patientiam afferre poſſit. Jam intelligimus Jobi mentem: ſignificat enim ſe tunc temporis, propter iræ divinæ ſenſum, nullum potuiſſe gaudii aut ſolatii argumentum ex quacunque admonitione percipere. Semper autem meminiſſe debemus quod ſupra fuit declaratum: nempe, Deum nunquam ſeſe ita terrificum ſuis præbere, quin ſuam bonitatem aliquatenus ipſis deguſtandam porrigat: licet ipſi non ſemper hoc animadvertant. Hæc res autem non facilis eſt intellectu. Eam tamen intelligamus oportet, ut ſimus filii Dei. Sed vix niſi praxi percipitur. Fidelis, in iſtis tentationibus conſtitutus, his cogitationibus agitatur, An Deus me reſpicit? nequaquam. nam languore detineor. illum invoco, & tamen nullam remiſſionem ſentio: ergo me rejecit. Deinde ſuccurrunt peccata, & Diabolus horrifica objicit. Ita ille ſibi videtur penitus opprimi. Verum Deus poſtea illum erigit: ut conſcientia, prius mere vexata & turbata, ſedetur: obſcuritas luce commutetur: pro irata Dei facie, benigna & amica, inſtar cœli ſereni, cernatur. Num igitur, dum ille in ejuſmodi tentationibus conſtitutus eſſet, Deus erga nos uti, tum nos etiam inducit ut ſtatim concludamus, non eſſe quod ad illum confugiamus in poſterum, nec ſalutem amplius ab eo ſperemus. Quo magis obſervandus eſt locus, ubi ait Jobus ſe turbine percuſſum fuiſſe. Quod ſi talia paſſus, nihilominus opem divinam expertus eſt, idem nos quoque ſperemus. Cæterum animadvertamus etiam, Jobum hic loqui pro carnis ſuæ afflictæ ſenſu. Non enim expers erat ſenſus. Deus non ſolum fulmine illum appetiit: ſed etiam voluit ut intelligeret, quod fulmine appeteretur. Hoc ad illum opprimendum & funditus evertendum ſufficiebat: ſed interim adfuit illi occultum quoddam remedium, ut diximus. Quod ſubjicit, *Deum multiplicaſſe vulnera ſine cauſa*, durum admodum videtur. Nam homines ſine cauſa ſic à Deo vexari, an non eſt injuſtum, aut crudele: adeo ut non amplius Judex mundi, ſed Tyrannus potius cenſendus ſit? Jobus itaque videtur hic blaſphemare contra Deum, quum ait ſe vulneratum eſſe ſine cauſa. Verum in memoriam revocatis iis quæ dicta ſunt, quorſum ita loquatur facile intelligemus. Nam Spiritus Sanctus ejus linguam rexit, unde utiliſſimam inſtructionem colligeremus. Primum itaque Jobus ex ſenſu naturali dicit, ſe ſine cauſa à Deo afflictum: deinde illud *ſine cauſa*, refertur ad cognitionem manifeſtam hominibus. Jam ſupra diximus, juſtitiam Dei bifariam cognoſci. Interdum enim Deus punit peccata publica & manifeſta hominibus. Ecce, hic aut ille à Deo caſtigatur. Quare? Nota eſt ejus turpitudo & vita diſſolute ac ſcelerate acta: ut qui ſit ſcortator, aut fur, aut homicida, aut raptor, aut perfidus, aut ebrioſus, aut palam improbus denique. In iſtum igitur Deo ſuum judicium exercente, nemo non agnoſcit, illum juſtum eſſe judicem, quod peccata non ſinat inulta. Juſtitia Dei cognoſcitur etiam in occultis ipſius judiciis, quum videmus aliquos non inſignibus vitiis notatos, ſed virtutibus nobiles, à Deo tamen affligi & vexari. In populatione urbis aut regionis, ecce, omnia ferro & igni vaſtantur, ut ne infantulis quidem parcatur, in quibus tamen mera cernitur innocentia. Hæc ſane videntur admodum ab æquitate aliena. Hic etiam nobis Deus eſt glorificandus, etiamſi cauſam non animadvertamus. Deus non ſemper ſtatim patefacit quare hoc vel illud permittat & ſtatuat. Tum diſceptamus, Cur hoc agit? qua ratione? Sic etiam Jobus accepit illud *ſine cauſa*: non quod temere & præter rationem homines à Deo affligi intelligat. Etenim, uti jam diximus, hoc eſſet injuſtum & tyrannicum. Verum illud *ſine cauſa* ſumit prout ad noſtram cognitionem refertur. Hic tamen nobis etiam adoranda eſt Dei juſtitia, quamvis occulta & denſiſſimis nubibus involuta. Nihilominus enim cre-

Digitized by Google

vulneratum, modo hoc verbum ſimpliciter intelligatur ſicut ipſe accepit: nempe, quod non animadverteret cauſam peculiarem cur ſic à Deo affligeretur. Nec certe ulla cauſa erat ejuſmodi. Verum quidem eſt, Deum, etiamſi vel in Angelicum aliquem & integerrimum virum rigorem omnem exerceat, nihilominus juſtum fore. At nulla cauſa apparebit. Adeo ut noſtri cerebri ac ſenſus judicio hærentes, dicamus iſtum affligi ſine cauſa. Verum ſi rem attente nec præcipitanter pendamus, cogemur concludere, Quum Deus ſit juſtus, eum ſcire cur hoc vel illud agat. Nihil videmus cauſæ: ſed nihilominus tamen eum glorificare debemus. Idem contingit Jobo. Subjicit autem, *Deum ſibi non dare ſpatium reſpirandi, ſed ſe amaritudine ſatiare.* Hic Jobus oſtendit, præter mali magnitudinem & gravitatem modum omnem ſuperantem, eſſe quoque continuationem, & (quod in ſua tentatione teterrimum eſt) ſe à Deo amaritudine ſatiari, id eſt, tot & tantis doloribus vexari ut ne tantillum quidem deguſtare poſſit bonitatem divinam, qua refocilletur & in ſpem erigatur. Porro hic etiam clarius videmus, ut Deus interdum ſuos velut in imum gurgitem dejiciat. Quod in primis & ſedulo notandum. Nemo enim eſt qui non in magnis difficultatibus verſetur, quum Deus dorſum nobis obvertit, aut faciem iratam oſtendit: quum enim animum infenſum præ ſe fert, heu! oportet vel audaciſſimos & confidentiſſimos ita conſternari ut nihil præter mortem ipſis obſervetur. Quid igitur nobis futurum eſt, qui adeo fragiles & debiles ſumus? Itaque tanto accuratius obſervandus eſt hic locus: nempe, Deum etiam ubi iræ ſuæ ſignum intulerit miſeris creaturis, adeo ut præ angore reſpirare nequeant, tamen mala malis cumulaturum. Quum Jobus eo redactus fuerit, quare idem nobis non contingat? Itaque in mediocri aliqua afflictione poſiti, videamus ut ad graviorem nos præparemus, prout Deo libuerit, donec omnibus malis noſtris finem imponat. Jobus vero poſtea ſeſe clarius explicat, quum ait, *Si viribus experirer, en ipſe fortis eſt: ſin judicio, quis cum eo contendat*: aut quis pari jure cum illo litiget? Nemo. Itaque concludo, inquit, à Deo probum & improbum pariter conſumi. Duplex eſt ratio recipiendi noſtri juris, quod quis nobis eripuerit. Nam aut vim aut judicium adhibemus. Principes armis contendunt: privati idem facerent, ſi ipſis liceret: & ſemper ab armis inciperent: à quibus nec omnino abſtinent, quamvis pœna ipſis parata ſit. Jobus hæc duo conjungit: ac ſi dicat, Extremis quidem malis diſcrucior, ſed qui reſiſterem Deo meo? Nam ſi viribus experiri velim, quid proficiam? non ſum illi par. Sin judicio, num me admittet? Quis inter nos judex aut arbiter ſedebit? Unde vero exortionem mutuari. Ne miremur quod iſtam confeſſionem Deus à nobis poſtulet, ut perſuaſi ſimus & agnoſcamus ipſum eſſe juſtum, quantumvis injuſtus nobis videatur. Quare? Quis enim eſt, obſecro, ſenſus noſter? Num mortales auſint gloriari ſe idoneos eſſe juſtitiæ divinæ cenſores? Quanta hæc amentia? Quum igitur vix pedis longitudine proſpiciamus, ut ita dicam; agnoſcamus modulum & captum noſtrum. Oculorum quidem proſpectus quibuſdam ſpatiis finitur: at noſtra phantaſia non ita concluditur, ſed longe liberior eſt. Nihilominus tamen, ut cœlos transſcendamus, ne ſic quidem ad tam excelſam Dei Majeſtatem pertingere poſſimus. Et quum ne Solis quidem ſplendorem ferre valeamus, quin oculi noſtri perſtringantur; qua ratione tantam ſublimitatem attingamus, ut Dei juſtitiam exactiſſime ſcrutemur, ita ut nihil in ea tam ſit abſtruſum quod non detegamus? Itaque diligenter notemus, Jobum non hoc ſenſu de virtute & juſtitia Dei loqui voluiſſe, (licet duriori utatur loquendi genere:) Quis contendat cum Deo? Eum enim Deus audire non ſuſtinebit. Ergo hinc ſequitur, Deum velle pro juſto haberi quicquid agat, ſive juſtum ſit reipſa, ſive injuſtum. Hoc non voluit Jobus: ſed aliud ſignificavit: nempe, Abſurdiſſimum eſſe ut Deus in communem hominum ordinem cogatur, ne ſit juſtus niſi ſuam juſtitiam nobis probet. Sic autem ſocium noſtrum ſe faceret, & oporteret ut ſui oblitus ſe ſua ipſius divinitate ſpoliaret. Itaque æquum eſt hunc honorem Deo deferri, ut, rationem à nobis exigens, ipſe non ſit viciſſim rationi reddendæ obnoxius: & licet contra ſenſum & rationem noſtram agat, ſciamus tamen ſalvam ſemper manere ipſius juſtitiam. Quare? Quoniam, ſicuti dixi, illa in Deo ipſo conſiſtit. Exinde Jobus concludit, à Deo tum pium tum impium conſumi. Quid? An, ſi juſtitia Dei omnem captum humanum ſuperat, propterea Deus pios & impios in eundem faſciculum colligare debeat? An non ab ipſo bonitas promanat? Cur igitur illam non agnoſcit, nec approbat? cur ea non delectatur? Si ergo Deus probum & improbum pariter conſumit, videtur ipſe injuſtus. Et certe ſic ratiocinatur Abraham 18. Geneſ. Non te decet, Domine, *Gen.* 18.
inquit, ut perdas juſtum cum impio: neque etiam hoc *v.* 23, 25.
in te cadere poteſt. Quomodo igitur ſic loquitur Jobus? Semper meminerimus iſtius principii, nempe Jobum hic non ſumere juſtum & injuſtum pro iis qui tales ſint coram Deo. Quis enim illic ſua juſtitia conſiſtat? Verum accipit juſtum & injuſtum prout extrinſecus nobis uterque apparet. Ecce igitur juſtum hunc aut illum dicimus, qui vitam innoxiam & honeſtam agat, in Dei timore ambulans, & candorem ac æquitatem erga proximos colens. At ſi ad tribunal

 illud

Digitized by Google

IN LIBRUM JOBI.

CAP. IX.

23. Si flagellum mortem affert repente, an ridebit tentationem innocentium?
24. Terra data eſt in manum improbi, qui vultum judicum obtegit. ſi non, ubi eſt, & quisnam eſt?
25. Dies mei velociores fuerunt curſore, fugerunt, & non viderunt bonum.
26. Prætererunt cum navibus velocibus, ſicut aquila involans in eſcam.
27. Si dico, Obliviſcar querimoniæ meæ, derelinquam iram meam, & recreabo me:
28. Metuo meos dolores: novi enim quod non me judicabis innocentem.

UT ex hac doctrina fructum colligamus, debemus memoria repetere quæ ante fuerunt explicata: nempe, Jobum ſignificare velle, Dei juſtitiam non ſemper animadverti ab hominibus, nec digito tangi: ſed potius Deum admirabilibus modis operari, adeo ut temere omnia & præter juſtum & æquum facere videatur. Oſtendimus autem, juſtitiam Dei nonnunquam eſſe conſpicuam, certiſque notis diſcerni. Quum Deus punit impium aliquem, nemo non videt hoc exemplo nos ab illo admoneri & excitari ad eum glorificandum: ut eſt in Pſalmo 107. Siquem Deus ſui cultorem & timentem liberet, tunc Deum juſtum prædicamus. Verum non parem perpetuo rationem ſequitur. Habet enim arcana ſua judicia & nobis incomprehenſibilia, quæ nos in admirationem & ſtuporem rapiant, dum contra rectam rationem agere Deus nobis videtur. Hæc eſt mens Jobi: ſe videlicet obſtupeſcere, quod non ſenſu ſuo percipiat quam recte Deus res adminiſtret: ſiquidem modo prorſus nobis incomperto ſua opera perficiat. Propterea dicit, *Flagello mortem inferente, qui Deus rideat tentationem innocentium?* Hæc ſententia, quia propter brevitatem obſcura eſt, varie exponitur. Sed ſi propius inſpiciatur, ſenſus ejus germanus hic erit. Si Deus flagello interficit impios, quomodo ridet afflictiones piorum? Bildad enim inferebat, Deum non caſtigare homines, niſi quando mererentur, & corrigere duntaxat eos qui deliquerunt: denique jam extremum illud judicium adveniſſe, colligendum videbatur ex ejus verbis. Atqui Deum multa in illud tempus differre, certum eſt: quo fit, ut nunc ab eo res confuſe adminiſtrari videantur. Nam ſi animadverteret in omnia hominum peccata, putaremus finem ſeculorum adveniſſe, nec ſpem ſecundi adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti ullam amplius ſupereſſe. Itaque utile nobis eſt ut Deus multa peccata inulta relinquat in hac vita: utile quoque eſt bonos affligi, adeo ut fruſtra Deum colere videantur. Jam expendamus ipſa Jobi verba: *Si flagellum*, inquit, *ſubito mortem affert*, id eſt, ſi Deus correctiones ſuas non differt, ſed ubi quis peccavit, ſtatim illum plectit pro ipſius meritis: cur ergo *ridebit afflictionem piorum?* Scimus enim juſtitiam & æquitatem habere duas partes: ut puniantur improbi, & probi defendantur, & in ſuo jure atque integritate conſerventur. Si igitur Deus punit ſceleratos, debet etiam ex adverſo tueri & cuſtodire bonos, nec permittere ut affligantur, ſed eis ſuccurrere ipſum invocantibus. Atqui boni affliguntur (ut vident omnes) non in unum aut alterum diem, ſed toto vitæ tempore: adeo ut videatur Deus, pro declaranda in illos ſua benevolentia, eos ulciſci & in exitium præcipites agere velle. Concludamus ergo, Deum non punire derepente improbos, ut ſic ratiocinandum ſit, Iſte peccavit, ergo puniendus eſt. Oportet enim illa duo perpetuo cohærere. Iſtud autem Jobi argumentum valet. Hoc enim idipſum eſt quod Paulus 2. ad Theſſalonicenſes docet, quum ait, Juſtum eſſe apud Deum, viciſſim reddere afflictionem iis qui bonos affligunt: bonis vero, injuſte afflictis, relaxationem. Neutrum, inquam, ab altero ſeparari poteſt: nam ſi ſuam juſtitiam in puniendis improbis perfecte in hoc mundo declarare conſtituit, debet ſic omnes improbos obſervare, nequis ipſius manum effugiat, ſed de ſingulis pœnas ſumat: rurſum debet miſereri piorum afflictorum, & injuſte oppreſſorum, & oſtendere illos ſibi curæ eſſe. Ita, inquam, illa duo cohærere neceſſe eſt: alioqui non perfecte, ſed ex parte tantum juſtus eſſet Deus. Videmus itaque, recte Jobum ſic loqui, nec malitioſe interim in Deum invehi. Nam, ut jam oſten-

2 Theſſ. 1. verſ. 6.

Digitized by Google

non punit homines prout meriti ſunt. Non eſt cogendus Deus ad rationem ordinariam. ejus enim judicia ſunt incomprehenſibilia. Hæc Jobus. Quæ ut confirmet, inquit, Videmus bonos languere, Deus illis non opitulatur, permittit ut per annum, & biennium, imo per totam vitam in ærumnis verſentur: videtur eos deſpicere, & ad deſperationem redegiſſe. Si Deus ita bonos in adverſis deſerit, cur dicatur flagellum ſubito mortem afferre? id eſt, Deum præcipitanter in peccata hominum animadvertere? Videmus contrarium. Hinc autem colligamus, non eſſe quod putemus nos effugiſſe manum Dei, quum iniqua patrantes, nihilominus rebus proſperis utemur ad tempus. Noverimus hac ratione nos ad reſipiſcentiam invitari. An abuteris Dei patientia? inquit Paulus, compellans obduratos & pervicaces. Deus quidem eorum miſeretur, qui ad ipſum convertuntur, & veniam petunt: non inde tamen ſequitur, quos in hoc mundo affligit, illos propterea ab eo rejici. Obſervemus itaque, Deum non ſtatim punire homines, ubi peccarunt: non inde tamen conficitur, eos propterea abſolvi, & à reddenda ratione immunes fieri. Deus potius dat in hac vita nobis ſpatium confugiendi ad ſuam miſericordiam, & implorandæ ſuæ gratiæ. Proinde ſi improbos triumphantes videamus, ita ut Deum irrideant, nec manu ejus premantur: ne ideo ita offendamur, quaſi Deus officii ſui oblitus, non amplius judicaret mundum: ſed exſpectemus ipſam temporis opportunitatem. Dominus noſter differet interdum pœnas de ſceleribus ſumendas: & nobis etiam nimis procraſtinare videbitur: ſed nihilominus debemus freno coërcere noſtros animos, ſcientes quod nolit hodie animadvertere in peccata hominum. Scit autem cur ſic agat. Attulmus ſupra rationem non rejiciendam: quod hoc pacto velit nos in ſuſpenſo tenere, ut ipſum adoremus & invocemus, uſque ad rerum omnium inſtaurationem. Propterea multæ ſunt in mundo confuſiones: ſic enim Deus vult nos in fide ac ſpe exercere; ut exſpectemus adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui res jam confuſas illo ſuo adventu plene inſtaurabit. Quod ſubjicit Jobus; *Deum ridere tentationem innocentium*, loquitur ex carnis ſenſu. Non eſt enim quod exiſtimemus Deum irridere piorum afflictionem. Scimus quanto amore illos complectatur, quem nequeat melius exprimere, quam quum ait illos ſibi

impii, omnia ipſis pro voto ſuccedent: ſeditioſi, perfidi, improbi, diſſoluti, crudeles, inhumani in hoc ſeculo florent, & florebunt. Deo autem ſic impiis frena laxante, quid dicamus? Supereſt unum remedium: nempe, ut qui juſtitiæ ſceptrum geſtant, iſtos ſceleratos coërceant. At illi è contrario ſic privatis rebus ſuis attenti ſunt ut cætera ſuſque deque habeant. Quid aliud dici poſſit, niſi Magiſtratus qui jus ſuum unicuique reddere deberent, pati improbos pro libidine agere? Nullo ſunt populis ſolatio, ut non plus ab eis ſperari oporteat quam ab idolis. Quæ horum omnium cauſa eſt? Cui culpa adſcribenda eſt, inquit Jobus, niſi Deo? An non enim Deus terram gubernat? nonne igitur ex ea exterminare debet omnes impios? Aut ſi illis favet, & habenas laxat, ut bonos vexent & moleſtiis afficiant, dum interim ipſe connivet: an non Deus accuſandus eſt ut iſtorum omnium auctor? Contra, nonne Deo officium hoc tribuitur, ut Sancto ſuo Spiritu regat eos qui in timore ac modeſtia ambulant? Adhæc ipſe hoc ſibi, & merito quidem, vendicat, quod ſit politiæ auctor, quod judices nihil prudentiæ & diſcretionis, niſi à ſe ipſo, habeant. Quum igitur ita ſit, Deum videlicet relinquere Magiſtratus in ipſorum cæcitate, ut ſint idolis ſimiles, languidi, remiſſi, & enerves ad bonos tuendos, & malos puniendos: culpa non alio quam in Deum ipſum transferenda videtur, ut hoc loco ait Jobus. Aliter quidem exponi poſſit hæc ſententia: ſed variis expoſitionibus omiſſis, veram & genuinam ſequamur. Hoc in ſumma voluit Jobus. Hinc autem utiliſſimam doctrinam colligere licet: primum, ut, quum tanta rerum confuſio oculis noſtris obverſatur, quum impios florentes, triumphantes, deliciis indulgentes, divitiis affluentes, & impune graſſantes cernimus, meminerimus hoc novum non eſſe, ne tali tentatione valde percellamur. Nam bonum eſt nos præmuniri adverſus ejuſmodi cogitationem. Huc enim ingenium noſtrum nos impellit, ut, niſi omnia fiant prout imaginamur, putemus Fortunam in mundo regnare, non autem Deum: aut certe Deum non fungi ſuo munere, vel dormitare, aut bonum & malum non curare. Hæc ſolemus imaginari, niſi cohibeamur. Propterea Scriptura oſtendit, non eſſe quod magnopere miremur, quod terra ſic tradatur in manum impiorum. Quare? Noſtra enim peccata merentur ut nobis dominentur impii. Si Deo rite obtemperaremus,

haud

Digitized by Google

dicitur Deus oculos judicum claudere vel obvelare: notemus hoc inde fieri, quod, qui juſtitiæ adminiſtrandæ præſunt, à ſe non habeant prudentiam, niſi quatenus eis cœlitus datur. Nemo enim ſibi ipſi regendo per ſe ſufficit, nedum univerſo populo. Eſt etiam iſtud munus, quod Deo proprium eſt, excellentius, quam ut ab homine ſine ope divina geri poſſit. Itaque neceſſe eſt, ut Deus operetur in iis, quos ad hanc dignitatem evexit. Qui autem huc evecti ſunt, eo diligentius Deum invocare debent, ut ſibi regendis adſit. Si quis in tribunali ſedens, ſe ſatis idoneum judicem putet, ac ſuæ prudentiæ & virtuti confidat, Deus eum irridebit, & ſtupidum reddet. Debent igitur, quos Deus ad hoc elegit, eo magis ſeſe demittere, ut nihil ſibi arrogantes petant ab illo ſpiritum prudentiæ, ſpiritum virtutis, ſpiritum æquitatis, ut ſuo munere fideliter poſſint defungi. Sic cum omni ſollicitudine ac timore debent Magiſtratus ſeſe Deo commendare. Nos etiam, qui illis ſubditi ſumus, idem præſtare debemus. Nam ſi nulla inter nos vigeat juſtitia, maledictio Dei nobis incumbit, & terram pollui neceſſe eſt, donec extremam vindictam Deus exerat. Interim variis malis expoſiti erimus, & pii ab impiis, nemine eos defendente vexabuntur. Quum igitur videamus ad ſalutem totius populi Deum dare Spiritum ſuum Principibus & Magiſtratibus, eiſque quibus juſtitia adminiſtranda commiſſa eſt: debemus illum invocare, ne permittat cæcos eſſe, & imprudentes ac ſtupidos, quaſi oculis carerent ad maleficia animadvertenda. Quemadmodum autem debemus à Dei gratia & bonitate petere, ut ſuum Spiritum Magiſtratibus largiri velit: debemus etiam petere, ut nos ſua vitute corroboret, ne animum deſpondeamus, quando cernimus (quod ſæpius accidit) res in pejus ruere, Magiſtratibus faventibus & foventibus malum, pro eo quod ſeſe ei opponere deberent, ex muneris à Deo ipſis impoſiti officio. Noverimus illos eſſe à Deo derelictos, ut ſic oſtendat ſe à nobis receſſiſſe, quod indigni ſimus quibus præſideat: ut ſe facturum promiſit iis, qui ſeſe ipſius voluntati ultro ſubjecerint. Hi ſunt ergo noſtræ inobedientiæ & peccatorum fructus: nempe Deum permiſſurum eſſe, ut omnis inter nos ſubvertatur politia, & rerum confuſio ſuccedat, prout meremur. Proinde iſtiuſmodi turbis & confuſionibus nos implicari videntes, ſciamus nos à Deo puniri: dùm ita omni recto ſenſu & ingenio judices privantur, ſpiritu ſtuporis à Deo per-
Eſai. 19. verſ. 14. cuti meminerimus, ſicut loquitur Scriptura. Non eſt tamen quod propterea Deo obloquamur, quum ſciamus, eum nihil ſine juſta cauſa facere, tametſi hanc non animadvertamus. Ideo Jobus ait, *Si non, ubi eſt, & quiſnam eſt?* Quo oſtendit, nos fruſtra cauſas tantorum malorum quærere, niſi in Deum reſpiciamus.

les, avaros videlicet ac rapaces: omnia everſa ſunt & confuſa, ut neceſſe ſit populi ruinam conſequi. Interim quo confertur culpa? quales querelæ audiuntur? Nemo cogitat homines plane perverſos & malignos eſſe, iram Dei contra ſe provocare, omnibus vitiis indulgere, contemnere Deum, diſſolutiſſimam vitam agere, adeo ut videantut velle iram Dei, ad omnia conſumenda, inflammare. Regum quidem & præfectorum malitia non debet excuſari, quum ſic affliguntur populi. Altius tamen aſſurgendum. Ne putemus enim Deum in cœlo dormitare, & mundi oblivîſci. Noverimus potius illum manum ſuam operi admovere, & propter peccata populorum fieri, ut Magiſtratus & Judices ſint improbi, in quibus neglectis & rejectis iræ ſuæ & vindictæ ſpeculum Deus oſtendat. Itaque ſic conſideremus cauſas & rationes inferiores, quæ ſub ſenſus cadere poſſunt, ut interea ſummum imperium Deo ſalvum perpetuo maneat, & agnoſcamus omnia ab eo proficiſci. Non ſemper tamen novimus, cur Deus hoc aut illo modo agat: nam ſæpenumero poſt varias & multas cogitationes, tandem ita perſtringuntur mentis noſtræ oculi, ut nullam cernamus cauſam, cur ſic aut ſic fecerit Deus. Quid ergo? adoranda eſt ejus juſtitia nobis incomperta & incognita. Interdum quidem ita Deus operatur, ut ipſius juſtitia clara ſit & conſpicua. Sed interdum eadem quoque occulta eſt. Tum hoc unum nobis ſupereſt,
ut eam adorantes dicamus, Domine, tua judicia ſunt *Pſal. 36.*
abyſſus, quo penetrare non poſſumus: nihilominus *verſ. 7.*
tamen confitemur te juſtum eſſe, licet nullam cauſam animadvertamus. Non debemus tamen imaginari, ut multi parum in ſacris literis exercitati ſolent, in terris permitti à Deo quæ negligat, aut ad ſuam curam pertinere non putet. Sic enim tantundem de ejus potentia detrahitur, perinde ac ſi in cœlo dormiret, & res inferiores ſineret aut à Satana, aut ab hominibus gubernari. Ita, inquam, Majeſtas Dei peſſumdatur. Oportet enim ut, quicquid fit, ab eo conſtituatur, & ab ejus voluntate ac beneplacito promanet. Non ſemper quidem, ut jam dictum fuit, animadvertemus, quomodo Deus ſit juſtus: ſed tamen talis eſt nobis agnoſcendus, in omni modeſtia & ſobrietate ambulantibus: & tandem aliquando Deus nobis aperiet quod jam opertum eſt. Porro adjicit Jobus, *Dies mei velociores fuerunt curſore vel nave celoce*, aut verbum è verbo *volante:* quo verbo Jobus non navim onerariam, ſed naviculam deſignat, quæ huc illuc facile & velociter circumagitur. Comparat igitur vitam ſuam iſtiuſmodi naviculæ, item curſori, & poſtremo aquilæ ad eſcam volanti. Hic Jobus declarat, quouſque ipſum ſuæ perturbationes abripuerint. Quod teſtimonium exſtare voluit Spiritus Sanctus, ut unuſquiſque in Jobi perſona contempletur, quid ſibi quoque poſſit con-

Digitized by Google

potuiſſet, ſiquidem, quemadmodum par erat, iſta probe expendiſſet. Semper quidem Jobus retinuit aliquem bonitatis divinæ guſtum, quominus in deſperationem rueret: quin etiam hoc ſenſu perpetuo fuit affectus, licet divexatus & vehementiſſime exagitatus: & hujuſmodi freno ſeſe cohibuit, ut agnoſceret Deum eſſe juſtum, & ſperaret ſe miſeriis ſuis liberatum iri. Dum tamen in eo tales tentationis cernimus, hic tanquam in ſpeculo ſe quiſque intueri debet. Ac certe quamvis Deus perpetuum nobis ſuæ bonitatis guſtum præbeat; non ſatis tamen vivide cognoſcimus, quantum nos diligat: quin ab illo afflicti, ſtatim obliviſcimur beneficiorum ejus, quaſi nihil boni nobis unquam contuliſſet. Qualem tentationem quum Jobo contigiſſe videamus, eo magis præmuniri nos oportet: ita ut afflicti à Deo, cogitemus, Itane, an Deus nullo me beneficio unquam affecit? Si immemor ſum, quid aliud quam ſummam & acerbiſſimis pœnis dignam ingratitudinem meam prodo? Hæc ſunt nobis obſervanda. Cæterum quia vita noſtra ſupra quam dici poteſt, fragilis eſt, eo ſtudioſius quiſque cogitet de beneficiis & gratiis à Deo acceptis. Malo aliquo affecti recurramus ſtatim ad remedium: precemur Deum ut nos corroboret, nec permittat nos contra ſe murmurare, quicquid pati nos oporteat, ut qui ſciamus, ſi de Eccleſia ejus ſumus, & membra corporis Jeſu Chriſti, oportere ut configuremur ejus imagini: & gloriam, quam in cœlo nobis repoſuit, parem eſſe remunerandis omnibus quæ præſenti tempore perpeti poſſimus. Quæ conſolatio facile omnes dolores noſtros mitigabit. Jobus poſtremo concludit: *Si dixero, Obliviſcar querelæ meæ, relinquam triſtitiam meam, aut iram meam: Metuo dolores meos: novi enim quod non me habiturus ſis pro*

Rom. 8. *verſ.* 28. & *v.* 17. 18. 2 *Cor.* 4. *verſ.* 17.

corda noſtra expandamus. Nam illa etiam invitis nobis perſcrutatur, &, ut maxime velimus & nitamur, nihil eum celare poſſumus. Itaque ut pacem erga Deum habeamus, demus operam, ut vanis omnibus cerebri noſtri imaginationibus, quæ nos fallere ſolent, rejectis, ambulemus in timore ac ſollicitudine coram eo, & precemur illum, ut quandoquidem vult nos affligere, cum teneat modum, ut dum ejus iram experimur, ſentiamus etiam ipſius bonitatem, quo dolores noſtri leniantur, & minime dubitemus quin nobis liberandis proximus ſit futurus, quando nobis iſtud expedire noverit: idque propterea quod ipſum invocaverimus. Sic ad uſum noſtrum applicanda eſt hæc doctrina. Reliqua, Deo volente, craſtino die explicabimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut illorum nos ejuſmodi ſenſu afficiat, quo ad humilitatem inſtituamur, ita ut ipſum in omnibus noſtris afflictionibus glorificemus, ſcientes nos infinito plura promeritos eſſe mala iis quæ nobis infligit. Quinetiam noverimus eum perpetuo nobis parcere pro paterna ſua bonitate. Hæc igitur nos inducant, ut eum glorificemus ac celebremus, & in ejus timore ambulemus, quoad omnibus moleſtiis & remoris, quibus jam detinemur, ſublatis, nos rerum earum quæ nunc nobis abſtruſæ ſunt, cognitione donet. Sic igitur nos ſuo ducat Spiritu, ut ipſius arcana adoremus, donec illa nobis abunde patefaciat, & ſe Patrem, & Servatorem nobis, ipſum invocantibus, perpetuo fuiſſe pleniſſime ipſa experientia teſtetur. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum etiam populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO TRIGESIMA SEPTIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. IX.

27. Si dico, Obliviſcar querimoniæ meæ, derelinquam iram meam, & recreabo me:
28. Metuo meos dolores: novi enim quod non me judicabis innocentem.
29. Si ego ſum impius, cur jam in vanum laborarem?
30. Etiamſi lavero me aquis nivalibus, & mundavero in puritate manus meas,
31. Tum in cœnum demerges me, & inquinabunt me veſtes meæ.

32. Quia

Digitized by Google

Dei juſtitia ſpectetur: ac ſi diceret, fruſtra meam cauſam defendero: nam ut vitam meam hominibus probaverim, apud Deum tamen ſemper ero condemnandus, ſi ſevere me excutiat. Semper enim repetere debemus quæ ſupra declaravimus: nempe, Deum poſſe quidem nos ut ſui cultores probare, ſed ſi ad occultam illam exactiſſimæ juſtitiæ, quam unam merito approbat, regulam nos examinet, fore ut quicquid nobis ineſt, ſtatim evaneſcat. Hæc fuſius ſunt explicanda: nam alioqui non facile intelligerentur. Verum eſt, neminem ex juſtitia in Lege præſcripta, juſtum pronunciari poſſe: ubinam enim eſt amor perfectus, quem illa exigit? nempe ut Deum ex toto corde, & proximum ſicut nos ipſos diligamus? Quia

Deut. 27. *verſ.* 26. deficimus & in Dei amore, & in charitate erga proxi-
Gal. 3:10. mos, propterea nos Dei Lex condemnat. Ideo Paulus, citato loco, Execrabilis quiſquis non implet quæcunque Lege continentur, inde concludit nullam eſſe hominis juſtitiam, nullam ſupereſſe ſpem ſalutis ex operibus. Quare? An ſequitur, ſi Legis tranſgreſſores ſunt maledicti, homines omnes eſſe maledictos? Maxime. Num enim reperiatur, qui ex Legis præſcripto perfecte vixerit? Nullus. Nam ſi in uno peccavimus, omnibus tenemur: quia (ut

Jac. 2. Jacobus docet) qui dixit, Ne mœcheris, dixit etiam,
v. 10, 11. Ne occidas. Violata autem Dei Majeſtate ac Juſtitia, an non obmuteſcere debeamus? Hoc itaque certum eſt, ſi Deus nobiſcum rationem ſubducat ex Legis ſuæ norma, nullum hominem fore juſtum. Interea autem ſunt qui in timore Dei incedunt, non natura quidem: nam quantumvis ſpecioſi appareamus, tamen donec Deus nos ſuo Spiritu regat, tota certe ſanctitas illa quæ extrinſecus cernitur, mera eſt hypocriſis, merum mendacium. At ſi Deus corda noſtra tangat, & eis ſuam Legem inſculpat, tunc illi obſequimur: non perfecte tamen, nec cum ea integritate ut erecto vultu coram ipſo abſolvendi compareamus. At magnum tamen diſcrimen eſt inter contemtores Dei & fideles: nam fidelis, ut multas infirmitates habeat, nec pro voto integre prorſus ſe gerat, nihilominus cupit Deo ſervire, huc adſpirat & adnititur. Incredulus vero omnis recti & Dei contemtor eſt, in libidines ſuas ruit. Sic licet quoſdam vocare juſtos, indignos tamen qui tales apud Deum cenſeantur. Non hic agitur de dignitate aliqua perfecta, qua præditi ſint homines, adeo ut Deus eis debitor evadat, nec inveniat quicquam quod in eis & in eorum vita merito reprehendat. Hoc non agitur. Sed loquimur de juſtitia, quam Deus ex mere gratuita bonitate ſua acceptet: loquimur etiam de juſtitia ſemiplena tantum, quæ ut merito reſpuatur & condemnetur, minime tamen condemnatur, quia Deus vitia & imperfectiones, quibus fideles laborant, non imputat. Jam

mine, hoc mihi gratificatus es, ut te [illegible] ea integritate, qua decuit, non fuerim verſatus, huc tamen adſpiravi, & toto ſtudio incubui. Sum quidem in multis reus: nunquam tamen à te receſſi. Hæc jactare poterat Jobus. Verum dum oculos convertit in ſeveriſſimam illam juſtitiam, obmuteſcat oportet. Etſi enim homines aliquod bene agendi deſiderium ſibi adfuiſſe non mentientur, hoc tamen pro nihilo ducetur. Id voluit hoc loco Jobus. Itaque notemus, etſi probent nos non tantum homines, ſed etiam beati Angeli, & dederimus operam Deo ſincere colendo, hoc tamen nobis juſtificandis non ſufficere. Quare? Nam ſi cum Deo in judicium veniamus, quicquid juſtitiæ nobis ineſt, evaneſcat oportet. Paulus de ſuo 1 *Cor.* 4.
tantum munere, non de tota vita ſua agens, inquit, ſe *verſ.* 4.
nullius rei ſibi conſcium eſſe, ſed non propterea ſeſe juſtificare. Ibi de una re tantum loquitur, nempe quod fideliter & ſtudioſe Euangelium prædicarit. Se tamen non eſſe juſtificandum fatetur. Quare? quia Deus multa reperiet in eo peccata, quæ ipſum latent. Si Paulus, agens de officio Apoſtoli, hæret, quia novit ſe multis nominibus à Deo condemnari poſſe, quæ ipſi incognita ſint: quid, ſi examen totius vitæ noſtræ ſubeamus? Quum Deus inquirere voluerit non in vitæ noſtræ partem, ſed in omnes: nec in opera ſolum, ſed etiam in verba ipſa & cogitata, quid nobis fiet? Sed perpetuo meminerimus, Jobum hic non agere de illo tantum Legis rigore intolerabili, & cui nos omnes ſuccumbere oporteat: ſed altius etiam aſſurgere, nempe ad occultam illam Dei juſtitiam. Tamen quum addit, *Cur in vanum laboro?* eo oſtendit ſe admodum immoderata perturbatione jactatum fuiſſe: non quod ei plane conſentiret. nam ei certe reſtitit. Loquitur tamen ex affectu carnis. Dicit itaque: Eſto, me ipſum condemno, & peccatorem confiteor ac impium: ſed cur in vanum laboro? Deus enim ipſe me jam perſequitur: & mihi condemnato nullum ſupereſt remedium: an non enim me ſtatim perire & gurgite exitiali abſorberi oporteat? Cur mihi vita non eripitur? Quare me vexando delectatur Deus? Quid amplius à me exigit, poſtquam me peccatorem agnovi? Ita Jobus immodeſte loquitur: fideles enim, quemadmodum ante oſtendimus, quamvis ſuis tentationibus obluctentur, concutiuntur tamen, & eo interdum rediguntur, ut neſciant quid rerum agant. Hoc itaque fatetur Jobus, incitatus etiam ab illis qui ipſum accuſabant, quaſi ſuam juſtitiam contra Deum tueri & aſſerere vellet. Quod apertius ex ſequentibus declarat. Nam inquit, *Etiamſi me lavero aquis nivalibus, & mundavero in puritate manus meas, Tunc in cœnum me demerges, & inquinabunt me veſtimenta mea.* Id eſt, quum me probe purgavero, iſta puritas tam hodie nitida & ſpecioſa, mera inquinatio

Digitized by Google

ſpeculum & ænigma cernimus. Tunc vero longe alii erimus, quam nunc ſumus. Propterea Jobus inquit, ſi ſe laverit, nihilominus ſe fore inquinatum. Quamvis autem hic de *aqua* & *nive* mentionem faciat, hac ſimilitudine tamen ſignificat omnem puritatem humanam: ſicut dicitur, Lavabo manus meas innocentia. David ſic loquens, alludit ad Legis cerimoniam, qua Deus conſtituerat, ut ingreſſuri templum adorandi cauſa, ſeſe purgarent. Sumus enim prorſus inquinati: oportet ergo ut purificemur, antequam nos Deo ſiſtamus. Qui iſtud fiat? Num aqua poſſit lavare animas noſtras? Minime. Proinde cerimonia Legis indicat tantum quid in nobis eſſe debeat: admonet enim, ut omnibus pravis affectibus noſtris valere juſſis, corde puro ſimus: ut renunciantes omnibus malis operibus, omnia membra noſtra Deo ſincere atque integre colendo conſecremus. De hujuſmodi lavacro hîc loquitur Jobus. In ſumma dicit, ſi ſtudeat ita Deum colere, ut nive etiam ſit candidior, tamen Deum in ſe reperturum quod merito reprehendat. Quare? *Me*, inquit, *demerget in cœnum.* Quæ loquutio dura & perabſurda videtur. Deus enim is non eſt qui nos inquinatos reddat. Scimus ipſum eſſe omnis ſanctitatis fontem: imo ſordibus & infectione referti ad illum confugimus, ut nos purget. Cur ergo Jobus ait, *fore ut Deus ipſum in cœnum demergat?* Significat, Deum detecturum in ipſo ſordes quæ antea latebant. Quî iſtud? Non ſolum ex Lege. Verum quidem eſt, ſolam Dei Legem ſufficere condemnandis hominibus, ut jam diximus. Ideoque vocatur miniſterium mortis: quia ſi ſola ſit, abſque Euangelio, pereundum nobis neceſſario ſit. Deus igitur, ex Lege nobiſcum agens, deteget multas in nobis latentes pollutiones. Sed Jobus ulterius etiam progreditur: nempe etiamſi puritatem illam Legalem Deo offerre poſſemus, id eſt, ſi impleremus quod illic Deus imperat (quod fieri nequit) ne ſic quidem poſſe coram eo conſiſtere. Demus Jobum Angelica puritate fuiſſe præditum, ut coram Deo ſecundum Legis juſtitiam ſtare potuerit: tamen ſecundum occultam illam & abſconditam in Deo juſtitiam fieri non potuit, quin reus eſſet. Nam ipſi etiam Angeli dicuntur non poſſe exactiſſimam iſtam juſtitiam ferre. Jobus itaque hoc loco intelligit, quamvis mera in ipſo puritas eſſet, etiam ſecundum normam Legis, ſe tamen mere infectum & pollutum judicio Dei fore. Quæ doctrina, ſi probe expendantur quæ hic habentur, omnem carnem ad humilitatem vehementer incitare debet. Scripturæ quidem ordinaria doctrina huc nos revocat, ut vita noſtra enim obvelati ſunt oculi, qui ſibi perſuadent ſe egregie ſuo erga Deum officio defunctos eſſe: quamvis Legis rigorem audiant, putant ſe ei ſatisfeciſſe, quum hinc longiſſime abſint. Illi velum habent ob oculos. Nos vero, ſi Legem Dei inſpiciamus, reperiemus in nobis meras ſordes & iniquitates. Propterea Deus in eum modum nos tangit. Sed altior adhuc ſubeſt hic ſententia: nam de perfectioribus agit Jobus: nempe, ne Legis quidem juſtitiam poſſe coram Deo conſiſtere, ſi Deus nobiſcum ſummo jure agat. Hîc autem quærat aliquis, an Deus homines condemnaret, ſi perfecte Legem ipſius implerent? Minime. Non enim hic agitur, quid Deus faciat, ſed quid facere poſſit. Illos itaque, ſi tales eſſent, nunquam condemnaret. Proinde ne dubitemus quin pro juſtis apud Deum haberemur, ſi vitam noſtram ſecundum Legem traduceremus. Dicitur enim, Qui hæc præſtiterit, in illis vivet. Promiſſio hæc vana non eſt, nec fallax. Ut ut ſit, hoc tamen in æternum manet, etiamſi totam Legem impleverimus, & puritatem, quanta illic exigitur, obtulerimus, (quod mortalibus impoſſibile eſt,) Deo tamen ne ſic quidem ſatisfactum iri, ſi ſummo illo jure nobiſcum agere voluerit. Id eſt, in ſe talem perfectionem reperiet, ut quicquid attulerimus, nihili ſit præ illa. Non quod ſic agat cum ſuis creaturis, ut dixi. Idque eſt quod Jobus voluit ſignificare his verbis, fore ut Deus ipſum, poſtquam vel puriſſima aqua ſeſe abluerit, in cœnum tamen demergat: id eſt, Deum reperturum in ipſo cauſam, cur eum rejiciat, ut creaturam prorſus infectam, licet vitam ad Legis normam compoſuerit, operaque ipſius fuerint puriſſima. Dixi autem, hac doctrina nos ad humilitatem vehementer incitari debere. Nam etiamſi Angelis ſimiles eſſemus, ne ſic quidem ſubſiſtere poſſemus niſi ex ſola Dei gratia, qua nos ut creaturas ſuas toleret, juſta ſeveritate amota. Nam ſi pro merito noſtro tractare nos vellet, quo miſeriæ redigeremur? Jam ſi vel Angelis ſimiles Deus nos merito in exitium deturbare poteſt: nunc, quum bibamus, quaſi aquam, iniquitatem, ut dicitur hoc eodem libro; quum indeſinenter violemus præſcriptam nobis regulam, ac proinde nos vel infinitis condemnationibus ſimus obnoxii, heu! num in nobis cauſam reperiemus nos efferendi? Quid humana ſuperbia fiet? Hinc patet, cujus furoris ſit, quod Papiſtæ ſua merita jactent. Iſti enim miſeri homines tanta ſuperbia tument, ut paradiſum promereri ſe poſſe putent: quod ſicubi peccent, habere ſe unde iſtud reſarciant, nempe ſuas ſatisfactiones, ſua opera

Levit. 18. *verſ.* 5.

Job. 15. *v.* 15, 16.

M ſupere-

Digitized by Google

cat humanum ingenium, ut, etiamſi Legem Dei obſervaverimus (ſi quidem hoc præſtari poſſet) nec ſic tamen coram eo ſimus abſolvendi. Hic ſemper reſponſabunt homines, aut ſaltem gement & conquerentur, An fieri poteſt, ut tam ſevere Deus nos tractet, ut pro nihilo habeat perfectam Legis ſuæ obſervationem? Homines igitur tunc cauſam habere admodum favorabilem ſibi videntur: quæ ſane talis in foro humano. Nos vero, quum iſtiuſmodi cogitationibus ſtimulamur, cohibeamus nos, & meminerimus, juſtitiam Dei, quam nunc non comprehendimus, nobis occultam eſſe, ut eam adoremus. Dupliciter enim Deus nobis eſt magnificandus. Primum, quatenus ſeſe nobis patefacit. Ecce, Deus ſe in ſua Lege declarat Judicem, ut nos condemnet: in Euangelio vero Patrem, ut nos abſolvat. Id eſt, quum imperat ut faciamus quod rectum ac juſtum eſt: & nobis, ſiquid peccemus, maledictionem denunciat: quum, inquam, Deus ita ſeſe nobis patefacit, eſt quod illum glorificemus, & juſtum agnoſcamus, ut ut ſit. Nam ne, ſi periremus quidem, cauſam murmurandi haberemus. Quod ſi Deus nobis ad ſe vocatis ſuam gratiam in Domino noſtro Jeſu Chriſto offerat & declaret ſe hoc unum optare, ut ſibi reconciliemur: in aliam cauſam, eamque longe ampliorem juſtitiæ ipſius glorificandæ, quod nobis ex inferis eruendis manum porrexerit. Sic bifariam quoque nobis glorificandus eſt Deus, quum ſeſe nobis in verbo ſuo patefacit. Idem ſtatuendum de ejus operibus. Quum Deus nos pro ſua miſericordia tolerat, agnoſcamus illum jure poſſe nos fulmine perdere: & quando hoc non facit, pro ſumma gratia habendum. Ad hæc, quoties nos ob peccata noſtra caſtigat, quo nos ad reſipiſcentiam adducat, nonne toties ſui laudandi argumenta ampliſſima nobis ſuppeditat? Certe. Proinde quum Deus ſe nobis & bonum & juſtum, tum verbo ſuo tum operibus declarat, eſt quod illum glorificemus. Sed & altius nobis aſſurgendum: nempe, ut Deum itidem glorificemus, etiamſi ſeſe nobis abſcondat, licet nec ſuam juſtitiam, nec bonitatem, nec aliud quid nobis declaret, propter quod videatur nobis merito glorificandus. Exempli gratia, quum Scriptura agit de ipſius Electione, qua, quos ipſi libet, eligit, aliis rejectis: quum audimus, eum arbitratu ſuo de humano genere diſponere: quum affligit bonos & opprimi ſinit: quum res omnes confuſas cernimus: tum ſeſe occultat Deus, id eſt, non ita ſeſe patefacit, ut ex noſtro ſenſu poſſimus apprehendere ipſius juſtitiam, bonitatem, virtutem ac ſapientiam: & tamen nihilominus eum glorificare debemus. Hæc ſunt hoc loco notanda. Quibus facile corrigere ac repellere poterimus ejuſmodi tentationem, de qua hic agit Jobus. Subeat, inquit, Deus ſit melior. Cur hoc dicit Deus? Ut occludat ora improborum, qui in ipſum male animati putabant, ſe viciſſe quod hominibus probarentur. Proinde, inquit Dominus, ne calumniemini, me contra vos adhibere poteſtatem tyrannicam, qua præter rationem & æquitatem vos opprimam: Adeſte, inquit, libenter demittam me inſtar alicujus creaturæ, communem hominum conditionem ſubibo, cedam meo jure, ac ſummo illo imperio & Majeſtate mea. Hanc ut minime ſpectetis, nihilominus futurum eſt ut condemnemini. Sic Deus interdum loquitur: videlicet cum contemtoribus, qui ejus indignationem ſua pervicacia provocant. In iſtis vero ſatis multa repeiat, propter quæ ipſos condemnet. Jobus autem quibus ſe annumerat? Iis qui Deum colere ſtuduerunt, qui in Legis ipſius obedientia ambularunt. Recte: verumtamen adhuc multis modis fallitur. Nemo enim eſt adeo perfectus, in quo Deus plurima non inveniat quæ redarguat, etiam ſecundum regulam quam Lege ſua præſcripſit. Sed & hoc præterea obſervandum, Jobum aſſerere, ſe non ob ſua peccata tam graviter à Deo affligi. Quod etiam verum erat. Jobus enim non erat ita hebes, ut non intelligeret, ſe reum fore apud Deum, ſi ſua vita ad Legem examinaretur. Id probe noverat Jobus. Suorum quidem dolorum vehementia transverſus rapitur, & quaſi occæcatur: ſed ut ut ſit, non prorſus oblitus eſt, omnes homines coram Deo reos eſſe condemnationis. Cur igitur dicit ſe audacter loquuturum? Hæc verba dirigit ad ſuos accuſatores, ut hic ſermo perſonas, ut loquuntur, potius quam rem ipſam ſpectet. Si Jobus nullo adverſario præſente loquutus eſſet, dixiſſet, Heu! me quidem debitorem Deo confiteor: ſed etiamſi liber eſſem, nulliſque nominibus ei obſtrictus ſecundum Legem, id eſt, ſi perfecte meum officium feciſſem, oporteret tamen me ad ipſius bonitatem confugere. Ita, inquam, Jobus loquutus eſſet. Verum quia accuſabatur, quod ob ſua peccata plecteretur, quaſi Dei contemtor fuiſſet: De hoc, inquit, audacter contendam. Quibus verbis, licet, ut diximus, ſua ipſum abriperet perturbatio, tamen, quod ſuos adverſarios reſpiceret, nihil aliud intellexit, quam quod declaravimus. Hæc de hujus loci ſenſu. Nunc videamus, quid utilitatis hinc referamus. Jam oſtendimus, quamvis omnia Dei mandata præſtitiſſemus, (quod homini eſt impoſſibile) eum tamen noſtri condemnandi cauſam in nobis reperire poſſe, ita ut nihilominus ipſe juſtus maneat. Quid igitur ſupereſt, niſi ut nos humiliemus? Cæterum animadvertamus, Deum duplici bonitate erga nos uti; primum tradendo nobis Legem ſuam, deinde liberando nos ex condemnatione cui illa nos adjudicat. Bonitati Dei, inquam, acceptum ferendum, quum tam familiariter compellans homi-

Digitized by Google

ipſius non ſit judex, niſi ipſum ſua hypocriſis excæcet. Vel invitos noſtra nos conſcientia redarguit. Cæterum, omiſſis omnibus aliis arbitris, apud quos litigemus, quæramus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ut pro nobis reconciliandis intercedat. Ne poſtulemus à Deo judicem qui in ipſum & nos manum imponat: ſed petamus ut aliquo medio Majeſtati ſuæ reconciliemur. Ecce, à nobis Deus receſſit. Quamobrem. Propter peccata noſtra, inquit Eſaias Propheta. hypocriſin ad quam plus ſatis proclives ſumus, ut in peccatis noſtris nobis diſplicentes, toto ſtudio ad eum per veram reſipiſcentiam revertamur: ſcientes fore certo, ut veniam ab eo obtineamus, modo cum vera integritate ipſum conveniamus. Velit etiam nos ita Sancto ſuo Spiritu regere, ut, quamvis meris infirmitatibus & vitiis ſcateamus, nihilominus nos gratos & acceptos habeat, nec ſevere nobiſcum agat. Quod non ſolum nobis gratificetur, verum etiam populis, &c.

CONCIO TRIGESIMA OCTAVA IN LIBRUM JOBI.

CAP. X.

1. ANima mea reſecta eſt in vita mea. Relinquam ſuper me querimoniam meam, & loquar in amaritudine animæ meæ.
2. Dicam Deo, Ne condemnes me, indica mihi cur ita contendas mecum.
3. An bonum eſt tibi, quod opprimis me? quod rejicis laborem manuum tuarum? & conſilium improborum illuſtras?
4. An oculi carnei ſunt tibi? an, ut videt mortalis, vides?
5. An ſimiles diebus mortalium dies tui ſunt? aut anni tui ſimiles diebus viri?
6. Ut inquiras in iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris?

QUæ hic Jobus profert, etiam ab unoquoque noſtrum proferri poſſunt, tanquam preces ſanctæ & Deo probandæ. Primo in anguſtiis conſtituti dicere quidem poſſumus, nos nihil cum Deo litigando profecturos, ſi illum in jus trahere velimus. Deinde licet ab eo petere, ut nos peccatorum noſtrorum ſenſu afficiat. Nihil enim ab eo condemnari nos juvabit, niſi ad humilitatem & demiſſionem adducamur. Oportet enim ſui unumquemque judicem eſſe, & ſeſe condemnare, ut coram Deo abſolvatur. Poſſumus etiam reliqua proferre, nempe æquum non eſſe ut Deus occaſionem det improbis ſibi in ſuis blaſphemiis & iniquitatibus placendi: præterea ipſum non eſſe ſimilem mortali, vindictæ cupido: & nos eſſe opus manuum ipſius: adhæc non eſſe quod tormentis inquirat in maleficia hominum, quum ei omnia ſint cognita. Itaque nobis licet uti his vocibus, recte acceptis. Sed videmus, Jobum ſuas perturbationes prodere, non quod eis non reſiſteret, ut jam ſupra oſtendimus. Sed interim tamen prima fronte turbatus eſt. Et hic profitetur amaritudinem animæ ſuæ, ut, etiamſi nihil proficiat, non poſſit tamen ſibi temperare quin gemitus & querelas pro viribus effundat. Verbum enim ſignificat Relinquere & Corroborare. Notemus itaque Jobum hic loqui ex vehementiſſima animi perturbatione: ita tamen ut agnoſcat quæ ſit Dei natura, ſeque contineat ne à Deo jus ad ſe transferat. Sed contra confitetur ſe confuſum & omnis conſilii inopem. Ideo confugit ad Deum, petitque, ut, antequam ſe condemnet, ſibi declaret cur ſecum congrediatur, utque eo uſque ſeſe demittat, ut ſibi cauſam, cur affligatur, aperiat. Jam verba ipſa explicemus. *Mea anima*, inquit, *reſecta eſt in vita mea.* Verbum ſignificat interdum Deteſtari: quaſi diceret, Anima mea faſtidit & deteſtatur vitam: tædet me vitæ. Sed magis genuinus eſt ſenſus, ſi hoc modo interpretemur, Anima mea reſecta eſt in vita mea. Quare? Quamvis enim viveret, confitetur tamen ſe ſimilem mortuo: Mea vita, inquit, indigna eſt vitæ nomine. Nam ſum in morte. Sic Jobus hæc verba intellexit. Significat autem ſalutem ſuam prorſus eſſe deploratam, ſi quis ſpectet qualiter à Deo tracte-

in ſeſe confuſum ac deſperatum eſſe. Sed interim tamen ſenſit Dei miſericordiam, & amorem illum paternum, ad quem ſemper confugit. Sic ſuſtentatus tantam illam tentationem ſuperavit. Ita quoque nobis agendum eſt. Nam conſideratis peccatis noſtris, auſcultare debemus ſuaviſſimam illam vocem, qua Deus nos ad ſe vocat. Non enim ſolis Angelis & juſtis ſalutem pollicetur. Alioqui omnes homines à vita & ſalute excluderentur. Sed Deus declarat velle ſe propitium eſſe peccatoribus, qui ita in ſeſe ſunt abjecti, ut neſciant quo ſe vertant. Sic igitur debemus extra nos lætitiam quærere, ubi peccatorum noſtrorum conſideratio nos triſtitia affecerit, & ita nos conturbaverit, ut inferorum gurgitem nobis abſorbendis apertum videre nobis videamur. Tunc oculos attollere debemus, ut percipiamus inæſtimabilem illam Dei bonitatem, qua nos ad ſalutem, quamvis jam quaſi condemnatos, invitat. Hæc primo ſunt nobis notanda. Porro Jobus ſubjicit, quum ita res habeat, *ſe effuſurum in ſe*, vel, *ſuper ſe querimoniam ſuam*. Quo declarat, velle ſe exprimere perturbationes, quibus agitabatur, quæ certe pravæ erant & magnopere vituperandæ. Has tamen voluit proferre Jobus, ut omnes agnoſcerent, ſe triſtitia obrui, eaque tanta, ut nullum remedium animadverteret præter gemitus & querimonias. Longius autem reſpexit Spiritus Sanctus. Voluit enim Jobum nobis, inſtar Prophetæ & Doctoris cujuſdam, exponere quales ſint affectus noſtri. Debent enim homines ſeipſos cognoſcere, & ſuarum infirmitatum admoneri, ut ſibi caveant, ſeque reprimant: quum videant, ſi ſibi ipſis indulgeant, fore ut nullum modum teneant. Ita hanc doctrinam noſtræ inſtitutioni applicare nos decet. Interim diligenter etiam notandum eſt quod ait Jobus, ſe effuſuſurum querimoniam contra ſe. Quaſi diceret, Scio me fruſtra litem cum Deo ſuſcepturum. Hæc igitur præfatio utiliſſimam doctrinam continet. Putant enim homines, ſe eo magis ſublevari, quando Deo obmurmurant & indignantur. Et hæc eſt impiorum conſolatio, ut poſtquam blaſphemias ſuas evomuerint, aut ſuam impatientiam prodiderint, putent, ſe maximo onere levari. Nihil tamen profecerunt, ſed potius ſuam conditionem eo deteriorem reddiderunt. Si quid nos gravat, depoſitum quidem nos levat: ſed ſi humeris aut ulnis onus geſtans, illud in caput meum conjicio, cerebrum meum graviter offendo. Et quid hoc me juvat? Perinde facimus, quoties cum Deo litigamus: idem eſt ac ſi onus capiti noſtro ipſi impingeremus. Fieri non poteſt, quin pondere obruamur, aut graviſſime lædamur. Videmus itaque homines nihil aliud quam ſeipſos perdere, quando ita vomunt & fundunt ſua murmura & blaſphemias adverſus Deum. Propterea dixi utiliſſimam eſſe hanc doctrinam. Vult quidem Deus, ut familiariter eſt. Videamus ergo, quando conquerimur, ut cum omni humilitate id præſtemus, perpetuo innitentes Dei providentiæ, & fundati bonitate & amore paterno, quem nobis teſtatus eſt: nec preces etiam omittamus. Quod ſi ita nos geramus, tum exonerabimur, Deuſque omnibus proſpiciet. At ſi ſtomachando, & ex amaro animo verba fundendo nos multum profecturos putemus, fallimur: quum potius noſtram conditionem eo deteriorem reddamus. Hæc diſcere debemus ex hoc loco, ubi ait Jobus, ſi frena laxet ſuis immoderatis affectibus, hoc totum in ſe redundaturum. Interea oſtendit ſe voluiſſe non quidem in Deum inſurgere, ſed profiteri ſuas omnes querimonias ex gravitate ſui doloris promanare. Agnoſcamus itaque vitia noſtra, & poſtea ſtatim remedium quæramus. Cernimus carnem noſtram imparem eſſe ferendis afflictionibus à Deo inflictis? Confugiamus ad ipſum, penes quem eſt Spiritus virtutis, quam non ſibi ſervet, ſed cum egenis communicet. Homines igitur, quum ſuas infirmitates norunt, quid facere oporteat? Ecce, Deus teſtificatur, ſe poſſe ipſis ſuccurrere & robur dare. Itaque de noſtris morbis admoniti cur ad medicum non adimus? Plerique vero putant ſatis eſſe, ſi perfunctorie dicant, Verum eſt me peccatorem eſſe: etenim ſum carneus, non autem ferreus aut chalybeus, ut malum, quo afficior, non poſſim ſentire. Hæc vera ſunt. Attamen quorſum tot admonitiones, nobis in Scriptura propoſitæ? An non huc ſpectant, ut de vitiis noſtris admoniti, in eis quiſque ſibi diſpliceat, & ſeipſum deteſtetur, qui talis ſit? Deinde quid proſunt promiſſiones adjunctæ, niſi ut recta ad Deum accurramus, precantes ut eas in nobis impleat, nec dubitemus, quin nobis, prout neceſſe viderit, juvandis paratus ſit. Sic itaque nobis agendum: ut non ſolum confiteamur noſtra vitia, ſed etiam veniamus ad Deum, ut ea, pro ſumma ſua bonitate, per ſui Sancti Spiritus gratiam corrigat. Porro Jobus inquit, ſe dicturum Deo, *Ne condemnes me, ſed indica mihi, cur ita contendas mecum*. Jobus hic perpetuo loquitur ex animi perturbatione. Vellet enim Deum non ex arcana illa juſtitia, de qua heri egimus; ſed ex ordinaria ſecum agere. Diximus autem, Deum nobis in Lege ſua certam regulam tradidiſſe, in qua, quum pœnas noſtrorum peccatorum luimus, contemplamur Dei juſtitiam, illic nobis declaratam: ibique noſtra crimina, certa & comprobata, cernimus. Quum igitur homines à Deo propter ſua peccata affliguntur, in Lege Dei non tantum ſententiam, ſed etiam totam cauſam ſuam diligentiſſime enucleatam vident, ut oculos demittere cogantur. Sed quia Deus extraordinario modo Jobum affligebat miniſterio Satanæ, cui vexandum illum tradiderat, propterea Jobus ait, *Ne me condemnes antequam mihi indicaveris cur mecum litiges*. Hoc

autem

Digitized by Google

Jobus, nempe ut ſe Deus ordinario modo tractet, quo, quid peccaverit, ſibi notum faciat. Porro hanc doctrinam uſui noſtro diligenter applicare debemus, ut ſit nobis fructuoſa: quod fiet, ſi Deum precemur, ut nobis indicet cur nobiſcum litiget, noſque in jus trahat. Alioqui nullæ caſtigationes nobis utiles eſſe poſſunt: quemadmodum videmus maximam orbis partem contra Deum obdurari. Videmus ut flagella Dei nemini parcant: adeo ut quiſque gemat, Heu, quam miſera eſt mundi conditio! Interim autem nullus reſipiſcentiam meditatur. Quid igitur omnes iſtæ caſtigationes proſunt? Videntur potius homines inter ſe conſpiraſſe contra Deum, ne ictibus ipſius corrigantur. Si Deus malleos adhibeat, videmus corda hominum ceu incudes indurari magis quam molliri. Unde iſtud, niſi quod ea deſtituti ſumus prudentia, qua cognoſcamus, cur Deus nobiſcum litiget? Itaque perutilis eſt nobis iſta petitio, qua poſtulemus à Deo ne nos ſimpliciter condemnet, ſed indicet ſimul quid deliquerimus: & nos Sancto Spiritu ſuo illuminet, ut ſubeamus examen noſtræ conſcientiæ, quo, probe cognitis peccatis noſtris, gemamus, nec aliunde, quam ab ipſo, ſalutem ſperemus: apud ipſum ſuſpiremus & confuſi ſimus, ut noſtri miſereatur. Præterea petere etiam debemus à Deo, ne pœnis nos opprimat, ſed ita nobiſcum agat ut peccata noſtra reputandi ſpatium aliquod nobis concedat. Hæc autem petitio ab altera differt. Quare? Si Deus nos primo ita perterreat, ut attonitos & ſtupentes reddat, quid tum putemus? Non cogitabimus, Heu! Deus eſt judex meus: idem nihilominus eſt meus Pater. Sed ut nocens qui ad ſupplicium capitis rapitur, ſtupet inſtar trunci, nec capax eſt conſolationis admittendæ: ita & nos afficimur, quum Deus ſeſe nobis infenſum declarat. Nam tum mortem æternam concipimus, confuſio tantas nobis tenebras offundit, ut nec ſcintilla ſolidæ conſolationis ad Deum quærendum nobis coruſcet: is terror nos occupat ut nihil tale nobis in mentem veniat, Eheu! mi Deus, ut ut ſit, ſpero tamen te miſellæ creaturæ, tuam miſericordiam imploranti, daturum ut reſipiſcat. Itaque neceſſe habemus, ut, exemplo Jobi, ad Deum nos convertamus, precandum ut antequam nos condemnet, cauſam noſtram cognoſcat: id eſt, nos ita tractet ut ſpatium habeamus noſipſos examinandi. Propterea
Jer. 10. verſ. 24. Jeremias ita Deum precatur, Caſtiga me, Domine, ſed moderate. Videt enim, ſi Deus ſummo jure nobiſcum agere velit, de nobis actum eſſe. Petit itaque à Deo, ut ſe corripiat in judicio, id eſt, moderate, ut placide poſſit ſua peccata expendere, in quibus

enim Papiſtarum illa hypocriſis, ut prædicent ſuum liberum arbitrium, ſua merita & ſatisfactiones? & ita cornua erigant, ut perfricta & meretricia fronte ſeſe Deo ſiſtere auſint? Referti ſunt ſordibus & inquinamentis, & tamen venditant ſua merita: atque adeo peccata ſatisfactionibus compenſare ſe poſſe jactant. Unde iſta arrogantia, niſi inde quod nunquam ſerio cogitarunt de ſummo illo juſtitiæ divinæ tribunali, ut culpæ ſuæ magnitudinem cognoſcerent? Itaque notemus, quum petimus à Deo, ut nobis indicet cur nobiſcum litiget, non eſſe quod de nobis coram ipſo juſtificandis cogitemus, ſed potius de nobis condemnandis, quo nos in gratiam recipiat. Hoc enim unicum remedium nobis ſupereſt: nempe, ut à Deo petamus ut noſtri miſereatur, quoniam nihil de noſtro ei offerre poſſumus, niſi meram confuſionem. Hæc ſunt nobis hoc loco notanda. Porro Jobus adjicit, *Numquid bonum tibi, quod opprimas me, & reprobes opus manuum tuarum, & conſilium impiorum illuſtres?* vel quod ſis teſtis, aut conſilium improborum. Hic Jobus loquitur de natura Dei, quo ſuam petitionem impetret. Permittet quidem Deus nobis, ad ſe accedentibus, ut talibus verbis utamur (uti jam attigi) id eſt, ut familiariter ſe compellemus. Attamen hoc quam humillime fieri debet. Quum enim Deus adeo comiter ſeſe demittit, ne obtendamus quod nimis à nobis diſtet. Nec propterea debemus ſuperba audacia & contemtim ad eum venire, illumque dedignari. Nam quod ita ſe dejicit, non alia de cauſa facit, quam ut in dolore reſpiremus, & opis divinæ ſpem non abjiciamus. Hæc igitur vera eſt ratio inveniendi levaminis in rebus in ſpeciem deſperatis: nempe, ut propterea minime deſinamus cor noſtrum familiariter expandere, & conqueri apud Deum, ut filius apud patrem: quandoquidem hujus rei nobis poteſtatem facit. Sic igitur præclare ſtabilietur fides filiorum Dei: non in ſuperbia & arrogantia, ſed in humilitate ſincera. Jam expendamus quod ait Jobus, *Numquid bonum tibi, quod me opprimas, & reprobes opus manuum tuarum?* Juſtitia Dei maxime commendatur eo quod non ducatur quemadmodum homines. Cur homo hominem opprimit, & vi vel fraude lædit? Propter utilitatem. Quare judex ſe corrumpi ſinit? cur bonos opprimit, malis vero favet? cur gratia & auctoritate ducitur? Quod inde emolumentum ſperet, velitque hunc aut illum demereri, aut ſe vindicare. Nihil autem tale in Deum cadit. Unde juſtitiæ ipſius puritas ex parte enitet. Deus enim, afflicturus homines, an ſuos inimicos aggreditur? Suum ipſius opus impetit. Sumus enim opus manuum ipſius:

Digitized by Google

hoc mundo : ſumus teſtimonia quædam & monumenta ipſius juſtitiæ, bonitatis, virtutis & ſapientiæ. Num igitur abſque cauſa nos deſtruat? Hæc doctrina utiliſſima eſt, modo illam rite inſtitutioni noſtræ applicemus. Subinde enim ſollicitabimur à Satana, ut Deo ſuccenſeamus & indignemur, quaſi aut inique aut nimis ſevere nobiſcum agenti. Hac itaque cogitatione, tanquam freno, cohibeamur, Miſer, cum quo contendis? putas tibi injuriam à Deo fieri? Itane? Oppletus es peccatis, ſcates malitia, fraude ac dolo: & tamen nemini injuriam facis, niſi tui commodi cauſa: non noces, niſi ut alieno detrimento rem tuam augeas. Deus vero quod à te lucrum auferre poteſt? an illum vis tuæ iniquitatis & peccati ſocium facere? His igitur conſideratis certe non ſine horrore juſtitiam Dei ita tractandam ſuſcipiemus. Sed & quum meminerimus, Quid? Deus in mundo me collocavit, ſuas gratias & theſauros ſuæ bonitatis in me effudit. Quod ſi corpus intueris, ſatis ampla eſt materia tui in admirationem rapiendi. An non inſanus ſis & diabolica veſania correptus, ſi auſis Deum crudelitatis inſimulare, qui ſeſe tibi tam benignum & amicum præbuerit? Sic igitur ad uſum noſtrum applicanda eſt hæc doctrina, ut ex ea fructum percipiamus. Verbum autem quod adjicitur de ſceleratis, peculiariter obſervandum eſt. Hoc enim in primis moleſte ferre conſuevimus, quum videmus improbos & contemtores Dei, rebus ex ipſorum voto fluentibus, exultare ac triumphos ſuos agere contemnendo Deum & ipſius Euangelium noſque hujus profeſſores. Verbi gratia: Deus affligit ſuam Eccleſiam: tum, ecce improbi triumphant, quaſi omnium victores ex Dei peculiari favore. Adhæc, excitabuntur turbæ, omnia in contrarium ruent: pro eo quod deberemus in dies magis ac magis confirmari de amplificando fidelium numero, & in fide ac ſpe ſtabiliri, videre eſt multos, qui ſimularunt ſe Euangelio credere, in omnium vitiorum genus ſic effuſos, ut vel manifeſtiſſimos hoſtes improbitate vincant. Videmus etiam alios quorum emendatio videtur prorſus deſperata. Hoc nobis ægre eſt. Qui iſtud permittit Deus? dicimus. Videtur extollere velle improbos, eiſque ora aperire, ut ſuas blaſphemias in ipſum evomant. Nobis vero adverſari & infenſus eſſe videtur, & noſtris moleſtiis & afflictionibus delectari. Itane Deus illuſtrare vult impiorum conſilia? an ab eorum partibus ſtare? an corruptionem & inquinamenta illorum participare? Iſta nobis in mentem venient. Tanto magis ergo muniendi ſumus adverſus ejuſmodi tentationes: ſicut hæc duo Jobus hoc loco conjungit. Nam ab una parte confitetur ſibi iſtam cogitationem obrepſiſſe, Quid? videtur Deus deſciviſſe ad impios, & cum eis conſpiraſſe, ut audaciores evaderent. Itaque Jobus fatetur quidem hoc ſibi in mentem veniſſe. Sed ab altera parte, ejuſſimam hujus rei promiſſionem nobis datam. Præſtolemur itaque patienter & placide, & pro certo ſtatuamus fieri non poſſe, ut Deus conſilio improborum faveat, quantumvis interea diſſimulare videatur. Sed oportet ut ad finem uſque in patientia perſeveremus. Nam opportuno tempore oſtendet, nos non in vanum in ipſo ſperaſſe. Hæc ſunt nobis hoc loco notanda. Quod Jobus adjicit, *Numquid oculi carnei ſunt tibi? nam dies tui ſunt ſicut dies hominis?* ſignificat, Deum neceſſe non habere, multum diuque in nos inquirere: acſi dicat, Domine, omnia tibi nota ſunt & perſpecta, imo fuerunt tibi præſentia ante creationem mundi. Non eſt igitur quod Judicum terrenorum rationem ſequaris, qui cruciatu veritatem à nocentibus extorquent. Hoc faciunt propter ſuam ignorantiam. Tibi vero nihil tali ratione opus eſt. Cur igitur ita ſevere mecum agis? Jobus præclare diſſerit de natura Dei: ſed male concludit. Suam enim immoderatam perturbationem confitetur, uti jam diximus. Sed præcipue animadvertere debemus, quemadmodum hanc doctrinam noſtro uſui applicemus. Pro eo quod Jobus petit ſe ſublevari, quia Deo non ſint oculi carnei, ut hominibus: intelligamus quod Deus nos affligit, hoc non ab eo fieri, ut veritatem ſibi incognitam & occultam eruat, ſed ut ipſi noſtra peccata ſentiamus. Quare Deus ſinit nos aliquandiu languere, quum poſſet nos primo & ſtatim delere? Hoc facit ut tanto melius nobis ipſis attendamus. Et ipſe Jobus ſibi hoc loco contradicit. Ex quo diſcimus perturbationes hominum tam diverſas eſſe ut plerumque inter ſe pugnent. Quemadmodum videre eſt fluctus maris ſeſe mutuo colliſu infringere: ita ſibi mutuo repugnant & adverſantur noſtræ perturbationes. Iſtud quidem inteſtinum bellum minus animadvertimus: verum, ſi probe oculos aperiremus, facile cerneremus modo in hanc modo in illam contradictionem nos rapi. Id ipſum Jobo contigit. Antea dicebat, Ne me condemnes: ſed indica mihi cur mecum litiges. Vult Deus iſtud ei oſtendere: ſed ille non aperit oculos: ſe enim nimis angi & premi queritur. Non quod ei defuerit patientia, ut jam diximus. Sed iſta patientia non erat perfecta, ut eſſe debuit. Itaque quoties nos Dei manus cædet, & ex alio in aliud malum incidemus, & noſter languor continuabitur, nullumque malorum noſtrorum exitum proſpiciemus: quum denique pede uno extracto, alter immergetur: tum iſta cogitemus, Deus nos affligit, non quod delectationem aut utilitatem inde percipiat: ſed quia nos hac ratione vult ad ſe colligere. Ita ſuaves nobis reddentur afflictiones, conſiderantibus eas ad ſalutem noſtram tendere. Ne igitur animum deſpondeamus, quum nos multis modis affliget: & ſi iterum & tertio percutiat, dicamus, Domine, quandoquidem vis nos affligi & quaſi

Digitized by Google

10. Nonne ſicut lac fudiſti me? & tanquam caſeum coagulaſti me?
11. Nonne cute & carne induiſti me? oſſibuſque & nervis texiſti me?
12. Vitam mihi dediſti, & gratiam, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.
13. Et iſta abſcondiſti in corde tuo: & tamen novi hoc eſſe apud te.
14. Si peccavi, utique obſervaſti me, & iniquitatem meam inultam non ſines.
15. Si impie egi, væ mihi: ſi juſtus fui, non elevabo caput meum, ſaturatus ignominia, & reſpiciens afflictionem meam.

HOc loco Jobus, ut ex heſterna Concione intelleximus, Deum monet, non ei opus eſſe ut more judicum terrenorum inquiſitionem adhibeat. Quare? *Scis*, inquit, *me non poſſe malefacere, & neminem me ex tua manu rapere poſſe.* Si cuſtodiatur nocens aliquis, verebimur, ne, ſi effugiat, plura maleficia patret, quam antea. Propterea de quorum emendatione deſperant judices, illos ultimo ſupplicio afficiunt. Jobus vero ait, ſe talem non eſſe apud Deum. Quare? Scis, inquit, me non poſſe malefacere, & noſti etiamſi me iſta afflictione liberaveris, nihilominus me tibi ſubjectum fore: ut quoties volueris, me in hunc miſerum ſtatum retrudere valeas. Quod quum ita ſit, quid te movere poſſit ut me tot afficias doloribus? Omnes quidem petitiones iſtæ, ut dixi, offerri Deo poſſunt, modo quam humillime id fiat: ne ita cum eo contendamus, quaſi ipſum nimiæ ſeveritatis inſimulemus, aut cauſæ noſtræ juſtitiam commendemus. Quum non ita nos geremus, ſed potius talia cogitabimus, Domine, ſcio te non agere more hominum. quis enim huc te induceret? Scis quis ſim, noſti quæ in corde latent: potes etiam mihi frenum injicere: &, ut omnium hominum ſceleratiſſimus ſim, tamen effugere nequeo. Quid igitur tibi reluctando juvari poſſim? Quis enim ego ſum? Nihil ſum præter pulverem: ſum omnibus modis miſer. Præſertim ſi contra me flatum tuum emittas, in nihilum redigar. Agnoſco igitur, & concludo, Domine, te non carnali affectu in me affligendo moveri. Quid igitur ſupereſt? Fac ut bonitatem tuam ſentiam. Quum, inquam, de juſtitia Dei ſentiemus ut decet, & interea talia proferemus ad nos ſancta fiducia animandos, ne dubitemus quin nos Deus ſit exauditurus, nobiſque propitius ſit futurus. Tum poterimus uſurpare verba Jobi. Porro ſubjicit, *Manus tuæ finxerunt me: & formarunt me per circuitum: mene nihilominus deſtrues?* Redit ad illud quod heri fuit expoſitum. Hæc enim ſententia ſupra adducta fuit: quam confirmat iterum, nec ſine cauſa. Hoc enim eſt maximæ conſolationis argumentum, quod non crudeli animo Deus ſevere nos tractet. Quare? Reſpicit enim ſuum opus, & figmentum manuum ſuarum. Hoc perpetuo, quoties nos affligit Deus, meminiſſe debemus, Non ipſe me formavi: Deus non invadit in rem alienam: ſum enim opus manuum ipſius. Quum ita ſit, neceſſe eſt ut fatear illum merito ſic me tractare. Non eſt enim crudelis: certe ſuum opus agnoſcit. Deus, ut ita dicam, ſeipſum in hominibus, tanquam in ſpeculo, contemplatur: non ſine cauſa Deus reſpexit omnia quæ fecerat, & eadem pronunciavit bona. Homo autem præcipuum eſt & excellentiſſimum opus inter res omnes creatas. Nam Deus in hominem univerſa contulit, quæ aliis ſingula duntaxat impertitus eſt: adeo ut homo ſit quaſi quoddam mundi compendium, miraculis plus quam ſtupendis refertum. Quod quum ita ſit, ſemper debemus perſuaſum habere, Deum, ſuam imaginem in nobis contemplando, perpetuo inductum iri ut nos beneficiis afficiat, & conſervet. Scimus enim quid illi in ſacris literis tribuatur: nempe, eum conſervare quæ fecit, & perficere quæ inchoavit. *Pſal. 36. verſ. 7. & 138:8.* Quum igitur tam excellenti gratia nos proſequatur, dubitare non debemus quin ad finem uſque illam ſit continuaturus. Jam videmus, hinc maximæ conſolationis argumentum poſſe à nobis percipi, ſi iſtam ſententiam uſui noſtro applicemus, Deus eſt is qui nos formavit. Propterea Jobus iſta fuſius perſequitur. In hoc verſiculo dicit, *Domine, mene degluties?* Verbum enim hanc habet ſignificationem: id eſt, *mene deſtrues, quum me per circuitum formaveris?* Intelligit, opus Dei eſſe perfectum & numeris omnibus abſolutum. Nam artifices eximii eximia quidem opera facere poſſunt, non tamen perfecta, nec ubique ſimilia. Sed in una parte ſpecioſiſſima apparebunt, in altera vero deformia erunt. Hominem vero videmus à capitis vertice ad plantam pedis politiſſimo artificio, eoque continuo & æquali (etiam ſecundum naturæ ordinem) ita fabre factum, ut nec in extremo unguiculo vel tantillum ſit quod reprehendi poſſit. Jobus itaque hic vult exprimere ſapientiam infinitam Dei, quæ viſitur in forma hominis: ac ſi dicat, Domine, tune deſtrues opus adeo excellens, ubi elucet tua ſapientia, virtus & bonitas inæſtimabilis, ut glorificeris? Tuamne gloriam peſſumdabis, quæ tam illuſtris in hominibus apparet? Jam intelligere eſt mentem Jobi.

Digitized by Google

mutationem aliquam paſſus ſit Deus, quod dicitur pœnituiſſe: (omnia enim vel ante mundum conditum præviſa & præcognita habebat:) ſed Moſes his verbis ſignificat, Deum quaſi non amplius agnoviſſe homines, ubi ſeipſos ita corruperunt, & ab integritate ac rectitudine, qua eos ornaverat, deflexerunt. Ex his igitur patet, Deum ſemper opus ſuum agnoſcere in hominibus: ſed interea tamen perpetuo deteſtari peccatum, quod non ab ipſo promanat, nec ei imputari poteſt. Jobus poſtea ſubjicit, *Nonne me fudiſti ut lac?* Jam loquitur de generatione humana plane admirabili & ſtupenda. Nam quod ex ſemine humano naſcitur creatura vivens, adeo polita & affabre facta, ut nihil in ea non ordinatiſſimum & mirificiſſimum cernatur, nonne id ad Deum magnificandum nos rapiat? Quodnam diſcrimen eſt inter originem hominis, & coagulationem caſei? Videmus ex lacte coagulato fieri caſeum: nec magnopere miramur. Sed creaturam vita præditam, & imaginem Dei referentem, ac tam eleganter & ſapienter conſtructam, naſci ab illo generationis humanæ exordio, quis non miretur & ſtupeat? Quo magis igitur nullam cauſam cernimus, cur homo ex ſemine humano naſci debeat: eo magis ſe hic adorari velle, Deus indicat. Admiratione itaque rapti dicamus, Domine, quam mirus es artifex, quod hominem, rem adeo excellentem, ex re tam vili & ſordida componas! Nam quum hominem contemplamur, vel inviti in admirationem rapimur. Unde originem ducit? Ex re pudenda, quam nec nominari ſuſtineamus. Sic igitur Deus nos voluit in noſtra origine humiliare, ut interim velit tanto illuſtriorem eſſe ſuam virtutem, juſtitiam & ſapientiam. Hæc Jobus hoc loco indicare voluit. Propterea ſubjicit, Atque etiam, Domine, *induiſti me carne & cute.* Hæc autem an ex ſemine humano procedunt? Iſtud mera eſt infectio, & tamen, ecce cutis, caro, nervi, res prorſus mirabiles. Deo igitur tot miracula in unum corpus colligente, ubi imaginem ſuam & Majeſtatem expreſſam contemplemur, nonne eſt cur dicamus, Domine, hic ſunt quæ omnem captum & rationem noſtram exſuperant. Poſtquam autem Jobus de creatione hominis egit, ſubdit, *Tu mihi vitam dediſti & gratiam, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.* Quibus oſtendit, Deum non contentum ipſius in utero materno formatione tam excellenti, præterea ſibi contuliſſe vitam & gratiam. Vocabulo *vitæ* intelligit quicquid vigoris & virtutis ineſt animæ. Corpus enim ex ſe nullum habet motum: ſed omnino res eſt mortua. Tu igitur, Domine, mihi vitam dediſti: id eſt, quod præcipua laude & admiratione dignum eſt in opere tuo, non eſt ipſa corporis mei figura. Hic quidem elucet etiam tua virtus & admirabilis ſapientia: ſed anima longe eſt & meis neceſſitatibus, optime tibi cognitis, ſedulo proſpicis. Sic igitur cuſtodior & conſervor. Tandem addit, *Quamvis iſta ſint abſcondita in corde tuo, novi tamen quod hoc eſt apud te.* Quaſi diceret, Domine, ſcio hæc adeo eſſe ſublimia, ut non ſatis illa comprehendam: tamen aliquatenus comprehendo. Novi ita eſſe apud te: id eſt, non perfecte quidem hæc intelligo: ſed tamen non dubito, rem ita ſe habere. Aliquem ejus rei guſtum habeo: qui mihi ſufficit ut concludam, te ſapientiæ, bonitatis & virtutis tantos in me exeruiſſe theſauros, ut eos nunquam ſatis pro dignitate magni facere poſſim. Jam autem video quomodo me tractes: ſum miſerrimus, & à te concluſus eo carcere, ex quo nunquam egredi queam. Quare? Conſidero afflictionem quam mihi inflixiſti: cujus quando nullum exitum animadverto, confuſus hæreo: adeo ut etiamſi juſtus eſſem, non auſim tamen attollere caput, ut me in tuo conſpectu juſtificem. Nam rejiciar & excludar. Quemadmodum judex excludit & depellit eum cujus rationes non admittit: ut quicquid proferat, nihilominus à judice condemnetur. Idem mihi continget, inquit Jobus. Sentio enim, quamvis nullius culpæ mihi ſim conſcius, me tamen graviſſime à te affligi. Hæc autem profert ex immoderata illa perturbatione, de qua egimus: & interea tamen agnoſcit, ſi compareat coram occulta illa Dei juſtitia, quæ nobis eſt incomprehenſibilis, non à ratione alienum ſibi viſum iri, quod ſic tractetur. Verum quidem eſſe, ſe iſtud ſenſu naturali comprehendere non poſſe: ſed tamen ubi ſingula expenderit, æquum eſſe reperturum ut huic tentationi reſiſtat. Hæc in ſumma voluit Jobus. Nunc autem eſt quod obſervemus & memoriæ infigamus quæ hic Jobus docet de creatione hominum, & gratia illa Dei, qua conſervantur. Primum igitur, quum inquit, *Deum nos formaſſe tanquam argillam, & nos in pulverem eſſe reducendos,* poſtquam ſuam gratiam à nobis ſubmoverit: iſtud nos ad humilitatem inſtituere debet. Videmus enim quanti æſtiment ſeſe homines: adeo ut nemo ſit qui non appetat ſupra nubes extolli. Quare? Qui ſibi optime cognitus eſt, is minimum ſibi tribuit, ut vulgo dicitur. Verum homines claudunt oculos, & ſui ipſorum obliviſcuntur, nec volunt ſeipſos intueri quales ſint, & quæ ſua conditio, ut inde de ſua dignitate ſtatuant. Mirum eſt quod ita nosipſos fallendo delectemur. Quo magis notanda eſt hæc doctrina: quæ nos eo revocat, quo nunquam ultro accedimus: nempe, ut cognoſcamus Deum nos ex luto formaſſe. Tales ergo ſumus. Jam eant homines, & jactent ſuam dignitatem & virtutem. Neceſſe eſt, ut, velint nolint, intelligant ſe merum eſſe lutum, meram argillam. Hoc etiam plurimum valet ad nos humiliandos, quod in eundem ſtatum ſumus reducendi. Non quod in hoc ſtatu nos æter-

Digitized by Google

leſti, cauſam haberemus magnificandæ noſtræ originis: & ita quodammodo gratia Dei obſcurior redderetur: ſed quum lutum nominari audimus, quis illud reſpiciat? & quis non averſetur, ut rem ſordidam, atque etiam indignam, quæ vel conculcetur? Si lutum fimbriæ veſtis hæreat, inquinamur: ſi eo manus inficiatur, pati non poſſumus: ſi facies, multo minus feramus. Ecquid vero toti ſumus? Toti lutum ſumus: ut non veſtis, non calcaneum, non calcei duntaxat eo conſpurcati ſint, verum etiam nos eo referti ſimus, atque adeo nihil aliud ſimus præter cœnum & lutum, & extra & intus. Et interea tamen, dum admirabile iſtud Dei artificium, quo nos, ut dixi, fabricavit, contemplamur, eo magis poſſumus & debemus perſpicere bonitatem, virtutem & ſapientiam Dei. Sic igitur homines, dum ſuam originem conſiderant, caput demittant & ſeſe humilient oportet: ac cernentes quales ſint, & in quem ſtatum & honoris gradum à Deo evecti fuerint, eſt quod in admirationem rapti Deum magnificent, agnoſcentes ſe tanto magis ei devinctos & obſtrictos eſſe, quod ipſos è tam vili & abjecta materia eductos, gratia tamen tanta affecerit & nobilitarit, ut homines vel inviti confiteantur, Ecce, Deus ſeſe pleniſſime patefacit. Proinde quoties de nobis cogitamus, hæc duo memoria repetamus: nempe materiam illam, ex qua deſumti fuimus, quo ſuperbiam & nobilitatis opinionem deponamus: deinde artificium, quo nos Deus formavit, quo magis cognoſcamus, quantum illi debeamus, & unuſquiſque exclamet, Heu! Domine, non poſſumus comprehendere centeſimam partem tuorum in nos beneficiorum. Hæc primo ſunt obſervanda. Quibus conjungenda ſunt quæ Jobus ſubjicit, *Tu me percolaſti tanquam lac, & coagulaſti ut caſeum, meque cute & carne ac oſſibus induiſti.* Hoc quidem loquendi genus prima fronte durum videtur. An Spiritus Sanctus, dicat aliquis, non potuit aptius & decentius loqui? non habuit verba, quibus creationem hominum melius exprimeret? Iſta non videntur reſpondere neque convenire Majeſtati divinæ. Jobus autem non ſine cauſa ſic loquutus eſt. Nam, ut jam dixi, oportet ut homines vel inviti deprimantur: aut ſemper tumebunt ſuperbia, ita ut nunquam hæc adeo neceſſaria conſideratio illis in mentem veniat, Quid nobis indidit Deus? & quid eſſemus, ſi à nobis gratiam ſuam ſubduceret, noſque à ſe ſepararet? Nunquam huc veniant homines, niſi vi pertracti. Itaque oportet ut ad hoc lutum & cœnum, de quo hic mentio fit, ablegemur. Verum quidem eſt, ſubtiliores, id eſt, qui ſibi cæteris ſapientiores videntur, re-

Deus dat Philoſophis, ut plurima à vulgi cognitione remota ſpeculentur & cognoſcant: ſed noluit hic nos ad talem ſcholam vocare. Quid igitur? Voluit nobis declarare, quod nobis utile eſſet ad ſalutem: nimirum, ut præcipue cognoſcamus quid ſimus, ex qua materia formati: deinde artificium atque formam nobis inditam à Deo: quo ipſum glorificemus: nec poſſit quiſquam, ſive doctus, ſive indoctus, ſive nobilis, ſive plebejus, ullam excuſationem ignorantiæ ſuæ prætexere. Nam ſi Deus ſubtilius ageret, putarent docti, ſe ſtudio aut ſapientia ſua eam ſcientiam comparaſſe. Deus igitur hæc ita explicat, ut non alta ſpeculatione, non magno labore opus ſit ad hæc percipienda: ne dicant rudes & vulgares homines, Non licuit mihi frequentare ſcholam. Non requiritur magna eruditio, ut intelligatur quod hic proponitur. Sic ergo eo magis condemnandi fuerint docti & literati, niſi percipiant quod vel rudioribus notum eſſe debet: rurſum illiterati nullum habebunt juſtum prætextum, quoniam, quæ hic dicuntur, facile ab omnibus animadverti poſſunt. Hæc igitur utilitas eſt ſtyli quo utitur hoc loco Spiritus Sanctus, loquens per os Jobi, quum ait, *Deum induiſſe hominem cute & carne, & cooperuiſſe oſſibus ac nervis.* Quibus verbis voluit magis ac magis exprimere, quod modo dixerat, nempe quantum diſtet materia ſeminis humani ab artificio corporis humani. Ecce igitur ſemen, quod merum eſt inquinamentum & corruptio! ecce rurſus carnem vivam, ecce cutem, ecce nervos, ecce oſſa! Conſideremus pauliſper quantum vel in ſola hominis cute artificium eluceat. Ipſi etiam Ethnici coacti dixerunt, eos, qui ſummum Numen negant, convinci poſſe vel uno hominis unguiculo, nec alia probatione longius petita opus eſſe. Noſtri ungues ſunt veluti ſuperflua corporis excrementa, & tamen in eis mirabile artificium cernere eſt. Nam inſerviunt, ut manus adhiberi poſſint operi, ut roborari & flecti queant digiti, & attrectandis rebus neceſſariis proſint. Certum eſt igitur, unguem hominis, merum excrementum, ſpeculum tamen eſſe providentiæ Dei, quo intelligamus, illum ita in nobis operatum eſſe, ut ne centeſimam quidem artificii, quo nos formavit, partem cognoſcere poſſimus. Iſtud ergo hoc loco docemur, plurimum differre ſemen humanum ab artificio corporis. Sed quod præcipuum eſt, reſidet in anima. Propterea dicit, *Tu me induiſti.* Quibus indicat Jobus, præcipuam hominis dotem non in figura, quæ oculis conſpicitur, conſiſtere, ſed in interiore parte. Quid enim valent hæc verba, *Tu me induiſti*? Oportet

Digitized by Google

tum, plurimi iſtud facere deberemus. Contemplemur bruta animalia. Mirum eſt quod beſtia etiam ex ſemine, id eſt, corruptione, naſcatur: quod moveatur quoque, licet nec ſecundum corpus habeat eadem quæ Deus contulit homini. Videmus ut herbæ, quas beſtiæ comedunt, convertantur in ſanguinem, in lac & carnem. Et his poſtea nos paſcimur. In iſtorum itaque conſideratione vita animalis (quam vocant) ſingularem virtutem & ſapientiam Dei teſtatur. Sed longe præſtantior eſt vita hominum. Ideo diſerte Jobus ait, Deum ſibi dediſſe vitam & gratiam. Quibus nominatim ſignificat, vitam hominum conjunctam eſſe cum intelligentia & ratione. Ideo primo capite

Joan. 1:4. Joannis dicitur, Vita erat lux hominum. Joannes dicens verbo Dei omnia vivificari, & ſapientiam illam æternam, in Deo reſidentem, eſſe fontem vitæ & virtutis, declarat homines non vivere ut ſolum edant ac bibant, ſed quandam eſſe lucem ipſos illuſtrantem. Hac voce *lucis*, ſignificat imaginem Dei eſſe nobis impreſſam & inſculptam, quod ratione ac intelligentia ſimus præditi, & diſcernamus bonum à malo, & quod homines nati ſint ut aliquo ordine ac politia inter ſe conjungantur: ſua unumquemque conſcientia monente, hoc bonum, illud malum eſſe. En privilegium à Deo hominibus conceſſum: quum non ſolum eos vivificaverit, ſed etiam illorum animos ſic illuminaverit ut judicent & diſcernant, atque adeo vitam æternam apprehendant. Itaque non mirari vehementer non poterimus, ubi diligenter attenderimus quæ ſunt in homine dotes. Verum nihil admirabilius illa Ratione, quam Deus nobis indidit. Nam audita tantum, ac nunquam viſa, tamen animus noſter comprehendit. Quum homines in futura intuentur, & ea cum præteritis conferunt, iſta omnia memoriæ infigunt: quin etiam lecta vel audita judicio ſuo ſubjiciunt. Quæ gratia, à Deo hominum generi collata, profecto eſt inæſtimabilis. Itaque diſcamus ſedulo contemplari hæc Dei beneficia: & tunc ſatis amplum ejus magnificandi argumentum habebimus, etiamſi extra nos minime egrediamur. Propterea

Act. 17. *v.* 27, 28. Paulus in præclara illa Concione, Athenis habita, monet non eſſe quod homines procul abeant ut Deum cognoſcant. In ipſo enim, inquit, vivimus & movemur & ſumus: ut vel cæcis liceat ipſum palpando invenire. Itaque, inquit Paulus, etiamſi cæci eſſemus, nihilominus palpare poſſemus opera Dei, quum nobis ſenſum & rationem contulerit: adeo ut inexcuſabiles prorſus ſimus, niſi hanc gratiam, de qua hic agitur, ad verum uſum ſuum adhibeamus. Poſtremo, eſt

Hoc quidem ex parte verum eſt: ſed tamen ſcire debemus animas noſtras non vi ſua eſſe immortales, nec vitam à ſeipſis habere. A quo igitur vivificantur? A Deo. Quatenus ergo Deus inſtillat vitam animabus hominum, eatenus vegetantur & vim conſiſtendi habent, citra aliam ullam cauſam. Hæc igitur ſunt hoc loco notanda. Sed & quid hoc vocabulo *viſitationis*, Spiritus Sanctus exprimere voluerit, audiamus: nempe, Deum nos continenter tueri, nos viſitare ut conſervet, aut alioqui nobis eſſe pereundum. Philoſophi dicunt quidem, nos à Deo creatos & effectos eſſe, ab eoque habere ut ſimus: ſed interea putant, nos per illum vivere, per nos vero bene vivere. Sic obſcurant illi bonitatem Dei & virtutem ejus: quo malignitatis plus ſatis propenſi ſunt homines. Tanto diligentius obſervanda nobis eſt vox iſta, *viſitatio*. Quæ ſignificat, Deum, poſtquam nos in mundo collocavit, non deſerere nos, quo ipſi per nos conſervemur: ſed perpetuo nobiſcum manere, manumque ſuam nobis ſua virtute fulciendis porrigere, ne deficiamus. Itaque diſcamus ita vitam noſtram componere, ut ſemper in Dei conſpectu verſemur: quandoquidem ſubſiſtere non poſſumus, niſi ille oculis perpetuo in nos intentis nos ſuſtineat. Inde excitemur, ut in Dei timore ambulemus, quo illum pro dignitate magni faciamus & glorificemus, ubi cognoverimus immenſam ejus bonitatem, quam erga nos declarat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut, ſerio illorum ſenſu nobis indito, in eis nobiſipſis ſerio quoque diſpliceamus: & ob illa ſic gemamus, ut ſemper remedium quæramus, id eſt, petamus ut nos Sancto ſuo Spiritu reformet. Et quemadmodum nos creavit mortales, ita jam nos efficiat Domini noſtri Jeſu Chriſti membra: ad ſuam imaginem nos inſtauret: nec reſpiciat quid nobis indiderit natura, ſed quid gratia nobis contulerit: quod eſt pretioſiſſimum omnium donum: ſiquidem nos voluit facere novas creaturas, ut regni ſui cœleſtis participes ſimus. Nec continuet ſolum hoc tantum erga nos beneficium ſuum, verum etiam augeat ad rectam uſque illius perfectionem. Ac interea nos toleret in noſtris infirmitatibus: & quamvis omnibus modis coram ipſo condemnari mereamur, tamen ne ſummo jure nobiſcum agat, ſed nos potius recipiat tanquam ſuos filios, quemadmodum viſum eſt ipſi nos adoptare propter & per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum etiam omnibus, &c.

ut plus virtutis exerat, quam in illo naturæ ordine. Cæterum notemus, ſi Jobus, quamvis tot tantaque beneficia ſibi à Deo collata agnoſcens, nihilominus ad eas redactus eſt anguſtias, ut cogatur immodicas perturbationes prodere: id multo magis poſſe nobis contingere, dum non meditabimur, ut decet, bonitatem Dei, & beneficia quæ in dies nobis confert. Nam hoc etiam eſt verum remedium, quod ſupra declaravimus, malis noſtris mitigandis accommodatiſſimum, ſi ſentiamus quam liberalis erga nos ſit Deus, & quantas bonitatis ſuæ divitias nobis conferat. Hujus rei recta cognitio omnibus tentationibus mederi poteſt: ut vel in ipſo inferorum gurgite certa fiducia illum invocemus. Jobus autem hæc probe noverat, & tamen à gravitate afflictionis ſuperatur. Attendamus itaque nobis ipſis, & notemus ingratitudinem noſtram non fore impunem, niſi in pretio habeamus beneficia quibus nos quotidie afficit: nec vehementi aliqua afflictione nobis proſternendis & opprimendis opus fore, ſed vel minimi doloris ſenſu nos conſternatum iri. Ita eſſe apparet ex eo quod Jobus ſubjicit, *Si peccavi, me carcere includes, nec educes impunitum.* Ac ſi diceret, *Domine, me languore afficies.* Opponit enim carcerem repentinæ punitioni, quam Deus infligere poſſet, quamque ipſe facilius ferret, ut quidem exiſtimat. Scimus mala præſentia moleſtiſſime ferri: adeo ut qui magno frigore vexatur, cupiat ardere; & qui ardet, cupiat extremo frigore affici. Itaque Jobus, dum ita vehementer ei incumbit Dei manus, ut deploratus videatur, cupit ſe per mortem languore liberari: ut miſer aliquis nocens, cui ſua condemnatio certa eſt, & tamen in carcere retinetur quo novis in dies tormentis afficiatur. Jobus itaque eo redactus queritur, ſe non derepente à Deo tolli è medio. Unde admonemur, niſi Deus, dum nos corrigit, aut patientiam noſtram exercet, plagas moderetur, ita nos percelli, ut pro eo quod proficere deberemus, nihil aliud quam tumultuemur, & ferociamus. Jobus fuit patiens, & tamen ita tumultuatus eſt, ut in Deum inſultare velle videretur. Huc autem ipſum ſua infirmitas adigebat, quæ ipſum perdidiſſet, niſi eum Deus Sancto ſuo Spiritu conſervaſſet. Quod quum ita ſit, notemus, ſedulo Deum eſſe nobis invocandum, ut quum volet nos caſtigare, aut noſtram patientiam probare, ea nobiſcum lenitate agat, ut ejus manum agnoſcentes evadamus meliores, nec immodicas affectiones noſtras ſequamur. Cæterum, licet Deus nos huc & illuc jactari ſinat, & à carne noſtra tranſverſos rapi, nihilominus illum invocemus, … cipuum eſt. *Si impie egi, væ mihi: ſi ſum juſtus, nec ſic erigam caput, ſaturatus ignominia, & cernens afflictionem meam.* Jobus perſequitur quod ſupra explicatum fuit. Nam ſic ratiocinatur, ſi ſit improbus, ſe à Lege damnari: ſin juſtus ſit, aliquam etiamnum eſſe juſtitiam ſuperiorem, in qua confuſus hæreat neceſſe fuerit. Hoc minus notum eſt & vulgare: nec mirum. Quamvis enim Deus nobis in ſua Lege demonſtraverit, nos omnes eſſe condemnationi obnoxios, & iſtud minime ſit obſcurum, tamen vix centeſimus quiſque hoc agnoſcit. Quare? Hypocriſis nobis obtegit oculos, imo prorſus nos occæcat, quominus quod notum & familiare eſſe debuerat, animadvertamus. Ecce, Paulus fatetur, quamvis à puerſtia inſtitutus in Lege Dei, & inter Doctores non minimus eſſet, ſe tamen non intellexiſſe quid Lex Dei ſibi vellet, adeo ut ſuperbia inflatus ſibi ipſe blandiretur, quod ſe juſtum putaret. Ego vivus eram, inquit. Id eſt, opinabatur ſe *Rom. 7:9.*
juſtum eſſe coram Deo, ſibique in ſuis meritis ſummopere placebat. Quare? Quia nondum hac virtute præditus erat, ut cognoſceret, Deum tradidiſſe Legem ſuam, in qua ſe quiſque, ut in ſpeculo, intueatur, quo intelligamus omnes mera nos iniquitate ſcatere, unde ſerio abjecti & confuſi reddamur. Paulus autem nondum huc uſque pervenerat. Si tantus vir, in Lege Dei eruditus, imo inculpatus, ſuperbia tamen occupatus erat, quid nobis fiet? quid illis futurum eſt, qui Deum & ejus verbum negligunt, qui in vitiis occalluerunt, qui vitam diſſolutam agunt, aut qui temere gloriantur? Quemadmodum hodie videmus monachos & ſacrificulos illos Pontificios, item pleroſque ſuperſtitioſulos & ſuperſtitioſulas, qui ſub religionis prætextu aut ſcortatores ſunt, aut tumulenti, aut crudeles, aut proditores & invidi: & interea tamen ſe juſtos putant, atque adeo tot meritis ſcaturiunt, ut aliis etiam illa impertiri poſſint. Hoc mirnm videri non debet, quum Paulus etiam iſta opinione deceptus fuerit. Unde apparet tam fœda hominum hypocriſis, ut mirari oporteat tantam Dei patientiam, qua tam diu illos tolerat. Quod ſi iſta condemnatio, quam nobis in Lege Deus declarat, nobis eſt incognita, quomodo ad ſublimiorem & abſtruſiorem juſtitiam, quam hæc ſit, pertingere valeamus? Quum nobis præcipitur, Diliges Deum ex toto corde, ex toto intellectu, & totis viribus tuis, & proximum tuum ſicut teipſum: nemo non fatetur, perquam juſtum & æquum eſſe hanc regulam à nobis obſervari. Nam ipſa etiam natura nos docet, in

cum

Digitized by Google

coram Deo: quiſquis maledixerit fratri, aut ſimultatem cum eo geſſerit, homicida judicatur: quiſquis appetit aliena, etiamſi manus abſtineat, fur habetur. Nec ſolam voluntatem malam prohibuit Deus, ſed etiam ultra progreſſus eſt. Nam vetuit concupiſcentiam, id eſt, titillari & incitari ad malum ullum appetitum, quo etiam violatur Lex. Hoc autem non ſatis perpendunt homines. Quum igitur adeo ſtupidi ſimus, ut nobiſipſis non attendamus, ut decet, nec cogitemus Legem ſpeculum eſſe clariſſimum & præſtantiſſimum, in quo nos contemplemur: quis ille eſt, obſecro, qui ſibi perfectam Legis divinæ obſervationem arroget? Ita nihil mirum, homines implere non poſſe quæ in ea continentur. Cæterum, quo non mediocrem ex hac doctrina utilitatem percipiamus, memoria repetendum quod jam oſtendi, Legem Dei eſſe perfectam, nobis quidem, vitæ recte ſancteque agendæ normam. Obſervemus itaque, juſtitiam, quæ in Lege continetur, vocari poſſe perfectam, hominum quidem reſpectu, id eſt, pro noſtro captu & modulo: ſed tamen non eſſe juſtitiam quæ reſpondeat vel æqualis ſit juſtitiæ ipſius Dei. Multum abeſt. Verbi gratia (hoc enim in Angelis clarius erit) Angeli non habent Legem ſcriptam, ſed tamen ſeſe ad obſequium Dei componunt. Ideoque dicimus in Oratione Dominica, Voluntas tua fiat in terra, ſicut in cœlo. Illic ſine contradictione mandata Dei plene obſervantur, illic vere Deus regnat. Petimus reddi conformes Angelis: quod etiam nobis ſufficeret: tunc enim perfectione, quæ creaturis convenit, præditi eſſemus. Verum, num Angelorum juſtitia æquari poſſit juſtitiæ Dei? Infinito inter ſe diſtant ſpatio. Angelica juſtitia, quamvis reſpectu creaturarum perfecta, fumus eſt coram Majeſtate divina. Proinde ſedulo notemus, in Lege nobis offerri certam bene vivendi regulam, quam ſi adimpleremus, haberemur certe pro perfecte juſtis in Dei conſpectu, ſed ita, ut nihil propterea mereremur. Quare? Ex mera gratia
Levit. 18. pollicetur vitam, quum ait, Qui hæc fecerit, vivet
verſ. 5. in ipſis. Poteſt enim Deus, quicquid velit, à nobis exigere, ut interea tamen nulla re nobis obligetur. Sumus enim ejus creaturæ, &, ſi velit, nihil eorum quæ ipſi offeramus, admittat, quantumvis juſtum & purum cenſeamus: Deus ne adſpicere quidem oculo benigno illud dignabitur, niſi velit, id eſt, niſi pura meraque ſua liberalitate & gratia inducatur. Nunc igitur videmus, ut duplex ſit juſtitia Dei: una, patefacta in Lege, quam à nobis præſtari ſatis habet, quia ſic ei placet: altera, occulta & omnem hominum captum exſuperans. Secundum hæc Jobus ait, *Si ſum impius,*
Deut. 27. *væ mihi.* Quare? Nam ſcriptum eſt, Execrabilis quiſquis non præſtiterit omnia verba hujus Legis: Maledictus qui non coluerit Deum: Maledictus qui juſtus reperiretur. Hic autem aliquis quærat, quomodo Jobus intelligat hæc verba, *ſi juſtus ſum.* Male enim ſeipſum noverat, ſi ſibi perfectam Legis divinæ obſervationem vindicabat. Quare? Si homines, ut jam dixi, in ſua natura permaneant, adeo non ſuo erga Deum officio defunguntur, ut potius mera in
ipſis rebellio reperiatur: ſicut Paulus ait, affectio- Rom. 8: 7.
nem carnis noſtræ eſſe inimicitiam adverſus Deum. An ſequimur noſtrum ingenium? Sic adverſamur voluntati Dei, nihilque niſi malum & damnandum cogitamus. Itaque, donec nobis manum Deus porrexerit, nunquam ad ipſum accedemus. Inchoavit erga nos gratiam ſuam? Certe ex parte: & tunc vere ad illum adſpiramus, quoniam nos ad ſe trahit & adducit: ſed tamen non ita accedimus, ut par eſſet. Nam aderit quidem nobis rectus aliquis affectus, ſed infirmus & debilis, ita ut vacillemus, & ſubinde labamur, ſæpeque à recto itinere aberremus. Talis eſt hominum conditio. Conſideremus autem ſummum iſtius juſtitiæ gradum. Sumamus aut Abrahamum, aut ſanctos illos Patres, qui fere Angelice vixerunt: num illi Legem impleverunt? Nequaquam. Nemo non inveniatur reus, ſi vita ipſius coram Deo examinetur. Quomodo igitur intelligitur quod Jobus ait; ſi inveniatur juſtus, ſe nihilo magis caput erecturum? Deus quidem pro juſtis habet eos qui tales non ſunt: id eſt, quum facit ex gratia ſua ut ſecundum ſuam voluntatem ambulemus, quamvis multis vitiis laboremus, tamen ab eis oculos avertit, nec ſevere nobiſcum vult agere. Si non perfecte officio functi ſumus, non tamen nos rejicit, ſed infirmitates noſtras tolerat, & pro bonis imputat nobis quæ non ſunt talia. Sic igitur cum ſuis agit Deus. Jobus autem hic loquitur de re impoſſibili, acſi diceret, Verum eſt, me non ita juſtum eſſe, ut velim examen ſubire fretus mea perfectione, quaſi nullius peccati mihi conſcius eſſem, & Legem penitus adimpleſſem: hoc enim eſt impoſſibile. Sed quamvis Legem perfecte præſtitiſſem, non auderem tamen caput erigere. Quare? *Video meam afflictionem, ſaturatus ſum ignominia:* quaſi dicat, Deus tale dominium in me exercet, ut neſciam quo me vertam: ſi reſponſem, nihil profecero. Ita prodit ſuam perturbationem Jobus. Debebat enim confiteri, Deus eſt juſtus, & non ſolum Lex ejus regula eſt juſtitiæ, ſed præterea video aliam juſtitiam altiorem ea quam nobis patefecit, ac teſtificatus eſt, indita noſtris mentibus boni & mali notitia, ad quam vitam noſtram componeremus. Agnoſco itaque aliam juſtitiam iſta longe ſublimiorem: ac proinde oportet ut me illi humiliter ſubmittam. Sic Jobo loquendum erat, verum oſtendit ſe vi adigi, ut agnoſcat in Deo juſtitiam celſiorem Legali juſtitia. Ait enim, Video meam afflictionem,

ſum

Digitized by Google

nam nihil exſpectemus. Sic itaque nobis uſurpanda eſt hæc doctrina, Væ nobis, ſi improbi ſumus. Tunc enim non fuerit nobis deveniendum ad alterum articulum, Si juſti ſimus, nos non auſuros tamen caput erigere. Quare? Ubinam enim reperietur juſtus? Cæterum notemus etiam, ſi juſti ſimus, id eſt, non prorſus mali & diſſoluti, non aliter tamen quam acceptatione gratuita & liberali, juſtos vere cenſeri poſſe. Verbi gratia, fideles vocantur quidem juſti, non ſolum quia Deus illis ignoſcit, eoſque in gratiam recipit, ſed etiam quia illorum vita ei grata eſt. Simeon

Luc. 1:6. & 2:25.

dicitur fuiſſe vir juſtus: Zacharias & Elizabetha ejus uxor juſti nuncupantur. Quare? Quia viam à Lege præſcriptam tenuerunt. Idem quoque de ſanctis illis

Gen. 6:9.

Patriarchis refertur. Verum obſervemus, tales fuiſſe propterea quod Deus pro gratuita bonitate ſua illos acceptos habuerit, non imputans eis ipſorum peccata. Quum dicimus, homines juſtificari fide, id fit eo quod Deus eis ſuas offenſas condonat, eoſque liberat in gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti. Ita quoque intelligere debemus, nos juſtos eſſe, quoniam gratis Deo ſumus accepti. Noſtra enim opera perpetuo ab illo rejici merentur. Jam non loquor de illis operibus, quæ ex ſua ipſorum virtute edunt homines: illic enim mera fœditas eſt & rebellio. Sed etiam tum quum aliquis Spiritu Dei regitur, & bonis operibus præſtandis ex ejus gratia incumbit: tamen omnia quæ facit opera ſunt imperfecta, dignaque quæ à Deo rejiciantur: ac tantum abeſt ut alicujus pretii aut meriti ſint, (quemadmodum Papiſtæ imaginantur,) ut nihil ſint præter infectionem. At Deus illa recipit. Nempe ut pater recipit quæ à filio ſuo ſibi offeruntur, quamvis ſint nihili. Itaque etſi juſti eſſemus, id eſt, aliqua juſtitiæ ſpecie ornati, meminerimus hoc indignum eſſe quod recipiatur à Deo. Qua-

Deut. 7. verſ. 26.

re? Quia ſcriptum eſt, Maledictus qui omnia hæc verba non impleverit. Atqui nullus eſt qui vel unum impleat, ea puritate qua decet. Ergo ſequitur, merito nos poſſe à Deo condemnari. Atque ita oportet demittamus caput, & quidem non egredientes extra Legem: & tamen hæc nihil eſt præ juſtitia illa Dei, quæ nobis eſt abſcondita & incomprehenſa. Ponamus, aliquem ſatisfacere officio ſuo. quid tum? An poteſt litigare cum Deo? Minime vero, ſed obmuteſcat oportet. Quare? Deus enim nihil nobis debet.

Lev. 18:5.

At promiſit, fore ut qui hæc præſtaret, viveret in eis. Ita: verùm noverimus quod iſtud pro mera liberalitate ſua promiſit. Videmus quid nobis dicat Domi-

Luc. 17:7.

nus noſter Jeſus Chriſtus: Si ſervus fecerit quicquid ipſi præceptum fuit, & amplius; (loquitur autem de

miſſis, quando dixit, Qui hæc fecerit, vivet in ipſis. Itaque ſi valemus Legem implere, nobis parata eſt remuneratio à Deo. Quamobrem non eſt quod dicamus cum Jobo, videntes ignominiam & afflictionem noſtram, confundi nos & percelli à potentia nobis incognita: & quamvis modum ſæviendi exſuperet, nihil tamen contra hiſcere auſuros, quia nihil proficeremus. Ne ita, inquam, transverſos abripi nos ſinamus: verum meminerimus, Deum nunquam ſine juſta cauſa ſuos affligere, etiamſi non habeat rationem peccatorum ipſorum: ſicut certum eſt, Jobum non fuiſſe afflictum tanquam ſceleratum. Juſtiſſima quidem cauſa Deo erat illius multo etiam gravius caſtigandi: ſed tamen huc minime ſpectavit. Quid igitur? Voluit explorare ipſius patientiam: voluit confutare iſtam calumniam Satanæ, dicentis, Jobus obſequitur Deo, quia rebus proſperis fruitur. Deus igitur voluit contrarium oſtendere. Hinc diſcamus, de juſtitia Dei verba facientes, ita loqui ne quid immoderatum & inordinatum ei affingamus, quaſi in illum irruere vellemus: ſed admirabilia & ſtupenda ejus arcana adoremus, ſic tamen ut ſemper hoc apud nos conſtitutum ſit, Eheu! non eſt quod dicamus, Si juſtus eſſem, non auderem tamen caput erigere: nam ſemper eſt cur caput demittamus. Quare? Licet enim Deus pro tribunali nobis condemnandis non ſedeat, intus circumferimus noſtrum judicem: an non enim ſe quiſque condemnare poteſt? an non ſua quemque conſcientia plus ſatis convincit? Itaque meminerimus, nulla alia quam Legis condemnatione opus eſſe, quæ ſingulis hominibus familiaris eſſe debet. Jobus autem poſtea ſubjicit, *cupere ſe ut malum ſuum creſcat. Etiamſi creſcat,* inquit, *venaberis me ut leo, ac mirabilem te oſtendes in me.* Hic Jobus tractat, ut antea, de arcanis illis Dei judiciis, quæ homo comprehendere non poteſt, quod ejus ſenſum & ingenium ſuperent. Ideo vocat Deum Mirabilem. Ipſa quidem Lex Dei eſt etiam mirabilis, quia nos experfacit ſecus ac ferat imaginatio noſtra. Nec non videmus vel ſapientiſſimos, dum de integritate & perfectione verba faciunt, non attingere illum Legis rigorem. Itaque ipſa etiam verbi divini doctrina captum noſtrum exſuperat: ſed tamen ſic eſſe convincimur, poſtquam probe edocti intelligimus quomodo ſe res habeat. Si Deus nobis laxet habenas, nec ſcholam ejus frequentemus, quo à Lege voluntatem ipſius doceamur, ſimiles brutis obſtupeſcimus: ſed ubi cognovimus hæc præcepta, Diliges Deum tuum ex toto corde tuo, ex toto intellectu, & totis viribus, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: tum intel-

Digitized by Google

Deus faciat ſui regni hæredes, alios vero perditioni deſtinet? quid cauſæ eſt præter ipſius voluntatem? Hoc itaque prima fronte valde miramur. Quî iſtuc? ut ſimus omnes pariter à Deo creati, ut nihil ſit diſcriminis, quod ad nos attinet, ut alter alteri non præſtet: & tamen Deus miſereatur quorum miſereri velit, alios autem deſerat? An hoc æquum eſt? Sic igitur homines incitantur ad obtrectandum Deo. Nobis quidem iſtud mirabile eſſe debet: nam niſi admiraremur, infinitis quæſtionibus intricati, tandem ad blaſphemias prorumperemus: ſicut videre eſt contentioſos illos ſemper diſceptare & fanaticis ſuis imaginationibus inhærere: quia pro ipſorum modulo non agit Deus, non dubitant illum damnare. Oportet igitur hanc electionem Dei nobis eſſe admirabilem & ſtupendam. Quare? Quo ad ejus adorationem incitati, dicamus, Heu! Domine, non poſſumus pertingere ad tam excelſa arcana, nec ad ſecretum conſilium tuum, ut illud perſcrutemur: ſed oportet adoremus quod jam nos latet, & fateamur te juſtum & bonum eſſe, quamvis non pateat nobis cauſa. Huc quum devenerimus, tum volatica temeritate non judicabimus pro imaginatione noſtra de arcanis Dei: ſed imitabimur quod factum eſt à fidelibus omnium ætatum. Hi quidem quum diſſerunt de electione Dei, ſobrietatem & modeſtiam ſervantes, exclamant cum Paulo, Quam inſcrutabilia ſunt tua judicia! & admiratione correpti non ſubtiliter hoc aut illud inquirunt: ſed ſic apud ſe
Rom. 11. verſ. 33. reputant, Ex parte nunc concipimus facta Dei, dum exſpectamus ultimum illum diem quo perfecte nobis revelentur. Ita fideles ſemper diſceptarunt de electione, nec deerrarunt ad ſubtiles quæſtiones. Verum quidem eſt, admiratos iſta fuiſſe, ſed ut honorem debitum Deo deferrent, cognoſcentes ejus arcana ſublimiora eſſe quam ut eo mens humana pertingat: atque ita placide & modeſte admirabantur: ac proinde acta illa Dei eis mirabilia & non mirabilia erant. Mirabilia, quia illic agnoverunt ſecreta omnem captum humanum ſuperantia. Non mirabilia, quia in ſui electione cognoverunt bonitatem & miſericordiam Dei, quatenus ipſos ad ſalutem elegit ad ſeque vocavit, alios autem reprobavit. Hæc de electione Dei. Idem ſtatuendum de ipſius providentia. Dicitur Deus omnes hujus mundi res diſpenſare & gubernare. Ergone Deus auctor eſt bellorum? an regit eos quos ſuus furor agitat? ſicut videmus Principes ambitione aut avaritia ſanguinem effundere, expilare, opprimere, ut Furiæ infernales videantur potius quam homines: quibus ſimiles ſunt, aut etiam deteriores, ipſorum miniſtri. En igitur homines feris ipſis ferociſſimis immaniores. Hiſce inſtrumentis utitur Deus? Quî iſtuc? Adhæc videmus Eccleſiam indignis modis tractari, affligi, vexari, perſequutiones pati. Et quis hæc ſuſcitat? Præterea cernimus Evangelicam

Itaque ne moleſte feramus ſua Deo ſoli nota eſſe arcana quæ ſenſum noſtrum ſuperant. Sed & iſtud adhuc nos percellit. Dicat enim aliquis, Omne bonum noſtrum omniſque felicitas nonne conſiſtit in cognitione noſtri, & voluntatis ipſius? Ita, quatenus nobis expedit. Sed notemus, Deum nobis dediſſe ſui cognoſcendi modum, nobis aptum & convenientem. Poſſet jam nos perfecte illuminare: verum id minus nobis expedire novit: ac propterea certam quandam portionem nobis impertit, ſeſe nobis accommodans. Itaque ne nobis ægre ſit, quod ex parte tantùm Deum cognoſcamus, ut ſeſe in Scriptura patefacit, quoad nos iſto mortali corpore exuerit, adeoque noſtras animas reformarit, ne veteri homine, rebuſque terrenis & vitiis à peccato Adami promanantibus ſint amplius involutæ. Jobus autem poſtremo declarat, qua in re Deus ſeſe in ipſum oſtenderit mirabilem. Quoniam, inquit, *renovabit plagas meas, & ſubinde mutabit.* Vocabulum quidem Hebraïcum *plagæ*, ſignificat proprie *teſtes:* & certe plagæ, quas Deus hominibus infligit, ſunt tanquam teſtes in illos producti, & totidem ſunt examinationes quibus veritas eruatur. Jobus tamen hic vere loquitur de plagis, intelligens caſtigationes quas ipſi Deus immiſerat. Ait igitur eas renovari, & alias aliis ſuccedere. Hæc ſunt diligenter notanda. Quamvis enim Dei opera mirifica ſint ingenio noſtro, nihil tamen magis, quam hæc tentatio, impedit, quominus juſtitia Dei cognoſcatur. Hic, inquam, hominibus maxima impedimenta objiciuntur. Verum eſt, quotieſcunque nobis proponitur aliquod ſacræ Scripturæ caput, quod noſtræ imaginationi non reſpondeat, id moleſtiam nobis faceſſere, adeo ut ſtatim obganniamus in Deum. Sed in eo præcipue contumaciam noſtram prodimus, quum manu Dei cæſi, nihilominus adduci non poſſumus ut confiteamur juſte à Deo caſtigationes infligi. Huc, inquam, adigi non poſſumus. Propterea Jobus agens de mirabilibus Dei, adjicit, *Multiplicas plagas tuas contra me.* Quia autem hæc doctrina fuſius explicari hodie non poteſt, notemus, nihil nobis reſtare niſi ut ad Deum recurramus, orantes ut eo nos verbi ſui guſtu afficiat, quo placide recipiamus quicquid ibi continetur. Sed & quum ſeverius nobiſcum agere volet, ita moderetur ſuas plagas, ut, quamvis gravi dolore afficiamur, nihilominus ad ipſum confugiamus, quo nos filiorum loco ſemper habeat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut det illa ſic à nobis cognoſci, ne amplius nos excæcet hypocriſis, nec ſuperbia, nec vanitates illæ quibus ingenia noſtra plena ſunt: ſed prorſus confuſi recurramus ad remedium nobis oblatum: nempe ut amplectamur redemtionem nobis acquiſitam cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et cognoſcentes hac ſola ratione

nos

Digitized by Google

ſtatim ſuccedant. Proinde ne putemus effugiſſe manum ejus, uno malo liberati: ſed nos ejus ferulis ſummittamus, quoad nobis parcat. Hæc enim eſt ſola ratio pacis & relaxationis obtinendæ, nempe ſi Deus nobis propitius reddatur: alioqui faciet, ut ſentiamus illud quod eſt in cantico Moſis, ſibi non unius generis, ſed multiplices eſſe caſtigationes in ſuis theſauris reconditas. Interim autem videmus, Jobum dolore compreſſum petere à Deo ut ſe ſubito è medio tollat. Jam eandem ſententiam ſupra habuimus, ſed nunc illam confirmat: quaſi diceret, Non ſine cauſa iſtud expeto, quum Deus me tam acriter perſequatur, ut nihil relaxationis, ſed mera confuſio mihi ſuperſit. Quum autem Jobus ait, *Cur de vulva eduxiſti me?* proculdubio graviter peccat. Homines enim ſunt ingrati, etſi in hac vita miſerrimi ſint, niſi agnoſcant ſe eo eſſe obſtrictos Deo, quod ab eo ſint conditi & formati. Parumne eſt, nos à Deo creatos eſſe ut in mundo regnemus, ejus creaturis fruamur, imaginem ipſius geramus, & paternam illius benevolentiam reipſa experiamur? Num tantum ab eo nobis delatum honorem contemni oportet? Videmus itaque Jobum omnino inexcuſabilem eſſe, dum optat ſe è vulva in ſepulcrum delatum, aut nunquam natum fuiſſe. In hac quidem concluſione non prorſus ſubſedit: ſed tamen oſtendit quibus perturbationibus moveretur, quamvis citra conſenſum. Doctores autem Pontificii iſtud negant peccatum eſſe, ſed ignorantiam ſuam produnt. Docent, ſiquis ad vindictam, aut furtum, ſimiliaque vitia ſollicitetur, illum in eo non peccare, modo non ſequatur rata concluſio & fixus conſenſus: ſed potius iſtud virtutis eſſe indicium, quod ille reluctetur. Ante Baptiſmum quidem hoc peccatum eſſe confitentur: ut aliquis Turca aut Ethnicus tentatus ad malum, ſit coram Deo reus: ſed aiunt Baptiſmo hæc omnia elui, adeo ut laudem potius coram Deo mereamur, quando tentationi non conſentimus, quam ut tentati peccaſſe cenſeamur. Sed, uti jam attigi, fœdam ignorantiam produnt. Quos enim alloquebatur Deus, quum præciperet ut diligeretur ex toto corde ac totis viribus? An non Judæos, qui ipſius erant Eccleſia? Nonne hæc regula ad nos quoque nunc pertinet? an non idem mandatum nobis etiam commune eſt? Si tenemur diligere Deum ex totis viribus noſtris ſenſibuſque ac pectoribus, & ſi verum eſt, quot nobis inſunt pravæ affectiones, totidem eſſe reluctationes & inimicitias adverſus Deum: certe neceſſario conſequitur, totidem peccata committi, quoties ei rebellamus, & ipſius mandata tranſgredimur. Sic igitur ipſa quoque natura violatur. Verum eſt, nobis non imputari peccata, ſed inde non ſequitur nos minime ſenſus, tamen jure Deum poſſe de nobis pœnas ſumere, ſed nobis tamen parcere gratuita bonitate ſua, nec illud nobis imputare. Jobus itaque peccavit. Unde diſcamus, Deum poſſe nos in Judicium trahere, dum leviter tantum ab ejuſmodi tentatione titillamur: nam licet illam ſuperemus ac ſupprimamus, jam tamen à recto tramite deflexímus, ac proinde culpam noſtram confiteri debemus. Verum nihilominus recumbere nos oportet in gratuitam Dei miſericordiam, quod non recordetur noſtrorum peccatorum. Jam veniamus ad ipſa Jobi verba, *Quare*, inquit, *è vulva me eduxiſti?* Verum eſt, quum vitam humanam reſpicimus, confitendum eſſe quod apud pleroſque Ethnicos vulgare fuit, Optimum eſſe non naſci, aut ſaltem ſtatim à nativitate mori. Qui omnes calamitates & miſerias, quibus obnoxii ſumus, enumerarunt, illi conſtituerunt præſtare homines nunquam in lucem prodire. Quale eſt enim vitæ ipſorum initium, niſi fletus ac gemitus? Infantes, antequam quicquam ſentiant, ſatis declarant in nobis malorum ac miſeriarum eſſe mare quoddam & horrendam abyſſum. Poſtea, ætatis progreſſu, mala quoque & numero & gravitate augentur. Præſtaret igitur homines nunquam naſci, aut natos illico exſpirare, ne longius iter ingrederentur. Hoc autem dictum partim cum ratione congruit, partim cum ingratitudine cohæret. Quare? Nam licet infinitis miſeriis homines opprimantur, tamen in altera lance appendere debemus honorem, quo Deus nos ornat, quum nos ſuis creaturis præficit, ut hic tanquam ipſius filii regnemus, & paternam ejus erga nos benevolentiam experiamur: ut interim noverimus nos in hoc mundo non eſſe ab illo collocatos, niſi ut ad altiora tendamus, nempe ad vitam illam cœleſtem, cujus nobis jam guſtum quendam præbet. Hoc probe cognito, facile ſuperabimus omnes miſerias & afflictiones, quæ hominibus in hoc mundo contingant. Propterea dixi, ut hæc ſententia, Quod ſatius eſſet homines nunquam naſci, videatur aliqua ratione niti, non carere tamen ingratitudine. Non enim obliviſci debemus beneficiorum Dei, quibus miſerias compenſemus. Ut ut ſit, Jobus huc ſemper redit, velle ſe nunquam natum eſſe. Quare? Ita enim turbatus & confuſus eſt dolore ac triſtitia, ut interea recordari nequeat, Deum creaſſe ipſum ad ſui imaginem, & in mundo tractaſſe & babuiſſe ut unum ex ſuis filiis, ac præbuiſſe ipſi guſtum vitæ æternæ, ad quam homines invitantur. Jobus huc uſque pertingere non poteſt. Quare? Ejus animus eo anguſtiæ redactus eſt, ut nihil niſi malum ſuum ei obverſetur. Quapropter notemus, in vehementioribus afflictionibus fore nos ſemper huic vitio obnoxios, quo Jobus ſe laboraſſe

Digitized by Google

lenirentur? Sed videamus etiam, quorſum Deus nos in hoc mundo collocaverit. Nam ſi in infantia morimur, nec intelligentiæ nec rationis uſum habemus: ſed ætate progrediente diſcimus quod nobis incognitum erat, nempe Deum nos formáſſe ad imaginem ſuam, dediſſe nobis intellectum, ut ſciamus non in his infimis locis nobis immorandum eſſe, ſed nos ad vitam æternam & cœleſtem à Deo vocari. Jam ſi ex hoc mundo tollimur, perinde, quaſi nunquam fuiſſemus, privamur tali bono, hac, inquam, cognitione, Deum velle nos æterna ſalute donare, atque etiamnum in hac peregrinatione terrena nobis aliquot ſuæ benevolentiæ certa ſigna oſtendere. Itaque ingratitudo eſt non ferenda, quum optant homines extincti eſſe perinde ut ſi nunquam fuiſſent. Vita autem humana non ſimpliciter in ſe conſideranda eſt, ſed ſpectandus ejus finis & ſcopus: qui eſt, ut nos deducat ad ſpem illam jam nobis in cœlo abſconditam, quamvis Deus hic ejus nobis aliquem guſtum pro noſtro captu ac ruditate præbeat. Sed & notandum eſt, quomodo mortem optare liceat, & quomodo rurſus debeamus non ſolum patienter vivere, verum etiam gaudere, quamvis in languore vitam traducamus. Licet mortem optare, ut ante declaratum fuit, hac ratione, quod in hac vita non ceſſemus offendere Deum, ac innumeris corruptelis circumcincti undique ſimus: poſſumus gemere, cupientes tali ſervitute à Deo liberari: nec ſolum nobis id licet, ſed etiam eſt ex officio noſtro. Nam ſi Dei ſpiritus nos regit, debemus peccatum & malum omne odiſſe. Atqui homo vel maxime virtutis ſtudioſus, in hoc mundo non ceſſat Deum offendere. Debemus ergo, malum & peccatum odio proſequentes, tædio vitæ affici. Quare? Quia nos detinet captivos in carcere tot & tantarum infirmitatum, quæ voluntati divinæ adverſantur. Ita fideles ſemper vitæ ſuæ tædebit, quum pro voto nequeant Deo plene obtemperare. Hoc autem dico nobis non modo licere, ſed etiam

Philipp. 1. *verſ.* 22, 23, 24. *Rom.* 7. *verſ.* 24.

neceſſarium eſſe. Ac videmus etiam Paulum non dicere quod ſibi liceat mortem optare, ſed profiteri quoque ſibi melius eſſe evocari à Deo ex hoc mundo, ſui ſolius ratione habita. Quin etiam quum ait, Miſer ego, quis me eripiet ex iſto corpore mortis? confitetur ſe infelicem, ſi ſpectet duntaxat ſtatum ſuum præſentem. Et quum petit hac vita liberari, non ex perturbatione humana, ſed zelo ex Spiritus Sancti afflatu loquitur, quod cuperet ſeſe totum bono addicere. Id quod fieri non poſſe videbat, donec hac carne exutus eſſet. Hæc igitur cauſa eſt, cur vitæ afficeretur tædio. Sic nobis quoque agendum eſt, videlicet ut vitioſitatem noſtram agnoſcentes deteſtemur vitam noſtram. Quoniam autem homines nequeunt eo pertingere, neceſſe eſt ut à Deo urgeantur & exſtimulentur, quo ad peccatum deteſtandum eos inducat. Et quia vi huc gratia ſibi collata. Gratias ago, inquit, Deo meo per Jeſum Chriſtum. Confidebat enim non defuturum ſibi Dei auxilium: certo ſciebat, ſe virtute ab eo donandum, qua malo reſiſteret, ac ſuam infirmitatem coram Deo ſepeliendam, nec ſibi imputandam. Paulus itaque non afficitur vitæ tædio præ iracundia & impatientia, nec excandeſcit, ut Deo obtrectet. Satis habet, ſibi à Deo malum non imputari, nec Satanæ ac peccato victoriam in ſe permitti. Ita gerere nos decet: verum ſecus facimus. Sic liceret etiam nobis hanc vitam odiſſe, eo videlicet quod in ea detineamur ſervitute peccati. Adhæc tenendus eſſet hic modus, ut non optaremus prius iſtis miſeriis liberari quam conſtitutum ſit à Deo: quum ſatis eſſe nobis debeat, quod præſto ſit ut nobis pro neceſſitate opem ferat. Jobus autem dicens, *Utinam nunquam natus eſſem, aut ab utero materno delatus eſſem in ſepulcrum*, prodit immodicam perturbationem. Tanto igitur diligentius hæc nobis ſunt obſervanda. Nunquam enim ea, qua decet, temperantia & mediocritate vitam præſentem oderimus, niſi attendamus eam nobis datam à Deo, ut in ea, paterno ejus amore guſtato, ulterius aſpiremus. Verum eſt hanc vitam eſſe nobis teſtimonium Dei, quum hic tam benignum ſeſe nobis exhibeat, jam nobis promittentis quod nondum intuemur, nempe gloriam illam immortalem quam nobis acquiſivit. Sed aliud cogitamus: non ideo vivere cupimus, ut Deum colamus, ſequentes exempla ſanctorum Patrum. Vivam, inquie- *Pſal.* 118.
bant illorum ſinguli, & commemorabo laudes Domi- *verſ.* 17.
ni: vivam ut templum, Deum celebraturus, frequen- *Eſa.* 38.
tem. Huc non collimamus: nec mirum, ſumus enim *verſ.* 5.
prorſus corrupti, & oblivioni tradimus præſtantiam primæ noſtræ creationis. Quid igitur? Vivere cupimus more brutorum, ut hic voluptati indulgeamus, ut comedamus & bibamus, ut noſtris cupiditatibus quiſque pro ſua libidine ſatisfaciamus. Sic igitur homines ſuiipſorum, & non Dei, rationem habent. Hoc autem eſt non leve peccatum, vitæ affici tædio, quia nobis res ad votum in ea non fluant: ac non quod peccato ſerviamus, ſed quod carnis noſtræ cupiditati non ſatisfiat. Vellemus enim Deum nobis obtemperare & obſequi. Hinc fit, ut rebus nobis ſecus, ac optemus, ſuccedentibus, irritemur, indignemur, tumultuemur, & ubique conqueramur. Itaque tanto magis notanda nobis eſt hæc doctrina: ut in pretio habeamus hanc vitam, quia Deus in ea nos collocavit, quæ nobis eſſet, ceu filiis ſuis, ſuæ erga nos paternæ benevolentiæ teſtimonium. Deinde noverimus, nos ita corruptos eſſe in Adamo, ut hic perpetuo quaſi captivi & mancipia Satanæ, nunquam à male agendo deſiſtentes, detineamur: quo cognito, noſipſos ſollicitemus & incitemus ad bonum ſanctumque affectum, ut vel in mediis miſeriis noſtris ſemper ad Deum revertamur,

ſcien-

Digitized by Google

quem finem, & qua conditione fuerit creatus, ſed etiam propterea quod in ea Deus eſt glorificandus. Quum creaturam à Deo in mundo collocatam intuemur, an non ejus bonitatis ceu quoddam ſpeculum oculis noſtris obverſatur? Ubi igitur hominem aſpicere datur, inde gloriæ Dei amplificandæ occaſionem arripere debemus. Jobus autem vellet ſtatim extinctus fuiſſe: & ſic obſcurat Dei gloriam non ſine ingratitudine. Atque videmus in iſtis omnibus illum non tenuiſſe, quem debuit, modum. Quo magis nobis ipſis attendere debemus. Nam ſi hujuſmodi tentatio tali viro contigit, quanto magis nos, qui tam imbecilli ſumus, tranſverſi rapiemur? Continuo ſubjicit, *Dimittat me, ut paululum reſpirem, antequam deſcendam ad regionem umbræ mortis, ubi mera eſt confuſio.* Videmus ut Jobus perpetua perturbatione rapiatur, quod judicium Dei ipſum premeret. Quo pertinet quod ſupra dicebamus, eum videlicet non præcipue ſenſiſſe mala corporis, ut ab unoquoque noſtrum ſentiuntur: ſed affectum eſſe hac potiſſimum cogitatione, quaſi Deum ſibi infenſum odio hoſtili & capitali haberet. Hoc igitur ſic angebat & torquebat Jobum, ut, quam decebat, patientiam non præſtaret. Breviter, quum nos Deus ad hæc ſpiritualia certamina vocat, tum ſerio nos explorat, & ad vivum uſque examinat. Quod diligenter notandum. Videmur enim nobis milites ſtrenui, & extrema ſubiiſſe certamina, quando morbum aliquem aut aliam afflictionem paſſi ſumus: ut Deum plagas renovare non debere, ſed immunes in poſterum nos ſinere, arbitremur. Et tamen nihil ſunt omnes corporis afflictiones præ anxietate illa qua afficitur miſer peccator dum Deum ſibi repræſentat quaſi adverſarium, cui reconciliari qua ratione poſſit non videt. Quum igitur peccata ſic nobis obverſantur, & Diabolus iram Dei objiciens nos territat, & ex altera parte conſcientia nos redarguit, Deumque velut infenſum ſentit: hæc anxietas gravior eſt omnibus corporis doloribus. Itaque comparemus nos ad ejuſmodi certamina ſpiritualia, Deumque precemur ut nos corroboret, quum videamus omnes omnium hominum virtutes hic deficere, brevique nobis pereundum fore niſi ſuperne ſuſtentaremur, & nos lapſos Deus erigeret, ac ad rectam viam aberrantes reduceret. Interim quum Jobus ait, *ut paululum à ſe recedat*: eo magis animadvertimus quam infelix ſit miſerorum peccatorum conditio, dum concipiunt Deum ſe perſequi, ſibique adverſari. Et ſane ubinam poſita eſt omnis noſtra lætitia & felicitas, niſi dum ſentimus Deum nobis oropinquum, ſuaque virtute perpetuo præſentem? E contrario miſer peccator, Dei judicio perterrefactus, ſolas latebras quærit, ut conſpectum Dei fugiat, nec manum ejus amplius ſentiat. Itaque nihil melius miſellis peccatoribus, ſic Dei co notanda, quæ ad uſum noſtrum applicemus, ne vincamur & ſuccumbamus, quum nos Deus affligere, & ad vivum examinare voluerit, exploraturus noſtram in ejuſmodi tentationibus conſtantiam & virtutem. Sic poterimus audacter dicere cum Paulo, Nullæ res, nec præſentes, nec futuræ, nec vita, nec mors, nec alia quælibet poſſunt nos à Dei amore ſeparare: id eſt, facere, ne perpetuo ſentiamus paternum ipſius amorem, quem nobis guſtandum præbet, quo triſtitiam noſtram moderetur & leniat. Paulus nominat res futuras: quaſi diceret, Verum eſt, homines obnoxios eſſe infinitis miſeriis, ut quaſi in calamitatum labyrintho natura noſtra verſetur: ſed tamen ſi Dominus noſter Jeſus Chriſtus tanquam vinculum nobis cum Deo conjungendis intercedat, ſi in eum reſpiciamus ut nos Deo Patri ſuo reconciliantem, nihil gaudium noſtrum interturbare poterit. Hoc à Deo petere debemus, probe nobis ipſis cognita conditione noſtra. Jobus autem poſtremo agit de ſorte mortuorum: *Antequam*, inquit, *abeam in regionem obſcuram, in foveam tenebricoſam, ubi mera confuſio & tenebræ.* Jobus hic loquitur ut is qui nullam de animarum immortalitate, nec de mortuorum reſurrectione promiſſa ſpem haberet. Quo igitur redactus eſt? Obſervemus autem, illum hic exprimere perturbationes miſeri peccatoris, qui ſolam iram Dei concipiat. Quod ſupra dictum, ſæpius tamen nobis inculcari opus eſt. Jobus itaque hac quaſi gehenna torquetur, ut Deum ceu Judicem ſuum, & ſe quaſi reprobum eſſe putet, nullamque veniæ obtinendæ ſpem ſibi ſupereſſe. Propterea de morte verba faciens, nihil ei præter confuſionem tribuit. Quî iſtuc? Mors enim ordinem à Deo conſtitutum evertit: quemadmodum eundem prius everterat peccatum. Quum Deus hominem conderet, non eum condebat ut eſſet mortalis. Non ſemper quidem in hoc mundo vixiſſemus eo ſtatu in quo conditus erat Adam. Deus enim nos ad gloriam immortalem traduxiſſet. Sed tamen à mortalitate eſſemus immunes, nec ad immortalitatem renovari opus haberemus. Conditio Adami ejuſmodi erat, ut poſt vitam in hoc mundo tranſactam reciperetur in hæreditatem æternam cum Deo. At poſtquam peccatum ſupervenit, Deus mortem immiſit, in qua eſt mera confuſio. Quare? Homo enim illam perſentiſcere non potuit, niſi cum maledictione Dei conjunctam, quæ illum velut reſecuit à conſortio cæterarum rerum creatarum. Ecce, Deus nos in hoc mundo collocavit, in quo ceu filii ſui viveremus: nos ex eo tollit quum vita nos privat: quod perinde eſt ac ſi nos ſua domo pelleret, & nobis declararet, ſe nos non amplius pro creaturis ſuis habere. O confuſionem horrendam! Atqui, quum tantummodo peccata noſtra & Dei judicium concipimus, eo devenimus. Ergo mirari non debemus, Jobum, de morte

Digitized by Google

mur in hoc mundo, & creaturæ Dei ſimus nobiliſſimæ atque excellentiſſimæ: tamen per peccatum à morte deletam & exinanitam fuiſſe iſtam nobilitatem noſtram: adeo ut diſpliceamus Deo, & ab eo rejiciamur, ut ab ipſo minime formati: quoniam in nobis deformatis ſua inſignia inſculpſit Diabolus. Unde fit, ut maledictioni in Adamum pronunciatæ obnoxii, ex univerſo mundo quaſi in exilium pellamur, & cœlo ac terræ ſimus deteſtabiles. Hæc, inquam, in nobis ſunt conſideranda. Iſtud autem certamen ſi ſubeamus, certe pluſquam confuſi erimus. Quod igitur ſibi blandiuntur homines, fit quia nequeunt meditari, ut par eſſet, Dei judicium. Huc tamen nobis deveniendum eſt. Verum ubi cognoverimus quam miſera ſit vita noſtra, & quanto miſerior ſit ipſa mors, quoniam eſt ingens ille gurges, quo docemur quid ferat maledictio quam adverſus nos Deus ore ſuo pronunciavit: his cognitis, inquam, cavere quoque debemus ne penitus à triſtitia abſorbeamur. Quodnam autem hujuſce rei remedium eſt? Si conjiciamus oculos in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Sic enim nos in mediis tenebris illuſtrat Deus: id eſt, Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſeſe nobis offert, in eoque verum Juſtitiæ Solem habemus. Huc igitur ſpectantes, nihil nos terrebit. Propterea
Pſa. 23:4. David inquit, etiamſi ambulaverit in valle umbræ mortis, fore tamen ut virga & pedum Dei ſe nihilominus conſoletur. Quum nominat pedum, indicat ſi Deus oſtenderit quod ſit ſuus Paſtor, fore ut nihil timeat. Qui vero ſe talem oſtendat niſi in facie Domini noſtri Jeſu Chriſti? Itaque primo obſervemus quo affectu loquatur Jobus. Novit quæ ſit hominis natura in ſeſe conſiderata: nimirum, tum in vita, tum in morte, ejus nihil præter meram confuſionem ineſſe. Sed quum Filium Dei habemus, quamvis conditio noſtra miſerrima videatur, & ſimiles ſimus vermiculis corruptioni & putredini obnoxiis: tamen afficimur guſtu illius beneficii Dei, quum è mediis te-
Geneſ. 1. *verſ.* 3, 4. nebris lucem elicuit, ut dicitur [illegible] creatione mundi Deum convertiſſe tenebras in lucem. Quo cognito,
2 *Cor.* 4. *verſ.* 6. eſt cur lætemur, quod per Filium ſuum unigenitum plenius in ipſa morte, quam in noſtra vita, ſuam bonitatem & gratiam illuſtrarit. Nam ubi videmur regno lætitia perfundat. Sunt enim nonnihil confuſæ, nec perfecto gaudio imbutæ, donec in noſtris corporibus commorantur, & uſquedum Deus eas ad ſe prorſus colligat. Interdum quidem, nobis de morte ſimpliciter cogitantibus, nec altius aſſurgentibus, idem quod Jobo contingat. Jobus fide ac ſpe vitæ æternæ præditus erat: ſed ad breve temporis ſpatium tanto terrore percutitur, ut nihil in morte præter meram confuſionem & tenebras concipiat. Dum enim ſepulcrum reſpicit, videt inferos ſibi abſorbendo apertos. Iſtis autem cogitationibus Jobus longe gravius, quam omnibus corporis cruciatibus, torquetur. Sed quemadmodum Deus illum ex hiſce tentationibus tandem eripuit, itidem & nos liberabit. Ex his tamen admonemur, opus eſſe ut ambulemus in ſollicitudine, precantes optimum Deum noſtrum, ut quum ad rationem reddendam voluerit nos ſuo judicio ſiſtere, nolit ſummo jure nobiſcum agere pro meritis noſtris: ſed gratiæ ſuæ, quam ſuis confert, guſtu nos afficiat: quo huc ſemper redeamus, ut, quamvis per hunc mundum nobis iter ſit faciendum, ceu per medias tenebras & obſcuritatem *mortis: nihi*lominus confidamus, nihilque metuamus, quando prælucet nobis veræ Juſtitiæ Sol Jeſus Chriſtus. Atque ita excitemur ad contendendum & aſpirandum ad beatam illam & cœleſtem hæreditatem, ad quam nos Deus vocat, ut in ea nos glorioſæ ſuæ immortalitatis participes faciat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det ea ſic à nobis ſentiri, ut inde incitemur ad perpetuum gemitum & ſuſpiria, veniam orantes. Nec ipſius judiciis ſic perterreamur, ut deficiamus: ſed à nobis ipſis condemnati (ut certe omnibus modis damnandi ſumus) & in nobis confuſi, revertamur ad optimum illum Deum, ut nos amoris ſui inæſtimabilis guſtu afficiat, quem nobis exhibuit, quum ſe noſtrum Servatorem in Domino noſtro Jeſu Chriſto patefecit: & confirmemur in ſpe ſalutis noſtræ, quam nobis confert: atque in illa magis ac magis creſcamus, quoad eluctati certamina hujus vitæ, perveniamus ad requiem nobis in cœlo repoſitam. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum etiam populis, &c.

Digitized by Google

quum agitur quomodo homo conſiſtat coram Deo, non eſſe quod garrulitate vanaque rhetorica cauſam noſtram victuros nos putemus: ſed cognita Dei Majeſtate, dejiciamur atque humiliemur. Propterea noverimus fieri non poſſe, ut ſapientiam illam incomprehenſibilem perſcrutemur, ſed oportere ut univerſus mundus ſeſe illi quam humillime ſummittat. Hæc breviter hoc loco docemur. Quæ doctrina ſi fideliter conſervata & uſurpata eſſet, minus exagitarentur homines diſceptando, qua ratione juſtificari & coram Deo ſervari queamus. Quare? Qui merita ſtabilire conantur, quibus gratia obtineatur à Deo, & perſuadere ſtudent, homines poſſe ſua ipſorum virtute ſibi ſalutem acquirere, non cognoſcunt Majeſtatem cujus fit mentio hoc loco: ſed de nugis & quiſquiliis diſputant. Nam ne apud homines quidem tolerabilis eſſe debeat iſthæc audacia, ut quæramus in nobis rationem ſubſiſtendi coram Deo. Breviter, tantus ſtupor occupavit homines, ut ignoraverint quid de juſtitia, judicio, bonitate & clementia Dei ſtatuendum ſit, & quomodo ſiſtamus nos ejus Majeſtati, ut gratiam inveniamus. Quo magis notanda eſt hæc doctrina, quum dicitur, *An non reſponderetur homini verboſo? an vinceret blatero?* Hic videmus retundi hominum garrulitatem, quamvis vana ſe ac futili rhetorica oblectent. Hac enim decipiuntur apud quos facile eſt juſtificare homines, & ex impuris Angelos facere. Specioſis quidem rationibus ſibi applauſum conciliant: nam certe, ſecundum humanum judicium, ſi quæratur quid ſit juſtitia; reſpondebitur, eam eſſe veram juſtitiam, quum quis vitam irreprehenſam agit, quum officio fungitur, nec quemquam fraudat. Si vero dicatur aliquis juſtificari coram Deo, quod etiamſi miſer ſit peccator, nihilominus ipſi ſua peccata condonentur: iſtud abſurdum videtur ſenſui carnis. Quî iſtuc? Mene juſtum cenſeri, & interea hanc juſtitiam extra me eſſe, & aliunde aſſumi? Deumque, licet me peccatorem noverit, me tamen ſervare? Quam hoc cum ratione congruit? Itaque ſophiſtis & monachis cucullatis merita hominum exſtruentibus, & perſuadentibus nos propriis virtutibus poſſe paradiſum lucrari, ut loquuntur, id quidem colore non caret, & ita facile à magna hominum parte recipitur. Idcirco magis magiſque ferociunt & ſeſe obdurant. Putant enim quod hominibus ſatisfaciant, eo contentum eſſe Deum debere. Verùm non vincemus, licet ad tempus permittat Deus dari noſtræ garrulitati locum, & ut videamur omnia ſuperaſſe, tandem tamen noſtræ omnes rationes corruent. Nam quando Deus pro tribunali ſedebit, tum haud dubie ceſſabunt omnes iſtæ diſputationes, quum quæritur, Quomodo juſti ſimus; ex humana ratione ſtatim reſponderi, Oportet ut juſte vivamus. Verum eſt, juſtitiam proprie loquendo vocari, quum ita vita eſt compoſita ut nihil in ea reprehendi queat, quum perfecte impletur Dei Lex. Sed ultra progredi debemus (ut plenius poſthac exponendum erit) ut aliam juſtitiam inveniamus, quando iſta nos deficit. Interea vero homines, ubi cognoverunt oportere ut ſuo quiſque officio fungatur, & degat Deo ejuſque verbo convenienter, imaginantur ſe ad perfectam Legis impletionem vocari, ut ſe ſatisfacere Deo poſſe exiſtiment: & tamen ne digitum quidem movere poſſunt. Mirum eſt ergo, illis perſuaderi ſe montes humeris ſuis ſuſtinere, quum nec feſtucam tollere queant. Tanta tamen eſt eorum arrogantia, ut conentur adimplere Dei Legem ſuo libero arbitrio. Sed tandem experientia ſuam imbecillitatem agnoſcere coguntur. Ad tempus quidem ſeſe ſuperbe venditant, nec non (quod aliud eſt vitium) imaginantur ſe ſine Legis obſervatione juſtitiæ laudem acquirere poſſe. Quî iſtuc? Suis illis ſtultis devotionibus: quemadmodum videre eſt in Papatu contemni Dei mandata, negligique præſcriptam ab illo ſanctitatem & juſtitiam. Quid igitur? Quam ſibi quiſque devotionem confinxit, eam ſectatur: cerimoniæ non deſunt: ſuperſtitiones, quas cultus divini nomine ornant, illic vigent & graſſantur: dummodo Miſſa frequentetur, demurmurentur preces peregrino ſermone, jejunium obſervetur, & tale quid agatur, ſe putant præclare defunctos apud Deum: imo illum ſibi obligatum arbitrantur. In hac opinione aliquandiu indormiunt: ſed ſi admoneantur ſe ludere operam, iraſcuntur atque efferantur. Quî? An res adeo pulchra, & ſpecioſa, inutilis? Deus eſſet iniquus, niſi acciperet quem illi tanto cum labore ac ſollicitudine cultum offero. Sic idololatræ litigant cum Deo, & ſibi injuriam fieri putant, niſi admittat & probet ipſorum nugas, quibus ſeipſos deceperunt. Hæc ebrietas ad tempus regnat in humano cerebro: ſed tandem oportet, ut jam dixi, illos convinci iſta omnia nihili eſſe, & Deo ipſos urgente atque examinante, confiteri, Heu! fruſtra tot cerimonias accumulavi, &, licet nihil omiſiſſem, tamen conſcientia mea convincor, ſi in uno optime Deum colui, in aliis multis deliquiſſe. Homines igitur, ſua conſcientia convicti, remedia ſibi fingunt: ut ſic apud ſe cogitent, Video ſi Deus à me rationem exigere velit, fore me illi in multis obnoxium. Quid hic agamus? Tunc concurritur ad ſatisfactiones. Quemadmodum in Papatu nemo inficiatur, nullam creaturam poſſe Legem Dei complere:

Digitized by Google

num juſtitias meram eſſe apud Deum abominationem, meritoque ut fœdas ab eo reſpui poſſe: ut certe, quamvis ingeneraverit nobis ſanctum deſiderium ad bonum aſpirandi, tamen nondum eo pervenimus. Nam ita remiſſe eo tendimus, ut propterea graviſſime condemnari mereamur. Et meminiſſe debemus quod ſupra audivimus, ne ad unum quidem ex mille reſpondere Deo accuſanti nos poſſe. Hæc ſunt igitur nobis hoc loco notanda. Propterea dixi, hic nihil opus eſſe verbis & rationibus quæ ſpecioſæ & probabiles hominibus videantur. Sed in primis in ſe quiſque deſcendat, & ſuam vitam excutiat, ſicut citamur ad Deum: tum omnis garrulitas obmuteſcet, & quiſque apud ſe reputans agnoſcet, nulla alia nos ratione apud Deum abſolvi poſſe, niſi noſipſos damnando & prorſus humiliando. Subjicit autem Zophar, quo clarius ſuperiora exprimat, *Dixiſti, mea doctrina*, (*aut vitæ ratio*) *juſta eſt & recta, ſumque integer coram facie tua.* Hic Zophar indicat, quodnam ſit illud multiloquium, quod damnat. Verum eſt, ut jam monuimus, eum perperam aptare hunc ſermonem Jobo, quem immerito accuſat. Ipſa tamen doctrina in ſeſe bona eſt, ſanctaque & utilis. Notemus itaque qui ſe juſtificare volunt & irreprehenſibiles videri, quicquid proferant mere inanem eſſe garrulitatem, quamvis apud homines ſapientiæ nomine ſint illuſtres. Quod ſedulo nobis obſervandum eſt. Nam extra applicationem, non tanti eſt ſiquis dicat, Abſit garrulitas: quum agitur de arcanis Dei, deque ipſius verbo: res enim eſt nimis ſacroſancta, ut de ea quiſque pro ſua libidine garriat: ſobrie ac reverenter de illa verba fieri oportet. Hæc quidem admonitio puerilis eſſet. Verum Zophar hic diſerte indicat, quicunque volunt evehere hominum virtutem, ut perſuadeant poſſe illos ſua juſtitia coram Deo conſiſtere, mere garrulos eſſe, quantumvis ſpecioſa loquantur. Proinde diſcamus, nullam eſſe doctrinam adeo firmam & ſtabilem, quæ poſſit in Dei conſpectu ſtare, excepta illa quæ proſternit homines, & arguit nihil eos habere de quo glorientur: denique quæ illos pudore confundit, ut alio confugere non auſint quam ad puram Dei bonitatem & miſericordiam. Interea duo nobis ſunt hic animadvertenda: unum, quicunque ſermo de ſacris literis & vera religione habeatur, ſobrie habendum eſſe, ut noſtras linguas moderemur, ne quidvis pro libidine effutiant. Nobis, inquam, ab ejuſmodi temperie caveamus: quemadmodum videmus iſtud cauſam dediſſe pervertendæ totius divinæ veritatis. Quod liquet ex Papatu, ubi Theologia profano prorſus modo tractatur, Deique myſteria ludibrio habentur. Illic enim garrulitas regnum obtinet, & ſacroſancto verbo tanquam pila ludit. Ac vere dicunt Papiſtæ, quum hoc proverbio ſunt & inflati, ut hominum merita probent, eos nunquam ſerio excitatos fuiſſe ad cognoſcendum quid ſit Deus, & quam rei ſimus in ipſius judicio. Quare? Quiſquis enim ſemel probe ſuam conſcientiam examinavit, os ei obſtruatur neceſſe eſt, & intelligat totum humanum genus confuſione & maledictione eſſe involutum. Unde adverſus omnes Pontificios doctores pronunciare licet, illos obbrutuiſſe, Deique eſſe irriſores, & juſtitiæ ipſius contemtores. Quare? Videmus quam confidenter evehant liberum arbitrium, extollant virtutes hominum, & perſuadere conentur, nos hoc vel illud mereri: & ſi quibus vitiis laboremus, poſſe nos veniam bonis operibus acquirere. Dum ſic loquuntur, id ſatis arguit illos eſſe contemtores Dei, & canes latrantes, qui nullum unquam conſcientiæ morſum ſenſerunt, ut quos excæcarit Diabolus. Quare? Si enim aliquo judicii divini ſenſu afficerentur, profecto non ita garrule ſua merita jactarent, quæ meræ ſunt nugæ. Quare? Nam, ut hic ſub finem dicitur, reſponſum referemus, quod nobis proſternendis & penitus obruendis ſufficiet. Quod ſi hodie egregie garrimus, & jactamus noſtras juſtitias, vana opinione aut potius furore inflari, quo nobis perſuadeamus nos coram Deo poſſe ſubſiſtere: tandem aliquando nobis indubie reſpondebit: atque ita reſpondebit, ut oporteat nos plane confundi, juxta hanc ſententiam, *Verboſus num cauſam vincet?* Putabimus quidem: verum fallemur. Quare? Nam, ut jam oſtendimus, qui ſe juſtum apud Deum prædicat, garrulus eſt: id eſt, declarat ſe nunquam vivido ſenſu affectum fuiſſe, conſcientiam ſuam dormire, nec juſtum rectumque noſſe, umbram pro ipſa ſubſtantia ſumere, denique nunquam ſerio cogitaſſe Deum fore ſuum judicem. Propterea homines facile decipiuntur, ſpeque ſua fruſtrantur. Porro Zophar ſubjicit, *Utinam Deus tecum loqueretur, & os aperiret adverſus te.* Sic homines redarguuntur, & præ pudore atque anxietate obmuteſcunt: quum videlicet Deus os ſuum aperit. Dum homines cum hominibus contendimus, ſuam quiſque cauſam cenſet meliorem: ſed ubi Deus os aperuit, nihil eſt quod reſpondeamus. Oportet ut, quod firmiſſimum putabamus, corruat, & verba noſtra nihil præter ſpumam fuiſſe appareat. Omnis ille æſtus ſtatim deferveſcet atque effluet. Itaque ſedulo hunc locum notemus, oportere ut Deus loquatur, quo ſilentium hominibus imponat, & hac in parte mutos reddat: id eſt, ne ſibi quicquam falſo arrogent. Quomodo vero Deus loquetur? Jam abunde pronunciavit in ſacra Scriptura quod nos humiliare debeat. Videmus enim quomodo omnes homines illic damnentur & in Adamo maledicantur. Deinde diſcimus, unumquemque ſuum dedecus & ignominiam agnoſcere debere, Deo nobis declarante peccata noſtra adeo eſſe deteſtabilia,

Digitized by Google

dis, non poſſe tamen noſtram illam ſuperbiam & arrogantiam ſeria humilitate contundere. Itaque neceſſe eſt, ut Deus alio modo loquatur: nempe ut experientia ipſa nos doceat, quod ſacra Scriptura admonendo obtinere non potuit: quo unuſquiſque intelligat, Deum ſibi loqui, & hypocriſeos velo nudetur, quod ejus oculos obtegit. Quum enim in Scriptura legimus, nullum eſſe qui Deum quærat, omnes malo eſſe addictos, neminem non fœtidum & infectum eſſe vitiis & corruptelis, hominesque ipſam eſſe vanitatem, & omnes illorum cogitationes & affectus malum eſſe & inimicitiam adverſus Deum & omnem æquitatem: his auditis quiſque noſtrum putat hoc nihil ad ſe pertinere, ſed ad ſolos impios & ſceleratos, quorum numero ſeſe eximit. Deinde opinamur neſcio quid boni nobis ineſſe, ut ſi ſit guttula, velimus tamen eam longe lateque diffuſam, atque ita putemus ea plene poſſe Deo ſatisfieri. Oportet ergo nobis hoc velum à Deo detrahi: id eſt, deponere illam dignitatis noſtræ opinionem debemus, & cogitare omnes maledictiones, quæ in Scriptura continentur, in nos competere: ut vulnerati ceu plagis mortiferis, noſtram confuſionem agnoſcamus. Hæc ſunt nobis hoc loco obſervanda. Itaque quum ſcire voluerimus, quid ſit juſtitia, id eſt, quomodo juſti ſimus, & quo pacto gratiam apud Deum obtinere queamus: meminerimus non eſſe quærendum, quid homines probent, quid illorum ratio recipiat, quid denique res ulla creata rectum judicet. Quid igitur? Auſcultemus Deo loquenti: id eſt, admittamus ſacram Scripturam, quæ alioqui vel nos invitos judicabit, ſi ipſam contemnamus. Oportet igitur ut auctoritatem ſuam apud nos obtineat, eique omnes ſeſe ſummittant, & Deo loquente ſileamus nihil reſponſantes. Cæterum quia hypocriſis ex animis noſtris, quibus inhæret, pellenda eſt, obſervemus quoque oportere judicium Dei eſſe horribile, ut nobis terrorem incutiat. Proinde illum precemur, ut, quum nos formidabili voce alloquutus fuerit, nos deinde conſoletur, ut ipſius bonitatis aliquo guſtu afficiamur. His cognitis, tot quæſtiones faceſſent, nec curioſius inquiremus, quomodo homines juſtificentur. Primo enim intelligemus nobis nihil ineſſe præter malum: quum audiamus, Qui ſeſe evehere voluerit, eum reperturum ſe à vertice ad plantam eſſe maledictione coopertum. Sed, etſi Deus nos plene diſpoſitos & comparatos ad ſui timorem inveniret, quid tum? Nihilominus ſemper eſſemus imperfecti. Verum hoc deterrimum eſt, quod quicquid

totam Legem impleſſemus. Sic igitur hac doctrina proficere nos decet. Denique nemo unquam noverit quid ſit juſtificari ex fide, donec Deum loquentem audiverit, ut diſcat ſeſe dejicere & exuere omni dignitatis & præſtantiæ opinione, qua hominum animi turgent & inebriantur. Hoc voluit Zophar, quum dixit, *Deus loquatur & aperiat labia ſua contra te.* Expreſſe autem ait, *Deus aperiat ſua labia.* Quæ quidem phraſis eſt Hebraïca, ſed emphaſin & pondus habens: ut quum ſerio aliquid tractatur, non leviter ſed plene de re illa diſſeritur, quoad concluſio ſtatuatur. Dixi autem hoc diligenter ponderandum eſſe, quia videmus homines Deum oſcitanter nec ſatis attente auſcultare. Audiemus quidem unum aut alterum verbum. Verum parum proficimus, quia non attendimus, nec infigimus memoriæ quicquid docemur à Deo, ut ex tota ejus doctrina certam concluſionem colligamus. Proinde non ſatis eſt autem unam commodaſſe Deo, & partem aliquam verborum ipſius audiſſe: ſed oportet ut attenti ſimus, quo ei ſimus in omnibus dicto audientes. Itaque ubi ſua labia ad nos condemnandos aperuerit, minus vaniloquio & garrulitati addicti erimus, id eſt, faceſſet inanis illa arrogantia, qua fit ut audacter noſtras juſtitias extollamus. Muti enim hærebimus & confuſi. Subjicitur, *Deum ei revelaturum ſecreta ſuæ ſapientiæ*, ut intelligat Jobus, ſe mereri pœnam duplo graviorem, & ſciat, *Deum ſui oblivíſci propter iniquitates ſuas*, aut, *in ſe inquirere.* Nam verbum ſignificat etiam Exigere rationem. Ut hic locus poſſit etiam ſic exponi, Deum poſſe illi merito imputare duplo majora. quod eodem recidit. Primum autem quum dicitur, *Deum revelaturum ſapientiam* prius incognitam Jobo, eo ſignificatur, cognitionem noſtrorum peccatorum & inæſtimabilis bonitatis Dei, ſuperare noſtrum captum: ſapientiam eſſe quæ humana ratione diſci nequit, ſed quam cœlitus nobis infundi neceſſe eſt. Jam monuimus hoc perperam applicari Jobo. Ac certe probe noverat, non oportere ut homines juſtitiam Dei ex ſuo ſenſu metiantur. Jobus optime iſtud explicuit: &, ut oſtendimus, bonam quidem cauſam, ſed male defendebat. Nos vero hanc doctrinam generaliter conſiderare debemus, quo fructum inde capiamus. Hoc igitur primum, inquam, meminerimus, quod Scriptura de juſtitia fidei docet, id eſſe myſterium tam ſublime, ut eo penetrare non poſſint homines. Quid igitur? Oportet ut

Digitized by Google

ſuros quid ſit juſtificari coram Deo, ſed nugaturos tantum: & quum inducent pulchros colores, totum iſtud fore fumum. Quare? Quoniam ſcire quomodo apud Deum juſtificemur, ſapientia eſt inæſtimabilis & arcana rationi humanæ, quoad nobiſcum Deus loquatur, & nobis revelet noſtram miſeriam & ignominiam, efficiatque ut ſentiamus non poſſe nos coram ipſo ſubſiſtere, penituſque nos deteſtabiles eſſe ac rejiciendos, & nullum nobis ad ipſum patere acceſſum niſi per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, Filium ipſius unigenitum. Donec igitur Deus nobis hoc patefecerit, perpetuo addicti erimus inani garrulitati, id eſt, vanæ illi arrogantiæ qua tentamur & ſollicitamur. Itaque neceſſe eſt ut Deus iſtam ſapientiam, nobis alioqui incognitam, revelet, ne noſtros dignetur, non ſolum quo nobis præterita peccata condonet, verum etiam quo nos in poſterum ſic ab eis expurget, ut in ipſius obſequio ambulemus: non ut meritis & bonis operibus ei ſatisfacere conemur, ſed ipſius gratiam & miſericordiam amplexi, eum precemur ut nos ſuo Spiritu Sancto ita regat, ut ipſum perpetuo implorare & invocare tanquam Patrem noſtrum poſſimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut nos eorum vivido ſenſu affectos corrigat, eoque deſiderio inflammet, quo magis ac magis ad ipſum accedere optemus, quoad perfecte ipſi conjungamur. Atque ita dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO QUADRAGESIMA TERTIA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XI.

7. An inveſtigando Deum invenies? an abſolutam numeris omnibus perfectionem Omnipotentis reperies?
8. Altior eſt altiſſimis cœlis, quid ages? profundior abyſſo, quomodo cognoſces?
9. Longior eſt terrâ menſura ejus, & latior mari.
10. Quum ſubvertet, aut concludet, vel educet, quis eum avertet?
11. Et quandoquidem novit homines vanos, & videt improbos: an non intelligeret,
12. Quod homo vacuus, efficitur cordatus, & ut pullus onagri homo naſcitur?

QUia non facile perſuademur, ut nos ultro dejiciamus, ideo ſæpius inculcat Deus hanc doctrinam, quo magis eo inducamur. Heri audivimus, Deo nos puniente, non eſſe quod reſponſemus: quia tandem reperiemus illum nobis etiam peperciſſe, & jure potuiſſe nos durius habere. Quod ſi nec preces noſtras exaudit, in cauſa eſſe peccata noſtra, quæ ipſum à nobis ſeparant, & nos indignos reddunt qui ab eo exaudiamur, dignos autem quos negligat & obliviſcatur: quemadmodum
Pſal. 18. *verſ.* 42. dicitur, fruſtra impios Deum invocaturos: non enim vere & ſincere, ſed ſimulate hoc faciunt. Bonos autem exaudit quidem, ſed non ſtatim: ſaltem id ipſi non percipient, quia bonum fuerit ut humilientur. Expoſito autem illo doctrinæ capite, non licere hominibus ſeipſos apud Deum juſtificare: nunc in genere docemur, ludi operam in perſcrutanda Dei ſapientia. Quare? *Nam altior eſt altiſſimis cœlis, & profundior abyſſo: & per omnia extenditur.* Reſpiciamus noſtram menſuram, quantula ſit: & tamen homo, qui paucula humo abſcondi poteſt, ſupra totius terræ magnitudinem aſſurget: homo totum etiam mare ſua imaginatione complecti volet, & interim nihil eſt: volet conſcendere cœlos, at quomodo illuc pertinget? Volet perſcrutari abyſſos, & qua ratione hoc efficiet? Sed ponamus mentem noſtram poſſe ſupra cœlos ipſos volare, & nihil non pervidere: non tamen adhuc penetramus ad illam ſapientiam Dei, quoniam eſt infinita, nec comparanda cum abyſſo vel cœlis, quibus immenſo intervallo eſt altior & profundior. Itaque noverimus ſtultam fore arrogantiam, quum præſumemus à nobis poſſe cognoſci cauſam cur Deus hoc aut illud agat. Hæc in ſumma docemur hoc loco. Itaque notemus vocem *ſapientiæ* hic accipi pro Dei conſilio nobis incomprehenſibili. Nonnullam quidem portiunculam iſtius Dei ſapientiæ delibamus: ut, quum creaturas contemplamur, illic Deus ſeſe nobis ex parte patefacit. Vel in minima herba cernimus Dei opus & artificium, & in ea tanquam in ſpeculo ejus ſapientiam intuemur. Multo magis in majoribus & exquiſitio-

Digitized by Google

[illegible] ad quam natura noſtra nos perpetuo ſollicitat. Verbi gratia: vellemus ſemper à Deo ſuarum omnium actionum rationem exigere. Quum quid nobis mirum & novum videtur, & audimus, Ea tamen eſt Dei voluntas, quum ſic egerit non eſt quod cum ipſo litigemus: tum reſponſamus, Scilicet. cur vero aliter non agit? nam hinc malum hoc vel illud conſequetur, in noſtram fortaſſe perniciem. Sic igitur ſubinde volumus Deum ad rationem reddendam pertrahere, cur hoc illudve faciat. Sed & quamvis nihil opponere poſſimus, vellemus tamen Deum nihil nos celare, & in ejus abſtruſiſſima ſecreta penetrare. Ac videmus quam ingenia noſtra pruriant & titillentur hac in parte. Non pariter quidem omnes titillamur: hoc tamen vitium commune eſt, eoque omnes laboramus à maximo ad minimum. Itaque notemus ſedulo, quod hic docemur, nempe ſapientiam Dei altiorem eſſe cœlis, & profundiorem abyſſo: atque ita fruſtra tentare nos eam noſtro cerebro comprehendere, quod nimis eſt anguſtum. Etiamſi homo millies plura concipere poſſet, nec ſic ad centeſimam ſapientiæ Dei partem pertingeret. Quum igitur videamus nos nihil eſſe, Dei autem ſapientiam eſſe abyſſum, nonne tantò magis nobisipſis frenum injicere debemus, ne, imaginationibus noſtris obtemperantes, plus ſciſcitemur quam Deus permittat? Hoc itaque nobis obverſetur, Quo ingrederis, miſer? In abyſſum ingrederis unde regredi nequeas. Hæc eſt admonitio quam ex hoc loco colligere debemus. Interim autem meminerimus etiam, quod expoſitum fuit de gratia illa, qua Deus ſeſe omnium captui accommodat, & ſua nobis patefacit arcana, quatenus nobis expedit ſcire cur hoc vel illud agat. Sic autem ſeſe nobis accommodat, non quod debeat: (qua enim re nobis obſtrictus eſt? quo jure illum huc adigamus?) ſed ut oſtendat quam nos diligat, quum ad nos tam familiariter accedit. Audimus quid Dominus noſter Jeſus Chriſtus dicat ſuis diſcipulis:
Joan. 15. Non amplius vocabo vos ſervos: vos eſtis amici mei,
verſ. 15. quia vobiſcum quam familiariſſime ſum verſatus: & vobis expoſui omnia quæ à Patre meo audivi. Itaque quum Deus tam familiariter nos inviſit, teſtimonium certiſſimum & ſingulare nobis ſui erga nos amoris præbet. Diſcamus igitur, ita inquirere in Dei opera, prout nos ipſe eo ducit, & quatenus hoc vult fieri. Quod in primis & maxime obſervandum: videmus enim homines ad extremum vitioſum inclinare. Jam dixi tantam arrogantiam ineſſe humano ingenio, ut velit omnia ſcire, nihilque ſe latere. Sed & oppoſito vitio omnes laboramus. Dum enim reputamus, Deum nolle ut altum ſapiamus, ſed ſobrietate ac mediocritate contenti ſimus: tum, vitare hoc curioſitatis ſuper-bis tamen eſt doctrina facilis, & plana. Illic enim Deus nobis clare exprimit ſuam voluntatem, & quaſi cibos manſos, ut dicitur, in os ingerit, ſeque ad noſtram ruditatem familiariter demittit. Ecce igitur Euangelium, quod per ſe eſt adeo ſublimis ſapientia, ut ne ab Angelis quidem comprehendatur, nedum à nobis: & tamen eſt doctrina quam omnes debent cognoſcere,
atque ipſi etiam idiotæ, ut alio loco Paulus ait; quo- *Rom. 1.*
niam Deus ſeſe omnibus illic accommodat. Sunt autem alia quædam myſteria, nondum nobis patefacta, quæ ibidem latent. Ultimo quidem die omnia illa cognoſcemus: ſed nunc meminiſſe debemus quod Pau-
lus inquit, nempe, Nos jam ex parte & per ænigma *1 Cor. 13.*
tantum cognoſcere: nunc aliquem duntaxat nobis à Deo præberi guſtum plenæ illius perfectionis, quam obtinebimus plene transfigurati in ipſius imaginem & gloriam. Dum igitur noſtra mortali carne induti ſumus, agnoſcamus anguſtum captum noſtrum, contenti ea revelatione qua nos Deus nunc dignatur. Sunt igitur arcana quædam, quæ Deus nobis in hac vita occultat: ut, intelligere non poſſumus quid de hoc aut illo ſtatuerit. Fideles quidem certo teſtimonio ſunt perſuaſi, ſe à Deo electos & adoptatos eſſe in numerum filiorum ipſius, quos æternæ ſalutis hæredes conſtituit. Sed tamen evolvere nequeunt libros cœleſtes, ut in eis ſua nomina legant. Satis habent, quod certum apographum ſuæ electionis à Deo obtinuerint: hanc enim contemplantur in Domino noſtro Jeſu Chriſto: cujus quum ſe membra noverint, perſuaſi ſunt quoque ſe filios eſſe Dei. Verum nondum cognoſcimus cœtum electorum, nec ſcimus qui ſint reprobi: non intelligimus cur Deus hoc vel illud agat: ut de ipſius providentia & mundi gubernatione diſſerere volentes obſtupeſcamus. Hoc enim arcanum Dei conſilium altius eſt quam ut à nobis comprehendi poſſit. En igitur myſteria nobis occulta: ut homines diſcant modeſtiam: noſtra enim ſapientia eſt, ut Deum auſcultemus, quo ſimpliciter ſequamur ejus verbum, nec ultra progrediamur. Sunt, inquam, duo in quibus humana ſapientia conſiſtit: nempe ut Deum loquentem audiamus, deinde ſine contradictione ſequamur quod ejus verbo continetur, quo adducamur ad Deum timendum, eique nos ſummittendum. Hæc vera eſt via ſapientiæ. Ut autem Deo obtemperare & ejus verbum ſequi debemus: ita non debemus appetere ut plus ſciamus quam verbo ejus contineatur. Homines enim prorſus veſani evadunt, quum ſapere volunt ut Deo adverſentur. Videmus quid contigerit primo parenti noſtro Adamo, tum etiam quum ſtaret integer creatus ad Dei imaginem, & longe excellentiori

ac

adverſus Deum blaſphemiæ. Quare? Nam, uti jam
dixi, quamvis ad doctrinæ Legis & Euangelii ſubli-
mitatem animi noſtri nequeant pertingere: tamen
non fruſtra Deus Legem ſuam publicavit, nec in va-
Mar. 16. num juſſit prædicari Euangelium omnibus creaturis,
verſ. 15. ipſis etiam idiotis: quia illic ſeſe tam familiariter &
amice patefacit, ut nemo ſit quin facile percipiat quid
ibi doceatur. Itaque ne ingrati ſimus adverſus Deum
noſtrum, ne illum inſimulemus quaſi obſcuritatem
Eſa. 45. affectaſſet. Nam edicit per Prophetam Eſaiam, Se
verſ. 19. non fruſtra nos ad ſe invitaſſe, nec in abſcondito lo-
quutum eſſe: ac proinde ſuam vocem clare ſonantem
audiri ab omnibus debere, atque recipi. Quod quum
ita ſit, ne dubitemus toto ſtudio in cognitionem ſa-
crarum literarum incumbere, hucque omnes ſenſus
intendere: & labor noſter non fuerit inutilis. Cæ-
terum obſervemus perpetuo ſobrietatem illam quam
Epheſ. 3. dixi. Propterea Paulus, volens corrigere ſtultam il-
verſ. 18. lam & temerariam curioſitatem hominum, eos docet
cui rei animos applicare debeant: huc videlicet, ut
probe cognoſcant quo nos amore Deus complexus
ſit in Domino noſtro Jeſu Chriſto: non eſſe quod to-
to vitæ noſtræ tempore aliud inquiramus quam gra-
tiam iſtam nobis in Domino noſtro Jeſu Chriſto pa-
tefactam, quomodo videlicet erepti ſimus ex Satanæ
tyrannide, & aſſerti ex ſervitute peccati ac mortis:
& ubi damnati natura noſtra eramus, & execrabiles
peccatores in conſpectu Dei, jam apud ipſum juſtifi-
cati, eique grati & accepti ſimus: quomodo item re-
gamur ab ipſius Spiritu, ut cum cupiditatibus carnis
noſtræ pugnemus: quomodo conſervemur ſub ipſius
manu & tutela, ut, quantumvis Diabolus moliatur
nos momento perdere, valeamus tamen ei reſiſtere,
Joan. 6. protegente nos Paſtore noſtro Jeſu Chriſto, qui pol-
v. 37, 39. licitus eſt, nullum perditum iri eorum quos ſibi Pater
& 10. dedit. Hæc igitur reputemus: deinde, quomodo
v. 28, 29. nunc ad Deum accedere nobis liceat, nimirum ita ut
eum ore aperto invocemus, quum nobis Mediato-
rem dederit, qui nos ad ipſum deducat: ut perſuaſi
ſimus Jeſum Chriſtum pro nobis intercedere, no-
ſtraſque preces exaudiri à Deo in illius nomine fa-
ctas. His igitur probe cognitis, non luſimus operam.
Ideo Paulus ſubjicit, hanc eſſe noſtram altitudinem,
profunditatem ac latitudinem: denique, inquit, hæc
eſt hominum perfecta ſapientia, ut probe cogno-
ſcant gratiam ſibi patefactam & oblatam in Domino
noſtro Jeſu Chriſto. Interea meminerimus, non
eſſe quod nitamur ad tantam conſcendere altitudi-
nem, quo perſcrutemur illam Dei ſapientiam, qua-
lis eſt in ſeſe. Eſt enim profunda abyſſus: & quis eo
pertingere queat? Sciamus fore ut hic nos virtutes
omnes deficiant. Oportet igitur ut homines ſeſe hu-
milient. Itaque meminerimus quod monet Paulus:
ut eo penitus expleamur, niſi prorſus inſatiabiles ſi-
mus: ut hominum cupiditates ſunt gurgites inexple-
biles: maximus autem gurges eſt cupiditas illa qua
Dei Majeſtatem abſorbere, & gloriam ſemel vo-
rare appetimus, ut nihil ipſe ſibi reſervet. Quum
igitur nos tales eſſe animadvertamus, memoriæ alte
infigamus locum illum Pauli, & per omnem vitam
noſtram huic ſtudio incumbamus, quo in dies magis
magiſque proficiamus in cognitione Domini noſtri
Jeſu Chriſti, ut, poſtquam ſemel nos inſeruit cor-
pori ſuo, nobis quotidie ſua dona augeat, quoad eis
repleamur. Hæc ſunt hoc loco nobis notanda. Porro
ſequitur, *Quis Deum, colligentem aut relaxantem, vel*
evertentem omnia, poterit avertere? quis ſeſe illius vo-
luntati opponet? Ubi nobis declaratum fuit non eſſe
quod nimis ſcrutemur Dei ſapientiam, ſed quatenus
tantum nobis ipſe permittit. Jam docemur non licere
nobis obmurmurare contra illa quæ facit, quaſi il-
lum prohibere vellemus. Debemus enim probare
quicquid Deus agit, quamvis cauſam nos celet cur id
agat: non quod nobis invideat cognitionem cauſarum
ſuorum operum: ſed oportet ut noſtram obedientiam
exploret, & ipſi cognoſcamus qui ſimus. Si Deus
nunc plena ſuorum operum cognitione nos donaret,
quis noſtram arrogantiam ferret? quanti nos vendita-
remus? Nam etiamſi adeo imbecilli ſint animi noſtri
ut ſentiamus nos tenebris & nubibus circumfuſos
eſſe, nec ultra trium pedum ſpatium ſenſum noſtrum
extendi: ne ſic quidem deſinimus noſipſos præter
modum attollere: quid igitur, niſi Deus nobis fre-
num injiceret? Cæterum quem honorem Deo de-
ferremus? ſi omnia ipſius opera & actiones ſingulas
comprehenderemus? Ei nos ceu pari & ſocio exæ-
quaremus. Videre eſt enim ſuperbiam qua omnes
turgent. Itaque utile eſt obedientiam noſtram à Deo
explorari, ut eum in omnibus, quæ agit, glorificare
diſcamus: etiamſi alioqui illa comprehendi à nobis
nequeant, imo ſecus fieri debuiſſe videantur. Dica-
mus potius, Quum talis ſit bona Dei voluntas, eſt
quod ei ultro & libenter obſequar. Huc ubi devene-
rint homines, plurimum certe profecerint. Propter-
ea igitur Deus nobis non patefacit cur hoc illudve fa-
ciat. Cæterum quum hic *evertendi*, *concludendi* aut
colligendi meminit, perinde eſt ac ſi dicat, Etiamſi
Deus mutaret quicquid cernimus, non eſt tamen
quod obnitamur, nec cum eo litigemus. Verum eſt,
viſo ordine ut conſtitutus eſt à Deo, oportere ut
ipſum auctorem glorificemus. Et ſane Deus nos in
hoc mundo collocavit, tanquam in ampliſſimo thea-
tro, in quo ipſius opera contemplemur, & confitea-
mur ineffabilem ipſius ſapientiam, juſtitiam & bo-
nitatem. Debent enim homines non ſolum ſic inſti-
tuti eſſe ut cum omni reverentia Deum glorificent,
verum

Digitized by Google

metiri ex ſuis imaginationibus Deum volunt. Quo diligentius notare debemus hanc doctrinam, Si Deus ſubvertat, ſi relaxet, ſi omnia immutet, non propterea deſinamus adorare ipſius potentiam, prout eam nobis declarat: & quamvis rationem ignoremus, cur ſic agat, tamen diſcamus eum in omnibus glorificare, hoc pacto, Domine, æquum eſt tibi nihil non licitum eſſe, ut arbitrio tuo poſſis tuis creaturis uti, poſſis deprimere cœlum, & extollere terram. Denique quum pro voluntate de creaturis tuis diſponis, jus tuum non tranſgrederis, nec quicquam alienum uſurpas: omnia enim hæc tibi debentur. Sic, inquam, debent homines glorificare bonitatem & potentiam Dei. Non interea tamen tribuenda eſt Deo potentia abſoluta, quam doctores Pontificii vocant. Quæ res eſt deteſtabilis & diabolica. Illi in ſuis ſcholis fatentur quidem, Deum potentia ſua abſoluta poſſe fulmine proſternere ac damnare Angelos: ſed hanc abſolutam Dei potentiam, vocant potentiam injuſtam & tyrannicam. Ne Deum imaginemur tyranno ſimilem: nam omnia ex juſto & æquo facit: ſed interim conſilium quoddam habet occultum: atque ita nobis adoranda eſt ipſius juſtitia, quum nobis incognita fuerit, nec potuerint animi noſtri huc uſque pertingere. Quod hoc loco in primis habemus obſervandum. Quum autem res ita ſe habeat, quum non oporteat homines in Deum inſurgere, ut ipſius potentiæ reſiſtant, & juſtitiam ejus accuſent tum quum volet rerum naturam ſubvertere & omnia immutare: in hac, quæſo, tam pulchra & irreprehenſa diſpoſitione quum Deo obmurmuramus, an non ſumme ingrati & perverſi ſumus? Ponamus Deum velle convertere lucem in tenebras, & Solem in abyſſum deturbare, denique omnia ſurſum deorſum volvere: nihilominus tamen eſſet glorificandus, & ita humillime compellandus, Domine, nos quidem iſta tua opera ſtupemus, & vehementer, ut nova & quaſi à ratione aliena miramur: at velis nobis frenum injicere, donec te docente intellexerimus hæc eſſe bona. Sic nobis agendum eſt. Nunc autem tam concinna & elegans eſt rerum diſpoſitio, tam exquiſitus ordo, ut vel inviti fateamur, tale hic artificium elucere, quo nulla creatura penetrare valeat. Annon igitur animis pluſquam malignis præditi ſumus, quum Deum glorificare cum omni humilitate non poſſumus? In hoc quidem naturæ ordine nonnullam confuſionem cernimus: ſed unde iſtud, quod Deus non diſponat omnia, ſicut optandum eſſet, ſed videatur univerſam mundi machinam velle ſubvertere? Unde iſtud? Ex

eſt, nulla ratione nulloque judicio ſunt præditi, niſi Deus hoc eis indat. Non autem ſine cauſa ante dixerat, Deum cognoſcere homines vanos & nequam. Quo monemur, ne nos ex noſtro ſenſu venditemus, ſicut facere ſolemus. Nam homines pro imaginatione ſua magni ſeſe æſtimant: ſibique hoc vel illud perſuadent, & poſtea de ſua ipſorum dignitate pronunciant. Hæc omnia vero ſunt perverſa: nam debemus nos æſtimare ex Dei verbo. Ille enim ſolus eſt idoneus judex, qui cognoſcat ſoluſque auctoritate præditus, qui pronunciet quales ſimus. Quod maxime eſt obſervandum. Nam quid profecerint homines, poſtquam de ſe ex ſua opinione ſtatuerint? Perinde faciunt, ut morio, qui ſe regem vocans, ridetur ab omnibus: nos autem ſumus bis ſtulti & moriones quum putamus nos alicujus eſſe pretii: & interim Deus arguit nos meræ vanitatis. Meminerimus itaque, quum homines ſcire voluerint quales ipſi ſint, & quæ ſua ſit conditio, cujus denique ſint dignitatis: oportere ut Deum conſulant, Domine, tu nos cognoſcis, & nos ipſe formaſti. Tum breve & ratum reſponſum referemus. Videmus quid Scriptura dicat, *1 Cor. 3. verſ. 19.*
Prudentiam quam ſibi vendicant homines, meram eſſe vanitatem, & quo ſeſe ſapientiores putant, eo ſtupidiores eſſe, ac Deum ridere ipſorum vanitatem: quum altum ſapere tentant, oportere tandem ut in ſuis cogitationibus evaneſcant. Hæc Scriptura pronunciat. Itaque noverimus Deum ſolum nos cognoſcere, & veram de nobis poſſe ſententiam ferre. Propterea dicitur, *Deus cognoſcit*. Hoc primo intuitu videtur vulgare: omnes enim fatentur Deum probe cognitos habere homines vanos: ſed interim non obſervamus vim hujus verbi: quia homines ſunt excæcati, nec animadvertunt ſe vanitate refertos eſſe: ac proinde oportet ut Deus ipſis indicet quales ſint, quo humilitatem diſcant. Sequitur, ***hominem vacuum effici cordatum, & ut pullum onagri naſci.*** Hic revocamur ad nativitatem noſtram, ut doceamur quicquid ingenii habemus, id eſſe Dei donum præter naturam. Quare? Reſpiciamus nativitatem hominum. Quum infans ex utero materno prodit in lucem, quam ſapientiam ſecum affert? Nonnulli quidem Philoſophi imaginati ſunt noſtram ſcientiam eſſe reminiſcentiam, & neſcio quas notiones in nobis prius fuiſſe: ſed tamen videre eſt, infantem vel infra beſtiam eſſe. Nulla enim eſt beſtia magis bruta, nec minus ratione & intelligentia deſtituta quam ſunt homines quum naſcuntur. En igitur homo naſcitur ut pullus onagri. Se venditet quantum voluerit, palam tamen eſt quanti

CAP. XI.

13. Si tu præparaveris cor tuum, & extenderis ad eum manus tuas,
14. Si iniquitatem longe à te ſummoveas, neque habitare ſinas in tabernaculis tuis perverſitatem:
15. Tunc elevabis faciem tuam abſque macula, & eris firmus, neque timebis.
16. Nam tu moleſtiæ oblivisceris, ſicut aquarum quæ præterierunt.
17. Et ipſo meridie clarius tibi ſurget tempus, illuſtraberis, ſicut mane ipſum eris.
18. Et confides, quod ſit ſpes: & fodies, ac ſecure dormies.
19. Cubabis, nec erit qui exterreat te, & deprecabuntur faciem tuam multi.
20. At oculi impiorum deficient, & perfugium peribit ab eis, ac ſpes eorum erit anxietas animi.

SUpra vidimus quæ humilitas deceat homines, quum Dei opera contemplantur: nempe, ne de eis ex ſuo ſenſu judicare auſint: ſed agnoſcant, quoniam infinita eſt Dei ſapientia, ſe rationem ipſius operum comprehendere non poſſe: quoniam eſt omnipotens, non eſſe quod quis eum prohibere tentet: ſed oportere omnes homines ei ſummitti, & quicquid quomodocunque velit, ab ipſo fieri. Hæc ſummatim docentur hoc loco. Quibus poſtremo addit, quos Dei manus perſequitur, nihil obtendere poſſe quominus ipſorum iniquitas cauſa ſit malorum quæ perpetiuntur. Verum eſt, iſtud perperam applicari ipſi Jobo: ſed tamen hæc doctrina nobis eſt utilis. Proinde eam ad uſum noſtrum convertamus. Et primo quidem, quum dicitur Deus fore propitius illis qui ipſum invocant ſincere, hæc ſententia ſæpe in S. Scriptura inculcatur. Deus enim non invitat ad ſe homines, quos fruſtretur, quum ait, *Zach. 1:3.* Convertimini ad me, & ego convertar ad vos. Quo declarat, ſe ſemper paratum eſſe nobis beneficiis afficiendis, niſi per nos ſteterit. Itaque notemus, quoties Deum quæremus, illum nobis ſemper propinquum fore, quibus gratiam & benedictionem ſuam impertiat. Verum ſimul obſervanda eſt ejus quærendi ratio: videmus enim ut homines ſibi perſuadeant, ſe nihil aliud quærere quam Dei gratiam, & hoc unum optare ut ei ſummittantur, præcipuamque ſuam curam eſſe ut illum honorent: & interim ſecus ſe gerunt. Hoc vero loco docetur, qualem cultum Deus probet ac poſtulet. Dicit itaque Zophar, *oportere ut cor noſtrum præparemus, & noſtras manus ad illum extendamus, & omnem iniquitatem à noſtris manibus & domicilus prohibeamus*. Sic, inquam, Deo obtemperare poterunt homines, nec ab eo avertentur: nempe quando incipient ab integritate cordis, quia Deus omnem ſimulationem abominatur. Contra autem videmus hypocriſin ita naturæ noſtræ dominari, ut poſtpoſita ſinceritate cordis, pulchre ſimulemus ardentiſſimum pietatis zelum: ſed præter cerimonias externas, præter pompam & oſtentationem, nihil recti, nihil ſinceri adeſt. Propterea tanto magis notare debemus quod hic dicitur, Deum fruſtra quæri, niſi cor ad hoc ſit comparatum & diſpoſitum, id eſt, niſi adſit purus affectus, ac non cor duplex. Quo magis autem in hac doctrina confirmemur, meminiſſe debemus aliorum quoque Scripturæ locorum, ubi Deus pronunciat ſe minime ſimilem eſſe creaturis mortalibus, quæ rebus ſub oculos cadentibus inhærent. Quia ſumus carnales, nobis placet quod ſpecioſum eſt. Deus autem non eſt talis. non igitur noſtra ulna metiendus. Sed quia proprium ipſius officium eſt ſcrutari corda, nec quicquam ab eo poteſt occultari, propterea ejus oculi fidem & veritatem intuentur: ut eſt apud Jeremiam. *Jer. 17. verſ. 10. & 5: 3.* Denique cultus Dei hanc ſimplicitatem requirit, cujus paſſim meminit Scriptura, ubi dicitur, Eris integer coram me. *Gen. 17. verſ. 1.* Nec ſine cauſa hoc præſcripſit Abrahamo Deus: ſed ut idem omnes quoque alii fideles obſervarent. Quod vero iſtud toties inculcatur, eo docemur, certam notam, qua Deus ſuos ab hypocritis diſcernit, eſſe iſtam integritatem. Itaque diligenter obſervemus, quum Deus ſit veritas, velle quoque adorari in ſpiritu & veritate. *Joan. 4. verſ. 24.* Quum cultus Dei ſit ſpiritualis, oportet omnem ſimulationem & mendacium procul à nobis abeſſe. Alioqui, ut opera noſtra hominibus placeant & ſummis laudibus extollantur, tamen mera fœditas & vanitas apud Deum cenſebuntur: qui noſtra omnia rejiciet niſi prius ſtuduerimus præparare cor noſtrum. Verum eſt, Papiſtas hoc loco abuti ad probandum ſuum liberum arbitrium: & putant ſe pulchrum colorem obtendere, quum aiunt, Quandoquidem excitantur homines ad cor ſuum præparandum, hoc igitur penes ipſos eſt; ut ipſi

cor

Digitized by Google

tate de qua hic fit mentio. Jam autem ſeſe unuſquiſque examinet, tunc comperiemus nobis eſſe corda lapidea, & ipſa duritie duriora, nec malitioſa tantum, ſed etiam pervicacia inflexibili Deum averſantia. Quod quum ita ſit, neceſſe eſt ut Deus manum medicam eis adhibeat, ut ſe quoque facturum pollicetur. *Deut.* 30. *verſ.*6. Dicit enim ſe nobis daturum corda carnea, mollia, & flexibilia quibus ipſum colamus. *Jer.*24:7. *&* 31:33. Dicit ſe inſculpturum Legem ſuam cordibus & viſceribus noſtris, ut *Eze.* 36. *verſ.* 26. ſequamur quæ probat, & noſtra deſideria omneſque affectus reſpondeant & conſentiant juſtitiæ illi quæ in Lege continetur. Ecce, inquam, proprium Dei opus. Ac proinde oportet ut nos diſponat & præparet ad ſuum ipſius cultum, ad quem per nos prorſus inepti ſumus, quum potius contra feramur, noſtrique affectus plane adverſentur. Poſtquam de puritate cordis egit, vult ut *manus ad Deum extendamus.* Quod magni ponderis eſt. Zophar enim ſub una ſpecie comprehendere voluit præcipuam partem cultus divini, prima tabula Legis comprehenſam. Oratio enim quid eſt præter teſtimonium fidei noſtræ in Deum? Nam quando invocamus Deum citra hypocriſin, profitemur omnem felicitatem noſtram in ipſo ſitam eſſe, ad illum unum nobis confugiendum: denique tribuimus Deo quam meretur, ſibique reſervat ipſe, gloriam, dum ipſum invocamus. Atque ita ſub iſta ſpecie invocationis Dei, obſervemus Zopharem voluiſſe complecti totam priorem Legis tabulam: nempe Deum velle ſolum à nobis adorari, nec poſſe ſocium ferre, nec oportere ut ipſius nomine abutamur & illud profanemus, ſed ei debitam gloriam tribuamus, & ordinem, quem ipſe in ſua Eccleſia conſtituit, ſequamur. His igitur rite conſideratis, certum eſt, dum invocamus Deum, nos profiteri & obteſtari quod unum Deum colamus, omnique idololatriæ & ſuperſtitioni renunciemus: dum oſtendimus fiduciam noſtram illic affixam eſſe, ſimul indicamus & juſtitiam & virtutem & vitam in uno Deo reſidere: ex hoc fonte nobis hauriendum eſſe: denique nos omnia illi debere, ut nullo modo ipſi ſatisfacere poſſimus. Sic nomen ejus honore proſequemur. Deinde oratio cohæret confeſſioni fidei. Neque etiam tantum petimus à Deo, ut velit nobis ſuccurrere, ſed gratias quoque illi agimus de beneficiis quæ in nos contulit. Atque ita videmus ſub invocatione noſtri Dei comprehendi quicquid ad ipſius honorem ſpectat. Unde liquet, in Papatu non modo perverſum & corruptum, ſed plane abolitum eſſe Dei cultum. Verum eſt, illic de Deo colendo verba fieri: ſed quo pacto? Antequam huc deveniant, prius circumcurſant ad ſanctos mam? Ubinam enim ſita eſt hominum vera felicitas, niſi in eo ut ad Deum confugiant? Quemadmodum dicitur, Quiſquis invocaverit nomen Domini, ſervabitur. *Joël.* 2. *verſ.*32. Atqui miſeri Papiſtæ neſciunt, quid ſit Deum invocare: proinde concludendum, illos carere *Rom.* 10. *verſ.* 13. ſpe ſalutis, & excluſos eſſe à regno Dei: quandoquidem ignorant quæ ſit vera Dei invocatio. Hoc liquet: nam non niſi dubitando ac trepidando & per longos flexus ad Deum accedunt, quia Jeſu Chriſto duce carent. Itaque diligenter notemus hunc locum, ubi monemur extendendas eſſe manus ad Deum. Quare? Quoniam per infirmitatem noſtram nobis non licet in cœlum conſcendere: unde opus eſt aliquo ſigno, quod teſtetur extrinſecus id quod intus latet. Noſter animus videri non poteſt. Quod ſi abſque ſimulatione precemur, noſter animus ſurſum attollitur, atque ita quaſi comparemus coram Deo ut ei totam mentem noſtram exponamus. Id quidem, ut dixi, inviſibile eſt: ſed manuum extenſione declaramus nos tendere ad Deum, & ad ipſum unum confugere. Propterea in ſacris literis per externum illud ſignum ipſa oratio ſignificatur. Non quod illud ſit aut totum, aut præcipua pars. Nam hypocritæ ſedulo quidem & manus & brachia extendunt: adeo ut toti zelo flagrare videantur: & tamen nihil quam mentiuntur & illudunt Deo. Oportet igitur hoc ſignum ex ſincero corde proficiſci. quod etiam Scriptura præſupponit. Ideo prius dictum eſt, cor eſſe præparandum. Si Zophar diceret tantum, Extende manus tuas ad Deum, poſſet quærere aliquis, an Deus ſolis cerimoniis ſit contentus. Quum autem dicat, ante omnia cor eſſe præparandum, ut ſit candidum, integrum, ſincerum, minime obliquum, neque flexuoſum: ſignificat, hoc tanquam fundamentum ſubſternendum eſſe, cui cætera ſint ſuperſtruenda. Ex quibus intelligimus, nihil eſſe ſi manus in cœlum attollamus, niſi præcedat cordis integritas, cujus manuum elevatio ſit teſtimonium. Nam in reliquis vitæ noſtræ partibus homines quidem nos reſpiciunt, & illorum ipſi viciſſim reſpectum & rationem habere debemus: non quidem ambitione impulſi. nam recipimus mercedem noſtram in hoc mundo, (ut docet Dominus noſter Jeſus Chriſtus,) ſi captamus gloriam apud homines. In cæteris, inquam, vitæ noſtræ partibus ſpectamur ab hominibus: ſed quum Deum precamur, ſe quiſque colligat oportet, ut ſecum reputet, Sto in Dei conſpectu, coram tribunali Majeſtatis ipſius: ac proinde oratio debet eſſe in primis ab omni hypocriſi & mendacio remotiſſima, & omnium actionum noſtrarum à ſimulatione puriſſima.

ſic debemus publice precari, ut nibilominus in ſe quiſque collectus, in Deum quaſi præſentem reſpiciat. Hæc de verbo iſto, Elevare manus. Zophar autem poſtea deſcendit ad poſteriorem Legis tabulam. *Amove*, inquit, *à tuis manibus & tabernaculis omnem iniquitatem*. Hoc loquendi genus ſatis eſt vulgare, Habere manus puras: nam manibus tractamus res & negotia quæ cum proximis habemus. Atque ita qui furatur, aut vim infert ſuo proximo, vel quodvis damnum, is habet manus inquinatas: ut contra dicitur, Filios Dei lavare manus ſuas, quum juſtitiam & æquitatem obſervant, & iniquitatem fugiunt, & aliorum commoda pro virili procurant. Quod ſignificat Zophar hoc loco, quum ait, Qui velit benedictionem & felicitatem à Deo obtinere, illum debere removere manus ſuas ab iniquitate, aut iniquitatem à manibus ſuis ſummovere. An igitur invocavimus Deum? an obteſtati ſumus, nos ab illo uno pendere & ſalutem ac bonum omne exſpectare? an eum rite glorificavimus? ſupereſt ut cum hominibus communicemus & verſemur innoxii: ut nemo juſte conqueratur de damno à nobis accepto: denique ut ab omni fraude ac violentia puri ſimus. Sic igitur nobis cum proximis noſtris converſantibus Deus futurus eſt propinquus. Sic ſentiemus ipſum nobis omni beneficiorum ſalutarium genere afficiendis paratum. Quoniam autem homines ſibi facile ignoſcunt, & tot ſubterfugia ſuis peccatis prætexunt, ideo docemur, oportere ut à noſtris tabernaculis omnis iniquitas exulet: id eſt, ut non ſolum non directe & aperte malum quis patret, ſed nec ſub ipſius umbra alius. Si quam habet familiam, contineat in officio & uxorem & liberos & famulos: caveat ne technis & malis artibus ipſe aut ſui noceant cuiquam. Propterea diſerte ſubjicitur, expellendam eſſe ex noſtris tabernaculis iniquitatem. Hæc ſummatim hoc loco docentur. Sed reſtat, ut hæc rectius reputemus & ad uſum revocemus, quam hactenus fecerimus. Nam hæc doctrina non conſiſtit in verbis: ſed meditationem & uſum requirit. Nihil hic, quod nobis non familiare & vulgare eſſe debeat. cur igitur ab horum obſervatione tam procul abſumus? Quia maxima pars ſatis habet, ſi de his verba fieri audiat: & interim quod præcipuum eſt omittit. Quo igitur melius & vividius afficiamur, notemus primo, non per circuitus, ſed recta ad Deum eſſe pergendum, ut hic docemur. Hoc dico, ut fugiamus omnes ſuperſtitiones, & mimicas illas nugas, quibus homines ſeipſos libenter decipiunt. Nam de illis generalibus principiis non ambigitur: omnes enim fatentur, æquum eſſe, ut Deus colatur atque honoretur: alioqui mereri nos qui ab ipſo maledicamur & rejiciamur: ut mirandum non ſit, ſi nos caſtiget & afflictionibus in hac vita conterat. Nam quum Deum

Pſal. 26. verſ. 6.

cumbendum, & precandus Deus, ut nos corroboret, quo Spiritus S. virtute metam contingamus. Quod ut fiat, videamus ut nobisipſis diſpliceamus ſtatim ut aliquam ſimulationem in nobis ſentimus. Quemadmodum ſi ſe quiſque noſtrum probe excutiat, certe ſingulis momentis gememus: quum tamen ſopiti ſimus, atque adeo noſtram juſtitiam pro viribus propugnemus. Multi quidem ſunt, qui videri volunt quærere Deum puro & ſincero affectu, & huc omnes nervos intendere: ſed interim tamen, ſi ſeipſos ſerio expendant, animadvertent idem quod alii, nempe ſe refertos hypocriſi & ſimulatione, nec gutta boni zeli præditos eſſe. Quod ſi hoc alii perſpiciant in ipſis, quidni ipſi idem cernerent in ſeipſis? niſi ultro ſeſe decipiant. Itaque, ut dixi, quum ſe quiſque noſtrum rite examinabit, certum eſt, nos non dormitaturos, ſed potius excitatum iri, quo magis ac magis in recta via progrediamur. Properemus ergo dum nos ad ſe vocat Deus, & nobis concedit ut ad ſe manus extendamus. Ne igitur tanto bono abutamur, quod ſane eſt incomparabile. nam niſi Deus nos pro ſua bonitate immenſa præveniat, & aditum ad ſe patefaciat, quis noſtrum ad ipſum auſit accedere? Ad Principem mortalem, qui nihil aliud eſt quam cadaver, non audemus accedere: qui igitur ad Creatoris noſtri Majeſtatem nos ſiſteremus? quum præſertim ei ſimus inimici & hoſtes capitales, nec niſi peccatis referti eum adire poſſimus, ac proinde neceſſario ei deteſtabiles ſimus, nos abhorreat & averſetur? ut certe nos pro ſuis creaturis, quatenus ſumus peccatores, non agnoſcit. Oportet igitur ut nos ipſe vocet, nos invitet, ac nobis ipſe januam aperiat, & apertam eſſe declaret. Ubi autem didicimus, quam hoc nobis ſit neceſſarium, ita nos geramus ut dixi: id eſt, confugiamus ad Deum, ut qui ſciamus, nos omni bono eſſe deſtitutos & prorſus inopes ſpeque noſtra fruſtrandos, ſi huc illuc circumcurſemus, ut noſtris defectibus medeamur: nam meram inanitatem & famem alibi reperiri: denique eos qui ſuæ indigentiæ, quærentes remedium in creaturis, ſubvenire conantur, nihil aliud quam ſe fumo paſcere. Accurramus ergo ad Deum noſtrum, & viam ad eum perveniendi quæramus: quæ eſt, ut Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis intercedat, & nobis gratiam obtineat, quia ſumus digni odio & execratione apud Deum: verum ei placemus & accepti efficimur, quum in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad eum accedimus. Quod ſi iſtud obtinuit etiam ſub Lege in illa umbrarum obſcuritate: nunc quum velum templi ſciſſum eſt, quanto vehementius animati eſſe debemus? Si hæc doctrina in uſu erat Legis tempore, quum populus in atrio templi ſubſiſteret, & eminus cerneret, velumq; interpoſitum omnia tegeret: quanto ſtudioſius hodie nobis eſt uſurpanda? Maximus quidem

Mat. 27. verſ. 51. Exod. 28. verſ. 12. & 29.

Digitized by Google

hic nominatim fit mentio manuum, ut intelligamus hinc probari an vere Chriſtianum animum geramus. Nam linguæ quidem jactantia ſumus Chriſtiani, & Dei cultores admodum ſtudioſi, ſi nobis creditur: ſed converſatio noſtra falſitatem detegit. Qui charitatem ſemper in ore habebat, ſi ſit juvandus proximus, ſe ſolum dilexiſſe arguetur. Ut ſunt ſane nonnulli adeo impudentes: ut charitatem perpetuo prædicent, nempe quia ſolent aliorum charitatem erga ſe experiri, ac non ut ipſi eam erga alios exerceant. Nam contra, non dubitant alios expilare, & pro libidine omnia agere, adeo ut apud Deum & homines rei ſint: & tamen ipſos non pudet prædicare charitatem. Notemus igitur hic agi de manibus: tum enim vere cognoſcitur an Deum amemus ut decet, ſi æquitatem noſtram effectis probemus, humanitatem exerceamus, & ita cum proximis noſtris verſemur, ut alii alios pro noſtra facultate juvemus, atque hoc pacto mutuam ſocietatem, cujus auctor eſt Deus, inter nos conſervemus. Hæc ſunt igitur nobis obſervanda, quum hic audimus procul ſummovendam eſſe à manibus noſtris iniquitatem. Aliquis artem mechanicam factitat? fideliter in opere verſetur, & mediocri contentus ſit lucro. Qui emit, cogitet, Ego labore alieno egeo: proinde non eſt æquum ut qui mihi operatus eſt, ludat operam: alioqui perinde eſſet ac ſi ei ex ore panem eriperem: ſiquidem Deus vult ut ille ſuo labore ſuſtentetur. Si injuriam ei fecero, ſuxero ſanguinem ejus qui mihi à Deo commendatur, ut illi ſubveniam. Ita unuſquiſque debet ſuæ artis & muneris habere rationem. Sumo aliqua tantum exempla, ut illa ſibi quiſque accommodet: ut, prout negotiamur cum proximis, ita nos geramus nequis merito de nobis conqueratur. Sed & ſuam quiſque familiam inſpiciat. Deus enim vult ut non ſolum paterfamilias fidelis ſit & à directa injuriæ illatione abſtineat: ſed etiam fugiat vias omnes obliquas, & det operam ita regendæ familiæ ſuæ, ut Deus ab omnibus honoretur, tum à viro & uxore, tum à liberis, tum etiam à famulis. Utinam vero hæc rectius reputaremus quam facere ſoleamus. Sed ut patres familias ab officio aberrant, nec timorem Dei nec religionem habent; ita videmus liberos parentibus ſuis immorigeros. Non enim meliores ſunt: imo antequam per ætatem ratione uti eis liceat, conditi ſunt malitia: & famuli ipſi referti ſunt corruptela. Heri & heræ conqueruntur quidem de famulis & ancillis, nec tacent quum aliquid ligurierunt aut furati ſunt, aut minus fideliter officio functi ſunt: ſed interea nihil penſi habetur Deum mille modis offendi. Quo magis deatur ab illis longiſſime remotus, & eos invocantes nihilominus languere ſinat, neſcientes quo ſe vertant, quaſi ab eo derelicti eſſent. Veruntamen duplicem habemus conſolationem: nam ab una parte certum eſt, licet animus noſter ad Deum tendat, non eo tamen zelo tendere quo par eſſet, nec eo affectu, quo tenemur, illum à nobis coli. Oportet ergo ſentiamus pœnas noſtrorum vitiorum. Verum hoc pacto Deus nos miſeriæ noſtræ ſenſu afficit, ut ad humilitatem & emendationem invitet: noſque afflictionibus exercet, ut ad ſe revertamur. Hæc non mediocris eſt conſolatio. Altera eſt, quod ſimus conformes Domino noſtro Jeſu Chriſto: quia quemadmodum per crucem & mortem ingreſſus eſt in regnum cœlorum; ita nunc etiam nos, qui ſumus ejus membra, dum affligimur in hoc mundo, geſtamus ipſius inſignia ut nos ad ſuæ reſurrectionis gloriam perducat. Videmus itaque omnia mala noſtra nobis in bonum cedere. Interea quoque debet nos conſolari illa ſententia, fore ut non tentemur à Deo plus quam nobis expedire ac *1 Cor. 10. verſ. 13.* utile eſſe noverit, &, quamvis nobis perpetiendæ ſint plurimæ miſeriæ, noſtraque conditio omnium infeliciſſima videatur, Deum tamen non deſtiturum ſigna ſuæ præſentiæ & opis paratæ nobis exhibere, quibus intelligamus nos ab ipſo minime deſeri, ſed eum vigilare ſemper nobis ad finem uſque conſervandis, modo illum invocemus, & pro virili atque ex ſincero & ab omni hypocriſi puro affectu colere ſtudeamus, ut ante diximus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei & Patris noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut nos ad ſe convertat: & quum tantam naturæ noſtræ perverſitatem perſpiciat, ut omnes & cogitationes & affectus noſtri malo ſint addicti, & ſermones noſtri nihil quam vanitatem ſapiant, velit nos creaturas novas facere: & cognoſcentes omni nos deſtitutos eſſe bono, petamus ab ipſius gratia quicquid ad ſalutem æternam facit & ad hanc vitam corpoream pertinet. Hoc quæramus, inquam, in illo ſolo, ut cujus unius ſit hoc nobis largiri pro mera bonitate ſua, idque in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et regente nos ipſius Spiritu, ipſum ut Patrem noſtrum invocemus: & interea mutua inter nos vere fraterna charitate colligati, ſic teſtemur nos eſſe ipſius liberos, & indies magis ac magis creſcamus vera unione ac dilectione, donec in cœleſtem illam hæreditatem collecti fruamur illius veræ unionis, jam in nobis inchoatæ, perfectione. Hoc autem non nobis ſolum largiatur, verum etiam populis, &c.

Benedictionem ab illo conſequuturos, & impios proſperitate fruituros. Et ſane Jobus reſpondens, ut modo audivimus, contradicit ſuperiori Zopharis ſermoni. Contrarium autem Jobus reſpondet, ut oſtendat hanc doctrinam, quamvis ex Lege deſumtam, nihilominus perperam applicari. Attendendum igitur ſedulo nobis eſt, quomodo ſit hoc
Levit. 26. intelligendum. Deus quum in ſua Lege declarat &
Deut. 28. pronunciat, ſe in tutelam & protectionem ſuam recepturum bonos, illiſque ſua vota conceſſurum, ut nihil eos deficiat, ſed ubique benedictionem experiantur: non innuit bonos nunquam eſſe affligendos. Ubinam enim eſſet patientia? & quomodo cognoſcerent ipſum liberare ſuos in neceſſitate conſtitutos? Si nobis omnia ex animi ſententia ſuccederent, neſciremus quid ſit invocare Deum & miſericordiam ejus implorare, nec, eo manum nobis porrigente, ipſius bonitatem ſentiremus. Itaque in primis notemus, Deum non promiſiſſe fidelibus proſperitatem ab omnibus afflictionibus in hoc mundo immunem, quibus nos obnoxios eſſe oportet. Sed iſtæ omnes Dei promiſſiones huc ſpectant, ut intelligamus Deum communiter res proſperas impertiri ſui cultoribus. Quod etiam experientia teſtatur. Sed interim hæc duo nobis ſedulo ſunt notanda: primum digna eſſe peccata noſtra propter quæ Deus non perpetuo nec ubique nos ſua benedictione proſequatur. Nemo enim eſt qui non provocet iram Dei: ne exceptis quidem perfectioribus, in quibus nihil reprehenſione dignum reperiamus. Nam vel juſtiſſimi, ſunt apud Deum rei. Ergo non caſtigantur immerito, quum ab illo plectuntur. Deinde non dicitur Deus ſemper admetiri afflictiones pro peccatorum menſura. Sunt aliæ cauſæ penes ipſum cur nos viſitet: nempe, ut mortificet pravitatem noſtram. Oportet enim Deum ſæpe prævenire vitia noſtra quæ nobiſipſis ſunt occulta. Licet enim nondum offenderimus, Deus prævidet, nos proclives eſſe in hoc vel illud vitium: occurrit & medetur. Adhæc vult nos humiliare, ne in hoc mundo confidamus, nec terræ nimis tenaciter adhæreſcamus. Præterea vult explorare, an ut in proſperitate, ſic in afflictione ſibi obtemperemus. Vult etiam probare fidem noſtram, & an ad ipſum confugiamus: denique vult nos in cœlum ſuſcipere, ut illic nobis repoſitam eſſe felicitatem cognoſcamus. Quamobrem? his duobus rite obſervatis, facile concludemus, Deum benedicere ſuorum mandatorum obſervatoribus, & largiri quicquid eis expedire novit. Ita: verum non pro ipſorum cupiditate, ſed prout ipſe novit & judicat. Sin eos affligat, non temere facit: neque id prohibet, quominus ſemper ſentiant ipſius gratiam & bonitatem, unde lætitiæ materiam percipiant. Sic accipiendæ ſunt omnes vitæ præſentis ſignificare, fore ut ſui ſemper ipſum propitium & præſentem ſentiant. Quum igitur in Lege nobis pax & requies promittatur, ſi ipſam obſervemus: quid cauſæ eſt cur ita vexemur & cruciemur ab hominibus, niſi quod bellum Deo intulimus? Quum mortalis in ſuum Creatorem inſurrexit, neceſſe eſt ut viciſſim ipſe hoſtes nanciſcatur, qui ei moleſtiam inferant. Nos igitur homines perſequuntur? Videamus an pacem cum Deo coluerimus, reputemus nos ipſius iram provocaſſe: ac proinde ne miremur, ſi permittat nos ab hominibus viciſſim divexari. Propterea Lex minatur, Deum immiſſurum bellum ſuæ voluntatis violatoribus. Et ut nemo ipſos perſequatur, ſe ſui
ipſorum fore tortores. Nam inter Legis maledictio- *Lev.* 26.
nes hæc etiam principem locum obtinet & maxime *v.* 25, 33.
terrere nos debet, Dominus dabit tibi cor pavidum, *Deut.* 28.
& deficientes oculos, & animam conſumtam mœro- *v.* 22. 25.
re: Et erit vita tua quaſi pendens ante te: timebis & 48.
nocte & die, & non credes vitæ tuæ: Mane dices, *verſ.* 49.
Quis mihi det veſperum? & veſpere, Quis mihi det *Lev.* 26.
mane? propter cordis tui formidinem qua terreberis. *verſ.* 36.
En juſtam punitionem denunciatam eis, qui ſeſe Deo *Deut.* 28.
non ſubjiciunt, ut eum puro corde colant, Fore ſui- *verſ.* 65.
ipſorum carnifices. Itaque diligenter obſervemus,
non ſine cauſa hanc promiſſionem in Lege dari, Si *Levit.* 26.
penitus adhæreſcamus voluntati Dei, nihil nobis bel- *verſ.* 6.
lum aut moleſtiam illaturum. Deus enim malos co- *Deut.* 28.
hibebit, quominus nobis noceant, quicquid contra *verſ.* 10.
nos moliantur. Notemus etiam, quamvis in nos inſultetur, & quaſi in prædam ſimus expoſiti, nihilominus nobis perſuaſum eſſe debere, nos ſub tutela Dei fore. Hæc promiſſio non eſt fallax: ſed interdum tamen Deus ſinet nos ab impiis moleſtia affici, ut conſtantiam noſtram probet: permittet etiam ut animi noſtri tententur, & in aliqua dubitatione & diffidentia verſentur. Quare? ut ipſum invocemus, & robur ab ipſo precemur. Hæc omnia quidem contingent: ſed interim fideles ſentient ſe minime à Deo deſeri in mediis ſuis tentationibus, eumque ſibi propinquum & propitium experientur: contra increduli perterreſcent & toti contremiſcent, adeo ut tandem ſentiant ſe merito à Deo derelictos. Idem dicendum de reliquis Legis benedictionibus. Breviter, quotieſcunque affligimur, meminerimus noſtrorum peccatorum, humiliemus nos coram Deo, ſcientes caſtigationes, quas nobis infligit, juſtas eſſe. Volumus ut leniat mala noſtra? accurramus ad ipſum: deſiſtamus à male agendo. Non propterea tamen exiſtimandum eſt, Deum perpetuo pari menſura punire delinquentes, uti jam diximus. Videmus ut caſtiget homines in hoc mundo, hos gravius, illos levius: quin etiam multas punitiones in ultimum diem differt. Non eſt igitur quod ita generaliter, ut fecit

Zo-

Digitized by Google

de illo ſumendis. At ſecus contingere experimur. Hoc autem, ut dixi, videtur repugnare Legi, qua Deus minatur maledictionem iis qui ſuam juſtitiam tranſgrediuntur: ejus vero obſervatoribus favorem & benedictionem promittit. Atqui videre eſt prædonibus eum quaſi favere: contra bonis male eſſe. Quid hoc ſibi vult? An Deus per ludibrium ſuis fidelibus benedictionem promiſit, & talem maledictionem verbi ſui contemtoribus denunciavit? Minime: verùm jam hunc nodum ſolvi, quum oſtendi, Deum non pari menſura ſua judicia in hoc mundo exercere. Quare? perpetuo meminiſſe debemus illorum quæ ſupra fuerunt expoſita: nempe, ſi Deus in peccantes ſummo jure animadverteret, ita ut gravem culpam graviter plecteret, levem leviter, idque extemplo: & bonos bonis afficeret: quid nobis prodeſſet adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & reſurrectio quam exſpectamus? Nulla ſpes eſſet: ſic enim concludere liceret, Ecce, Deus ſe mundi judicem declarat, ergo qui bene agit, ſe præmium in hoc mundo recepturum ſciat: in hac vita paradiſus locum habet: nulla vita cœleſtis futura eſt. Unde conſtat, male conſultum fore ſaluti noſtræ, ſi Deus paribus pœnis omnes peccatores afficeret. Quapropter oportet magnam pœnarum ſumendarum partem in aliud tempus differri. Deus, quum ſceleratos punit, ſic nos inſtituit & admonet ut in timore ac ſollicitudine incedamus: oſtendit etiam nos manum ſuam effugere non poſſe. Nam abſque acceptione perſonarum judicat. Unde concludendum, quicquid mali committitur impune in hoc mundo, non fore tamen inultum ultimo illo judicio. Ita Jobus non contradicit doctrinæ Legis, ſed tantum falſæ expoſitioni allatæ à Zophare, qui volebat Deum nunc ſua judicia ſic exequi ut ſummo jure ageret, nec pœnas differret. Hoc vero non expedit, ut jam oſtendimus. Hinc autem docemur precari à Deo ſpiritum prudentiæ, quo rite ad uſum noſtrum applicemus veram & utilem doctrinam, ex qua fructum percipere poſſimus. Hæc enim doctrina ad noſtri ædificationem plurimum prodeſt, quum Deus docet, nos, ſi ipſum rite colamus, non luſuros operam, ſed in hac etiam vita favorem ſuum perpetuo ſenſuros. Quid enim, ſi putaremus nos à Deo non reſpici? aut reſpui quicquid ei offeramus?
Eſa. 3:10. Nobis igitur recurrendum eſt ad illud Eſaïæ, Dicite juſto, bene eſſe; quia fructu actionum ſuarum fruetur.
Pſal. 73. Alioqui contingeret nobis quod de ſe David fatetur, Pedes ſuos propemodum declinaſſe, ut à lapſu parum abfuerit, quando cogitarit ſe fruſtra mundaſſe cor ſuum, & abluiſſe innocentia manus ſuas. Operæ pretium eſt igitur, ut intelligamus, Deum vigili oculo totum mundum inſpicere, & eos cognoſcere qui ipſum ſtudioſe colunt & honorant: atque
Pſal. 34. *v.* 16, 17. improbos quoque aſpicere, ut eſt in Pſalmo, Vultus

ſunt obnoxii, quod non imputandum eſt ipſorum peccatis, acſi omnium eſſent ſceleratiſſimi: nequis dicat, Iſte adeo ſevere plectitur: ergo ſumme improbus eſt, ac Deo exoſus. Hæc non eſt cauſa. Verum Deus novit cur bonos affligat: habet diverſas cauſas: noſtrum non eſt, ea de re ſententiam ferre. Ne itaque dixerimus, Ille gravius Deum offendit quam cæteri, ſiquidem durius à Deo accipitur. Sic Legis tum minæ tum promiſſiones revocandæ ſunt ad Dei providentiam, qualem quotidie experimur. Minæ Dei veræ ſunt, quum denunciat maledictionem Legis ſuæ tranſgreſſoribus. Verumtamen non primo momento nec ſtatim ſequitur exequutio. Oportet ut Deus ſuum opus arbitrio ſuo, pro menſura & portione, qua ipſi libet, peragat. Deus promittit benedictionem ſui cultoribus, & ſuæ voluntati obſequentibus: ita quidem, ſed ut nihilominus ſibi jus eos affligendi reſervet. Quare? In ipſorum bonum & ſalutem. Non deſinit eis præſto eſſe exaudiendis, quum neceſſitas poſtulat, ut ſentiant quam ſibi proſint afflictiones. Ad tempus quidem quaſi abyſſo demerſi, huc illuc jactantur, adeo ut neſciant quo ſe vertant. Quare? Salutiferum ipſis eſt humiliari. Sic verax eſt Deus in ſuis promiſſis ac minis: & tamen ita mundum gubernat ſua providentia, ut boni fruſtra illum colere, mali vero effrenate vivendi, & impune Deum contemnendi licentiam obtinuiſſe videantur. Sic quidem judicamus ex rebus præſentibus & noſtro ſenſu. Itaque humiliter ita ſentiamus, Deus quidem eſt mundi Judex: verum id non ſtatim nec primo apparet: ergo, etſi iſtud nondum oſtendat, nihilominus credere ac ſperare debemus, quod nobis nunc eſt incognitum, tandem eſſe patefaciendum. Jam autem verba Jobi expendamus, *Vos eſtis populus, & ſapientia vobiſcum interibit.* His verbis voluit retundere arrogantiam illorum qui ſupra loquuti ſunt. Nam alias non poſſent cohiberi qui ſuæ prudentiæ confiſione turgent, niſi ſtultitiæ arguerentur. Ne ſic quidem multum proficitur ſæpenumero. Nam qui ſtulta opinione inflatus eſt, quicquid doceatur, nihilominus ſæpe perſtat in falſa arrogantia obſtinatus. Sed tamen quum nobis pugna eſt cum iis qui veritatem Dei pervertunt, debemus illis ſuam inſcitiam & ſtultitiam detegere. Quod quidem ſic fieri non debet ut cum homines de acumine & ſubtilitate ingenii inter ſe contendunt. Quemadmodum faciunt qui ambitione ac vanitate ducuntur. Iſti magnam præ ſe ferunt pompam: & qui prior dicit, omnes conatur verbis obſtupefacere: qui poſterior, priorem nititur vincere. Quæ pugna eſt hominum ſtultorum. Nobis vero minime ſic agendum eſt. Itaque quum in veritatis divinæ corruptores & falſatores incidimus, ut ipſorum ignorantiam arguamus, non eſt quod huc nos impellat gloriæ captandæ cupiditas: ſed ſatis habeamus, quod

Digitized by Google

modum Jobus hoc loco redarguit falſos illos Legis divinæ interpretes: nam oſtendit, eos ex re omnibus nota & vulgari gloriam ſingularis doctrinæ captare. In ſumma eos irridet, quum ait, Vos eſtis univerſus populus, ſapientia vobiſcum morietur. Quum autem inquit, *Non ſum vobis inferior, mihi quoque cor eſt ut & vobis*, non vult ſeipſum jactare: quemadmodum jam diximus, ſtultam hujuſmodi ambitionem regnare, qua quiſque vult cæteris doctior & acutior apparere: adeo ut veritas altercando amittatur. Jobus vult tantum indicare, Deum hoc ſibi gratificatum eſſe, ut rectius verum cognoſcat & diſcernat quam illi qui ejuſmodi arrogantia tument. Itidem & nobis gloriari licet: non ut auditores nobis, ceu viris doctiſſimis & ingenioſiſſimis, applaudant. Fugiamus omnem iſtam vanitatem: nam fieri non poteſt ut Deum ſtudioſe colamus, niſi obliti rerum noſtrarum. Et dum rationem noſtri habebimus, ac in pretio haberi volemus, certe Dominus etiam permittet ut ignorantes & ridiculi apud omnes evadamus. Hoc enim eſt glorioſorum ſtipendium: juſtum certe, quod veritate poſthabita, homines ſui honoris rationem habeant. Quid igitur? Obliviſcamur noſtri ipſorum: ſed interim dona Dei bene collocemus, ne bonam cauſam opprimi ſinamus, ſed demus operam ut veritas auctoritatem ſuam obtineat. Siquis nec doctrina nec ingenio præditus habeatur, quid fiet? contemnemus & dedignabimur quicquid in medium adduxerit. Oportet igitur, quo fructum reportemus, ut agnoſcamus, Deus contulit aliqua dona in iſtum: quæ non ſunt contemnenda: alioqui contumelia afficeremus Spiritum Sanctum, ex quo illa promanarunt. Quod quum ita ſit, videamus ne Deo inſultemus. Sic fit ut bonam doctrinam humiliter recipiamus: quando videlicet cognoſcimus, qui nos docet, eum prius fuiſſe à Deo edoctum. Huc ſpectat Jobus, quum ait, ſe quoque corde præditum eſſe, ut non ſit inferior illis qui ſibi tantopere placent. In ſumma diſcamus, ut donis, quæ à Deo accepimus, ita utamur, non quo ipſi extollamur, ſed ut fructum ferant. Hæc de Jobo. Interim autem fideles admonentur, ut, ſi quem viderint excellentibus Spiritus Sancti donis ornatum, ad gloriam Dei amplificandam, & Eccleſiam odificandam idæneis, illum audiant, & doctrinam ejus reverenter exeipiant. Quare? Alioqui hoc eſſet Deum contemnere. Porro Jobus ſubjicit, *Sum deſpectui amicis meis.* Ad verbum inquit, *ſe derideri & rejici ab amico*: & de ſe in tertia perſona loquitur. Deinde ſe comparat lampadi aut tædæ deficienti & contemtæ. Quid exſpectetur à face deliquio proxima? Cera diffluit: ab ea recedimus, ne gutta decidens veſtem maculet: & quod reliquum eſt, ut inutile & fœtidum, abjicitur. Id voluit Jobus, ſeſe tædæ comparans: Ecce, inquit, quia de-

pronunciaſſe. Quare? Nam contrarium, inquit, apparet. Jam redeamus ad illud, quum dixit, *Sum deſpectui ut tæda deficiens.* Exemplo Jobi hic docemur, Dominum permittere ut deriſui ſimus mundo, & adeo miſera ſit noſtra conditio ut deficere & deliquium pati videamur. At nihilominus tamen patientes eſſe nos oportet. Quare? Videmus quid Jobo contigerit. Num majoris ſumus pretii? Quum igitur talis Dei ſervus, tamque excellens, nihilominus rejectus fuerit & contemtus, quaſi reprobus ac perditus: ſi Deus itidem nos tractet, ne obſtupefiamus nec adverſus illum obmurmuremus: nec etiam illum crudelitatis inſimulemus, ſed agnoſcamus bonum nobis eſſe ut ſic humiliemur: nam hoc pacto excitamur, & diſcimus noſtram ſpem non eſſe in hoc mundo, ſed in cœlò ſtabiliendam, ut docet Apoſtolus. An non utiliſſima eſt hæc inſtructio, quod mundi ludibria noſtræ ſaluti ſunt deſtinata? *Hebr. 6. verſ. 19.* Verum eſt ejuſmodi deriſiones recaſuras tandem in faciem improborum nos deridentium: ſed interim tamen nobis proſunt, ut dixi: quod nos excitent ut in Deum reſpiciamus, & cognoſcamus, totam ſpem & exſpectationem noſtram in eo conſiſtere. Hæc diſcimus, quum Jobus ait, Eſto: ſum deriſui priſtinis amicis meis. Verum eſt, hanc tentationem eo graviorem eſſe, quum execrantur nos illi qui ante amici noſtri videbantur, hoc non moleſtiſſime ferri non poteſt. Sed quum Jobo contigerit, ſequamur ejus veſtigia, & caput dejiciamus, Deo nos pariter humiliante. Nominatim autem ait, *pedem ſuum propemodum labi*: ſignificans ſe, dum ſtaret, fuiſſe inſtar tædæ vel lampadis. Delectat tæda accenſa, & lumen præbet utile; nempe dum integra eſt: at ſi deficiat, in cœnum abjicitur. nam qui illam geſtat, uritur, niſi eam projiciat: præterea illa nihil præter fumum obſcurum & fœtidum emittit. Sic Jobus oſtendere vult, ſe, dum felix eſſet, fuiſſe in pretio & honore: nunc vero, quum deficit, contemni & rejici. Unde admonemur, nos interdum veluti deliquium paſſuros, ſolo fumo reſtante, adeo ut nihil ſani & integri nobis ſuperſit. Verum id patienter feramus, quum videamus huc fuiſſe Jobum ante nos redactum. Quum igitur nobis præierit, illum ſequamur, & precemur Deum ut nos ita corroboret ne penitus deficiamus. Quod dicit, contemtores Dei illum invocare, & audiri: hoc, ut jam attigi, refertur ad ſenſum communem hominum. Videntur enim homines pepigiſſe cum Deo, ut, quicquid petant, obtineant. Verum eſt, qui maximi ſunt omnium hypocritæ, aut diſſolutiſſimi, eos invocare Deum, ſed per ludibrium tantum, Vellem hoc & illud mihi à Deo concederetur. Malus inhians bonis alienis, Vellem, inquit, bona illius mihi à Deo dari. Hoc non eſt precari Deum, ſed potius illum transfigurare, & Maje-

ſtatem

Digitized by Google

eſſe à Deo quod nobis deeſt : ſicut videmus illos dicere, Utinam mihi Deus hoc vel illud daret. Itaque illis inſculptus eſt à natura hic ſenſus : quo magis rei tenentur apud Deum, dum ita ſacrum ejus nomen profanant, & ſuis deteſtandis cupiditatibus immiſcent. Ex his autem admonemur, Deum cum omni reverentia eſſe nobis invocandum, ita ut perſuaſi ſimus nos miſeros eſſe, nihilque noſtris miſeriis mederi poſſe, niſi confugiamus ad bonitatem Dei noſtri, quo nos ſuorum bonorum participes faciat. Jobus porro ſubjicit, *Secura eſſe impiorum tabernacula : quoniam*, inquit, *Deum manibus ſuis tenent & producunt : & tamen iſti eum tanto audacius provocant.* Hinc naſcitur contemtus incredulorum, adeo ut ſcelerati non tantum ſuperbiant, quaſi Deus ipſis faveret: verum etiam crudeliter & arroganter conculcent quicunque ſimplicitatem & æquitatem colunt: Et quis ille eſt ? & quis iſte ? Putant enim ſe à Deo evectos eſſe ut alios contemnant & rejiciant. Quæ tentatio non facile certe ferri poteſt. Proinde tanto ſtudioſius obſervandus nobis eſt hic locus. Noverimus itaque, non eſſe novum, ſi hodie improbi ad tempus evehuntur, ſi exultant & triumphos agunt. Idem ſemper obtinuit. Verum id permittit Deus, vt improbis in majorem ruinam cedat, nos vero ad humilitatem incitet. Si nobis Deus recedere videatur, eique exoſi judicemur : diſcamus, inquam, humiliari ſub potente ipſius manu, obſequi ejus bonæ voluntati, ipſiuſque verbo auſcultare, exſpectantes dum nobis reipſa declaret ſe nobis ſemper proximum fuiſſe : atque interim in vera conſtantia perſiſtamus, nec pœniteat nos eum coluiſſe, ſed perſequamur noſtrum curſum, quoad nos ex omnibus iſtis difficultatibus & tentationibus erutos in æternam requiem colligat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut eorum ſerio ſenſu ad ipſum convertamur : non ut contendamus cum illo de noſtra juſtitia & integritate, ſed ut nosipſos condemnantes imploremus ejus immenſam miſericordiam. Et quia jam nobis commonſtravit iter quo ad ſe perveniamus : nempe, ut ipſi afferamus obedientiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, qua omnia peccata noſtra obliterentur & ſepeliantur : velit nos in eo nomine acceptos & gratos habere : nec nobis ſolum peccata noſtra condonet, ſed etiam nos regat Sancto ſuo Spiritu, ut & in vita & in ipſa quoque morte victoriam perpetuam reportemus, qua omnes Diaboli inſidias & tentationes ſuperemus. Quod non ſolum nobis gratificetur, verum etiam populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO QUADRAGESIMA SEXTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XII.

7. Interroga, quæſo, jumenta, & docebunt te : aut volucrem cœli, & indicabit tibi.
8. Aut alloquere terram, & docebit te, & narrabunt tibi piſces maris.
9. Quis non novit ex iſtis omnibus, manum Jehovæ facere illud ?
10. In cujus manu eſt anima omnis viventis, & ſpiritus omnis carnis humanæ.
11. Nonne auris ſermones probat, ut palatum ciborum guſtum aſſumit ſibi ?
12. In decrepitis eſt ſapientia, & in longitudine dierum intelligentia.
13. Penes illum eſt ſapientia & fortitudo : illius eſt conſilium & intelligentia.
14. En, ita deſtruet ut non ædificetur : concludet virum, nec aperietur ei.
15. En, cohibebit aquas, & areſcent : & emittet eas, & ſubvertent terram.
16. Apud illum eſt robur & potentia : ejus eſt errans & in errorem inducens.

JObus, ut oſtendat Zopharis verba ex mera ambitione promanaſſe, declarat ſe non ignorare quid ferat providentia Dei in regendo mundo, & hanc doctrinam clariorem eſſe quam ut ille debuerit tanti ſuos ſermones facere. Sunt hæc vulgo nota, inquit. Et certe vanus erat Zophar, quum ſibi ingenioſiſſimus videretur dum tantopere magni faceret Dei providentiam. Jobus itaque oſtendit, hæc omnia ſatis communia & vulgata eſſe : deinde declarat, ſe mirari cur amici ſui minus recte quæ prius dixerat intellexerint. Quorſum aures habetis ? inquit. Nam ſi edatis, aut bibatis, palatum veſtrum diſcernit ſapores ciborum. Quemadmodum ergo palatum datum eſt hominibus ut guſtent eſcas : ſic aures datæ ſunt ad audiendum ſermones. Videmini tamen ſurdi, nihilque intellexiſſe. Hæc ſecundo. Tertio autem dicit,

Digitized by Google

ut arcana judicia Dei attingantur. Et iſtud intelligo, inquit: ne fruſtra inter nos contendamus. Jam videmus ſummam verborum Jobi. Sed ut ex his fructum percipiamus, notemus primo Jobum indicare, in univerſo mundo & ſingulis creaturis ita Dei gloriam elucere, ut non niſi per ſocordiam noſtram ſtet, quominus ſatis inde inſtituamur ac edoceamur. Quid igitur cauſæ eſt, cur ſic obbruteſcamus, nec cognoſcamus quæ ſint à Deo? Id fit ex eo quod non reſpiciamus quæ viſibilia ſunt & manifeſta. Cauſatur quiſque ſe non eſſe literatum, nec in ſchola fuiſſe eruditum. Eſto: verum ex brutis ipſis diſcere deberent. Terra quæ non loquitur, & piſces qui muti ſunt, illi poterunt de Deo nos docere, non perfecte quidem, ſed aliquatenus ſaltem. Atqui ſumus plane ſtupidi. Ergo concludendum eſt, per ſolam ingratitudinem noſtram ſtare, quominus dignemur aperire oculos ad contemplandum quæ Deus nobis declarat. Hic locus obſervatione digniſſimus eſt. Neque hic ſolum Spiritus Sanctus docet, gloriam Dei ubique
Pſa. 19:2. elucere: ſed etiam alibi dicitur, Cœlos illam enarrare. Pulcher ille ordo ac viciſſitudo dierum & noctium, ſtellæ quæ in cœlo conſpiciuntur, ſunt tanquam vivæ quædam divinæ Majeſtatis picturæ. Ac certe, quamvis ſtellæ non loquantur, tamen tacendo tam alte clamant, ut aliis teſtibus ulrimo die opus non ſit futurum contra nos, quia non cognoverimus quæ illic nobis indicata erant. Hæc igitur nobis ſunt obſer-
Rom. I. vanda: ut monet etiam Paulus in primo cap. ad Ro-
verſ. 20. manos, Deum, qui in ſeſe & eſſentia ſua eſt inviſibilis, ſatis ſe conſpicuum reddidiſſe in creaturis, ut reddamur inexcuſabiles. Et (ut eſt in Actis) non paſ-
Actor. 14. ſus eſt ſe eſſe expertem teſtimonii, per ſuas creaturas
verſ. 17. clamans, omnia bona à ſe promanare. Quod ſi Deus hunc mundum creavit, omniaque in manu & poteſtate habet: an non, quæſo, par eſt, ut, quoniam vitam & cætera ab eo accepimus, eum colamus atque adoremus? Et quid multis opus eſt, ut condemnemur, niſi hoc faciamus? Nam malitia noſtra ſatis ſuperque convicta erit: quod non exhibuerimus debitum noſtro Creatori honorem: & nos ab illo ſubtrahere ſtuduerimus, & pro eo honorando iram ejus noſtris vitiis & corruptelis provocaverimus. Quum igitur iſta ſint notiſſima, nonne plus quam confuſi eſſe debeamus? Meminerimus igitur quod hic dicitur, homines non poſſe cauſam prætexere, cur Deum ignorarint, quaſi hæc cognitio altior eſſet, quam ut ad eam poſſent pertingere. Cur non à brutis eam didicerunt? Hi ſunt idonei doctores: ut nec aſinus, nec bos, nec aliud jumentum ullum ſit, quod nequeat docere quid ſit Deus. Num bruta per ſe creata ſunt? An non hoc patet? Quum autem audimus Deum feciſſe omnia, nonne debemus conſiderare quorſum cuncta ſonare in Eccleſia ſua: & tamen ipſum non cognoſcimus. Unde autem iſtud, plus eſſe rationis in bove aut aſino quam in hominibus? Quorſum nos ratione præditos eſſe voluit? Et cur nos etiam de ſua voluntate docuit? An non perdite abutimur bonitate Dei, dum ipſis brutis cedimus? Videmus igitur, quomodo homines, à ſuo erga Deum officio deflectentes, exemplo beſtiarum redarguantur. Quod nobis, ut dixi, duplici confuſioni cedit. Verum Jubus hoc loco ſignificavit, nos ſatis duceri à creaturis ut Deum honorare debeamus. Quare? Oculos modo aperiamus. Nec multis literis, nec magno ingenio opus eſt. Nam nec ſurſum nec deorſum oculos conjicere poſſumus, quin Deus ſeſe undique nobis offerat. Quo pacto? Dixi ejus gloriam nbique eſſe conſpicuam. Ubi vero conſiſtit Dei gloria? In ejus virtute, bonitate, ſapientia & juſtitia. Videmus Deum tam concinne diſpoſuiſſe mundum, ut nihil ſupra. En ſapientiam admirabilem, quæ nos ad ſe rapere debeat. Et virtute infinita Deus conſervat & ſuſtinet quæ condidit. quod ſatis mirari non poſſumus. Sic igitur adoranda Dei ſapientia. Supereſt ejus bonitas. Cur enim creavit mundum? cur tot divitiis implevit? cur tot ornamentis decoravit? an non ut ſuum erga homines amorem &
miſericordiam teſtatam faceret? ut dicitur in Pſalmis, *Pſal.* 35.
eam ad ipſa uſque jumenta exporrigi. Quid ergo de *verſ.* 6,7.
nobis dicendum, qui propius ad eum accedimus, & quos longe excellentioribus donis locupletavit? Ita ſeſe Dei bonitas exerit & patefacit. Ejus autem juſtitia cernitur, dum curam noſtri gerit, ſua judicia exercet, mundum admirabili ratione gubernat, ut confuſi hæreant improbi, quantumvis ejus facta carpere ſtudeant. Diſcamus itaque ut rectius contemplemur Dei opera. Quum Sol lucet, noverimus Deum hoc lumen accendere, ut contemplatione cœli & terræ, & eorum quæ complectuntur, deducamur ad ipſum: gratias ei agamus de tot tantiſque beneficiis, quæ nobis largitur: nec quicquam obſit quominus diligenter à nobis obſerventur. Deus vult à nobis concipi, qualis ſit: non quod ad ſupremam illam ſapientiam, quæ nimis alta eſt abyſſus, pervenire poſſimus: ſed quia pro modulo noſtro dare operam debemus ut boni ſimus diſcipuli Dei. Alioquin ultimo illo die iſtud unum nobis condemnandis ſufficiet, quod non intellexerimus quæ beſtiæ & creaturæ mutæ ac inanimatæ nobis demonſtrarunt. Angeli beati nobis annunciarunt voluntatem Dei: hæc nobis teſtata fuit per Prophetas & Apoſtolos, atque adeo per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Niſi proficiamus, quid excuſationis obtendamus? Sed etſi ſacra Scriptura careremus, omnique doctrina deſtituti eſſemus: ipſæ tamen beſtiæ ſatis nos docent, quo condemnemur & nihil cauſari poſſimus. Ne igitur

tur

tem tantus ſtupor, niſi ex eo quod ſenſus noſtros non ad rectos uſus applicemus? Quin etiam aures noſtræ ſe modum æqualem non tenere ſatis produnt: nam ſi ſtulti ſermones habeantur, aut certe etiam impro-
1 Cor. 15. bi & infecti, ut Paulus loquitur, ad eos aures ſtatim
verſ. 33. & ſedulo arrigimus: nec inculcatione opus eſt, ſiqui-
dem ſtatim intelligimus. Nam ut fameſici venimus, adeo ut nugis, & frivolis, imo noxiis & impiis verbis expleri nequeamus. Huc rapit hominem ſua libido. Quod ſi Deus nobis utilia & ad ædificationem ac ſalutem neceſſaria proponat, tunc nobis competit
Eſa. 28. illud Eſaïæ, ut ter nobis idem repetatur, ne ſic qui-
v. 9,10. dem illud concipimus. Nam Propheta ejuſmodi ſtu-
pidos & hebetes (quos Deus propter ipſorum malitiam ratione & ingenio privat) comparat cum puerulis, quibus Aa inculcatur. Quo ter quaterve inculcato, A quidem pronunciant: ſed ſi quæ ſit litera, interrogentur, obliti reſpondere non poſſunt. Poſtea deſcendetur ad Bb. Dum pronunciari hanc literam audiunt, ipſi quoque pronunciant B: ſed ſi interrogentur quid ſit, ſtatim obliviſcuntur. Propheta Eſaïas inquit, ejuſmodi inculcatione opus fore iis qui non profecerunt in ſchola Dei, ut ſyllabatim erudiantur: ſed ne ſic quidem quicquam percepturos. Idem nobis quoque contingit. Itaque notemus, Spiritum Sanctum per os Jobi noluiſſe hoc loco tres homines duntaxat reprehendere: ſed nos omnes condemnare, quia ſumus adeo attenti ad res hujus vitæ, ut in ſchola doceri non opus habeamus. Nam in ſua quiſque voluptate & utilitate ſibi doctor eſt ac magiſter. Hoc mihi arridet, illud diſplicet: ſtatimque concludimus. Non opus eſt prolixis admonitionibus, ac multo minus longa præfatione. Nam prævenimus, diligentes ſumus, nihilque agilius eſt noſtro ingenio, quum de rebus frivolis agitur. Sed in doctrina Dei capeſſenda ſumus beſtiis ſtupidiores. Unde vero iſtud? Palatum judicat de cibis: Dei autem doctrina nobis inſipida eſt: hanc non guſtamus: & propterea veritatem à mendacio diſcernere non poſſumus. Proinde ſedulo notemus, hoc ſolum ultimo die ſatis fore ad univerſum genus humanum convincendum & condemnandum, quod rebus mundanis tantopere addicti fuerimus, ut auſcultandæ ſalutiferæ doctrinæ nullum tempus impenderimus: quod hic prorſus bruta ſtupiditate animi noſtri occupati fuerint, ut qui involuti eſſent cura opum & deliciarum, aut aliis vanis & pravis affectionibus. Qui opes mundanas concupiſcit, quam ſedulus eſt? Ne teruncio quidem decipi ſe ſinit, perpetuoque in rem intentus eſt: nihil intentatum relinquit, unde lucrum ſperet: nunquam ſer, hic verus eſt animæ tuæ cibus. Dominus alit corpora per eſum & potum: animas autem ſuo verbo nutrit: & tamen hunc cibum rejicimus, veriti aliquam corruptionem: hoc vero nonne eſt palam Deum tentare? Et, ut dixi, cur nobis datæ ſunt aures, niſi ut audiamus, auſcultemus & recipiamus quæ Deus nobis loquitur? Nos quidem non ſumus per nos hujus rei capaces, niſi Deus nobis illuceat. Sed tamen ſi cum omni humilitate accedamus, ut audiamus quæ nobis Dei nomine proponuntur, & petamus ut nos Sancto ſuo Spiritu regat, ne mendacio decipiamur: reipſa declarabit ſe non fruſtra nobis aures dediſſe, ſed ut cum timore ac reverentia auſcultemus ſanctæ doctrinæ quæ nobis proponitur. Hæc ſunt hoc loco notanda. Atque ita nos Spiritus Sanctus breviter hortatur, ut Deum nos alloquentem audiamus, & diligenter doctrinam ſalutiferam excipiamus, non dubitantes quin eam in nobis fructiferam reddat, quum aures arrectas & bene diſpoſitas ad ipſum audiendum habuerimus. Porro Jobus ſubjicit, *In decrepitis eſt ſapientia, & in longitudine dierum intelligentia. Apud ipſum eſt ſapientia, prudentia, conſilium & intelligentia.* Hic Jobus comparat Deum cum hominibus. Nam ſupra accuſabatur, quod non præterita tempora reſpiceret, nec res priſcas conſideraret, nec memoria teneret doctrinam eorum qui diu vixerant. Ad quæ Jobus reſpondet, In decrepitis eſt ſapientia. Verum eſt, hæc ironice ſumi poſſe, Nominatis ſenes & decrepitos, quibus adhæream: quid autem Deo fiet? Scilicet Deus ſuo honore ſpoliandus eſt, ut in ejus locum ſubſtituantur homines. Sed Jobus hic nonnihil ſapientiæ hominibus tribuit, modo ne ſupra modum extollantur: ac ſi diceret, Verum eſt, ſi quis hic diu vivat multa obſervans, eum acquirere poſſe aliquam prudentiam: num hæc vero quicquam deroget Deo? Nihil: nam tota hominum ſapientia vanitas eſt, licet in ſeſe digna ſit quæ in pretio habeatur. Nam ſi homines cum Deo comparentur, quicquid habent, evaneſcat oportet, ac ſolus Deus ſapiens habeatur, ſoluſque intelligentiam & prudentiam poſſidens. Hæc mens Jobi. Ex hoc autem loco utiliſſima doctrina colligi poteſt. Primo, humana quidem ſapientia minime ſpectanda eſt: ſiquos prudentia præditos Deus nobis tanquam ſubſidia mittat, illi non ſunt contemnendi. Si qui multa viderint & obſervarint, Deus nos vult per illos inſtituere & docere: quibus auſcultare ſi dedignamur, quem contumelia afficimus? Deum viventem. Quum etiam ingenium & conſilium Deus alicui dederit, aut eum facultate & gratia alios docendi inſtruxerit: ſi contemnatur aut etiam rejicia-
tur,

Digitized by Google

verſ. 14. regamur, & ſapientes evadamus ei obſequendo. Hic igitur modus eſt tenendus: ut, quum receperimus ab hominibus, quod Deus nobis per eorum miniſterium, quatenus Spiritus Sancti ſunt organa, vult ſubminiſtrare: ſciamus tamen illius eſſe ſummum in nos principatum obtinere, & ab eo ſapientiam omnem promanare: ne humana auctoritate nos huc aut illuc abripi ſinamus: ſed penitus perſuaſi certique ſimus, ab eo nos accepiſſe doctrinam. Videmus enim quoſdam arrogantes, qui dona Dei in alios collata ſpernunt: & indoctiſſimi ſunt plerumque contemtores audaciſſimi, ut qui de inſcitia glorientur. Ecce, qui nihil novit, is tamen ſe judicat digniſſimum, qui in pretio habeatur. Et ſunt hodie, qui locis Scripturæ ſacræ ad majorem ſuperbiam abutuntur.

Mat. 11. v. 13,25. Dicitur Deus arcana ſua abſcondere à ſapientibus, & ea detegere infantibus. Unde illi gloriantur, ac ſi ſibi ſolis nota eſſet Theologia. Quid? Num voluit Deus homines ſua humilitate ſuperbire, ut contemnant dona non contemnenda, quæ ab ipſo proficiſcuntur? Unde enim omnes ſcientiæ? unde excellentius judicium in uno quam in altero? An non totidem ſunt rivi fluentes ab hoc fonte, id eſt, à Spiritu Dei? Certe. Itaque diſcamus non aſpernari gratias Dei, quæ in hominibus elucent, ſed potius illas ad uſum noſtrum applicare. Nam ſi nullo diſcrimine rejiciamus, quod ab hominibus profertur, ſtulti ſumus. Vulgo dicitur, Judicis ſtulti ſententia brevis: quum igitur temere & inconſiderate judicamus, an non bis ſtulti ſumus? Et tamen tales pleroſque videre eſt: qui audientes hoc vel illud receptum eſſe non ſine juſta cauſa, tamen id totum rejiciunt, quod ab hominibus ortum ſit. Verum qui ſcis ab hominibus prius, quam à Deo per miniſterium hominum, productum eſſe? Non oportet ergo, quum doctrina aliqua in medium adducitur, ut tam præcipites ſimus in ea rejicienda: ſed prudenti diſcretione opus eſt. Hæc igitur modeſtia ſervanda eſt, ut vitemus illud extremum quod dixi. Sed & alterum eſt extremum, quod etiam attigi: ſicut videre eſt in Papiſtis, Volo permanere in eo, quod à pueritia edoctus ſum, volo parentum & majorum meorum veſtigiis inſiſtere: ſiquidem hæc doctrina eſt antiqua, & à multis ſeculis obſervata. An vero interim Deus ſuam auctoritatem amittet? num homines eo evehantur, ut Deum ſuis pedibus ſubjiciant? An non præſtaret Solem è cœlo in infimum mare deturbari? Illa enim longe maxima eſt omnium confuſio. Caveamus igitur diligenter, ne hac contumelia Deum afficiamus, ut ipſum hominibus poſtponamus. Ita enim quod ab hominibus, Deo videlicet eorum miniſterio utente, proficiſcitur, recipere debemus, ut perpetuo ei ſuus honos illibatus ſervetur, ut omnes, cujuſcunque ſint ille eſt, quæſo? an non homo mortalis, & creatura fragilis, ac vanitas ipſa? Itaque caveamus, ne tam tenaciter adhæreſcamus hominibus, quin ſemper ad Deum revertamur, in eo ſtabiliamur, & noſtra fides cum verbo ejus cohæreat. Hæc ſunt nobis ſedulo notanda. Penes illum ergo eſt ſapientia, prudentia, intelligentia & conſilium. Quum dicitur, Penes illum, hac voce excluditur quicquid hominibus ineſt. Sol enim exortus obſcurat ſtellarum fulgorem. Et quid poſſint homines, Deo ſeſe declarante. Propterea dicitur apud Eſaïam, fore ut erubeſcat Luna, & Sol *Eſai. 24. verſ. 23.* confundatur quum Dominus regnaverit. Ac nominatim & diſerte Jobus vocabulorum ſynonymia indicare voluit, in Deo omnis ſapientiæ perfectionem reſidere, ne quid ſupplendum eſſe putemus: quemadmodum videmus homines adeo vecordes, ut ſi quid à Deo benedictionis acceperint, ei aliquid addi aut miſceri velint. Hic nihil eſt aſſuendum aut reſarciendum, Deo ſapientiam ſuam exerente, pura & ſimplex maneat oportet, ac nihil ei ab hominibus adjiciatur. Sed Jobus ulterius etiam progredi voluit, ut attigimus, nempe, eſſe in Deo ſapientiam occultam & omne ingenium humanum ſuperantem, quo nobis penetrare non liceat. Verum eſt, Deum in ſeſe conſideratum non aliter atque aliter eſſe ſapientem: (nam ſapientia Dei eſt impartibilis & individua, atque una ſemper & eadem:) ſed noſtri reſpectu Deus duplici ratione ſapiens dici, & duplex ſapientia quodammodo ei tribui poteſt, quoad nos, inquam. Qui iſtuc? Eſt una ſapientia quæ in verbo ejus continetur, quam ita nobiſcum communicat, ut tum vere ſapiamus quum recipimus quam nobis tradit inſtructionem. Hanc ſapientiam Deus creaturis communicat. Eſt & altera ſapientia quam ſibi reſervat. Nempe conſilium illud admirabile, quo mundum ſupra omnem captum noſtrum gubernat, & res noſtro judicio confuſas ordinat & diſponit. Quum tyranni dominantur, ut infra dicetur: quum improbi ſeducunt ſimplices, & animas in exitium trahunt: quum alii contra ad ſalutem invitantur & adducuntur: id totum fit admirabili Dei conſilio. Quod ſi harum rerum cauſas inquiramus, noſtros omnes ſenſus tanquam abyſſo abſorberi neceſſe ſit. Hanc ſapientiam apud ſe retinet Deus, quam cum hominibus non communicat: ad quam etiam perveniri non poteſt. Itaque ubi, verbo Dei edocti, ſapientia donati fuerimus, pro modulo noſtro comprehenſis quæ illic continentur: noverimus tamen alia eſſe penes ipſum arcana, quæ nobis ſunt adoranda, quoniam ad eorum cognitionem pertingere non poſſumus. Ita dupliciter conſideranda nobis eſt Dei ſapientia. Et ita Jobus quoq; intellexit, ut infra fuſius explicabit: ſed propter temporis anguſtias reliqua in diem craſtinum differemus.

Pro-

Digitized by Google

vellemus ei præſcribere regulam & modum res adminiſtrandi, illumque errantem corrigere. Sic homines vel obſtupefacti, vel admodum temerarii ſunt qui Deum redarguere velint. Jobus autem ex adverſo vult approbare iſtam Dei ſapientiam, conſilium & potentiam, de quibus verba facit. Docet igitur, quum res confuſas cernimus, nihil eſſe fortunæ adſcribendum, ſed nihilominus agnoſcendum, omnibus præſidere Deum, & ab eo cuncta regi. Cæterum quamvis miremur quod ita operetur, ne eo tamen arrogantiæ prolabamur ut adverſus ipſum reſponſemus: verum adoremus arcanam & incomprehenſibilem illam ſapientiam quæ in ipſo reſidet. Hæc duo jam ſupra Deo tribuerat, nempe virtutem & potentiam, deinde conſilium, ſapientiam & intelligentiam. Quas tres voces conſulto protulit, ad reprimendam ſtultam hominum arrogantiam, qua plus rationis & conſilii ſibi, quam Deo, tribuunt, dum non probant quæ ille facit. Itaque accurate obſervanda eſt mens Jobi, qui huc ſpectat, ut ubique Dei providentiam agnoſcamus. Non ſatis eſt autem ſcire à Deo cuncta regi, ſed & ei illa, quæ commemorata eſt, ſapientia tribuenda. Verum eſt, aliquas rationes ſæpe in operibus Dei apparere, ut cognoſcamus quare hoc & illud agat: ſed hoc non eſt perpetuum, adeo ut de eo regula generalis ſtatui non poſſit. Deus interdum excæcat qui ſuam veritatem rejecerunt: ecce, patet ratio hujus vindictæ, & cognoſcimus æquum eſſe ut omni notitia priventur qui à Deo doceri noluerunt. Interdum vero neſcimus cur Deus verbum ſuum auferat, nec poſſumus non ſtupere. Hic igitur nobis adorandum Dei conſilium arcanum: & ut nondum cognoſcamus cauſam nec finem ipſius operis, oportet tamen intelligamus & fateamur non poſſe non juſtum eſſe: & interea ob oculos nobis obverſetur infirmitas noſtrorum animorum, ne audeamus concludere ac metiri noſtris ſenſibus quod eſt immenſum. Jam ſingula particulatim explicemus. Dicitur, *Si Deus deſtruat, nullus reædificabit.* Quo ſignificatur, ſi manus Dei nobis adverſetur, etiamſi omnes creaturæ nobis auxilium ferant, nihil iſtud profuturum, quominus pereamus. Hæc ſummatim docet iſta ſententia. Id autem primo quidem intuitu verum fatebimur: verùm parum iſtud nos movet. Etenim ſi Deus nos affligat, non cogitamus cum quo nobis res ſit: ſed aliunde ſubſidia petimus, & putamus nos induſtria noſtra vel humana ope poſſe malum effugere. Deus quidem non prohibet ut nobis proſpiciamus & res noſtras curemus ac medicemur: imo iſtis remediis benedicit, verum aliam viam tenens, quam nos tenere ſoleamus. Nam primum re[...]

armati non poſſumus ictus manus ipſius repellere. Verum pro illa ſubmiſſione & humilitate, meram rebellionem in hominibus cernere eſt, quando Deus eos vult demiſſos & humiliatos. Itaque ſi probe hanc doctrinam expenderemus, ſecus nos gereremus quam pro ſolito. Hoc enim nobis ſuccurreret, Deo nos deſtruere volente, quis nos reædificet? Oportet ut idem ipſe manum admoveat. Ac proinde quum illum offendimus, miſericordiam ipſius imploremus. Quod ſi ejus judicia nobis occulta ſint, nihilominus ſub illo humiliari debemus, ut nos ita dejectos & ſummiſſos recipiat. Propterea attente nobis audiendæ ſunt comminationes adverſus reprobos, ut quum Deus, de Edom loquens, dicit, quum eum deſtruxerit, fruſtra homines illum in integrum reſtituere conaturos. Quo intelligimus, ſi Deus ſit contra nos, in caſſum omnes creaturas pro nobis futuras. Munimenta quidem nobis, ut putabimus, non deerunt, ſed ſecus continget ac ſperaverimus. Dicitur etiam de Babylone, Quiſquis illam reædificare voluerit, nece primogeniti ſui eam fundaturum: id eſt, qui Dei judicio reſiſtere voluerint, eos comites & ſocios fore illorum qui ante afflicti fuerant, & eaſdem calamitates paſſuros. Itaque nobis ipſis attendamus, & precemur à Deo ut nos ſua manu roboret ac in noſtro ſtatu conſervet. Alioqui nobis pereundum eſſet, quamvis univerſus mundus nobis faveret, ſicuti jam diximus. Ideo in Pſalmo do- *Pſal. 127.*
cemur, niſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraturos qui illam ædificant. Et verbo Ædificandi dubium non eſt quin Jobus comprehendat omnem hominis ſtatum: ac ſi diceret, Dei unius eſſe nos ædificare: ut, quum nos in aliquo loco & ordine collocarit, ab ejuſdem virtute nos confirmari neceſſe ſit: & quum nos ad nihilum redigere ac perdere voluerit, fruſtra nos obnixuros, nihilque nobis omnia humana auxilia profutura. Contra ſi Deus pro nobis ſit, omnia nobis adverſantia contemnere poterimus. Deo vero nobis adverſante, quantumvis opibus & commoditatibus affluamus, omnia nobis confuſioni cedent. Subjicitur poſtea, *Si Deus concludat aliquem, neminem ei aperire poſſe.* Quaſi diceret Jobus, Unius Dei eſſe, nos libertate donare: quum voluerit (etiamſi & manus & pedes expeditos habere videamur) ipſum poſſe nos uſu omnium membrorum privare, ut ne digitum quidem movere poſſimus: & quamvis nos liberare conentur homines, fruſtra id fore, dum nos concluſos & conſtrictos Deus volet. In ſumma ſignificat quod jam attigi: nempe, oportere ut Deus nobis ſit propitius; alioqui male nobiſcum actum iri: res noſtras in pejus lapſuras: quod ſi non primo corruamus,

reſcere cernantur: tunc vivide tangimur & ſerio afficimur. Idem de inundationibus dicendum. Si mediocres pluviæ & innoxiæ emittantur, facile cum illis Dei cogitatio præterfluit: ſin continuis imbribus inundent fluvii in morem diluvii, tunc iſtud diligenter notamus. Hoc igitur innuit Jobus, Quum iſta contingent, ita ut ordo naturæ immutandus, & ſiccitatibus immodicis omnia exurenda & conſumenda videantur: agnoſcamus Deum non fortunæ frena laxaſſe, ſed ipſum eſſe, qui operetur. Quum etiam Deus tantam imbris copiam immittit, ut cuncta ſubmergenda & ſubvertenda putemus: meminerimus Deum operari. Verum eſt, ſiccitatem interdum contingere ob manifeſta peccata: adeo ut tum cauſa vindictæ Dei
Lev. 26. appareat: quemadmodum minatur in Lege, ſe datu-
verſ. 19. rum cœlum ferreum, & terram æneam, ne terra pro-
Deut. 28. ferat germen, nec arbores fructus præbeant: cœlum
verſ. 23. quoq; ad terræ præ ſiccitate hiſcentis quaſi clamores ſurdum fore. Dominus itaque in ſua Lege minatur quidem nobis ejuſmodi punitiones, propter peccata noſtra: ſed interdum tamen non poterimus dignoſcere, cur Deus ſic agat, nec de ratione & cauſa quicquam certi percipere. At nihilominus debemus ejus virtutem & ſapientiam adorare, etiamſi finem ignoremus. Proinde omnibus modis humiliare nos debemus, quum cernimus terram aquis ſubmerſam, & quaſi funditus everſam, aut ſiccitate aduſtam: ut nihilominus Deum glorificemus. Quo pacto? Ut confiteamur eum hoc facere. Debemus primum virtutem ejus agnoſcere, deinde cum virtute tantam ſapientiam conjungere, quæ nobis ora obſtruat, ne adverſus illum murmuremus, nec tyrannidis aut exceſſus eum inſimulemus. Non enim ſatis eſt, agnoſcere Deum rectorem mundi, ſi interim ei tyrannicam poteſtatem affingamus. Sed, ut jam dixi, quo rite Deum glorificemus, cognoſcere debemus, eum eſſe omnipotentem, & præterea ejus infinitam ſapientiam admirari, ad quam pertingere non poſſumus: ac proinde illam non eſſe ſubjiciendam noſtris ſenſibus, nec Deum ad rationem nobis reddendam cogendum. Jobus autem idem repetit, quum ait, Apud ipſum eſt omnis virtus, & dexteritas cum æquitate conjuncta. Secunda vox hic poſita derivatur ab *eſſe*, ut ſignificet *eſſentiam*: ac tunc ſumi poſſit pro exiſtentia & firmitate. Nam creaturæ quidem ſpecioſæ apparent & florentes, ſed tamen nihil ſunt præter umbram & mox evaneſcunt, niſi à Deo conſerventur. At in Deo eſt firmitas conſtans & permanens. nam ipſe fuit & erit: is dat omnibus creaturis vim ſubſiſtendi. Hæc vox inde quidem deducitur, verum ſæpe accipitur pro Lege Dei & inſtructione: ſumitur & pro mandato Principis, vel edicto. Supra autem vidimus, Jobum non tantum de potentia Dei per omnia expanſa, ſed etiam

in manu ſua habeat deceptores, eoſque ad decipiendum impellat. Id penitus videtur ipſius naturæ repugnare. Nominatim igitur Jobus uſus eſt iſta præfatione, qua nobis quaſi frenum injiciat, ne efferamur & irruamus in Deum: ſed ut, licet aliqua tentatione primo aſpectu turbemur, nihilominus nos cohibeamus ac reprimamus, ne quibuſdam ſimiles ſimus belluis potius quam hominibus, qui, niſi Deus ſeſe ſua potentia ſpoliet, in illum inſurgunt, eum provocant & blaſphemant: ut nonnullos videre eſt quos non pudet has execrabiles voces proferre, Quod non crederent Deum juſtum eſſe, ſi omnia faceret, adeo ut etiam ad male agendum improbos impelleret. Sic enim, inquiunt, auctor eſſet peccati. Sed quis illis hoc retexit? Ipſi volunt Deum ex ſuo ſenſu metiri, nec admirabilem ejus ſapientiam apprehendunt, quam adorent quamvis occultam. O belluas arrogantes! qui Deum omnipotentem eſſe concedere non poſſunt, niſi ſe libidini ipſorum ſubjiciat: & qui ignariores, iidem ſunt audaciores, juxta proverbium. Non concipio iſtud, inquiunt. Et quis es? Videre eſt quoſdam rudes, & adeo tamen arrogantes, ut licet fœdiſſimam ignorantiam ſuam prodant, auſint tamen dicere, Hoc non comprehendo, proinde concedere nequeo. Etſi doctiſſimus & ſubtiliſſimus omnium hominum ita loqueretur, ferendus tamen non eſſet, ſic in Deum inſurgens. Jam igitur videmus, Jobum nobis hic proponere utiliſſimam doctrinam, quum dicturus, Deum in ſua manu habere & deceptos & decipientes, iſta præfatione uſus eſt, Apud eum eſſe potentiam & dexteritatem. Jam potentiam Dei cum ingeniis noſtris comparemus: num illam noſtro cerebro & captu concludamus? Ne cœlo quidem & terra poſſit comprehendi. Qui igitur auſit ad eam ſublimitatem aſſurgere, an non, quæſo, monſtrum eſt, non homo: qui an ſit Creator, & quis ille ſit, non attendit. Meminerimus itaq; quod hic declaratur: nempe, quamvis difficile concipiamus, Deum in ſua manu habere deceptos & deceptores: ita eſſe tamen. Quare? Nam Deus non eſſet omnipotens, ſi contra ipſius voluntatem, vel ipſo ceſſante res adminiſtrarentur. Quomodo enim eſſet omnipotens? Verum, dicat aliquis, quæ hic ratio elucet? Si rationem nullam percipere poteſt, cum omni humilitate adora quod tuum captum ſuperat: nubes tranſcendere non potes. Deus ſapiens potenſque eſt agnoſcendus. Quod ſi cauſam nondum animadvertis, patienter & placide expecta dum tibi Deus retegat quod jam tibi incogni-
tum eſt. Quorſum enim illud dicitur, Nos viſuros facie *1 Cor. 13.*
ad faciem quod jam nonniſi per ænigma & in ſpeculo *verſ. 12.*
cernere poſſumus. Volumusne ſacram Scripturam falſare? Glorioſi illi aſini, qui corrumpunt & obſcurant providentiam Dei, hoc prætextu, quod rationem non concipiant, nec concoquant quod ſacris literis

Digitized by Google

differere de judiciis Dei, quæ ſunt incomprehenſibilia. Num vero iſtud adeo mirificum eſt & inauditum, Quod Deus fecerit omnes homines, & contempletur deceptos & decipientes? Nihil hic cernimus præter communem naturæ ordinem. Videmus itaque Jobum voluiſſe ulterius progredi: nempe, quum quis errat & fallitur, id abſque Dei voluntate & ordinatione non fieri: atque etiam quum quis decipit, & dolis ſuis potitur, Dei voluntatem itidem hic præeſſe. Qui Deum excuſare volunt, quominus injuſtitiæ inſimuletur, hunc colorem obtendunt, eum quidem permittere, quod fit ab hominibus, & tamen id ab ipſo non fieri. Sed num hujus loci nodum ita ſolvent? Jobus enim, ubi dixit, eſſe virtutem & æquitatem in Deo, adjicit, In ejus manu, vel, ab eo eſſe deceptos & deceptores. Ecce, Jobus approbat Dei potentiam & mundi gubernandi rationem, quum ait, In ipſius manu eſſe errantes & in errorem inducentes. Si ſimplex foret permiſſio, Jobus perperam loquutus eſſet. Itaque concludendum, Deum ita regere omnia, ut nihil niſi quia ordinaverit, fiat. Interea memoria teneamus quod jam attigimus, Deum aliquando manifeſta de cauſa velle aliquem decipi, ſed interdum nec cauſam nec finem nobis liquere. Hîc autem ingeniis noſtris frenum injiciamus, confitentes nos rudiores & infirmiores eſſe, quam ut tam alte conſcendamus. Deum velle aſtutias regnare, & homines decipi, Scriptura ſacra non uno loco teſtatur. Non quod permittat tantum Deus, ac ſi diceret, Ego nihil tale cogito, nec me iſtis rebus immiſceo. Verum jubet atque imperat,
1 Reg. 22. verſ. 20. quum ait, Quis prodibit ad decipiendum? Ecce, Deus quærit deceptores, & vult deceptiones vigere. Scriptura ſic loquitur. Quæ gloſſa locum adeo clarum & perſpicuum obſcuret? Et Satan prodit, ac dicit, Ibo, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, ut Achab decipiatur. Et Deus mittit Satanam, & vult ut decipiat atque excæcet tum Regem ipſum, tum univerſum populum. Nunc itaque videmus, Deum non ſecedere in angulum, vt dicat, Sinam illos facere: verum ordinare ac diſponere. Alioquin, uti dixi, non eſſet omnipotens. Quum Scriptura Deum hoc titulo inſignit, non innuit, eum poſſe facere ſi vellet, non tamen facere, quod ſedeat otioſus in cœlo: ſed intelligit potentiam Dei cum effectu conjunctam, id eſt, eum ubique præſentem eſſe, ut nihil fiat, niſi quia Deus ordinarit. Ita omnipotens eſt Deus: & qui ſuis cavillis providentiam Dei abolere vel reſtringere conantur, illi negant primum fidei noſtræ articulum, adeo ſunt inſani & furore diabolico correpti. Itaque hoc firmum & conſtitutum eſto (niſi Scriptu-

oportebit ut jugum tyrannidis hominum ferant. Recuſarunt obedientiam præſtare veritati: ideo illos mendaciis imbuet Deus: ſicut teſtatur in primo capite ad Romanos. Quoniam igitur mundus cupit decipi, Rom. 1. verſ. 28. atque adeo ad lucem verbi divini oculos claudit, neceſſe eſt ut à Satana decipiatur & ſeducatur. Verum hoc interdum ita contingit, ut cauſam ignoremus: ſi quæratur ratio, poſt longam diſquiſitionem nihil profectum fuerit. Itaque notemus, ſi cauſam, ob quam Deus aliquid fecerit, non apprehendamus, nibilominus debere nos ſummittere & adorare ipſius potentiam, ſcientes illam juſtiſſimam & æquiſſimam eſſe, (licet hoc nobis non pateat,) etiam tum, quum per Satanam excæcat homines, ſuſcitat impoſtores ac ſeductores, & falſas doctrinas, abuſuſque & hæreſes. Atqui, dicat aliquis, an Deus utitur miniſterio Satanæ? Refertus eſt malitia. Adhæc, ecce improbum hominem, cui nihil aliud cordi eſt, quam evertere omne bonum. Factus autem voti compos, videtur nihilominus abſolvendus, quod voluntati Dei inſervierit. Ne ejuſmodi quæſtionibus irretiamur, Jobus præfatus eſt, apud Deum eſſe virtutem & imperium, id eſt, quum omnia in poteſtate habeat, æquum eſſe, ut res à ſe creatas pro ſuo arbitrio regat: & quia judex eſt mundi, illum non poſſe male agere, nec ab æquitate huc aut illuc deflectere. Ejus voluntas (quamvis nobis incognita) fons eſt omnis juſtitiæ. Hominis actiones examinantur, ſintne rectæ. Quare? Eſt enim regula nobis ſuperior: & ſane voluntates noſtræ ſunt mutabiles, & à bono in malum degenerant: &, quod deterius eſt, ſunt natura prorſus malæ, tortuoſæ, obliquæ, & iniquæ. Nam facile à noſtris imaginationibus tranſverſi rapimur. Ideo noſtras actiones expendi neceſſe eſt, proptereaque eſt opus regula ſuperiore. Si enim à ſeipſis regerentur homines, mera confuſione involverentur. Propterea ipſi etiam Ethnici dixerunt, Legem ceu Deum nobis præſidere, & Deum noſtram Legem eſſe oportere. De Deo autem aliter ſe res habet. Ejus enim voluntas eſt amuſſis & regula omnis juſtitiæ. Juſtitia, cui ſubjecti & conformes eſſe debemus, nobis eſt ſuperior: ſed voluntas Dei hac etiam eſt ſublimior: ſicut jam expoſuimus, duplicem eſſe juſtitiam Dei: unam, quam nobis in Lege ſua declaravit, ex qua vult homines ſeſe gerere: alteram, quæ eſt incomprehenſibilis juſtitia: adeo ut, Deo operante, interdum nos oporteat claudere oculos, & ignorare cur ſic agat. Itaque quum ratio alicujus facti Dei non eſt nobis aperta, ſciamus eſſe juſtitiam in ipſius voluntate latentem, quæ ſuperat regulam illam nobis declaratam ac cognitam. Hæc doctrina mul-

Digitized by Google

prohibet ne ultra progrediamur: quod ſi faciamus, an non hoc eſt Deum irritare? Itaque ne nos torqueamus ad ſatisfaciendum ſtultæ curioſitati illorum qui in Deum ſic inſurgunt: ſed potius compeſcamus illos quomodo facit Paulus, Quis tu es, ô homo? Hac ſola voce, ô homo, obſtrui poſſunt illorum omnium ora. Nam ſub hac voce tot tantæque miſeriæ comprehenduntur, ut non ſolum oculos demittere, ſed hiatu terræ, ſi aperiretur, abſorberi debeamus, dum audemus diabolica illa arrogantia in Deum invehi. Cæterum obſervemus, hanc doctrinam ſingularis eſſe conſolationis, modo eam ad uſum noſtrum rite applicemus. Quum dicitur, Dei eſſe errantes, & in errorem inducentes, hinc cognoſcimus, Deum Satanæ ac omnibus ſeductoribus frenum injicere: abſque ejus voluntate nos minime poſſe nec falſa doctri-
Pſal. 127. na, nec hæreſibus, nec zizaniis à puritate Euangelica averti. Quare? Deus enim in poteſtate habet omnes deceptores, etiam ab ipſo Satana uſque ad ejus miniſtros. Quum Deus illos ſua manu teneat, nihil certe quum ita ſit, recumbamus in tutelam Dei noſtri: & *verſ. 24.*
quando ei placuit noſtræ ſalutis curam Domino noſtro Jeſu Chriſto committere, contenti in eo acquieſcamus, ne inquietudine jactati dicamus, Quomodo evademus? periculum eſt ne ſuccumbamus. Excubare quidem & ſollicite Deum invocare debemus: ſed illo invocato, ſi vitæ puritati ſtudeamus, ne dubitemus quin nos tueatur, quominus omnes mundi turbæ nobis noceant, quin firmi in ipſius veritate perſtemus, ut in arce invicta, quemadmodum Paulus loquitur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det nobis rectam noſtri ipſorum cognitionem, ut intelligamus quam rudes ſimus & ſtupidi: quo diſcamus nos humiliare ſub ejus manu, cumque in omnibus glorificare, & ita in ejus timore ac reverentia ambulare, ut quicquid de nobis & ſuis omnibus creaturis diſponat, illud ut rectum & juſtum probemus. Sic autem precabimur, Deus omnipotens, &c.

CONCIO QUADRAGESIMA OCTAVA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XII.

17. Ducit conſiliarios in prædam, & judices ſtultos reddit.
18. Vinculum Regum ſolvit, & cingulum alligat lumbis eorum.
19. Ducit Principes ut prædam, & fortes conſtringit.
20. Aufert ſermonem veracibus, & cor Principibus eripit.
21. Effundit contemtum ſuper nobiles, & viribus fortes deſtituit.
22. Revelat profunda è tenebris, & educit in lucem umbram mortis.
23. Multiplicat gentes, & perdit eas: expandit gentes, & reducit eas.
24. Cor Procerum aufert, & errare facit eos tanquam in ſolitudine.
25. Facit ut errent tanquam ebrius, & palpent in tenebris deficiente luce.

UT heri intelleximus Deum in ſua manu habere deceptos & deceptores: ita Jobus nunc pergit, ut doceat mutationes & viciſſitudines rerum non temere nec fortuito contingere: ſed Deum ſic diſponere: ut ſciamus, quum mundum ita turbatum cernimus, occulto quodam freno cœlitus res, quantumvis confuſas, à Deo regi & huc illuc flecti, prout ipſi libet. Aſſumit autem in exemplum res nobiliſſimas & maxime inſignes, in quibus clarius perſpiciamus providentiam Dei. Videntur Principes peculiari privilegio ex cæterorum hominum numero ſegregati. Jobus vero declarat, Deum illic præcipue ſuam virtutem exerere, ac ſpectandam proponere. Siquis homo ignobilis & obſcurus affligitur, in eum non intuemur: (quia ordinaria & vulgaris res eſt:) ſin aliquis Princeps ex alto gradu, in quo erat conſtitutus, dejicitur, hoc exemplo magis commovemur, &, velimus nolimus, Dei providentiam

Digitized by Google

Oportet tamen ut agnoſcamus, ſi Deus principatus ipſos ita gubernat, ejus brachium multo magis ad res humiliores extendi, adeo ut nihil manum ejus effugiat. Hæc in ſumma obſervare debemus. Ut autem jam dixi, mutatione principatuum ſtatim quidem commovemur, ſed mox non amplius recordamur. Et ſane videmus hiſtorias hujuſmodi exemplis refertas eſſe, & tamen mundus non eo uſque profecit, ut rite perſuaſum habeat, omnia regi à Dei providentia, ejuſque ſummum eſſe in res omnes imperium. Id nunquam probe cognitum hominibus fuit. Quæ cauſa vero, niſi ſtupiditas noſtra? Itaque, excuſſo ſtupore, notemus, Deum non delectari mutationibus: ut profani fingunt rotam fortunæ, quaſi Deus hominibus tanquam pila luderet. Non ita res habet. Verum tales mutationes accidunt, quia homines pati nequeunt Dei beneficia erga ſe continuari. Res proſperas diu ferre non poſſunt: laſciviunt, calces jactant ut equi nimis molliter habiti. Qui ſunt in dignitate conſtituti, ſui obliti contemnunt Deum, & nullius imperio ſeſe ſubditos putant. Propterea Dominus mutationes mundo immittit, quod pati nequeamus ordinem æqualem & continuum. Adhæc oportet ut qualis ſit, & quod ejus dominio omnia ſubjiciantur, nobis declaret. Nam licet Principes & Magnates ſua auctoritate ad ſuas libidines non abuterentur, tamen ſuperbia tumerent, quaſi ſua virtute ad illum dignitatis gradum conſcendiſſent, adeo ut Deus ſua laude fraudaretur. Atque etiam putaremus ſolam fortunam dominari. Itaque neceſſe eſt ut Deus revelet quæ veluti ſepulta prius erant, quo experiamur cuncta ab ipſo gubernari. Hinc tot tantæque rerum mutationes in mundo contigerunt. Stupemus legentes hiſtorias, quomodo factum ſit ut potentiſſimæ Monarchiæ tam exiguo tempore & mirabili & inexſpectata ratione everſæ fuerint. Omiſſis primis illis Monarchiis Aſſyriorum & Chaldæorum, ſumamus illam quæ tanta fuit ut nunquam evertenda, ſed æternum duratura videretur. Ecce Perſæ & Medi dominabantur in tota Aſia, ut vel centum milliarium amiſſionem flocci facerent: exercitus quingentorum millium hominum erant: quod non eſſe fabuloſum, ſed verum certumque, ſatis ſuperque teſtantur hiſtoriæ. Et tamen triginta millium hominum exercitus fudit primum trecenta millia, deinde quingenta millia hominum. Qui iſtuc? Miramur dum hæc legimus. Verum Deus illos occæcaverat, qui ſummam potentiam adepti ſibi videbantur, ut ſolo flatu ſuos omnes hoſtes ſe poſſe evertere crederent. Deus autem tantam ſuperbiam riſit. Hoc pacto ingens illa Monarchia

Si Romanum imperium ſpectemus, habebimus alterum exemplum ſtatus nunquam evertendi, ut quidem videbatur. Nam qui in illa republica principes erant, nunquam paſſi eſſent ut de ſuo ſtatu vel tantillum diminueretur: & tamen hoc contingere neceſſe eſt. Quomodo tantum Imperium ad unum hominem devolutum eſt? Verum eſt, libertatem oppreſſam fuiſſe armis: ſed oppreſſor nullum ſucceſſorem reliquit, quominus reſpublica priſtinum ſtatum reciperet. Adeo tamen res turbantur, ut puer Imperator evadat. Nam quum Auguſtus cœpit imperare, nec prudentia, nec judicio pollebat, ut quaſi dormienti delatum fuerit imperium. Ac certe, quum pugnandum erat, in lecto jacebat, nec ſe movere poterat. Videtur itaque in ſomnis factus Imperator. Hoc autem non fortuito evenit. Sed Deus ſuperbiam illam Romanam proſternere voluit, ut bubulco & ſpurio poſtea collum ſubmitteret, qui ſe ex fratre natum, & matre inceſta jactabat. O turpitudinem horrendam! Atqui ſic diſpoſuit Deus, quo magis appareat ejuſmodi mutationes propterea tantum evenire ut homines erudiantur: ut clarius exponitur Pſalmo 107. Itaque ſedulo notemus, Jobum non ſine cauſa in his tantopere inſiſtere: quum ait, Deum prudentia & judicio privare Magnates & Principes, ut ſtulti & amentes videantur: idque uno momento fieri: &, quum cingulum eorum ſolvit, ſtatim illos omni virtute deſtitui. Poſtea effundere in eoſdem contemtum, ut ex nobilibus fiant abjecti & ignobiles. Hic tria nobis proponuntur: duo ſunt viſibilia, quæ Principes conſervant: tertium eſt inviſibile & occultum. Duo illa viſibilia & conſpicua, ſunt potentia & prudentia. Ecce Rex dominatur. Qui auctoritatem habet? Si ipſe ſit ſapiens, aut ſapientes & peritos habeat conſiliarios, qui res ejus prudenter adminiſtrent. Alterum eſt, ſi Rex copiis, armis, commeatu & ejuſmodi rebus bellicis affluat: ſi fœdere cum potentibus ſociis junctus ſit: ſi muniſſimas urbes habeat. Hæc igitur duo illa ſunt, quibus conſpicuis & apparentibus regna & principatus mundani conſervantur: nempe prudentia & potentia. Deus autem evertit potentiam, & ſapientes ſapientia privat, ut imbecilliores & imperitiores pueris evadant. Tertium, quod dixi occultum eſſe & inconſpicuum hominibus, eſt majeſtas illa quam Deus imprimit Principibus, ut honorentur, etiamſi cauſa iſtius honoris illis exhibendi ignoretur: quemadmodum dicitur apud Danielem, Deum Monarchiam illam Chaldaïcam erecturum, immiſiſſe omnibus creaturis metum & terrorem. *Dan. 2. v. 37, 38. & 4: 19.*

Digitized by Google

dem exiſtimant. Deo enim reflante, nihil ipſis pro-
derit. Si prudentiæ ſuæ Principes confidant, idem
quoque eis continget. Ac videmus etiam, quomodo
Prophetæ irriſerint vanam illam arrogantiam, quæ
Eſa. 19. erat in incredulis & hoſtibus Dei. Ubinam ſunt ſa-
v. 11,12, pientes illi Pharaonis conſiliarii? An non ad hunc uſ-
13, 14. que diem Ægyptus ſingularis induſtriæ laude per
univerſum orbem claruit? En, ſunt hebetati &
omni judicio deſtituti: quî vero ſic evanuerunt?
quis hoc exiſtimaſſet? Deus eſt qui hoc fecit, inquit
Propheta. Itaque vel potentiſſimi & ſapientiſſimi
diſcant ſeſe humiliare, nec ſibi tantum arrogare,
quaſi propria vi aut prudentia ſtare poſſent, & ſeſe
tueri: quum videamus hæc merum eſſe fumum co-
ram Deo. Quod ſi magnates & proceres huc adigi,
& huic doctrinæ auſcultare nequeunt, illorum ſal-
tem exemplo erudiamur: iſtud ſerio meditemur,
& cognoſcamus, non exiguo beneficio affici nos à
Deo, quum ita quaſi in theatrum producit nobis ſpe-
ctandos Reges & Principes, quo ad humilitatem ex-
citemur, & ſtudeamus in timore ambulare, cogno-
ſcentes, omnia illum pro ſuo arbitrio gubernare at-
que diſponere. Ipſi quidem Principes & Magiſtra-
tus ad iſta ſunt cæci, ſed illorum exemplo Deus nos
docet, utilemque nobis inſtructionem exhibet, niſi
per nos ſteterit. Proinde, plebeji & humiles cogno-
ſcant, ſingularem eſſe Dei erga ſe gratiam, quum
ipſos in ſua ſchola erudire dignatur, neglectis ma-
gnatibus & proceribus hujus mundi. Interea note-
mus quoque, ſi Deus mutat principatus, ſi robur &
vires aufert iis, qui adeo fortes & robuſti videntur,
ut omnibus ſint formidabiles: quid iis futurum ſit,
qui præ illis ſunt nihili. Scilicet gloriemur de noſtra
magnitudine vel potentia. Ecce, magni illi Reges &
Monarchæ, qui univerſo orbi dominati ſunt, nihi-
lominus momento fuerunt à Deo extincti ac deleti.
Quid ergo iſtis glorioſulis fiet, qui quum præ illis ſint
nihil, ut dixi; tamen, neſcio quo prætextu, ſibi
mira tribuunt, ac perſuadent ſe ſupra nubes vola-
re poſſe, quod lato ungue à terra exſtent ſupra alios,
à quibus ſe tanquam idola coli debere putant? Non
opus magno & memorabili quodam judicio à Deo
in iſtorum capita effundendo: eorum enim veſania
vel ipſis pueris eſt ridicula. An igitur putamus Deum
iſtam arrogantiam & ſuperbiam non ulturum, quum
fœtida ſit & intolerabilis hominibus, ut quæ funda-
mento & omni colore careat? Nos autem, qui ſumus
privatæ perſonæ, caveamus nobis ab omni arrogan-
Pſal. 18. tia. Nam proprium eſt Dei munus, proſternere ſu-
verſ. 28. perbos eiſque reſiſtere: & quo altius ſurgere conan-
1 *Pet.* 5. tur, eo gravius in ipſos Dei manus incumbat neceſſe
verſ. 5. eſt, ut confundantur. Vereamur ergo in Deum inſur-
Jac. 4: 6. gere. Ejus enim manus gravior eſt, quam ut ferendo

prudenter conſulat quam antea: & certe conſilium, *verſ.* 14.
quod dederat Abſalomo, callidiſſimum erat. Ecce
igitur Achitophel nullam ingenii ſui & acuminis di-
minutionem patitur: & tamen nihilo magis perfi-
cit, quod inſtituerat. Quare? Deus enim ita occæcat
Abſalomum, ut non credat Achitopheli. Videmus ita-
que Deus ut interdum auferat aſtutis vim perficiendi
quod ingenioſe excogitarunt. Sed interdum etiam
hebetes reddit & ſtupidos, ut Jobus docet. Idem pri-
vatis hominibus ſæpe contingit. Ecce, ille adeo caute
ſuis rebus proſpiciebat, ut nihil ſupra: & tamen ei
non ſucceſſit feliciter. Quare? Deus effectum non
dedit ſapientiæ illius, ſed inutilem reddidit. Tum cla-
rius perſpicimus Dei providentiam, quum iſtud acci-
dit. Sed continget etiam interdum aſtutiſſimis, ut acta
miræ ſtultitiæ committant. An vir tam providus &
circumſpectus, inquient, qui omnibus conſilium da-
bat, in tantam ſtultitiam incidere potuit? Quid cau-
ſæ eſt? Deus hoc fecit. Quid igitur facto opus eſt? Si
Deus nobis ingenium & prudentiam dedit, primo eis
rite utamur, id eſt, ne ingenium ad fallendum aut
nocendum applicemus, ſed ad defendendum res bo-
nas, & reprimendum malas: deinde precemur Deum,
ut quod nobis dedit ingenium, illud nobis confirmet:
ut, qui ſciamus non eſſe hæreditatem perpetuam &
conſtantem, ſed quemadmodum incepit, ſic conti-
nuari à Deo ſuam erga nos gratiam oportere. Nam
poſt unum aut alterum diem fortaſſe illa prorſus de-
ſtituemur. Mihi, ô Domine, adfuiſti: quo magis ſum
tibi devinctus: verum ne mihi auferas tuum Spiri-
tum. Siquis ſuo ingenio bene uſus eſt uno die, anno,
vel tota vita, Deo acceptum hoc ferat: Domine, non
ex me, ſed ex tua gratia, perſevero: ſed me ſuſti-
neas neceſſe eſt, per me enim nihil poſſum. Sic igitur
nobis agendum, quando audimus, Deum eſſe qui in-
genium & prudentiam adimit ſapientibus & *facit ut
palpent, velut in tenebris*: adeo ut ſint & cæci, & *ebrii*,
& priſtina illa virtus effluat, & in exitium ruere opor-
teat, ſi Deus velit. Hæc audientes contineamur in
officio talibus exemplis. Non eſt etiam prætereun-
dum illud alterum caput, ***Deum effundere contemtum
in nobiles***, quibus honor & reverentia prius exhibeba-
tur. Deus in iſtos ignominiam effundet, inquit, ut
omnem auctoritatem amittant, omnibuſque ſint lu-
dibrio & deſpectui. Quo docemur, etiamſi omnium
votorum eſſemus compotes, nihil nobis profuturum,
quum ejuſmodi ignominiæ fuerimus expoſiti: perin-
de nobiſcum actum iri in iſtiuſmodi contemtu, ac ſi
omni forma & figura careremus. Et, ſi quæretur cauſa,
nulla proferri poterit. Videre eſt viros magnæ digni-
tatis, atque etiam Reges potentiſſimos, nihilominus
contemtos, non quod non ſint bono judicio & conſilio
præditi, ac opes, vires & dexteritatem habeant: ſed
igno-

Digitized by Google

ſcerentur. Propterea ad finem Pſalmi 107. ubi Dei providentia nobis declaratur, diſertis verbis dicitur, fore ut omnis iniquitas ore compreſſo obmuteſcat. Improbi, quantumvis obſcurare ſtudeant Majeſtatem Dei, velint nolint, tamen convincuntur ex rerum, quæ per orbem geruntur, conſideratione, adeo ut ora ſua claudere cogantur. Quemadmodum autem, Deo excelſa & ſuperba capita feriente, humiles & plebejos hinc contremiſcendi & ſeſe humiliandi occaſionem ſumere debere diximus: ita quum Deus ipſam populi univerſitatem viſitat, quid ſingulis membris & unoquoque homine fiet? Deus non parcit univerſæ regioni, an vero mihi parceret? Sic magna parvis componere debemus, ut apud ſe quiſque diſcat incedere humiliter ſub potente Dei manu, eique ſponte ſubjici. Nam ſi agnoſcamus penes Deum eſſe ſummum in nos imperium, aliter, quam hic dicitur, nos tractabit, nempe ita ut admirabilem ipſius protectionem ſentiamus & reipſa experiamur. Nam ſi homines ſe offerant Deo, ſi ab illo ſeſe regi patiantur, ſuam manum eis conſervandis porriget, ejus virtute ſuſtinebuntur, erit ipſis clypeus & propugnaculum adverſus omnes adverſos caſus. Sin homines altius volare nitantur, neceſſe eſt ut à Deo dejiciantur. Itaque quum cernimus Deum ita populos ipſos cædentem, an non unuſquiſque noſtrûm ſeſe ad officium ſuum recipiat? Sed in primis quod hic continetur, nobis certo perſuaſum eſſe debet. Nam alioqui, quomodo ex iis, quæ ſunt expoſita, fructum perciperemus? Proinde noverimus, Dominum poſſe, quem auxerit & multiplicaverit, populum imminuere: & magnas, quæ in populo fiunt, mutationes ſciamus non fortuito, ſed Deo operante contingere. Hæc duo nobis fixa ſint & conſtituta. De his quidem loquemur, ſed non ſerio, donec iſtud probe quiſque meditatum habeat, alteque memoriæ infixum, ita ut nunquam deleri queat. Itaque, ut ut ſit, agnoſcamus, & perſuaſum habeamus, Deum regere omnia: ne tam amentes ſimus, ut vel tantillum fortunæ tribuamus. Hinc exordiri, inquam, debemus, ut plenam de Dei providentia certitudinem habeamus: deinde hanc ad uſum noſtrum applicemus. Dixi autem hæc cum fructu eſſe meditanda: quoniam videre eſt fanaticos, qui de providentia Dei verba facientes, ineptis prorſus & inanibus ſpeculationibus ſeſe implicant. Dictitabunt quidem, Deus mutat, Deus movet: ſed interim non ædificantur in ejus timore. At Scriptura ſacra, quum agit de providentia Dei, vult ut illic ejus potentiam cognoſcamus. Quomodo iſtud & quorſum? Ut adoremus eum qui cuncta ſub manu & poteſtate ſua tenet, qui vitæ & necis imperium poſſidet: ut ei ſubjiciamur, ut qui omnem in nos auctoritatem ob-

ante tamen Deus monet, ut ad frugem revertamur. Ita docet nos in doctrina de providentia Dei proficere, ut nobis hoc loco declaratur. Continuo autem adjicitur, *Deum revelare profunda in tenebris, & educere in lucem umbram mortis*, id eſt, quaſi infernales tenebras: quas in lucem profert, quum ei viſum eſt. Hic Jobus exprimit, quo ſpectet: nempe eo, ut opera Dei maxime memorabilia recitet. Nam ſi loqueretur de operibus communibus & ordinariis, obdormiſceremus, nec multum afficeremur, ut jam fuit expoſitum. Itaque ita ſumus admonendi, ut noſtri ſenſus percellantur, & quantavis ſtupiditas noſtra expergiſcatur. Hoc voluit Jobus, quum ait, Deum educturum in lucem tenebras letales. Poterat quidem dicere, Deus facit, ut Sol quotidie luceat: videmus dierum & noctium vices: quæ magna eſt & admirabilis mutatio. Jobo ſic loqui licebat. Sed quia vulgare eſt, propterea raro iſtud meditamur. Voluit igitur hoc loco tangere rem extraordinariam: ac ſi diceret, Deus tales mutationes faciet, ut ſi inferi in ſublime educerentur, & mors altiſſimo loco erecta ſpectaretur. Quum itaque tenebræ ſic in lucem mutabuntur, hoc plane admirabili & inſperata ratione continget. Tunc autem Deus nos expergefacit, & argumentum nobis ſuppeditat ſuam virtutem attentius poſthac conſiderandi quam antea. Itaque hoc ſedulo obſervemus. Nec enim ſatis proficimus tot admonitionibus divinis, cum ſtupendis prorſus miraculis conjunctis, quibus tamen non commovemur. Itaque neceſſe eſt ut alia ratione agat, & longe altius clamet. Similes ſumus homini in cubili alto ſopore ſepulto, qui non audit ad lectum ejus colloquentium ſuſurrum: ſed magno excitato ſtrepitu, tunc expergiſcitur, & ſummiſſe etiam loquentes facile intelligit. Idem & de nobis dicendum. Deus enim multa quidem nobis ad noſtram inſtructionem pertinentia quotidie offert: ſed claudimus oculos: nos alloquitur, ſed ſurdi ſumus. Quare? Quia dormitamus. Proinde magnum ſtrepitum edat neceſſe eſt, ut excitemur: quo melius ad ipſius providentiam attendamus, & ſic apud nos reputemus, Deus nos expergefacit: jam itaque pigritia eſt excutienda, & in ejus judicia præſentia oculi ſunt convertendi. Quamobrem confugiamus ad illius protectionem, non dubitantes, ſi omnes creaturas ſub manu habet, etiam uſque ad minimi pretii paſſerculos, quin noſtri perpetuo meminerit: non tantum quatenus ſumus ejus creaturæ, ad ipſius imaginem formatæ, ſed quod ſimus ipſius filii, per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum adoptati.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det ea melius à nobis ſentiri, quæ abhorreamus, & ut noſtram pigritiam & ſtupiditatem condemnemus,

P 4 noſ-

Digitized by Google

7. An pro Deo loqui debetis iniquitatem? aut pro eo loqui debetis fraudem?
8. An ei gratificari vultis? aut pro eo contendere?
9. An bonum, ut vos approbet? & illuſeritis ei, ſicut illuditur mortali?
10. Omnino reprehendet vos, ſi vel occulte ei faveatis.

TEterrima res eſt, quum ſinguli ſupra omnes eminere ſtudent, nec ullus vult aliis eſſe inferior. Nam fieri non poteſt, iſta nos ſtulta cupiditate, ut cæteris ſapientiores videamur, occupante, quin plurimæ hinc inter nos con-
Phil. 2: 3. tentiones mutuæ oriantur: ut etiam docet Paulus. Hæc ambitio mater eſt & fons omnium deſſenſionum: nunquam enim homines placide inter ſe degunt, niſi modeſte ſe quiſque ſubmittat rationi & æquitati, nec ambiat ſupra alios caput efferre. Sed ſi hac vanitate impellimur, ut primas quiſque tenere velit, ignis ſtatim accendatur neceſſe eſt. Cæterum videmus, quid Scriptura nobis præcipiat: nempe, ut gratias Dei in iis, qui acceperunt, commendemus. Proinde ſuas quiſque infirmitates & vitia reſpiciat: & ita fiet, ut de nobis humiliter & ſubmiſſe ſentientes pluris illos faciamus quos antea rejiciebamus, & verebimur contumelia Deum afficere, eos contemnendo, quos ſuis donis non omnino deſtituit. Hic autem videtur Jobus ſe illis, qui ante loquuti ſunt, anteferre velle. Videtur, inquam, velle ſapientior & peritior haberi tribus illis quos alloquitur. At non ducitur tamen ambitione. Sed quoniam illi ipſum ſua arrogantia opprimere, atque adeo veritatem divinam ſuis figmentis pervertere ſtudebant: propterea Jobus cogitur profiteri, ſibi hæc melius, quam ipſis, perſpecta eſſe ac cognita. quod quidem facit, ut iſti, ſi modo diſcendi ſint capaces, humiliter ſe doceri patiantur. Nam donec homines arrogantia, qua tument, vacui ſint, nulla admonitione poſſunt proficere: nimium enim ſibi aſſumunt. Ut igitur aliquis capax ſit audiendæ & recipiendæ veritatis divinæ, oportet ut ſeſe prius demittat & humiliet. Huc ſpectavit Jobus. Sed etſi illi, quos alloquitur, obdurati in cæca propriæ ſapientiæ opinione perſiſterent, nihilominus Jobus voluit veritati audientiam præſtari, & apud alios, ſi eam illi rejicerent, auctoritatem obtinere. Hæc mens Jobi, breviter explicata. Qua ratione Paulus interdum cogitur ſeipſum comparare cum iis qui ſeſe inter homines efferre atque evehere conabantur. Profecto Paulus nulla vana ambitione ferebatur, nec eo ſpiritu ducebatur, ut gloriam captaret. Cur igitur ſeſe confert iis, qui ſeipſos magni facere ſolebant? Hebræi ſunt?
2 Cor. 11. verſ. 22. inquit, ſum & ego. Si ſunt antiquo genere orti, poſſum & ipſe meæ gentis antiquitatem proferre:
Phil. 3: 5. zelo Legis nemini illorum cedo: vixi irreprehenſus: ſi doctrinam jactent, ego vero à pueritia fui à præſtantiſſimo præceptore edoctus. Videtur Paulus illic accumulare omnia quæ ad laudem faciunt, ut ſibi applaudatur, & pro viro magno & excellente habeatur. Nihil tale cogitavit Paulus. Hoc enim etiam inſipientiam vocat. Cogitis me deſipere, inquit, & eos imi- 2 Cor. 11. v. 16, 17.
tari, qui nihil ommittunt, unde laudem ab hominibus conſequantur. Sic & mihi agendum eſt, quamquam invito. Quare? videbat enim Corinthios, & ipſorum ſimiles, præſidente vanorum doctorum gloriatione præoccupatos, quod auribus delicatis eſſent, Euangelium iſtis nugatoribus poſtponere. Et qui nulla prudentia & judicio præditi erant, quo utilia diſcernerent, ſinebant ſeſe duci ab iis, qui præter pompam & oſtentationem nihil habebant, & nulla ſanctitate revera ornati erant. Quod videns Paulus, ait, Si iſti hac ratione ſeſe commendare ſtudent, ego quoque idem facere poſſum: ſed abſtineo. Hinc enim petenda non eſt gloria: ut ipſe concludit, Siquis vult in Eccleſia 2 Cor. 5. verſ. 17.
Dei aliquo loco & pretio eſſe, is ſit nova creatura. Hoc apud Deum in laude eſt, inquit, ac non illæ pompæ quas homines admirantur. Interea tamen, ut videmus, Paulus indicare voluit, ſe non inferiorem illis eſſe, qui præclaris titulis ſibi principatum & dignitatem inter homines acquirere conabantur. Itidem facit hoc loco Jobus. Videt iſtos conculcare velle Dei veritatem, quod magni viri haberentur. Jobus vero reſpondet, ſe non minus, quam ipſos, res illas intelligere, atque ita eos tacite admonet, ut ſint humiles, & ſeſe dociles præſtent. Sed etiamſi obſtinati in ſua ſtultitia perſeveraturi ſint, nihilominus Jobus vult, ut Dei veritas, quæ ab illis perverſa fuit, plenam, ut meretur, auctoritatem obtineat. Hæc primo loco. Interim autem admonemur, ne gloriam & exiſtimationem inter homines captemus. Hanc enim ſi nobis propoſuerimus, certe pro tuenda veritate, eam prorſus corrumpemus: & Deus quoque permittet, ut ſtupidi & ridiculi ſimus. Itaque caveamus à gloria noſtra quærenda: ſed quum Dominus nobis dederit, ut alios docere poſſimus, huc tantum connitamur ut ipſe honoretur, & quæ ab illo manant, ceu bona probentur & cum ſubmiſſione recipiantur, & noſipſi aliis noſtro exemplo præeamus: ſicut etiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus hanc bonæ doctrinæ diſcernendæ notam poſuit: nempe, quum quis gloriam Dei quærit, Joan. 7. verſ. 18.
hoc indicium eſſe miniſtri veritatis: ſin ſuam ipſius exiſtimationem quærat, falſum eſſe doctorem, ut qui veram doctrinam ſua ambitione obſcuret. Cæterum Jobus ſubjicit, *Eſtis concinnatores mendaciorum, & medici nihili: utinam taceretis, hoc enim vobis pro ſapientia imputaretur.* Jobus vocans eos, qui ante loquuti ſunt, mendaciorum concinnatores vel fictores, quorſum

ita

invitat. Hæc igitur medicina erit aptanda illis qui illa egent. Sunt autem alii qui impudenter Deum ejuſque verbum contemnunt. Iſti ſi blande ac leniter habeantur, ſi eis gratia & miſericordia Dei proponatur, nonne inepte agitur? Nam iſtiuſmodi homines vivido tactu indigent, ſunt comminationibus perterrendi, imo vulnerandi ad imum cor uſque, ſi fieri poſſet, quo ſentiant quid ſit Deum tam præfracte contemnere. Jam itaque videmus, ut Scriptura ſacra, quum ſit ſpiritualis noſtrarum animarum medicina, debeat pro cujuſque diſpoſitione applicari. Nunc conſideremus quo loco eſſet Jobus. Extreme à Deo affligitur: nempe, ut vidimus, quo ejus patientia exerceretur, Deus illi patientiam ſuppeditat, ſed non citra maximam infirmitatem: nam miſere perturbatus ſeſe abripi ſinit, & in Deum efferveſcit. Non quod penitus ſeſe effundat. Modum tamen, quem debebat, non tenet. Jobus ergo, ut ut ſit, infirmitatem ſuam prodidit. Scit quidem ſe à Deo affligi: ſed quia, cur affligatur, non animadvertit, putat ſe rigidius æquo à Deo tractari. Quid hic, qui illum conſolaturi venerant? Proponunt, Deum eſſe juſtum: quod verum eſt. Sed inde concludunt, homines à Deo non ſine optima ratione & cauſa puniri, (quod item verum eſt,) nempe propter peccata ſua. Eſto: ſed in particulari applicatione peccant, quando colligunt unumquemque à Deo pro merito tractari: quod ſecus habere experimur. Ex principio generali, bono & vero, malam conſequutionem trahunt. Non enim ſequitur, ſi Deus eſt juſtus, & homines peccatores, ac proinde digni qui extremis malis à Deo afficiantur: propterea jam æquabili menſura Deum plectere qui deliquerunt, ut nihil in ultimum diem reſervet. Nec ſequitur etiam, Jobum eſſe impium & hypocritam, palamque à Deo rejectum, quod antea nihil quam probitatem ſimulaſſet. Hæc omnia ſunt falſa, quamvis à vero principio ab iſtis deducta. Ideo Jobus illos vocat Medicos nihili. Ex his igitur admonemur, ut à Deo petamus prudentiam, qua Scripturam ſacram in eum, quem decet, finem aptemus, eaque dexteritate applicemus; ne illam à recto uſu detorqueamus, ut fit à pleriſque. Adhæc quum proximi noſtri docendi ſunt, accurate videamus quid illis conveniat.
2 Tim. 3. verſ. 16. S. Scriptura, inquit Paulus, utilis eſt ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem. Recte: verum ratio habenda eſt ejus cum quo agitur, uti jam

Non multum quidem profecit, qui ſuam turpitudinem texit, ſi ſtultitiam ſuam occulte apud ſe alat: ex parte tamen profecit, qui ſuam linguam coercere ac moderari didicit: indicat ſe non plane ſibi in ſua ſtultitia placere. Verum eſt, nonnullos tegere ad tempus ſuam ſtultitiam: ſed tandem eam prodant oportet. Siquis tamen ſibi ſilentium imponere novit, quamvis ſit minus cautus & prudens, quam par eſſet: hac in parte ſapientiſſimus eſt, quando ſeipſum cognoſcit, ut non ſibi in ſuis vitiis blandiatur, ſed ea corrigere ſtudeat. Quamvis, inquam, aliquis in ſtultitia perſeveret, tamen indicium eſt ſapientiæ, quum non ſeſe ultra modum efferet, verum ſeipſum novit, ut ſibi diſpliceat, & humilietur. Siquis vero ſuam ſtultitiam lingua prodat, ſignum dat extremæ ſtultitiæ: quemadmodum ſæpe videmus, qui ſunt aliis imprudentiores, eos ſine ratione loqui, nec eorum linguam cohiberi poſſe: ſed iſti viciſſim ſatis, quales ſunt, ſeſe detegunt iis qui per horam cum ipſis colloquuntur. Quum igitur illud in aliquo deprehenditur, extremæ, ut dixi, ſtultitiæ arguitur. Quamobrem hoc proverbio diſcamus, quod etiam Jacobus monet non mediocrem eſſe virtutem ſiquis linguam ſuam quaſi freno moderari poteſt. Quare? Nam ſi propenſi ſumus ad loquacitatem, tanto minus apti ſumus ad utiles admonitiones auſcultandas. Quid cauſæ eſt cur multi in verbo Dei nunquam proficiant? Hoc fit, quia quum placide Deo loquenti aures præbere deberent, eum ſuis erraticis ſermonibus interrumpant. Sibi ipſis ergo januam præcludunt, quominus doceri poſſint, quamvis doctrina illis offeratur. Itaque notemus, quum hortatur Jacobus ut linguam quiſque ſuam frenet, eum præcipere ut placide & prudenter auſcultemus, ut fructum percipiamus ex iis quæ audivimus. Cæterum inter homines etiam caveamus ne cui importuna noſtra garrulitate tædium afferamus. Quod uſu magis quam præceptis diſcere debemus. Hic enim non tam longa oratione, quam ſeria meditatione opus eſt. Et quo difficiliorem eſſe practicam videmus, tanto pluris facienda eſt hæc virtus, quum quis loquendi mediocritatem tenet. Jam accedamus ad id quod hoc loco præcipuum eſt. Jobus ait, *ſe nihilominus colloquuturum cum Deo, & una diſceptaturum*: ſed ſimul exprobrat eis qui ipſum diſputationibus ſuis vincere ſtuduerant, quod videantur velle in Dei gratiam loqui. Scilicet, veſtris mendaciis eget? ut tanquam ejus patroni & advocati

Prov. 17. verſ. 28.

Jac. 3: 2.

Digitized by Google

ctæ non facile à quibuſvis cognoſcuntur. Propterea igitur Jobus ait, *Se loquuturum cum Deo*, id eſt, ſeſe ad ſeipſum collecturum, & quaſi receſſurum procul ab hominum conſpectu: nam homines temere judicare de ſuis ſermonibus, & eos detorquere quo volunt: ſed Deum ſcire quorſum ſpectet quum loquitur. Cæterum notemus etiam, quum in patientia confirmandi ſumus, quando quidpiam mali perpetimur, eſſe quod nos in Deo conſolemur: &, ſi tentamur & ad deſperationem incitamur à Diabolo, nihil melius eſſe quam ſi ad nosipſos colligamur. Quare? Dum reſpiciemus homines, parum juvabimur: quin potius hoc nobis nocebit. Si vehementi parturbatione perplexus, ſpecie tenus & in ſolo hominum conſpectu meipſum conſolor, Deus meam vanitatem irridebit, adeo ut ad me reverſus, & quum ſolus ero, conſcientiæ aculeis confoſſus, ſentiam illam oſtentationem merum fumum fuiſſe. Quare? Quia magis ad homines quam ad Deum reſpexerim. Itaque bonum eſt, ut ad ſe quiſque ſecedat, quum ſe in patientia confirmare volet, ſeque à mundo quodammodo ſegreget. Nos itaque penitus committamus Deo, & ab illo regi nos ſinamus. Et certe ſedulo nobis invocandus eſt Deus in ejuſmodi anguſtiis. Quomodo autem illum invocabimus, niſi ab hominibus prorſus ſegregati? Nam dum hic aut illic ſum affixus, tantundem ſum à Deo averſus. Videmus itaque reſecandos eſſe omnes illos funes, qui nos retinent: & oportere ut nos ſiſtamus ad conſpectum Dei, quaſi ille ſolus nos intueretur. Proximi quidem nobis quoque ſunt reſpiciendi, quos ædificemus, & à quibus viciſſim conſolationem accipiamus: ſed interea hinc eſt nobis incipiendum, ut conſcientiam noſtram coram Deo expandamus, & illic noſtra omnia negotia, noſtros dolores, noſtras ſollicitudines exponamus. Ita ergo nobis colloquendum eſt cum Deo, ne homines nos huc aut illuc divertant. Sed ut Deus nos intuetur, ſic in illum unum oculos defigamus, & quicquid in cordibus noſtris latet, coram ipſo exoneremus. Hoc bonum ſeſe nobis ex iſto Jobi ſermone colligendum offert, ad utiliſſimam noſtri inſtitutionem. Sed malum admixtum eſt: vult enim certamen cum Deo ſuſcipere. Dat quidem nobis Deus ſecum diſputandi poteſtatem, ſed ut paucis rem expediamus, & ad ipſius gloriam concludamus. Verbi cauſa: videmus Prophetas conqueri de calamitatibus & vaſtationibus quas Deus immittit: dicunt enim, Domine, quî fieri poſſit ut populum tuum perdas? an permittes tantam rerum confuſionem? nunquamne iſtis miſeriis finem dabis? En igitur quoddam cum Deo diſputandi genus. Verum Prophetæ & ſancti viri iſtis querelis non ſeſe paſcunt: nam ubi ſuas infirmitates ita expoſuerunt, ſemper hanc concluſionem adjecerunt, Domine, de his diſpone pro tua admirabili ſapientia: noſtrum non eſt, tibi quæ in Deo latet: nihilominus concipere nequeat cur Deus ipſum adeo affligat & cruciet, quem lenius tractare deberet, ut ipſi quidem videtur. In hac itaque diſputatione ſubiraſcitur: ubi Jobus modum excedit. Sic igitur Jobus peccat, & in eo condemnandus eſt, quum ita cum eo diſputat. Itaque obſervemus, quum Deus nos duriter habebit, & ad iram adverſus illum tentabimur, oportere ut nos quaſi freno coërceamus. Verum eſt, Deum nihilominus nobis ignoſcere, ſi ipſi noſtros dolores exponamus: Eheu! Domine, vides qui ſim, non poſſum amplius hæc ferre, nunquamne finis erit? quamdiu mihi languendum erit? Talia, inquam, licet conqueri apud Deum: ſed tali libertate nobis conceſſa, vult nihilominus ut ita ſemper concludamus, Domine, ſumus tui, nos pro arbitrio tuo tracta, hoc unum ſupereſt, ut te glorificemus in omnibus. Hæc ſunt nobis notanda, etiam quum res noſtra peculiariter non agitur, ſed quum in genere opera Dei à ratione aliena nobis videbuntur. Exempli gratia: Si magna offendicula cernamus, & improbos florere, nec Deum hæc coërcere: bonos autem affligi, nec à Deo ſublevari: tum dicimus, Quid? Deus promiſit ſe adfuturum iis, à quibus invocatur, & tamen contrarium experimur. Indeſinenter ad ipſum confugimus, &, quaſcunq; ipſi offeramus preces, ſurdum agit. Adhæc pollicitus eſt ſe fore defenſorem ſuæ Eccleſiæ, & tamen in prædam expoſita eſt. Videmus horrendam tyrannidem regnantem, ubinam autem eſt auxiliaris manus Dei, qui ſuis opem ferre deberet? An vero declarat ſe cauſam ſuam tueri velle quum Eccleſia oppreſſa palam jaceat, & palam hoſtes omnis religionis impune graſſentur? Si igitur tales tentationes nobis obrepant, illis occurramus, ne cum Deo litigemus. Hæc ſunt nobis hoc loco obſervanda. Ad ſecundum caput deſcendamus. Jobus inquit, *illos velle gratificari Deo:* ut quum homini mortali volumus favere. Nam vox Approbari, aut Accipere faciem vel perſonam, hic ponitur. Cur perſonarum reſpectus habetur in foro humano? Si quis malam cauſam habet, & nobis ſit propinquus, vel amicus, aut commendatus, aut emolumentum allaturus, aut in dignitate aliqua conſtitutus, hoc reſpectu movemur, adeo ut ipſius cauſæ obliviſcamur: nam hominis favor nos excæcat. Unde hæc vox Facies vel Perſona refertur ad res externas, quæ ad amorem vel odium alicujus nos inclinant. Hoc itaque vult Jobus, Putatis Deum egere veſtro favore, ut homo mortalis, cujus mala ſit cauſa, hoc prætextu defenditur, quod ſit noſter cognatus, aut affinis, aut amicus, aut nobis commendatus, vel quod nobis contulerit aut ſit collaturus beneficium. Tum ita res fucatur, ut non ex æquo & juſto, ſed oblique agatur. Siccine, obſecro, inquit Jobus, Dei patrocinium humano more ſuſcipiendum eſt? Hoc itaque nobis diligenter obſervandum, Deum nolle
ſuam

Digitized by Google

enim perturbationes in eas nos tenebras conjiciunt, ut æquitatem, quemadmodum antea, jam non cernamus. Itaque videmus, ut omnem perſonarum acceptionem Deus damnarit, id eſt, reſpectum illum, quo erga homines afficimur. Quum autem Deus nolit iſtam perſonarum acceptionem locum habere inter homines, ſed eam deteſtetur: num eam erga ſe approbet? Minime ſane. Jam igitur videmus ſcopum Jobi. Supereſt ut iſtius doctrinæ utilitatem cognoſcamus. Nam utilior eſt, quam quis exiſtimet, antequam ei ſit uſu comprobata. Sumamus exempla quæ ſeſe oculis noſtris ingerunt. Sunt hodie qui liberum arbitrium ſtabiliunt ex parte. Quare? Nempe ut cauſam Dei ſuo patrocinio fulciant. Verum pure in-
2 Cor. 3. ſiſtatur doctrinæ in S. Scriptura propoſitæ. Docet,
verſ. 5. homines pravos eſſe ac perverſos, nec unam eis
Joan. 8. ineſſe bonam cogitationem, ne digitum quidem ad
verſ. 34. bene agendum movere poſſe, captivos eſſe peccati,
Rom. 8. quicquid mente agitant eſſe machinationem adver-
verſ. 6, 7. ſus Deum, omnes ipſorum affectus eſſe inimicos boni. Hæc Scriptura declarat. Ad iſta autem quidam reſpondent, Scilicet: cur ergo Deus nobis Legem dedit, qua poſtulat ut ſe toto pectore, toto animo ac totis viribus diligamus? Nam ſi propenſi ad malum ſumus, cur igitur Deus nobis imperat bonum? an non hoc eſt hominibus illudere? Alii dicunt, Quum recte agere non ſit in nobis ſitum, nonne ſatis excuſamur? Nam peccatum non debet imputari, niſi ab eo poſſimus abſtinere. Quum igitur hac virtute careamus, ſequitur nullum eſſe in mundo peccatum. Hic ſeſe quiunt, dicendus non eſt eligere quos velit; (hinc enim majores ad peccandum licentiæ occaſionem improbi caperent) ſed media quædam via quærenda eſt, qua utrique parti ſatisfiat. Dicatur itaque Deus eligere quidem, ſed eos quos prævidit ad ſuam gratiam recipiendam fore diſpoſitos. Quod ad improbos attinet, quod eos eligendo ſe nihil profecturum proſpicit, ideo illos in ſua conditione relinquit, ut quos ſuo ipſorum libero arbitrio perituros noverit. Sic igitur maligni quidam homines blaterant de electione Dei, totam Scripturam pervertendo, & ita rem Deo gratiſſimam facere ſibi videntur. Nos vero ſciamus iſtos potius eſſe deteſtabiles Deo, ſicut hic locus docet. Atque ita applicanda eſt hæc doctrina, quo nobis utilitatem afferat. Digna quidem eſt fuſiori explicatione, ſed in aliud tempus, quia jam plura de illa dicere non licet, rejicimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut ita nos velit humiliatos, ut convicti tot peccatorum adverſus ipſum commiſſorum, nihil aliud ab eo petamus, quam ut nobis ſit propitius: &, ſi ad tempus nos affligat, & immodico rigore in nos uti videatur, nihilominus ore compreſſo patienter exſpectemus, dum nos ab omnibus malis liberet: & interea illi debitam gloriam tribuamus, confitentes quam in nos omneſque alias res creatas auctoritatem obtinet. Quod non nobis ſolum gratificetur, verum etiam omnibus populis & nationibus, &c.

CONCIO QUINQUAGESIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XIII.

7. An pro Deo loqui debetis iniquitatem? aut pro eo loqui debetis fraudem?
8. An ei gratificari vultis? aut pro eo contendere?
9. An bonum, ut vos approbet? & illuſeritis ei, ſicut illuditur mortali?
10. Omnino reprehendet vos, ſi vel occulte ei faveatis.
11. An non Majeſtas ejus terret vos? non timor ejus cadit ſuper vos?
12. Memoria veſtri comparabitur cineri, & corpora veſtra corporibus argillaceis.
13. Tacete coram me, & loquar ego: & tranſeat ſuper me quidvis.
14. Quare auferrem carnem meam dentibus meis, & animam meam ponerem in manibus meis?
15. Etiamſi me occideret, in eum ſperarem: attamen vias meas in conſpectu ejus arguam.

Nunc

Digitized by Google

... Sentio, inquam, hæc temeritas & arrogantia, probe cognita tum ejus gloria, tum infirmitate noſtra. Sic ejus timore terrebimur, ut hic ait Jobus. Nam fieri non poteſt ut hæc Dei cognitio ſit otioſa in hominibus, quin illos ita dejiciat & humiliet ut non auſint amplius Deo obgannire. Dum enim ita temere illum alloquuntur, indicant ſe nunquam eum cognoviſſe, nec Majeſtatem ejus ſenſiſſe. Quare? Hæc enim apprehenſio vivida eſt, ut dixi, ubi ſemel hoc ſerio cogitaverimus, Ecce, Deus creavit, ejus opus ſumus: & ſurſum ac deorſum aſpicientes, nihil reperiemus non ejus manui ſubditum: juſtitia ejus eſt plane admirabilis, ſapientia nobis occulta, bonitaſque inæſtimabilis. His omnibus perſpectis, non poſſimus non hærere attoniti & obſtupefacti, quo in nobis confuſi, & proſtrati coram ipſo, infinitam ejus ſublimitatem adoremus. Proinde operam demus ut melius cognoſcamus quid ſit Deus, ut ad omnem modeſtiam & ſobrietatem inſtituamur: & interim quoque excutiamus qui ſimus. Quum videmus carnem noſtram nobis applaudere & blandiri, ut nobiſipſis indulgeamus & aſſentemur: tunc noſipſos expergefaciamus & ſtimulemus, hujuſmodi verbis, Unde iſtud? inde nimirum, quod nondum te probe cognoveris: vide qui ſis, teipſum inſpice, & tuæ conditionis ipſe ſis judex. Tum peccatorum mare in nobis reperiemus, tantiſque ignorantiæ tenebris nos circumfuſos, ut cohorreſcamus: tantum enim abeſt ut oculos aperiamus ad Deum cognoſcendum, ut ne ea quidem, quæ ſunt ad pedes, cernamus. Quum igitur homines ſeipſos ita excuſſerint, tunc ſerio Dei Majeſtate tangentur, adeo ut ſuper ipſos cadat ejus timor, pro eo quod cum faſtu & temeritate Deum alloquuntur, abſque ulla reverentia & modeſtia. Hæc igitur temeritas in reverentiam Dei convertetur. Quare? Nam, ut dixi, quando conceperimus quid ſit Deus, tum nos dejiciemus, & ſub ipſo humiliabimus: & ex altera parte noſipſos intuentes, non amplius nobiſipſis placebimus, nec ullo modo efferemur. Hæc ſunt quæ Jobus duabus iſtis ſententiis ſignificare voluit. Majoris autem confirmationis gratia ſubjicit, *Itane impune ei illuſeritis, ut illuditur homini mortali?* Significat homines ſeipſos fallere, dum non cognita Dei Majeſtate, quam merito honore afficiant, ei illudunt: quum eum revereri deberemus, perinde cum illo agimus, ut inter nos facimus: modo enim non deprehendamur, alii alios decipere non veremur. Quemadmodum autem homines aſtu circumvenire conamur, Deum quoque decipere ſtudemus: ſed noſipſos turpiter fallimus. Ne itaque putemus, impune tali domino illudi. Quamvis enim Deus ad tempus patiatur ut homines laſciviant, tandem tamen eis oſtendet ſe [illegible]. Ego enim loquor ut expertus, Deinque ſic me examinat, ut me non facere fucum, palam ſit. Itaque finite me loqui. Non enim geſtabitis onus meum, Deus eſt qui me ſic tractat, ei ergo reſpondere debeo: itaque diſputationes veſtras omitto, ut inutiles & frivolas. At ego loquar prout me Deus reipſa & effectis docet. Hæc ſummatim Jobus indicare voluit. Notemus autem hoc loquendi genus, *ſe dentibus ſuis carnem ſuam auferre.* Erat veluti fruſtatim dilaceratus, ut ſi quis laceram cutem non poſſet niſi dentibus ferre. Sic Jobus fuit affectus: & ita exprimit ſe eo miſeriæ redactum ut inter vivos numerari non debeat. Quum ſubjicit, *ſe ferre manibus ſuis animam*, ſeu *vitam ſuam*: ſignificat illam eſſe quaſi expoſitam ad prædam, & à tenuiſſimo filo pendere. Unde apparet ineptia Papiſtarum, qui putarunt, Tenere aut ferre animam ſuis manibus, perinde valere ac ſi dixiſſet Jobus, Agam pro libidine, ſum enim conditionis liberæ. Breviter hac ſententia ſuum illud Liberum arbitrium fundarunt, *Animam meam porto in manibus meis.* Scimus autem, quum Deus hominibus minatur, ſi dicat ſe illos ſuis ipſorum manibus traditurum, hanc graviſſimam omnium eſſe afflictionem qua homines affici poſſint. Ecce Deus fulminat, quum ait fore ut nos manibus noſtris derelictos tradat. Quare? Tunc enim in exitium ruamus, niſi Deus nobis ſuccurrat, neceſſe eſt.

Pſal. 81. *verſ.* 12.

Videmus igitur, quam inſulſe hic depravarint Scripturam Papiſtæ. Senſus autem horum verborum clarus eſt, quum ait Jobus ſe portare in manibus ſuis animam ſuam, quaſi ventis expoſitam. Anima noſtra in corpore latet, ut in theca, & ita conſervatur: ſed ſi eam manibus teneamus, veluti ad prædam expoſita eſt. Jobus itaque declarat ſe mortuo quam viventi ſimiliorem, ſe à Deo ſic tractari ut putrefacti cadaveris inſtar ſit, ſe omni vigore deſtitutum, horrori eſſe ac deteſtationi viventibus. Scio, inquit, me inter homines non annumerari, ſed potius inter cadavera. His autem ſignificat, ſe non ut ſpeculativum doctorem, ſed ut expertum loqui de iſtis rebus, nempe de judiciis Dei. Et ſane abſque ejuſmodi experientia non poſſumus cognoſcere nec Deum, nec ejus manum, nec virtutem, nec juſtitiam, nec ſimile quicquam. Non omnes quidem ita examinantur ut Jobus, id eſt, eadem ſeveritate qua Jobus fuit examinatus. Sed, ut ut ſit, ſubeundum nobis eſt examen, aut vanæ fuerint noſtræ ſpeculationes. Si Deus nunquam nos citet, ſi nunquam ſentiamus fructum noſtrorum peccatorum, ſi mortis æternæ horrore nunquam afficiamur, ſi nunquam ita perturbemur quaſi à ſalute & omni ſpe dejecti eſſemus: nunquam etiam de Deo diſſeremus vere, nempe ex animo. Nam iſti loquaculi, qui de Deo ut de re lu-

Pſal. 119. 3 quidem ita loquitur in Pſal. 119. ſed Jobus tamen præ illo in abyſſum demerſus erat, ſicuti videmus. Etſi corporis tantum mala reſpiciamus, quibus ſic affectus erat ut horrori ac deteſtationi eſſet intuentibus, hoc non leve quiddam ducemus. Sed quod hic eſt præcipuum, ut jam diximus, eſt apprehenſio illa judicii divini, dum cogitaret Jobus, Deum ſe perſequi, nullam in eo ſibi reperire gratiam, ſed contra nova quotidie mala ſibi ab illo immitti, adeo ut vel in mortis & damnationis gurgite eſſe demerſus. Jobo itaque ita duriter habito, ne miremur, ſi minus ſibi moderetur in iſtis tentationibus. Oportuit enim ut Deus perficeret in
2 Cor 12. verſ. 9. illo ſuam virtutem per infirmitatem humanam. Nos vero iſtud ad uſum noſtrum accommodemus. Et primo quidem, ſi Deus nos afflictionum gravitate quaſi abſorbeat, ne propterea deſperemus, ut plenius etiam mox explicabitur, ſed reſiſtamus, ſcientes Deum reſervare nobis ac repoſitam habere ſuam miſericordiam in tempus opportunum. Quod ſi diutius voto langueſcimus, noverimus, Deum ſinere, ut matureſcat malum, quo melius illud ſanet. Apoſtema, quod puris infectione totius corporis ſanitatem vitiare poteſt, medicus tamen aut chirurgus peritus non ſtatim aperit. Quare? Illud enim inflammaret, nondum ad maturitatem perductum. Sed prius mollit & ad maturitatem perducit, poſtea ſcalpro aperit. Sic nobiſcum agit Deus. Videt enim in nobis fœdiſſima apoſtemata, quæ niſi ſtatim perſanet, ne miremur: oportet enim prius illa matureſcere: tum Deus manum & accommodata remedia adhibebit. Noverimus itaque Deum intelligere, quid expediat: proinde patienter exſpectemus: quod ſi præcipiti immoderatione abripiamur, dum affligimur, quid excuſationis obtendemus? Quum videamus Jobum, in gurgitem infernalem dejectum, nihilomiuus ſe coram Deo humiliare: quamvis tam acerba & extrema paſſum, tamen ſeſe continuiſſe ſibique frenum injeciſſe: an non pluſquam inexcuſabiles fuerimus, ſi in noſtris malis iraſcamur? Hæc igitur obſervemus, & ad ſe quiſque attendat. Quum cernimus, talem Dei ſervum extrema afflictione fuiſſe affectum, tanto moderatius noſtra mala ferre debemus, ac non Deo iraſci, ut ſolemus. Hæc ſunt ex hoc loco diſcenda. Jobus autem ait, *Etſi à Deo necaretur, ſe nihilominus in eum ſperaturum: attamen ſuas vias caſtigaturum coram Deo.* Verum eſt, vocem *lo*, quam interpretamur *in eum*, ſumi poſſe pro *non*, quod etiam propriè ſignificat: ſed interdum eſt relativum, commutatis literis: quod in uſu frequenti eſt apud Hebræos. Verum utrovis modo accipias, ſenſus ſemper idem eſt. Nam ſi legatur Non, interrogative pronunciabitur: Etiamſi me occidat, non ſperabo? Certe ſperabo. Sin legamus, In eum ſperabo, videmus nihil in ſenſu mutari. In ſumma igitur ſignificat Jobus, quamvis proſtratum & ſuorum dolorum acerbitate quaſi efferatum, non tamen ſe ſpem omnem abjeciſſe: non repugnantia apparet, natura enim appetimus eſſe, ac proinde mortem fugimus, horremuſque ut naturæ noſtræ contrariam: hinc terretur homo. Verum ex altera parte conſideramus nos quaſi in carcere & ergaſtulo concluſos: & dum hoc corpore circumcingimur, captivi ſumus peccati: ideo cogimur gemere, & ita aſpirare ad illam æternitatem nobis promiſſam ex hoc mundo evocatis; (nam morte eo accedimus: mors enim eſt ingreſſus in vitam) ut qui ſciamus quum Jeſus Chriſtus pro nobis ſit mortuus, nobis non eſſe metuendum, ne quam virtutem mors in nos obtineat: eſſe potius inſtar obtuſi aut fracti mucronis, qui vulnus infligere non poteſt: & quamvis aliquam interdum quaſi venæ ſectionem patiamur, hoc fieri ut infirmitatibus noſtris levemur. Iſtæ affectiones videntur, & ſunt certe contrariæ: ſed Deus optime illas componit, ut quod ex naturæ noſtræ ſenſu concepimus, cedat fidei victrici & dominæ. Idem Jobus hoc loco innuit. Nam fideles apud ſe conſtitutum habent ratumque ac fixum, ſperandum eſſe in Deum, ſperandamque vitam æternam, quicquid accidat. Hoc autem facere nequeunt, niſi dum illum pro patre ſuo amplectuntur, ad eumque confugiunt. En, Deus ſe ad extremum uſque mihi patrem oſtendit, deditque ut libere ad ſe accederem. Oportet ergo ut illum invocem, in illum recumbam, nec dubitem, quin mihi ſemper futurus ſit propitius. At vero me affligit, eumque precatus non ſentiam an me exaudiverit, nec ne. Hæc quidem cogitatio dura eſt & admodum moleſta: ſed oportet tamen ut Deum meum exſpectem placide & cum ſilentio, eique hunc honorem deferam, eſſe mihi in ipſius promiſſionibus acquieſcendum. Iſtud igitur habent fideles apud ſe conſtitutum. Sed & ex altera parte ſeipſos debent cognoſcere: ſuas autem infirmitates nequeunt probe cognitas habere, quin ſimul conquerantur ac dicant, Quî fit iſtuc? An non hæc ſunt inter ſe contraria, Deum cum ſilentio exſpectare, & Diſputare ac conqueri? Id contrarium eſt fidei. Certe prima fronte videtur contrarium: ſed Deus bene iſta pacat & componit: quoniam poſt aliquos æſtus, qui nos huc illuc jactarint, fides nobis ſilentium imponit, ut tandem ſic concludamus, Ut ut ſit, nunquam Dei nos bonitas deſeret: illum ſemper ſentiemus propitium, quamvis primo talis non appareat. Hæc ſunt ex hoc loco ſummatim annotanda. Jam videmus quorſum Jobus ſpectarit, quum ait, Etiamſi Deus me occideret, ſperarem tamen in ipſum: diſputabo tamen cum Deo, & vias meas redarguam. Nam verbum Arguere, quo utitur, ſignificat etiam Diſputare & litigare. Itaque obteſtatur, ſe non eum eſſe, quem putarunt qui ante loquuti ſunt. Exiſtimarunt enim ipſum eſſe deſperatum & reprobum, ac proinde non verentem Deum offendere. Teſtatur non ita eſſe: ſe quippe ſemper retinere ſpem in Deum. Quum autem ſperet in Deum, eſt quod ei ſeſe ſubmittat. Nam

ſperare

Digitized by Google

Coloſſ. 3. verſ. 15. quitur Paulus, palmam referat, id eſt, ſuperior ſit in noſtris animis. Pacem Dei nominans, eique victoriam tribuens, indicat nos quidem turbinibus ac tempeſtatibus exagitandos eſſe, ſed iſtis omnibus remedium non deeſſe. Neceſſe eſt enim, ut iſta Dei pax tandem ipſius tutelam ſuſcepti, nunquam ei eripiamur: & quicquid adverſus nos moliatur Satan, ipſe ita nobis præſto ſit, ut ſemper inſultus hoſtis noſtri capitalis repellere valeamus. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum etiam populis, &c.

CONCIO QUINQUAGESIMA PRIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XIII.

16. Etiam ipſe mihi erit ſaluti: & hypocrita non veniet in conſpectum ejus.
17. Audite ſermones meos, & enunciationem meam auribus veſtris percipite.
18. Quum diſpoſuero judicium, novi me fore juſtum.
19. Quis eſt, qui contendat mecum? Si nunc ſilerem, exſpirarem.
20. Tantummodo duo ne facias contra me: tunc à facie tua non abſcondam me.
21. Manum tuam procul amove à me: & terror tuus ne perturbet me.
22. Et voca, ego autem reſpondebo: aut loquar, tu vero mihi reſponde.

SUpra audivimus Jobum obteſtantem, ut à Deo enecaretur, ſe tamen in eum ſperaturum. Quibus indicabat, ut diximus, ſe non communi nec vulgari divini judicii apprehenſione fuiſſe affectum, ſed longe altiore ac ſublimiore: prout etiam duplicem juſtitiam Dei agnoſcebat. Jam eandem ſententiam confirmat, quum ſubjicit, *Deum ſibi ſaluti fore: hypocritam enim non venturum in ejus conſpectum:* quaſi diceret, Scio quomodo me Deo ſiſtam, atque ita confido, me ab ipſo ſervatum iri, poſtquam me extremis malis afflixerit. Sed quid eſt cur Jobus ſalutem ſperet? Quia audet ad Deum accedere. Verum eſt, hypocritas etiam appropinquare Deo: ut eſt in
Eſa. 58. verſ. 2. 58. cap. Eſaïæ, Hic populus me de die in diem quærit, mihique appropinquat, quaſi ſcire vias meas vellet. Videmus ſuperſtitioſos, qui nullo ſtudio & zelo tanguntur, tamen ſeſe multum movere & fatigare, ut prorſus inflammati Dei quærendi ſtudio videantur. Verum nihil quam tergiverſantur, nec recta ad illum contendere nituntur: ſed vellent defungi apud Deum, ita ut ei ſeſe non ſiſterent. Verbi cauſa: cernere eſt hypocritas circa multas devotiones occupatos, & hoc atque illud agere. Sed cui bono? Papiſtæ dum ter quotidie interſunt miſſæ, dum multa demurmurant, dum ſe aqua luſtrali aſpergunt, dum per altaria diſcurrunt, profecto putant, ſe hac ratione cultum Deo exhibere: ſed tamen Deum procul à ſe ſummovent, ab eoque ipſi longe aberrant. Propterea Propheta
Jerem. 7. verſ. 11. Jeremias tot pompas & cerimonias humanas comparat ſpeluncæ latronum. Quemadmodum latro quærit latibula, ne ſcelere ſuo detecto ipſe deprehendatur: ita quoque hypocritæ multos colores obtendunt, & ſubterfugia quærunt in his & illis rebus, & in toto illo ſuo divino ſervitio, quod vocant. Nimirum ne quid ultra Deus ab ipſis exigat, ſed ejuſmodi larvis ſit contentus. Sic igitur hypocritæ ſimulant ſe ad Deum accedere: ſed non vere accedunt. Nec etiam tunc ad Deum vere accedunt, quum ſuperbia & arrogantia inflati, elato capite incedunt, & multas obteſtationes faciunt, in Deum inſultando. Sed quia ſtupidi ſunt, nec de Deo cogitant, ideo ſunt audaces. Ita hypocritæ, ubi Deo ceu puerulo illuſerunt, ſe Angelica & perfecta juſtitia præditos exiſtimant, & Deum, ſi quid ultra exigat, importunum eſſe: adeoque ei non eſſe obſtrictos, ut ille potius aliquid ipſis debeat. Sic igitur hypocritæ ignem flammamque vomunt, ut in Deum facere impetum videantur. Nempe, quia de Deo non ſerio cogitant, nec vivide ipſorum conſcientiæ tanguntur. Breviter, nemo unquam ex animo nec ſincere ad Deum accedet, niſi eum honoret, honorans timeat, & timens ei confidat. Hæc omnia, inquam, oportet fixa eſſe in animo ejus, qui ad Deum accedat, & familiaritatem ejus quærat. Primum eſt, inquam, ut Deus honoretur: nempe, ut ejus Majeſtatem cognoſcamus, cui nos ſubjiciamus & omnem honorem deferamus. Donec illam Dei Majeſtatem ſupra nos eminentem conceperimus, nunquam ſponte ad Deum accedemus. Sed timor conjungi debet: ut, ei omni eminentia & dominatione delata, illum colamus ejuſque mandata obſervare ſtudeamus. Sed nec

[illegible]
audiant ſuas rationes, & ſententiam à Deo pronunciandam, patienter exſpectent. Hæc verborum Jobi ſumma: nempe ſignificat ſe abſolutum iri, modo locum & poteſtatem ſuæ cauſæ diſceptandæ obtineat. Unde vero iſtud pendet? Meminerimus duplicis illius juſtitiæ Dei, ſupra expoſitæ. Deus judicat interdum homines ex ſua Lege. Illic enim nobis claram juſtitiam tradidit. Sic enim nobiſcum Deus quaſi paci-
Lev. 18:5. ſcitur, Ecce, volo ut ex hac norma vivatur: qui iſta
Deut. 27. non præſtiterit maledictus erit: qui vero fecerit, vi-
verſ. 26. vet. Dum ergo Dominus ita nobis ſuam voluntatem aperit, tradit nobis juſtitiam claram & manifeſtam. Ex qua ſi nos judicet, ad ſingula mandata excutienda eſt vita noſtra: ut ſic apud nos cogitemus, Age, qua in re peccaſti? Deus hoc à te exigit: an id impleſti? Nequaquam. Hic igitur teneris reus. Sic, inquam, ex Lege condemnabimur. Quemadmodum è contrario, ſi nobis impletæ Dei Legis conſcii ſimus, (quod eſt impoſſibile, ſed per conceſſionem loquor,) ſi vita noſtra Legi plane conformis fuerit: ex juſtitia nota & clara juſtificabimur. Sed interea Jobus ſupra aſſeruit, quandam eſſe Dei juſtitiam longe ſublimiorem, ex qua Angelos ipſos condemnare poſſit. Quid ita? Licet enim Deus approbet vitam hominis, ſi Legi prorſus conſentanea fuerit: non propterea quicquam nobis debet, nec deſinimus ei majora etiam debere, nec propterea quoque nos liberare tenetur. Nam ſi comparemus perfectionem Dei cum perfectiſſima perfectione creaturæ, vel ipſa Solis clariſſima lux obſcurabitur: id eſt, nihil coram illa Dei perfectione conſiſtere poterit. Itaque obſervemus, ſi nos Deus judicet ex ſublimiore juſtitia, quam ſit legalis, tunc, etiamſi ab omni vitio puri eſſemus, ne ſic quidem nos poſſe juſtificari. Redeamus ad verba Jobi. Si licebit mihi, inquit, meam cauſam defendere, meaſque rationes ordine digerere, ſcio, me tunc juſtificatum iri. Diximus autem iſtud eſſe impoſſibile. Non enim alia probatione opus eſt, ut oſtendatur, omnes homines eſſe maledictos & da-
Deut. 27. mnatos, quam quod dixerit Deus, Execrabilis quiſ-
verſ. 16. quis hæc omnia non præſtiterit. Paulus, quum vult
Gal. 3:10. probare nullum ex operibus Legis juſtificari poſſe, ſed nos omnes reos eſſe coram Deo, & oportere omnium ora occludi, illam ſententiam profert. An vero inde conſequitur, nos omnes eſſe damnatos? Oportet ut videamus an Legem Dei impleamus, necne. Paulus autem præſupponit neminem eſſe qui perfecte officio ſuo fungatur, noſque omnes hinc abeſſe longiſſime. Quid ergo Jobus indicat his verbis, ſe juſtificatum iri, ſi ad cauſam ſuam defendendam admittatur apud Deum? quaſi nullius peccati poſſet argui, ne à Deo quidem. Atqui ſcimus, eum, ut qui ſit homo mortalis, involutum eſſe multis vitiis & infirmitatibus. Quomodo igitur ſe abſolvendum intelligit? Primo meminerimus quod ſupra fuit explica-

Deum in affligendo Jobo non ſtatuiſſe illum propter peccata plectere. Propterea Jobus ait, ſi liceret ipſi ſuam cauſam explicare, fore ut juſtus pronunciaretur, etiam ſecundum Dei intentionem: id eſt, quod ad præſentem afflictionem attinet, in ſe reperiri non poſſe iniquitatem hac quidem in parte: ſed contra fore ut Deus ſe ut unum ex fidelibus ſuis ſervis approbet. Jobus autem ſic loquens, non rejicit peccatorum remiſſionem, qua omnis juſtitia noſtra nititur. Dicimus homines juſtificari ſola fide, quia omnes per opera noſtra damnamur: & hanc damnationem & maledictionem in Dei conſpectum afferre: ac proinde neceſſario confundi nos & pudefieri oportere. Propterea nobis mutuanda eſt juſtitia Deo grata & accepta: quod fit dum Jeſus Chriſtus nos propria juſtitia ſua induit, quæ nobis coram Deo imputetur. Sic igitur ex fide juſti ſumus: nempe purgati à peccatis noſtris virtute paſſionis & mortis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Interim autem Deus nos regit ſuo Spiritu, & quem ei, ex ipſius directione, cultum exhibemus, id eſt, ſua dona quæ in nos contulit, acceptat & grata habet. Acceptat, inquam, ut ſua dona: nulla enim nobis boni guttula ineſt, quæ nobis ſuperne non ſit indita. Ut igitur Deus nobis de ſuis gratiis largitur, ita eaſdem acceptat. At quî poſſint opera noſtra Deo placere? Tunc demum ei placent, quum admixtas imperfectiones non animadvertit. Nihil enim reperietur in nobis immaculatum coram Deo: ſed maculas non reſpicit: nos enim paterna benevolentia tolerat. Sic igitur coram ipſo juſti ſumus, prout, inquam, nos gratis acceptos habet, ac non quod ejus amorem promeriti ſimus. Jobus ita ſe juſtum fore dicit, ut interea non excludat gratiam & miſericordiam Dei, qua ſuos complectitur, quum eos perfert, nec ſevere tractat, neque ad exactiſſimam rationem reddendam cogit. Intereà autem obſervemus etiam Jobum nunc, ut antea, non ſatis modeſte loqui. Quare? Ita enim conſternatus & perturbatus erat, ut neſciret quo ſe verteret. Propterea non differit niſi de occulta illa Dei juſtitia, quæ ei durior videbatur: & dicit, quia Deus ſe ſine cauſa manifeſta affligat, mirum non eſſe, ſi adeo turbetur, & quaſi deſperatione obruatur. Jobus itaque ita ſtupet attonitus, ut non cogitet quod tamen verum noverat, ſi Deus ipſum ex Lege ſua examinaret, facile ſe convictum iri peccatorum ſuorum: ſed, quum Deus ignoſcat ſuis qui in integritate ambulant, ideo miratur, ſe, qui ita ſeſe ex animo geſſerit, nihilominus ſeveram Dei manum experiri. Quod ut melius intelligamus, videamus ſequentia. Petit à Deo, ut ſibi duo quædam concedat: & tunc, inquit, non abſcondam me à facie tua: id eſt, paratus ero ad ſubeundam quamcunque infligere mihi volueris pœnam, nec amplius de tua erga me ſeveritate conqueerar: modo hæc duo à te obtineam. Unum *ut tua manus*
inquit,

Digitized by Google

patienter omnia feram, & ubique me tibi morigerum præſtabo. Videmus itaque Jobum hic modum non tenere, ut qui eſſet attonitus, atque obſtupefactus. Quare? Nam ſi ſeſe probe conſideraſſet, certe cognoviſſet in ſe cauſam non eſſe, cur confideret apud Deum conſiſtere, ſed humilitatem huc afferri oportere. Ut profecto omnes homines, huc ſeſe ſiſtentes, miſeriam & nuditatem ſuam agnoſcant neceſſe eſt, ut confuſi oculos attollere non auſint. Jobus itaque non ita loqueretur niſi præoccupatus maxima perturbatione, oblitus eſſet moderationis & humilitatis apud Deum obſervandæ. Interea vero utiliſſimam doctrinam ex hoc loco colligere licet. Et primo noverimus, quod jam diximus, nempe ſi Deus nos ſeverius, quam ex ſua Lege, tractare vellet, illum uti ſua auctoritate poſſe, ut qui ſit mundi Judex. Quicquid contra reſpondeamus, nihil nos juverit, nec ulla obmurmuratio profuerit. An non jam nobis cauſa eſt, cur humiliemur? Cæterum pauliſper attendamus, quo redigendi eſſemus, ſi Deus nos pro merito tantum tractaret. Diximus enim, Deum nobis Legem ſuam tradidiſſe, non habita ratione eorum omnium quæ ei debemus, nec ut perfectionem ſuæ juſtitiæ nobis pateſaceret: ſed habita ratione ejus quod creaturis convenit. Tantum tamen abeſt, ut vita noſtra, ad ipſius Legem examinata, probanda ſit, ut contra oporteat nos confundi ac pudefieri, non uno ſed infinitis modis. Noſtra enim peccata & transgreſſiones ſunt abyſſus. Quod quum ita ſit, nihil nobis reſtat niſi humiliari & gemere, noſtræque turpitudinis pudore affici. Nam quanto magis obmurmurabimus, ut dixi, tanto magis iram Dei adverſus nos provocabimus. Porro meminerimus viſitationes Dei duras eſſe ac moleſtas, quandoquidem videmus Jobum ſic abreptum ut neſciat quid agat, & mente captus videatur. Quare? Quia Deus illi terrorem incutit. Unde admonemur, Deo nos ſevere tractante, neceſſe eſſe ut in deſperationem ruamus, & confuſione abſorbeamur. Verum eſt, quum ſumus extra teli jactum, nos videri nobis ſatis robuſtos: ſed Deo nos ſerio adoriente, ſentimus quæ ſit vis ipſius, quam antea contemnebamus: & quod nobis arrogabamus, nihili eſſe experiemur, aut merum fumum eſſe ſtultamque imaginationem. Hoc cognoſcere operæ pretium eſt. Scimus enim nihil magis noſtræ ſaluti adverſari, quam iſtam arrogantiam, qua inebriati ſumus. Unde naſcitur temeritas & audacia: ut non ſolum limites noſtros tranſilire, ſed etiam ſupra nubes volare cupiamus. Hæc igitur eſt exitii noſtri cauſa: nempe ſtulta illa arrogantia, quæ nobis oculos perſtringit. Deinde impedit, quominus Deum invocemus: adeo ut quum ad illum confugere, & ſub ejus alis nos abſcondere deberemus, unuſquiſque potius oberret, & de ſe magnifice mirificeque ſentiat. Ita præcipuo ſalutis noſtræ inſtrumento deficimur: nempe, quod, ubi Deum precibus, præſertim in *abſcondam me*: obſervemus, noſtrum non eſſe adjurare Deum, ne nos puniat prius, quam nos peccatorum noſtrorum ſenſu affecerit. Quare? Sic enim nimis audacter attentaretur ejus juriſdictio. Num nocens imponit legem ſuo judici? Terrenus quidem judex poſſit modum excedere: (reus enim nimis crudeliter tractari poterit:) ſed Deus erga nos talis eſſe non poteſt: nam ſi nos plectat, nos ſimul tolerat: ut ut ſit, nunquam modum excedit. Verum quidem eſt, nos non animadvertere cauſas operum & actionum ipſius, nec, qua trutina & ſtatera utatur, non cernimus: putamus potius illum omnia ſubvertere: adorandus tamen eſt in ipſius judiciis occultis. Et agnoſcamus, quæ abſurda & à ratione aliena nobis videntur, ea conjuncta eſſe cum ſumma æquitate & juſtitia, quum ab ipſo procedunt: & id tandem nobis patefactum iri. Non eſt igitur quod adeo ſimus arrogantes, ut Deum noſtræ libidini ſubjicere velimus, ab eoque petere, ut ſic aut ſic faciat: ſed contenti ſimus bona ipſius voluntate, precantes ut nos patientia muniat, & morigeros reddat, quoad nobis patefecerit ſibi juſtam fuiſſe cauſam hoc vel illud agendi. Verum eſt nos à Deo poſſe petere, ut antequam nos puniat, in cauſam noſtram inquirat. Quare? Nempe ut ipſi judices noſtri ſimus. Quid enim nobis profuerit, ſi Deus nos extremis pœnis afficiat, & interim obſtinati perſiſtamus in malis noſtris, aut de eis præ ſtupore non cogitemus? Hoc tanto majori condemnationi nobis cedet. Deo nos cædente non incurvabimus tergum? Minus etiam inflectetur cor, adeo ut incudi ictibus reſiſtenti ſit ſimile? Itaque Dei caſtigationes nunquam nobis proderunt ad ſalutem, niſi nosipſos priores judicemus & condemnemus. Qui autem iſtud fiat, niſi prius peccata noſtra cognoverimus? Nam qui dicunt, Scio me miſerum eſſe peccatorem, & meritum eſſe pœnas quas perfero: & interim non in ſe deſcendunt, quo ſua peccata ſentiant: illi nihil aliud ſunt quam hypocritæ, dum inquiunt, Meritus ſum hanc caſtigationem, quamvis cauſam ignorem. Verum eſt oportere ut nos condemnemus etiam in iis peccatis quæ nobis ſunt incognita: ſed tamen hinc eſt inchoandum, ut conſcientiam noſtram examinemus, & in ea id quæramus, cujus ſatis convincimur. Alioquin fieri nunquam poteſt, ut homo coram Deo humilietur, ſeque vere ac ſincere condemnet. Itaque in hunc finem poſſumus petere à Deo, ut, antequam nos plectat, de cauſa noſtra nobiſcum diſceptet: id eſt, ut nobis velit patefacere noſtra peccata, quo intelligamus quæ ſit noſtra condemnatio, & prius in nobisipſis dejiciamur. Ita licet nobis Deum precari, ac non dum attoniti ſumus, ut Jobus, & ab afflictione tranſverſi agimur. Quamvis autem nobis liceat tale quid à Deo petere, nempe ut nos admittat ad cauſæ noſtræ diſceptationem: tamen non eſt quod petamus, ut manum ſuam amoveat. Deus enim utrumque ſimul facere poterit, id eſt, in noſtram

Digitized by Google

potius hæc habere cognita, quo illorum ſenſu prorſus abjecti confugiamus ad bonitatẽ illam Dei: & tota vita noſtra à nobiſipſis condemnata, nihilominus recumbamus in illam miſericordiam, qua miſeros peccatores ſibi in vitiis diſplicentes, eaque condemnantes, unamque Dei clementiam implorantes, ſe complexurum pollicitus eſt. Sic ad uſum noſtrum adhibenda eſt hæc petitio. Sed difficilis eſt iſta praxis: ac proinde nervi eo intendendi. Nam ob iſtam difficultatem non debemus animos deſpondere: ſed tanto magis ſollicitari, ut ad Deum confugiamus, precantes ut ita nos verbi ſui doctrina tangat, quo tales ei preces offeramus, quarum fructum percipiamus. Quotidie noſtrorum peccatorũ admonemur, & tamen pauci ſunt qui de illis ſerio cogitent. Deus itaque tantam noſtram ignaviam & tarditatẽ cernens, quæ ipſius verbo expergefieri nequeat, attollit manum ut nos caſtiget. Et quia levi aliqua afflictione non multũ movemur, Deus ingeminat ictus, nos gravius affligit, in anguſtias redigit, ſeſe à nobis avertit, ut ejus Spiritum quaſi extinctum nec amplius nos regentem ſentire nobis videamur, & deſperatis ac perditis ſimiles dicamus, Heu! quid hoc ſibi vult? Tunc ita percellimur, ut à Deo aliquam relaxationem nobis dari cupiamus: qua non conceſſa, adeo confuſi & perturbati hæremus ut deſperemus. Licet quidẽ nobis à Deo petere ut ſuam manum ſummoveat, talemque nobis det veniam: Heu! Domine, vides me eſſe miſeram creaturam: nunc ſentio graviores viribus meis caſtigationes: equidem digniſſimus ſum hac pœna, & longe etiam graviore: verũ tanta eſt imbecillitas mea, ut jam me imis inferis demerſum putem: heu! Domine, velis ergo aliquantulum mitigare tuum rigorem, dum reſpirem, meliuſque de me in poſterum cogitem, quam hactenus cogitarim: tali relaxatione impetrata, veniã ad te & plagæ meæ lenientur. hæc enim eſt vera ex ferulis tuis proficiendi ratio, ne ſub tua manu contumax permaneam. En bonum quod percipimus, Deo nos ad ſe accedere permittente. Sed & iſti petitioni adjungenda eſt hæc conditio, Verũ eſt, Domine, me neceſſitate impulſum hæc à te petere, vides me viribus defici, & niſi malum meum præveneris, neceſſe fuerit me in extremam æternamque confuſionem delabi. Tamen, Domine, me totum tibi committo: cognoſcis enim, quid mihi utile ſit & expediat: potes extremis malis meis remedium adhibere, quum infinitis modis queas tuos vel ex ipſa morte eripere. Hac igitur conditione à nobis adjecta, ejuſmodi petitio grata eſt Deo, eamque admittit. Hæc ſunt nobis hoc loco obſervanda. Ne autem exiſtimemus Jobum adeo fuiſſe arrogantem, ut ſe perfectum & inculpatum putaret, adeo ut paratus eſſet cauſam ſuam contra Deum litigando aſſerere. Ne putemus, inquam, eo dementiæ Jobum prolapſum eſſe. Quid igitur? Temere loquutus eſt, ut facere ſolemus, dominantibus in nobis perturbationibus. Oculos adeo perſtrictos habemus ut nihil diſcernamus. Exempli gratia: Si quis ita conſternetur ut ſeſe vero hoc noſtro impetu proficiamus? Num illo duriores ſumus? num cogemus eum ut vel cedat vel frangatur? Heu! nos potius contundi & rumpi neceſſe fuerit, quum tanto furore in eum inſultabimus. Quin etjam nos flatu ſuo evertet: ſi ſpiret tantum, inquit Scriptura, ſtatim perdemur & ad nihilum redigemur. Noverimus igitur, noſtras perturbationes reprimendas eſſe & frenandas, & quaſi catenis coërcendas, id eſt, totis viribus rabiem illam eſſe compeſcendam. Alioqui enim quid futurum eſt? Videmus quid contigerit Jobo, ſancto illi viro, patientiæ ſpeculo, quique perpetuo retinuit ſtudium obedientiæ erga Deum: & tamen cernere eſt tantam violentiam admixtam, ut huc & illuc irruat inſcius. Tanto igitur ardentius Deum invocare debemus ut noſtras perturbationes, præſertim quum eas præ violentia compeſcere non poſſumus, ſic reprimat ne in ipſum inſurgant. Cæterũ ſi aliquando modum exceſſimus, & limites noſtros tranſiliendo non auſcultavimus Deo: ne ideo animum deſpondeamus: nam remedium præſto eſt, ſi Deum precemur ut nos in viam reducat. Et ignem extinctum accendamus denuo: id eſt, quum videmus bonam conſcientiam quaſi ſopitam & ſepultam eſſe, ut ne tenuiſſima quidem lucis ſcintilla nobis affulgere videatur, undique confuſione circumcinctis: tum nihilominus conemur ad moderationem reverti, ut dicamus, Quo redactus es, miſer? vides te quaſi laxis habenis, quo libido te impulit, abreptum etiam contra ipſum Deum: vides in tuis ſermonibus nihil eſſe ſani nec ſobrii. Oportet ergo ut te cohibeas, moderans tuas iſtas nimis vehementes & immodicas perturbationes. Sic igitur ad æquanimitatem redire decet, quũ ita conſternati ſumus ut neſciamus, quid agamus & dicamus. Hic noverimus maxima nobis opus eſſe cautione, ne ita temere loquamur, ut loquentem Jobum audimus. Diſcamus igitur ita moderari affectus noſtros, ut hoc unũ à Deo petamus, velit nobis talem ſuæ bonitatis & miſericordiæ guſtũ præbere, ut etſi videamur in confuſione hærere, nihilominus lætitiã ex ipſius bonitate percipiamus, quo vel in mediis afflictionibus ſancte gloriemur atq; exultemus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut ea det à nobis melius ſentiri, & omnes creaturæ diſcant ſeſe ei humiliter ſubdere. Et quum ante ipſius tribunal ſtabimus, priores noſipſos condemnemus, quo ab illo abſolvamur, & recipiamur ab ejus miſericordia, quam in Domino Jeſu Chriſto nobis declaravit. Atque interea dum nos affligit, ita ſuarum plagarum rigorem leniat, ut in bonum noſtrum caſtigationem cedere intelligamus: & ita tanto magis incitemur, ut ad ipſum revertamur, quo magis ac magis in ejus bonitate confirmemur, quoad pervenerimus ad beatum illum perpetuæ quietis locum, ubi plene ipſius gratiis fruemur, quas hodie ſpe tantum poſſidemus. Hoc autem non nobis ſolum largiatur, verum etiam populis, & nationibus terræ, &c.

CON-

Digitized by Google

vis juſtiſſimus. Hoc item verum eſt, quamvis ex communi Legis regula rei non ſimus, nihilominus Deum fore & cognitum iri juſtum, ut nihil niſi ignominiam ex noſtra diſceptatione referamus. Quod pendet ab eo quod heri tractavimus: nempe, Deo eſſe juſtitiam quandam nobis occultam ultra eam, quam nobis in Lege ſua patefecit. Nam ſi ipſi Angeli ex illa juſtitia æſtimentur, nullus erit qui non condemnetur: ut nullæ, quantumvis puræ, creaturæ queant illi ſatisfacere. Quod hic rurſum perſequitur Jobus. Ait enim, *Declara mihi mea delicta & iniquitates meas, ut ſciam quot ſint mea peccata & mea tranſgreſſiones.* Verum eſt, Jobum hic confiteri, quum manu Dei affligatur, oportere ut ſeſe humiliet: ſed tamen impatienter fert ſe à Deo affligi non patefacta ſibi cauſa. Hic autem peccavit. Nam ſi Deus faciat ut peccata noſtra ſentiamus, ita ut clare videamus nos ob hoc vel illud peccatum caſtigari, certe magnum eſt beneficium & privilegium, modo noſipſos condemnemus, ut ab eo veniam precemur. Sed nobis induratis quid proderit ſi peccata noſtra cognoſcamus? Quod ſi Deus ita nos conſtrictos tenet, dum ab ipſo affligimur, ut ictus quidem graves ſentiamus, ſed ignoremus quo ipſe ſpectet, neque cur nos ſic affligat: non oportet tamen ut obmurmuremus, ſed debemus caput demittere, dicentes, Domine, exſpectabo dum finem iſtarum afflictionum mihi declares. Poſſumus quidem optare, ut Deus nobis, quid velit, indicet, ut cognita ejus voluntate proficiamus: licebit, inquam, ita precari. Sed interim iſta modeſtia retinenda eſt, ut taceamus donec plenius aperuerit quod non ſatis eſt nobis cognitum. Quo autem ex hac doctrina utilitatem percipiamus, primum notemus, Jobum ſenſiſſe ſe à Deo affligi. Deinde perſuaſum fuiſſe, ſe contra Deum litigando nihil perfecturum: ſic tamen ut etiam cognoſceret, ſe non ordinario modo affligi, quo ſolet in homines animadvertere. Cognoſcit ergo, ſe non conſueta & communi caſtigatione affici, ſed Deum ex occulta juſtitia ſecum agere. Jobus iſtud quidem intellexit: ſed debuit patienter ſe gerere. In illa igitur agnitione non peccavit. Nam res eſt non parvi facienda, quum non ſolum agnoſcimus manum Dei nos percutientis, ictuſque ſentimus: ſed cognoſcimus etiam unde procedant. Hoc certe bonum eſt & utile. Deinde juvat quoque, ut cognoſcamus, Deum ſemper juſtum fore, & fruſtra nos adverſus illum murmurare, quum oporteat nos condemnari. An non utile eſt iſtud notum & probe meditatum habere? Inde quoque humiliabimur, & ora claudemus, & elatos ſpiritus coërcebimus, ne in Deum inſurgant. Noverimus etiam penes illum eſſe judicia ſecreta, quæ percipere non poſſumus: quo magis retineamur in ſubjectione, ut audaciam cum Deo litigandi fugiamus. Hæc quidem ſunt utilia. Sed interim debent homines ſe continere, dum ſentiunt ſe à Deo puniri, nec cauſam tenent. Oportet, inquam, ut pacatis animis exſpectent dum ipſis Deus retegat indeſinenter & magis magiſque cruciatur, nec exitum ullum malorum ſuorum proſpicit, ſed quaſi abyſſo ſe abſorptum videt: heu! mirandum non eſt ſi minus ſibi in loquendo temperet. Idem Jobo contigit. Itaque diſcamus Deum precari, ut quum huc nos adducere voluerit, non permittat nos deficere: & quum ſeſe infirmitas noſtra proferet, & malæ cogitationes nobis obrepent, ad ſe nos colligat, & eo nos reducat, ut ipſi gloriam demus in ſuis judiciis captui noſtro incomprehenſis. Hæc primum obſervanda ſunt hoc loco. Aliquis autē quærat, cur Jobus non contentus voce peccati (dum ait, Oſtende mihi numerum peccatorum meorum) adjiciat iniquitates, tranſgreſſiones, delicta: quorſum tot vocabula? Perinde eſt ac ſi diceret, Quum me Deus penitus perſpexerit & examinarit, non inveniet cur me adeo ſevere tractare debeat. Non quod, ut jam diximus, Jobus ſe juſtū exiſtimaret: ſed loquitur ex ſenſu confuſo, reſpiciens duntaxat quod ipſi exprobrarant amici ſui, nempe quod à Deo ut maximus peccator puniretur. In hoc autem juſtam cauſam habet ſui defendendi: ſed interim non omnia ut decet conſiderat. Jobus in ſumma declarat, Deum, quum omnia peccata ipſius excuſſerit, non reperturum in eis cauſam cur ipſum ſic affligat. Sunt qui hic diſtinguunt inter peccatum voluntariū & peccatum ignorantiæ: inter illud quod committitur in Deū, & illud quod committitur omiſſione, quam vocant. Verum hæc parū firma ſunt. Jobus potius, ut dixi, voluit rem ſpeciatim exprimere. Quod ut melius intelligamus, obſervemus, Deum, de ſua Lege & mandatis loquentem, interdum uti pluribus vocabulis, ut quum Ordinationes, Statuta, Decreta & Juſtitias, &c. vocat: ſunt enim ſeptem vel octo voces quæ idem ſignificant. Quid ita? Primum vult docere, niſi rectam viam teneamus, non poſſe à nobis ignorantiam prætexi. Quare? Nam pleniſſime nos inſtruit ut vivere debeamus. Ergo qui aberrant, negligentia peccant. Quamobrem? Si enim ſedulo Dei verbum meditemur, nunquam errare poterimus. Huc igitur primum ſpectat illa vocum diverſitas, quum nominat Statuta, Ordinationes, Cuſtodias, Edicta, Decreta, Teſtimonia, Juſtitias; ut intelligamus, Deum ita nobis cuſtodiendis invigilare, ut nunquam labi aut aberrare, ipſum ſequentes, poſſimus. Itaque quum peccabimus, tanto minus excuſabiles erimus. Deus enim cancellis nos retinere conatur, nobis rectam certamq; viam ſternit, limites circumſcribit, ac nos ipſe ducit ne ullam in partem deflectamus: & doctrinæ adjungit admonitiones: illaque omnia ad uſum noſtrum confirmat. Ergo ſi contra nos geramus, malitiam affectatam, imo furorem noſtrum prodimus. Sic igitur tollitur hominibus omnis excuſatio, quando Deus declarat ſe non uno verbo quod juſtum eſt imperaſſe: ſed illud confirmandi cauſa dediſſe Ordinationes, Statuta, Cuſtodias, nempe quo homines convincantur nimis fœdæ contumaciæ, ubi illa omnia tranſgreſſi fuerint. Nunc autem è contrario, quum ita nominantur

Digitized by Google

quitates & tranſgreſſiones. Ex his ergo intelligimus cauſam iſtius vocum diverſitatis. Jam autem Jobus ex adverſo loquitur: ac ſi diceret, Verum eſt homines multa peccare poſſe: verum eſt eos coram Deo, ſupra quam dici poſſit, reos eſſe: ſed tamen, vita mea probe examinata, nulla delicta, nullæ tranſgreſſiones & iniquitates reperientur, ob quas dignus ſim quem Deus ſic tractet. Meminerimus autem quod jam dictum eſt, nempe Jobum noluiſſe ſibi perfectam juſtitiam vendicare: ſed reſpexiſſe quorſum à Deo puniretur. certum enim eſt, ut ſupra vidimus, Deum non ſpectaſſe gravitatem peccatorum ipſius, ſed patientiam ejus voluiſſe explorare iſta afflictione. Ut autem ex hac doctrina fructum capiamus, notemus primum, Deum, ſi in nos ſeveriſſime animadvertere velit, poſſe id merito facere propter unum peccatum à nobis commiſſum. Proinde nullus ſeveritatis futurus ſit finis, ſi nos ob omnia peccata noſtra plectere voluerit. Adhæc, quamvis non puniat nos habita ratione delictorum noſtrorum, eum juſtum nihilominus eſſe, & nos coram ipſo vera humilitate proſterni debere. Hæc igitur tria ſunt nobis obſervanda: primum, nihil eſſe quod reſponſemus ſi vel ob unum peccatum Deus nos plecteret quam graviſſime. Videmus quid profe-

Geneſ. 4. verſ. 13. cerit Caïnus dum ita obmurmuravit. Non poterat quidem negare factum, jam ante convictus erat: quamvis diceret, An ſum ego cuſtos fratris mei? Sed quum videt iniquitatem ſuam eſſe penitus manifeſtam, ſtomachatur, ringitur, & grunniens inquit, Pœna mea major eſt quam ut feram. Ecce ejicis me à facie terræ, & à facie tua abſcondar, & ero vagans & profugus in terra: omnis qui invenerit me, occidet me. Ita Caïnus adverſus Deum murmurat, quod ſua pœna ſit juſto major. Sed, ut diximus, num propterea ſublevatur? Minime: ſed contra eo magis ejus iniquitas creſcit. Caveamus ergo ne Deo ſuccenſeamus, etſi unius duntaxat peccati nobis eſſemus conſcii. Noſtrum enim non eſt, quid mereantur peccata noſtra, ſtatuere: Deus ſolus idoneus eſt hujuſce rei judex. Oportet igitur ut puniamur non ex noſtra libidine & arbitrio, ſed ex ipſius judicio. Hoc primo notandum eſt. Secundo obſervemus, ut peccata noſtra innumera ſunt, ita mirum videri non debere ſi Deus nos varie perſequatur, & ictus ingeminet, ut magis magiſque malis immergamur, & ſub pondere fatiſcamus. Quare? nam delicta noſtra ſunt infinita. Hæc altera eſt obſervatio. Tertio notemus, Deum aliquando etiam tum nos afflicturum, ut nos ſecretis judiciis exerceat, quum ſtuduerimus eum ſincera mente colere, & fideliter cum proximis agere, purique fuerimus à fraude, malitia, & violentia. Quando igitur ita Deum pure coluerimus & invocaverimus, & cum proximis innocenter converſati fuerimus: ſi tamen Deus nos affligat, nihilominus confiteri debemus illum juſtum eſſe.

tatem objectant, & ita Deum ſibi obſtringere conantur: nihil afferre poſſumus præter meram indignitatem & miſeriam noſtram. Quî ergo veniam à Dei miſericordia obtinebimus? Si dicamus, Eheu! Domine, reſpice qui ſimus: tum neceſſe erit ut noſtri miſerearis, quoniam ſumus tuæ creaturæ. Quum homo ſic reputat, Heu! corpus meum eſt mera putredo: ſi virtutem tuam auferas, Domine, eſt quod in nihilum redigar: anima vero mea quid eſt? ſpiritus eſt, qui virtute tua deſtitutus, ſtatim evaneſcit. Cæterum tanta ignorantia, totque vitiis & miſeriis ſcatet. Heu! mi Deus, quum tot miſerias in me videas, an non tuæ miſericordiæ exercendæ ampliſſimum cernis argumentum? Videmus igitur, ut gratiam obtineamus, eſſe quod imitemur quidem Jobum, ſed alio tamen affectu, quam ſeſe hic geſſerit. Jobus enim impellebatur nimia vehementia, quia moleſte ferebat ſe ita Dei manu urgeri: hinc iraſcitur atque indignatur. Non ſic nobis eſt agendum: ſed miſerias noſtras ei debemus exponere, non ut conqueramur, verum ut ejus miſericordiam ad nobis ignoſcendum commoveamus. Et ſacra Scriptura referta eſt ejuſmodi ſententiis à fidelibus prolatis, Heu! Domine, quid eſt homo? David etiam dicit, Quia vita noſtra flatus eſt qui non revertitur, an ideo, Domine, noſtri non miſereberis, ut nobis adeo imbecillis & fragilibus ſubvenias? Deum autem exaudire ejuſmodi preces, liquet ex aliis teſtimoniis, Recordatus eſt, quod caro eſſem, & flatus tranſ- *Pſal. 78.*
iens & non revertens. *verſ. 39.* Deus itaque teſtificatur ſe Iſraelitis peperciſſe, nec pro meritis illos tractaſſe, quoniam vidit eos carnem eſſe, meramque corruptionem: & propterea, inquam, eos à ſe toleratos fuiſſe. Si ergo ea eſt Dei voluntas, ut nobis parcat noſtrarum miſeriarum habita ratione, profecto poſſumus, quum ejus miſericordiam imploramus, miſeriam noſtram in medium adducere. Notemus igitur licere uti hiſce Jobi verbis & petitione, modo cum humilitate precemur: Domine, reſpice quis ſim: ſum enim folio jam marcido ſimilis: me tamen prorſus perdere vis: ecquid ego ſum? Sum ut ſtipula arida, & herba reſecta, omni vigore deſtituta: heu! Domine, ſi me ultra perſequaris, quid me fiet? Si hoc pacto loquamur, Deus gratas habebit ejuſmodi querelas: non autem ſi ſuperbe ad ipſum accedamus, quaſi nobis obſtrictum & obligatum. At quum ei noſtras miſerias exponemus, ut eis ſubveniat & medeatur, tum ipſe hujuſmodi preces exaudiet. Sed interim caveamus ne diſceptemus, ut facit Jobus, Quare me reputas ut inimicum tibi? Deum autem hoc non decere Jobus innuit: Ecce, Domine, tu es omnipotens: ego vero quis ſum? nihili certe: & tamen me perſequeris, qui arbor ſum putrefacta, omnique ſucco & vigore deſtituta: viſne igitur tuam virtutem contra me experiri? iterat enim quæ ſupra dixerat. Propterea dixi cavendum eſſe ne nos à

per-

Digitized by Google

ſtræ inanis ſpecie quadam inflati, ſane oportet ut nos Deus vi quoque adhibita ad humilitatem ſubigat: nolumus ſponte nosipſos condemnare, propterea huc nos Deus cogit, dum nos pro merito affligit. An non juſta eſt hæc ratio, propter quam Deus ſe nobis hoſtem exhibeat? Deinde, ponamus illum nolle propter peccata noſtra nos affligere: ſi ſeſe nobis inimicum & adverſarium declarat, hoc ideo facit ut luctemur cum graviſſima iſta tentatione, ut neſciamus cur nos ita condemnaverit. Deus igitur vult explorare an firmi & conſtantes in ipſius cultu permanſuri ſimus. Quod ſi hoc reſpiciat, cur quæ nobis immittet, non patienter feramus? Sic igitur contineri nos oportet, ne litigemus, quamvis Deus hoſtis noſter videatur, omnique reſiſtendi virtute ſimus deſtituti. Juſta enim illi cauſa eſt cur hoc faciat, etiamſi eam ignoremus: quam tamen nobis ex parte declarat, ut exiguo illo guſtu, quem nobis præbet, contenti ſimus. Interea admonemur duabus iſtis ſimilitudinibus, quid ſimus: nempe, ut diſcamus ambulare in ſollicitudine, & cognoſcamus quam opus nobis ſit fulcro & auxilio Dei, qui nos ſua bonitate confirmet. Quid eſt homo, à Deo in ſtatu ſuo naturali relictus? Sibi quidem mirifice blanditur. Videmus enim ut homines arrogantia inebriati miram ſibi ſapientiam, virtutem, denique nihil non vendicent. Quid vero Scriptura pronunciat de homine? En folium exagitatum, en herbam flaccidam, en ſtipulam aridam: quo ſignificatur nos vigore omni carere, ac breviter, nihil eſſe præter bullam quicquid ſpecioſi in nobis cernitur. Quum igitur videamus nobis à Deo ſpecula ejuſmodi proponi, noſtram imbecillitatem contemplemur, unde humiliari & omnem arrogantiam deponere diſcamus. Quid enim aliud homines quam ſeipſos ſcientes fallunt, dum ſibi hoc vel illud arrogant? Ecce Deus occurrit, & denunciat ſe nolle ut vanis iſtiuſmodi & ſtultis opinionibus decipiamur: ideoque nobis declarat, nos non ſtabiliores eſſe herba quæ exciſa ſtatim flacceſcit, nos omni vigore gratiaque & virtute deſtitutos. Porro ſubjicit Jobus, *Quod à Deo quaſi compede teneatur conſtrictus:* item, *quod contra ſe ſcribat amaritudines, & faciat ut poſſideat hæreditario peccata ſuæ pueritiæ: me,* inquit, *compede conſtringis.* Quid ita? Dicit, Deum omnia irati ſigna contra ſe promere. Et quoniam ſententiæ plerumque feruntur ſcripto, Jobus, hunc morem reſpiciens, inquit, Deum contra ſe ſcribere amaritudines, id eſt, proferre in ipſum quanta maxima cogitare poſſit crimina. Quemadmodum judex qui reum deteſtetur, exaggerabit ejus peccata, & graviora eſſe oſtendere conabitur, quam ut ſatis ſevere puniantur. Unde conqueritur Jobus, Deum nimis ſe-

bus nominat. Propterea David quoque ait, Domine, oblivíſcere peccata juventutis meæ: nominatim autem hanc ætatem notat, ut qui ſciat ſe in ea variis modis Deum offendiſſe. Nam juvenes ſunt inconſiderati, diſſoluti, cæci, temerarii, arrogantes, incontinentes, & ſimilibus vitiis obnoxii. Hæc una cauſa eſt, cur hîc juventus nominetur. Altera eſt, quaſi Jobus diceret Deum in peccata ſua inquirere inde à ſua pueritia: & ita conqueritur de nimia ſeveritate: ac ſi Deum ſic compellaret, Domine, ſi alias peccavi, mihi dediſti ut ad bonam frugem me converterem, & te rite colerem: cur igitur accumulas peccata mea, quæ potius oblivione ſepulta eſſe oporteret? Cur illa mihi in memoriam revocas? Quum illa mihi condonaveris, an eis denuo ſum involvendus? Hoc igitur ſpectavit Jobus. His autem docemur, quum Deus ſcribet contra nos amaritudines, id eſt, ſeverum ſe noſque deteſtantem declarabit: non eſſe quod putemus conquerendo nos poſſe proficere. Nam multo plura nos meritos eſſe debemus ſemper meminiſſe. Cæterum quid cauſæ eſt cur Deus contra nos ſcribat amaritudines, nec utatur ſua lenitate, qua uti ſolet erga ſuos? Certe quod Deus nos ſuis judiciis premit, id fit, quia nobis opus eſt ejuſmodi remedio. Et ſane non uſque adeo facile eſt humiliare hominem tanta ſuperbia elatum. Deus itaque contra nos ſcribet amaritudines, quo penitus confundamur: non ideo tamen deſinet nos in gratiam recipere. Ad tempus quidem ſe abſcondet, ut à Jobo ſeſe occultavit: quemadmodum infra dicturus eſt, *Quare faciem tuam abſcondis?* Verum notemus, quum Deus ita faciem ſuam abſconderit ad tempus, ſuam benignitatem erga nos oſtenſurum tandem, nempe quum nobis expedire noverit. Differet quidem & nos languentes ſinet, ſed opportuno tempore nobis opem feret. Itaque obſervemus, Deum, contra nos amaritudines ſcribentem, huc ſpectare, ut poſtea nos liberet: quemadmodum ejus officium eſt nos vel ex ipſo ſepulcro eruere. Qui vero in condemnatione manent, illi nolunt confugere ad Dei miſericordiam, & redemtionem quam nobis acquiſivit: ideoque hinc excluduntur. Interea eſt quod maximas Deo gratias agamus, quum videmus, nos, qui digni ſumus qui ab illo condemnemur, nihilominus tamen abſolvi. Ecce, Deus nos quotidie per conciones ſollicitat, nobis declarat quales ſimus, & quæ ſint vitia noſtra & peccata: nos condemnat, & ſingulis diebus ſententias multas in nos pronunciat, quum non poſſimus librum ſacræ Scripturæ aperire, quin in ſingulis paginis aliquam condemnationem legamus. Ex altera parte, non poſſumus vitia noſtra tegere, quin Deus

Pſal. 25.

nobis

Digitized by Google

Deus enim non contentus remiſiſſe nobis peccatum ante annos viginti admiſſum, ſi quid hodie peccamus, & ad ejus miſericordiam confugimus, nos recipit propitius. Quum igitur videamus illum adeo tardum ad iram, & promtum ad miſericordiam exercendam, heu! an non ad glorificandam ejus clementiam rapi debeamus? Ita ex hujus loci lectione admoneri debemus, ut non obmurmuremus adverſus Deum, ſiquando aſperior nobis videatur: ſed eum precemur, ut ſuum rigorem leniat, quo magis incitemur, ut ad ipſum accedamus. Poſtremo adjicit Jobus, quod diximus, *quod Deus compede ipſum conſtrictum teneat, & ſuos calces* (quos pedum ſuorum radices vocat) *imprimat. Eſt*, inquit, *inſtar arboris veteraſcentis*, ſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det ea melius à nobis ſentiri, quam antea, quo in eis nobis diſpliceamus: & interim ad ipſum confugiamus, ut nos recipiat in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et quamvis digni ſimus, quibus ſe Judicem inexorabilem exhibeat, nihilominus affulgeat nobis ipſius paterna facies, qua nos ad ſe alliciat, & in ſuam bonitatem recumbere faciat. Interea autem non permittat, ut deficiamus in hujus vitæ afflictionibus, ſed det, ut ad finem uſque conſtanter pugnemus, quoad in æternam illam requiem, nobis in cœlo repoſitam, nos colligat. Hoc autem non nobis tantum gratificetur, &c.

CONCIO QUINQUAGESIMA TERTIA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XIV.

1. HOmo natus è muliere, brevis diebus, ſaturatur perturbatione.
2. Sicut flos egreditur & exciditur: & fugit velut umbra, & non conſiſtit.
3. Etiam ſuper hunc aperis oculos tuos, quo me adducas in judicium tecum?
4. Quis dabit mundum ex immundo? Ne unus quidem.

HEri vidimus, ut nobis liceat in medium adducere noſtram imbecillitatem, nempe quo Deum precantes ad miſericordiam inducamus. Et certe ſic fit, ut noſtri miſereatur, quum videat ſummam miſeriam noſtram. Sed interim, ut dicebamus, caveamus, ne ad Deum adeamus obmurmurantes, aut conquerentes, quaſi juſtam cauſam haberemus: ſed ejus tantum miſericordiæ implorandæ animo accedamus. Jobus autem non ſic prorſus ſeſe geſſit. Propterea Spiritus Sanctus hic proponit querelas Jobi, ne imitemur, quod in illo eſt condemnandum. Hoc loco ſunt ſententiæ, quæ ad bonum quidem finem tendunt, ſed modus non prorſus bonus eſt, nec approbandus. Jobus hic exponit, qualis ſit hominum conditio: *Homo*, inquit, *eſt vitæ brevis & caducæ*. Quod confirmat ſimilitudinibus, *Egreditur enim ut flos*, inquit, *exciditur, tum flaceeſcit & exareſcit, atque evaneſcit ut umbra, quæ non conſiſtit.* Videmus igitur quam brevis ſit vita humana: eſt ut flos qui ſtatim areſcit, aut inſtar umbræ quæ tranſit & præterit. Accedit quod ſit ærumnoſa, inquit, & turbis ac inquietudine plena, & in iſta brevitate indeſinenter doloribus & moleſtiis afficiamur. Et ſane nemo non videt, quam miſera ſit noſtra conditio. Itaque eſt quod aſſidue Deum precemur, ut, quum brevis ſit, & ſimul inquieta & turbis exagitata vita noſtra, ne adeo ſevere nobiſcum agat, ſed ut nos toleret ac ſublevet, ne ſupra vires opprimamur. Hoc facere nobis licet. Jobus vero ultra progreditur: in quo certe, quum modum excedat, vituperandus eſt. Scilicet, inquit, *debes oculos tuos aperire* ſuper miſellam creaturam, adeo caducam & infelicem? Et cur *mecum judicio experiri* vis & congredi? ſumne tibi comparandus? Videmus Jobum, prætextu ſuæ infirmitatis, nolle affligi à Deo: non quod hoc apud ſe conſtitutum habuerit. verum docet nos, quibus perturbationibus vexemur, & reſiſtere debeamus, ut ipſe ſuis reſtitit: ſed interea declarat, ut pravis cogitationibus fuerit exagitatus: quemadmodum apud ſe quiſque de ſe experitur. Continuo ſubjicit ſententiam, quæ tacitæ objectioni occurrat. Poſſet enim aliquis reſpondere, Deum non ſine cauſa ſic homines affligere, quod ſint peccatores. Et quid hic faciemus, inquit, nam egreſſi ſumus ex maſſa corrupta & depravata, quomodo igitur puri eſſemus? Mirum videri non debet, ſi pleni ſimus ſordibus. Nam qualis eſt origo noſtra? Videtur Jobus velle homines excuſabiles

Digitized by Google

nem & modum ipſius cupiditas reperiat. Quid vero cauſæ eſt? Certe ſi de brevitate vitæ cogitaremus, noſtræ cupiditates moderatiores eſſent, noſtriq; appetitus minus ebullirent: ſi cognoſceremus, inquam, vitam noſtram eſſe nihili. Sed ita intenti his & illis rebus mundanis ſumus, ut nihil aliud cogitemus. Atque ita videmus, hanc, quam unuſquiſque edit, confeſſionem, meram eſſe hypocriſin & mendacium, nempe vitam noſtram eſſe umbram cito evaneſcentem. Dicimus quidem quod verum eſt, ſed id non alte mentibus noſtris inſculptum, nec plane perſuaſum habemus. Non igitur ſuperflua eſt iteratio, quum Scriptura toties nos admonet, vitam noſtram nihili eſſe, celeriterque evaneſcere. Sciamus, non ſine cauſa hoc identidem nobis inculcari & in memoriam reduci: quoniam id ſtatim obliviſcimur, nec cordibus noſtris inſidet. Hoc primum obſervare debemus. Nec ſatis eſt, vitæ noſtræ brevitatem cognoſcere, ſed longius contendamus oportet. Nam mœrorem conciperemus tantum ex vitæ noſtræ brevitatis cogitatione, niſi vitam futuram ſperaremus. Proinde cum hac vita comparanda eſt vita illa cœleſtis, ad quam quotidie vocamur à Deo: atq; ita fiet ut res terrenas & corruptibiles contemnamus, nec illis affigamur aut acquieſcamus. Secundo eſt obſervandum, licere quidem nobis noſtras miſerias Deo proponere, ut ad miſericordiam ipſum flectamus. nam miſeriæ noſtræ eæ ſunt, quæ Deum ad ferendam nobis opem & noſtris neceſſitatibus proſpiciendum inducunt. Ad infirmitatem & brevitatem vitæ humanæ accedit perturbatio quæ hîc nominatur. Quo nomine Jobus comprehendit omnes turbulentos affectus quibus exagitamur, omnes concupiſcentias & immoderatas cupiditates quæ nos torquent: nam homo ſui ipſius crudeliſſimus eſt tortor, quoniam immodicis ſuis perturbationibus affligitur. Si quis enim eſt ambitioni deditus, en ignem, qui ita illum inflammat, ut ſibi videatur nunquam ſat cito ad honores conſcenſurus: ſiquis ei honorem non deferat, ſe læſum putat: ſi alius impediat quominus extollatur, invidiam concipit: breviter, ex uno pravo appetitu mille naſcuntur. His igitur duobus conjunctis, tanto magis erit cur nobis hæc vita diſpliceat. Verum eſt, ut jam attigi, hanc ſententiam non eſſe novam inter homines; (nam experientia omnes convincimur:) ſed nihilominus ſæpe nobis eſt meditanda. Non ſine cauſa Scriptura loquitur hac de re, quum ait, etſi quis octoginta & plures annos compleat, non eſſe tamen quod id tempus longum cenſeamus. Quare? Meminerimus noſtræ infantiæ. Aliquandiu in mundo viximus antequam vera vita frueremur: nam & ratione & judicio carebamus: atq; ipſi etiam juvenes, quamvis bonum & malum diſcernant, libidines ſuas tamen & effrenatas cupiditates ſequuntur, & nullam conſtan-

mus: deinde non reſpicimus quam male ſit inſtituta & compoſita vita noſtra, quando ad verum uſum ſuum non refertur. Quo diligentius meditari debemus hujuſmodi ſententias & admonitiones, nempe hominem natum ex muliere, brevis eſſe vitæ: cui brevitati adjungendæ ſunt etiam turbæ, quæ illam comitantur. Nam ponamus longam eſſe vitam noſtram, quum tamen in ea tantopere vexemur, quid eſt cur in illa nobis uſque adeo placeamus? An non potius requiem nobis in cœlo repoſitam quærere debemus? Interim etiam notandum nobis eſt unde iſtæ turbæ naſcantur: nempe ex pravis noſtris affectibus: nam ſi aliunde tantum turbaremur, & interea in nobis quieſceremus, certe juſta nobis cauſa foret conquerendi de brevitate & moleſtiis hujus vitæ. Sed quum ſuus quiſque ſit tortor, ut jam dixi, noſtræq; cupiditates ac perturbationes ſint inquietudinis iſtius ac miſeriarum cauſæ, apud quem aut contra quem conqueramur? Diſcamus ergo, omnibus conſideratis, non eſſe quod Deum accuſemus, nec litem ei intendamus: ſed in nobis ipſis diſpliceamus: hæc enim noſtræ ratiocinationis concluſio eſſe debet, ut, cognita vitæ hujus brevitate, hæreamus confuſi, dum de ea cogitamus. Quod tamen melius etiamnum exprimitur, quum dicitur, *Quis mundum dabit ex immundo?* Qua ſententia admonemur, omnia mala quæ patimur, ex naturæ noſtræ corruptione proficiſci. Et ut hanc doctrinam probe intelligamus, notemus, quando verba fiunt de homine & iis quæ ei inſunt, non agi de opere Dei. Adamus enim alius conditus eſt, ac quales ſumus hodie. Excidimus ex illo gradu, in quo Deus Adamum, & in ipſius perſona univerſum genus humanum conſtituerat. Adamus creatus fuit ad imaginem Dei, præditus gratiis eximiis, nec morti obnoxius. Quid enim hæc Dei imago ſignificat? Rectitudinem, juſtitiam, & integritatem: Deum in hominem ſuos theſauros effudiſſe, adeo ut homo eſſet ſpeculum gloriæ illius excellentis quæ in Deo plene relucet. Per peccatum autem ſpoliati fuimus omnibus iſtis dotibus, & ex Dei regno quaſi in exilium expulſi: & quia nos rejecit, deſtituimur quoque vita, cujus fons eſt & origo. Ubi enim poſita eſt omnium bonorum perfectio, niſi in Deo ſolo? Quum igitur ab illo alieni ſimus & ſeparati, certe concludendum eſt, nos omnibus miſeriis, ipſaque adeo morte circumcingi. Hoc autem dico non à noſtra creatione procedere, ſed inde quod ſpoliati ſimus bono illo quod Deus in nos contulerat: adeo ut jam eo careamus. Quomodo? Per peccatum, inquam. Sed dicat aliquis, Videtur Jobus cauſam incredulitatis & omnium peccatorum ac vitiorum noſtrorum hanc ſtatuere, quia ex Adamo naſcamur: atqui ſolum corpus trahimus ab Adamo. Peccatum vero ubinam habitat?

ubi

Digitized by Google

maſſa corrupta. Nullus eſt qui talis non reperiatur. Verum eſt, Jeſum Chriſtum, etiam quatenus eſt verus homo, exemtum eſſe & immunem ab omni corruptione: nempe quia conceptus fuit ex Spiritu Sancto. Nominatim autem Deus voluit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex cœleſti virtute conceptum, ne illa Adami pollutio ad eum pertingeret, & illum inquinaret. Sed quando concipimur, etiam ex humano & naturali ordine, obnoxii ſumus illi corruptioni: excepto Domino noſtro Jeſu Chriſto, reperire non eſt ullum hominem non refertum omni iniquitate. Quid ita? Conſideremus enim unde orti ſimus. Jam itaque meminerimus quod ante attigimus, nempe quem in finem debeamus brevitatem & miſeriam vitæ noſtræ Deo proponere: nimirum, ut eum ad miſericordiam inducamus, ac non ut contra ipſum murmuremus. Sed interim debemus nobis in hac vita diſplicere. Idque eſt,quod jam attigi,videlicet ſi probe intelligeremus,vitam noſtram adeo caducam eſſe,& miſerias,quibus referta eſt,ſedulo meditaremur,non tantopere illi affixos fore,ut ſumus. Ergo tanto magis ſumus pungendi & exſtimulandi, quo expergiſcamur. Hic tamen modus eſt tenendus. Fuerunt enim inter Ethnicos, qui, hac doctrina cognita, iſtaque imbuti perſuaſione, tædio vitæ affecti ſunt, imo nonnulli ſeipſos occiderunt. Quî iſtud? Miſerias hujus vitæ conſiderabant. Nos autem iſtud extremum fugere debemus. Quid igitur? Quando cogitamus vitam noſtram effluere momento, videamus unde hoc procedat; nempe ex peccato. Non enim eâ conditione creati fuimus, ut mors nobis dominaretur. Hoc accidit & promanavit ex patre noſtro: adeo ut omnes rei ſimus. Meminerimus itaque peccati originalis, quum vitæ brevitatem audimus. Deinde unde tot calamitates & miſeriæ quæ nos circumcingunt, niſi quia exulamus à Dei regno, ubi noſtra omnis felicitas poſita eſt? Sumus igitur miſeri,quum à Deo ſeparati ſumus. Hujus autem infelicitatis cauſa ſunt peccata noſtra. Semper enim huc nobis redeundum. Quum nos eo modo accuſare didicerimus,non imitabimur eos qui adverſus Deum murmurant. Quid? inquiunt: Homo eſt quaſi caput & compendium omnium Dei operum: hîc Deus ſe excellentiorem artificem quam alibi uſquam declarare voluit: cur igitur homo infinitis malis eſt obnoxius? Quid hoc ſibi vult? Sic igitur multi profani obmurmurant, quaſi hominem in theatro Deus ignominiæ probroque exponeret, quamvis excellentiſſima omnium creaturarum videatur. Quum autem cognoverimus, omnia mala,quibus obnoxii ſumus,procedere à noſtro vitio, noſque reos eſſe: tum os nobis obſtruetur,nec audebimus amplius contra Deum murmurare. Sed id non ſufficit: niſi enim reſpiciamus remedium, quod Deus nobis dedit, certe in eam deſperationem adducemur, bus ſumus obnoxii,) Deus tamen nobis aliquem ſuæ miſericordiæ guſtum præbet, quum videmus nos ab ipſo ſublevari,& (ſi nos afflictos velit)aut patientiam nobis ſubminiſtrari, aut moderate nos ab eo tractari, adeo ut ſemper ipſius bonitatem ſentiamus. Quum igitur inter turbas & tumultus hujus mundi, habeamus unde nos ſolemur & exultemus in Deo, an non hæc compenſatio ſufficere nobis debet? Num jam conqueramur quod nos Deus in hoc mundo collocaverit? An non potius argumentum nobis eſt ejus benedicendi & glorificandi? Obſervemus ergo, cavendum nobis eſſe,ne in has voces erumpamus,Homo eſt infelix, ſatius eſſet illum nunquam eſſe natum,quam ſic in hoc mundo cruciari. Abſque iſta conſideratione certe confuſi hærebimus. Quid igitur? Conjungamus utrumque, & dicamus, Eheu! quid eſt vita præſens? Exſpiramus enim ſimulac in eam ingredimur. Si ad aliquod tempus in ea duramus, nihil præter miſerias cernimus; ſepulcrum nos undequaque obſidet: ut præſtiterit una morte ſemel mori, quam infinitis mortibus circumcingi: adhæc, tot moleſtiæ ſunt, ut non vivamus,ſed duntaxat langueamus. Probe igitur conſiderata conditione noſtra, erit cur nobis in hoc mundo diſpliceamus, quia quicquid mali patimur, à noſtris peccatis procedit. Sed interea tamen in ea nobis ſuam bonitatem guſtandam præbet Deus,nec vult ita nos mœrore obrui, qu in lætitiæ argumentum habeamus. Cæterum,quum nobis oſtendit,nos peregrinos tantum eſſe in hoc mundo, nec mala noſtra ſemper duratura: brevitas hujus vitæ tum nos non triſtitia afficere,ſed potius conſolari debet. Quî iſtuc? Nam qui iſti imaginationi immorantur,ut dicant, Quid eſt vita humana? verbo citius evaneſcit. Qui,inquam,in ea cogitatione hærent, quiritantur, An adeo breve eſſe oporteat vitæ noſtræ ſpatium? Deuſne nos ludificatus eſt, jubendo ut ad ſe ſtatim reverteremur? Nonne vitam longiorem concedere poterat, aut finem ejus ſaltem nobis declarare? Nullum autem diem jucundum habemus: vita enim noſtra tenui filo pendet, mors perpetuo nobis imminet. Huc deveniunt qui prorſus hærent & inſiſtunt brevitati vitæ humanæ. Nos vero ſic cogitemus, Agedum, Deus non vult ut ſemper hic langueamus: verum eſt, nos hic obnoxios eſſe multis miſeriis,adeo ut,qui probe ſuam conditionem novit,perpetuo gemere & ſuſpirare debeat, dum in hoc mundo verſatur: verum Deus finem impoſuit,& quum nos ad ſe evocat, vera tutaque requie nos donat. Duratio illius vitæ cum iſta non eſt comparanda. Deus enim nos illic ſuæ ipſius vitæ facit participes, quæ eſt immortalis. Proinde conſolemur nos, quod lætitiæ argumentum in hujus vitæ brevitate nanciſcamur,quod materiam patientiæ & nimii mœroris abjiciendi habeamus. Quare? Nam ſi ſperemus vitam illam cœleſtem, tunc cognoſcemus,hunc mundum

citur de turbis vitæ humanæ: his ita attendamus ut inde diſcamus moderari & corrigere omnes pravas noſtras cupiditates, quæ nos ad omne malum impellunt. Sic igitur uſurpanda eſt hæc doctrina, quo ſalutarem ex ea inſtructionem fructumque colligamus. In primis autem obſervemus hæc verba, *Nullum dare poſſe mundum ex immundo & polluto.* Quibus verbis voluit Dominus nos confuſos reddere, ne ulla in re gloriemur niſi in ipſo & ipſius ſola bonitate. Utiliſſimum autem eſt, homines traduci & ignominiæ exponi, quia ſibiipſis oculos obvolvunt, & ſe digniſſimos putant qui in pretio habeantur. Videmus Diabolum nunquam deſiiſſe tenebras offundere doctrinæ ſacræ, de corruptione hominibus inſita. Plurimi fuerunt hæretici qui perſuadere conati ſunt peccatum originale nullum eſſe, niſi quatenus Adamum imitari volumus. His Deus ora quodammodo obſtruxit. Sed Papiſtæ rurſum commenti ſunt liberum arbitrium, & virtutes morales (quas vocant) exſtruxerunt. Quorſum iſta, niſi ut homines ſibiipſis placeant, & ſibi aliquid boni ineſſe putent? Non audent quidem dicere hominem ſatis idoneum eſſe qui ſeſe ipſe ſervet. Fatentur enim nobis opus eſſe Dei gratia, non ſolum ut nobis peccata condonet, verum etiam ut nos ſuo Spititu adjuvet. Non quod velint omnia ab eo promanare. Illi enim hoc non confitentur: ſed dicunt, nos aliquam boni portionem habentes egere adjuvante Dei gratia. Sic Deus erit tantum coadjutor: id eſt, ſublevabit infirmitatem noſtram, ita ut cum ipſo cooperemur, tanquam collegæ ac ſocii. Diabolus ita faſcinavit homines, ut eis perſuaſerit ſe neſcio quid eſſe non contemnendi: videmus etiam ut homines ſibiipſis de rebus mundanis placeant. Qui aliquo ingenio & doctrina pollent, quam magnifice de ſe ſentiunt? Qui gratia & auctoritate valent, nonne tanquam idola ſeipſos adorant? Breviter, nullo negotio perſuadetur hominibus, ſibi magnam aliquam ineſſe dignitatem: &, aliis tacentibus, ſibi quiſque nihilominus multa mendacia fingit, quibus ſeſe decipiat: quod ſi accedant aſſentatores eis facile & ſuaviter credimus. Oportet igitur nos à Deo magnis ictibus contundi, quo humiliemur. nam ſi nos tales ſineret, quales ſumus, ſuperbia permanente in nobis non poſſemus oculis demiſſis fateri debitum, ut vulgo dicitur. Propterea Spiritus Sanctus producit pollutionem illam nobis naturaliter inſitam: ut quum David Pſalmo 51. inquit, Ecce, in iniquitate
Pſal. 51. verſ. 7. conceptus ſum, & in peccato calefecit me mater mea. Non accuſat patrem nec matrem, ſed ſeipſum condemnat: ac ſi diceret, ſe jam inde ab ipſa conceptione fuiſſe pollutum coram Deo. Interim autem videmus

rito poſſint, quum eorum radix natura illis hæreat? An non Paulus huc reſpicit, ut, inquit, omnis caro *Rom. 3. verſ. 19.*
confuſa ſit, & omne os obturetur coram Deo? Huc & nobis reſpiciendum eſt, quoties verba fieri de peccato originali audimus: ut quotidie noſipſos examinemus, ut cognoſcamus nos Deum tot modis offendiſſe, ut morte digni ſimus: & dicamus, Heu! quamvis accumulatis omnibus peccatis, quorum meminiſſe poſſumus, ſuperſunt alia infinito plura: nam impoſſibile eſt ut homines milleſimam partem concipiant pecca- *Pſal. 19. verſ. 13.*
torum quæ in Deum admiſerunt. Adhæc, nati ſumus peccatores, & antequam ratione utamur rei ſumus apud Deum. His igitur conſideratis, erit cur nos humiliemus, & gloriam Deo demus. Quum dicit, Quis mundum ex immundo dabit? ſignificat his verbis, homines inſanos eſſe dum ſibi perſuadent ſe puros eſſe. Itaque agnoſcamus nobis nihil ſupereſſe (quod ad nos attinet) præter confuſionem & ruinam, quoniam tot vitiis & iniquitatibus operti ſumus, ut Deus jure nos rejicere queat. Quum tamen ſibi tribuat officium noſtri purgandi ab omnibus maculis, ad ipſum confugiamus: præſertim autem quum nobis dederit Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui in ſe omnem puritatem habet. Deus cernens nos ita pollutos, ac proinde nimis magno intervallo à ſe disjunctos, voluit dare nobis in Jeſu Chriſto talem ſanctitatem, ut ejus ſanguine abluti, purgari poſſimus ab omnibus ſordibus. Cognita igitur maſſa ex qua deſumti fuimus, noſtraque tum animi, tum corporis pollutione, precemur D. N. Jeſum Chriſtum ut velit ſanguine ſuo nos aſpergere, & in nos effundere aquas illas puras, de quibus Ezechiel: nempe, ut à ſuo Spiritu, cujus plenitu- *Eze. 36. verſ. 25.*
dinem accepit, ſic lavemur in dies magis ac magis, ut tandem puritatem illam, quam nobis pollicitus eſt, conſequamur. Nunc opus nobis eſt duplici purgatione: una, ut nobis Deus condonet peccata noſtra: altera, ut nos Sancto ſuo Spiritu renovet, atque ab omnibus pravis affectibus & cupiditatibus abluat. Quod non in unum aut alterum diem facit, ſed in totam vitam continuat, quoad nos perduxerit ad illam perfectionem ad quam aſpiramus, & oſtenderit reipſa nos non fruſtra ſperaſſe: modo ei confiſi fuerimus ut decet.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut illorum tali ſenſu nos afficiat, ut intelligamus quam nobis opus ſit ad ipſius miſericordiam confugere: & quum ſuam bonitatem nobis in mediis afflictionibus noſtris guſtandam præbuerit, non expetamus hic vivere, niſi ad ſanctum ejus nomen glorificandum. Sic autem precabimur, Deus omnipotens, &c.

Digitized by Google

giſcentur à ſomno ſuo.

HEri audivimus quid Jobus à Deo peteret, propter vitæ humanæ infirmitatem. Summa huc redibat, quum homo creatura ſit adeo fragi[illegible] & caduca, videri præter rationem quod Deus illum tanta ſeveritate perſequatur, & in eum vires ſuas expromat. Quemadmodum ante viſum eſt, declaravit vitam non ſolum brevem eſſe, verum etiam miſeriis & doloribus continuis refertam. Jam autem adjicit, vitam hominum eſſe in Dei manu, illum præfixiſſe terminos, quos nolit transſiliri. Siquis non diu viveret, quod tempus Deus non conſtituiſſet, diceremus, Eſto, Deus offenſus non potuit peccatorem vel brevi tempore pati, quin in illum animadverteret. Sed quum & vitam & vitæ conditionem ac terminum ipſe ordinarit, cur, inquit Jobus, ſuſtinere non poteſt hominem quoad diem ſuum, ceu mercenarius, conficiat? Quare me non lenius habet? Quum itaque in hunc modum vita noſtra inquietudine & curis turbetur, recte dicamur ſimiles mercenario qui in diem operetur. Ecce, qui operatur ut aliquid lucri faciat, interdiu quidem fatigatur: ſed, exacto die, recepta mercede ſua quieſcit. Ita vita noſtra multis laboribus & miſeriis obnoxia eſt, verum ſperamus nos ea defunctos quiete fruituros. Mors enim eſt tanquam penſi noſtri perfunctio. Tunc eſt cur lætemur, quia requiem conſequimur. Hic Jobi ſcopus. Sed interim ſemper meminiſſe debemus quod jam diximus, Jobum indicare ſuas perturbationes: quæ non ſunt approbandæ, ut etiam à Deo condemnantur. Cur ergo ſcriptæ fuerunt? Primum, ut intelligamus, vel perfectiſſimos, dum à Deo affliguntur, etiamſi patientes ſint, non ſine magno negotio cum carnis ſuæ perturbationibus luctari. Ne putemus, Jobum, & ejus ſimiles, fuiſſe ferreos aut ſenſu carentes: quamvis excellenti virtute præditi obtemperare Deo omni conatu ſtuduerint, tamen non ſine aliqua obluctatione id factum eſt. miros enim in ſua carne aculeos ſenſerunt. Et quum tentationibus reſtiterunt, quamvis tandem evaſerint victores, nihilominus quibuſdam quaſi turbinibus huc & illuc jactati fuerunt. Quod Jobus hoc loco declarat: quo diligentius nobis caveamus, & Deum precemur ut nos corroboret, ſcientes nos ſtatim eſſe vincendos, quamvis ſtudioſe ipſum colentes, niſi nos ſua manu ſuſtineret, & vires nobis daret ad conſtanter pugnandum. Admonemur etiam ne animum deſpondeamus, licet videamur deficere. Nam excellentiſſimi, qui unquam exſtiterunt, ad aliquod tempus debilitati fuerunt, ſed eis Deus ſic adfuit, ut victoriam obtinuerint. Deus nobis quoque pariter aderit, modo ipſum invocemus, nec adeo ſtulti & veſani ſimus ut nobis in vitiis noſtris blandiamur. Cæterum videamus, ad quem uſum applicari oporteat quod hoc loco dicitur, *Deum definiſſe tempus vitæ humanæ.* An propterea dicamus, illum debere nos ſinere, ut maneamus quales ſumus? & à nobis abſtinere? ſicut Jobus heri dicebat, Non æquum videri ut Deus oculos aperiat ſuper creaturas adeo miſeras: debere potius homines relinquere, ut indignos cum quibus congrediatur: quid enim virtutis habent? Eſto: verum conſideremus, ſi Deus à nobis abſiſtat, quid facturi ſimus: ſi, inquam, nos lapſos non erigat. Deo vel unicum diem à nobis viſitandis deſiſtente; ſtatim obdormimus in peccatis: multo magis, ſi diu nobis parcat. Quemadmodum videmus homines proſpere agentes, non cognoſcere ſupra ſe Deum eſſe qui judicet, nolle jugo ulli ſubjici, nec poſſe ulla ratione frenari. Quod quum ita ſit, ſi Deus nos per omnem vitam relinqueret, quæ rebellio foret? quæ laſcivia & petulantia regnaret? Nulla ratione adduci poſſemus ad noſtræ miſeriæ cognitionem, quæ nos ad Deum converteret. Oportet igitur illum precemur, ut noſtri miſereatur, atque ita domet cunctas carnis noſtræ cupiditates, ut nos ei dociles & morigeros præbeamus. Itaque notemus, Jobum immoderata perturbatione impulſum dixiſſe, æquum fore ſi Deus homines ſineret tales eſſe quales ſunt, quoniam vita illorum brevis eſt & caduca, atque certo termino ab ipſo definita. Deinde pernéceſſarium eſt, ut Deus nobis invigilet noſque prope reſpiciat, quia noſtri greſſus non ſunt in noſtra poteſtate. Quod niſi nos protegeret, quid nobis miſeris fieret? Tot enim mortibus circumcingimur, ut nobis nihil ſit infelicius. Nonne igitur oportet Deum curam paternam vitæ noſtræ gerere? Proinde pro eo quod Jobus petit à Deo ut à ſe recedat, nos petamus, ut ad nos velit accedere, idque bifariam. Primum, ut quia hic non niſi in ipſo vivimus, nec niſi ipſius virtute ſuſtinemur, quod neceſſe ſit ut nos ſua tutela protegat: velit nos ſuæ præſentiæ ſenſu afficere, ut cognoſcamus ipſum nobis juvandis & conſervandis propinquum eſſe. Deinde, præſto ſit etiam nobis caſtigandis nimium exultantibus atq; laſcivientibus. Debemus quidem illum precari, ut ea lenitate nobiſcum agat, ne ſupra vires noſtras urgeamur, ſed interim eſt etiam orandus ut manum attollat nobis caſtigandis quoties correctione aliqua egemus: nam ſi nos prorſus relinqueret, veterno & ſtupore corriperemur. Et hac de re hactenus. Sed in primis perpendere debemus quod hoc loco dicitur, *Vitam hominis definitam eſſe à Deo, menſium ejus numerum in ipſius eſſe manu, terminum ab eo poſitum qui tranſiliri nequeat.* Hinc autem maximam conſolationem percipere licet, quod vita noſtra ſit in Dei manu. Quod homines adeo timidi ſunt, & ad minimum

Digitized by Google

quibuſdam: de quibus loquar, non eſt obſcurum. Sic igitur Dei contemtores ex illa doctrina occaſionem arripiunt, ut dicant, fruſtra caveri pericula, quum Deus terminos diebus noſtris poſuerit. Verum non in eum finem ſic loquitur Scriptura. Quæ ait, Deum, ubi nos in hoc mundo collocavit, ſcire quomodo nos regat, & quando nos hinc migrare velit: ut eſt
Pſal. 90. verſ. 3. in Pſalmo 90. Quorſum autem hoc dicitur? Ut diſcamus committere nos & tradere in manum Dei: Quum ita, Domine, de nobis arbitrio tuo diſponas, fac modo, ut vivamus & moriamur ſecundum bonam voluntatem tuam: ne appetamus diutius vivere, quam conſtitueris: nec tædio vitæ afficiamur, quum in ea nos commorari volueris: & interim in te colendo ejus brevitatem traducamus. Adhæc dicamus: Domine, quum vita noſtra ſit in manu tua, nec velis ejus terminum nobis indicare, ſed tibi ſoli notum eſſe: da ut ambulemus in timore ac ſollicitudine. Subminiſtraſti nobis, quo hanc vitam caducam conſervaremus, dediſti cibum & potum, fac ut eis ſobrie utamur & temperanter. Deinde addidiſti remedia: nobis ægrotantibus nihil deeſſe vis: da igitur nobis ne vivere in hoc mundo appetamus, niſi ut te colamus & honoremus. Ita, Domine, ſecundum man-
Pſal. 91. verſ. 11. data tua incedemus, juxta illud Pſalmi 91. Deum miſſurum Angelos ſuos qui nos tutentur, ne offendamus & labamur: nempe, modo in vitiis noſtris ambulemus, id eſt, non laſciviamus, non diſcurſemus, nec jugum Dei vita diſſoluta excutiamus. Dum igitur viam tenebimus, quam nobis commonſtrat, ipſe Angelique ipſius nos cuſtodient. Quo facto, concipienda quoque eſt ſancta quædam audacia, Deo nos ad aliquod periculum vocante. Verbi cauſa: Videmus hodie, quæ ſit miſerorum Chriſtianorum conditio: eos eſſe inſtar ovium in faucibus luporum. Quod ſi jam, ne fidei noſtræ confeſſionem edamus, obtendamus id tutum non eſſe: num Deus tam frivolam excuſationem admittet? Minime. Quare? Vita noſtra eſt in ejus manu: confidamus eam tuto ac fideliter ab illo ſervari: ſin velit, ut vel mortem patiamur, hoc præter ipſius voluntatem non continget, tuncque nobis vires ſuggeret. Ita igitur ad uſum noſtrum applicandum eſt quod hic dicitur: alioqui idem nobis accidet, quod multis, qui cultum Dei, crucem fugientes, deſerunt. Quid ita? Incredulitas in cauſa eſt: quia non cognoſcunt, aut ſaltem certo perſuaſi non ſunt, Deum præfixiſſe terminum, quem tranſgredi nequeant. Nam ſi hoc apud nos fixum & conſtitutum eſſet, profecto ardentius in Dei cultum & officium noſtrum, pro ſua quiſque vocatione, incumberemus. Longe alia, inquam, conſtantia & magnanimitate inſtructi eſſemus, quam ſimus in præſentia. Non propterea tamen temere pericula adibimus. Sed neceſſitate poſtulante, non refugiemus mor-

miſeræ creaturæ. Primo intuitu abſurdum videatur, quod Jobus de homine mortuo ſpem omnem præcidat. Hic enim nulla fit mentio vitæ æternæ, ac ſi animæ ipſæ cum corporibus morerentur. Primum autem notemus, Jobum de hominibus loqui ex ſua perturbatione & anxietate, ut jam vidimus: deinde, reſpicere vitam præſentem duntaxat. Quemadmodum nobis contingit, ut aliquo nos urgente malo, de eo ſolo cogitemus. In æſtate, dum calor nobis eſt moleſtus, nihil optabilius & ſalubrius cenſemus gelido frigore. Quid ita? Quia iſtud πάθος nos præoccupatos tenet. Ita ergo Jobus, quia urgebatur à Deo, nihil aliud cogitat, quam ex præſenti afflictione qua ratione ſeſe expediat: futuræ vitæ ſperandæ non meminit. Quo docemur, quæ ſit hominum conditio dum ita malis turbantur, niſi Deus illos erigat & corroboret. Jobus quidem accuſari non poteſt, quaſi concluderet, Deum, homines ex hac vita tollendo, eos prorſus perdere. Nihil tale, inquam, Jobus concludere voluit. Sed interim notemus, eum ſuis perturbationibus ita fuiſſe perſtrictum, ut tunc temporis non ei ſuccurrerit, hominem poſt mortem perſiſtere in Deo, & vitam quandam occultam ei ſupereſſe, cujus ſemen vividum eſt, quo plene inſtauretur in eam perfectionem, à qua jam abſumus longiſſime, nempe in gloriam illam cœleſtem & immortalem. Jobus itaque hoc in præſentia non conſiderat fixo intuitu, ſed aliquandiu ſuæ perturbationes oculos ipſius perſtringunt. Tanto igitur attentius nobiſipſis cavere debemus, ut diximus. Idem de reliquis ejus ſermonibus dicendum eſt. Noverat quidem Jobus, Deum ſingulari beneficio homines afficere, dum eos viſitat. Si quis ab illo quæſiviſſet, Quid? an non Deus magno honore nos afficit, qui fœtida ſumus cadavera, quod oculos dignetur nobis reſpiciendis aperire, & nos delinquentes, ceu pater filios, caſtigare? Jobus certe hoc non inficiatus eſſet. Sed interim non poteſt hoc primo apprehendere, quo ſuis perturbationibus reſiſtat: ſed cum magnis difficultatibus prius colluctatur. Tanto magis ergo nobis ad illud eſt recurrendum, Heu! Domine, vita noſtra adeo brevis eſt & caduca, adeoque corrupta & polluta: & tamen noſtri non obliviſceris. Num digni ſumus, quos reſpicias & viſites? Eheu! nequaquam, Domine. Ne ipſi quidem beati Angeli eo digni ſunt: quanto minus nos, qui nihil præter pollutionem ſumus? Verumtamen pro bonitate tua infinita vis nobis proximus eſſe ac familiaris: & nos oculo propitio reſpicis: & quum peccavimus, ubi nos deſerere merito poſſes, nos tamen ad te allicis, & omnibus modis ad reſipiſcentiam adducere conaris. Et quanta, quæſo, iſtæc eſt bonitas, Domine? Talia proferre deberemus. Idem & ex hoc loco eſt colligendum, ut nobis fructum afferat. Nam ſi homines in ſeipſis nullam virtutem habent, nec poſſunt

 repul-

Digitized by Google

igitur ut Deus nos altera vita donet: id eſt, nos ſibi conjungat per gratiam Sancti ſui Spiritus, adeoque in nobis vivat & regnet. Hoc ſi obtineamus, præcipuum bonum poſſidemus. Interea vero Deus mire agit, nec ex humani ſenſus captu. Conſideremus enim, quæ ſit fidelium in hoc mundo conditio: non ſolum pares ſunt incredulis, ſed plerumque etiam miſeriores. Nam filios Dei videre eſt afflictos, & quaſi ex communi hominum conſortio ejectos, ut indignos quos terra ferat. Sic igitur ſuos tractari permittit. Quid igitur? Recurrere debemus ad illud Pauli ad
Coloſſ. 3. verſ. 3. Coloſſenſes, Nos quidem mortuos, verum noſtram vitam abſconditam eſſe in Domino noſtro Jeſu Chriſto, quam Deus ſuo tempore patefaciat. Cujus præclaram ſimilitudinem Jobus profert. Dicit enim arbores exſiccari, appropinquante hyeme, adeo ut viriditas & folia nulla appareant, omnia denique tum emortua videantur: ſed interea tamen vitam latere in radice. Videmus enim verno tempore, omnia repullulare, & vigorem, qui ad tempus deliteſcebat, ſeſe proferre. Quod ſi nobis Deus iſtud in arboribus declarat, nonne majorem virtutem effundet in nos,
1 Cor. 15. verſ. 36. qui creaturæ ſumus adeo excellentes? Et ſane Paulus de reſurrectione agens, arguit homines bruti ſtuporis, quia non animadvertant familiares reſurrectionis figuras, ut in tritico & aliis. En granum, ex horreo aridum promitur, mandatur terræ, & putreſcit: videmus tamen ut repullulet, adeo ut decem aut viginti vel triginta grana pro uno renaſcantur. Quum igitur Deus renovet grana & tritici & aliorum ſeminum, idque interveniente putredine: quid faciet hominibus? An non hic majorem vim exeret? Nonne itaque brutis ſtupidiores ſumus, dum non concipimus, quomodo Deus operetur, quo confirmemur in ſpe vitæ ab ipſo nobis promiſſæ? Eodem pertinet quod hoc loco refertur. Nam quum videmus arbores hyeme quaſi emortuas (in ſpeciem) vere autem revireſcentes, debemus inde confirmari in illa Dei noſtri doctrina: ut vita noſtra abſcondita ſit, & quaſi obſcuritate letali circumfuſi ſimus, nihilominus oportere ut capita attollamus, ad beatam illam, quam nobis promiſit, reſurrectionem aſpirantes. Cujus etiamnum, quamvis mortui videamur, arrham fidiſſimam habemus Dei Spiritum, qui in nobis habitat. Et quum Deo viſum fuerit nos ex hoc mundo evocare, etiamſi corpora noſtra computreſcant, animas tamen noſtras, quibus Deus Spiritus ſui notam impreſſit, num putemus perituras, talem habentes cuſtodem? Itaque hæc fragilitas, quæ ſeſe in vita humana profert, eo magis incitare nos debet ad magnificandam Dei erga nos bonitatem. Si Deus alia ratione nobiſcum ageret: id eſt, ſi nos fide ad ſe adductos quaſi in terreno quodam paradiſo locaret, ut Angelis ſimiles eſſemus, gati? Deinde quamvis hæc corpora in pulverem reſolvantur, certi ſumus tamen ipſa aliquando inſtauratum iri, nobiſque in cœlis repoſitum eſſe æternum *2 Cor. 5.*
ædificium pro iſto caduco: ut dolere non debeamus *verſ. 1.*
quod paulatim declinemus quoad prorſus deficiamus. An non potius tanto magis incitari nos convenit ad Deum collaudandum? Itaque videmus, ut ad noſtram inſtitutionem rite applicare debeamus, quod Jobus perperam ſumſit: quo expreſſit luctam, qua cum ſuis perturbationibus conflixit. Cæterum quum loquimur de ſtatu noſtro, ſedulo notemus, conſiderandum eſſe, tum quid ſimus, tum quid poſſit Deus & quæ ſit ejus virtus. Jam dixi, operæ pretium eſſe, ut homines ſeſe cognoſcant & contemplentur. Quare? Jam demonſtravi: nempe, quia res exigui momenti nos inani gloria inebriat. Nam quantumvis imbecilli ſimus, videre eſt tamen maximam partem exultare laſciviendo, & obliviſci ſuæ miſeriæ, quæ ipſis frenum injicere deberet. Hoc omnium oculis patet: adeo ut nemo eſſet ab hoc vitio immunis, niſi Deus occurreret. Non igitur ſuperfluum eſt conſiderare, quæ ſint noſtræ infirmitates & miſeriæ, denique quam infelix ſit noſtra conditio. Hoc cognito, eſt cur nobis diſpliceamus, Deumque precemur ut noſtri miſereatur. Deinde reſpicienda eſt ejus potentia. Quare? Nam ſi ſpem noſtram metiamur iis quæ concepimus, quid futurum eſt? quid fiet reſurrectione, quid ſalute æterna, quam nobis promiſit, quid ipſius gloria cœleſti? Num enim veriſimile eſt, corpus putrefactum fieri poſſe particeps gloriæ divinæ? quum tantam hodie imbecillitatem noſtram cernamus, fore nos beatorum Angelorum ſocios, atque adeo uniendos eſſe Filio Dei? Scimus omnem Majeſtatem illi *Mat. 28.*
datam eſſe, ſummumque Imperium in cœlum & ter- *verſ. 18.*
ram delatum. Illiuſne ergo collegæ ſimus, & bonorum ejus omnium participes, ceu ipſius membra? Num hoc mens humana concipiat? Quid igitur? Audiamus quid dicat Paulus ad Philippenſes, Deum nos *Phil. 3.*
è mortuis excitaturum pro efficacitate, qua ſibi poteſt *verſ. 21.*
omnia ſubjicere. Huc nos revocat Paulus, quum nos vult confirmare in ſpe reſurrectionis. Quaſi diceret, Fratres, ne conſideremus, quid poſſibile videatur noſtræ imaginationi: Deus enim non vult nos hic ſubſiſtere: ſed altius oculos attollamus, ut intelligamus, Deum omnia diſpenſare, etiam ſupra captum noſtri ingenii: ut conſiderantes ejus opera ſtupidi & attoniti reddamur, nec ſine cauſa. nam admirabili ratione operatur: imo pro potentia ſua, inquit, qua facit omnia, nos transformat ut ſiamus conformes corpori glorioſo Domini noſtri Jeſu Chriſti: ut, licet corpora noſtra hodie ſint debilia, & tot miſeriis obnoxia, futurum ſit tamen in gloriam cœleſtem recipiantur. Hæc duo igitur nobis conſideranda, ut tum humiliemur, tum certo

Digitized by Google

tes negligeret donec in exitium ruerent præcipites, & in foveam caderent, inde nunquam emerſuri: quid illis fieret? Itaque argumentemur ſecus ac Jobus: nempe, quando vita noſtra eſt adeo brevis, & diſſimilis arbori, quæ licet emortua revireſcit, (nobis enim mortuis omnia periiſſe videntur,) bonum eſſe, dum vivimus, nos à Deo caſtigari. Quare? Ut nos ad reſipiſcentiam alliciat. Nam poſt mortem locus non erit pœnitentiæ. Cæterum ne dubitemus, ut jam attigi, Jobum ſenſiſſe, bonum hominibus eſſe ut à Dei manu viſitentur, quamvis hoc fugiant. Sunt autem irriſores qui Jobi exemplum obtendunt: Ecce, inquiunt, viri ſancti obliti ſunt reſurrectionis ſperandæ, expoſtularunt cum Deo, eique ſuccenſuerunt quod ipſos nimis urgeret, ut non liceret eis ſuas imperfectiones domare: cur ergo idem nobis non liceat? Quamvis autem, ut jam oſtendimus, patienter & placide caſtigationes Dei feramus, ut oportet: perturbamur tamen, caroque noſtra ſe rebellem nonnihil præbet. Itaque non poſſumus ad Deum accedere colendum, quin undequaque impetamur & pungamur. Verum nobis eſt reluctandum: juxta illud

æternæ, ſi ei uniamur. Sic igitur ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum reſpicientes, ſecuri eſſe poſſumus ab omnibus hujus mundi turbis: quoniam hac ratione certi ſumus, nos ad gloriam illam cœleſtem, ad quam ille nobis præivit, perventuros, completo hujus vitæ, tot miſeriis obnoxiæ, curriculo.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det ea melius in poſterum à nobis ſentiri. Ita tamen, ne in deſperationem incidamus: ſed recurramus ad remedium, ipſumque precemur ut nobis ſit propitius, & ſeſe talem erga nos præbeat, qualem erga ſuos omnibus ſeculis præbuit. Cæterum, quia ipſi viſum eſt, ſe nobis in Domino Jeſu Chriſto reconciliare, in eoque nobis certum ſuæ benevolentiæ pignus, præſertim in ejus paſſione ac morte, tradidit: ne permittat ut tantum beneficium obliti contemnamus, ſed in eo acquieſcamus, & ita incitemur ut in omnibus noſtris neceſſitatibus ac miſeriis Deum invocemus. Hoc autem non ſolum nobis gratificetur, verum etiam populis, &c.

CONCIO QUINQUAGESIMA QUINTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XIV.

13. Utinam in ſepulcro abſcondas me, & abdas me, donec quieſcat furor tuus, & conſtituas mihi terminum, quo recorderis mei.

14. Si moriatur homo, numquid vivet? Cunctis diebus pugnæ meæ exſpectabo, donec veniat immutatio mei.

15. Vocanti mihi reſpondeas: opere manuum tuarum delecteris.

Eſa. 2:19. ESaïas Propheta, declarans quam horribilis & intolerabilis ſit ira Dei, ait, quibus illa incumbit, eos conari aufugere in cavernas montium, ut etiam hos ſuper ſe cadere cupiant: Luc 23. vers. 30. ſicut dixit quoq; Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Quo admonemur, ut ſtuporem noſtrum excutiamus, ut qui neſciamus quid ſit Deum habere nobis contrarium. Satis quidem, eo nos perſequente, ſentimus malum quod patimur: ſed id non eſt præcipuum. Oportet diligenter perpendere quid ſit ejus ira. Quare? Quum enim Dei manum apprehendimus, tum de peccatis noſtris cogitamus: unde confundimur, & intelligimus nobis eſſe pereundum, niſi Deus noſtri miſereatur. Quoniam autem hunc ſenſum fugimus, Dominus noſter eo nos exercet, quos ſerio expergefaciat, quando nos ſua miſericordia vult complecti. Hoc innuit Jobus, quum ait, *Utinam me abſcondas in ſepulcro.* Præfert enim mortem vitæ ſuæ præſenti. Quare? Quia, ſi fieri poſſet, effugere vellet Dei manum. Novit enim gravius eſſe centum mortibus, Deum contra ſe judicem habere. Quo magis moveri debemus ut de peccatis noſtris attentius cogitemus, quam facere ſolemus: ut ſciamus, omnia mala pati, nihil eſſe præ comparendo apud tribunal Dei, ad reddendam

Digitized by Google

reſecando terminum poneres. Oſtendit cur mortem optet: nempe, quod ſe judicio Dei oppreſſum ſentiat, nec effugium ullum inveniat. Quo admonemur, ſubterfugia noſtra tandem irrita fore, & ubi diu palati fuerimus, oportere ut quaſi concludamur. Non parum profecerimus, ſi hoc memoriæ infigamus. Quare? Quamvis Deus nobis comminetur, ne ſic quidem deſinimus effugium ſperare: ut quiſque hoc vel illud imaginatur. atque ita per noſtram hypocriſin ſtat quominus minis Dei tangamur, ut oporteret. Nihil autem citius extremam Dei vindictam concitat, quam quum nos iram ſuam negligere videt. hoc maxime illum irritat. Itaque diſcamus ex his verbis, quum Deus nos ſerio comprimere voluerit, nuſquam patère fugam, ſed neceſſario conſtrictos teneri. Jam autem, Deo nos relaxante, nobiſque declarante quo pacto gratiam ab ipſo contineamus, utatur iſta opportunitate. Continuo ſubjicit, *Utinam me in ſepulcro abſconderes.* Quærat aliquis, An non mors ſignum eſt iræ ac maledictionis Dei? num relaxationem affert? quid prodeſt? Imo extremum omnium malorum videtur: ut Deus videatur non poſſe majorem ſeveritatem exercere, quam dum mortem immittit. Verum Jobus hic mortem non recta apprehenſione concepit, ut ante oſtendimus, & identidem meminiſſe debemus. Anxietate premebatur, quod ipſum Deus graviſſimi mali ſenſu afficeret. Hic cogitat quomodo elabi poſſit. Exultarem in iſta obſcuritate, inquit: ſed dum carnem meam porto, ut poſtremo dicet, dum anima mea in me remanet, nihil quam angor & diſcrucior. Si Deus me ex hoc mundo evocaſſet, jam reſpirarem, nam malorum meorum finis eſſet: ac, ut ſupra dixi, terminum nanciſcerer, ut mercenarius terminum aſſequutus quieſcit. Ideo petit abſcondi ſepulcro. Cæterum notemus, illum non ignoraſſe, homines, quum decedunt, nihilominus manui Dei ſubjici, quo ab eo judicentur, judiciumque ipſius ſentiant. Jobus hoc probe noverat, ſed interim tamen apprehendit malum quo premebatur, ita ut de cæteris rebus non cogitet. Sic igitur miſellus peccator, Deo ipſum perſequente, hoc unum volutat, Eheu! an oportet ut hic concluſus conſtrictuſque hæream, & malo meo creſcente peream tandem, quoniam Deus à me perſequendo non deſiſtet? Peccator reſpicit duntaxat quod ſibi durum eſt ac moleſtum. Ideo mortem longe putat leviorem, imo pro medicina ducit. In hunc modum Jobus loquutus eſt, quum ſepulcro abſcondi cuperet, & illic quaſi conſtringi. Quum autem ait, *quoad mei recorderis, & mihi terminum aſſignes:* declarat, aliquam eſſe etiam poſt mortem apprehenſionem: ſed tamen (ut ſua perturbatio ipſum abripiebat) exiſtimat ſibi aliquid ſpatii ad reſpirandum datum iri: quum deceſſerit, tum lenius ſecum actum iri. Dixi autem, Jobum nos hinc evocet, non tamen noſtri obliviſcitur, cur videatur: ſuos enim ſemper in manu habet, eoſque ſervat: damnati vero quaſi catenis vincti cuſtodiuntur ad diem uſque exequendæ ſententiæ. Sic igitur Deus ſemper noſtri recordatur: & quum ait Scriptura, eum noſtri oblitum eſſe, ſignificat, nos non ſentire præſens ejus auxilium: ut ſiquis langueſcat, &, precatus Deum, opem ejus non experiatur, non videtur Deus illum exaudiſſe. Ita dicitur nos oblivioni tradere: nempe ſecundum ſenſus noſtri apprehenſionem. Sed tamen ſemper noſtri meminit. Jobus itaque in hoc peccavit, quod putarit, ſe mortuum tradendum eſſe oblivioni, quoad Deus extremo die citet omnes ſuas creaturas, & ad tribunal ſuum ſiſtat. Jobus itaque non tunc rite conſideravit hanc memoriam, qua Deus noſtri recordatur. Eam nos contemplari poſſumus, modo perſuaſum habeamus quod dixi: nempe, Deum non deſinere meminiſſe noſtri quamvis nos ad tempus relinquat, corporaque noſtra putreſiant in terra, & animæ noſtræ ſint in ſuſpenſo, exſpectantes diem inſtaurationis rerum omnium. Cæterum interea dum vivimus, hoc ratum fixumque ſit apud nos, nihil melius nobis eſſe quam ſi Deus de nobis cogitet, quamvis caſtigandis. Si Deus noſtri meminit, quibus ſuæ gratiæ ſenſum præbeat, hic omnis
lætitia noſtra & gloria conſiſtit: ut dicitur Pſalmo *Pſal. 8: 5.*
octavo, Heu! quid eſt homo, ut Deus illum reſpicere & curare dignetur? Sumus umbræ ſimiles, nihili denique: & tamen Deus vult paternam curam vitæ noſtræ gerere. An non ergo hic bonitatem ejus admirabilem agnoſcamus? Itaque maximi facere debemus iſtam Dei miſericordiam, quatenus noſtri recordatur, quos bonitatis ſuæ ſenſu afficiat. Sed, ut dixi, etiam tum, quum ob noſtra peccata ab ipſo caſtigamur, nos in gratiam recipit: ſic enim oſtendit ſe nolle ut pereamus, ſiquidem perditam viam tenentes nos ad ſe revocat. Nonne totidem ſunt admonitiones quibus nos ad reſipiſcentiam invitat, quoties nos caſtigat? Sic igitur tanto pluris facere debemus Dei gratiam, quatenus noſtri memor eſt: ac non optare ut nos aliquando oblivinni tradat. Hæc in ſumma in hunc verſiculum notanda ſunt. Porro ſequitur, *Homo defunctus, an vivet? nam omnibus diebus pugnæ meæ* (ſeu *laboris mei*) *exſpectabo immutationem.* Jobus hic melius etiam quam antea, prodit quanta eſſet ſua perturbatio. Ita enim perplexus erat, ut ignoraret qualis ſit hominum exitus, & an ſint reſurrecturi nec ne. Hoc quidem inſolens videatur primo intuitu: verum notare debemus quod jam dixi, nempe Jobum loqui de primis ſuis tentationibus, quibus reſtitit. Plurimum differunt, Prorſus opprimi tentatione, & eam ita ſentire ut vacillando tamen ei reſiſtatur. Quot pravæ cogitationes nobis in mentem veniunt? Quemadmodum ſcimus homines multas Satahæ impoſtu-

tant, alii exiſtimant ſe prorſus à Deo rejectos, adeo ut proſtrati ſe erigere nequeant. Itaque magnum eſt diſcrimen inter levem aliquam imaginationem, cui reſiſtimus, & perſuaſionem, quæ inſidet, ac radices agit in nobis. Nihilominus tamen rei ſumus etiam quum omnes Satanæ tentationes eluctati fuerimus: adeo ut gemere nos oporteat apud Deum, quoniam non rite ipſum glorificaverimus: ſed tamen acceptam habet ejuſmodi conſtantiam, quando ſic malo reſiſtimus. Ita quoque ſeſe geſſit Jobus: recitat tentationes quibus impetitus fuit, ſed quibus tamen reſtitit, nec ſuccubuit. Sunt autem notandi tres gradus: nam interdum imaginationes ſtatim repellimus: interdum cum eis non ſine difficultate luctamur, ut quaſi anhelantes dicamus, Quomodo hac tentatione me expediam? Sed nihilominus tandem, Satana nos ita premente, Deus nos corroborat. Tertius gradus eſt quando prorſus vincimur & opprimimur. Quod ad Jobum attinet, non ſolum ex primo gradu, quem diximus, levi quadam imaginatione cogitavit, An homines reſurgent nec ne? Sed etiam ſecundo tentationis gradu turbatus fuit. Nam urgente malo, cogitavit, Heu! quid Deus vult me facere? Videtur perdere me conſtituiſſe. Et quum illum mihi inimicum habeam, quid evadam? Jobum itaque prava iſta tentatio cruciavit, dum cogitaret Deum ſibi contrarium. Non tamen ſuperatus fuit. Et quamvis inſultus admodum difficilis eſſet ad ſuſtinendum, nihilominus ſuperior evaſit. Sic accipiendus eſt hic locus. Nam Jobus blaſphemiam execrabilem protuliſſet, ſi talibus verbis inſtitiſſet, An homo reſurget nec ne? Verum certum eſt, eum ſic fuiſſe impetitum, ut perſtiterit tamen in fide ſemel concepta, Spiritumque Dei victoriam ei dediſſe. Non eſt igitur quod illum hinc blaſphemum aut incredulum judicemus. Fides enim nunquam caret certamine: ſed perpetuo exercetur. Qui iſtuc? Tum quum Diabolus nobis multa incredulitatis argumenta objicit. Hæc igitur vera eſt fidei noſtræ approbatio: tantum abeſt, ut Jobus ſit expungendus ex numero & conſortio fidelium, quod ſic fuerit impetitus. Sed & hoc notandum eſt, eum non ſimpliciter dubitaſſe, ſed ita fuiſſe abreptum, premente ipſum Dei manu. Si quis illum interrogaſſet, An homo prorſus perit quum moritur? Reſpondiſſet, Nequaquam: nam ſi corpus putreſcat, reſurget: & anima ad extremum illum diem reſervatur, quo inſtaurabimur. Jobus hoc dixiſſet, ſi in genere de morte interrogatus eſſet. Sed quia peculiari quadam ratione ſic cum ipſo Deus agit ut neſciat quid agat, quod videatur Deus conſtituiſſe illum confundere & prorſus perdere: dum ita perplexus hæret, hinc fit ut dubitet. Notemus ergo, Jobum affixum fuiſſe iis quæ injuſtus: ſed Jeremias voce Rationis vel Judicii, ſignificat moderationem convenientem noſtræ infirmitati, quando non uſque adeo tentamur, quin cognoſcamus Deum tandem noſtri miſericordia commotum iri, & malis noſtris medicinam allaturum. Hac de re ergo admonemur hoc loco, quum dicitur, An homo in vitam redibit, poſtquam mortuus fuerit? Quod ad hæc verba attinet, *Exſpectabo dum meæ immutationis dies veniat*: ſic exponuntur à quibuſdam, ſi Jobus exiſtimaret à Deo ſuſcitandos eſſe mortuos, & aliquam reſurrectionis ac renovationis ſpem haberet, ipſum exſpectaturum eſſe illum diem: ſed ſimplicius accipienda ſunt: quaſi diceret, Domine, me conſolator. Jam autem confundor: ſolam vim contra me adhibes: ut neceſſe ſit me violenter quoque tentari, nec aliunde conſolationem conſequi, quam ab exſpectatione diei immutationis meæ. Hoc igitur in ſumma indicare voluit Jobus. Secum potius, quam cum Deo diſputat. An homo mortuus reviviſcet? Acſi diceret, Eo miſeriæ redactum me video, ut qua ratione hinc emergam & reſtitui poſſim non animadvertam. Quum enim Deus mihi ſit contrarius, & ad nihilum redigere me velit, quid hoc ſibi vult? Sed tamen in iſtis anguſtiis ſeſe ſolatur, & concludit, Exſpectabo diem immutationis meæ. Quo patet, Jobum ſuperiorem & victorem ex hoc certamine evaſiſſe. Quamvis enim non ſine lucta, tamen ſtatuit tandem, *Ecce exſpectabo diem meæ immutationis, imo cunctis diebus pugnæ ſeu laboris mei.* Quaſi diceret, Verum eſt, tempus mihi videri longum: cupio ut Deus me ſepulcro contineat, & in aliquam abyſſum abſtrudat, & montes ſuper me devolvat: ſed oportet tamen ut illum exſpectem vel in mediis iſtis afflictionibus: & quamvis duriſſimæ ſint ac intolerabiles, tamen quum ſit ſequutura immutatio, hoc ſufficere mihi conſolando debet & in Dei obedientia fovendo. Jam videmus quis ſit ſenſus verborum Jobi. Unde doctrinam utiliſſimam colligere licet. Primum quum nos Satan adoritur & pravis imaginationibus torquet, & in primis quum nos aliqua diffidentia ad deſperationem ſollicitat: non eſt quod in hujuſmodi diſputationem ingrediamur, ſed brevi ac rata concluſione veritatem Dei amplectamur. Verbi cauſa: Multos delectant vanæ & noxiæ imaginationes: veniet ipſis in mentem aliqua opinio perverſa, & quæ ipſos contra Deum impellat. Tum diſputant apud ſe, an hoc impoſſibile eſt nec ne? quomodo ſeſe habet? Dum ita imaginamur, & noſtra frena mandimus, pravas & fidei contrarias opiniones apud nos volutantes: perinde facimus, acſi obſeſſi colloqueremur cum hoſtibus: nam ſi eis aures commodemus, & applaudamus, urbis excidium ſequitur. Nondum quidem eis aperiuntur portæ: ſed

Digitized by Google

corruptionem, a peccato Adami ortam, aboleri, noſque à Deo in ſuum cœleſte & ſempiternum regnum recipi. De hac mutatione Jobus loquitur. Huc nobis quoque reſpiciendum: nam abſque reſurrectione nihil ſolatii habere poſſumus, & quicquid nobis proponatur ad nos exhilarandos non ſufficit. Quemadmodum videmus Scripturam eo revocare fideles, quum illos contentos & ſecuros vult reddere. Noveritis, inquiunt ſervi Dei, nos vocari ad participandam gloriam cœleſtem quam Deus ſuis promiſit: in eo exultate. Sed quo certiores ultimæ iſtius immutationis reddamur, conſiderandæ ſunt illæ mutationes, quas Deus in hac vita facit: ut multa Deus mutat in nobis, per quæ nobis iſtius mutationis ultimæ guſtum aliquem præbet. Exempli gratia: Erimus in aliqua afflictione, quæ nos conſtrictos tenebit: circumſpectantes, nullum exitum videbimus, adeo ut putemus de nobis actum eſſe, nos eſſe perditos: tum Deus ſubito, noſtri miſertus, nos liberabit. An non hæc mutatio nos longius provehere debet? Nempe eo ut intelligamus ſupereſſe liberationem longe perfectiorem omnibus, quas in hoc ſeculo ſentiamus. Itaque ſedulo meditemur & agnoſcamus mutationes, quas Deus quotidie facit, quibus in cœlos evehamur, atque tranquilli ſimus, quoad in regno cœleſti renovemur. Itidem

Pſal. 77. verſ. 11. loquutus eſt David. Quæ vox certe majoris eſt ponderis quam videatur, quando loquitur de mutationibus manu Dei factis, ſive ex aliquo malo liberemur, ſive in id incidamus: nam homines ſemper ſtultam opinionem habent de fortuna: O malam fortunam, inquiunt, quæ mihi contigit: &, O bonam fortunam. Non à fortuna, ſed à Dei manu ſunt mutationes: & huc ſemper revocandi ſumus. Sed inter omnes, quæ in mundo fiunt, mutationes, hæc viva eſt imago ultimæ renovationis, quum nos ſuo Spiritu vivificat, nos fide illuminat, & efficimur novæ creaturæ in Do-

2 Cor. 5. verſ. 17. mino noſtro Jeſu Chriſto, ut loquitur Scriptura. Conſideremus quæ ſit hominum nativitas. Quum in lucem edimur, verum eſt nos afferre aliquas reliquias imaginis Dei, ad quam Adamus creatus fuerat: ſed hæc imago eſt adeo deformata, ut iniquitate & ignorantia referti ſimus. Hæc igitur eſt hominum naſcentium conditio. Deus autem nos Spiritu ſuo illuminat, ita ut ipſum queamus contemplari, quatenus nobis expedit, ut transformemur in ejus gloriam per ipſius Spiritum, atque reformemur. Deo igitur nos ſic mutante ut ſentiamus ipſum in nobis habitare, & ita pugnemus contra pravos affectus noſtros, & pro eo quod plerumque homines ſibi in ſuis vitiis placent, contrarium expetamus, nobiſque in vitiis noſtris diſpliceamus, ob peccata noſtra gemamus, ſectemur bonum, & nos totos Deo colendo conſecremus: an non plane admirabilis eſt talis mutatio? Non enim iſtud à nobis promanare poteſt. Quum divinæ boni- currat nobis iſtud, Quomodo jam nos Deus immutavit? Nos ſua gratia jam donavit: quorſum autem nobis ipſius colendi ſtudium indidiſſet, & adoptionis Spiritum contuliſſet, niſi certiores redderemur gloriæ immortalis obtinendæ? Id totum eſſet inutile. Itaque hæc mutatio, quam nunc in nobis percipimus, certiſſimum eſt teſtimonium gloriæ illius cœleſtis, quam, ut nobis occultam, nondum cernimus.

Sed Dei Spiritus nobis ejus eſt pignus & arrha mini- *2 Cor. 1. verſ. 22. & 5: 5. Epheſ. 1. verſ. 14.*
me fallax. Quare? Nempe propter effecta: nam Spiritus Sanctus non eſt in nobis otioſus, ſed potius nobis declarat ſe habitare in nobis, ut ſimus filii Dei: eſſe autem non poſſumus, quin ſimul demus operam bonis operibus, & ſequendæ ipſius voluntati. Sic igitur fideles hunc locum ad uſum ſuum applicare debent. Ac nominatim Jobus ait, *ſe omnibus laboris ſui diebus exſpectaturum ſuam immutationem.* Hoc iterum diligenter eſt notandum. Nam ſi agitamur multis afflictionibus, ſatis non eſt ſi ex bono aliquo affectu dicamus, ſperandum eſſe in Deum: imo nihili hoc fuerit, niſi perſeveremus, vel inter quælibet certamina. Primum itaque notemus, ſpem non eſſe unius diei, nec unius menſis, ſed continuandum eſſe ad finem uſque. Et ſane Deus quum innitimur ſuis promiſſionibus, nos in illis fovet, ne ſingulis diebus deficiamus, ſed indies magis ac magis confirmemur, quoad Deus compleat quæ in aliud tempus diſtulit. Ita nihil profecerimus ſi bono aliquo ſtudio affecti ſperaverimus in Deum, niſi adſit perſeverantia. Jobus igitur hoc plenius adhuc expreſſit nomine laboris ſeu pugnæ. Quare? Significat enim nos ad Deum ſine moleſtia, ut vellemus, non adire. Si nullo incommodo afficeremur, hac vita vehementer delectaremur, eamque in multos annos protrahere cuperemus. Hoc igitur nobis inſitum eſt, ut moleſtiam fugiamus, & velimus Deum omnibus deſideriis noſtris obſequi. His vocibus *cunctis diebus*, docemur ſi mora injucunda eſt, non eſſe quod male agendi occaſionem arripiamus, nec iraſcendi & in medio curſu ſubſiſtendi; ſed oportere ut ad extremum uſque continuemus. Nomine *pugnæ*, nobis exprimitur conditio vitæ præſentis: nempe, quod ceu peregrinos in hoc mundo, oporteat nos pugnare, undequaque obſideri, in perpetuis periculis verſari, & tentari nunc ſollicitudinibus, nunc aliqua afflictione, nunc aliquo diſcrimine. Itaque de his cogitemus. Interea etiam cognoſcamus nobis luctandum eſſe adverſus carnis affectiones. Verum nihil obſtantibus omnibus hiſce difficultatibus, eſt quod exſpectemus noſtram immutationem. Hæc ſunt nobis hoc loco notanda. Poſtremo Jobus adjicit, *Reſponde vocanti te, & delectare opere manuum tuarum.* Hæc faciunt ad pleniorem declarationem eorum quæ modo diximus. Vult itaque oſtendere quæ ſit iſta immutatio, quam exſpectavit: nempe, ut

Deus

Digitized by Google

15. Vocanti mihi reſpondeas: opere manuum tuarum delecteris.
16. Nunc greſſus meos numeràs, nec differs propter peccatum meum.
17. Obſignata eſt velut in faſciculo prævaricatio mea, & adſuis iniquitati meæ.
18. Mons cadens perit, & rupes defluit.
19. Lapides ipſos cavant aquæ, terram vaſtas inundationibus aquarum, & ſpem hominis perdis.
20. Expromis vires tuas, ut ei prævaleas; mutas ipſius faciem, & dimittis eum.
21. Si glorificentur filii ſui, ignorat: ſive affligantur.
22. Verum dum caro ejus ſuper eum, dolebit, & anima ipſius lamentabitur.

HEri vidimus ut Deo reſpondere, id eſt, ad Deum libere accedere poſſimus: nempe, quum cognoſcimus, nos ab ipſo diligi & acceptos haberi, ut manuum ſuarum opus. Ita dum dubitamus, num Deus nos rejiciat, neceſſe eſt ut territi præſentiam ejus fugiamus, quantum in nobis eſt: eoque deveniunt omnes miſeri homines, qui nullo bonitatis Dei guſtu afficiuntur, ut in eo fiducia ſua collocata ſeſe conſolari queant. Itaque notemus oportere ut perſuaſi ſimus de amore Dei erga nos, quo hinc talem fiduciam concipiamus, ut ſecure nos ei ſiſtere poſſimus, & cognoſcamus ſummum bonum noſtrum eſſe ut ei reſpondeamus, id eſt, non abſcondamus nos ab ejus facie, ſed ſemper parati ſimus eum ducem ſequi, ejuſque voluntati & mandatis obtemperare. Sed interim expendendum iſtud vocabulum, *Opus manuum*. In eo enim confidimus, nos eſſe Deo gratos, quod nos formaverit, & ſuos fecerit. Non eſt igitur quod putemus, nos ob ulla merita noſtra diligi à Deo. non enim propterea nos amat, ſed quia videt nos eſſe opus manuum ſuarum. Verum eſt, etiam quatenus homines ſumus, nos ipſius eſſe opus: ſed huc accedit, quod nos ad ſuam imaginem per gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti reformavit. Spiritus Sanctus, docens quomodo Deum precari debeamus, hoc nobis ſuggerit, Domine, ſumus tuum opus. Sic enim apud Eſaïam, & in Pſal. 95. Sumus grex tuus, ſumus opera manuum tuarum: & alibi, Domine, non deſpicies opus manuum tuarum, & quod inchoaſti non deſeres, quin illud perficias. Hinc igitur occaſionem fidendi Deo arripere debemus, quando ei ſumus grati, & nos ad ipſum accedentes recipere paratum eſſe novimus. Quare? Quia ſumus ipſius creaturæ ac figmentum, nec volet rejicere quod à ſe manat. Verum, ut diximus, non debemus primam tantum creationem noſtram reſpicere, (non ſatis enim confidere poſſemus, quoniam imago Dei quodammodo per peccatum deleta eſt;) ſed quum Deus nos pro infinita ſua miſericordia reformarit, & pro ſuis filiis adoptarit in Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ſuam imaginem in nobis inſculpſerit: hac ratione ſumus ipſius opus, ut erecto capite illum adeamus invocandum, certi, quod nos minime rejecturus ſit, ſed in gratiam recepturus. Itaque notemns hunc locum, cujus obſervatio utiliſſima eſt: nempe, miſerrimam eſſe hominum conditionem, quum non cognoſcunt an à Deo diligantur nec ne. Quare? Neceſſe eſt enim ut perterrefacti Deum rebelli & contumaci animo fugitent, ejuſque manum pro viribus repellant. Ita homines, ceu feræ, non poſſunt ſeſe Deo ſubjicere, donec cognoverint ſe ab eo diligi. Contra autem, quum novimus nos gratos eſſe Deo, tum intrepide ad ipſum accedimus, ut ei reſpondeamus, cedendo ac obtemperando ipſius voluntati, & approbando ejus beneplacitum in nobis regendis. Et quamvis affligamur ab eo, & cruciemur atque angamur, tamen nobis ad eum confugiendum eſt, ut qui ſalutem noſtram curet, ad eamque nos adducat. Quî iſtuc? Non meritis noſtris, ſed quia Deus ſuas in nos gratias effundere conſuevit, ut, quicquid boni habemus, ei acceptum feramus. Ita ſperare poſſumus, Deum perfecturum quod ſemel inchoavit, ſi cognoſcamus, eum, quamvis tot jam nobis contulerit, augere velle ſua dona in nobis, donec ad perfectionem nos adduxerit. Hæc in ſumma hoc loco ſunt obſervanda. Porro Jobus repetit ſuas querimonias: nec mirum. Quamvis enim filii Dei ſeſe in mediis ſuis angoribus conſolentur, & bonam ſpem ſibi ob oculos ponant: tamen non ab omnibus turbis ſunt immunes, ſed certamina alia ex aliis ſubeant oportet. Idem Jobo contigit. Sententia illa, quam audivimus, ſeſe ſuſtinere conatus eſt, quod libere ad Deum poſſet accedere. Quid ita? *Delecteris*, inquit, *opere manuum tuarum.* Jam autem de integro impetitur. Quomodo? *Tu numeras greſſus meos, & peccatum meum*

non

Digitized by Google

beneficiis contentos reddere nequeat: ſumus enim tanquam gurgires inſatiabiles, & exiguum ducimus quicquid bonorum in nos confert. Sin nos affligat, adeo delicati ſumus ut ſtatim obmurmuremus, quaſi nimis ſeverus eſſet: etiamſi leniter nobiſcum agat, hoc tamen agnoſcere non poſſumus. Sic igitur Deus non glorificatur à nobis quemadmodum oporteret: nempe quia carnis noſtræ affectiones nos excæcant, & ita turbant, ut moderato certoque judicio uti nequeamus. Tanto igitur magis nobis pugnandum eſt contra ejuſmodi tentationes, ut eas repellamus: quo intelligere poſſimus, Deum juſte nobiſcum agere, & quicquid facit, conjunctum eſſe cum æquitate. Ut igitur hoc concipiamus, deponendæ ſunt omnes perturbationes noſtræ, & quaſi in captivitatem ſubigendæ. Nam ſi Jobus perperam de judiciis Dei judicavit, ut videmus, quid nos qui centuplo minus profecimus? Interea Jobus aliquatenus eſt excuſabilis, quia Deus, ut jam ante diximus, cum extraordinario modo tractabat: quod probe cognitum in majorem cedit condemnationem eorum qui cum Deo expoſtulant, etiamſi patientiſſime ipſos exſpectarit. Verbi cauſa: Aliquis multa commiſerit in Deum: Deus tamen ei pepercerit: ſed tandem oportet ut aliquam correctionem ſentiat: alioqui in ſuis vitiis pergeret. itaque Deus ipſum plectet. Simul autem ac nos ejus manus tangit, clamamus, Eheu! & quiritamur quaſi nimis in nos ſeverus eſſet: & tamen inficiari non poſſumus, quin lenis & benignus fuerit, & pœnas nobis debitas diſtulerit. Quod ſi unum peccatum plectat, nos mille admiſimus: ut, ſi qua nos caſtigatione afficiat, certum ſit, eam leviorem eſſe quam pro noſtro merito. Si Deus nobiſcum ageret ut cum Jobo, ſi nos urgeret, & interim non patefaceret cauſam, nec peccatorum noſtrorum ſenſu nos afficeret, quemadmodum ſupra diximus, ſed tanquam exemplum nos in theatro proponeret: ſi, inquam, nos ita affligeret, non indicans cur ſic ageret, in quantis anguſtiis verſaremur? Itaque quoties Deus nos afflictionibus viſitat, meminerimus nos propter peccata noſtra promeritos eſſe talem Dei rigorem: ſi ejus tolerantia caſtigationem diſtulit, ſciamus nos tanto magis ei obſtrictos eſſe, & id ex infinita ipſius miſericordia promanaſſe: quod ſi nunc nos affligat, eum peccatis noſtris fuiſſe provocatum: denique, nos ipſius bonitate & gratia abuſos eſſe, qua nos diu toleravit. Hæc nobis ſunt notanda. Cæterum ne conqueramur, ſi Deus peccatorum noſtrorum pœnas non differat. Quid enim profit ei qui malo aliquo laboret, non ab eo purgari? nam fortaſſe reddetur incurabile, quum tamen non dilata curatione potuerit ſanari. Videmus quid iis accidat, qui medicos fugiunt. Nam quum aliquem morbum præſentimus, ſi medicamentum rejiciamus quo malum illud præveniatur, ſi ad extremum exſpectamus, nimis ſero adhibe-

tati Jobi, id eſt, pronunciaſſe eam graviorem quam revera eſſet. Verum textus alium Jobi ſcopum innuit. Non enim novæ ſunt, præſertim apud Jobum & in Pſalmis, repetitiones: quarum uſus frequens eſt in Hebræa lingua. Jam expendamus hunc verſiculum. Jobus utitur hac ſimilitudine, Deum tanquam in faſciculum colligaſſe ſua peccata, eaque velut obſignaſſe, ne quid excidat: tum ſubjicit, Deum ſuperaddidiſſe velut pondus. Ut quum apud Zachariam ſignificatur Deus includere iniquitatem, dicitur Deus mittere maſſam plumbeam in os amphoræ, in quam illam incluſit, ne egredi poſſit. Ita nunc Jobus perſequitur ſimilitudinem, qua uſus erat: dicens, Deum obſignaſſe peccatum ſuum, ne quid excidat, ne minimus quidem articulus. Quod ut exprimat, dicit Deum appoſuiſſe quaſi pondus, ne quid eximatur: adeo ut ſua peccata omnia quaſi incluſa ſerventur, quæ judicentur & condemnentur. Videmus jam, quis ſit hujus loci genuinus ſenſus. Verum eſt, Jobum non ſine cauſa ſic loquutum eſſe: nam, ut jam diximus, extraordinario & inſolito modo urgebatur. Itaque Jobo erat aliqua cauſa ſic lamentandi: ſed tamen ſemper nobis eſt redeundum ad illud quod attigimus, illum immoderatis perturbationibus jactatum non tenuiſſe modum. nam ſi Deus ſummo jure cum illo agere voluiſſet, in eo reperiſſet longe graviora peccata, propter quæ ipſum longe gravius caſtigaſſet. Quid ergo? Conſiderat tantum quomodo Deus homines tractare conſueverit, & propterea conqueritur. Nos vero cognoſcamus, longiſſime nos abeſſe à perfectione Jobi. Domino igitur peccata noſtra plectente, noverimus ſi propter unum aut alterum affligimur: duo & tria, imo maximum numerum, ſupereſſe. In ſe quiſque deſcendat: tum, probe exminata vita noſtra, nonne peccatorum mare in nobis reperiemus? An non cogetur unuſquiſque confiteri, ſe in ſeſe confuſum eſſe? Sibi quiſque diem dicat, & in ſuam vitam inquirat. Et quomodo ſubſiſtamus apud Deum? Hypocriſis & ſtupor ingens fuerit, niſi noſmet ipſos noſtri pudeat, quaſi obruti confuſione ſimus. Quum igitur Deus ipſe nos condemnet, num dicamus nos propter peccata noſtra non pati, & injuriam nobis ab illo fieri? Heu! nequaquam. Sed oportet agnoſcamus, eum multa, imo fere omnia peccata noſtra præterire, nec nobiſcum ſummo jure agere, quo ad peccati odium & veniam implorandam nos invitet. Hæc ſunt hoc loco notanda. Sed interim obſervemus etiam, Jobum cognoviſſe peccata ſua: ne putemus eum voluiſſe ſupra juſtificare ſeſe, & ſibi perfectam puritatem tribuere, ut quidam impudentes faciunt, ut etiam Deum ſibi obſtrictum putent. Non ita Jobus. Quomodo igitur ſeſe juſtificavit? Jam id oſtendimus: nempe, ſibi proponendo quæ Deus erga ſe præſtarer. Sed tamen hic Jobus ſeſe annumerat peccato-

ribus,

Digitized by Google

quamvis ratio mihi ſit incognita, oporteat me, ipſius voluntate contentum, ei ſine diſceptatione ſubjici. Cæterum peccamus etiam dum volumus judices eſſe aliorum: nam amplificando ipſorum peccata, elevamus noſtra, nec cognoſcimus decimam partem offenſarum quas commiſimus, & tamen ſubtiliſſimi ſumus & acutiſſimi aliorum inſpectores: & (quod pejus eſt) quæ bona ſunt, nihilominus damnamus, adeo maligni ſumus. Itaque abſtineamus ab ejuſmodi condemnationibus: & quum Deo viſum fuerit, nos ſevere tractare, agnoſcamus juſta cauſa illum moveri, quamvis nobis nunc incognita. Porro Jobus continuo adjicit, *montes cadere, rupes deſluere, lapides aquis cavari, & miſerum hominem deſtrui à Deo, ſuas in illum vires expromente.* Quidam intelligunt, Jobum hic comparationem inſtituere mortis cum montibus, ſaxis, & lapidibus. Acſi diceret, Quid? Montes & rupes deficiunt: ſed mors perpetuo durat, & vigore ac robore ſuo perſiſtit. Quid hoc ſibi vult? Hic ſenſus nimis eſt coactus, vt videre eſt. Alii putant, Jobum moleſte ferre, quod tam diu langueat: ut propterea dicat, Quid iſtuc? nequeo finem vitæ meæ perſpicere: cupio mortem & tamen non advenit. Si mons eſſem, temporis tamen progreſſu minuerer: ſi eſſem rupes, poſſem cadere: (ut videre eſt ſaxa & rupes in mare decidere:) ſi eſſem lapis, ad me cavandum aqua ſufficeret. Et videmus inundationibus vaſtari agros, & domos everti. Ego vero ſum imbecillis creatura, non ſum validus ut montes: & tamen mori nequeo. Hic quidem ſenſus ad genuinum accedit. Sed tamen Jobus ſimpliciter indicare voluit, montes deficere, & Deum vim in ipſum adhibere: ut certe magna violentia requiritur ad montes evertendos. Quaſi diceret, Quis ego ſum, Domine? Vides meram in me imbecillitatem: at quomodo me caſtigas? Vel minimo digito, imo ſolo flatu me in nihilum potes redigere. Quum enim Deus vultu irato nos aſpicit, nihil nobis ſupereſt niſi mors & perditio. Itaque non eſt neceſſe, ut Deus ſeſe armis inſtruat, ad vincendum adeo miſeras creaturas, ne cum nihilo quidem comparandas. Quando igitur ingentem vim adhibet, quaſi montes evertere, rupes ſubruere, & lapides mollire vellet, hoc indecens videtur. Id voluit Jobus. Semper autem meminerimus quod jam declaratum fuit, nempe Jobum non loqui ex animo ſedato & res ea moderatione, qua decet, meditante, ſed perturbato, & minus modeſte de Deo cogitante. Quare? Oſtendit enim ut agitatus vacillarit: non quod non reſiſteret tentationibus, ut jam diximus; ſed quia nihilominus illum tanta dolorum acerbitas ac vehe-

tempore Eſaiæ Prophetæ, Quid amplius faciam? A Eſa. 1. 6.
planta pedis uſque ad verticem non eſt in hoc populo ſanitas. Deus tædio afficitur, quia hunc populum tot caſtigationibus ad reſipiſcentiam adducere conatus eſſet. En igitur populum peſte, bellis, fame & omni afflictionum genere contuſum, ut leproſo ſimilis videretur: & tamen non minus eſt contumax quam unquam antea. Quid lucri feci? inquit Dominus. Ut igitur pater, qui ſuos liberos nullis caſtigationibus corrigi videt, ſed in contumacia perſiſtere, conqueritur, Heu! quid hoc ſibi vult? operam perdidi: ita Deus de hoc populo conqueritur. Nonne itidem hodie nos gerimus, quamvis multis miſeriis undique circumcincti? non propterea mollitur cæca & inſana noſtra arrogantia: rebellio autem & malitia noſtra cautibus & ſaxis ipſis durior eſt, quamvis ſumus tantum & umbra ſimus. Proinde ne miremur Deum talem nobis corrigendis virtutem exercere. Quare? Non enim reſpicit imbecillitatem qua revera laboramus, ſed duritiam illam cum malitia conjunctam, qua ipſi reſiſtere ſtudemus. Montes excelſi ſunt? Conſideremus, quæſo, animum hominis: ea inſita eſt ſuperbia, ut ipſas etiam nubes transſcendere, & Deum de ſolio ſuo deturbare velimus, nos qui nihil ſumus præter putrida cadavera: & tamen adeo ſumus audaces, ut divinorum operum omnium cenſuram nobis ſumentes, nequeamus Deo nos ſubjicere, ut dicamus, Domine, omnes creaturæ tibi obtemperent, omnia murmura faceſſant. Verum ſecus facimus: nam Deum reprehendere ſubinde volumus: &, niſi res noſtro arbitrio regat, ſtatim ei obtrectamus. Deinde quum non permittit quod cupimus, ſed nos cohibet, an ita nos quaſi captivos conſtringi oportet? videtur de induſtria Deus moleſtiam exhibere hominibus, non habita noſtræ conditionis ratione: quod ſi conſtituit ut hic viveremus, cur nobis non permittit ſaltem quod natura noſtra appetit, aut cur aliam propenſionem nobis non dedit? En diabolicam hominum contumaciam. Accedit malitia obſtinata, adeo ut Deus nos ad ſe revocare ſtudens, nihil proficiat, quum ſimus indociles. Quaqua verſum nos convertat, parum efficit. nunquam enim deponimus illum altum & ſuperbum animum: & quamvis ad tempus humilitatem vultu fingamus, brevi tamen venenum in nobis deliteſcens prodimus, adeo ut ad ingenium redeamus. Videmus igitur quam inſolita ratione corrigi hæc duritia opus habeat. Idque eſt quod Dominus apud Jeremiam inquit: conqueritur enim de populo, qui corrigi non poterat: ubi alia ſimilitudine utitur ab illa quam modo ex Eſaia protulimus. Illa autem ſimilitudo con- Eſa. 1: 7.
venien-

Digitized by Google

[illegible] in hunc locum notanda. Cæterum agnoſcamus, quum Deus caſtigans non contundit nos ceu montes, hoc proficiſci ab ipſius miſericordia. Videmus autem illum tanta ſeveritate non agere nobiſcum: non enim poſſumus inficiari quin vel in maximis noſtris afflictionibus ſalutem noſtram reſpiciat: nam tum etiam quum nos ad inferos detruſiſſe videtur, dat tamen nobis ſolatii & lætitiæ materiam. Verum hoc tribuere debemus paternæ ipſius miſericordiæ, agnoſcentes admirabilem Dei clementiam, quum pro eo quod nos perdere deberet, adeo tamen ſe benignum exhibet ut nos ſuæ bonitatis guſtu afficere in primis cupiat. Hæc in ſumma hoc loco nobis ſunt obſervanda. Jobus autem continuo ſubjicit, *Deum expromere vires ſuas, donec faciem ipſius mutet, ac dimittat eum, ut ignoret qui futuri ſint ſui hæredes, pauperes an divites, nobiles an ignobiles.* Jobus perſequitur ſuam querimoniam, & oſtendit, quum Deus homines per omnem vitam afflixerit, talem quoque fore ipſorum exitum: eoſque poſt obitum nullam rerum hujus mundi notitiam habituros. Deinde concludens, addit, dum caro ſuper ipſum fuerit, interea doliturum, & animam ejus lucturam. Certe hæc querimonia non caret ingratitudine. Jobus enim debebat agnoſcere, Deum ſuas gratias afflictionibus, quas nobis infligit, admiſcere, ut nobis ſit ipſius benedicendi materia. Iſtud autem non conſideravit. Quare? Quia præpeditus erat vehementiſſimo dolore. Itaque meminerimus quod ante monuimus, nempe quotieſcunque Deus nos affligit, nobis reducenda eſſe in memoriam beneficia quæ ab ipſo accepimus: unde dolor noſter temperabitur. Dum enim de malo noſtro cogitamus tantum, tanta anxietate corripimur, ut Deum invocare, benedicere, in eoque acquieſcere nequeamus. Sin ex adverſo ſic apud nos reputemus, Deus tot tantaque nobis contulit beneficia: an non perſequetur? Sic dolores noſtri leniuntur. Deinde audemus etiam Deum invocare. Tum concludimus oportere ut patientes ſimus, ſatis eſſe quod ſe Patrem nobis exhibuerit; & quod nos ſua manu caſtigavit, hoc feciſſe noſtræ ſalutis amore. Hoc igitur primum notare debemus, Jobum, dum ſua mala tantum reſpexit, in eam indignationem effuſum eſſe. Proinde ſedulo debemus Dei beneficia memoria repetere, quoties nos affligit, quo noſter dolor mitigetur ac temperetur. Quod ſi ita nos geramus, reperiemus, Deum non infligere tum corpori tum animæ dolorem ejuſmodi, quin ei materiam tur, an ſui hæredes pauperes ſint an divites: hinc Fidei articulus non eſt conſtituendus, Eos quos Deus ex hoc mundo evocat, ignorare quis ſit noſter ſtatus: Jobus enim ex animo perturbato loquitur. Itaque non eſt certum, quid ex his verbis colligendum ſit: neque etiam noſtra intereſt talia anxie inquirere. Quare? Simus eo contenti, quod nos Deus in hoc mundo collocarit, ut inter nos communicemus, & alii aliorum commoda procuremus. Deus hoc vel illud mihi contulit, eſt quod eo utar in aliorum quoque, non mei ſolius commodum. Deinde poſſumus alii pro aliis Deum precari. Sed quum nos ex hoc mundo evocavit, tum communicatio iſta ceſſat: nec imitari debemus Papiſtas, qui Sanctos mortuos invocant, quaſi præſentes & in hoc mundo adhuc viventes. Nunc, quum nos Scriptura doceat quomodo hac in parte gerere nos debeamus: relinquamus in dubio & ſuſpenſo quod pro certo affirmare ex Dei verbo non licet: cujus ſimplicitatem ſequi debemus. Quod ad hunc locum attinet, videmus Jobum nihil aliud indicare niſi hominem eſſe miſerum. Quare? Nam tota ejus vita doloribus & angoribus referta eſt. Mors autem quid? Malorum omnium & miſeriarum eſt extremum, quia videtur hominem penitus extinguere & ad nihilum redigere. Jobus ſic loquutus eſt, abripientibus ipſum ſuis perturbationibus, ut diximus. Nos vero contenti ſimus, quod, ſi in hac vita langueamus, noſtra caro vexetur, & anima noſtra lugeat, habeamus tamen quod nos in Deo exhilaret, quia promittit ſe Patrem & Servatorem noſtrum perpetuo futurum. Morimur?
Scimus mortem nobis eſſe utilem, ut docet Paulus: *Rom. 14.*
quia Deus hac ratione nos ex hujus mundi miſeriis *verſ. 8.*
eripit, quos ſuarum divitiarum & gloriæ immorta- *Phil. 1.*
lis participes faciat. *verſ. 21.*

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut eorum ſenſu nos afficiat, quo veniam ab ipſo precemur: atque ita incitemur ad opem ipſius implorandam, ut nobis ſuæ bonitatis & miſericordiæ guſtum præbeat, quo magis magiſque proficiamus: & totam vitam conſecremus glorificando ejus nomini, & benedicendo, prout meretur. Et ubi nos ſemel in rectam viam introduxerit, nunquam permittat ut deflectamus, ſed conſtantia & virtute invicta ad finem uſque pergamus. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum etiam populis, &c.

CON-

QUum ſcimus nos in veritate loquutos, & ſecundum Deum, & tamen rejicitur quod diximus, duriſſima eſt & graviſſima tentatio. Non enim nos tantum vituperamur, ſed etiam quod ex Deo eſt contemnitur. Atqui oportuit ut Jobus tale certamen ſuſtineret, ſicut hoc loco videmus. Defenderat ſuam cauſam non aſtu, nec malitia, nec ignorantia: & tamen ei exprobratur, *quod elegerit linguam aſtutorum*, ac Dei contemtorum: nihilque firmi & ſolidi, ſed ventoſam tantum ſcientiam protulerit. Jobus itaque graviter hic accuſatur, quia tueretur doctrinam, quam eſſe divinam noverat. Hoc autem exemplo uti hodie debemus, ne turbemur, ut multi ſolent, dum à maxima hominum parte verbum Dei non modo non recipi, ſed etiam damnari videmus. Quid igitur hic agamus? Quum omnibus ſeculis homines Deo rebelles ſe præbuerint, ut ab eis obtinere non potuerit, ut quod bonum eſſet reciperent: ne miremur, ſi hodie quoque idem contingat, neque apud nos quicquam derogetur auctoritati Dei & ipſius verbi propter contumaciam & malitiam hominum, quando perverſos animos habent, ita ut quod bonum eſt amplecti nequeant. Illi autem qui ad annunciandum Dei verbum ſunt conſtituti, ſi ſe rejici vident, nihilominus conſtanter perſiſtant, nec propterea ab officio avocentur. Non ſolum enim Jobus vera & utilia docens, ſed etiam ipſe Dei Filius damnatus fuit. Videmus enim non tantum non admiſſam fuiſſe ipſius doctrinam, ſed & furioſe impetitum ipſum fuiſſe ac blaſphemiæ accuſatum. Itaque ſi idem hodie accidat, non eſt novum. Nos vero interea verbo Dei obſequamur. Inſurgant homines, quantum voluerint, Deoque reſiſtant & ipſius veritati: non tamen ab officio faciendo deſiſtere debemus. Hoc primum notemus. Deinde obſervemus etiam hæc Eliphazi verba, quamvis perperam Jobo applicentur, nihilominus in genere bonam & utilem doctrinam continere. Primo quum dicitur, *An ſapiens proferet ſcientiam ventoſam & replebit Euro ventrem?* convenit cum eo, quod paſſim Scriptura ſacra docet, Verba noſtra eſſe non inutilia debere, ſed condita
Col. 4: 6. ſale: qua ſimilitudine utitur Paulus: qui ad exprimendam mentem ſuam addit, Sermo noſter ſit firmus & ſolidus, ad auditorum ædificationem, ut in timore Dei inſtituantur, & rectam viam commonſtratam teneant. Hoc igitur ex iſtis Eliphazi verbis colligimus, verba noſtra tendere ad ædificationem debere. Hoc pacto non erunt ventoſa, id eſt, vanitate inflata, ſed firma, ut animas ſolido cibo paſcant. Unde bona & ſancta doctrina vocatur pabulum. Si utilem cibum capimus, ſatiamur, colligimus vires, non turgemus vento, ſed ſolido & convenienti nutrimento reficimur. Ita verbum Dei, ſi ad uſum noſtrum rite accommodetur, nos alit & reficit, nec ventrem noſtrum vanitate replet. Hæc duo igitur notanda ſunt. Primum, ſi utilis & divina doctrina, quam propoſuerimus, negligatur ceu inſipida, non propterea officium eſſe deſerendum, quum idem non ſolum Jobo, ſed etiam omnibus Dei ſervis contigerit: quorum doctrina inſulſa, atque adeo ventoſa & frivola habita eſt. Nos contra videamus, nequid proferamus, niſi quod proſit ædificationi proximorum, ſolidæque ſit utilitatis. Imo in communibus etiam noſtris ſermonibus hæc regula eſt obſervanda. Quamvis enim hic liberiores ſimus, Deus tamen omne vaniloquium damnat. Et tamen videmus, homines ſummam ex ventoſis & inanibus verbis capere voluptatem: adeo ut ab eis abſtinere non poſſint. Verum, ut huic vitio dediti ſint, non propterea eis licitum eſt: videmus enim ut propterea redarguantur à Deo. Itaque retineamus quod ex Paulo protulimus, Ne ſermo noſter Col. 4: 6.
ſit inutilis, ſed conditus ſale, ut auditores ædificare poſſit. Sed in primis hoc obſervandum eſt, quum verbum Dei tractamus. Hic igitur ea ſobrietate utamur, ne profanemus quod Deus ſaluti noſtræ deſtinavit. Certum eſt enim, ſi in verbo Dei tractando ludamus, & quæſtiones inutiles vanaſque diſputationes agitemus, ſacrilegium à nobis committi? Quare? Dominus enim denunciavit, verbum ſuum utiliter eſſe tractandum. Quod ſi in eo ſic verſemur, ut recto & legitimo uſui ſuo illud non applicemus, ſed tanquam pilam luſu jactemus: nec utilem aliquam inſtructionem ex eo percipere ſtudeamus, verum aures vento & inani curioſitate replere tantum curemus, an non rem ſacram polluimus? Quum id, quod nobis ſalutiferum eſt, contemnitur & conculcatur, nonne maxima ſit Deo contumelia? Quamobrem, quum res ſanctæ ſunt tractandæ, eam reverentiam afferamus, qua fiat ut animæ noſtræ bonam ſolidamque inſtructionem inde percipiant, ut cibo ſalutari nutriantur. Eſt enim notanda hæc ſimilitudo à vento ſumta. Nam, ut jam dixi, doctrina utilis reficit & vegetat. Contra, curioſitates illæ, quamvis ſpecioſæ, nihil tamen habent, quo nitamur. Propterea Paulus ait, ſcientiam abſque charitate inflare: ſed charitas, inquit, ædificat, quando rite verbum audimus, ut inſtituamur, aut de eo verba facimus ita ut alios inſtruamus. Quod ſi docti haberi velimus, & quiſque ambiat ſubtilitatis laudem, ut in ſacris literis exercitatus judicetur: quid iſtud? Ventus eſt & tumor, inquit Paulus. En egregiam ſcilicet theologiam, quam ſibi ambitioſi homines confinxerunt. Quemadmodum videmus totam Theologiam Papiſticam nihil aliud eſſe præter tumorem ab Euro, qui exſiccat, nihilque habet ſolidi quo miſeræ animæ reficiantur. Hujus autem diſtinctio in duo capita tribui poteſt. Nam Theologia iſta Papiſtica partim inutilibus quæſtionibus conſtat. Primo ſeſe tota vita torquent de rebus incertis. Volunt

res nullius momenti abripiuntur. En fœdam verbi Dei profanationem. Et, ut eorum doctrina non eſſet prorſus falſa & noxia, nihilominus ſtylus ipſorum fictitius deteſtandus eſſet: ſiquidem eo genuinum & verum verbi Dei uſum pervertunt, ut jam dixi. Itaque meminerimus, rejiciendum eſſe quicquid inflare & exſiccare tantum, ac non alere & reficere animas poteſt. Porro altera Theologiæ Papiſticæ pars circa liberum arbitrium fabricandum occupata eſt, ut credant homines ſibi aliquam ineſſe virtutem, qua ad bonum aſpirent: aut, niſi aſpirare valeant, ſaltem ſint Dei gratiæ prævenientis coadjutores & ſocii, ac propria vi progrediantur: adeo ut inde ſua merita promanent: & quum præſtiterint, quod in ſe eſt, non defuturam ſibi Dei gratiam (quaſi vero illum ſibi obſtringere poſſent) ſeque etiam poſſe bonis operibus acquirere gratiam apud Deum: &, ſi quis ſit defectus, ſatisfactionibus compenſari. Dum igitur Papiſtæ docent homines, quod hoc & illud poſſint: nonne eos arrogantia inflant, ut in Deum evehantur, ſibi de virtutibus ſuis blandiantur, ac ſi admirabilia facere poſſent? Hæc pars longe pernicioſior eſt, quam illa de quæſtionibus frivolis, quam attigimus. Utraque repudianda quidem eſt: ſed interim hæc eſt exitioſior: nam ſi homines ſibi ipſis confidant, & propria virtute nitantur, veneno letali infecti ſunt, & in perditionem ruunt: quia non ſimplex eſt tumor, ſed præterea Diabolica arrogantia, quæ animas in exitium præcipitat. Ex his igitur videmus totam Theologiam Papiſticam merum eſſe ventum, qui inflat tantummodo, nec famelicas animas enutrit. Quid igitur? In ore habeamus ſermones qui ædificent, & miſellas animas reficiant: inſtituamur in Dei timore, & cognoſcamus nos nihil per nos ipſos poſſe: ſed oportere ut hauriamus ex illo omnis juſtitiæ & rectitudinis fonte: ac neceſſe eſſe, ut Deus nobis ſuam gratiam impertiat: alioqui omnis boni inanes fore. Hujuſmodi doctrina ſi proponatur, ædificabit & reficiet auditores. Demus etiam operam, ut ad idem pabulum participandum proximos noſtros alliciamus, ut omnes reficiamur veritate divina, quæ ſola eſt cibus ſolidus, & vires collapſis reficiens. Hæc in ſumma docemur hoc loco. Eſt & notanda declaratio, quam Eliphaz ſubjicit: nam oſtendit, quare doctrinam frivolam comparet vento exſiccanti. *Tum diſſipas timorem*, inquit, *& ſubtrahis preces ad Deum*. Secundum nomen, quo utitur, interdum quidem ſignificat meditationem: ſed accipi ſolet pro oratione & precibus. Et dubium non eſt, quin hoc loco Eliphaz notare voluerit duas præcipuas ædificationis partes, ex bona doctrina percipiendæ. Nam quorſum tendit Deus, dum nobis verbum ſuum proponit? Eo nimirum ut nobis frenum injiciat, faciatque ut in ipſius timore & obedientia ambulemus: deinde ut ipſi uni prorſus fidamus, ipſum invocemus, ſcunt, ſe ſubjectos eſſe ſuo Creatori? In omne malum ruunt. ſcimus enim quam effrenatæ ſint noſtræ cupiditates. Itaque timor Dei nobis dominari debet, ita ut cognoſcamus, nos non eſſe in hoc mundo collocatos, ut pro libidine vivamus: ſed ut Deus nos pro ſuo arbitratu regat, ejuſque imperio ſubjiciamur. Hoc ſignificat vox *timoris*: ut diſcamus, inquam, vitam noſtram ad Dei voluntatem conformare. Dedit nobis Legem, qua regamur, & doceamur bonum à malo diſcernere. Ut igitur confuſionem vitemus, hinc nobis eſt inchoandum. Sed interim quomodo progrediamur in Dei timore, niſi ſuo Spiritu nos gubernet? Sumus enim vacui omni bono, & ad malum duntaxat tendimus. Et comparata Lege Dei cum vita & natura ipſa hominum, reperietur contrarietas ceu inter ignem & aquam, & nihil magis adverſari juſtitiæ Dei, quam omnes carnis affectus: qui totidem ſunt inimicitiæ in Deum, ut Paulus docet octavo ad Romanos. *Rom. 8:7.* Quod quum ita ſit, recurrendum ad preces: quum nil niſi malum appetamus, adeo ut etiam huc furibunde rapiamur, à Deo petamus ut nos manu prehenſos ducat, & Spiritus ſui dominio ſubjiciat, ut juſtitiæ ſponte adhæreamus, & quocunque nos vocet, ultro ſequamur. Neque etiam permittat ut ullis Satanæ & mundi tentationibus ab officio avocemur: velitque nobis peccata noſtra condonare, & nobis ſemper eſſe benignus & propitius. Hujuſmodi ergo preces cum timore Dei ſunt conjungendæ: non enim ſatis eſt doceri, quid præſtare debeamus, quid Deus à nobis exigat, & quid ſit officii noſtri: ſed etiam exhortandi ſumus, ut ad illum adeamus & confugiamus, in eoque, quod nobis deeſt, quæramus, quo noſtræ inopiæ ſubveniat, & miſeriæ medeatur, ut qui ſit unicus & verus medicus. Satis uno die profecerimus, ſi hunc locum memoriæ inſigamus. Crebris quidem concionibus interſumus: ſed fruſtra: niſi attente auſcultantes diſcamus, quid Deus à nobis poſtulet, quomodo nos gerere debeamus, ne inſtar brutorum in hoc mundo vivamus. Nullam autem aliam regulam Deus probat, niſi ut ſuæ voluntati obtemperemus: nam omnes devotiones ab hominibus confictæ, prorſus ſtultæ ſunt & ineptæ. Quemadmodum videmus miſeros Papiſtas ſeſe indeſinenter fatigantes, ut hoc illudve agant. Verum nihil proficiunt. Nam ſua figmenta ſequuntur, & apud ipſos Lex Dei quaſi ſepulta jacet. Itaque ne nosipſos fallamus, quum audimus concionem, ita auſcultemus ut certitudinem minimè fallacem inde concipiamus: quod conſequemur, quum puræ Dei voluntati vitam noſtram regendam trademus. Sed nec id ſufficit. Fruſtra enim auribus noſtris inſonet hujuſmodi vox, En quid agere debeamus, en quid Deus jubeat: donec didicerimus illum ipſum eſſe, qui Legem ſuam cordibus noſtris inſculpit, & viſceribus inſcribit, quique virtute ſuis man-

Digitized by Google

eit. non enim eam in hominibus reperiemus. Et quomodo quæramus, niſi per preces? Sic ergo Deum compellemus: Domine, nos omnis boni inanes reple tua gratia. Sumus quidem miſeri peccatores: ſed ubi fuerimus membra corporis Filii tui, per ipſum juſtificabimur. Sumus macularum & ſordium pleni, ſed ille nobis perfecte abluendis ſufficit. Sumus obnoxii atque obſtricti morti æternæ, ſed nos ea liberavit Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Itaque, Domine, da ut participes ſimus bonorum, quæ immenſa bonitas tua nobis acquiſivit. Sic igitur ad Deum recurrere convenit. Quin etiam, Domine, reple nos Sancto tuo Spiritu, qui nos ſua virtute regat: nec permitte, ut ullis tentationibus ſuccumbamus. Hæc in ſumma ex hoc loco diſcenda ſunt. Porro Eliphaz poſtea Jobo exprobrat, *quod habuerit linguam aſtutorum.* Quibus verbis ſignificat, eum nihil aliud quam irridere Deum, ut ſolent qui omni timore, ac reverentia Dei, adeoque omni ratione carent: nam interdum ſimplicitate quadam peccant homines, ut aliquo Dei timore, ſed obtuſo & ſtupido afficiantur. Quemadmodum multos videre eſt, qui non vivide tanguntur, ſed partim obbruteſcunt: at in quibus interim nonnullus Dei timor, quamvis prope ſuffocatus, deliteſcit. Iſti plus ſimplicitate quam malitia peccant. Sed alii ſibi acutiſſimi videntur, dum omnem religionem irrident, & Deo illudunt ipſiuſque Majeſtati, & ſibi effrenem licentiam omnis mali conſulto patrandi permittunt. De hiſce aſtutis Eliphaz loquitur hoc loco: de iis, inquam, qui non ignorantia & ſimplicitate peccant, ſed deliberato Deum contemnunt, cjuſque verbum ludum & fabulam faciunt. qui eſt omnis iniquitatis cumulus. Itaque notemus, Deo frena hominibus huc uſque laxante, ut cum ipſo aſtute agant, tunc Satanam ita miſeros iſtos occupare, ut difficillime & vix ad rectam viam reducantur. Videmus etiam ut Eſaïas Propheta in iſtos fulminet, Væ qui profundi eſtis corde: nam utitur hac ſimilitudine, loquens de iſtis aſtutis, qui ſibi perſuadent, ſe Deum decepturos. Acuent ingenia ſua, excogitabunt ſubtilitates, ut ita omnem Dei timorem ſepeliant. Hinc enim incipiunt, Si ita arcte conſtringamur, ut vel minimæ Scripturæ ſacræ voculæ oporteat nos ſine exceptione credere, quid fiet? Multa enim ſunt obſcura & dubia. Ecquid futurum eſt, ſi eam verbo Dei auctoritatem tribuere cogamur, ut nihil liceat inquirere, quomodo ſit accipiendum? Iſti aſtuti ergo, qui verſutiam contra Deum meditantur, hinc aggrediuntur, nempe ut ſibi licentiam ſumant: qua conantur efficere, ne dignoſcatur quod ex Dei verbo eſt, nimirum, qua non diſcernatur albedo à nigredine, & neſciatur, quid ſequendum ſit, & quid fugiendum. Deus vero, ut dixi, damnat ejuſmodi ignorantiam: oportet enim ut pueri ſimus, non intelligentia, ſed malitia, ut ait Petrus, edocti à Deo & Spiritus Sancti luce illuſtrati, verboque ipſius illuminati: adeo ut non malitia vivamus: ſed petamus quaſi lacte, id eſt, ſimplicitate ac rectitudine enutriri. Nam ut Deus olim ſic ſuos filios habuit, ita hodie vult eandem eſcam nobis exhiberi. Interea autem notemus, ſervos Dei oportere præmuniri adverſus hoc ſcandalum, quum ipſis exprobratur, quaſi Deum contemnerent, & confuſionem ubique ſpargerent: ſicut hodie Papiſtæ adeo frontem perfricarunt, ut nobis exprobrent, quod licentiam carnalem invehere, & omnem honeſtatem, pietatem, & charitatem extinguere conemur. Nobis id quidem exprobratur, ſed non ſolis. Videmus Jobum talibus tentationibus fuiſſe impetitum: eas igitur patienter feramus, ita ut Deo & hominibus probemus eſſe calumniam: quemadmodum etiam reſpondere nobis licet, modo nos divinæ doctrinæ conformare ſtuduerimus. Nam ſi teneamus id tantum quod in Dei ſchola didicimus, & in eo perſiſtamus, id ſufficiet omnibus adverſariorum veritatis falſis criminationibus refutandis. Interea ne dubitemus homines à ſui ipſorum fiducia avertere. Nam quum jubemur Deum pure colere, an non docemur in eo ſolo acquieſcere, neque huc illucve pro libidine noſtra deflectere, ſed omnibus Dei mandatis ſimpliciter & omnino obtemperare? Ita decet nos coram Deo puros eſſe, & hominibus teſtari, quod æquitatem colamus. Quod ſi improbi nos calumnientur, impudentia illorum cognita, patientes tamen ſimus. Eliphaz autem ſubjicit, Jobum non debere ſic ſuo ſenſui præfidere: *An primus hominum genitus es? aut ante montes formatus? etiam canus & decrepitus inter nos eſt, & grandior ætate quam pater tuus. Numquid conſilium Dei noſti?* Eliphaz, exprobrans Jobo, quod non ea ætate ſit provectus, ut talem judicandi libertatem ſibi ſumere debeat, non quidem ſine aliquo colore loquitur, ut ſupra diximus. Nam cui dedit Deus longam vitam, is multa diſcere potuit: deinde ſcimus, illam ætatem juvenili, quæ fervida eſt, ſedatiorem & moderatiorem eſſe. Itaque credibile eſt, ſenem, qui proficiendo vixerit, perfectiorem & certiorem doctrinam habere quam alios. Attamen videmus ut maxima pars non modo non proficiat, ſed etiam dediſcat. Homines enim ætatis progreſſu poſſent & ſcientiam & intelligentiam & prudentiam acquirere. Verum quia natura in deterius perpetuo delabimur, niſi

1 Petr. 2. verſ. 2.
1 Cor. 14. verſ. 20.

Digitized by Google

lio, expoluit. Sed &, quod ad nos attinet, cognoſcimus nobis oculos ab eo aperiri, ut quod in Scriptura ſacra continetur, nobis non ſit ceu peregrinum idioma, verum notum & familiare: quum alioqui eo nunquam noſter ſenſus penetraret. Jam itaque videmus, quomodo homines ſeſe humiliare debeant, ſcientes ſe non fuiſſe Dei conſiliarios, ac proinde ſibi adoranda eſſe ejus ſecreta. Cæterum, quando viſum eſt Deo nos ſuæ voluntatis participes facere: ipſius conſilium, prout ab eo declaratur, comprehendere ſtudeamus. Sed interim ne ſupra modum ſapere velimus: quum enim Deus de Spiritu ſuo in nos effundit, ut nobis revelet abſtruſa, & quæ humanum ingenium exſuperant, non vult inquiramus quæ in ipſo latent: nam ſufficere debet, quod nunc ex parte cognoſcamus, ut ait Paulus. Ne igitur limites noſtros transſiliamus, ſed ea tantum diligenter inquiramus, quæ Deus vult à nobis cognoſci. Ea docentur in ſacra Scriptura, ne ultra progrediamur. Quamquam autem magnam partem Scripturæ non intelligamus, nihilominus Deum precemur, ut in dies nobis revelet, quod nunc nos latet: & interea ſub ejus ſubjectione ambulantes, ne temere ultra progredi tentemus. Oportet enim ut illi etiam, qui majores progreſſus fecerunt, cognoſcant, ſe idoneos non eſſe intelligendis omnibus Dei ſecretis: hoc enim in ultimum diem reſervatur. Unde non ſine cauſa David (quamvis Propheta tantus eſſet) in has voces erumpit, Quam admirabilia ſunt Dei conſilia! Quibus docet, fieri non poſſe ut metam talis intelligentiæ contingamus, quoad Deus nos iſta mortali carne exuerit. Proinde quamdiu hic vivimus, nos adhuc in via eſſe noverimus. Hæc ſunt nobis hoc loco obſervanda. Porro ſubjicit Eliphaz, *An parvæ tibi videntur conſolationes Dei? an aliquod eſt ſecretum apud te*, aut, *idne tibi eſt inſolens.* Nam hæc vox, *ſecretum*, ſignificat aliquid novum & inſolens. Eliphaz his verbis Jobum ſuperbiæ & ingratitudinis inſimulat. Ait enim, Quid? videris contemnere conſolationes Dei, & inſolens ducis quod te conſolatur. Si quid tale aliquis committeret, merito haberetur ſuperbus, & Dei gratiæ contemtor non ferendus. Quare? Sunt enim habendæ maximo in pretio conſolationes Dei præ omnibus rebus. Quum turbamur, quodnam remedium eſt noſtræ ægritudinis, niſi ut Deus ad rectam viam nos reducat? Itaque ſedulo notemus, nobis perplexis & anxiis nihil ſupereſſe, quo tranquillitatem conſequamur, niſi ut Deus nos pacatos & contentos reddat: quod beneficium pluris facere nunquam ſatis extollere poſſimus? Verum quamvis experientia convincamur, Deum ſolum poſſe nos conſolari perplexos & anxios, & hanc conſolationem ſufficere: momento tamen ejus obliviſcimur, & aliqua moleſtia affecti, eam fovemus, frenum noſtrum mandentes. Non confugimus ad Deum, ut dicamus, Quid? Ecce, Deus tuus ſæpe declaravit, te ad ſe accurrere debere, & tamen de eo non cogitas. Tanto diligentius notandus eſt hic locus, nempe homines nimis ingratos eſſe, dum conſolationes Dei in ſuis angoribus & turbis non amplectuntur. Ad ingratitudinem accedit intolerabilis ſuperbia, quod ſuam miſeriam & inopiam non ſentiant, ut remedium quærant. Superbia autem melius exprimitur voce Secreti, quum Eliphaz inquit, Quod ſecretum apud te eſt? Acſi diceret, Miſer homo, an tuam fragilitatem non ſentis? Certum autem eſt, homines, ſi ſeſe, quales ſint, cognoſcerent, inflammatum iri deſiderio quærendi Dei, eique ſe reconciliandi: nec prius quieturos, quam Deus ſuæ gratiæ ſenſu ipſos affeciſſet. Verum adeo ſtupidi ſumus, ut quum ſtulti & vani ſimus, putemus tamen ſapientes eſſe, & in promtu habere malorum noſtrorum remedia. Si quid nos turbat, acuimus animos noſtros ad hoc illudve excogitandum: quaſi remedia in officina noſtra pararentur. Tanta eſt tamen hominum ſuperbia. Ideo hic dicitur, Quodnam ſecretum apud te eſt? Si ergo intelligeremus, quam rudes, ignari atque idiotæ ſimus, certe non adeo veſani eſſemus, ut exiſtimaremus penes nos eſſe ex anguſtiis emergendi remedium. Sed recta ad Deum confugeremus, ſcientes illum ſolum poſſe mederi: quemadmodum etiam re ipſa experimur. Hactenus de iſta ſententia. Sed illam, ut dixi, ad praxin revocemus: & quia vita noſtra tot miſeriis eſt obnoxia, ut homo ne momentum quidem poſſit quieſcere, niſi in ſtuporem conjectus ſui ipſe obliviſcatur, ad Deum accedamus, ut nos conſoletur: atque pro dignitate admonitiones ejus æſtimemus. Deus autem nos non uno modo conſolatur: nam, ut dixi, diſcutit nubes & turbas, quibus nunquam liberandi nobis videbamur: adeo ut claram lucem cernamus. Porro Eliphaz ſubjicit, *Jobi animum abreptum eſſe, & nutu oculorum inſurgere in Deum.* Hic Eliphaz Jobum ſuperbiæ, ſed immerito, arguit. Verum, uti jam non ſemel diximus, quamvis hæc perperam Jobo accommodentur, utilem tamen doctrinam, & ad omnes pertinentem, continent. Ait igitur, Quid abripit vel occupat animum tuum? Et quid innuunt oculi

Digitized by Google

decet, ſeſe humiliant, illos amentes eſſe ac phreneti-
cos. Nam ſi vel tantillum mentis haberent, ſeſe de-
mitterent, nec auderent Deo ſic reſiſtere, nihilque
ſibi arrogarent, quum nihil præter damnationis &
confuſionis materiam habeant. Hic locus inſignis eſt,
ſi rite illum uſui noſtro applicemus. Quid igitur?
Diſcamus noſipſos cognoſcere, ex veteri proverbio:
& ita fiet ut de nobis humiliter ſentiamus. Verum
homines ſeſe intra ſe continere nequeunt: quæ cau-
ſa eſt, cur nos ipſos præcipitemus, Deique iram &
vindictam in nos provocemus: quoniam ſuperbos
ferre non poteſt. Illud autem non difficile fuerit,
quando animus noſter non abripietur. Nam quid
cauſæ eſt, cur homines ita ſuperbiant, dum aliqua vir-
tute, aut juſtitia aut ſapientia pollent? Quia ſeipſos
mancipant, id eſt, conſulto ſibi oculos obvelant & oc-
cæcant. nam qui ſeipſum fallere non vult, verùm ſeſe
intuetur, ut Deus jubet, ſatis materiæ humiliationis
in ſe reperiet. Sed de induſtria claudimus oculos, &
volumus decipi. Homines igitur, dum ita abripiuntur,
neceſſe eſt, ut labra diducant & moveant caput, dum
loquitur Deus, omneſque admonitiones aſpernentur,
& tandem etiam in ruinam extremam præcipitentur.
Jam ad id quod præcipuum eſt accedamus. Hactenus
enim Eliphaz præfatione uſus oſtendit nihil impedi-
re Jobum quominus ſuperioribus admonitionibus
proficeret, præter ipſius arrogantiam & in Deum in-
gratitudinem. Nunc ſubjicit, *Quid eſt homo ut mun-
dus ſit? & ut juſtus ſit natus muliere? Ecce in ſanctis ſuis,*
(id eſt, in Angelis) *non reperit ſtabilitatem, & cæli non
ſunt puri in oculis ejus. Quanto magis homo abomina-
bilis eſt & fœtidus, bibens ſicut aquam, iniquitatem?*
Ut piſcis alitur aqua, ſic homines improbitate pa-
ſcuntur, num igitur putent, ſe juſtos fore apud Deum?
Primo enim oporteret ipſos eſſe puriores Angelis:
deinde ſplendidiores Sole, & illuſtriores ſtellis: quum
ipſi cœli impuri ſint coram Deo, ſi cum eo compa-
rentur. Hoc ſupra fuit ex parte tractatum: ſed ut
non ſine cauſa repetitur, ſic utile eſt reduci in memo-
riam quæ jam dicta fuerunt. Et certe hæc doctrina
obſervatione digniſſima eſt, nec eam ſatis meditari
poſſumus. Primum ſciendum eſt, quomodo Angeli
ſtabilitatem non habeant apud Deum. Aliqui hoc
expoſuerunt de Diabolis, ſed perperam. qualis enim
eſſet iſta ratiocinatio, Diaboli non ſunt juſti, Ergo
homines ſibi juſtitiam arrogare non debent? Scimus
Diabolum eſſe Principem omnis iniquitatis & mali-
tiæ. Verum hic nominatim agitur de beatis Ange-
1 Tim. 5. lis. Propterea hoc loco vocantur Sancti Dei: quod
verſ. 21. elogium illis tribuitur etiam in aliis Scripturæ lo-
cis. Vocantur quoque Angeli electi. Jam autem vi-
deamus, qui fiat, ut in illis Deus non reperiat firmita-
tem. Hoc non fit tantum, quia conſtantiam ad perſi-
ſtendum nullam habent, niſi Deus illos ſua virtute
to animo adhærere Deo? nulla unquam prava cupi-
ditate ab eo fuiſſe averſum? Heu! non tantum huc
non pervenimus, ſed vix iter ingreſſi ſumus. Sic igi-
tur omnes homines condemnantur apud Deum,
quoad juſtitiam iſtam mediocrem. Ideo Paulus, ci- *Gal. 3:10.*
tans hunc locum, Maledictus, quiſquis non perfece- *Deut. 27.*
rit quæcunque Lex imperat, ait hac ſententia omnes *verſ. 26.*
homines condemnari. Angeli autem ex hac juſtitia
ſunt accepti Deo. Quare? quia nulla labe, nulla ma-
cula ſunt inquinati, ſed omnia eorum deſideria ad
Deum pure colendum tendunt. Atque ita ſecundum
juſtitiam Legis, accepti ſunt Deo, ſicuti diximus.
Verum altior quædam eſt juſtitia in Deo, quæ
omnes creaturas ſuperat, cui nec Angeli ſatisfacere
poſſunt. Nec mirum. quæ enim comparatio rei in-
finitæ cum finita? Nam Angeli quamvis maxima
gloria præditi, ſunt tamen creaturæ. Quid autem
eſt Deus? Res infinita, & cujus ſola cogitatio omnes
ſenſus noſtros obſtupefacit. Itaque ne miremur ju-
ſtitiam Dei adeo excelſam eſſe, ut omnes creaturas
cum ea comparatas oporteat in nihilum redigi. Hic
igitur dicitur Deus non reperturus firmitatem in An-
gelis ſuis: id eſt, ſi illos ad ſummum illud examen
vocaret, fore ut ipſi Angeli evaneſcant, omniaque
evertantur & pereant. Verum quia Deus contentus
eſt honore, qui ſibi ex Lege exhibetur, Angeli in
ejus conſpectu conſiſtunt, & pro juſtis, quales ſunt
revera, etiam cenſentur. Sed diverſa ſunt, Deum tra-
didiſſe juſtitiam ad captum noſtrum accommodatam,
& aliam penes ſe babere qua omnes creaturas ſecum
comparatas vincat. Nunc igitur videmus, ſi ad Deum
ſiſtamur, illic damnatum & maledictum iri: & tan-
tum abeſſe, ut poſſimus conſiſtere, ut ipſos quoque
beatos Angelos pudefieri oporteat. Quare? quia ne
ipſi quidem cœli ſunt puri. Nam Solis & ſtellarum
ſplendor non eſt perfecte divinus. Meminiſſe debe-
mus, quod jam dictum eſt, creaturas retinere quidem
aliquas inditæ ſibi à Deo gratiæ notas: ſed ubi cum
ipſo Creatore conferentur, illas nihil, hunc omnia
eſſe, compertum iri. Sic ipſi cœli non ſunt puri,
id eſt, creaturæ quantumvis excellentes, ſunt nihi-
lominus imperfectæ, nec habent quo poſſint coram
Deo conſiſtere, ratione habita infinitæ gloriæ quæ
penes ipſum eſt. Porro ſubjicitur, Quod quum ita
ſit, quid fiet hominibus? Idipſum eſt quod jam at-
tigi, etiamſi Deus nos examinare velit ex mediocri
illa juſtitia, quam in Lege ſua patefecit, nos omnes
nihilominus reos fore, & condemnationi obnoxios,
cui ſuccumbendum fuerit. In ſumma, homines hic
dupliciter convincuntur: nam ſi elato capite nos
Deo ſiſtamus, & dignitate noſtra coram ipſo niti
velimus, tanto major fuerit noſtra confuſio. Num
enim beatis Angelis juſtiores erimus? Videmus au-
tem nullam creaturam in Creatoris conſpectu ſtare
poſſe,

Digitized by Google

iſtis rerum terrenarum, ad cœlum elevantur? Num hic vitam ſpiritualem vivimus, renunciantes omnibus, iis quæ nos à Deo avertunt? Multum abeſt. Quum Deus precandus eſt tantum, exempli gratia; tunc extra ſe quiſque exeat, omnes ſollicitudines deponat, omnibus perturbationibus & avocamentis ſeſe exuat, ſuaſque miſerias ſentiens ad Dei opem implorandam ſe proſternat oportet, ut docet Scriptura. Atqui oratio reliquis vitæ noſtræ functionibus auguſtior eſt. Et tamen in Deo orando ita carnales ſumus, ut varias imaginationes pravas animo volutemus, quæ bonos affectus, ſi qui ſunt, interturbant. Quum igitur adeo leves ſimus in re tam ſancta, qualis eſt oratio, quid de reliquis vitæ partibus erit ſtatuendum? Satis omnes id ſentiunt: quo magis pudere nos debet, rem tam notam toties nobis inculcari. Quod quum ita ſit, heu! num coram Deo conſiſtere poſſimus? Num jam noſtras juſtitias jactemus? Jobus quidem nihil tale cogitavit, & immerito iſtius arrogantiæ accuſatur ab Eliphazo. Sed tamen hæc doctrina ad uſum noſtrum eſt applicanda, & quid dicatur de hominibus diligenter obſervandum. Non ſolum enim accuſantur fragilitatis: quemadmodum & ipſi Papiſtæ fatentur quidem nos eſſe infirmos, ac proinde nullam nobis ineſſe juſtitiam idoneam ad ſatisfaciendum Deo. Sed hic aliquid amplius audimus, nempe homines totos eſſe infectos peccato. Hoc loco non audimus, quomodo homines ſeſe juſtificare poſſint, quum nequeant totam Legem implere, multiſque ſint imperfectionibus involuti, tot infirmitatibus laborent, adeoque ſint leves & inconſtantes, & ſi qua ſunt alia iſtis ſimilia, quæ hominibus exprobrentur, vero morbo non deſignato? Sed ita hoc loco dicitur, Num homines juſti ſint, quum ſint abominabiles & fœtidi, ac, ceu aquam, iniquitatem bibant? Id eſt, genuinum ipſorum pabulum eſt peccatum, nec guttula boni in eis reperietur: denique ut corpus cibo & potu alitur: ſic homines ſolo peccato paſcuntur, adeo ſunt corrupti. Non quod noſtrorum corporum & animorum ſubſtantia ſit mala: ſumus enim Dei creaturæ. Sed hic craſſa Minerva loquimur, ut ſignificemus quicquid nobis ineſt, quaſi conditum eſſe malo. Noſtra quidem corpora, quoad eſſentiam, ſunt bonæ creaturæ Dei: nec non animæ noſtræ: ſed nihil ineſt quod non ſit depravatum. Nam animæ noſtræ, ut ſint creatæ bonæ à Deo, malo tamen ſunt infectæ, adeo ut ne guttula quidem boni inſit, quæ non ſit polluta & contaminata. Hæc in ſumma hoc loco docemur. Primum igitur notemus, plurimum intereſſe inter infirmitatem & corruptionem. Nam ſi homines vocentur infirmi, quales à Papiſtis vocantur, idem Ethnici dixerunt. Et quis idem non homines contemplari. Quid autem in illis cernit? Abominationem & fœtorem. Sumus Deo inviſi ac deteſtabiles, & tamen noſipſos admiramur. Sed quid iſtud nobis proderit? Ita quotieſcunque tentabimur ſuperbia propter aliquam virtutis ſpeciem: meminerimus nos Deo ſiſtere, & recordemur horribilis hujus ſententiæ, Quum Deus ex cœlo proſpexit, & diligenter inquiſivit, ne unum quidem reperiſſe, qui non ſit infectus & abominabilis. Sic igitur intelligendus eſt hic locus. Quod autem dicimur bibere iniquitatem velut aquam, eo magis exprimitur totam vitam noſtram malo eſſe addictam: ut, quemadmodum piſcis in aqua vivit, ſic homines peccatis & vitiis paſcantur. Verum eſt, malum, quod nobis inſitum eſt, Deo non
eſſe adſcribendum. Adamus enim creatus non eſt in *Geneſ. 1.*
corruptione quæ hic refertur: hanc ipſe ſibi adſcivit. *verſ. 31.*
nam quæ Deus creaverat, bona eſſe viderat. Homo itaque, excellentior cæteris creaturis, non ita perverſus erat, antequam ſe à Deo alienaret: ſed ubi ſe à fonte juſtitiæ ſeparavit, quid ei ſupereſſe potuit præter iniquitatem & corruptionem? Ita videmus, unde malum noſtrum originem ducat, ne Deo imputemus vitia, quibus obnoxii ſumus & mancipati: ut Scriptu-
ra dicit, Nos venditos ſub peccatum, & Satanæ eſſe *Rom. 6.*
mancipia: ſed cognoſcamus eſſe velut hæreditatem *v. 16, 17.*
quam à parente noſtro Adamo trahimus: proinde nos *& 7: 14.*
omnes coram Deo reos fateamur. Sic accipienda eſt iſta corruptio & peccati ſervitus, de qua hic agitur: non quam nobis excuſandis prætexamus, ut dicamus, Heu! quid hic faceremus? Quemadmodum quidam ſic blaſphemant contra Deum, Quum homines non poſſint non peccare, quid facerent quo à peccando abſtinerent. Nequeunt tentationibus reſiſtere: an non igitur ſunt abſolvendi? Sin Deus illos damnaret, nonne crudelis eſſet? Videre eſt quoſdam tales blaſphemias in Deum evomentes. Quamobrem obmuteſcamus, agnoſcentes totam culpam in nobis reſidere, noſque totos peccato immerſos eſſe: atque ita ſponte noſipſos condemnemus, ſi coram Deo juſtifi-
cari volumus. Alioqui quod eſt in Pſalmo ſemper *Pſal. 51.*
implebitur, Deum juſtificatum iri in omnibus ſermo- *verſ. 5.*
nibus ſuis, & fore ut vincat cum judicabitur. Itaque quicquid obganniamus, ſemper tamen juſtus erit, idque in noſtram confuſionem. Volumus ergo coram ipſo juſti cenſeri? Unica eſt iſtud conſequendi ratio, nimirum ut ſponte confiteamur horribilem eſſe in nobis confuſionem, ac nec boni quidem micam. Proinde petamus à Deo, ut nos pro ſua miſericordia recipiat in gratiam, & in Domini noſtri Jeſu Chriſti nomine juſtificet, id eſt, nobis ab omnibus ſordibus ablutis per Filii ſui ſanguinem ipſius juſtitiam imputet: ut certe, ejus veſte induti, Deo accepti erimus: quia

Digitized by Google

norum abſconditus eſt violento.

21. Sonus terroris eſt in auribus ejus: in ipſa pace vaſtator invadet eum.

22. Non credet ſe rediturum è tenebris: videbit gladium.

INtelleximus heri, quæ ſit hominum à Dei gratia alienorum conditio: nimirum illos prorſus fœtidos & abominabiles eſſe: tantum abeſt ut ſua juſtitia coram Deo ſubſiſtere queant. Interim autem agnoſcere debemus ſummum Dei erga nos beneficium, quando nos induit juſtitia, quæ Angelorum præſtat juſtitiæ. Nobis miſeris peccatoribus nihil eſt infelicius: & tamen Deus nos donat juſtitia excellentiore quam ſit Angelorum juſtitia naturalis: nam ſunt etiam participes gloriæ Jeſu Chriſti, ut qui ſit commune omnium caput. Nam Chriſti juſtitia nobis imputatur, quæ eſt Angelica præſtantior. Itaque in eo argumentum habemus bonitatis divinæ indeſinenter magnificandæ. Jam accedamus ad ea quæ hoc loco Eliphazus ſubjicit. Agit de re, quæ in ſe vera eſt, modo rite applicata eſſet: nempe, *Improbos nunquam quieſcere*, ſed ita turbari ut ſui ipſorum ſint aſſidui carnifices. Unde male concludit, Jobum eſſe improbum, etſi enim ſuis doloribus turbaretur, nihilominus tamen, ut ſupra teſtatùs eſt, in Deum ſperabat. Proinde hæc doctrina, ut dixi, bona eſt & ſancta: ſed rite eſt adaptanda. Propterea dicebamus, petendum eſſe à Deo ut inter legendum ſacras literas prudentia nobis adſit, qua intelligamus quo quæque ſpectent, ut fructum inde percipiamus. Alioqui à recto aberrabimus, niſi nos Deus ducat. Quo melius autem proficiamus, ſequamur ſeriem orationis Eliphazi, *Audi me*, inquit, *& tibi narrabo quod vidi.* Loquitur de ſua ipſius experientia: deinde adjicit, hanc doctrinam receptam ita fuiſſe inter ſapientes, quibus Deus dedit ut non ſolum ſibiipſis recta conſulerent, ſed etiam regiones & provincias recte adminiſtrarent: tum addit, *illos pacate regnaſſe, nec peregrinos per medium ipſorum tranſiviſſe*, id eſt, non occupaſſe regiones, quas à Deo regendas acceperant. Verum eſt, ſi quos Deus excellentibus donis ornavit, hæc dona non eſſe ſpernenda, quum ſciamus Spiritum Dei in eis habitare: adeo ut ſi illorum monitis non auſcultemus, non creaturas mortales, ſed Deum vivum contemnamus. Nam prout Deus ſuas gratias diſtribuit, ita vult à nobis recipi, ut communi utilitati cedant. Quum igitur Eliphaz proponit auctoritatem eorum qui regionibus gubernandis præfuerunt, colore quidem non caret: ſed iſtud non ſufficit, niſi ſciamus Deum eſſe qui loquatur. Num etenim tanti eſt hominum auctoritas, ut ei fides ſit adhibenda? Vult quidem Deus ut dociles ſimus, & cognita admonitionum veritate, ſpiritu contradictionis non agamur, nec immorigeri ſimus. In hunc ergo modum recipienda eſt hominum auctoritas. Quod ſi veritatem evertant, & in mendacium mutent, perperam facimus, ſi eis adhæreamus. Itaque hoc caput diligenter eſt obſervandum. videmus duo eſſe extrema pernicioſa: unum, quum omnis doctrina & prudentia rejicitur. Nam ſiqui ſint inter nos, quos Deus præ aliis ornarit ſuis donis, & quibus Spiritum ſuum copioſius communicarit, & tamen contemnantur, certum eſt, ut jam oſtendimus, Deo contumeliam fieri. Nihilominus videre eſt multos præfractos, qui nullius conſilio & prudentiæ ſubjici volunt. Alterum autem extremum eſt, dum præoccupati opinione quod aliquis ſingulari ingenio, præſtanti ſcientia, & magna experientia ſit præditus, hîc inſtar brutorum, nulla diſcretione nulloque judicio utimur. At nos ita duci ſinere non debemus: Deus enim ſibi ſuum jus perpetuo reſervat. Quodnam? Ut ei ſubjecti ſimus, & ab ipſo pendeamus, quod ad ſalutis doctrinam attinet. Verum eſt, conſtitutionibus politicis eſſe obtemperandum, nempe ſi illæ ad Deum referantur, ab eoque dependeant. Interea hoc fixum eſto, Deum nos à ſe doceri velle. quum enim tale magiſterium hominibus tribuimus, quid aliud quam Deum ſua auctoritate & principatu ſpoliamus? Hoc extremum ergo non minus damnari oportet quam alterum. Medium autem ſequemur, ſi, quibus Deus dona contulerit, eos honore proſequamur, illos libenter conſulamus, & ſciamus Deum contemni ſi contemnantur, ut qui velit eos à nobis in pretio haberi. Sed interea tamen judicium & diſcretionem adhibeamus, ne circumveniamur, dum non cavemus nobis propter opinionem quam de homine mortali concepimus. Ne hoc pacto à recto tramite avertamur: nec Deum de ſuo gradu dejiciamus. Porro Eliphaz ſubjicit, *Iſtos non celaſſe quæ à majoribus acceperant.* Sic illorum fidelitatem laudat. Et certe quum Deus nobis dat ut bonis præceptis inſtituamur, non nobis ſolum conſulit, ſed vult etiam ut eandem doctrinam cum aliis communicemus, quæ ad omnium utilitatem redundet. Ea conditione Deus nos docet, ut proximos noſtros, ſi ignari ſint, ad eandem viam adducere conemur, in qua jam aliquem progreſſum fecimus. Qui Dei veritatem cognovit, hanc notitiam non ſibi ſoli ſervare, ſed etiam cum aliis communicare debet. Nam obſtrictus eſt ſuis proximis. Proinde ſi errantes videt, porrigat illis manum, eos invitet, doceatque quod didicit. non enim vereri debemus, ne damno noſtro omnes fiant participes donorum, quæ nobis primis Deus contulit. Si cui ſint aliquæ facultates, eis ſtatim defi-

Digitized by Google

communicare, ut communis ſit utilitas. Sed multo
magis,qui familiam habet, invigilare debet atque in-
cumbere iis inſtituendis qui ſibi à Deo commiſſi ſunt,
& de quibus rationem eſt redditurus. Qui conſtituti
ſunt Paſtores ad populum Dei docendum,huc nervos
omnes & ſtudia debent applicare,ac tum publice tum
privatim nihil celare eorum quæ acceperunt: ut
8. etiam Paulus oſtendit, quum ait, ſe purum eſſe à ſan-
guine, id eſt, inſontem fore apud Deum, quoniam
6. non ſubterfugerit, nec deſierit, tum privatim, tum
publice, fideliter docere veritatem Dei. Magiſtratus
quoque videat ne ſua negligentia lumen extinguat
quod Deus ipſi indidit: ſed pro virili det operam, ut
juſtitia dominetur,& vigeat, Deuſque honoretur,ve-
ritas ejus recipiatur,mendacium vero,& quicquid ad-
verſatur veræ religioni, tollatur. Hæc ſunt hoc loco
notanda. Quum autem adjicit Eliphaz, *Deum dediſſe
terram hiſce, nec ullum peregrinum per medium ipſorum
tranſiſſe*: exprimit,eos ſingularem gratiam è cœlo ac-
cepiſſe.Nam certe,qui tueri poteſt commiſſam admi-
niſtrationi ſuæ regionem, divini erga ſe favoris teſti-
monium habet: & talis benedictio non leviter eſt
prætereunda: nullius enim cujuſcunque creaturæ in-
duſtria ad hoc eſt idonea. Proinde quum Eliphaz ait,
illos pacate regnaſſe, & ita fuiſſe à Deo benedictos,ut
moleſtia nulla fuerint affecti, ſed in pace populos ſibi
commiſſos rexerint: ſic admonemur, quum Deus ſta-
tus publicos tuetur,& populis pacem concedit,id non
eſſe hominibus acceptum ferendum,ſed uni Deo: ne
homines tantum, quorum opera Deus uſus fuerit,ho-
nore proſequamur, ſed debitam Deo ejus rei laudem
tribuamus. Veniamus jam ad præcipuum illud caput
quod attigimus. Eliphaz inquit, *Improbum perpetuo
dolore, ceu parientis mulieris, affici, nunquam quieſcere,
ſed cruciari ſemper, & contemplari gladium, nec ſcire ſuo-
rum annorum numerum.* Dominus noſter idem etiam
comminatur in ſua Lege, contra ejus tranſgreſſores:
nempe fore ut eis talem metum incutiat,ut eorum vi-
ta quaſi filo pendeat ante ipſos,& mœrore conſuman-
tur; ac mane dicant, Quis mihi det veſperum? & ve-
ſpere, Quis mihi det mane? Ita Deus punit qui ſecun-
dum Legem pure non ambularunt. Et vero quæ vitæ
noſtræ eſt puritas? Si cupimus quiete frui,nec ſollici-
tudinibus agitari, eſt quod perſuaſi ſimus, nos in Dei
cuſtodia & tutela eſſe: & tunc certe in omnibus diffi-
cultatibus & periculis firmo fulcro nitemur. Sin non
cognoſcimus, Deum pro nobis excubare, ſed puta-
mus eum nobis eſſe infeſtum & inimicum, neceſſe eſt
ut in perpetuo terrore verſemur,nec ſciamus quo nos
vertamus. Non igitur ſine cauſa Deus iſtud intermi-
natur Legis ſuæ violatoribus. Itaque vere dicit Eli-
dicit,quando confirmamur fide. Paulus,inquam,hoc *verſ. 17.*
gaudium vocat ſpirituale: quo nomine diſerte utitur,
quia improbi interdum lætantur, id eſt, exultant,
quum proſpere agunt,& laſciviunt: quum ſui oblivi-
ſcuntur, ita ut ſua peccata non ſentiant: quum deni-
que ſunt ſtupidi: ſed hujuſmodi pax non multum eos
juvat. Quæ enim eſt iſta pax. Non qua ad Deum ac-
cedant, ſed ab eo avertantur. Vera autem, & beata
pax, & à Deo benedicta,illa eſt,quum ad eum reſpici-
mus atque accedimus: & interim quieti ſumus, ſcien-
tes nos illi gratos eſſe, ut quos in filios ſuos adoptave-
rit: nec unquam nos ab eo derelictum iri, ſed tum in
vita tum in morte illum nobis perpetuo adfuturum.
Hæc ſunt nobis hoc loco diligenter obſervanda. Ve-
rum eſt, fideles ſæpenumero ſic turbari, ut vix à con-
temtoribus diſcernantur; ſed tandem tamen Deus il-
lis quietem reſtituit. nam ubi eos ſic tractavit, ſuæ in-
firmitatis conſcii ſeſe humiliant, & diſcunt illum in-
vocare,ei ſoli fidere & à bonitate ipſius pendêre. Cæ-
terum,ſic etiam interdum nos ſtimulat,quo ardentius
ipſum quæramus, & precemur ut nobis manum por-
rigat, ac oſtendat nos ſibi curæ eſſe, &, quum vexabi-
mur, paratum nobis eſſe gaudium, ſi omnes curas no-
ſtras in ipſius ſinum deponamus. Sic igitur fideles
dum tremunt, nihilominus ſemper ſentiunt pacem
qua Deus ſuos donare ſolet. Quod ſi non ſtatim appa-
reat, tandem tamen eam experientur, lætitiaque affi-
cientur: ut eſt in Pſalmo, Pro multitudine cogitatio- *Pſal. 94.*
num mearum intra me, conſolationes tuæ exhilara- *verſ. 19.*
runt animam meam. Deus enim nos interdum pre-
mit, ſed tandem liberat. Atque ita eſt accipiendum
quod Eliphaz ſubjicit, *numerum annorum ſuorum vio-
lento eſſe abſconditum.* Idem contingit interdum fide-
libus. Unde David, Domine, inquit, notum fac mihi *Pſal. 39.*
finem meum & numerum dierum meorum, ut æquo *verſ. 5.*
animo afflictiones feram,quum intellexero brevi du-
raturas. Audivimus ſupra Jobum idem poſtulantem,
quum diceret ſe neſcire numerum dierum ſuorum,&
quamdiu hic à Deo relinqueretur.Cur igitur Eliphaz
id contemtoribus Dei ac ſuperbis & violentis peculia-
riter tribuit? Quia anxie de vitæ ſuæ duratione cogi-
tant, & tamen annorum ſuorum numerum ſcire ne-
queunt. Nos vero ſciamus, incertum nobis eſſe vitæ *Pſal. 37.*
noſtræ terminum, qui ab unius Dei arbitrio pendet. *verſ. 23.*
Quum Deus nos in mundo collocarit, ejuſdem eſt vi- *& 40: 3.*
tæ noſtræ limites conſtituere. Interim meminerimus *Prov. 16.*
quod ejus verbo docemur,eum greſſus noſtros dirige- *verſ. 9.*
re,pilos omnes capitis noſtri eſſe numeratos,nihil eſſe *& 20:24.*
quod timeamus, quamvis periculis circumdati: non *Mat. 10.*
eſſe exiſtimandum, fortunam in mundo dominari, & *verſ. 30.*
res ſurſum deorſum volvi. Quamvis enim ſimus mi- *Luc. 12.*
ſeri *verſ. 7.*

Digitized by Google

Hoc proprie competit tyrannis. Eorum quidem conditio videbitur beata: ſed ita animo turbantur, ut ſentiant vilem conditionem illuſtri & formidoloſa eſſe optabiliorem: timent enim non ſolum homines, ſed folii ſtrepitum. Quod confeſſus eſt olim tyrannus aliquis, dum ei applauderetur, & tantum non Deus haberetur, & ab omnibus ejus conditio optaretur: Si meo loco eſſes, inquit ad aliquem ipſius felicitatis admiratorem, & quod novi cognoſceres, non optares tuam conditionem mea commutari. Tum jubet regale epulum apparari, & nobiles pueros ad menſam conſiſtere, atque ad nutum illius, quem in aureo lecto collocaverat, diligenter miniſtrare. In hoc medio apparatu etiam fulgentem gladium è lacunari ſeta equina appenſum demitti juſſit, ut impenderet beati illius cervicibus. Sed ille eo viſo tantopere perterrefactus eſt, ut nec pulchros illos adminiſtratores aſpiceret, nec manum porrigeret in menſam, ſemper, ne caderet in caput ſuum gladius, timens. Denique oravit tyrannum, ut abire liceret, quod jam ita beatus eſſe nollet. Id ipſum nunc ſignificat Eliphaz, nempe tyrannos & violentos perpetuo pavore correptos eſſe, quamvis felices & potentes videantur. Quare? Semper enim contemplantur gladium ſibi impendentem. Quæret aliquis, An fideles non timent pericula ſibi imminentia? Maxime: atque etiam juvat ea præſentiſcere. Nam ſi ſecuri vivamus, negligemus ad Deum confugere, & nihil quam laſciviemus. Itaq; oportet ut à Deo admoneamur, nos mille mortibus circumcingi, & ſingulis momentis mortem nobis impendere. Hoc cognito, viſiſque tot peſtilentiis, bellis, indigentiis, morbis & incommodis, quæ tum feræ tum aliæ omnes creaturæ nobis necandis intentant: tum cogitamus, Heu! quam miſeri eſſemus, niſi Deus noſtri miſereretur. Cæterum incitamur etiam, ut ad eum confugiamus: Domine, vides, me ne momento quidem poſſe ſubſiſtere, niſi ſub tua cuſtodia: velis itaque, Domine, me perpetuo conſervare. Sic fideles contemplantur gladium: ſed una etiam contemplantur gratiam Dei: & quum illis pericula indicantur, accurrunt ad præſidium, cujus paſſim meminit Scriptura, docens, quum fiduciam in Deo collocabimus, eum nobis fore non ſolum vallum, ut loquitur Eſaïas Propheta, ſed etiam murum æneum aut ferrêum, denique arcem inexpugnabilem. Ita fideles contemplantes gladium, contemplantur nihilominus iſtam Dei protectionem; ſcientes, quamvis undequaque mors ſibi impendeat, gladium tamen ad ſe non perventurum, &, ut perveniat, ſe tamen liberatum iri. At improbi pro mercede referent terrorem, ut gladium contemplantes cogitent, En periculum, quomodo averti poſſit? Ex altera parte contemplantur Deum ſibi infenſum, telaque & fulmina intentantem. Unde illos vehementer turbari & conſternari mirum non eſt. Hinc apparet, quid declarat, ſi ſe invocaverimus, poſſe nos ſecure in ſuas manus vitam noſtram committere, & confidere quod ejus fideliſſimus ſit futurus cuſtos. Hoc probe cognito, tunc clarum erit, Deum plura & majora beneficia nobis conferre, dum nos in ſuam tutelam receptos malis eripit, quam ſi nullis periculis & incommodis eſſemus obnoxii. Demus homines hic tanquam in paradiſo verſari, nec ullis moleſtiis affici: minus ſunt felices, quam quum in mediis turbis & afflictionibus contemplantur Deum ad ſe deſcendentem, id eſt, eo uſque ſeſe demittentem, ut de ipſis cogitet, ac eorum cauſa vigilet, ad prævenienda incommoda, & propulſanda omnia pericula, quæ ipſis accicere poſſint: ut ſuo interventu faciat, ne ſupra modum turbentur, nec in malum inducantur. Cæterum noverimus, Deo interdum ita ſeſe à nobis occultante & recedente, ut nec ipſius ſubſidium perſpiciamus, nec de ejus protectione certi ſimus: non propterea oportere ut conſternemur, ſed precemur, ut ſerenam ſuam faciem nobis oſtendat, cujus contemplatione ſecuri reddamur. Quemadmodum audimus Davidem loquentem: Domine, attolle ſuper nos lumen *Pſal.4.*
vultus tui: unde majorem lætitiam percipiemus, *verſ. 7.*
quam quum illorum meſſis & vindemia redundat. David attonitus, ita ut Deus contra ipſum Satanæ & improbis frena laxaſſe videatur, nec ei liberationis ullius ſpes è coelo affulgeat: Domine, inquit, nihil aliud peto, quam ut attollas ſuper nos lumen vultus tui, id eſt, nobis tenuem guſtum tuæ bonitatis præbeas, quo cognoſcamus, nos ſub tuo præſidio latere. Ita igitur debemus à Deo petere, ut diſcutiat craſſas illas nubes, quæ impediunt, quominus contemplemur ipſius erga nos amorem. Cæterum quum videmus improbos ita turbatos & inquietos, id ſit nobis vice freni: nam vindictis divinis, quibus improbos affici procul cernimus, proficere debemus. Non eſt quod exſpectemus, dum nos Deus graviſſimis ictibus contundat. Sed interim dum nobis parcit, & in ſui contemtores animadvertit, hinc diſcamus in officio nos continere, & in ſollicitudine incedere, ut dicamus, Heu! videmus miſeros iſtos, qui ſeſe in Deum ſuperbe extulerunt: quam mercedem referunt? Videmus non deeſſe ipſis tortorem. Et quis eos torquet? Deus, is eſt qui illos ita perſequitur. Quamobrem iſtis aculeis excitemur, quo nos intra noſtros limites contineamus. Atq; interim eo magis expetamus & conquiramus iſtam pacem, bonum certe inæſtimabile: eo ardentius, inquam, eam perquiramus, memores illius ſententiæ Paulinæ: Pax Dei, inquit, quæ omnem humanum captum ſuperat, veſtra corda & ſenſus conſervat: id eſt, quum certi de protectione Dei, audemus ad illum ceu ad patrem noſtrum confugere, pax iſta, inquit, ſuperat omnem captum humanum. Quo ſignificat, eam incomprehenſibilem nobis fore, niſi Spiritu Dei nobis

illam

Digitized by Google

tamen inſtar folii arboris trepidat. Unde iſtud? Vox iſta non eſt canora, ſed tacitum terrorem incutit improbis, ut non cognoſcant quod Deus ipſis proponit, ſed nihilominus tamen conſternentur. Quod quum audimus, precemur Deum, ut nos leni illa voce comparticipes. Velit etiam perſequi quod in nobis inchoavit, donec ad plenam & integram perfectionem nos perduxerit. Sic autem precabimur, *Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.*

CONCIO SEXAGESIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XV.

23. Vagabitur ad panem huc & illuc, ſciens tempus tenebrarum ad manum ipſi eſſe.
24. Perturbat eum oppreſſio & anguſtia: prævalet ei ut Rex paratus ad prælium.
25. Quia intendit adverſus Deum manum ſuam, & contra Omnipotentem roboratus eſt.
26. Incurret in collum, & conſtringet eum in denſiſſima clypei ejus parte.
27. Operuit faciem ſuam adipe ſuo, & obeſavit ilia ſua.
28. Inhabitat civitates exciſas, domos diſſipatas, quæ paratæ erant in acervos lapidum.
29. Non diteſcet, neque ſtabunt opes ejus, nec erit reſiduum.

HEri oſtendebamus, quot miſeriis & periculis vita noſtra ſit expoſita, adeo ut nos perpetuo contremiſcere oporteat, niſi quæramus tranquillitatem in Deo, cognoſcentes illum noſtri curam gerere, noſque tutandos ſuſcepiſſe. Alioqui in perpetua inquietudine verſaremur. Cæterum quum non curamus auſcultare voci pacem annuncianti, quam Deus ad nos mittit, oportet ut ab hominibus terreamur. Ita juſte vindicatur eorum ingratitudo, qui tantum beneficium non recipiunt: nec poteſt Deus hoc inultum relinquere. Primum Deus declarat, ſe velle nobis peccata noſtra condonare, & quamvis mereamur exitium, tamen nihil aliud petit quam per ſuam miſericordiam nobis reconciliari. Deinde adjicit, ſe nos in tutelam ſuam ſuſcipere, & velle vitæ noſtræ cuſtodem eſſe. Quum hunc honorem & privilegium rejicimus, nonne digni ſumus qui Satanæ tradamur? nec ſolum turbemur ab hominibus, verum etiam, nemine nos perſequente, trepidemus? Diſcamus igitur acquieſcere in Deo, ipſiuſque promiſſionibus adhærere, ut in iſtis periculis tuto & ſecure ambulemus. Jam autem ſubjicit Eliphaz, *quod improbus vagabitur ad panem huc & illuc, ſciens diem tenebrarum eſſe ad manum.* Hic locus exponitur, ac ſi Eliphaz diceret, Deum redacturum improbos ad inopiam, quantumvis opulen-
Deut. 28. tos, ut mendicare cogantur. Iſta maledictio conti-
verſ. 33. netur etiam in Lege, & audimus etiam quid dicat Pſalmus, Juſtum nunquam deſtitui, nec ſemen ejus *Pſal.* 33.
fame perire, ſed Deum illis victum ſubminiſtrare. *verſ.* 19.
Si Deus proſpicit ſuis fidelibus, ut in neceſſitate ipſis *Pſal.* 37.
adſit: ex adverſo, mirum non eſt quod improbos frui *v.* 19, 24.
bonis non ſinat, quando ſuis opibus, ut idolis abutuntur, & in eis fiduciam collocant. Et ſane videmus divites mundanos pauperari & famelicos reddi, quamvis Deum hominesque contemnant, & ſoli felices videantur. Propterea Deus eos interdum ſic nudat & ſpoliat, ut ad mendicitatem adigantur, quantumvis ante opibus affluerent. Verum hic aliquid amplius ſignificat Eliphaz: non enim de ſola neceſſitate loquitur, ad quam rediguntur qui Deum contemnunt: ſed innuit, eos vel in media bonorum omnium copia anxie circumſpecturos, ceu omnium egentiſſimos. Quod experientia teſtatur. *Licet* enim Deus incredulis concedat quicquid optant, horrea referta, & cellas plenas, & omne commodorum genus, tamen identidem metuunt, ne fame pereant. Interdum quidem ſuas opes admirantur, & ad cutem curandam ſe comparant, dum reliquos homines inopia inceſſit. Quale exemplum à Domino *Luca* 12.
Jeſu nobis in divite illo proponitur, qui dicebat, *verſ.* 16.
Anima, habes multa bona repoſita in multos annos: requieſce, comede, bibe, oblectare. Divites igitur interdum ſic ſolent in ſua affluentia acquieſcere: ſed nihilominus dubitant adhuc & ita cogitant, Poſſem in hoc & illud incommodum incurrere: illudve

mihi

ſapientes, eum crudelem vocamus. Quum igitur aliquis non audet bonorum ſuorum præſenti copia uti, an non à Deo excæcatum dicamus? Hoc tamen vitium omnibus ſeculis regnavit. Non ergo ſine cauſa Eliphaz hic proponit Dei judicium, quum ait, improbos vagaturos huc & illuc ad panem. Porro ſubjicit, *quod ſcient diem tenebrarum eſſe in ipſorum manibus*. Quod ſic exponitur, diem tenebrarum eſſe proximum, vel afflictionem eſſe in ipſorum manibus, id eſt, Deum eos pro meritis tractaturum. Unde enim fit, ut adeo ſint famelici in media bonorum omnium affluentia, ut nec edere nec bibere auſint? Unde iſtud? Sic pœnas dant crudelitatis, rapinarum & fraudum, quas in ſuos proximos exercuerunt. Cauſa, cur tantopere turbentur, non eſt longe quærenda. Nam ut pauperes moleſtiis affecerunt, & eos ſuis rebus ſpoliarunt, ita cum illis Deus agat oportet. Sic tenebræ ſunt in ipſorum manibus, hoc eſt, quicquid mali patiuntur, ex eo manat quod tyrannidem in pauperes exercuerint, nec eis pepercerint. Verum genuinus ſenſus eſt, eos cogndituros diem tenebrarum eſſe in ſuis manibus: id eſt, quicquid agant, & quantumvis ſeſe fatigent, licet potentiſſimi ac ditiſſimi ſint, tamen fore ut nequeant ſe expedire ex iſta afflictione, quam Deus ipſis immittet. Certum eſt, quicquid faciunt avari, eo tendere, ut nunquam egeant. At ſi mentem haberent, contenti eſſent ſuis rebus: ſed non poſſunt eis eſſe contenti. Quare? Deus enim, ut jam dixi, ipſos excæcat, & ita inſaniunt, ut cognoſcere non poſſint ſufficere ſibi debere quæ habent. Unde moliuntur quicquid poſſunt, & huc illuc diſcurrunt, ut ſuis rebus proſpiciant. Itaque avari non ſunt otioſi, ſed nihil non movent, ut ſuorum votorum fiant compotes. Semper aliquid novi aggrediuntur, ſed tamen vident tenebras in ſuis manibus: id eſt, quantumvis ſtuduerint rebus ſuis proſpicere, & nihil omiſerint, tamen afflictionem à ſe arcere non potuerunt. Deus enim hoc bono illos privavit. Ut eſt in Pſalmo, Deum daturum ſuis dilectis

Pſal. 127. verſ. 2.

requiem, (dum miſeri increduli mane ſurgent, ſero quieſcent, comedent panem dolorum, & nihil tamen proficient) ut ſine magno labore experiantur Dei favorem, quo operi manuum ipſorum cumulatiſſime benedicet. Videbimus è contrario, quod hic de improbis dicitur, eos fruſtra laboribus aſſiduis ſeſe fatigaturos. Quare? Nam manus ſuas intendunt adverſus Deum: id eſt, ipſorum labor reprobus eſt & Deo exoſus, ut oporteat, velint nolint, ſentiant afflictionem ſibi incumbere, eaque ſic obvolvi, ut ſe extricare non poſſint. Hic igitur nobis proponitur inſignis ſententia, Copiam bonorum non afferre ſatietatem: nec requiem gigni frumento, vino & pecuniis affluentibus. Quare? Non enim illic eſt lætitiæ materia: omnibus vero felicitatis cumulus ſitus eſt in ea requie, quam Deus ſuis largitur. Diſcamus igitur animum avertere

qui in ſuis manibus tenebras vident: ſed res [illegible] ita ſecundet, ut intelligamus, illum nobis eſſe proximum. Hæc in ſumma nobis ſunt hoc loco notanda. Porro Eliphaz ſubjicit, *Quia intendit manum adverſus Deum, & contra Omnipotentem roboratus eſt, Deus ei irruet in collum, & comprehendet in denſiſſima clypei ipſius parte.* Hic ratio redditur, quare Dominus terrorem immittat improbis, & cur eos torqueat, & ſua ſpe fruſtretur, ac præter exſpectationem male habeat. Quia, inquit, inſurrexerunt in Deum. Pudet quidem hominem mortalem, ſi de bello Deo inferendo cogitet. Tantum igitur abeſt, ut improbi confiteantur, ſe in Deum inſurgere voluiſſe, ut etiam hoc verbum abhorrere videantur: ſed nihilominus rem ipſam faciunt. Etenim ut per fecialem bellum Deo non denunciemus, nihilominus illum provocamus, dum proximos injuria afficimus, dum fraudes & rapinas in eos exercemus. Si non creaturas, ſed Creatorem ipſum à nobis impeti cogitaremus, an adeo inſani eſſemus, ut ita effrenate nos gereremus, quemadmodum facimus? Si reputaremus, Ecce, Deus ſe violentorum hoſtem profitetur, ſiccine in ipſum invehere-mur? Quum injurii ſumus, an non, quæſo, Deum ipſum aperte adorimur? Etſi ſecus exiſtimamus, tamen ita ſe res habet. Quid hic argutia opus eſt? Quum dicimur Deo bellum inferre, ut jam attigi, fecialem quidem non adhibemus: ſed ſi plus nobis arrogemus & virtutibus noſtris vendicemus quam Deus permittat, certum eſt, nos in ipſum facere impetum. Idem dicendum, quando pauperes vexamus, & peſſumdare conamur. Quum igitur ſupra modum nos attollimus, perinde eſt, ac ſi Deum palam provocaremus. Itaque notabilis eſt hæc ſententia, quum Eliphaz ait, fore ut Deus irruat in collum eorum, qui ſic in ipſum invecti fuerint. Nominatim inquit, illos intendiſſe manus ſuas adverſus Deum. Sumta quidem eſt hæc ſimilitudo à concertantibus, verum longius extenditur. Eliphaz enim ſignificat, quum homines ſuſcipiunt quod nefas eſt, violentiam & injuriam aliquam inferentes, Deum habituros ſibi adverſarium. Si vi aperta nihil proficiant, fraudem & malitiam adhibebunt: verum hic etiam Deum inimicum ſibi reperient, quamvis id minus appareat: quum, inquam, pravos affectus in occulto foverint. Sed eo magis inexcuſabiles fuerint, quum ſuam iniquitatem foras proferent. Qui igitur prædabitur aliorum bona, homicida apud Deum judicabitur, etiamſi ab hominibus excuſetur. Itaq; Eliphaz hic indicare voluit, mirum videri non debere, ſi Deus ita improbos vindicet, qui ſuam iniquitatem non diſſimularunt, palam & in oculis hominum ſcelera patrando. Etenim, quum ſeſe pro libidine gerentes nemini pepercerint, & multis modis ſævierint, nonne tunc, ſi unquam, tempus eſt ut Deus ſeſe illis opponat? Non enim ſine cauſa promiſit ſe

prote-

Digitized by Google

quum tuorum peccatorum admonentur, & in rectam viam revocantur. Itaque quum ſuperbia & contumacia hominum cernitur, certum eſt teſtimonium quod ſibi ſatis fortes videantur ad repellendam Dei infenſi manum. Sic accipi debet hoc verbum, Se roborarunt: non quidem reipſa (hoc enim eſt impoſſibile) ſed arrogantia diabolica, quia omnem timorem rejiciunt, nec ſe ulli judici ſubjici debere putant, nec Deo rationem reddere. Quo licentius in malum ruunt, quaſi omnia ipſis licerent. Nominatim autem Eliphaz Omnipotentem vocat Deum, ſecundum loci circumſtantiam: non quod Deus uſquam vinci poſſit. Sed hic Eliphaz irridere voluit arrogantiam improborum, quum ita ſe roborant. Ille vero quis eſt? in quem inſurgitis? In Omnipotentem: quid igitur veſtro robore fiet? Si res vobis eſſet cum creaturis, diſceptandum foret de viribus: ſed quoniam bellum Deo infertis, nonne ante congreſſum vos confuſos perdi oportet? Solus ille robur habet: ſiccine igitur quod ab eo mutuati eſtis contra ipſum convertitis? An vero putatis eum permiſſurum, ut virtus, quam vobis contulit, quicquam de ſua Majeſtate diminuat? Nonne illa ipſa ad veſtram confuſionem utetur? Ideo Eliphaz diſerte hoc loco uſurpavit vocabulum Omnipotentis, quum exprobrat hominibus quod contra Deum ſeſe roboraverint. Eſt & alia utilis doctrina hic obſervanda: nempe, ſi Deo bellum inferre velimus, ut ab omni injuria & maleficio abſtineamus, cum proximis innoxie verſantes. Nam ubi vel digitum ſuſtulimus ad nocendum, ita Deo quaſi bellum indicimus: quia quos in ſuam tutelam recepit, vexare ſtuduerimus. Videmus, quum Principes terreni diploma clientelæ affigi alicui domui juſſerint, ſi quis illud violet, non ut privatum & leve aliquod crimen, ſed ut publicum vindicari. Num minus juris Deus habet? Sua inſignia appoſuit omnibus pauperibus, quia illorum curam gerit. An eos vexari permitteret, nec ulciſceretur? Proinde diſcamus, ut diximus, nos in officio continere, nequid contra proximos committamus. Cæterum caveamus etiam iſtam inſaniam, de qua hic agitur. Nam inſanos prorſus & amentes nos eſſe neceſſe eſt, ſi contendamus contra Deum nos roborare. Itaque, in modeſtia ambulemus, & cognita imbecillitate naturæ noſtræ, humiliemur, & intra limites noſtros conſiſtamus: & cognoſcentes quid Deus nobis permittat, ne extra viam noſtram pedem movere velimus, nec inſtar ferarum vagari. Hoc enim nihil aliud eſſet, quam in Deum nos roborare. Quum audemus facere quod Deus prohibuit, an putamus ſimplicem eſſe inobedientiam? improbi confidunt ſuis armis & munimentis, & hæc Deo conantur opponere: nominatim dicitur fore ut eos comprehendat, qua parte armatura ipſorum eſt denſiſſima: ut, quantumvis reſiſtant ſeque adverſus Deum muniant, nihil tamen contra ejus potentiam valeant. Thorace & ſcuto inſtructi quidem erunt, ſed nihilominus eos Deus nullo negotio ſuperabit. Quibus admonemur, ut in timore incedamus: nam horrere debemus Dei punitiones; ſiquidem, ut loquitur Scriptura, horrendum eſt inci- *Hebr. 10.*
dere in manus Dei vivi. Ne putemus nobis nego- *verſ. 31.*
tium eſſe cum homine mortali. Itaque audita vel minima Dei comminatione, ſtatim proſternamur, nec ex adverſo corda noſtra induremus. Indignatio *Prov. 16.*
Regis, eſt nuncia mortis, inquit Solomo. Quanto *verſ. 14.*
magis indignatio Dei? Quum Deus mittit iræ ſuæ nuncium, an mors procul abeſſe poſſit? Itaque ne quævis hominum aut aliarum creaturarum ſubſidia nos decipiant. Ne exiſtimemus præclare nobiſcum agi, quum rebus noſtris egregie proſpectum à nobis eſſe putabimus. nam ſi nobis cum creaturis lucta eſſet, illud nos juvaret: ſed Deo bellum nobis inferente, num contra eum utemur eo ipſo, quod habet in manu, quodque arbitrio ſuo diſpenſat? Hac iter facere conantes nos in illam partem reflectet, quoties ipſi viſum fuerit. Hoc igitur obſervemus, ſi arma ſumamus in Deum, nos proprio gladio jugulatum iri. Deus enim arma armis non opponet: nec neceſſe erit, ut ſe inſtruat ad nos perdendos: ſed ipſi ruinam nobis accerſemus. Ne igitur, ut jam dixi, confidamus noſtris munimentis, & facultatibus terrenis, ſcientes hæc omnia inutilia eſſe adverſus Deum. Cæterum ſi improbos evectos cernamus, & collum inflatum gerentes, ut eſt in Pſalmo 73. ut præ tumore diſrumpi videantur: nihilominus expectemus patienter, dum manum Deus admoveat: nam facile illos ſic comprimet, ut tumor ille evaneſcat. Si videamus impios ita inſtructos, ut ab omnibus malis ſecuri & immunes appareant: ne putemus id poſſe prohibere, quominus ſuo tempore deſtruantur & funditus perdantur. Non eſt igitur quod terreamur, quum improbos conſpiciemus florentes, & ita rebus omnibus munitos, ut inexpugnabiles videantur. Dei manum admoveri neceſſe eſt: qua admota, neceſſario penitus exſcindentur & peribunt, quæcunque auxilia & præſidia quærant. Ita fideles ſeſe conſolari debent, quum vident impios proterve Deum contemnere, & contumaciter ſe gerere, atque adeo indurari, ut flecti nequeant. Noverint Deum tandem adimpleturum quod pronunciavit &

que circumcinget, ut nullus illi pateat exitus. Qui ſenſus eſt aptior. Notemus ergo quid indicarit Eliphaz: nempe quum Deus aliquem punire voluerit, ſi diu patienter illum tulerit, tunc non iram, quæ ſtatim ſedetur, in eum effuſurum, ſed fore ut eum circumquaque obſideat, ne poſſit unquam evadere. Hæc ſumma eſt iſtius ſententiæ, quæ utiliſſimam doctrinam continet. Admonemur enim, non eſſe cum Deo ludendum, quandoquidem manu ejus nos opprimente, fruſtra captantur à nobis effugia: quaſlibet ſubtilitates excogitemus, nunquam nos adeo habiles fore ut evadamus, quum nos invaſerit: & nos afflictione liberemus, cui nos ſubjecerit: ſed invitis nobis illic hærendum. Quare? Deus enim mirabiliter inſtructus eſt: non eſt hominibus ſimilis, qui iram quidem efflant, ſed manus non ſatis longas habent: dico ipſos etiam Reges & Principes: qui, multum tumultuati, viribus deficiuntur, quibus perficiant quod volunt. At Deus ſemper ſatis inſtructus eſt ad hoſtes ſuperandos. Quid igitur? Videamus, ne illum provocemus. Proinde abſtineamus ab omni injuria & maleficio: nam ſi petulantes ſimus, tandem reperiemus Deum plus ſatis potentem ad nos vi retinendos, niſi ſponte nos ei ſubjiciamus. Porro ſubjicitur, *Quia operuit faciem ſuam adipe ſuo, & obeſavit ilia ſua, & inhabitavit urbes deſertas ac domos diſſipatas, omnia ei in ruinam ceſſura.* Hæc quidem ita ſunt intelligenda, Improbum obeſo corpore fuiſſe, optime curata cute, quamvis habitaret urbes deſertas: adeo ut mundum renovaturus videatur, quum mirabilia ſuſcipiat: ſed tamen res ipſius collapſuras: licet ad tempus florere videatur, nihilominus Deum funditus ejus incepta everſurum. Sed mentem Eliphazi non conciperemus, niſi intellecta phraſi, Operire faciem ſuam adipe. Hic Deus non damnat obeſa corpora hominum: ſed utitur ſæpe iſta ſimilitudine, quum exprimere vult, homines ſuperbia inflatos eſſe in rebus ſecundis, & ſuæ infirmitatis oblivisci. Ideo ait Dominus præ pinguedine nos excæcari, ut etiam pinguedine, id eſt, tumore arrogantiæ? nequid nobis vendicemus, ſed modeſte nos geramus, ſcientes, nos à manu Dei pendere, & evectos ſtatim dejici ab eo poſſe. Tanto igitur magis incitemur ad eum colendum & honorandum, nec adeo perditi ſimus, ut eum provocemus ad evertendum quod ædificaverit, quia turrim Babylonicam exſtruere contenderimus, auſi in ipſum nos efferre. Ita contingit, inquit Eliphaz: quamvis improbi inhabitaverint urbes deſertas, id eſt, ſic floruerint, ut mundum renovaturi viderentur. nam inhabitare urbes deſertas, eſt, minime contentos eſſe rebus jam ſtabilitis & conſtitutis, ſed quaſi bellum cum Deo gerere, ut novi ſint creatores mundi, & res confuſas inſtaurent. Tales apparent improbi, ſed brevi pereunt, quia contra Deum ſeſe efferunt. Sed econtrario, quum everſi & deſtructi videbimur, Deus nobis dabit, ut res deſolatas inſtauremus, modo abſit vana omnis arrogantia, & nihil nobis ſumamus, ſed illum precemur ut nobis frenum injiciat, noſque perpetuo ducat & regat Sancto ſuo Spiritu, adeo ut inchoatam in nobis ſanctam gratiam ſuam continuet, tandemque ad perfectionem adducat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut eorum tali nos ſenſu afficiat, ut magis ac magis diſcamus nobis in eis diſplicere: & quum adeo ſuperbiæ & inani arrogantiæ addicti ſimus, velit nobis oculos aperire, ut, cognita imbecillitate noſtra, ad ipſum toto pectore confugiamus. Et eum invocantes cognoſcamus nullis viribus nos confirmari poſſe, niſi quatenus nos vivificare mortuos, & vitæ reſtituere velit. In ſua gratia nos perpetuo cuſtodiat, ejuſque ſenſu tum animum, tum corpus afficiat: adeo ut nihil aliud expetamus quam nos totos ipſi colendo addicere, & noſtro exemplo alios ad parem humilitatem adducere, quo ab omnibus, tum parvis tum magnis, glorificetur atque honoretur. Cujus rei gratia velit excitare veros & fideles miniſtros, &c.

CON

Digitized by Google

diſcernit afflictiones filiorum Dei ab eorum afflictionibus quos Deus reprobavit. Accidet enim ut in tenebris verſemur: ut videmus ſanctos Prophetas queri, Exſpectavimus lucem, & ecce tenebræ: ſplendorem, & in tenebris ambulavimus. Palpavimus, ſicut cæci, parietem. Verum Deus illis tandem manum porrigit, & tenebris eripit. At de improbis dicitur, quod nunquam egredientur ex tenebris, ſed illis æternum obruentur. Unde, ut dixi, diſcernuntur ab iis quos Deus affligit ad tempus, ut eis poſtea ſuccurrat. Dicitur, *quod Deus devorabit ipſorum ramos:* id eſt, eos conſumet, quamvis elatos. Nam Ramorum nomine hic non intelligo filios & nepotes, ſed univerſum ſtatum ipſorum. Quin etiam hac voce comprehenditur quicquid ex arbore pullulat: ad ſignificandum, improbos magnas quidem ſpes ſuæ inſtaurationis concepturos, quum Deus ipſos caſtigarit: ſed fruſtra, inquit Eliphaz. Quare? Ignis eos conſumet: id eſt, ira Dei tanquam ignis illos devorabit, & in caſſum reſurgere conabuntur. Denique adjicit, quod improbus recedet flatu oris ipſius. Hoc quidem referri poſſit ad Deum: Scriptura enim dicit, Deum ſolo flatu oris ſui abſumturum improbos: ut ſignificet, quanta virtute polleat ad puniendos ſceleratos & hoſtes ſuos. Non eſt igitur quod Deus arma induat, nec ſe præparet ut puniat quos velit punitos. Nam quemadmodum verbum Dei nos vivificat, quando nos ſua gratia vult illuſtrare: (ubi certe omnis noſtra felicitas & ſalus conſiſtit: adeo ut prius mortui, ſtatim inſtauremur, ut Deus ſuum favorem nobis obtulit:) ita ex adverſo quum iram ſuam expromit adverſus improbos, ſolo oris ſui flatu ſubito illos funditus perdere poteſt. Ideo Paulus dicebat, Quum Antichriſtus in Eccleſia dominatus fuerit, tandem fore ut Dominus illum Spiritu oris ſui conficiat: juxta illud Eſaïæ, quod ſupra adduxi, Deum non alia ratione hoſtes ſuos diſſipaturum & exciſurum, quando Filii ſui regnum eriget. Hunc locum igitur ſic quidam exponunt, improbos nunquam emerſuros ex afflictionibus, nunquam egreſſuros ex tenebris in quas ingreſſi fuerint, quia Deus ipſos perſequitur, vel os apertum habet ut eos devoret, tantamque ipſius verbi vim eſſe, ut illos miſere perire neceſſe ſit. Senſus tamen aptior eſt, improbum receſſurum flatu oris ſui, id eſt, fore ut evaneſcat & diſperdatur ut oris ſui halitus. Alii exponunt etiam, improbos, quantumvis invitos & reluctantes, nihilominus perditum iri à Deo: ſicut videre eſt incredulos, ſuperbia & contumacia refertos, Deo ipſos tangente, venientior: nempe, improbos tanquam cum flatu ſuo perituros, adeo ut aperto ore ſtatim evaneſcant. In ſumma, Eliphaz ſignificavit, improbos tunc maxime immutatos in nihilum redactum iri, quum maxime florere & ſtabiles eſſe hominibus videbuntur: ita ut reſpirando diſperdantur, ut cum halitus ore emittitur. Scimus autem halitum emiſſum ſtatim effluere ac evaneſcere. Itaque notemus, quamvis contemtores Dei vitam ſtabilem habere videantur, tamen ſtatim evaneſcere, ut non ſine cauſa cum halitu comparentur. Hoc quidem omnibus hominibus commune eſt. Quid enim ſumus? quæ noſtræ naturæ firmitas? vita noſtra qua ratione conſtat? Verum eſt, animas *Eſa.2:22.* noſtras creatas eſſe ad imaginem Dei: nihilominus tamen vita hominis eſt inſtar halitus, ut, niſi reſpiret, vivere nequeat, halitumque efflando ſimul animam efflet. Itaque fragilitas, cujus hic mentionem facit Eliphaz, non ſolum eſt contemtorum Dei, ſed etiam omnium hominum. Cæterum eſt unde conſolationem percipiamus, quando nos Deus conſervat: & quamvis noſtra vita adeo ſit caduca, ut nil niſi umbra ſit & fumus, tamen quum poſita ſit in Dei manu, ſecuri ſimus. Hic igitur ſita eſt noſtra conſolatio: proinde utrumque teneamus, nempe nos natura nihil eſſe, ſingulisque momentis perire poſſe: & tamen Deum pro infinita ſua bonitate nos diſcernere ab inimicis ſuis. Nam iſti, ubi multum ſpumaverint, cum halitu evaneſcent: nos vero, poſt languorem & gemitum, Deus ſua virtute firmabit: virtute, inquam, occulta minime que in hominum oculis ſpecioſa: ſed quæ tamen nos tutabitur & vivos conſervabit, interea dum improbi abſumentur. Hæc ſunt in hunc locum annotanda. Sequitur, *Improbum vanitate deceptum, non conſtiturum, quod vanitas ipſum immutatura ſit.* Hic quidem locus varie exponitur: nam verbum quod interpretamur Conſiſtere, ſumitur & pro Credere. Unde nonnulli exponunt, Improbum deceptum vanitate, non conſtiturum, vel non crediturum ſe à vanitate immutatum iri. Deinde duplex eſt lectio: nam pro Vanitate legitur etiam Rectitudo vel Certitudo: acſi diceretur, Improbum non crediturum hoc verum eſſe. Quare? Quia vanitas eſt ipſius immutatio. Sed uſitatior eſt altera lectio, nempe Improbum deceptum vanitate, non conſtiturum, vel non crediturum ſe à vanitate immutatum iri. Si verbum, Credere, retineamus cum illa expoſitione quam attulimus, utilem inde doctrinam colligemus: nempe, improbos, judicio & mente à Deo privatos, nullam neceſſa-

Digitized by Google

rectam viam monſtret, in contrarium ferantur? En horribilem vindictam! Quotidie tamen videmus qui obſtinato animo Deum tentant, ipſius gratiam rejicientes, illos neceſſario tandem in iſtam cæcitatem incidere, ut, judicio privati, nequeant fidem adhibere doctrinæ. Ideo non commune omnibus donum eſt, credere Euangelio. Verbum Dei prædicari cernimus: an, niſi homines corrupti ac perverſi eſſent, vel minimam contradictionem opponerent? Quum Deus ſe Patrem & Servatorem declarat: præſertim vero quum nos iniquitatibus refertos cernens, nobis tamen offert pignus ſalutis noſtræ in Filio ſuo, & declarat, etiamſi vitiis & peccatis oppleti ſimus, tamen Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro nobis ſatisfeciſſe, adeo ut per ipſius mortem liberati poſſimus nos intrepide ſiſtere ad tribunal Dei, ubi juſti cenſeamur & pronunciemur: quis iſta, quæſo, non avidiſſime audiret, niſi obbruteſcerent homines? Et unde iſtud? niſi quod non eſt in hominibus ſitum, ut credant quod bonum eſt, donec det illis Deus ut credant? ſed derelicti à Deo, & in ſenſum reprobum traditi, neceſſe eſt, ut bonum omne rejiciant, & malum in ſuum exitium eligant? Hæc quum animadvertimus, humiliemur: nam qui ſenſu ſuo ſeſe efferet, oportebit tandem ut omni intelligentia privetur. Nam Deo ſuus honor exhibendus eſt, quum nos bono ingenio & recto judicio donavit: ut ſaltem confiteamur id ab ipſo manare, & illum precemur ut ſua beneficia erga nos continuet, ne permittat ut eis abutamur, ſed ad rectum uſum applicemus, ut nos ei addicamus, penituſque ipſius doctrinæ adhæreamus. Sic nobis agendum, quando cernimus tot miſeros cæcos tranſverſum raptos, nihil diſcernentes, atque adeo, quum ad rectam viam ducuntur, reluctantes & contra contendentes. Dico nos agnoſcere debere, idem nobis eventurum, niſi nos Deus manu ſua forti ad ſe pertraheret. Non enim ſufficit, ut nos invitet, nobiſque monſtret, qua iter faciamus: ſed oportet ut nos attrahat, ſicut loquitur Scriptura, id eſt, eam virtutem notitiæ, nobis oblatæ, adjungat, ut hac tangamur, & animus noſter quaſi alligetur. Poſtquam igitur Deus nos docuit, quid agere debeamus, ſimul oportet ut nobis boni ſequendi & amplectendi ſtudium indat. Atque ita, ut dixi, utilem doctrinam colligere licet ex his verbis, Improbum non crediturum. Quare? quia deceptus eſt vanitate. Ratio autem nominatim additur: quoniam qui pravis affectibus occupatus eſt, multiſque erroribus & corruptelis intricatus, deſperato & perdito ſimilis non auſcultat admonitionibus, quibus ab errore ſuo revocetur. Jam tamen natura omnes ſumus decepti vanitate. Quid nos ex utero materno afferimus, in quorum mentibus nil niſi ſtultitia & mendacium eſſe dicitur? Hac ſen-

ſemetipſos irretiverunt, ut extricari non poſſint. Itaque certum eſt, hos multo minus credere, ut experientia docet. Deus enim in gratiam recipit, qui in aliqua ſimplicitate vixerunt: ſed qui ſeſe ita erroribus deceperunt, eis penitus addicti, in iſtos Dei judicium edi neceſſe eſt, niſi mirabiliter velit in ipſis operari: quemadmodum certe, quos vult, ex imis inferis eripit: ſed hoc pacto miraculum erit memorabile, ſummaque laude dignum. Animadvertimus tamen, quod hic dicitur, nempe Improbum, deceptum vanitate, non crediturum: animadvertimus, inquam, Deum hanc ſententiam exequi in eos, qui longo tempore in vitiis occalluerunt. Quibus auditis, eſt quod gratias agamus Deo, quia nos ad ſui Euangelii cognitionem traxit, nobiſque ſtudium ei adhærendi dedit. hoc enim non à nobis, ſed à Spiritu Sancto promanat. Cæterum monemur etiam, ut oculos aperiamus, & caveamus, ne Satan eos perſtringat, & in iſtas deceptiones erroreſque nos inducat. Quare? Nam ſi volentes nos decipi patiamur, neceſſe erit malum creſcere, dum ad faſtigium iſtud, cujus hic meminit Eliphaz, pervenerit; nempe, ut omni ratione deſtituti non poſſimus credere quod nobis ſalutiferum eſt, ſed potius ei prorſus adverſemur. Niſi in tam horribilem Dei vindictam incidere velimus, eam præveniamus. Quomodo? Sibi quiſque caveat. Et quum Deus nos in ſuam tutelam ſuſceperit, nobis confirmans, nec Satanam nec ejus conatus quicquam in nos valituros: innitamur ſecure huic promiſſioni, non dubitantes, quin eam præſtet, ejuſque ſenſu tempore & loco nos afficiat. Jam accedamus ad id, quod diximus, nempe improbum non conſtiturum. (verbum enim hanc etiam, ut & Credendi, ſignificationem habet: quemadmodum nomen Veritatis ſumi poteſt pro Firmitate.) Nam certum eſt, improbum non conſtiturum, quum vanitate deceptus fuerit. Quare? Vanitas enim eſt ejus immutatio. Ratio optime hanc doctrinam confirmat, Improbos non conſtituros nec perpetua felicitate fruituros: Deus enim facit, ut evaneſcant. Vox autem Vanitatis hic dupliciter ſumitur: nam quum dicitur, quod Improbus non conſiſtet, vanitate deceptus: ſenſus eſt, quod oppletus mendacio, excæcatus à ſuis deceptionibus, non poterit conſiſtere. Quare? Nam Vanitas (jam autem hæc vox mutat ſignificationem) eſt ejus immutatio: id eſt, ille ſemper dicipietur, & fruſtra hoc & illud ſperabit, momentoque evaneſcet quicquid ſibi firmum in adverſis præſidium fore promiſerat. Hæc igitur eſt ſecunda vocis Vanitatis ſignificatio. Quo ſenſu vox Immutationis ei optime quadrabit: id eſt, quum Deus per varias rerum viciſſitudines improbos agitaverit, quum diu oberraverint, quoquo ſe verterint, incident perpetuo in vanitatem, id eſt, ſua exſpectatione fruſtrabuntur.

Digitized by Google

contemtores Dei florentes & proſpere agentes, tum etiam quum flemus ac gemimus: ne propterea officium noſtrum deſeramus, ſed exſpectemus dum Deus ſuum opus faciat. Diſcamus etiam non plus æquo nobis indulgere in rebus proſperis, ſed prorſus inniti Deo. Si quis proſpere agat, ne inebrietur bona ſua fortuna, quam vocant, nec adeo ſimus depravati ut Dei obliviſcamur, ſed in ipſo fundamentum noſtrum jaciamus. Alioqui nulla nobis firmitas aderit. Sed & diligenter expendenda eſt ratio, quam Eliphaz adjicit, nempe, Immutationem improborum fore vanitatem. Quare? Multas enim videre eſt in hoc mundo converſiones & viciſſitudines, adeo ut meliora ſemper ſperemus: quia homines perpetuo ſeſe vento paſcunt. Verum nihil ſolidi & firmi ipſorum conatus habent. Hæc in ſumma notanda ſunt: qui genuinus eſt ſenſus. Porro ſequitur, *Improbus ante tempus ſuum conſumetur, ejus rami non vireſcent. Perdet, ſicut vitis, uvam ſuam acerbam, & Deus eum projiciet, tanquam olea florem ſuum.* Non dubium eſt, quin utraque hac ſimilitudine Eliphaz confirmare voluerit proximam ſententiam, nempe Improbum ante tempus ſuum conſumtum iri. Et ita ſuperiora amplificantur. Itaque videmus, Dominum, dum nobis improborum inſtabilitatem ob oculos ponit, vocare nos ad firmitatem permanentem, non fruſtraneam, ac vana tantum & frivola cupiditate nos titillantem. Deus non vult nos vana imaginatione ſperatæ felicitatis decipi, ſed vere nos beatos eſſe vult. Quî hoc fieri poſſit? Si in ipſo ipſiuſque dilectione fundati ſimus. Huc nos vocat. Contrà docet, non eſſe quod affixi & addicti ſimus rebus incertis & inſtabilibus: adeo ut ſtultiſſime agamus ſi in eis fiduciam collocemus. Non poſſumus tamen ab illis averti, quamvis Deus oſtendat meram eſſe deceptionem quam homines ab hoc mundo ſperant felicitatem, dum ſunt à Deo alieni. Tanto igitur magis notare debemus hanc doctrinam, Improbum ante tempus ſuum periturum. Comparationibus autem prædictis, viti ſimilem fore quæ omphacem ſuam perdit, & ſimilem oleæ quæ florem ſuum ante tempus amittit, adeo ut fructum non ferant; Dominus exprimere voluit quod in oculis omnium accidet improbis, mirandum videlicet ac ſtupendum. Nam improbis, proſpere agentibus, ſtatim oculi noſtri perſtringuntur, & eandem conditionem optamus, Utinam illius loco eſſem. hic ſceleratus votorum ſuorum fit compos, mihi vero res infeliciter cadunt: me ille opprimit, utinam eum ulciſci poſſem. Sic igitur ebulliunt præter modum noſtri appe-
omnes noſtras afflictiones in bonum & ſalutem noſtram convertat? An non hoc beneficio contenti eſſe debeamus? Si improbi hodie florent, quid certi in futurum habent? Quamvis ſeſe efferant, ſibique
immobiles videantur, ut dicitur in Pſalmo, tamen *Pſal. 10.*
intus lancinantur. Deus enim illos pungit & ſauciat, *verſ. 6.*
aut quaſi turbinibus inevitabilibus huc & illuc jactat. Itaque obſervemus, ſi in gratiam cum Deo redire, & ſtabilem felicitatem conſequi cupimus, oportere ut in illo fundati ſimus: & tunc nunquam corruemus.
Scimus quid in alio Pſalmo dicatur de improbis: ſimi- *Pſal. 37.*
les eſſe proceris arboribus quæ radicitus exſcindun- *verſ. 35.*
tur, ita ut nullum earum veſtigium appareat. Con-
tra, ut idem David monet, ſimiles eſſe debemus *Pſal. 52.*
oleæ perpetuo vireſcenti in æde Domini. Sicut etiam *verſ. 8.*
hæc ſimilitudo ſumitur in primo Pſalmo, & apud *Pſal. 1: 3.*
Jeremiam: Si ſperemus in Deo, & ad ipſum confu- *Jer. 17: 8.*
giamus, ab eoque pendeamus, nos fore ſimiles arboribus plantatis ad aquarum fluenta, quæ non emoriuntur, ſed florent & fructum ferunt. Quum igitur Deus, ubi nos à corruptelis & illecebris hujus mundi avocavit, nobis iſtam felicitatem perpetuam offerat: nonne amentes ſimus, niſi eo tendamus? Nobis itaque attendamus, & diſcamus exuere omnes carnis noſtræ cupiditates, quæ ſunt fallaces, atque etiam perniciosæ: & cognoſcamus ubi bonum noſtrum ſit poſitum. Hoc memoriæ infigere debemus. Verum hoc arduum eſt, ut dixi. Mox enim pulchra ſpecie allicimur: quo diligentius notandæ ſunt ſimilitudines hic ab Eliphazo propoſitæ. Pulchra quidem & ſpecioſa eſt olea: ſed brevi durat. Itaque meminerimus etiam tempeſtatis impendentis improbis: Deus enim illis imminet obruendis & perdendis: & quamvis non ſtatim id nobis appareat, tamen ſi fidei oculis judicium Dei contemplemur, videbimus quicunque radices non in Deo agunt, eos nunquam maturitatem conſequuturos, nec bonos fructus edituros, ſed ſubito exciſum iri. Quare? Deus hanc ſententiam tulit: ac proinde illi in ſua ſuperbia peribunt. Quid ita? Nam verbum Dei mentiri non poteſt. Itaque commoti ſtultis imaginationibus noſtris, accurramus ad verbum Dei, & illic contemplemur quod nondum nobis reipſa apparet: quin etiam quod nos latet, illud ipſum nobis proponamus, ut ab omnibus vanis & fallacibus cogitationibus avocemur. Hæc ſunt hoc loco notanda. Poſtremo dicitur, *congregationem hypocritæ fore deſolatam, & ignem devoraturum tabernaculum munerum.* Voce Hypocritæ Eliphaz (quo ſenſu etiam in aliis locis accipitur) comprehendit eos qui perverſi & infidi ſunt: qui

Digitized by Google

quod ſubito diſſiliant, coque citius conſumantur. Hoc innuit Eliphaz, quum ait, Congregationem hypocritarum perituram. Significat enim, improbum multos ad ſe collecturum, ſed quibus non poſſit ſe adverſus iram Dei tueri. Hinc confirmari debemus adverſus apparatum & ſocietates improborum: quia nihilominus ſtatim omnes conſumentur: adeo ut hanc ſententiam non eſſe vanam intelligamus. Ex his etiam admonemur, ut inter nos in recto Dei timore coaleſcamus, nec alio vinculo conjungamur niſi bona conſcientia, qua tum Deum colamus, & in eo uno prorſus acquieſcamus, tum alii alios juvemus: denique, ut mutua concordia colligati, coram Deo & hominibus ſincere ac fideliter incedamus. Si nos ſic geramus, Deus benedicet noſtræ concordiæ: alioqui noſtra omnia flammis pereant neceſſe eſt. Nominatim autem dicitur, tabernaculum munerum vel corruptionis periturum. Oportebit enim ut omnia ædificia injuſtis opibus exſtructa, per ſe deſtruantur & pereant. Non dico domos tantum lapideas & ligneas: ſed intelligo, ſi qui diteſcant corrupti muneribus, vel ex rapto, violentia & fraudibus, minima quaque iræ Dei ſcintilla tum domos, tum dominos, & horum catervam penitus conſumtum iri. Itaque ſedulo meditari debemus hunc locum, ut intelligamus melius nobis futurum, nos paupertatem ferre fuiſſe, quam aliena devoraſſe, & illicitas opes cumulaſſe, multo eis ſatius eſſet. Omnia enim ipſorum ædificia, & quæcunque congeſſerint, corruere in ipſorum capita, ut cum illis perdantur, neceſſe erit. Id eſt, ipſis exitio & ruinæ cedent quæ per ſcelus cumulaverint. Ad tempus quidem ita florebunt ut eorum ſtatus æternus futurus videatur: ſed patienter exſpectemus, ut dixi, dum Deus opus ſuum perficiat. Et interea ejus gratiam & favorem duntaxat expetamus. hac enim ſola ratione in noſtro ſtatu conſervari poſſumus, non ſolum ut in hac vita perpetuo nobis bene ſit, ſed etiam ut poſt obitum vitam meliorem, ab illo nobis promiſſam, in regno cœleſti conſequamur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut illorum odio pœnitentiam agamus, & in dies magis ac magis vitioſitati noſtræ praviſque affectibus, & omnibus ab ipſius cultu avocamentis, cunctis denique carnis noſtræ cupiditatibus renunciemus. Et velit nos pro ſua miſericordia tolerare, ut qui tot ſordibus ſimus referti: & quotidie nobis condonare peccata, quoad nos plene ſua juſtitia indutos, ex hoc mundo ad ſuam gloriam cœleſtem participandam evocet. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum etiam omnibus populis, &c.

CONCIO SEXAGESIMA SECUNDA IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XV.

35. Concipit moleſtiam, parit vanitatem, & venter ejus præparat fraudem.

CAP. XVI.

1. RESpondens Jobus, dixit,
2. Audivi hujuſmodi multoties: conſolatores moleſti vos omnes eſtis.
3. Quando erit finis verbis ventoſis? aut quid roborabit te, ut reſpondeas?
4. Etiam ego ſicut vos loquerer: ſi eſſet anima veſtra loco animæ meæ, ſocietatem inirem vobiſcum ſermonibus, & moverem ſuper vos caput meum.
5. Roborarem vos ore meo, & verba mea reciperent dolorem.
6. Si loquar, non minuetur dolor meus: ſin taceam, nec ſic levabitur.
7. Verum nunc fatigavit me, deſolavit omnem congregationem meam.
8. Et me corrugavit in teſtimonium, & exurgens in me macies mea, in facie mea teſtatur.
9. Ira ejus rapuit me, & furore ſuo me proſequutus eſt, frendit contra me dentibus ſuis: hoſtis meus aciem oculorum ſuorum vibrat in me.

ELiphaz, pronunciata in Dei contemtores maledictione ac ruina, ſubjicit, *illos concipere afflictionem, & parere moleſtiam atque ventrem eorum præparare fraudem.* Quibus ſignificat, quicquid pulchri & ſpecioſi præ ſe ferunt improbi, in ruinam eis à Deo converti, præter ipſorum exſpectationem. Ita quidem exponitur hæc ſententia, quaſi Eliphaz rationem redderet, quod Deus non ſine cauſa

Digitized by Google

ſcunt & confitentur. nam illo tempore quo inſtar mulierum parturiiſſe dicunt, Deus illos juſte propter ipſorum peccata perſequebatur. Dicunt autem ſe concepiſſe ventum & peperiſſe, id eſt, quum malorum ſuorum levamen ſperarent, id totum in ventum & fumum abiiſſe, & poſt longam exſpectationem, ſibi non melius fuiſſe. Hic autem Eliphaz longius progreditur: nempe improbos nihil niſi moleſtiam concipere, & eandem duntaxat parere ſibiipſis, ac ventrem ipſorum præparare tantum fraudem, id eſt, ſpes inanes & fruſtraneas, quibus tandem decipientur Quod etiam comminatur Dominus in 33. Prophetiæ Eſaïæ capite, contra verbi divini contemtores obſtinatos & pervicaces: Concipietis, inquit, ſtipulam, & parietis quiſquilias. Ac ſi diceret, Occalleſcitis ad verbum meum, quia non poteſtis cognoſcere malum quod admiſiſtis, & quam graviter me offenderitis: ſed utcunque vobisipſis blandiamini, cognoſcetis tandem vos ſtipulam tantum concepiſſe, nihilque vobis applaudendo profeciſſe. Jam igitur in ſumma videmus quid voluerit Eliphaz: nempe improbos aliquandiu quidem ſecundis rebus fruituros, nec ita preſſum iri à Deo, quin bonam aliquam ſpem concipiant. Verum Deus eos, velint nolint, eo rediget, ut occultus vermis intus ipſos rodat, & conſcientiæ perpetuo morſu vellicentur, ac ſecretis aculeis ſemper pungantur: quin etiam ad extremas anguſtias tandem adducet, adeo ut foras proferant, & quaſi pariant, quod intus aluerant. Quare? Nam eorum venter nihil præter fraudem concepit: id eſt, quamvis principio ſua mala non ſenſerint, tamen, Deo illis maledicente, omnia ipſis in ruinam cedent. Sibi hoc & illud pollicebuntur: ſed tamen nihil quam decipientur. Nunc autem accedamus ad reſponſionem Jobi. Primum ait, ſe multoties ſimilia audiviſſe, ideoque illos eſſe moleſtos conſolatores, propter importunos ipſorum ſermones. Se eadem ſæpe audiviſſe dicens, ſignificat, ſibi longe aliis quam vulgatis & communibus remediis opus eſſe: quia ſuum malum tam grave & vehemens eſſet, ut remedium aliquod accommodatum & placidum afferri oporteret, ac non ſermones illos, quaſi mediocriter eſſet afflictus, ideoque perfunctorie conſolandus. Videmus igitur, quorſum Jobus ſpectet, quum ait, ſe talia ſæpe audiviſſe. Non rejicienda quidem eſt ante cognita conſolatio, quæ nobis reponitur. Quare? Si hodie docemur de bonitate Dei, ſi ad patientiam incitemur, mox illud nobis effluet. Hic quidem ſermo nobis non obſcurus erit: tamen eum nobis in memoriam reduci ne moleſte feramus, acſi foret ſuperfluus. Quare? Nam ad praxin revocandum quod ante au-

corpore duntaxat, & animo, & in ſuis bonis & amicis affligatur: ſed etiam, ut diximus, ſpiritualibus tentationibus impetatur, quaſi à Deo perdendus: hic exquiſitiore ratione tractandus fuerit. Nam ſi importunis verbis fatigetur, quid inde fructus percipiet? Satius foret, ei præſtari ſilentium, ut Deus suppleret humanæ opis defectum. Hoc ſignificavit Jobus. Eliphaz objecerat Jobo, Deum plectere improbos, ut ſe mundi judicem exhibeat: &, ut quidlibet moliantur, eos tamen Dei manum non effugituros: quamvis magna ſtipati ſint multitudine, nihilominus perdendos eſſe. Quid tum? Nonne dum hanc ſententiam Jobo applicat, perinde facit, acſi eum Dei inimicum & hypocritam vocaret? Itaque hic ſermo perperam applicatur. Jobus itaque non ſine cauſa reſpondet, ſibi quidem illa audita eſſe jam pridem, ut ſi hoc remedio opus haberet, eo per ſe uti poſſet: verum hoc jam non ad rem eſſe. Conſcius enim ſibi Jobus erat, ſe non ſimpliciter propter ſua peccata affligi à Deo. non quod ſe vel gravioribus dignum minime exiſtimaret, ſi ſummo jure Deus ſecum ageret: ſed quia noverat alium ſcopum Deo propoſitum eſſe, propter quem jam ipſum affligeret. Quo cognito, Jobus reſpuit Eliphazi orationem. Quare? Quia eſt importuna. Eſtis, inquit, conſolatores moleſti. Quid ita? Quod remedia convenientia non afferrent. Unde admonemur, ne ad conſolandum proximos noſtros afflictos temere accedamus: ut ſunt qui eandem ſemper cantilenam canunt, non habita ratione ejus quem inviſunt. nam alius aliter eſt tractandus. Siquis obſtinatus eſt adverſus Deum, is aliter eſt compellandus, quam is, qui dejectus ſit & in ſimplicitate vixerit. Deinde habenda quoque eſt morbi ratio. Verbi cauſa: Siqui ſint ſtupidi, tum increpanda & objurganda eſt pigritia & ſocordia, ut ſub Dei manu apprehenſa ſeſe humilient. Itaque maxima requiritur prudentia in eis rite conſolandis quos Deus affligit. Hæc diſcere debemus ex his verbis, Moleſti conſolatores vos omnes eſtis: nihil enim afferebant Jobo utile. Hoc primum. Deinde adjicit, *Quando finis erit verbis ventoſis?* Vocat verba ventoſa, in quibus nihil eſt ſolidi, id eſt, quæ non ſunt ædificationis, ut loquitur Scriptura. quum enim ſalutifera doctrina alicui proponitur, dicitur ædificari. Quî iſtuc? Quoniam primum quaſi fundatur, deinde ei ſuperſtruitur, unde confirmetur in timore, in Lege ac patientia, ut conſtanter ferat afflictiones, ut Deum precetur, ad eumque confugiat. Contra, ſiquis garriens duntaxat, nullam ſalutiferam doctrinam proponat, verba ventoſa tantum profert. Itaque notemus, quum exhortari & docere aggrediemur, ad

Digitized by Google

experiamur an vanum ſit,nec ne: ut, ſi utile ſit, illud ad uſum noſtrum applicemus. Deinde à Deo petamus, ne, ſiquid bonæ inſtructionis nobis proponatur, præ ſocordia effluere ſinamus. Nam quod ex verbo Dei nobis proponitur, ſciamus id nunquam bona aliqua inſtructione carere. Pauci tamen eo proficiunt. Quare? Quia illuc non applicant omnes ſenſus ſuos, ſed dum vagantur, verbum Dei illis ceu ventus effluit: nempe quia ipſi ſolida firmitate carent. Tamen ut hanc ſententiam rite ad uſum noſtrum aptemus, debet unuſquiſque ſedulo ſibi attendere, ut dixi. Porro Jobus ſubjicit, *ſi amici ſui loco ſuo eſſent, ſe cum illis facile verbis concertaturum, & ſuper eos moturum caput.* Volunt nonnulli, Jobum indicare, ſe par pari illis non relaturum, ſi eos ſimiliter afflictos cerneret, ſed conaturum lenire potius ipſorum dolores, quam exacerbare: contra quam illi ſe erga ipſum gererent: ſicuti illorum crudelitatem ſupra vidimus, quod nihil aliud conarentur, quam ſanctum hunc virum in deſperationem adigere, niſi Deus ipſum ſuſtentaſſet. Qui ſic hunc locum exponunt, hac ratione moventur, quod non decuiſſet Jobum, ubi Deus ſuam manum ab ipſo ſubduxiſſet, ſeſe vindicare: &, dum proſpere ageret, afflictos irridere: nam memoria ſuæ afflictionis deberet ſaltem ipſum commonefacere, ut erga miſeros commoveretur miſericordia. Verum, ſi locum hunc attentius expendamus, intelligemus, Jobum non indicare quid ipſe facturus eſſet, ſed alius facere poſſet, ſi eo loco eſſet. Non igitur minatur ſe par pari relaturum, ſed ait ſimpliciter, ſe poſſe referre, ſi eis ſimilis eſſet. In ſumma igitur ſignificat, Dum vobis bene eſt, movetis caput ſuper me, me condemnatis, & in deſperationem impellere conamini, voſque ita geritis ut qui neſciunt quid ſit malo affici. Si veſtro loco eſſem, nonne idem facere poſſem? Et quomodo interpretaremini, ſi ſuper vos itidem afflictos caput moverem? Si dicerem, Bene habet, veſtris peccatis gravem promeriti eſtis caſtigationem: ſi, inquam, vobis ita confuſis talia loquerer, nonne irriſorem & crudelem merito me cenſeretis? Jam igitur vobis ipſis attendite. Hæc in ſumma voluit Jobus. Videmus igitur, quod ſe ad vindictam non acuerit: ut qui nullo Dei timore tanguntur, quum moleſtia afficiuntur, vellent ad manum ſibi eſſe ulciſcendi ſui copiam. Non ſic Jobus. Ac certe, eſt quod filii Dei ſe cohibeant: quamvis enim vexemur, non eſt tamen quod irruamus in eos qui nos injuſte perſequuntur. Deus namque illos nobis humiliandis immittit, ut intelligamus eos ferulas eſſe manus ſuæ. Poſſumus autem exemplo Jobi, eos, à quibus vexamur, monere, eadem à nobis regeri ipſis poſſe. Quare? Nunquam enim ſuam culpam quis bene novit prius quam ſe pungi tarem, ut me nunc exagitatis? Illi debuerunt hac admonitione commoveri. Quare? Nam, ut dixi, dum extra nos ſumus, id eſt, nos tangi non ſentimus, tranſverſi rapimur: ſed re nos attingente, tum nobis ipſis attendimus. Hoc in ſumma indicavit Jobus. Nunc utiliſſimam doctrinam hinc colligere nobis licet: juxta illud Jeſu Chriſti Domini noſtri dictum,
Ne aliis faciamus, niſi quod nobis fieri velimus. *Matth.* 7.
Nam Lex Dei inſculpta eſt noſtris cordibus, gene- *verſ.* 12.
ralia principia nobis inſident. Quid igitur cauſæ eſt *Luc.* 6.
cur ita perverſe, & contra æquitatem judicemus? *verſ.* 31.
Nempe quod ambitione, odio, ſuperbia, avaritia ducamur. Sic facile pervertimur. Itaque ambitione nos impellente, ut per proximorum noſtrorum contemtum ad honores conſcendere nitamur: ſuperbia nos incitante, ut alios ſummovendo res noſtras promoveamus: temeritate nos ad ſententiam ferendam, cauſa non cognita, præcipitante: odio & malevolentia, aut amore ac favore nos excæcante, quid tum agamus? In nos ipſos deſcendamus, Deumque precemur ut nos regat, & nobis oculos mentis aperiat, quibus recte judicemus: Si tua res ageretur, quid diceres? Ita prudenter ac moderate nos geremus, quando nobis ipſis applicuerimus quod in alios conjicimus. Adeo enim propriæ utilitati & voluptati addicti ſumus, ut dixi, idque natura, ut ſe quiſque nimis amet. Sed quum toties ad rectitudinem & æquitatem exhortationibus revocemur, tanto minus excuſabiles erimus, quamvis hoc vitium nobis ſit inſitum. Proinde precemur Deum, ut ſic in nobis operetur, ut per Spiritum Sanctum hoc vitium in virtutem convertat. Pondere-
mus hæc verba, Diliges proximum tuum, ut teipſum. *Levit.* 19.
Qui fit ut modum in nobis ipſis amandis, proximos *verſ.* 18.
noſtros contemnendo, excedamus? niſi quod negligi- *Matth.* 5.
mus quod toties nobis inculcatur, Ne adeo nobis ad- *verſ.* 43.
dicti ſimus quin proximos noſtros ſicut nos ipſos di- *Mat.* 22.
ligamus? Deberemus enim conſiderare, Deum nos *verſ.* 39.
omnes ad ſuam imaginem creaſſe, atque ejuſdem eſſe *Marc.* 12.
naturæ. Nobis etiam commendatur fraterna concor- *verſ.* 31.
dia cum iis quibus conjuncti ſumus. Hæc ſunt ex hoc *Luc.* 10.
loco diſcenda, Jobo monente illos, à quibus immerito *verſ.* 27.
accuſabatur, quod nollent ſic tractari, ſi loco ipſius *Rom.* 13.
eſſent: proinde non decere illos patientia ipſius abuti. *verſ.* 9.
Hæc in ſumma ſunt obſervanda. Porro continuo ſub- *Gal.* 5.
jicitur, *Si taceam, quid mihi proderit: ſin loquar, quid le- verſ.* 14.
vaminis inde ſentiam? Jobus hic occurrit objectioni. *Jac.* 2: 8.
nam amici ejus poterant ei dicere, Teipſum ergo conſolare, quum ſis adeo ingenioſus, &, ſi tuo loco eſſemus, mira te facturum jactes: jam erga teipſum tuas omnes facultates exprome. Verum occurrit Jobus, quum ait, Miſeria obruor, ut neſciam quam ſpem concipere debeam: Deus enim adeo me premit, ut loquendo exacerbem dolorem meum, tacendo vero

nihil

Digitized by Google

que meminerimus, quod hic dicitur, nempe Deum ita egiſſe cum ſuis, id eſt, cum iis quos diligebat, & quorum ſalus ipſi chara erat, ut ad has illos anguſtias redegerit, ut neſcirent quo ſe verterent, an loquerentur nec ne. David hoc non ſine cauſa fatetur: ſed ut omnes filii Dei ſuo exemplo doceantur. Quum enim videamus virum tam eximiis Spiritus Sancti donis ornatum, tantaque conſtantia munitum, nihilominus tam abjectum, ut neſciat quid agat, nec ſuæ mentis ſit compos: hinc diſcamus, ſi Deus ita duriter nos habeat, ut prope fatiſcamus, hoc novum nobis videri non debere: quandoquidem primi non ſumus. David nobis præivit, & tamen ex tali luto emerſit, Deus illi manum porrexit, & omnibus modis humiliato & attrito tandem adfuit. Proinde ne dubitemus quin nobis propitius futurus ſit aliquandiu afflictis. Ideo operæ pretium eſt, ut hæc exempla ob oculos habeamus, ne infirmitas noſtra nobis nimis dominetur. Nam ad extremas anguſtias redacti, repetemus memoria, Ecce, ſervi Dei qui priſcis illis temporibus fuerunt, quamvis excellentibus gratiis donati, oportuit tamen ut ſub manu Dei gemerent, nec ſcirent, quo ſe verterent: qua ratione Deus illos voluit ab omni arrogantia liberare, & experientia docere, ut collum jugo ſubmittere deberent. Quod ſi hodie eadem ratione nos dejicere velit, dummodo idem ſit finis, etſi multa & gravia nobis interim ferenda ſint: ne propterea perturbemur ultra modum, quum nihil non bono noſtro ſit ceſſurum. Hæc ſunt hoc loco obſervanda. Porro Jobus adjicit, ſe à Deo ſic premi, ut dilacerandus videatur. Quo ſignificat quod prius vidimus, nempe ſe non corpore duntaxat afflictum eſſe, ſed longe durioribus & acerbioribus tentationibus excruciatum, quaſi Deum ſibi infenſum ſentiret. Dicit quidem, maciem ſui corporis, rugas, & putredinem teſtes eſſe iræ Dei. Unde horribilis afflictio cernitur: ut appareat, illum non communi, ſed extraordinario prorſus malo affici. Hoc in ſumma Jobus exprimere voluit. Hic vero debemus obſervare. Deum nobis voluiſſe proponere ſpecula in viris virtutibus ſingularibus præditis: quibus doceamur, pro eximiis gratiis quas his aut illis confert, ita eos afflictionibus extremis explorare. Exemplum: Ecce, Abrahamus non vulgaribus donis Spiritus Sancti, ſed Angelicis, & prope perfectis inſtructus fuit. Quomodo vero Deus illum habuit? Si vel decima certaminum pars nobis ſuſtinen-

Gen. 12. &c.

ris ſui ſenſu affecit, adeoque perſequutus eſt, ut quodammodo de benevolentia Dei ambigerent. Quæ certe omnibus malorum corporis gurgitibus ſunt horribiliora. Ideo Jobus hac ſimilitudine utitur, Deum contra ſe dentibus frendere. Videmus etiam ut Ezechias loquatur, qui eandem tentationem ſenſerat. Dicit, Deus mihi fuit inſtar leonis. Ante uſus etiam erat iſta ſimilitudine, Quod nec loqui, nec tacere poſſet. Sum enim, inquit, ſicut pullus hirundinis, clamitans & pipiens potius quam loquens, tantus erat dolor meus. Nam dixerat, oſſa ſua à Deo, tanquam à leone, contrita & confracta fuiſſe. Quid? an Deus poteſt comparari leoni, feræ adeo crudeli? Minime: noluit enim Ezechias Deum crudelitatis inſimulare, ſed pro ſenſu horrendæ afflictionis à Deo irato ſibi immiſſæ loquutus eſt. Itaq; notemus, quum aliquis huc miſeriæ adductus eſt, ut de ſuo erga Deum ſtatu dubitet, eum non minus anxium eſſe, quam ſi jam luporum morſibus ſubjectus eſſet. Non eſt quod putemus leviculum quiddam eſſe, iræ divinæ ſenſu affici, præſertim quum Deum nobis infenſum cogitamus. Quamobrem precemur Deum, ut nobis velit parcere, noſque tolerare, quum ſciat, nos tanto oneri ferendo eſſe impares, niſi humeros ſatis validos nobis dederit. Cæterum precemur etiam, ne ea ſeveritate nobiſcum agat, ut ipſum tanquam leonem ſentiamus: ſed potius ſeſe nobis Patrem perpetuo declaret, nec pro meritis nos puniat, ſed perpetuo miſericordiæ ſuæ ſenſu nos afficiat, in gratiam Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut, quum in hac vita nos per Sanctum Spiritum ſuum rexerit, nos tandem evehat ad gloriam illam Angelicam, quam tanto pretio nobis acquiſivit.

Eſa. 38. verſ. 14.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut det ea ſic à nobis ſentiri, ut vera pœnitentia tacti, ad ipſum revertamur, de ipſius benevolentia non dubitantes. Et remiſſione peccatorum flagitata, precemur etiam, ut in dies magis magiſque nos vitiis purget, & pravitatem noſtram corrigens adducat nos ad perfectionem ſanctæ & honeſtæ vitæ, ut in hoc mundo Spiritu ipſius ducti, poſſimus ſanctificare ſanctum ejus nomen, ipſumque ardenti zelo colere, nos penitus ei conſecrantes, quo bonitas ejus nos invitat. Hoc autem non ſolum nobis gratificetur, verum etiam omnibus populis, &c.

CON-

Digitized by Google

& adverſarium præbet. Nullus autem, niſi experientia, cognoſcere poteſt hujus mali gravitatem. Ideo Jobus uſus eſt ſuprà ſimili, ſumto à leone: quod à Deo, ceu à leone, dilaniatus fuerit. Itidem loquitur rex Ezechias.

Eſa. 38. verſ. 13.

Non ut Deus accuſetur crudeſitatis, quemadmodum diximus: ſed quod non ſatis exprimi queat dolor internus, quem ſentiunt ii quos Deus perſequitur. Nos autem de his admoneri bonum eſt, ut Deo acriter urgenre, ſic terreamur, ut interim meminerimus, priſcos illos fideles itidem tractatos, tamen à Deo fuiſſe liberatos, ne ipſum invocare deſinamus. Nobis enim timendum eſt, ne deſperatione oppreſſi, Deum invocare nequeamus, auxiliumque ab eo conſequi. Itaque obſervemus, Deo nos iræ ſuæ ſenſu opprimente, nihilominus nobis ad ipſum vel in talibus anguſtiis confugiendum eſſe: quod ejus ſit eruere è ſepulcro, & ſanare plagas à ſe inflictas, imo à mortuis excitare.

Eze. 37. v. 12, 13.

Jobus autem de alia etiam tentatione hic queritur, nempe *improbos os ſuum aperuiſſe adverſum ſe, cum opprobrio ſibi colaphos impegiſſe, & conſpiraſſe.* Hominibus ſic in nos inſurgentibus, renovatur noſter dolor. Quare? Diabolus enim nos per ejuſmodi homines, tanquam miniſtros, ludibriis & probris inceſſit, ut indignemur, &, ſi fieri poſſit, à fide prorſus excidamus. Jobus autem hic nominat improbos, duas ob cauſas. Nam gravius eſt, quum Deus ſic laxat habenas improbis, ut ipſius filios perſequantur & peſſumdent. Verum eſt, pios in hac cogitatione hærere non debere: ſed abſurdum tamen videtur, quod talis licentia concedatur à Deo ſuæ Majeſtatis contemtoribus, ut à ſceleratis opprimantur fideles. Hæc prior eſt ratio. cur Jobus hic nominatim agat de improbis. Altera eſt, quod improbi conentur eo nos adducere, ut nullam fidem adhibeamus Deo, & ab officio rectoque deflectamus: quomodo Dominus etiam Jeſus tentatus fuit, qui fidelium verum eſt ſpeculum. Davidi quidem idem contigit: ſed quum videmus quid ipſi Filio Dei acciderit, regulam certam nobiſque omnibus communem intuemur. Jam videmus quo referatur quod hic à Jobo dicitur, nempe ut indicaret, hoc ad perturbationem ſuam acceſſiſſe, quod homines in ſe inſurrexerint, ad deſperationem ſe inducere ſtuduerint, probriſque inceſſere non deſtiterint, quaſi Deus ipſum neglectum ad prædam expoſuiſſet. Hæc in ſumma notanda ſunt, ut quæ noſtra cauſa ſcripta ſint, quo, Deo permittente improbis ut nos afflictos ludibrio habeant, & in nos opprimendos furioſe inſurgant, non admodum turbemur. Quare? Jobus, cum ejuſmodi inſultibus colluctatus, felicem exitum obtinuit. Deus nobis in ejus perſona declaravit, ſe nobis talibus tentationibus oppreſſis autem diſerte ſubjicit, *ſe à Deo traditum in manus improborum:* quod obſervatione dignum eſt. Putamus enim improbos exequi quicquid ipſis libido dictat: nec cogitamus, Deum illis laxare frena quantum velit, ut nequeant ipſius permiſſionem excedere. Hoc, ut dixi, obſervatione dignum eſt. Nam ſi imaginamur, improbos non eſſe in Dei manu, ſed pro libidine ſe gerere, Deo non curante: quid futurum eſt? Nonne nos prorſus conſternari neceſſe fuerit? Et quo confugeremus? Verum, ſi noverimus, Satanam & ſatellites ipſius à Deo coërceri, ut non modo ne tantillum quidem aggredi, ſed nec cogitare quicquam adverſus nos queant, abſque Dei ordinatione: tunc intrepide ad eum confugere poterimus afflicti, ſcientes illum penes ſe habere opem & remedium. Debemus etiam nos coram ipſo humiliare. Nam ſi improbi per ſe moverentur, ſine Deo: tunc non venirent nobis in mentem correctiones & caſtigationes Dei, ut de peccatis noſtris cogitantes, & de eis apud eum gementes, veniam precaremur. At dum cognoſcimus, vel ſceleratiſſimos eſſe tanquam ſerulas, quibus Dei manus nos caſtigat, & reputamus quod ait Propheta, Ut convertamus nos ad percutientem, non ad tela & fuſtes quibus percutimur: in utiliſſima conſideratione verſamur.

Eſa. 9:13.

Hoc præterea nobis obſervandum eſt, Jobo dicente non ſimpliciter quidem, improbos in ſe irruiſſe, ſed à Deo ſe in illorum manus traditum eſſe. Adjicit autem, ſe extrema paſſum. Omnes locutiones, quibus hic utitur, eodem ſpectant, ut quum dicit, *ſe proſtratum eſſe & contritum, Deum in collum ſuum incurriſſe, ſe illiſiſſe, & in ſcopum propoſuiſſe, jaculatores ejus ſe circumdediſſe, ſe diſſectum eſſe, & variis vulneribus confoſſum.* His Jobus indicat, ſe ad tantas afflictionum anguſtias redactum, ut alius ſe miſerior reperiri non poſſet. Vidimus enim ut à Deo tum in corpore ſuo, tum in bonis, tum per uxorem propriam afflictus fuerit. Poterat ergo Jobus ſe comparare ſcopo, ad quem collimatur. Deus enim ipſum non uno mali genere affecit, ſed quaſi in profundiſſimum gurgitem detruſit. Deinde tanto pondere eum gravavit, ut creatura, niſi virtute pluſquam humana prædita, non poſſet id ſuſtinere. Et certe admirabilis prorſus eſt Jobi, tantopere afflicti, conſtantia, etiamſi non caruerit ſuis infirmitatibus. Deus enim non ita ſuos corroborat, ut omnis ſenſus ſint expertes, & nulla omnino infirmitate laborent. Verum oportet ut ſe fragiles agnoſcant, & interea Deus illos dejectos erigat, & ipſorum infirmitatem ſublevet. Idem contigit Jobo. Adjicit autem, *ſe ſacco indutum fuiſſe, & caput ſuum pulvere conſperſiſſe*, abſque ulla tamen hypocriſi. cæterum illa non propter ſua peccata ſibi accidiſſe. Nam, *Manus meæ*, inquit, *ſunt à rapina & frau-*

de

rimus quod hoc loco docemur, nempe Jobum, virum tam ſanctum, tamque Deo charum, nihilominus conſtitutum fuiſſe in ſcopum. Quod autem dixi de robore in ferendis afflictionibus, non ſic accipiendum, quaſi contra Deum nos obfirmare, & frenum mandere deberemus, ut multos facere videmus. Hæc enim roboratio cauſa eſt indurationis & impœnitentiæ hominum. Sic igitur nos decet eſſe teneros, ut, Deo nos tangente, ſtatim ad ipſius cogitationem excitemur, nec exſpectemus dum extrahat gladium ad nos vulnerandos, & expromat tela ſua, quibus in nos fulminet. Quid igitur? Simulac vel minimum ictum nobis infligit, expergiſcamur: quum, ſiquidem ſaperemus, ſola comminatione, non exſpectatis ictibus, deberemus commoveri & ad officium noſtrum adduci. Ita bonum eſt ut fideles ſentiant manum Dei, nec ictibus occalleſcant. Nam ut equus vitioſus cenſetur, qui calcaribus fodicatus non excitatur: ſic nobis vitio verti debet, ſi non movemur vel umbra ferulæ, à Deo incuſſæ. Interea tamen robuſti eſſe debemus quo ſenſu dixi, ne videlicet animum ita deſpondeamus, ut præ anxietatis vehementia nullum ſolatium ſentiamus, & nulla Dei gratiæ apprehenſione afficiamur. nam qui ſic anguntur, nullo modo ſe recolligere poſſunt: quia ſi Deum nobis infenſum & inimicum ſentiamus, nec ejus bonitati confidamus, fieri non poteſt ut ad eum accedamus: quin illum fugiemus, & quo longius receſſerimus, eò longius recedere conabimur. Itaque in rebus adverſis animum ſumamus, ut Deum invocemus, nec vereamur ad eum reverti, confidentes illum paratum eſſe nobis in gratiam recipiendis, ſiquidem illum ſincera & pura mente quæramus. Hic igitur ſenſus eſt eorum, quæ dixi, non eſſe quod in afflictionibus ſimus juſto molliores, ſed potius eas mature ſentiamus, ut ad Deum revertamur. Et quum Deus afflictionem ingeminabit, ut undequaque premamur, noverimus tamen, Jobum graviora paſſum, nihilominus perſtitiſſe in Dei invocatione: ac proinde nos à Deo averti non debere. Hæc ſunt hoc loco notanda. Non eſt autem prætereunda ſimilitudo quæ habetur in illis verbis, *Jaculatores Dei.* Quibus docemur, quomodo turbentur homines afflictionibus hujus vitæ. Eas enim nunquam, ut par eſſet, ad Deum referre poſſumus, ſemperque imaginamur, fortuito contingere, aut ab hominibus manare: denique confuſe judicamus, nec ad Deum reſpicere poſſumus. Ideo

Deut. 32. *verſ.* 39. *Eſa.* 45. *verſ.* 7.

Scriptura, præterquam quod docet & vitam & mortem, & lucem & tenebras, & bonum & malum eſſe in Dei manu, utitur etiam familiaribus quibuſdam comparationibus, quo melius id exprimat: ut hoc loco dicitur Deus Jobum circumdediſſe ſuis jaculatoribus. Num homines hic intelliguntur? Minime: ſed

ſcamus, poſſe illum nos mirabili & inaudita ratione affligere, quoties voluerit, atque ita, ut mala malis ſuccedant in infinitum. Hæc ſunt hoc loco notanda. Cæterum quum Jobus ſubjicit, *ſuum fel effuſum fuiſſe in terram, ſuos renes diſſectos & dilaceratos*, meminerimus quod jam attigimus, nempe Deo nos puniente & acerrime perſequente, tamen non eſſe quod nimis conſternemur, ſed cogitemus idem quod Jobus, nobis eſſe cum omni humilitate ingemiſcendum quum negotium cum Deo habeamus: quemadmodum etiam adjicit, *faciem ſuam obſcuratam fuiſſe præ fletu, ſe conſuiſſe ſaccum ſuper cutem ſuam, & oneraſſe pulvere gloriam ſuam.* Quis Jobum huc induxit? Nempe quod ſciret, manum Dei ſibi incumbere, nec fortuita eſſe, ſed à Deo, mala quæ patiebatur. Niſi Jobo id perſuaſum fuiſſet, quid profuiſſent cilicium & cineres? Verum eſt, qui de Deo non cogitant, eos nihilominus queri & lamentari: ſed non prius hoc ex animo & ſincere facient, quam ad Deum reſpexerint. Interea hypocritæ, quamvis non rectam Dei cognitionem habeant, ſe tamen eum aliquatenus apprehendere teſtantur talibus pœnitentiæ ſignis. Intus quidem nihil eſt verum nec rectum: ſed tamen cerimonia, cujus hic meminit Jobus, certum eſt indicium, quod homines fateri & agnoſcere coguntur Deum eſſe ſuum judicem. Quoniam autem Jobus vere ex animo id præſtitit, attonitum & obſtupefactum non fuiſſe, more incredulorum, exiſtimare debemus. Deo ſevere cum illis agente, O malam fortunam, inquiunt, nec longius reſpiciunt. Non ita Jobus: ſed Deum auctorem agnovit. Quo probe intellecto, & ad uſum revocato, non male hunc diem collocaverimus. Satis quidem fatemur, morbos, inopiam, & alias miſerias, bellum, peſtem, famem, à Deo immitti: ſed quum ad praxin ventum eſt, tum ita percellimur, ut ſtatuere non poſſimus, nobis ad Deum eſſe revertendum. Antea laſcive & petulanter nos gerebamus: nunc quum nos coërcet, & ferulis ſuis caſtigat, debemus ſub ejus manu humiliari. Verum ſecus facimus. Si quis enim affligatur, quid aliud quam indignatus ſuccenſet Deo? Admonitus quidem fatebitur ſe offendere Deum: ſed vera non afficitur diſplicentia, qua ſeſe reprimat. Quare? Nam, ut dixi, confuſe duntaxat apprehendimus. Unde patet, paucis inſculptam eſſe hanc doctrinam, Omnes afflictiones eſſe Dei jaculatores, quibus inſtructus ſe judicem declaret. Idem de communibus afflictionibus eſt dicendum. Si quis populus bello & belli incommodis vexatur, quotuſquiſque de Deo cogitat? Videmus omnia ſurſum deorſum verti, & interea non cogitamus, Deum eſſe qui hæc regat & gubernet. Quam ſocordiam cernentes, eo magis admonemur, ut ſedulo Scripturæ loca notemus, ubi Deus clare, tanquam in viva pictura,

nobis

vis humiliabant, minime tamen perdantur: Deum, inquâm, illas nunquam oblivioni traditurum. Sic applicanda eſt hæc doctrina ad noſtram inſtitutionem: nempe, ne ploremus, ut inſani ſolent, qui neſciunt quo ſe vertant: ſed ad Deum tendamus, & coram ipſo gemamus. Confirmationis gratia Jobus ſubjicit, *ſe ſaccum induiſſe, & caput ſuum pulvere aſperſiſſe.* Hæc autem erant ſigna pœnitentiæ. Ut nocens, miſericordiam Judicis imploraturus, non induitur veſte nuptiali, nec ornatur: ſed lugubria induit, & ſqualidus accedit. Ita fideles ſignis illis externis pœnitentiam ſuam afflicti teſtabantur, confitentes peccata ſua ad veniam obtinendam, induti ciliciis, & pulvere caput conſpergentes: idque Deus probabat: Quare? Primum enim opus habent homines, ut ſeſe excitent, quia tardi ſunt & frigidi. Itaque ejuſmodi incitamenta non ſunt ſuperflua: quum ſciamus nos languide & perfunctorie noſtri coram Deo humiliationem aggredi. Fatebimur quidem nos reos, & nonnihil ſuſpirabimus. Sed id non ſatis eſt. Debemus enim reputare, quot & quanta ſint peccata noſtra, ut cohorreſcamus, quum de Judice noſtro cogitamus. Verum contenti ſumus levi ſuſpirio. Quum igitur adeo frigidi ſimus, noverimus nos, non ſecus ac aſinos, exſtimulandos eſſe. Hic uſus eſt cilicii & pulveris apud priſcos illos homines: non enim hanc cerimoniam fruſtra uſurparunt. Cæterum ad Deum etiam accedamus oportet, quum capita pulvere conſpergere volumus. An non enim corpus creavit? Ut igitur animis in Deum intentis eſſe debemus, ita corpora reſpondere debent: ut toti penituſque Deo conſecrati ſimus. Videmus ergo non fuiſſe nugamenta, quum veteres illi Patres cilicio & pulvere in eum modum uſi ſunt. Hunc uſum intellexit Jobus. Atqui

Joël 2. verſ. 13. Propheta Joël, Scindite corda veſtra, inquit, & non veſtimenta veſtra. Non improbat ſigna illa externa, ſed alloquitur hypocritas, qui ſe præclare defunctos putabant, dum ejuſmodi geſtibus pœnitentiam coram hominibus ſimulabant. Scilicet, inquit, veſtimenta veſtra reſipiſcentiam teſtantur. Sed interim corda veſtra incudibus duriora in malitia perſeverant, hæc potius ſcindere debueratis. Nihilominus

Joël 1. verſ. 12, 15, 16. alio loco edicit jejunium, fletum & planctum, non ſolum plebi, ſed etiam ipſis Senatoribus & Principibus. Jam videmus, quomodo veteres illi uſi ſint ſacco & cinere, quum ſua apud Deum reſipiſcentia teſtanda fuit. Hodie quidem non aſtringimur iſtiuſmodi cerimoniis: ſed tamen ſi pœnitentia noſtra eſſet, qualis eſſe deberet, non ita frigidi eſſemus ut ſumus: non minus enim iis neceſſitatibus, quas dixi, obnoxii ſumus. Si illi, qui olim cilicia induebant, ita ſe ad peccata ſua agnoſcenda & coram Deo confitenda incitare volebant, quid nos, obſecro, facere deberemus?

tum parvi, confeſſione peccata noſtra agnoſceremus, & alii alios huc incitaremus, num ingratum Deo ſacrificium offerremus? Contra quum erecto capite accedamus, ita ut Deum contemnere, nec ejus correctionibus affici videamur, an miramur quod ingeminet ictus, imo ſepties nos percutiat, ut dicitur in Lege? Indignantes quidem quæremus, Cur nos adeo *Levit. 26.*

premit? Verum non animadvertimus, nos, quum *verſ. 24.*

humiliatos voluit, tanta contumacia reſtitiſſe, ut neceſſe ſit plagas duplicari. Itaque demus operam, ut hanc Jobi doctrinam rectius ad uſum noſtrum applicemus. Cæterum ſedulo notemus ultima hæc verba, *manus ſuas puras à fraude & rapina, & orationem ſuam mundam fuiſſe.* Quibus ſignificat Jobus, ut dixi, iſtam afflictionem ſibi inſolentem videri: ſic enim ſupra loquutus eſt. Et certe, afflicti à Deo, debemus in nos ipſos deſcendere, vitamque excutere, ut, offenſa noſtra cognita, ingemiſcamus apud Deum, Heu! Domine, acerbe quidem me affligis: ſed ſi peccata mea cum malis, quæ perpetior, conferantur, heu! Domine, dignus ſum, quem in imos inferos detrudas. Sic agere debemus. Quod ſi propter peccata nos à Deo affligi non ſentiamus, hæc eſt graviſſima tentatio. Quidnam commiſi? inquimus. Cur Deus mecum adeo ſevere agit? Video illum improbis parcere. Studui eum colere recta conſcientia. Plurimum quidem à perfectione abfui: ad eam tamen pro viribus aſpiravi: & tamen miſerrimus ſum omnium hominum. Quid iſtud ſibi vult? Hæc tentatio graviſſima eſt, ut dixi: & Jobum vehementer turbavit. Quid autem hic agamus? Primum videamus, ut vere de nobis, quod Jobus de ſe, dicamus, Manus noſtras puras eſſe à rapina. Nam facile eſt de ſua integritate gloriari: ut videmus improbiſſimos impudentiſſime ſuas virtutes jactare, adeo ut qui Diaboli ſunt, velint pro Angelis haberi. Quocirca, ut dixi, nos ſine blanditiis excutiamus, nec, niſi ſimiles Jobo, manuum noſtrarum puritatem profiteamur: ac proinde ne de nobis pro arbitrio noſtro judicemus. Quomodo homines vitam ſuam examinare ſeque ipſos condemnare debent? Non ita, ut dicant, Puto, vel, Non puto. Itaque ad Legem Dei accedamus, Deum precemur ut nos ſuo Spiritu illuminet, ut probe in tenebras noſtras inquiramus: nam peccata, quæ in nobis deliteſcunt, miræ ſunt latebræ. Oportet ergo ut Deus lampadem accendat, noſque prudentia donet, ut peccata noſtra ſentiamus & agnoſcamus. Sic nobis agendum. Verum demus, Deum in nobis affligendis rationem peccatorum noſtrorum non habere: ut certe Jobum propter ſua peccata non afflixit. Cur ergo? Voluit probare ipſius patientiam. Deus igitur gravius probos, quam improbos affligere poterit: ut videmus Ezechielem durius habitum fuiſſe, quam

qui

Digitized by Google

iniquitatem inſtar diluvii inundare, ut & ſuis & com- cœleſtis, &c.

CONCIO SEXAGESIMA QUARTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XVI.

17. Nulla tamen rapina eſt in manibus mëis, & oratio mea munda.
18. O terra, ne tegas ſanguinem meum, neque ſit locus clamori meo.
19. Etiam nunc, ecce in cœlis eſt teſtis meus, & vindex meus in excelſis.
20. Rhetores ſunt contra me amici mei, oculus vero meus ad Deum ſtillat.
21. Utinam diſputare poſſit vir cum Deo, ſicut filius hominis cum amico ſuo.
22. Ecce anni breves effluunt, & viam ingredior, qua non revertar.

JObus ſuam integritatem aſſerere volens, duo hic proponit, ſe integre cum hominibus verſatum eſſe, Deumque pure invocaſſe. Quod præſtitit exigendo vitam ſuam ad Legem: quia illic Dominus noſter oſtendit, ut à nobis coli velit, & quomodo cum proximis noſtris verſari debeamus: quemadmodum ſæpe, nec ſine cauſa, admonemur. Non enim leve quiddam eſt, ita vitam poſſe inſtituere, ut Deo grata ſit. Videmus ergo quid ſpectarit Jobus: nempe, quod ſtuduerit colere Deum, cumque proximis innocenter & inculpate vivere. Hac autem duplici ſpecie voluit totum comprehendere. Nam quum ait, ſuas manus à noxa & fraude puras eſſe: ſignificat, ſe ita vixiſſe, ut nemo de injuria ab ipſo accepta conqueri merito potuerit. Clam quidem nocere poſſumus, ut non deprehendamur: ſed quia homines ſeſe efferunt in hunc & illum injuria afficiendum, (qûum nocere volunt,) ideo Jobus nominatim profitetur manus ſuas à rapina puras eſſe. Idem ſtatuendum eſt de altera voce: nam cultus Dei non verſatur tantum in oratione, ſed quia præcipua pars eſt, Jobus hac ſpecie totum complexus eſt. Jam itaque videmus, quomodo vita noſtra Deo probari poſſit, nempe ſi ad Legem rite referatur. Deus enim non vult homines ſuo ipſorum arbitrio vivere, nec ut ipſis viſum fuerit: ſed vult omnem auctoritatem in nos obtinere, noſque ſuo verbo regi. Proinde ne operam ludamus, vitam noſtram ex Dei mandatis inſtituamus. Hoc ſæpius quidem docemur: ſed videmus tamen, ut mundus ad ſua figmenta perpetuo aberret. *Deut. 12. verſ. 32.* Non igitur abs re Scriptura toties nos huc revocat, ut vivamus non noſtro, ſed Dei ſolius arbitratu, prout nobis præcepit. Cæterum quum totum Dei cultum Orationis voce ſignificari audimus, non leviter hoc præterire debemus: nam magna pars hominum de Deo orando rariſſime cogitat, & videmus quam perfunctorie ſeſe hic gerat. Scriptura tamen Invocationem Dei, ut præcipuam ipſius cultus partem nobis commendat. Quo rite conſiderato, minus ab hominibus peccatum fuiſſet: ſiquidem Dei verbum ſequuti eſſent. Contra vero accidit, ut homines in precando Deo, non Dei, ſed ſuam ipſorum voluntatem temere ſequantur. Et unde tanta audacia? Quia minoris, quam par eſſet, Orationem æſtimamus. Eam enim ſi pro cultus Dei parte præcipua haberemus, ejus certe multo ſtudioſiores eſſemus. Deinde videmus, ut pro orando Deo, invocentur Sancti mortui: quod mire placet hominibus. Papiſtæ, invocantes virginem Mariam, eamque Spem ſuam & Patronam nuncupantes, vix ullis admonitionibus adduci poſſunt, ut ſe blaſphemare credant. Quare? Quia nunquam deguſtarunt, quod Scriptura tam ſedulo exprimit, nempe tum demum rite coli Deum, ſi ſolus invocetur. Hoc in primis à nobis expoſcit: ut nulla re tam à nobis honoretur quam oratione, quum ad ipſum unum confugimus. Quod ſi probe conſiderarent Papiſtæ, an non ipſos puderet ſtatuam & rem mortuam loco Dei invocare? Invocatio præcipuus eſt cultus, quem Deus à nobis exigit, & tamen eam ad creaturam transferunt. An non ita ordinem ipſius etiam naturæ pervertunt? Tanto itaque magis notare debemus, Jobum voce Orationis ſignificare voluiſſe, ſe pure Deum coluiſſe. Jam ergo ſi homines ſuam integritatem probare volunt, ne ſuas ineptias in medium proferant, ut ſolent hypocritæ, An non jejunavimus? nonne hoc & illud fecimus? Verum ſciamus, Deum velle, ut vita noſtra ad ſuam Legem exigatur, ut ſolus ipſe omne imperium in nos obtineat. Hoc primum.

Digitized by Google

de terra. Sed quorſum hoc? Non enim ab hominibus affligebatur. Et ipſe textus ſatis per ſe clarus: ut cæcutiant qui in tanta luce errant. Jobus enim duo hic ſignificat: unum, ne terra tegat ſuum ſanguinem: alterum, ne ſit locus ſuo clamori, id eſt, ut fruſtra tum apud Deum, tum apud homines ſeſe clamando ac vociferando fatiget. Quod quum ita ſit, poſſumus facile concludere, quum ait, Terra, ne tegas ſanguinem meum, illum velle ut meritas pœnas de ſe Deus ſumat, ſi injuria quemquam affecerit. Ac certe vox, Sanguis, in Scriptura ſæpe accipitur pro gravi crimine, ut eſt in Pſal. 51. Domine, libera me à ſanguine, *Pſal. 51. verſ. 16.* id eſt, à peccatis capitalibus quæ patravi. Videmus ergo Jobum hic vocare ſuum ſanguinem, omnes tranſgreſſiones & crimina à ſe commiſſa. Quod quadrat cum ſuperiore ſententia, ubi dixit, ſuas manus puras eſſe à rapinis. confirmationis cauſa ſubjicit, ſe non recuſare, quominus Deus in lucem proferat, ſibique imputet, ſi quod crimen in ſe reperiat: nec ſe miſericordia complectatur. Deinde petit, quamvis gemens, à Deo tamen non exaudiri. Jam intelligimus mentem Jobi. Meminiſſe autem debemus quod ſupra expoſitum fuit, nempe Jobum excedere modum, quod non reſpiciat ſupremam Dei juſtitiam, ad cujus perfectionem nullæ creaturæ poſſunt pertingere, ne ipſi quidem Angeli, ut ſupra vidimus. Nam ſi Jobus hoc rite expendiſſet, nunquam auſus eſſet ea obteſtatione uti. Cæterum meminerimus, Jobum nolle ſeipſum juſtificare quaſi prorſus innocentem, ſed cogitare, ſe propter peccata ſua jam non affligi, ut ſolent homines vulgo ob delicta ſua puniri. Deus quoque alio reſpectu ducebatur. volebat enim illum pro ſpeculo omnibus proponere, & ipſius patientiam explorare. Jobus itaque ſibi perfectam puritatem non vult tribuere, quaſi nihil unquam peccaſſet: ſed ſignificat, Deum non quaſi cum nocente adeo ſevere ſecum agere, tanquam flagitioſior eſſet cæteris hominibus. Hæc in ſumma ſunt obſervanda. Nos vero ſciamus, propter peccata noſtra nos affligi, quum à Deo affligimur: & quamvis nobis conſcii ſimus nos ſincero ſtudio ejus colendi teneri, nihilominus procul abeſſe à puritate quam à nobis exigit, quum mille criminum rei convincamur. Nam ſi nos condemnet cor noſtrum, potentior eſt Deus corde noſtro, & novit omnia, inquit *1 Joan. 3. verſ. 19.* Joannes in ſua canonica. Itaque diſcamus nos humiliare, & petamus à Deo, ut velit noſtra delicta tegere. *Pſal. 32. verſ. 1.* Semper enim recurrere debemus ad illud Davidis, Beatus eſt is demum, cui remiſſa eſt iniquitas, & cujus tectum eſt peccatum. Quod ſi Deus vitia noſtra detegat, perfectioribus etiam pereundum erit. Hoc igitur unicum eſt ſalutis noſtræ perfugium, ut Deum precemur, quo noſtras omnes trangreſſiones tegat, mur à Deo, quantumvis gementes & confuſi. Itaque ut Deum nobis propitium experiamur, miſericordia erga afflictos commoveamur, eiſque ſubveniamus: & caveamus à crudelitate & inhumanitate, ne in nos illud impleatur, Qua menſura metimini, viciſſim metientur vobis. Hæc in ſumma hoc loco notanda *Matth. 7. verſ. 2. Marc. 4. verſ. 24. Luc. 6. verſ. 38.* ſunt. Porro ſequitur, *Etiam nunc, ecce in cælis eſt teſtis meus, & vindex meus in excelſis. Amici mei rhetorice loquuntur contra me: & oculus meus ad Deum ſtillat.* Jobus Deum hic obteſtatur ut ſolum Judicem idoneum, quia inique ab hominibus damnabatur. Non dubitat autem provocare ad Deum, ut qui ſciat cauſam ſuam juſtam eſſe. Verum eſt, ut dixi, eam male ab ipſo defendi. Sed tamen recte facit, qui ſuam integritatem tueri conetur. Propterea non veretur provocare ad Deum, dum hominum adverſum ſe injuſtitiam intuetur. Videamus ergo, qualis fuerit Jobus, cum temeritatem multorum imitemur. Quotuſquiſque enim Deum veretur obteſtari, quum res exigit? Mundus perjuriis hodie refertus eſt. Et unde iſtud? Quia non apprehendimus Dei judicium, ſed inſtar belluarum, in ejus tribunal inſurgimus. Quid enim eſt perjurium? Eſt ferox Dei contemptus, quaſi & poteſtate & auctoritate pœnas de nobis ſumendi deſtitutus eſſet: quod inficiari non poſſumus, quum ipſum teſtem & judicem appellamus. Itaque qui falſo jurat, ille aperte Majeſtatem divinam ludibrio habet: quod parum curant homines. Quo prodimus, nos parum etiam revereri ipſam Dei Majeſtatem. Proinde eo magis obſervemus quod dixi, timide & magna cum reverentia obteſtandum eſſe Deum, quaſi ratio nobis eſſet in ejus conſpectu reddenda. Sic Jobus ſeſe ſiſtit, quemadmodum ſupra vidimus, & infra plenius viſuri ſumus. Si quis hodie accuſatus criminis alicujus, plane convincatur, non verebitur tamen Deum ſuæ innocentiæ teſtem appellare. Quid? Siccine Dei nomen profanari? Hypocritæ quoque, ſe laudaturi, talia in ore habent, Deus me novit, ſcit quis ſim, illi cauſam meam committo. Quid? An putamus, Deum, quod diſſimulet, quum falſo ipſum obteſtantur homines, nec ſtatim in eos animadvertat, non exequuturum tandem quod in Lege ſua denunciavit, ſe non habiturum pro innocente, qui nomen ſuum in vanum uſurpaverit, atque ita Majeſtatem ſuam ludibrio habuerit? Itaque notemus, quotieſcunque nos ad Deum ſiſtimus, oportere, ut, Jobi exemplo, vita noſtra probe inſpecta & examinata, tum demum ipſum obteſtemur, noſtra conſcientia nos minime redarguente. Hoc primum. Deinde obſervare debemus, omnium hominum teſtimonium nihili eſſe, quoad Deus nos approbet. Unde admonemur, ne pulchra ſpecie contenti ſimus: ut videre eſt homines mera ambitione duci. Si mundus

nobis

Digitized by Google

hypocritæ, quum Deum obteſtantur, cognitionem hominum fugiunt. Siquis ſceleratus, & criminibus inſignis, non conjiciatur in carcerem, nec ad ſupplicium trahatur, mirifice gloriabitur, quum interea ab omnibus damnetur, & notetur ut fur, aut latro, aut rapax, aut homicida, aut Dei contemtor, aut alio denique crimine. Iſtiuſmodi tamen homines adeo ſunt impudentes, ut non dubitent Deum teſtem ſuæ probitatis citare, ad eumque provocare. Quod ſi ſiſtantur humano judicio, innumeri teſtes illos damnabunt. Quomodo igitur audent in conſpectum Dei prodire? Quia non apprehendunt ipſius Majeſtatem. Ideo expendere ſedulo debemus hanc vocem, Etiam, qua utitur Jobus. Præſupponit enim, ſe poſſe homines in teſtimonium vocare, qui confirment, ipſum & cæcorum, & pupillorum, & viduarum, & pauperum curam geſſiſſe: ut illum infra
cap. 29. affirmantem audiemus. Et certe Jobus ſic cum ho-
verſ. 12. minibus verſatus erat. Dicit tamen, ſe vel Deum
& 31. ipſum teſtem invocare poſſe: quod longe pluris eſt.
v. 17,21. Et videmus, ut hic extollat cœleſte teſtimonium. Quod indicat, illum non temere ſuam innocentiam aſſerere, ut faciunt illi irriſores, qui Deum obteſtantur, & tamen ipſorum vitæ fœtore aër infectus eſt, vel ipſis pueris teſtibus. Hæc ſunt hoc loco notanda. Poſtea adjicit, *ſuos amicos contra ſe rhetorice loqui, & ſuos oculos interea ad Deum ſtillare.* Jobus hic oſtendit, cur cogatur provocare ad Dei judicium: nempe quia nullam æquitatem apud homines reperiat. Hæc autem nobis graviſſima eſt tentatio, quum afflicti habemur pro reprobis, & rejectis à Deo. Diabolus enim hac aſtutia nos in deſperationem adigere conatur. Ecce, affligitur aliquis manu Dei: ſatis hoc pondere premitur. ſiquis igitur illi, in eis anguſtiis verſanti, exprobret quod id ſit indicium ipſius à Deo rejecti, nonne mœrore obruetur? Non enim loquor de obſtinatis & pervicacibus, quos Deus propter ſua peccata plectit: ſed de bonis & piis viris loquor, quos Deus nihilominus affligit, juſte quidem, ſed tamen peccatorum ipſorum non habita ratione: quum potius illos mortificare in poſterum, & quod nondum ſatis domiti ſint, ad ſuas affectiones temperandas, & ſe invocandum, ſibique uni confidendum incitare, denique ipſorum patientiam declarare velit. Ecce igitur, aliquis vir bonus, & Dei timens, & integer vitæ, nihilominus graviter affligetur. Num quod eum Deus cæteris deteriorem cognoſcat? Minime. Siquis igitur ei tale quid exprobret, an non ad deſperationem inducetur? Sic actum eſt cum Jobo. Notemus ergo hujuſmodi tentationem eſſe duriſſimam: proinde ad remedium confugiamus, nempe ad Deum, prætermiſſis iſtiuſmodi probris, ut jam ſupra diſſeruit Jobus. *Mei amici,* inquit, *rhetorice contra me loquuntur.* Significat, eos, à quibus ſolatium & levamen

eſt: non enim cogitamus de judicio Dei, nec in noſtras conſcientias deſcendimus, dum ita cum hominibus expoſtulamus. Hoc vitium nimis vulgare eſt. Meminerimus ergo quod hic docemur, Ut oculi noſtri lacrymis ſtillent ad Deum. Quî iſtud? Oculos in cœlum attollamus. Videmus homines adeo malignos adverſum nos, ut perperam de nobis judicent, quamvis clarum ſit nihil condemnandum commiſſum à nobis eſſe? Confugiamus ad Deum, eoque vindice contenti ſimus. Huc nos ducit Jobus, ſi rite ipſius exemplum ſequamur. Et ita clarius apparet, cur Jobus ſuperiore illa obteſtatione uſus ſit. Hoc autem loco conqueritur ſe ab hominibus injuſte condemnari. Porro adjicit, *Utinam diſputare poſſit vir cum Deo, ſicut filius hominis cum ſocio: ſed,* inquit, *breves anni adveniunt, & ſemita qua non revertar.* Quod Jobus optat ſibi licere expoſtulare cum Deo, ſignificat quod ſupra intelleximus: ſic enim oſtendit, ſe præ doloris intolerabilis vi ſuæ mentis compotem non eſſe. In eo autem Jobus non eſt omnino excuſandus. Nam bonam cauſam perperam defendit, modumque excedit. Quid ita? Nam ſi tranſgreſſiones ſuas & peccata cognoviſſet, ſe voluntati Dei placide ſubjeciſſet, nec ita
cum Deo expoſtulaſſet. Supra dicebat, ſcire ſe, Ange- *cap. 6.*
los in Dei oculis non eſſe puros: Deique juſtitiam *v. 2, 10.*
adeo perfectam eſſe, ut quicquid creaturæ proferre queant, evaneſcere oporteat: quod ſi lux Solis obſcurat ſtellas, multo magis à Dei juſtitia abſorberi quicquid præclarum nobis ineſſe credimus. Sic igitur Jobus. Qui ſi in hac ſententia perſtitiſſet, non ita efferbuiſſet, Utinam liceret mihi cum Deo litigare. Sed, ut jam attigi, quamvis illud cognoſcat, tamen præ doloris vehementia ejus obliviſcitur. Unde admonemur, ut ita, quæ in S. Scriptura legimus, intelligamus, ut impatientiæ vel aliorum vitiorum tentationes ex eis frenare poſſimus, & perturbationes ad tranquil-
litatem adducere. Paulus inquit, virtutem Euangelii *2 Cor. 10.*
eſſe, ut captivum ducat quicquid extollitur adverſus *verſ. 5.*
Deum. Noſtri ſenſus & affectus ſeſe adverſus Deum efferunt. Quid hic agamus? Oportet ut quicquid in nobis Deo & ejus doctrinæ adverſatur, vi ſubjugatum ducamus captivum ad obediendum Domino. Hæc eſt vera conſtantia, in qua perſiſtere debemus. Quum igitur in contentionem & diſceptationem venerimus, inſtar humilium ovicularum cedentes, ſic apud nos ſtatuamus, Atqui Deus eſt Judex meus inculpatus: etſi liceret mihi litigare, nihilominus cauſa caderem: nam ex mille ne ad unum quidem ei reſpondere poſſim. Ita nobis glorificandus eſt Deus, non autem in jus vocandus, etſi liceret. Ideo Dominus interdum, quo magis convincat, Agedum, venite ut me-
cum diſceptetis, inquit. Apud Eſaïam in primis. Vo- *Eſa. 1:18.*
lo, inquit, aliquem judicem aut arbitrum cognoſcere, an vobis injuriam fecerim, nec ne. quid me accuſatis?

quid

mine & ſocio meo, diſceptare poſſem: ſed eam illibatam veneremur: num enim noſtrum eſt, eam exinanire? Quod ſi id tentemus, nonne blaſphemia execrabili nos obligamus? Verum eſt, Jobum non ita loquutum eſſe animo blaſphemo: nam ſi tale quid apud ſe conſtitutum habuiſſet, à Satana mire abreptus mur. Et interea quoque dicamus vitiorum noſtrorum affici diſplicentia, ne in illis nobis blandiamur, ut ſolemus: ſed magis magiſque omnibus corruptelis depoſitis, induamur ejus juſtitia, quæ exilia tantum in nobis habet initia. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum etiam omnibus, &c.

CONCIO SEXAGESIMA QUINTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XVI.

22. Ecce, anni breves effluunt, & viam ingredior, qua non revertar.

CAP. XVII.

1. SPiritus meus clangueſcit, dies mei contracti ſunt, ſepulcra adſunt mihi.
2. Illuſores mecum ſunt, & in amaritudinibus eorum pernoctat oculus meus.
3. Depone, quæſo, pignus: fidejuſſorem dato pro te. Quis manum meam tangat?
4. Quia cor eorum abſcondiſti ab intellectu, propterea eos non exaltabis:
5. Eos, inquam, qui adulationem annunciant amicis: oculi filiorum ipſorum deficient.

JObus obteſtatus, ut heri intelleximus, de ſua innocentia, addit, ſe nihil hac ratione proficere. *Ingredior viam*, inquit, *qua nunquam revertar.* Quin etiam de vitæ hujus brevitate querimoniam ſubjicit: ſignificans lenius homines tractandos eſſe à Deo, ſiquidem hanc vitam velociter pertranseunt. Quod etiam confirmat, quum ait, *ſpiritum ſuum elanguere, aut halitum ſuum conſumtum eſſe, ut nihil ipſi reliquum ſit præter ſepulcra:* in quamcunque partem ſeſe convertat, ſe præſentem mortem intueri, & undique obſeſſum non poſſe parata ſibi ſepulcra effugere. Hoc in ſumma indicare voluit. Verum eſt, illum ex ſenſu ſuo naturali non potuiſſe aliud colligere, niſi ſe à Deo penitus eſſe perdendum. Sed potuit tamen altius aſſurgere: ut ſcimus fideles vel in media morte debere vitam apprehendere, & in triſtitia ſic exhilarari, ne dubitent, felicem exitum ſibi à Deo datum iri. Quin nobis Deus dat, unde non ſolum in afflictionibus læti reddamur, ſed etiam gloriemur & triumphemus, ſcientes id nobis in ſalutem ceſſurum. Jobus itaque non hic prorſus ut fidelis loquitur: verum, ut diximus, ſuas perturbationes exprimit: quemadmodum apud ſe quiſque experitur, quamvis nitatur & ſe conſoletur Dei promiſſionibus, nihilominus ſe triſtitia turbari interdum. Non primo ſuperabimus tentationes: ſed prius magna vi luctandum erit, adeo ut cum Jobo dicamus, nihil præter ſepulcra oculis noſtris obverſari, ſpiritum noſtrum defeciſſe, vigorem noſtrum reſectum eſſe, nec adeſſe nobis remedium. Sic igitur loqui poterimus, prout res feret. Sed poſtquam animadverterimus & ſenſerimus mala noſtra, altius nobis aſſurgendum erit ad Deum, ne dubitemus, quin nos liberet, & in bonum noſtrum convertat quod nobis malum videtur. Sic in ſumma hunc locum ad uſum noſtrum revocare debemus: primo, ut eo miſeriæ redacti, unde liberationis nulla ſpes nobis affulgeat, ne propterea conturbemur, quamvis mors undequaq; nobis imminere, Deuſque nos deſeruiſſe, nec ſua ope juvare amplius velle videatur. Quare? Videmus Jobum in eaſdem anguſtias redactum, nihilominus concluſiſſe, Deum ſibi tandem diu fortiterque luctato opem laturum, adeo ut de victoria non dubitarit. Ita propter imbecillitatem noſtram animum deſpondere non debemus. Verum talia obſtacula ubi ſenſerimus, ad Deum oculos convertamus. Nobis quidem ingredienda eſt via, qua non revertemur, ſecundum naturæ ordinem: verum nonne promiſit Deus ſe ſuis vel in media morte adfuturum? Itaque intrepide ambulemus. Nonne etiam ducem habemus Jeſum Chriſtum? An non ſcimus nobis per mortem aditum patere ad cœleſtem gloriam? Quando Filius Dei non ſolum mortuus eſt, ſed etiam reſurrexit, nonne eo confirmari debemus, Deum non permiſſurum, ut in putredine permaneamus? Nonne ſcimus quod ſcriptum eſt Pſal. 16. id in illo impletum eſſe, Deum à corruptione ipſum tutatum eſſe, ut ab ea paulatim liberaremur? Debemus ergo adverſus terrores mortis pugnare, quum habeamus Dei promiſſiones,

Pſal. 16. verſ. 10.

Quid? Nonne una fovea uni homini ſufficit? Certe. Verum Jobus ſignificat, ut unam aut alteram mortem effugiat, ſuccedere tertiam & quartam, quam vitare nequeat. ipſi pereundum eſſe, quamvis multa pericula ſuperaverit. Non omnes quidem ad eaſdem cum Jobo anguſtias redigimur: ſed tamen nemo eſt, cujus vita non ſit multis mortibus circumſeſſa. Quid igitur? Diſcamus invocare Deum, & in ejus manus commendare ſpiritum noſtrum, ut de hujus ſalute certi ſimus. Deo autem vitæ noſtræ cuſtode, ſecure pergamus. Nam vel ex mille mortibus nos eripere poteſt: ut eſt in Pſalmo, Domini eſſe egreſſus ex morte: id eſt, poſſe nos rationibus, quæ nobis ſunt incomprehenſæ, in libertatem aſſerere. Interea monemur, quod perpetuo comparati eſſe debeamus ad decedendum de vita, nec nimis adhærere rebus iſtis mundanis: quid enim id nos juvaret? Itaque alacres ad ſepulcrum pergamus, certi de futura reſurrectione: quum in perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti Deus nos confirmarit, ſe nolle nos in morte derelinquere, nec ſinere ut putredine pereamus. Porro Jobus ſubjicit, *Revera illuſores mecum ſunt, & in amaritudinibus eorum pernoctat oculus meus.* Quibus verbis conqueritur de iis qui ad eum conſolandum venerant, ſed tanto magis ipſum affligebant. Vocat autem illuſores, quod afflictum irriderent, ſiquidem non humanitate nec miſericordia commoti, de ipſius afflictione, ſecus ac debebant, judicabant: atque ita ſubjicit, ſe nihil aliud ab ipſis exſpectare poſſe, quam novæ ſemper triſtitiæ argumentum: adeo ut ſuus oculus defixus ſit in ipſorum amaritudinibus, id eſt, in doloribus ab eis ſibi illatis. His autem admonemur, ut rite afflictos & mœrentes conſolemur, non afferendum eſſe animum chalybeum aut ferreum, ſed humanum & clementem. Nunquam igitur aptus conſolator fuerit, cujus animus non afficiatur mœrore & dolore afflictorum, quaſi in eorum loco eſſet. Multos quidem videre eſt doctiſſime & eloquentiſſime diſſerentes, ut maxime omnium ad alios conſolandos idonei videantur: ſed quum non commoveantur miſericordia, nihil ad rem dicunt. Nam impoſſibile eſt, ut doctrinam ad lenienda aliorum mala aptam afferamus, quin eis afficiamur & tangamur. Itaque in hanc vocem, Illuſores, notemus, quicunque ſunt inhumani, eos ineptiſſimos eſſe ad conſolandum afflictos & mœrentes. Hoc ſedulo obſervemus. Cæterum, ubi cognovimus, nos miſericordes eſſe debere erga miſeros, meminerimus etiam illius ſententiæ Davidicæ, Beatus eſt qui prudenter judicat de afflicto: nam in die calamitatis liberabit eum Dominus. Qua docemur, opus eſſe prudentia

per imprudentiam noſtram fit, ut, quam oporteret, conſolationem non capiamus, ut Deus vult & docet. Proinde non ſolum miſereamur afflictionis proximorum noſtrorum, ſed etiam ſibi quiſque attendat, ut afflictus ſeſe rite conſoletur, & ſua mala leniat. Porro Jobus petit à Deo, *ut deponat pignus, & ſponſorem det*, aut vadem. *Quis*, inquit, *manum meam tangat?* Revertitur ad id, quod heri expoſitum fuit, ſe cupere diſceptare cum Deo, ut cum amico & ſocio ſuo. Quorſum enim pignus poſtulat? cur fidejuſſorem vel ſponſorem petit? Vult Deum de ſua Majeſtate decedere: ac ſi diceret, Cum tua Majeſtate non auſim diſceptare: me enim facile poſſis confundere, quum tanta ſit tua potentia: ſed tum audebo tecum contendere, ſi permittas mihi, ut tecum colloquar, ſi deponas pignus, ſi te obliges, & juriſdictioni judicis cujuſpiam ſummittas: ut ſi aliquis peregrinus daret fidejuſſorem aut pignus. Hoc ſibi vult Jobus, quum ait, *Quis manum meam tangat?* Id eſt, Quis hic fidejubeat? Nam illa cerimonia tunc in uſu erat, ut hodie tangitur liber, aut manus judicis vel tabularii. Ita illis temporibus mutuo tactu manus fides utrimque firmabatur. Hæc igitur eſt mens Jobi. Sed num excuſabile eſt illud ejus deſiderium, quum à Deo petiit, ut ſibi liceret cum ipſo litigare? Nequaquam. Nihil enim nobis optabilius eſſe debet, ut heri diximus, quam ut Dei judicio ſiſtamur, ejus arbitrio tractandi. Illo quidem ſeveritatem ſuam exerente, oportet nos confundi. Quam miſeri ſunt qui rigorem ipſius judicii experiuntur! Sed quia Deus nos amat, quos in gratiam recipiat per remiſſionem noſtrorum peccatorum, quam nobis offert, denuncians
ſe nobis reconciliatum in Domino noſtro Jeſu Chri- *Pſal.* 32.
ſto, & beatos eſſe quibus peccata condonata ſunt: *verſ.* 1.
quum hæc audimus, quid magis optare debemus *Eſa.* 38.
quam in conſpectum ejus prodire, qui peccata noſtra *verſ.* 17.
delet, & poſt tergum projicit ac in profundum maris, & 43:25.
ut ſcriptum eſt? Quin Dominus noſter Jeſus Chriſtus *Mich.* 7. *verſ.* 19.
idem eſt judex & patronus noſter. Nonne credimus *Mat.* 28.
illum memorem fore acerbiſſimæ mortis, quam pro *verſ.* 18.
nobis pertulit? Itaque ſi homines prudentes eſſent, ut *Joan.* 5.
par eſſet, nihil magis expeterent quam à Deo judica- *verſ.* 27.
ri, modo confugere poſſent ad ejus miſericordiam, *1 Joan.* 2. *verſ.* 1.
ſeque dederent D. N. Jeſu Chriſto, qui non vult nos
judicare, ut condemnet, ſed ut abſolvat. Quare? Tunc
enim poſſumus dicere cum Paulo, Quis nos conde- *Rom.* 8.
mnabit? Deus is eſt qui nos juſtificat. Quis nos accuſa- *verſ.* 32.
bit, quum Chriſtus noſtram cauſam tueatur, & pro nobis poſtulet apud ſuum Patrem? Jamne timeamus aut accuſari aut damnari? Quid ergo Jobus? Prodidit æſtum ſui doloris & perturbationis. Quo admonemur ut noſtram pravitatem cohibeamus. Quare? Videmus

Num propria virtute? Num inflictos ictus ſuſtinere, & vim Dei ferre poſſumus? Minime. Sed dum nos percutit, idem altera manu nos ſuſtinet. Alioqui vel minimo ictu, imo ſolo ejus nutu perderemur. Quum igitur niſi Dei noſtri virtute ſubſiſtere nequeamus, quando nos affligit: ſi tunc potentiam ejus imminui petamus, an non dementes ſumus? Itaque diſcamus, ut jam attigi, ne cupiamus gloriam Dei imminui, quo ſublevemur. Contrarium enim contingeret, & deſiderio noſtro prorſus fruſtraremur, ſperantes levamen diminuta Dei virtute. Hæc enim cauſa eſſet perditionis noſtræ: quia nulla eſt alia noſtri conſervandi ratio, niſi Deus ſuam virtutem nobis ſuſtinendis exerat, quemadmodum diximus. Hoc igitur unum eſt ex iis, quæ hoc loco obſervare debemus. Interim autem notemus etiam blaſphemiam horrendam eſſe, petere à Deo ut pignus & fidejuſſorem inter ſe & nos conſtituat. Quare? Sic enim ei fides videtur derogari. Verum eſt, Jobum uſum eſſe hiſce verbis, ut indicaret majorem eſſe ac ſublimiorem Dei potentiam, quam ut ad eam ſe ſiſtere auſit homo mortalis, niſi Deus de ſuo jure cedat. Sed alia via Deus ſecure nos ad ſe adducit. Nempe verbo ſuo, quo uno vult nos eſſe contentos: quod certe eſt æquiſſimum. Volumus ergo certi & ſecuri eſſe? Auſcultemus promiſſionibus Dei, eas recipiamus, perſuaſi ſimus, illum non mendaciis nec vana ſpe velle nos paſcere, ſed fidelem eſſe, ut impleat, quicquid promiſit. Huc igitur nobis aſpirandum. Cæterum aliud habemus optimum pignus in Domino noſtro Jeſu Chriſto: videmus enim quæcunque Deus nobis pollicitus eſt, ſancita & confirmata fuiſſe, quando Filium ſuum unigenitum morti tradidit, & à mortuis excitavit. An non hoc pignus nos ſatis ſuperque ſecuros præſtare debet? Adhæc Deus promiſſiones ſuas per Spiritum Sanctum in cordibus noſtris obſignat. En igitur alterum inſigne teſtimonium quum Dominus loquitur, ne ſit nobis ulla de ſua veritate dubitandi occaſio, & ut poſſimus gloriari de verbi ſui certitudine. Ecce, inquam, certa pignora, quæ nobis Deus dat, quominus de ſua fide ambigamus. Non vult igitur, ut alia pignora à ſe petamus, nec alium fidejuſſorem. Ergo diſcamus his eſſe contenti. Hæc in ſumma in hunc verſiculum notanda ſunt. Interim autem redeundum nobis eſt ad id quod attigimus: nempe, Deo nos tam leniter tractante, & ad ſe invitante, tanto magis nos ingratos eſſe, ſi velimus cum ipſo contendere. An non enim ſummæ eſt perverſitatis, judicium Dei recuſare? Præſertim quum vel in ſumma ſua rigiditate non immemorem ſuæ bonitatis fore denunciet, quin nos ſublevet ac toleret, prout expedire viderit: & daturus ſit bonum & optatum finem omnibus noſtris afflictionibus. Si tanmum. Quare? Video illos intelligentia carere. Ergo mihi omittendi ſunt, quum ratione ſint deſtituti. Si beſtia in me irruat aut allatret canis, fruſtra verbis illum mitigem: nihil enim intelligit. Ita, Domine, non debeo ex iſtorum vocibus ratione carentibus mœrorem concipere. Tu enim eorum cor abſcondiſti, quominus intelligentiam habeant. Id ipſum eſt, quod jam attigimus: nempe, ſi afflictos rite conſolari cupimus, oportere ut Spiritum Sanctum à Deo petamus, qui nos prudentia inſtruat. Noſtra enim verba inutilia & irrita erunt, niſi manum nobis porrigat: ſicut ex adverſo loquemur ad ædificationem, ſi nos regat. Dicitur abſcondere cor ab intelligentia: ac ſi quis diceret illum obvolvere oculos. nam vox Cordis in Scriptura interdum ſumitur pro Intelligentia. Interdum quoque accipitur pro veritate & conſcientia pura: ſed ubi Moſes dicit, Non dedit vobis Dominus cor intelligens, uſque in præſentem diem, videmus Cor illic ſumi pro Intelligentia. Ita etiam accipitur hoc loco. Jobus igitur indicat, Deum quaſi obvolviſſe oculos iſtorum, qui ſe ſapientiſſimos putabant, ut bruti evaſerint. Notemus autem quales fuerint iſti amici Jobi. Certe erant (ut ex ipſorum ſermonibus conjicere licet) viri eximii ac non idiotæ: videmus enim illos exercitatos fuiſſe, & magnis ingeniis præditos: quin etiam dicitur Deus illos miſiſſe: quid ergo illis futurum eſt, qui vix guttulam prudentiæ habent? quum Deus eos excæcare voluerit, quid illis fiet? Cæterum, ſi Deus ſic excæcat ſapientes, illi qui ſe doctiſſimos putant, & ſuo acumine confidunt, magnamque ſapientiam ſibi arrogant, diſcant humilitatem, ſcientes, Deum poſſe oculos ipſorum ſic præligare, ut in meridie nihil cernant. En igitur utiliſſimam admonitionem iis qui ſua prudentia ſuperbiunt, & nihil non ingenio ſuo arrogant. Quales erunt, quum Deus ipſos excæcaverit? Ecce miſeros cæcos, qui nihil diſcernere valeant. Et qualis futurus eſt eorum exitus? Deus eos non exaltabit, id eſt, eos tandem confuſos reddet. Quod ſi iſtud de rebus præſentibus verum eſt, quanto verius erit de arcanis Regni cœlorum, quæ omnem humanum captum longiſſime ſuperant? Ecce, Deus excæcat interdum oculos ſapientum, quoad res mundanas & ad hanc vitam pertinentes, ut qui callidiſſimi ſunt & prudentiſſimi, ineptiant inſtar puerulorum, ſeque ridiculos præbeant, & identidem impingant. Hoc nemo non videt. Quid cauſæ eſt? Sic Deus illorum oculos abſcondit. Quid igitur, quum deventum erit ad arcana illa admirabilia, quæ cognoſci nequeunt, niſi nos Deus Sancto ſuo Spiritu illuminaverit? Unde admonemur, ne offendamur, quum viderimus ſapientes hujus mundi nihil in Euangelio & tota ſalutis doctrina guſtare. Quare? Id non eſt omnibus homi-

Deut. 29. verſ. 4.

Digitized by Google

Quamvis igitur mera ſit in hoc mundo obſcuritas, nihilominus rite ducemur, ſi Scripturam ſacram ſequamur ducem. Sed in primis oportet ut Deus nos illuminet ſuo Spiritu, & involucra Satanæ nobis adimat, nobiſque oculos aperiat. Itaque, quum hoc ille ſolus præſtare poſſit, ab ipſo talem gratiam quam humillime petamus, nobisipſis diffidentes. Cæterum notemus quod adjicit, *Domine, quum illorum oculos abſconderis, eos non exaltabis*. Jobus dicens, hos cæcos, de quibus agit, non exaltatum iri: ſignificat, uti jam expoſuimus, confuſos fore, & à Deo expoſitum iri ludibrio, ut omnibus ſe ridendos propinent. Metuamus itaque ne Spiritu Dei ejusque luce deſtituti, tandem in eam confuſionem delabamur, ut, inſtar brutorum, in res abſurdiſſimas & pudendas cæci ruamus. Hæc enim eſt conditio eorum omnium, quos Deus in ſenſum reprobum tradit: ut docet Paulus in epiſt. ad Rom. Ut nihil diſcernant, quos Deus ſenſu ac ratione privavit. Et ſane videmus ut miſeri idololatræ ſeſe ad lignum adorandum proſternant. An non iſtud à bruto ſtupore manat? Certe. Sed Deo ſic homines excæcante, neceſſe eſt, ut prorſus obbruteſcant, & ex uno in aliud malum ruant, tandemque in horrendam turpitudinem incidant, flagitia contra naturam ipſam patrando. Conſideremus modo ebrios, qui porcis ſunt ſimiles: & ſcortatores, qui cupidinis ſuæ igne ſic ardent, ut nullam modeſtiam nec honeſtatem ſervent: his viſis, an non contremiſcere debeamus, cognoſcentes totidem eſſe vindictæ divinæ fructus, quum Deus excæcat homines & eorum oculos velat, ut nec videant nec diſcernant? Et tamen hæc non eſt poſtrema confuſio: ſed attendendum, quid dicatur apud Eſaïam: nam de excæcatione hominum loquutus, ſubjicit, Uſquequo, Domine? Cui Dominus, Donec, inquit, deſolentur civitates, omniaque ſurſum deorſum volvantur. Hic eſt fructus iſtius hominum excæcationis. Proinde nobis in ſollicitudine ac timore ambulandum, & precandus Deus, ne unquam permittat, ut ſic oculi nobis obvolvantur. Porro ſubjicit Jobus, *Qui annunciat adulationem amicis ſuis, fore ut filiorum ipſius oculi deficiant*. Jobus hic loquitur pro loci circumſtantia. Vidimus enim ſupra, quo ſpectarent ejus amici: nempe, in hoc mundo animadverti ac judicari poſſe quos Deus elegerit & reprobaverit. Quod ſi ita eſſet, in ultimum judicium nihil tale reſervaretur. Nam ſi nunc vellemus æſtimare homines, prout à Deo tractantur, quale iſtud eſſet? Hæc igitur doctrina nimis perverſum judicium invehit. Jobus autem

Rom. 1. verſ. 28.

Eſa. 6:11.

piamus, nec dicamus, Deus nos amore & favore proſequitur, quia res noſtras proſperat. Caveamus, inquam, ne ſic nosipſos decipiamus in noſtram perniciem & confuſionem. Hæc ſignificantur voce *adulationis*. Deinde obſervare debemus, nihil iſta adulatione miſerius eſſe, tum nobisipſis, tum aliis. Quare? Sibi quiſque oculos perſtringit, & in Deum extollitur, quum proſpere agit. Decipimus etiam proximos noſtros: nam ſi rebus proſperis utuntur, illis perſuademus quod in Dei gremio jaceant, quum in inferis jam verſentur, aut non procul hinc abſint. Non igitur ſine cauſa Jobus denunciat adeo gravem punitionem iis, qui ſic annunciant proſperitatem ſuis proximis. Quid igitur? In ſumma, alii alios in rebus proſperis incitemus ad Deum colendum, gratiaſque illi agendas de ipſius bonitate, quam nobis demonſtrat: in adverſis autem recipiamus datas nobis promiſſiones, quibus ad noſtram conſolationem utamur. Atque interim comparati ſimus ad ferendas afflictiones, quamvis nunc experiamur Dei benignitatem & favorem: non deſinamus, inquam, nos præparare correctioni, ſi velit ſeverius nobiſcum agere, ut ad ferendos ictus à manu ipſius inflictos diſpoſiti ſimus. Cæterum, ne ex perturbatione judicemus, quaſi Deus jam homines pro meritis tractaret. Quod ſi Deus nos affligat, cognoſcamus nos affligi propter peccata noſtra: ſin nobis parcat, noverimus eum velle nos ad ſe lenitate allicere. Atque ita quicquid nobis contingat, nihil obſtet quominus erecto capite ſemper quæramus vitam & tranquillitatem noſtram in cœlis, ubi feliciſſima quies nobis repoſita eſt: nec ægre nobis ſit nunc affligi, quandoquidem Deus nos vocat ad illum triumphum, quem nobis Dominus noſter Jeſus Chriſtus morte ſua acquiſivit.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut in afflictionibus ſenſu iræ ſuæ ſic nos afficiat, ut non deſinamus ipſius miſericordiæ paternæ guſtu affici, ad quam confugiamus, inde nunquam avellendi: ut non dubitemus, quin nos ab omnibus afflictionibus tempore opportuno liberaturus ſit, omneſque noſtras moleſtias levaturus: & quamquam nunc extremis malis premamur, fore tamen, ut plene eis eripiamur, quum nos carne iſta exuerit ut participes faciat bonorum omnium quæ nobis in gloria ſua cœleſti præparavit, ubi triumphemus cum Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui jam nobis prævivit per ſuæ reſurrectionis gloriam.

Digitized by Google

JObus, ex inſtituto ſupra ſermone, vult in ſumma indicare, res ſuas, ut ſeſe jam habent, prorſus eſſe deploratas, necullum malis ſuis ſupereſſe remedium. Adeo ut fruſtra ad Deum confugiat, ſi verum eſſet quod ejus amici volebant, nempe homines hic pro meritis tractari, & Dei amorem & odium æſtimari oportere ex hujus vitæ conditione. Hæc ſummatim notanda ſunt. Primo autem dicit, *Deum ſe ſtatuiſſe in proverbium & fabulam*: nam altera vox, qua utitur, ſignificat tympanum. Ideo quidam exiſtimarunt, Jobum voluiſſe hic comparare proſperitatem ſuam priſtinam cum præſenti ſua, eaque graviſſima, afflictione: acſi diceret, Antehac florebam & triumphos agebam: nunc autem ita me traduxit Deus, ut fabula ſim, & opprobrio expoſitus. Verum eſt, quoſdam interpretari *Infernum*, & pro *publico* vertere *faciebus*. Atque ita exiſtimarunt, Jobum indicare voluiſſe, eos in ipſum, quaſi damnatum & perditum, ante tempus ſententiam tuliſſe. Sed omnibus diligenter conſideratis, genuinus ſenſus eſt quem dixi: eadem enim ſententia repetitur majoris confirmationis cauſa, idque ex communi Scripturæ ſacræ uſu. Itaque hoc indicat, quum ipſum Deus conſtituerit pro afflictionis ſpeculo, ſi ex vita præſenti odium vel gratia Dei eſſent æſtimanda, ipſum pro perdito & damnato habendum eſſe. Interea autem ſe talem ipſe non judicat, quamvis ſenſus expers non eſſet: ſed, ut infirmitatibus non caruerit, tamen cum eis luctatus ſeſe confirmavit fiducia Dei miſericordiæ, & tacitus exſpectavit dum aliquem ſuarum miſeriarum exitum cerneret. Ideo ſubjicit, *Stupebunt juſti ſuper hoc*: nihilominus *innocens contra hypocritam ſuſcitabitur, & juſti retinebunt vias ſuas, & mundi manibus vires recolligent*, quo ſint conſtantiores. Jobus dicens *fore ut juſti ſtupeant*, ſignificat quum Dei cultores ac timentes, puræque conſcientiæ ſtudioſi, ab ipſo affliguntur, nos mirari & obſtupeſcere. Hoc enim cogitamus, Si Deus mundum regat, æquum eſſe ut bonis, iiſque qui coram ipſo puri incedere ſtuduerunt, parcat, & eos, ut pater filios, tractet. Quod ſi contrà illos extremis malis ab ipſo affici cernimus, putamus aut Deum averſa facie res terrenas negligere, aut de hominum vita non eſſe ſollicitum, nec curare quomodo ſe quiſque gerat. Sic igitur fit, ut juſtis afflictis, Deoque ipſis in ſpeciem quidem infenſo & inimico, ſæpius obſtupeſcamus. Propterea Jobus de ſtupore loquitur: ſed adjicit, nihilominus *innocentes invectum iri contra hypocritas*, id eſt, non ita ſtupentes fore, quin firmam & ratam concluſionem ſtatuant. Hic autem locus obſervatione digniſſimus eſt. Quare? Diſcimus experientia quam difficile ſit hominibus recte judicare de operibus Dei, qualia nunc nobis apparent. nam, ut plenius expoſitum fuit, Deus non ita in hoc mundo ſua judicia exequitur ut nihil non ordinatiſſimum appareat: ſed contrà res ita ſunt confuſæ, ut probus gravius etiam, quam improbus, plectatur, aut minus proſpere agat. Hæc intuentes quid judicamus? Sumus attoniti & perplexi, nec ſcimus quo nos vertamus. Itaque quoties ex ſenſu naturali de rebus præſentibus judicabimus, non ſtupere & admiratione rapi non poterimus: ut etiam S. Scriptura docet. Et quamvis experientia ſufficiat, voluit tamen Deus addere ex verbo ſuo admonitionem, fore ut conturbemur & obſtupeſcamus, ſi res præſentes tantum ſpectemus. Itaque ſedulo hunc locum obſervemus, ubi docemur juſtos obſtupefactum iri, intuentes Deum ita ſuos filios affligentem. Ac certe crux nobis contraria eſt: unde vocamus Adverſitatis nomine quicquid nobis grave eſt ac moleſtum. Quum igitur ſic afflictiones horreamus, non poſſumus, propter naturæ noſtræ repugnantiam, non ſtupore corripi, dum cernimus Deum in ſuos tantopere ſævientem. nam perplexi reddimur, dum videmus Dominum non parcere illis quos ſibi elegit, & hac gratia donavit ut pure ipſum colant: hoc viſo, inquam, ſtupère cogimur. Quid nobis hac de re non àdmonitis futurum eſſet? Ita terreri poſſemus, ut nunquam erigeremur, nec ad rectam viam rediremus. Itaque, præmoniti, ne offendamur nec ab officio deterreamur: quum viderimus probos à Deo durius habitos. Interea tamen ne in hoc luto hæreamus, ſed longius nobis progrediendum eſſe noverimus, ut Jobo auſcultemus, nihilominus oportere ut contra Dei contemtores inſurgamus. Sic differunt fideles ab incredulis: quod iſti plane credant, mundum à Deo non regi, quum ſe Judicem non præbet, quum diſſimulat, quum fideles opprimuntur, nec illis ſubvenitur, & interea improbi vigent & impune graſſantur. Sunt qui in hac cogitatione ſic hærent, ut inde ſe expedire nequeant. Quid nos? Imitemur eum qui è luto ſe pro viribus in ſiccum eripere conatur: ut eſt in Pſal. 40. Itaque contra nitamur, Diabolo hoc pacto conante nos in deſperationis abyſſum præcipites agere. *Pſa. 40:3.* Ex adverſo contendamus, donec iſtud ſtrenue reluctando vicerimus, Ut ut ſit, Deus ſuos nunquam deſeret (quamvis oppreſſi videantur) quin ipſum ſatis potentem ſibi liberandis ſentiant, tandemque reipſa liberatorem admirabili ratione experiantur. Talia, inquam, ſunt noſtra exercitia, talibus certaminibus Deus nos agitat: ut, viſa rerum confuſione, ſi contriſtemur & turbemur, prò viribus hujuſmodi tentationem eluctari conemur. Plenius autem explicat Jobus quod breviter dixerat: quum ait, *Juſtus retinebit viam ſuam, & mundus manibus roborabitur*. Hæc doctrina eſt utiliſſima. Quid enim pleroſque ab officio deterret, niſi quod

primo

Digitized by Google

... qui Deum colere didicerunt. Cur adeo gravis eſt? Quod nondum ſibi prorſus renunciare didicerunt. Qui autem non aſſuefactus eſt domandis omnibus ſuis affectibus, & voluntati ſuæ cultui Dei penitus ſubjiciendæ, (licet id perdifficile ſit,) is nondum plane novit, quid ſit recte ac fideliter vivere. Itaque videamus, ut, quod hic docemur, viam noſtram retineamus: id eſt, licet via vitæ ad Dei regulam inſtituendæ ſit perdifficilis, multiſque offendiculis impedita, nihilominus oportère ut conſtanter hanc viam retineamus. Quum autem Deus ſuos ita exerceat, ut quamvis multis moleſtiis affecti, nihilominus firmi perſtare debeant: quid illis fiet qui à recta via, nihil acerbi ſentientes, avertuntur? Quales plurimos videre eſt. Ecce, multorum imbecillitatem Deus tolerat, eoſque pro ipſorum viribus tractat, ut minus tententur. Et tamen iſti nihilominus deſerunt officium, acſi graviſſimis tentationibus exercerentur. Quid igitur, ſi pari tentatione, de qua hic agit Jobus, agitarentur? Ita ergo ſe magnæ hominum partis ingratitudo profert. Quot enim, nullo dolore coacti, Deo ſuccenſent & obmurmurant? Si quæratur quæ tentatio huc eos impulerit? Sola ipſorum malitia & ingenii perverſitas cauſa reperietur. Nos vero diſcamus, quamvis iter, quo nos Deus ducit, maximas difficultates habeat, ut paſſim dura nobis occurrant obſtacula: nihilominus nobis retinendam eſſe viam nuſtram, ſicuti hoc loco docemur. Sed quia id fieri non poteſt, quin novas vires colligamus, ideo Jobus ſubjicit, *mundum manibus roboratum iri.* Ubi primum obſervemus, tantam eſſe imbecillitatem noſtram, ut, ſi in illa nobis placentes remiſſe agamus, ſtatim oporteat omni conſtantia & firmitate nos deſtitui. Quare? Conſideremus, quam fragiles ſimus, etiam dum bono aliquo zelo ducimur. Hic non agitur de reprobis, ſed de illis, in quibus Dei Spiritus habitat, quique jam virtute cœleſti ſunt ad bene agendum diſpoſiti: iſti nihilominus ita ſunt fragiles, ut, Deo ipſos premente, & aliqua tentatione urgente, confuſi hæreant, neſcii quo ſeſe vertant. Itaque nobis opus eſt novas colligere vires: nec eſt quod animum deſpondeamus, dum tantam debilitatem in nobis experimur. Quare? Quum filii Dei jubentur vires reſumere, ſic admonemur, licet imbecilli ſimus, non propterea nos à Deo rejici: modo per hypocriſin nobis non blandiamur: ut multis ſuarum infirmitatum conſciis accidit. qui ideo carni ſuæ indulgentes, Sumus miſeri homines, inquiunt, ad infinita vitia propenſi. Sibi excuſabiles videntur, dum vitium hominibus commune & familiare prætexunt. Ex adverſo audimus, quoties Deus facit, ut imbecillitatem noſtram ſentiamus, admoneri nos ut remedium quæ-

obſtupefacti (ut certe fieri non poteſt, quin id nobis novum & inſolens primo videatur) tamen contra hujuſmodi tentationes luctemur, & in recta via conſtanter pergamus: & quamvis multas in nobis ſentiamus difficultates, precemur Deum, ut invicta virtute nos inſtruat, quo in ipſius cultu ad finem uſque perſeveremus, quantumvis Satan nos avertere conetur. Nominatim autem Jobus hic loquitur de mundis manibus. Verum eſt, integritatem in corde conſiſtere: ſaltem illic radicem agit. Nihili enim eſt vita vel perfectiſſima & Angelica, niſi Deum pura mente & ſincero affectu colamus. Aliquis poſſit manus & corpus abſtinere, ne quem verbo, geſtu, aut facto lædat, denique ne quis jure de ipſo conqueratur: verum ſi cor ejus ambitione ardeat, ſi hypocriſi, aut amore ſui, aliove vitio occulto laboret, totus inquinatus eſt ſordibus, quamvis magni fiat ab hominibus. Ideo dixi, inchoandum eſſe ab affectu: ut ſupra non in hoc tantum capite, ſed & in aliis, declaratum fuit. Jam autem Jobus, loquutus de juſto & innocente ac integro, qui opponitur hypocritæ, adjicit, Qui eſt mundus manibus. Itaque ad integritatem interiorem accedant oportet externa ejus indicia. Quare? Videmus nequiſſimos, & maximos contemtores Dei, audaciſſime tamen ſibi Chriſtianam & perfectam pietatem vendicare: adeo ut perfricta & meretricia fronte dicant, Ego vero quis ſum? quid in me reprehendi poteſt? Et tamen infamis eorum vita pueris ipſis nota eſt, quum ejus fœditate aër ipſe infectus ſit. Ideo expreſſe dicitur hoc loco; nuſtram coram Deo integritatem (ſiqua eſt) puritate manuum probari, cum hominibus ita verſando, ut reipſa Deum vere à nobis coli teſtemur. Denique illud eſt certum bonæ radicis teſtimonium. nam ſi arbor, quæ vocaretur bona, nullum bonum fructum ederet, qualis eſſet iſta bonitas? Bonus quidem fructus edi non poſſit, niſi radix & natura arboris bona ſit. Iſta tamen cordis rectitudo & integritas, ac pietas erga Deum, non niſi per fructus cognoſcitur, uti jam dixi. Hæc in ſumma hoc loco docemur. Nunc autem Jobus adjicit, *Convertimini, & redite: nullus enim inter vos ſapiens reperitur.* Quibus verbis redarguit ſermones trium illorum, qui multis oſtendere conati ſunt, Jobum reprobatum eſſe à Deo, & maledictum: quoniam tantam ejus afflictionem cernebant. Jobus contra demonſtravit non eſſe judicandum ex afflictionibus vitæ præſentis, an aliquis à Deo ſit reprobatus nec ne. Adhæc oſtendit, homines non ſemper à Deo puniri ob ipſorum peccata, & bonos interdum affligi ignorata cauſa, quantumvis in ea quærenda laboretur: propterea quod judicia Dei ſunt occulta & incomprehenſibilia. Quia autem amici Jobi talia non concipiunt,

ideo

Digitized by Google

dum de correctionibus quibus Deus proximos no-
ſtros caſtigat. Quum aliquem afflictum cernimus, ſta-
tim judicamus, Hic forte ob ſua peccata caſtigatur.
Recte, ſi novimus illum fuiſſe Dei contemtorem &
ſceleratum. Tunc autem ad nosipſos ſtatim reverti
debemus, ut dicamus, Domine, ſi iſtum punis, quid me
facies? Quamvis enim me non prorſus tui colendi ſtu-
dio deſtitueris (quo magis ſum tibi obſtrictus) tamen,
ſi me caſtigare volueris, gravius me tractare merito
poſſis, qui ſim iſto longe deterior. Hoc igitur perpe-
tuo meminerimus. Adhæc, quum aut ſcortationem,
aut ebrietatem, aut blaſphemias, aut rapinas, aut
fraudes & perjuria puniri cernimus, ex his omnibus
1 Cor. 10. diſcamus, ut meliores efficiamur: ſicut Paulus etiam
v. 6, 11. teſtatur, totidem eſſe ſpecula, in quibus nobis Deus
declarat quam deteſtetur omnes iniquitates, & quo-
modo aliorum damno cautiores evadere debeamus.
Cæterum caveamus à nimia ſeveritate in judicandis
proximis noſtris afflictis, qui inſigni aliqua impie-
tate non ſint infames, ut ſceleſti & Dei contemtores
jure appellari poſſint. Si quem autem, aliquibus in-
firmitatibus laborantem, qui tamen aliquod rectitu-
dinis indicium ediderit, graviter afflictum cerna-
mus, tum miſericordia commoti dicamus, Novit
Deus cur miſeram creaturam ſuam affligat. Propter-
Pſal. 41. ea David, Beatus, inquit, ille, qui prudenter judi-
verſ. 1. cat de afflicto: id eſt, qui tolerat & miſeratur Dei fi-
lios afflictos & oppreſſos malis, nec eos temere da-
mnat, ſed cogitat ſe graviora, quam illos, promeri-
tum eſſe, ſi Deus ſecum ſummo jure agere vellet.
Non igitur ſine cauſa Jobus hic amicos ſuos redar-
guit, quod nullam ſapientiam in eis repererit, ut qui
temere de ſuis afflictionibus judicarent. Unde admo-
nemur, ut in ſchola Dei rite inſtituamur, veramque
prudentiam & ſalutarem conſequamur, applicandum
eſſe ſtudium noſtrum conſiderandis Dei judiciis, quæ
in hoc mundo tum in nosipſos, tum in proximos no-
ſtros exercet. Ita optime horas collocabimus. Quare?
Nam præcipua doctrinæ cœleſtis utilitas eſt, ut Dei
judicia ad uſum noſtrum applicemus, indeque ad
ejus timorem inſtituamur. En veram & perfectam
ſapientiam: ſine qua, ut ſubtiliſſime de S. Scriptura
diſſeramus, nihil tamen ad rem & appoſite dicamus:
donec eo, inquam, devenerimus, ut recte de affli-
ctionibus judicemus: quod in primis à nobis Deus
exigit. Jobus tandem concludit, *dies ſuos præteriiſſe,
cogitationes ſuas evulſas eſſe, ſuos conatus irritos, & tene-
bras ſibi eſſe loco lucis, & noctem pro die*: denique oſten-
dit, nullum fuiſſe malis ſuis exitum, ut ex vitæ præ-
ſentis conditione ſtatum diuturnum non debeat ſpe-
rare. Propterea adjicit, *Tum dixi putredini, Tu meus
pater es: dixi pulveri, Tu es mater mea & ſoror mea*. Acſi
diceret, Non eſt quod in res præſentes convertam
ſatis declarabat, ſed quibus tamen ſemper reſiſteret.
Verum poſt illas perturbationes, nunc detegit ſtulti-
tiam eorum qui volunt gratiam Dei, quoad hanc vi-
tam, exhiberi probis & fidelibus: alioqui concluden-
dum, illos perditos & deploratos eſſe. Jobus iſtud re-
futat. Atque ita ſuam orationem convertit ad illos qui
unumquemque in hac vita caduca compenſari pro
meritis volunt. Quæ doctrina nimis perverſum judi-
cium invehit, uti diximus. Itaque notemus, Jobum
hic non loqui ut hominem deſperatum: ſed redar-
guere veſaniam ſuorum (nomine tenus) amicorum,
qui ipſi perſuadere volebant, hic gatiam & bonitatem
Dei eſſe ſentiendam, aut nos ab eo rejectos eſſe. Quod
ut melius comprehendamus, conſideremus argumen-
tum Pauli ad probandum ultimam reſurrectionem.
Sumus, inquit, omnium hominum miſerrimi. Com- *1 Cor. 15.*
parentur Chriſtiani cum Dei contemtoribus, profa- *verſ. 19.*
nis, hypocritis, & ſceleſtis denique: conſideretur
quibus melius ſit. Certe comperientur improbi
probis florentiores. Quare? Nam prout Domi-
nus nobis propinquus eſt, noſque inſpicit, ita nos
errantes corrigit: ut ſuos quiſque liberos ſtudioſius
curat quam alienos. Deus itaque ad declarandum
ſuum erga nos amorem, nos peccantes caſtigat. Dein-
de vult noſtram obedientiam explorare, ut par eſt:
vult etiam fidem noſtram probare & confirmare: quæ
adeo pretioſa eſt, ut mereatur, magis etiam quam
aurum & argentum, examinari: ut Petrus docet. *1 Pet. 1.*
Propterea ſcimus Diabolum indeſinenter moliri *verſ. 7.*
quicquid poteſt contra nos: & prout videt nos Dei
colendi ſtudioſos, eo magis ejus furor efferveſcit.
Improbi omnes nobis totidem ſunt hoſtes, quibus
utitur Satan ad nos turbandos. Itaque mirum non eſt
filios Dei in hoc mundo eſſe omnium miſerrimos.
Quo etiam argumento probat Paulus ſpem melio- *1 Cor. 15.*
rem nobis eſſe fepoſitam. Quum in hac vita ob omni- *verſ. 19.*
bus rejiciamur, conculcemur, irrideamur, quid no-
bis fieret, niſi ſperaremus reſurrectionem illam pro-
miſſam, & Domini noſtri Jeſu Chriſti reditum, quo
demum ſentiemus, nos non fruſtra coluiſſe Deum?
Alioqui nullus eſſet in cœlo Deus, nulla juſtitia, nulla
providentia. Hoc eſt argumentum Pauli, quo mire
hic locus illuſtratur. Jobus ait, Videor vobis deplo-
ratus & perditus: mihi, quantumvis moras trahenti,
paratum eſt ſepulcrum, putredo domus mea eſt.
Quod quum ita ſit, num mihi perſuadebitis, homines
à Deo tractari prout eos diligit vel odit? Me enim
ſcio ſtudioſum Dei colendi fuiſſe, nec mea exſpecta-
tione fruſtror. Jam autem eo me redactum video, ut
omnium ludibrio ſim expoſitus, & extremis dolori-
bus vexatus. Quid igitur? Oporteret ergo, ut vel
ſepelirem & rejicerem quicquid bonorum à Deo ac-
cepi: vel concluderem, Deum irridere ſuos, & deci-
pere,

Digitized by Google

bis in hac vita injuſte toleratas. Cæterum ii convenit Dei juſtitiæ, ut improbi pro meritis puniantur, & tamen id non apparet in hoc mundo, ſcitote, Deum in veſtris afflictionibus, turbis & miſeriis, ceu in ſpeculo, vobis declarare, quod melior vos maneat conditio in cœlis, quo debetis aſpirare. Itaque diſca-

precantes ut nos ab omnibus vitiis & carnis noſtræ corruptelis purget: & interim non dubitemus, quin optimus Deus noſter nos oculo miſericordiæ reſpicere velit, & in gratiam recipere in ejus nomine, quem nobis Mediatorem conſtituit. Ita autem omnes precabimur, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO SEXAGESIMA SEPTIMA IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XVIII.

1. ET reſpondit Bildad Suhites, ac dixit,
2. Quouſque imponetis finem ſermonibus? intelligatis, & poſtea loquemur.
3. Quare reputamur ut jumenta? & ſumus (veſtro judicio) ſtupidi & nullius pretii?
4. Hic diſcerpit animam ſuam ira ſua: an propter te derelinquetur terra, & transferetur rupes è loco ſuo?
5. Imo lux impiorum extinguetur, nec ſplendebit ſcintilla ignis ipſorum.
6. Lux obſcurabitur in tabernaculo ejus, & lucerna ejus ſuper eum extinguetur.
7. Arctabuntur greſſus potentiæ ejus, & projiciet eum conſilium ſuum.
8. Quia projicietur in rete pedibus ſuis, & ſuper rete ambulabit.
9. Apprehendet calcaneum ejus laqueus, prævalebit adverſus eum prædo.
10. Abſconditus eſt in terra funiculus ejus: & decipula ejus in ſemita.
11. Circumquaque perturbabunt eum terrores, & opprimént eum ad pedes ejus, & dejicient ubivis locorum.

SUpra expoſuimus, utilem veramque doctrinam eſſe, puniri à Deo peccata hominum, ut ſe noſtrum Judicem declaret: modo id rite intelligatur & applicetur. Unde patet, non ſatis eſſe ſi in genere aliquod S. Scripturæ caput cognoſcamus: ſed præterea oportere, ut id ad uſum noſtrum revocemus, quo fructum inde percipiamus. Experientia quoque docet quam multi Scripturas detorqueant, & temere interpretentur. Vera quidem proferunt, modo rite illa applicarent. At à ſcopo Spiritus Sancti aberrantes veritatem corrumpunt. Id ipſum rurſus hoc loco facit Bildad. Repetit enim quod ſupra dixerat, improbos, quamvis aliquandiu florentes, tandem in confuſionem & perniciem juſto Dei judicio corruere. Hoc quidem verum eſt: ſed interim modum excedit, dum vult pœnas de ſceleratis à Deo manifeſte in hoc mundo ſumi, quo jam appareat illorum judex. Atqui hoc non eſt perpetuum, nec de eo regula generalis ſtatuenda eſt. Hic ergo Bildad errat, licet alioqui bonam ſanctamque doctrinam proferat. Itaque, etiamſi hoc prima fronte rectum videatur, tamen non ſine periculo aliquis perſuaſum habeat, omnes improbos à Deo manifeſte plecti in hoc mundo. Nam ſi ſecus fiat, tum putabit, Deum non eſſe mundi Judicem, ſed fortunam dominari. Quæ execranda eſt blaſphemia. Deinde impatientia exagitatus, obmurmurabit Deo, videns confuſiones perpetuas: poſtremo ad malum omne ſollicitabitur, exiſtimans bene agendo operam ludi, Deo adminiſtrationem & gubernacula rerum humanarum negligentei denique non modo Deum non invocabit, ſed etiam ab eo ſeſe prorſus alienabit. Atque ita prætextu bonæ doctrinæ Bildad hic omnem religionem evertit, omnem Dei timorem tollit, & homines in deſperationem adigit. Ideo dixi, ſedulo petendam eſſe à Deo prudentiam, qua rite ad uſum noſtrum & ædificationem applicemus quod S. Scriptura atque experientia quotidiana de judiciis divinis docet. Bildad autem primo ægre fert, ſermones ſuos non eſſe receptos. Juſtus ſane fuiſſet ipſius dolor, ſi fideliter & apposite docuiſſet. Quare? Si conſtituti præcones verbi Dei, & doctrinæ ſalutiferæ, videmus homines aut nobis non auſcultare, aut etiam, quæ proponimus, ludibrio habere: ſiquo zelo & reverentia Dei ducimur, id non moleſte ferre non poſſumus. Quare? Hic contemtus non noſtri ipſorum eſt, ſed Dei viventis, cujus ſumus nuncii. Qui igitur Dei verbum fideliter annunciat, ſi laborem ſuum irritum videat, triſti-

tia

Digitized by Google

bus, quum nihil aliud quam magis ac magis ſua mala augeant, & ſuam perniciem accelerent. Verum eſt, qui affligitur, exiſtimare dolorem ſuum murmurando & blaſphemando levari. Sic, inquam, homines, à Deo afflicti, ſeſe vindicare conantur. Sed quid proficiunt? Nihil, niſi quod ſuas animas furore diſcerpunt, ut hoc loco dicitur. Ipſi etiam Ethnici ſcite dixerunt, iram eſſe furorem. Itaque qui afflictus ſeſe ultro ſubjicere Deo non poteſt, ſed eo magis iraſcitur, an non, quæſo, eſt furioſus? nonne conatur Deo reſiſtere? Non dico nos ab omnibus perturbationibus in rebus adverſis immunes eſſe: ſed illis nos adverſus Deum inſtigantibus & exacerbantibus, dico nos tunc prorſus furere & inſanire. Num enim id facere creatura auderet, niſi omni ratione & judicio deſtituta? Minime certe. Hic igitur locus obſervatione dignus eſt. quamvis enim hoc perperam applicetur Jobo, hæc ſententia tamen in ſe vera eſt, atque obſervanda, quandoquidem videmus impatientiam eſſe furoris ſpeciem. Et quid eſt impatientia? Non eſt ſimplex quædam perturbatio, quum à malis noſtris dolore afficimur, ſed eſt immodica ira & indignatio, qua fit ut Deo nolimus nos ſummittere, quo de nobis pro arbitrio ſuo diſponat. Noſtris igitur perturbationibus modum excedentibus, quum affligimur, ita in nobis impatientia dominatur. Ac proinde tunc plane ſumus phrenetici & furioſi, dum eis temperare non poſſumus, quin adverſus Deum exurgant. Id quidem non confitebimur: ſed Spiritu Sancto id pronunciante, num judicem magis idoneum requirimus? Ipſa quoque experientia veriſſimum eſſe comprobat quod hoc loco docemur. Proinde noverimus, illum veram ſapientiam adeptum eſſe, qui ſuos affectus didicit compeſcere. Ideo Jacobus, Si cui veſtrûm, inquit,

Jac. 1. verſ. 2, 5. deeſt ſapientia, eam poſtulet à Deo. Quare? Prius egerat de patientia. Pro ſummo gaudio ducite, fratres mei, inquit, quoties in tentationes varias incideritis. Quod ſi quis non aſſentitur huic ſapientiæ, petat eam à Deo. Quaſi diceret, Verum eſt, ſenſum humanum nunquam confeſſurum, tentationes & adverſitates à Deo, bono noſtro, nobis immitti. Quidni? Quia caremus verâ ſapientia, nec intelligimus quid nobis expediat. Quid igitur? Deſtituti ſapientia, perturbationibus noſtris in nobis dominantibus, confugiamus ad Deum: nam, quæ nobis deſunt, ſupplere poteſt. Hæc ſunt nobis ex hoc loco colligenda, ut ſtudeamus moderari noſtros affectus, ne impatienter feramus afflictiones à Deo nobis immiſſas: ut qui ſciamus patientiæ felicem eſſe exitum. Contra ſi furioſe agamus, nec mala noſtra conſolationibus, oblatis à Deo, lenire velimus, qualis finis futurus eſt? Is quem Bildad hoc loco indicat, ut animas noſtras diſcerpamus duntaxat: ut videre eſt miſerum phreneticum conji-

ex ejus ſcopo, probe intellecto, percipere poſſumus. Ait ergo, *numquid mundus propter te mutabitur?* Id eſt, Quid tibi vis? Aſſeris enim Deum non exequi ſua judicia, ita ut cognoſcantur: numquid vero Deus conſtituit præclarum hunc ordinem, qui in cœlo, in aëre & terra elucet, quin ſimul velit ſua judicia innoteſcere? Nonne Deus vult, ut ſua opera ſic contemplemur, ut ex illis ipſius bonitatem, & ſapientiam, & juſtitiam, omneſque virtutes cognoſcamus? Certe. Quorſum vero nobis tam illuſtre in ſuis creaturis ſpeculum proponit? Nonne ut à nobis glorificetur? Quod quum ita ſit, ut virtutes ſuas, ſic & judicia ſua Deus nobis declarat. Hoc ex parte verum eſt: id eſt, ſi modo rite intelligatur. Sed Bildad nimis generaliter id accipit. Quid igitur? Quoties de Deo agitur, ab inferioribus ad ſuperiora ipſius opera aſcendamus. Exempli gratia: Scriptura ſæpe nobis res vulgares & quotidianas proponit: nempe, Deum immittere pluviam, ſere- *Pſal. 104. v. 13, 14.*
nitatem, fœcunditatem, & ſimilia. Sed non ſatis eſt, ſi hæc ex ejus gratia manare cognoſcamus: (licet hoc ſit fundamentum:) ſed altius eſt conſcendendum, nempe ſi Deus talem virtutem terræ conferat, multo magis oportere ut virtutem noſtram ab ipſo accipiamus: ſiquidem creaturæ nobiliores ſumus. Vita noſtra nonne excellentior eſt terræ fœcunditate? Certe. Ergo illam multo magis à Deo manare agnoſcere debemus. Adhæc, ſi Deo curæ eſt alimonia hominum in hoc mundo, & erga corpus noſtrum officio patris fungitur, an dubitamus, quin multo magis curet animas noſtras, quæ longe ſunt pretioſiores? Præterea, ſi facit, ut ſemen mandatum terræ, putrefactum pullulet & novos fructus edat, an ſi corruptione diſſolvamur, Deus nos in meliorem vitam reſtituere non poterit, quum talem virtutem in communi naturæ ordine exerat? Deinde certa & ordinaria quadam ratione utitur in Solis ortu & occaſu, in *Pſal. 104.*
Lunæ & menſium ipſiuſque Solis circumvolutioni- *verſ. 19,*
bus: videmus ordinem ſtellarum & planetarum: quo- *20, 23.*
ties igitur hæc contemplamur, eſt quod concludamus, Deum conſtantem eſſe in ſua veritate, cujus quædam documenta & ſigna nobis exhibet. Quando talem in ordine naturæ conſtantiam cernimus, quid dicamus de ipſius promiſſionibus ad noſtram ſalutem pertinentibus, quæ non eſt res mutabilis, nec hujus mundi converſionibus expoſita? Ita igitur S. S. ex operibus Dei nobis propinquioribus & magis familiaribus nos ducit ad ſuperiora: verum oportet ut rite inter opera Dei diſcernamus. Ut, ecce, Bildad plane in ſuis ſermonibus confuſus eſt. Ait enim, quum Deus ordinem certum condiderit & conſervarit, hinc ſequi, certa eſſe ac manifeſta ipſius judicia. Mala eſt conſequutio. Quare? Deus vult Solem oriri & occi-
dere,

Digitized by Google

ingratitudo noſtra: an
non enim agri & flumina, ſimiliaque, in quibus Deus
ſe nobis præſentem exhibet, in oculos noſtros ſeſe in-
gerunt? Ubi niſi illum concipere valeamus, an non
voluntarie cæcutimus, id eſt, in ignorantia noſtra af-
fectata perimus? Sequitur, *Imo lux impii extinguetur,
nec ſplendebit ſcintilla ignis ipſius: lux obſcurabitur in
tabernaculo ejus, & lucerna ejus ſuper eum extingue-
tur.* His ſimilitudinibus Bildad in ſumma ſignificat,
Deum non permiſſurum ut improbi perpetuo pro-
ſperis rebus utantur. Ad tempus quidem Deus per-
mittit ut delicientur & triumphent, quaſi fortunam
ipſam in manu haberent. Quod ſi Bildad probe intel-
lexiſſet, minus ſeſe implicuiſſet. Quare? Hic confi-
tetur, improbos poſſe interdum proſpere agere. Ubi
ergo fallitur? In eo, quod certum tempus & diem de-
finiat, quo ceſſet eorum proſperitas, & in adverſita-
tem convertatur. Atqui noſtrum non eſt, id determi-
nare. Quare? Deus enim, ut experientia docet, in re-
bus proſperis deducit interdum impios ad ſepul-
crum. Quod ſupra etiam ex parte attigimus, nempe
illos momento & placide deſcendere in ſepulcrum:
Pſal. 73. ut eſt quoque in Pſalmo. Ecce, inquit David, filii Dei
verſ. 4. perpetuo hic languent & laborant, ac multiplicibus
ærumnis opprimuntur: improbi vero robuſti ſunt &
inopinato moriuntur. Quod quum ita ſit, notemus,
noſtrum non eſſe, Deo imponere terminum, ut pro
noſtra libidine improborum lucem in hoc mundo ex-
tinguat, eoſque in tenebras, id eſt, confuſionem, pro-
jiciat. Ita Deum arguimus. quod nefas eſt. Deinde
monemur, aliam eſſe ejus voluntatem. Vult enim ſibi
aliquod judicium in ultimum diem reſervare. Quid
ergo? Primo obſervemus quod hic dicitur, nempe
contemtores Dei, vel hypocritas, quaſi lampadem
domi ſuæ accenſam habituros. Quod variis nomini-
bus exprimitur, nempe luce, lucerna & ſplendore:
nempe ex uſu Scripturæ. Per lucem iſtam ſignifica-
tur proſperitas & gaudium improborum, quibus
Deus favere videtur: ut contrà tribulationes & æru-
mnæ comparantur nocti & tenebris. Nunc ad rem re-
vertamur. Contemtores & diſſoluti, aut hypocritæ,
aliquandiu poterunt rebus proſperis uti: quod, expe-
rientia quotidiana docente, novum nobis videri non
debet: alioqui non poterimus non turbari & angi,
atque à Dei cultu averti. Itaque Deo permittente ut
improbi delicientur & exultent ac voluptatibus
fruantur, diſcamus non propterea ſtupere. Quod ex-
ercitium quamvis durum nobis videatur, tamen eſt
neceſſarium: ne pigeat nos ei aſſuefacere. Hoc pri-
mum. Deinde notemus, fore ut Dominus omnem
Pſal. 37. illam gloriam extinguat, ut improbi cariſſime ſuas
verſ. 10, voluptates luant. Unde in Pſalmo 37. nos ſedulo
35, 36. hortatur David, ne invideamus improbis, quos flo-

exercebit adverſus ſceleratos, ut nos nonnihil ſuble-
vet: verùm hoc non eſt perpetuum, nec generale, ut
putavit Bildad. Nam ſi certum tempus præfiniamus,
quo Deus debeat lucem impiorum extinguere, atque
ita terminum Deo imponamus, permittet ut exſpe-
ctatione noſtra fruſtremur. Hoc itaque totum in ejus
curam rejiciamus: Deus enim novit tempus, quod
perdendis improbis conſtituit. Interdum illos ſagi-
nat, ut boves aut porcos, ut eſt apud Prophetam. Non *Jer. 12.*
obeſantur porci & boves, ut laboribus poſtea fatigen- *verſ. 3.*
tur, ut alia pecora: ſed ut jugulentur & mactentur.
Ita Deus obeſat improbos, quoad à ſepulcro voren-
tur. Proinde notemus quod jam attigi, nempe ut ni-
tamur Dei judiciis, oportere trajecto mundo res ab
oculis noſtris jam abſconditas contemplari. Hoc no-
bis notandum. Itaque, intuentes felicitatem impro-
borum, num mirari debemus? an non ſic fuit ab ini-
tio mundi? priſci Patres nonne huic tentationi ipſos
adorienti reſtiterunt? Hoc igitur relinquamus Deo:
ſciamus modo, præſentes improborum delicias ipſis
in confuſionem ceſſuras: ita ut tenuitas ipſis melior
eſſet, quam tanta bonorum copia. Quare? Nam prout
Dei beneficiis abuſi fuerint, eo graviores pœnas ſuæ
ingratitudinis dabunt. Itaque exſpectemus dum
Deus ſeſe ad officium ſuum accingat, ut improborum
lucem extinguat. Interim autem obſervare debemus
ſimilitudines quibus Bildad utitur, quum ait, *Arcta-
buntur greſſus potentiæ ejus, apprehendet calcaneum ejus
laqueus, ſuper rete ambulabit, abſcondita eſt in terra pe-
dica ejus, & decipula ejus ſuper ſemitam.* Juxta quæ di-
cit David, Improbos ſuper glaciem ambulaturos. Ni-
tet quidem iter, id eſt, jucundum & amœnum appa-
ret: ſed nulla ipſis eſt ſtabilitas, ut dicto citius in rui-
nam corruant. Iſtæ autem omnes ſimilitudines rem
unam declarant, nempe quamvis improbi floreant,
& eorum felicitas ſit in admiratione ac pretio, & ab
omnibus expetatur, illos tamen infeliciſſime peri-
re. Quiſque dicit, Utinam dives & felix eſſem, ut ille:
ſed non videmus pedicas & laqueos in terra latentes.
Videtur Deus ferre improbos, aut eis alas ad volan-
dum dare. Verum quo altius volant, eo turpius ca-
dunt: ſuper terram ambulantibus inſidiatur eis la-
queus. Hunc quidem non cernimus: ſed verbo di-
vino admoniti, à Deo precari debemus, ut eum ocu-
lis fidei contemplari poſſimus. Interim ſi Bildad recte
ſermones ſuos intellexiſſet, non ſeſe in laqueos con-
trarietatis induiſſet. Quare? Nam dicens, laqueos
latêre ad pedes improborum, ſic apud ſe reputare de-
buit, Noſtrum non eſt, noſtris oculis cernere iſtos la-
queos, donec Deus eos indicet. Quando iſtud? Ne-
que definire tempus, ad nos pertinet. Oportet igitur
ut homines ſeſe Dei providentiæ ſummittant, nec
ſtatuant regulam generalem, ut dicant, Deus ſic aut

dicandum. Quod qui faciunt, ſacram Scripturam falſant. Si volumus laqueos cernere, audimus eos ſub terra latêre: itaque patienter ignorantiam feramus, dum nobis ſua judicia Deus revelet. Dico arcana illa judicia, quæ ſola fide concipiuntur: quorum exequutionem quum libidini noſtræ volumus ſubjicere, graviter peccamus. Sic igitur fideles ſeſe cohibere debent, quoties ipſis videbitur Deus favere impiis, ut nunquam plectendi videantur, nec ad rationem reddendam cogendi. Tunc itaque probi viri ab hac concluſione non diſcedant, Ignoro quidem, quis iſtorum futurus ſit exitus: Deus tamen eſt mundi Judex: exſpectabo patienter, dum finis adveniat: nec dubito, quin, quod minatur improbis, tandem Deus exequatur, ſed ratio nondum mihi perſpecta eſt: nolo igitur meos limites tranſcendere: ſatis mihi eſt dare gloriam Deo de omnibus quæ agit: eumque precari ut inde proficiam. meum enim non eſt, legem ei imponere. Nominatim autem exprimitur vox *calcanei*. Quamvis enim Bildad eam referat ad id quod de latentibus laqueis dixerat, quibus improbi intercipiantur: tamen ſub hac voce *calcanei*, indicat, mirum non eſſe ſi Deus eos non ſtatim, ſed longo poſt temporis intervallo, in exitium præcipites agat, ut quum ad felicitatis faſtigium aſcendiſſe videntur, tum de improviſo corruant in æternæ miſeriæ gurgitem. Hoc itaque mirari non debemus. Patiamur ergo ut Deus impios diu exſpectatos, tandem calcaneo prehenſos in ruinam præcipitet. Hæc in vocem illam notanda ſunt. Bildad continuo ſubjicit, *Circumquaque terrebunt eum terrores, & ubivis locorum dejicient.* Dixerat, fore ut impiorum greſſus coarctentur, nec decipulas fugere poſſint. Verum eſt, eis ad exultandum & laſciviendum ſatis amplum ſpatium eſſe: non videntur ergo in anguſtiis verſari. Sic quidem nobis videtur, ſed ipſi tandem ſentient veriſſimum eſſe ſo magis propterea vitam ipſorum eſſe felicem. Quare? Nam quodnam eſt præcipuum bonum? ut ſecuri ſint homines, ut placidas & tranquillas conſcientias habeant, quo tum vitam tum mortem intrepide & alacriter adeant. Num tales ſunt improbi? Minime: quamvis enim conentur Deo invito lætari, at, velint nolint, contriſtari coguntur. Unde apparet, quam vel in media bonorum affluentia ſint miſeri & infelices. Atque ita certos de benevolentia Dei erga nos, quamvis undique vexemur, id nihilominus nos in mediis afflictionibus conſoletur, quod ſciamus Deum illis finem impoſiturum, in bonum & ſalutem noſtram, improborum autem confuſionem. Sic ad uſum noſtrum revocanda eſt hæc doctrina. Fuſiorem quidem explicationem meretur: ſed propter temporis anguſtias in aliam Concionem rejicietur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut, nobis noſtræ indignitatis & miſeriæ ſenſu affectis, nempe quod indigni ſimus luce, digni autem horrendis tenebris, quia rejecimus gratiam Spiritus ipſius nobis oblatam: velit tamen noſtri miſereri, & ut ſemel nos verbo & Spiritu ſuo illuminavit, hanc lucem magis ac magis nobis adaugeat, &, quam novit nobis expedire, proſperitatem largiatur. Interea tamen ne permittat, ut caducis hujus mundi bonis affixi plus nimio ſimus: ſed tendamus ſemper ad hæreditatem illam æternam, quam in cœlo nobis repoſuit, ne vincamur ullis tentationibus, ſed eluctemur omnia inſultantia nobis certamina, exſpectantes dum nos Deus ab omnibus hujus mundi miſeriis liberatos colligat in illam felicitatem cœleſtem, ubi perfecta tranquillitate perfruemur. Hoc autem non nobis ſolum gratificetur, verum omnibus populis & nationibus, &c.

CONCIO SEXAGESIMA OCTAVA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XVIII.

12. Erit famelicum robur ejus: & fractura parabitur lateri ejus.

13. Primogenitus mortis, aut cutis ipſius devorabit ejus ramos: imo devorabit ejus membra.

14. Avelletur è tabernaculo ejus fiducia ipſius, & ad Regem terrorum pelletur.

15. Non ſuus habitabit in ipſius tabernaculo, & ſpargetur ſuper domicilium ejus ſulphur.

16. Deorſum radices ejus areſcent, & ſurſum excidetur ramus ejus.

17. Memoria ejus peribit è terra, neque erit ei nomen in plateis.

18. Propellent eum à luce ad tenebras, & de orbe ejicient eum.

19. Non

Digitized by Google

verſ. 3. Moſes ſignificat, ſolam Dei gratiam illam eſſe quæ
nos ſuſtentat: adeo, ut, ſi Domino libeat, etiam ſine
Luca 4:4. cibo & potu ſubſiſtamus: quemadmodum dicitur
Pſal. 33. ſuos tempore famis alere. Contra ſicut horrea & cellæ
verſ. 19. refertæ ſint, non propterea ſuſtentabitur. Denique
Pſal. 37. Deus ſemel declaravit, miſſa manna, nos ſola ſua vir-
verſ. 19. tute ſuſtineri. Si eſcæ, quibus veſcimur, conjunctæ
Exo. 16. ſint cum Dei benedictione, erunt nobis loco mannæ:
& quod deerit, Deus ſupplebit. Sin abſit Dei benedi-
ctio, nihil nobis proderit, imo in ipſa affluentia fame
peribimus. Itaque veriſſima eſt hæc Bildadis ſenten-
tia: cui infiniti Scripturæ loci conſentiunt. Itaque
diſcamus, nobis nec vigorem nec virtutem alibi ſitam
eſſe, quam in Dei bonitate: hinc vitam, conſervatio-
nem & ſalutem ad nos manare. Cæterum robur im-
piorum intuiti, noverimus id non fore perpetuum,
Verum eſt, non idem cum Bildade ſentiendum eſſe,
Deum manifeſte ſemper declarare quod hic dicitur:
ſed patienter exſpectandum, & Deo permittendam
ſuorum judiciorum liberam exequutionem. Hæc
ſunt hoc loco notanda. Statim autem ſubjicit, *Primo-
genitus mortis vorabit ejus ramos*, vel membra: *imo vo-
rabit ejus membra:* nam hic eſt repetitio. Per mortis
primogenitum ſignificatur exquiſitiſſima mortis ſpe-
cies. nam quoſdam placide mori cernere eſt, quibus
Deus parcit: alios autem torqueri & diuturno lan-
guore conſumi. Alii autem, ut dixi, ſine mortis ſenſu
moriuntur. Itaque notemus, per *primogenitum mortis*
deſignari maximam vim, quum aliquis quaſi equuleo
torquetur, Deo ipſum circumquaque perterrente, ut
nihil cernat præter omnis horroris abyſſum. Bildad
ergo inquit, fore ut idem impiis contingat. Omnes
quidem mortales ſumus & hac lege in mundo collo-
cati, ut ex eo ſimus evocandi. Nec enim ad vitam cœ-
leſtem pervenire poſſumus, niſi quod in nobis obno-
xium eſt corruptioni, prius aboleatur, ut docet Pau-
1 Cor. 15. lus. Quid ergo? Se quiſque morti præparet, agno-
verſ. 53. ſcens pro gratia inæſtimabili, quod Deus velit per
mortem nos à corruptione liberare, ut, quamvis ter-
reſtris hujus domus noſtræ tabernaculum diſſolven-
dum ſit, reſtituatur tamen longe excellentius: quia
2 Cor. 5. induemur gloria immortali. Contra ſciamus, Domi-
verſ. 1. num improbis immiſſurum primogenitum mortis, ut
undequaque perterritis nulla conſolatio offeratur,
quæ malis ipſorum aliquod lenimentum adferat.
Hoc etiam differimus ab incredulis, quod etſi omni-
bus pariter moriendum ſit, nullo excepto, Deus ta-
men nobis morientibus manum porrigat, ut alacres
mortem adeamus, & intrepide noſtros animos ipſi, fi-
deli eorum cuſtodi, commendemus. Improbi vero
rum cuſtodem: adeo ut, quia traditæ ſint in manum
Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eas in ſuam tutelam
recepit, perire non poſſint. Itaque fideles ſecure mor-
tem adeunt. Contra mors exquiſitiſſima & terribiliſ-
ſima parata eſt incredulis: nam primum neſciunt, quo
migrent: deinde, perſequente ipſos Dei judicio, me-
rum terrorem concipiunt. Quum audimus illud privi-
legium nobis dari, eſt quod de eo aſſiduas Deo gratias
agamus, noſque ita comparemus, ut ejus arbitrio &
vivamus & moriamur. Ne igitur nos invitos & relu-
ctantes ei præbeamus, quum nos ex hoc mundo evo-
care voluerit. Porro ſequitur, *Spes ejus evelletur ex
ipſius tabernaculo, & ad Regem terrorum adducetur*. Per
ſpem iniqui ex tabernaculo ipſius evellendam, ſigni-
ficatur quod aliquandiu permittit Deus ut indigniſ-
ſimi palatia & domos exſtruant, & in eis habitent ac
voluptatibus ſuis indulgeant, fidelibus interim tugu-
riolum vix nanciſcentibus. Ecce igitur, contemto-
res Dei, omnibuſque vitiis & ſceleribus dediti, in
mundo quaſi Domini & Principes habitant: ſpatio-
ſas & ſplendidas domus habent: & ſpem in ſuis deli-
ciis collocant, id eſt, perpetuum ſtatum ſibi pollicen-
tur: ut etiam eſt in Pſalmo, cogitationem eorum eſſe, Pſal. 49.
quod domus ſuæ ſtabunt in perpetuum. Ingentes verſ. 12.
enim moles exſtruunt, ut à Dei manu attingi non
poſſe videantur. Hæc duo itaque nobis hoc loco de-
clarantur. Proinde quum impios florentes cernimus,
ne propterea obſtupeſcamus. Quare? Id non eſt no-
vum. Sic vult Dominus nos admoneri, nondum nos
ad hæreditatem noſtram perveniſſe, & nunc abſcon-
ditam eſſe noſtram ſalutem. Ita non eſt, quod turbe-
mur aut offendamur, dum improborum proſperita-
tem intuemur, dum eos florentes, & in ſplendidis pa-
latiis habitantes, ac ſuis opibus ſuperbientes, firmiſ-
que (in ſpeciem) radicibus innitentes contemplamur.
Iſtud, inquam, non debet nobis novum videri. Sed ex
adverſo notemus, *Spem ipſorum ex ſuo tabernaculo
avellendam eſſe:* id eſt, licet hodie ita ſplendeant &
omnibus præſidiis muniti ſint, ut nec in præſentia,
nec in poſterum ullis malis affici poſſe videantur,
Deum nihilominus adimpleturum quod dixit. Nec
ſine cauſa habitationum & ſpei ipſorum fit mentio.
ſic enim docemur, Deum nullo negotio de illis pœnas
ſumturum, etiamſi ad tempus tam alte ſint evecti, ut
ab omnibus mundi hujus miſeriis immunes videan-
tur. Poſtremo dicitur, *quod adducentur ad Regem terro-
rum.* Ut ante per mortis primogenitum ſignificata
fuit mors violenta, communi longe formidabilior:
ita nunc per Regem terrorum Bildad indicat terro-
rem regium & exquiſitum, id eſt, maximum omnium.

Digitized by Google

pterea Deus, ut ad ſe nos colligat, nobis terrorem incutit: ita ut vel inviti cognoſcamus, male tutam eſſe vitam noſtram, niſi à Deo cuſtodiatur. Huc igitur ſpectant curæ & terrores, quos Deus ſuis immittit. Deinde ſic aſſueſiunt diffidentiæ ſuarum virium. non poſſumus enim ſperare in Deum, niſi, diffiſi nobis, ignoremus quo nos vertamus. Itaque bonum eſt nos talibus affici terroribus. Verum conſolemur nos, quod præſentem improborum ſecuritatem oporteat tandem in maximas anxietates converti. Nam ad Regem terrorum adducentur, id eſt, ad eos terrores & extremas anguſtias, à quibus liberari nequeant: adeo ut fruſtra ad Deum quis eos reducere ſtudeat, &, ſi moneantur ut ſeſe humilient, & à Dei bonitate pendeant, ſurdis canatur. Tales, inquam, erunt terrores improborum qui Deum hodie contemnunt. Hæc nos in ſumma hic verſus docet. Porro ſequitur, *Non ſuus habitabit in ipſius tabernaculo, & ſpargetur ſulphur ſuper habitaculum ejus*. Aliqui exponunt, quod in non ſuo tabernaculo habitet, ideo ſuper illud ſparſum iri ſulphur. Sed dura & coacta eſt hæc expoſitio. Itaque notemus, Bildadem ſignificare potius, habitationes impiorum perituras, aut ad extraneos translatum iri. Hoc in ſumma voluit: ut aliis in locis idem de vineis
Deut. 28. & agris dicitur. Quam maledictionem Moſes pro-
verſ. 30. nunciat in Lege adverſus eos qui Deo non obtemperarint, nec eum coluerint, ſed ingrati & immorigeri fuerint, Plantabis vineam, & non vindemiabis eam: ſementem facies, & alius meſſem percipiet: domos ædificabis, & extraneus in eis habitabit. Quum igitur hæc maledictio impletur, agnoſcenda eſt Dei manus. Recte itaque Bildad docet, qui ſplendidas domos ad tempus poſſidebunt, eos inde expulſum iri, ut in eis extranei habitent: & ut prædones & hoſtes eas non invadant, non immunes tamen fore: quia Deus ſulphur depluet, & extraordinariis ac hominibus prorſus incompertis rationibus impios deturbabit, quamvis excelſa tabernacula habitantes. Hæc in ſumma hoc loco docentur. Modo autem teneamus quod jam monuimus, hæc ſententia vera eſt, & notatu digna. Teneamus, inquam, Dei judicia non eſſe æqualia in hoc mundo, nec ſemper viſibili & ſenſibili ratione peragi. Unde fit ut Dei filii interdum huc illuc agi-
1 Cor. 4. tentur: ſicuti videre eſt: atque jam pridem dixit Pau-
verſ. 11. lus, nos inſtabiles eſſe, & incertis ſedibus errare. An Paulus ſignificare voluit, Dei maledictionem incumbere filiis Dei, ut perpetuo vagentur in hoc mundo? Nequaquam: Deus enim ſic eos docet, ut quærant hæreditatem illam æternam, ipſis in cœlo repoſitam. Fideles igitur volucrum inſtar huc illuc volitantes, nullamque certam ſedem habentes, non ex eo cenſendi ſunt maledicti, quum illis in bonum & ſalutem cedat. Sed quoties videmus ſic jactari à Domino impios & ipſius verbi contemtores, partem illius maledictio-

impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Li- *v.* 35. 36.
bani: nam ut cedri inter arbores valde eminent, ita improbi inter homines, adeo ut ſub eis omnes humiliari oportere videantur. Verum tranſivi, inquit David, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. Quum ait ſe tranſiviſſe, ſignificat, ſe patienter exſpectaſſe, dum Deus ſuum opus impleret, & tempus opportunum adveniret. Ita & nobis agendum, cernentibus res proſperas impiorum: ne hujuſmodi obſtaculo impediatur noſter curſus, quoad pervenerimus quo nos Deus vocat. Hoc primum hic habemus obſervandum. Cæterum, obſervanda eſt etiam iſta comminatio, quum altas radices improbi egerint, eaque proſperitate frui viſi fuerint, ex qua nullo vento nullaq; tempeſtate unquam deturbentur: fore ut radices illæ deorſum areſcant, id eſt, Deus eos conſumat & perdat: & ſurſum rami exſcindantur, id eſt, Deus illos omnibus modis inſectetur. Quod quum videmus, meminerimus promiſſionum factarum filiis Dei: ut quum vir Dei *Pſal.* 1:3.
timens comparatur arbori ad aquarum fluenta ſatæ, quæ humorem & vigorem perpetuo trahit. Tales enim ſunt illi qui in Deo ſperant, ut eſt etiam apud Je- *Jer.* 17.
remiam. Precemur igitur Deum, ut ab ipſo humorem *verſ.* 7. 8.
trahamus, & impleatur in nobis quod eſt in alio Pſal- *Pſal.* 52.
mo, Juſtus ut palma germinabit, & in atriis Dei noſtri *verſ.* 10.
florebit. Dominus itaq; ſemper ſubtus foveat noſtram & 92:13.
radicem, &, ut inter homines non ſimus illuſtres, nihilominus vitam habeamus in ipſo abſconditam, quo bonitas ejus, in nobis elucens, ab omnibus celebretur & magnificetur. Quodſi noſtros ramos exſcindere voluerit, hoc in ſalutem noſtram convertere dignetur: ut *Joan.* 15.
putatur vitis quo fœcundior evadat, alioqui degenera- *verſ.* 2.
tura. Itaq; agnoſcamus, ſi Deus ramos noſtros reſecare velit, eum hoc ideo facere ut meliores & plures fructus edamus, ubi, quæ in nobis ſuperflua ſunt, amputarit. Id etiam nobis eo proderit, ne ſollicitemur ad Deum precandum ut nos improbis ſimiles reddat, id eſt, ſimili proſperitate donet. Hactenus de illa ſimilitudine. Dicitur etiam, fore ut eorum memoria pereat è terra, nec ſit eis nomen in plateis. Verum eſt, non eſſe huic mundo ita confidendum, ut in eo nomen & gloriam quæramus. Quam vanitatem irridet ſacra Scriptura, *Pſal.* 49.
quum ait, qui gloriam terrenam quærunt, illos nun- *verſ.* 12.
quam vere cognoviſſe Deum, nec ejus regnum. Non eſt igitur quod inhiemus mundi hujus gloriæ. Sed tamen non fruſtra Deus ſuis pollicitus eſt, hanc benedi- *Pſal.* 112.
ctionem æternam fore, ac benedictam ipſorum me- *verſ.* 6.
moriam. Qui iſtuc? Quia Dominus invita hominum *Prov.* 10.
ingratitudine faciet, ut ſui bona fama ſint celebres. Ad *verſ.* 7.
tempus quidem contemti, imo plurimis calumniis & *Eccle.* 39.
probris erunt obnoxii, ſed tandem Deus his diſcuſſis *verſ.* 13.
integritatem illorum in lucem proferet. Sic benedicta eſt filiorum Dei ac proborum memoria. Non ſemper quidem id in hoc mundo completur, at ſæpe tamen

Digitized by Google

eſt: nam ſi Deus facit, ut memoria noſtra ex mundo pereat, quid nobis deperit? quo damno afficimur? Scimus enim noſtra nomina ſcripta eſſe in libro vitæ. *Luce 10. verſ. 20.* Exultate, inquit ad ſuos diſcipulos Dominus, nam veſtra nomina ſcripta ſunt in cœlis. An non id ſufficere nobis debet? Alioqui nonne ſimiles ſumus ſtultis illis, qui immortalitatem in fama duntaxat quærunt? Hoc autem nimis jejunum eſt: nos vero ſcimus, nomina noſtra ſcripta eſſe in Dei commentariis: ſcriptum eſſe teſtamentum manu ipſius, id eſt, in æterno ejus conſilio: (manus enim Dei eſt æternum & immutabile illud decretum:) quæ omnia ſancivit ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac virtute Sancti ſui Spiritus obſignavit. Noſtra igitur memoria exiſtente inter Angelos beatos, inter Patriarchas, Prophetas & Apoſtolos, an non eo contentos eſſe nos oporteat? Itaque, ut memoria noſtra expuncta ſit ex hoc mundo, nihil inde nobis deperit: ſed potius id Deus nobis in majorem benedictionem convertit, ut jam attigimus, quamvis aliquandiu contemti ſimus, & pro purgamentis ac ſordibus in hoc mundo habeamur, ut *1 Cor. 4. verſ. 13.* loquitur Paulus, fideles comparans ſordibus quæ deterſione detractæ projiciuntur. Verum Deus tandem in lucem profert eorum integritatem, & ipſorum memoriæ benedicit. Videmus ut Abrahamus & Jacob contemti & rejecti fuerint, quum jam benedicta ſit *Pſal. 22. verſ. 7. & 31:12. & 35:11, 16, 20.* illorum memoria. Davidem omnes probris, diriſque inceſſebant, adeo ut vermiculo eſſet contemtior, & nemini non execrabilis: & tamen videmus ut benedicta ſit in Dei Eccleſia ejus memoria. nam apud incredulos quærenda non eſt memoria nec fama, ut qui, cæci quum ſint, non poſſint judicare, nec album à nigro diſcernere. Hæc ſunt hoc loco notanda. Sequitur, *Propellentur à luce ad tenebras, & de orbe ejicientur, nec eis filii & nepotes erunt, & nullus ſuperſtes in habitationibus eorum.* Hic Bildad confirmat, quod modo dixit, Deum non largiri perpetuam improbis proſperitatem Quod veriſſimum eſt. nam ecquæ illorum eſt felicitas, quum in fletum convertendus ſit eorum riſus? Proinde cognoſcamus, præſentem improborum lucem ipſis in tenebras inducendis prælucere. Quibus auditis, ſi nos quoque in tenebris verſemur, id eſt, in afflictionibus, (ut vox etiam indicat,) adeo ut neſciamus quo nos vertamus, quum miſeriæ nos undique circumſtent, nec ullus egreſſus nobis pateat: ſciamus tamen, per haſce tam obſcuras tenebras nobis viam patere ad lucem Dei: nam ſuos, etiam tum quum jamjam perituri videntur, admirabili ratione ad ſalutem perducit. Videmur igitur perditi? Cognoſcamus, Deum hac ratione noſtræ ſaluti conſulere. Verſamur in denſiſſimis tenebris? Cognoſcamus, eum poſſe nos ad clariſſimam lucem educere. Hæc ſunt hic notanda. Contrà videmus improbos ſua nobilitate turgidos, & magnifice ſeſe jactantes? Verum eſt, illos in magna luce generalis, quaſi Deus viſibili modo faceret quicquid pronunciat. Ejus enim judicio permittendum, ut res omnes ſuo arbitratu regat. Itaque videre eſt aliquando viros fideles & pios liberis carere, qui propterea non ſunt à Deo maledicti. Quam enim ſobolem pri- *Gen. 4:8. & 13:16. & 15:5. & 25:1. & 25:20. & 27:41. & 28:2.* mus ille, qui à juſtitia laudatur, reliquit? Et ipſe Abrahamus, cui & arenæ maris numeroque ſtellarum æqualis progenies promittitur, num prolem numeroſam reliquit? Quot mortuus reliquit liberos? Aliquot quidem præter Iſaacum: ſed quos ut patre Abrahamo indignos Deus reſcidit. Iſaacus quidem duos filios genuit: ſed quorum alterius animus eſt parricida, alterum autem à ſe procul amandare cogitur. Hinc patet, fideles, quamvis non relictis liberis moriantur, nihilominus à Deo benedici: illis enim perpetua eſt in cœlis cognatio, non ſolum in ſanctorum & fidelium hominum, ſed etiam Angelorum conſortium admiſſis. Improbis vero illud in maledictionem cedit. prorſus enim extincti & perditi videntur, ſi nullum relinquant qui hæres ipſis ſuccedat. Et Deus illos juſto ſuo judicio liberis orbat. quæ pœna eis recte convenit, ut ipſorum affectibus prorſus repugnans. Quod item obſervandum eſt ſedulo. Cæterum Bildad poſtremo inquit, *Super die ejus obſtupeſcent poſteri, & majores apprehendent pavorem. Sane hæc ſunt habitacula iniqui, & iſte locus ejus qui non novit Deum.* Quibus confirmat quod dixerat, fore ut Deus in impios ſic animadvertat, ut omnes ſolo conditionis illorum aſpectu obſtupeſcant, adeo miſera futura eſt. Veriſſima eſt hæc ſententia, & alte infigenda memoriæ, ex qua fructum capiamus: modo quidem Bildadem non ſequamur, qui in iſta maledictione & Jobum & omnes afflictos comprehendit. Quare? Nam, uti diximus, afflictiones tum piis tum impiis ſunt communes. Hujus rei adminiſtratio ſoli Deo, cui etiam ſoli convenit, eſt relinquenda. Itaque pauperes & afflicti, miſerique (hominum judicio) ſi fuerimus, ne deſinamus propterea inniti bonitati Dei noſtri, quoad nos, penitus ab ipſo pendentes, plene ab omnibus miſeriis & afflictionibus liberaverit.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes ut illorum ſenſu ad humilitatem adducamur, ita ut nobis in eis diſpliceamus, & calamitatibus, quas nobis in hoc mundo infligit, meliores reddamur: & ſerio delictorum noſtrorum gravitatem expendentes, vera pœnitentia affecti, veniamque in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti conſequuti, tanto magis in poſterum bonitati ejus confidamus: adeo ut per multas calamitates & miſerias quum nobis ſit iter faciendum, nihilominus ad finem uſque in ipſius obedientia perſeveremus. Hoc autem non nobis ſolum largiatur, verum etiam omnibus populis, &c.

 CON-

Digitized by Google

8. Iter meum clauſit, ita ut tranſitus mihi pateat exitus, & poſuit tenebras in viis meis.
9. Gloria mea me ſpoliavit, & à vertice meo coronam abſtulit.
10. Undique me ſubvertit, & ego evanui: & ſpem meam ſicut arboris ſuſtulit.
11. Ira ejus adverſus me inſurrexit, & me ſibi pro hoſte conſtituit.
12. Exercitus ejus venerunt, me circumcinxerunt, & caſtra metati ſunt in circuitu tabernaculi mei.

Vidimus quodnam eſſet conſilium Bildadis in Jobo reprehendendo. Theſin hanc generalem ſumebat: Deum nunquam ſinere, improbos impune abire: inde concludebat, neceſſario Jobum ex eo numero eſſe, cum ita graviter à Deo affligeretur: Jobus autem ipſum reprehendit, eo quod vita ſua non eſſet æſtimanda ex afflictione, quam tunc ſuſtinebat, nec in ipſum Deus animadverteret propter peccata commiſſa, ſed quod ſit judicium aliquod arcanum, & incognitum hominibus. Sed antequam eo veniat, conqueritur de amicis, quod ita ſe adverſus ipſum obfirmaſſent. *Non pudet vos*, inquit, *me jam toties pudore ſuffudiſſe: vosipſos adverſus me obfirmaſtis*, aut *à me alienaſtis:* utrumque enim ſenſum admittit ipſum vocabulum: ſed aptius redditur, ipſos ſe adverſus ipſum obfirmaſſe, nec ulla malorum ipſius commiſeratione affectos fuiſſe. Intelligimus igitur nunc, quo tendat hæc querela. Sed quum adjicit, *quod ſi peccaverit, peccatum ſecum manſurum*: in eo nimiam perturbationem prodit: nam ſi peccarat, debebat æquo animo pati reprehenſionem: atque ejuſmodi loquutio magis convenire videatur homini deſperato, quique nullam correctionem admittit, quam ei qui ſit ex filiis Dei, ſi quis ita loquatur: Miſſum me facite, ego pœnam meam feram: num cui damno aut fraudi noxa mea erit? Jobum tamen eo uſque abripit tentatio, quum videret, ſe alia ratione amicos ſuos ſibi æquos habere non poſſe: ſed interea redit ad præcipuum ſcopum, nec diutius hæret in illo diverticulo, quod nec firmum, nec legitimum erat: ſed ait, Speratisne adverſus me cauſam obtinere vosipſos magnificando, eo quod me in hoc ſtatu intuemini, & videtur vobis cauſa mea perdita, atque adeo omnino ſtatuiſtis, quia me nihil miſerius & abjectius conſpici poſſit, me condemnatum iri? *Cognoſcite*, inquit, *quod Deus me perverterit in judicio:* id eſt, Hic non eſt rationibus agendum: Deus enim non aget ex hominum norma: non poſſum ab illo jus obtinere: fruſtra litigabo: nihilominus mala mihi ferenda ſunt, quæ me urgent & opprimunt: & interea, ſi clamem & lamenter, non propterea tamen minuetur malum meum: nihil proficiam: ſe enim hoſtem meum aperte profeſſus eſt, miſit adverſus me mala infinita, tanquam exercitum qui me obſidet. Hic crucior, &, quod pejus eſt, nullus mihi in viis meis exitus ſe offert, tum is videtur me undique concluſiſſe & conſtrinxiſſe, omnemque adeo ex his miſeriis, quæ me urgent & excruciant, evadendi facultatem mihi denegaſſe. Hæc autem verba prima ſpecie abſurda & impia viderentur, niſi jam ante ex parte intellexiſſemus, quo fundamento Jobus nitatur, idque ipſum, quod poſtea Deo dante fiet, in memoriam revocaretur. Sed ſequamur ſermonem Jobi. Hæc illius cum amicis expoſtulatio eſt juſta, Eos nimirum ex ipſius confuſione voluptatem capere. Sicut vero ſupra jam declaratum eſt, quando aliquis virgis Dei caditur, etiamſi ejus objurgandi juſtam occaſionem habeamus, id tamen fieri debet cum ſpiritu manſuetudinis, ne medicina ſit aſperior, præſertim quum manus Dei ſatis in ſe habeat aſperitatis, ut ad eam amplius adjici non ſit opus. Si quis ita adverſus judicia Dei exultet, ut malum ſuum non ſentire, ſed potius ferocire, nec ad officium adduci poſſe videatur, tum nobis aſperioribus objurgationibus utendum eſt: domanda enim ejuſmodi arrogantia, quam præ ſe ferunt homines, quum abutuntur patientia & bonitate Dei, &, ſi Deus non tractet illos ſtatim pro meritis, indurantur, & obſtinatiores fiunt, eo quod cum ipſis clementius agat. In ejuſmodi, inquam, homines aſperiores ſunt adhibendæ reprehenſiones: minime enim ferendum eſt, ut homines ita Deum ludibrio habeant, & ejus bonitatem & lenitatem ſua culpa ita ſibi noxiam & peſtiferam reddant, ut adverſus eum inſolentiores quotidie reddantur. Quod ſi quis ejuſmodi homines lenius admoneat, tum in ſuis deliciis ſibi plaudunt & exultant, tanquam furioſi & inſani, nulla ab ipſis extorqueri poteſt agnitio peccati aut pœnitentia. Sed quum hominem vides afflictionibus domitum, & Deum adverſus ipſum ita potenter vires ſuas explicuiſſe animadvertis, ut oporteat te commiſeratione affici: ſi cum illo ſevere & rigide egeris, quid illud fuerit? Sane eo ipſo prodideris te omnem humanitatem exuiſſe. Verum quidem illud eſt, ſi quem videas quantum maxime poteſt afflictum, non propterea tamen flecti, ſed potius magis indurari, nec quidquam profuiſſe caſtigationes omnes, quibus Deus erga illum uſus ſit, ſeveritatem objurgationum adhibendam eſſe: nihilominus debet te mali, quo vides ipſum premi, commiſeratio tangere, &, ſi nihil à te humani alienum putaveris, moderationem & lenitatem aliquam ſerves, & ratione quodammodo leni & placida cum illo agas, oportet. At in amicis Jobi nihil tale fuit: nam ſi cum eo, ut par erat, egiſſent, invenissent

Digitized by Google

aut ſi peccarunt, Deuſque illos propter peccata puniat, non propterea tamen metienda nobis ſunt ipſorum peccata ex gravitate ſuppliciorum, quæ illis inflicta eſſe videmus. Cur vero? Quia pios & bonos ſolet Deus interdum durius tractare, quam eos qui longe ſunt deteriores: in finem enim reſervat etiam nequiſſimos, idque ut magis inexcuſabiles ſimus: hoc pacto enim, eo magis horrendum iræ & juſtæ vindictæ Dei theſaurum in ſua capita accumulare non deſinunt. En igitur, quomodo nos prudentes & moderatos eſſe oportebit, quum videbimus miſeros homines afflictionibus gravioribus premi, ne eorum ſtatum in deteriorem partem interpretemur. Cæterum, etiamſi Deus nobis quaſi digito monſtret juſtam eſſe cauſam, quum in aliquem immittit ejuſmodi calamitates, iſta exempla ad utilitatem noſtram referamus oportet: propterea nobis ipſis attendamus: quando enim Deus nobis ſua judicia ob oculos ponit, vult nos alieno periculo & damno ſapientiores & cautiores reddere. Nihil igitur profuerit nobis, eos, qui multa & juſte patiuntur, damnaſſe, niſi nosipſos inſpexerimus: ſed oportet unumquemque in ſeipſum deſcendere, & ita ſecum reputare: Heu! ſi Deus me ab hac vel illa afflictione voluit eſſe immunem, eo magis illi ſum obſtrictus, & tamen adhuc fieri poſſet, ut in hanc vel illam calamitatem inciderem: agnoſcant itaque oportet, Deum mecum benigne agere, hocque ab illius mera miſericordia promanare, quod non extrema quæque patiar, imo vero etiam hic quiete, otio, & pace aliqua fruar. Hæc, inquam, cognoſcamus, ut nosipſos judicandi occaſionem habeamus, nec alios nobis non inſpectis condemnemus. Interea autem videmus, quanta & qualis ſit tentatio, quando homines perverſum & ſiniſtrum de nobis judicium proferunt: & quam non facile ſit tunc modum tenere, cum Jobus, qui ea patientia, quam ſcimus, & quam Scriptura prædicat, præditus fuit, hîc tamen extra limites proſilierit, nec ſibi moderari potuerit, quominus mala aliqua verba ipſi exciderint. Verum quidem eſt, ipſum jure conqueri: ſed tamen hæc ſententia eſt hominis qui corrigi & emendari non vult. Si peccavi, peccatum meum mecum permanebit. Nam etiamſi homines ſint erga nos iniquiores quum peccavimus, (ſicuti videas, qui zelo vehementiore præcipites aguntur, nec eam moderationem, quam par eſſet, adferunt, ad alios reprehendendos,) deprimere tamen ſe & tenuiter de ſe ſentire debent filii Dei. Quid enim ſcimus, num Deus in nobis cognoſcat vitia, longe plura, quam nos ipſi: & ſane non animadvertimus decimam partem peccatorum noſtrorum. Deus itaque immittet interdum nobis duriorem caſtigationem, quam nos promeruiſſe exiſtimemus: ſed ideo ita puta-

verſus Satanam ſtemus? an non ille ſtatim nos à recto officii tramite abduxerit? Si tamen illi ad nos aditum præbuerimus, non facile erit nobis, quum ſemel à recta via deflexerimus, ad eam poſtea reverti. Hic itaque locus, uti diximus, nobis ſit documento, nempe ut ſi adverſus nos inſurgant homines, ſuiſque reprehenſionibus nimis odioſi & moleſti ſint, nec eum modum quem par eſt ſervent, qualeſcunque tamen admonitiones noſtræ ſaluti profuturas eſſe cognoſcamus. Et ut humilius de nobis ſentiamus, diſcamus in nosipſos deſcendere, nec etiamſi aſperius reprehendamur, & turpitudo noſtra detegatur, indignemur aut irritemur. Unde fit, ut homines ſæpius præter modum & ſumma cum immodeſtia tumultuentur adverſus reprehenſiones? Quoniam ad Deum non attendunt: nam ſi is, qui accuſatur, ita ſecum reputaret: Ecce, peccavi, me culpæ affinem eſſe ſentio, fruſtra me excuſo coram hominibus: juſtificem me quantum velim, & meis & proximorum oculis tenebras offundam, putem mihi magnam injuriam fieri: heu me miſerum! non poſſum evadere ex manu Dei mei: quid igitur multos circuitus quæſiviſſe, neque coram hominibus excuſaſſe, mihi profuerit? Nam ecce Deum, qui me condemnabit. Nec ſolum Judicis cœleſtis mihi denunciatur tribunal, ſed ecce conſcientiam meam, quæ me ita redarguit, ut mecum & judicem & carnificem meum circumferam. Quum itaque ſic ſe res habeat, nonne ſatius eſt, ut ingenue culpam agnoſcam, oculos demittam, & Dei oculis omnia patêre ſentiam? & quum ita ab ipſo tractor, cognoſcam eam medicinam mihi convenientem eſſe: & quamvis mihi amara videatur, & libenter, ſi poſſim, velim illam evomere, mihi tamen voluntati divinæ non eſſe reſiſtendum? hoc igitur nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Cæterum diſcamus, quum Deus nos caſtigat, vigilantibus & apertis eſſe oculis ad cognoſcenda peccata noſtra, in eo ſingulare ejus erga nos beneficium agnoſcentes. Videmus enim, quomodo natura proclives ſimus ad hypocriſin: ibi vero ſe unuſquiſque palpat, & alit in ſuis vitiis, ita ut niſi alia ratione præveniremur, nemo non in ſuo luto hæreret. Quid vero tandem inde accideret? Quum in deterius proceſſerimus, Satan in noſtri poſſeſſionem ita ſe inſinuat, noſque ita præcipites agit, ut præter ſtupiditatem, quomodo dicitur
in Proverbiis, & quomodo Paulus loquitur, nihil *Prov.* 28.
in nobis relinquatur: hoc enim malorum ſummum *verſ.* 14.
eſt, quum dedoluerunt homines, & in omne genus ne- *Rom.* 1.
quitiæ præcipites ruunt, quum denique traduntur in *verſ.* 28.
manus Satanæ, ita ut nullo ſenſu peccatorum ſuo- *Epheſ.* 4.
rum ad gemendum coram Deo compungantur: eo *verſ.* 14.
tamen impietatis omnes procederemus, niſi hac ra-

pro me ipſum non feret: ne, inquam, hoc modo pugnemus, ſcientes de donis ſuis Deum aliis impertiri, prout velit, ut illi ea nobis communicent: quumque ad nos mittit aliquem, qui nos delictorum admonet, teſtimonium illud eſſe ipſius bonitatis erga nos, nos illi curæ eſſe, ipſumque adeo nos velle ſibi ſalvos & incolumes conſervare. Ac ſane ſi refractarii ſumus, & repudiatis admonitionibus ab hominibus profectis, adverſus ſtimulum calcitramus, ea ingrati animi culpa in Deum ipſum fertur, ipſi injuria fit, & penes illum eſt ejus vindicta. Ita igitur caveamus nobis ab ejuſmodi arrogantia: ſed ſciamus, ſi quando peccaverimus, tum tempus eſſe ad noſipſos redeundi, & mali noſtri, ut ipſi medeamur, ſentiendi. Veniamus autem ad ſecundam hujus textus partem, quæ quidem eſt præcipua. Nam (ſicuti jam ſuperius declaratum) Jobus non penitus correctionem repudiavit, ſed ſermonem illum, tanquam æſtu aliquo abreptus profudit: idque jam antea obſervatum eſt, Jobum hoc in libro non ſolum ea protuliſſe quæ apud ſe conſtituerat, ſed animi ſui perturbationes prout ipſis commovebatur aperuiſſe, quamquam ipſis reſiſteret, & animum ſuum conſtringeret ad illas poſtea pœnitentia emendandas. Nunc itaque tranſit ad id quod præcipuum eſt, imo vero relicto & neglecto eo quod dixerat: ſermonem enim eſſe erroneum, vagum, nulli nec rationi, nec veritati innixum intellexit. Redit igitur ad defenſionem cauſæ ſuæ: amicos nempe ſuos ſpecie ipſum corrigendi adverſus ipſum inſurgere, & quidem, nihil aliud quam opprobria, quo ipſum confundant, proferentes, cum duritie quadam & impudentia accedere, humanitatis denique & modeſtiæ expertes eſſe. Ecce igitur tibi Jobi ſcopum: cæterum ſemper concludit, ſe à Deo propter peccata non puniri, ſed duntaxat nova quadam, mira & inuſitata hominibus ratione tractari. Ac ſane hic conqueritur, *Se, ſi vociferetur, nihil æqui bonique poſſe obtinere, quoniam Deus ipſi ſit tanquam adverſarius.* Hoc primum docemur, nos, ſi volumus proximis, illos ob peccata arguendo, prodeſſe, debere primum pro comperto habere illos peccaſſe, quo ipſos vere & non ex nudis conjecturis redarguamus: ut ſane vitioſa fuit hæc ratio redarguendi, quam ſequuti ſunt amici Jobi, quando ipſum condemnare voluerunt, eo quod à Deo affligebatur. Atqui longe aliter à nobis judicandum eſt, ſicut jam declaratum eſt: neque enim eos, qui peccarunt, omnes Deus æquali menſura punit: quin etiam qui juſtiores ſunt cæteris, interdum gravius quam alii cruciantur, ut hic videre eſt. nam prout Deus illis de ſuo ſpiritu & robore impertitus eſt, ita etiam ipſos ſummo & rigidiſſimo examini ſubjicit: quod nobis diligenter notandum eſt, ne male nos habeat, ſi eandem viam nobis propoſitam eſſe cernamus: numquid enim nobis dolere debet, ſi Deus non

igitur judicium nimis malignum & perverſum: diſcamus itaque eam rationem ſequi, ut neminem niſi ex Lege Dei condemnemus, liquido nobis de aliorum peccatis conſtet, antequam de ipſis judicium feramus. Cæterum limites noſtros minime tranſiliamus, cognoſcamus id quod condemnandum eſt: homines autem ipſos reſervemus judicio Dei, donec certis indiciis intelligatur ipſos eſſe reprobos. Ne igitur ſimus temerarii ad id quod non licet nobis arrogandum. Atque hoc nobis ex hoc loco maxime obſervandum eſt. Interea vero diximus, ſententiam à Jobo pronunciatam veram eſſe, quando nimirum dixit, ſe propter peccata ſua non puniri: non ſequitur tamen, eum non plus æquo indulſiſſe perturbationi animi. Atque hoc nos eo magis intra modeſtiæ & humilitatis limites debet continere: quum enim videmus, tantum & talem virum, qui tantis dotibus præditus erat, non potuiſſe ſe tenere, quin in devia præceps rueret, quid nobis fiet? In eo autem æſtu animi verſans, dicit *ſe à Deo perverſum eſſe in judicio:* hoc eſt, Deum adverſus ſe ratione quadam confuſa, rationis & æquitatis experte, procedere. Id ſenſu quodam minime malo dici poteſt: ſuperius enim à nobis declaratum eſt, Deum in ſe duplicem juſtitiam habere: una eſt ea quam nobis in Lege patefecit. ea autem juſtitia omnibus nota & cognita eſt: noſter eſt canon. Sed altera eſt in Deo, longe ſublimior, quæ nobis arcana eſt & abſcondita. Nam etſi totam Legem impleverimus, (quod fieri non poteſt, ſed ponatur fieri poſſe,) nequaquam tamen propterea Deo ſatisfecerimus, ratione juſtitiæ ejus perfectæ, ſed duntaxat prout vult à nobis coli, & quidem ſecundum humanum noſtrum captum: captum autem dico, non qualis jam & poſt peccatum Adæ, ſed qualis fuit initio quum à Deo primum conditus eſt homo. Ponamus igitur nos Angelos eſſe: poſſemus quidem Legem Dei implere, non propterea tamen adhuc ſatisfieret à nobis juſtitiæ ejus ſupremæ, quæ nulla proportione ſuperat omne id quod de ipſa intellectus noſter poteſt comprehendere. Ita Dominus interdum punit homines etiam ex maledictionum, quas Lege propoſuit, regula: nonnunquam in puniendis ipſis id ſibi non proponit, ſed finem & cauſam penes ſe in conſilio ſuo arcano ſervat. Ut videmus Jobum afflictum: ſi quæratur, cur? fruſtra à nobis cauſa inquiretur, non inveniemus propter peccata id illi accidiſſe: neceſſe eſt igitur aliam aliquam cauſam fuiſſe. Videmus, quas ærumnas & labores pertulit Jacob, & tamen eum puro corde Deum coluiſſe certum eſt: & patres ejus, quid? Abraham & Iſaac? videtur Deus adverſus illos conſpiraſſe, ut eos omnibus malis & miſeriis, quas imaginari poteſt mens humana, addiceret. Idem de Davide ſentiendum eſt. Numquid ita à Deo tractati ſunt, quod aliis ſceleratiores, & graviora ſupplicia

Geneſ. 27. 41. & reliquis capitib. ſeqq. Geneſ. 12. 15. & ſeq. cap.

mus. Primum enim multum profecerimus, ſi hoc præceptum animo noſtro hæſerit, Deum interdum homines affligere, non ſpectando ipſorum peccata, ſed quia velit ipſos deprimere, & oſtendere ſe imperium & poteſtatem habere in ſuas creaturas, eos denique conſtituerit, tanquam ſpecula patientiæ: quod item velit illis indere ſenſum ſuarum infirmitatum, ut eo melius ſe cognoſcant, quum intellexerint, ſe habere vitia occulta, quæ in afflictionibus deteguntur, nec talem qualem par erat conſtantiam habuiſſe, ſed vacillaſſe & nutaſſe: quumque ſe lapſui proximos viderint, eo magis incitentur ad Dei opem & auxilium implorandum, cognoſcentes, quod niſi is manum porrexiſſet, de ſe jam actum eſſet. Ac ſane quando afflictionem aliquam ſuſtinemus, certiſſimum remedium eſt, ut in peccatorum noſtrorum cognitionem deſcendamus, & unuſquiſque ſe reum profiteatur, atque ita ſecum cogitet, Hei mihi! tantopere offendi Deum meum, etſi me centies gravius puniat, majora adhuc ſum commeritus ſupplicia. Cæterum ſi non ſemper videmus, cur Deus nos affligat, dicamus, Eſto, Domine, tu juſtus es: etiamſi non poſſim capere rationem conſilii tui, ſufficit mihi cognoſcere, te nihil niſi juſte & cum ſumma æquitate facere. Sciamus igitur, nos vera ſapientia præditos fore, quando ſic poterimus Deo gloriam tribuere, etiamſi nobis claudat oculos, noſque tanquam miſeros cæcos ducat. Contenti itaque ſimus pergere quacunque via volet nos ducere, ſcientes ejus ſolam voluntatem nobis juſtitiæ & regulæ, fallere neſciæ, loco eſſe debere. In eo vero quod videmus Jobum nimis perturbatum eſſe, cognoſcamus, non ita facile eſſe noſipſos, non inquiſita cauſa operum ejus, eorum præſertim, quæ ſenſus & captus noſtros ſuperant, ſubjicere voluntati divinæ. Atque illud eſt quod dixi, ſapientiæ perfectæ & pluſquam Angelicæ eſſe hunc honorem Deo tribuere, ut ſimpliciter & pure illius voluntati acquieſcamus, quo etiamſi illa videatur nobis abſurda, atque ab omni ratione & æquitate aliena, caput tamen demittamus, & dicamus, Etiamſi ſint abyſſus profunda tua judicia, Domine, iis tamen reſiſtere nolumus. Ac ſane ita Jobus animum induxerat, & quamvis duros inſultus & tentationes ſuſtinuerit, tamen penes eum tandem victoria fuit: ſed videmus eum nutare, quum dicit, *Deus pervertit judicium meum*, hoc eſt, non tractat me ut Judex, ſed extraordinaria adverſus me, perinde ac ſi omnis miſericordiæ eſſet expers, ſeveritate utitur. Cum Jobum eo uſque tentatio provexerit, quid nobis, quæſo, fiet? Huic igitur doctrinæ ſerio ſenſus omnes noſtros & ſtudia applicemus, ut nimirum pure & ſimpliciter placito Dei noſtri acquieſcamus, & quamquam tentationes nos interdum tranſverſos agant, in devio tamen non hæreamus: atque hæc cogitatio nobis inſtar freni ſit ad cohibendum animi impetum, Deum eſſe Judicem noſtrum, & homines tent adverſus Deum inſurgere: quin obſtinatos ſe & pervicaces ad extremum uſque præbent: ut multos videre eſt ex iſtis arrogantibus, qui, quum aliquid ſe offeret ex ſacra Scriptura, quod cum illorum ſenſu & veſana ratione non congruat, illud ſtatim damnant, nec inquirunt, unde profectum ſit: quin etiamſi convincantur, eo tamen impudentiæ & proterviæ progrediuntur, ut inſurgant adverſus Deum, & ejus judicia arcana & incomprehenſibilia, adeo ut dicant, Atqui fieri non poteſt ut hoc capiam, & credam eſſe verum. Age vero, bone vir, ſi tu miſer cæcus es, num propterea Sol obſcurabitur, ut non luceat? Si cæcus dicat, Non video lucem: num propterea Sol nil niſi tenebras adfert? Scilicet. Quum videmus igitur Diabolum homines in ejuſmodi rabiem præcipites agere, ut tam impias concluſiones adverſus Deum faciant, eo magis debemus nos continere. Quod ſi aliquando impatientia noſtra nos ſollicitat, noſque ad indignationem aliquam impellit, ſaltem poſtquam diu multumque tumultuati fuerimus, ad nos redeamus (præſtat enim ſero quam nunquam) ut dicamus, Hei mihi! Domine, quonam ruerem, niſi me cohiberes? Expedit igitur plurimum, ut me regas tuo Spiritu, mihique eam prudentiam dones, qua me penitus tuæ ſapienti voluntati, quicquid mihi acciderit, ſubjiciam. Hoc nobis obſervandum. Cæterum conferamus etiam mala noſtra cum malis Jobi. nam ſi accurate conſideraverimus afflictiones, quas pertulit, tantæ & tam graves illæ fuerunt, ut merito poſſet dicere, Neſcio in quam partem debeam iſtas meas calamitates interpretari: Deus enim me nimis urget, & prope opprimit. Idque ut ita eſſe appareat, ſi Deus nos minimo digito tangat, adeo delicati ſumus, ut ſtatim indignemur, & exclamemus, Quomodo iſtud nobis accidit? Deus immiſit nobis morbum aliquem communem, videtur nobis ipſum debuiſſe nos ab eo immunes facere: ſi nos utcunque & leviter affligat, illico tumultuabimur: denique ſi nobis plagam unam inflixerit, eum fulminaſſe dicemus. Videntes itaq; nos adeo impatientes eſſe, reputemus, quid Jobus perpeſſus ſit: & ſi eo uſque procederent afflictiones noſtræ, quid nobis fieret? Num putas nos contentos fore unam atque alteram ſpumam aut undam ejeciſſe, poſtea pedem relaturos? Minime: ſed torrentis inſtar toto alveo undiq; exundaremus, cum ad minimam occaſionem adeo proni & proclives ſimus. Eo magis itaq; cognoſcamus oportet, nos male in ſchola Dei noſtri profeciſſe, donec didicerimus patienter ferre omnes caſtigationes, quas nobis immittit, cum illæ tendant ad noſtram ſalutem. Hoc nobis adhuc obſervandum erat hoc in loco. Sed inter alia notemus, duriſſimam & periculoſiſſimam eſſe tentationem, quum in clamoribus & querelis noſtris non exaudimur. Nam ſcriptum
eſt, Nomen Dei eſſe arcem tutiſſimam & munitiſſi- *Prov.* 18.
mam iis omnibus, qui ad ipſum confugiunt. Quiſquis *verſ.* 10.
nomen

Digitized by Google

bus devenit, nec ſolum ipſe, ſed & David, aliique fideles. Quin oportuit hoc impleri in Domino noſtro
Pſal. 22. *verſ.* 2. Jeſu Chriſto: ſicut is eſt, cui illud competit, Invoco te die, clamo ad te nocte, & tamen malum meum
Pſal. 145. *verſ.* 18. non ſublevas: videris me dereliquiſſe: patres tamen
Eſa. 65. *verſ.* 13. noſtri, quando ad te confugerunt, ſemper cognoverunt, te non fruſtra precibus adiri: ſed ecce, me confuſum reddis. Hinc autem diſcamus, quod quando Deus pollicitus eſt, ſe propinquum fore omnibus iis, qui ipſum invocabunt, illiſque opitulaturum, antequam os aperuerint ad opem implorandam, non ita accipiendum eſt, quaſi Deus ita auxilium polliceatur, & præſtet quod oculis corporeis ſemper cerni poſſit. Quomodo igitur? Suo modo pollicetur & præſtat. Certum quidem eſt, eum, priuſquam ipſum invocemus, promtum & paratum eſſe ad nobis ſuccurrendum. Et ut ita eſſe appareat, unde venit hoc eo confugiamus. Non tamen primos nos ita tractavit Dominus, ſed alios præterea multos, ut quum vellet opem ferre, licet ſiverit illos ad tempus languere, effecerit tamen ut preces ſuas non fuiſſe irritas reipſa experirentur. Perſeveremus itaque in eo, & patiamur, Deum nos, quamdiu ipſi viſum fuerit, tenere in languore, donec nos penitus liberet, & ſe noſtrum Servatorem exhibeat, quomodo jam ſalutis noſtræ nobis guſtum aliquem in hac vita dedit.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut ab iis nos ita purget, ut nihil ſit, quod impediat, quin ad eum recta pergamus, & accedentes inveniamus eum paratum eſſe ad nos recipiendos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Sic itaque omnes corde dicemus, Deus Pater omnipotens, &c.

CONCIO SEPTUAGESIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XIX.

7. Si vociferer propter injuriam mihi illatam, non reſpondet: ſi exclamem, jus mihi non redditur.

8. Iter meum clauſit, ita ut nullus mihi pateat exitus, & poſuit tenebras in via mea:

9. Gloria mea me ſpoliavit, & à vertice meo coronam abſtulit:

10. Undique me ſubvertit, & ego evanui: & ſpem meam ſicut arboris ſuſtulit.

11. Ira ejus adverſus me inſurrexit, & me ſibi pro hoſte conſtituit.

12. Exercitus ejus venerunt, me circumcinxerunt, & caſtra metati ſunt in circuitu tabernaculi mei.

13. Removit à me fratres meos, & noti mei abs me alienati ſunt.

14. Propinqui mei me dereliquerunt, conſanguinei mei me oblivioni tradiderunt.

15. Domeſtici mei, & ancillæ meæ me dedignatæ ſunt, & fui in ipſorum oculis tanquam alienigena & peregrinus.

16. Si vocem ſervum meum, non reſpondet mihi, etiamſi ore meo illum orem.

INchoatus ſuperiori Concione nec dum finitus ſermo nobis eſt abſolvendus: nempe graviſſimam hanc & duriſſimam eſſe tentationem, ſi aliquando non ſtatim in precibus noſtris exaudiamur. Nam ſane hoc ſolum nobis ſupereſt, quum affligimur, ut Deus nos recipiat, ſi ipſum precemur, & noſtri miſereatur, utque ſentiamus, nos non fruſtra ad illum confugiſſe: ecce, inquam, ſalutem & ſolatium omnium fidelium. Quod ſi videamur tempus & operam perdidiſſe, quum ad Deum noſtrum confugerimus, ut nobis opitularetur, quid inde fiet? Nonne tanquam deſperati erimus? Vult tamen Deus ita exercere ſuos, abſcondet ſe nimirum, ſimulabit ſurdum & cæcum, quaſi non audiat ipſos, aut non videat mala, quæ illi patiuntur. Verum quidem eſt, Deum pollicitum eſſe, ſe ſimul atque ipſum precati fuerimus, paratum fore ad nobis opitulandum: quin etiam minime exſpectaturum, dum à nobis ſollicitetur, ſed præventurum preces noſtras. Atque hoc eſt, quod longe magis aggravat tentationem, quum videtur Deus nos luſiſſe, noſque vana & inutili ſpe lactaſſe. Sed intelligamus, quum alias ita ſuos exercuerit, minime

quid vero nobis videtur Deum accipere debere ejuſmodi preces, perfunctorie duntaxat, & dicis cauſa conceptas? Notemus igitur, Deum, animadverſa ea quæ in nobis eſt ad precandum frigiditate & tarditate, non ita ſtatim nobis opitulari: ut acuat nos, & in nobis majus ſtudium precandi inflammet, eoque pacto fides noſtra magis examinetur: aut ſi Deum aliquo modo precemur, nec ulla ſit in precibus noſtris negligentia, erit in illis nonnihil rebellionis occultæ, ſicuti hic videmus in Jobo. Verum quidem eſt, Jobum precatum fuiſſe, ſed numquid in eo talis modeſtia fuit, qualem eſſe oportuit? Minime: ſed nimis impatiens fuit. Quomodo itaque nobis adeundus eſt Deus? Sanctus Paulus nobis regulam præſcribit, dicens ipſum precandum indeſinenter cum gratiarum actione, & licet vexemur, maliſque premamur, propter quæ nobis gemendum ſit & ſuſpirandum, precando tamen Deum, nomen ejus ſanctificandum eſſe perpetuo, noſque illi ſubjici debere. Quum id non ſit, non ſunt illæ amplius preces, ſed potius denunciationes quædam, non ſecus quam ſi quis per feciales ab hoſtibus res ſuas repetat, & reddere recuſantibus, bellum denunciet. Ecce igitur, quomodo preces noſtræ, prout ipſas interdum ſolemus concipere, ſimiles ſunt denunciationibus eorum, qui adverſariis diem in judicio dicunt. Et quomodo illud ſit? Summus honor, quem Deus poſtulat à nobis, hic eſt, ut in rebus adverſis invocemus ipſum: atqui non modo hunc honorem illi non reddimus, ſed prope ipſum in os conſpuimus. Non mirum itaque debet nobis videri, ſi aures ſuas obturet, ne preces noſtras audiat, nec curet à nobis invocatus ſuccurrere. Hæc itaque duo habeamus, ut nimirum Deum precemur ardenti affectu, idque non fiat ad os duntaxat aperiendum, & ſuſpiria aliquot temere emittenda, ſed eum ex imo corde oremus: deinde ut à nobis procul abſit ſuperbia, ne Deum velimus adigere ad præſtandum nobis quicquid in mentem & voluntatem venerit, ſed eum cum omni humilitate oremus, magnifice de eo loquentes & ſentientes, laudem denique illi tribuentes, etiamſi nos affligat. Quum hæc duo habebimus, certiſſimum eſt nos facilius & certius exauditum iri: vitia enim contraria in cauſa ſunt, cur Deus tantopere differat auxilium ſuum. Sed ponamus, nos, quum ut par eſt precati fuerimus, & eo affectu, quem Deus poſtulat, non accipere auxilium: patienter tamen adhuc nobis exſpectandum eſt, donec tempus opportunum, quod in illius manu eſt, & cujus cognitio ad illum pertinet, venerit. Si igitur hodie non cognoſcamus, quid nobis profuerint preces noſtræ, efficiet Deus, ut cras ſentiamus. Quare contineamus nos quietos, exſpectantes opportunitatem & exitum talem qualem Deus volet dare: is non poterit non eſſe bonus, & ſaluti noſtræ non conducere. Hoc ex hoc

bis precandum, & dicendum: Fac, Domine, ut ſemper ſentiam, te mihi propinquum eſſe, & quamvis id experientia non animadvertam, quin in ſpecie à te derelictus videar, nihilominus tamen ſemper poſſim in bonitate & auxilio tuo ſpem meam collocare: hoc modo debebat Jobus loqui: ſed quum id non faciat, in querelas illas, quas hoc loco audimus, abripitur. Sed ut fructum ex iis, quæ hoc loco continentur, colligamus, notemus, Sanctum Spiritum voluiſſe nobis in Jobo proponere tanquam ſpeculum perturbationum humanarum, ut quales illæ ſint, quando ad obſequium Dei non inflectuntur, intelligeremus: hoc primum obſervandum ſe offert. Secundum, Deum voluiſſe hic nobis declarare, quam terribilia & formidanda ſint ſua judicia, quumque is à nobis faciem ſuam placidam & benevolam abſcondit, & ſe tanquam adverſarium & hoſtem hominum profitetur, tam horrendum id eſſe, ut ſolum ſufficiat ad univerſum mundum in abyſſum præcipitandum: hoc ſecundum. Tertium eſt, Jobum, quamvis ita perturbatus fuerit, reſtitiſſe tamen illis tentationibus: quamvis non ita ſtatim eas vicit, ut non multa etiam mala verba ipſi exciderint, ita ut cum virtute mixta fuerit in ipſo infirmitas. Hæc tria igitur hoc loco obſervanda habemus. Primo vero notemus, Deum velle homines ſe in Jobo tanquam in ſpeculo quodam intueri: neque enim noſipſos cognoſceremus, niſi Deus noſtris oculis infirmitates noſtras ſubjiceret. Unuſquiſque ſibi perſuadet, ſe fide validum & robuſtum eſſe, mira nobis de virtute noſtra, & inconcuſſa conſtantia pollicemur, quin (ſed quamdiu procul à telis ſumus) nihil non audemus, & adverſus omnia ſumus imperterriti: at vero ſtatim atque Deus nos urget, dejicimur animo, ita ut oporteat nos agnoſcere, niſi nimis ſtupidi fuerimus, vanam fuiſſe illam arrogantiam, & ſtultitiam, quum nos virtute aliqua, quæ nulla eſt, præditos eſſe exiſtimavimus. Quoniam igitur ita excæcantur, & quaſi inebriantur homines vana ſui opinione, Sanctus Spiritus nobis Jobum ob oculos ponit, ut intelligamus, quemadmodum homines deficiant ſub manu Dei, quum affliguntur, nec poſſint diutius tolerare, ſed ſtatim penitus ipſos proſterni oporteat. Si id accidit Jobo, qui conſtantia cæteros longe anteibat, heu! quid nobis fiet? Sed nobis ad ſecundum, quod præcipuum eſt veniendum: quî ſit enim, quod non ea, qua par eſt, docilitate nos coram Deo ſubmittamus, in timore ambulemus, abjecta penitus noſtri, & omnium eorum, quæ penes nos ſunt, fiducia? quia nimirum non agnoſcimus, Dei manum nobis gravem & intolerabilem eſſe. En igitur Deum, qui declarat horrendum eſſe, quum ipſe vires ſuas vult expromere in homines mortales, ad eos puniendos: oportere ipſos inſtar nivis coram Sole liqueſieri, penitus denique proſterni:

quia

Digitized by Google

nobis valde utile eſt, ne, quando tentamur, & videmur penitus proſtrati, animum deſpondeamus. Si igitur in eum ſtatum inciderimus, ſit ita, pergamus ulterius, & oremus Deum ut nos pro ſua benignitate toleret, nec dubitemus eum facturum: cum videamus Jobum, quamvis cum infirmitate carnis colluctatus ſit, victoriam tamen tandem obtinuiſſe, non dubitemus, inquam, quin Deus ita operetur in nobis, ut tandem nobis adverſus omnes tentationes victoriam concedat: verùm id non accidet, quin nos claudicare oporteat, quin plagas accipiamus, quin vulnera etiam noſtra ſanguinem emittant: ſufficiat autem nobis, plagas, quæ inferentur, non eſſe letales, Deumque ad nos tegendos nobis clypei loco futurum. Sed veniamus nunc ad querelas, quas Jobus hoc loco proponit: ait, *Deum ita cinxiſſe vias ſuas, ut nullus ſibi exitus pateat, & poſuiſſe tenebras in ſuo itinere.* Si affligimur, hoc allevat, & minuit multum dolores noſtros, quum intelligimus, malum ſtatim tranſiturum, nec diutius duraturum: ut puta, ſi evadendi rationem aliquam invenimus, aut ſe nobis offert aliquod conſilium: ſed ſi hæc omnia nobis eripiantur, nihil præter deſperationem nobis ſupereſt. Hoc Jobus intellexit, quum ait, Deum circumſepſiſſe omnes vias ſuas: hoc perinde eſt, ac ſi diceret, Hei! quid me fiet? Nam miſer aliquis, ſi multis ærumnis vexetur, qua poſſit evadere circumſpiciet: quod ſi hæc via non ſucceſſerit, aliam tentabit, quæret rationem aliquam ad evadendum, aliquid conſilii inveniet: ſed non ita mecum agitur: Deus enim me hic concluſit, nullum video exitum, fruſtra mecum inquiro utrum hoc vel illud potero obtinere, nulla ſe mihi offert allevatio malorum. Cur vero? Quia ubique tenebræ, hoc eſt, nullum neque iter, neque ſemitam video, & Deus ita me incluſit, ut nullum amplius ſuperſit remedium. Hæc eſt ſumma eorum quæ hic dicuntur: id vero nobis diligenter notandum eſt: quo ſi nos ſimilis tentatio invadat, non deſiſtamus propterea ab invocatione Dei. Quid cauſæ eſt, quod homines ſibi ante tempus fores occludant, nec poſſint amplius precari, quod denique penitus confuſi reddantur? Id adeo nulla ex re magis fit, quam quod exiſtimant, nemini unquam idem eveniſſe. Ac ſane
cap. 5. ſuperius audivimus, Jobum ſimili tentatione oppugnatum eſſe: *Intuere omnes fideles ſeculi, qui ante te fuerunt: & vide num aliquem Deus unquam ita tractarit.* Ex eo efficere volebant amici, Jobum penitus perditum & reprobum eſſe. Hic igitur locus diligenter notandus eſt. Cur vero? Si videatur nobis interdum, mala, quæ perpetimur, nullo fine terminari, nec iis nos poſſe unquam liberari: ſed quum hic & illic conquiſiverimus rationem aliquam evadendi, nulla nobis affulgeat ſpes liberationis: dicamus, Eſto; mur: aut hoc quaſi calcar lateribus noſtris admovet, ut ſe ardentius precemur. Ecce Deum pollicentem fidelibus ſuis, fore ut illos per vias ſuas ducat, imo duces viæ Angelos tradat, ut nuſquam illi impingant, *Pſal. 34.*
aut offendant ad lapidem, malum denique ipſis non *verſ. 8.*
occurrat. Singularis eſt hæc promiſſio. Interim ta- *& 91:11.*
men videbitur nobis clauſum iter, ſpinis & ſentibus obſitum, montibus & rupibus undique circumſeptum: ecce nos igitur incluſos: exitus enim nuſquam patet. Ibi vero quid nobis faciendum? niſi ut ita colligamus: Hei! non dignus ſum, ut Deus bonitatem ſuam, quam pollicitus eſt ſuis filiis, erga me expromat. Planum & expeditum iter meum eſſe deberet, & tamen neſcio qua parte debeam ambulare: opus igitur eſt, ut nunc agnoſcam peccata mea. Aut etiam, Deus pollicitus eſt, ſe Angelos ſuos duces fidelibus miſſurum. Sed quid? ſecus plane mihi accidiſſe videtur: cum itaque orem oportet, ut effectus illius promiſſionis participem me reddat: his itaque mediis ad Deum invocandum ſollicitamur. Interim cognoſcamus, Deum nunquam nos penitus conſilio & prudentia deſtituturum, & ubi via omnis ſit intercluſa, ibi aliquam aperturum: & quo magis nobis ejus virtus innoteſcet, eo ampliorem ipſum laudandi & glorificandi materiam habebimus, quando erga nos ratione non exſpectata fuerit operatus. Quum enim Deus omnem noſtram cognitionem & ſpem ſuperavit, eo majorem ipſius glorificandi occaſionem habemus. Hæc in ſumma nobis in iſta ſententia notanda ſunt. Jobus autem ſubjicit, *Deus me gloria mea ſpoliavit, & à capite meo coronam abſtulit, me conſumſit & ſubvertit, ſpemque meam ſicut arboris ſuſtulit.* Hic duo Jobus ſignificat: unum, ſe à Deo ita duriter tractari & affligi, ut ſi conferatur cum aliis omnibus, longe graviora pati comperiatur. Alterum eſt, quod ait nempe non eſſe parem ſuam conditionem conditioni aliorum, qui patiuntur, propterea quod illi, etſi mala multa & gravia patiuntur, ſimiles tamen ſunt arbori, quæ ita avellitur, ut radice aliqua ſaltem tenui & fibra terræ adhæreat, & hoc pacto in ſuis malis aliquid ſolatii habent: ſed ego, inquit, ita avellor & exſtirpor, ut nulla amplius in me vis maneat, videtur denique Deus me penitus abſcidiſſe. Nam etiamſi nondum penitus eſſet exterminatus è mundo, morti tamen non diſſimilis ejus vita videbatur: quotque illi adverſa & calamitates acciderant, tot illi Deus vulnera inflixerat: contriti prope in ipſius conſpectu liberi, facultates omnes raptæ & amiſſæ, corpus denique tanquam in cadaver putre mutatum fuerat. Non eſt igitur de nihilo, quod dicit, ſe à Deo exciſum, ſuaque ſpe penitus ſpoliatum fuiſſe: non ſecus atque ſi arbor penitus à terra avulſa eſſet, viſque ejus omnis abiiſſet, non exſpectandum foret, ut vireſcat adhuc in

Digitized by Google

tus avulſæ proſtratus jaceret. Jobus enim ita loquens, ut videmus, privavit ſe, quantum in ipſo erat, gratia Dei, ita ut prorſus perditus, & ad inferos uſque projectus fuiſſet, niſi Deus illi è longinquo manum porrexiſſet. Agnoſcamus igitur, ſingulari Dei bonitati imputandum eſſe, quod non permiſerit, ſervum ſuum præcipitem in abyſſum uſque cadere: & eo admoneamur, opus eſſe, ut Deus nos fulciat, ſuſtineat, & etiam lapſos erigat: duobus enim modis Deus erga nos benignitatem ſuam exercet: & quidem ut ipſum invocemus: nos integros à lapſu interdum virtute ſua ſervat, interdum permittit, ut deficiamus, quo poſtea nos erigat. Verum quidem illud eſt, eum non eſſe à nobis tentandum, ut tanquam furioſi laxis habenis in præceps ruamus, eo quod interdum Deus eos, qui ceciderunt, erigit: abuteremur enim ejus gratia. Cæterum bonitatem ipſius in Jobum magnificemus oportet, cognoſcentes eum, quando prope defecimus, ad nos venire, noſque quærere: ac ſane multum neceſſe eſt, ut ita nobiſcum agat, alioquin enim ſubinde confuſi redderemur, quod nobis in præclaro iſto ſpeculo licet intueri. Atque hæc quidem quod ad verbum iſtud attinet. Cæterum ut reſiſtamus ejuſmodi tentationi, notemus oportere vitam noſtram abſconditan eſſe,
Col. 3: 3. ut loquitur Paulus. Verum quidem illud eſt, nos ſimiles eſſe arbori avulſæ: nihilominus tamen vim arcanam nobis Deus communicat: & ſemper vigoris aliquid habebimus, etiamſi periiſſe videamur. Ne igitur vitam ſalutemque noſtram æſtimemus eo quod cernitur, quodque oculis aut aliis ſenſibus externis & naturalibus judicari poteſt: ſed intelligamus, Deum velle nos ſervare incolumes ratione nobis incomprehenſibili. Vita igitur noſtra, inquiebat divus Paulus, abſcondita eſt in Chriſto Jeſu. Atque ita exſpectemus, & Deum optimum Patrem noſtrum precemur, ut nobis det intentis in ipſum perpetuo oculis conſtanter exſpectare, dum tempus, iis, quæ nunc incognita ſunt & occulta, in lucem proferendis deſtinatum, veniat: nos ſiquidem mortuis ſimiles eſſe oportet, donec Deus nos vivificet. Sentiemus quidem in his terris guſtum aliquem gratiæ ejus, & ipſius nobis aliqua experimenta dabit: ſed etiamſi interdum eam non ſentiamus, orandus tamen eſt, ut nos excitet, amoriſque, quo nos complectitur, nobis ſenſum & cognitionem indat: & quamvis unicam gratiæ Dei guttam habuerimus, meminiſſe debemus ejus, quod dicit divus Paulus ad Romanos ſcribens: quod quando Spiritus Dei vivit in nobis, etiamſi ejus exiguam admodum menſuram habeamus, ea tamen ſufficit ad abolendum, quicquid in nobis eſt perverſæ noſtræ naturæ. Sit vero ita, non ſemper id ſentiamus, non ſemper cognoſcamus vim Spiritus Dei in nobis inhabitantem:

qua conſideratio particularis. Conqueritur, iram Dei adverſus ſe exarſiſſe. Hoccine mirum & novum videri debet? Dominus enim declarat & pronunciat per totam Scripturam, ſe iratum eſſe iis, quos punit. Ita ſit: ſed Jobus aliquid amplius voluit exprimere, nempe hanc iram Dei non eſſe vulgarem, aut uſitatam, & perinde ſe ab eo tractari, atque ſi is ipſum pro reprobo haberet. Quemadmodum autem Deus vult, ut in genere apprehendamus iram ſuam, quando nos punit, & in cognitionem peccatorum noſtrorum veniamus: ita vult intelligamus, iram illam temporariam eſſe, tranſire & effluere: quomodo dicitur Prophetæ Eſaïæ, Ad momentum *Eſa. 54.*
duntaxat temporis ſenties meam indignationem: *verſ. 8.*
ſed faciam ut cognoſcas & experiaris meam miſericordiam, ab ætate in ætatem ea tecum permanebit. En igitur, quomodo in afflictionibus primum debemus Deum iratum eſſe cognoſcere, quoniam ipſum offendimus peccatis noſtris, tum nullo modo dubitare de ejus erga nos amore, & quin is nihil magis velit quam nobiſcum reconciliari. Sed hic Jobus declarat, Deum ipſum pro hoſte & adverſario ſibi propoſuiſſe: hoc eſt, Ira iſta non eſt ordinaria, qualis eſſe ſolet, quum Deus peccatoribus ſe iratum exhibet, & vindictæ ſuæ in illos aliquod ſignum profert: ſed in me immoderatus fuit. Hæc eſt verborum ejus ſententia. Quid autem nobis fieret, ſi in eaſdem, in quas ille, conjiceremur anguſtias? Nam abſque conſolatione, quomodo à nobis jam declaratum eſt, fieri non poteſt, ut ſimus patientes: fieri nequit, quin adverſus Deum rebelles ſimus, quum ejus nobis non eſt cognita & perſpecta bonitas. Ut *Pſal. 130.*
timearis, inquit David, amabilis es, Domine. Quan- *verſ. 4.*
do igitur hoc ſibi perſuadere non poſſunt homines, Deum velle miſericordia erga ipſos uti, tantum abeſt ut ſubmittant ſe Deo, quin potius dentibus frendeant adverſus ipſum. Videtur autem Jobus nullo modo conſolationem accepiſſe: ſed ita apud ſe ſtatuiſſe, ſe à Deo exitio & perditioni devotum, atque jam admotum eſſe. Quo igitur loco erat animus ipſius? Uti jam oſtendimus, hic primos ſuos motus & perturbationes animi, in quibus exceſſit modum omnem, oſtendit, ſed tandem ipſis reſtitit. Nobis autem iſta audientibus, quid faciendum, niſi ut Deum precemur, quo ſic inſcribat cordibus noſtris promiſſionem factam univerſæ Eccleſiæ, ut ea nunquam nobis excidat? Promiſſio illa ejuſmodi *2 Sam. 7.*
eſt, fore nimirum, ut, ſi quando ipſum offenderi- *v. 14. 15.*
mus, & declinaverimus ab ipſius mandatis, nos ca- *Pſal. 89.*
ſtiget, ſed virga hominis, hoc eſt, ratione ita leni & *verſ. 33.*
temperata, ut miſericordia ejus nunquam à nobis removeatur, quod etiam alio loco dicit per Prophetam Habacuc. Quum ita ſe res habeat, oremus eum, *Habac. 3.*
inquam, ne videatur nos pro inimicis ſuis habere: *verſ. 2.*

ſed

tot denique milites, qui in ejus sunt comitatu, eumque ſtipant. Atque hoc cognitu valde neceſſarium eſt: nam etſi in genere id ipſum confiteamur, non ita tamen de eo perſuaſi ſumus, ut par eſſet. Ac ſane homines non poſſunt ſe tenere, quin putent ſibi malam accidiſſe fortunam, quum aliquid adverſi patiuntur: ſi grando ceciderit, ſi item gelu aliquod vites, aut ſata perdiderit, ecce malam fortunam, inquiunt: atque hæc loquendi ratio manat ex eo, quod nimis attendimus ad cauſas nobis propinquiores, non poſſumus autem altius aſcendere, ut cognoſcamus Deum omnia diſpoſuiſſe. En igitur qualia ſint cæca & temeraria hominum de operibus Dei judicia. Quando igitur Scriptura ſic loquitur de afflictionibus, oſtendens Deum ipſas in manu habere, eſſe exercitus ipſius, acies & turmas, illum ipſis uti, eas denique mittere, & diſponere prout velit, hæc omnia diligenter notemus, ut, quum quacunque ratione affligemur, ſemper manum Dei contemplemur, ſciamus ipſam nos percutere, ut ex eo diſcamus nos ei ſubmittere: Video quidem, Domine, homines mihi moleſtos eſſe, & video cauſas inferiores, video cur iſta mihi acciderint: ſed interim, Domine, es ſupra omnia, in te conjiciam oculos oportet, & agnoſcam plagas, quas mihi dextra tua infligit. Cæterum notemus etiam, Deum non unum militem duntaxat habere, non unum enſem, aut baculum ad nos affligendos, ſed habere promtos & paratos exercitus & turmas ad nos undique cingendos, ſicut hic loquitur Jobus. Quando igitur ex uno aliquo malo evaſerimus, Deo facile erit nobis tanquam fugitivis nova aliqua afflictione manus injicere. Et hæc quidem conſideratio utilis & neceſſaria nobis eſt: nam etiamſi convincantur homines, ſe manu Dei premi, ſibi tamen ſemper fingunt vanam ſpem evadendi: atque ita ipſis videtur: His tamen malis & difficultatibus me extricabo, hoc adhuc remedium mihi ſupereſt. En, inquam, quomodo homines pro eo quod deberent ſe ſubjicere & ſubmittere manui Dei, eo magis rebellent, & exiſtiment, ſe ipſum, ſi his cogitationibus eludant & tànquam cornu feriant, procul à ſe amandaturos, & fugaturos: quin videmus nobis inſitam rebellionem, quod quando Deus nobis infligit unam atque alteram plagam, faſtu & arrogantia turgemus, viderturque nobis magnam facere injuriam, nec conſiderare volumus, eum centuplo gravius nos affligere poſſe. Hoc nobis eſt notandum. Tandem autem Jobus conqueritur, amicos ſuos ſibi eſſe adverſarios, & eo ipſo ſignificat, ſe agnoſcere manum Dei. Hæc ſententia eo magis confirmat quod dictum eſt, ut ſciamus quo uſque ſe proferat hæc doctrina. Morbi, ſuntne milites Dei? Sunt: etiam ipſius flagella & enſes. Scriptura enim omnibus his ſimilitudinibus utitur, ut eo melius pro captu noſtro percipiamus ea, quæ non ſatis alte in culum, quin denique velit nos ab ipſis vexari & affligi. Interea tamen, quum id facit Deus, non peccat: bonas enim & juſtas cauſas habet, omniaque juſte fecit: nec poſſunt dicere homines, ſe malum feciſſe, ut Deo obſequerentur, eos enim ſua conſcientia, & Dei mandatum, ſi id dixerint, falſi coarguit. Videmus igitur quomodo Jobus hic Deo eam in ſolidum tribuat potentiam, ut poſſit ſuis creaturis prout velit uti, etiam ad nos affligendos. Si morbos immittat, extra dubium & controverſiam eſt, id ab ipſo proficiſci: ſi aliæ calamitates accedant, ita ut bonis & facultatibus omnibus ſpoliemur, totum illud eſt à Deo, ſicuti Jobus ſuperius dixit: nam etſi à prædonibus omni ſua ſubſtantia ſpoliatus fuiſſet, dixit tamen, Eſto, Dominus dedit, idem abſtulit, nomen Dei ſit benedictum. Sic igitur diligenter expendamus id, quod nobis hoc in loco à Jobo oſtenditur, quod nimirum quando ſe ipſi oppoſuerunt ſui amici, eum irritarunt, & quaſi ex compacto, ut ipſum pedibus proculcarent, irruerunt, agnoſcit Deum induraſſe ipſorum animos, nec velle ut eos erga ſe humanos experiatur. Jobus itaque totum iſtud Deo acceptum fert, perinde acſi diceret, Domine, tu me perſequeris ita immoderate, ut non habeam quod dicam, niſi me tibi inſtar ſcopi conſtitutum & poſitum eſſe, ut adverſus me omnes tuas vindictas dirigas. Quonam igitur loco jam ſunt res meæ? Nonne videris me ad inferos uſque detruſiſſe? Ecce quo intendit hic Jobi ſermo. Verum eſt, eum ſano judicio fuiſſe, quum cognovit, Deum à ſe abalienaſſe amicos ſuos; infirmitas tamen ejus in eo ſe prodit, quod adverſus ejuſmodi tentationem non cohibuerit ſe: debuit enim dicere, Eſto, Domine, verum quidem eſt, te homines adverſus me armaſſe, & eos huc adduxiſſe, ut mihi bellum inferrent: nihilominus tamen abs te exſpectabo auxilium: & cum tibi viſum ſit uti hominibus ad me affligendum, ego me ad te recipiam & conferam, compertum illud habens, te ipſorum cor, quando viſum tibi fuerit, immutaturum. Eam viam debuit recta Jobus inſiſtere, quod non fecit initio: ſed tamen ad eam quodam modo collimavit. Nobis itaque attendamus, ne, quum homines exitium noſtrum molientur, & perſequentur nos, ſubſiſtamus aut hæreamus in ipſis, ſed cognoſcamus nobis rem eſſe cum Deo, ideoque confugiamus ad ipſum, ut quum per creaturas ejus caſtigabimur, ſperemus in ipſius bonitate.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, orantesque ipſum, ut gratiam hanc nobis largiatur, per quam ita ſub afflictionibus, & caſtigationibus, quas nobis immittit, proficiamus, ut humiles & demiſſi per ipſas reddamur: adverſus ipſum autem nullo modo inſurgamus, aut litigemus, ſed virtute ejus corroborati, conſtanter in ipſius obſequio perſeveremus: interea tamen ſemper

ſuſpire-

Digitized by Google

tem meam.
20. Os meum adhæſit pelli meæ, & evaſi cum pelle dentium mearum.
21. Miſeremini mei, miſeremini mei, vos amici mei: manus enim Dei me percuſſit.
22. Cur me ad inſtar Dei perſequimini, nec ſaturamini carne mea?
23. Cupio ſermones meos ſcriptis mandari, literis conſignari,
24. Stylo ferreo incîdi in plumbum aut lapidem, ad perpetuam memoriam.
25. Scio Redemtorem meum vivere, & fore aliquando, ut exſurgat & ſtet ſuper terram.

QUoniam Deus conjunxit homines, ut alii alios invicem ſublevent, & unuſquiſque conetur proximum ſuum adjuvare, utque ſi quid amplius non poterimus, ſaltem alii aliorum commiſeratione afficiamur: ſi accidat, ut omni ope & auxilio deſtituamur, undique vexemur, nullus erga nos humanitate & manſuetudine utatur, omnes potius ſe crudeles exhibeant, ea longe graviſſima & duriſſima eſt tentatio. Atque hæc cauſa eſt, cur Jobus hoc loco conqueratur, quod nec uxor, nec amici, nec domeſticorum ullus ipſius miſertus ſit, ſed ab omnibus ſpretus & rejectus fuerit. Quando autem iſta audimus, ea nobis debemus applicare: nam, ut heri oſtenſum eſt, permittit interdum Deus, ut homines nobis deſint, unuſquiſque abalienet ſe à nobis, ut eo ardentius ad ipſum confugiamus. Ac ſane quamdiu opis & auxilii ſpes & facultas aliqua nobis à mundo affulget, non ſperamus in Deum, ut par eſt, ſed potius in his inferioribus mediis toti hæremus, ad ea enim tota fertur natura noſtra, ipſiſque nimis addicta eſt. Ideoque Deus nonnunquam nos, ut ad ſe convertat, omni ope humana deſtituet, aut etiam ad eas nos adiget anguſtias, ut faſtum noſtrum deprimat: ea enim arrogantia nos ſponte excæcamus, ut nobis Deum obſtrictum eſſe, noſque adeo dignos quibus ille proſpiciat exiſtimemus. Dominus igitur nos hac ratione interdum ad humilitatem erudiet, faciet ut unuſquiſque nos ſpernat, à magnis & infimis æque rejiciamur. Tunc vero occaſionem habebimus exiſtimandi, nos non tales eſſe, quales nobis videbamur. Sed quicquid ſit, ſi illud accidat, intelligamus, nos minime propterea à Deo derelictos eſſe: nam videmus, Jobum adhuc ad ipſum confugere, nec eum ſuam ſpem & exſpectationem fruſtrari. Deus enim illi ſalutiferam manum porrexit, quo tempore homines ipſum abjecerant, eumque pro derelicto & deſperato habebant, tunc illum Deus reſpexit, ut ipſius miſereretur. Ea igitur ſpe & fiducia nos ſuſtineamus. Cæterum diſcamus officium præſtare afflictis, juxta illud, quod dictum eſt à nobis, Deum homines invicem conjunxiſſe, ut uno communionis vinculo inter ſe continerentur: nec debent homines ſe alios ab aliis penitus divellere. Deus quidem ordinem politicum inſtituit, habebit unuſquiſque domum, familiam, uxorem & liberos, quiſque gradum ſuum in ſocietate humana obtinebit: nemo tamen ita ſe debet à communitate diſtrahere, ut ſoli ſibi vivat: belluarum vita deterior ejuſmodi vita fuerit. Quid igitur? Intelligamus, Deum alios aliis, eo ut nos invicem adjuvaremus, obſtrinxiſſe: ſaltem, quum videmus aliquem neceſſitate aliqua premi, ſi opem, quam libenter velimus, ipſi præſtare non poſſumus, humanos nos erga ipſum præbeamus: ſin ſecus fecerimus, notemus, S. Spiritum hic in perſona Jobi vindictam Dei adverſus nos implorare: neque enim dubium eſt, quin Jobum, quamvis vehementibus & immodicis perturbationibus agitatum, gubernarit Spiritus Dei, in primis quum principia & axiomata illa generalia, hoc eſt, ſententias, doctrinam, uti monuimus, utilem complectentes, protulit. Notemus igitur, hic Dominum declarare, nimis crudeles nos fore, ſi videntes miſerum hominem afflictum, non conati fuerimus illi opitulari, ſed potius ab eo & manum & oculos averterimus: illud etiam notemus, in ſacra Scriptura quædam interdum per occaſionem dici, ex quibus utilis doctrina poteſt colligi: ut Jobus hic loquens de uxore, dicit, *eam non potuiſſe ipſius halitum ferre, etiamſi eam per prolem ventris ſui obſecraret*. Eo oſtendit, mutuo amori conjugum ex liberis communibus multum incrementi debere accedere. Quum enim Deus matrimonio alicui prole benedixit, illud mutuam benevolentiam & charitatem inter conjuges, eo, ut majori concordia ſimul vitam agant, debet augere. Id quidem Ethnici cognoverunt, quod tamen male obſervatur ab iis, quos clarius cernere conveniat: quantum autem condemnationis inde accedet fidelibus, qui ſe verbo Dei edoctos & inſtitutos eſſe jactant, ſi, quod natura ipſa miſeris ignorantibus, qui tanquam cæci ſunt, oſtendit, non intelligant? Ecce Ethnicos, qui confeſſi ſunt, liberos eſſe tanquam pignora quædam, ad mutuum mariti & uxoris amorem confirmandum, & eo arctius devinciendum, ſimulque ad ipſos in pace & concordia continendos. Juxta illud Jobus ait, Se uxorem obſecraſſe per prolem, quam ex illa ſuſceperat. Id autem eam minime commovit. Oſtendit igitur, id contra naturam eſſe, & uxorem ſuam in eo ferinum ingenium prodidiſſe. Sic notemus, omnes eos, qui huic ordini ſubjici nolunt, hic obiter redargui, perinde ac ſi Spiritus Sanctus eos verbis expreſſis & diſertis damnaſſet. Videas tamen multos, qui non ſecus quam ſi rationis expertes eſſent, hoc prolis beneficium ſus deque habent. Si vir aliquis cum muliere ſit matrimonio junctus, jam matrimonium ipſum res adeo ſacra eſt, ut ad devinciendos mu-

Digitized by Google

ſui amici defuerint: ſecundo, ſe ita opprobrio circumdatum fuiſſe, ut mortalium abjectiſſimi ipſum aſpicere, eumque in ſuo numero & ordine habere non ſint dignati. Oportuit igitur afflictionem magnam eſſe, quum eum nemo pro aliquo de cœtu & ſocietate communi hominum haberet, ſed tanquam extorris & exterminatus aliquis cenſeretur. Hoc in ſumma Jobus voluit dicere. Quomodo autem jam attigimus, Deus ita voluit eum exercere, ut nobis ſpeculi loco proponeretur. Si accidat igitur, ut ii, qui nos proxime generis cognatione vel alio quovis neceſſitudinis vinculo attingunt, ſint hoſtes noſtri capitales, noſque perſequantur, diſcamus ad Deum confugere, idque ferre patienter, quum id Jobo prius quam nobis contigerit. Quin etiam in memoriam
*Pſal.*41. *verſ.* 10. revocemus, quod de Domino noſtro Jeſu Chriſto
proditum eſt, quoniam pertinet ad omnia Eccle-
Joan. 13. *verſ.* 18. ſiæ membra: Is, qui panem mecum in menſa mea comedebat, talum ſuſtulit adverſum me. Id impleri oportet in omnibus fidelibus, ideoque Dominus noſter Jeſus Chriſtus viam nobis præmonſtravit, ut non nimis dolere debeat nobis, ſi conformes ſimus ipſius imagini. Videas igitur ſubinde filios Dei prodi, & perſequutionem pati ab illis, quibus maxime fidebant, & familiariſſime utebantur. Id durum eſt admodum, nemo inficias iverit: quumque id adverſi patimur, vel ea ſola cauſa idonea eſt, ut nos ad deſpondendum animum inducat: ſed quum Deus noſter nobis declaraverit, ſic fieri oportere, ejuſque rei nobis teſtimonium dederit in Filio unigenito, eadem via pergamus, huicque conditioni nos ſubjiciamus. Hoc adhuc nobis hoc in loco erat obſervandum. Nunc vero veniamus ad id, quod Jobus ſubjicit, *Miſeremini mei, miſeremini mei, vos amici mei: manus enim Jehovæ me percuſſit:* Verum quidem eſt, nos, quando Deum videmus animadvertere in homines, debere ipſi gloriam & laudem tribuere, dicendo, Domine, tu juſtus es: ſed erat in Jobo quædam conſideratio ſpecialis, quod non à Deo propter peccata, ſed alium ob finem puniretur: ſed & ponamus, eum propter peccata commeritas dare pœnas, quum tamen videbimus miſerum reum juſto Dei judicio, ſibi debito ſupplicio admotum, ejus conditione nos in nobiſipſis commoveri oportet, idque duabus de cauſis. Una eſt, quod unuſquiſque, ſi ſeipſum paulo attentius conſiderarit, inveniet, juſtam eſſe cauſam, cur Deus, ſi velit in ipſum pro meritis animadvertere, eum æque ſevere aut etiam ſeverius quam alios tractet: quiſquis igitur ſibi attenderit, comperiet ſe reum, & dignum qui à Deo æque graviter & aſpere puniatur, atque ii quos videt valde premi: ideoque debemus eos cum commiſeratione intueri, eorumque vicem dolere & lugere. Sic debent nos vitia & ini[quitates ...]tum eſt nos vel duros & ſtupidos admodum futuros, aut ſuper noſtri ſimilibus commiſeratione affectum iri: ut puta, quum ſic nobiſcum cogitabimus, Ecce hominem factum ad imaginem Dei, qui ejuſdem mecum eſt naturæ: præterea, ecce animam, pro qua ſanguinem fudit Filius Dei, ſi illa pereat non debemus commoveri? Hæ ſunt cauſæ, cur modo Jobus dicat, *Miſeremini mei, amici mei, quoniam manus Dei me percuſſit.* Ut vero hoc adhuc melius intelligamus, nobis hæc ſententia penſitanda eſt, Horrendum eſſe incidere in manum Dei viventis. Quoties igitur videmus, à Deo punitionem immitti, toties nos horrore concuti oportet, & quidem quamvis nobis Deus parcat, & ab iis pœnis, quas aliis infligit, nos immunes faciat. Quietus ſum, Deus à me manum cohibet, ſed hunc ab ipſo percuti, illum affligi video, an non juſta eſt cauſa, cur commoveri & terreri debeam? Numquid exſpectandum eſt, dum magnis ictibus Deus capita noſtra feriat? id craſſi & ſupini nimis ſtuporis fuerit. Sed quum intelligimus, Deum velle nos aliorum periculis & damnis erudire, conſideranda eſt cauſa, propter quam ita punit homines, ſicuti Paulus
oſtendit nobis: non dicit, Timete, ira enim Dei *Epheſ.* 5.
veniet ſuper vos: ſed ait, Fratres, videtis, quomodo *verſ.* 6.
Deus puniat incredulos, tantiſper dum vobis parcit: cognoſcatis tamen oportet, eum velle vos erudire, quum iræ ſuæ ſignum aliquod edit in homines. Diligenter itaque notemus ſententiam illam Apoſtoli, horrendum nempe eſſe incidere in manus Dei, ac proinde quoties is in aliquem animadverterit, toties commoveamur: inde autem ſimul diſcemus affici commiſeratione eorum, qui patiuntur, ut dicamus, Hei! ecce miſerum hominem: ſi à mortali aliquo premeretur & affligeretur, aliquid illi opis & ſubſidii poſſet adferri: ſed Deum habet pro adverſario: nonne igitur nos, id videntes, illius miſereſcere convenit? Si quis objiciat, At nonne hoc fuerit Deo obſiſtere, ſi eorum, qui ob peccata puniuntur, nos commiſeratio capiat? nonne hoc perinde ſit, ac ſi vellemus inſurgere adverſus juſtitiam Dei? Non: hi duo affectus ſimul in nos cadere poſſunt, ut juſtitiam Dei approbemus, eique gloriam & laudem ob ea quæ facit, tribuamus, nihilominus tamen miſereamur eorum qui puniuntur, quoniam æque graves aut graviores etiam illis pœnas ſumus promeriti, quod etiam omnium ſalutem debeamus procurare, eorum præſertim qui nos propius attingunt, aut aliquo vinculo nobiſcum conjuncti ſunt: ut juſtitiam, quæ hic in terris adminiſtratur, probamus, quum ſit tantum umbra quædam, & exiguum ſpeculum juſtitiæ divinæ: nihilominus rei ſontis & damnati miſeremur. Quando reus criminis convictus punitur, nemo dixerit, ipſi fieri injuriam, aut propterea crudelem eſſe ipſum judi-

Digitized by Google

nititur, quum rogat & hortatur amicos, ut ipſius miſereantur: diſerte autem propinquiores compellat: nam etiamſi Deus omnes homines uno & communi naturæ vinculo invicem devinxerit, nec debeant alii ab aliis ſeparari aut divelli: duplo tamen nos Deus aſtringit & obligat invicem, quando cognatione generis, aut alio aliquo vinculo continemur, ſicuti ſcimus vicinos ad ſe invicem arctioris amicitiæ vinculo fovendos & continendos incitari debere: nam tunc homines Deus, non ſecus atque boves paſtor aut agricola, ſub unum & idem jugum mittit: belluæ itaque nos docent, quid in eo facere nos oporteat. Quando duo boves ſub eodem jugo copulantur, ſi neuter tractabilem ſe præbeat, invicem alter alterum excruciabit, & ſi non conſentiant & conſpirent ambo ad trahendum paribus & concordibus viribus aratrum, ut poſtea paſtum & ſomnum capiant, eos ſuiipſorum invicem carnifices eſſe oportebit. Idem eſt de hominibus, quum Deus ipſos propius conjungit quacunque ratione: perinde eſt, acſi ipſos ſub uno & eodem jugo copularet, eo ut ſe invicem juvent & ſublevent: quod ſi fuerint intractabiles, & belluis deteriores, quam capiti ſuo condemnationem accerſunt? Sic igitur notemus, Deum prout nos propius conjungit, ac mutuæ familiaritatis & conſuetudinis dat occaſionem ſimul & facultatem, ita nos invicem alios aliis magis minuſve obſtringere: amicus enim amico magis obligatus eſt: & quamvis charitatem noſtram univerſalem eſſe oporteat, & complecti omnes eos, quos Deus nobis commendat, etiam inimicos capitales: magis tamen maritus uxori tenetur, pater liberis, liberi patri, cognati & conſanguinei item invicem arctiori devincti ſunt vinculo: atque in genere gradus amicitiæ, quos Deus inter homines collocavit, agnoſcamus oportet. Jobus autem ſubjicit, *Cur me tanquam Deus perſequimini?* Videtur hic ſermo non valde rationi conſentaneus eſſe: ſcriptum enim eſt, ut jam tetigimus, fore ut ju-
Pſal.58. ſtus lavet manus ſuas in ſanguine iniqui: nos itaque
verſ.11. lætari par eſt, quum videmus Deum punire improbos. Jobus autem hic dicit non eſſe perſequendos eos, quos Deus perſequitur. Sed hæc quæſtio jam à nobis diſſoluta eſt, quando diximus, nos poſſe juſtitiam Dei approbare, & nihilominus miſereri eorum, qui patiuntur, eos, quantum in nobis ſit, ſublevare, aut ſaltem eo erga ipſos affectu duci, ut eorum ſalutem optemus. Crudelitas itaque non parva fuerit, ſi homines tanquam Deus ipſe perſequamur. Cur vero? Quum enim Deus affligit peccatores, (non dico juſtos, qualis erat Jobus, ſed eos, qui male vixerunt, & ſceleratam vitam duxerunt:) nequaquam id eo fine facit, ut adverſus ipſos caput attollamus, eos gravius inſectemur: ſed primum vult, ut unuſquiſque diſcat ſe in alio condemnare. Video hunc modo percuti flagellis Dei. Cur vero? propter peccata ſua. Atqui nonne eſt cauſa, cur Jobus merito amicos ſuos arguat, quod ipſum non ſecus, acſi Deus eſſent, perſequerentur. Notemus igitur, Deum, ſi vindictam ſuam in nocentes, & eos à quibus offenſus eſt, exerat, non propterea tamen velle nos inhumanitate & rabie armari adverſus miſeros afflictos & penitus proſtratos: ſed potius nos ipſorum miſereri. Cæterum Jobus hic accuſat crudelitatem amicorum, inquiens ipſos non poſſe ſaturari ſua carne. *Cur*, inquit, *non poteſtis ſaturari mea carne?* Certum eſt, eum hoc loco ſimilitudine uti: quum enim ita imminemus proximis, ita eos urgemus, ut eorum quaſi carnibus, ſicut dicitur, adhæreſcere videamur, perinde eſt acſi vivos ipſos vellemus comedere: quin in vulgari ſermone, ejuſmodi loquendi formulis utimur. Sic igitur quemadmodum quivis voluptatem capit, quum reficiendi corporis cauſa bibit, vel comedit, ita qui ſunt crudeles adverſus proximos, videntur ipſis velle paſci, eoſque vivos deglubere & vorare. En igitur cur Jobus dicat, *Cur non ſaturamini carne mea?* Quum enim videmus proximos ita malis, ut nihil ſupra, premi, idque adhuc non ſatiat odia noſtra, ſed mala malis addimus & accumulamus, nimia eſt ea crudelitas, & perinde eſt acſi ipſos comederemus. Hæc igitur circumſtantia notanda eſt, quando Jobus dicit, vel hoc amicis debere ſufficere quod ipſum ita proſtratum videant. Quid vultis amplius? extrema quæque patior, ut jam plura ferre non poſſim. Naturale hoc eſt, ut quum aliquem oderimus, & male illi eſſe optaverimus, omneſque illi nocendi & nos ulciſcendi occaſiones conquiſiverimus, ſi accidat illum ita affligi ut gravius non poſſit, ira noſtra ſedetur. Non dico autem iſtum affectum pro virtute debere haberi. Ethnici enim quamvis improbi, quamvis ſibi licitam eſſe vindictam putarent, ponere tamen iram ſoliti fuerunt, quum viderunt inimicos ſuos ita afflictos, ut per ipſos eorum miſeriæ non opus eſſet quidquam accedere. Verbi gratia: Hic alium aliquem injuria affecit: qui injuriam accepit, volet ſe ulciſci ſi poſſit: interim Deus illum prævenit, & ei, qui injuriam intulit, magnam aliquam calamitatem immittit: is qui prius totus ira æſtuabat, & nihil aliud, quam ei, quem oderat, exitium ſpirabat & ſitiebat, tunc dicet, Atqui, quid ego amplius poſſim? Ita proſtratus eſt, ut me illius miſereat: ſat malorum illi eſt. En igitur, quomodo naturaliter & ſponte iræ ardor extinguitur, quum vel maxime in aliquem irritati fuerimus, ſi videamus ipſum afflictum. Id, ſicut dixi, non eſt virtus, neque in cultu Dei, aut charitate cenſeri debet. Sed tamen, ſi ejuſmodi eſt naturæ propenſio, etiam inter Ethnicos; quid hodie de illis ſtatuendum eſt, qui non ſunt contenti, quando vident inimicos ſuos ita premi afflictionibus, ut nihil ſupra: ſed illis ita imminent, ut ſatiari non poſſint, & libenter ipſos comediſſe velint? Quod ſi id damnandum eſt, quum exercetur erga inimicos, ſi quis non

Digitized by Google

affectus in nobis compeſcere, noſque ad commiſerationem & humanitatem traducere. Hoc itaque nobis ex hoc loco obſervandum eſt. Jobus autem novas ſuarum miſeriarum expoſtulationes adjicit, nempe, *Os ſuum adhæſiſſe pelli ſuæ, ſeque cum pelle dentium evaſiſſe.* Hæc eo ſpectant, ut melius exprimatur ſermo, quem modo attigimus, nempe habere amicos ſuos, unde ſatis ſuperque ſaturentur, etiamſi feris, prædæ & paſtui duntaxat inhiantibus, ſimiles ſint. Cur vero? Nam, inquit, videtis, quo in ſtatu ſim. Quid amplius poſtulatis? Poſſitne plus miſero mortali mali optari, quam illud eſt, quod Deus mihi immiſit? Quando autem dicit, pellem ſuam oſſibus adhæſiſſe, perinde eſt, ac ſi diceret, ſe penitus exſiccatum fuiſſe, inſtar ſceleti eſſe, ſucci & ſolidæ ſubſtantiæ expertem. Quando ait, Se evaſiſſe cum pelle dentium ſuarum, eo ſignificavit, ſe nihil præter gingivas ſani & integri habere, aut pellem ſuam ſimilem eſſe gingivis: nam ſi corruptio corpus invaſerit, pellis non amplius ſicca erit, ſed ſimilis gingivis: hoc eſt, quum putrefactio corpus occuparit, & exederit, videas carnem cruentam, ex qua ſicut ex vulnere partim ſanguis, partim aqua manat, ſicut videmus vulnus ſimile eſſe gingivis. Ecce igitur Jobum, qui declarat, ſe ita deformatum eſſe, ut in ipſo vulnus & facies hominis non jam poſſet agnoſci. Quum autem eo miſeriæ redactus eſſet, nonne æquum erat, amicos ipſius contentos eſſe? Hic igitur monemur, diligentius ad proximorum afflictiones attendere quam ſoleamus: quumque Deus ipſis aliquas calamitates immittet, precemur ipſum, ut hanc gratiam nobis largiatur, quo ipſas apertioribus oculis intueamur, & diligenter conſideremus, ut hoc pacto ad commiſerationem inducamur: unuſquiſque illis remedium pro virili applicare conetur, & tandem etiam ſperemus fore, ut Deus, poſteaquam illos ita manu ſua percuſſerit, ſe erga eos miſericordem præbeat. Quoniam autem Jobo amici objecerant, quod blaſphemaſſet adverſus Deum, ſe præter fas & æquum juſtum eſſe aſſeruiſſet, denique in vitiis ſuis, non agnoſcens ipſa, excæcatus eſſet, ait, *Vellem omnes meos ſermones ſcriptis conſignari, incidi ſtylo ferreo, incidi in plumbum aut lapidem ad ſempiternitatem, hoc eſt, memoriam perpetuam.* Jobus ita loquens, ſignificat ſe innocentiam ſuam nequaquam fruſtra aſſeruiſſe, nec vereri, ut hoc ſibi coram Deo exprobretur, quaſi non habuerit juſtam cauſam integritatis ſuæ teſtandæ. Huc igitur in ſumma ſpectat. Certum autem eſt, ſermones Jobi modum interdum exceſſiſſe, & multas ab eo ſententias prolatas, à modeſtiæ & reverentiæ, cum qua de Dei operibus & ſentiendum & loquendum eſt, regula nonnihil deflectentes: neque enim modum tenuit: & quamvis tiſper dum improbi dominantur & florent, ſed tandem non potui me continere. Bene intelligebat David, quod, quando filii Dei tentantur, videntes ſe afflictionibus premi tantiſper dum improbi triumphant, & vento ſecundo utuntur, id adeo durum eſt, ut difficile ſit nos poſſe tenere, quin Deo obloquamur. Propterea inquit, conſtitui ori meo quaſi frenum & capiſtrum imponere, clauſtris os meum ſepſi, ne verbum efferrem: ſed tandem frena & repagula omnia diſrupi, totumque illud meum propoſitum non potuit me tenere, quin illud quod intus conceperam, foras promerem, tandemque ignis accenſus eſt, ſeque profudit. Eo David oſtendit, magnam & raram eſſe virtutem, ſi ſilendo & tacendo patientes fuerimus, quum mala nos urgent, & videmus, improbos os apertum habere ad gloriandum, & nos irridendos. Sic conjungentes hunc Davidis locum cum Jobi exemplo, debemus erudiri ad os claudendum, quum Deus nos affligit. Cur vero? Nam prout perturbationes animi noſtri ſunt vehementes, quamvis diſcamus loqui ea ſimplicitate, qua par eſt, Deum laudare, ipſique benedicere: nec ita tamen prudentes & moderati eſſe poſſumus, quin ſemper aliquid nobis excidat, quin æſtus aliqui ebulliant, ita ut ſermonibus noſtris labem aliquam aſpergamus. Sic igitur quamvis non ſit nobis propoſitum blaſphemare adverſus Deum, aut quidquam proferre, quod non cedat in ipſius honorem, fieri tamen nequit, quin interdum nimis audaculi ſimus in ſermonibus noſtris: ut quum Jobus poſtulavit, omnia, quæ dixit, ſcriptis mandari, inſculpi, incîdi in lapidem, aut plumbum, ut nunquam poſſint deleri. Precemur autem potius Deum, ut in ſermonibus, quos maxime puros eſſe putabimus, condonet nobis peccata noſtra: qui enim linguam ſuam poterit continere, inquit Jobus, is ſingulari & eximia virtute præditus fuerit. Cur vero? Quia ad male loquendum tam leves & præcipites ſumus, ut nihil ſupra: quumque videbimur nobis loquuti ex cordis integritate, Deus adhuc inveniet nos minime modum ſervaſſe. En igitur, quod nobis ex hoc loco obſervandum eſt. Tandem vero Jobus adjicit, *Scire ſe ſuum Redemtorem vivere.* Verum eſt, hoc non poſſe modo penitus declarari: ſed tamen, quo fine Jobus ita loquatur, tangendum eſt. Intelligit igitur ſe cauſam ſuam nequaquam more hypocritarum agere, juſtitiamve ſuam aſſerere coram hominibus duntaxat, ſed ſcire ſibi cum Deo rem eſſe. Hoc ſciendum eſt: nam ſententiæ iſtæ, ſi ſeorſim & divulſæ acciperentur, parum prodeſſent, nec mentem Jobi caperemus. Quamobrem retineamus, quod tetigimus. Quid igitur Jobus inſtituit? Scimus homines tantum, quantum maxime poſſunt, laborare, ut ſe excuſent, idque quoniam de Deo non cogitant:

satis

Digitized by Google

verſus ipſum juſtum aſſerere. Minime vero: hoc enim unum cupio, me coram ipſo demittere, & penitus in ejus gratia acquieſcere: meam tamen adverſus vos integritatem tuear oportet: video enim vos meris calumniis mecum agere: ita igitur me tueor, ut Deum reſpiciam, & in ipſum oculos defixos habeam. Hinc autem poſſumus & debemus utilem doctrinam colligere: ne videlicet uſque adeo ſimus hypocritæ ut tegamus nos coram hominibus, dum volumus videri bonam cauſam tueri, & ſimulamus bonos viros, conſcientia noſtra nos interea arguente. Diſcamus ita firmiter innitamur, ut nullo modo dubitemus, quin is velit nobis propitius eſſe: idque quamvis in hoc mundo non ita ſemper ſentiamus effectis externis, ſed interdum ſigna aliqua ſeveritatis in nos proferat. Non propterea tamen deſinamus ipſum invocare in omnibus noſtris afflictionibus, nullo modo dubitantes, quin ſe tandem Patrem benignum & miſericordem erga nos præbeat, ſeque talem reipſa & experientia probet tempore opportuno. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis, &c.

CONCIO SEPTUAGESIMA SECUNDA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XIX.

25. Scio Redemtorem meum vivere, & fore aliquando, ut exſurgat & ſtet ſuper terram.
26. Etiamſi poſt pellem meam *vermes* hoc corroſerint, carne mea videbo Deum.
27. Intuebor ipſum in me, oculi mei videbunt ipſum, non alium: lumbi mei defecerunt in ſinu meo.
28. Et vos dixiſtis, Qua in re affligitur? atqui radix ſermonis invenitur in me.
29. Timete à præſentia gladii: ira enim afflictionis eſt cum gladio, ut ſciatis eſſe judicium.

VIdimus heri quomodo Jobus profeſſus eſt, ſe Deum reſpicere, nec hærere in hominibus: quoniam, qui hærent in his rebus inferioribus, non libenter in ſuas conſcientias deſcendunt, ut condemnent ſe, ſicuti debent, & ſentiant ſua peccata, ut veniam deprecentur à Deo, confitentes ſe peccaſſe. Videmus enim, nos, ſimul atque affixi ſumus hominibus, nihil aliud cupere & velle, quam ut illos ſuperemus & vincamus, ſive per fas, ſive per nefas. Hæc eſt cauſa, cur non ad Deum dirigamus cogitationes noſtras, ac proinde nihil laboremus de corrigendis & emendandis noſtris peccatis, ſicuti debemus, ſola ſit denique in nobis hypocriſis. Propterea Jobus dicit, Se ſcire Redemtorem ſuum vivere: quod perinde eſt, ac ſi diceret, ſe huc uſque non eſſe conteſtatum, ut ita juſtificaretur coram hominibus, quaſi is eſſet præcipuus ſuus ſcopus: ſciebat enim comparendum eſſe coram Deo, judicium ejus ſubeundum, totiuſque vitæ rationem reddendam: poſtea adjicit, *Deum ſtaturum ultimum ſuper terram*: quod perinde eſt, ac ſi diceret: Quum homines defecerint, (quomodo certum eſt univerſum mundum periturum,) Deus tamen eſt permanſurus: magna itaq; fuerit mea ſtultitia, ſi velim me excuſare coram hominibus, Deo interim me damnante: qui enim nunc ſunt mei judices, aut volunt eſſe, aut quibus ego eum honorem libenter detulerim, pereant oportet mecum, Deus autem permanebit in perpetuum. Sic igitur ſufficit mihi, me ipſi dedere, & audire, quicquid illi libebit præſcribere. Quum autem dicit, *Deum rectum ſtaturum ſuper pulverem*, ſignificat ipſum nequaquam ſimilem eſſe hominum: debilitemur enim & imminuamur omnes oportet, donec in nihilum redigamur: ſcimus, nobis eo, unde venimus, per corruptionem nimirum & putrefactionem redeundum eſſe. At Deus, inquit, non imminuitur aut debilitatur more hominum, ſed ſemper in ſuo ſtatu permanet. Cæterum notemus, Jobum voluiſſe ſignificare, Deum vim illam, quam in ſe continet, ſuper terram effuſurum, hoc eſt, ſuper homines qui nihil ſunt, nullamque in ſe vim habent. Magni autem momenti eſt titulus ille, quem Deo attribuit, quod is nimirum ſit ipſius vindex, & is à quo protegitur & conſervatur. Poſſet quidem Deus, ſi vellet, hominibus interim penitus pereuntibus, ſolus integer & illæſus permanere in ſuo ſtatu: ſed vult nos participes ſuæ virtutis reddere, nobiſque ejus ſenſum & experimentum communicare. Ita igitur ſtat Dominus ſuper pulverem, ut ſimul excitet pulverem, & in integrum reſtituat. nam ſine eo fruſtra Redemtor & vindex vocaretur. Diligenter itaque notemus, Jobum hic voluiſſe exprimere, Deum non continere vim ſuam duntaxat

denique inniti, ipſum, hominibus proſtratis & in pulverem redactis, rectum & ſtantem fore. Atqui qui ſibi arrogant jus nos damnandi & calumniandi, cadant aliquando oportet, tunc rerum facies valde immutabitur: erit enim tunc Deus noſter Redemtor. Hodie homines temeritate ſua invadunt in potentiam Dei, ſumunt quod ſibi non eſt licitum, ſed oportet ut tandem aliquando Deus ſe talem qualis eſt exhibeat, exaltetur, & reipſa cognoſcamus, ejus eſſe nos tueri. Hoc nobis in mentem veniat, quotieſcunque falſo de nobis detrahent homines, & bonæ conſcientiæ teſtimonio coram Deo nitemur, ſufficiat nobis, licet nos rejiciente reliquo mundo, ipſi ſoli probari. Veniamus autem nunc ad id, quod Jobus dicit: ait, Vermes, (nam, quamvis vocabulum illud non exprimatur, facile tamen animadvertitur, eum intelligere omnem corruptionem, quæ ab animalculis ejuſmodi fit in carne noſtra,) vermes, inquam, poſtquam hanc pellem comederint, exeſuros reliquum, ſed nihilominus adhuc ſperare ſe viſurum Deum, & viſurum, inquit, carne mea, hoc eſt, poſteaquam inſtauratus fuero: ita videbo ipſum, ait, & non alium, quamvis lumbi mei defecerint in me, hoc eſt, omnis mea vis conſumta & abolita fuerit. Hæc eſt notatu digna profeſſio fidei, quum Jobus declarat, ſe in Deum ſolum, & non in alium oculos defixos habiturum, etiamſi penitus conſumtus ſit: quaſi diceret, fore ut ſpem, quam in Deo collocarit, non metiatur eo quod videtur: ſed etiamſi nihil appareat, nihilominus ſemper in Deum intentos oculos habeat: ut verbi gratia, ſi quiſpiam videatur tanquam derelictus à Deo, nihil ſe offerat præter materiam omnem deſperationis, mors illi undiq; immineat, imo ipſum deglutiat, & nihilominus firmus ſtet, & conſtans permaneat in fide, ita ut ſecum dicat, Invocabo tamen Deum meum, & adhuc virtutem ejus ſentiam: ſola ipſius potentia ſufficit ad dandum nobis vigorem, idque fiet, etiam quum periero: En tibi hominem, qui præſentia ſuperat. Non oſtendit igitur fidem & ſpem quam in Deo habet, eo quod intueri, & ſenſu naturali capere & complecti poteſt, ſed trans & ultra mundum reſpicit: ſicuti dictum eſt, nos debere
Rom. 4. verſ. 18. præter & ſupra ſpem ſperare, & ſpem eſſe rerum oc-
cultarum. Nunc videmus Jobi ſcopum. Verum qui-
Rom. 8. v. 23, 24. dem illud eſt, cum de reſurrectione expreſſe & abſolute non loqui; nihilominus tamen verba iſta non poſſunt exponi, niſi cognoſcamus, Jobum voluiſſe Deo tribuere potentiam, quæ hodie in communi ordine naturæ non cernitur. Perinde igitur eſt, acſi diceret, Deum non velle à nobis cognoſci duntaxat, quum nobis bona largitur, nos conſervat & alit: ſed etiamſi nobis in ſpecie deſit, & in oculis noſtris nihil niſi mors verſetur, certum tamen, ratum & fixum il-

quod ſubſiſto virtute Spiritus ipſius: ſed etiam credo in ipſum ſolum, quoniam me vocat in cœlum, quod non me crearit ut bovem aut aſinum, ut hic duntaxat tempus aliquod viverem: ſed formarit me ad imaginem ſuam, ut ſperem hæreditatem æternam, ad participandum gloriæ Filii ſui: credo, eum me quotidie eo invitare, ne dubitem, quin, quum corpus meum projectum fuerit in ſepulcrum, & ibi tanquam in nihilum redactum fuerit; nihilominus in ultimo die inſtauretur: & interim anima mea in optima tutela & cuſtodia futura ſit, quando poſt mortem eam Deus in ſua protectione cóllocabit, tuncque longe melius quam nunc contempler vitam, quæ mihi parta eſt ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti. En igitur qualis debeat eſſe noſtra fides, ut bene ſe habeat. Quando autem ſic bene præparati fuerimus, poterimus dicere cum Jobo, Etiamſi corpus meum ſit caducum, & vigor ejus, ſiquis fuerat, in dies diminuatur, mortem denique ſemper proximam intuear, vel minima enim carnis meæ infirmitas, certiſſimus ſit mortis nuncius, nihilominus tamen videbo Deum meum. Quod ſi ita loqui nobis licet, quando videmus virtutem noſtram paulatim declinare & evaneſcere: ſi libeat Deo nos affligere, ita ut ſimus quaſi ſemiputria cadavera (qualis erat Jobus: ait enim, Pellis mea eſt exeſa & conſumta: erat tanquam mortuus, & tamen ita profitetur, Non propterea deſinam contemplari Deum meum) nihilominus ſemper ſperemus in Deo exemplo Jobi. En igitur, quomodo magnitudo illa afflictionum, quam Deus nobis immittet, non perterrefaciet nos, modo didicerimus eum talem cognoſcere, qualis eſt erga nos: hoc eſt, diligenter conſiderare, quo fine nos crearit & in hoc mundo conſervet. Cæterum quando Jobus dicit, *ſe viſurum Redemtorem ſuum carne ſua*, intelligit, ut jam dictum eſt, ſe in novum ſtatum inſtauratum iri, poſtquam ita exeſa fuerit ſua pellis. Dicit enim oſſa ſua conſumtum iri, nihilque integri in ipſis remanſurum; poſtea adjicit, Carne mea videbo Deum. Quomodo autem videbit ipſum carne ſua? Hoc eſt, reſtituar in integrum, ſicuti prius eram, & videbo adhuc Deum meum. Atque ita confitetur, Deum fore ſatis potentem ad ipſum inſtaurandum, etiamſi ipſum penitus conſumſerit, & in abyſſum uſque demerſerit. En qua conditione debemus ſperare in Deum, ut quum nos in ſepulcrum projecerit, ſciamus eum nobis manum porrecturum, ut nos inde retrahat. Ne igitur dicamus, Spero in Deum, quia video ipſum mihi adeſſe, nec ulla in re deeſſe: ſed etiam quando Deus nobis deeſt, & tanquam remotus eſt à nobis, dicamus cum Jobo, Videbo ipſum carne mea, modo nihil ſum, videor eſſe velut umbra quædam, vita mea ſtatim evaneſcit: nihilominus tamen tam potentem ſe erga me

Digitized by Google

vera fide poſſemus recipere promiſſiones Dei, nonne ſatis illæ virium haberent, ad nos reddendos ſuperiores omnibus his tentationibus, quæ ita regnant & dominantur in nobis? Obſervemus itaque diligenter hunc locum: ut poſſimus etiam dicere cum divo
2 Cor. 5. verſ. 1. Paulo, Quod ſi hoc tabernaculum corporis noſtri abit, (vocat enim tabernaculum tanquam quid ex foliis & frondibus contextum, & tanquam vile & abjectum aliquod tuguriolum,) habemus ædificium quod nobis in cœlo paratum eſt, longe nobilius & excellentius. Si homo iſte exterior, hoc eſt, totum iſtud quod eſt hujus vitæ, & apparet, corrumpatur, at vult tamen Deus nos renovare, & nobis contemplandam quodammodo exhibet noſtram reſurrectionem, quum videmus corpora noſtra ſic deficere:
1 Cor. 15. verſ. 36. ſicut etiam divus Paulus in alio loco nos revocat ad ſemen quod projicitur in terram, inquiens ipſum non poſſe germinare ad agendas vivas radices, & bonum fructum producendum, niſi prius in putrefactionem convertatur. Animadvertimus igitur, mortem incipere dominationem exercere in nos? notemus, Deum velle nobis communicare veram vitam, nempe vitam illam cœleſtem, quæ nobis acquiſita eſt ſanguine pretioſo Filii ejus. Sine eo vincamur oportet à minima tentatione. nam, uti jam dictum eſt, omnes miſeriæ, quæ nobis ſunt perferendæ, ſunt totidem nuncii mortis. Videntes autem mortem, & exiſtimantes nos ab ea conſumtum iri, nonne oportet nos penitus deficere? Nulla igitur alia ratio eſt nos conſolandi in noſtris afflictionibus, niſi per hanc doctrinam: quod nimirum, quando totum iſtud, quod in nobis eſt, conſumtum fuerit, nihilominus tamen videbimus Deum noſtrum, imo vero ipſum videbimus carne noſtra. Tum dicitur, Oculi mei intuebuntur ipſum, & non alium. Jobus adjicit hoc juxta ſermonem quem habuerat: nempe quum mihi hanc perſuaſionem Deus indiderit, fore, ut mihi priſtinum vigorem reddat, totus ab illo pendebo: non oportet amplius vager aut fluctuem, diſtraharve huc vel illuc: ſed illi ſoli adhæream neceſſe eſt. *Oculi* igitur *mei contemplabuntur ipſum & non alium.* Ecce adhuc præclaram doctrinam. Quod modo dixit, nempe ſe viſurum Deum carne ſua, refertur ad experientiam quam habiturus eſt, quum Deus ipſum in integrum reſtituet: quod modo dicit, ad alium aſpectum refertur, ad aſpectum nimirum ſpei. Deus ſiquidem à nobis aſpicitur duobus modis: aſpicimus ipſum, quando Patrem & Servatorem ſe re ipſa exhibet, & nobis ejus rei omnino manifeſtum dat experimentum. Ecce Deum meum, qui me ejuſmodi morbo liberavit, ut tanquam altera reſurrectio videatur illa liberatio, teſtimonium eſt, ipſum manum adhibuiſſe ad mihi opitulandum, ut Deo, & ab ipſo procedentia: ſed attribuimus ipſis virtutem Dei ipſius, & ipſa convertimus in idola. En quomodo Deum non poſſumus aſpicere directo oculo, nec poſſumus in ipſo acquieſcere. Notemus igitur diligenter verbum hoc, quo utitur Jobus: nempe oculos ſuos contemplaturos Deum, & non alium: perinde ac ſi diceret, Non amplius motu hominum agitabor, ſed totum me Deo committam. Tu, Domine, imo tu ſolus is es cui vitam meam acceptam fero, quumque modo deficiam, tu me, ſicut pollicitus es, denuo inſtaurabis. Semper autem hanc inter nos & Jobum comparationem inſtituamus, quod ſi Jobus non habens tale teſtimonium bonitatis Dei, non habens doctrinam centeſima parte tam familiarem quam nos, dixit tamen ſe contemplaturum Deum; nos vero numquid excuſandi erimus, quum hac & illac divagati fuerimus, & quidem quum Dominus noſter Jeſus Chriſtus, in quo omnis plenitudo gratiæ divinæ habitat, & in quo tota virtus Spiritus Sancti ſe exeruit, poſtquam excitatus eſt è mortuis, ſe nobis offerat? Et ſane non oportet, ut ad eum intuendum longe oculos noſtros proferamus. Col. 2: 9. Rom. 1: 4. 2 Cor. 3. verſ. 18. Euangelium ſiquidem eſt præclarum ſpeculum, in quo ipſum facie ad faciem intuemur. Quum ita ſe res habeat, uti jam tetigi, demus operam, ne hæc ingrati animi culpa à nobis contrahatur, quod non dignati fuerimus intueri eum qui ſe tam familiariter nobis offerebat. Hoc in ſumma nobis ex hoc loco colligendum eſt. Jobus præterea adjicit, *Quamvis lumbi mei defecerint in ſinu meo*, hoc eſt, nulla ſit in me nec virtus nec vigor. In ſumma, juxta ſermonem quem jam habuerat, oſtendit, ſe nequaquam ad Deum reſpicere, quod is ipſum indulgenter haberet, quod omnia ſibi ex animi voto & ſententia ſuccederent, aut ab afflictionibus immunis eſſet: nam potius contra ſe res habet. Quamvis, inquit, ita angar & excrucier, ut Deus in me fulminare videatur, nec ullus ſit in me amplius vigor: intuebor tamen Deum oculis meis, & illi totus adhærebo, & ſcio quod adhuc videbo Redemtorem & vindicem meum, poſtquam me ita conſumſerit. Ut concludat autem, amicos alloquens, ſic dicit, *Vox dixiſtis*, *Cur affligitur*, aut *cur ipſum affligemus? radix enim cauſæ*, aut *ſermonis*, *invenitur in me.* Locus iſte aliquantulum eſt obſcurus, quoniam hoc vocabulum duobus modis accipi poteſt: *Cur affligitur*, aut *perſequemur ipſum?* Si ita accipiamus, *cur affligitur?* ſenſus erit, quod amici Jobi mirantur, cur Deus ipſum ita duriter tractarit, & propterea concludunt, hominem eſſe penitus reprobum. Si vero reddatur, *Quomodo perſequemur ipſum?* ſignificabunt verba illa, ipſos veniſſe malitia deſtinata, ut invenirent, quod in ipſo carperent & reprehende-

Digitized by Google

improbum. ſcrutemur igitur ipſius vitam: inde enim nobis incipiendum eſt. Verum quidem eſt, ſicuti pluribus ſuperius declaratum eſt, in omnibus virgis & caſtigationibus, quas Deus mittit, nobis ſemper ejus judicium agnoſcendum & conſiderandum eſſe ſuper peccata hominum, ſed ita ut nosipſos condemnemus. Non oportet ut ſimus aliorum judices nobis parcendo: incipiamus, incipiamus à nobis. Videmus igitur uſum hujus doctrinæ? ut ſcilicet, ſi aliquis malis prematur, non ſimus adeo promti & præcipites ad ipſum condemnandum, quin etiam non in eam partem propendeamus, quo in ipſo crimina inveniamus, ſed potius Deum reſpiciamus, qui ſe Judicem & noſtri & illius oſtendit: & cogit nos cognoſcere, commiſerationem nos capere debere ejus qui patitur, & temere non procedere judiciis adverſus ipſum, etiamſi cognita ſint nobis ejus peccata: ſed conemur potius medicinam illi aliquam adferre, qua ſanetur. Caveamus itaque (quemadmodum trito fertur proverbio) aratra bobus anteponere, hoc eſt, non cognita cauſa judicium ferre, ſicuti ſolenne eſt nobis facere. Jam ſæpius dictum eſt, Deum non ſemper homines affligere propter eundem finem: aliquando puniet propter peccata, interdum volet ipſorum patientiam probare, aut alio ſpectabit. Ne igitur ſimus nimis promti & temerarii ad judicandum, priuſquam rem bene cognoverimus, videmus enim quid acciderit amicis Jobi. Statim, quia vident afflictum, pronunciant ipſum improbum eſſe: ſed beatus vir, qui prudenter judicat ſuper afflicto, ut dici-
Pſal. 41. verſ. 1. tur in Pſalmo. David nonne fuit manu Dei oppreſſus duriter, ut nemo unquam magis? Et tamen dicit Dominus, Inveni David ſervum meum ſecundum cor meum. Unxi eum oleo juſtitiæ. Ecce tibi Deum, qui Davidem velut in ſinum ſuum ſuſcipit, interea tamen videmus quomodo illum tractet. Si ad judicium ex externo ſtatu ferendum præcipites fuerimus, Davidem, Abrahamum, omneſque adeo ſanctos Patriarchas condemnabimus. Ejuſmodi vero judicium, nonne in Dei dedecus redundat? Omnino ſane: ſimus igitur ſobrii & modeſti, quum videmus proximos noſtros affligi, & agnoſcamus manum Dei, ne, quod amicis Jobi, idem nobis contingat. Diſerte autem dicit, *Radicem cauſæ in ſe inveniri*, aut radicem ſermonis, aut effectum & ſubſtantiam. Eo ſignificat, inquirendum prius quam judicandum. Sane quidem fatebitur unuſquiſque, nos, ſi temere ad judicandum feramur, ſtulte & arroganter facturos, & proverbium hoc tritum & pervulgatum eſt, Stulti Judicis ſubitam & brevem eſſe ſententiam: nihilominus tamen, re non diligenter examinata & expenſa, temere pronunciare ſubinde audemus. Diligenter itaque notemus, veniendum eſſe nobis ad radicem, antequam judicium de re aliqua faciamus:

[illegible] ac ſi diceret, Vos hic velut in umbra loquimini, &, more otioſorum hominum, animi gratia & ad libitum loquimini. Ejuſmodi hominibus licet diſputare: quomodo fere nulli melius præliantur quam ii qui remoti ſunt à telis: illi manus cum hoſte conſerunt, obſident urbes, trucidant, prædantur, diripiunt, mira denique faciunt: ſed poſtquam diu multumque confabulati fuerint, & largius inter loquendum biberint, ſi illos ſonitum tympani audire contingat, illico metu exanimantur. Jobus itaque exprobrat amicis, quod de cauſa ſua tanquam in otio & umbra diſputarint, quum judicium Dei eos apprehendere, & gladium, perinde ac ſi jam ipſis immineret, timere oportuerit. Poſtea dicit, *indignatio iniquitatis*. Vocabulum hoc denotat crudelitatem illam quam ipſis jam ante exprobrarat. *Indignatio* igitur, &c. hoc eſt, Incaluiſtis adverſus me, & quidem ad me affligendum. Nam vocabulum Hebraïcum poteſt ſignificare Iniquitatem, præterea etiam Afflictionem: ſed Jobus hic declarat, amicos ſuos nequaquam ad ſe veniſſe animo mali ipſius commiſeratione commoto, ſed potius accenſo & inflammato, & quidem ad ipſum eo magis affligendum & vexandum. Quale autem illud eſt? Gladius, inquit, hoc eſt, Deus non ſinet impunitam ejuſmodi rabiem: nam etiamſi vos offendiſſem, vos tamen erga me humaniores eſſe oportuit: ſed me ſine cauſa condemnantes, omni erga me ſeveritate utimini: gladius itaque Dei ſe erga vos exerat oportet, ut cognoſcatis eſſe judicium. En ſententiam notabilem & valde utilem. Jobus enim hic arguens amicos, tanquam Prophetam Dei erga omnes in genere agit. Oſtendit igitur, timendum eſſe nobis gladium Dei, ſi ſumus maligni ad male judicandum de bono, & ſumus inhumani ad cruciandos & affligendos eos qui jam ſatis ſunt miſeri. Scriptum eſt, Væ vobis, qui dicitis malum Eſa. 5.
eſſe bonum, & bonum malum eſſe: & tamen videmus verſ. 20.
hoc vitium ſemper regnaſſe, & regnare etiamnum hodie. Qui perturbationibus ſuis ducuntur, numquid dubitant Deo palam ſe opponere? probe norunt, verbi gratia, hanc in ſeipſa bonam eſſe cauſam, & tamen eam oppugnare conſtituerunt. Ecce hominem, qui cupit Deo ſervire, ego tamen illum impediam, (ita apud ſe cogitant,) hoc poterat ædificationi Eccleſiæ, ſocietati hominum, bono publico inſervire, ego tamen omnia pervertam & peſſumdabo: videas enim quoſdam pro tribunali juſtitiæ ſedentes, qui tanquam Diaboli, carne humana induti, Deo in os adverſantur, jus & æquum omne pervertunt, corruptionibus & intemperiebus ſcatent. Quando iſta videmus, quid aliud poſſumus dicere, niſi nos ad omnem cumulum iniquitatis perveniſſe? Idem plane de cæteris eſt; ſummi, medii & infimi, Deo palam

lam

Digitized by Google

& terrorem injicere, gladium Dei diſtrictum eſſe adverſus eos omnes, qui plus quam ſatis afflictis, volent afflictiones adjicere. Ecce igitur Deum, qui bellum denunciat omnibus iis qui dediti ſunt injuriis, violentiis, aut rebus ſimilibus, ipſoſque ſe aqua & igne perſequuturum palam edicit. Quando igitur offeret ſe aliquis afflictus, omni ope & ſubſidio carens, timeamus eum lædere, eique moleſtiam & dedecus aliquod adferre. Cur vero? Nam ecce Deum, qui pronunciat ſe gladium nudatum gerere adverſus eos omnes, qui bonos innocentes afflixerint. Atque hoc eſt quod Jobus dicit concludens ſermonem, *Indignationem iniquitatis gladium allaturam.* Verum quidem eſt, homines, quando modò toto imperio feruntur ad vexandos bonos, ſibi perſuadere ſe fore impunitos, nec Deum nec ejus judicium reformidare. At gladius, inquit, ipſis præparatus eſt. Ne igitur adeo ſimus arrogantes, ut nobis polliceamur Dei manum non poſſe ad nos appropinquare, quando pauperes, qui ſe quietos continebant, nullaque in re nos offenderant, afflixerimus & irritaverimus: illis ſi acerbi & moleſti fuerimus, Deus centuplo nobis erit acerbior, talemque ipſum re ipſa experiemur, quando coram ipſo tanquam Judice noſtro comparebimus. Hoc vero ſi diligenter conſideraremus, certum eſt, res ſe in hoc mundo longe aliter, quam habeant, habituras. Videmus Principes, qui propter ambitionem devaſtant regiones, incendunt domos, evertunt urbes, populantur, diripiunt, & peſſumdant omnia, ut horrendum ſit de iis vel cogitare duntaxat. Cur autem? Quia omnia ſub belli prætextu ſibi licere putant. Sed primum hoc ab illis debuit conſiderari, num cogantur excitare ejuſmodi turbas, & ita bellum quaſi per univerſum orbem circumducere. Sed quoniam ſola ambitio eo ipſos impellit & inflammat, totque ex illa rabie, qua ducuntur, mala promanant, numquid putant gladium ſibi non paratum eſſe? Præterea qui inſerviunt illorum cupiditatibus, & in ipſis eos alunt & confirmant, num putant Deum in ipſos gladium ſuum diſtricturum? Sed ne eos ſolos inſpexerimus: videas enim qui neque Reges neque Principes ſunt, nec poteſtatem habent velle nos affligere, ut ſe probet Judicem mundi, & ſciamus ipſum velle nos ad ſe lenitate allicere, & nobis oſtendere, ſe nolle erga nos ſeveritate immoderata uti, modo etiam non fuerimus rigidi & ſeveri erga proximos. Cæterum intelligamus, non ſatis eſſe, ut abſtineamus à malo: ſed demus operam oportet, ut iis, qui afflictionibus premuntur, opem feramus. nam etiamſi homo poterit profiteri, ſe abſtinuiſſe à damno & injuria: non propterea tamen coram Deo liber eſt omni culpa. Cur autem? debebat enim iis, qui ſuo auxilio opus haberent, opitulari. Quod ſi ii qui à malo abſtinuerunt, non propterea abſolvuntur coram Deo, ſed pro reis habentur; quid, quæſo, dicemus de iis qui die & nocte nihil aliud quam noxam meditantur & moliuntur, qui ita ſecum cogitant, Quomodo potero laceſſere & vexare modo hunc modo illum? Quum tam maligni & perverſi aliqui erunt, ut data opera acuant ſe ad nocendum proximis, nonne oportet ſimul adverſus ipſos acui gladium Dei? Attendamus itaque nobis ipſis, nec ſolum parati ſimus iis ſubvenire, quos videmus afflictos; ſed etiam, quum in mundo tot ſint miſeriæ & calamitates, miſereat nos eorum, qui longe à nobis diſtant, & oculus noſter eo uſque proferatur (ſicut charitas debet complecti omne genus humanum) tum precemur Deum, ut miſereatur eorum qui ita vexantur, & eos, poſtquam virgis & flagellis ſuis caſtigarit, ad ſe reducat, & omnes illas caſtigationes in eorum ſalutem convertat, ita ut pro eo quod nunc habemus gemendi occaſionem, poſſimus tunc omnes ſimul gaudere, & communi conſenſu ejus nomini benedicere.

Proſternemur autem coram facie boni noſtri Dei, agnoſcentes peccata noſtra, & orantes eum quo ipſorum talem ſenſum nobis indat, ut de vitæ emendatione ſerio cogitemus, & laboremus: interea autem unuſquiſque det operam, ut demittat & deprimat ſe ſub manu ejus potenti, & pro eo quod alios condemnare ſolemus, diſcamus mala quæ ſunt in nobis ſentire, ut petamus à Deo ut nos ipſis purget & mundet, donec nos plene ſua juſtitia induerit. Sic ergo dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, nobis es pollicitus, &c.

CON-

Digitized by Google

U diligenter retinendum eſt nobis, id quod ſuperius declaratum fuit: eos nempe, qui cum Jobo contenderunt, dicentes Deum improbos nunquam relicturum impunitos, ſumſiſſe ſententiam quæ vera quidem eſt in ſe, ſed eam male applicaſſe Jobo. En cur debemus ſemper precari Deum, ut det nobis judicium & prudentiam, ut recte poſſimus applicare, quod de verbo Dei cognoverimus: quod enim alioqui nobis eſſet utile, ad malum uſum poſſemus detorquere: ſicut videas multos, qui Scriptura ſacra paſſim abutuntur. Hoc igitur nobis in primis notandum eſt: tum intelligemus, hic valde bona & utilia contineri præcepta. Summa autem eorum, quæ Sophar hic dicit, ejuſmodi eſt, Improbos & contemtores Dei, etiamſi in exiguum tempus videantur florere, perituros tandem, miſerumque & luctuoſum exitum habituros, atque ita ſemper animadverſum & obſervatum: Deumque ad finem uſque mundi, ut adhuc fecit, ſua judicia exerciturum: ſed antequam eo veniat, utitur præfatione, nempe, ſe cogi reſpondere, & ad id impelli, cum ſpiritu ſuæ intelligentiæ, tum quod ſe pudeat, ita redargui à Jobo, præſertim quum ſciat, ſicut dicit, ſermonem ſuum verum eſſe, eique Jobum adverſari. Si autem ita ſe res haberet, juſta ratione Sophar niteretur: primum enim quum Deus nobis aliquid gratiæ contulit, non eo contulit, ut illa nobis ſolis proſit, ſed ut proximos ejus participes faciamus. Si igitur Deus plus intelligentiæ uni quam alii tribuit, num is ſibi ſoli debet illud donum ſervare? Minime. Sed opus eſt, ut dona, quæ Deus nobis diſtribuit, conemur aliis communicare, ut illis proximi æque ac nos ædificentur, Deuſque communi conſenſu honoretur. Atque hoc ipſum oſtendit Pau-
1 Cor. 12. verſ. 7.
lus, nempe unumquemque ſibi non accepiſſe, quod à Deo habet, ſed nos id omne debere referre ad uſum communem. Atque ita vult Deus à nobis charitatem exerceri, non ut unuſquiſque ſeipſo duntaxat contentus ſit, contemnat autem proximos: quo enim loco res eſſent? num eſſet aliquod Eccleſiæ corpus? nonne oportet membra ſimul cohærere & conjuncta eſſe? Nonne oportet omnia ad caput referri? Notemus igitur diligenter, quod Sophar dicit, *Spiritum ſuæ intelligentiæ ipſum impellere ad reſpondendum*: quod ſi Deus ipſum regeret, & apte hic ſermo ab ipſo proferretur, jure ſic loqueretur: neque enim, quum Deus aliquid boni nobis patefecit, ut dixi, illud à nobis obſcurari, ſed potius in lucem proferri oportet. Et ecce cur ſcriptum eſt, nobis, quum credidimus, loquendum eſſe. Sic fides non debet eſſe res mortua, ſed exe-
2 Cor. 4. verſ. 13. Pſal. 116. verſ. 10.
rat ſe oportet: & Paulus locum illum Pſalmi commendat: oſtendit enim, ſibi non licere tacere, quoniam Deus ipſi dedit intelligentiam: quæ debet omnibus prodeſſe: atque ita ſe theſaurum ſibi commissum non habere, quæ ad unum hominem pertineat, ſed quæ ſibi data ſit ad utilitatem & inſtitutionem totius Eccleſiæ. Ac ſane unuſquiſque noſtrûm debet ſibi applicare hanc doctrinam: multos enim videas, qui dicant, ſatis eſſe dummodo unuſquiſque credat in corde ſuo, non ſecus quam ſi quod Deus conjunxit, poſſet ab hominibus ſeparari. Jam autem vidimus teſtimonium Davidis, eos nimirum, qui credant, ſimul debere loqui: nam ſine eo oſtendunt ſe malitia ſua ſepelire id quod Deus voluit eſſe publicatum: quomodo dicitur, Candelam non accenſum iri, ut ponatur ſub modio, aut abſcondatur, ſed ut ſuper menſam ponatur, tum longe lateque luceat. Cæterum, ſæpiſſime qui gratiam aliquam accepit, putat ideo ſe illam accepiſſe, ut ſe cæteris anteponat, pluriſque fiat & æſtimetur quam alii. Atqui contra, quum id agimus, polluimus dona Dei, quando nimitum ipſa ad ambitionem aliquam referimus. Non eo fine donorum ſuorum plus impertitur Deus uni quam alii, ſed ut ad communem utilitatem, id quod accepimus, referamus. Conetur itaque unuſquiſque ſibi à Deo commiſſum donum, utile aliis reddere & diſtribuere, ut ii qui non tantum acceperunt, nihilominus ea ratione ad eam ſalutem, ad quam Deus nos vocat, adducantur, ut Deus in nobis glorificetur. Hoc unum erat notandum. Alterum vero nos debet magis urgere, quum Sopharus dicit, *Se audiviſſe correctionem ignominiæ ſuæ*. Hoc non refert duntaxat ad ſuam perſonam, ſed juxta id quod ſupra diximus, Sopharus iraſcitur, quum videt, Dei veritatem hoc pacto quaſi pedibus proculcari. Jobo non fuit illud conſilium, uti oſtendimus, & Sopharus ipſi magnam facit injuriam: nihilominus tamen hæc doctrina in ſe bona & vera permanet, eamque talem nos agnoſcere convenit, ſimulque Spiritus Sanctus voluit nos docere per hominem excæcatum quidem in ſua opinione, qui tamen bona habuit principia. Hæc igitur doctrina, intellecta & accepta à nobis prout eſt in ſeſe, poteſt nobis prodeſſe, & quidem, quamvis hic videamus Sopharum, bonum improbare, veritatem Dei quodammodo, quatenus Jobum condemnat, oppugnare, eique reſiſtere cavillationibus & malis applicationibus: quamobrem, quum tale quidpiam admittere nobis continget, totis viribus obnitendum erit in contrarium. Dixi igitur, nos, quoties videbimus aliquem veritati Dei reſiſtentem, debere ei homini nos tanquam adverſarios juratos opponere. Cur? Nam ſi Deus nobis aliquod donum contulerit, quo nos tanquam ſuos procuratores & teſtes conſtituat, vult cauſam ſuam à nobis defendi. Eſt autem is honor maximus. Deus novit nos eſſe vanitatis plenos, nihil præter mendacium in nobis eſſe, & tamen vocat nos, ut

Matth. 5. verſ. 15. Marc. 4. verſ. 21. Luc. 8. verſ. 16. & 11:33.

ſuæ

Digitized by Google

[illegible] tacere; nec in rapinas, aut eorum ſuperſtitiones invehi. Bene quidem, ſed interea non animadvertimus Diabolum ſilentio noſtro abuſurum, ad proferenda ſemper ſua mendacia & tyrannides? Si miſeræ animæ pereant, & nos interea diſſimulemus, quid tandem fiet? Si paſtor officio fungatur, numquid lupos & fures in ovile ingredi patietur, ipſiſque furantibus, comedentibus & vorantibus tacebit? Atqui Deus nos tanquam paſtores in Eccleſia ſua conſtituit. Quemadmodum igitur voce leni, ſuavi & amabili nos uti convenit, ad regendum gregem & deducendum ad ſalutem eos, qui ſunt dociles & tractabiles, ſic contra, conſpectis furibus & lupis, alta voce clamandum eſt, illiſque obſiſtendum. En igitur quomodo ii, qui vident veritatem Dei everti, non debent connivere, ſed zelum habeant oportet, quo huic malo, quantum in ipſis erit, ſe opponant. Cæterum ſi hujuſmodi virtute & conſtantia præditos eſſe oportet ad tuendam bonam cauſam adverſus improborum fallacias & ſubtilitates: quum videbimus quoque nomen Dei blaſphemari, omnem bonam doctrinam contemtui & opprobriis exponi ſceleratorum improba vita, audacia, omnibuſque quæ ad ipſis fiunt & geruntur, non eſt, quæſo, nobis adverſus iſtos loquendum? Atque utinam non ita nos ad id neceſſitas cogeret & impelleret. Sed quid? Animadvertimus, quo modo, ſiquis, poſtquam concio de verbo Dei habita eſt, per plateas iverit, intueatur, quid publice, quid privatim fiat, videntur homines adverſus Deum conſpiraſſe, nec tam aqua igni contraria videatur, quam vita, quæ vulgo agitur, cum doctrina quæ annunciatur pugnat. Mitto quod multi non curant verbum Dei audire, ſed etiamſi conveniatur, cerimoniæ aliquæ obſerventur, quibus in ſpecie profiteantur homines, Deum honorandum eſſe, & verbum ejus recipiendum: videre tamen eſt, quomodo profeſſio illa externa nihil aliud eſt, quam merus ludus puerorum, Deus palam in vita communi irridetur, verbumque ipſius ludibrio habetur. Non opus eſt res ſigillatim, prout ſunt, declarari, in promtu ſunt & omnium oculis expoſitæ: & nos pluſquam ſtupidos eſſe oportet, ſi non gemamus, quum videamus Deo debitum obſequium & reverentiam tam male inter nos exhiberi: quin etiam ad illud uſque opprobrium, cujus hic meminit Sopharus, res deducta eſt, quod non ſolum Deus quaſi dedecore & ignominia afficitur, eo quod ſcortationes, diſſolutiones, blaſphemiæ, rapinæ & alia ejuſmodi regnant, nec ut par eſt puniuntur, ſed quum leviter & utcunque animadvertitur in iſta flagitia, illis animadverſionibus Deo & juſtitiæ prope videtur illudi: loquor de eo quod demus pati, ut malum, nobis non obſiſtentibus, nullumque præ nobis zelum Dei ad ejus gloriam & veritatem aſſerendam ferentibus, ita vigeat. Veniamus autem nunc ad ſermonem generalem, qui hoc loco tractatur. *Non cognoviſti*, inquit Sopharus, *à temporibus antiquis, imo à quo homines ſuper terram ſunt collocati, noviſſimam eſſe exaltationem improborum, & hypocritarum gaudia non diu duratura?* Sumit hoc principium verum & bonum, nempe, ſi exiſtimamus vitam contemtorum eſſe felicem, nos vehementer falli. Cur vero? Nihil enim aliud eſt ipſorum felicitas quam ſomnium, ſicuti paulo poſt adjicietur hæc ſimilitudo. Verum eſt, omnes magna ex parte dicturos, improbos eſſe miſeros. Sed quid? Præoccupati tamen ſumus à falſis opinionibus. Si videamus aliquem otio, quiete, aut honore frui, quamvis is vitam ex Dei mandato & præſcripto non inſtituat, rapimur tamen in admirationem, & ſtupemus ſuper ipſo, videturque nobis ejus conditio optanda & invidenda. Ita: ſed interea non animadvertimus eos, qui ita attolluntur, ſimiles eſſe limacibus, ſicut dicitur in Pſalmo. Atque hæc comparatio *Pſal. 58.*
diligenter notanda eſt. David enim ait, eos, qui attol- *verſ. 9.*
luntur in hoc mundo, nec radicem habent vivam, ut ſubſiſtant in Deo, eſſe tanquam limaces: ſurgunt una nocte, ſed ſtatim fluunt, ſunt in ſumma limaces. At id non aſpicimus, omittimus id quod præcipuum eſt, nempe exitus exſpectationem: patientiam nullam habemus, ut ita nobiſcum colligamus: Eſto, Deus quos vult evehit, ſed ut graviore caſu ſibi frangant cervices. Rotam quidem Fortunæ in ore habemus, & ei aſſimilamus ſtatum improborum, ſed id totum non referimus ad providentiam Dei, ad contemplanda ipſius opera, eique omnium laudem & gloriam tribuendam. Eo magis igitur nobis notanda eſt hæc ſententia: nempe à quo Deus hominem collocavit ſuper terram, illud continuo uſu obſervatum fuiſſe, ſublimitatem hypocritarum non ita pridem cœpiſſe, & eorum gaudium non ſemper duraturum. Quando Sopharus ait, id longa & diuturna experientia, & quidem à quo primum Deus creavit mundum, cognitum eſſe, magni eſt momenti. Si enim unum atque alterum duntaxat exemplum juſtitiæ divinæ haberemus, nonne eo nos moveri oporteret? Sed hic longe amplius eſt: neque enim in tribus aut quatuor duntaxat hominibus oſtendit Deus, ſe non ſinere improbos impunitos: id quotidie declarat, & longe antequam naſceremur, comprobavit: ſeriem ætatum decurramus, à creatione mundi id ſemper à Deo obſervatum & factitatum intelligemus. Quando itaque talia exempla, tam magna, & tam diuturni temporis habemus, quibus Deus ſe ſemper oſtendit Judicem

deſitati, rapinis, & aliis violentiis dederunt, exinde quomodo ſcortationes, & alia pollutionum inquinamenta, quando nimis regnarunt, ultus ſit: videmus item, quomodo perjuria & crudelitates vindicarit, faſtum denique & ſuperbiam mortalium nunquam diutius ferre potuerit. Nonne igitur hæc quum aſpiciemus, nobis hodie adhuc prodeſſe oportet? Diligenter itaque memoriæ mandemus & infigamus lectionem, quæ nobis hoc in loco tanquam à magiſtro dictatur & traditur, ut nempe quum à mundo condito Deus nunquam ceſſarit dare nobis documenta aliqua, quibus oſtenderet, ſe eſſe mundi Judicem, diſcamus ipſum timere, & cum ſollicitudine ambulare: animadverſiones autem, quas exercuit in improbos, nobis ſint totidem ſpecula, & totidem frena ad nos cohibendos. Redeamus autem nunc ad id, quod dicit, *ſublimitatem improborum non ita pridem cœpiſſe.* Cur vero? Etiamſi in cœlum uſque attollantur, capita ad nubes uſque erigant, non conſiſtent tamen, Deus illos ſtatim evertet. Hic Sophar ſermonem jam à nobis ſupra auditum continuat, nempe Deum permiſſurum interdum, ut improbi attollantur & floreant, ſed diuturni temporis non eſſe ipſorum proſperitates. Quod ſi Sophar hoc diligenter conſideraſſet, non amplius contendiſſet cum Jobo: ſed quoniam accipit ſententiam generalem, quam non recte applicat, temere per devia fertur. Nihilominus tamen, ut dixi, hæc doctrina meretur recipi, tanquam promanans à Sancto Spiritu: ſupereſt duntaxat, ut eam prudenter contemplantes, ut par eſt applicemus. Perſequamur itaque ſermonem. Quando improborum res ſunt proſperæ, ea longe graviſſima & moleſtiſſima eſt tentatio: cuperemus enim, ut Deus ſe ſtatim talem, qualis eſt, oſtenderet, hoc eſt, non poſſet vel minimum pati improbos, ſed illos, quoniam odit & execratur, ſtatim perderet. Si peccamus, volumus quidem Deum nobis parcere, nemo noſtrûm non dicit Deum accelerare judicium, quum in nos animadvertit: poſt unum, duo, aut tria peccata admiſſa Deus nos corrigit, eum nimis feſtinare dicimus, ſumus impatientes. Sed ſi vel minimum ab aliquo alio commiſſum fuerit delictum, vellemus Deum momento temporis in ipſum fulminare. En quo nos deducit noſtra hypocriſis. Quid contra oportet? Nobis proponamus cernere improbos ad tempus in hoc mundo triumphantes, florentes, otio & deliciis fruentes: eo, tanquam re aliqua mira & non exſpectata, ne moveamur, etiamſi interea in miſeriis & afflictionibus degamus. Cur autem? Quia Deus hac ratione vult fidem noſtram probare. Si res tales intueremur, quales tandem erunt, & prout nobis verbo Dei declarantur, num aliqua in ipſum fide præditi eſſemus? Minime: re viſa & conſpecta crederemus. Sed quum non tam nem, quum illa nobis offeretur: quod ſi contingat, improbos attolli, & caput erigere uſque ad nubes, ſciamus, nos propterea non debere conturbari, quaſi Deus dormiret, mundumque nec aſpiceret nec curaret amplius. Sed contra cognoſcamus, Deum ipſos ſurſum attollere, ut illos uno caſu & quidem letali in exitium præcipitet. Nam ſi in pedes ſtantes duntaxat caderent, aliqua oſſa ejuſmodi caſu confringerentur: ſed Deus ibi illos collocat in confuſionem extremam, quando permittit eos ita in altum attolli. En igitur, quo conſilio Sopharus dicit, *ſublimitatem improborum non ita pridem cœpiſſe.* Adjicit autem, *gaudium ipſorum non diu duraturum.* Quo ſignificat, contemtores Dei, & omnes eos, qui mundo affixi adhærent, bonis præſentibus exultare, & iis inebriari. Verum quidem eſt, filios Dei, quando res ipſis proſpere ſuccedunt, poſſe lætari: ut puta, quando Deus mittit unde alamur & ſuſtentemur, ita nos tractat, ut nihil nobis deſit, dat valetudinem, pacem, & alia ejuſmodi, poſſumus & debemus gaudere, ut dicitur in Lege, *Deut.* 12.
Exhilarabis te bibens & comedens in præſentia Dei. *verſ.* 7.
Sed tamen fideles non debent gaudium ſuum bonis præſentibus affixum babere, iiſque penitus adhæreſcere: quin etiam, ſi quando cibo & potu indigebunt, morbis affligentur, non debent propterea minus ſperare in Deum, ſed ſecundum doctrinam Pauli di- *Phil.* 4.
ſcant oportet, divites & pauperes eſſe, famelici eſſe, *verſ.* 12.
ſeu indigere & abundare. En igitur gaudium filiorum Dei, quod valde diverſum eſt à gaudio incredulorum & filiorum hujus ſeculi. Hi enim gaudent & exultant in eo, quod tenent manu, nec longius reſpiciunt, nec Deus, nec vita cœleſtis illis curæ ſunt: tum ita obbruteſcunt, ut ſi commode & in otio ſunt, ſe in ſummas quaſque diſſolutiones effundant. Contra fideles, proſperis rebus utentes, longius provehuntur: cognoſcent nimirum bonitatem Dei ſui, in eo quod ſe plus quam Patrem exhibuit: illud etiam intelligent, quod quando ipſos videbatur dereliquiſſe, tunc erat ipſis propinquior ad opitulandum. Sopharus igitur hoc in loco voluit oſtendere, contemtores Dei, omneſque qui ſunt improbitati & nequitiæ dediti, quando in altum ſublati ſunt, & fortuna, ut vulgo dicitur, ipſis arridet, omniaque proſpere & ex animi ſententia fluunt, interea ita quaſi vertigine quadam hebetari, ut ebrietas quædam ipſorum gaudium, ſine modo denique & ratione in gaudia effundi videantur. Hoc voluit Sopharus ſignificare: appoſite autem ad hunc locum notemus, quod dictum eſt à Domino noſtro Jeſu Chriſto, Væ vobis, *Luce* 6.
qui ridetis, flebitis enim, gaudium veſtrum mutabitur *verſ.* 25.
in ſtridorem dentium. Non quod, ut dixi, non liceat nobis gaudere, quum gaudii aliquam occaſionem nobis Deus præbet. Sed gaudemuſne? faciamus, quod monet

cio reſervet Dominus oportet. Sed interea proprium ipſius hoc ſemper erit, evertere improbos, & reipſa oſtendere ipſos brevis ævi eſſe. Ac ſane videamus qualis ſit vita noſtra, & inveniemus, id quod videtur diu durare in hoc mundo, momento labi & præterfluere. Adeo veſani & vecordes ſumus, ut Deus, niſi illico & primo die manum ſuſtulerit, ad perdendos & exterminandos eos à quibus offenſus eſt, nunquam in tempore videatur nobis ad ultionem acceſſurus. Cur vero? Quia videtur nobis hæc vita diu durare, & tamen confitemur eam nihil aliud eſſe præterquam umbram: idque unuſquiſque videre & ſentire invitus cogitur. Diſcamus igitur, quando dicetur nobis, improbos parum durare, non ita id debere accipi, quaſi Dominus ipſos exterminet primo quoque die & tempore: nam etiamſi ad annum uſque quinquageſimum aut ſexageſimum perveniant, nihilominus tanquam Dei manu trahuntur ad ſuum exitium & confuſionem. Denique nos patientes eſſe oportet, & ſilentes, æſtibuſque illis præcipitibus, quibus laboravit Sopharus, vitatis, exſpectare id quod Deo viſum fuerit exequi. En igitur, quomodo ſit nobis hæc doctrina applicanda, ſi ex ea fructum volumus colligere. Et ſane hæc doctrina nobis valde neceſſaria eſt: videas enim multos offendi, quum audient promiſſiones, quæ continentur in Scriptura ſacra: Deum benedicturum ſuis, eorum vias recturum, ipſorum conſilia ſecundaturum, & ad felicem exitum perducturum, ipſos proſperis rebus uſuros, fore ut benedicantur à Deo tum ipſi, tum eorum ſoboles, greges, domus, agri, poſſeſſiones conſerventur, denique gratia Dei: contra animadvertitur, tot ærumnis & miſeriis conflictari filios Dei, ut nihil ſit ipſis miſerabilius. Non habebunt aliquando fruſtum panis, quod in os immittant; morbis, & omnibus alius generis calamitatibus prementur: interea improbi, quibus Deus minatus erat, proſperis rebus utuntur. Ibi attoniti hæremus, nobiſque, quum in Deum ſperavimus, tempus perdidiſſe videmur, vanas denique & irritas eſſe Dei cum minas, tum promiſſiones exiſtimamus. Quid has turbas excitat in animis noſtris? Quod non ſumus patientes, nec animi impetum frenamus, ut ſic apud nos ſtatuamus, Atqui exſpectabo & videbo quid Deus facturus ſit. Tranſilitione & cruris protenſione, ut dicitur, duntaxat opus eſſet: ut quum trajicienda eſt nobis foſſa aliqua, ſaltandum eſt, & protenſo crure corpus vibrandum, ut tranſiliamus. Sic igitur, quia non poſſumus tranſilire & tranſcendere res hujus mundi; ut ita ſublati, poſſimus intueri judicia Dei: hæc cauſa eſt, cur ipſa non poſſimus cernere, etiamſi nobis propinqua ſint. Ac ſane ſunt qui dicant, At ego non poſſum ultra progredi: hoc enim

& ſollicitudine, ita ut ſecum dicat, Hei: quis me ne-
ret, niſi Deus meus mihi frenum teneret? Etiamſi mihi dona ſua impertiatur, nihil tamen meum eſt. Numquid igitur occaſionem habebo gloriandi? Minime: ſed quo magis me ſibi appropinquat, eo magis me ſibi obſtringit. Quod ſi inter homines ſum in honore, opus eſt ut ſpeculi loco afflictis & perditis inſerviam. Deus itaque me hoc in loco collocavit, ut iis qui mea ope & auxilio indigebunt, proſim. En igitur, quomodo filii Dei, ſi dona aliqua à Deo acceperint, ea non ſibi duntaxat aut privato ſuo uſui mancipabunt, ſed ad proximorum, etiam infimorum, ut
Paulus loquitur, utilitatem referent: & ſe infra mi- *Rom.* 12.
nimos, ſicut Deus juſſit, demittent. Contra impro- *verſ.* 16.
bi, ſi vel minima ſe attollendi illis occaſio offeratur, caput ad nubes uſque attollent, & ſe ad cœlum uſque erigent. Cujus vero rei id ſignum erit? Eos nempe ſuæ conditionis oblitos eſſe, non amplius cogitare ſe eſſe homines mortales, ſed ſeipſos pro ſimulacris adorandis habere. Atque hoc animadvertere licet in omnibus illis cæcis, qui ſuperbia inebriantur: ſi quis ipſos tanquam homines alloquatur, illico oſtendunt ſe ſui oblitos eſſe. Atque hoc eſt quod intellexit Sopharus, quum dixit, Improbos caput in cœlum uſque ſublaturos, & ad nubes uſque erecturos. Verum quidem eſt, nobis capita ſupra cœlum attollenda eſſe, & ſupra nubes: ſed alia ratione, ut nimirum, quamvis advenæ ſimus & peregrini in hoc mundo, & nihil in nobis præter corruptionem animadvertamus, nihilominus bona æterna nobis promiſſa ſpe poſſidea-
mus, ut poſſimus cum Sancto Paulo profiteri, nos eſſe *Phil.* 3.
cives cœli, nobis illic paratam eſſe hæreditatem, nos *verſ.* 20.
jam ſedere in locis cœleſtibus, & quidem in perſona *Eph.* 2.
capitis noſtri Domini Jeſu Chriſti, qui nos ſibi con- *verſ.* 19.
junxit & univit indiſſolubili vinculo. En quomodo fideles, & filii Dei, debent capita attollere non ſolum ad cœlos uſque, ſed etiam ſupra cœlos. Interea id non impedit, quominus debeant ſe demittere, ſicut dicitur, Ipſos ſemper incurvatum iri coram Deo, ſicut Propheta Amos loquitur. Quid autem vult ſignificare in eo quod dicit, Deum poſtulare ut coram ſe incurvemur? Ut nimirum intelligamus, onus humeris noſtris incumbere intolerabile, niſi Dei virtute fulciamur & ſuſtineamur. Ac ſane id nobis neceſſarium eſt, ut ei, calamitatibus quibus premebamur, & prope opprimebamur, liberati, gloriam tribuamus. Diligenter itaque iſta omnia notemus, quo nos ad ejuſmodi modeſtiam componamus, ut ſimus ex eorum numero, qui à Deo in cœlum uſque, poſtquam ad abyſſos uſque depreſſi fuerint, attollentur. Sic,
volumusne ſuſtineri manu Dei? Submittamus nos *1 Petr.* 5,
manui Dei, ut monet Apoſtolus, & ita nos ſubmitta- *verſ.* 6.

Digitized by Google

CONCIO SEPTUAGESIMA QUARTA IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XX.

7. Peribunt inſtar ſtercoris ſui, & qui ipſos viderint, dicent, Ubinam ſunt?
8. Effluet tanquam ſomnium, nec invenietur, evaneſcet tanquam viſio noctis.
9. Oculus qui vidit ipſum non amplius videbit: ſuus locus non amplius cognoſcet illum.
10. Liberi ejus adulabuntur pauperibus, & manus ejus reſtituent divitias.
11. Oſſa ejus plena erunt ipſius juventute: & cubabit cum ipſo in pulvere.
12. Si malum ipſi in ore dulce & ſuave fuerit, ipſum ſub lingua ſua abſcondet.
13. Parcet ipſi, nec dimittet ipſum, ſed retinebit in medio palatii ſui.
14. Panis ejus convertetur in ipſius viſcera, in fel aſpidis in medio ipſius.
15. Deglutiit opes, evomet, Deus illas ex ventre ipſius extrahet.

SOpharus hic perſequitur doctrinam, quæ fuit heri inchoata: Si, nimirum, improbi & contemtores Dei videantur eſſe felices, non diu duraturam eſſe illam felicitatem: Deum enim manus operi admovere oportet, ut ipſos tandem perdat. Utitur vocabulo, quod ſignificare poteſt, ipſos, quaſi quo ſpatio temporis convertitur aliquis, perituros, aut tanquam ſtercus ipſorum. Nam Hebræi ſic vocant ſe vertere: quaſi diceretur, totum illud, tanquam ſtercus abibit: atque ita per contemtum & infamiam loquuntur. Hoc igitur vult dicere, Quamvis contemtores Dei ferociant, ſui terrorem omnibus incutiant, illos tamen ignominioſe perire oportet, & projici, perinde ac ſi quis ſtercus agitaret. Hic eſt ſenſus. Poſtea ſubjicit, ipſos perituros ita ut nunquam erigantur aut reſtituantur. Tum comparat eos cum ſomnio aut viſione noctis, quæ ſtatim præterit. Denique, inquit, qui illos viderunt, in dignitate collocatos, non agnoſcent illos amplius, nec ſpes ulla erit unquam ipſos in integrum reſtitui debere. Totum autem iſtud, uti declaravimus, verum eſt. Omnis enim felicitas, quæ in ſpecie eſt, & apparet in improbis, majori tandem ipſis confuſioni cedet, & fieri nequit, quin maledicti à Deo peſſimum tandem exitum conſequantur. Quænam eſt cauſa felicitatis hominum, niſi quod Deus ipſos in gratiam recipit, illiſque benedicit? Si igitur contra, Deus nos rejicit, licet nobis mundus faveat & arrideat, omnia denique ex animi ſententia ſuccedant, quicquid tamen boni habuerimus, nobis malo cedere oportet. Nullus igitur alius eſt boni fons, præter bonitatem & amorem Dei noſtri: eo ſi potimur, etiamſi miſeri videamur, nobis noſtra miſeria in bonum convertetur: ſed contra, niſi amemur à Deo, fieri nequit, ut ullo modo res noſtræ ſint proſperæ: in ſpecie quidem videamur fortaſſe felices: ſed, ut oſtenſum eſt, non durabit ejuſmodi felicitas. Sic igitur recte notemus vocabulum hoc, quo utitur Sopharus: nam quamvis duo ſignificet, uti diximus; hanc tamen vim habet, quanto temporis ſpatio manus convertitur, tam brevi Deum improbos perditurum. Hoc dignum eſt quod diligenter notetur: videntur enim nobis tanquam ferreis clavis affixi, ut dicitur, ſuis ſedibus, ut nunquam moveri poſſe videantur, ſed Deus inveniet rationem, qua ipſos, non cogitantibus nobis, ad exitium adducat. Et quamvis res ejuſmodi nobis videatur, quæ fieri non poſſit, poterit tamen Deus præter ſenſum & opinionem noſtram operari. Cæterum diſcamus, non ſtupere, & mirari ejuſmodi gloriam & dignitatem improborum, cum Deus ipſos opprobrio habeat, ut videmus. Magnine facit mundus eos, qui ditati ſunt rapinis, qui malis artibus extulerunt ſe, qui Deum uſque adeo & fas omne proculcarunt? Ecce Sanctum Spiritum, qui illos comparat cum ſtercoribus, rebus turpibus & obſcœnis. Sic igitur, ut jam tetigi, ne tentemur, ſi videamus Dei contemtores aliqua dignitatis præſtantia eminere: ſed potius audiamus ſententiam, quam adverſus ipſos pronunciat Sanctus Spiritus, ut eos viles reddat, omniumq; contemtui exponat, nec immerito: id enim fit, ne illorum conditioni invideamus, nec in eadem retia, in quæ illi, inſtigante nos ſubinde noſtra cupiditate, incidamus: tum ne conturbemur, quaſi Deus nullam in hoc mundo juſtitiam exerceat, aut ſomno

ſopitus

Digitized by Google

rat ad ipſos inde extrahendos. Quum itaque nobis ambulandum fuerit in medio umbræ mortis, habentes ſignum illud, quo teſtatur Deus, ſe eſſe noſtrum Redemtorem, non ſimus confuſi: nempe quum audimus hanc vocem Dei, quæ nobis declarat, eum non eſſe noſtri oblitum. Hoc nobis ex parte filiorum Dei notandum eſt, ſed improborum, etiamſi Deus illos leviter ſummo digito tangat, vulnera ſunt letalia, ita ut nunquam reſtituantur. Cur vero? Quum enim Deus manum admovet verberibus ad cædendos improbos, ipſos perdere intendit, & ea conditione, ut nemo illos in integrum redintegret, & qui id conetur, operam perdat, & quo magis greſſum promovere ſperaverit, eo magis retrogrediatur. Sic videmus, quomodo Sopharus hic diſcernat improbos à fidelibus: afflictiones enim utriſque ſunt communes, ſed exitus diverſus. Dico afflictiones communes, quoniam videtur tunc de fidelibus actum eſſe, nec remedio locus eſſe: ſed quoniam Deus pollicitus eſt, ſe ipſis manum porrecturum, etiamſi ad mortem uſque deſcenderint, excitabuntur. Quod ad improbos attinet, pereant oportet. Cur vero? Quia maledictio Dei ſuper eos quieſcit. Sic diſcamus conſolari nos, quando libebit Deo nobis afflictiones immittere: nam etiamſi magnæ ſint, duræ & graves, tamen cum videamus exitum eſſe felicem, gaudii eſt materia. Contra vero quum videmus, improbos florere & triumphos agere, rectum ſemper tramitem inſiſtamus, etiamſi miſeri ſimus hoc in mundo. Cur vero? Quum Deus illos repente percuſſerit, non reſtituentur: ſed ruina oppreſſi jacebunt, ita ut locus illorum
Pſal. 37. non agnoſcatur, ut pluribus dicitur in Pſalmo 37.
verſ. 10. Quia enim difficile eſt creditu, Deum evertere improbos, quum ita fundati ſunt in hac vita, ut videantur ſemper in eodem ſtatu permanſuri: opus eſt, ut Spiritus Sanctus ſæpius nobis inculcet hanc doctrinam, ut firmiter in animis noſtris hæreat, & de ea plane ſimus perſuaſi. Si igitur non ſtatim cognoſcimus, improbos eſſe ita delendos, ut nunquam reſtituantur, audiamus, quomodo Scriptura loquatur, & cognoſcemus, Deum illos ita exterminare, ut, quo abierint, quidve illis factum ſit, ignoretur. En igitur quod ad verba iſta Sophari attinet, quibus dicit, locum, ubi erant improbi, non amplius cognitum iri. Eſt hæc quoque comparatio ſomnii noctis, & imaginationum quæ concipiuntur. Verum eſt, vitam humanam in ſe poſſe dici ſimilem ſomnio. Quid enim hic agunt homines, priuſquam Dominus ipſos illuminarit, & ipſis patefecerit, eos ad meliorem vitam conditos eſſe? Quid, inquam, aliud agunt, quam ſomniant? Omnes qui hic cogitant de congerendis & accumulandis opibus, non ceſſant quærere, huc illuc circumcurſare: ſuos habent circuitus, qui tamen huc ſemper redeunt, quod de accumulando ſit omnis eorum cogitatio; totum autem illud nihil aliud eſt, vertant. Ecce contemtorem Dei, is mira ſibi perſuadebit, & interea non cognoſcit, quod Deum pro adverſario habeat, ſibi pereundum ſit, fruſtra ſe vallis cingat & muniat, nihilominus manum Dei haud evadet, quominus ſuper ipſum magno impetu turbinis & tempeſtatis inſtar cadat. Sed, quemadmodum dixi, improbi, quia fugiunt lucem quam maxime poſſint, digni ſunt, quos Deus collocet tanquam in loco obſcuro, & tanquam in nocte, ut ibi tenebris involvantur. Ubi vero ita excæcatus eſt eorum animus, concipiunt ſomnia, phantaſmata: hoc eſt, illud ſibi perſuadent. Sic igitur non ſine cauſa Sanctus Spiritus hic ore Sophari comparat improbos cum ſomnio. Nec ipſi ſoli ſe ita transformant, ſed alios etiam videas falſas de ipſis opiniones habere: ſi enim fuerit improbus aliquis evectus, unuſquiſque eum reformidat, quin etiam illi invidetur ſua conditio, nemo non cupit illi ſimilis eſſe, & qui eo pervenire non poſſunt, illum inſtar idoli & ſimulacri cujuſdam colunt. En igitur quomodo ſunt affecti homines, quum vident improborum res proſperas. Non animadvertimus autem, eos intus habere vermem, qui ipſos indeſinenter arrodit, quoniam eos judicium Dei perſequitur, & perpetuo turbantur in conſcientia. Non cognoſcimus igitur, in qua anxietate animi verſentur improbi, quoniam Deus ipſis maledixit: ſed inani aliqua ſpecie præoccupamur, & quicquid lucet, nobis aurum aut argentum videtur, ut vulgo dicitur. Sic igitur diſcamus retinere, quod nobis hic oſtenſum eſt, nempe non eſſe amplius nobis ſomniandum, nec nos ita duci debere vanis noſtris opinionibus & imaginationibus. Deus enim irridebit ejuſmodi vanitatem, nobiſque oſtendet tandem, poſtquam diu in tenebris fuerimus verſati, eſſe diem aliquem, nobiſque ad eam lucem veniendum: quumque dies ille illuceſcet, palam fore, nos ſomniis noſtris deluſos & deceptos eſſe. Atqui nunc non ſumus amplius in nocte: Deus enim nos illuminat, niſi ſaltem per nos ſtet. Quid igitur in cauſa eſt, quod ſomniamus? quid cauſæ eſt, quod ita vanis noſtris imaginationibus ludimur? quod quiſque hoc vel illud ſibi fingat, niſi quod intendere oculos nolumus ad ea conſideranda, quæ quotidie Deus facit, ponit in oculis noſtris, & de quibus nos verbo ſuo admonet? Ecce Deum, qui nobis oſtendit, quænam ſit vera felicitas, quodnam ſit ſummum noſtrum bonum: dicit, Beatum eſſe hominem *Pſal. 112.*
qui timet Deum: beatum eſſe hominem, qui ſe applicat ad meditandam veritatem Dei: beatum eſſe hominem, qui collocat omnem ſuam fiduciam in Deum. nam erit inſtar arboris plantatæ juxta fluenta aquarum, quam nec calor, nec ſiccitas poteſt ſua viriditate & vigore privare. En igitur, quomodo Dominus nobis oſtendit, quænam ſit vera felicitas, ut eam poſſimus cognoſcere, niſi per nos ſtet. Sed quid? Sumus leviculi, nec poſſumus hærere in eo, quod firmum eſt, *verſ. 1. Pſal. 1:2. Jer. 17. verſ. 7.*

 & inter-

Digitized by Google

erit. Videmus, homines, poſtquam ſemel habitum ad malum contraxerunt, non facile eum deponere. Optima igitur & utilis eſt hæc doctrina: & quamvis ſatis trita & vulgaris ſit, proverbiiſque apud Ethnicos etiam comprehenſa, eam tamen nobis ſubjici oportet, quum ita dediti ſimus ad pergendum & perſeverandum in malo, ut mirum & miſerum ſit, idque parvi aut etiam nihili ducamus. Sed non animadvertimus, Satanam ſe in noſtri poſſeſſionem inſinuare, in eaque ſe confirmare, quando in noſtris ſordibus perſeveramus. Quando aliquis male agere cœpit, exiſtimat, ſe, ſi pergat diem, menſem, annum unum, tandem in viam redire poſſe, quaſi pœnitentia in noſtra poteſtate eſſet. Sed ecce Satan, qui, ut dixi, in nos ingreditur, & nobis non cogitantibus in noſtri poſſeſſionem invadit. Caveamus igitur, ne ita induremur in malo: ſed ſtatim atque animadverterimus, carnem & perverſam noſtram naturam nos incitare ad deflectendum de via, retineamur timore Dei: quin ſi ceciderimus, demus operam, ut ſtatim ſurgamus: ſi de via receſſerimus, ſtatim ad eam revertamur: non eſt, inquam, in craſtinum differendum: in primis adoleſcens, quo tempore vitæ genus & viam debet inſtituere, caveat ne ſe vitiis & corruptionibus dedat. Si enim exiſtimat, ſe ab ipſis, quando volet, pedem poſſe retrahere, fallitur. Hoc igitur primo loco nobis notandum eſt, ne in peccatis hæreamus. Valde autem apta eſt hæc loquendi ratio, *Oſſa improborum plena eſſe ipſorum juventute:* nempe improbos non habituros duntaxat leves aliquas cupiditates: ſicut videas nonnullos, qui non contineant malitiam intus occultam, non ſint prorſus Dei contemtores, bonum denique aliquod ſemen foveant, & libenter velint bonum amplecti: ſed quia nihil firmitatis habent, non ſunt conſtantes, ſi mali aliquid occurrat, ſe à via abduci patiuntur. Videas, inquam, aliquos tales: ſed hic Sopharus amplius exprimit, improbos nimirum malitiam & pravitatem in oſſibus & intus occultam continere, in ea denique prorſus hærere, & ſibi placere. Videmus etiam, Satanam, quando veneno ſuo inficit homines, non leviter ipſos pungere, ſed in cordis penetralia, ita ut in intimis ſenſibus & animis nihil aliud quam malum concipiant, luem ſuam immittere. En igitur quomodo Deus punit ſui contemtores, quique ita ſe malo dediderunt, quod nimirum ſemper in deterius pergant. Ex eo intelligimus, reſipiſcentiam non eſſe in manu hominum: ut ſcurræ iſti & faceti homines Deum irridentes dicunt, Satis eſt, ſi ſub extremum vitæ articulum bonum ſuſpirium ad Deum proferatur. Sed quis illis dabit illud ſuſpirium? Quare diſcamus non hærere in noſtris iniquitatibus: nam ſi ad intima uſque oſſa & medullas penetrarint, cum malitia noſtra in etiam eo uſque ut diſrumpantur, bona ipſis uberius quam velint affluere, ipſos honorari, omnibuſque deliciis frui; monemur, inquam, ne, quum id viderimus, perturbemur. Quum enim Dominus declararit, oportere ita fieri, hoc ſcandalum inconcuſſi ſuperemus æquum eſt. Sed diligenter notemus ipſorum finem, quem hic Sopharus declarat, unumquemque ipſorum ſecum cubitum iturum in ſepulcrum. Quum ita ſe res habeat, exſpectemus dum Dominus noſter ſpoliet improbos, tunc illis invidendi nullam amplius habituri ſumus occaſionem, nec illorum exemplo vias noſtras corrumpendi. Si quis dicat, hoc commune eſſe omnibus, ut redigamur in pulverem, & putrefiamus: verum eſt, ſed bonum comitatum habemus, ſi in hac vita in timore Dei ambulaverimus: ſcimus enim, quod Deo commendatæ animæ noſtræ, in manibus boni & fidelis cuſtodis erunt; bonum comitatum habebimus, quum intelligamus, Angelos etiam ipſos Dei excepturos animas noſtras, ut eas in bona illa & fideli cuſtodia reponant, donec excitentur corpora noſtra in gloriam cœleſtem. Quamvis igitur ſecundum ſpeciem unumquemque noſtrum ex hoc mundo & cœtu hominum tolli oporteat, & projici in ſepulcrum, optimos tamen ad Deum comites habebimus, ſi in ipſius timore ambulaverimus. Contra neceſſe eſt improbos cubare jacentes in pulvere, & quamvis magna comitum ſtipante caterva ſoliti fuerint in publicum prodire in his terris degentes, finem tamen, qui hic declaratur, tandem conſequentur. Subjicitur autem, *Quod ſi malum ipſis dulce & ſuave fuerit in lingua, ipſum retinent ſub lingua, parcunt ipſi, nec ſinunt per ſtomachum in ventriculum deferri, ſed ſemper in palato continent:* cæterum, fore ut convertatur in ipſorum viſceribus in fel aſpidis. Deglutierunt ipſum, evomant oportet. Sed adhuc interjectus eſt ſermo de liberis improborum, idque omiſeramus. Sopharus igitur dicit inter alia, *Liberos improborum blandituros pauperibus, & reddituros divitias quas poſſederunt.* Eo ſignificat, Deum vindictam ſuam demonſtraturum, & reipſa expromturum non ſolum in eos de quibus loquitur, ſed in ipſorum liberos: quomodo etiam Scri- *Exod.* 34.
ptura dicit, Deum, patrum iniquitatem ſuper ſinum *verſ.* 7.
liberorum redditurum. Prima ſpecie hoc non vide- *Jer.* 32.
tur convenire juſtitiæ Dei. nam anima quæ peccarit, *verſ.* 18.
feret pœnas iniquitatis ſuæ, ut dicitur apud Ezechie- *Ezech.* 18.
lem. Quomodo igitur fit, ut Deus liberos propter *verſ.* 5.
patrem puniat? Præſupponendum nobis eſt, Deum interdum pro mera ſua bonitate & gratia pœnis parentibus debitis exemturum liberos improborum, illiſque benedicturum, etiamſi meruerint maledictionem. Cæterum Deus, quando volet implere judicium illud cujus hic mentionem facit, relinquet libe-

Digitized by Google

nari. Videmus itaque in illis ſuperbiam intolerabilem, quod non dignantur æquo & facili oculo aſpicere eos, qui ſupplices ad ipſos accedunt, illoſq; ſummiſſe & officioſe ſalutant. Itane vero? Cogentur ipſorum liberi vilis & abjectæ conditionis hominibus ſupplicare & adulari. Dixi hanc vindictam impleri, quum Deus permittit, liberos ſequi viam patrum: atque hoc nobis cognitu valde neceſſarium eſt, ut conſideremus, quanta & qualis ſit vindicta Dei ſuper improbos, quum eam oporteat proferri uſque ad liberos ipſorum: quomodo agnoſcimus infinitam bonitatem Dei, quum placet ipſi propter nos, benedicere liberis noſtris, illoſque ſuæ miſericordiæ participes facere. Nonne enim illud eſt teſtimonium eximium ejus amoris, quo nos proſequitur? Sic contra quando videmus ignem iræ ejus accenſum, ut non ſolum in nos ſæviat, ſed longe lateque ſerpat & graſſetur, noſtroſque liberos complectatur, nonne in eo ſatis cauſæ eſt, cur horreant & arrigantur nobis in capite capilli? Diſcamus igitur eo magis ſollicite ambulare in timore Dei, ne horribilem illam ſuper nos & noſtros poſteros punitionem attrahamus. Interea cognoſcamus etiam, Dominum benedicturum ſoboli eorum, qui ipſum timuerint & coluerint: ut eo alacrius nos ipſius cultui addicamus, videntes, eum ita liberalem eſſe, ut non contentus ſit nosipſos ſuis promiſſis allicere, ſed ea uſque ad liberos noſtros velit proferre. Hoc igitur nobis hoc in loco notandum eſt. Conſequenter autem dicit, *Manus ipſorum reſtituturas opes.* Idque congruit cum iis, quæ Sopharus adjicit, *Devoravitne? evomat: cogatque illum Deus ejicere quod deglutiit.* Hic ſignificatur, improbos multa quidem brevi temporis ſpatio congeſturos, & ditatum iri: ſed non ita ut diu bonis ſic partis fruantur. Et cur? Quia oportebit aut ipſorum liberos ad paupertatem redigi, aut ipſos foras ejicere, quod abſorpſerunt. Neque enim ſemper in tam longum tempus differet Deus ab illis rationem exigere, ſed quum ad ſummum pervenire videbuntur, evacuante aliquo medicamento Deus utetur, quod ipſos coget foras ejicere quod aſſumſerunt, ut tot bonis congeſtis ſpolientur. Hæc quidem exempla quotidie videmus, ſed pauci ad illa attendunt. Videmus, inquam, homines, qui undique corradunt opes, prædantur & diripiunt. Et quidem Deus illis laxat habenas, ut diteſcendi habeant facultatem & occaſionem, acquirunt & prædia & poſſeſſiones, tractant argentum, & cum magno fructu mercaturam exercent. Ecce igitur ita plenos & ſaturos, ut plus eſſe non poſſint: ſed poſtquam ita omnia deglutierint, veniet aliqua tempeſtas, ut, qui, verbi gratia, centum millia coronatorum in bonis acquiſiverat, ita opprimatur, ut cupiat duntaxat evadere ſalvus & incolumis: miſer aliquis in medio mari fluctibus agitatus, libentiſſime velit omnes opes ſuas cum portu & ſalute commutare. Sic Deus permittet inter oculos ponet, ut eorum, qui valde divites fuerunt, non ſolum imminuantur opes, ſed Deus ita agat, ut ipſos ejicere & evomere quod abſorpſerunt cogat, atque oculis videamus, quomodo ad paupertatem redacti ſunt, ibi manum Dei eſſe agnoſcamus. Sed quum hic dicitur, *Manus ipſorum reſtituturas opes*, quomodo fieri poteſt, ut ii qui omnia deglutierunt, eo uſque ſe demittant, ut ea in quæ manus injecerint, reſtituant? Non intelligit, eos id ſponte facturos. Nunquam enim eo ſponte venient improbi, niſi gratia aliqua ſingulari Deus hanc illis mentem det, ut ita ſecum cogitent: Heu me miſerum! magnam injuriam feci iis, quos ita feſelli & deprædatus ſum: providendum eſt igitur mihi, ut totum illud reſtituam. Si igitur ii, qui proximos fraudarunt, eo uſque venerint, eſt quædam Dei benedictio. Sed Sopharus hic loquitur de iis, quibus Deus maledicit. Quomodo igitur, manus eorum reſtituentne quod cœperunt? Quod ſcilicet occultis quibuſdam & ignotis rationibus Deus cogit illos ſe exonerare, ita ut videantur omne judicium amiſiſſe, pro eo quod antea in rebus ſuis curandis acuti admodum & intelligentes erant, & ſecum longas ratiocinationes texebant, ut rebus ſuis proſpicerent, atque ita apud ſe colligebant, Hoc faciendum eſt, poſtea quum illud habuero, hoc erit præterea adjiciendum, tum hac vel illa ratione procedendum erit. Fueruntne igitur adeo ſubtiles & acuti ad corradendum undique? Videas illos evadere hebetes, ita ut videantur opes illas ſummo ſtudio congeſtas, referre in medium tanquam res nihili, denique dicas puerorum ſimiles eſſe, qui ludicra quædam conſtruunt & deſtruunt. Verum eſt, ejuſmodi homines non minus quam antea avaros eſſe, eamque fornacem, quæ in illis ardet, habere, ut ſi poſſint, centum mundos velint devoraſſe: ita tamen excæcantur, ut quod antea tam ſtricte tenebant, dimittere non curent. Unde vero hoc venit, niſi ex eo quod Deus ipſos omni ſenſu & judicio deſtituit, ut ita illos ad paupertatem redigat? Hoc igitur nobis ex hoc loco primum obſervandum eſt. Sed tamen tantiſper dum improbi tanquam gurgites omnia vorant, hunc comedunt, illum prædantur, nec bonorum illos unquam ſatietas capit, opeſque ipſorum creſcunt magis ac magis, non deſinamus fide intueri quod nondum videmus oculis. Ecce igitur improbum, qui diteſcit, in omnia manus ejus involant. quid vero tum mihi cogitandum eſt? Attendendum eſt ad id, quod hoc loco dicitur. Verum eſt, nos non ſemper animadverſuros Deum adhuc illam evacuationem, quam dixi, facere, & cogere eos ſtatim, quod deglutierint, foras rejicere: ſed in verbo ipſius contemplemur, quod nondum capimus aut evidenter videmus: hocque in cauſa erit, ne ad male agendum tentemur. Qui fit enim, quod boni alieni rapiendi tam cupidi & appetentes ſumus? quia ſi ſemel id in manus noſtras venire potuerit, nos ipſum ſemper retentúros exiſtimamus.

tia, Diabolus excæcat eum, efficitque ut peccatum ſuum ita dulce & ſuave inveniat, ut in eo omnem voluptatem quærat. Si quiſpiam ebrietati aut gulæ deditus fuerit, idem plane erit. En igitur quomodo improbi & contemtores Dei inveniant dulcedinem & ſuavitatem in omnibus ſuis maleficiis: idem enim faciunt, quod cupediarum amantes homines, qui labia ſua lingunt, & quod elingendo ſuxerunt, retinent tanquam ſaccarum: quin etiam nonnunquam retinent in palato, ut diutius dulcedine illa fruantur, timebuntque eam nimis cito dimittere in ventriculum. Videas iſtos liguritores & cupediarum appetentes homines, qui, ut ille dicebat, optent ſibi collum gruis, ut cibi ſapor diutius hæreat. Si vinum aliquod generoſum & delicatum bibant, verum quidem eſt, ipſos inter bibendum videri ſibi, nunquam ſatis cito exhauſturi cyathum, vellent tamen dulcedinem & ſuavitatem illam diutius hærere in palato, ut perpetuo fluentem fontem haberent. Sic igitur Sopharus dicit ſapere admodum palato improborum iniquitatem, quomodo cupes homines, quum in ore delicatum aliquem habent cibum, retinent ipſum ſub lingua, verſant in palato, lingunt ſua labia, gaudent ut nihil ſupra. En quod ſolent facere improbi, ſed tandem inveniunt eſſe amaritudinem aliquam occultam. Unde vero illa venit? Quum aliquis volet venenum propinare, ipſum condiet melle & ſaccaro, ne amaritudo ſtatim ſentiatur: ſed quum demiſſum fuerit venenum in ventriculum, valde acceſcit, & amaritudo acidior eſt, & magis letalis, quam ſi is, qui ſumſit, ſenſiſſet eam, dum cibus adhuc erat in ore. Sic igitur quando improbi demiſerint in ventriculum dulcedinem illam ſuæ iniquitatis, in fel aſpidis convertatur neceſſe eſt, inquit Sopharus. Debemus autem diligenter dare operam, ut hoc retineamus. Ac ſane quamvis, quum hæc ſimilitudo proponitur, unuſquiſque videat doctrinam eſſe ſatis communem, & quæ poteſt intelligi à maxime rudibus & idiotis: quum tamen ad praxin ea revocanda eſt, in ſuis maleficiis convertatur in fel aſpidis. Quoniam vero hic verba fiunt de contemtoribus Dei, quod nimirum cum venenum manducarint, & demiſerint in ventriculum, quamvis non ſtatim ſenſerint ejus amaritudinem & acerbitatem, illam tamen tandem ſentiant oportet. Precemur Deum, ne permittat, ut guſtum aliquem inveniamus in vitiis noſtris, ſed nobis det Spiritum prudentiæ, ut recte dijudicemus, nec inani dulcedine, quæ nobis primum guſtantibus ſe in vitiis noſtris offeret, decipiamur: ne, inquam, eo alliciamur: ſed potius veram & vivam dulcedinem in ejus gratia, quam nobis per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum communicat, quæramus, ut nos ſpei vitæ æternæ, ad quam nos vocat, dulcedine ſatiet. Cæterum ne nobis doleat, ſi, quamdiu hæc vita durat, aut ſumus famelici, aut non habemus, unde nos expleamus, aut Deus nos multis afflictionibus & miſeriis dejicit, ne, inquam, id nobis durum ſit & grave, quum ſciamus, nos fore participes hæreditatis illius cœleſtis, ubi dulcedine illa inæſtimabili, quam Deus ſuis pollicitus eſt, & quæ nunc ipſis abſcondita eſt, plene fruemur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ne patiatur nos Satanæ fraudibus & fallaciis obnoxios eſſe: & quamvis natura proclives ſimus ad ſequendas illecebras illas, quas nobis proponit adverſarius, retineamur & cohibeamur Spiritu ejus Sancto, ne cupiditates & affectus carnis noſtræ pro more abripiant nos, & tranſverſos huc illuc agant: ſed iis conſtanter reſiſtamus, donec virtute Spiritus Sancti plenam victoriam obtineamus, & ad ſcopum, quem nobis optimus ille Deus proponit, perveniamus, hoc eſt, ut ipſius gloriæ conformes facti, & in regno cœleſti, cum ipſius Filio uniti, illum glorificandi, & perfecto gaudio in ipſo fruendi materiam habeamus. Nec nobis duntaxat hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO SEPTUAGESIMA QUINTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XX.

15. Deglutiit opes, evomet, Deus illas ex ventre ipſius extrahet.
16. Suget venenum aſpidis, & lingua viperæ ipſum occidet.
17. Non videbit rivos, & rivos melle & butyro fluentes.
18. Reſtituet quod acquiſivit, nec quidquam cum ipſo permanebit ſecundum firmitatem mutationis ſuæ, nec eo lætabitur.

19. Colle-

Digitized by Google

lum poſſeſſores ex ipſis fructum aut commodum percipiant. Eo magis nobis notanda eſt ſententia, quæ hic continetur: primum enim oſtenditur nobis, homines falli, quando ſibi plane perſuadent, ſe, ſi multa bona cumularint, iis fruituros. Hoc tamen ſibi proponunt omnes avari: Quum habebo agros & prædia, ex iis reditus percipiam, ita ut mihi extra horreum aut cellam meam vinariam non ſit triticum aut vinum quærendum, erit mihi unde aliis vendam. Tum hoc & illud habebo, nemine opus erit mihi: honorabor, & auctoritate valebo, ſi quis adverſus me vel tantillum mutiat, habeo pecuniam præſentem in arca, qua poſſum ipſum opprimere. Quando autem homines ita rationes inibunt, multum illis de ſumma ſubtrahendum erit: atque hoc eſt, ut dicitur in proverbio, rationes expenſæ factæ in diverſorio, non interrogato hoſpite, inire: permittet enim Deus, ut ejuſmodi homines congerant undique & accumulent opes: ſed quum impleti & ſaturati fuerint, evomant, & foras ejiciant oportebit. Hoc igitur primo loco dicitur, *Devoravit facultates aliorum, ſed eas evomet.* Cur vero? *Quia Deus ex ipſius ventre extrahet.* Quomodo ſibi increduli perſuadent, fore ut bona, quæ acquiſiverint, ſemper permaneant, nec illis unquam ipſi ſpolientur? Quia non animadvertunt, Deum eſſe in cœlo, qui poteſt ab illis rationem vitæ exigere, ut hoc in loco oſtenditur. Dicitur quidem alibi, avaros ſibi polliceri firmam bonorum poſſeſſionem, ſed tamen Sanctus Spiritus nos ad hoc judicium Dei revocat. Etiamſi, inquit, homo omnes opes, quas poſſidet, deglutierit, nec eas duntaxat in arca, horreo, aut cella habeat, ſed in ventre ſuo concluſerit, nonne Deus ſatis potens eſt ad illas inde extrahendas? Sic igitur cognoſcamus, nihil prodeſſe, etiamſi devoraverimus, ſed in primis oportere, ut, opes acquirendo, poſſimus vere profiteri, nos omnia à Deo habere, hoc eſt, mediis licitis, quæ Deus probet, nobiſque quaſi in manum poſuerit. Ecce præcipuum ſcopum, quo nobis tendendum eſt: & quidem etiamſi hujus mundi opes non eſſent nobis congerendæ. Ne igitur amplius ita ſtulti ſimus, ut nobis imaginemur noſtram felicitatem conſiſtere in divitiis: ſed hoc nobis in mentem veniat, nempe, nequaquam divitias in eo poſitas eſſe, ut multa poſſideamus ſive per fas, ſive per nefas: ſed ut benedicamur à Deo, & habeamus quo ſimus contenti. Tum ſecundum illud eſt, ut nimirum bonis, quæ in manibus ſunt, poſſimus commode uti & frui: hoc vero Dei donum eſt ſpeciale. Cæterum exhorreſcamus iſtam comminationem, quum nimirum Deus denunciat, facturum ſe, ut foras ejiciamus & evomamus quod deglutierimus, etiamſi id ſtomachus & ventriculus noſter devo-

movendo ſe oblectabunt. Videmus eos, quibus bonorum nunquam ſatis eſt, quando aliquem circumvenerunt, valde lætos eſſe, videas illos præ gaudio exultantes: tum ſi offerat ſe rei amplificandæ aliqua facultas & commoditas, ibi ſtatim exclamant, O quam bene & opportune hoc nobis accidet! Quod ſi in animum induxerunt aliquid acquirere, aut ſibi comparare, nunquam conquieſcent, donec rem perfecerint. Ecce igitur dulcedinem illam, quæ eſt in ipſorum ore, ſed Deus omnia convertit illis in amaritudinem. Diligenter itaque notemus, quum hic dicitur, fore *ut improbi ſugant venenum aſpidis, & vipera ipſos occidat,* oſtendi nobis, Deum poſſe mutare dulcedinem illam, qua tantopere delectantur & decipiuntur improbi: ſi enim manu aliquid prehenderint, ſibi omnium feliciſſimi videntur: denique id illis inſtar paradiſi alicujus eſt, quando hinc & illinc poſſunt arripere. Sed quid? veniendum eſt ad exitum. dicit enim Deum totum illud mutaturum: & quod ſaccarum & mel reputatum ſit, converſurum in venenum aſpidis. Sequamur igitur ſimpliciter petitionem illam, qua nos docuit Dominus noſter Jeſus Chriſtus petere à Deo panem noſtrum quotidianum. Hoc enim vocabulo continetur, ut poſtquam Deus nobis dederit unde edamus & bibamus, id in ſolidum nutrimentum convertat: neque enim ſatis eſt, ut habeamus unde reficiamur: ſed neceſſe eſt, ut cibo Dominus noſter benedicat, eumque ad nutritionem corporum noſtrorum utilem reddat. Tantum vero abeſt, ut qui multum helluatus ſit & comederit, eo ſatietur, (ſicut deinceps adhuc videbimus,) ut totum illud in venenum mutetur. Verum quidem eſt, ipſum repletum iri, ſed inſtar miſeri hydropis: ſi enim hydrops purgatus eſſet morbi materia, quam geſtat in corpore, ſatis, imo vero multum illi eſſet dimidium vini cyathum ebibere, & panis buccella illi plusquam cibi omnes, prodeſſet: ſed quoniam intus plenus eſt vitioſis humoribus, etiamſi mare & piſces, ut vulgo dicitur, bibat, nihil id illi proſit. Idem eſt de iis, qui tanquam feræ immanes omnia crudeliter devorarint, Deum omnia illis in venenum convertere oportebit: ſic igitur diſcamus (ſecundum Moſis admonitionem) à Deo petere, ut ſit Pater noſter nutritius: nam ea de cauſa populum ſuum pavit in deſerto ſpatio quadraginta annorum ſine pane aut alio cibo, dedit illi Manna de cœlo. Deus, inquit, te ita conſervavit, ut cognoſcas in poſterum hominem non vivere ſuo labore, nec dicas, Induſtria manuum mearum iſta mihi acquiſivit, non: ſed quemadmodum vides Deum aluiſſe patres tuos in deſerto Manna cœleſti: quum dabit tibi panem, illum accipias tanquam de manu ipſius. Appetamus igitur nunc divitias, & eas rapiamus: intueamur

Deut. 8. *verſ.* 3.

id

Digitized by Google

& melle. Hic nobis ſignificatur, improbos privatum iri benedictione, quam Deus ſpecialiter pollicitus eſt fidelibus, ſe nimirum illis eandem copiam daturum, perinde ac ſi flumina vino, melle, & butyro fluerent. Verum eſt, nos non viſuros illud ſemper his oculis: nihilominus tamen, quum ſuſtentamur gratia Dei, idque agnoſcimus, & bonitati ejus, amorique paterno innitimur, ſcientes illi curæ eſſe nos alere non ſecus quam proprios liberos: ſi flumina pleno alveo mel & butyrum profunderent, non tanta explerentur animi noſtri voluptate, quanta jam ipſos explet gratia Dei: omnia enim poſſunt perire & exareſcere in hoc mundo præter illum fontem perennem & perpetuo ſcaturientem, manum nimirum Dei. Sic igitur non ſine cauſa hic diſerte pronunciatur, eos, qui ſe ali à Deo non ſentiunt, fruſtra tanquam feras expleri, ut prope diſrumpantur: nam etiamſi putei omnes, fontes, magna denique flumina, omne genus benedictionum illis fundant, in medio tamen illius copiæ ſitiant oportet, quum ea tanta non ſit futura, ut illorum animos poſſit explere. Quænam autem ejus rei cauſa eſt? Quod iſta benedictione Dei deſtituuntur, nam, ut dixi, ibi conſiſtit vera quies & gaudium hominum: en quomodo explebuntur ad ſatietatem uſque, ita ut dicant, ſufficit: & poterunt, viam inſtitutam perſequendo, Deum laudare. Iſti ſermones ſatis, ut videtur, noti ſunt & triti: ſed quis de illorum veritate ſerio perſuadetur? Nam ſi ita eſſet, æquum & rectum regnarent inter homines, nec tot legibus, tot magiſtratibus, ad coërcendam vim & fraudes, quæ vulgo exercentur, opus eſſet: nec tantopere neceſſaria eſſet doctrina exhortationis, unuſquiſque enim ſibi doctor & magiſter eſſet, unuſquiſque haberet juſtitiam in ſe incluſam, ita ut minime opus foret Judicem adire: lictorum, cauſidicorum, & litium nullus uſus eſſet. Malum enim præveniremus, & cognoſceremus, Deum, qui nos in hoc mundo collocavit, omniaque penes ſe bona habet, etiamſi ne vel minimum quidem granum tritici, aut guttam aquæ habeamus, poſſe tamen nos, prout ipſi viſum ſit, ſatiare & explere, ſicut etiam pollicitus eſt. Ac ſane ab ipſa experientia convincimur. Nam nobis petentibus panem noſtrum quotidianum, in os tanquam puerulis ingeruntur cibi præmanſi illius liberalitate: ſi non multum habemus, contenti ſumus: nobis hanc gratiam largitur quod nutrimur, non ſecus quam ſi Manna è cœlo nobis decideret. Si multum ſit, vult ut ipſum recto uſui applicemus, ne nimirum ſimus tanquam gurgites & voragines, eo ut quiſque ſibi ſervet quod acceperit, ſed de eo indigentibus impertiamur. Cum igitur Dominus noſter confirmet, ſe eſſe patrem nutricium ſuorum, ne timeamus ut nos deſtituat eo quod nobis eſſe neceſſarium cognoſcet, præſcientes nos eorum diſpenſatores duntaxat eſſe, eaque conditione nobis ab ipſo data eſſe, ut bonam & fidelem illi rationem reddamus, oſtenſuri unuſquiſque, nos non ſeorſum quod accepimus helluatos eſſe & abliguriiſſe: ſed proximis pro ratione accepti facultates noſtras communicaſſe. En igitur in ſumma quod hic continetur. Dicitur autem, *Improbos reſtituturos id, quod acquiſiverunt, idque non remanſurum ipſis: etiam ſecundum menſuram mutationis ipſorum, nec eo lætaturos eſſe*. His verbis id, quod jam intelleximus, plenius explicatur. Cur igitur improbi nunquam ſatiantur, etiamſi tot bonis undique congeſtis ita ſe infarſerint, ut prope diſrumpantur? Cur ſemper egent? Quia Dominus non proſperat id, quod in ipſorum manibus eſt: nam quemadmodum ſi multa projicias in barathrum, nullum incrementum, aut acceſſionem ſentias: ſic homo inſatiabilis hinc & illinc rapiet, & nihilominus erit famelicus. Idque duabus ex cauſis promanat: ut enim ſingularis Dei gratia eſt, quando parvo contenti eſſe poſſumus, nomen ipſius invocamus, alimoniam noſtram ab ejus manu exſpectamus, quomodo hactenus experti ſumus, eum nos aluiſſe: ſic contra, quum patitur incredulorum cupiditatem accendi, eos ſemper congerere, & ſemper appetere, ita ut nunquam ſint contenti: en quomodo ipſos puniat. Bene igitur notemus, quod prima cauſa cur improbi non poſſint læto eſſe animo, etiam poſtquam multa bona accumularunt, hæc eſt, quod Deus inflammat eorum cupiditates, & permittit, ut intus habeant tortorem, qui illos indeſinenter torquet: & Diabolus ignem ſemper magis ac magis accendit juſta Dei permiſſione in animis eorum, qui in Deum ipſum non poſſunt oculos conjicere. En quod ad primum attinet. Tum altera cauſa eſt, quod quemadmodum Deus ita auget granum tritici ad ſuos alendos, ut ipſum in centum multiplicet, quemadmodum item efficit, ut ſui pauco contenti ſint & impinguentur: ſic contra abſumit & exſiccat quicquid poſſunt improbi deglutire. Duplum comedent, hoc eſt, magis ac magis congerent: ſed Deus totum
illud conſumet, & inſufflabit, (ut dicitur apud Pro- *Oſea. 13.*
phetam,) ita ut in nihilum redigatur, ingenſq; bono- *verſ. 15.*
rum acervus temporis momento evaneſcat. En igitur Deum, qui, quod homines magni fecerant, exterminat: & ecce cur improbi non poſſunt lætari eo quod poſſident: verum quidem eſt, eos inflatum iri ar-
rogantia, ut etiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus *Luc. 12.*
oſtendit in illa parabola, quam proponit de divite illo *verſ. 19.*
qui dilatarat ſua horrea. Dicit autem, Lætare, anima mea, habes unde te paſcas, tanta enim copia adeſt, ut nihil tibi unquam ſit defuturum. Accidet igitur, ut qui hujus mundi bonis dediti ſunt, quique multa malis artibus pepererunt, glorientur in opibus ſuis. Ne-

que

Digitized by Google

[illegible] ſuorum ſemper animo perplexos, ſollicitos, & timentes, ne ſibi ſub pedibus terra fatiſcat & deficiat. Ecce hominem qui immenſa bona accumulavit, verum eſt, ipſius faſtum & ſuperbiam ferri non poſſe, eum velle calce premere univerſum mundum, & quia auctoritate polleat, modo huic injuriam inferre, modo illum opprimere, velle denique ſe tanquam numen aliquod adorari: quumque domi eſt, inſtar pavonis ſe cauda ſua expanſa oſtentare. Hæc, inquam, omnia videntur: ſunt tamen intus ſtimuli quidam arcani, nec unquam Deus permittet, ut qui ita volunt in ſuis bonis gloriari, certa fruantur in animo ſuo quiete: ſed intus eſt vermis, qui illos rodit, ita ut, quicquid ſit, in angore & anxietate perpetua verſentur. Diſerte autem hic dicitur, *Improbos reſtituturos ſecundum expanſionem mutationis ſuæ*. Vocabulum hoc prima ſpecie videatur eſſe quodammodo obſcurum, ſed tamen optimam doctrinam continet: in ſumma oſtendit, improbos coactum iri reddere id quod magno labore congeſſerunt. Hoc primum eſt. quaſi diceretur, Homines valde ſunt cæci & amentes, quum tantopere laborant, ut bona acquirant: nam quantumvis abundent, reddant oportet: atque hoc illis valde durum eſt: (ſcimus enim quomodo avari ſint bonis ſuis affixi:) id illis gravius eſt, quam ſi ipſis oſſa ad medullam extrahendam frangerentur: bona enim ipſis non minus ſunt cara & pretioſa quam vita propria. Valde igitur alienata ſunt mente illi, qui non conſiderant, bona eſſe creata hominis cauſa, hujuſque vitæ eſſe additamenta & adjumenta quædam duntaxat: videre tamen eſt, quantopere ſe propter ipſa improbi excrutient, ita ut ſi jacturam aliquam fecerint, aut damnum acceperint, illis id æque grave ſit, ac ſi vicies jugulati fuerint. Reſtituant tamen oportet, non quidem ſponte, ſed quoniam Deus vi avellit, ſicut dictum eſt ſupra: idque ſecundum expanſionem mutationum ſuarum, hoc eſt, quemadmodum illi ſuis circuitibus & mutationibus defuncti ſunt, ita etiam Deus vices ſuas obibit [illegible]utandum. Quomodo vero id accidit? Quum qui[illegible]m ita ardet cupiditate opes accumulandi, Deuſque illi laxat habenas, quid tandem faciet? Ita omnia movet, ut videatur velle novum mundum condere; eum qui dives erat, ad paupertatem redigit; eum qui multa poſſidebat, bonis imminuit; eum qui ſublimi & excelſo erat loco, dejicit. En igitur, quomodo avari, quantum in ipſis eſt, novum mundum condunt, & Deus, ſicut jam dixi, dat illis hanc ad tempus licentiam, ut omnia invadere videantur: ita: ſed totum illud in venenum mutatur: implentur, ſed ut poſtea evomant, & ſentiant horrendam amaritudinem ejus quod deglutierunt. Siccine vero omnia mutarunt? hoc eſt, an ejuſmodi circuitibus defuncti ſunt, ut agros & poſſeſſiones quam plurimas, cum antea nihil poſſiderent, habeant? arcas ſuas plenas, cum antea

[illegible] ctrinam contineri, quum mentio ſit ferociæ mutationis ejus, quam improbi efficiunt, ita ut videantur Deo inſultare, omneſque quos ille poſuerit limites movere: nam ſicut vult regna & principatus diſtingui, ita voluit uniuſcujuſque limites deſignari, ut quiſque ſuum ratione placida & tranquilla poſſideat. Quid vero faciunt rapaces iſti, gurgites & belluæ immanes? Videntur, ut dixi, terminos aut limites nullos intactos velle relinquere, mundum denique novum condere. Multumne mutarunt? Deus hocne permiſit? Res in contrarium mutet oportet & reſtituat in priſtinum ſtatum. En quod ad iſtam ſententiam attinet. Poſtea autem dicitur, *Id fieri, quoniam improbi ad paupertatem bonos redegerunt, & diripuerunt domos quas non ædificarant*. Hic videmus, nobis ſemper conſiderandam eſſe juſtitiam Dei in punitionibus, quas mundo immittit. Verum eſt, jam nos multum profeciſſe, ſi cognoverimus, mutationes non accidere fortuito, ut vulgo loquuntur: hoc eſt, ſi fiat aliqua periodus & converſio rerum, id à Dei manu proficiſci: ſed illud non totum eſt. Si enim ſimpliciter Deo tribuamus potentiam, ut dicamus, Gubernat mundum, omnia facit, nihil niſi illius conſilio & voluntate regitur, nec ulterius progrediamur: hoc non eſt Deo ut par eſt gloriam tribuere. Nam quomodo Deus vult agnoſci omnipotens, ita etiam vult juſtus agnoſci. Verum eſt, quod iis rebus, quæ in oculos incurrunt, non ſemper hanc juſtitiam percipiemus, ut ſuperius oſtenſum eſt: ſed tamen hæc duo nobis habenda ſunt, nempe ut primum cognoſcamus, res hic minime fortuito & caſu volvi. Cur vero? Deus enim omnia diſponit, gubernat, & habenas tenet. Hoc primum notandum eſt. Poſtquam autem cognoverimus iſtam potentiam Dei, cui totus mundus ſubditus eſt, ſecundo loco ad ejus juſtitiam veniamus oportet, ut nimirum hoc pro certo & perſuaſo habeamus, Deum non ita vertere res humanas, quaſi inſtar pilæ homines ludi cauſa manu tractaret. Dicant enim improbi, Deo ludum eſſe homines, eumque oblectare ſe, ipſis modo attollendis, modo deprimendis: ſed quod ad nos attinet, cognoſcamus, Deum non exercere potentiam tyrannicam aut inordinatam, ſed vinculo inſeparabili conjunctam cum juſtitia ſua, omnia denique ſumma æquitate moderari. Verum quidem eſt, ut jam tetigimus, nos non ſemper animadverſuros hanc juſtitiam Dei, illam nobis abſconditam futuram, noſq; non capturos cauſam, cur hoc vel illud faciat: ſed non inde ſequitur non juſtam eſſe cauſam. En in quo falſi & decepti ſunt amici Jobi: & in eo non oportet nos illis ſimiles eſſe. Jobum condemnarunt tanquam improbum. Cur vero? Quia de illo ex more communi judicarunt. Non oportet autem judicia Dei ejuſdem menſuræ cenſeri. Cur vero? Sicut dixi, Deus aliquando faciet res nobis incomprehenſibiles. Quid ibi faciamus? Concludamus

mus

Digitized by Google

paupertatem redegerunt, ipſis eadem menſura reddatur, convenit: quia domos diripuerunt & prædati ſunt, quum ædes, quas injuſte occuparunt, ſe, nemine interturbante, incolere poſſe ſperabunt, tunc maxime inde à Deo pellentur, & procul ejicientur. Sed omnibus modis, ſi prudentia valuerimus, omnibus mutationibus, quæ in mundo fiunt, utilitatem aliquam percipere poterimus. Siquando Deus eos qui bene vixerunt ad paupertatem redigat, reputemus, Si id fiat ligno viridi, quid futurum ſit ligno ſicco? Atque ita ſub manu Dei tremamus, oremuſque illum ut nobis hanc gratiam largiatur, quo poſſimus ſecundum ejus voluntatem bonis, quæ nobis conceſſit, uti & frui: aut ſi nos ipſis velit ſpoliare, det nobis animi vires & robur, quo paupertatem, quam immittet, ferre poſſimus. Hoc nobis notandum eſt. Sed alia ex parte quum videmus, Dominum noſtrum, eos qui omnia deglutierunt, cogere rejectare & revomere, ab illis rationes repetere, cogere denique ipſos reſtituere quod prædati ſunt, domos, quas violentiis & fraudibus exædificarunt, relinquere, tum bonis, malis artibus partis, illos ſpoliare, ſic colligamus, Ecce Deum, qui ſedet pro tribunali, & oſtendit, quamvis improbis permittat ut diteſcant, id ſe eo fine non facere, ut bona illa ipſis perpetuo durent, ſed tantundem veneni eſſe quod illi ſorbuerunt, cum contra bona fidelibus ſint profutura, totidemque illis rivuli melle & butyro fluentes, futura. Illud, inquam, cognoſcamus, ut judicia Dei contemplemur, noſque ipſis ſubmittamus. Diſcamus quoque improbis, etiam quum otio, quiete, rerumque omnium copia frui videbuntur, quumque honoribus, dignitate & auctoritate maxime valebunt, non invidere, omnia enim Deus in malum convertet, tum illos probris & ignominiæ apud omnes exponet. En igitur quomodo caſtigationes, & animadverſiones, quas Deus in mundum immittit, ſunt
Epheſ. 5. nobis obſervandæ, ut, ſicut D. Paulus nos admonet,
verſ. 6. eas ad noſtram inſtitutionem applicemus. Fratres mei, inquit, nemo vos vanis ſermonibus ſeducat. Verum eſt, audiri impios ſermones, qui adverſus Deum evomuntur, ejus judicia irrideri: ſed ne eo decipimini: nam propter talia ira Dei venit ſuper incredulos: quaſi diceret, Ne exſpectate dum Deus percutiat capita veſtra, ſed tantiſper dum in oculis veſtris punit improbos, cognoſcite, eum ferre non poſſe iniquitatem, tandemque oportere ut ſe exhibeat Judicem, poſtquam ipſius patientia diu abuſi fuerint homines. Proficite igitur in ejuſmodi caſtigationibus, intelligentes ipſum vos alienis damnis ſapientiores velle reddere. Hoc adhuc ex hoc loco nobis notandum eſt. Sequitur autem poſtea hoc vocabulum, *domum prædatus eſt, quam non ædificarat*. Verum quidem eſt,
Deut. 6. v. 10, 11. Deum pollicitum eſſe populo ſuo, ſe facturum ut ha-

ſunt caduca & prætereuntia. Ne ſimus igitur morum ſtultorum ſimiles, qui ita in hoc mundo nidum ſuum collocant & exædificant, quaſi ex ipſo nunquam eſſent migraturi. Ne igitur his rebus affixi hæreamus. Quæ enim eſt præcipua noſtra domus? Hoc nimirum corpus. Quum quiſpiam habet magna palatia, & maxime ſumtuoſa, certum eſt eum non poſſe ſemper in ipſis eſſe, nec velle in iis tanquam in carcere concluſum perpetuo manere. Sic domicilium uniuſcujuſque maxime proprium eſt ſuum unicuique corpus: & tamen videmus, quanta ſit in ipſo fragilitas, quam parum ſit firmitatis, quum nihil ſit in eo præter corruptionem & putrefactionem. Quid igitur facto opus eſt? Tendamus ad ædificium illud cœleſte, hoc eſt, petamus ita inſtaurari, ut Spiritus Dei habitet in nobis, ſimus ipſius templa, illudque quod in nobis eſt corruptibile, & caducum, renovetur, inſtaurationemque nobis promiſſam conſequamur. En igitur, quomodo in hoc mundo bona aliena non debemus ad nos attrahere, ut fruamur eo quod noſtrum non eſt, ſed vivamus contenti eo quod Deus nobis dat: ipſumque interea oremus, quo ita nos ædificet, ut ſimus ipſius templa, ut in nobis Sancto ſuo Spiritu habitet, nec patiamur nos ita dementari à Satana, ut illi ad nos aditum faciamus, & intus vitia noſtra & peccata alamus: hoc enim pacto corpora noſtra in fœtida ſtabula mutarentur. Scimus autem Deum habitare non poſſe in loco polluto: neceſſe eſt igitur, ut ſi velimus ipſum in nobis habitare, primum precemur, quo purget nos omnibus pollutionibus, gratia ſua ædificet, ut ſimus vera templa Sancti ſui Spiritus. En, quomodo bene ædificabimur. Sed cognoſcamus, totum illud proficiſci à pura Dei gratia, quomodo Scriptura hoc illi tribuit officium, fore ut ædificet Sionem. Quomodo igitur Dominus noſter in genere ædificat univerſum corpus Eccleſiæ, ita ſciamus illius eſſe unumquemque noſtrûm ædificare. Huc vero nobis tendendum eſt, non autem in rebus caducis & corruptibilibus hujus mundi hærendum: ad id igitur quod æternum eſt tendamus, & ad ipſum, donec penitus pervenerimus, magis ac magis aſpiremus.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, quo eorum ſenſum talem nobis indat, ut in illis magis ac magis nobis diſpliceamus, & ita afficiamur in cordibus noſtris, ut, ſuperatis omnibus hujus mundi tentationibus, ſemper ad gloriam cœleſtem, ubi eſt vera noſtra hæreditas, aſpiremus: eique ita addicti ſimus, ut nihil aliud quæramus, quam Deo noſtro placere, noſque penitus ad ejus voluntatem conformare, ut reipſa oſtendamus, eum non fruſtra nos vocaſſe, ſed nos velle ipſum in omni vita noſtra glorificare,

Digitized by Google

ror ſuper ipſum manebit.

SErmonem, qui heri fuit explicatus, continuans Sopharus, hic adjicit, Nunquam expleta eſſe hominis improbi deſideria, nuſquam illum conquieſcere: tum ipſi nihil reſidui futurum, bonaque ipſius hæredi aut ſucceſſori non multiplicatum iri. Jam hæc ſententia declarata fuerat, ſed ad majorem confirmationem denuo iteratur, ut eam melius retineamus, atque ita de ipſa certius perſuadeamur. Si enim videamus hominem aliquem bonis abundantem, videtur nobis, ipſi nihil deeſſe, expletum eſſe ejus animum, nullamque felicitatis partem deſiderare: quumque ita omnia ex animi ſententia ſuccedant, hoc unum ſupereſſe, ut voluptati indulgeat. En igitur, quomodo non cognoſcimus miſeriam occultam eorum qui ſunt à Deo maledicti, & judicamus de ipſis ſecundum illa, quæ in oculos noſtros incurrunt. Judicium autem Dei in ipſorum medullis & oſſibus eſt incluſum. En igitur, cur nobis ſit utile, ſæpius hanc ſententiam audire, ut ejus veritas certius nobis conſtet, memoriæque noſtræ firmius inhæreat. Præterea ſi aliquis dives fuerit, videtur nobis cœlum terræ miſceri debere ad eum perdendum & exterminandum. Ideo Deus hic declarat, etiamſi homo opibus abundet, illas tamen ita poſſe petire & effluere, ut nulla ſit ſpes hæredi aut ſucceſſori reliqua. Hæc duo itaque diligenter retineamus, ut diſcamus Dei benedictiones pluris facere, quam omnem totius mundi copiam & abundantiam, & non tentemur ad appetendas divitias maledictas, quæ, quia illas Deus diſſipabit, prodeſſe non poterunt. En ad quid nobis utilis eſſe debeat hæc doctrina. Sic igitur primo loco cognoſcamus, hoc non eſſe præcipuum, ut bonis hujus mundi abunde ſimus inſtructi & muniti: ſed ut Deus nobis hoc ſingulare donum concedat, quo gratiam ſuam ſentiamus, & cognoſcamus eum velle eſſe nobis Patrem, noſque ab ipſo alimoniam noſtram accipere. Id nobis quietem adferet, noſque contentos reddet. Videmus autem, quæ ſit cupiditas hominum, nempe deſiderium, quod nunquam extingui poteſt. Præterea, quid ſunt hujus mundi bona? Verum eſt, nos interdum falſo ipſorum ſplendore perſtringi: ſed Deus nonnunquam aperit oculos eorum, qui ita ſunt addicti congerendis opibus, ut cognoſcant, illas nihil eſſe, & eſſe tanquam fumum, qui ſtatim præterit & evaneſcit. Fieri itaque non poteſt, ut homo contentus ſit, & ſatietur, quum ad bona duntaxat, quæ in manibus habet, reſpiciet. Hæc ſola ratio facit, ut quieſcamus, & ſentiamus nos habere quantum ſufficit: nempe ſi Deus ſe Patrem noſtrum declaret, & ſciamus, eum ſemper manum habere extenſam ad dandum nobis id quod opus erit. Quando id in oculis habebimus, tunc quieſcemus: & quamvis ne buccellam quidem panis haberemus, ut ita dicam, ſcientes tamen, Deum ſatis divitem eſſe ad nos ſuſtentandos, ab eo id, quod pollicitus eſt, exſpectabimus: dicit enim, leones & feras, quamvis rapto veſcantur, & videantur devoraturæ eſſe omnia, nihilominus tamen eſurire, & indigere: ſed Deum ſuos nutriturum famis tempore. Verum eſt, ipſos non ſemper ita à fame immunes fore, ut non interdum ad ſummas anguſtias redigantur: ſed quum extrema paſſi fuerint, Deus illis ſubveniet. En, inquam, quo gaudent fideles. Atque hoc eſt bonum illud, cujus hic fit mentio: nam quemadmodum improbi non habent veram boni approbationem, ita filii Dei fruſtum panis ſibi à Deo datum non minoris ducunt, quam ſi ſe Patrem ipſis Deus declararet: nam eo in illa ſpe confirmantur, quod, ſi ipſos hodie aluit, cras quoque idem officium præſtabit: quod habeat ſemper, unde præſtet, gratia ejus nec bonitas unquam imminuatur. En cur dicitur, bonitatem Dei eſſe abſconditam iis qui timent ipſum. Verum eſt, id non eſſe illud quod maxime de ſuo erga nos amore & gratia Deus vult nos ſentire, ut nimirum cogitemus de alimento corporeo: ſed nobis altius aſcendendum eſt, nempe ut etiamſi miſeri ſimus in hoc mundo, Deum nobis in cœlo paraſſe divitias, ad quas tendere, & admiratione rapi nos oporteat, ſciamus. Interea quicquid boni nobis hic Deus largitur, eſt quaſi guſtus quidam ſummæ ſuæ bonitatis, quem nobis dat. Redeamus autem nunc ad locum illum Pſalmi, quem citavimus: Domine, quam magna eſt multitudo bonitatis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te. Cur ita loquitur Propheta? Quoniam quamvis Deus effundat per omnia ſuas liberalitates, (quomodo dicitur, miſericordiam ejus ſuper omnes creaturas eſſe, imo vero ſe proferre uſque ad belluas rationis expertes,) improbi tamen & iniqui, etiamſi helluentur, bonis Dei ingurgitent ſe, non tamen bonitatem, quæ in ipſo eſt, ſentiunt, ſed privantur ea cognitione. Cur vero? Quia Deus illam abſcondit timentibus ſe. En igitur quod ad primum attinet, quod hic nobis oſtenditur, nempe nos non debere homines felices pronunciare ex bonorum, quæ poſſident, magnitudine, ſed ſpectandum eſſe num ſint contenti: fieri enim non poteſt, ut qui non agnoſcunt gratiam Dei, nec ipſam curant, ſint contenti: quoniam bonum, quod poſſident, ipſis eſt incognitum, idque perinde eſt atque ſi ipſi egerent. Tum dicit, *nihil reliqui eſſe in ipſorum cibo.* Mirum vero illud eſt, quod quum quis multa congeſſerit, & viſus fuerit liberos ſuos, tanquam Regulos relinquere debere, Deus omnia ita conſumet, ut nihil reliqui ſit futurum. Verum eſt, id non ita ſemper eventurum, tum etiam, ut jam à nobis

Pſal. 34. *verſ.* 11.
Pſal. 37. *verſ.* 19.
Pſal. 31. *verſ.* 20.
Pſal. 145. *verſ.* 9.

Digitized by Google

minis expediti ad aliquod negotium conficiendum veniet ad ipſum. Ita ſenſus poteſt eſſe geminus. Vocabulum, quod hic ponitur, innuit hominem promtum ad exequendum. Poteſt igitur accipi pro homine, qui laborat, tum etiam pro homine, qui ad nocendum, injuriamque ſeu violentiam alicui inferendam, aptus eſt: ſed tamen ſenſus naturalis ejuſmodi eſt, omnem manum laborantem venturam ad eos, qui ſunt improbi, hoc tamen nihil illis profuturum. Videamus autem quæ ſit hujus loci ſumma. Sopharus vult dicere, nos decipi haud debere, ſi videamus improbos fartos eſſe ad ſummum uſque, Dominum in ipſorum ædibus opes accumulare videri, denique centies plus, quam aliis, ipſis velle dare, mortales item omnes paratos ad præbendam illis ſuam operam, ipſos habere multos mercede conductos, unumquemque, illis operam ſuam offerre, ſciſcitando, Ecquid ſua illis opera uſui eſſe poſſit. Nam etiamſi omnium mortalium manus promtæ & paratæ ad ipſorum obſequium & miniſterium, ipſorum denique commodi ſtudioſæ præſto ſint, nihilominus tamen erunt in angore. Ecce judicium Dei admirandum, quod eo magis nobis debet eſſe ſenſibile, id eſt, quo eo magis debemus affici. Nonne hoc ipſi rerum naturæ repugnat, ut quiſpiam, qui habeat, unde ipſi bene & commode eſſe poſſit, ita ut nihil deſit, qui præterea, ſi velit numeroſam ſecum trahere aſſeclarum catervam, multos præſto habeat, qui ipſi, ut in deliciis & voluptatibus agere poſſit, operam ſuam libenter impendant, hic tamen non poſſit ſuis bonis frui, ſit ſemper in angore, & metu, ne terra, ut dicitur, ipſi deficiat? En, inquam, rem omnino à ratione alienam: nihilominus tamen videre eſt multos, qui ita manu Dei urgentur, quoniam malis artibus opes ſuas pepererunt, quibus Deus ſatis oſtendit, ejuſmodi opes, quia ſint maledictæ, nihil prodeſſe. Ecce, inquam, judicium Dei valde mirandum & ſtupendum: quod ſi petimus, quomodo id accidat, rationem non inveniemus: concludendum eſt igitur, Deum ita operari. Præterea ſi homines benevolos & erga nos bene affectos habuerimus, & quiſque nobis operam ſuam offerat, præclare nobiſcum agi, noſque nulla re indigere poſſe, exiſtimamus. Atqui hic dicitur, Quum improbi homines ad nutum ipſorum paratos, tanquam exercitum denique ad ipſorum commodis inſerviendum promtum & expeditum habuerint, totum illud nihil fore, ipſoſque adeo in perpetuo angore verſaturos. Hic igitur voluit Sopharus id, quod jam antea dixerat, amplificare: voluit, inquam, nos certius perſuadere de judicio Dei ſuper improbos: ideoque hic ipſorum abundantiam, promtamque erga ipſos hominum voluntatem nobis ob oculos ponit. Ecce divites, qui interea gaudio exultant: eos votorum omnium compotes factos eſſe, Deum convertere, ſcientes, nos nulla re opus habituros, quum is noſtri curam geſſerit: quodque etiamſi non det nobis magnam bonorum copiam, benedictio ejus ſufficiet. Nobis, inquam, ſerio attendamus, ne animo angamur, ſi nobis, ut velimus, Deus ſua bona non largitur: & quamvis arcte & tenuiter nos habeat, ſimus tamen animis dilatatis: denique hac fiducia freti, ipſum nimirum nobis nunquam defuturum, ne ſupra modum vexemur. Cæterum ingrati animi illud in hominibus argumentum eſt, quod etiam, poſtquam ſe Deus erga ipſos liberalem exhibuerit, multum illis bonorum largitus fuerit, in perpetua tamen erunt dubitatione & diffidentia, modo de hac, modo de illa re cogitare & ſolliciti eſſe non deſinent: id, inquam, ſignum eſt, eos Dei gratiam non cognoviſſe, aut ſi cognoverint, non tanti, quanti debuerint, eam duxiſſe. Si itaque Deus dederit, unde nobis ſubveniamus, diſcamus eſſe contenti, illud reputantes, eum nobis ob oculos bonitatem ſuam ponere, ut diſcamus in ipſam inniti & conquieſcere. Eſt hic præterea aliud obſervandum, nempe quamvis egeamus bonis his terrenis, multaque nobis adverſa & calamitates imminere videantur: ejuſmodi tamen ſollicitudinibus reſiſtendum eſſe. Verum quidem eſt, nos non poſſe plane curis vacuos eſſe, nec etiam oportet: moderandæ tamen ſunt perturbationes animi, & in primis nobis cognoſcendum eſt, quid ſit à Deo ali, ut ab ipſo alimentum petamus, & ab ejus bonitate non valde nos curis & ſollicitudinibus vexantes exſpectemus. Quando homines nobis favebunt, Deum id noſtri commodi cauſa facere cogitemus, nec tamen multum in hominibus hæreamus: poteſt enim Deus illorum labori maledicere, ita ut & mane ſurgentes, & ſero cubantes, nihil promoveant. Deus itaque nobis benedicat oportet, quumque omni ope deſtituemur ſola ejus gratia nobis ſufficiet: ſed contra etiamſi totus mundus à nobis ſtet, niſi Deus manum exeruerit ad nos fulciendos, omnia retro lapſura eſſe certum eſt. En quod nobis hac ſententia oſtenditur. Si illam ſerio poſſumus obſervare & ad uſum revocare, multum in tota noſtra vita profecerimus. Sed miſeriæ ſumma eſt, quod poſtquam unuſquiſque iſta confeſſus eſt, quemadmodum ſatis convincimur de ipſorum veritate, ejuſmodi tamen concluſionibus non poſſumus penitus adhæreſcere: & reipſa ſatis oſtendimus, nos non plane perſuaſos eſſe, ſolam Dei benedictionem prodeſſe hominibus, ipſoſque contentos reddere. Neque enim in ipſum conjicere oculos poſſumus: ſi aliquando nos exerceat, manum retrahat, nec tantam copiam & abundantiam, quantam velimus, nobis det, tum non cognoſcimus, eum omnipotentem eſſe ad nobis ſubveniendum: nos tamen affligens eo vocabat & invitabat, non ſecus quam ſi calcar admoveret ad nos ſollicitandos,

quo

probos, quibus, & quidem in ſpecie, ita bene & commode eſt, ut nullo modo videantur iram Dei ſentire: ſed ecce, Deus, inquit Sopharus, momento temporis pluviam ſuper ipſorum cibum immittet. Quomodo autem? furore iræ ſuæ. Videmus id quod jam tetigi, nempe hic gradum altiorem proponi, eo quod jam ſuperius eſt expoſitum. Angor enim ille, cujus mentio facta eſt, inquies, & cruciatus, quem ſentiunt improbi, inde eſt, quod perpetua diffidentia laborant: nunquam enim Deum reſpiciunt, in hoc autem mundo nihil certi eſt, unde fit, ut magnis cruciatibus vexentur. Dicitur tamen, Accidere poſſe, ut illis ad tempus bene & commode ſit, ut opum ſuarum fulgore perſtringantur, ſibi denique in omnibus feliciſſimi videantur: Eſto, an propterea tamen benedictio Dei ſuper illos recumbit? Minime vero. Quomodo igitur? Deus permittet, ut improbi magis ac magis gaudio exultent, quumque ita fiduciam collocant in divitiis ſuis, eo magis Deum provocant: neque enim eum, à quo bonum promanat, cognoſcunt, & inde occaſionem capiunt ſe ad omne flagitium projiciendi. En igitur quomodo improbi hebetes & ſtupidi fiunt, quando non ſentiunt illam inquietudinem quæ eos pungit & ſtimulat, ſed, in otio & quiete ſunt, ſua ſorte ſunt contenti, omnia ſua perbene ſe habere exiſtimantes. Tum vero eo magis in illos vindicta Dei augeatur oportebit. Cur? Quia male bona ſua acquiſiverint, ea fraudibus & rapinis pepererint, male diſpenſarint, quod indigentibus de illis non ſubvenerint, ſed, tanquam gurgites, omnia abſorbuerint, & ſibi ſervarint. Hæc erit præterea ingrati animi & ſuperbiæ adverſus Deum nota, ut videantur Deum ipſum, cui tantopere ſunt obſtricti, conſpuere, quaſi nihil ab ipſo haberent, & opum ſuarum confidentia inflentur: tum paradiſum ſuum in hoc mundo collocant, & ſibi cornua ad Deum impetendum fabricantur. En, inquam, omnis iniquitatis cumulum, qui magis horrendam ſuper ipſorum capita vindictam accerſit. Atque hoc eſt, quod modo Sopharus dicit: Amici mei, etiamſi improbi videantur omnino ſuis bonis inebriati, & exiſtiment, nihil mali ſibi accidere poſſe, ne tamen propterea eorum conditionem meliorem eſſe duxerimus. Cur? Quum toti in gaudia & hilaritates effuſi erunt, mundus ipſis arridebit, derepente Deus immittet ignem iræ ſuæ, qui in ipſos inſtar tempeſtatis & pluviæ repentinæ cadet. Æſtatis tempore ſtatim atque paulo vehementius flare ventus cœperit, illico inopinata tempeſtas ingruet: ſic etiam ira Dei ſubita erumpet, quum volet Deus punire. Sic ecce, cur hoc unum nobis ſupereſt, ut nos ſub umbra bonitatis Dei abſcondamus. Tunc enim tuto erimus, ſive det nobis abundantiam, ſeu nos ſtricte & parce habeat: quum ſub ejus manu & protectione erimus: duli, qui ad Deum non tendunt, quum bona habuerint, ſe illis implicant: ea itaque in ſepulcrum mutant, ut ſe propemodum in terra condant, & affligant. Contra autem debemus uti bonis, quæ Deus nobis largitur in hac vita, tanquam ſcala quadam ad ſurſum aſcendendum, ut recta ad ipſum deducamur, & agnoſcentes bonitatem ejus & amorem paternum, hæc omnia beneficia ad eum uſum, propter quem nobis collata ſunt, applicemus. Quid igitur oportet? Si habemus, quod bibamus & edamus, nihilominus oculos ſurſum ſublatos habeamus, à Deo petentes, ut nos alat: perſuaſi, ſi quidem eſſe debemus, nos haudquaquam cibo, ſed ſola virtute Dei ſuſtentari. Tum cibus perire poteſt, quamvis ſit in ore noſtro, aut in ventre noſtro, in fel & venenum convertetur: ſed ſi abunde ſatiati fuerimus, gratias Deo agamus, quod noſtri curam gerat, nobiſque gratiam ſuam proroget, ut hac ratione ad ipſum colendum eo magis incitemur. Hoc igitur nobis in iſta ſententia notandum eſt. Sopharus autem ſubjicit, *Improbum, ſi evaſerit arma ferrea, occurſurum arcui chalybeo.* Quo ſignificat, Deo vias multas & rationes ad manum eſſe ad perſequendos & puniendos improbos, ut, quamvis tentent & conentur, de ipſius manibus non poſſint evadere. Verum quidem eſt, eos ſemper quærere, quomodo mala poterunt fugere, ideoque audacia quadam præcipiti omnia contemnunt. Sopharus quoque voluit declarare ipſorum arrogantiam, quando dicit, Improbum fugiturum arma ferrea: quaſi diceret, Verum eſt, improbos ſatis cautos & prudentes eſſe, ut videtur, ad omne malum fugiendum: nam ſi incommodum aliquod præviderint, ſtatim ſecum ita reputant: At remedium huic malo aliquod quærendum, opus eſt proſpiciam. Improbi igitur non ita erunt ſomnolenti, quin ſemper rebus ſuis proſpicere conentur. Sed quid? Quum volent proſpicere, numquid ad Deum convertentur? numquid ad illum confugient, ut ab ipſius Sancto Spiritu ope & conſilio juventur, quo is omnia ipſorum cœpta proſperet & ſecundet? Minime: ſed mera erit in ipſis ſuperbia & arrogantia: putant enim, ſe in ſuo cerebro facile excogitare poſſe rationes aptas, quibus ſe poſſint ex omnibus difficultatibus explicare: tum non cognoſcunt, Dei eſſe, omnia dirigere, reſque omnes ipſorum ad ſuum ſcopum & finem deducere: improbi, inquam, non tribuent Deo eum honorem. Sic igitur conſultant, deliberant, (ſicut ait Propheta Eſaïas,) ratiocinationes ſecum inſtituunt, concludunt, putantque, ſe omnia ſua cœpta perfecturos eſſe, & ad finem, quem ſibi propoſuerunt, perducturos: ſed Deus oſtendit, omnia plane contra eventura quam ſperarint, aut ſibi propoſuerint, quod vanis ſuis imaginationibus ſic dementati fuerint. Notemus

igi-

adverſaria, ſuperaſſe: ſed Dominus id permittit, ut eorum condemnatio eo magis augeatur, utque illi obfirment ſe, ſicut etiam videmus ut plurimum accidere. Quum enim improbi non penitus fuerunt oppreſſi aliqua clade aut calamitate, ſuccutiunt duntaxat aurem, tunc ſe periculo penitus defunctos putant: inde fit ut majorem ad omne ſcelus & flagitium licentiam ſumant: Deus igitur interdum leve aliquod duntaxat malum immittet improbis, nec tamen eos nimia ſeveritate perſequetur: ſed ſinet eos, quaſi penitus evaſerint ſupplicium, liberos abire. Sed quid? Ita cum illis agit, ut poſtea duplo graviores pœnas infligat: quoniam enim irrident patientiam Dei, iram ejus magis ac magis provocant: neceſſe eſt etiam, ut explicet in eos ſuam ſeveritatem, & fulminet, quum prius unum duntaxat virgæ ictum intulerit, poſtea enſem nudet & ſtringat, arcumque adverſus ipſos tendat oportet. Bene igitur hanc doctrinam meditari diſcamus, ut, ſi Dominus nos viſitet, non exiſtimemus, nos noſtris effugiis calamitatem poſſe effugere: ſed potius diſcamus nos ipſi commendare, ut pro eo quod digni eramus, quos tanquam capitales hoſtes perſequeretur, nos in gratiam & miſericordiam ſuam velit recipere. Ideo hæ minæ ſæpius iterantur in Scriptura ſacra: neque enim hic ſolum dicitur, Improbum fugiturum arma ferrea, & arcum chalybeum ipſi occurſurum: ſed videmus, quomodo ipſe Dominus loquatur per Prophetam ſuum: Fruſtra te occultaris in domo tua; ſi in agrum exiveris, feras invenies: quum ex ore leonis evaſeris, urſus te inveniet. Eo Dominus oſtendit, ſe omnes creaturas ad manum habere, ipſiſque uti poſſe ad perſequendos homines; nec in animum noſtrum inducendum, nos poſſe unquam penitus liberari, donec apud ipſum veniam & miſericordiam invenerimus, iſque noſtri miſertus fuerit. En igitur ſolam rationem, qua tuti & ſecuri eſſe poſſimus, quando nempe Deus nos ad ſe ſuſceperit: ſed quum procul ab ipſo fugiemus, manus nimis longas habet: quumque gladium eduxerit è vagina, non ſequitur, ipſum non habere arcum, hoc eſt, tot ſpecies animadverſionum & punitionum illum habere, ut oporteat nos tandem miſere cadere, donec cum ipſo reconciliati fuerimus, ſicuti jam declaratum eſt. Quemadmodum autem Deus minatur, ſe enſibus, arcu, feris & ſcorpionibus percuſſurum eos, qui adverſus ipſum inſurgunt, & arroganter ſe adverſus manum ipſius obdurant: ſic contra oſtendit, ſe innumeras vias & rationes in promtu habere ad ſervandos eos, qui ad ipſius bonitatem confugiunt, & in ea fiduciam collocant. Verum eſt, nos multis malis circumdatum iri, multas mortes nobis paratum iri: ſed Deus quoque varias rationes etiam nobis incomprehenſibiles habet

dium ejus fel transfoſſurum, innuit, letali vulnere cor vulneratum iri: eo ſignificans pœnas, quas Deus infligit, interdum eſſe ſubitas & repentinas. Verum eſt, hoc non eſſe perpetuum, ideoque ad univerſale axioma non eſſe revocandum. Et ſane (quomodo oſtendimus) non exſpectandum eſt, ut Deus ita ſtatim omnia ſua judicia impleat: eorum tamen aliqua in hac vita edit ſpecimina, ut eo attentius exſpectemus diem illum ultimum, in quo omnia inſtaurabuntur & in integrum ſtatum reſtituentur. Nihilominus tamen, ut dixi, judicia Dei erunt aliquando repentina, atque hoc voluit exprimere Sopharus, inquiens, Gladius eſt eductus è vagina, & eum transfiget uſque ad fel, quaſi diceret, Improbus non animadvertet è longinquo, Deum velle ipſum punire: via itaque ſua perget ſecurus & nihil timens, ſed ſimul atque diſtrictus fuerit gladius, eum medium transfodiet. Videmus igitur, quiſnam ſit hujus loci ſenſus. Eo autem docemur, è longinquo prævidere pericula, ut confugiamus ad Deum & precemur ipſum, ut nos in ſuam tutelam & cuſtodiam recipiat. Nec vero hic duntaxat nobis ſubita & repentina Dei judicia proponuntur, ſed dicitur, quum improbi dicent, Pax & tuta *1 Theſ. 5.*
omnia, illico ira Dei in ipſorum capita inſtar ful- *verſ. 3.*
minis cadet. Eo admonemur, ut dixi, eminus proſpicere pericula imminentia, quibuſque vita noſtra obnoxia eſt. Cur vero? Numquid, ut vitam noſtram execremur, nos miſeros eſſe indignemur, ſiniuſque nobis eſſe dicamus, nunquam fuiſſe? Minime: ſed ut diſcamus non obrui ſomno in hoc mundo, ad Deum confugere, & certo nobis perſuadere, quod quando virtute Dei noſtri ſuſtinebimur, poterimus Satanæ, & toti mundo, imo vero etiam morti inſultare. Cur vero? Quia Deum pro protectore & vindice habebimus. Atque ita bene notemus, ſi quando improbi non ſentiunt malum aut miſeriam ſuam, inde ruinam ipſorum eo magis accelerari: & quoniam non venit ipſis in mentem Deum invocare, ſed potius ſibi videntur non egere ipſius auxilio, neceſſe eſt, ut ruina & exitium, priuſquam de eo cogitarint, ipſos obruat. Cæterum ſtatim ſubjicitur, *Terrores ſemper cum illo futuros.* En igitur duplex malum, quo improbi tenebuntur. Quod nimirum enſis ſtatim atque nudatus fuerit & extractus è vagina, eos tranſfoſſurus ſit: exinde Deus adhuc non ſinet illos in quiete, & quamvis malum præterierit, tamen trepidabunt. Cur vero? Ad motum folii arboris, ut *Levit. 26.*
ſcriptum eſt, nemine illos perſequente, ſe morte *verſ. 36.*
jam oppreſſos putabunt. Ita videmus, quo ſpectarit Spiritus Sanctus. Primo loco voluit oſtendere, nos non debere improbis invidere, etiam quum valde

Digitized by Google

IN LIBRUM JOBI.

CAP. XX.

26. Omnes tenebræ erunt abſconditæ & intruſæ in locis ejus occultis: ignis accenſus flatu non conſumet ipſum: maledictio erit ſuper reliquias domus ejus.
27. Cœli revelabunt ejus iniquitatem, & terra inſurget adverſus ipſum.
28. Germen abibit ex domo ejus, tanquam aqua fluens, in die iræ ſuæ.
29. Hæc eſt portio improbi à Deo, hæc eſt hæreditas, quam habebit à Deo, propter ſermones ſuos.

VIdimus heri, quomodo contemtores Dei terreantur & trepident, nec ullam conſolationem accipiant. Verum eſt, fideles poſſe habere terrores & timores; ſed Deus ipſos conſolatur, quumque ad ipſum confugiunt, certo perſuadentur de ejus auxilio. Quod ad improbos attinet, prout omnia contemſerunt, & ejuſmodi fuit in ipſis ſuperbia, ut ſe nulli malo aut incommodo obnoxios putarint, Deus ita illos terrebit, ut eorum pavori & tremori nullum remedium adferri poſſit. Sic diſcamus timere, ut ſecundum Deum ambulemus: diſcamus itaque nos ſubinde concutere & ſtimulare, ne more latronum & homicidarum animum & vultum obfirmemus, tuncque ſentiemus, Deum in medio omnium noſtrorum pavorum & trepidationum nos confirmaturum & ſecuros redditurum. En igitur ſolum remedium, quod poteſt efficere ne ſupra modum terreamur, ut nimirum in ſollicitudine ambulemus, & agnoſcentes infirmitates quibus laboramus, pericula quibus undique cingimur, precemur Deum, ut nos manu ſua teneat, deducat, & fulciat, nobiſque ipſis diffidamus, diſcentes in ipſo ſolo conquieſcere. Quando igitur ejuſmodi timore tenebimur, Deus nos, quum maxime opus erit, recreabit, & in ſe confirmabit, ſecuroſque reddet: ſed ſi audaces & ſuperbi fuerimus, Deus nos confuſos reddet, efficietque quo ejuſmodi terrores concipiamus, ut nobis jam in hoc mundo tanquam in inferno agere videamur. Jam vero, ut melius exprimat, improbos non inventuros quo poſſint animum ſuum confirmare & conſtabilire adverſus pavores & trepidationes, Sopharus adjicit, *In omnibus ipſorum locis abſconditis, imo vero arcanis, fore tenebras occultas & intruſas.* Prima ſpecie non magnus videtur eſſe ſenſus in hac ſententia. Sed ſi bene intelligatur, animadvertetur, hic optimam confirmationem contineri ejus quod modo dictum eſt: nam hic per *loca abſcondita* intelliguntur latibula, ad quæ confugiunt improbi ipſos perſequente manu Dei, quomodo videre eſt ipſos ſemper habere latibula quædam, in quæ ſe abdunt. Videas improbum hominem penitius aliquod receptaculum & receſſum habere, & inſtar vulpis ſpeluncam aliquam ſibi cavare, in quam ſe abdat: & quamvis intelligat, Deum omnia penetrare, ſibi tamen perſuadet, eſſe angulum & foramen aliquod, in quod ita ſe poſſit condere, ut manus Dei eo uſque pervenire non poſſit. Sopharus autem dicit, *ibi fore tenebras*, hoc eſt, Quamvis improbi conati ſint abdere ſe in ſecretum aliquem locum, Deo tamen perſequente, ipſos ibi intus territum iri, ut, etiamſi mortalium nemo ipſos perſequatur, trepident. Denique ſignificat, contemtores Dei, quum aliquantulum remoti fuerint ab ictibus, minas omnes contemturos, ita ut nullum malum ad ipſos accedere poſſe ſibi perſuadeant: ſed quum ad extremum ventum erit, fruſtra ſe abſconſuros; nam etiam Deo non admovente manum, nullove ſigno evidenti ſe ipſis adverſarium probante, tenebris, hoc eſt, maximis turbis, involvetur ipſorum animus. Hoc autem docet, nobis non eſſe obliqua ſubterfugia quærenda, ad evadendum ex manu Dei. Cognoſcamus igitur, quoties Deus nos ad tribunal ſuum citat, ibi rationes reddendas eſſe: ideoque non excogitandas eſſe nobis aliquas aſtutias & ſubtilitates, per quas nos evaſuros ſperemus: quin etiam quamvis mundus multa latibula & receſſus nobis polliceatur, ſciamus vana & inania eſſe ejuſmodi receptacula. Libere igitur ad Deum veniamus, offeramus nos ejus Majeſtati, precantes ipſum, ut nos in gratiam & miſericordiam recipiat: quumque facies ejus nobis illuceſcet, omnibus tenebris liberabimur: & licet hic mundus multis involvatur abyſſis, ſecuri tamen eſſe poterimus in Dei noſtri cuſtodia poſiti. Alioquin, quamvis omnia latibula habeamus, tantum abeſt ut

Digitized by Google

eſt, non prodiret in lucem: denique poſtulamus, ut nobis blandiantur, noſque palpent homines, tum libenter noſipſos in ejuſmodi blanditiis & adulationibus decipimus. Quia vere Deus tandem aget, poſteaquam verbum ſuum nihil nobis profuerit. Ceſſabitne? Minime: ſed implet illud, quod declarat per
Soph. 1. Prophetam Sophoniam, nempe, ſe ingredi cum lu-
verſ. 12. cerna in profundiſſimas uſque ſpecus. Nam ecce, quod dicit de urbe Hieruſalem, Scrutabor te cum lucerna: theſauros tuos abſcondiſti in locis arcanis: ſed fruſtra: tandem enim arcana tua patefient. Sic patiamur Deum nobis lucem afferre verbo ſuo, & tenebras noſtras diſcutere: tuncque ſubterfugia ne quæſiverimus: quumque ita ingenue ad ipſum venerimus, certum eſt, nos ſub ejus tabernaculo abſconſum iri, (quo-
Pſal. 27. modo Scriptura loquitur,) ipſum non daturum nobis
verſ. 5. domum, aut cubiculum aliquod, in quod nos recipia-
& 91. mus, ſed ipſummet nobis fore munitiſſimam & inex-
verſ. 1, 4. pugnabilem arcem, denique nobis ſecuritatis & præſidii loco alarum ipſius umbras futuras. Contra ſentiemus quod hic dicitur, nempe eos, qui volunt ſe abſcondere, & qui etiam ſpecus ſubterraneas & profundas ſibi ea de cauſa fodiunt, (ſicut dicitur in loco Pro-
Eſa. 29. phetæ Eſaïæ,) invitos à Deo inventum iri: & etiamſi
verſ. 15. eos ſola conſcientia perſequatur, ſenſuros ſe nihil profeciſſe, dum ſperarunt poſſe manus Dei evadere. En quod nobis hoc in loco notandum eſt. Dicitur autem conſequenter, *Ignem, qui ſine flabello excitatur, ipſos conſumturum.* Hic Sophar contemtoribus Dei, & omnibus improbis minatur, fore ut etiamſi nihil ipſis adverſi & incommodi ex parte creaturarum accidat, nihilominus conſumantur ab ira Dei: Non opus erit, inquit, igne arte excitato: ira enim Dei ſufficiet ipſa per ſe ad perdendos & exterminandos omnes illos, qui ſponte ſe ipſi ſubjicere nolent.
Deut. 4. Hæc ſimilitudo ſatis eſt familiaris & trita in tota
verſ. 24. Scriptura ſacra, nempe Deum eſſe inſtar ignis de-
Hebr. 12. vorantis, & homines eſſe tanquam paleam, quæ fa-
verſ. 29. cile conſumitur, aut eſſe inſtar nivis, quæ ſtatim fluit. Dicitur autem diſerte, Dei iram eſſe ignem non ad liquefaciendas nives, aut paleam comburendam: ſed eo ut findantur montes & ſcopuli, totus orbis contremiſcat, ita ut cœlum & terram concuti oporteat, ſtatim atque Deus iræ ſuæ ſignum aliquod dat. Quid igitur facient miſeræ creaturæ adeo fragiles? ſi nihil ſumus præter paleam, quid fiet nobis, quum Deus ignem illum, qui omnia conſumit, accenderit? Nunc videmus quiſnam hic ſit ſcopus Sophari, per os autem ejus loquitur Spiritus Sanctus, & oſtendit, non eſſe nobis confidendum in mundi favore: quumque nobis ex animi voto & ſententia omnia ſuccedent, non propterea tamen nos ex manu Dei evaſiſſe. Cur vero? Quia quum Deus volet, ut poſtea adjicit, & cœlum & terra exſurgent, ad quam operam ſuam conferat ad hunc ignem accendendum. Cur vero? Quoniam virtus, quæ procedit ab ore Dei, quum is ſe improbis adverſarium declarat, ad ipſos penitus conſumendos ſufficit. Nunc igitur diſcamus ita nos Deo noſtro applicare, ut ſententiæ illius ſupra nos exequutionem non ſentiamus: tunc enim nimis ſero clamabitur, heu! quum Deus ignem illum, qui extingui non poteſt, accenderit. Dicitur autem, verbum Dei, nobis debere eſſe inſtar ignis ardentis, & quidem non ad nos conſumendos, ſed ad purgandas omnes ſordes, & excrementa iniquitatis, quæ ſunt in nobis: nam ut aurum & argentum in fornace purificantur, ut uſui applicentur: ſic Dominus vult nos verbo ſuo purgare ab omnibus malis cupiditatibus, quæ ſunt res non ſolum ſuperfluæ, ſed etiam noxiæ, ut nos totos ſuo cultui addicat: id ante omnia fieri debet. Quum itaque Deus vult nos ſui amore inflammare, noſque totos ad ſe rapere, id per verbum ipſius fieri debet: quod ſi id pati non poſſumus, neceſſe eſt, nos eſſe tanquam paleam, aut ſtuppas, ut eſt apud Prophe-
tam: Verbum meum nonne erit tanquam ignis con- *Jerem. 5.*
ſumens, & tanquam malleus, lapides cædens: hic *verſ. 14.*
vero populus nonne erit tanquam palea? En igitur, *& 23:29.*
quomodo non poſſumus tollere hoc munus, quod Deus verbo ſuo attribuit, ut ſit ignis: tale ſemper erit. Ad nos vero quod attinet, ſi ad nos Deo offerendos attenti fuerimus, purgabit nos ſordibus noſtris, reformabimur ad illius juſtitiam, & in illius amorem inflammabimur: ſin contra fuerimus refractarii, & verbum Dei malitia & rebellione rejecerimus, certiſſimus, ipſum nos vel invitos & quantumvis reluctantes combuſturum, & quidem quoniam ſumus duntaxat palea, calamus, ſtuppæ, quæ protinus conſumuntur. Quin etiam, poſtquam Deus nobis condemnationem noſtram verbo ſuo denunciarit, manum operi admoveat oportet, ut cognoſcamus eum non fruſtra pronunciaſſe, ignem improbos conſumturum, etiam nemine flante aut accendente, ſine hominum denique auxilio, aut ullius creaturæ opera. In ſumma, diſcamus timere iram Dei, nec obdormiſcamus, quum videbimus, res nobis ex animi ſententia ſuccedere in hoc mundo: nihil enim ejuſmodi felicitas nobis prodeſſe poterit, quum noſtra iniquitas coram Dei oculis ponetur, iſque ſe noſtrum Judicem declarabit. En quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Statim autem ſubjicitur, *Omnes reliquias domus ejus perituras, aut nihil fore præter maledictionem ſuper reliquias domus ejus.* Quomodo Dominus declarat bonitatem in ſuos, quoniam benedicit ipſorum familiæ, & liberis, & omnibus iis, quæ ad ipſos pertinent: ſic contra oſtendit, quam ſit ira ſua horrenda, utpote quæ proferat ſe ad ea omnia, quæ iniquos proxime attingunt:

Digitized by Google

omnem familiam, greges & armenta, effundat. Sic in ſumma videmus, quum hic mentio fit reliquiarum domus improborum, id oſtendere nobis, quod quum Deus eſt hominum adverſarius, juſta cauſa eſt, cur expaveſcamus. Cur? Quoniam, poſtquam ipſi everſi & in abyſſum præcipitati fuerint, vindicta Dei longius ſe proferet. Hæc autem eo dicuntur, ne improborum felicitati, quum ipſos florere videbimus, invideamus, ſcientes, talem, qualis hic deſcribitur, illos exitum manere. Quum itaque fideles apprehendent, quam terribilis ſit ira Dei, eo illos ita moveri oportet, ut non amplius improbos in felicitate ſua, quæ vulgo exiſtimatur, tam caduca, felices reputent: trahunt enim ſemper ſecum ſua vincula, donec ad extremum exitium pervenerint. Sic concludamus, longe præſtare nobis miſeros eſſe in ſpecie, (modo Deus nobis ſit propitius,) quam quæcunque optant homines obtinere, & interea Deum iratum & adverſarium habere. Hoc nobis ex hoc loco obſervandum eſt. Poſtquam autem Sopharus ita loquutus eſt, adjicit, *Cælos patefacturos ejus iniquitatem, & terram adverſus ipſum inſurrecturam:* ſuperius dixerat, *Ignis conſumet improbos, etiam nemine flante:* eorum verborum ſenſus erat, Deum, etiam non utentem opera creaturarum, omnes, qui adverſus ſe inſurrexerint, peſſumdaturum. Hic vero nobis animadverſionis alia ſpecies proponitur: nempe Deum creaturas ſuas armaturum ad exequendam vindictam ſuam contra improbos. En igitur, quomodo Dominus variis modis operatur, quando vult in contemtores ſuæ Majeſtatis animadvertere. Aliquando, uti diximus, permittet, ut omnia illis ex animi ſententia (in ſpecie) optime ſuccedant, nihil metuant, quodque majus eſt, in ſuis rebus proſperis exultent, & in gaudia totos ſe effundant: ſed quum ita ſe in ſuis rebus proſperis inebriarint, en tibi Deum, qui illos repente opprimet, idque igne, non quidem arte, ſed virtute ipſius arcana & incomprehenſibili, accenſo. Non tamen inde ſequitur, Deum non habere ad manum ſuas creaturas, ut eas armet adverſus nos, ut illæ ſint totidem gladii, totidem arcus, ſagittæ, totidem denique arma, quæ Deus in noſtram perniciem & exitium excitabit. Hoc autem diſerte dicitur, propterea quod improbi, quum ſui opinione inflantur, ſperant, ſe obfirmatione & obſtinatione animi ſui, cauſam poſſe obtinere: ut videas iſtos impudentes, quum peccatorum ſuorum, quæ ita nota ſunt, ut de ipſis vel pueri poſſint judicium ferre, arguuntur, ita tamen perfricta & ferrea ſunt fronte: ut, niſi centies conviceris, nunquam illis os occludas. Atqui, quomodo Deus tandem illos in ordinem dacia afferet: contra vero ſi callide & ſubdole agendo hypocriſi & fallaciis noſtris nos evadere poſſe ſperaverimus, exſpectemus id quod hic dicitur, nempe cœlos detecturos noſtram iniquitatem, noſque, quantumviſ invitos & reluctantes, in mediam lucem, ut omnia noſtra retegantur, productum iri. Fuerimus in tenebris & latibulis noſtris ad tempus, Deo ita permittente: novit tamen, quomodo nos ex profundiſſimis ſpeluncis, in quas nos abdiderimus, extrahat, & turpitudinem noſtram omnium oculis exponat: tunc invitos nos pudeat oportet peccata noſtra diſſimulaſſe, quæ adverſus nos tunc in judicio ſtabunt cum omnibus creaturis, quamvis ad tempus cœlum & terra, omniaque adeo nobis faviſſe videantur. Quum enim Deum pro adverſario habebimus, ſe ipſi ſubditas eſſe creaturæ omnes oſtendant oportet. Verum eſt, id nec ſemper, nec tam cito futurum, (ſicut ſuperius declaratum eſt, Deum judicia ſua exercere & exequi diverſis modis,) hæc tamen ſententia nobis ſemper ob oculos eſſe debet, nempe cœlos detecturos iniquitatem contemtorum Dei, & terram inſurrecturam adverſus ipſos: ut diſcamus Deo patefacere noſtras iniquitates, ſicuti nos Scriptura ſacra hortatur. Accedamus itaque ad Deum libere & ingenue, debita noſtra confeſſuri, noſque coram Deo reos agnoſcamus. Poſtquam hoc pacto Deo iniquitatem noſtram patefecerimus, is eam teget, ſepeliet, in profundum mare, ut nunquam ipſius recordetur projiciet. Ubi vero cœlo & terræ oſtenderimus, nos Dei duntaxat, quia jure nos condemnare poterat, miſericordiam implorare; ecce, cœlum nobis erit pallii loco, terra pariter teget nos, ut iniquitates noſtræ ſepeliantur. Dico autem iniquitates noſtras cœlo confitendas eſſe, hoc eſt, coram Deo: ſed nobis quoque in terra confitendæ ſunt, quum Eccleſiam ſcandalizaverimus, turpiterque & flagitioſe vixerimus: neque enim pudeat nos oportet, poſtquam coram Deo gemuerimus, culpam apud homines agnoſcere: ſed ſi mendaciis noſtris voluerimus vincere, Deus oſtendet, ſe non fruſtra hanc ſententiam pronunciaſſe. Poſteaquam ita loquutus eſt Sopharus, ſubjicit, *Germen domus ipſius abiturum tanquam aquas fluentes in die iræ Dei.* Quum autem hic mentio fit germinis domus improborum, id ſignificat, eos ſpem, quam in poſterum habent, decepturam. Quum enim improbi manu Dei afflicti fuerint, adhuc ſe germen emiſſuros, renovatum & in integrum reſtitutum iri ſperant. Atqui dicitur, Deum germen illud deſtructurum, & facturum in die iræ ſuæ, ut inſtar aquarum labatur. Verum eſt, fideles, quum affliguntur manu Dei, hac ſpe ſemper ſuſten-

Digitized by Google

defuncti fuerint, ſecum præclare actum iri. Unde vero ejuſmodi arrogantia inflantur? Non eſt hæc, dixi, confidentia in miſericordia Dei, ſed hoc à flatu diabolico, quo turgent, promanat, quod manus Dei non ſatis valida videatur ad ipſos domandos: nec velint ullo modo ipſi ſubjici. Ideoque nobis diligenter notandum eſt, quod hoc loco continetur, Deum nimirum facturum, ut totum hoc germen inſtar aquarum effluat: hoc eſt, fruſtra improbos ſibi pollicituros & perſuaſuros, ſe poſſe inſtaurari & reſtitui: radicitus enim eos Deus avellet: & quamvis aliquod germen reliquum ſit, Deus illis ſpeciem aliquam reliquerit, ut non plane extincti videantur, illud tamen effluet, & quidem die iræ Dei. Nobis vero ſimul hoc vocabulum notandum eſt: innuit enim, nobis non eſſe imaginandum, Deum otioſum eſſe, quum diſſimulat, nec ſtatim improborum correctioni manum admovet. Cur vero? Quia habet templus opportunum. Ita igitur Deus diem ſuum certum & determinatum habet, qui nobis incognitus eſt. Sic tantiſper dum videbimus improbos frui rebus proſperis, triumphos ſuos agere, ut nullum malum ipſis appropinquare videatur: meminerimus, Domini iram habere diem ſuum, Deumque cognoſcere, quando ipſos puniendi tempus opportunum ſit futurum. Exſpectemus igitur in patientia: & interea diſcamus, non tradere nos ſomno, ſi Deus nobis parcit, ſi ad tempus vindictam ſuam à nobis cohibet, & quamvis eum offenderimus, nos tamen quietos eſſe ſinit & leniter tractat: ne, inquam, nos propterea palpemus: nunquam tanto damno & periculo falluntur homines, quam quum peccatorum pleni quaſi ſomno ſopiuntur, nec de ira Dei, propterea quod illos tolerat, cogitant: tunc enim majoris iræ theſaurum adverſus ſe cumulant & conge-
Rom. 2:5. runt, ut dicit Paulus ſecundo capite ad Roman. Diſcamus igitur non adulari nobis tantiſper dum quieſcimus, ſed ſemper cogitemus diem illum iræ Dei, & ipſum præveniamus: & quidem trementes quotidie coram Judice noſtro, & orantes eum, ut nos in gratiam recipiat, quum tot delictorum nomine ſimus iræ ipſius obnoxii, oſque clauſum, quando cauſa noſtra coram ipſo agenda erit, habeamus. Quod ſi autem hoc theſi propoſitæ recte applicuiſſet Sopharus, non ita condemnaſſet Jobum, ſicut condemnavit ipſum: ſed de Jobo cognoviſſet, quod dicit in genere: quod ſi nimirum improbi proſpere agunt, quum Jobus, vita integerrime tranſacta, duriter affligatur, non inde ſequitur, Deum ipſum improbare, & approbare iniquos. Verum eſt, Sopharum eſſe tanquam Prophetam Dei, ſed interea omnia pervertit
Num. 22. tanquam Balaamus alter, propterea quod non cogno-
v.23, 24. ſcit tempus opportunum iræ Dei, de quo quidem temtur, ut cognoſcant: Age, multum mali poſſemus agere, quod ab hominibus nobis ignoſceretur: ſed tandem ſtandum erit coram Judice: quumque eo venerimus, favor hic hominum nobis in duplo majorem condemnationem cedet. Hoc documentum nobis ex hoc loco colligendum eſt, quando hic nomen Dei bis exprimitur. Homines enim ſæpius non funguntur officio: loquor de iis etiam quorum muneris id proprium eſt: nemo noſtrûm eſt ſollicitus de iis, qui peccant, admonendis, aut etiam corrigendis, ſed omnes connivemus: quin Magiſtratus ipſe, qui reprimendis ſcandalis ſerio deberet incumbere, ipſa intacta & impunita ſinet abire. Homines igitur in genere & ſpecie diſſimulant, cæcos fingunt & ſimulant: at Deus non eſt negligens in munere ſuo exequendo, nam & qui tolerantur in maleficiis ſuis, & qui tolerant, rationem reddent. Sic igitur hoc nomen Dei (cum loci circumſtantia) multum apud nos momenti debet habere, quum intelligimus non ſine cauſa dictum eſſe, *Talis eſt portio improbi, imo vero à Deo:* hæc enim ſpectant ad præcidendas vanas illas fiducias, quas ſolemus ſumere quum homines nos fulciunt, & connivent in peccatis noſtris, aut etiam ipſa nobis condonant. Ne in eo confidamus: id enim nobis in duplo majorem coram Deo confuſionem cedet: & cognoſcamus (quamvis ita evaſerimus in hoc mundo) Deum tandem ſe Judicem noſtrum exhibiturum. Quando autem mentio fit, *portionis & hæreditatis*, id ſignificat, nos certam & exploratam hanc doctrinam habere debere, Deum non relicturum improbos impunitos. Quomodo unuſquiſque appellat portionem ſuam, id quod ſibi conſtitutum eſt: ſic Dominus noſter jam improbis aſſignavit id, quod ipſis competit: hæc eſt eorum hæreditas & tanquam patrimonium, ita ut nihil magis ſit proprium hominis, quam ſupplicium illud quod Deus exercebit ſuper improbos. Diſerte vero loquitur *de ſermonibus.* Quomodo vero? Verum eſt, hoc quoſdam reſtringere ad blaſphemias, quas improbi evomunt adverſus Deum: ſed verbum, quod hic poſitum eſt, non male ſonat. Sic igitur ſimplicius accipiendum eſt: nempe, improbos fruſtra excuſationem, tantum quantum velint, prætexturos, nihil tamen propterea profecturos, eo quod futurum eſt, ut una cum ſermonibus ſuis condemnentur. Verum eſt, Sopharum hic ad Jobum reſpicere, ideoque male applicare hanc ſententiam, ſicut ſuperius jam declaratum eſt: nihilominus tamen ea vera & bona eſt: ipſeque adeo Spiritus Sanctus hoc in genere & in univerſum effatur, Improbos cum omnibus ſermonibus ſuis exterminatum iri manu Dei. Non ſine cauſa igitur hoc vocabulum hic poſitum eſt: videmus enim ſubinde, quomodo improbi volunt

Digitized by Google

deberet commovere improbos. Sed quid? Hic pluſquam belluina in magna parte hominum ſtupiditas cernitur ineſſe. Jam non amplius homines ſubmittunt cervices verbo Dei & admonitionibus, quæ ejus nomine & auctoritate fiunt: reſponſant enim & inſurgunt adverſus Deum ejuſmodi audacia, ut facile intelligatur, inter illos non plus vigere religionem quam inter Turcas & Ethnicos. Nec ſolum tunc erunt inutiles admonitiones, quum privatim fient, ſed ſi ex ſuggeſto nota & manifeſta peccata reprehendantur, pro eo quod cum omni humilitate & ſubmiſſione animi à Deo venia deprecanda eſſet, quid aliud videas, quam omnino certum eſſe hominibus adverſus Deum inſurgere? Exempli gratia, Quum verba die Dominica proxime præterita feciſſem de tam turpi petulantia, quæ hine non procul juxta Cologniacum admiſſa fuerat, ibi culpæ illius affines à ſe culpam removere, adverſus Deum conſpirare, & omnia, quo rem omnino notam & manifeſtam tegerent, conquirere, Ecce Concionem in templo interruptam, non poteſt obtineri à nebulonibus illis, ut eſſent admoniti, Hoc flagitium publice reprehenſum fuit: quid illi? Nolle ſe iſtud pati: tum quærere rationes, quibus factum colorent: paſtori, qui de iſtis admonuerit, quaſi ipſis magnam injuriam fecerit jurgium & litem intentare. Atqui, miſeri homines, præparandi eratis ad Cœnam, admonebam vos de tam turpi laſcivia & petulantia, ut vos ipſius pœniteret: ſaltem debueratis (niſi vos penitus Diabolus poſſediſſet) quodammodo affici, ut vos ad officium & modeſtiam deinceps componeretis: vos vero tanquam furioſi ad omne ſcelus moliendum præcipites, huic meo ſancto inſtituto oppoſuiſtis. Nonne eo poterimus adferre, ut cauſa vincamus? Sed numquid putamus Deum in longa lite inſtituenda velle tempus ponere: nam ſimul & concludet & exequetur ſententiam: nec novam proferet. ſatis enim in Scriptura ſacra, in qua ſe Judicem mundi probat, judicii ſui formulam præſcripſit. Caveamus itaque ita cum ipſo contendere: ſed potius collum ejus jugo ſubmittere diſcamus, quod quidem jugum nobis leve erit, & facile ad ferendum, ſi nullam in nobis invenerit rebellionem. Hoc nobis hoc in loco notandum eſt, nempe nos, ſi peccata noſtra coram Deo confeſſi fuerimus, abſolutum iri ejus miſericordia: ſed ſi volumus litigare, ſi volumus uti ſubterfugiis ad tegendas noſtras iniquitates, non ſolum ejus verbo redarguemur, ſed manum ejus ita duram & ſeveram ſentiemus, ut nemine remedium adferre valente, ab ea nos opprimi oporteat: tunc veniæ deprecandæ non amplius tempus erit. Utamur igitur tempore hoc opportuno, quod Deus nobis aſſignavit, quum nobis miſericordiæ conſequendæ facultatem per Euangelium offert.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut talem nobis eorum ſenſum indat, ut nos ad veram pœnitentiam adducat: & non modo non obdurentur corda noſtra, ſed ita proſternamur, ut etiam, antequam ſeveritatem iræ ejus ſentiamus, unuſquiſque noſtrûm ſeipſum judicet: ut, quum ſiſtemus nos coram tribunali Domini noſtri Jeſu Chriſti, ibi noſtra peccata omnia tecta ſint, & ſepulta ejus juſtitia. Sic igitur dicemus omnes: Deus omnipotens, Pater cœleſtis, in nobis agnoſcimus, & confitemur, nos, ut verum eſt, miſeros eſſe peccatores, &c.

CONCIO SEPTUAGESIMA OCTAVA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXI.

1. TUm Jóbus reſpondens, dixit,
2. Audite verba mea, & hoc ſit vobis conſolationum loco.
3. Tolerate me, & loquar, poſtquam loquutus fuero, tum irrideatis licet.
4. Sermo meus numquid ad hominem ſubdirigitur? quod ſi ita eſſet, quomodo non deficeret ſpiritus meus?
5. Reſpicite me, & expaveſcite, & manum ori imponite.
6. Sed quum memini, horror me tenet, & pavor invadit corpus meum.

VIdetur ſermo, quem hic Jobus exequitur, verbo Dei repugnare, quoniam dicit, Deum improbos non punire, ſed miſſos illos facere, ita ut proſpere agant. Superius autem vidimus judicia Dei nobis conſideranda eſſe, quæ Deus in hoc mundo exercet, prout de ipſis nobis teſtimonium reddit ſacra Scriptura. Prima igitur ſpecie videtur hic Jobi ſermo ab omni veritate diſſen-

Digitized by Google

in Jobi ſermone cum Scriptura ſacra. Quonam igitur Jobus ſpectat? ut oſtendat, nos videre improbos proſpere agere, tantumque abeſſe, ut illos Deus puniat, ut ad mortem uſque omnibus deliciis & voluptatibus fruantur, non traſſant vitam in languore, Deus denique illos ſingulari quodam privilegio omni malo eximere velle videatur. Videtur quidem prima ſpecie Jobus ſignificare velle, omnia regi fortuna, Deum nec reſpicere nec curare res humanas: ſed ejus ſcopus non eſt ejuſmodi, ſicut etiam profitetur, ne quemquam ſuus ſermo ſcandalizet. Quid igitur? Vult oſtendere, nos, quando Deus afflictionibus aliquem premit, non debere ſtatim adverſus illum ſententiam condemnationis pronunciare, ita ut dicamus, Ille eſt improbus, ille eſt Deo exoſus, & ab ipſo rejectus: ſed diligenter ejus vita eſt examinanda. Cur vero? Quia non exiſtimandum eſt nobis, homines ſemper in hoc mundo pro meritis tractari. Cur tam multis, quos videmus eſſe iniquos, parcitur? Neque enim Deo nota eſſe videntur illorum ſcelera & impia facta, cum in ipſos non animadvertat. Sic igitur cognoſcamus, Deum ſibi in ultimum diem multas punitiones, quæ hodie non apparent, reſervare: cæterum contra ſevere & duriter admodum etiam quos diligit, quique ipſum non ita graviter offenderunt, tractare, idque non propter ipſorum peccata. Si cauſam ignoramus, ſubmittamus nos ejus voluntati: Deo enim gloria in omnibus ſuis operibus tribuenda eſt, quamvis eorum ratio nobis non conſtet adhuc. Nunc igitur videmus quo Jobus ſpectet. Sed ut majorem fructum capiamus ex iis, quæ hic continentur, ſingula eo ordine, quo tractantur, excutiamus: *Audite me*, inquit, *& attentos vos præbete meis ſermonibus, idque ſit vobis conſolationis loco:* id eſt, pro eo quod veniſtis ad me conſolandum. Sane ſcimus amicos Jobi eo fine ad ipſum veniſſe: ſed valde perturbati ſunt, cum in tam miſero ſtatu collocatum conſpicientes, ideoque ſecundum rationem humanam colligunt, Jobum eſſe hominem perditum & deſperatum. En quomodo offendunt & cæcutiunt in iſta ſententia generali, qua ponitur, Deum improbos punire. Atque ita Jobum, quod illos facere non oportuit, inter ſumme ſceleratos & improbos numerant. Sic igitur nunc cum illis agit, ſe, ſi venerint ad ipſum conſolandum, hoc unum petere, ut ab ipſis patienter audiatur. Tum profitetur, ſermones ſuos non dirigi ad homines: quomodo hypocritis ſatis eſt, dum ſe coram hominibus juſtos probent: ac ſane ſemper fugiunt præſentiam Dei: nunquam veniunt ad agnitionem peccatorum niſi coacti, & poſtquam diligenter in ipſorum intima inquiſitum eſt. Jobus igitur ait, Sermonem ſuum non ſpectare homines, hoc eſt, nequaquam duci cogitare, & ingentium illarum calamitatum, quas perpeſſus eſt, meminiſſe, quin totus cohorreſcat. Poſtquam, inquit, bene ſtatum meum cognoveritis, tum, inquit, expaveſcetis, & manum ori apponetis: hoc eſt, Vos non amplius me, ſicut adhuc feciſtis, condemnabitis: de me enim nimis temere & confidenter loquimini: idque argumento eſt, vos nulla afflictionis tantæ, quanta nunc premor, commiſeratione duci. Hic vero nobis primo loco notandum eſt, ſi velimus conſolari miſeros afflictos, diligenter attendendum eſſe, quomodo id fieri debeat: ſingularis enim hac in parte prudentia requiritur, ſicut jam ſuperius intelleximus. Sunt enim afflictiones, tanquam morbi: quod ſi medicus erga omnes ægrotos eodem remedio utatur, quid illud erit? Eſt morbus aliquis calidus, aliquis frigidus, eſt qui requirat hominem exſiccari, alius, qui frigefieri, hic adſtringi, alius relaxari. En igitur, quomodo medicus occidet ægrotos, ſi non rationem morborum duxerit: quin ægrotorum temperamentum & habitum corporis cognoſcat oportet. Non abſimili ratione debemus intueri eos, quos Deus viſitat afflictionibus. Primum conſiderandum eſt, qui ſint & quales qui affliguntur, & quomodo illos affectos eſſe videamus: dico, quales ſint ii qui affliguntur: ſi enim hominem, qui vixit innocue, in timore Dei ambulavit, omnia denique integritatis ſigna dedit in vita ſua, ſtatim atque ipſum afflictum viderimus, damnemus, quale hoc, quæſo, erit judicium? Quum præterea aliquis turpiter lapſus eſt, & in Deum graviter impegit, ſi contingat illum afflictionibus, quas ſuſtinet, domari, ita ut veræ & ſinceræ reſipiſcentiæ ſigna edat, qui in ejuſmodi hominem aſperiori inſectatione utatur, nonne is ſe pluſquam ferina crudelitate præditum eſſe prodat? Debemus potius ita proſtratis manum porrigere: ſicuti dicitur munus eſſe eorum qui volunt, *Eſa. 35. verſ. 3.* fideliter docere in nomine Dei, confirmare genua labantia, corroborare manus debiles, conſolationem & lætitiam adferre iis, qui animi anguſtia ſunt conſtricti & coarctati. En igitur, quomodo nos oportet uti magna prudentia ad conſolandos eos, qui verſantur in afflictione: propterea non ſine cauſa Jobus dixit amicis ſuis, longe præſtare ut taceant, quam ut loquantur ad aggravandum ipſius malum, ſeque conſolationis loco ipſorum ſilentium accepturum. Quin etiam adjicit, ſe, poſtquam ipſum audiverint, non recuſare, quominus irrideant: non quod exiſtimet illos juſtam irridendi cauſam habere poſſe: ſed eos arguit temeritatis, quod in illos vulgatum proverbium, Stulti judicis breve & præceps judicium, caderet: hi enim non auditum Jobum nimis præcipiti judicio condemnabant. Quum igitur dicit, licitum fore irridere, poſtquam ipſum audiverint,

Digitized by Google

loquitur Salomon, & quidem id verum eſſe agnoſcimus & confitemur, male tamen obſervamus. *Jac. 1. verſ. 19.* Quænam igitur præcipua noſtra ſapientia eſt? S. Jacobus admonet, quum dicit, Simus tardi ad loquendum, noſque doceri patiamur. Quum enim ea modeſtia uſi fuerimus, ut non nimis feſtinemus in noſtris ſermonibus, Deus nobis hanc gratiam largietur, ut res cognoſcamus, & ipſis cognitis, de iis, prout ſe habent, verba poſſimus facere. Denique multum profecerimus, ſi didicerimus eſſe judices non præcipites, aut nimis veloces: neque enim ita temere & præcipiti judicio de proximis poſſumus judicare, quin, & quidem duobus modis, bonitatem Dei contemnamus. Cur? Quia omnibus comparendum erit
Rom. 14. verſ. 10. 2 Cor. 5. verſ. 10. coram tribunali Dei, ut S. Paulus oſtendit. Si igitur de proximo judico, nondum mihi bene noto & cognito, occupo Dei auctoritatem; id quod meum non eſt, nec Angeli ullius, ſumo. Quænam ea eſt audacia? Verum eſt, nos quum malum cognoverimus, ipſumque adeo cognoverimus, non ſecundum imaginationem noſtram, ſed prout vere ſe res habet, nos poſſe illud libere & audacter damnare: idque facientes, non propterea temerarii cenſebimur. Cur? Quia non judicamus, ſed duntaxat confirmamus judicium quod Deus dedit & pronunciavit in verbo ſuo. Sed quum ita feſtinamus, ſacrilegium admittimus, quoniam Deum proprio & jure ſuo ſpoliantes, illud nobis arrogamus. Tum præterea à nobis Deus offenditur, quod de rebus arcanis volumus judicare. Atqui nobis noſter modulus & captus cognoſcendus eſt, ut intelligamus, nobis ad rem incognitam cognoſcendam opus eſſe ſciſcitatione & inquiſitione, ne pronunciemus, Ita ſe res habet, donec ea nobis ſit plene nota & comperta. Duæ hæ rationes debent nos cohibere, ne nimis audaces & præcipites ſimus ad judicandum de proximis. Cæterum, ſi ita ſe res habet, ut nobis ejuſmodi erga homines modeſtia ſit ſervanda, quanto magis erga doctrinam Dei ea nos uti convenit? Ut puta, ſi quis non bene expenſa & examinata aliqua cœleſtis doctrinæ parte, de ea pronunciet; an non, quæſo, duplo magis ejuſmodi temeritas condemnanda eſt? Jam oſtendi, ſacrilegii nos reos eſſe, honorem Dei rapere, ſi de fratribus noſtris nondum bene nobis notis judicemus. Certum autem eſt doctrinam longe pretioſiorem eſſe hominibus. Temere rejiciam aliquam doctrinam, imo vero doctrinam aliquam Scripturæ ſacræ, articulum aliquem fidei: nonne hoc eſt res ſanctas, profanas habere, & polluere? In eo tamen homines audaces, ut nihil ſupra, videmus. Nam hodie quinam ſibi credi volunt de doctrina cœleſti, niſi ebrioſi ipſum Deus alios docendi honore & munere fuerit dignatus, debet exiſtimare, ſibi non amplius eſſe proficiendum: ſed intelligamus, neminem bonum & fidelem doctorem eſſe poſſe, qui non æque atque alii proficere conetur. Denique nos omnes Dei diſcipulos eſſe convenit, tam eos qui docent, quam qui docentur, & in doctrina etiam ad mortem uſque magis ac magis proficere. En igitur quod ad locum iſtum attinet. Veniamus autem ad id quod Jobus de ſe profitetur: *Sermo*, inquit, *meus non dirigitur ad homines: quod ſi ita eſſet, quomodo jam non defeciſſet ſpiritus meus?* Hic Jobus omnes Dei filios docet, quomodo loqui debeant. Idem jam ſuperius de ſe ipſo profeſſus erat, ſed non ſine cauſa hic idipſum iterat: quia certum eſt, quam diu hic inferius vagabimur, noſtros ſermones multis ambagibus & circuitibus involutum iri, nec eo candore, ſimplicitate & integritate, qua par eſt, prolatum iri. Quid cauſæ eſt, quod, ut ſolemus, ſermones noſtros ita implicamus & involvimus, ut ex nobis ſincera rei veritas non poſſit elici? Quod nimirum homines reſpicimus: nam prout homines caligine perſtringuntur, nec de rebus ut par eſt judicant, nos à natura nimis proclives ſumus ad eorum judicia ſequenda, tum Diabolus ſe immiſcet ad omnia perturbanda. Nunquam igitur aperti, veri & expliciti erunt noſtri ſermones, niſi Deum ob oculos habuerimus, & tanquam coram ipſo loquuti fuerimus. Præterea, nunquam ſerio movemur & afficimur, quando cum hominibus colloquimur: nam ad oculum judicant, & hoc unum quærimus, nempe occultare vitia noſtra, & nobiſcum præclare agi putamus, ſi malum à nobis perpetratum non ita manifeſtum fuerit. En igitur quomodo homines in peccatis ſuis dormiunt, nec unquam ingenue & libere loquuntur, ut debent, donec ſe ad tribunal & judicium Dei ab ipſo Deo citari ſentiant, ipſumque adeo judicium Dei præveniant, nec exſpectent, dum à Deo condemnentur: ſed potius ipſi ſponte ſe reos eſſe confiteantur. En cur Jobus hic profitetur, ſermonem ſuum non ſpectare homines. Verum quidem eſt, nobis inter loquendum rationem habendam proximorum, ut ſermones noſtri conferant ad ipſorum ædificationem: nam ſi temere verba inania & vana effuderimus, dabimus proximis ſcandalum, eoſque variis modis offendemus. Debemus igitur loqui etiam ipſos homines ſpectantes, hoc eſt, ſpectantes quid illis conducat: nobis tamen quod hic Jobus dicit, ſequendum eſt, ut Deus ſemper præcedat. Jobus itaque

non

Digitized by Google

ter obſervanda eſt nobis ratio, quam Jobus adjicit: *Si ita eſt, quomodo & cur non deficit ſpiritus meus?* Videtur hic ſermo quaſi conciſus: ſed ſenſus eſt, fore ut qui ita ad homines dirigunt ſermones ſuos, ut Deum non ſpectent, tandem deficiant, ipſorumque hypocriſis, poſtquam ſe illi ad probitatis ſpeciem aliquandiu finxerint, detegatur. Ac ſane id experientia comprobatur. qui enim ea ambitione ducuntur, ut nihil aliud requirant, quam in magna exiſtimatione eſſe apud homines, illiſque probari: præclaros quidem ſermones in ore habent, eoſque ita apte & ornate componunt, ut, qui ipſos audiunt, orationis illorum ſplendore ita perſtringantur, ut mirum ſit: ibi iſti homines in gaudia ſe effundunt, & totos immergunt quum ipſis plauditur: ſed tandem ita illos Deus premit, ut oſtendat, meram in ipſis hypocriſin & ſimulationem fuiſſe. Deus itaque illis fucum illum eripit: quemadmodum mulieres, quæ fuco faciem illinunt, quum ad Solem acceſſerunt, illaſque calor feriit, fucum amittunt, ita ut labes & maculæ faciei ipſarum appareant, earumque deformitas ſit ita conſpicua, ut cogantur ſe occultare. Eadem plane ratio eſt hypocritarum: nam propter ſuas ſimulationes, magna ſunt apud homines in exiſtimatione & admiratione, ab omni culpa & vitio alieni eſſe videntur: Deus igitur illos ad tempus ſinit lucere coram hominibus: ſed tandem illorum hypocriſin deridet, ita ut omni illa ſpecie & forma externa nudentur, tum duplo & triplo gravius premuntur, ut diutius Dei manum ferre non poſſint. Ibi eorum garrulitas & inanis loquentia deficit: diligenter itaque hanc rationem notemus, ut diſcamus, antequam Deus nos ejuſmodi vi cogat, ad ipſum ſponte venire, & tanquam coram ipſo loqui. En igitur rationem, quæ hic ponitur, & nobis comminationis loco eſſe debet, ut omnem hypocriſin fugiamus, eamque ſinceritatem & integritatem ſequamur, ut nos ſemper tanquam in conſpectu Dei conſtituamus, eumque in omnibus noſtris ſermonibus reſpiciamus. Nam ſi ad eum reſpexerimus, certum eſt, eum nos fulturum & ſuſtentaturum, & quidem modo Jobi exemplum ſequamur: nam tandem etiam oportuit Caïnum, Judam, & illorum ſimiles ſentire præſentiam Dei, non quod ea ita commoti fuerint, ut ad reſipiſcentiam adducerentur: nam eo etiam illos Deus vi adduxerat. Sed Jobum ſequamur, ſtemus coram facie Judicis noſtri, ad eum omni cum humilitate accedamus, cognoſcentes ejus juſtitiam, ad meritam & debitam illi gloriam tribuendam. Quum ita nos geremus, & bonitatis ipſius opem & auxilium implorabimus, tum certum eſt, fore ut ſpiritus noſtri nunquam deficiant, etiamſi ad extremum premamur, & in abyſſum etiam projecti videamur: nihilominus, inquam, fulciemur, & tandem aut etiam plures velle erudire: quot enim caſtigationes, & afflictiones peccatoribus immiſſæ ſe oculis noſtris offerunt, tot ſunt documenta, quæ Deus nobis exhibet. Quando igitur aliquis affligetur, ne de illo duntaxat conſideremus qualis ſit, ſed de nobis etiam cogitemus: atque hoc pacto quum coram Majeſtate Dei nos ſiſtemus, non tollemus capita, ſed cum ejuſmodi reverentia accedemus ad ipſum, ut, ſi proximus nobis ſit judicandus, id cum timore & tremore facturi ſimus. Nam ſi unuſquiſque noſtrûm ſe prius judicarit & condemnarit, & cognoverimus, nos longe graviorem apud Deum promeruiſſe condemnationem, oportebit tum ut ita nobiſcum reputemus, Ego ſum miſera creatura mortalis, vermiculus terræ, eo judicatum proximum: quum vero Deus pro tribunali ſedebit, quid adverſus me ſtatuet? Si id cogitaremus, nonne, quæſo, pavore corriperemur? Præterea quum animadvertimus judicium Dei ſuper aliquem, nonne debemus cognoſcere, nos plura commeruiſſe, eumque nos jure & merito ſeverius tractare debere? Verum eſt, nos non poſſe Deum crudelitatis accuſare: juſtus enim eſt. Si igitur hunc vel illum ita ſevere punit, quid me fiet? Quando, inquam, ejuſmodi conſiderationem habuerimus, id faciet, ut nos ſubmittamus, & ambulemus in timore coram Deo, neque id ſolum, ſed ut pavore corripiamur, cognoſcentes condemnationem, quæ noſtris capitibus inſidebat, niſi Deus erga nos commiſeratione uſus eſſet. Sed in primis quum videmus Dei judicia inſignia, hoc eſt, digna quæ memoriæ infigantur, quæque non ſunt ordinaria: id nos eo magis debet commovere & afficere, nobiſque ejuſmodi pavorem ſubjicere, ut attoniti os clauſum habeamus. Exempli cauſa: Quum videmus vulgares afflictiones, quibus uſu ſimus aſſueti, non tamen ita nos ſtupidos eſſe oportet, ut non cognoſcamus manum Dei, & eam cognoſcentes proſternamur & humiliemur timore. Sed ecce Deum, qui aliquando brachium exerit, ita ut ea videamus, quæ nunquam cognoveramus, & de quibus nunquam cogitaſſemus: ut ſunt punitiones horrendæ, ita ut, qui illas vident, dicant, Hoc mirum eſt & novum, nihil unquam tale viſum & auditum: talia, inquam, interdum videbimus exempla, ad quæ ſane melius nobis attendendum eſt. Quando autem Deus videt, nos ſomnolentos eſſe & nimis negligentes, excitat nos: ut ſi aliquis ſomno ita ſopitus ſit, ut vocatus non reſpondeat: ſi tamen aliquis ipſum pulſet, aut vi brachium trahat, excitetur oportet. Ita ſe erga nos gerit Dominus: quia enim non movemur correctionibus communibus, quas nobis mittit, ſed ſumus tardi & negligentes, magnas, extraordinarias, & inauditas nobis oſtendit punitiones, quaſi nos vellet vi excitare. Quare demus operam,

Digitized by Google

[illegible] vetimus, ſicut hic exempla vidimus. Quum Dominus judicia ita horrenda exercet, ut aures debeant illa audiendo tinnire, quidam nefas eſſe putant de illis verbum facere. nam boni iſti defenſores honoris & exiſtimationis Genevæ, graviter conqueruntur, ſi quis ea, quæ acciderunt, velit commemorare. Quando, inquam, verba fiunt de eo, quem Deus voluit eſſe horrendum ſpectaculum, & terrori eſſe omnibus: quando, inquam, illud exemplum in memoriam revocabitur, quando commemorabitur, quomodo blaſphemus quidam, qui Deum & religionem omnem deteſtabatur, raptus eſt, ita ut mater, quæ illum in utero geſtavit, afferat, ipſum à Diabolo deportatum eſſe: dicent, dedecus civitati inuri. En bonos iſtos zelatores exiſtimationis urbis, qui vellent Genevam abſorptam: (facile autem intelligitur, quinam illi ſint, nec opus eſt eos digito commonſtrare, aut nomine appellare: ſatis enim noti ſunt:) & tamen ſimulabunt, ſe velle civitatis honorem tueri, ſed facile eſt videre quo animo impellantur. En igitur quomodo improbi vellent ſepulta eſſe judicia Dei, quia vellent ipſum de ſolio ſuo detrahere, ſi fieri poſſet, ne amplius ſub ejus poteſtate eſſent: ſed tamen, quum Deus horrenda ratione operatur, nos belluis deteriores eſſe oportet, ſi non moveamur: & tamen nebulones iſti vellent iſtorum omnium memoriam penitus extinctam. Cæterum diligenter notemus quod hic oſtenditur, nempe ſi Deus operetur ratione non uſitata, id eum facere, ut excitet nimio, ſomno ſepultos: quod velit etiam nos ad eum timorem & pavorem adducere, ut perculſi & attoniti ad ipſum confugiamus, & diſcamus nos ſub ejus umbra abſcondere: oremus denique ipſum, ut nos ducat, nec permittat ut in imam uſque abyſſum decidamus. Hoc nobis hoc in loco notandum eſt. Quando autem Jobus mentionem facit claudendi oris, eſt loquutio ſatis familiaris Hebræis: ut quum dicitur, Propheta & ſapiens manum ori apponent, id ſignificat, res ita confuſas & perturbatas fore, ut ſapientiſſimi & expertiſſimi quique non habeant quod dicant & pronuncient de ipſis, & omne judicium ſuper ejuſmodi rebus amiſiſſe videantur. Sic Jobus nunc dicit, Eos, qui ſunt attoniti, debere manum ori imponere, ut ſibi ſilentium indicant. Cur vero? Nam judicium illud quod in Jobum exercebatur, oculis hominum erat ſane

Prov. 30. verſ. 32.

pe ad glorificandum Deum. Sed quum tantum nobis arrogabimus, ut velimus omnia noſtræ rationi & judicio ſubjicere, nec quidquam Deum ſibi reſervare, quonam procedet ejuſmodi audacia? Nonne illud fuerit Deo aperte ſe opponere? Volet nobis aliquid abſcondere. Cur autem? Ut ignorantia noſtra nobis cognita ſit, & nihilominus agnoſcamus, eum eſſe juſtum, ipſiuſque conſilium admirabile & incomprehenſibile adoremus. Sic igitur, ut jam attigi, quum Deus nobis rationem operum ſuorum oſtendet, gratias agamus bonitati illius, dicentes, Valde demittis te, ô Domine, ad nos miſeras tuas creaturas, quando non dedignaris nobis declarare, cur hoc vel illud facias: meretur quidem bonitas tua à nobis magnificari, quandoquidem indignis eam communicare non graveris. Sed ſi Deus operum ſuorum rationem nobis abſcondit, eaque ſit noſtri reſpectu nimis excelſa & ſublimis: habeamus os clauſum: hoc eſt, non ita leves ſimus ad garriendum pro animi libitu, ſed Deo gloriam tribuamus, noſque noſtræ ignorantiæ non pudeat: hæc enim vera eſt fidelium ſapientia, nihil ſcire, niſi id quod Deo viſum eſt ipſis patefacere. Deo igitur ſileamus, quocunque modo operetur, donec revelationis ultimus dies venerit, quo quidem die illum facie ad faciem gloria ſua & majeſtate circumdatum videbimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut eorum ſenſum magis ac magis nobis imprimat, ita ut nobis proſtratis, nihil aliud petamus, quam ab ipſo inſtaurari: miſereri proximorum, & manum illis porrigere diſcamus: non item judices eſſe crudeles, quum alios videbimus afflictionibus premi: ſed unuſquiſque ſibi attendat, ut quum in aliqua anguſtia animi & mœrore verſabimur, Deuſque nos affliget, poſſimus perſuaderi illum miſerturum noſtri: quomodo dubitandum non eſt, quin ſe, ſi ad eum cum humilitate & demiſſione animi, ac obedientia converſi fuerimus, Patrem miſericordem erga nos exhibeat: quinque nobis hanc gratiam largiatur, ut ſimus contenti ea menſura revelationis, quam nobis communicat, donec nos ad ſe, eo ut ſimus gloriæ ſuæ conformes, collegerit. Nec ſolis nobis hanc gratiam tribuat, ſed omnibus populis & nationibus terræ, &c.

Digitized by Google

V[illegible] hoc loco pertexat, qui prima ſpecie condemnandus videri poſſet, Deum nimirum improbos ſinere impunitos. Neque enim illius muneri id ſatis convenire videtur. Quum enim Judex ſit mundi, ipſius eſt malis, quæ in his locis inferioribus committuntur, mederi: quum videt homines ſe ad omne ſcelus & flagitium projicere, nonne debet illos reprimere? nonne debet gloriam ſuam aſſerere, & eos, qui ſic ſe in faſtum & rebellionem attollunt, deprimere? Atqui videmus improbos adverſus Deum exultare, & in eo ſtatu permanere. Videtur itaque Deus quaſi dormire: ideoque Jobus, ejuſmodi effundens querelas, nonne adverſus Deum blaſphemat? Minime: vult enim ſimpliciter oſtendere, quod, quamvis Deus Judex ſit mundi, non tamen inde ſequitur, caſtigationes & ultiones, quibus peccata vindicat, ita ſemper nota eſſe, ut oculis animadverti, & digito commonſtrari poſſint. Neceſſe igitur eſt, ut quomodo Deus differt judicia ſua, ita animum noſtrum conſtrictum teneamus, nec ſinamus eum evagari ſecundum rationis humanæ imaginationes, nec nimis celeres & præcipites ſimus ad pronunciandum de judiciis Dei: quumque videmus, punitiones non fieri tales, quales optandum eſſet fieri, ne propterea conturbemur aut ſcandalizemur: ſed quieti exſpectemus, donec tempus opportunum, quod Deo, non nobis notum eſt, venerit. Videmus itaque in ſumma, quo Jobus ſpectet: miſcet tamen tentationes quæ poſſunt oboriri fidelibus: quia enim Deus ita differt, & nimis tardus interdum videtur, fieri non poteſt quin propterea dolorem & ægritudinem animi aliquam illi concipiant: ejuſmodi tamen tentationibus nobis reſiſtendum eſt. Nunc autem videamus quomodo Jobus loquatur: *Cur*, inquit, *improbi vivunt? cur ſeneſcunt? cur opibus augentur?* Quaſi diceret, Homines in præcipuis votis ducunt, & beatos ſe eſſe exiſtimant, quum valetudine commoda fruuntur, bene ſe habet ſua proles, greges item & armenta: tum, poſtquam vitam in lætitia & hilaritate tranſegerunt, momento temporis ad ſepulcrum deferuntur, hoc eſt, non languent, ſicut viri boni, qui toto vitæ tempore morbis obnoxii, multiſque miſeriis afflicti, humi reptantes vix trahunt ſe. Sic improbi exultant gaudio, tum Deus illos ſine magnis doloribus ex hac vita educit. Videtur itaque deterioribus magis favere Deus. Quo vero, quæſo, progrederemur, ſi vellemus judicare, Deum ſtatim exequi punitiones, quas vult ſuper improbos expromere? Sed quamvis in ſumma habeamus quod Jobus hic dicit, nihilominus, ut tota res melius intelligatur, operæ pretium fuerit, ut conſideremus quis Sophari fuerit error. Verum eſt, omnes ſententias illas, quas capite proximo audivimus, bonas & veras eſſe: ſed, quemadmodum diximus, male fuerunt ap-

[illegible] ſtatim atque aliquis graviter afflictus eſt, pronunciandum ſit, eum Dei hoſtem & adverſarium eſſe; quum contra, ſi quiſpiam bene & commode ſe habet, ex eo judicandum ſit, Deum ipſi propitium eſſe, aut eum diligere. Non autem ita debet procedere judicium noſtrum: & ſane hic fuit error Sadducæorum. Sadducæi enim, quamvis non exiſtimarent animas eſſe immortales, ipſiſque videretur, homines tanquam belluas in hoc mundo vivere, nullam eſſe vitam æternam, nec reſurrectionem: quamvis, inquam, ita belluini eſſent, non tamen inficiabantur Deum eſſe, & quidem colendum: hominibus item ambulandum cum integritate & bonitate conſcientiæ: Deum præterea attente intueri eos, qui ſancte vivunt, ad illis opitulandum, ſuamque bonitatem exhibendam: tum improbos ipſum punire non negabant. Sed quomodo hæc ſibi conſtant, quum in hoc mundo ii, qui Deum timent, ſæpe peſſime ſe habeant? Nam Sadducæi inquiebant, Deum in hac vita compenſare eos à quibus colitur, & punire eos à quibus contemnitur. Atque ita, ſecundum illorum ſenſum & imaginationem, nulla ſupereſſet hominibus ſpes in futurum, ſed prout illos Deus in hac vita tractaret, ita ipſis bene vel male eſſet. Ut autem ejuſmodi imaginationi reſiſtamus, & tam pernicioſum errorem repellamus, ideo data opera Deus non ſemper vult improbos punire, ut cognoſcamus, eſſe judicium aliquod præcipuum, quod nondum apparuit. Præterea Deus non ſemper oſtendit ſigna ejus amoris, quo ſuos complectitur: eos enim ſæpius tanquam prædam exponit libidini hoſtium, ita ut impetantur & crucientur, omni ope & auxilio deſtituti. Cur vero? Ut ſciamus meliorem & excellentiorem ſalutem nobis in cœlo paratam eſſe. En quomodo Deus nos ad extremum diem vocat: & eſt tanquam tuba, quæ perſonat in auribus noſtris, quotieſcunque improbi non puniuntur pro meritis, Deuſque illis parcit: quoties item boni tantum, quantum maxime poſſunt, affliguntur, & quamvis Deum invocent, in ſpecie tamen non exaudiuntur, nec animadvertitur Deus ipſorum miſereri: ſed potius videatur ipſis terga obvertere, illos abjeciſſe, nec ullo modo velle ipſos malis, quibus vexantur, liberare. Videmus igitur, quanta fuerit Sadducæorum ſtoliditas, quum exiſtimarunt totum hominem eſſe mortalem, nullam ipſi vitam æternam conſtitutam eſſe, bonumque & malum, quod nobis ſit timendum aut ſperandum, in hoc mundo duntaxat eſſe: ſe tamen in hac opinione tam craſſa & belluina obfirmarunt. Sopharus autem & ſocii ejus ejuſmodi cogitatione quodammodo implicati erant: Ecce, Deus eſt Judex mundi: quando itaque aliqui affliguntur, ipſiuſque virgis cæduntur, ſequitur, illos ipſi exoſos & omnium

maxime

Digitized by Google

bus, qui rerum gerendarum occaſiones amittunt. Quum aliquid ad manum habuero, ejus efficiendi mihi fuerit facilis & expedita ratio, ſi ea non utar, id mihi excidit: rem poſtea integram cupiam, ſed fruſtra occaſionem amiſſam exſpectabo. Cur vero? Deus vult nos eo incitare ad diligentiam, ut quum fores nobis aperit, ingrediamur, quumque nobis viam commonſtrat, pergamus. Sed quod ad ipſum attinet, minime opus eſt, ut noſtræ conditioni ſit obnoxius, ita ut exiſtimemus, ipſum, ſi non ſtatim agat, rei gerendæ opportunitatem amiſſurum. Minime: nam ſemper, quotieſcunque illi viſum fuerit, tempus, horam & rationem recuperabit. Atque ita notemus, non concludendum eſſe, Deum punire improbos, quamvis ſit mundi Judex. Verum quidem eſt, nos poſſe concludere, id illum facere ex parte. Ut puta, Deus eſt Judex mundi: ſequitur igitur, ipſum videre ſcelera & flagitia, quæ admittuntur, ipſa obſervare, & in ſuas tabulas referre. Præterea boni qui in ipſius timore & cultu ambulant, qui in ipſo confidunt, ipſum invocant, illi curæ ſunt, vult ipſis opitulari. Et ſane fideles ſentiunt, Deum ipſis proximum eſſe, & invigilare ipſorum ſaluti: id experientia intelligunt, ſiquidem hac vel illa ratione illos ſuo præſidio ſemper Dominus fulcit. Improbi quoque, ringantur licet, manum ejus ipſos perſequentem ſentiunt. Sed numquid propterea ſequitur, Dei judicia ſemper nota & manifeſta eſſe? Minime. Numquid, eum hic punire unumquemque pro meritis, & ea, qua par eſt, menſura? Minime. Sed Deus dat aliqua ſigna, ex quibus cognoſcitur, omnia illius rationibus obnoxia eſſe, hominibus ipſius judicium ſubeundum eſſe: dat etiam aliqua ſigna, quibus oſtendit, ſe ſuos nunquam obliviſci, ſed eos ſub ſua tutela & protectione habere. En, inquam, quod nobis con-
Eccleſ. 5. cludendum eſt. Quum Scriptura ſacra nobis dicit,
verſ. 7. Mundum gubernari providentia Dei, omniaque ab
Sap. 14: 3. ipſo diſponi & ordinari. Sed tamen ſi vellemus, Deum ſe hic plene & perfecte Judicem hominum oſtendere, quid, ut jam declaratum eſt, in ultimum diem reſervaretur, qui quidem dies, ſpes omnis, & exſpecta-
Col. 1: 5. tio noſtra eſt? Quando Scriptura ſacra ſollicitat fi-
Tit. 2: 13. deles, & eos ad bene ſancteque vivendum hortatur, ait, Amici mei, erigite animos veſtros ad diem illum ultimum. Neque enim unquam fieri poteſt, ut habeamus in nobis firmum & conſtans propoſitum Deo ita adhærendi, ut nunquam ab ipſo deflectamus, niſi res has inferiores ſuperemus, ad ſurſum tollendos & erigendos noſtros animos, & noſtra ancora ibi ſit fixa, & penitus hæreat. Sic igitur videmus Jobum pugnare contra falſam illam, peſtiferam & maledictam opinionem Sadducæorum, qui exiſtimarunt Deum in hac vita caduca duntaxat ſua judicia exercere: & voluiſſe oſtendere, improbos poſſe florere, omnia ex animi ſententia obtinere: non propterea ſerenum eſt, ut videamus id quod abſconditum eſt. Sic quando Deus huic mundo turbas & nebulas immittit, & videmus iniquitatem, quæ tanquam frenis ruptis & laxatis præceps in obliquum fertur, quæ inſtar diluvii ſuper omnia effunditur, nec tamen animadvertimus, Deum illi velle obſiſtere, ſed videntur omnia temere ferri & ruere: boni opprimuntur, & quamvis gemant & ſuſpiria mittant ad Deum, is tamen diſſimulat, ſe velle ipſis opitulari: quando, inquam, iſta omnia intuemur, ad conſiderationem quandam ſenſu noſtro naturali ſublimiorem nos evehi oportet: nobiſque tunc concludendum eſt, Deum tamen adhuc nobis adeſſe: quumque etiam non patiatur mundum penitus in abyſſum detrudi, ſed ſit adhuc frenum aliquod arcanum, cohibeat improbos, non omnia ſanguine madere, & cædium plena eſſe videamus: Deum regnare cognoſcamus, etiamſi arcana quadam & obſcura ratione imperium exerceat. Præterea videmusne bonos non adjuvari aut liberari ipſius manu? Ipſos tamen tuetur & conſervat: nam abſque ejus ope & auxilio penitus perirent. Quamvis igitur afflictionibus vexentur, non inde tamen ſequitur, Deum illis tergum penitus obvertiſſe, aut eos nullo modo reſpicere. Contra in medio nubium ſpiſſarum & obſcurarum ſe illis propinquum ad ſuccurrendum in tempore probat. Hoc igitur ſemper nobis perſuaſum ſit, Deum, & quidem ratione quadam arcana, omnia regere. Nunc autem non ſolum Jobi ſenſum habemus, ſed etiam videmus, in quem uſum & finem applicandus ſit nobis hic ſermo, ut ex eo bonam doctrinam poſſimus colligere. Fieri non poteſt, quin, quum homines ad omnem abruptam licentiam effuſos videmus, id multum nobis doleat: tum ſemper ad malum magis inclinamus, & alia ex parte nos Diabolus ad diffidentiam ſollicitat. Quando igitur non videmus, Dominum coërcere improbos, eoſque peccantes corrigere, nec contra bonis opitulari: verum eſt, id grave nobis & moleſtum eſſe: poſſumus enim in nobis dolorem & triſtitiam aliquam concipere, quæ nos inducat ad quærendum ex Deo, cur diſſimulet & conniveat; (videtur enim tunc quaſi dormire:) neque tamen nos ita ferventes & præcipites eſſe oportet. Cur vero? Scit enim Dominus noſter, quomodo debeat exercere judicia ſua: non eſt noſtrum illi legem imponere. Ita quidem: ſed, aut nunc, aut nunquam exercendi judicii tempus eſſet, inquies. Atqui quid ſumus nos? Numquid nobis temporis definiendi auctoritatem debemus arrogare? Cæterum ſi dicamus Deum nimis exſpectare, ſciamus, nos ea duntaxat, quæ in oculis noſtris ſunt, intueri. Atqui alia eſt vita: nihil eſt tranſitus iſte, in quo nunc verſamur. Quum hic homines vixerint, iter ſuum confecerunt, ſed totum hujus vitæ ſpatium eſt curriculum præ illo æternitatis tempore, & vita illa in æternum permanſura. Sic igitur, ſi homines

non

& patientiam ſuorum exercere: lenitate ſua improbos & incredulos ad reſipiſcentiam invitat: ſed eos magis inexcuſabiles reddit, quum ex ipſius bonitate ſe indurandi occaſionem capiunt: id eo magis ipſorum condemnationem aggravat. Hoc nobis reſpondendum eſt. Tum vero ſi aliquando tentamur ad optandum, ut Deus feſtinet: at noſtrum non eſt, ipſi legem imponere. Verum quidem eſt, nos poſſe gemere, & dicere, Domine, uſque quo? Sed tandem omnibus noſtris votis & petitionibus patientiam moderari oportet, ut, quicquid ſit, Deo ſemper ſubjiciamur, & patiamur, ut omnia diſponat pro bona ſua voluntate: noſtrum eſt optare, ſed ne tamen in noſtris votis animum inducamus, Deum noſtris deſideriis ſubjicere: ſed in eo obedientiam noſtram probemus, licet res, quomodo poſſemus imaginari illas faciendas eſſe, non efficiat. En, quis verus uſus ſit hujus Jobi doctrinæ. Sed in primis ad hunc ſcopum tendamus, ut ſemper in extremi judicii exſpectatione confirmemur. En quomodo hic nobis procedendum, & cognoſcendum, Deum eſſe juſtum, ejuſque munus eſſe mundum gubernare. Quum hos duos articulos ſumſerimus, bonum fundamentum habebimus, ſuper quod licebit nobis ædificare. Dei munus eſt mundum regere: neque enim nobis imaginandum eſt, eum eſſe tanquam idolum aliquod. Si cognoſcimus, Deum eſſe eſſentiam incomprehenſibilem, ita ut dicamus, Deus omnem in ſe Majeſtatem continet: & interea ipſum ſpoliemus eo quod illi proprium eſt, & ab eo nullo modo poteſt divelli: ipſum in idolum, & rem mortuam convertimus: ut ſane, ſi non regit ſuas creaturas, ſi omnia non ſunt ipſius imperio ſubjecta, ſi omnia ipſius manu & conſilio non diſponuntur, nonne, quæſo, hoc fuerit Deum quaſi in fruſta diſcerpere? nonne hoc eſt ipſius Majeſtatem abolere? Sane. Hic igitur articulus nobis pro certo & fixo habendus eſt, Deum gubernare, omniaque illius ductu & conſilio contineri. Adjiciendum quidem nobis eſt, ipſum juſtum eſſe, nec mundum regere confuſa, cæca, & præcipiti quadam ratione, ejuſque dominationem non in eo poſitam eſſe, ut poteſtatem ſuam abſolutam oſtendat: quod faciunt tyranni, ſibi permittentes licentiam, quicquid libuerit, per nefas perficiendi: ſed Deus ejuſmodi poteſtatem exercet, ut illius regula ſit ſua juſtitia. Ubi vero illa duo habemus fixa, exinde per turbas & confuſiones, quæ ſunt in hoc mundo, in ſpe reſurrectionis nos confirmari oportet. Quid? Videmus improbos vivere & ſeneſcere: videmus eos omnes dies in lætitia tranſigere, laute ſe tractare, videmus omnia illis ex voto evenire, in prole, in gregibus, in familiis, ut illos quaſi intra ſuas ulnas Deus geſtare videatur: concludendum eſt igitur, eſſe aliud judicium. Sic recreemus nos exſpectatione adventus eſt illis, qui nunc triumphos ſuos agunt. Ergo, Domine, pollicitus es bonis te Patrem futurum, invocamus te, & tamen non videmus ſtatim auxilium tuum: eo intelligimus, Domine, hic nobis non eſſe hærendum. In cœlum, in cœlum igitur tendamus: eo enim nos vocas. Sic igitur ne hanc vitam reſpiciamus: nec nobis doleat in ea agitari multis undis & turbinibus, quum hoc pacto nos Dominus noſter ad veniendum ad ſe ſurſum, non ſecus quam ſi nos calcaribus admotis pungeret, ſollicitet. En igitur præcipuum uſum, quem debemus ex hoc loco colligere. Sic igitur, tantum abeſt, ut Jobus hic limites exceſſerit, ut præcipuos noſtræ fidei articulos tractarit, quum hic oſtendit, non pugnandum eſſe adverſus providentiam Dei, etiamſi illa ſe non ſtatim exerat, nec more Sadducæorum nobis hic conſtituendum complementum omnium operum Dei. Contra, ultimam illam reſurrectionem nobis reſpiciendam eſſe, quoniam ibi omnia inſtaurabuntur, quodque modo confuſum eſt, ſuo tunc loco & ordini aſſeretur. Cæterum ſi primo impetu tentatione aliqua præoccupamur, ne deſpondeamus animum: ſed revertamur ad eam concluſionem, quam hoc loco facit Jobus. nam, ut jam dixi, nimis experimur, quam ſimus debiles, & quam cito deficiamus, quum premit nos & urget aliqua tentatio. Quando itaque res temere & confuſe ruere videbuntur, hic opprimemur, improbi florebunt, dolore corripiemur, & ægritudinem animo concipiemus, tunc diſceptare, ſicut hic Jobus diſceptat, incipiemus. Poterimus itaque ingredi in diſceptationem: fieri enim nequit, quin initio, & quando primum ſe iſta nobis offerunt, agitemur. Quid hoc ſibi vult? Quomodo iſta Deus intelligit? Sed ibi non eſt hærendum: & propterea, poſtquam diſceptaverimus, Quid hoc ſibi vult? veniamus ad id, quod Scriptura nobis oſtendit, nempe, ſi Deus ſervaret hic ordinem tam accuratum, ut nihil in eo deſiderari poſſet, ubi eſſet paradiſus noſter? Quam fidem aut ſpem haberemus? Sed quoniam Dominus vult nos ad ulteriora evehere, res modo tanquam in dubio & ancipiti ſuſpenſas relinquit, ita ut poſſimus dicere, Ubinam ſumus? ſed id eo facit, ut in ſpem illam reſurrectionis conjiciamus oculos. Ergo non deſpondeamus animum, quamvis natura noſtra nos ad multas malas tentationes traducat, ſed illis reſiſtere diſcamus, & ad eam concluſionem, quam Jobus hic facit, deveniamus: hoc eſt, ut, quamvis primo tentationis impetu concuſſi fuerimus, Deum tamen in omnibus iis, quæ facit, juſtum eſſe, eumque, quamvis judicia ſua differat, illorum tamen exequendorum, quum ipſi videbitur, occaſionem non amittere, concludamus. Quod enim parcit improbis, id eo facit, quod exſpectat dum illi vices ſuas impleverint. En quod nobis hoc in loco

obſer-

Digitized by Google

verſ. 15. ĉtute dierum ſatur moreretur. Dives fuit: nam, quamvis non haberet hæreditatem aut poſſeſſiones, habuit tamen ingentem familiam, numeroſos item *Gen. 13.* greges & armenta, ut oſtendit Scriptura. Sed tamen, numquid in his erat inebriatus? numquid opum ſuarum fulgore, tanquam perſtrictus & excæcatus *Hebr. 11. verſ. 9.* erat? Minime: ſed fuit in hoc mundo tanquam peregrinus, & advena: intellexit, ſe à Deo ad ulteriora vocari; non innixus quoque fuit ſuæ virtuti: nec ſimilis fuit eorum, qui exultant, & inſtar equorum, diſruptis vinculis quaquaverſus ruentium, laſciviunt, & petulantes ſunt, quando aliquam ipſorum corporibus ſanitatem, & vigorem Deus conceſſit: ſed ſemper tanquam domitus fuit coram Deo, ſemper depreſſus & demiſſus, ita ut ejus exemplum nobis multum prodeſſe poſſit. Mundani autem homines, & qui ulterius quam in terram non conjiciunt oculos, quum divitias & ſanitatem corporeams habent, ibi inebriantur, ita ut ſeipſos obliviſcantur, & Deum amplius non reſpiciant. Sicut videas, in eadem menſa hominem temperantem, iis, quæ appoſita, ſobrie uti, nec abuti, ſed duntaxat de iis quantum ſatis ſit ad corpus reficiendum ſumere: alium vero belluari, & ingurgitare ſe, ventremque ita infercire, ut prope dirumpatur, ſi præſertim vinum affatim ſuppetat: ſicut videas nonnullos, qui nihil aliud agunt & curant, quam ut hebeteſcant & in belluas convertantur, ſibique in eum uſum duntaxat guttur accepiſſe videntur, ut vinum ingerant: denique ſeipſos in gehennam præcipitant, ut eo liberius ſe impleant. Non aliter fieri poteſt, ut nonnulli aliquam felicitatem habeant, in ea tamen non exultent & inſoleſcant, ſed ſe in timore, & tanquam ſub freno ſemper contineant. Sed Jobus hic dicit, improbos donis & liberalitate Dei abuti, quumque illis Deus laxat aut liberas relinquit habenas, illos tunc ſe, ut dicitur, campo dare, & quaquaverſus præcipites ruere, ita ut ſe nemini ſubjectos putent: ad ſonum tympani & tibiarum exultare, ſaltationi & genio indulgere duntaxat, illiſque voluptatibus ſe totos belluarum inſtar tradere. En quod Jobus hoc in loco voluit exprimere. Quum autem hic nobis deſcripſit contemtores Dei, eoſque, tanquam in tabula depictos, oculis noſtris ſubjecit, id eo factum eſt, ut nos ab ejuſmodi ſtupore quam maxime procul abducere diſcamus. Atque ita quum Deus nobis aliquam bonorum copiam & abundantiam dabit, diſcamus non inebriari illis: ſed ſemper in timore ambulemus, ſtrictas habenas nobis tenentes, ſimus vigilantes: neque enim filii noctis ſumus, ut ait San- *1 Theſſ. 5. verſ. 5.* ctus Paulus: Deus nos verbo ſuo illuminat, vult ut tanquam in luce meridiana ambulemus. En quod nobis hoc in loco notandum eſt. Cæterum quum Deus non dat nobis delicias & commoditates omnes optatas, intelligamus, eum nobis parcius cibos admetiri, quoniam nos uberioris menſuræ capaces non eſſe

ſibi ſemper propoſuit, ut homines excæcaret, eoſque ab aſpectu Dei, & vita æterna averteret, eo etiam tempore illis artificiis uſus eſt: tum homines id quod ſibi pulchrum videbatur, & carni adlubeſcebat, libenter ſequuti ſunt. Quando igitur multos hodie eſſe videmus, qui nihil aliud cupiunt quam in gaudia ſe effundere, nec ullum geſtum modeſtum & compoſitum præ ſe ferre norunt, ſed ſaltant, tripudiant, & choreas agunt more belluarum vagantium, & ſimilia agunt: id non nudiuſtertius cœpiſſe, ſed Diabolum ſemper regnaſſe inter homines, intelligamus. Sed illud etiam cognoſcamus, malum nequaquam propter vetuſtatem excuſari. Ita ſemper factum eſt, inquiunt homines. Ita quidem: quia nimirum Diabolus ſemper regnavit. ſed an propterea Deus de ſua poſſeſſione deturbatus fuit? Cæterum verum eſt (ut cras Deo dante plenius tractabitur) tibiam & tympanum, reſque alias ſimiles, non eſſe ſimpliciter condemnandas: ſed duntaxat hominum abuſum damnandum: ſed ſæpiſſime verus rerum iſtarum uſus pervertitur. Certum enim eſt, tympanum nunquam ſonare ad exhilarandos homines, quin ibi ſit vanitas, non dicam ſuperflua, ſed prope belluina: nam ecce homines qui extra ſe abripiuntur, ita ut non recreent ſe & exhilarent gaudio moderato, ſed ſe in aërem vibrent, & quaſi ex ſeipſis exire velle videantur. En igitur quomodo Jobus hic voluit gaudium maledictum notare, gaudium, inquam, quod Deus condemnat. Eo admoniti, debemus nos in officio continere: quumque videmus multos eſſe qui ejuſmodi voluptates & recreationes tantum quærunt, dicamus, Væ illis: &, ſi nolumus eandem maledictionem ſuper nos venire, diſcamus nos ab ejuſmodi diſſolutionibus & petulantiis removere: & potius demus operam, ut nos contineamus, Deum ſemper in oculis noſtris habeamus, ut gaudium noſtrum ab ipſo benedicatur, boniſque & commodis nobis conceſſis ita frui poſſimus, ut nihilominus ſurſum ad cœlum ſemper aſpiremus. En igitur quomodo gaudia noſtra omnia ad eum finem referenda ſunt, ut in nobis perſonet melodia quædam, per quam Dei nomen in Domino noſtro Jeſu Chriſto benedicatur & glorificetur.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & petentes ab ipſo, ut eorum ſenſum talem nobis indat, ut in illis vere nobis diſpliceamus, & ad illum converſi, nihil aliud petamus, quam ut naturæ noſtræ vitioſitatem mortificet, omnes noſtras cogitationes & affectus ad juſtitiam ſuam dirigens & conformans, noſque novas creaturas faciens, quo ita per hunc mundum tranſeamus, ut ſcandalis & corruptelis, quæ in ipſo vigent & regnant, non corrumpamur, miſeriis etiam, quæ in ipſo nobis ſunt perferendæ, & afflictionibus, quas Deus nobis immittit, non perturbemur aut deprave-

mur,

Digitized by Google

H[illegible] qui abutuntur bonis ſibi à Deo conceſſis in hac vita mortali, ita ut præ gaudio prope mente alienentur, & inebrientur. Eoque admonemur, nobis ita gaudendum eſſe, ut perpetuo in nobis ſit temperantia, & poſſimus nos continere. Dei enim memoriam ſubinde in animis noſtris renovare & conſervare debet bonorum, quæ is nobis largitur, receptio: id nos ad ipſum & ejus amorem debet allicere. Contra videmus, eos, qui præter modum & ordinem ſe exhilarant, Deum oblivisci, & ita in lætitiam effundi, ut de ipſo amplius non cogitent, nec illi velint eſſe ſubditi. Sic igitur ſequamur illam temperantiam, quam dixi, & diſcamus moderari omnes noſtras recreationes, ne hujus mundi admiratione rapiamur. Interim quia hic mentio fit tibiæ, citharæ, tympani, & aliorum muſicorum inſtrumentorum, notemus, res, quæ bonæ ſunt natura ſua, non debere à nobis in malum uſum converti: ut, Muſica in ſeſe non poteſt condemnari: ſed quoniam ipſa ut plurimum mundus abutitur, nobis debemus magis attendere, ne ea nobis noceat, & ejus rei hic locus admonet. Videmus hodie eos, qui utuntur Muſica, virus quoddam & odium adverſus Deum imbibere, & ſe indurare. Erunt cantilenæ, ſed quales? obſcœnitatis plenæ, tum ad mali cumulum choreæ accedent, nam ſemper erit admixta impudicitia, ita ut choreæ in ſeſe, & quomodo ipſis homines abutuntur, ut uno verbo quod res eſt dicamus, nihil aliud ſint quam lenocinia. Non igitur ſine cauſa Jobus, volens exprimere, filios hujus mundi & contemtores Dei effundere ſe in ſua gaudia, mentionem facit ſoni tympani, tibiæ & aliorum muſicorum inſtrumentorum. Ut jam tetigi, non condemnat iſta, quaſi natura ſua mala eſſent: ſed reſpicit abuſum, qui in illis committitur: neque enim homines unquam ita modum ſervant in voluptatibus, ut Muſica modeſte utantur. Hoc igitur vitium notandum eſt, ut noſtræ utilitatis cauſa de eo fugiendo cogitemus. Denique excuſemus quantumlibet vanitates quæ admittuntur in Muſica, ecce illas à Spiritu Dei condemnatas, quoniam homines nimis ſe exhilarant: quumque voluptates & delicias ex his rebus inferioribus colligunt, de Deo non cogitant, nec ad ipſum omnia referunt. En igitur in ſumma id quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Tandem vero dicitur, Deum permiſſurum, ut contemtores ſuæ Majeſtatis *momento temporis in ſepulcrum deſcendant, poſtquam ſe toto vitæ tempore laute & hilariter tractarint.* Hoc quoque notatur in Pſalmo ſeptuageſimo tertio, quamvis ibi ſit alia ſimilitudo, nempe improbos ire ad mortem nullis vinculis aut funibus impeditos & retentos. Eoque Propheta innuit, filios Dei nihil aliud quam languere in hoc mundo, & alas demiſſas inſtar avium languentium trahere: nam morbi, & res ſimiles, ſunt tanquam

[illegible] hunt. Una ex parte, quando ægrotamus, ecce mortem, quæ nobis minatur: admonemur enim, quæ ſit vitæ noſtræ fragilitas: ſunt enim totidem nuncii quos Deus nobis mittit, qui nos moneant, Parate vos, nihil enim certi aut firmi habetis in mundo. En igitur vincula mortis, quæ nos ad ipſam trahunt. Tum languentes mori non poſſumus: interdum videbitur, nos ad ſemiannum duntaxat, & non amplius vitam poſſe producere: & tamen ſemper ulterius pergimus, & interea malum continuatur. Id animadvertimus in filiis Dei, interim improbi exultant, robuſti ſunt, & pleni vigoris: quando vero ad mortem veniunt, animi gratia & quaſi ex voto videntur illam obire, tum quaſi cubitum ire. Id mirum quidem videatur: ſed id, quod jam ſuperius expoſitum eſt, retineamus, nempe Jobum velle oſtendere, quod, quamvis Deus hic inferius non puniat omnia ſcelera & flagitia, non tamen exiſtimandum ſit, ipſum dormire, aut munus ſuum deſeruiſſe. Cur? Reſervat ſibi judicium poſt hanc vitam exercendum. En igitur, quomodo animos noſtros altius debemus erigere, quam ad hanc vitam caducam, cognoſcentes, quod etſi quiſpiam in hac vita votorum omnium compos factus eſt, non propterea deſinit eſſe miſer & infelix, nec illi propterea felicitas aliqua attribuenda. Cur? Quia ſiſtetur coram ſuo Judice. Quare ne tentatio ejuſmodi nos invadat, ut velimus ſimiles eſſe eorum qui Deum contemnunt, ſibi hic indulgent, & in voluptates totos ſe immergunt: ſed malimus eſſe miſeri, modo Deus bonitatis ſuæ guſtum nobis det, ut in ea acquieſcamus, intelligentes noſtrum ſummum bonum in eo poſitum eſſe, ut ipſe nos amet, nobiſque ſit propitius, atque ita diſcamus in hæreditatem illam cœleſtem oculos conjicere. En cujus fideles hic admonentur. Jobus autem deinceps declarat, quomodo improbi omnino Deum rejiciant: dicunt ipſi, *Recede à nobis, nolumus enim agnoſcere vias tuas.* Verum eſt, raro improbos ejuſmodi blaſphemiam evomere, ut verbis profiteantur, ſe Deum rejicere: ſed reipſa ſatis oſtendunt, ſe nihil tam cupere quam ipſo carere, & illius dominationi eximi: quumque id non poſſunt reipſa conſequi, tamen conantur, quantum poſſunt, ſe ab ipſo quam longiſſime removere. Id videmus. Atque id ita eſſe ut pateat, quando homines ſine ullis conſcientiæ ſtimulis volunt vivere, quumque ſponte ita hebeſcunt ut non amplius quidquam inter bonum & malum diſcriminis conſtituant, omniaque ſibi licere putent: nonne illud perinde eſt, acſi Deo dicerent, Recede à nobis? Nam ſi Deus nobis eſt propinquus: neceſſe eſt ut in oculis noſtris tanquam Judicem habeamus, nihil cogitemus aut dicamus, niſi tanquam ipſo præſente, nihilque aggrediamur niſi tanquam ab ipſo judicandi. Omnes igitur qui libertatem & licentiam vivendi pro arbitrio habere volunt, perinde

faciunt,

Digitized by Google

en quomodo homines, quum deberent ad Deum accedere, ſe ab ipſo removent. Ideoque dixi, Jobum hic declarare quod antea innuerat, nempe improbos & contemtores Dei, quando nolunt ſe ſubmittere viis Dei, ab eo quam longiſſime poſſunt recedere. Nolumus igitur nobis quidquam eſſe rei cum viis tuis, hoc eſt, Recede à nobis. Ecce autem locum ex quo bonam & utilem doctrinam poſſumus colligere: nam primum nobis oſtenditur, quænam ſit radix & fundamentum bene vivendi: ut nimirum Deum tanquam in oculis habeamus. Verum eſt, nos ipſum fugere non poſſe: ſed nos etiam illi propinquos eſſe oportet. Et ecce, cur Scriptura, quando vult ſignificare aliquem ſancte vixiſſe, dicit, Eum Deum habuiſſe ante oculos ſuos: contra, quando dicit, aliquem tergum Deo obvertiſſe, oſtendit illum non conjeciſſe oculos in Deum, nec illius memoriam ſervaſſe: quod perinde eſt, acſi diceretur, illum hominem fuiſſe depravatum, omni vitio deditum, denique deſperatum eſſe. Sic igitur notatu digna hæc loquutio. Cur? Natura noſtra ad omne genus corruptionis proclives ſumus. Quomodo vero nos inde poſſumus retrahere? Res eſt difficilis, ut homines ſe mutent, vimque adeo inferant ſuis voluptatibus, ita ut cognoſcatur, eos eſſe renovatos, & vere dici poſſit, eos non amplius eſſe, qui fuerunt. En, inquam, rem difficilem: homo enim, poſtquam ſemel à recta via deflexit, longius ſemper ſe in malum provehit, niſi illum vis & robur quoddam admirabile, injecto freno retrahat, & propriæ voluntati, ſenſui & rationi abrenunciare cogat. Ita autem ſe res habet, uti jam oſtendimus, quod homines ſemper ad malum tendunt & feruntur, donec reformentur. Quis autem eos reformabit? Id ex ſeipſis præſtare illi non poſſunt, id creatura nulla poteſt perficere: Deus itaque operetur oportet, ſola præſentia Dei in eo aliquid efficere poteſt, quando homo ita cognoſcet, & ſecum reputabit, Ergo, age, ambulandum eſt mihi coram Deo meo, qui eſt meus Judex, & quicquid ſit, ego non poſſum ex manu illius evadere. Si homo ita ſecum reputarit, tunc poterit adverſus malas cupiditates pugnare, ita ut pro eo quod malo deditus erat, bonum ſequi paratus ſit futurus. Deinde præterquam quod pravæ noſtræ cupiditates nos in tranſverſum rapiunt, ita cæcutimus, ut quiſque ſibi perſuadeat, malum eſſe bonum: nec poſſumus alterum ab altero dignoſcere, donec Deus nos illuminet. Quamdiu enim alii cum aliis ambulamus, Deo non præeunte, ductu caremus, mera eſt inter nos ἀταξία, unuſquiſque ſocium ſuum fallit & decipit: ſumus tanquam miſeræ belluæ: is qui aliis præit, male ducit, tanquam miſer cæcus: unde fit, ut ſeducantur alii, qui ex more & conſuetudine ambulant. legem enim in conſuetudinem mutamus. Nulla igitur alia ratio ſupereſt

Gen. 5. verſ. 22. Jer. 2. verſ. 27. 32, 33.

etiam maxime arcanas cogitationes, nullam eſſe medullam, neque os, nec tam ſecretum quidquam, quod non ab hoc verbo excutiatur. Quum igitur hoc cognoſcimus, inde fiet, ut ad Deum accedamus, ipſum ſemper ob oculos habeamus, nec quidquam niſi illi parentes aggrediamur. Sic juxta illud, quod hic continetur, Dei vias cognoſcere cupimus, cum contra qui ipſas volunt ignorare, & adverſus lucem oculos claudunt, Deum quantum poſſunt, repellant. Eo autem admonemur, quanti debeamus verbum Dei facere. Hoc enim ſummum noſtrum bonum eſt, ut Deus nobis ſit propinquus, noſque illi. Quomodo vero, & qua ratione id fiet? Quando ipſe ex parte ſua deſcendit ad nos, dat nobis verbum ſuum, nobiſque hoc teſtimonium dat, ſe velle in medio noſtri habitare: quum vero verbum illud approbamus & recipimus, perinde eſt, atque ſi Deum ipſum intra nos exciperemus, Dominum agnoſceremus, illiuſque imperio nos ſubditos eſſe velle profiteremur. Quum itaque Deus nobis ſit præſens per verbum ſuum, intelligimus, nullum majus malum nobis accidere poſſe, quam quum Deus nos ſinit errare in noſtris vanis imaginationibus, non gubernat nos, nec doctrinam ſalutis, per quam nos ad ſe attrahit, habemus. Contra theſaurorum omnium hic eſt maximus, quique nullo modo à nobis ſatis æſtimari poteſt, ut Deus nos regat, de ipſius voluntate doceamur, certum denique teſtimonium habeamus, eum velle nos ad ſe tanquam populum ſuum colligere. Sed hoc male mundus cognoſcit, ideoque eo magis nobis hic locus notandus eſt. Cæterum ſimus admoniti, eos qui refractarii eſſe volunt, nec poſſunt ſub Dei jugo collum flectere, perinde facere atque ſi Deum à ſe quam maxime procul amandarent, & repellerent. Verum eſt, eos exiſtimare, ſibi magnam fieri injuriam, quum vocantur hoſtes capitales Dei, & dicitur, eos nihil aliud petere, quam ut Deum omni auctoritate ſpolient, & pedibus proculcent: Atqui, inquiunt, noſtrum conſilium non eſt ejuſmodi. Ita quidem illi, ſed an mendacem reddent Spiritum Sanctum, qui declaravit, omnes eos, qui nolunt ſe doctrinæ ſalutis ſubjicere, quantum in ipſis eſt adverſus Deum pugnare, velle illum mundi gubernatione pellere, nec poſſe pati, ut is regnet, & auctoritatem ſuam retineat? En quod S. Spiritus pronunciat. Quum ita ſe res habeat, ſi nolumus ejuſmodi ſacrilegii rei eſſe, diſcamus nos Deo ſubmittere: & quoties Deus mittit nobis verbum ſuum, ſub ipſo tremamus: & eo oſtendamus, nos nihil aliud cupere & velle, quam Deo noſtro præſentes eſſe, eum ſemper intueri, & ambulare tanquam ſcientes vitæ noſtræ illi reddendam eſſe rationem, nec nos ex ipſius manu evadere poſſe. Cæterum Dei etiam præſentia ſit nobis deſiderabilis. Neque enim ſatis eſt, ut Deum reſpiciamus: ſed nobis

Digitized by Google

noſter? Si enim nosipſos volumus cuſtodire, ubi erit noſtra fiducia & ſecuritas? Quales enim duces viæ & cuſtodes ſumus? Sic igitur diſcamus Deum noſtrum precari, ut, quicquid ſit, nunquam recedat à nobis, & idcirco ut guſtemus bonitatem illam infinitam, quæ in ipſo eſt, ut tantiſper, dum nobis verbo ſuo prælucet, eum Judicem eſſe mundi cognoſcamus, nobiſque illi non ſolum omnium noſtrorum operum, ſed etiam cogitationum rationem reddendam. Verum eſt, nos per id ſponte ad ipſum allici non poſſe. Quid igitur facto opus eſt? ut eum Patrem, ſicut reipſa talem ſe exhibet, agnoſcamus. Poſtquam illum ita bonum & miſericordem cognoverimus, certum eſt, nos conaturos ad ipſum audacter & libere accedere: eo vero ubi pervenerimus, nihil magis in votis habebimus, quam illic hærere & perſeverare ad finem uſque, nullo modo in hanc vel illam partem declinando. En quod nobis hoc in loco notandum eſt, ut non ſolum Deum in oculis noſtris habeamus, ſed, ut is nos reſpiciat & ducat, velimus. Poſtquam vero Jobus hic oſtendit ejuſmodi improborum & contemtorum Dei blaſphemiam, ſubjicit eos dicere, *Quis eſt Omnipotens, ut eum colamus, & quæ nobis ipſum precantibus, inde ad nos utilitas redibit?* Hic Jobus exprimit faſtum & ſuperbiam, quæ eſt in omnibus incredulis & improbis. Atque hic locus eſt diligenter notandus. Scriptura enim ſacra oſtendit, vitiorum omnium, quæ vigent in omnibus improbis, hoc eſſe præcipuum, nempe ſuperbiam & arrogantiam illam, ut contra humilitas eſt virtutum omnium, quibus fideles ornantur, caput. Cur vero? Si enim ea humilitate fuerimus præditi, præterquam quod nobis diſplicere, imo vero nos penitus condemnare, virtutumque noſtrarum opinionem omnem penitus exuere, & ad Deum noſtrum accedere, ut in illo bonum omne quæramus, diſcimus: præter id, inquam, nos ei, qui in nos omne imperium & dominationem habeat, ſubditos eſſe debere cognoſcemus. En igitur quomodo humilitas mater eſt & radix omnis virtutis. Contra quando ſuperbia dominatur hominibus, neceſſe eſt, ut maligni ſint & perverſi. Hæc autem ſuperbia hic incredulis attribuitur: primum enim ſibi perſuadent mira de ſeipſis, in ſapientia ſua confidunt. Et ſane videas, illos nunquam in ordinem cogi poſſe: ſunt enim ita ſui falſa opinione inflati: volunt enim ſapientes, etiam invito Deo, videri, & exiſtimant, ſe, ſi ſuo ſenſui & judicio ad audiendum id, quod in Dei nomine ipſis proponitur, renunciarint, nimis ſeipſos demiſſuros. Ubi vero ita confiderunt prudentiæ ſuæ, volunt ſibi ad omnes delicias & voluptates laxare habenas: ſi vero tum reprehendantur, ſibi magnam injuriam fieri putant. En tibi igitur incredulos ſemper fundatos in arrogantia: ideo-
Hab. 2. vers. 4. que Propheta Habacuc opponit illam elationem fidei, ſignificans fidem homines ſemper ad veram hu-

eſſe volumus? Exempli gratia, petant quique e[illegible]tur, in ſpecie quidem agnoſcent, Deum eſſe, & æquum eſſe, ut ei honor à nobis tribuatur: imo in genere id quidem confitebuntur. Sed quum ad rem ventum eſt, ſiquis illos velit in ordinem cogere, atque his verbis illos admoneat: Quomodo? Nonne Deus nobis voluntatem ſuam patefecit, & quomodo velit nos ambulare declaravit? tum ſatis intelligas, eos id non admittere. Siquis velit avarum à ſua avaritia revocare, ſi ambitioni deditum quiſpiam ob illud vitium reprehendat & increpet, ſcortatorem item, ebrioſum & blaſphematorem, ibi adverſus Deum inſurgent: cuperent enim male agendi licentiam habere, & quamvis hoc non exprimant ore, *Quis eſt Omnipotens?* inflantur tamen inſtar bufonum, nec ſe eo adduci patiuntur, ut Deo ſubjiciantur. Videmus igitur, quomodo Jobus hic accuſat non eos ſolum, qui ore aperto blaſphemiam illam, cujus mentionem facit, protulerunt, ſed omnes eos, qui, ut dictum eſt, ita inflantur in ſeipſis, quique ea arrogantia præditi ſunt, ut nolint cum omni humilitate & ſubmiſſione animi ſe Deo ſubjicere, nec cognoſcunt æquum eſſe, ut is in ipſos imperium & dominium habeat. Denique ſi nolumus in eandem cum iſtis condemnationem incurrere, nos cum Deo comparemus oportet, nempe ut cognoſcamus, ipſum, quoniam noſter Creator ſit, omne imperium habere, omniaque illi ſubjecta eſſe debere. Ecce unum notandum: quoniam nos redemerit morte & paſſione Filii ſui unigeniti, ipſum me- 1 Cor. 6.
reri & dignum eſſe, qui omne imperium & dominium in nos habeat. Quum autem nos tanto pretio v. 19, 20.
ſibi acquiſiverit, non amplius nobis dediti, ſed illius cultui toti addicti eſſe debemus. Deinde, quoniam ſit Pater noſter, nos illi debemus eſſe filiorum loco. Idcirco per Prophetam ſuum Malachiam dicebat, Mal. 1.
Si ego ſum veſter Dominus, ubi eſt timor: ſi ſum Pa- verſ. 6.
ter veſter, ubi eſt amor & honor, quem mihi debetis? Deus illis verbis declarat, nos non poſſe eſſe illi vere ſubditos, donec jus, quod is in nos habet, cognoverimus, ipſique ſuos titulos attribuerimus. Eſt Dominus noſter: omnem itaque reverentiam illi exhibere tenemur, quumque ipſum pro Patre agnoſcimus, æquum eſt ut eum & quidem vero & ſincero amore honoremus. Nam filius, niſi tam horrendum ſit monſtrum, ut eum omnes deteſtentur, patrem honorabit: id autem præſtare non poterit, niſi eum amet. En igitur quomodo Deum debemus reſpicere. Quum autem in nos deſcendimus, ita nobiſcum debemus reputare, Heu! ſumus miſeræ creaturæ, quid eſt in homine, de quo poſſit gloriari? Nihil eſt præter maledictionem. Et tamen quo nos Deus honore affecit? Is nos ad imaginem & ſimilitudinem ſuam condidit: & quamvis ea imago ſit in nobis deleta per peccatum Adami, nihilque præter omnem maledictionem ex utero matrum afferamus, Deus ta-
men

Digitized by Google

ita loquutus eſt, ſubjicit, Ego ſum Deus tuus, ut oſten-
dat, ſe eſſe Patrem populi ſui, & omnium eorum, quos
vult verbo ſuo erudire. Atque ea paternitas, uti jam
dixi, nos ad reverentiam amoris plenam debet addu-
cere. Tum tertio loco commemorat beneficia, qui-
bus ſibi populum ſuum obligarat. Jam longe majora
& excellentiora erga nos exſtant illius beneficia: ne-
quaquam nos ex ſervitute terrena, ſed ex imo infer-
no extraxit: non quidem per manum Moſis, ſed per
Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Quum itaque
ita ſe res habeat, videmus, quomodo omnibus modis
ſimus illi obligati. Quapropter non æquum eſt, ut
deinceps nobis dediti ſimus, ſed unumquemque para-
tum eſſe oportet ad ſe penitus cultui Dei conſecran-
dum. Quin etiam, quod attinet ad illud, quod Jobus
adjicit, certum eſt, nos, ſi id, quod nobis in ſacra
Scriptura oſtenditur, agnoverimus, non dicturos,
Quæ utilitas eſt Deum precantibus? Poſſet quidem
Dominus nobis dicere, Servite mihi, facite quæ ju-
beo, nulla propoſita mercede: ei enim obſtricti ſu-
Luc. 17. mus, ſicuti admonemur, Etiamſi feceritis omnia quæ
verſ. 10. vobis imperata ſunt, adhuc ſervi inutiles eſtis, hoc eſt,
Deum nunquam nobis debitorem fore, ſed nos te-
neri, nos totos ipſi addicere. Deus igitur poſſet nobis
ſimpliciter & abſolute, nulla addita promiſſione, im-
perare: accommodat tamen ſe ad nos, & videns nos
non poſſe adduci ad ſuum cultum, niſi promiſſionem
aliquam adderet, quando dicit, Servite mihi, adjun-
git, Et ego ero vobis in patrem, ero veſtræ vitæ pro-
tector, vos in omnibus neceſſitatibus veſtris adju-
tabo. Sed & adhuc non contentus eſt illis promiſſio-
nibus, nam etiam inutiles illæ nobis eſſent, niſi is ul-
Mal. 3. terius pergeret, quod facit, quando dicit, Condonabo
verſ. 14, vobis peccata veſtra, recipio vos in gratiam & miſe-
17. ricordiam, deleo omnes veſtras iniquitates, poſtea
ego vos tolerabo, & quamvis ſitis fragiles, nec me
omnino, ut debetis, colatis, cultum tamen hunc, quem
dimidiatum & ex parte duntaxat mihi exhibetis, ac-
ceptum habebo: ſum enim Pater veſter, nec opera
veſtra ſecundum juſtitiæ meæ rigorem examinabo.
En igitur tot promiſſiones, quas Deus, ad nos ſibi ob-
ſtringendos, fecit. Ex eo facile perſpicitur, nos nul-
lam excuſationem habere, eo ut poſſimus dicere, Quæ
utilitas Deo ſervientibus? Nam ipſum fugientes non
tamen eſſe poſſumus ſine domino. Qui volunt libe-
ris & laxis, ut dicitur, frenis pergere, etiam inviti
ſervient: ſed cupiditatibus ſuis & Diabolo. Ethnici
bene hoc noverunt dicere, omnium, quæ inter homi-
nes locum habent, ſervitutem miſerrimam & arctiſ-
ſimam eam eſſe, quando quis vitiis ſuis obnoxius &
ſubditus eſt. En diabolicas dominas, nempe volupta-
tes. Ethnici ipſi ita loquuti ſunt. Nonne igitur illud
nobis pluſquam dedecus fuerit, ſi, quum verbo Dei
quando vos à Deo derelictos fuiſſe, & inſtar bellua-
rum erraſſe recordamini. En, quænam ſit conditio
omnium eorum, qui ſe Dei cultui volunt eximere.
Contra quum Deo ſerviemus, certum eſt, illam ſervi-
tutem honorabiliorem fore, quam ſi regnum poſſi-
deremus, ſicut ſupra declaratum fuit. Deus non vo-
cat nos, ut nos ſervorum loco habeat, ſed vult nos pro
filiis agnoſcere. Quum ita ſe res habeat, animadverti-
mus, non fruſtra & in re inutili à nobis operam poni,
quando nos addicimus cultui Dei: ne itaque amplius
illud diximus, *Quis fructus erit?* quum Dominus no-
ſter nobis proponat, omnem noſtram beatitudinem
in eo poſitam eſſe, ut in ipſius timore ambulemus.
Contra nulla major nobis accidere poteſt miſeria,
quam ſi nos ab ejus cultu ſubduxerimus. En ergo
quod nobis notandum eſt. Cæterum ſermonem hunc
longius proferamus, ſicut etiam facit Jobus: vult
enim ſignificare, improbos, quum rebus proſperis
fruuntur, exultare, illiſque videri idem & promi-
ſcuum eſſe, bene vel male vivere: quin etiam Deum
irridentes, illum ſibi putant favere, ſi ſtatim ipſos in
abyſſum non miſerit præcipites: ut verbi gratia, Ac-
cidet, ut Deus interdum parcat improbis, qui ſe ad
omne genus maleficii dederint: ibi indurantur illi.
Cur vero? Quia ſecum optime agi putant, quum non
vident præſentes punitiones Dei: dant ſe contemtui
& rebellioni, ut dicit Salomon. En igitur quo- *Eccl.* 8.
modo improbi exiſtimant, nullam eſſe utilitatem *verſ.* 11,
propoſitam Deum colentibus, & longe ſatius eſſe,
malo ſe dare & applicare, quando ſtatim Deus non
exequitur ſua judicia. Contra vero hoc in nobis cer-
tum & fixum eſſe debet, quod dicitur apud Prophe-
tam Eſaïam: Dicite, Fructus eſt juſto. Quum itaque *Eſa.* 3.
omnia confuſa & perturbata in hoc mundo videbi- *verſ.* 10.
mus, & ludus nobis videbitur eſſe Deo ſervire, in ea
tamen certa perſuaſione fixi permaneamus, Domi-
num nolle eos fruſtrari, qui in ipſum ſpem ſuam re-
ponunt, nec vana ſpe illectos fuiſſe, ſi in ipſo merce-
dem ſuam quæſiverint: nam poterunt cum Davide *Pſa.* 18.
dicere, Dominus eſt mea merces, quomodo etiam di- *verſ.* 5.
cit Deus Abrahamo: Abraham, ambula coram me, *Gen.* 15.
ſum enim merces tua valde ampla. En, quomodo no- *verſ.* 1.
bis pugnandum eſt cum hac tentatione, quæ nimis
frequens eſt, quando homines videntes improbos
florere interea dum miſeri fideles affliguntur, & un-
dique cruciantur, de promiſſionibus Dei dubitant.
Eſt autem adhuc aliquid notandum: nempe quod
Jobus poſtquam loquutus eſt de cultu Dei, ſecundo
loco ponit preces, nempe reverentiam illam, quæ
Deo ab hominibus, ſeſe ipſi ſubmittentibus illum-
que invocantibus, exhibetur. Non ſine cauſa au-
tem precationis mentionem fecit Jobus. Verum eſt,
Deum velle à nobis honorari & coli charitate & di-
lectione

Digitized by Google

fuerit, hominibus quod illis debebatur reddidiſſe, ſi Deus jure ſuo & auctoritate privetur & ſpolietur? nonne vero in infinitum juris prærogativa debet Deus omnibus creaturis anteire? Non igitur ſine cauſâ volens Jobus oſtendere, quis ſit verus cultus Dei, hanc ſpeciem ponit, nempe preces; eum, inquam, cultum, quem Deo exhibemus, quum ſupplices illi nos offerimus orantes eum. Juxta illud Scriptura ſacra oſtendit, hoc eſſe præcipuum ſacrificium, quod Deus à nobis requirit, ut dicitur in Pſalmo quinquageſimo: rejicit enim cerimonias quibus hypocritæ ſimulant ſe ipſum colere: quum enim multa ejuſmodi præclara externa Deo exhibuerint, illum obſtrictum eſſe putant ad ipſos exaudiendos. Quid igitur Deus à nobis requirit? Invoca me in die neceſſitatis, adjuvabo te, poſtea me glorificabis. En igitur præcipuum cultum; quem Deus à nobis poſtulat, ut nimirum ipſum invocemus, perſuaſi fore, ut, ſi cum veritate ipſum precemur, nos faciat omnium ſuorum bonorum participes, & ita regat nos Sancto ſuo Spiritu, ut nunquam illius gratia deſtituamur. En igitur cur

præter rebellionem eſſe, noſque ipſi bellum in tota noſtra vita inferre.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra: precantes ipſum, ut eorum ſenſum majorem, quam adhuc habuerimus, in animis noſtris imprimat, ut in ipſis nobis diſpliceamus, & interim in ipſo remedium quæramus, ita ut purgati & mundati omnibus vitiis, nihil aliud cupiamus, quam ipſius juſtitiæ adhærere: ideoque in ipſum intentos oculos ſemper habeamus, ſcientes, eum hac conditione nos in mundo collocaſſe, ut ſemper ad ipſum tenderemus, & quidem ita, ut non dubitemus, eum noſtri curam paternam gerere, & interea poſtulemus ejus verbo erudiri, ut nobis ſemper præluceat, non ſolum in operibus noſtris externis, ſed in omnibus noſtris cogitationibus & affectibus, ita ut corde & ſpiritu ipſi penitus addicti ſimus, ut ſanctum ejus nomen tota noſtra vita glorificetur. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO OCTOGESIMA PRIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XXI.

16. Bonum eorum non eſt in ipſorum manu: conſilium improborum procul eſt à me.
17. Quomodo eſt extincta lampas improborum, & exitium ipſorum venit ſuper illos, & Deus dividit funes in ira ſua?
18. Ita ut ſint tanquam palea in vento, & tanquam gluma in turbine.
19. Dominus abſcondit virtutem à filiis ipſius, & retribuit illi, & ipſe videbit.
20. Oculi ejus cognoſcent malum ipſius, bibit de furore Omnipotentis.
21. Ecquid voluptatis relinquit in domo ſua? Videt dies ſuos decurtatos.

JAm ſuperius, quiſnam ſit Jobi ſcopus, quidve illi propoſitum, declaratum eſt: nempe non ſemper in hoc mundo oculis cerni judicia Dei, ut poſſit certa & univerſalis concluſio fieri, unicuique, prout bene vel male vixerit, ſtatim in hac vita pœnas, vel præmia tanquam mercedem attribui: ſed potius in hac vita fugaci res interdum confuſas eſſe, ita ut improbis bene ſit: qui vero contra ſancte & integre vivat, in perpetuis, totum vitæ tempus, ærumnis & cruciatibus agat. Interim tamen Jobus agnoſcit, Deum nihilominus eſſe Judicem, homines non debere defixos hærere in præſenti ſtatu, non eſſe veram illam felicitatem, qua fruuntur improbi, quum Deus ad illorum peccata connivet, & ipſis parcit. Videmus itaque in ſumma, quodnam argumentum hoc loco Jobus tractet: hocque in primis utile eſt. Primum enim, quum videmus, ut ſe habeant iſta inferiora, non ita facile nobis perſuademus, illa Dei arbitrio & voluntate regi, tum homines ita ſub Dei manu & poteſtate eſſe, ut oporteat illos aliquando vitæ rationem reddere: hoc, inquam, non poteſt in animum noſtrum cadere: aut ſi id utcunque apprehendimus, non hæret fixum & certum. Videmus enim quomodo hypocritæ ſperent ſe Deum poſſe fallere. Contra etiam quum mali & adverſi aliquid patimur, nec videmus res bene ordinatas, ſed potius Deum ſinere improbos ſe ad omne ſcelus & flagitium dare & projicere, nec velle in ipſos animadvertere, tum dubitamus, & miris

placet, ut deficiamus animo, ſed fide erigamur, ut hic apud nos reputemus, Verum quidem eſt, Deum ita laxare habenas improbis, ut vita eorum videatur beata: contra videmus bonos vexari, in ærumnis & angore verſari, ita ut eos rejeciſſe, aut de illis non amplius cogitare Deus videatur: ſed exſpectemus, & ulterius pergamus. En quomodo ad uſum nobis revocanda eſt hæc doctrina, quæ nobis hic à Jobo proponitur. Vidimus autem, cur ita de his diſſerat: quia nimirum ipſi perſuadere volebant amici, illum, quod ita manu Dei affligeretur, improbum & ſceleratum eſſe. Erat vero illi ea tentatio longe graviſſima, & ſcandali plena. Nos igitur armari convenit ea doctrina, quæ hic nobis proponitur, ut ſi Deus nos viſitet, & duriter tractet, non tamen ita in ejuſmodi confuſione opprimamur, ut deſperatio in nobis vincat: ſed Deum ſciamus nihilominus nos amore & miſericordia ſua complecti, quamvis ſe ad tempus ita durum & ſeverum erga nos præbeat. En quomodo ſecundo loco nobis ſit applicanda iſta doctrina. Jam vero diſtincte & ſigillatim omnia conſideremus. Jobus hic palam profitetur, improbos quamvis non ſtatim à Deo puniantur, non propterea tamen beatos à ſe exiſtimari, quoniam ſciat, illorum felicitatem non permanſuram, ſed Deum illi finem impoſiturum. *Bonum*, inquit, *eorum, non eſt in ipſorum manu.* Quaſi diceret, Vos diſſeritis, Deum unumquemque pro meritis tractare: contrarium autem videtur: non tamen propterea melius agi cum improbis exiſtimo. Cur vero? Quia non ſunt fortunæ ſuæ, ut vulgo dicitur, domini, Deus illos in poteſtate ſua habet: & poterit eos omnibus deliciis privare, & iis in quibus plenam & perfectam felicitatem eſſe poſitam putabant, prout in ſeipſis cæcutiunt, & ita ſuperbiunt, ut ſibi tanquam ſemiangeli videantur eſſe, denique ſe ab omni malo & calamitate immunes eſſe putent. *Atqui bonum ipſorum non eſt in eorum manu:* id eſt, falſa ſe ludunt imaginatione, nihil aliud, quam ſomniant, quando ejuſmodi vitæ ſuæ felicitatem prædicabunt. *Quapropter eorum conſilium procul eſt à me:* id eſt, Non perſtringar falſo ſplendore felicitatis præſentis, quæ cernitur in improbis, ut ſolent ii, qui in ejuſmodi felicitate inebriantur. Intelligimus igitur, quid his verbis Jobus voluerit ſignificare. Ut igitur fructum ex hac doctrina colligamus, notêmus, quando improbos vigere & florere videbimus, Deum illos arcanis quibuſdam habenis ſub ſuo imperio continere, ita ut, quod hodie habent, illis cras eripiatur, nihilque ſit in ipſorum poteſtate. Si hoc bene infixum animis noſtris eſſet, non ita iis, quæ in oculos noſtros incurrunt, perturbaremur, ut ſolemus. Cur? Quia quicquid ſe hodie oculis noſtris offert, perpetuo permanſurum putamus. Verum quidem eſt, nos confeſſuros, eſſe rerum converſionem in hoc mundo, res unoquoque temporis momento mutari, nihil certi aut firmi hic eſſe: id ſatis ore profitemur.

ris & ſecundis rebus uti poſſe, ſed eorum vitam tenui filo pendere, ut ſuperius vidimus, quodque ſe habere putent, eos id non habere niſi precario & quaſi commodato, tum momento temporis omnia illis ereptum iri. Id, inquam, cognoſcamus: & eo cognito, ſi Deus nobis, quod ad vitam præſentem attinet, de donis ſuis nonnihil largitur, totum illud ab ipſo nos habere agnoſcamus, & quidem, ut, quomodo nos ipſe illis ornamentis induit, ita ab ipſo iiſdem ſpoliari & nudari, quotieſcunque illi viſum fuerit, parati ſimus. Ecce Domine, verum eſt, te mihi dediſſe, unde me alam, ſed hoc non eſt mihi certum & perpetuum, mihi igitur non debeo perſuadere, fore ut his perpetuo fruar: quamdiu tibi videbitur fruar. En quomodo fideles poſſidentes non poſſidebunt, ſicut dicit S. Paulus: neque enim ſibi perſuadent, hujus mundi *1 Cor. 7. verſ. 30.* opes & facultates, ſi quas habent, ſibi perpetuo permanſuras, cognoſcunt, ſe ad paupertatem redigi poſſe, quando ita Deo videbitur, nihilque ejus non proviſum animo illis eveniet. Ut contra, ſi Deus nobis mittat paupertatem, ſic apud nos cogitemus: Tu in manu tua habes divitias, Domine, de illis, ſi expedire judicaveris, nobis impertiri aliquid potes: interea libeat tibi nobis cibos, ad hanc vitam fulciendam neceſſarios, quaſi in os immittere, & quoniam vides egeſtatem & inopiam, ei velis ſubvenire, neque nos ſupra modum & vires affligi patiaris. Quando quoque videbimus in ſua illa rerum omnium copia gloriari improbos, totum illud nihil eſſe reputemus, eoſque, quod in manu ſe habere putant, non habere intelligamus. Cur vero? Quia ipſi & res illorum ſunt in Domini poteſtate. Hoc nobis diligenter retinendum eſt. Præterea quando dicitur, *Conſilium improborum ſit procul à me:* diſcamus, nos non debere hic agere tanquam in tenebris, ut indormiamus rebus præſentibus, nimis nobis in abundantia placeamus, ita ut ſtatim adverſus Deum, niſi is nos ex animi noſtri ſententia tractarit, inſurgamus. Non itaque nos ſic affectos eſſe oportet. Quodnam enim eſt improborum conſilium? Quod nimirum, quando Deus illis concedit, id, quod concupierunt, ita ſuperbia inflantur, ut nullo modo amplius ferri poſſint: non jam ſe mortales agnoſcunt, ſed ſe ſupra ſortem & conditionem humanam attollunt, & ita alte aſcendunt, ut tandem eos præcipiti caſu & ruina cadere, ſibiq; cervices frangere oporteat: mera eſt in illis arrogantia, & ebrietas ſpiritualis: denique in ſuo ſtatu obbrutuerunt, ita ut ſiquis verba faciat de morte, morbo, aut paupertate, magnam ſibi fieri putent injuriam, ſiquis illa ad ipſos pertinere putet. Siquis illos ad humilitatem & modeſtiam velit adducere, ejuſmodi verbis, Agnoſcamus, conditionem noſtram caducam & fragilem eſſe. Ita quidem, inquiunt illi, ſed ſumne ſicut alii, ſumne ex numero & ordine illorum, qui ita tractantur? En igitur, quomodo improbi ita ſuperbiunt & inſoleſcunt in ſuis

rebus

te conjiciam oculos, & aſpirem ad regnum tuum cœleſte. En quomodo noſtrum conſilium ſeparabitur à conſilio improborum, nempe ſi animi noſtri, non hic implicentur, ut in his rebus ita inebrientur, & obbruteſcant, ut de Deo non cogitemus amplius: ſed contra ea omnia, in quibus improbi ſolent exultare, nobis ſpernenda ſunt, illudque ſciendum, etiamſi pauperes & miſeri ſimus, ſi modo Deum noſtri miſerturum ſperemus, noſtram conditionem deteriorem propterea minime futuram. En quod nobis in ſumma hoc in loco notandum eſt. Jobus autem ſubjicit, *Quomodo lampas extincta eſt improbis, & exitium eorum venit ſuper ipſos, & Deus ſtabilit funes aut dolores?* Hæc confirmant ſermonem jam auditum. Vocabulo illo Lampadis, Jobus ſignificat improborum res proſperas: ſicut Scripturæ ſacræ hæc loquendi ratio familiaris eſt, ut bona hujus mundi cum luce comparet, & afflictiones cum tenebris. Ait igitur, *lampadem improborum extinctum iri.* Sed de eo loquitur tanquam admirabundus, attonitus, & quidem, quia iſta præter ſenſum & judicium humanum, & ſupra id quod poſſumus animo concipere, fiunt. Nam, ut dixi, ita cæcutiunt & perſtringuntur oculi noſtri, ut è longinquo, quid Deus facere velit, & quod ſe facturum denunciavit, videre non poſſint. Quum videmus improbos in proſperis rebus eſſe, videtur illa lux nunquam extingui poſſe: nos id animo complecti non poſſumus, quamvis de eo expreſſe Scriptura loquatur, quamvis quotidianam experientiam habeamus, quæ docet nos, Deum improbos, poſtquam ad nubes ſurſum ſublati fuerint, perdere & profligare ſolitum eſſe. Ubi ejus rei aliquot exempla vidimus, ſtatim obliviſcimur, nec exiſtimamus, id unquam poſſe accidere, & tamen Deus rem nobis quaſi digito commonſtravit. Sic igitur quoniam ſenſus humanus tam alte non poteſt aſcendere, & tantopere in rebus præſentibus detinemur, ut ea, quæ Deus vult facere, non poſſimus concipere, Jobus hic loquitur tanquam de re mira & ſtupenda. *Quomodo*, inquit, *lampas improborum extincta eſt, & exitium venit ſuper ipſos?* Quum dicit ipſorum exitium venire ſuper ipſos, oſtendit, nos, quando improbos Deus ad tempus leniter tractabit, non debere oculos in terras defixos habere: ut enim ſciamus, utrum Deus ſit Judex nec ne, & an improbi tandem punientur, non debemus ea intueri, quæ ex hac vel illa parte poſſunt accidere. Minime, inquam, debemus: quum enim in abundantia ſua inebriati fuerint, in altum ſublati fuerint, & viſum fuerit, illis nihil nocere poſſe, illorumque miniſterio omnes creaturas deſtinatas eſſe, totum illud nihil eſt. Cur vero? Quia Deus deſuper mittet illis perditionem. Quando autem valde ſublimia volemus intueri, non intuendum erit ſecundum ſenſum noſtrum: neque enim ad Deum uſque perve-

ſive pro ipſa diſtributione, quia antiquitus, qui volebant terras metiri, funibus utebantur. Et Scriptura applicat eam ſimilitudinem ad ordinem illum providentiæ divinæ, quod quemadmodum terras ſolent metiri homines, ut termini ponantur, poſſeſſiones dividantur, ut unuſquiſque ſuum obtineat, reſque nullo modo ſint confuſæ: ſic Deus in ordinem providentia ſua revocat, id quod confuſum eſt: quod perinde eſt, atque ſi funes extenderet. Dicitur autem, Deum ipſos extenſurum, verum in ira ſua. Cur vero? Id nos debet monere, ne nimis perturbemur, ſi res non ſtatim apte & appoſite, ut quidem videtur nobis, eveniant. Ut verbi gratia, Si omnia nobis in hoc mundo promiſcua & confuſa eſſe videntur, nullæ amplius eſſe habenæ nec funes, ſi improbi exultant & ruunt, boni pedibus proculcantur, magnis injuriis & violentiis impetuntur, remedia nuſquam apparent, malum in deterius augetur, Deus videtur tergum obvertere, nullus eſt juſtitiæ locus in mundo, validior vincit, denique hic ſumus tanquam in mediis tempeſtatibus, omnia ſunt confuſa in mundo: nos tamen propterea deſperatione abſorberi non oportet. Cur vero? Exſpectemus dum Deus funes explicet in ira ſua: nam quamvis hodie abſcondat funes illos, nec diſtinguat limites, res non videantur bono ordine diſpoſitæ, tenet tamen funes in manu ſua & oſtendet, ſe ſcire, quomodo illos debeat explicare & dividere. Cur vero id non ſtatim facit? Quoniam nondum tempus eſt opportunum. Verum eſt, ipſum nihilominus ſemper eſſe Judicem improborum: ſed non vult ſtatim in ipſos vindictam ſuam expromere, non vult ſtatim exequi, quod apud ſeipſum conſtituit: nec nobis etiam expedit. Præterea oportet improbos eo magis inexcuſabiles reddi: quod fit, Deo illos ad pœnitentiam invitante, ut dicit S. Paulus, tantiſper dum illos tolerat: eo magis coram ipſo rei fiunt, quod ita ejus bonitate & patientia abuſi ſint. Cæterum boni, dum vexantur, habent, cur ſe demittant coram Deo: ipſorum fidem eo modo exerceri oportet, ut patienter exſpectent auxilium Dei, ſciant ſalutem ſuam eſſe abſconditam, quoniam in ſpe conſiſtit, Deumque hoc pacto illos ad ſe vocare, ut extra hunc mundum hæreditatem & felicitatem ſuam quærant. En igitur, quomodo Dominus non ſine cauſa differt ſua judicia: tempus enim non ſemper opportunum eſt ad executionem iræ ipſius, ſicut etiam ipſi illud melius quam nobis notum eſt. En quod in ſumma nobis de hoc verſiculo retinendum eſt. Statim autem ſubjicitur, illos fore tanquam paleam coram vento. Quibus verbis Jobus ſignificat, nullam eſſe radicem in ea felicitate, in qua improbi gloriantur & ſuperbiunt. Hæc ſimilitudo ſatis frequens eſt, ita ut expoſitione non indigeat: nam etiam ſatis notum eſt nobis, quomodo palea

vento

Digitized by Google

cere. Quid igitur opus eſt? Ut cognoſcamus, eum momento temporis opus ſuum, etiam ſine ullis mediis, & rebus ad ipſum nullo modo diſpoſitis & præparatis, perficere poſſe. Sic diſcamus, felicitatem hominum nihil aliud eſſe, quam ſomnium, nempe quum ſe putant eſſe beatos, quum in fortuna ſua ſuperbiunt, totum illud eſſe inanem imaginem, quæ ſtatim evaneſcet. Cur? quia nullas egit radices eorum felicitas. Longe igitur præſtat, ut ſimus in ſpecie miſeri, & interim vivam in Deo radicem habeamus, ut ſciamus, nos ejus virtute, & auxilio nunquam deſtitutum iri: id, inquam, utpote ſummum noſtrum bonum, cognoſcamus: nobiſque ſufficiat ipſum habere, reliqua vero omnia nihil præ illo ducamus. Interim, etiam ſi nobis videatur improbos in ſua conditione permanſuros eſſe, Deumque ita illos ſtabiliviſſe, ut nunquam concutiantur, ipſique adeo faſtu illo inflati ſint, (ſicut
Pſal. 10. dicitur in Pſalmo, malum ad ipſos nunquamventu-
verſ. 6. rum eſſe) nihilominus tamen judicium Dei tale, quale
Eſa. 28. hic nobis deſcribitur, apprehendamus, nempe ſubi-
verſ. 15. tum, repentinum, quodque res ad illud exequendum neceſſarias multo ante præparari non requirat. nam Deus eſt ſupra ordinem communem naturæ, ita ut poſſit ratione nobis omnino mira & nova operari. Jobus vero hic ſtatim ſubjicit, Deum non ſolum ipſoſmet improbos punire, ſed etiam punitiones & caſtigationes, quas ipſis mittit, proferre *uſque ad ipſorum liberos:* & improbos etiam durante vita cognituros, nihil præter meram vanitatem eſſe in ſuo ſtatu: eoſque etiam, antequam proſternantur, vel invitos agnituros, ſe male fundatos eſſe. Verum eſt, eos nihilominus ſuperbire: ſed quicquid ſit, Deus ipſos eo uſque premit, ut agnoſcant, ſe in illo ſuo florenti ſtatu perpetuo permanere non poſſe. En in ſumma, quod Jobus hic voluit tractare. Primo autem loco nobis notandum eſt, hic mentionem fieri liberorum juxta communem Scripturæ ſacræ doctrinam, quæ docet, Deum non ſolum benedicere ipſis fidelibus, ſed gratiam ſuam & favorem etiam erga liberos ipſorum
Exod. 20. continuare. En Deum, qui tali nos amore proſequitur,
verſ. 5.6. ut non ſit contentus noſtræ ſalutis curam gerere, &
Deut. 28. dare ea, quæ judicat nobis apta & utilia eſſe, ſed etiam
verſ. 4. liberos noſtros complectatur, eorumque patrem ſe
Prov. 20. declarare velit. En igitur, quomodo bonitas Dei no-
verſ. 7. bis in Scriptura ſacra proponitur, ipſum nimirum, poſteaquam nos ſuſceperit, nobiſque ſit teſtificatus nos ſub ſua manu & protectione eſſe, eundem quoque favorem erga noſtros liberos propter nos exhibere. Quum ita ſe res habeat, habemus, cur in illo conquieſcamus. Concludendum enim eſt, ſi is propter nos gratiam ſuam erga poſteros noſtros proroget, longe potiori ratione nos ipſum ſemper Patrem propitium

Deum, qui non largitur hanc gratiam improbis, ut illis communicet Sanctum ſuum Spiritum: atque ita oportet, ut Diabolus in ipſos imperium exerceat, & ſollicitet ad provocandam magis ac magis iram Dei, & accelerandam ipſorum perditionem. Liberi itaque eadem cum patribus maledictione implicantur: quum enim familia quædam maledicta eſt à Deo, ecce eam in poſſeſſione & ſervitute Satanæ, Spiritus Dei non dominatur in ea. Sic igitur liberi ita propter patres puniuntur, ut juſta etiam ſit ſuper ipſos illa Dei vindicta: nec poſſunt dicere, Sumus innocentes: rei enim coram Deo non minus quam patres reperiuntur. Contra liberi fidelium pergunt & inſiſtunt in viis patrum ſuorum, tum benedictio Dei ſe erga illos exerit, ut homines non habeant, unde glorientur, nec liberi poſſint dicere, Ecce hæreditatem, quæ ad nos jure pertinet, Deus nobis benedicit, quia patres noſtri digni fuerunt, qui ejuſmodi gratiæ divinæ in poſteros ſuos continuationem hæreditario jure obtinerent: ſed totum iſtud gratuitæ bonitati Dei, qui ita operatur, non obſtrictus hominibus, aut quidquam illis debens, ſed quoniam ipſi ita videtur, acceptum ferendum eſt. En quod nobis diſcendum eſt ex eo, quod dicitur, Deo, quamvis non ſtatim improbos puniat, rem fore cum ipſorum liberis, hoc eſt, punitionem patribus debitam in liberos dilaturum. Et juxta ſermonis hujus cum ſuperioribus connexionem judicium noſtrum de providentia Dei, eo quod in hoc mundo videre poſſumus, non eſt fundandum: ſed animi noſtri quieti & tranquilli continendi, ut ſuſtineamus judicium, donec Deus tempus ſuum veniſſe oſtendat: non eſt autem noſtrum, tempus definire. Homines quoque ſunt perverſi & maligni, quum ita feſtinant: ſed Deus habet proprium & peculiarem modum agendi, qui nobis interdum mirus & abſurdus videtur: ſubmiſſos tamen illi noſtros animos eſſe oportet, ut dicamus, Domine, quicquid feceris probabimus, etiamſi cum noſtro ſenſu & judicio non congruat. En igitur quod nobis notandum eſt in vocabulo illo *abſcondendi* aut *reſervandi*, quando dicitur Deus improborum liberis reſervare punitionem, quam non exercuit in patres ipſorum. Verum eſt, hoc non poſſe penetrare in animum omnium hominum, nec etiam vulgo nota eſt hæc doctrina. Ideoque dixi ad ejus meditationem ſerio applicandum eſſe animum & ſtudium noſtrum: homines enim natura ſua feſtinant & impatientes ſunt: ita ut velint Deum ſemper oculis intuendum exhibere id, quod facere conſtituit, nec ejus providentiam agnoſcere poſſint, niſi quando dextram ſuam omnino manifeſtam exerit. Contra vero, qua conditione ſumus in hac vita? nonne ut in perpetuis pugnis & conflictibus verſemur, illud ſcientes expedire, ut in hoc mundo moveamur,

Digitized by Google

eſſe vanitatem & ſtultitiam: ſed non propterea illos ſerio cognoſcere, aut eo affici & commoveri innuit: niſi enim ambitio excæcaret homines, niſi ipſi plane ſtolidi & hebetes eſſent; certum eſt, quod, poſtquam animadvertiſſent, ſe miſeros eſſe adverſus Deum inſurgendo, tum ad Deum ſe conferrent, nec ita in mundo fiduciam ſuam collocarent. Cur igitur ita inſurgunt increduli, ita arrogantia & falſa ſui opinione dementantur, ut nulli æquitati & rationi ſubjici velint, ſed Deo, ipſum & ejus gratiam ſpernentes, inſultent? Quod nimirum non cognoſcant id, quod ſibi paratum eſt, & videndo nihil videant: hoc eſt, quamvis illis Deus multa ſuæ iræ ſigna oſtendat, eam tamen nolint agnoſcere. Verum quidem eſt, eos intus ſtimulis quibuſdam arcanis pungi & cruciari: ſed, quicquid ſit, non afficiuntur ſerio ad cognoſcendum ſibi proximum exitium, ſed duntaxat mala & adverſa, quæ poſſunt ſibi ſecundum mundum evenire, præſentiſcunt: anxio enim & ſollicito quidem animo erunt, ut dicant, Huic vel illi periculo, in quod poſſum incidere, mihi proſpiciendum eſt. En igitur, quomodo ſe habeant improbi. Idque nobis diligenter notandum eſt: neque enim ſatis eſt, ut per intervalla quædam temporis afficiamur ad ſentiendam noſtram fragilitatem, parum enim illud eſſet. Deus enim eo adigit improbos interdum, ſed ſine fructu: ſemper enim, quicquid ſit, obſtinati in ſuo ingenio permanent. Quid igitur facto opus eſt? Ut quum audimus de vanitate hujus mundi, & rerum quæ ad vitam præſentem pertinent, verba fieri, ſciamus, quamvis homines multum laborarint, ut creſcerent, quæ etiam aggreſſi ſunt perfecerint, totum illud tamen nihil eſſe: quoniam non ſolum bonis partis & accumulatis non fruentur, ſicut ſperarunt, ſed etiam poſteri ipſorum in illis bonis maledictionem ſentient, ita ut ipſis non fruantur. Non eſt igitur nobis improborum felicitati invidendum, caduca enim & mutabilis eſt, niſtrare, ut nihil hic ſine ipſius voluntate fiat: & quamvis ratio & cauſa operum Dei non ſtatim nobis ſit nota & manifeſta, verum tamen illud eſſe non dubitemus. Noſtrum igitur eſt nos quietos & tranquillos continere, & patienter exſpectare, donec tandem Deus reipſa, & ita comprobante experientia, exitum improborum maledictum fore, afflictioneſque bonis ad ſalutem ceſſuras, oſtendat. Sed interea dum exſpectamus, ut illud Deus reipſa oſtendat, ſemper tranquillo & quieto animo ſub illius ductu & imperio ambulemus: nec ulla re, quæ nobis poſſit evenire, à recta via abducamur, ſed ad afflictiones, quas ipſi viſum fuerit nobis immittere, perferendas, parati ſimus: quumque proſperitatem aliquam conceſſerit, ex eo diſcamus bonitatem ejus paternam guſtare, ut ad illum magis ac magis pelliciamur.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, in agnitionem peccatorum noſtrorum, precantes ipſum, ut non ſolum nos in hoc mundo illuminet, dans nobis ea quæ utilia & ſalutaria eſſe judicat: ſed etiam ut ita ejus verbo illuminemur, ut in mediis tenebris & omnibus afflictionibus, quaſcunque nos pati continget, nihilominus ejus bonitatem & gratiam percipiamus, viamque quam nobis oſtendit, ita ut quicquid evenerit, ab ea nunquam deflectamus, perpetuo ſequamur. Interim autem, nec felicitatis ullius fulgor, nec afflictionis horror, caliginem ullam oculis inducat: quominus ſpeculum illud, quod nobis dedit, nempe ſacroſanctum ejus verbum, attente intueamur: ut per ipſum ad eum deducamur, quo ad ejus imaginem transformemur, donec nos purgatos omnibus vitiis, abolitiſque omnibus, quæ in nobis adhuc hærent, reliquiis carnis, & corruptionum peccatis, nos ad ſe plene colligat, ut paratæ nobis in cœlo gloriæ participes reddamur. Nec ſolis nobis hanc gratiam faciat, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO OCTOGESIMA SECUNDA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXI.

22. Quis ſcientiam docebit Deum, qui res excelſas judicat?
23. Hic moritur plenus roboris, placide & in quiete:
24. Viſcera ejus plena ſunt lacte, & oſſa ejus irrigantur medulla.
25. Alius moritur cum dolore, nec bona ſua comedit.
26. Ambo jacent in pulvere, & vermes eos tegent.

27. Iſta

Digitized by Google

quiete: id eſt, videas quoſdam, qui, quum toto vitæ tempore in magnis miſeriis languerint, tum tandem moriuntur vitæ pertæſi, quoniam tota vita doloribus & ærumnis ſunt conflictati: ſunt obeſi, & integri valetudine, quin etiam divites ſunt, & opulenti. Hoc eſt quod Jobus ſignificat iſta ſimilitudine, *ipſorum ubera lacte plena eſſe, & oſſa ipſorum medulla ſaturari,* id eſt, ecce illos omnibus modis pingues. Nobis autem hanc diverſitatem videntibus cauſa erit incognita. Si enim quæratur, Cur ita quidam in rebus proſperis ſunt, & toto vitæ tempore ſunt in deliciis & quiete, alii vero in languore continuo? Quid hoc ſibi vult? rationem manifeſtam non videas. Verum eſt, eſſe quædam judicia Dei nobis nota & manifeſta, ut ſuperius dictum eſt, ita ut, ſi aperiamus oculos, poſſimus obſervare. En cur Deus ita tractat homines: ſed id non perpetuum eſt. Deus enim vult probare obedientiam noſtram, quum nobis claudit oculos, quum operum ſuorum rationem intelligere non poſſumus, & in ipſis quaſi cæcutimus. Si tum ipſi gloriam tribuamus, eumque juſtum & æquum eſſe confiteamur, etiamſi id nobis non ſit manifeſtum: en bonam fidei noſtræ, & cultus quem ei exhibemus, approbationem. Contra ſi volumus acuti & ſubtiles videri, tum ſupra modum in ipſius opera inquirere, nec admittere Deum juſtum eſſe, niſi nobis juſtitiæ ſuæ rationem reddat, en ſuperbiam diabolicam: & eo ipſo oſtendimus, nos non niſi coactos, & quando ita nobis videbitur, Deo ſubditos eſſe velle. Sic igitur bene notemus, Jobum hic loqui de judiciis Dei, quæ nobis adhuc ſunt occulta: cujus generis plurima ſunt. Quid vero ibi dicendum eſt? Quis docebit Deum ſcientiam? Hoc eſt, Quis Deum docebit ſuum munus? Quis illi præſcribet, hac vel illa ratione agendum eſſe? Numquid nos? Numquid tam alte poterimus aſcendere, ut perveniamus ad excelſam illam ſublimitatem, in qua Deus eſt? Heu! nimis magnum eſt intervallum. Quod ſi eo uſque velimus nos attollere, Deus novit, qua ratione debeat nos ad noſtri confuſionem deprimere. Numquid ſupra Angelos paradiſi ambulare conabimur? Ipſos autem arcana Dei & ejus judicia incomprehenſibilia cum omni demiſſione adorare oportet: homo vero mortalis, qui nihil aliud eſt, quam putrefactio, an hoc ſibi ſumet, & illa ſcrutari, ipſorumque rationem exquirere velit? En quomodo demittere nos debemus in conſiderandis judiciis Dei: quumque illa nobis non videbuntur ratione fundata, iis tamen acquieſcere, frenatos & quaſi captivos tenentes animos noſtros,

quibus tanquam cæcutimus. Non debent igitur homines ſumere, quod ſuum non eſt: ut nimirum dicant, Ergo, prout videmus, poſſumus judicare. Itane? Quid vero interim fiet laude illa, quam debes Deo tuo & Creatori? Viſne ipſum ex captu tuo metiri? Tu nihil es. Quid eſt animus tuus? Eſtne adeo firmus & potens, ut tota Dei gloria poſſit eo capi & concludi? Nonne hoc eſt nimium ſibi arrogare? Sic igitur quando res hic inferius confuſas videbimus, quid facto opus eſt? Ut nihilominus Deum omnia ut par eſt diſponere ſciamus, rationeſque, quæ nobis occultæ ſunt, cognitas habere, tum in ultimo die, quod modo ſit tanquam ſepultum, omnino manifeſtum futurum, interim vero nobis tanquam ſuſpenſa judicia noſtra ſuſtinenda eſſe. Verum eſt, nos quidem Deum orare poſſe, ut nobis eam gratiam largiatur, qua poſſimus, ſi affligimur, cognoſcere, cur nos affligat. Quum itaque quiſpiam ita languebit, multis ærumnis & miſeriis premetur, ad Deum ſuum poterit confugere, ut dicat, Heu! Domine, hoc mihi horrendum videretur, ac proinde etiam omnem patientiam eriperet, niſi me ſuſtentaret bonitas tua: quinetiam quod mihi alioquin utile eſt, & ſalutare, magno meo malo & confuſioni cederet: & quamvis non intelligam cauſam propter quam me ita punis, cognoſcam tamen oportet meo id bono fieri: velis tamen mihi notum facere, quo me affligendo tendas. Si cui bene & commode eſt, cohibeat ſe oportet, & precetur Deum, ne patiatur ipſum commodis ſibi conceſſis abuti, ita ut, verbi gratia, dicat, Dignior ſum cæteris, qui amer à Deo: video eum me alia ratione quam alios tractare: tot egenos & miſeros video, & tamen omnia, quæ poſſim optare, habeo, illud ſignum eſt me Deo gratum & acceptum eſſe: ſic igitur, ne ejuſmodi ſuperbia & arrogantia animum noſtrum occupet, & ne ipſa tentemur; debemus à Deo petere, ut doceat nos, cur ita nobis parcat. Licebit itaque nobis à Deo petere, ut operum ſuorum rationem nobis declaret: & quidem quatenus id nobis expedit: ſed in ejuſmodi petitione nos cum omni humilitate & demiſſione geramus oportet, non ſumentes hoc nobis, ut Deum velimus noſtro ſenſui ſubjicere, & ab eo poſtulare, ut ſigillatim explicet nobis, cur hoc illudve faciat. Minime, inquam: ſed patienter exſpectemus, dum declararit nobis id, quod à nobis ex parte duntaxat cognitum eſt. Quoniam vero non poſſumus plene & perfecte cognoſcere opera Dei, ipſorumque rationem & cauſam, donec transformemur ad ejus imaginem, habentes in hac vita guſtum aliquem boni-

boni-

rum tamen omnes obmurmurationes, querimoniæ, offenſiones denique, quas primum concipimus animo, poſtea proferimus, quoties Deus aliquid contra noſtrum ſenſum, judicium & voluntatem agit, totidem ſunt blaſphemiæ: hæc enim ſunt omnium noſtrarum cogitationum quaſi appendices & conſectaria quædam. Denique, quicunque non acquieſcit cum omni humilitate providentiæ Dei, in univerſum confitendo, quicquid ab ipſo proficiſcatur, bonum & juſtum eſſe: is, quantum in ipſo eſt, Deum vult è ſolio ſuo vi deturbare, Majeſtate ſua ſpoliare, & ſe tanquam in ejus locum conſtituere. Fruſtra profitebimur, propoſitum noſtrum non eſſe ejuſmodi, ſed res ipſa oſtendit. Denique quotieſcunque hac curioſitate nimis inquirendi in cœleſtia titillabimur, ita ut admixta ſit audacia, quæ nos ad expoſtulandum cum Deo arrogantius impellat, ſiquid præter animi noſtri ſententiam ab eo factum ſit, diligenter notemus, hanc nobis comparationem inſtituendam: Quis tu es? Qualis vero Deus eſt? Ipſe eſt Creator tuus, & tamen cum illo tanquam cum pari diſceptationem de ejus operibus inſtituere audes? Quid de viribus tuis tantopere præſumis animo tuo, ut tam alte velis aſcendere, omniaque tuo ſenſui & judicio ſubjicere? Quo deveniſti, miſera creatura? Quando autem iſtam comparationem inter nos & Deum inſtituerimus, nos pluſquam inſanos & furioſos eſſe oporteat, niſi ſuperbia illa, qua inflabamur, penitus concidat. En igitur, quod Jobus voluit hic docere, dicens, *Quis docebit Deum ſcientiam?* Cæterum quoniam homines ita ſunt arrogantes, & difficile eſt illos cohibere, niſi quaſi vi & catenis quibuſdam, ut ita loquar, conſtricti coërceantur, ſubjicitur, *Deus tamen res altas & ſiblimes judicabit.* Quaſi diceret: Eſto, quum homines id, quod ipſis non convenit, ſibi ſument, ut nimirum Deo litem velint intendere, quid tandem proficient? Poterunt illi quidem hoc vel illud adferre, nihil tamen propterea Deo detrahetur. Inſurgant homines, quantum volent & poterunt, Deus tamen illis invitis in ſua ſede & dignitate permanebit: & non ſolum in ſuo ſtatu permanebit, ſed res excelſas judicabit, nos vero hic inferius inſtar ranarum ſubſultabimus. Num ſupra nubes volabimus? Et quamvis alas ad eo volandum haberemus, Angeli tamen gloria excelſiore ſunt præditi: at ſuntne ipſi pari cum Deo & æquali dignitate? Sed contra dicitur, Eos abſcondere facies ſuas alis ſuis: ſicut vi-
Ezech. 1. dimus apud Ezechielem, ſub figura ipſorum Cheru-
verſ. 23. bin Angelos, quamvis magna ſit in ipſorum natura majeſtas, nihilominus cogi, dum contemplantur gloriam Dei, abſcondere ſe coram ſplendore & fulgore illo gloriæ, quæ in ipſorum Creatore eminet. Quum

dent, eo contritum & confuſum iri: quin etiam fore *verſ. 24.*
tandem, ut hic lapis in ipſos recidat & illos conterat & opprimat. Quin etiam notemus, Deum res excelſas & ſublimes judicare, non ſolum in eo, quod eſt longe ſupra omnes creaturas, ſummus rerum omnium Dominus: ſed quatenus ſe expreſſe & nominatim opponit iis, qui ad ea, quæ ſupra ſe ſunt, adſpirant: nam ſcriptum eſt, ipſum ſuperborum omnium eſſe hoſtem capitalem. Diſcamus igitur, quum aliqui ita aſſurgent ſupra modum, id illis exitio tandem futurum: ſicuti ſcriptum eſt, Quicunque ſe depreſſe- *Mat. 23.*
rit, extolletur, & omnis qui ſe extollit, deprime- *Luc. 14.*
tur. Sic agere Deo ſemper ſolenne fuit. Notemus *v. 11, 18.*
igitur, nihil ſatius eſſe, quam duntaxat ſecundum menſuram cognitionis, quam Deo viſum eſt nobis impertiri, ſapere: & ſciamus, veram hanc noſtram eſſe ſapientiam, ut illi obtemperemus & ſubjiciamur in omnibus. Quumque res nobis non ſuccedent ex animi ſententia, ita ut ſollicitemur ad diſceptandum cum ipſo: cohibeamus nos; & dicamus, Atqui tamen Deus tantam in ſe perfectionem continet, ut nihil ab ipſo, niſi juſtum & æquum, poſſit proficiſci: ſimplex ejus voluntas nobis omnium rationum inſtar eſſe debet: eſt enim omnis boni norma & fons, ex quo affatim nobis licet haurire quæ neceſſaria ſunt. Quando igitur Dominus nobis operum ſuorum rationem declarar, gratias illi agamus, & cum omni humilitate & ſubmiſſione accipiamus id, quod nobis oſtendit: ſed ſi ea velit nobis abſcondere, patiamur, nos ignorantes eſſe, quamdiu ipſi viſum fuerit: ſcientes, ipſum id, quod nobis utile eſſe judicat, nobis parefacere. Quicquid ſit, vult nos intra certos menſuræ terminos continere, ut diſcamus quid ſit ipſi obedire, & eum juſtum confiteri, etiamſi omnium eorum, quæ facit, rationem nobis non reddat. En igitur in ſumma, quod nobis in hoc loco obſervandum eſt. Subjicit autem, *hos & illos tegi pulvere, atque adeo à vermibus exedi.* Ut oſtendat, longe graviſſimam eſſe eam tentationem. Ac ſane videntibus nobis in his & illis unum & eundem vitæ finem & exitum, quamvis non eodem modo tractati fuerint in hoc mundo, nullum amplius Dei judicium ſupereſſe videri poſſet. Sed fidem noſtram ſepulcra, idque quod oculis conſpici poteſt, ſuperare oportet. Atque illud eſt, quod ſæ-
pius nobis oſtenditur, fidem eſſe viſionem & aſpe- *Hebr. 11.*
ctum rerum inviſibilium. Videas virum probum, *verſ. 1.*
qui Deum toto vitæ tempore coluerit, & magna cum integritate & ſimplicitate ambularit: is tamen in languore perpetuo eſt: illum multis cruciatibus exercere Deus non deſinit ad mortem uſque, in qua adhuc mũltum languere ipſi continget. Alius, qui

Digitized by Google

[illegible] in juſtitia multos labores & ærumnas ſuſtinuerint, non fruſtra laborarint, nec eos ſua ſpes & exſpectatio fruſtrata ſit. En quod nobis concludendum eſt, & ſemper ulterius pergendum. Et videmus etiam, id Deum voluiſſe nobis declarare ore ſeductoris: nam quamvis Balaam conaretur omnem veritatem pervertere, & eam in mendacium convertere: Deus tamen illum habet tanquam in quæſtione & equuleo, ut cogatur
Num. 23. verſ. 10. dicere, Mortem juſtorum eſſe optabilem. Mors mea, inquit, ſit ſimilis morti juſtorum. Hoc non ſponte dicit: vellet enim, quantum in ipſo erat, Dei Majeſtatem extinguere & abolere: quando tamen eum ita loqui Deus cogit, plus eſt, quam ſi omnes Paradiſi Angelos miſiſſet. Deus, inquam, huic doctrinæ nota inſigni pondus & auctoritatem conciliavit, quando improbum & hoſtem veritatis ita loqui coëgit. En igitur quod nobis memoriæ infigendum eſt: nempe oculos noſtros in ſepulcro non debere defixos hærere, quando videmus ibi omnia tanquam in acervum accumulari, nullumque inter bonos & malos, divites & pauperes, eos qui laute & commode, & illos qui in ærumnis vixerunt, diſcrimen eſſe. Verum eſt, omnia in morte eſſe confuſa, ſed Deus omnia inſtaurare, tum in ordinem ſtatumque perfectum adducere facile poterit, ſicut dicitur in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti, quum is apparebit ad judicandum mundum, inſtaurationem omnium rerum futuram. Si igitur Jeſus Chriſtus veniet ad inſtaurandum mundum, neceſſe eſt, mundum hodie tanquam diſſipatum eſſe, & res in ipſo confuſas eſſe: fides tamen noſtra ultra hæc ſe proferat, & patienter exſpectemus, dum Deus opus ſuum perficiat, omnibuſque rebus medeatur. Jobus autem ſtatim ſubjicit, *Cogitationes eorum, qui conabantur ipſum confundere, ſibi incognitas non eſſe, nec illorum propoſitum ipſi nocendi:* quaſi diceret, Video, quo ſpectetis: eſtis enim tanquam inſtrumenta Satanæ ad me in deſperationem conjiciendum, firmus autem ſtabo in ſpe, quam habeo in Deo meo: & quamvis hic ita opprimar, ut nihil ſupra, pergam tamen invocare eum, qui mihi pollicitus eſt, ſe meum Servatorem fore, nec vincar ab omnibus veſtris tentationibus. En igitur Jobum, qui ſe armat & munit adverſus omnia, quæ ab ipſius amicis erant allata: videt enim ipſos ad alium finem & ſcopum non tendere, quam ut ipſum in deſperationem conjiciant. Locus autem iſte continet doctrinam utilem, ut nempe ſemper prudentes ſimus ad cognoſcendos aſtus & calliditates Satanæ, quotieſcunque conabitur nos in deſperationem adducere, & adverſus illas ſimus muniti. Si enim ea prudentia præditi ſimus, ut norimus nobis cavere à malitia hominum, quum videmus ipſos co-

loco loquitur S. Paulus in ſecunda ad Corinthios. En quod nobis hoc in loco notandum eſt: ut quum Jobus munitus fuerit adverſus tentationes, quæ ipſi intentabantur ab iis, quos Diabolus adverſus ipſum excitarat, quando animadvertemus homines aliquos eſſe, qui nihil aliud quærant, quam nos ad perditionem deducere, habeamus oculos apertos ad cognoſcendas illorum calliditates, ut eas à nobis poſſimus propulſare. Quod ſi hac prudentia præditi ſumus, quum nobis cum hominibus res erit, ea potiſſimum ſimus inſtructi adverſus Satanam: quoniam is eſt præcipuus hoſtis noſter, cui totis viribus obſiſtendum eſt ad repellendas omnes artes & machinas, quibus adverſus nos utetur. Ex eo itaque notemus, nobis omnem excuſationem ereptam eſſe, ſi à tentationibus, à quibus unuſquiſque debet ſibi cavere, oppreſſi fuerimus. Quum à recta officii via abducti fuimus, unuſquiſque prætexit, ſibi occaſionem oblatam fuiſſe, ſe ab alio circumventum eſſe: denique unuſquiſque ſequitur exemplum, quod præbuit nobis primus noſter pater Adamus: Uxor, quam mihi dediſti, me in fraudem induxit. Itane? ſed interim Dominus nobis ſatis prudentiæ dedit, modo voluerimus eſſe vigilantes. Sed qui data opera ſomno ſe dant, nonne æquum eſt, ut in Satanæ retia incidant, & per devia huc illuc ferantur? nonne digni ſunt, quibus id accidat? Videntur enim ſponte ſibi velle collum frangere, & foveam quæſiviſſe, in quam caderent: & gaudent quando illis oblata eſt aliqua facultas & occaſio ſe ad nequitiam abducendi. Multi ſunt ejuſmodi, qui quærunt ſcandala: tum dicunt, Iſte me ſeduxit. Si vigilaremus, ut Deus nos admonet, ſemper à periculis, quibus opprimimur, ſervaremur. En igitur, quod nobis ex hoc loco obſervandum eſt. Jobus autem ſtatim ſubjicit: *Sciſcitamini ex viatoribus: neque enim illorum ſigna poteritis negare.* Hic locus diverſis modis exponitur. Sunt qui Prætereuntes, accipiant ſenſu allegorico, pro fidelibus, quoniam peregrini ſunt in hoc mundo, nec in eo hærent: ſed ſenſus ille nimis coactus eſt. Quidam vero intellexerunt, Jobum hic voluiſſe dicere, amicos ſuos ipſum æſtimaſſe tanquam viatorem prætereuntem, hoc eſt, tanquam hominem incognitum: quaſi diceret, Vos me aſperius tractatis, quam tractaretis viatorem, & hominem incognitum. Alii aliter accipiunt. Sed ſenſum naturalem ſequamur, nempe Jubum hic voluiſſe ſignificare amicos ſuos, qui tales videri volebant, & ea ſpecie ad ipſum venerant, ſi judicium ſanum & incorruptum haberent, talibus adverſus ipſum calumniis uſuros non fuiſſe. Ait igitur, Scilicet, exquirite à prætereuntibus viatoribus ſententiam de iis, quæ hactenus à vobis diſceptata ſunt: & ipſo-

[illegible] pervicax ad extremum uſque maneat. Præterea alius odio aliquo aut indignatione infectus fuerit, is temere judicabit, nec ita ſibi poterit temperare, ut inquirat, an ita ſe res habeat, nec ne. Quoniam hoc vitium regnat & viget in nobis, eo magis locum hunc debemus notare, ubi dicitur, Prætereuntes viatores nos docturos: nempe eos, qui de re obiter & per tranſennam inſpecta judicabunt, meliores fore & juſtiores judices, quam nos ſimus. Cur vero? Quia non occupantur pravis affectibus, qui, quominus recte & vere judicent, impediunt. En quod Jobus voluit hoc loco dicere. Adjicit autem ſub finem ad concludendum ſuum ſermonem quem habuerat, *Iniquum reſervari ad diem perditionis ſuæ, & ejuſmodi homines quaſi tractum iri in diem furoris ſui.* Hoc enim debet nos inhibere, ne præcipites ad judicandum feramur, ſi quando Deus peccata hominum non tam cito, quam velimus & juſtum cenſeamus, punit: ſi bonos affligit, illoſque multis cruciatibus & ærumnis obnoxios reddit. Tunc dicamus: Et tamen iniquus reſervatur in diem. Si vocabulum illud *reſervatur*, ut heri dictum eſt, infixum animo haberemus, id nos in timore contineret, ne ita, ut ſolemus, turbas, & res ita confuſas, ut ſunt in hac vita, animadvertentes, extra nos quaſi mente alienati abriperemur. Sed nihil poſſumus Deo reſervare, nobiſque videtur, ſi hodie opus ſuum non faciat, cras in tempore non poſſe ipſum facere: hæc cauſa eſt, cur omnia ita pervertamus, quod ingenia noſtra implicata habemus: poſtea cum præcipitata celeritate temere pronunciamus: nec interea fidei locum ullum damus, non plura de Deo, aut ejus juſtitia, quam experimur, & docet nos quotidiana experientia, poſſumus cognoſcere. Et hoc pacto vellemus excludere verbum Dei, ut dicamus, ipſum nullius nobis uſus fore, noſque nihil eorum, quæ ipſo continentur, crediturOS: ſed duntaxat fidem oculis noſtris habituros. Nonne vero hoc eſt nos à Deo ſeparare, & nos ab ejus ſchola, ut nihil amplius in ea diſcamus & proficiamus, penitus alienare? Mirandumne vero eſt, ſi homines ita veſani ſint, ut admonitionibus nihil poſſit apud illos effici, ſed Diabolus ipſos poſſideat & penitus dementet: ſicut hodie videas pleroſque tales? Minime, inquam, id mirandum eſt: juſtum enim eſt Dei judicium. Sic igitur nobis eo magis notanda eſt hæc doctrina, qua dicitur, *Improbum reſervari ad diem ſuæ perditionis.* In ſumma, quum videmus, improbis hic bene eſſe, ipſos florere, & triumphos ſuos agere: verum eſt, fieri non poſſe, quin tentemur, & aculeos aliquos intus ſentiamus, Quomodo? Quid hoc ſibi vult? Deus ſit in cœlo otioſus, dormire videatur, non proſpiciat rebus his inferioribus? Ejuſ[illegible] notemus, eo magis horrendam illis paratam ultionem futuram, nec enim propterea melior fit ipſorum conditio, ſed potius augetur in dies condemnatio. Cur vero? Carò enim illis ultionis tempus protractum conſtabit, quoniam ita Dei bonitatem ludibrio habuerunt, ejus patientia ſunt abuſi, in malo ſemper perſeverarunt, quin etiam ſe indurarunt, & malitiam ſuam erga bonos & filios Dei exercuerunt. Sic fideles in mediis ſuis mœroribus debent gaudere, quum vident, improbos ita reſervari ad diem perditionis. Verum eſt, improbos ad tempus in hoc mundo tanquam in paradiſo aliquo futuros: ſed an perpetua erit hæc ipſorum felicitas? Minime: vita enim hæc brevis & caduca eſt: tum ad rationes reddendas coram Deo ſiſtantur improbi oportebit. Quumque illis exprobrabitur, quod Deo illuſerint, ejus Majeſtatem contemſerint, quid tum erit? Quam horrenda illis vindicta parabitur? Ejuſmodi itaque horrorem extremæ conditionis improborum concipiamus, ut contineamus nos, ne cum ipſis nos commiſceamus, nec ipſorum vitiis & pollutionibus inficiamur, ne in eadem ira & furore Dei cum illis involvamur. Tum ſi opprimimur, ſi videmus bonos in rerum anguſtiis, mœroribus & afflictionibus verſari, ita apud nos reputemus: Verum eſt, vitam noſtram in ſpecie eſſe miſeram: ſed hæc miſeria eo ſpectat, ut ultra hanc vitam tendamus & tranſmittamur, eſt loco calcaris & ſtimuli, ad nobis addendum animum, noſque incitandos ad aſpectum vitæ cœleſtis, ut ad eam aſpirantes, omnia ea, in quibus improbi ſoliti ſunt ſibi placere, qui felicitatem ſuam in his terris conſtituunt, deſpiciamus. Tandem vero Jobus dicit, *Quis poterit coram & in os adverſus illum judicare, & quis illi retribuet, quod fecit?* Videtur hic prima ſpecie de ipſo Deo loqui: ſed de improbo potius iſta dicuntur. Hæc ſpectant tamen ad approbationem juſtitiæ Dei, & ad oſtendendum, improbum, quamvis evaſerit ex manu hominum, nihilominus coram Judice cœleſti ſiſtendum eſſe. En in ſumma, quod Jobus hic voluit dicere. Ita igitur, quamvis improbi hanc vitam traduxerint, nemo ſe ipſis oppoſuerit, &, quum vivunt, videantur ad nubes uſque ſublati, nihilominus tamen venient in ſepulcrum. Verum autem eſt ſecundum homines, id poſſe adduci ad tentationem confirmandam. Quomodo enim? hic videmus omnia eſſe æqualia: ſed Jobus hic concludit adverſus inimicos ſuos, quamvis ſit in ſpecie par & idem exitus, eſſe tamen ultra illum exitum, judicium Dei, nec debere homines ſtupidos & attonitos hærere in iis, quæ circa ſepulcrum ſe oculis offerunt: ſed cognoſcere, Deum omnia inſtauraturum, ita ut futurum ſit, ut ſeparentur

Digitized by Google

… lenire & minuere poſſit. Expectat igitur, ut homines tentationes, quæ ipſis poſſunt accidere, intelligant. Verum eſt, nos non nimis promtos & ſubitos eſſe debere, ita ut quum audiemus verba fieri de liberatione, cujus nos Deus participes facturus eſt, ſtatim quæramus, Quando vero illa erit? Non eſt nobis in ejuſmodi imaginationibus hærendum: ſed in genere debemus diſcere patientes eſſe in omnibus, ne nos in leves & temerarias cogitationes præcipites demus, aut res, quas modo Deus vult nobis eſſe incognitas, animo concipiamus. Ipſi itaque judicium, donec nobis illud patefaciat, & perfecte cognoſcamus, quomodo ea faciat, quæ nunc comprehendere non poſſumus, relinquamus. En igitur, quomodo Jobus hic oſtendat, omnes deſcendere & deferri in ſepulcrum: id eo ſpectat, ut ita concludamus, Verum quidem eſt, in morte omnia fieri ſimilia, nos inter bonos & improbos non diſ-
Eccleſ. 9. cernere: & ut dicit Salomon in ſuo Eccleſiaſte:
verſ. 4. Canis vivus præſtat leoni mortuo: & mors hominis iſta eo ſpectant, ut fides in nobis confirmetur, verbum Dei nos regat, &, inſtar lucernæ, nobis viam in medio tenebrarum hujus mundi oſtendat, donec ad lucem illam cœleſtem, in qua non amplius ex parte
cognoſcemus, ſed nobis, Deum noſtrum facie ad fa- 1 Cor. 13.
ciem contemplantibus, omnia perfecta erunt, per- verſ. 12.
venerimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut majorem ſemper nobis ipſorum ſenſum indat, iiſque magis ac magis afficiamur, ut in illis nobis diſpliceamus, ut gratia nobis in Domino noſtro Jeſu Chriſto promiſſa fruamur. Quumque nobis præterita noſtra peccata condonarit, nos ita gubernet Sancto ſuo Spiritu, ut ſemper magis ac magis ad bonorum cœleſtium, ad quæ nos vocat, perfectionem adſpiremus: ubi ſpoliati omnibus imperfectionibus & infirmitatibus humanis, gloria cœleſti, nobis ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti parta, induamur. Nec ſolis nobis hanc gratiam faciat, &c.

CONCIO OCTOGESIMA TERTIA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXII.

1. Eliphaz Themanites reſpondens, dixit,
2. Numquid homo Deo proderit? ſibi ſapiens homo prodeſt.
3. Quid intereſt Omnipotentis, ut tu ſis juſtus? aut quæ utilitas ad illum redibit, ſi tu in integritate ambulaveris?
4. Numquid Deus propter te timet te arguere, aut tecum in jus deſcendere?
5. Malitia tua nonne magna eſt? & iniquitates tuæ nonne ſunt infinitæ?
6. Tu pignus à fratre tuo ſine cauſa exegiſti: nudum ſpoliaſti.
7. Non potaſti aqua ſitientem, tu famelico panem denegaſti.
8. Et homo robuſtus terram poſſidebat, & qui auctoritate pollebat, habitabat in ipſa.

Quando nobis cum hominibus negotium eſt, ſi aliquid adverſario objicere, aut in illo carpere poſſumus, videmur nobis dimidia ex parte cauſam noſtram obtinuiſſe, etiam quum malam cauſam habemus, nec alio judice ad nos condemnandos opus eſt, quam conſcientia noſtra. Si quiſpiam me accuſet, & me reum agnoſcam: conquiram, numquid in illo reprehendi poſſit: quod quidem poſtea ad meam defenſionem proferam. Cur? quia hoc pacto videor mihi Judices à cauſa mea diverſurus, ne toti in me hæreant & defixi ſint, utque à me admiſſa noxa quaſi obſcuretur & implicetur. En quod vulgo ſolet inter homines factitari: ut nimirum quæramus aliqua ſubterfugia: & eo nos evaſuros ſperamus, ſi poſſumus dicere, Quomodo vero? Ego hoc beneficium in iſtum hominem contuli, etiamſi illum poſtea offenderim, debet tamen beneficium cum offenſa compenſari. En quomodo culpam admiſſam elevare conabimur: aut hoc proferemus, Si in hac parte peccavi, numquid hic omnino eſt innocens? Quando autem ad Deum accedimus, iſta omnia concidunt. Verum eſt, nos libenter eadem exceptionis

for-

Digitized by Google

remunerationem & compenſationem aliquam meretur. Nugas igitur omnes iſtas & quiſquilias faceſſere jubeamus; locum enim non habent, quando comparendum nobis eſt coram Deo. Cur? Quia illi nullum emolumentum poſſumus adferre, à nobis nullum nec commodum, nec damnum accipit: & quomodo illi non poſſumus prodeſſe, ſic etiam illi damnum ullum inferre non valemus. Hoc concluſo & fixo, intelligimus, omnem arrogantiam debere in nobis concidere, hocque unum remedium ſupereſſe, ut cum omni ſubmiſſione nos reos agnoſcamus. Sed ut iſta melius intelligantur, res ordine, ut hic continentur, perſequamur. *Quam utilitatem*, inquit Eliphazus, *Deo adferet homo? Sibi homo ſapiens prodeſt.* Prima ſpecie videmur nobis optime de Deo mereri, quum in ipſo colendo & honorando multum operæ & laboris ponimus: ſed in eo nimis cæcutimus. Deum enim aliquid boni & commodi à nobis accipere poſſe, quaſi ipſo indigeret, exiſtimamus. Contra vero nec creſcere, nec imminui poteſt: ita enim omnis boni fons & origo eſt, ut nihil aliunde mutuetur: quodque illi exhibent homines, nequaquam illius neceſſitati aut indigentiæ ulli ſubſervit, incrementumve plane ul-
Pſal. 50. lum ipſi adfert. Si, inquit, opus haberem, num te adi-
verſ. 18. rem? Nonne omnes creaturæ ſunt in mea manu? Enimvero ſcimus Deum nihil quærere extra ſuam Majeſtatem. Sic igitur procul à nobis amoveamus ſtultam iſtam imaginationem, ut putemus, nos Deo poſſe boni & commodi aliquid adferre: ſed potius
Pſal. 16. confiteamur cum Davide in Pſalmo 16. bonum no-
verſ. 2. ſtrum ad Deum uſque non pervenire. Enitantur, quantum volent, homines: nihil tamen ex illorum manibus Deus accipiet, ita ut dici poſſit, eo opus habere ad percipiendum inde aliquod commodum & emolumentum. Quin etiam poſtquam nobis tantum gratiarum Deus largitus fuerit, ut iis ſatiemur, nihil
Pſal. 116. illi poſſumus rependere, ut dicitur in Pſalmo 116.
verſ. 12. Quid rependam Jehovæ? omnia beneficia ejus ſunt ſuper me. Calicem liberationum accipiam, & nomen Jehovæ invocabo. Tantum igitur abeſt, ut Deum nobis poſſimus obſtringere, ut quum nobis beneficia longe plurima & maxima contulerit, non poſſimus ipſi vel minimum commodum & emolumentum adferre. En igitur, quod primum nobis hic obſervandum eſt. Si quis quærat, Cur igitur à nobis Deus poſtulat, ut ipſi colendo tantopere ſimus intenti? Videtur ſui rationem habere. Atqui contra, noſtri duntaxat & noſtræ ſalutis rationem habet: nec ſpectat, quid ſibi utile ſit, quando nobis bene vivendi normam præſcribit, nobiſque præcipit, ut abſtineamus à malo, &, ut hoc vel illud faciamus, requirit. Deus igitur in tota ſua Lege nullum rationem habet ſui commodi, ſed id duntaxat, quod nobis utile eſt, & ad ſalutem conducit, reſpicit. Si bene agimus, id bono no-

rari cujuſdam & ſingularis amoris ſignum eſſet? Atqui vero Deus talem ſe erga nos præbet. Qualis tamen & quantus eſt? Quum Majeſtatem ejus infinitam apprehendimus; & conſideramus, Deum dignari quidem cogitare de noſtra ſalute, & ejus curam talem gerere: nonne nos ad vivum tangi & affici, imo vero potius in ſtuporem rapi propter ejuſmodi bonitatem oportet? Quanta vero jam ab hominibus ingrati animi culpa contrahetur, ſi Deus nihil poſſit ab illis obtinere, ſi tam obſtinati & ſtupidi, ut quum ipſis viam ſalutis Deus oſtenderit, ad eam capeſſendam illos ſubinde hortetur, gradum unum in ea promovere non dignentur, ſed potius retrogrediantur? Jamne vero erit ullus excuſationi locus, quum nos erga bonitatem Dei ita ingratos præſtiterimus? Sed adhuc aliquid amplius eſt: quod nimirum Dominus noſter, etiamſi nihil accipiat à nobis, nihilominus ſe erga nos gerit perinde acſi eſſet obligatus. Numquid opus habeo, inquit, omnibus iis, quæ mihi exhibetis? Idque ut verum eſſe appareat, nihil à nobis poteſt accipere. Id verum eſt: quæ tamen ipſum colentes facimus, grata & accepta habet, in accepti rationes refert, non ſecus, quam ſi alicujus momenti & pretii eſſent: ſicut vide-
mus, eum ſe comparare cum patre familias, qui vitem *Mat. 21.*
habet, colit, tum ex illa fructum colligit: aut ei, qui *verſ. 33.* *Marc. 12.*
habet agrum, & ex eo colligit triticum. Deus his ſimi- *verſ. 1.*
litudinibus utens, oſtendit, ſibi opera noſtra ita grata *Mat. 13.*
eſſe, ut ea tanquam jucunda & ſuavis odoris ſacrificia *verſ. 24.*
accipiat. Quin etiam dicit, quum pauperibus aliquid erogamus, id perinde eſſe, atque ſi ipſi daremus, illudque, tanquam ſibi datum, nobis acceptum ferre: ſicut
etiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus loquitur, Quod *Mat. 24.*
uni minimorum ex membris meis dederitis, illud ac- *verſ. 40.*
ceptum habeo, tanquam erga me collatum. Quando igitur Dominus noſter eo uſque ſe demittit, ut ſe ſubjiciat conditioni hominis mortalis & corruptibilis, dicatque, ſe, quod in fratres noſtros contulerimus, accipere, quamvis nihil ipſi adferre poſſimus, & ſe ultro & ſponte, quamvis non ſit debitor noſter, nobis obſtringat: hoc nos animadvertentes, nonne oportet in tantæ Dei noſtri erga nos humanitatis admirationem rapi? Sic igitur bene notemus id, quod hoc loco dicitur, Hominem, etiamſi tota vita omnem operam & laborem poſuerit, ut ex Dei mandatis juſte, ſancte & integre viveret, nullum tamen propterea tota ſua vita Deo emolumentum attuliſſe, ſed ſibi duntaxat profuiſſe: ſed tamen Dominus noſter, ut nobis alacritatem ad bene faciendum injiciat, vult acceptum habere id, quo ad ipſum nulla redit utilitas, id requirit, tanquam ſi ex eo commodi aliquid perciperet, nobiſque declarat, in eo poſitam operam non perditum iri, nec inutilem fore. En igitur, quodnam ſit conſilium Dei, quando is nos ad bene faciendum ſollicitat. Cæterum

rum

... nostra peccata: pudore tamen erubeſcimus, ſi mendacium noſtrum appareat. Quid igitur erit, quum ad Deum noſtrum veniemus? Et in eo videmus, quantopere Papiſtæ decipiantur. Nam etſi inficiari non poſſint, ſe omnes Dei maledictioni obſtrictos teneri; ſi is cum ipſis ſummo jure velit agere, proferunt tamen ſatisfactiones ſuas, & volunt adverſus Deum quaſi æſtimationem ſuorum delictorum inſtituere, ſi aliqua in re peccarint, poſſe ſe culpam aliquo alio remedio ſarcire putant: quin etiam opera ſua ſupererogationis, ut vocant, quæ Deus non præcepit, & quibus, quum ſe ſentiunt manu Dei urgeri, ad ſupplendum locum eorum, quæ vel omiſerunt, vel perperam egerunt, utuntur, proferent. Eſto, inquiunt, ſi peccabimus, hoc bonum opus delictum illud compenſabit, quin etiam, ſi in bilance appendatur, præponderabit. En quo Papiſtæ devenerunt, ita ut illis maxime abſurda videatur gratuita peccatorum remiſſio, ſi dicatur, Deum nobis mera ſua liberalitate peccata condonare: id quidem verum eſſe, quod ad culpam attinet, confitebuntur: ſed noſtrum eſſe dicent, pœnam redimere. Quum homines ejuſmodi ſuperbia præcipites aguntur, nonne dicendum eſt, ipſos Deum in aliam naturam tranſmutaſſe, nec amplius, qualis ille ſit, agnoſcere? Eo magis nobis diligenter notandum eſt, quod hic continetur: nempe nos fruſtra nobis perſuaſuros eſſe, nos aliquod Deo emolumentum adferre poſſe: id mera eſt ſtultitia, & vana imaginatio. Atque ita quum apprehenderimus, qualis ſit ejus ſublimitas, diſcamus peccata noſtra agnoſcere cum omni demiſſione, ſublatis omnibus exceptionibus: neque enim quidquam illi poſſumus exprobrare: ſicut etiam nihil, quod is à nobis acceperit, aut propter quod nobis ſit obſtrictus, poſſumus proferre. En unum notandum. Statim autem ſubjicitur, *Deo non eſſe curæ, utrum bene an male agamus, in integritate ambulemus, nec ne.* Quando Eliphazus ſic loquitur, non intelligit, Deum claudere oculos, nec ullum inter bonos & malos diſcrimen conſtituere: ſed intelligit ipſum ſui reſpectu non curare. Verum quidem eſt, Deum, prout eſt fons omnis juſtitiæ & recti, juſtum & rectum amare: quod ſi juſte vixerimus, en tanquam imaginem Dei. Certum enim eſt, nos non habere bonum in nobis: ſed perinde eſt, atque quum hic inferius Solem lucere, radios ſuos vibrantem, cernimus. Lux, quam hic inferius videmus, non proficiſcitur à terra: videbimus lucem ſuper domos & ſuper terram, nec tamen illa inde promanat, ſed eſt lux reflexa, ut dicitur, quæ, prout terra ipſam excipit, reflectitur: commoratur igitur ſuper terram. Quemadmodum etiam quando nos in ſpeculo intuemur, ſpeculum non habet faciem, ſed facies hominis

an non ſit beatitudo noſtra, nos ad ejus nutum & voluntatem conformare, & ipſius imperio nos ſubjicere. Quumque nec nobis, nec vita noſtra, nec operibus noſtris indigens, ita tamen ſollicitus ſit, ut vitam ſancte inſtituamus: ex eo cognoſcamus charitatem, qua nos complectitur, ſicut jam dictum eſt, quod nos ſibi conjungere dignatus ſit, & quidem ita conjungere, ut ſi bene vixerimus, dicat regnum ſuum ſtabilitum: ſin male, neget ſe regnare. Quomodo autem id fit? An poſſumus impedire, ne Deo ſummum ſuum imperium remaneat? Minime. Cur igitur ita loquitur? Ut, ſicut dixi, declaret, quanto nos amore proſequatur, ſicut dicitur octavo capite Proverbiorum, *Prov. 8.* ubi Sapientia Dei introducitur loquens, Ipſius delicias & voluptatem in eo poſitam eſſe, ut inter filios *verſ. 31.* hominum habitet. Deus ita loquitur, ut intelligamus, ipſum nolle bonum, quod in ſe habet, concluſum & occultatum continere, ſed velle de ipſo partem aliquam ſuper nos effundere, & nobis communicare: atque ita ipſum nobis illuminandis oblectare, ne ſimus tanquam belluæ irrationales, ſed apprehendentes ea, quæ nobis patefacit, ipſum cognoſcamus, ita ut ſurſum in ejus regnum attollamur. Atque ita res omnino ſe habet, quod nimirum Deus delectatur ſuis bonis nobis communicandis, ad dandam nobis ipſorum fruitionem talem, ut ſe nobis conjungat, nos vero illi conjungamur. Deus igitur talem curam noſtri geſſit, ut illi curæ ſit, quomodo vivamus: ſed non quod inde damnum aliquod aut emolumentum percipiat. En in ſumma, quod nobis hic notandum eſt. Statim autem ſubjicitur, *Numquid quod timeat te, arguet te, aut deſcendet tecum in jus?* Hic nobis adhuc clarius oſtenditur, nos nihil profecturos, ſi, ſicut ſolemus cum noſtris æqualibus, adverſus Deum tergiverſati fuerimus. Cur enim in litibus & jurgiis invicem ſuſceptis tot cavillationibus ſolent uti homines, niſi ut obicem aliquem opponant, & adverſarium placent: aut ſaltem ipſi timorem incutiant, ne vehementius ab ipſo urgeantur? Verbi gratia, Si aliquis ab alio laceſſitus fuerit, & in jus vocatus, ſecum cogitabit: Iſte me acriter perſequitur, quid faciam? Tum excogitabit aliquod ſubterfugium, aut aliquem ſubmittet adverſario, qui ipſi ſcrupulum & dubitationem injiciat, ipſumque clam admoneat: Non cogitas, adverſarium tuum te potentiorem & validiorem eſſe? aut adverſus illum quaſi ex cuniculis machinam aliquam admovebit, ita ut, qui toto impetu ad oppugnandum ferebatur, pedem referat, & refrigeſcat, inſtitutamque actionem non audeat, ſicut cœperat, perſequi: timet enim, ne ſibi malum in caput recidat. Sic igitur quoniam ſolemus hominibus mortalibus metum incutere, ut ex ipſorum manibus evadamus, aperte nos illis oppo-

nere,

Digitized by Google

mus, Deum ejuſmodi affectu duci? Cur vero? Quid illi poſſumus facere? Poſſumuſne illi commodum vel incommodum ullum adferre, ſicuti dixi? Deus igitur non perſequitur nos, quod timeat, ne ſe præveniamus, ne ſuas cervices pedibus noſtris premamus: ſi enim vel tantillum ſtare voluerit, ſtatim proſternamur oportebit: & qui ita adverſus Deum inſurgunt, quid illi aliud agunt, quam ſibi cervices frangunt? Perinde eſt, atque ſi quiſpiam ſibi nervos & venas frangeret enitens ſurſum pergere, quum non poſſit: neceſſe eſt ut hæreat, quod ſi præter modum enitatur, totum corpus ſibi franget. En igitur caſum letalem. Idem accidit hominibus, quando diabolica arrogantia adverſus Deum volunt inſurgere. Non eſt igitur quod exiſtimemus, Dominum ſibi timere à nobis: nam ejuſmodi arrogantiam irridebit,

Pſal 2: 4. ut dicitur in Pſalmo 2. Verum eſt, homines magnum ſtrepitum edere, quando aliquid ſimul machinantur & moliuntur. In primis vero ſi Reges & Principes fœdera ineant, & adverſus Deum vivum conſpirent, populi etiam cum illis coëant & conſentiant, magnum ſane ſtrepitum edent: ſed hic inferius duntaxat: & homines ſunt tanquam locuſtæ, ut loqui-

Eſa. 40. verſ. 22. tur Eſaias. Locuſtæ tam longos quidem pedes habent, ut poſſint ſaltare, ſed inferius ſtatim recidant oportet. Sic homines hic quidem movebuntur, ſed numquid ſupra nubes ſaltabunt? Minime. Interea qui habitat in locis excelſis, ridebit. Id oſtendit, quale ſit Dei domicilium, nempe ſupra cœlos: ita ut homines ad ipſum uſque pervenire nunquam poſſint: ibi ſuperius ridebit in quiete ſua tantiſper dum homines hic inferius multum ſtrepent. Sic diſcamus, quum Deus nos citat & vocat ad tribunal ſuum, ipſum id eo non facere, quaſi illi nocere poſſimus, aut quod ſui rationem habeat, ad impediendum, ne ipſum præveniamus. Cur igitur? Ut cogat nos ſentire malum, quod in nobis eſt, & eo incitemur ad quærendum remedium, utque vera pœnitentia ad ipſum accedamus, ut ſecundum ejus voluntatem gubernemur. Deus igitur, dum punit homines, procurat eorum ſalutem: dum condemnat, vult ipſos abſolvere: aut quando ipſos caſtigat, vult aſſerere & confirmare ſuam juſtitiam, ut oſtendat, nullum peccatum impunitum relictum iri. Interim etiam vult faſtum illum inſitum hominibus contundere, quoniam ſibi placent, & gloriantur in vitiis: Deus totum illud vult dejicere, quum eos ad judicium trahit. Sic diſcamus non adulari nobis, quoties intus aculeum aliquem ſentiemus, & à verbo Dei condemnabimur, vitia noſtra nobis ob oculos ponentur, & aſperius objurgabimur: diſcamus igitur non uti ſubterfugiis: hoc enim pacto duntaxat deteriorem noſtram conditionem ſumus reddituri. Tum ſciamus, Deum non vereri, ne ipſi aliquod damnum aut incommodum nullum damnum poſſe inferre: quumque nos condemnat, & in jus vocat, id adeo ſui commodi cauſa non facere, ſed propter ſalutem & bonum noſtrum: quin etiam quum condemnamur, id fieri ut poſtea ab ipſo abſolvamur, ne in condemnationem illam extremam incidamus, ad quam tandem devenire cogentur improbi. Præterea Deum nos in jus vocare, ut inquirat in peccata noſtra, vitam noſtram excutiat, ut nobis in vitiis noſtris diſpliceamus. Sed interim poſtquam quicquid in nobis eſt excuſſerimus, nobiſq; ad intima uſque penetraſſe viſi fuerimus, ſciamus, nos nondum centeſimam partem cognoviſſe: loquor etiam de iis, qui acute cernunt, quique nolunt ſe in vitiis ſuis palpare & fovere. Nam, quicquid ſit, quia homines vertigine quadam laborant, ſuntque adeo hebeti atque obtuſo viſu, certum eſt, eos ſuorum peccatorum centeſimam partem non eſſe apprehenſuros: ſed Deus, qui longe acutius cernit quam nos, ipſa cognoſcit. Si hodie in vitium incidamus, & ejus convincamur, cras mane adhuc peccatum admittemus: imo vero dies non præteribit, quin offenſarum & tranſgreſſionum ingentem numerum accumulaverimus: tum de novo ſemper incipere nobis continget, neque enim unius duntaxat, duorum, aut trium, ſed centum vitiorum convincemur. Quonam igitur tunc loco erunt res noſtræ? Quum homo diligenter conſcientiam excuſſit, & ſe tot modis convictum eſſe novit, & apud ſe concludit, Deus centies adhuc plura cognovit: quomodo is tum ſe habet? Nonne tunc nos valde attonitos eſſe convenit? nonne tunc nobis arrigi in capite capillos oportet, ut tanquam in abyſſum mortis immergamur? En quod nobis ex hoc loco obſervandum eſt: nempe quotieſcunque, nobis verbum Dei audientibus, vitia, quibus infecti ſumus, condemnantur, unumquemque noſtrum debere in ſeipſum deſcendere, reum ſe peragere & agnoſcere, nec exſpectare, dum ipſum Deus perſequatur: ſed cognoſcat, Heu! peccavi hoc modo, nec ſolum ſemel, aut bis, ſed toties. Quod ſi hoc modo toties peccavi, aliæ ſunt quam plurimæ delictorum meorum ſpecies: quod ſi Deus meas ſordes movere velit, me earum fœtore enecari oportebit. Id, inquam, nos adducet ad demiſſionem & pœnitentiam, ita ut non amplius ita tardi ſimus, ut eramus, ad accedendum ad Deum noſtrum: ſaltem non ita amplius refractarii erimus, ut adverſus illius caſtigationes & ſtimulos recalcitremus. Quin etiam eo diligentius id faciamus, quod videmus majorem partem hominum ſibi placere, & gloriari in vitiis, &, quum debeant lugere & pudore confundi, velle ſimulare bonos Chriſtianos, etiam maxime perfectos. Verum eſt, ipſos dicturos: Equidem homo ſum, utque omnes ſe peccatores agnoſcant & confiteantur oportet: ſed tamen aliorum actiones non meis ſunt melio-

Digitized by Google

Atque ita diſcamus agnoſcere, quinam ſimus, & quidem ita, ut Deus vere à nobis in omnibus glorificetur. Hoc unum eſt. Nam etiam quam ſpem concipere poſſumus, fore, ut Deus nos in gratiam recipiat, & ſit erga nos miſericors, niſi peccatorum à nobis commiſſorum ſenſu quaſi opprimamur? Dominus noſter Jeſus non dicit, Venite ad me vos omnes, qui
Mat. 11. dicetis, Ego ſum peccator, ſunt in me infirmitates:
verſ. 28. minime: ſed vos omnes, qui onerati eſtis, & fatiſcitis, quibuſque præ peccatorum veſtrorum pondere humeri ſunt incurvi. En qui vocantur à Jeſu Chriſto, ut apud illum gratiam & miſericordiam inveniant: non autem qui Deum irrident, peccata ſua obiter, & nullo modo commoti animo confitentur. En quod nobis in hoc vocabulo notandum eſt. Cæterum ut ad ejuſmodi cognitionem perveniamus, nobis inſtituenda eſt peccatorum à nobis commiſſorum diligens & accurata per ſpecies diſquiſitio: neque enim quiſpiam unquam vere dixerit, Ego in infernum uſque præceps decidi, niſi ſe ſedulo excuſſerit, peccata ſua ſigillatim inſpexerit, & attente obſervarit. Niſi igitur ejuſmodi examen vitæ noſtræ per partes & ſpecies inſtituerimus, nunquam apprehendemus, peccata noſtra innumerabilia & infinita eſſe. En cur ejuſmodi ordo hoc loco obſervatur: Eliphazus enim, poſtquam in genere Jobi peccata magna eſſe pronunciavit, & ejus iniquitates infinitas, dicit: Nonne ſpoliaſti nudum? nonne pignus ſine cauſa exegiſti? nonne panem famelico ſubtraxiſti? nonne aquam ſitienti denegaſti? & interim vero nonne conſpiraſti cum hominibus plenis violentia? En cur modo Deus te perſequitur. Verum autem eſt, ſicut jam diximus, Eliphazum magnam Jobo injuriam facere: ſed interea Spiritus Dei vult hic nos docere ordinem, quem par eſt ſequi: ut, ſicut par eſt, coram Deo demittamus & deprimamus animos noſtros, ne induremur, & eo pacto ejus vindictam magis in nos provocemus, ſi voluerimus ipſi reſponſare. In ſumma notemus, homines nunquam ſe peccatores ſenſuros & agnituros, niſi per partes ſe inſpexerint, tum rationes quaſi articulatim reddant. Verum eſt, nos ſingulos articulos non poſſe animo diſtincte complecti, ita ut nobis ſemper cum Davide ſit concludendum.
Pſal. 19. Quis cognoſcet peccata ſua? Sed non tamen inde ſe-
verſ. 13. quitur, ut leviter & ſuperficie tenus, non autem alte & profunde peccatorum noſtrorum recognitionem inſtituere debeamus. Si judex terrrenus, acutus & attentus admodum eſt in cauſa, in qua de unius duntaxat hominis vita agitur: quæſo, quum Deum offendimus, an non ejus majeſtas nos cogit, ut nobis ipſis ſeveri ſimus judices? Sed videmus, eum qui Deum offendit, non ſolum reum eſſe apud Deum, ſed etiam ſibi ipſi & ſuis criminibus implicitum: &

tudo non cogit ipſum duntaxat de uno illo peccato cogitare, ſed eo adducit ipſum, ut penitius ſe inſpiciat, quin ſe inde uſque ab utero matris intueatur, & in omnibus condemnet. Idem nobis faciendum eſt. Quare diabolicum fuit inventum confeſſio illa Pontificiorum auricularis, quando voluerunt homines in aurem Presbyteri confiteri, & quaſi eructare peccata ſua: non ſecus atque ſi helluo vinum, quod tanta copia in ventriculum ingeſſerit, ut diutius ferre non poſſit, in ſinum alicujus evomat. Deus igitur non probat ejuſmodi confeſſionis rationem, ſicut etiam illa plane contraria eſt & repugnans ipſius verbo. Præterea etiam non vult, ut uno verbo dicamus, Peccavi: atque ita leviter impreſſo veſtigio ſupra prunas & ardentes cineres curſim tranſeamus, (ut vulgato fertur in his regionibus proverbio,) ſed propius nobis attendamus, unuſquiſque in conſcientiam ſuam ingrediatur, & dicamus, Age vero, ego non ſum unius delicti duntaxat coram Deo reus, ſed hujus & illius, idque non ſemel tantum, ſed ſæpius incido & recido in eadem delicta. Quum ſic fecerimus, nos hac ratione, & ita per partes examinantes, poterimus concludere: Domine, iniquitates & tranſgreſſiones noſtræ ſunt infinitæ. En igitur, in quo Deus velit ſibi à nobis gloriam tribui. En quomodo miſeri peccatores ſerio afficientur, & in conſcientia ſua, ut ſibi in vitiis ſuis diſpliceant, vulnerabuntur. Ac ſane ii, qui in genere duntaxat peccata confitentur, ut dicant, Peccator ſum ſicut reliqui homines: oſtendunt, ſe non alte in imo cordis tangi, nec ſcire, quid ſit peccata ſua cognoſcere, ut in ipſis nobis diſpliceamus. Nos vero diſcamus diligenter inquirere & ſcrutari vitia noſtra, quumque ipſorum numerum aliquem collegerimus, centies adhuc plura eſſe ſciamus, ſimus in nobis ipſis confuſi, reos nos agnoſcamus, coram Deo ſuſpirantes, & dicentes, Heu Domine! verum eſt, peccata noſtra magno eſſe in numero, iniquitates noſtras infinitas eſſe: ſed miſericordiæ tuæ multitudo ſuper nos effundatur, ſicut
David loquitur. Hæc enim una ratio eſt, qua omnium *Pſal.* 40.
noſtrorum delictorum veniam poſſimus conſequi, *verſ.* 13.
quando nimirum Deo ipſa tegere & abolere ſua bo- & 130.
nitate, ipſiſque nos virtute Sancti ſui Spiritus mundare placet.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut eorum ſenſum majorem, quam adhuc habuimus, nobis indat, nos quoque præterea erigat ad contemplationem Majeſtatis ſuæ, ut quaſi penitus proſtrati, ipſius

Digitized by Google

Mirum videri poſſit, quomodo & cur Eliphazus hic Jobum accuſet criminum, quæ nunquam in ipſo animadverſa fuerant. Nam, ut deinceps videbimus, Jobus tota
infra 31: v. 19, 20, 21. vita valde humanus & liberalis fuerat: ſicut profitetur ſe orphanorum tutorem & viduarum protectorem fuiſſe: cæcis, oculorum; claudis, tibiarum loco exſtitiſſe: manum denique ſuam indigentibus nunquam clauſam fuiſſe. Cur igitur Eliphazus objicit illi, quod proximorum bona & facultates rapuerit? quod non fuerit miſericors, fuerit crudelis, ſolus bona ſua abligurierit? Iſta plane videntur à ratione aliena eſſe. Sed nobis notandum eſt, Eliphazum judicare de Jobo ex afflictione: atque hæc cauſa eſt, cur omnia pervertat. Sicut ſupra oſtendimus, nos ea prudentia præditos eſſe oportet, ut quum Deus affligit aliquem, non ſtatim concludamus, illum hominem eſſe improbum, & pro meritis tractari: hoc eſt, aratrum bobus præponere, ut vulgato dicitur proverbio. En tamen quomodo fecit Eliphazus, ideoque judicium ejus eſt depravatum & corruptum. Verùm enim, quod hic proponit, non debet ſimpliciter intelligi: ſed perinde eſt atque ſi Jobum hortaretur, ad diligenter totam ſuam vitam conſiderandam & examinandam, & ſignificaret, concludendum eſſe, ipſum improbum & ſceleratum admodum fuiſſe, & ſcelera ejus valde atrocia eſſe, ut Deus ad horrendam in ipſum ultionem effundendum adactus fuerit: quaſi diceret, Vide an non in rebus tuis proſperis fueris crudelis? vide an non pauperes ad res iniquas adegeris? vide num poſtulanti opem denegaris? conſidera an non fueris Dei contemtor? Quando vero nunc adhuc in eo perſiſtis, ut velis te juſtum probare: argumento eſt, te Deum aperte ludibrio habere: tempus enim eſt, aut nunquam, te Deo ſubmittendi. Quum ita illius manu deprimaris, nonne debes Judicem tuum agnoſcere, & te reum confiteri? Atqui in eo ſemper perſeveras, ut velis adverſus Deum contendere & diſceptare: neceſſario igitur concludendum eſt, te eſſe irriſorem & contemtorem Numinis. En quomodo Eliphazus procedit. Inde videmus, quid ſit, ita temere judicare: neque enim bonum quod eſt in hominibus, virtuteſque quas Deus in illis collocavit, conſideramus, tum conjecturis inanibus, quæ nulla probabilitate nituntur, utimur. Unquamne Eliphazus in Jobo animadverterat, quæ hic illi objicit? Minime: ut Jobus poſtea declarabit. Cur igitur ita ipſum redarguit Eliphazus? Quia hac inani imaginatione præoccupatus eſt. Quum Jobus ita graviter & ſevere à Deo puniatur, neceſſe eſt igitur, ut gravia aliqua & atrocia peccata commiſerit, imo vero à Deo penitus ſit rejectus. En malam concluſionem, quam hic Eliphazus ponit. Cur vero? Quia Deus punit ſuos interdum, non ſecundum aut propter peccata ab ipſis commiſſa, ſed quia ipſorum patientiam velit probare: tum vult oſtendere, ſi ita tractet lignum viride, quid ſit futurum ſicco. Cæterum vult etiam ipſos, quod ad mundum iſtum attinet, mortificare: docet præterea, miſerias, quas hic patimur, non impedituras nobis promiſſam felicitatem, quoniam illa eſt abſcondita, nec ſe in hoc mundo profert. En igitur, quomodo Deus multas habet cauſas & rationes, cur ſuos affligat. Jam, vero ſi concludamus, eos affligi, quia vitam maledictam & perverſam egerint, illud eſt omnia pervertere. Sed alia eſt præterea appendix adhuc deterior, quod tunc in ſtultas & inanes conjecturas ingredimur. Quid igitur? Iſte homo viri boni & commodi ſpeciem habuit, quomodo igitur in illo cauſam inveniemus, cur ita tractari mereatur? En quod nobis ſomniandi & delirandi, ſicut hic fecit Eliphazus, occaſionem præbet. Quapropter magis ſobrii eſſe, nobiſque moderari debemus, quum judicandum eſt de proximis: quare ne temere adverſus illos procedamus, ſed diligenter ipſorum vitam examinemus: quumque hominem improbum & Dei contemtorem, cujuſque vitia ſunt nota & comperta, cognoverimus, tunc illud poterimus dicere, Deus ipſum punit. Cur? Ut ejus exemplo doceamur, & ex ipſo documentum utile capiamus. Cæterum, quum in homine cauſam non animadverterimus, cur Deus illum debeat ſevere punire: ſi ipſi gravior aliqua calamitas acciderit, inhibeamus judicium noſtrum, & ſequamur id quod ex Pſalmo citatur, ut nimirum potius ſimus miſericordes, & omnia in meliorem partem interpretemur, atque ita nobiſcum putemus: Heu! ſi Dominus nos pro meritis vellet tractare, quorſum evaderemus? Neque enim iſto meliores ſumus, quin nos deteriores eſſe poſſumus dicere: videmus tamen, quomodo affligatur. Ex eo diſcimus, Deum velle nos ulterius ducere, & oſtendere nobis, vitam noſtram nihil eſſe. Præterea Deus vult ſuos in variis pugnis & luctis exercere, ut, quum patientes fuerint in mediis ſuis afflictionibus, ſuſtentent & conſolentur ſe in eo, quod alibi meliorem quietem ſibi paratam eſſe cognoſcant. En igitur quomodo in judicandis proximis debeamus nos gerere. Nunc vero ſigillatim excutiamus quod hic continetur. Eliphazus dicit, *Accepiſti pignus à proximo tuo ſine cauſa, ſpoliaſti eum qui nudus erat.* Hic videmus, peccata noſtra nihilominus Deo diſplicere, etiamſi homines ipſa non condemnent. Nam ſi quiſpiam nimis crudelis fuerit in exigendo pignore à paupere, quum ipſi in ſumma ejus inopia pecuniam mutuo dederit, ſi ipſi culcitram lecti, aut veſtem qua indutus erat, abſtulerit, nemo propterea ipſum in jus vocarit. Nam ſi vocatus fuerit, abſolveretur. Cur? Dedit mutuo pecuniam,

lici-

Digitized by Google

tam, ipſumque ad me pertrahere moliar, etiamſi in nullum eo nomine probrum incurram apud homines, jam pro fure habeor coram Deo. Poſſumus igitur ex hoc loco doctrinam utilem colligere, nempe, nos non debere nobis blandiri, quando homines non poterunt nobis objicere, quod toto vitæ tempore propter maleficium aliquod in jus protracti non fuerimus. Denique, quantum volent, nos juſtos cenſeant homines, non propterea evademus. Cur vero? Qui pignus accepit, ut caveat pecuniæ ſuæ, quam mutuo dedit, interdum habetur apud Deum pro homicida. Hic vero dicitur nominatim *ſumere pignus ſine cauſa.* Cur? Nam ſimpliciter ea res non eſt mala in ſe ſe, nec Deus eam penitus rejicit, ut nimirum pignus ſumatur: ſi enim licet bona alterius emere, eodem quoque jure licebit pignus ſumere. En agrum aut pratum pignori oppoſitum: hoc Deus ſimpliciter non condemnat: ſi etiam pignoris loco mobile aliquod aut inſtrumentum domus afferatur, id omnino non debet rejici: ſed dicitur malum eſſe, pignus accipere ſine cauſa. Quomodo vero id? Eliphazus autem aperit ſuam mentem, ut alibi non ſit illius dicti interpretatio quærenda. Dicit igitur Jobum accepiſſe pignus à proximo, nudum ſpoliaſſe. Atque iſta intelligenda
[Exod. 22. v. 26, 27. Deut. 24. verſ. 12, 13, 17.] ſunt ſecundum illud, quod Deus declarat in Lege ſua, Pignora quæ accepimus, non debere eſſe ex earum rerum numero, quæ homini ad neceſſitatem ordinariam inſerviunt: ſi enim quis nudus ſit & frigeat, quum ita crudeles fuerimus, ut ejus veſtem accipiamus, id eſt tanquam ſpecies quædam homicidii. Si quiſpiam ſe lecto ſuo ſpoliet, quum fame premitur, & ad emendum triticum, aut alias res ad victum neceſſarias pignori opponat culcitram lecti ſui, qui pignus illud accipit, valde inhumanus eſt: nam, quantum in ipſo eſt, occidit, mortis genus duntaxat mutans. Idque perinde eſt, atque ſi quiſpiam in periculo ſit ſeipſum ſtrangulandi: eſto, laxavero illi laqueum, ſed jugulabo ipſum. Sic igitur, quando pauper aliquis uon habet quod edat, & cogitur lectum ſuum offerre, ut habeat panem: en nimis infamem crudelitatem, quæque excuſari nullo modo poteſt, ſi lectum
[Exod. 22. v. 26, 27. Deut. 24. verſ. 12, 13, 17.] accipis. Ideoque Dominus noſter dicit in Lege, Vide ne pignus pauperis cubet apud te: quum animadvertes illud inſervire ejus neceſſitati, eoque non poſſe ipſum carere, quin illi male ſit, reddas: & ſi pauper lectum habeat, quem illi relinquas, licet ejus neceſſitati ſubveneris, latera ejus tibi benedicent: ſi veſtem reddideris, ita ut non frigeat, corpus ejus tibi benedicet. Contra quum pauper lecto ſuo orbatus fuerit, ipſique male fuerit, tua nequitia, quodque ita ſordidus & tenax fueris, ut nihil illi ſine pignore mutuo dare volueris: etiamſi miſer ille non imploret adver-
nihil aliud velle, quam me jugulare? Iſta novimus in medium adferre. quum itaque idem alteri faciemus, num alio Judice opus erit, ad nos condemnandos? Sequitur autem poſtea, *Non dediſti aquam ad bibendum ſitienti, ſubtraxiſti panem ab eo, qui eſuriebat.* Hic Eliphaz oſtendit fieri poſſe, ut Jobus à Deo puniatur, quod non miſertus ſit hominum ad illis in ipſorum inopia ſuccurrendum. Ut autem ex iſta doctrina fructum colligamus, Jobi perſona nobis relinquenda eſt, ut jam ſuperius attigimus: propterea unuſquiſque ſe inſpiciat, quum Deus nos viſitat, noſque ea ſeveritate tractat, ut peccata noſtra ſentire cogamur, diligenter conſideremus, an non ita tractemur, quod eam humanitatem erga proximos non exercuerimus, quæ nobis mandata erat, quaque par erat nos uti. Dictum autem eſt, eum qui aurem ſuam obturarit pauperi clamanti, & petenti auxilium, viciſſim etiam clamaturum nec tamen exauditum iri. [Prov. 21. verſ. 13.] En tibi Deum, qui interminatur nobis, fore ut ſi opem & auxilium noſtrum implorantibus, illis ſubveniendi facultatem habentes, denegaverimus, permittat, ut in calamitatem aliquam incidamus, etiam ditiſſimi, & qui commodiſſime vivunt: multæ enim Deo ſunt ad manum caſtigationes, quas non ſtatim animadvertimus. Verum quidem eſt, divites nunquam exiſtimare, fore ut incidant in aliquas difficultates & anguſtias, ita ut ſperent, ſe, etiamſi in toto mundo omnia perturbata ſint & confuſa, alta pace fruituros. Dominus autem declarat, eos, qui proximos ſuos in eorum egeſtate & inopia non ſublevarint, illoſque contempſerint, vices quoque ſuas ſubituros, ita ut nullius ope & auxilio ſubleventur, quin etiam cœlitus non exaudiantur, & ſi ad Deum velint confugere, januam ſibi clauſam ſentiant: ſicut dicitur, Judicium eſt ſine miſericordia ei, qui miſericordia non fuerit uſus. [Jac. 2: 13.] Atque hæc eſt comminationum omnium, quibus Deus erga nos uti poſſit, longe graviſſima, & maxime horrenda, quum Deus denunciat, nos à ſe ſine miſericordia tractatum iri. Quid vero exſpectare poſſumus, ſi Deus noſtri non miſereatur? Nos omnes in abyſſum projici oportet. Atqui nos Deus omni ſpe bonitatis ſuæ, ſi ita erga proximos crudeles fuerimus, excludit. Diſcamus itaque, ſi Deus nos viſitet, & afflictiones noſtræ ſint magnæ, diligenter ipſarum cauſam exquirere & expendere: Age, equidem habui facultatem iis, qui bonis hujus mundi indigerent, ſubveniendi. quomodo illos juvi? numquid officio erga illos ſum functus? Si quis auxilio meo opus habuit, numquid conatus ſum illi opem ferre? Si ad me ventum eſt, numquid paratus fui ad impertiendum de facultatibus meis? Si id agnoſcamus, coram Deo gemamus, eumque nobis magnam gratiam largiri, quum nos de peccatis no-

Digitized by Google

mus. Ubi vero? Scimus ipſum non opus habere, ut in eum aliquid inſumamus: vult igitur, ut proximis noſtris & egenis ſubveniamus. Quibus igitur bonorum copia magna adeſt, ne illi dixerint, Atqui hoc eſt meum: ita quidem, tuum eſt, ſed ea conditione, ut de eo ſubvenias indigentibus: ſed ut ſolus hellueris & abligurias, Deus illud tibi non dedit. Verum quidem eſt, hac in re legem imponi non poſſe, ut D. Paulus oſtendit: neque enim iſtud idem eſt, atque quum Princeps ex cenſu certam ſubditis imperat pecuniam: aliquam enim partem bonorum, quæ quiſque poſſidet, exigit: tum cenſeri unumquemque, & ipſius bona æſtimari oportet. Deus non ita ſe in hoc officio, quod à nobis requirit, gerit: diligit enim Deus hilares datores, & eos, qui ſpontanea voluntate & alacri animo ipſi offerunt, ut dicit S. Paulus. Dives itaque pauperi non debet dare invitus aut coactus, ſed ſpontanea voluntate. Ut ut ſit, minime excuſamur, ſi proximi noſtri eſurierint, noſque, cognita ipſorum neceſſitate & indigentia, nihil opis & ſubſidii attulerimus: argumento enim illud erit, nos helluatos, boniſque, quæ Deus in poteſtate noſtra eſſe voluerat, abuſos eſſe. Quum, inquam, ita nos geſſerimus, certum eſt, Deum nos habiturum tanquam homicidii reos. En quod ad iſtum verſiculum attinet, in quo dicitur, Eum, qui punitur à Deo, panem pauperi eſurienti denegaviſſe, nec potaſſe aqua ſitientem. Poſtea autem ſubjicit, *Homo robuſtus interim terram poſſidebat, & auctoritate pollens habitabat in ipſa.* Hic oſtenditur, divites, propterea quod ipſis bene & commode eſt, commiſerationis expertes eſſe: neſciunt enim, quid ſit egere, neſciunt, quid ſit inopia: ideoque iſtis non afficiuntur: denique, quando ſaturi ſunt, exiſtimant alios quoque peræque ſaturos eſſe debere. En in ſumma, quod hic intellexit Eliphazus. Hoc autem accommodat ad Jobum. Exprobrat igitur ipſi, terram non fuiſſe creatam paucorum aliquot hominum cauſa, quomodo nunquam divitum expletur cupiditas, ſed in dies ſemper aliquid novi acquirunt. Hic ager mihi comparandus eſt, accommodate adjungi poſſit meæ poſſeſſioni: terræ ſex pedum ſpatium ſufficiet illis, quum juſtam ſuam menſuram occupabunt, hoc eſt, quum ſepulti erunt: & qui agri tantum poſſideat, quantum ſatis ſit ad alendos centum homines, veretur, ne fame moriatur, ut ſunt gurgites inſatiabiles, qui non ſolum univerſam terram poſſidere non ſint contenti, ſed libenter Solem cœlo avellerent: invident enim pauperibus lucis Solis uſum, quem illi cum ipſis communem habent. En igitur quomodo gurgites iſti libenter velint omnia abſorbere, putantque ſibi ſolis mundum creatum eſſe. Eliphazus autem hic arguit ejuſmodi vanitatem, ut merito reprehendenda eſt: id tamen male Jobo applicat: nihilominus tamen taxat iis, qui de ſuo poſſunt vivere: dicit enim, ſe dediſſe terram hominibus in hæreditatem: quod in genere dicitur. Atque ita, quamvis ſint aliqui, qui pedem terræ non poſſideant, habitent tamen in mundo oportet, ſi non in proprio, at in conducto, in extera regione, ſi non in patria & natali ſolo, Deo ita illos exercente. Quod ſi divites apud ſe habitent, & videantur quaſi expanſione alarum ſuarum, alios quaſi longiſſime arcere: perinde eſt, atque ſi Deo vellent in os reſiſtere, & ipſo invito univerſi mundi poteſtatem & dominium invadere. En igitur quod nobis hoc in loco obſervandum eſt. Eſt autem hæc doctrina valde utilis ad docendum eos, qui in auctoritatem & dignitatem aliquam evecti ſunt, ne cæcutiant præ ſuperbia, & auctoritate ſua abutantur, ſicut conſueverunt. Quando quiſpiam dives eſt, intelligat, ſe tamen non debere univerſam occupare terram: quod ſi auctoritate valet, non debere ſe propterea pauperes, qui nullius ſunt pretii & exiſtimationis, ſpernere. Debent enim ſe mutuo tolerare, & ita invicem agere ut dives pauperis labore & opera utens, in ſuo opere faciundo & commodis procurandis, det illi, unde poſſit honeſte vivere: pauper vero, quamvis nihil proprii habeat, contentus tamen ſit, ſi Deus dederit ipſi, ut poſſit labore manuum, aut induſtria aliqua ſua, nulli injuriam faciens, vitam ſuſtentare: atque ita alii cum aliis quæ ſua ſunt communicent, ut vitæ communis ordo non interrumpatur, & unuſquiſque alatur & ſuſtentetur. En igitur quomodo divites admonentur, ne pauperes ſolita ſuperbia contemnant, pauperes etiam, ut in ſuo gradu ambulent, omneſque tanquam in hoc mundo Dei manu collocati, & ejus gratia ſuſtentati, vivant. Hoc eſt in ſumma, quod nobis hoc loco oſtenditur. Statim autem ſubjicitur, *fieri potuiſſe, ut Jobus amandarit viduas ſine ulla ope & auxilio, atque brachium orphani ab ipſo confuſum fuerit*, hoc eſt, ita illos à ſe repulerit, ut miſeri orphani, pro eo quod ope & auxilio debuerant ſublevari, potius fuerint oppreſſi. Diſerte autem mentio fit viduarum & orphanorum, quoniam Dominus iſtud genus hominum ſpeciatim commendat: eo quod vulgo omnium maxime ope & præſidio deſtituantur: uxor enim eſt ſub umbra & protectione mariti, quamdiu is vivit: is quoque, qui virilem ætatem adeptus eſt, ſatis habet in ſe conſilii & præſidii ad ſe tuendum: ſed ecce viduam, quæ conſilio & facultatibus deſtituta eſt, en miſerum orphanum, qui rerum ſuarum ſtatum non intelligit: iſti igitur ſunt magis prædæ expoſiti, ideo Dominus vult, illos nobis eo magis eſſe commendatos: ſolemus enim iis benefacere, à quibus parem gratiam exſpectamus. Sed contra Deus vult eo probare charitatem noſtram, ſi iis, qui nullo modo parem gratiam referre poſſunt, benefecerimus.

Digitized by Google

rum injuriis ſunt expoſiti, affligemus, malum malo
addiderimus, tum ad omnis nequitiæ cumulum per-
venerimus, atque eo argumento certiſſimo, nos
omnem humanitatis ſenſum exuiſſe, & in belluinos
mores & animos degeneraſſe, comprobaverimus.
Ideoque Eliphazus, ut ejuſmodi peccatum argueret,
hic dixit, *Tu viduam repuliſti, nec illi opitulatus es; or-
phanum etiam, quum lædebatur, non adjuviſti.* Deni-
que cognoſcamus, Dominum velle, ut infirmi, ab iis
qui plus facultatis & potentiæ habent, ſuſtententur.
Si id non fecerimus, eo oſtendemus, nos non eſſe fi-
lios Dei. Quo enim Deus reſpicit? In quem potiſſi-
mum exercet commiſerationes ſuas? In eos, qui op-
primuntur, & malis ita obruuntur, ut plura ferre non
Luc. 6. poſſint: dictum autem eſt, nos Patris noſtri cœleſtis
verſ. 36. ſimiles eſſe debere. En quomodo debemus probare,
nos non fruſtra vocatos eſſe à Deo, eo ut ejus filii
eſſemus, ſi nimirum ipſius exemplo conformes fueri-
Pſa. 145. mus. Scimus autem, Deum, quamvis ſit erga omnes
verſ. 9. ſuas creaturas miſericors, quamvis bonitas ejus per
Pſa. 146. omnia effundatur, pronunciare tamen, ſe ſpecialiter
v. 7, 8, 9. reſpicere eos, qui læduntur & opprimuntur injuriis
& violentiis, velle ipſis opitulari, ſe tutorem eſſe or-
phanorum, viduarum & peregrinorum protectorem.
Quum id Deus declaret, nos debemus conari in eo illi
ſimiles eſſe: quod ſi contrarium fecerimus, illud ar-
gumentum eſt, nos Deo, & dono quod nobis in filios
ſuos electis contulerat, renunciaſſe. En quod nobis
hoc in loco notandum eſt. Veniamus autem nunc ad
id, quod ſubjicit Eliphazus: *Propterea laquei te undi-
que cingunt, & pavores ſubiti te perterrefaciunt.* Nobis
ſemper retinendum eſt id, quod declaratum fuit, hoc
male applicatum fuiſſe Jobo: ſed interea in genere
retineamus, hæc nobis ob oculos poſita fuiſſe, ut co-
gnoſcamus omnes calamitates & miſerias eſſe toti-
dem caſtigationes, quas Deus nobis immittit pro-
pter peccata noſtra. Verum eſt, quomodo jam di-
ctum eſt, Deum non puniturum peccata hominum
menſura æquali: nihil patimur, quod non admoneat
nos, vitam noſtram examinare & gemere coram
Deo, ſcientes, nos eſſe reos coram ipſius Majeſtate. En
unum notandum. Cæterum, quamvis Deus alium
ſibi ſcopum proponat, quam ut puniat peccata no-
ſtra, unumquemque tamen ſe reſpicere oportet,
quum viſitatur à Deo, nec nobis claudendi ſunt oculi,
quum Deus lucem ſuam nobis accendit. Si itaque
afflictiones habuerimus, ſic colligamus: Deus nobis
laqueos tetendit. Cur? Quoniam eramus ſicut feræ:
ſi enim ambulaſſemus tanquam oves gregis ſui, non
tetendiſſet nobis retia ad nos capiendos. Retia non
tenduntur ovibus, ſunt enim beſtiæ tractabiles: ſolo
ſibilo vocatæ veniunt. Sic ſi ſponte ad ſimplicem

non ſatis à nobis æſtimari poteſt, quemque non poſ-
ſumus, niſi per fidem, conſequi, quando cognoſci-
mus, Deum nobis Patrem eſſe in Domino noſtro Jeſu
Chriſto. Id vero non intelligitur duntaxat de ſalute
æterna, ſed etiam quod ad mundum iſtum attinet
hoc privilegium habemus, ut poſſimus ad Deum con-
fugere, ei vitam noſtram commendare, & ad illum
in omnibus noſtris neceſſitatibus confugere. Quan-
do igitur pacem illam habebimus, ut innitamur pro-
videntiæ Dei, & omnes noſtras ſollicitudines, &
difficultates in illum devolvamus: en ſingulare Dei
beneficium. Quando vero ita turbamur, id ſummæ
& extremæ maledictioni deputatur. Cur vero?
Conditio hominis, nonne plus quam miſera eſt, quan-
do ita in terrore & pavore eſt, quando nihil aliud
quàm pericula circum ſe videt, & interim non po-
teſt ad Deum confugere, ut in ipſo inveniat quie-
tem & ſecuritatem? quando, inquam, homo ita ex-
paveſcit, nonne jam prope in inferno eſt? Sane. At-
que ita ſciamus, (etiamſi nobis omnia ex animi ſen-
tentia ſuccedant,) illud totum, nihil eſſe. Sed in-
terim illud etiam notemus, non eſſe quærendam no-
bis pacem in hoc mundo, ſicut ſolet ab improbis
quæri: quamdiu enim non premuntur nec vexan-
tur, mira ſibi perſuadent, exultant, & Deo inſul-
tant: non eſt nobis habenda pax, quæ ex ſtupore &
negligentia promanet. Cur vero? Qui enim in hoc
mundo ſic exultant, nunquam pacem habent niſi
Deum obliviſcendo, ea vero pax maledicta eſt. Præ-
ſtaret, nos animo perturbari, ut Deum noſtrum adi-
remus, eumque nobis reconciliandi viam & ratio-
nem quæreremus, quam ita ſtupidos eſſe. Sic igitur
diligenter notemus, pacem noſtram nequaquam in
eo poſitam eſſe, ut bene & commode nobis ſit in hoc
mundo, ſed illam in Deo fundatam eſſe, & ad ipſum
referri debere. Interim cognoſcamus, quod quando
pavore aliquo perturbatur animus noſter, Deus nos
viſitat propter peccata noſtra: ſed nos etiam ea ra-
tione ad ſe vocat, ut pacem talem, qualis nobis eſt
ab ipſo promiſſa, quæramus. Sane Eliphazus oſten-
dit, turbas, de quibus loquitur, & pavores, quibus
(quantum quidem ipſi videbatur) Jobus correptus
erat, ex eo duntaxat proficiſci, quod is non poſſet in
bonitate & gratia Dei ſperare. Hoc vero diligenter
notandum eſt. Poteſt enim accidere, ut fideles ipſi
in magnis interdum doloribus & turbis verſentur;
(neque enim ſenſus ſunt expertes:) Deus tamen illis
prælucet. Quum vident, ſe tanquam in altam abyſ-
ſum projectos, nihilominus tamen ipſis aliqua Dei
lux affulget, dum bonitatem ejus ſentiunt: tum
accepta aliqua conſolatione à Deo, ulterius dedu-
cuntur, quia ejus promiſſioni, quæ minime fallax eſt,

CONCIO OCTOGESIMA QUINTA IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXII.

12. Deus nonne eſt ſuperius in cœlo? Reſpice ſtellarum faſtigium, & quomodo illæ ſint ſurſum ſublatæ.

13. Interim dixiſti, Quid in illo Deus cognoſcit? numquid per nubem judicabit?

14. An non nubes erit ipſi inſtar latibuli, eo ut nihil videat? Ambulat per circulum cœli.

15. Nonne obſervaſti viam antiquam, per quam improbi ambulaverunt?

16. Qui ante tempus ſuum præcipitati fuerunt in abyſſum, & fundamentum ipſorum fuit inſtar fluvii, qui lapſus eſt, & effluxit.

17. Qui dicebant Deo, Recede à nobis. Quid poſſit nobis facere Omnipotens?

Sicut ſuperius vidimus, Eliphazum falſo Jobum inſimulaſſe vitæ male actæ: quum is videret Jobum ſe reum agnoſcere nolle, ſubjicit, ipſum eſſe Dei contemtorem: ut ſane hæc eſt ſumma & extrema nequitia, in quam homines malo dediti delabuntur, quod nimirum manu Dei caſtigati non redeunt in viam, ſed potius indurantur. Quando igitur virgæ, quibus Deus nos cædit, non poſſunt nos domare, id argumento eſt, nos penitus deſperatos eſſe: vera enim hæc eſt medicina ad nos in viam ſalutis reducendos, ut Deus nobis peccata noſtra oſtendat, detque ut ea poſſimus ſentire. Qui igitur ita inſurgunt adverſus manum Dei, eo ipſo probant, ſe correctionem nullo modo admittere velle, ſimulque morbis incurabilibus laborare. Verum quidem eſt, hoc male Jobo tribui: ſequendus tamen eſt nobis ordo, quem hactenus ſequuti ſumus, ut nimirum quum doctrina bona & ſana ſit, unuſquiſq; ex ea utilitatem capiat. Primum itaque notemus, eos, qui ſe Dei manui, quum adverſis caſtigantur, non ſubmittunt, oſtendere, in ſe nullam pietatem, religionem, aut fidem, ſed ſolum Dei contemtum vigere. Nam quamvis tam amentes & veſani fuerimus, ut nos à recta via abduxerimus, &, Deo connivente, in pravis & deviis ſemitis diu perrexerimus: tempus tamen eſt, aut nunquam erit, nos emendandi & corrigendi, quum Deus nos viſitat, & quaſi vi ad officium adigit. Si Deus loqueretur duntaxat, id jam per ſe deberet nobis ſufficere: ſed quum percutit nos, tanquam auxilium aliquod adjungit verbo ſuo, quum adverſus calcaria ita ſimus duri. Sin vero id nos non corrigit & emendat, nonne hoc argumento eſt, nos plane perditos eſſe? En igitur, quod primo loco nobis notandum eſt. Quod ad Jobum autem attinet, quum ipſe, qui (ut jam declaratum eſt, & magis adhuc in ſequentibus videbitur) tanta perfectione fuit, nihilominus in graviſſimas criminationes inciderit, ejuſmodi probra ſuſtinuerit, ut crudelitatis & perfidiæ accuſatus, tandem etiam Dei contemtor habitus ſit: ſi nonnunquam etiam nos immerito damnent homines, diſcamus patientes eſſe: patietur enim Deus interdum nos falſo criminis & culpæ alicujus affines reputari, ut diſcamus, tanquam coram ipſo ambulare, non duci ambitione, non appetere gloriam & laudem hominum, ſed contenti eſſe, ſi nos conſcientia noſtra coram Deo approbet. Scimus, nos natura noſtra ad vanam illam & ſtultam arrogantiam proclives eſſe, ut velimus æſtimari; cupiamus, ſi aliquid in nobis ſit boni, illud toti mundo cognitum eſſe, noſque adeo non rejici. Interim autem ecce ambitionem, quæ ſe noſtris recte factis miſcet, quod nobis ſatis ſit, dummodo homines, nos in pretio aliquo habeant, virtuteſque noſtræ in his terris prædicentur: Deus vero interim oblivioni traditur. Expedit itaque nobis, ut Dominus patiatur nobis ab hominibus injuriam fieri, quumque bene agere conati fuerimus, omnia ab illis in deteriorem partem accipi, noſque criminum falſo inſimulari: id, inquam, nobis utile eſt, ut Deum Judicem habere diſcamus, & contenti eſſe, quando ab ipſo approbabimur: tum vero, quamvis nos univerſus mundus rejiciat, flocci id ne fecerimus. Quod ſi id nobis durum videatur, ponamus nobis ante oculos exemplum Jobi, qui nos longo intervallo in omni ſanctitate ſuperavit, nihilominus tamen vide-

quumque ejus Majeſtatem contemplamur, inviti caput demittere & infinitam illam, quæ in ipſo eſt, ſublimitatem adorare cogimur. Ordo igitur, quem hic ſervat Eliphazus, eſt optimus, nobiſque pro norma ſequendus eſt, quotieſcunque non afficimur peccatorum ſenſu, non meditamur ultionem Dei, & deliciis noſtris inebriamur: denique quum malum nobis placebit, nec ad pœnitentiam poterimus adduci. Ecce remedium: ut nimirum cognoſcamus, Eſt tamen Judex aliquis, coram quo nobis ratio reddenda eſt. Quiſnam vero ille eſt? Eſtne ſicut creatura mortalis? Heu! minime. Quando itaque Majeſtatem illam incomprehenſibilem, quæ eſt in Deo, & ſublimitatem inæſtimabilem concipimus: nos expaveſcere oportet, eo ut humiliemur, nec ita, ut antea, ſimus elatis animis. En quæ ſit mens Eliphazi: Deus, inquit, nonne ſuperius eſt in cœlo? Cur vero ita de ſede & habitatione Dei loquitur, niſi ut ipſum à creaturis, & rebus hujus mundi ſeparet? Verum eſt, Deum (ut eſt Majeſtate infinita præditus) non includi cœlo, Majeſtatem ejus per omnia diffuſam eſſe, nec minus terram quam cœlum, ut alibi declaratur, implere. [1 Reg. 8. verſ. 27.] Cœli non capiunt te, inquiebat Salomon templum dedicans: & Deus ipſe apud Prophetam Eſaiam dicit, [Eſa. 66. verſ. 1.] Cœlum eſt thronus meus, & terra eſt ſcabellum pedum meorum. Deus itaque non incluſus eſt cœlo: nec tamen ſine cauſa ita loquitur Scriptura. Talia Majeſtatis & gloriæ in cœlo impreſſa ſunt veſtigia, ut quum eo oculos attollimus, nos commoveri oporteat: hic inferius, ſi terram contemplamur, verum eſt, opera Dei, quæ in ipſa videntur, incitare nos ad ipſum magnificandum: ſed quoniam quum hic inferius oculos in omnes partes circumtulimus, non ea afficimur reverentia, atque quum cœlum intuemur: quoniam illic nota quædam gloriæ & majeſtatis Dei ſingularis impreſſa eſt: ne miremur, ſi Scriptura ſacra, quando nos vult adducere ad Deum honorandum, dicit, ipſum ſuperius in cœlo eſſe. Ac ſane, ſi nobis diceretur, Deus eſt in hoc mundo: ut ſumus carnales, & animi noſtri ad hæc inferiora tendunt, eum columnæ domui, aut monti affigeremus, eum quoque in fluvium demergeremus. En, quæ ſint hominum imaginationes. Ut autem diſcamus, nihil, quum de Deo cogitamus, terrenum imaginari, ut diſcamus etiam ultra hunc mundum proferre cogitationem noſtram, nec in ſenſibus & imaginationibus noſtris hærere: dicitur, [Pſal. 2. verſ. 4. & 123.] Deum in cœlis habitare, ut ſciamus, non eſſe noſtrum, ipſum in mundo includere, eo ut concipiamus qualis ipſe ſit: (nunquam enim ipſum capiemus, ſenſus noſtri nimis anguſtæ ſunt capacitatis:) ſed potius eum cum omni humilitate adorare diſcamus. En igitur, cur dicatur, Deum eſſe ſuperius in cœlo. Quod ſi hominibus bene cognitum & compertum eſſet, certum memoriæ, quum dicitur, Deum ſuperius habitare: ut quotieſcunque de ipſo ſermo habetur, ſciamus, fore ut ſenſus noſtri deficiant, & centies evaneſcant, antequam ad eam ſublimitatem poſſimus pertingere, ideoque eam cum omni humilitate adorandam, ita ut nihil de ipſo, niſi id, quod nobis verbo ſuo declaravit, concipiamus: nam hæc etiam omnis noſtra ſapientia eſt: &, quemadmodum dixi, ſi hæc doctrina diligenter in animis noſtris infixa eſſet, mundus ſuperſtitionibus, quæ in ipſo perpetuo regnarunt, perpurgatus eſſet. Cur ita ſibi finxerunt idola homines, & Deum non eſſe propinquum exiſtimarunt, niſi ipſius ſimulacrum & imago aliqua oculis obverſaretur? Quoniam homines Deum complecti animo, & de ipſo id, quod ipſe non eſt, imaginari, ſibi licere voluerunt. En igitur omnis ſuperſtitionis originem, quumque ejuſmodi viſibiles Dei figuras ſibi finxerunt homines, id adeo nulla alia ex cauſa, quam quod ejus ſublimitatem & Majeſtatem incomprehenſibilem non cognoverunt, contigit. Idque nobis oſtenditur ex eo, quod Iſraëliticus populus cupiens, ſibi Deum ſigno aliquo viſibili repræſentari, dicebat, Volumus ipſum nobis præire: hoc eſt, volumus ipſum nobis quaſi ſubditum & addictum eſſe. [Exod. 32. verſ. 1.] Non ita autem debemus nos Deo propinquos reddere, ſed, uti dixi, ipſum cum omni humilitate adorare. Præterea quum homines ſibi arrogarunt, Deum ex animi ſui ſenſu & libito colere, legeſque ſibi finxerunt, & poſuerunt, ita ut dicerent, Hoc bonum erit, hoc vel illud Deo gratum & acceptum erit: id inde ortum eſt, quoniam ſibi ſimilem Deum effingere voluerunt: illumque eo adigere, ut minutis hiſce nugis ab ipſis inventis & excogitatis, hoc eſt, his rebus externis, delectaretur: hocque facientes, Deum, quaſi vellent ipſum de ſolio cœleſti detractum, non ſecus quam ſi eſſet creatura & carnalis, in terras attrahere, transformarunt. Sic igitur videmus omnes ineptas devotionum, quæ in Papatu vigent, ſpecies, quaſque vocant Cultum divinum, inde manaſſe, quod Dei ſublimitatem non cognoverunt: tunc enim ſtatim concluſum eſſet, Deus non delectabitur rebus quæ nobis probantur, eſt enim diverſæ à nobis naturæ: Spiritus eſt, nobis itaque ratione diverſa ab eo, quod naturæ noſtræ adlubeſcit, colendus eſt, neque hic nobis quidquam ex nobis ipſis tentandum & arrogandum eſt: ſed habemus Legem ipſius, in qua nobis ſuam voluntatem declaravit, nobis normam noſtram præſcripſit, ei adhæreamus. En tibi ſobrietatem, quam Deus à nobis poſtulat verbo ſuo, & ad quam vult nos ita componamus, ut ab ea nullo modo declinemus. Tum Eliphaz ſubjicit, *Aſpice ſtellarum verticem, & quomodo ſurſum ſint ſublatæ*: quæ quidem dicuntur juxta jam habitum ſermonem, quod nimirum, quoniam creaturæ

attonitos reddi. Cæterum quum cognoverimus, Solem & ſtellas, eſſe creaturas adeo nobiles & eximias: ibi adjiciamus quod hoc loco docemur, Deum ſupra illa eſſe, noſque ad ipſum uſque non poſſe pertingere. Quum id cognoverimus, nonne eo magis adhuc in admirationem rapiemur? Videmus Ethnicos, qui verbo Dei non erant edocti, Solis, Lunæ, & aliorum ſiderum intuitu, ad idololatriam inductos fuiſſe. Cur? Quia in illis talem gloriam & dignitatem animadverterunt, ut ſe Soli injuriam facturos eſſe exiſtimarent, niſi ipſum tanquam Deum adorarent. Certum autem eſt, homines aliter facere non poſſe, quum meliore ductu carent. Non dico, propterea excuſatione dignos eſſe Ethnicos, debuerunt enim intelligere, Solem & Lunam creaturas eſſe, & quidem mortuas, atque adeo ſenſus expertes: nihilominus tamen quum neque Scripturam neque Legem haberent, qua docerentur, gloria illa & celſitudine, quæ in Sole & Luna conſpicitur, illos moveri oportuit. En igitur quomodo ad illa adoranda & ex ipſis idola ſibi conſtituenda adducti fuerunt. Illic autem error noſtræ condemnationi alia ratione inſerviet: quando enim Deus alloquitur nos verbo ſuo, atque ita ſe aperte nobis communicat, ut nobis teſtimonium de ſua Majeſtate reddat, viamque commonſtret, qua ad ipſum veniamus, tum nobis in Sole & Luna, tanquam ſigilla authentica offert, ad confirmandum id, quod ore ſuo protulit: (ſicut ibi re ipſa id comprobari & confirmari videmus:) nonne, quæſo, duplo magis rei erimus, ſi illo aſpectu non movemur, nec ad magnum illum Deum, Majeſtatemque ejus incomprehenſibilem adorandam, ut coram ipſa nos demittamus, erudimur? En igitur in ſumma, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Veniamus nunc ad id quod Eliphaz Jobo exprobrat, *Ipſum exiſtimaſſe, Deum nihil videre in his rebus inferioribus:* ei enim iſtam impietatem attribuit, ut illum inducat dicentem, *Deum ambulare per cæli circulum, & nubem ipſi eſſe tanquam latibulum, quominus res hominum videat ad ipſas regendas.* Quod vero hic Jobo falſo attribuit Eliphaz, in omnibus hujus mundi improbis conſpicias: quia enim non vident Deum hic ſibi propinquum, ſe ab ipſo ita remotos eſſe inde colligunt, ut poſſint laſcivire & ferocire, perinde ac ſi is ipſos amplius non intueretur: idem vero ipſis, quod miſeris illis cæcis, accidit, qui, quum non habent Dei viſibilem figuram, ſe perditos, Deumque ſibi non eſſe propinquum, putant. Si Papiſtæ non videant crucifixum, qui illos labiis certo modo compoſitis intueatur, ſi ſuas pupulas & ſimulacra non videant, Quid? inquient. Ubi eſt Deus? Non amplius ſciunt, quid ſit religio, quid Chriſtianiſmus. Deum non precantur, niſi habeant imagunculas & ſimulacra, niſi ante ligneum truncum, aut lapidem ſe proſternant. Id vero ſolenne fuit Ethnicis: ut videmus Ethnicos adverſus res contemplari, nihilque ſibi abſconditum eſſe, tunc admonemur, tanquam coram ipſo ambulare. Poſtquam vero id nobis declaravit, operatur in nobis virtute Sancti ſui Spiritus, nobis aperit oculos, ut in omnibus operibus & cogitationibus noſtris ejus Majeſtatem nobis ob oculos ponamus: tum ad id magis confirmandum, adjicit, verbum ſuum, quod nobis prædicatur, eſſe tanquam gladium ancipitem, cogitationes & affectus noſtros examinare & pertingere ad medullam uſque oſſium: ut eſt in epiſtola ad Hebræos. Denique, quum Deus declarat nobis ſe hoc *Hebr. 4.*
munus verbo ſuo dediſſe, id nos inhibet: quod ſi ejuſ- *verſ. 12.*
modi freno non coërceremur, quid nobis eſſet? Bene igitur hanc ſententiam notemus, quum dicitur, improbos, quoniam ſenſu ſuo naturali Deum non videant, putare, ſe ex ejus manu evaſiſſe, tumque exultare, & ſibi ſponte perſuadere, Deum non curare ea quæ hic inferius agitantur, omniaque confuſa eſſe, nihilque ad Dei uſque cognitionem pervenire. Quod vero hic de nube dicitur, *Nubem eſſe quaſi latibulum Deo:* verum quidem eſt, ſed ſenſu plane diverſo. Quum enim Scriptura loquitur de Majeſtate Dei, dicit illa quidem, ipſum inter nubes eſſe abſconditum: ſed quo ſenſu id dicit, niſi, ut noſtræ curioſitati, ſicut ſolemus, non indulgeamus? Videmus enim homines ita prurire, ut nihil ſupra: quumque de Deo verba fiunt, de ipſo ſine ratione & modeſtia ulla diſſerunt. Nam inquiunt, Quid hoc eſt? quid illud? Quumque de Deo diſſerunt, videntur de eo non ſolum tanquam de pari aliquo, ſed de neſcio qua re ſibi inferiore & ſubdita, loqui. Videas igitur hanc audaciam diabolicam in hominibus, quod volunt ad intima uſque Dei arcana penetrare, omnia movere & excutere, nihilque ipſi reſervare: denique Deum illis tanquam ſubditum eſſe oporteat. En quo deveniat audacia humana. Propterea Scriptura ſacra dicit, Deum habere nubes obſcuras tanquam latibula. Quî vero? Ut irrideat vanam illam de nobis opinionem, quam intus alimus. Numquid enim ad Deum uſque volumus pertingere? Volumusne omnia ipſius arcana comprehendere? Ad nubes duntaxat perveniamus: magna adhuc à nobis ad ſtellas uſque diſtantia eſt. Ecce nubem unicam, quæ Solis aſpectum nobis eripiet: & quamvis ejus lux ad nos uſque perveniat, quo tamen in loco ſit, neſciemus: quum Sol lucet meridie, ſi coelum nubilum & pluvioſum fuerit, ejus locum non poſſumus diſcernere, ut dicamus, Hîc modo Sol eſt. Si nubes impedit, quominus videre poſſimus creaturam, quæ quotidie videndam ſe exhibet, quomodo, quæſo, quid ſit Deus, complectemur animo? Sic igitur Scriptura ſacra irridet ejuſmodi arrogantiam, quæ eſt in hominibus, quando volunt præter modum, & ſupra id quod ipſis convenit, inquirere, & de Deo ex animi arbitrio diſſerere, itáque ipſum deſcribere,

dere ad nos oportet, à nobis contentis iis, quæ verbo
ipſius continentur, concipi talem qualem ſe in eo of-
fert. Sed dicitur, quamvis nobis ad Deum aſpiranti-
bus via inacceſſibilis ſit, ipſum tamen lucem habitare,
hoc eſt, non habere oculos clauſos, quominus videat,
& cognoſcat omnia. Intelligimus igitur, quomodo
nubes ſit Dei latibulum, & quidem, ut homines ad
ipſum pervenire non poſſint: ſed ipſi non eſt latibu-
lum, quominus omnia regat ſua providentia, & acute
non ſolum in omnibus, quæ hic fiunt, ſed etiam, quæ
cogitantur, cernat. Interim autem notemus, quoſdam;
qui Deum valde honorare ſibi viſi ſunt, id quod hoc
loco dicitur, quodque eſt blaſphemia execrabilis,
imaginatos fuiſſe. Ecce igitur, quomodo homines,
quando volunt Deum ex animi ſui arbitrio honora-
re, omnia pervertant. Viſum eſt igitur quibuſdam te-
merarii & præcipitis judicii hominibus, Deum non
debere in rebus noſtris occupatum eſſe, multumque
ipſius Majeſtati derogari, ſi omnia ab ipſo gubernari
exiſtimetur. Numquid vero, inquiunt, Deus muſcam,
vermem, volucres cœli, hocque vel illud curat? Scili-
cet. En igitur quomodo homines Deo volunt hono-
rem, qui ipſis eximius videatur, tribuere, ut interim
ipſum ſua virtute & Majeſtate ſpolient. Quid igitur
nobis faciendum eſt? Ut diſcamus Deum, prout ju-
bet, colere, nec illi cultus, ſicut jam declaratum fuit,
quales in cerebro noſtro finxerimus, exhibeamus:
ſed ſimpliciter audiamus id, quod nobis de ſe Deus di-
cit & declarat, quodque ore ſuo ſacro pronunciavit:
illud ratum & fixum habeamus, & ſciamus, quando
Deum talem, qualem ſe nobis in Scriptura ſacra pa-
tefecit, cognoverimus, nos poſſe illi gloriam conve-
nientem tribuere: nam hic etiam honos eſt, quem
requirit & approbat. Quando autem dicitur in Scri-
Pſal. 36. ptura, Dei miſericordiam & providentiam ad belluas
verſ. 7. uſque proferri, nihilque eſſe, quod non ejus manu &
& 113:6. virtute fulciatur, in eo primum nobis ejus potentia
Mat. 10. oſtenditur, tum videmus ipſius infinitam bonitatem,
verſ. 29. quando etiam vermes terræ Deus curat, & avis non
Luc. 12. decidit in terram abſque ipſius voluntate, prævisione
v. 6, 7. & decreto? Et quomodo? Quanta vero Dei bonitas
eſt, ut res viliſſimas, quæque à nobis contemnuntur,
curare dignetur? Cæterum inde poſſumus colligere,
quanto nos amore perſequatur, juxta illud, quod ad-
monet nos Dominus Jeſus Chriſtus: Quanto paſſer-
culis prævaletis? Quod ſi illi aluntur à Patre veſtro
cœleſti, non putatis illum veſtri curam gerere, ut vos
ſuſtentet, vos ſuis aliis foveat & tueatur, omniaque
vobis in ſalutem convertat, ut nihil ſine ejus bona
voluntate vobis contingat? En igitur, quomodo
Deus à nobis ſit honorandus, non ſubjicientibus
& ſuſtentat. Sic igitur cognoſcamus, Deum non am-
bulare ſuperius tanquam in ambulacris quibuſdam,
ſed mundum totum implere præſentia & eſſentia
ſua, ita ut nos illum ſemper tanquam nobis propin-
quum contemplari oporteat. Quare nos quoque de-
mus operam, ut ipſi propinqui ſimus, ut ambulemus
tanquam coram ipſo, ſcientes, nos non poſſe gradum
promovere, quin nos aſpiciat, omniaque adnotet. En
in ſumma, quod nobis hoc ex loco diſcendum eſt.
Eliphazus autem quærit ex Jobo, *An non obſervaris*
viam antiquorum, quid factum ſit improbis, qui, inquit,
fracti, contuſi, & disjecti fuerunt, & fundamentum ipſo-
rum, hoc eſt, ipſorum firmitas, *fuit tanquam fluvius, qui*
effluxit & exarefactus eſt? Hic iterum Eliphazus ſer-
monem jam ſuperius habitum confirmat, nempe ab
omni antiquitate illud obſervatum eſſe, Improbos
fuiſſe punitos. Verum autem eſt, Deum, ſicut jam de-
claravimus, ſemper aliqua judiciorum ſuorum ex-
empla dediſſe: ut in timore continerentur homines,
juxta illud, quod dicit apud Prophetam Eſaïam, Do- *Eſa.* 26.
minus faciet judicia ſua, & incolæ terræ diſcent, quid *verſ.* 9.
ſit juſtitia. Sic, quando videmus Dominum noſtrum
exerere brachium ſuum, punire improbos, & ſe ipſo-
rum judicem probare: hoc nos ad ipſum timendum &
amandum debet incitare. Deus igitur omni tempore
aliqua ſigna edidit, quibus oſtendit, ſibi reddendam
eſſe ab hominibus vitæ rationem, & iniqoitates non
manere impunitas: ſed interim Deus non æqualiter
eos, qui in ipſum peccarunt, ſemper punivit. Non eſt
itaque regula generalis à nobis conſtituenda, Impro-
bos ſemper puniri in hoc mundo: hoc enim pacto
nullum in extremum diem judicium reſervaretur.
Quid fieret animarum immortalitate? Quorſum eva-
deret ſpes, quam habemus de reſurrectione? Omnia
illa in fumum abirent. Sic igitur omnia Eliphaz per-
vertit, quum ex exemplis quibuſdam, quæ Deus dedit,
regulam generalem vult conſtituere. Sed hoc nobis
notandum eſt, quum Deus improbos punivit, qui ad-
verſus ipſum inſurrexerant, ſi id ſemel factum ſit, no-
bis concludendum eſſe, quod quamvis multis impro-
bis ad finem uſque parcatur, qui poſtquam vitam in
deliciis & voluptatibus tranſegerint, momento tem-
poris ſine ullo cruciatu moriuntur, vitæ tamen illis
rationem reddendam eſſe. Quando vero id fiet? Pa-
tienter exſpectemus, dum id, quod nobis hodie abs-
conditum eſt, reveletur. En igitur, quod nobis in
ſumma ex hoc loco diſcendum eſt. Interim autem dili-
genter expendamus verba, quæ hic ponuntur: nempe
improbos poſſe ad tempus exultare, & quidem eo uſ-
que, ut adverſus Deum blaſphement, ipſiq; inſultent,
ſicut Eliphaz hic illis tribuit, quod dicant, *Recede à*

Digitized by Google

loquantur, ſed quod omnem, quantum in ipſis eſt, cognitionem fugiant, & ſponte obbruteſcant, ſicut reipſa animadvertitur. Siquis cum facetis iſtis hominibus & ſcurris, qui nihil aliud quærunt, quam genio & voluptatibus indulgere, ſiquis, inquam, cum illis de judicio Dei verba faciat, & interminetur: materiam eſſe triſtitiæ & melancholiæ dicent: ſi poſſint, univerſam Scripturam ſacram velint flammis conſumtam eſſe, ut nulla unquam ipſius mentio fieret. Cur vero? Quomodo reus nocens velit nunquam patibulum aut Magiſtratum videre, aut audire: denique nullum amplius eſſe vellet in mundo ordinem. Sic improbi libenter, ſi poſſint, cuperent abolitam Majeſtatem Dei: interim omnem doctrinam repudiant, obturant aures, oculos involvunt, ne quidquam videant, aut audiant: denique ſe, quam longiſſime poſſunt, abducunt à potentia Dei, & cuperent ipſi non eſſe ſubditi. Quin etiam nonnullos inter nos videmus, qui magnos Chriſtianos ſimulant, & contenti ſunt uno verbo dicere, Eſto, Deo obe-

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut talem eorum ſenſum nobis indat, quo diſcamus nobis in ipſis diſplicere, gemendo non propter calamitates & afflictiones quas perpetimur, ſed in primis propter admiſſas offenſas: ſcientes, quod quum bonus Deus noſter nobis mittit flagella, id ea de cauſa facit, ut triſtitia affecti, veniam ab ipſo petamus, nobiſque oblatum & promiſſum remedium quæramus: ut nimirum ad ipſum confugientes, & cupientes omnibus vitiis ſpoliari, nihil aliud quæramus, quam ipſi in omnibus placere, & vitam noſtram omnem ipſius honori & gloriæ conſecrare: precantes ipſum, ut nobis ita augeat Sancti ſui Spiritus dona, ut in ejus obedientia conſtanter perſeveremus in medio omnium ſcandalorum & afflictionum, quæ nobis poterunt accidere, donec nos in quietem ſuam cœleſtem aſſumſerit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed & omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO OCTOGESIMA SEXTA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XXII.

15. Nonne obſervaſti viam antiquam, per quam improbi ambulaverunt?
16. Qui ante tempus ſuum præcipitati fuerunt in abyſſum, & fundamentum ipſorum fuit inſtar fluvii, qui lapſus eſt, & effluxit.
17. Qui dicebant Deo, Recede à nobis. Quid poſſit nobis facere Omnipotens?
18. Implevit tamen bonis domos ipſorum, conſilium improborum ſit procul à me.
19. Juſti videbunt ipſos, & ridebunt, innocens irridebit ipſos.
20. Facultates noſtræ * non fuerunt conſumtæ, & ignis ipſorum reliquias devoravit.
21. Accede ad ipſum, & pacem inito, idque tibi proſperitati cedet.
22. Accipe legem ex ore ejus, & pone verba ipſius in animo tuo.

* *aut ſerie*, non fuerunt abſconditæ.

Heri incepimus declarare, quo tendat iſte Eliphazi ſermo: ad redarguendum nimirum Jobum in eo, quod dixerat, Deum ſinere improbos florere, nec ipſos punire, ut res ſe habet, & quidem prout mundo apparet. Eliphazus autem & ejus ſocii dicebant, Deum nunquam ita differre ſua judicia, quin hic inferius appareant: cui quidem rei experientia repugnat: ita ut Jobi ſermo verus ſit, patienter nimirum exſpectandum eſſe, dum Dominus noſter omnia in ordinem ſuum reſtituat, quod in hoc ſeculo non fiet. Nobis igitur eſt in ſpe ambulandum. Spes autem requirit, ut aſpectum noſtrum in rebus præſentibus defixum non habeamus: quin, quum omnia fuerint confuſa, quiete exſpectemus, quod Deo viſum fuerit facere. Eliphazus tamen hoc urget, ſi diligenter rerum hujus mundi ſtatus conſideretur, nos animadverſuros, Deum omni tempore improbos puniviſſe. Verum eſt, ut ſæpius jam à nobis dictum eſt, Deum ſemper aliqua ſuorum judiciorum ſigna dediſſe, ut homines in timore contineret: ſiquis tamen æqualem & univerſalem velit conſtituere regulam, id à ratione & veritate prorſus alienum eſt. Interim autem veniamus ad id, quod jam incepimus tractare. Eliphazus loquens de improbis, ipſis ejuſmodi ſuperbiam & ferociam attribuit, quod Deum contemnant, nec ſibi illum appropinquare ullo modo

Digitized by Google

[illegible] perſeverarunt, tum ita à Diabolo poſſidentur, ut nullo modo pati velint ſe admoneri, aut in rectam viam reduci: quin Deo arroganter inſultant, non ſecus quam ſi is in ipſos nullum imperium & auctoritatem haberet. Nec id ſolum ex hoc loco animadvertere eſt: utinam tot exempla non haberemus ante oculos noſtros. Sed notemus, quod jam tactum fuit, Spiritum Dei nobis tanquam in ſpeculo voluiſſe oſtendere, quo tandem homines impingant, poſtquam diu ſe in ſuis peccatis aluerunt: quod nimirum in eum ſtuporem incidant, ut Deo caput illidant. Prorſus enim dedoluerunt, *Epheſ. 4. verſ. 19.* ut ait D. Paulus: conſcientiæ ipſorum ſopitæ ſunt, ut boni & mali diſcrimen omne tollant ex animis ſuis. Quod quidem nobis notandum eſt, ut in timore ambulemus, Deumque precemur, ne patiatur nos in extremum hunc nequitiæ & impietatis gradum delabi. Nunc vero continuemus ſermonem Eliphazi. Petit à Jobo, *An non viam ejuſmodi hominum obſervarit, aut an non ad ipſam attenderit?* Qui hanc ſententiam exponunt, perinde ac ſi Jobo Eliphazus exprobraret, quod illos ſit imitatus, aut ad eorum exemplum ſe compoſuerit, falluntur: ſed potius vult dicere, Jobum valde veſanum & amentem eſſe, quod dubitet num Deus improbos puniat, quum ſemper animadverterit, id ab ipſo fieri. Fallitur vero in eo quod dicit, *Semper*: id factum eſt aliquando, nihilominus tamen multas in poſterum & futurum tempus ſibi reſervavit punitiones: urbem Sodomorum quum proximis civitatibus in abyſſum præcipites egit, numquid eo modo omnes civitates non minoribus vitiis deditas perdidit? Minime. Semel in univerſum mundum diluvium immiſit, ſed ſemel tantum: interim videmus, homines non propterea deſtitiſſe ipſius vindictam adverſus ſe provocare. Ita quidem, ſed tamen ipſi lex non eſt imponenda, ut æqualiter & eodem modo hominum peccata puniat: prout ipſi videbitur aget, nos vero ordinem, quem ille ſequitur, probare convenit, & merito quidem: nam, uti oſtendimus, ſi Deus nullas punitiones omitteret, nullum in poſterum judicium futurum eſſe, nec reddendæ rationes viderentur: ſi quoque omnia ea perfectione in hoc mundo inſtaurarentur, ut nihil deſideraretur, nulla amplius reſurrectionis ſpes eſſet. Neceſſe eſt igitur Dominus modum eum adhibeat, ut exempla duntaxat aliqua nobis det, quibus ſignificet peccata coram ipſo non fore inulta: quod modo differt, & ſuſpenſos nos in ultimum uſque diem tenet, id eo ipſum facere, ne hic inferius affixi hæreamus, quaſi hic jam ita impleta & perfecta eſſent omnia, ut nihil deſiderari debeat. En igitur in ſumma, quod vult hoc in verſiculo Eliphaz ſignificare, Nonne obſervaſti vias ſeculi? Vocabulum enim hoc creati, & in hoc mundo collocati conſerventur, ſed tamen quando ſpecialius ſe Deus alicui exhibet & patefacit, id ipſum eo magis inexcuſabilem reddit, ſi officio ſuo non ſatisfacit. Ut verbi gratia, Ecce hominem, cui res ſunt proſperæ, omnia illi ex animi ſententia ſuccedunt: is minus cauſæ & occaſionis habet Deo obloquendi, quam alius quiſpiam, qui multis modis vexatur & affligitur, quumque divites, & ii, quibus bene & commode eſt, adverſus Deum erigunt ſe, & inſtar equorum ferocium recalcitrant, certum eſt, id ipſis in gravius peccatum imputari, nec immerito: lenitas enim illa, qua Deus erga ipſos eſt uſus, debuit illis cor flectere, & quamvis natura refractarii eſſent, & pleni ſuperbiæ, Deus tamen, qui illos ita humaniter tractabat, volebat lenitate ſua ipſorum nequitiam frangere. Quando itaque ita ferociunt, ecce illorum peccatum ingeminatum. Atque hoc illud eſt, quod hic voluit tractare Eliphaz. Sic diſcamus, ut par eſt, æſtimare dona, quæ Deus nobis largitur, totque beneficia quæ de manu ipſius accipimus, quæque nobis ſunt totidem documenta, quibus monemur, nos ejus obſequio ſubjicere, eumque illi honorem tribuere, ut ab eo nos regi, ipſumque adeo in nos omne imperium obtinere patiamur. Quum enim homini mortali ſumus obſtricti, etiamſi is ſibi aliquid in nos juris & auctoritatis aſſumat, æquo tamen id animo ferimus. Cur vero? Teneor, dicemus: natura id nos docet. Quomodo igitur erga Deum noſtrum agnoſcemus bona nobis ab ipſo collata? ab ipſo, inquam, qui nos creavit & formavit, nos tuetur, Patrem denique noſtrum tot modis ſe probat & exhibet, quomodo tot debita erga illum exolvemus? Sic ergo, ut jam tetigi, unuſquiſque ſeipſum diligenter inſpiciat, beneficia ſibi à Deo conceſſa reputet, ut illa ſint nobis totidem adjumenta, ad nos obſequio aſſerendos, ita ut ipſe nobis placide dominetur, noſque regat, nec illi ullo modo ſimus immorigeri. In primis quando nos Deus ita liberaliter tractarit, & ſuam liberalitatem erga nos expromſerit: id nos erga ipſum dociles reddat, nec cupiamus Deum à nobis alienari: ſi enim recedat, quid nobis fiet? Nonne exiſtimamus, quicquid boni habemus aut accipimus, id totum inde manare duntaxat, quod Deus nobis ſit propinquus? Quod ſi Deus nobiſcum non eſſet, quid boni haberemus, quum omne bonum ab ipſo promanet? Sic igitur miſera hæc eſt hominum conditio, quando Dei præſentiam fugere conantur: tunc enim nihil niſi omnem miſeriam quærunt. Quare demus operam, ut nos deprimamus, quum Dominus noſter nos bonis impleverit: nec ſimus ſimiles equis nimis ſaginatis, qui calce dominos ſuos feriunt, ſicut Deus Judæis exprobrat in cantico Moſis. Ne ſimiles, inquam, *Deut. 32. verſ. 15.*
ſimus

pos fuiſſe contuſos, & *fundamentum ipſorum fuiſſe*
inſtar fluvii, qui jam effluxit. Illud interdum videbimus improbis accidere, ut, quum mira ſibi fuerint polliciti, Deus eos proſternat, vanaque illa ſpe, quam conceperant, fruſtretur. Id igitur animadvertimus, quin etiam quamvis Deus permittat, ut improbi vivant & moriantur in rebus proſperis, quid tamen illud eſt? Si enim vitam præſentem reſpiciamus, quantulum, quæſo, illa durat? Vivimus: ſed homo ſemper talis erit, qualem ipſum deſcri-
ſup. 14. bit Scriptura ſacra, ſimilis nempe herbæ vire-
verſ. 2. ſcenti, quæ vento perflata exareſcit: falx in illam
Eſa. 40. injecta fuerit, ſtatim in fœnum mutabitur, vigor
v. 6, 7, 8. omnis ejus ſtatim exſiccabitur & amittetur: calor
Jac. 1. Solis illam feriat, ſtatim exuſſerit. Sic igitur nobis
v. 10, 11. vitæ noſtræ fragilitatem reputantibus mirum ne vi-
1 *Pet.* 1. deatur, ſi comparemur cum fluvio, qui labitur & ex-
verſ. 24. areſcit: aut fluvio, qui ita præterit, ut, ſi modo aqua abundet, paulo poſt non amplius ſit ille, qui prius conſpectus fuerat: id naturæ ordo fert: ſed hic Eliphaz loquitur de aquis, quæ ita ſe extra ripas effundunt, ut ſtatim exareſcant, & curſum ſuum amittant. Idem quoque improbis accidit, qui ea audacia ſunt, ut ſe nunquam poſſe deficere ſperent, verum ita conſumentur, ut vigoris in ipſis ne gutta quidem remaneat. Modo igitur hanc ſententiam non accipiamus ſecundum mentem Eliphazi, bonam & utilem doctrinam ex hoc loco poterimus colligere: quod nimirum, quamvis Deus non ſtatim improbos etiam in hac vita puniat, ſed parcat illis, ipſi tamen ſimiles ſunt fluvio, qui labitur, nulla erit in ipſis firmitas, quin *ante tempus ſuum* peribunt. Quomodo vero ante tempus ſuum? Quia hic pollicentur ſibi immortalitatem, ſuamque felicitatem perpetuo duraturam exiſtimant: ſed Deus præcidit eorum vitam, irridet
Eccl. 1. illos: quumque dixerint, Oblectare, ſatiare, anima
verſ. 19. mea, ſibique viſi fuerint deglutituri univerſum mun-
Luc. 12. dum, minus modio frumenti illis ad reliquum vitæ
verſ. 19. ſpatium conficiendum ſufficiet: Deus enim illos dejicit. Non ſine cauſa igitur dicitur, *eos ante tempus ſuum perire.* Sua enim illos, ſibi longam vitam pollicentes, ſpes fruſtratur: Dominus vero noſter illorum dies contrahit & præcidit, non ſecus atque quum quiſpiam tramæ filum ſecat: ſi quis attendat, ut feſtinent in opere faciundo textores, putet filum ſemper ulterius proferri debere. Sed ſtatim atque licium ſectum eſt, trama ceſſat. Eadem eſt ratio vitæ humanæ: quando exiſtimamus, nos ſemper ulterius vitam producturos, nec ejus finem ullum futurum, nobis ipſis inebriamur, tum Deus filum ſecat, & evaneſcit vita noſtra. Meditemur igitur hanc doctrinam, ita ut, poſtquam cognoverimus quæ ſit vitæ noſtræ brevitas, hæreditatem cœleſtem, nobis promiſſam, intueamur, ibi fundetur exſpectatio noſtra, tum intelli-

ecce tibi illos proſtratos: erit enim imaginaria duntaxat illorum radix: Atque ita non ſine cauſa dicitur, Improbos ante ſuum tempus perire. Retineamus tamen quod declaratum fuit: ut nimirum, ſi tempus nobis longius videtur, nec animadvertimus, Dominum noſtrum velle coërcere improbos & contemtores Majeſtatis ſuæ, animum propterea non deſpondeamus. Ulterius ſemper pergamus, patiamurque Deum uti ſua libertate, ut nimirum, ſi ita ipſi videatur, improbos in hoc mundo caſtiget; ſin minus, judicium ejus nobis ſit occultum, donec ad ultimum illum diem veniamus, in quo omnia erunt retecta. Eliphaz ſubjicit, *Juſtos id viſuros & irriſuros, innocentem ipſos riſurum.* Hoc prima ſpecie non videtur convenire, quum filii Dei debeant Patrem ſuum cœleſtem imitari. Scimus autem Deum ad miſericordiam proclivem eſſe: quumque afflicti irridentur, id, ut videtur, non fit ſine crudelitate. Quomodo igitur Spiritus Sanctus ejuſmodi affectum tribuit filiis Dei, ut rideant improbos, quando illos ſic perditos videbunt? Primum nobis notandum eſt, quod, ut bene contemplemur judicia Dei, & ex ipſis fructum aliquem capiamus, nos omnibus perturbationibus carnalibus perpurgatos eſſe convenit, non duci vindictæ appetitu, non moveri perturbationibus immodicis, ſicut ſolemus: hæc omnia in nobis corrigi oportet, noſque habere puros oculos, ut bene, quæ Deus facit, intueamur. Quando ita affecti fuerimus, tunc ſine ulla crudelitate improbos poterimus irridere, ſi Deus illos perdat: ut ſane nobis approbanda ſunt judicia Dei, & illis approbandis nos etiam lætari convenit, quoniam per ea ſalus noſtra promovetur, Deuſque amorem, quo nos proſequitur, declarat. Diſcamus itaque, nobis, quando Deus improbos punit, gaudii materiam afferri. Ita quidem: ſed ſciendum eſt, qua de cauſa. Gemina eſt cauſa: habemus quod lætemur, eo quod Deus ſe Judicem eſſe probat, tum quod in ejuſmodi judiciis gloria & majeſtas ipſius eluceſcit. En argumentum & materiam gaudii: quotieſcunque enim Dominus noſter ſe quaſi videndum exhibet, nobiſque virtutis ſuæ aliquam approbationem dat, ut inde poſſit glorificari, eo nos lætari oportet. Quam enim majorem gaudii occaſionem poſtulamus, quam noſtri Dei præſentiam, quando ille nobis ita appropinquat? Tum, quod ſecundum eſt, Deus oſtendit, ſe noſtri, tanquam filiorum ſuorum, curam gerere, quando hoſtes noſtros, eoſque qui nos vexarunt, & contumeliis affecerunt, punit. Deus igitur caſtigans improbos, confirmat amorem ſuum, quo bonos & fideles proſequitur. Ecce adhuc alteram gaudii cauſam. Sed interim, ut dixi, nos omni vindictæ appetitu & omni malitia vacuos & liberos eſſe oportet: denique quum omnia quæ ſunt carnis noſtræ depoſuerimus, & Spi-

ritus

Digitized by Google

ita paucis explicatam, obſcuram eſſe poſſe: ſed ſi bene notet unuſquiſque ea, quæ jam attigimus, de iis amplius poterimus cogitare: atque hoc pacto res, quamquam ſic ſummatim tactæ, poterunt nobis ſufficere. Primo autem loco dixi, nos erga omnes proximos ea humanitate eſſe debere, ut illorum ſalutem optemus, malis & adverſis doleamus, ſicut S. Paulus nos docet charitatis regulam exigere: Lugeatis, inquit, pro iis qui patiuntur. Videmus autem, quomodo filii Dei ſemper eo affectu & zelo præditi fuerunt. Interim autem, ſi videamus Deum peccata punire, poſſumus etiam gaudere: & quidem, quatenus ſe ibi Deus declarat & exhibet nobis, fidem noſtram in ipſum magis ac magis confirmari oportet, quum videmus ipſum generis humani curam gerere, & omnia ſub ſuo ductu & adminiſtratione tenere. Sequitur autem, *Subſtantia noſtra non eſt conſumta.* Verum eſt, è verbo ad verbum eſſe, *Si ſubſtantia noſtra non fuerit conſumta*, aut abſcondita. Nam etiam vocabulum Hebraïcum duo ſignificat: proprie ſignificat *abſcondere*: ſed quoniam quum res aliqua eſt abſcondita, illa non cernitur, ita ut non amplius eſſe videatur: per ſimilitudinem quoque interdum ſignificat *reſecare*, & *abolere*. Cæterum videretur debuiſſe dicere, Subſtantia eorum nonne fuit deſtructa? id referendo ad improbos. Et ſane locus ita à Græcis tranſlatus eſt. Sed ſi propius inſpiciamus, hic ſenſus naturalis eſſe videbitur, *Si ſubſtantia noſtra non fuit abſcondita.* Notemus autem eſſe modum loquendi ſatis familiarem Hebræis, qui majorem affirmationem infert: quaſi diceretur, Imo hoc certum eſt, ſubſtantiam noſtram eſſe abſconditam. Vocabulum quoque *ſubſtantiæ* innuit ſtatum noſtrum, aut ſubſiſtentiam noſtram, id quod ad manum habemus, modum nos conſervandi aut inſtaurandi. Omitto expoſitiones, quæ hoc in loco adferuntur, nec ullo modo conveniunt: ſimpliciter retineamus id, quod Eliphaz voluit dicere. Comparat hic juſtos cum improbis, fideles cum contemtoribus Dei. Quod ad fideles attinet, dicit, Vere ſubſtantia noſtra eſt abſcondita. Quando autem utitur vocabulo *abſcondendi*, non intelligit ipſorum ſubſtantiam perditam eſſe: ſed potius inſtar theſauri in tuto eſſe collocatam. Quomodo enim in medio tot periculorum, quibus undique cingimur, ſtamus tamen & conſervamur? Niſi enim tanquam ſub alis Dei, niſi denique tanquam ſub latibulo eſſemus, niſi inſtar theſauri eſſemus abſconditi; certum eſt, vitam noſtram unoquoque momento temporis, modo huc, modo illuc impulſum & direptum iri. Sic igitur ecce utilem & ſanam doctrinam, quando ſic intelli-

ſto, ita ut de illa certi & perſuaſi eſſe poſſimus. Sic igitur primo loco notemus, Deum, volentem hoc pacto fidem & ſpem noſtram probare, paſſurum ut multis cingamur periculis, vitaque adeo noſtra, tanquam filo pendeat, venti ſubſtantiam noſtram huc & illuc abripiant, mille denique mortes oculis noſtris obverſentur, quum contra guttulam vitæ duntaxat habere, & mille modis perituri videamur. Sed ne propterea timeamus, modo Deus nos ſub ſua umbra habeat: ſi illud latibulum habemus, in tuto ſunt res noſtræ. En igitur, quomodo ad uſum noſtrum revocanda ſit hæc doctrina. Præterea, quando conjicimus oculos in improbos, conſpecta ipſorum perditione, eo magis in bonitate Dei confirmemur, ipſumque eo magis magnificandi occaſionem capiamus, ut dicamus, Quodnam eſt, ô Domine, hoc privilegium, quod nobis tribuis, quum vita noſtra eſt in manu tua, & ejus cuſtos es? & tamen qua in re differimus ab iis, quos conſumi videmus? Videmus ipſos in perditionem abire, reliquias ipſorum penitus conſumi: & tamen, Domine, qua re ab illis differimus? nulla prorſus, niſi propter meram tuam gratiam & liberalitatem: quoniam placuit tibi nos in hæreditatem tuam eligere, quod nos tueris, nobiſque hanc gratiam largitus es, ut in tua obedientia ambularemus, quodque, ut cœpiſti, ejuſmodi bonum in nos continuas, noſque via ſalutis deducis. En, Domine, unde omne bonum noſtrum promanat. Interim videmus hoc privilegium, quod nobis conceſſiſti, quaſi omnibus hujus vitæ caducæ miſeriis exemti eſſemus, nec amplius in communi hominum ordine cenſeremur. Quum autem, Domine, nobis eum honorem & bonum tribuas, nonne æquum eſt, ut talem tuam erga nos bonitatem magnificemus? En igitur quomodo nos oporteat cognita Dei gratia, qua utitur erga ſuos fideles, in ea magis confirmari, atque adeo ad illi gratias agendas incitari. Et quoniam id fieri non poteſt, quin improborum perditiónem intueamur, eaque gaudeamus: en cur etiam expedit nobis cognoſcere, quando Deus improbos punit, & vindictæ ſuæ in ipſos ſignum aliquod edit: idque nos de gratia & benevolentia illa paterna, qua nos complectitur, magis certos & perſuaſos reddit. Poſtquam autem ita loquutus eſt, Eliphaz Jobum hortatur, ut *propius ad Deum accedat, cum illo pacem ineat; fore enim ut hoc ipſi in bonum & commodum maximum cedat.* Poſtea ſubjicit, *Legem Dei accipiat, & ejus verba ponat in corde ſuo.* Jobum monens, ut propius ſe Deo adjungat, innuit, ipſum antea ab illo receſſiſſe: monens item, ut cum ipſo pacem habeat, ſignificat, eum mala ſua vita ſe tan-

Digitized by Google

opus eſt hic præcone, aut tubicine, qui ſolenni ritu bellum indicat, & denunciet: nam ſatis ſe Dei capitales hoſtes profitentur homines, ipſique bellum inferunt, quoties vias ſuas corrumpunt, & ſe ab ejus obſequio avertunt. Si ſubditi adverſus Regem ſuum inſurgant, nonne, quæſo, bellum illud iniquius eſt, quam ſi cum prætextu aliquo, ſolennibus de more obſervatis, bellum denunciaretur? Atqui quando quiſpiam ſe flagitiis, & omnis generis nequitiæ dat, habet exercitum inſtructum adverſus Deum: quot enim in nobis ſunt pravi affectus, & vitioſæ cupiditates, tot ſunt milites armati ad pugnandum cum Deo & ejus juſtitia. Certo id certius eſt. Eo igitur magis hic locus nobis notandus eſt, nos nempe non poſſe nobis ejuſmodi licentiam ad male agendum permittere, quin nos ea familiaritate, quæ nobis cum Deo intercedebat, privemus, in feras transformemus, atque ita in devia abducamus, ut amplius ſub ejus manu & obedientia non agamus. Sed hoc longe gravius & atrocius eſt, quod nempe cum Deo ſponte belligeramus. Quomodo? Ecce rem horrendam & execrandam, quod creatura ita adverſus eum, qui ipſam formavit, inſurgat. Quid vero proficiemus? Penes quem erit victoria? Satis intelligere poſſumus, nos plus quam inſanos eſſe, quando nihilominus ita furioſe in ipſum inſilimus. En quod nobis hoc in loco notandum eſt. Contra ſequamur admonitionem, quæ nobis hoc loco fit: ut nimirum ſi ad tempus nequitiæ & improbitati dediti fuerimus, noſque cupiditates noſtræ ita in devia abduxerint, ut feris ſimiles evaſerimus, Dominus non potuerit nos cohibere, nec ſub ejus ductu, ut par erat, nos continuerimus: quæramus ad ipſum propius accedere, hoc eſt, demus operam, ut nos ejus familiaritati penitus aſſeramus. Quomodo vero id fiet? Scimus Dominum nos ad ſe

bis Euangelium annunciatur, quod quidem vocatur doctrina pacis, & ut Paulus loquitur, eſt reconcilia- 2 Cor. 5.
tionis nuncius. Quum itaque nos Deus ad ſe ſponte v. 18, 19.
vocet, noſque præveniat, nec exſpectet, dum pacem cum ipſo habere quæramus, ſed obviam ſe nobis offerat, & nihil aliud, quam nobis reconciliari cupiat, ne ita miſeri & execrandi ſimus, ut eum ingrati animi noſtri vitio rejiciamus, bonumque, quod nobis ultro offert, aſpernemur: ſed vera humilitate nos ipſi dedamus & ſubjiciamus: ſcientes, ipſum paratum eſſe nos ſuſcipere in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: & facturum, ut ſentiamus ipſum velle eſſe nobis Patrem benignum & miſericordem, ſi veri etiam & genuini filii fuerimus.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & ſcientes, ſi ipſe nos ſevere velit tractare, nos centies in abyſſum præcipitandos eſſe: quin etiam nos minime dignos eſſe, qui in hac vita mortali conſervemur, tantum abeſt ut digni ſimus hæreditate illa cœleſti, & gloria infinita, quam nobis in cœlis paravit. Sic igitur agnoſcentes peccata noſtra, & incredulitatem noſtram, ad quam tantopere ſumus proclives, precemur ipſum, ut toleret nos, donec ſecum in gratiam redierimus: utque eam utilitatem ex caſtigationibus, quas huic mundo immittit, capere poſſimus, ut ſemper eum Judicem eſſe mundi agnoſcamus, nec inultas iniquitates relicturum, quamvis tardet: ut hoc pacto nos, qui ſumus ipſius filii, ad eum timendum & honorandum tanquam Patrem noſtrum inducamur, ſcientes, nobis ab ipſo, quamvis hic in terris in miſera conditione verſemur, paratam eſſe in cœlis hæreditatem æternam. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO OCTOGESIMA SEPTIMA
IN
LIBRUM JOBI.
CAP. XXII.

22. Accipe legem ex ore ejus, & pone verba ipſius in animo tuo.
23. Si te ad Omnipotentem convertas, ædificaberis, & procul à tuo tabernaculo iniquitatem fugabis.
24. Aurum pones ſuper pulverem, & tanquam lapillos fluminis aurum Ophir.
25. Omnipotens fugabit hoſtes tuos, tum firmum munimentum habiturus es.
26. In Omnipotente te oblectabis, & manus tuas ad Deum tolles.
27. Precaberis ipſum, & is te exaudiet, tum illi vota tua perſolves.
28. Rem conſtitues, tum ea tibi ſtabilietur, & lux ejus ſuper vias tuas ſplendebit.
29. Si improbi proſternuntur, attollor: & Deus humilem oculis ſervabit.
30. Innocens regionem liberabit, ea manuum tuarum puritate ſervabitur.

Juxta

Digitized by Google

[illegible] Quum itaque homines à via ſalutis avertantur, ſtatim atque à Lege Dei declinant: ideo expreſſe hoc in loco dicitur, nos ex ejus ore debere Legem accipere. Quia vero non ſatis eſt, probare ea quæ dicuntur, Eliphaz adjicit, eam in cor reponendam eſſe: nam quamvis ſe in ſpeciem quiſpiam ad Dei obedientiam componat, ſcimus id non eſſe præcipuum: ſcimus nos non multum profeciſſe, ſi quantum ad manus, oculos & pedes attinet duntaxat abſtinuerimus à malo: cor præeat, & reliqua ducat, oportet. Volumusne igitur in ſchola Dei proficere? verbum ejus in cordibus noſtris radices

Jer. 5: 3. agat oportet: ſicut dicitur, ipſum veritatem intueri, contrà hypocriſin omnem deteſtari. Nunc videmus, quomodo nobis ad Deum, quum ab ipſo tanquam exules & extorres procul abfuimus, redeundum ſit; ut nimirum ipſius diſcipuli ſimus, ipſeque adeo ſit magiſter & doctor noſter. Inde autem poſſumus colligere, omnes, qui non ambulant ſecundum purum Dei verbum, à via aberrare, quantumvis hominibus probentur: ut videas ſæpius pro mera ſanctitate haberi eos, qui ſtultas & inanes ſuas religiones ſequuntur. Atque hæc fuit, jam inde ab initio mundi, corruptela, quæ etiamnum nimis hodie viget, quod nimirum homines in Dei cultu animi ſui arbitrium ſequi velint, & interim id Deo probari debere putent. Contra, quid hic pronunciatur? Eos omnes, qui non ambulant ſecundum verbum Dei, à via aberrare. Verum eſt, ipſos ſibi perſuadere poſſe, viam ſuam bonam & ſanctam eſſe, & illis applaudi poſſe: ſed unicus Judex eſt idoneus, qui de his cum auctoritate poſſit pronunciare. Audimus autem, quid de his declaret. Non eſt igitur amplius nobis reſponſandum, ut ſtultas noſtras religiones probemus, & unuſquiſque dicat, cultum Dei, quem animo excogitarit, ſibi bonum videri. Omnes igitur noſtræ imaginationes deponantur oportet, ut Deum loquentem audiamus, iſque omne in nos imperium, & poteſtatem viæ, quam nos velit ſequi, demonſtrandæ, obtineat. En quod primum nobis retinendum eſt. Verum eſt, hanc doctrinam ſæpius nobis proponi; ſed non de nihilo eſt, quod eam toties Spiritus Sanctus inculcat: videmus enim, quomodo homines proprio ſenſui ſint addicti: volumus ſemper ex nobiſipſis ſapere, nec Deo hunc honorem poſſumus tribuere, ut in nos imperium obtineat, noſque illi ſubditi ſimus: & ecce quomodo, juxta proverbium pervulgatum, ſumus Diaboli ſervi, quod nimirum plura, quam juſſi fuerimus, agamus. Excutiatur totus ille cultus Dei quem vocant in Papatu: quid in eo præter meras inventiones humanas reperietur? Non eſt ulla ſola in Scriptura ſacra ſyllaba, quæ atteſtetur, illa, in quibus tantopere laborant Pontificii, Deo grata eſſe: ſed potius contra

ſed ſi quid nobis durum & moleſtum videatur, Deo reſponſabimus. Quis vero nobis hanc audaciam indidit, niſi quod ut plurimum ea ſit in humanis ingeniis inſita arrogantia, ut *Legi Dei* ſimpliciter nolint acquieſcere? Videmus igitur, quam ſit utile, iſtud nobis ſubinde in memoriam revocari, ut nimirum Deum loquentem audiamus. Eo autem oſtenditur, nos miſeras belluas eſſe, in nobis neque conſilium neque prudentiam eſſe, nec unquam rectam viam nos cognoſcere, donec Deus nobis manus porrexerit, &, qua debeamus pergere, quaſi digito commonſtrarit. Hoc unum erat notandum. Cæterum hic quoque nobis declaratur, nos à pravis noſtris cupiditatibus & affectibus abreptum iri, donec didicerimus & aſſueverimus Deo ſine ulla repugnantia & exceptione obſequi. Quamdiu vero aliquid excipiemus, & nobis reſervabimus, fieri non poterit, quin adverſus doctrinam Dei pugnemus, quinque exacerbemur & irritemur, ſi ea nobis nimis, hoc eſt, præter opinionem & imaginationem noſtram, moleſta & odioſa fuerit. Quid igitur facto opus erit? Ut omnem à nobis repugnantiam, & præclaras illas rationes, quas nobis imaginationes noſtræ & cupiditates perverſæ ſuggerunt, procul faceſſere jubeamus, ſimus placidi tanquam agni, Deuſque nos, prout ipſi viſum fuerit, tractet: ſtatim atque ſignum dederit, ad ipſum veniamus. Denique hic nobis oſtenditur, nos non debere inſtar mobilium arundinum huc illuc agi & impelli, ſicut Papiſtæ quidem dicent ſequendum eſſe id quod Deus jubet, ſed nugas & quiſquilias ſuas admiſcent, imo, quod gravius longe eſt, tanti facient, ut Scripturam ſacram contemnant: quicquid ſit, mixtionem quandam confuſam in Dei cultu inducent, ut, uter prævaleat, Deus an homines, non facile poſſit judicari. Hic vero, ut tetigi, inter Deum & creaturas Spiritus Sanctus diſcernit, ſignificans, nos nunquam bene ordinatos fore, nec recte unquam vitam noſtram emendatum & inſtitutum iri, niſi Deus ſolus nobis dominetur, nobis ſit doctor & magiſter, tum ſciamus, omnem noſtram perfectionem in eo poſitam eſſe, ut illi ſimpliciter obſequamur. En igitur quod ad verbum iſtud attinet. Sed illud etiam, quod Eliphaz adjicit, diligenter retinendum eſt, ut nimirum Legem Dei in cordibus noſtris ponamus: nam, ut jam dixi, non ſatis eſt Deum externa ſpecie & ſimulatione colere: poterunt homines nos pro juſtis habere, quum animadvertent, nihil in nobis deſiderari. Cur? Quia non penetrat ipſorum aſpectus uſque ad affectus occultos: illud enim proprium eſt Dei, corda excutere. Æſtimentur autem licet tanquam Angeli, niſi cor noſtrum ſit rectum & purum, eaque in nobis ſit integritas, de qua tantopere loquitur Scriptura ſacra, reliquum nihil aliud erit, quam fumus. Atque ita quum ſancte

Digitized by Google

Hebr. 4. verſ. 12. 1 Cor. 14. v. 24. 25.

quam gladius acutus & anceps, ad penetrandum ad intimas uſque medullas, nullas eſſe cogitationes aut affectus in hominibus, qui non ſint nudi & retecti coram ipſo. Tum etiam alio in loco dicitur, eos, qui proficiunt in verbo Dei, in ſe ipſis debere redargui, hoc eſt, tanquam coram Deo comparere debere, & ſe ejus throno cœleſti ſiſtere, ut illic peccata ſua, quæ antea tecta erant, retegant. En cur expreſſe declaravi, ut bene proficiamus in ſchola Dei, nobis ejus verbum in corda aſſumendum eſſe. Statim autem ſequitur, *Si te ad Omnipotentem converteris, ædificaberis, & iniquitatem procul à tabernaculo tuo fugabis.* Præterea, *aurum pones ſuper pulverem, & aurum ophir tibi tanta copia, quanta lapilli in flumine, ſuppetet.* Hic Eliphaz, ut eo magis Jobum ad officium incitet, oſtendit illi bonum, quod ad ipſum, poſtquam ſe ita ad Deum converterit, perventurum eſt. Semper autem Jobi perſona nobis relinquenda eſt, quia iſta illi male ſunt applicata: ſed interim doctrina nihilominus bona eſt, & apta ad noſtram ſalutem: ſicut etiam videmus Deum ejuſmodi ſtylo uti, quando nos ad pœnitentiam hortatur: quod nimirum non ſimpliciter jubet ea quæ facienda ſunt, ſed etiam, ut animum addat, promiſſionem adjicit. Ac ſane ſi duntaxat ea, quæ ſunt noſtri officii, audiremus, nec Dei erga nos bonam voluntatem cognoſceremus, id nos ita detineret, & impediret, ut nullum zelum aut affectum Deo appropinquandi haberemus. Quum homo in dubio eſt, nec ſcit, utrum ad Deum veniens quidquam proficiet, nec ne, negligentior redditur. Ut igitur alacrius ad rectam viam redeamus, certi & perſuaſi eſſe debemus, nos à Deo exſpectari, eum paratum eſſe ad nos excipiendos, quin jam explicita brachia nobis porrigere. Niſi id certum & fixum in animis noſtris hæſerit, haud digitum movere, nedum ad ipſum ut par eſt accedere, poterimus: imo, quod pejus eſt, homines ſemper recedere conabuntur, quando de Dei bona voluntate dubitabunt, Majeſtas ejus ipſis erit formidanda: ſi concipiamus, Deum velle nos ſevere tractare, eſſe judicem noſtrum, nos ita perterreri oportet, ut eum, quam longiſſime poſſumus, fugiamus. Sic videmus in ſumma, quod niſi Dei paternam bonitatem deguſtaverimus, ſerioque perſuaſi fuerimus, eum paratum eſſe ad nos in gratiam recipiendos, hoc nunquam à nobis obtineri poſſe, ut ad pœnitentiam veniamus. En cur expreſſe hoc loco dicitur, ſi Jobus ſe converterit, Deum ipſi omnibus modis benedicturum, pro eo quod ſpoliatus ſit omnibus ſuis opibus, amplius quam antea ipſum ditatum iri, auro & argento abundaturum, omnia ex voto illi eventura, Deumque ipſi ita benedicturum, ut nihil apud illum ſit niſi gaudium & gratiarum actio. Videmus igitur in ſumma, quæ ſit hoc loco Eliphazi mens: ut nimirum Jobus eo magis incitetur ad revertendum ad Deum,

Ut ut ſit, vera eſt hæc doctrina & valde utilis, quod quum ad Deum, revertemur, iniquitas procul à nobis fugabitur, & hoc pacto res noſtræ proſpere ſe habebunt. Quid enim eſt cauſæ, quod ita affligamur, hic paupertate, alius morbis, alius multis cruciatibus & ærumnis, quibus vexatur? Numquid putandum eſt, Deum qui ſit Pater noſter, nobis ita duriter & aſpere tractandis delectari? Minime ſane: ſed non ſumus apti ad bonis, nobis paratis, & quæ ipſe nobis largiri paratus eſt, fruendum: videt nos non poſſe ferre, ut nos ex naturæ ſuæ inclinatione tractet, hoc eſt, omnia, quæ optare poſſemus, det nobis: ſi enim bonorum copiam, ſanitatem & quietem haberemus, ſtatim inebriaremur in deliciis noſtris & adverſus Deum noſtrum recalcitraremus inſtar equorum, qui nimis aluntur & ſaginantur. Deus igitur videns nos non poſſe uti, ut par eſt, bonis, quæ nobis concedit, partem aliquam præcidit, non quod parcus ſit & reſtrictus in illis diſtribuendis, uti diximus, ſed captum noſtrum novit, & parva menſura de ſuis bonis nobis largiatur oportet, faciatque, quum ita proclives ſimus ad helluandum, ut interdum ſitiamus & eſuriamus: quoniam etiam ebrietas illa ſpiritualis ſequitur, quæ eſt peſſima appendix, quando nimirum ipſum amplius non curamus, & ita laſcivimus, ut non poſſit amplius nos continere in officio. En igitur cur tot modis affligamur. Præterea inſpiciamus peccata, quæ unuſquiſque noſtrûm committit: quod ſi Deus nos miſſos faciat, nec corrigat, nemo eſt, qui non in peccatis ſuis obdormiſcat & obfirmet ſe: dein audacia creſcit in dies. Deus igitur animadvertens, ſi nos indulgentius habeat, fore ut nos perditum eat, ei malo medetur, ideoque tanto magis illi ſumus obſtricti. Denique cogimus Deum nos tractare ea ſeveritate, qua aliquando utitur: ſi enim locum ejus bonitati daremus, certum eſt, ipſum nobis omni proſperitatis genere benedicturum eſſe, mundumque hunc nobis inſtar paradiſi terreſtris futurum, nihil in illo præter quietem & gaudium experturos: habituros denique ſemper, unde capite erecto coram ipſo ambularemus, ſicut hic dicitur. Hac de cauſa igitur dicitur, quod ſi ad Deum nos converterimus, futurum ſit, ut is omnes noſtras calamitates & miſerias in bonum commutet, vita denique noſtra ita beata & felix futura ſit, ut unde pleno gaudio fruamur, & gratias agamus, quod tam benignus erga nos Pater fuerit, eumque talem experti fuerimus, habeamus. En quænam hujus loci ſit ſumma. Ex his autem verbis nobis bona & utilis doctrina colligenda eſt, ut nimirum nos, quotieſcunque affligimur, humiliemus, nec pro more noſtro indignando, Deo reſponſemus, itaque animum exedamus, non ſecus ac ſi ipſe nobis magnam injuriam faceret. Si cujus res domeſticæ anguſtiore loco ſunt, nec illi adſint neceſſaria

& com-

Digitized by Google

aliud velle, quam reconciliari nobiſcum, ſi in gratiam cum ipſo redire voluerimus, ſeque ad id jam omnino paratum eſſe: quando, inquam, iſta audimus, nonne nos plus quam duros & refractarios eſſe oportebit, ſi ad ipſum nos non conferamus, eoque omnibus ſenſibus & affectibus non tendamus & aſpiremus? Cæterum notemus hoc ſolum remedium eſſe ad nos ad Deum adducendos, ut nimirum promiſſiones, quas ab illo accepimus, in memoriam revocemus: ſine eo enim ſemper ipſum, ut dixi, fugiemus, & quamvis præ nobis feramus diſplicere nobis peccata noſtra, noſque interdum ob vitam male actam conſcientiæ ſtimuli aliqui pungant: nunquam tamen vitæ noſtræ mutandæ deſiderio tenebimur, quin ipſum nobis eſſe velle propitium cognoverimus. Hocque valde nobis utile eſt, peſſime tamen hodie obſervatur: ut verbi gratia, In Papatu de pœnitentia quidem loquuntur, ſed neſciunt, quid illa ſit: ita enim illos Diabolus faſcinavit, ut pœnitentia eorum nihil aliud ſit, quam aliquot dies jejunare, preces, certo numero & circulo circumducto, muſſitando pronunciare, ſummam denique in ſpecie præ ſe ferre ſanctimoniam: atqui hominem ſibi renunciare oportebat, veterem, ut dicitur, pellem exuere, & ita renovari, ut id in ſpeciem duntaxat non fieret, ſed quod ad affectus internos attinet: ſed hæc omnia in Papatu ignorantur. Sed ponamus, ipſos intelligere quid ſit pœnitentia, & quomodo ſe ad Deum convertere oporteat, præcipuum tamen ipſis deeſt, neque certo perſuadent miſeris peccatoribus Deum illis propitium fore, neſciunt quid ſit gratia aut miſericordia. Satis dicunt agendam eſſe pœnitentiam, ſed quomodo? temere, & incerto fructu, quum neſciant, utrum tempus amittant, an vero aliquid proficiant, quærentes ſe Deo applicare. Quid autem inde accidet? Id nimirum quod oſtendimus, quodque nobis abunde declarat Scriptura, fieri poſſe, ut homines aliquid circa Dei cultum conentur & moliantur: ſed tamen ipſos nunquam ſponte & ſincero cordis affectu ad Deum acceſſuros, quin de illius amore paterno ſint perſuaſi: ſicut dicitur in
Pſal. 130. verſ. 4. Pſalmo, Domine, nunquam timeberis, nunquam obſequentur tibi homines, niſi cognita tua bonitate. Videmus igitur, quam nobis ſit utilis doctrina, quæ hoc loco nobis proponitur. Ut vero id melius exprimat, expreſſe dicit, Hominem in Deo gaviſurum: poſtea, ipſum invocaturum, exauditum iri, & illi ſua vota redditurum. Hoc vocabulum debet diligenter expendi, quando dicitur, eos, qui in rectam viam redierint, in Deo gaviſuros: id enim diſtinguit felicitatem, quam filii hujus mundi & increduli ſibi imaginantur, ab ea, quam Deus nobis tanquam filiis ſuis donat. Si increduli bonis abundent, quiete fruantur, Deuſque illis det valetudinem, ſe felices reputabunt. Cur? quia ipſorum ſenſus altius non aſcendit. Homines igitur, qui ſunt carnales & terreſtres, hæc præſentia ibi bonitatem & amorem ejus agnoſcamus, illa denique nobis ſint noſtræ ſalutis totidem teſtimonia. Quum increduli menſam habuerint bene inſtructam, bibunt, comedunt, helluantur, omnia ſuſque deque habent: quumque bene ſaturi ſunt, ſe ludis recreant: poſtquam ludo tempus fefellerunt, & oblectarunt ſe, ad crapulam & epulas redeunt, aut ſomno ſe dant. Denique profani non poſſunt ſe exhilarare niſi Deum obliviſcendo, &, ut uno verbo dicam, belluinum judicium aſſumendo: neceſſe enim eſt, ut ſopiantur & obruantur ſomno, Deumque nullo modo intueantur, quum volunt laute, quiete & commode eſſe. Contra fidelis, etiamſi habeat, unde bibat & comedat, nullum tamen ciborum guſtum habet, niſi quoniam ita apud ſe reputat: Ecce Deum meum, qui mihi Pater nutritius eſt: quod ſi corporis hujus fragilis & caduci curam habet, potiori ratione animæ meæ curam geret, ut etiam ea eſt ipſi longe magis pretioſa: ſi enim hoc in mundo, in quo ſumus tanquam peregrini, dignatur brachium ſuum ad nos uſque proferre: quid faciet, quando nos in regnum ſuum collegerit? Si hoc fidelis non habeat, nec bibere, nec comedere poteſt, anxio & ſollicito eſt animo.
Prov. 28. verſ. 14. Beatus vir, inquit Salomon, qui animum ſuum ſollicitat, & tanquam coram Deo explicat. Nunc vero, numquid fieri poteſt, ut homo lætetur, confidat in Deo, & in eo penitus conquieſcat, niſi poſſit concludere, Deus meus me diligit? Sane non. Quod enim mundani homines gaudent, potius ſtupor eſt quam eorum gaudium. Ac ſane id ex omnino evidenti & manifeſta experientia cognoſcere eſt: magna enim pars hominum, quum bibendum & comedendum eſt, quomodo in eo ſe gerunt? belluarum inſtar. Quum porcus in hara ſtat ad alveum ſuum, ſi illi eſca afferatur, ventrem ſuum farcit, tantiſper dum adeſt quod poſſit comedere: idem faciunt bos aut aſinus. Idem hodie major hominum pars facit: nam ſine precibus, gratiarum actione, ſigno denique ullo, quo ſe teſtentur Deo illa accepta ferre, Dei bona helluantur & abliguriunt. Contra fideles Deum in oculis & animis habent, ſcientes cibos ſibi in exitium ceſſuros, niſi certi ſint & perſuaſi, ſe illos à mera Dei gratia & liberalitate habere. Alioquin enim totidem furta eſſent bona quibus fruuntur, niſi precibus & gratiarum actionibus ipſi accepta ferrent. Verum eſt, non ſufficere cerimoniam & ritum externum: multi enim ſunt hodie, qui Deum ore duntaxat precantur, & gratias agunt, quum cor interea nullo modo afficiatur. Sed loquor nunc de iis, qui vere Deum reſpiciunt: nam cibos intuentes ſic judicant, Ecce Deum qui nos bonorum ſuorum participes facit. Qua conditione? Si ſumus filii ipſius, fruimur noſtra hæreditate: hoc arrhabone confirmat, ſe omnia noſtri cauſa condidiſſe, ſed ſi non ſumus filii ipſius, hic bonorum ejus uſus nobis furto, imo vero ſacrilegio imputetur oportet.

Digitized by Google

re, ut ſemper altius attrahamur, & ſemper de amore illo paterno, quo nos proſequitur, eo magis certi & perſuaſi ſimus: bona denique corruptibilia, quæ nobis in hoc mundo largitur, ſint nobis ſubſidii loco ad nos in cœlum evehendos, ut ibi vitam æternam, ad quam nos bonus ille Deus invitat, apprehendamus. Cæterum modus nos in Deo exhilarandi ſtatim exprimitur, ut nimirum ipſum invocemus, & ab eo exauditi vota noſtra illi reddamus. En bonam & valde utilem gaudii illius declarationem: quum enim ſola maledictio Dei incumbat bonis quæ de ipſius manu accepimus, niſi in illis bonitatem ejus guſtemus ad nos in ipſo recreandos, quo penitus conquieſcat & expleatur animus noſter, ſerio nobis providendum, quomodo & qua via eo poterimus pervenire. Hic autem illa exprimitur, primum nobis ipſum invocandum eſſe, tum illi vota noſtra reddenda eſſe, quum ab eo fuerimus exauditi. Hic duo continentur, quæ ſunt officii noſtri: tertium eſt promiſſio, quam Deus oſtendit nobis, fore ut ſe in caſſum non precemur, preceſque noſtras minime vanas & inutiles futuras. Hinc igitur nobis incipiendum eſt, ut nimirum Deum precemur, & quidem antequam huc vel illuc, quum edendum vel bibendum eſt, manus immittamus: nam ſi hinc non fecerimus initium, nempe ab invocatione Dei noſtri, omnis ordo pervertitur. Sic igitur diſcamus, in hoc potiſſimum exercere ſe debere fideles in hoc mundo, ut nimirum confugiant ad Deum ſuum, & cognoſcentes ipſum eſſe omnis boni fontem, in illo ſolo ipſum quærant, profitentes, ſe, quod ad corpus aut animam attinet, guttam aliam nullam boni exſpectare, quam quæ ſibi ipſius miſericordia & gratuita liberalitate conceſſa fuerit. Si firmiter animis noſtris hæreret hæc doctrina, magis ad Deum precandum, quam ſumus, inflammati eſſemus. Videmus tamen neceſſitate nos premi & urgeri, & quidem ut prope ſimus confuſi. Unuſquiſque quidem fatebitur, nos miſeriis & afflictionibus infinitis cingi: interim vero quomodo tardi & remiſſi ſumus ad Deum precandum? Quamvis ſexcentæ occaſiones in die ſe offerant, quæ nos ad Deum precandum urgeant, vix de ipſo ter & quater, & adhuc tam frigide & remiſſe, ut nihil ſupra, cogitamus. Multum igitur profecerimus, ſi hanc doctrinam diligenter memoriæ mandaverimus, ut eam poſtea ad uſum, ut par eſt, revocemus, profitentes corde & ore bona omnia quæ accipimus, in ipſo & ejus manu eſſe, tum ejus unius eſſe illa nobis dare. Statim adjicitur promiſſio, fore ut nos exaudiat, ne cum dubitatione, ſicut ſolemus, precemur. Et quidem ſine iſta promiſſione preces omnes noſtræ nihil aliud ſunt, quam mera hypocriſis. Quid enim eſt precari Deum? Teſtimonium eſt, quod reddimus fidei noſtræ. Quod ſi dubitemus, anxio & perplexo animo ſimus, neſcientes, utrum nos Deus exaudire velit, nec ne; certum eſt, nos nulla fide præditos eſſe. Sic igitur nem animi, ſi ſumus certi, fore ut Deum precantes exaudiamur, &, quæ petimus, conſequamur: atqui ſacrilegium eſt horrendum, ſi, quum Deus precandus eſt, unuſquiſque incerto animo vagetur, & fluctuans modo huc, modo illuc conjiciat oculos. Inde manarunt ſuperſtitiones illæ, patronos & advocatos habendos eſſe, qui pro nobis apud Deum intercedant: quumque unuſquiſque proprium & peculiarem patronum habuerit, eo non contentus, catervam conquirit: nunquam enim finis. ſed poſtquam multum laborarunt, ſudarunt, in omnes denique partes ſe verſarunt, tam incerti ſunt, quam initio. neſciunt enim an quidquam Deum precando profecerint. Huc præterea accedit, quod Deum nunquam invocant & precantur, niſi poſtremum, prima verba & tanquam primitias ſuarum precum patronis illis & advocatis ſuis offerunt & conſecrant. Atqui precatio eſt præcipuus cultus, quem Deus à nobis poſtulat: quid itaque fiat, ſi ipſum ad creaturas transferamus, Deus vero rejectanea duntaxat & reliquias aliorum habeat? En quomodo in Papatu agitur, nec ſolum ab idiotis, ut dixi, ſed etiam à doctoribus, & quidem juxta doctrinam illam diabolicam, quæ apud illos obtinet, factitatur. Videmus igitur illic fidem & religionem Chriſtianam penitus labefactatam & peſſumdatam eſſe. Eo magis igitur magnificare debemus Dei bonitatem, quod nos ex ejuſmodi abyſſis extraxerit: tum eo melius obſervare doctrinam, quæ hic proponitur, ut nimirum nos non fruſtra Deum noſtrum quæſituros, quando ipſum in veritate invocabimus, perſuaſi ſimus: quum declaret, nos à ſe exauditum iri, ſe denique non exſpectaturum, ut os aperiamus, quin prius explicatam & exporrectam manum habeat, ut nobis opportuno & neceſſario tempore ſuccurrat, ſicut loquitur per Prophetam Eſaiam. Et ecce, cur tam ſæpe *Eſa. 65.*
in Scriptura ſacra hæ promiſſiones inculcentur, nec *verſ. 24.*
ſine magna cauſa. Homines enim, quicquid Deus polliceatur, non poſſunt perſuaderi, ſe ab illo exauditum iri. Denique fidem Deo adhibere non poſſumus, ſed mendaciis noſtris nimis credimus. Ecce cur Deus confirmet promiſſa, quibus pollicitus eſt, fore ut nos exaudiat. Sed notandum eſt nobis, propter quem finem Deus tantopere liberalis eſt erga nos, & tam facilis ad nobis in omnibus neceſſitatibus opitulandum, ut nimirum ipſi vota noſtra reddamus, hoc eſt, gratiarum actione nos ipſi penitus obligatos profiteamur: hoc enim vocabulum *voti* innuit, tanquam teſtimonium ſolenne, quod homines dant, oſtendentes, ſe nihil habere, niſi quod ſibi ſuperne datum eſt, ſe parem gratiam Deo non poſſe referre, nec poſſe illi quidquam offerre præter laudes & gratiarum actionem, ut dicitur in Pſalmo, Quid reddam Domino *Pſal. 116.*
pro omnibus bonis, quæ ab illo accepi? Accipiam *verſ. 12.*
calicem ſalutis, & invocabo nomen ejus. Videmus igitur Dominum noſtrum nihil aliud petere à nobis, quam

28. Rem conſtitues, tum ea tibi ſtabilietur, & lux ejus ſuper vias tuas ſplendebit.
29. Si improbi proſternuntur, attollor: & Deus humilem oculis ſervabit.
30. Innocens regionem liberabit, ea manuum tuarum puritate ſervabitur.

CAP. XXIII.

1. JObus reſpondens, dixit,
2. Quamvis hodie ſermo meus ſit amarus admodum, plaga tamen mea ſuperat gemitum meum.
3. Utinam ſciam ubi poſſit inveniri, & ad tribunal ejus accedam.
4. Ibi cauſam meam coram ipſo agerem, & os meum argumentis implerem.
5. Cognoſcerem, quid mihi reſponderet, & intelligerem quid mihi diceret.
6. Numquid viribus & robore mecum aget? Minime: ſed vigorem in me poneret.
7. Ibi juſtus cum ipſo contendet, & in perpetuum abſolverer.

NObis inſtituenda eſt comparatio inter extremum ſermonem Eliphazi, & reſponſionem, quam modo ex ore Jobi audivimus. Eliphaz autem aſſerit, Deum ſemper juſtos cogniturum, nec ſolum erga illos miſericordia ſua uſurum, ſed etiam erga univerſam regionem in gratiam ipſorum. Ad ea Jobus reſpondet, ſe, quamvis ſumma ſeveritate manu Dei tractetur, id tamen non eſſe promeritum: idque ut verum eſſe probet, ait, ſe, ſi ſibi licitum ſit cauſam ſuam agere, poſſe oſtendere, ſe nequaquam ob peccata ita à Deo puniri. En igitur duos contrarios ſermones, qui hic agitantur. Quantum autem attinet ad primum ſermonem, qui Eliphazi eſt, verum eſt, Dominum noſtrum pollicitum eſſe, fore, ut ſe propitium erga eos, qui ſe puro & ſincero corde colant, exhibeat: nec ſolum in ipſis conſiſtat illud beneficium, ſed ad familias uſque ipſorum, quin etiam univerſam regionem, proferatur. Deus tamen propterea non adſtringit ſe certæ cuidam & perpetuæ regulæ: videmus enim, quomodo ſuos, & eos qui in omnibus morigeros ſe ipſi, & obſequentes præbere conantur, in patientia exerceat. Non eſt igitur menſura quædam æqualis, ut ſuperius à nobis declaratum eſt. Ac ſane pro eo quod hic dicitur, Regionem ſervatum iri puritate manuum hominis: contra audimus quid dicat Propheta Ezechiel, *Ezech. 14. verſ. 14. & 10:20.* Si Jobus, Daniel, & Noachus in hac urbe eſſent, liberarent animas ſuas, ſed ipſorum liberi perirent. Sane videtur illic Propheta ad hunc locum reſpexiſſe, ut oſtenderet, Deum non eſſe obſtrictum ad ſervandam univerſam aliquam regionem unius hominis cauſa. Si id faciat, (prout poteſt accidere,) illi liberum eſt: nimis tamen iniquum eſt, ipſi legem velle imponere. *Gen. 18.* Verum eſt, dictum fuiſſe Abrahamo, Si vel quinque homines juſti reperti fuiſſent Sodomis, Deum illorum gratia totius civitatis miſerturum fuiſſe: & quamvis execrandis peccatis referta eſſet, Deum tamen non uſurum fuiſſe ultione illa, quæ apud Moſen deſcripta eſt, ſi ibi quinque homines juſti duntaxat reperti eſſent. *Gen. 19.* Eliphaz vero vult concludere, quotieſcunque juſtus quiſpiam in regione aliqua fuerit, propter illum regionem liberatum iri: ſed non tam late debet illud extendi, ſicut à nobis declaratum eſt. In ſumma igitur illud teneamus, omnes promiſſiones temporarias, quæ continentur in Scriptura ſacra, hoc eſt, eas quæ ad hanc vitam ſpectant, non ita generales eſſe, ut in illis ſemper ſit hærendum: nam Dominus noſter fidelibus ſuis in altera vita gratiæ ſuæ plenitudinem reſervat, ſufficitque adeo ipſi, ſi in iſta vita illius guſtum aliquem habeant, ſicut etiam non ſit illis utile hic ipſius bonis ſatiari. Si ex voto hic noſtram felicitatem, ut ſuperius plenius declaratum eſt, obtineremus, quid nobis fieret? Unuſquiſque hic vellet ſe ſomno dare, & ſpes vitæ cœleſtis, quam hic habemus, quaſi ſopita eſſet, quin penitus extingueretur. Opus eſt igitur, ut nos ſubinde Deus afflictionibus excitet, ut de hæreditate illa immortali nobis promiſſa cogitemus: eo animi noſtri erigantur, & in eum finem nos multis miſeriis exerceri oportet. En cur dixi non eſſe nobis promiſcue innitendum hujus vitæ promiſſionibus. nam illas nobis largitur Deus, prout nobis expedire cognoſcit, & ſemper noſtræ infirmitatis rationem habet: ut ut ſit, benedicet Deus illis, qui ipſum colendi ſtudio tenebuntur, illiſque ſuæ gratiæ tale & tantum experimentum dabit, ut jam bonorum inæſtimabilium ſibi in cœlis paratorum tanquam pignus ſint habituri: hic tamen hæreant & ſubſiſtant non oportet. Cæterum, ſi quando Deo videbitur, eos, qui in cordis integritate ambularunt, affligere, non debent illi propterea attoniti eſſe, animum deſpondere, aut concludere, ſe à Deo rejectos eſſe, ſed potius cognoſcere, eum

Digitized by Google

cuſare, quod tantopere conqueratur, nec poſſit dolorem & triſtitiam ſuam mitigare. Oſtendit, ſe non ſine cauſa modum excedere, eo quod malum, quod patitur, ſuperet omnes querimonias, quas profert. Iſta au-
cap 9:35. tem adhuc utcunque toleranda eſſent, ſed ſtatim in-
& 13:22. greditur in ſermonem, quem alibi jam vidimus:
& 19:21. quod nimirum velit libenter cum Deo jure conten-
& 19:7. dere, & oſtendit, ſe, ſi id poſſit conſequi, ut cauſam ſuam agat, illam obtenturum eſſe, ac proinde etiam abſolutum iri. Nam tunc, inquit, Deus non uteretur adverſus me potentia ſua, ſed haberet juſtitiam ſuam ordinatam: quod ſi cauſam meam agens æquis auribus audirer, ſtatim vincerem. Hic ſermo intellectu difficilis eſſet, niſi in memoriam id, quod jam ſuperius declaratum eſt, revocaremus, nempe Deum, quamvis ſemper juſtus ſit, duas tamen juſtitiæ ſpecies habere. Una eſt ea, quam nobis Lege ſua declaravit, juſtitiam intelligo, ſecundum quam tractat & judicat homines. Si igitur Deus nos citat ad ſuum tribunal, atque illic nos juxta Legis ſuæ normam tractat, en ſpeciem juſtitiæ. Nemo autem negare poteſt, quin, quum condemnabimur ex Legis divinæ norma, id juſta de cauſa fiat. Quid enim à nobis Deus requirit, quod non debeamus? Quod ſi delinquimus, quid poſſumus excipere, quando is nos pro meritis puniet? Ecce igitur juſtitiam Dei, quæ in confeſſo eſt apud omnes, & ſine ulla repugnantia admittitur. Verum eſt, improbos nihilominus ſemper muſſitaturos, ſed tamen in omnibus illis ſuis muſſitationibus os clauſum habent, cum ipſos ſua conſcientia arguat: neque enim aliunde accuſationem intentatam inferre opus eſt, nec longas inquiſitiones inſtituere: habent enim cauterium illud, quod intus ipſos urit. Eſt autem alia ſpecies juſtitiæ, quæ nobis magis mira videtur: quando nimirum Deus nos vult tractare non juxta Legem ſuam, ſed prout juſte poteſt agere. Ratio vero quæ? Quando nobis in Lege præſcribit Dominus, quid agendum ſit, & jubet nos ea facere, quæ illic continentur, quamvis id vires noſtras ſuperet, nec poſſit homo mortalis eo pervenire, ut perficiat quæ Deus jubet: illi tamen plus debemus, & plura tenemur præſtare, quam Lex jubeat, neque Lex tam perfecta & exquiſita eſt, atque juſtitia illa infinita Dei,
ſup. 4:18. juxta id quod jam vidimus, Deum ſecundum illam
& 15:15. juſtitiæ ſpeciem iniquitatem inventurum in ſuis Angelis, nec coram ipſo Solem purum & lucidum futurum. En igitur, quomodo ſit juſtitia altera perfectior ea Legis: & ſi Deus ea velit uti, quamvis homo totum illud, quod Lex continet, impleviſſet, nihilominus condemnaretur. Verum eſt, Dominum noſtrum ea juſtitia perfectiore non uti: eo enim uſque ſe demittit & accommodat ad captum noſtrum, ut juſtitiam illam talem, qualem præcepit, acceptet, perinde ac ſi penitus perfecta eſſet, quamvis quodammodo non ſit aliqua macula & labes, ita ut in omnibus & per omnia coram Deo rei futuri ſimus, ſi is nobiſcum velit ſevere & ſummo jure agere. Sed hoc habemus, quod Deus, poſtquam nobis hanc gratiam largitus eſt, ut nos regat Sancto ſuo Spiritu, bonum, quod in nobis poſuit, quamvis illud ſit imperfectum, gratum & acceptum habet. Verum eſt, quum deficiamus à regula, non eſſe in nobis id, quod Lex requirit: ſed tamen Deus non imputat nobis noſtras infirmitates & vitia, ſed in illis connivet: quomodo videmus patres non nimis inquirere in liberos ſuos, & animadvertere quidem vitia, quibus illi laborant, ſed ea tolerare. Non ſecus agit Deus erga nos: utitur enim ejuſmodi commiſeratione, condonando nobis infirmitates, in quibus deficimus. Veniamus autem nunc ad id, quod hic dicitur: Jobus quidem agnoſcebat, ſe miſerum peccatorem eſſe, non ita ſuperbia erat excæcatus, ut ſibi perſuaderet, ſe penitus eſſe juſtum, neque quidquam in ſe eſſe, quod Deus poſſet reprehendere: ſed hoc ſibi vult, ſi Deus velit ipſum uſitata & ordinaria ratione tractare, hoc eſt, quomodo declaravit in Lege ſua, ſe benedicturum illis, qui ſe coluerint, eoſque ita benigne & clementer tractaturum, ut poſſint ipſum reipſa bonum & benignum Patrem experiri: ea ratione & juxta normam illam ſe poſſe coram Deo reſpondere. Vult igitur dicere, Deum erga ipſum uti juſtitia quadam arcana & abſcondita hominibus, non tractare jam ipſum juxta Legis normam, ſed ratione quadam duci, quam homines non poſſunt complecti, quæque eorum omnes cogitationes & ſenſus ſuperat. Hæc Jobi eſt intentio. Sed hoc melius intelligetur, ſi ipſum, exempli cauſa, Jobo, & alteri cuipiam, qui juxta ipſum quaſi ad latus collocetur, applicaverimus. Ecce hominem aliquem, quem Deus ſibi elegit: is igitur laboravit, ut ſancte & bona cum conſcientia ambularet, Deus illi benedicit, atque in eo documentum manifeſtum dat, ex quo liceat intelligere, Deum nequaquam ſuos oblivioni tradere, ſed eos regere & curare. Cur vero? Numquid id vir ille promeritus eſt? Minime: ſi enim meritum aut dignitatem in creatura quærimus, opus eſſet, ut illa de ſuo aliquid Deo exhiberet: atqui ſi bonum ſit in homine, illud procedit ex gratia Spiritus Sancti. Homo igitur de ſuo nihil Deo adfert: ſed & bonum, quod in nobis eſt, non dignum eſt, quod Deo gratum ſit, ſed potius quod rejiciatur, quia in eo ſemper aliqua labes eſt & macula. Quando itaque Dominus noſter proſperitatem aliquam conceſſit fidelibus ſuis, poſtquam illis deſiderium juxta voluntatem ſuam ambulandi dedit, utitur hac juſtitia ordinaria, ea, inquam, quæ nobis in Lege proponitur. Sed ecce Jobum, qui fidelis eſt, Deo affectu puro & ſincero inſerviit, & tamen extrema quæque patitur, videtur illum Deus

tanquam

Digitized by Google

Deum cum ipſo non pugnaturum viribus & robore, ſed juſtitiæ locum daturum, ſi ipſum velit audire? Jobus itaque præſupponit, Deum erga ipſum uti potentia, quam vocant, abſoluta: quaſi Deus diceret, Deus ſum, faciam, quod mihi videbitur, etiamſi nulla ſpecies juſtitiæ, ſed duntaxat tanquam immoderata dominatio in meis actionibus appareat. In eo itaque blaſphemus eſt adverſus Deum Jobus: etſi enim immenſa & infinita eſt Dei potentia, ſi quis tamen illam ita fingat abſolutam, imaginatur ſibi in Deo tyrannidem: ea vero plane repugnat ejus Majeſtati. Dominus enim noſter non vult eſſe potens, quin ſimul ſit juſtus: ſuntque res inſeparabiles ejus juſtitia & potentia. Fuit igitur malus ille Jobi ſermo, non quod ejus intentio & ſcopus fuerit, ut diximus, adverſus Deum blaſphemare: hæc tamen illi verba excidunt, quæ ſunt inordinata & erronea: ex eo autem promanarunt, quod non poteſt cohibere animi ſui perturbationes. Accedamus autem nunc ad rem, ut vere ſe habet, tractandam: nam hactenus duntaxat ſermonem delibavimus. Quod diximus, duas eſſe in Deo ſpecies juſtitiæ, id verum eſt: ſed applicatio fuit vitioſa, & quidem ex ſenſu & imaginatione Jobi. Sed nunc veniamus ad puram & ſinceram rei veritatem, ut, quomodo ſe res habeat, intelligamus. Id, quod declaratum fuit, retinendum eſt, Deum nimirum in Lege ſua ſe nobis accommodare: non requirere ea, quæ debemus & tenemur præſtare, ſed duntaxat id, quod eſt ſecundum captum hominum: non intelligo autem hominum captum, prout nunc ſumus corrupti, ſed loquor de homine, ut erat in ſua integritate, qualis fuit Adamus ante lapſum, & quales ſunt Angeli paradiſi. Ecce igitur Deum, qui in Lege ſua reſpicit captum noſtrum, ita quidem, ſed diligenter retineamus, quomodo intelligatur hoc vocabulum *captus:* neque enim intelligendum ſecundum paupertatem illam & miſeriam, in qua nunc ſumus: (nihil enim aliud quam male agere poſſumus:) ſed ſecundum ſtatum illum, in quo permanſiſſemus integri, niſi corruptio naturam noſtram invaſiſſet. Utque id melius intelligamus, ſpeculi loco capiamus Angelos. Ecce Angelos, qui nihil aliud conantur, quam Deo inſervire, pravis affectibus, ſicut nos, non tentantur, nulla eſt in ipſis rebellio, nec peccatum: obedientia tamen illa, quam Deo reddunt, etſi noſtri reſpectu pura eſt, nihilominus ſi comparetur cum Majeſtate Dei infinita, eſt imperfecta: Deus autem, ſi ita ipſi videatur, poſſit nos ratione extraordinaria tractare, hoc eſt, quamvis nulla Legis norma eſſet, aut etiam quamvis impleviſſemus omnia, quæ illic continentur, poſſet tamen adhuc nos condemnare, ſed non vult. Cur vero? quia teſtabiles. Quid igitur? Quum Deus Jobum ſic afflixit, ut videmus, verum eſt, eum non voluiſſe ipſum punire pro meritis, ratione uſitata & ordinaria: ſed tamen ſecundum Legem etiam ſic poterat ipſum punire. Cur vero? Verum eſt, Deum nos tolerare, & nos tolerando, accepta habere opera noſtra, quæ facimus per gratiam Sancti ejus Spiritus, quamvis illa ſint vitioſa. Sed numquid tenetur id facere? Minime. An dedit nobis Legem ſuam illa conditione, ut nobis ſit obſtrictus & obligatus? Minime. Id gratuita ſua bonitate agit. Si igitur quis velit ad id ipſum adigere & obſtringere, nonne is ipſi magnam injuriam faciat? Ita ſane. Jobus igitur in eo fallitur. nam quamvis homo, quantum poteſt, rectiſſimam viam inſtituat, adhuc tamen coram Deo reus invenietur, ita ut jure poſſit illi Deus omnis generis afflictiones immittere, tum is homo ſe condemnet, humiliet, ſeque adhuc graviora commeritum eſſe agnoſcat oportet. Ecce igitur in quo Jobus fallitur. Quoniam enim Deus pura ſua liberalitate ſuos tolerat, illorum opera, quamvis id non promerita, grata & accepta habeat: nunc videtur Jobo, Deum erga ipſum crudelitate uti, aut ſaltem potentia abſoluta. Atqui id non facit. Verum quidem eſt, Deum noluiſſe Jobum ob peccata punire: aliud enim ſibi propoſuit, ut jam oſtendimus, ejus patientiam voluit exercere. Erant autem eo tempore in mundo multi improbi, qui exultabant, triumphos ſuos agebant: Deo interim connivente. Animadvertimus igitur, non fuiſſe Dei conſilium Jobum pro meritis tractare: ſed interea concludendum eſt, Deum ſecundum Legis ſuæ normam, centuplo plures & graviores pœnas, adeo ut is illas ferre nullo modo potuiſſet, Jobo immittere potuiſſe. Quæſo vero, quod ſupplicium par eſſe poſſit tam horrendo & tetro crimini, cujus rei ſumus, quando Dei Majeſtas ita à nobis violatur, & ejus Juſtitia pedibus conculcatur? Etiamſi vero ſexcenties in abyſſum præcipitaremur, nequaquam tamen par eſſet ea pœna gravitati peccati à nobis commiſſi. Male igitur contendit Jobus, dum dicit, ſe non tractari juxta normam Legis. Verum eſt, quod ſi diceret more ſuo ordinario, intelligens Deum nolle ipſius peccata punire, ſed aliam ob cauſam ſic ipſum tractare: ſi, inquam, ita loquutus eſſet, bene & vere loqueretur. Sed, inquit, video Deum uti potentia immoderata adverſus me: fulminat adverſus me, quaſi me vellet in abyſſum præcipitare: taceam igitur oportet. Quando ita loquitur, certum eſt, eum excurrere inſtar equi, qui vincula abrupit, non quod non ſit ſemper patiens: hæc patientia tamen non eſt ejuſmodi, quin magnas interdum quaſi undas & ſpumas extra ripas, hoc eſt, oris ſepta, ejiciat. En igitur ſermonem, quem hoc loco Jobus

Digitized by Google

proferemus: confuſi tamen permanebimus. nunquam enim Deo deerit, quod in nobis deſideret & reprehendat. Ecce igitur unum notandum. Ideoque Jobus, dicens ſe libenter Deum inventurum ad litigandum adverſus ipſum, hoc ait, libenter ſe à Deo impetrare velle, ut eo uſque ſe demittat, quo cum ipſo tanquam cum adverſario velit cauſam coram judice agere. Multum autem fallitur: nam etiamſi tale privilegium haberet, Deuſque illum voti compotem faceret, confuſus tamen ſemper maneret. Sed cur fallitur? Quia ipſum cruciatus ita perturbant, ut omnem notitiam amiſerit: ſed tanquam in tenebris turbidum intuetur, aut habet tanquam obvolutos & obligatos oculos, nec cogitat, Deum in ipſo longe plura reprehendenda inventurum, quam oſtendat, ſi ipſum velit ſummo jure tractare. Eo autem monemur nobis attendere, quando Deus aliquas afflictiones nobis immittit. Demus igitur operam, ut nos quaſi contracto freno inhibeamus. Cur vero? Quoniam futurum eſt, ut ſtatim ita excæcemur in noſtris perturbationibus, malumque ita nos premat, ut, quid nobis ſit futurum, neſciamus. Eo magis itaque unumquemque ſibi attendere oportet: quumque Deus nobis afflictiones immittet, ſciamus, nos ſtatim ſuperatum & proſtratum iri, niſi is nos gratia ſua fulciret. Cæterum non credamus ſenſui noſtro: ſed quum ratio noſtra humana nobis aliquid opponet, ſtatim apud nos dicamus, Heu! quid vis imaginari, miſera creatura? nam præterquam quod non es idoneus judex in tua cauſa, malum tuum te hic excæcavit, à recta via deflectis: ſi quietum te contineas, longe melius poſſis judicare, quam judicas: ſed imaginatio tua te abripit. Quum igitur ita ſe res habeat, non eſt quod tibi tantum arroges, ut cauſam tuam agere velis, ſed tibi ſponte culpa agnoſcenda & confitenda eſt, quum ſcias, te non habiturum quod coram Deo reſpondeas, teque neceſſario confuſum remanſurum. En quod nobis ex hoc loco notandum eſt. Ulterius autem pergamus. Jobus dicit, *Numquid Deus tunc adverſus me contenderet viribus? Minime, ſed daret mihi robur.* His verbis ſignificat, Deum adverſus ipſum contendere potentia. Illud vero eſt Deo attribuere rem, quæ ipſi nullo modo conveniat. Ac ſane quando doctores iſti Sorbonici dicunt Deum habere potentiam abſolutam, diabolicam blaſphemiam, quæ in inferno nata eſt, proferunt: neque enim id fideli debet in mentem venire. Dicendum eſt igitur, Deum habere potentiam infinitam, quæ tamen omnis juſtitiæ ſit regula: hoc enim eſt Deum in fruſta diſcerpere, ſi volumus ipſum ita potentem fingere, ut non ſit amplius juſtus. Verum eſt, ipſius juſtitiam non ſemper nobis eſſe manifeſtam: ea tamen nihilominus manet integra. Non eſt igitur quod juſtitiam Dei metiamur ex ſenſu & comtentia ſecundum ſenſum & captum noſtrum metienda: quid enim fieret? Atque hæc eſt cauſa tot querelarum, quas muſſitantes quidam adverſus Deum proferunt. Si enim homines non poſſunt cauſam capere, cur Deus hoc vel illud faciat, in ipſum irritantur, frendent dentibus, & indignantur. Ea vero audacia eſt & arrogantia diabolica, quando volumus Deum ex arbitrio noſtro res agere, & tum, quicquid ab illo fit, carpimus & improbamus, niſi, cur faciat, nobis rationem oſtenderit. Contra adoremus oportet potentiam illam arcanam, confitentes illic incluſam eſſe quandam juſtitiam, quam nunc animadvertere non poſſumus. Sunt alii, qui, ut probent Deum juſtum eſſe, volunt ejus potentiam abolere: ut hodie illi, qui pati non poſſunt, ut doceatur, Deum nos gratuita ſua bonitate elegiſſe, omnia ex animi arbitrio & ſententia conſtituere, nihilque niſi prout ipſe conſtituit, & manu ſua regit, accidere. Quia enim hanc doctrinam non poſſunt animo concoquere, ſtatim objiciunt, Quomodo? Si Deus quoſdam elegit, alios reprobavit: ſequitur, ipſum homines ad exitium condidiſſe. Hoccine vero Dei juſtitiæ convenit? Præterea, ſi omnia Dei voluntate fiunt, quum tot res malæ ſint, quid ad id poteſt reſponderi? At miſeri illi ſtulti, aut potius inſani, non poſſunt eo uſque ſe demittere, ut dicant, Verum eſt, mirum & abſurdum hoc nobis videri, ut Deus homines crearit, quos nolit ſervare. Sed intelligamus, juſtitiam Dei altiorem & profundiorem eſſe, quam ut ad ipſam poſſimus penetrare. Tempus veniet, quum Deus nos ejus, quod modo incognitum & occultum eſt nobis, cognoſcendi capaces reddet. Dicitur, nos cognoſcere ex parte, & *1 Cor. 13. verſ. 9. 12.* in ænigmate: ſed quum ipſi ſimiles erimus, non ſolum ipſum, qualis eſt, videbimus, ſed etiam res, quæ *Joan. 3. verſ. 2.* modo nobis non ſunt patefactæ, perfecte cognoſcemus. Ebrii iſti, qui arrogantia ſua inebriati ſunt, non poſſunt hanc Deo gloriam tribuere, ut ſe ipſi penitus ſubjiciant. Poſtea, ſi verba fiant de providentia Dei, inquiunt, Quomodo fieri poteſt, ut homo condemnetur ob malum commiſſum, & tamen id fiat voluntate Dei? Non poſſunt iſta diſtinguere, hominem, quum malitiæ ſuæ convincatur & redarguatur, merito condemnari, ſed Deum tamen finem nobis incognitum habere. Jobus id recte oſtendit, quum Deo caſtigationes omnes, quæ ſibi conti- *Job. 1. verſ. 21.* gerunt, acceptas fert: quando enim ipſum latrones opibus & facultatibus ſuis ſpoliarunt, dicit Dominum id feciſſe: ſed alio fine quam latrones. Si iſta mira & prope abſurda nobis videntur, non eſt tamen propterea nobis obtrectandum juſtitiæ Dei. Atque hoc eſt, quod dixi, nobis ex hoc loco notandum eſſe, nos nempe non debere Deum tali normæ ſubjicere, qualem noſtro ſenſu poſſumus concipere: omnem enim noſtram capacitatem ſuperat ejus juſtitia.

cum Jobo, Deum nobiſcum agere & contendere potentia, quamvis magna erga nos ſeveritate utatur, noſque nimis urgere videatur: caveamus, inquam, Deo tribuere potentiam abſolutam, ſed cognoſcamus, in ipſo juſtitiam eſſe incomprehenſibilem, quæ nobis etiam non animadvertentibus ipſam, eaque ſe non patefaciente, ſit adoranda: ut ſemper hanc concluſionem faciamus, Domine, tu es juſtus, & judicia tua ſunt abyſſus. *Pſal. 36. verſ. 7. & 145. verſ. 7.* Ideo expreſſe dicitur in Pſalmo, Tu es juſtus, Domine, & judicia tua ſunt abyſſus valde profunda. Ideoque ſe debet homo hac in parte demittere: quod ſi præſumat animo eo uſque penetrare, certum eſt, ipſum nunquam conſequuturum quod ſperat, ſed tanquam in abyſſum præcipitem caſurum, & demerſum iri. Quamvis itaque tantas tamque obſcuras abyſſos videamus, Deum tamen juſtum eſſe nobis confitendum eſt. Cæterum pro eo quod Jobus hic dicit, Deum ipſi daturum vigorem, ſi nollet contendere potentia ſua abſoluta: agnoſcamus, Deum ſemper nobis dare vigorem, etiam quum maxima adverſus nos ſeveritate utitur. Si enim nobis non ſuggereret vires, quid fieret nobis? Neque enim ad nos perdendos & exterminandos, ingentes ut illa, ad perſeverandum in finem uſque in ſancta ipſius vocatione, ſatis abunde inſtructi & muniti ſimus futuri.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut nobis det, quo magis in vera pœnitentia proficiamus: nobis aperiat oculos, ut diſcamus tot miſerias, quibus referti ſumus, quo illas damnemus, expendere. Interim vero ad ipſum confugiamus, non dubitantes, quin paratus ſit ad nos exaudiendos: tum perſuaſi, fore, ut, quum morborum noſtrorum remedia quæremus, bonum ſe medicum ad nos malis cupiditatibus perpurgandos exhibeat. In primis vero libeat ipſi nobis oculos aperire, quo gratiam illam, qua erga nos uſus eſt, quum nos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti adoptavit, nobiſque ſalutis noſtræ pignus dedit, contemplemur: ibique nos conſolandi, gaudendi, & quidem in omnibus hujus mundi afflictionibus & tentationibus, ſimulque pugnis, in quibus nos nunc exercet, quo ſuperiores evadamus, occaſionem capiamus. Nec nobis ſolis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO OCTOGESIMA NONA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXIII.

7. Ibi juſtus cum ipſo contendet, & in perpetuum abſolverer.

8. Si progrediar, nuſquam tamen mihi apparet: ſi retrogrediar, non aſſequar eum.

9. Si ad ſiniſtram ivero, ubi facit opus ſuum, non videbo illum: ſi ad dextram me convertero, ſe abſcondet, nec illum videre potero.

10. Prout viam meam cognoſcit, probat me, & tanquam aurum exibo.

11. Pes meus in via illius inſtitit: ſervavi ſemitam ejus, & ab ea nunquam deflexi.

12. Non rejeci mandatum labiorum ipſius, ipſum condidi, & oris ejus ſermonem diligentius occultavi, quam victum meum (aut meam conſuetudinem.)

JUxta ſermonem, qui fuit heri habitus, Jobus hic profitetur, quod, ſi Deus ipſum vellet pro meritis tractare, non ita tamen affligeretur, ut affligitur: ſemper enim intelligit, ſi Deus cum ipſo agat ex Legis norma. Et eo ſignificat, ſe non puniri tanquam peccatorem, ſed Deum ſibi propoſuiſſe aliam cauſam, quam ipſe non cognoſcat. Id autem verum eſt, Deum non uti erga ipſum ratione uſitata & ordinaria, quum ejuſmodi ſeveritate utitur: Jobus enim non erat ex eorum numero, qui ita Legem Dei violarunt, ut oporteat eorum ſupplicium aliis exemplo eſſe. Jobus, inquam, non erat ex eo

numero;

Digitized by Google

Deut. 27. verſ. 26. tam eſſe? Scriptum eſt autem, Maledictus, qui non impleverit omnia, quæ hoc libro continentur. Atque ita ecce quomodo univerſum genus humanum incluſum eſt ſub maledictione, quando Deus hac Legis ſuæ ſeveritate erga nos uti volet: ut D. Paulus Gal. 3. verſ. 10. etiam docet, præſertim capite tertio ad Galatas. Jobus igitur fallitur, dicens, Juſtum poſſe agere & obtinere cauſam, ſi Deus illi ejus agendæ ex Legis norma facultatem concedat. Nam, uti diximus, nobis culpa & reatus agnoſcendus eſt, non ſolum tanquam ex parte aliqua, ſed ex toto reis, quia nunquam Deum colimus eo affectu, quo par eſt, neque ea perfectione, quam ipſius Majeſtas & officium noſtrum requirit. Inde igitur efficitur, non in parte duntaxat aliqua, ſed in omnibus & per omnia Legis divinæ homines tranſgreſſores inveniri. Cæterum verum quidem illud eſt, juſtos poſſe comparere & conſiſtere coram tribunali Dei, ſed non tanquam rationibus perfecte redditis: qua enim in re poſita eſt noſtra felicitas, niſi in eo, ut nobis peccata condonentur, Pſal. 32. v. 1, 2. Deus illa ſepeliat, ſicuti ſcriptum eſt in Pſalmo trigeſimo ſecundo? Et quis audebit os aperire, ut adverſus Judicem cœleſtem cauſam ſuam agat? Dominum Jeſum Chriſtum pro advocato & patrono noſtro habeamus oportet: is vero cauſam noſtram agens, non profert merita noſtra, non ſe Deo opponit, ut dicat, ipſum nobis injuriam facere, ſi nos puniat: ſed profert ſatisfactionem, quam exhibuit, quodque cum noſtra debita exolverit, jam ſimus coram Deo abſoluti. Sic igitur videmus, quomodo peccarit Jôbus, quum dixit, Hominem juſtum & rectum poſſe agere cauſam ſuam coram Deo. Ad illud vero quod attinet, *Si progrediens Deum quærat, ſe ipſum non viſurum: ſi retrogrediatur, non aſſequuturum ipſum: ſi ad ſiniſtram flectat, illum ipſi abſconditum fore: ſi ſe ad dextram convertat, non viſurum illum amplius*, eo ſignificat, ſibi eſſe incomprehenſibilia Dei judicia: quod valde verum eſt. Quidam hoc exponunt de quatuor mundi partibus: & eodem res recidit: nam illud ipſum eſt, Pſal. 139. verſ. 8. quod dicitur in Pſalmo, Quis dabit mihi alas ad fugiendum? ſi enim mare trajecero, manus Dei nimis longa eſt, adhuc me illa apprehendet: ſi deſcendam in abyſſum, ibi inveniar ab ipſo: ſi velim ad nubes uſque aſcendere, me inde extrahet manus ipſius. Idem hoc in loco dicitur, ſi ipſum intelligamus de Oriente & Occidente, Borea & Meridie. Jobus igitur ſignificat, homines fruſtra longas ratiocinationes texere, quum enim univerſum mundum pervagati fuerint, nunquam tamen ad magna uſque arcana Dei ipſos perventuros, omnem enim ipſorum captum & facultatem illa ſuperant. Senſus autem ſemper manet is, quem diximus, nempe Jobum hic dicere, rationem, qua Deus erga ipſum utatur, tam altam & profundam eſſe, ut ingenium humanum ad

omnes condemnari oportebit, quoque plus excuſationum & defenſionum nobis videbimur habere, eo magis peccata noſtra augeri oportebit. Hoc igitur unicum remedium ſupereſt, ut nos omnes reos agnoſcentes, veniam & miſericordiam ipſius imploremus. En quomodo nobis ſit ad Deum accedendum: ne nimirum nos juſtos eſſe, aut ipſi ſatisfacere poſſe putemus: ſed ut agnoſcentes peccata commiſſa, petamus, ut nos pura ſua bonitate & miſericordia ſuſcipiat, nec os aperiamus ad cauſam noſtram agendam: neque enim illa diſceptatio ad nos pertinet, ſed ejus munus Domino noſtro Jeſu Chriſto demandatum eſt. Habeamus igitur nos os clauſum, Chriſtus vero ſit advocatus noſter, & pro nobis intercedat, ut hoc pacto peccata noſtra ſepeliantur, & loco condemnationis abſolutionem conſequamur. En, quod nobis primo loco retinendum eſt. Et ecce, quomodo in perpetuum à Judice noſtro liberabimur, quomodo D. Paulus loquitur, Quis intentabit crimina adverſus filios Dei, quum Deus ipſos juſtificet? Quis illorum adverſarius erit, quum Chriſtus eorum cauſam ſuſceperit, & velit agere? En, inquam, omne noſtrum perfugium: ſed ſine eo perditi ſumus, neque eſt quod putemus, nos poſſe ad Deum accedere: ejus enim ira, ſicut digni ſumus, fulminabimur. Quod ad ſecundum attinet, nobis notandum eſt, judicia Dei ſæpius nobis occulta eſſe: nec tamen mira & abſurda nobis videri debere: ut illis obloquamur, & dicamus, ipſa nulla ratione aut jure niti: potius vero cognoſcamus, juſtitiam Dei nimis altam & ſublimem eſſe, ad tarditatem & ſtoliditatem ingenii noſtri: tum ſi ad eam aſpiremus, fore ut nobis nimium ſumamus & arrogemus. Illud, inquam, nobis certum omnino & fixum eſſe debet. Dixi, judicia Dei nobis valde occulta eſſe, tum fruſtra nos in ipſa inquiſituros, ſcrutaturos & excuſſuros, confuſi enim hærebimus: ſed an propterea ſequitur, Deum nullam in ſe normam habere? Minime. Cur vero? Illius nobiſcum comparationem inſtituamus, tum quanta inter illum & nos ſit diſtantia intelligemus. Viæ meæ, inquit, Dominus, longius diſtant à veſtris, quam diſtat cœlum à terra. Verum eſt, ipſum uti illo ſermone, ut oſtendat nobis non eſſe ex natura noſtra ſuam miſericordiam æſtimandam, ſed tamen in genere oſtendit, illud plane à ratione alienum eſſe, ut eam ulna noſtra, ut dicitur, metiamur. Quid igitur ſupereſt? ut nimirum arcana Dei, quæ nobis abſcondita ſunt, admiremur, & ea adorantes, quæcunque Deus agat, ſapientia, juſtitia, & bonitate infinita, ordinata & conſtituta eſſe confiteamur: quod ſi quis de his dubitet, eum confuſum fore ſciamus, ſicut dicitur in Pſalmo, Domine, Pſal. 51. ut ut ſit, ſemper juſtificaberis: animadvertebat enim verſ. 6. David audaciam diabolicam, quæ viget in hominibus, qui habent ſemper objectiones & exceptiones ſuas

Digitized by Google

illud ponunt creaturæ, atqui hunc morem habent homines, ita ſemper factitatum fuit, hic eſt ordo naturæ. Non eſt Dei vis & potentia neque ordine naturæ, neque ejuſmodi terminis concludenda. Quid igitur facto opus eſt, ut judicia ejus tam profunda eſſe confiteamur, ut ad ipſa pervenire non poſſimus? Interim hoc certum & fixum habeamus, Deum nihilominus eſſe juſtum, quamvis nobis videatur interdum cæco impetu ruere, multaque reprehendenda nobis videantur in ejus operibus, quin & habeamus aliquas imaginationes & ſpecioſos prætextus: illud tamen certum & conſtitutum ſit, Domine, tu es juſtus: ſicut videmus Jeremiam loqui. Verum eſt, ipſum vehementer anxium & commotum fuiſſe animo, quod videret improbos florere, bonos vero malis premi & urgeri, omnia peſſum ire, potentiorem vincere, nullum juri & æquitati locum amplius relictum eſſe inter homines. Jeremias, inquam, id dolet, luget, & vehementer eo nomine angitur. Præterea videt improbos impunitos manere, perinde ac ſi Deus ſomno ſepultus & ſopitus eſſet, nec amplius de officio ſuo cogitaret. Ecce igitur tentationem, quam ſentiebat Propheta, valde duram & moleſtam. Sed quoniam intelligebat, ſenſum carnalem non poſſe concipere judicia admirabilia Dei, utitur præfatione, antequam querimoniam ſuam proferat: Domine, tu juſtus es, & judicia tua recta ſunt. Quando ſic loquitur, oſtendit, ſibi non eſſe in animo diſceptare cum Deo, & cum ipſo, tanquam cum æquali, jure agere, aut in dubium revocare, num Deus ratione agat, quod agit, nec ne. Jeremias ſibi illam libertatem eripit; & ſemel præcidit, quæcunque ſuus animus poterat concipere. Hanc igitur concluſionem ponit, antequam ſermonem ſuum inſtituat: Domine, ut ut ſit, quamvis homines ſibi poſſint fingere, te, quæ agas, ſine ratione agere, juſtus tamen & irreprehenſibilis es in omnibus & per omnia. Idem nobis faciendum, nec cum Jobo dicendum, Fieri nequit, ut operum Dei rationem cognoſcamus: (hoc quidem verum eſt, ſed qui ita loquitur, non aperte & ingenue id, quod profitendum eſt, profitetur, ſed ſemiaperto, ut dicitur, ore duntaxat loquitur:) quin potius ita ſentiendum & loquendum, Non tam alte poſſumus aſcendere & penetrare: nihilominus quando Deus operatur ratione nobis incomprehenſibili, ipſum juſtum agnoſcamus, adoremus, noſque ipſi ſubmittamus. En in ſumma, quod nobis ex hoc loco diſcendum. Interim admonemur, fruſtra nos præclaras illas ratiocinationes animo agitare: neque enim futurum eſt, ut propterea cauſa adverſus Deum ſuperiores ſimus. Verum eſt, hominum ingenia maxima agilitate prædita eſſe, ſed id non debet nobis arrogantiæ occaſionem præbere; ſicut multos videmus, quia ita ut nulla ſit in me tam parva ſpuma aut infirmitas, quam Deus non videat aut dijudicet: atque ita nihil juris & æqui ab ipſo obtinebo, quum litigare voluero. Ecce concluſionem, quam ponit. Hæc autem ſententia vera eſt, Deum, cognoſcentem vias noſtras, nos examinare & probare tanquam aurum in fornace: ſed interim numquid eo, quod ſumus ipſo inferiores, conquerendi occaſionem habemus? Numquid creaturam eo uſque ſe evehere oportet, ut ſibi Deum in adverſarium proponat, cum quo quaſi jure agat & contendat? Si Deus nobis non idem, quod ſibi, privilegium concedat; numquid propterea dicemus, ipſum nobis injuriam facere? Ergo, quum hoc nobis ſe in cogitatione offeret, Deum cognoſcere omnes vias noſtras, nos ab ipſo examinari, illum purgare & dijudicare omnes affectus & cogitationes vitioſas & ſuperfluas, quæ ſunt in nobis: ſciamus, nos eo ad humilitatem & timorem erudiri debere, non vero incitari ad querimoniam ullam proferendam, ſicuti profert Jobus. Interim videmus, quomodo modis omnibus velit Dominus ſalutis noſtræ cauſa nobis contrahere habenas: quando enim nos ita examinat, numquid inde ad ipſum aliquod emolumentum redit? Minime: ſed cognoſcit, id nobis expedire: ſicut etiam quum ad nos appropinquat, numquid timore aut utilitate aliqua ducitur? Minime vero: ſed ſcit, nobis opus eſſe, ut in obedientia exerceamur; nam hoc etiam eſt præcipuum eorum, quæ poſtulat à nobis, & omnium virtutum nobis ad ſalutem neceſſariarum quaſi parens. Nos itaque vere ſubditos Deo eſſe oportet. Niſi enim Majeſtate ſua nobis immineret, quales ſimus & qualis ſit noſtra conditio nobis oſtenderet, quæ eſt in omnibus nobis inſita & innata audacia, quo tandem prorumperemus? Deus igitur non oſtendens nobis omnium ſuorum operum cauſas, id facit, ut ipſi obedientes eſſe diſcamus. Cæterum ſi non animadvertimus, cur hoc illudve faciat, quomodo ejus eſſentiam animo complecti & comprehendere poterimus? Ad nos quod attinet, quando ipſe nos probat, id, ut dixi, ſalutis noſtræ cauſa fit. Ac ſane quis noſtrûm ſe examinat? Sed contra, quum debeamus lucem ad inveſtigandas miſerias & vitia noſtra accendere, lucem, quam Deus accenderat, extinguimus. Quid enim eſt notitia illa, quam Deus animis noſtris indidit, quo poſſimus bonum à malo dijudicare & diſtinguere, niſi lucerna quædam, quam in nobis accendit, ut malum, quod in nobis eſt, poſſimus animadvertere? Videmus autem, quantopere laborent homines in extinguenda omni illa notitia, quomodo conſcientiæ ſuæ vim omnem extinctam cupiant, ut ſibi ſine ullo mali, quod committunt, pudore, more porcorum liceat vivere. Homines itaque hoc pacto vellent ſe in belluas transformare: atque ita videmus, ipſos lampadem & can-

Digitized by Google

nendum eſt. Poſtquam autem id dixit Jobus, profitetur, *Pedem ſuum ambulaviſſe in via Dei, non reliquiſſe viam ejus, non avertiſſe à ſe mandatum oris Dei: ſed ipſum plus, quam victum ſuum aut conſuetudinem, condidiſſe.* Verum eſt, Jobum potuiſſe profiteri, ſe in ea integritate ambulaſſe, ut non eſſet ex numero contemtorum illorum Dei, & hominum omnibus vitiis deditorum: id Jobus poterat, & vere, profiteri: ſicut

Pſal. 119. videmus Davidem dicere, Domine, ſervavi mandata tua ex toto corde meo: Lex tua, Domine, mihi pretioſior fuit auro & argento, fuit mihi deliciarum loco: non immerſi me in pravas meas cupiditates, ſed in Legis tuæ auditione omnem meam voluptatem collocavi. Quando ita David loquitur, numquid coram Deo gloriatur? Minime. Nam alio loco

Pſal. 130. *verſ.* 3. *Pſal.* 143. *verſ.* 2. dicit, Domine, quis ſubſiſtet coram te? Si ad reddendas rationes homines voces, nulla caro poterit juſtificari: Domine, igitur ne ingrediaris in judicium cum ſervo tuo: Domine, quis ſubſiſtet, ſi peccata noſtra omnia voles obſervare? Videmus igitur, Davidem libere & ingenue culpam agnoſcere: ſed quando profitetur, ſe mandata Dei obſervaſſe, perinde eſt acſi ſolennes Deo pro donis, ab illo acceptis, gratias ageret, & diceret: Domine, tu tot beneficia erga me contuliſti, me Sancto tuo Spiritu gubernaſti: hoc non profectum eſt à proprio animi mei motu, quando tua mandata ſequutus ſum: ſed illis me, prout præibas, & deducebas, dedi. David ita agnoſcens beneficia Dei, & pro ipſis gratias agens, confirmat ſe magis ac magis in bona ſpe, & prout Deum tam bonum & humanum expertus eſt, ita illum ſibi nunquam defuturum, confidit. Si Jobus ita proceſſiſſet, bona & ſancta fuiſſet illa profeſſio. Sed quid? vellet hic litigare, & adferre in medium, Deum, ſi velit ipſum juxta ordinariam Legis regulam tractare, non habiturum cauſam, cur erga illum tanta ſeveritate utatur. Jobus in eo turpiter impingit: nam ſi vellet, poterat ipſum Deus ob peccata commiſſa punire: quod non id faciat, meræ ejus liberalitati acceptum ferendum eſt. Sic Jobus non ſatis diſtinguit inter ſe & Dei intentionem: debuit enim ſic judicare, Verum eſt, Domine, te me caſtigare, nec ignoro te id poſſe, etiam ſecundum Legem facere: verum eſt, me laboraſſe, ut in quantum maxima potui integritate coram te ambularem: multa tamen ſunt in me deſideranda & reprehendenda: omnia itaque mea opera vitioſa invenies. Jobus ſic loqui poterat, & dicere, Intelligo, Domine, te mihi parcere, idque à bonitate tua paterna promanat: quod ſi affligor, hanc gratiam mihi largiris, ut cognoſcam id non fieri propter peccata mea, ſed quia tibi ſic videtur meam patientiam exercere. Interim ecce me ad ſummum uſque vexatum & cruciatum: te igitur id facere judicio arcano & admirabili concludendum eſt. Si Jobus, ad animi libitum fingant, ſicuti videmus mundum et malo nimis deditum eſſe. Si qui ſunt, qui cæteris religioſiores videri velint, qua ingrediuntur? Reſpiciunt, quid ſibi videatur & probetur. Scilicet: quaſi Deus nullum in nos imperium obtineret; &

quaſi cultus ipſius, præcipua pars non eſſet obedientiæ. *1 Sam.* 15. *verſ.* 22. Qui igitur Deum, ut par eſt, volunt colere, excludant omnia ſua figmenta, non regantur proprio ſenſu aut ſapientia, ſed ſubjiciant ſe verbo Dei, juxta illud quod hic declaratur, Ambulavi, pedes meos poſui in via Dei, non averti me ab ipſa, nullo modo ab ejus via deflexi. Si hæc norma diligenter & accurate obſervata eſſet, non tot contentiones nobis cum Papiſtis de modo rite colendi Deum intercederent. Quid enim in Papatu vocant cultum Dei? Quod ipſi ex ſeipſis, Deo ne verbum quidem de ea re præcipiente, excogitarunt. Quid vocant voluntarios cultus? Uniuſcujuſque libitum. Quum alicui quidpiam in mentem venerit, is ſtatim ſibi perſuadebit, Deo quoque id gratum fore, nec quiſquam erit, qui non audeat ejuſmodi animi ſui figmenta Deo offerre. Ecce audaciam, quæ ſemper in mundo regnavit, quod homines volunt imperare, leges ex arbitrio fingere, ut poſtea Deus, quod illi ita finxerint & excogitarint, gratum & acceptum habeat. At contra Spiritus Sanctus oſtendit nobis ne gradum quidem unum promovendum, niſi in via, quam Deus nobis commonſtravit. Ibi hæreamus oportet, qui volet exultare, & ſaltando huc & illuc corpus in aërem vibrare & circumagere, poterit ſibi crura & cervicem frangere, nec quidquam proficiet: hoc eſt, nihil proficiemus, imo vero potius retrogrediemur, nedum ut promoveamus & progrediamur, quando ſic voluerimus animi noſtri arbitrium & libitum ſequi. Diſcamus itaque, bene & recte vivendi rationem, quamque Deus probat, hanc eſſe, ut pedes ponamus in via, quam non ipſi inſtituimus, ſed ipſe nobis verbo ſuo indicavit. Nec ſine cauſa Jobus adjicit, *ſe non ab ea receſſiſſe.* Eo enim ſignificat, homines ſemper pruritu quodam deflectendi à recta via ſollicitari: ut ſane videmus, Deum non poſſe nos in obſequio, niſi vi continere, qui vero volet in ea ſimplicitate ambulare, ut nihil addat aut detrahat verbo Dei, nihilominus in ſe ſtimulos quoſdam ſentiet, quibus titillabitur ad exeundum è via. In primis quum videmus, unumquemque hanc ſibi licentiam & libertatem permittere, ut dicat, Atqui iſte hoc facit: tunc igitur commovemur, & ejuſmodi exemplum habentes in oculis, volumus ad ipſum divertere & nos componere: denique omnibus modis facile à Dei obſequio abducimur: quia ingenia noſtra ſunt curioſa & vertiginoſa, præterea ubique multa ſe offerunt, quæ nos ad malum incitant. Quare demus operam, ut cum Jobo vere poſſimus profiteri,

nos

Digitized by Google

ſed Deus, data nobis Scriptura ſacra, omnes ejus errores præcid[illegible]: vult enim ut illic hæreamus. Sic igitur demus operam, ut bono, quod Deus nobis offert, utamur. Simul autem in eo ſe magna offert utilitas: quid enim optabilius eſt, quam ſi certo perſuaſus ſis, te errare non poſſe? Si dubitanter, ut miſeri Papiſtæ, omneſque adeo qui ſenſu ſuo duntaxat ducuntur, ambularemus, ſi, inquam, in dubio eſſet animus noſter, utrum, quæ agimus, Deus ſit grata & accepta habiturus, nec ne, quonam loco eſſent res noſtræ? Sed quum illud certum & exploratum nobis eſt, viam, quam nobis Deus præſcripſit, certam & minime fallacem eſſe, nos tuto in ea poſſe ambulare, & quo magis in illa promoverimus, eo propius ad Deum & ſalutis noſtræ ſcopum acceſſuros: quum, inquam, certa & firma animis noſtris hæret illa perſuaſio, ecce theſaurum inæſtimabilem. Sic igitur ne gratia, quam Deus nobis largitur, nos privemus: ut videmus mundum adeo malignum & perverſum eſſe, ut longe malit ſe animi ſui figmentis & imaginationibus applicare, quam veritatem, quæ omnino certa eſt, nec fallere aut mentiri poteſt, ſequi. En quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt, quando Jobus loquitur de mandato labiorum Dei, ut oſtendat, Deum, quum dedit verbum ſuum, quod prædicatur ore hominum, voluiſſe, nos illic defixos hærere, ne vanas hic vel illic ſpeculationes quæreremus. Subjicit autem, *Se Dei verbum diligentius condidiſſe, quam victum ſuum*, aut conſuetudinem ſuam. Vocabulum, quo utitur, proprie ſignificat Statutum & decretum: ac ſane tribus poſt verſibus, quando dicet, Deum de ipſo conſtituiſſe aut vidiſſe, utitur vocabulo, quod hic ponitur. En igitur propriam ejus ſignificationem, ut ſignificet, Decretum, conſtitutionem, communem agendi conſuetudinem. Tum, interdum per ſimilitudinem accipitur pro victu hominis ordinario aut penu: nam ſpecies quædam eſt legis, quum quiſpiam certam rationem victus ſibi conſtituit, neque enim tantum uno die comedet, ut diſrumpatur, ſed ad corpus alendum & ſuſtentandum certam ſibi menſuram præſcribit, eaque contentus eſt. En igitur, quomodo hoc vocabulum etiam accipitur pro victu ordinario, & penu uniuſcujuſque. Satis autem convenit utraque ſignificatio. Quomodo igitur hic Jobus accepit? Quod nimirum verbum Dei theſaurus fuerit, quem pluris fecerit, quam alia omnia. Quid hominibus charius eſt, quam ipſorum alimentum? Prout enim vitam diligimus, ita etiam incumbimus rebus neceſſariis ad victum comparandis. Si panis deficiat, quam attoniti ſumus? Prout igitur homines valde laborant, ut ſuis neceſſitatibus proſpiciatur, Jobus verbum Dei, victui ſuo, cibo & potui anteponens, eo oſtendit, ſe non tanti hanc vitam duxiſſe, quantum incubuit ad obſequendum Deo, ſeque ejus verbo doceri maluiſſe, quam vel delicatiſſimis quibuſque cibis ali. Inde optimam admonitionem poſſtræ eſuriunt? Boves, aſini, & equi, longe meliore & præſtantiore conditione, quam nos, fuerint. Sic igitur verbum Dei, quo animæ noſtræ aluntur, omnibus iis, quæ hanc vitam temporariam & caducam ſpectant, anteponere diſcamus: idque, non ut ſolum dicere poſſimus, Ego doceor: ſed ut nos cultui Dei applicemus, ut Jobus loquitur. Veniamus autem ad id, quod diximus, vocabulum hoc interdum ſignificare, Communem agendi conſuetudinem. Quando autem ſic ipſum accipiemus, verum eſt, ſenſum ipſum, quod ad ſummam attinet, non mutatum iri: ſed adhuc utilis & notatu valde digna poterit inde colligi doctrina. Jobus enim eo declarat, ſe non fuiſſe ſapientem eo modo, quo filii hujus ſeculi ſapere ſolent, dum nimirum volunt ſemper carnalem ſuam prudentiam ſequi: ſed omnia, quæ alioquin probabat, abjeciſſe, ut ſe Deo ſubjiceret. Id vero valde neceſſarium eſt: ſicuti jam monuimus, nos vagari & errare, niſi in via, quam Deus nobis oſtendit, inſiſtamus. Quomodo vero id à nobis præſtari poterit? Tollamus, tollamus morem, noſtra inſtituta, vitæ conſuetudines: omnia illa tollantur. Quamdiu enim homines placent ſibi in ſuis inventis, quamdiu ſunt mori addicti, quamdiu pertinaciter hærent in vitæ conſuetudine: fieri nequit, ut ſe Deo colendo, ut par eſt, applicent: idem enim eſt, atque ſi quiſpiam vitta aut infula vituli aut vaccæ caput redimire velit: id enim illæ animantes, quia non eſt naturæ ſuæ conſentaneum, ferre non poſſint. Sed adhuc agreſtiores & ferociores ſumus, quum Deo obtemperandum eſt, quam ſint ad res ejuſmodi indociles belluæ. Sic igitur ut componamur & conformemur ad obſequium Legis Dei, ante omnia diſcamus oportet, præclara illa inventa, quæ nobis in mentem veniunt, deponere: Cur enim hoc non ſit bonum? Sic conſuevimus, unuſquiſque ſic agit, ſic omni tempore factitatum eſt: iſta omnia nullo modo ſunt in medium adferenda. Cur vero? Hoc duntaxat debet obtinere, Deus loquutus eſt: ad eam normam dirigenda omnia, illic hærendum. Sic igitur videmus, Jobum non ſine cauſa dicere, ſe quæſiviſſe verbum Dei, & doctrinam quæ in ipſo continetur, eam condidiſſe, & aliis omnibus rebus antepoſuiſſe. Quod attinet autem ad vocabulum illud condendi, quia hodie non poſſet exponi, reſervabimus ipſum in diem craſtinum.

Interim autem nos proſternemus coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, precanteſque ipſum, ut illorum ſenſum talem nobis indat, ut nos demittere diſcamus: non ſolum ad dignoſcendam potentiam & imperium quod in nos obtinet, ſed ut ipſum in ſua Juſtitia glorificemus, noſque ſemper miſeros peccatores agnoſcamus. Quin etiam quum noſtra peccata non bene nec omnia animadvertemus, nihilominus tamen gemamus, ſcientes, Deum longe plura, quam nos unquam animadvertere poſſimus, cognoſcere. Quoniam vero pleni ſumus vani-

tate,

Digitized by Google

16. Deus emollit cor meum, Omnipotens me turbavit:
17. Neque enim exſcindor tenebris: quin obſcuritatem à facie mea occultavit.

Vidimus heri, quomodo, ut recte Deo poſſimus obſequi, abjiciendæ ſint nobis conſuetudines noſtræ, neque hoc vel illud adferendum ſit, ut eas probemus: ſed quum Dominus loquutus ſit, acquieſcamus & hæreamus in ſimplici ejus verbo. Supereſt autem nobis notandum vocabulum, quod hic ponitur, nempe nobis, inſtar theſauri, in cordibus doctrinam Dei recondendam eſſe: niſi enim ita condita fuerit, nunquam vivas radices aget: ut multos videas, qui audientes verba fieri de Deo, afficiuntur animo, & bono aliquo deſiderio & affectu erga ipſum ducuntur, ſed ejuſmodi affectus non eſt in ipſis bene radicatus: ideoque videmus, fidem, quæ in ipſis ad tempus apparuit, evaneſcere. Diligenter itaque notemus, nos tunc in ſchola Dei profeciſſe, quando verbum ejus altas in cordibus noſtris radices egit, hoc eſt, quando eo affectu ipſum accipimus, ut non ſit ille motus velox & ſubitus duntaxat, ad probandum ſtatim, quod nobis proponitur: ſed ſerio animi affectu & ſtudio ipſum complectamur. Ideoque ſæpius monemur, cultum Dei eſſe internum & ſpiritualem. Nam etiamſi univerſo mundo ſatisfecerimus, nihilque in nobis deſideret aut reprehendat, Deus omnem illam præclaram ſpeciem, propter quam nobis tantopere plauditur, niſi cor præeat, rejiciet. Hanc igitur teneamus ſententiam, *Nobis recondendum eſſe verbum Dei.* Quomodo vero?
Rom. 10. Non, inquam, ut ſepeliatur: nam ſi corde credimus
verſ. 10. ad juſtitiam, confeſſio nobis ore ad ſalutem edenda eſt. Neceſſe eſt igitur, ut verbum Dei, quod eſt in nobis, ſe foris proferat: (alioquin enim exiſtimari poſſit, ipſum in nobis non eſſe:) ſed tamen oportet bona fidelium opera promanare ab eo cordis affectu, quem diximus, non autem aliquo levi & inconſtanti motu. Cæterum hoc Recondendi vocabulum ſatis intelligetur, quum theſauri ſimilitudinem accipiemus,
Mat. 13. eo etiam referentes, quod Dominus noſter Jeſus di-
verſ. 52. cit, Bonum patremfamilias ex theſauro cordis ſui promere poſſe ea, quæ tam familiæ ſuæ, quam aliis neceſſaria ſunt. Si enim quiſquam ita parcus & tenax eſt, ut habens arcam auri & argenti plenam, habens quoque horrea & cellas copioſe inſtructas, moriatur tamen fame, nemini ſubveniat, quis dicat, illum ſcire divitiis uti? Nullus. Sed potius ſtolidus & belluæ ſimilis cenſeatur. Intelligamus igitur, quæ congeſſimus, ad eum finem referri debere, ut illis prudenter, prout res poſtulat, uti poſſimus: quumque theſaurum illum doctrinæ ſalutaris reconditum in conſcientiis noſtris habuerimus, ſciamus, ipſum ad eum finem nobis eſſe applicandum, ut non ſolum nobis proſimus, ſed etiam proximum ædificemus. Quin etiam meminerimus ejus, quod dicit Paulus, fidei cuſtodem eſſe bonam conſcientiam. En igitur, quod nobis in hoc verbo notandum eſt, ut nimirum verbo Dei doceamur, non eſſe nobis in cerebro, ejus duntaxat levem aliquam opinionem habendam, ſed eam diligenter animis noſtris tanquam theſaurum inæſtimabilem à nobis ſervandum. Nunc veniamus ad id, quod Jobus ſubjicit. Ait, *Quum Deus aliquid conſtituerit, neminem poſſe ipſum inde avocare.* Iſta dicuntur à Jobo, ſecundum illud quod jam dixerat, Deum adverſus ipſum potentia abſoluta uti, non poſſe quemquam cum illo litem inſtituere, ut jus ſuum obtineat. Jam autem à nobis declaratum eſt, modum excedere verba illa: quamvis enim Jobus ſciret, ſe à Deo non puniri propter peccata ſua, hoc tamen certum & fixum debuit habere, Deum in omnibus, quæ agat, juſtum & æquum eſſe. In Deo autem immoderatam quandam potentiam imaginatur, quæ neque normam, neque modum ullum habeat: in eo autem Deo injuriam facit. Interim hæc ſententia vera eſt, quum recte accommodatur: nempe Deum in propoſito ſuo firmum & conſtantem manere, nec ab eo poſſe dimoveri. Ut videmus, mendacem illum Bileamum, coactum fuiſſe agnoſcere, Deum nequaquam ſimilem eſſe hominum, qui mobiles ſunt, inconſtantes, & ſententiam ſubinde mutant. Ubi dixit aliquid, inquit, illico exequitur. Eſt igitur hæc doctrina in ſe bona, & ejuſmodi ſententiis referta eſt ſacra Scriptura: ſupereſt, ut ipſam ad noſtrum uſum accommodemus. Uſus autem duplex eſt: ut quum Deus loquutus eſt, ſe nobis propitium fore, nobiſque in omnibus neceſſitatibus opitulaturum confirmavit, illud à nobis pro rato & fixo habeatur: nec dubitemus, utrum id, quod pollicitus eſt, ſit impleturus, nec ne. Cur? Quia veritas ipſius nullo modo fallax eſt. Sic contra, quando nobis minatur, tremamus, reputantes cum quo Domino nobis res ſit, qui ſe ludi & irrideri, nullo modo patitur. En igitur quo tendat, quicquid nobis in Scriptura de Dei conſtantia dicitur, & ejus firmitate in exequendo ſuo decreto. Scimus Deum cor ſuum quaſi expandere & explicare, quum ſe erga nos miſericordia uſurum teſtatur. Quando itaque Dominus nos ita ad ſe vocat, non vult nos fallere, aut vana aliqua ſpe lactare. Habentes itaque certum teſtimonium voluntatis ipſius, illic firmiter hæreamus & innitamur. Cur vero? Quia non mutatur. Etiamſi univerſus mundus adverſus ipſum inſurgat, & opponat ſe, non poterit tamen illum à ſententia & propoſito dimovere. En vero, quomodo poterimus adverſus omnia, quæ in nos molitur Diabolus, gloriari, quin, etiamſi videamus, univerſum mundum ſe oppo-

Digitized by Google

Deo propoſitam maledictionem præveniamus: eum enim ob finem vult, ut iram ſuam imminentem ſentiamus: ne, inquam, cogatur ipſam adverſus nos exequi. En, inquam, quis ſit verus uſus hujus doctrinæ, quum dicitur, Si Deus aliquid conſtituerit, quis illum à propoſito dimovebit? Ideo etiam dicitur, Deum ſemel loquutum eſſe, & Prophetam hæc duo audiviſſe, eſſe in Deo potentiam & judicium: quaſi diceret, Domine, non opus eſt, ut ſermones tuos iteres: quum enim ſemel rem declaraſti & os aperuiſti, id nobis pluſquam ſufficere debet: idem eſt, atque ſi centum millibus teſtium aſſumtis eadem, quæ ſemel ex ore tuo audivimus, iterares & inculcares, non opus eſt toties tuis juſſis & mandatis aures noſtras pulſari. Cur? Quia Dei veritas adeo certa eſt, ut ſi vel una ſyllaba comprehenſa ſit, illud perinde eſſe nobis debeat, acſi ingenti volumine contineretur. Videmus tamen, quomodo Dominus noſter nos ad ſe vocet, quando promiſſa ſua confirmat, nec contentus eſt ſemel loquutus eſſe, ſed quod ſemel audivimus ſæpius iterat & inculcat, vultque nos toto vitæ tempore de ſua bonitate doceri. Quum itaque id ex gratiæ ubertate & abundantia faciat, agnoſcenda eſt nobis Dei noſtri bonitas, ſe ita ad captum noſtrum demittentis & accommodantis: non inde ſequitur tamen, eo audaciæ nos debere provehi, ut in dubium, quod Dominus ſemel dixit, revocemus, & quum ipſe nobis de re aliqua ſit atteſtatus, ambigamus, num vera, nec ne, ſit futura. Potius enim nobis notandum eſt,
Pſal. 12. verſ. 7. quod dicitur nobis in Pſalmo, Eloquia Dei eſſe tanquam argentum ſepties in fornace perpurgatum, in quo nulla ſpuma nec excrementum eſt: neque enim ſimilis eſt hominibus mortalibus, qui duplices ſunt ſermone, aut ſermonem à ſe prolatum in contrarium ſenſum poſſunt inflectere aut revocare, aut ſubtilem aliquam rationem excogitare, quo ſe ab ipſo expediant & extricent. In Deo autem nihil tale eſt. Cur? Sermones ejus ſunt argentum bene excoctum & perpurgatum, in quo nulla eſt ſcoria. Sic obſignare debent fideles, quicquid audiunt ex ore Dei. Statim igitur atque loquutus eſt Deus, hoc ſigillum applicemus, prout hic declaratur, nihil niſi veritatem & certitudinem eſſe in eo, quod ipſe pronunciavit. Interim vero honorem agnoſcamus, quo Deus nos dignatur, quando noſtra approbatione vult ſuæ veritati teſtimonium reddi. Nihil enim eſt præter mendacium in ingenio humano: Deus tamen nobis illum honorem tribuit, ut nos ſuæ veritatis teſtes eſſe ve-
Joan. 3. verſ. 23. lit, ut D. Joannes loquitur, Eum, qui credat in Jeſum Chriſtum, obſignaſſe, Deum eſſe veracem. Quum igitur nos eo honore Deus afficiat, ut nos, quamvis nihil præter meram vanitatem ſit in nobis, ſuos teſtes conſtituat: eo magis nos inflammari oportet ad recipiendum cum omni obedientia, quod ex illo audivimus, ut de eo plane perſuaſi ſimus. Statim au- prius in ſuo conſilio ordinarit & conſtituerit. Sæpius mira & abſurda nobis videri poſſint, quæ ab illo fiunt: oculi enim noſtri nimis debiles ſunt & infirmi ad infinitam Dei potentiam comprehendendam. Quid igitur facto opus eſt? Concludamus, quoniam Deus juſtus ſit, omnia, quæ facit, quamvis non eveniant ex animi noſtri ſententia, probanda eſſe: & quamvis nobis videatur, Deum aliter operari debere, captivos teneamus ſenſus noſtros, & eos ea ſervitute premamus, ut confiteamur, Deum nihil diſponere, quod non juſtitia ſumma ſit ordinatum. Interim quoque notemus, Deum ſpeciatim uniuſcujuſque noſtrum ſalutem, cum nos vocarit, conſtituiſſe. neque enim modo de omnibus hominibus in genere loquor, ſed loquor de ea conſolatione, quam poſſunt fideles percipere, poſtquam ſe ipſis Deus patefecit, eoſque efficaci & particulari vocatione ſibi in filios aſcivit, ipſiſque cor & ſinum ſuum, uti diximus, aperuit. Non eſt igitur, quod fideles ſint ſuſpenſi animo, aut dubiam & incertam ſuam ſalutem putent. Cur? Ea eſt tanquam depoſitum in manu Dei: quis inde illam auferre poterit? Glorientur igitur libere de ſalute ſua fideles. Cur? Quia Deus eſt omnipotens, ut eſt apud
D. Joannem cap. 10. Pater, qui vos mihi dedit, eſt *Joan. 10. verſ. 29.* validior omnibus. Cur ita loquutus eſt Jeſus Chriſtus? Ut oſtenderet, nec à nobis, nec à creaturis pendere ſalutem noſtram: eam nullis periculis expoſitam eſſe, ſed tanquam in Dei ſinu cuſtodiri: quumque vi illam inde auferre nemo poſſit, nos certos & perſuaſos eſſe poſſe, fore ut nunquam pereamus. Cur vero? Quia Deus omnia diſponit & conſtituit, & ſic ſalutem noſtram diligit, ut eam procurare velit. Et quidem ejus rei certum teſtimonium habemus in Euangelio: quodque longe majus eſt, certiſſimum pignus nobis offertur in Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui ideo nobis datur, ut in illum inſiti, vita & omnibus ejus bonis participemus. Quum igitur hæc doctrina ad verum ſuum & legitimum uſum applicabitur, eam non modo veram & ſanctam, ſed nobis quam utiliſſimam eſſe intelligemus. Poſtea autem ſubjicit, *Deus id, quod de me conſtituit, perficiet, multaque ſunt alia ejus generis in ipſo.* Hic Jobus utitur vocabulo, quod heri fuit expoſitum: duo enim ipſum ſignificare diximus, nempe leges, ſtatuta, ordinem, certam & ordinariam agendi conſuetudinem: tum hominis penum & victum. Nunc Jobus dicit, fore ut Deus perficiat ipſius ſolenne. Dicit igitur, Perficiet meum ſolenne & conſuetum: aut perficiet decretum meum. Quamvis autem duplex & ambigua ſit ſententia, loci tamen circumſtantia oſtendit nobis, quis ſit ſenſus: Jobum nimirum intellexiſſe, fore, ut Deus, quæ de ipſo conſtituerit, perficiat. Quo quidem ſignificat, nos in terris minime regi fortuna aut caſu. Cur? Deus enim quid nobis futurum ſit, conſtituit. Quum enim nos in mundo collocavit, nequaquam nos temere

expo-

Digitized by Google

aut de nobis non cogitaret: proſpexit enim & proſpiciet omnibus. En igitur, quomodo fideles ſe in providentia Dei conſolari oporteat. Verum autem eſt, Jobum male hanc ſententiam applicaſſe: nam in primis perturbationum æſtibus, ut dicitur, quaſi deſperabunde loquutus eſt: Ecce, inquit, ſcio de me actum eſſe. Cur vero? Deus de me conſtituit, quod ſibi viſum eſt, id vero perficietur, nihil proficiam, ſi illi reſponſem, aut expoſtulem cum eo. Non eſt autem nobis inde incipiendum. Sed antequam loquamur de decreto Dei, ejus juſtitiam agnoſcamus, ut gloriam ipſi convenientem tribuamus. Ne igitur imaginemur in Deo potentiam illam abſolutam, cujus ſuperius meminimus: hoc enim eſſet Deum ſimilem tyranno facere: quæ blaſphemia eſt horrenda & execranda. Sciamus igitur, Deum, omnia diſponentem, habere ſummam quandam normam, ad quam omne juſtum & rectum debeat accommodari. Interim autem non ſunt imitandi nobis ſuperbi illi, qui adverſus providentiam Dei, & ejus æternam electionem pugnant: niſi enim videant rationem, propter quam Deus omnia agit, id tyrannicum eſſe imaginantur. Quænam vero hæc eſt blaſphemia? Ejuſmodi homines, nonne plus quam à Diabolo poſſidentur? Sunt omnium maxime ignari, & tamen hoc ſibi ſumunt, ut in arcana Dei inquirant. Verum quidem eſt, ipſos velle videri & haberi magnos doctores: meræ tamen beſtiæ ſunt: volunt tamen Deum ipſis omnium, quæ agit, rationem aperire: alias nunquam concedant, ipſum omnia hic ſua providentia regere, & ante mundi creationem, eos, quos voluit, ad vitam æternam elegiſſe. Caveamus igitur nobis ab ejuſmodi inſania: ſed dum confitemur, omnia, quæ Deus agit, juſta & bona eſſe, notemus, ipſius opera ſæpius nobis incomprehenſibilia eſſe, nec tamen ejus voluntati nobis obſiſtendum eſſe. Hoccine vult Deus? Concludamus, id bonum eſſe. Atqui non videmus rationem, cur bonum ſit. Qui vero Dei voluntatem alicui cauſæ & rationi vult ſubjicere, quid aliud agit, quam quod Deum gloria ſua ſpoliat? Eſt enim voluntas Dei ſola omnis rationis norma, & omnis juſtitiæ fons. Eo igitur ſimus contenti, in ea modeſtia nos contineamus, ut dicamus, Deum nihil velle, quod non ſit juſtum, æquum, & rectum. Cæterum, poſtquam in genere eam juſtitiam cognoverimus, intelligamus etiam Deum hoc nobis largiri, ut juſtitiam ſuam cum ſalute noſtra copulet & conjungat, ſicut etiam conjungit potentiam ſuam. Quum dicimus, Deum eſſe omnipotentem, id non eo ſolum ſpectat, ut ipſum honoremus: ſed ut quieti & invicti adverſus omnes tentationes eſſe poſſimus: nam prout potentia Dei eſt infinita, ita nos is facile poterit tueri & conſervare. Idem eſt de ipſius juſtitia. Quum itaque tanquam indiſſolubili vinculo cohæreat cum Dei juſtitia ſalus noſtra, ab eo principio incipiamus: ut quum dicemus, Deum charatum eſt in Domino noſtro Jeſu Chriſto: quod ſi membra ſumus Jeſu Chriſti, certi ſumus de adoptione noſtra. Non eſt igitur quod ſurſum in cœlo Dei librum evolvamus: teſtimonio, quod ipſe nobis de electione noſtra reddidit, contenti ſimus. Si enim quiſpiam, quum authenticum exemplar duntaxat Actorum ſeu publicorum ſeu privatorum habere potuit, contentus eſt: nonne quum Deus nobis conſilium ſuum de ſalute ſua aperuerit, nos in eo acquieſcere convenit? En igitur, quomodo, nobis ſcientibus, ſalutem noſtram non eſſe mutationi obnoxiam, quum Deus decretum de ipſa immutabile ſanxerit, quieſcendum eſt. Quod ad decretum autem hujus vitæ attinet, ſciamus, Deum omnes noſtros greſſus regere, nihilque nobis fortuito accidere, ſed eum omnia conſtituere, noſque nonniſi ex illius decreto pedem promovere aut referre poſſe. Sciamus igitur, nobis, quum ſub Dei protectione erimus, bene fore: quum igitur Deus pro nobis excubet, & noſtri curam gerat, ne dubitemus ullo modo, quin Satanas & omnes hoſtes noſtri nos non poſſint vincere: Deus enim providebit, & facile nos adverſus omnes hoſtium conatus poterit conſervare. Id vero non ſolum nos debet conſolari: ſed etiam animum addere eo, ut fungamur officio, ambulemus in vocatione noſtra, nullo modo dubitantes, quin Deus omnibus machinationibus & conſiliis adverſus nos ſuſceptis medeatur, quin etiam retia omnia, quæ homines tetenderint ad nos illaqueandos, frangat. Quum videmus Deum ejuſmodi noſtri curam gerere, & ſuperius ea, quæ hic inferius fiunt conſtituere, nonne ea eſt ingens bonitas, quæ nos in admirationem & ſtuporem debet rapere? Hic ſumus tanquam ranæ & locuſtæ, ut loquitur Propheta Eſaïas: denique mera ἀταξία & confuſio, *Eſa. 40.*
& omnia promiſcua eſſent inter homines, niſi Deus *verſ. 22.*
de omnibus iis, quæ nobis eventura ſunt, conſtituiſſet. Quum vero id intelligimus, tum poſſumus dicere, Scio Deum eſſe Servatorem & Patrem meum, quoniam ſalutem meam habet in ſua manu, non paſſurum, ut peream: idque, quum is promiſerit, mihi omnino certum & exploratum eſſe debet. Statim autem ſubjicit Jobus, *Multa ejuſmodi eſſe in ipſo:* quaſi diceret, Cum quo mihi res eſt? Nam etiamſi univerſus mundus ipſi ſe opponat, nihil proficiet: ego ſum miſer vermis, neceſſe eſt igitur, ut me à lite adverſus ipſum intentanda abſtineam. Vere autem & bene iſta dicerentur à Jobo, modo Deo honorem & laudem juſtitiæ etiam in afflictionibus, quas patitur, tribueret: ſed ita perturbatus eſt, ut Deum juſtum & æquum, ſicut debuit, non agnoſcat. Quid igitur facto opus eſt? Ut unuſquiſque, poſtquam cognoverimus, nos ſub Dei manu & ductu eſſe, ſciamus ejuſdem poteſtati Diabolum ſubeſſe: ſi enim Deo non eſſet ſubditus Diabolus, quid fieret? Videmus qua rabie in nos feratur, videmus etiam, quis ſit improborum furor,

Digitized by Google

de utiis, ſi ipſum ad uſum noſtrum, ut par eſt, revocaverimus. Primum non abs re eſt, quod Jobus dicit, Se præſentia Dei perterrefieri, eo quod Majeſtatis ſuæ ſenſum ipſi immittat. Et ſane par eſt, ut, quoties de Deo cogitamus, commoveamur animo, pavore ad reformidandum ejus Majeſtatem corripiamur, quin etiam, quamvis Deus ſe benignum & amabilem nobis offerat, noſque quaſi puerilibus blandimentis ad ſe invitet & alliciat, non tamen ad ipſum accedere debemus, niſi cum timore & humilitate. Notemus igitur, eum, qui rectam Dei cognitionem habeat, ſollicitatum iri ad ipſum adeundum, & reipſa aditurum, gaudentem quod Deum pro Patre ſuo ſentiat & cognoſcat, ipſi tamen honorem cum timore & obedientia conjunctum exhibiturum. Ideoque dicitur in Pſalmo quinto, Domine, ingrediar in templum tuum, in multitudine bonitatis tuæ, & ibi in timore adorabo. Hoc in ſumma nobis notandum eſt de iſto timore Majeſtatis Dei. Interim diſcamus, eum non eſſe nobis habendum, ſicut ipſum Jobus habuit, ut nimirum ita penitus perterreamur, ut Dei potentiam tanquam formidandam fugiamus, nihilque aliud quæramus, quam nos ab ipſius conſpectu occultare: ſed poſtquam timorem illum conceperimus, etiam recreemur, ſcientes, Deum nolle nos à ſe alienare, ſed potius velle allicere. Et tamen, quæ eſt in nobis ingenita arrogantia, ſic dejici nobis opus eſt: ea enim eſt in nobis ſuperbia, ut debitum Deo honorem, donec caro noſtra domita ſit & ſubacta, nunquam exhibeamus. Quomodo vero id fiet? Vi. Sponte enim nunquam ad humilitatem & modeſtiam adducimur. Neceſſe eſt igitur, ut hic Deus quaſi vim faciat, quod carnis eſt in nobis ſubigat, & mori cogat, ſimus denique fracti & confuſi, quo collum ipſi ſubmittamus. Sed ubi id factum eſt, tunc nos erigit, contentuſque eſt, ut quum ſe Patrem noſtrum declarat, talem ipſum agnoſcamus & veneremur. Non debemus itaque ejuſmodi pavore corripi, ut, quid nobis futurum ſit, neſciamus: ſed poſtquam Deum in timore adoraverimus, ad illum quoque in multitudine bonitatis ejus accedamus. Quod tamen hoc loco Jobus dicit, valde notatu dignum eſt: quod nempe ejuſmodi terrorem & pavorem conceperat, propterea quod Deus ipſius cor molliverat, eumque, & quidem perſequendo, perterruerat. Eo enim Jobus ſignificat, ſe, quamvis Deum ſemper timuerit, quum tamen ejuſmodi tentationibus oppugnatur, ejuſmodi timorem concipere, ut ipſi tanquam incognitus ſit Deus. Hinc autem duo colligimus: unum, nos natura noſtra ſurdos & ſtupidos eſſe, nec ſcire, quid ſit Deum timere, donec eo vi adigamur. En igitur homines, qui inſtar homicidarum ſunt confidentes, donec Deus ipſos domuemodo homines ad ejuſmodi pavorem & formidinem adducantur. Experientia enim probat, id non eſſe perpetuum: idque ita eſſe ut appareat, multos videas improbos, qui etiamſi illos magnis ictibus Deus percutiat, nihilominus frendent dentibus. Ecce Deum, qui vindictam adverſus hoſtes exercebit: num propterea tamen meliores illi fiunt? an ipſorum cor emollietur? Minime: plus in illis malitiæ & iniquitatis, quam antea, ineſt, ita ut tanquam belluæ refractariæ Deo reſiſtant. Quum igitur afflictiones non ſemper poſſint domare & ſubigere homines, ipſi vero homines obfirment ſe, ut in contrariam partem Deo oppoſitam eant: eo diſcamus Jobum non ſine cauſa dicere, ſe exterritum eſſe, quoniam Deus ipſum non excîdit in tenebris. Hic ponitur, *coram tenebris:* quin è verbo ad verbum eſt, *in facie tenebrarum:* & male expoſitum eſt, Deus non excîdit me, antequam hæc calamitas mihi accideret. Jobus non ſic intellexit: ſed potius hoc voluit, Deus non excîdit nos tanquam in occulto: afflictiones, quas fero, non ſunt incognitæ: ſicuti homines ſæpius, quum vexantur, & dolore aliquo premuntur, neſciunt, unde id accidat. Tum ſubjicit, Obſcuritatem à conſpectu meo occultavit. Sed hic corruptus fuit textus, quum redditum fuit, Non occultavit: contra dicitur, Occultavit obſcuritatem, &c. Hoc eſt, cogit me, coram ſe comparere: ut reus nocens vi ad Judicem ſuum trahitur, &, ſi poſſit fugere, libenter evadit: quin ſi poſſit ſe in angulum aliquem proripere, juguler ſe, manus violentas ſibi afferat, quin etiam ſui ipſius ſit carnifex: ſed invitus compareat oportet, audiatque ſententiam, qua ſupplicio adjudicatur. Oſtendit igitur Jobus, quomodo ſit tractatus: hoc eſt, Haudquaquam in occulto affligor: non poſſum dicere, Ecce malam fortunam: Deus enim ſe exhibet adverſarium meum, & cogit me ſentire, mihi reddendam eſſe ipſi rationem, ipſumque mihi dextram ſuam manifeſtam feciſſe. Hoc vero notatu valde dignum eſt: videmus enim ſæpius, quomodo homines, Dei, quum is ſe per afflictiones præſentem exhibet, terrore parum afficiantur: teſtes ejus rei Pharao, & Ægyptii. Numquid enim Deus flagellis aſperioribus populum ullum unquam punivit? Nihilominus tamen legitur, quomodo omnes adverſus ipſa ſe indurarint. Cur vero? Verum eſt, ipſos interdum manum Dei cognoviſſe: ſed ſtatim evaneſcebat illa cogitatio, atque ita ſeipſos excæcarunt, aut potius Diabolus ita eos faſcinarat, ut ſe pro adverſariis Moſen & Aaro- *Levit. 20.*
nem duntaxat habere exiſtimarint: ſed Deus illis *verſ. 28.*
oſtendit, quod quum homines conſtrictos tenet, facit, ut ſentiant ipſius manum, illique vel inviti cogantur agnoſcere ipſum pro ſuo judice, & cognoſcere, ſatis in ipſo eſſe potentiæ, ad illos omnes conterendos

CAP. XXIV.

1. QUomodo tempora non ſunt abſcondita Omnipotenti? & qui cognoſcunt ipſum, non animadvertunt dies ejus?
2. Termini mutantur, rapitur, greges furto abducuntur, & qui illos furati ſunt, iis ſe paſcunt.
3. Alii accipiunt aſinum orphani, in pignus accipiunt bovem viduæ.
4. Pauperes à via avertunt, ita ut illi ſe abſcondant, & benigni ſint concluſi in terra.
5. Mane exeunt tanquam onagri in deſertum ad prædam: deſertum ipſi & liberis dat panem.
6. Colligunt in agris meſſes ſuas, vindemiant in vitibus, improbi, inquam.
7. Spoliant hominem nudum, ita ut ſine veſte in frigore ambulet.
8. Pluvia noctis in montibus irrigantur, & ſaxum lecti loco amplectuntur.
9. Spoliant & diripiunt pupillum, pignuſque accipiunt à paupere.

SErmo, qui hic tractatur, jam alio loco ſuperius fuit explicatus: ſed nihil iteratum eſt, quod non proſit nobis, quum diligenter conſideraverimus, cur tam ſæpe hanc doctrinam Deus nobis proponat. Hoc agitur, Deum non ita exercere ſua judicia, ut ſemper illa oculis animadverti poſſint, & cognoſcatur, ipſum bonos curare ad ipſos tuendos, & improborum hoſtem eſſe ad ipſos pro meritis puniendos. Iſta non videmus: res enim quaſi confuſæ ſunt in mundo. Verum eſt, Jobum hac de re ſuperius longum ſermonem habuiſſe: ſed ſcimus, hoc tantum & tale eſſe ſcandalum, ut eo ſubinde etiam perfectiorum perturbetur animus. Si malum durat, Deuſque non adhibet remedium, unuſquiſque ſe excruciat, tum quæritur, quomodo fieri poſſit, ut Deus ſit tam patiens, quomodo tam diu conniveat, & videatur, ſic omnia tolerans, quaſi ſomno ſepultus eſſe. Opus eſt igitur, ut in doctrina, quæ hic continetur, confirmemur, nobiſque illa ſæpius in memoriam revocetur, ut quum videmus res turbidas in mundo, habeamus lucem illam fidei, quæ nobis proſit ad videnda Dei judicia, quamvis illa nobis ſint hodierno die occulta. Scopus igitur eſt hujus loci, quod Jobus vult hoc loco oſtendere, Deum ad tempus ſua judicia occultare, nec primo quoque tempore vindictam ſuam in improbos exequi, nec bonos liberare: ſed permittere, ut illi multas injurias patiantur: ut id probet, dicit, *Quomodo non ſunt tempora occulta Omnipotenti? & qui cognoſcunt ipſum, non vident dies ejus?* Superius vidimus, Eliphazum voluiſſe Deum ita Judicem eſſe mundi, ut unuſquiſque poſſet animadvertere, quomodo cogitet de iis, qui ipſum colunt, in ipſos oculos intentos habeat, ſemper manum porrigat, improbi contra ipſius manu puniantur. Contra evenit, inquit Jobus. Utque ita eſſe appareat, omnia latrociniis plena eſſe cernitur, validiores & potentiores vi vincere, eos, qui laborarunt, non comedere laborem manuum ſuarum: ſed facultates ipſorum diripi. Quando ita boni vexantur & affliguntur, improbi tolerantur nec puniuntur, Deus illos exſpectat, perinde acſi res humanas non curaret: quid dici poteſt, niſi ipſum diſſimulare, nec velle Judicem ſe probare, donec tempus opportunum venerit? Si volumus cauſam inquirere, cur ita agat, confuſi erimus. Concludendum eſt igitur, judicia Dei arcana eſſe & admirabilia, omnemque adeo ingenii humani captum ſuperare, ita ut ſi velimus ipſa penitus ſcrutari, deficiant in media via ingenia noſtra: ſed nobis adoranda eſſe arcana Dei, quæ nobis ſunt incognita, eumque juſtum eſſe confitendum eſſe, quamvis id, quod agit, mirum nobis & abſurdum videatur. Cæterum multum ſe interpretes vexarunt in hac prima ſententia exponenda, in qua dicitur, *Quomodo non ſunt tempora occulta Deo?* Videtur enim Jobus blaſphemare, volens excludere Deum à mundi gubernatione: dixeruntque interpretes, Jobum per tempora intelligere res, quæ mutationi & certis periodis ſunt obnoxiæ: quaſi Jobus innueret, Deum quidem mundum in genere gubernare, ſed tamen non omnia curare ita ut res particulares ſigillatim regat. Id vero procul à ſenſu naturali remotum eſt: neque enim expoſitio ulla aut gloſſa alibi, quam in textu, nobis quærenda: nam hic dicitur, *Quomodo tempora non ſunt abſcondita?* Quid illis verbis ſibi vult? Explicat dictum ſuum, & adjiciens, Quomodo, inquit, ii, qui cognoſcunt Deum, non animadvertunt ejus dies? Scimus, Dei dies appellari tempus illud, in quo ſe declarat, & manifeſtum facit. Quando enim

expaveſcere coguntur. Redeamus autem nunc ad textum: dicitur, *Dies Dei non animadverti ab iis, qui ipſum cognoſcunt:* hoc eſt, à bonis, qui in Deo confidunt, & ejus auxilium & ſalutem ſibi promiſſam exſpectant: eos inquam non poſſe ſtatim animadvertere, quod velit ipſos adjuvare: quærunt enim ipſum, interim ſuſpenſi animo manent, non ſecus quam ſi ipſo invocando nihil proficerent. En igitur, quomodo boni non poſſunt intueri præſentiam Dei: hoc eſt, non tam ſtatim experientia poſſunt ſentire, Deum ipſis ita propinquum eſſe, ut pollicetur, dicens ſe ſemper paratum eſſe ad eos exaudiendos, à quibus in veritate cordis invocatur. Nunc vero loci hujus naturalem ſenſum habemus: nempe tempora non eſſe occulta & abſcondita Deo; quamvis unoquoque temporis momento judicia ſua non exequatur, ſed differat & producat: interim illius dies non animadvertimus: nam hodie Deus nullam noſtri curam gerere videtur: videtur nobis ad tempus ſe à nobis removere, quoniam ipſius providentia non eſt nobis cognita. Verum eſt, Deum ſingulis diebus intueri, nec clauſos oculos habere: ſed hoc ad noſtrum ſenſum refertur, ut Scriptura ſolet ſe ad tarditatem & infirmitatem ſenſus hominum accommodare. Deus itaque habet ſua tempora, tuncque oſtendet, ſe res videre: non quod jam omnia non videat, ſed nos non poſſumus judicare, ipſum hodie curam hominum gerere, & oculos apertos habere, ut notet & obſervet mala, quæ committuntur, ut illis medeatur. Non videmus id ſecundum ſenſum noſtrum: eſt aliquod tempus occultum hominibus, ſed cognitum Deo: quod nimirum Deus differat judicia ſua, nec ſtatim illa exequatur. En, quod ad ſenſum textus literalem attinet. Nunc vero videamus, ut ex loco inſtitutionem & doctrinam talem, qualis nobis proponitur, colligamus. Jam dixi, duram & difficilem ſe offerre fidelibus tentationem, quum res in mundo ſunt confuſæ, Deuſque illas non amplius curare, ſed fortuna omnia regere & adminiſtrare videtur. Inde manarunt proverbia illa diabolica, Omnia caſu fortuito regi, cæcam eſſe rerum gubernationem, Deum hominibus tanquam pila ludere, nullum neque modum neque rationem eſſe in rebus humanis, aut omnia regi neceſſitate aliqua arcana, aut Deum non dignari de nobis cogitare. En blaſphemias, quæ omni tempore regnarunt. Cur vero? Nam, ut jam dixi, occæcatur ſenſus humanus, quando de rebus confuſis, & quæ captum noſtrum & rationem excedunt, volumus judicare. Quid igitur facto opus eſt? armemur adverſus ejuſmodi ſcandala neceſſe eſt: quumque Deus non probat ſe Judicem, ſed potius incluſus videtur in cœlo, otio indulgere, nec velle noſtrarum rerum ſatagere: hoc tamen pro certo & explorato teneamus, cum nihilomi-

eſſe confuſas, ut excitemur, nam ſi hic alta pace frueremur, ſomno obrueremur, ſenſu plane careremus: ſed quum res male ſe habent, cogimur de Deo cogitare, ſurſum ſenſus noſtros attollere, & meditari judicium paratum eſſe, quod nondum ſe proferat. En autem, quomodo nos deducat & ſuſtineat Deus noſter in ultimi diei, & nobis promiſſæ reſurrectionis exſpectatione. Nihilominus tamen implicant ſe ingenia humana multis falſis & impiis imaginationibus, nam, ut jam dixi, quoniam res non eveniunt nobis ex animi noſtri voto & ſententia, tentamur ad exiſtimandum, Deum de nobis non cogitare, noſtri rationem nullam habere, tempus & operam perdere, qui illum colat, bene an male quis vivat, idem & promiſcuum eſſe, bonos in timore ambulando ſub ipſo nihil proficere. En quomodo homines ſe ad omnem impietatem projiciant, eo quod Dominus non habet judicia ſua ſecundum ipſorum ſenſum & imaginationem ordinata. Ea de cauſa diſcamus, non ſolum diffidere prudentiæ noſtræ carnali, ſed cognoſcere ipſam inimicam eſſe ſapientiæ Dei, noſque minime debere indulgere noſtris cogitationibus: ſed diligenter nobis meditandam eſſe doctrinam, quæ hic continetur, nempe judicia Dei abſcondita eſſe hominibus, & captum noſtrum ſuperare: tum nimis parvam eſſe cerebri noſtri capacitatem, ut rem infinitam poſſit includere: En enim, cur Scriptura ſacra vocet judicia Dei, abyſſos *Pſal. 36.* incomprehenſibiles, quas ſcrutari non poſſunt homines. Hoc igitur nobis in mentem veniat oportet ad nos frenandos, quo ſimus ſobrii & modeſti, ne nos ultra modum ingeramus in Dei arcana, ſed exſpectemus, dum Deus ea, quæ nobis hodie ſunt abſcondita, patefaciat. En ſcopum, ad quem nobis tendendum eſt, ſi volumus ex hoc loco utilem & ſalutarem doctrinam colligere. Nunc vero notemus etiam, quod ſi iniquitas regnet, nec remedium ullum ad ipſam coërcendam adhibeatur, id novum videri non debet: ita enim ſe res habuit omni tempore. Certum eſt, ſi comparemus ſtatum, qui fuit Jobi tempore, cum eo qui hodie eſt, tum longe plus integritatis fuiſſe: ſcimus enim mundum deteriorem in dies fieri, homineſque ſe ad omne malum indurare, corruptionem magis ac magis augeri: Jobi tamen tempore audiebantur querimoniæ, quæ hic proferuntur: nempe divites fuiſſe tanquam gurgites ad omnia abſorbenda, orphanos devorare, viduas diripere ſolitos, crudelitate denique inſignes fuiſſe: præterea ſi pauperes laborarant, quin etiam ſi oleum domi ſuæ expreſſerant, quicquid habebant, illis auferebatur: etiam vindemia facta ſitiebant, illis vinum, quod collegerant, ex manibus extorquebatur: quin crudelitas eo uſque proruperat, ut pauperes ſuis veſtibus ſpoliarentur, & nudi pergere per vicos cogerentur, & loco culcitrarum & cervicalium, ſaxis uterentur,

Digitized by Google

lectum illud proverbium, quo dicitur, cum lupis eſſe ululandum, obſervandum. Nos tamen patientia armari oportet, quod fieri nequit, quin ita apud nos concluſerimus, Quum Deus paſſus ſit omni tempore eſſe multas rapinas, violentias, malitias & crudelitates, quod ſi idem hodie ſit, nobis demittendum eſt caput & patienter exſpectandum, ut Deus noſtris malis medeatur, ſciendumque, id ſtatim non factum iri. Cur vero? Deus enim ad tempus diſſimulat, videnturque res à facie ejus abſconditæ, ut à nemine rationes exigat. Neceſſe eſt igitur, ut interea ſileamus: ſi enim muſſitando obloquamur, hoc perinde fuerit, acſi Deo objiceremus, quod mundum juſte non gubernet. Quid vero illud eſt, niſi ſibi in ipſum auctoritatem aliquam & imperium aſſumere, quæ blaſphemia nimis execranda eſt? Veniamus nunc ad aliud quidpiam, quod nobis hoc loco obſervandum eſt: ut nimirum ſigillatim iniquitates, quas Jobus hic notat, conſideremus. Sunt autem quædam, quæ prima ſpecie videntur excuſari poſſe, ut quum dicitur, *Divites pignus accipere ab orphanis, rapere ipſorum aſinos, & boves viduarum.* Ut jam dictum eſt ſu-

Exod. 22. Deut. 24.

perius, licitum eſt pignus accipere, in omni Reipublicæ forma id permittitur: ſed notemus, quod quum Deus permiſit populo ſuo, ut, qui pecuniam mutuo darent, pignus acciperent, id ea conditione permiſit, ut cum pauperibus non præter modum iniquius ageretur, utque ſubſtantia ipſorum non raperetur, quale erat, quod ſuperius diximus, accipere lectum pauperis, ita ut cogatur ſuper ſtramen cubare. Ecce crudelitatem, quæ ab hominibus non punitur: nihilominus ad Deum illa pervenit, apud illum perſcribitur, donec ii, quos nulla proximorum commiſeratio tenuit, ſentiant judicium erga ſe ſine miſericordia ulla exerceri: quin etiam, nullam pauperibus vindictam

Exod. 22. verſ. 23, 24, 27. Deut. 15. verſ. 9. & 24: 15.

poſtulantibus, rependet tamen, ut per Moſen pronunciat, latera ejus, qui friget, clamatura, quamvis os clauſum habeat, & omnia perferat. Miſeriam igitur pauperis, ad ejus, qui ita crudelis fuit, condemnationem, reſpicit Dominus. Non ergo ſine cauſa nominatim inter crudelitates, quæ ipſius tempore committebantur, has recenſet, quod divites pignora à viduis & orphanis acciperent, quin pignora quæ ipſis ad eorum alimentum neceſſaria erant: ut verbi gratia, Ecce orphanum, qui habet aſinum ad agrum colendum: hic ſi ipſi auferatur, perinde eſt acſi panem ei quis de ore eriperet: Ecce viduam, quæ vaccam habet, cujus lacte panem ſibi comparat: ſi ea illi auferatur, plane nudata & ſpoliata remanebit. Si id pro furto non habetur coram hominibus, nec ſupplicio aliquo coërcetur: ejus tamen apud Deum ratio reddenda erit, quodque pejus eſt, excuſationes noſtras licet, qualeſcunque viſum fuerit, afferamus: ſed arguimur tamen à conſcientia noſtra, ipſique adeo noſtri mutua commercia, quid fieret? Verum eſt, antequam argentum ſignatum fuiſſet, homines permutationibus invicem communicaſſe: ſed hæc ſimplicitas hodie non viget, nec poteſt exerceri in tempore tam perverſo, quam hodiernum eſt. Argentum igitur ſignatum, quod in uſu eſt, eſt tanquam præs & fidejuſſor, ut homines poſſint invicem communicare. Sunt præterea termini, agrorum & prædiorum cauſa: niſi id certum & perpetuum fuerit, nulla amplius inter homines erit humanitas, ipſorumque adeo vita magis confuſa erit, quam illa belluarum ſylveſtrium. Et tamen videmus, jam pridem hanc fraudem & malitiam inter homines inventam fuiſſe, ut mutarentur termini, & corrumperetur id, quod quaſi ſacroſanctum inter ipſos deberet haberi. Juxta illud igitur, quod à me jam dictum eſt, ſi termini non ſunt inviolati: certum eſt, omnia prædæ & rapinæ expoſita eſſe, & nihil præter latrocinia in mundo vigere. Sed quum videamus jam inde ab illis temporibus ea ſcelera & flagitia exſtitiſſe, confirmemur hodie adverſus ejuſmodi ſcandalum. Temporis tamen, à quo malum cœpit vigere, longitudo non excuſat, aut liberat à culpa eos, qui peccant. Atque hoc nobis notandum eſt: multi enim ſunt, qui ſe hac excuſatione, tanquam clypeo aliquo ſatis tectos & munitos putant, ſi, quum peccant, poſſint dicere, à ſe agi ea, quæ moribus & communi uſu jam pridem recepta ſunt. Atqui, quæſo, nonne hodie ſcimus, eos, qui limites agrorum avellunt, furibus deteriores eſſe? Eo uſque judicio valemus, ut id ex nobiſipſis poſſimus facile intelligere, quin, etiamſi Legem Dei, aut Scripturam nullam haberemus, hoc tamen in animis noſtris inſculptum maneret, quod ejuſmodi corruptionem deteſtamur. quod ſi adferatur, Jam plus quam tria millia annorum effluxa ſunt, ex quo id in uſu fuit, & ita vulgo factitatum eſt: an qui hodie terminos agrorum movent, excuſantur, ſi dixerint, jampridem inter homines illud ſcelus obtinere? Minime. Diſcamus igitur non indurare nos in exemplis, quæ ſe nobis offerunt: ſi homines aliqui incipiant maleagere, Deo maledicere & inſultare, tum alii pergant, ita ut omnia ipſis eſſe permiſſa, uſuſque vim legis obtinere videatur, ne ejuſmodi excuſationibus & prætextibus indormiamus. Deus enim, qui omnis recti norma eſt, non mutatur: quodque ſemel ab illo conſtitutum eſt, in æternum permaneat oportet: ad id referri & juxta illud ipſum dirigi debent omnia opera hominum: quod ab ea norma declinarit, ſtatim condemnabitur. Quare diligenter notemus, quum peccata & iniquitates hominum uſu & conſuetudine invaluerunt, non eſſe nobis dicendum, Id poſſum imitari, quia uſu receptum eſt inter homines, ſic ſolet fieri: minime, inquam: ſed in Deum ſemper conjectos oculos habeamus, Deum inquam, qui (ut dixi) normam,

quæ

Digitized by Google

nos merito a Domino noſtro caſtigari, quando is non permittit juſtitiam, ut par eſt, dominari: illud enim ſignum eſt, nos non dignos eſſe, qui ab ipſo regamur. Gemendum eſt igitur nobis, quando videmus peccata committi, & ea tamen à Magiſtratu, & iis, penes quos eſt juſtitiæ adminiſtratio, ea animi, qua par eſt, præſentia & magnitudine vindicari non animadvertimus. Intelligamus, inquam, Deum nos ea ratione caſtigare: quin, quoniam nomen ejus blaſphematur, id nos commoveat, & vehementi triſtitia afficiat. Sed interim, ad extremum, concludendum eſt, quum Deus res nondum perfectioni ſuæ afferat, exſpectandum eſſe, ut ſe ſupremo die reipſa Judicem probet. Cæterum adverſus hoc quoque ſcandalum armari nos convenit, quando videmus, improbos eam licentiam ſumere, ut, quum hunc pulſarint, illum percuſſerint, multas injurias intulerint, nullum tamen remedium adhibeatur, ſed malum in dies renovetur & invaleſcat, boni cogantur obmuteſcere, quum pedem domo efferunt, irrideantur, ita ut domi ſe quaſi in carcere concluſos continere cogantur. Quum iſta omnia videbimus, precemur Deum, ut noſtri miſereatur, utque, ſi homines frigidi ſunt & remiſſi ad vindicanda ſcelera, ipſe vim ſuam exerat: ſed ſi differat, reſque non eveniant nobis ex animi voto & ſententia, ipſius arcana judicia adoremus. En igitur, cur hæc ſcripta ſint, nempe juſtos fore domi concluſos, non auſuros in plateas prodire, ſed coactum iri occultare ſe, & domi ſe tanquam in carcere continere. Interim notemus, quomodo ſe proferat improborum nequitia & audacia, ſi clauſi fuerint oculi Judicum, ne illorum iniquitates videant: ſi opportuno tempore in illos non fuerit animadverſum, ejuſmodi audaciam colligunt, ut in plateis ſe oſtentare, ibique triumphos ſuos agere audeant. Utinam vero hodie non haberemus ejuſmodi exempla. Sed quid? Vir bonus vix in publicum exit, quin illico dicteriis & ſcommatibus perſtringatur & vexetur: quod ſi in jus vocetur, vix cauſam tueri & defendere audebit: quid vero interim agent nebulones illi, quos decem abhinc annis jam patibulo affixos eſſe oportuit? elato capite prodibunt, & quidem ea audacia, ut non ſolum privatum quemque, ſed Judicum & Magiſtratus univerſum conſeſſum erubeſcere cogant: ſi enim in privato vel publico aliquo loco ſe ſiſtere oporteat, nebulo os ſuum tanquam perfrictæ frontis meretrix oſtentabit: & tamen toleratur, ita aperte Deo hominibuſque illudens & inſultans. Nobis igitur notandum eſt, quod ſi non ſtatim in eos, in quos oportuit, animadvertatur, improbi ita ſuperbiant, ut in pauperes & ſimplices dominatum ſibi attribuant, ſe ad omnem impietatem projiciant, eamque audaciam ſibi aſſumant, ut boni ſe tanquam in carcerem abdere cogantur, nec amplius mutire audeant. Quum id, in-

dine naturæ a Deo inſtituto, quod quum Sol ſurgit, illud amplius aliquid eſt, quam ſi Deus tuba ſignum daret: illuceſcit enim nobis, ut unuſquiſque ſe ad ſuum opus conferat: eo enim oſtendit Deus, ſe non creaſſe nos, ut eſſemus otioſi & inutiles, ſed unumquemque ſe alicui rei debere applicare, ut Deo & proximis inſerviat. En igitur Solem, qui nos tanquam nomine Dei ſollicitat, ut ad officium noſtrum obeundum ſimus diligentes. Homines autem ſæpius ſatis diligentes ſunt, non parcunt operæ ſuæ, ſatis mane ſurgunt: ſed ut quid agant? Ut ſe inebriatum eant, ut helluentur, omni denique intemperantiæ ſe dent: ut eſt apud Prophetam Eſaïam, diem non ſufficere *Eſa. 5. verſ. 11.* illis in ipſorum comeſſationes. Poſtea, quum tandem ita ſe inebriando & ingurgitando defatigati ſunt, penitus obbruteſcunt: dormiunt enim de die, & vigilant noctu, ita ut ordo naturæ ab ipſis penitus invertatur. Alii ſurgunt mane, ſed ut quid agant? Ut proditionem & perfidiam aliquam erga proximos exerceant, ut hunc fallant, illum circumveniant: alii ad ſcortationes ſuas, alii ad artes & negotiationes ſuas improbas ſe conferunt. En igitur, cui rei & ſtudio diligentiam ſuam magna pars hominum applicet. Hoc vero expreſſe nobis oſtenditur, ut, cui rei induſtriam & operam noſtram debeamus applicare, intelligamus. Quando igitur Sol ſurgit, diſcamus Deo gratias agere, quod nobis ita illuceſcat, ut manus noſtras circumagere poſſimus, hoc eſt, operam noſtram impendere iis rebus, ad quas nos vocat, & in quibus vult nobis uti. Cæterum hunc ſemper ſcopum habeamus, ut ſciamus ad quid vocemur, quidque Deus probet: caveamus vero, ne luce Solis, & ea diligentia, quam Deus nobis conceſſit, ipſam ad nocendum proximis, aut ad cuiquam damnum inferendum adhibentes, abutamur. Quin potius quum fures, ſcortatores, & ebrioſos ita diligentes ad malum videbimus, inde diſcamus nos redarguere. Quid hoc eſt? hic omnium diligentiſſimus eſt: quid ut agat? Ut ſe occiſum eat. Si quiſpiam ebrietati aut ingurgitationi deditus eſt, is ſe ante mortem in ſepulcrum condit. Videas enim iſtos gulæ & crapulæ deditos, jam ſemiputres, & cadavera potius, quam vivos homines eſſe. Unde vero hoc nacti ſunt? Hæc eſt merces, quam referunt ex præclara illa ſua diligentia, quam in helluando & bonis creaturis Dei abutendo ponunt. Alii ſe ad ſuas ſcortationes, alii ad rapinas & latrocinia ſua conferunt. Etſi vero illi ſe commodum ſuum & emolumentum procurare exiſtimant, ad ſuum exitium tamen duntaxat ſunt diligentes: poſtquam enim ſe diu multumque excruciarint, nihil aliud promoverunt, quam quod lignorum acervum congerunt, in quem ſe immittens ignis iræ Dei, omnia tandem conſumet. Quum itaque contemtores Dei, & improbos, ad male agendum adeo diligentes videamus; quæſo te, ſi non ſecus, quam ſi brachia fracta haberemus, otioſi & deſides jacemus, nonne id magno nobis

pudori

Digitized by Google

nihilominus è longinquo contemplemur, ſicut ſidem noſtram omnia ea, quæ modo nobis ſunt inviſibilia, tes ab errorum captivitate & ſervitute liberatos ad viam ſalutis deducat, &c.

CONCIO NONAGESIMA SECUNDA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXIV.

10. Cogunt hominem nudum ſine veſtimentis incedere, & famelico ſpicilegium eripiunt.

11. Qui exprimunt oleum in ædibus ſuis, & calcant torcular, ſitiunt.

12. Homines ex urbe clamant, anima cæſorum ſe offert, Deus tamen non opponit ſe.

13. Cenſentur inter illos, qui omnem lucem oderunt, non cognoſcentes vias ejus, nec in ſemita inſiſtunt.

14. Homicida mane ſurgit, pauperem & egenum occidit, noctu vero ſimilis eſt furi.

15. Oculus adulteri optat veſperam: dicit enim, Oculus non videbit me, & faciem ſuam occultat.

16. Noctu perforat domos, quas die deſignarat, nec ipſi cum luce convenit.

17. Lux matutina eſt ipſi tanquam umbra mortis: ſi quis ipſos agnoſcat, ecce illos terrore umbræ mortis correptos.

18. Sunt aquis velociores, portio ipſorum eſt maledicta in terra, nec vitium fructum colligunt.

JObus pergit hic declarare ſtatum, qui in univerſo mundo conſpicitur, Deo interim remedium non adferente, nec proſpiciente. Id vero oſtendit, judicia Dei non ſemper eſſe viſibilia, nec ſtatim aſpici: ſed in patientia quietos ſe continere debere fideles, donec Dominus noſter manum exerat, ſicut ejus eſt noſſe tempus opportunum judicii exequendi: non eſt autem noſtrum ipſum præſcribere. Nunc igitur Jobus dicit, mundum plenum eſſe rapinis, ita ut pauperes ſint nudi, illi qui ſpicilegium fecerunt, non habeant buccellam panis quam comedant, eripiatur etiam ipſis ſpicilegium, quod in agris divitum fecerunt. Quo ſignificat, eos, qui valent opibus, abuti auctoritate ſua & divitiis ad pauperes & egenos penitus conſumendos. Quod ſane immane & atrox eſt: non proſpicit tamen Deus, quamvis ſit mundi Judex. Id nos prima ſpecie poſſit perturbare, ſicut multos videmus exiſtimare, Deum dormire, quando is ſecundum animi ipſorum libitum non operatur: ſed id nobis proviſum, certum & conſtitutum eſſe debet, ut, quum accidet, non perturbemur. Ita enim ſemper fuit ab omni tempore, nihilominus tamen Deus mundi Judex fuit: ſed tempora videntur eſſe occulta, quia ipſius diem non ita ſtatim videmus. Verum eſt, ipſum omnia cognoſcere: ſed tamen occultat ſe, hoc eſt, non oſtendit, ſe velle eorum, qui afflicti ſunt, ad illis opitulandum curam gerere: illorum enim patientiam ad tempus probat. Poſtquam ita loquutus eſt, ſubjicit, eos, qui laborarunt, & qui bona aliqua poſſident, non poſſe frui ſuis bonis. *Is*, inquit, *qui oleum expreſſit intra ſuos parietes*, *qui uvas in torculari calcavit, nihilominus ſitiet*. Verum eſt, hoc interdum evenire juſta aliqua Dei vindicta, ſicut videmus ea de re minas expreſſe in Lege appoſitas eſſe: Plantabis arbores, & non comedes ipſarum fructum: terram coles, & feres triticum, nec tamen meſſem facies: vineas coles, nec tamen ipſarum vinum bibes. *Deut. 28. verſ. 30, 38, 39.* Quando Dominus ita loquitur, non vult probare aut pati confuſionem in mundo: ſed contra minatur, ſe ab iis, qui bonis ſibi conceſſis non recte uſi fuerint, pœnas expetiturum. Ut ut ſit: non poſſumus ſemper oculis diſcernere, cur Deus diſſimulet & conniveat, quando hi prædantur & rapiunt, alii vero ſuis facultatibus ſpoliantur: non poſſumus, inquam, videre cauſam, cur iſta patiatur Deus: vult enim Deus nos deprimere, quo hunc honorem illi tribuamus, ut ipſum eſſe juſtum confiteamur: quin tanquam caligine quadam correpti, non poſſimus, quid ſibi velit, dijudicare. Ecce vero quo Jobus hic ſpectarit: quaſi diceret, Videmus eos, qui laborarunt,

ſane

civitate, & animam vulneratorum, etiam morientium, lamentari, Deumque non opponere ſe, aut, Deum nihil præter æquum agere: hoc enim vocabulum duobus modis poteſt accipi. Verum eſt, quoſdam exponere, Deum non accipere preces: atque hæc duo vocabula habent aliquam affinitatem: non poteſt tamen hic accipi iſtud vocabulum pro precatione: oporteret enim eſſe Thephila, & eſt Thiphla. Fateor quidem, ſi puncta id pati poſſent, expoſitionem illam aptiorem & commodiorem fore, quoniam hic mentio fit Vociferationis. Dicitur igitur, homines clamare & vociferari. Cur vero? Quia injuſte vexantur, & tamen Deus non reſpicit ipſorum preces. Sed hæc verſio etiam non minus apta eſt, Deum non opponere ſe: quamvis major pars in alium ſenſum accipiat, nempe Deum nihil iniqui agere. Ac ſane hoc vocabulum ponitur fere in tota Scriptura ſacra hac ſignificatione, pro re non bene ordinata, quæ non habet fundamentum, non habet veritatem in ſe, aut etiam inhoneſta & condemnanda eſt. Verum eſt igitur hanc ſignificationem hujus vocabuli, maxime communem & frequentem eſſe in Scriptura: ſed loci circumſtantia inſpicienda eſt. Non vult autem Jobus hic declarare, quæcunque Deus agat, ratione & æquitate fundata eſſe; verum eſt, ipſum id ita agnoſcere: ſed argumentum, quod nunc tractat, alio ſpectat, nos nimirum confuſos eſſe, quando mundi ſtatum ſpectamus. Cur? Si res in noſtra poteſtate eſſent, nemo eſt, qui non velit res aliter ordinare & conſtituere. Nobis igitur diſcendum eſt in hoc conſilio & gubernatione, quam videmus, Deum non gerere ſe ſecundum ſenſum noſtrum, quin ea ratione minime exercere ſua judicia, ut illa ſemper poſſint obſervari; & dici poſſit, Ecce Deum qui operatur. Minime: ſed potius quaſi latitat & occultat ſe Deus. En, inquam, Jobi mentem. Sic igitur nobis hic locus accipiendus eſt, Homines vociferari ex civitate, & animas eorum qui vexantur & opprimuntur, lamentari, Deumque non impedire, quominus omnia illa fiant: hoc eſt, omnia temere & confuſe ferri ſinit: & quidem ad tempus. Nam quamvis conniveat, non tamen dormit, ut declaratum eſt: ſuſpenſos tamen nos tenere debemus, nec nobis hæc regula generalis conſtituenda eſt, ut, ſtatim atque homines peccarint, Deus illos puniat, juſtitia ejus ſtatim appareat, & viſibilis ſit. Hic contrarium videmus, præſertim quum Jobus dicat, Homines clamare ex civitate, quaſi diceret, Non loquar de peccatis occultis, (multæ enim fraudes & violentiæ clam poſſunt committi,) ſed injuriæ omnino manifeſtæ cernuntur, id tota urbe notum eſt, plateæ ejus rei fama ſunt plenæ, per omnium ora ea circumfertur, tum qui ita affliguntur, clamant, ita ut multi ſint injuriæ, quæ facta eſt, teſtes: quin neceſſitas ita ſumma & extrema eſt, ut opi-

[illegible] cum nobis magnam injuriam feciſſe exiſtimamus. Animadvertentibus igitur, ejuſmodi in nobis æſtus eſſe, perturbationeſque noſtras adeo immoderatas eſſe, eo magis notanda eſt hæc doctrina, quum dicitur, Homines vociferari ex civitate, etiam eos, qui ſunt quaſi jam morti deſtinati, Deumque non impedire, quominus ita ſuſpirent & crucientur. Si id nobis mirum videatur, primum ſciamus, Deum interminatum eſſe illis, qui proximorum non fuerunt miſerti, fore ut ipſi clament, nec tamen exaudiantur. Nam dicit, Pauperes petierunt, ut illorum miſereremini: ſed quum ad vos venerunt, ut ſibi aliquid indulgeretis & condonaretis, crudeles in illos fuiſtis, ad omnes ipſorum petitiones aures ſurdas & obturatas habuiſtis: tempus veniet, quum clamabitis, nec quiſpiam erit, qui vos exaudiat.

Prov. 21. verſ. 13.

Quum audimus ejuſmodi Dei comminationem, conſiderandum eſt nobis, num ii, qui clamant & lamentantur, nunquam fuerint uſi crudelitate erga homines, & an non ſit æquum, eos à Deo puniri, gemere & ſuſpirare, nec tamen propterea quidquam opis & ſubſidii ab ipſo accipere. Quando igitur hic nobis dicitur, clamores tolli ad cœlum uſque, & eos qui vociferantur, extrema quæque pati: videamus an non illi digni ſint, qui ita tractentur, Deum vero interim juſtum judicem eſſe cognoſcamus. Cæterum ſi dici non poſſit, Deum, ut pœnas à nobis expetat, permittere ut tot adverſa patiamur; (ſicut accidit interdum, ut qui lamentantur, & opprimuntur ab aliis, omnium maxime benigni & humani fuerint, qui damno aut injuria ejuſmodi pœna digna, hoc eſt, quæ in notitiam hominum venerit, proximos non affecerint:) tunc arcana Dei admirabilia adoremus, quum nolit à nobis cauſam, cur ita agat, cognoſci. En, inquam, quomodo locum iſtum ad uſum noſtrum revocare debemus. Quare ſi affligimur, & ad Deum clamantes, non poſſimus animadvertere ipſum velle nobis opitulari, ne exiſtimemus tamen, ipſum nos oblivioni tradidiſſe, nec animum deſpondeamus. Cur? Quia ipſius providentia omnium noſtrorum ſenſuum captum ſuperat. Diſcamus igitur nos quietos continere, etiam quum ſepulcrum quaſi in oculis habebimus, ad Deum clamaverimus, illiuſque opem & auxilium adverſus miſerias noſtras imploraverimus: ſi tunc tanquam incluſus in cœlo videatur, nec manum ejus, quæ nos ſublevet, ſentiamus, nihilominus tamen ipſum ſemper invocemus, nec nos ſpes noſtra fruſtrabitur. Eſt tamen nobis ſupra omnem ſenſum humanum aſcendendum. Ideo Paulus dicit, nobis Abrahami exemplo adverſus ſpem ſperandum eſſe.

Rom. 4. verſ. 18.

Idemque nobis hoc in loco obſervandum eſt: quamdiu enim volent ſenſu ſuo ſapere homines, fieri nequit, ut in Deo ejuſque bonitate, & ſibi promiſſa ſalute conquieſcant. Cur vero? Quia Deus, ut fidem noſtram exerceat, facit interdum, ut centum mor-

tibus

Digitized by Google

quomodo nos quietos continere debemus, ut innitamur bonitati Dei, & alamus ſpem illam, quam nobis dat in ſuis promiſſionibus: quin etiam quum ad ipſum clamamus, nec is præ ſe fert velle ſe nos exaudire, in precibus noſtris nihilominus perſeveremus, & adverſus omnem ſpem ſperemus: hoc eſt, adverſus omne id, quod videre & judicare poſſumus. En quod ad locum iſtum attinet. Sequitur autem, Eos, qui male agunt, lucem fugere, & ſe occultare. Ut verbi gratia, Fur ſemper noctis tenebras quærit, & diei adventum inſtar umbræ mortis reputat: adulter & ſcortator obſervat, quando veniet veſpera, ut in ſuum lupanar ingrediatur. En igitur quomodo homines male agendo lucem oderunt. Sed quorſum iſta à Jobo dicuntur? Ut oſtendat, Deum non judicare mundum eo modo, quo dixerat Eliphaz: mens enim Eliphazi, ut vidimus, fuit, omnia hic ita ordinata eſſe, ut re ipſa poſſit animadverti, à Deo omnia regi & gubernari. Verum eſt, id à nobis poſſe animadverti, ſed non ſenſu noſtro naturali. Hic igitur fides noſtra regnet, & longius ſe animi noſtri viſus quam ad præſentia & viſibilia proferat oportet. Quid igitur hic dicit Jobus? En, inquit, homines ſeipſos condemnant, quum peccant, nec tamen à Deo, quantum quidem oculus noſter animadvertere poteſt, condemnantur: hoc eſt, Deus non ſtatim vindictam ſuam in ipſos exercet, ſed miſſos illos facit. Homines igitur coguntur ſeipſos accuſare, ſe reos peragere: condemnant ſe, & tamen Deus illis parcit. Quid hoc ſibi aliud vult? niſi quod Deus ſibi reſervat majus aliud judicium, & patitur, ut ex parte res ſint in hoc mundo confuſæ, quo ſurſum ad ipſum aſpiremus, & tempus modo eſſe, quo nos multis luctis & tentationibus exerceri oporteat, (tempus, inquam, turbarum eſſe,) ſolamque nobis verbi Dei ſpem habendam eſſe, quæ nos ſurſum erigat, intelligamus: utque non jam ſecundum ſenſum noſtrum ambulemus, aut iis, quæ modo videmus, defixi hæreamus: id enim nos ab æquo & recto in opinionum devia abripere poſſit. En in ſumma, quod Jobus hic ſpectavit. Diligenter igitur, quod dicit, notemus, nempe eos, qui male agere velint, quærere noctis tenebras, dolere ipſis, quum auroram & lucis exortum vident, idque ipſis inſtar umbræ mortis eſſe. Verum eſt, homines eo uſque impudentiæ interdum prorumpere, ut etiam in plena luce & meridie non curent male agere: & (ut eſt apud Prophetam) ſimiles ſunt ſcortis, quæ crura diducunt: pudorem diſcrimenve boni aut mali nullum habent. Dedoluerunt, ut loquitur divus Paulus: & ut Salomon loquitur, quando ad imum pervenerunt, (quod quidem eſt Dei, & omnis æquitatis contemtus,) obbruteſcunt, nec ullum amplius inter bonum & malum diſcrimen oſtendunt eſſe Legem naturæ, quæ nullo modo aboleri poteſt, eſſe denique aliquod boni & mali diſcrimen. Id vero quum videmus, concludendum eſt, Deum igitur eſſe Judicem: quis enim hominum cordibus eum ſenſum indidit, ut pudeat ipſos & pœniteat peccatorum? hoc ſponte non habent. Fugiunt autem Solis lucem, ſed judicii Dei ſplendorem potius fugere deberent. Videmus, quomodo homines ſponte ſe ſtupidos reddant, conſcientias ſuas ita conentur ſopire, quo ſenſum omnem amittant, ne amplius de Deo cogitare cogantur. Poſtquam vero id fruſtra egerunt, & conati ſunt, inviti tamen in ſeipſos deſcendere coguntur: hocque freno inhibentur, ut, conſcientia ſuggerente & urgente, apud ſe dicant, Peccavi, nec culpam meam poſſum excuſare. Quando igitur id videmus, nonne concludendum eſt, à Deo mundum judicari? Hoc enim ab ipſo proficiſcitur: homines ex ſeipſis nunquam eam mentem habeant, ut peccatorum ſenſu compungantur, & ipſorum aliqua pœnitentia ducantur: eo tamen Deus ipſos vi adigit. Quod ſi Deus ita premit conſcientias, intus tanquam ignem ardentem accendit, qui eas urit: non exiſtimamus, ipſum aliquando homines ad ſuum tribunal vocaturum, illi omnium rationem redditum; libros apertum & explicatum, (ut loquitur Daniel,) quodque nunc ob- *Dan 7.*
ſcuritate quaſi ſepultum ſit, detectum iri, ut divus *verſ. 10.*
Paulus loquitur ad Corinthios? Vel ſolus igitur *1 Cor. 4.*
hic pudor, quo afficiuntur improbi propter pec- *verſ. 5.*
catum, ad certam & minime dubiam judicii divini approbationem ſufficit. Quin ad id, quod dicit divus
Joannes, nobis veniendum eſt, Deum noſtris con- *1 Joan. 3.*
ſcientiis majorem eſſe. Quum divus Joannes ait, *verſ. 20.*
ſic unuſquiſque in ſeipſum deſcendat, non alio teſte aut adverſario, qui ipſum accuſet, opus fore: ipſum malum ſuum & vitium ſenſurum, ejuſque ſatis à ſe ipſo convictum iri: Amici mei, inquit, ſi cognoſcimus peccata noſtra, & quidem tanquam vi coacti, quid Deo fiet? Numquid illum cæcum putamus eſſe, quando nos acutum cernimus? Nonne ille noſtris conſcientiis longe plus auctoritatis habet? Sic igitur, ſi homo ſeipſum condemnat ob unum aliquod peccatum, concludendum eſt, ipſum coram Deo centum peccatorum reum peragi: ſi ob peccatum ſuum expaveſcit & terretur, quomodo horrendam Dei vindictam, quæ nobis parata eſt, ſi in peccatis perſeveremus, & obſtinati hæreamus, ferre poterit? Hæc autem doctrina de omnium maxime neceſſariis, & tamen minimum obſervatis, una eſt: nam, ut jam dixi, ſi homines vel unicam guttam rationis in ſe haberent, etiamſi ſola illa compunctione & pudore, quo ob peccatum afficiuntur, ejus admonerentur, adhuc tamen ſe nunquam manum Dei evadere poſſe convinci debeant: quoties vero videmus,

hominem

amiſimus. Ex eo igitur intelligitur, doctrinam hanc male obſeruari, nec tamen fruſtra illa perſcripta eſt: quod nimirum quum ſe excuſare, & juſtos aſſerere in omnibus peccatis ſuis conentur homines, (& quidem fruſtra,) debet unuſquiſque noſtrûm ſe excitare, ut cognoſcamus, nos peccatis noſtris fucandis nihil profecturos: id enim nobis duntaxat proderit ad vitandas hominum reprehenſiones. Si quis noctu ſcortatus, ſi furatus ſit, ſi proximum circumvenerit, aut oſtium clauſerit ad proditionem aliquam & perfidiam texendam: verum eſt, ipſum non condemnatum iri ab hominibus, quum ipſius flagitium non palam innoteſcet, ſed numquid Dei præſentiam fugere poterit?

Hebr. 4. verſ. 2. Cæterum diligenter notemus id, quod docet Apoſtolus, verbum Dei eam vim habere, ut ſit inſtar gladii acuti & ancipitis, ad oſſa & medullas uſque penetrare, nihil illi occultum eſſe, Deum examinare cogitationes & affectus noſtros, quando vult verbum ſuum nobis annunciari. Adjiciamus etiam doctrinam, *1 Theſſ. 5. verſ. 5.* quam divus Paulus nobis ſuggerit, quum illuceſcat nobis Euangelium, non amplius noctis, ſed lucis filios eſſe. Qui verbum Dei non habent, ſecum præclare agi putant, ſi peccatum ſuum ſepeliatur, & in hominum memoria non obverſetur. Sed quid? Deus nobis prælucet verbo ſuo, ita ut noctu diem habeamus, *Eſa. 60. v. 19, 20. Apoc. 21. verſ. 23. & 22: 5.* ſicut dictum eſt, fore ut Sol non amplius luceat die ſuper Eccleſiam, nec Luna nocte: ſed Dominus nobis ſit in lucem perpetuam. Verum eſt, hunc ordinem naturæ perpetuò in ſuo ſtatu manere: ſed interim eat cubitum aliquis, cubiculum clauſerit, ita ſit abditus, ut quid dicat, faciatve, neſciatur: habet tamen doctrinam illam Euangelii, quæ ipſi prælucet, nec poteſt ſibi à Deo datam cognitionem extinguere. Ac ſane quamvis contemtores & profani homines in id incumbant, ut videas hodie nonnullos tanquam feras immanes, hoc unum agere, ut omnem religionem ex animis hominum evellant: hanc tamen lampadem illic accenſam ſemper præfert Dominus, ex qua ſuam condemnationem intelligunt. Quum itaque nobis Deus doctrinam Euangelii communicarit, nec poſſimus eam lucem extinguere: nobis attendamus, & intelligamus, quum fures, ſcortatores & alii malefici quærunt latebras, eos nobis oſtendere, quomodo ambulare debeamus, quum Deus nobiſcum ſit, ipſi præſentes ſimus, & ipſe ſe præſentem exhibeat, ut vel Pater, vel Judex noſter ſit. Diſcamus igitur illi univerſam vitam noſtram conſecrare: & cum videamus eos, qui maleficia ſua volunt tegere, lucem non minus quam umbram mortis fugere, nocte adventante plurimum lætari: utamur luce, quæ nobis cœlitus data eſt, ne in media via erremus, & in devia abducamur, quum Dominus nos vocet, nobiſque manum, ut nos ad ſe alliciat, porrigat. En igitur, quomodo cum fructu nos decet uti gratia nobis conceſſa, quando Deus facit, ut per Euangelium nohabeat, ſi animadvertitur, homines nolle guſtare Euangelium, nolle ipſum amplecti, ſed potius adverſus ipſum furere & inſanire, num mirum aut abſonum id videri debet? Minime: videmus enim, fures, homicidas, ſcortatores, & alios maleficos libenter Solem, ne amplius luceat in mundo, excæcaturos. Lux autem Euangelii, ut oſtendimus, longe major eſt: neque enim duntaxat inſervit ad prælucendum oculis noſtris, & extrinſecus nobis viam commonſtrandam: ſed in cogitationes uſque abditiſſimas penetrat, & quod in intimis cordis penetralibus abditum eſt, examinat. En igitur, cur improbi ad hanc doctrinam accedere, eique ſe ſubjicere nullo modo velint: nos vero, ut diximus, contrario plane modo affectos eſſe oportet. Ad naturæ igitur ordinem quod attinet, ſi Deus Solem jubeat lucere, ſciamus, illum id eo facere, ut unuſquiſque bono & officio ſuo ſe applicet. Ecce unum notandum. Poſtea quum ſecundum vocationem & conditionem noſtram ambulaverimus, & unuſquiſque, die lucente, Deo & proximis inſervierit, ſciamus, nobis noctem tenebrarum loco non debere eſſe, ut ad male agendum licentiam ſumamus. Cur? Quia hæc lux verbi Dei nunquam extinguitur, uti jam à nobis declaratum eſt. Die igitur & nocte ſimus filii lucis, evigilemus & illuminemur, ut loquitur Paulus: ne, inquam, ſomno & veterno *Epheſ. 5. verſ. 8.* ſopiti blandiamur nobis in vitiis noſtris, nec putemus *Theſſ. 2: 5.* nos coram Deo innocentes eſſe: ſed potius unuſquiſque ſe ſollicitet, ne amplius ebrii ſimus animo, ita ut nos mali nullus pudor afficiat, ſed ſimus ſobrii non ſolum in cibo & potu, ſed in omnibus noſtris deſideriis & cupiditatibus, freno contracto, nos cohibeamus, ut poſſimus ſuperfluas cupiditates, quæ nos ad malum ſollicitant, reſecare. En quod nobis in ſumma ex hoc loco diſcendum eſt. Ad extremum autem Jobus adjicit, Improbos aquis velociores eſſe, & effluere: interim ad ſepulcrum pergere. *Quomodo terra ſicca*, inquit, *& calor Solis nives & humiditatem, quæ in ipſis eſt, abſorbent, ita ſepulcrum deglutit improbos.* Jobus videatur hic velle oſtendere, Deum omnia maleficia, quæ in mundo committuntur, punire: & in eo cum Eliphazo conſentiat: ſed ſcopus ejus omnino diverſus eſt: vult enim in ſumma oſtendere, improbos ita perire, ut non poſſit animadverti inſigniter in eos, manum Dei explicatam fuiſſe, ut dici poſſit: Ecce iſtum, quem Deus punit, quoniam ſceleſtam & improbam vitam egit. Sed contra, quoniam improbi inſtar aquæ effluunt, perit quoque ipſorum memoria. Deſcendunt quidem in ſepulcrum, ſed & boni quoque. Sic igitur videmus Jobum hic concludere, Deum non exercere juſtitiam ad punienda peccata hominum, ut illa ſemper poſſit animadverti. Interim revocemus in memoriam, quod jam ſuperius dictum eſt, Jobum hic non blaſphemare adverſus Deum, ita ut ſibi perſuadeat, nullam

Digitized by Google

probos, ſed eos ſinere viam ſuam ſolitam ſequi: poſtea quum moriuntur, nihil in illis cerni, quod non ſit omnibus hominibus commune & univerſale. Non tamen propterea nobis exiſtimandum eſt, illos evaſiſſe, aut impunitos ſemper fore: ſed ſpectemus judicium illud, quod exſpectamus, & nobis in Scriptura ſacra promiſſum eſt: quin ſciamus, Dominum eo nos revocare, quando judicia ſua perfecta & abſoluta omnibus ſuis numeris non edit, ſed ex parte duntaxat, ut ſint ſigna & documenta, ex quibus res nondum plene inſtauratas, & integro ſtatui reſtitutas, intelligamus, quo ardentius adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & majore ſtudio ipſum, utpote Redemtorem noſtrum, exſpectemus. En igitur, quomodo nobis agendum eſt, quum videmus nunc Tyrannos dominari, innocentem ſanguinem effundi, ſcortationes & alia flagitia, injurias, contumelias & violentias paſſim graſſari, pauperes pedibus conculcari & opprimi, omnia denique ita mixta & confuſa eſſe, ut quid dicamus, non habeamus, ita apud nos reputemus, Eſto, Domine, ſi omnia ut cuperemus eſſent conſtituta, nulla amplius nos adventus Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec reſurrectionis promiſſæ, nec regni cœleſtis ſpes teneret: nobis jam tanquam in paradiſo collocati videremur: ſed quum locus eſt à nobis ad uſum revocandus: ut nimirum nos condemnare, quando nos coram Deo ſiſtimus, diſcamus, & ad ipſum accedamus, prout in gratiam & miſericordiam ſe recepturum pollicitus eſt omnes eos, qui ſibi in ſuis peccatis diſplicebunt, & qui nihil aliud quærent, quam gratiam, quæ nobis ſingulis diebus in Domino noſtro Jeſu Chriſto offertur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut ea pœnitentia nos afficiat, ut malum, quod in nobis eſt, apprehendamus, ut in eo remedium quæramus, & ejus juſtitiæ adhæreamus: tum ut illi nos ita ad ſe convertere libeat, ut, pro eo, quod nos alioquin in vitiis noſtris aleremus, & malis cupiditatibus; nihil aliud quam nos ſanctæ ejus Legi & mandatis ſubjicere quæramus: & cognoſcentes, quantopere opus habeamus ſanari & liberari à morbis ſpiritualibus; medicinam, ubi eam poſſumus invenire, hoc eſt, in Domino noſtro Jeſu Chriſto quæramus: ut renovati Sancto ejus Spiritu, recta, quo nos bonus Deus invitat, tendamus, donec is nos plene ſua juſtitia induerit, quum in via ſalutis, quam modo nobis in verbo ſuo oſtendit, perſeveraverimus. Nec nobis ſolis hanc gratiam largiatur, &c.

CONCIO NONAGESIMA TERTIA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXIV.

19. Ut terra ſicca & calor ſorbent aquas nivis, idem ſunt peccatores ſepulcro.

20. Homo amabilis ipſum oblivioni tradet, vermes ex ipſo dulcedinem decerpent: nulla amplius erit ipſius memoria: improbus inſtar arboris conteretur.

21. Affligit mulierem ſterilem, quæ non parit, nec viduam ſublevat.

22. Trahit ad ſe robuſtum, ita ut vitæ ſuæ diffidat.

23. Omnia illi ita dantur, ut ſit ſecurus & quietus, oculi tamen ejus obſervant vias illorum.

24. Poſtquam ad exiguum tempus in altum ſunt evecti, rapiuntur, (aut moriuntur,) attenuantur, inſtar turrium concluduntur, inſtar cacuminis ſpicarum præciduntur.

25. Quis me mendacii convincet, ſi ita res ſe non habet, & quis ſermones meas redarguet?

Ut ex hac doctrina fructum & utilitatem capiamus, debemus ejus, quod ſuperius declaratum fuit, meminiſſe, hæc nimirum nobis commemorari, ne, ſi multa in hoc mundo confuſa & perturbata videamus, ſupra modum doleamus aut perturbemur: ſi enim in hoc mundo ſtatum perfectum vellemus habere, quid ſpe noſtra fieret? Patienter igitur confuſiones, quibus Deus nos vult exercere & deprimere, feramus oportet: interim quæramus verum remedium, animadvertentes,

res

[illegible]. Quando itaque non videmus à Deo puniri improbos, eoſque qui tot maleficia & crudelitates exercuerunt: videtur Deus quaſi dormire in cœlo, infirmi & ignorantes offenduntur, quaſi is non inſpiceret mundum, non conſtitueret omnia ad nos regendos, bonos tuendos, & reprimendos eos, qui ita ſe ad omne ſcelus & flagitium projiciunt. Sed, uti jam oſtendimus, mens Jobi eſt admonere nos, ut Dei arcana judicia adoremus: ſcientes, quod ſi rationem & cauſam operum ejus non comprehendimus, non eſſe tamen nobis adverſus ipſum blaſphemandum, nec faſtidiendum: ſed quiete exſpectandum donec Deus, & quidem tempore opportuno, ſe patefaciat. Non eſt noſtrum ipſi diem ſuum præſcribere, exſpectemus oportet, ſcientes eum in hac vita judicia ſua perfecte non exequi, ut diſcamus fidem & ſpem noſtram ultra hunc modum proferre. Sed & ſenſus conveniet, quando ad alium finem hæc ſimilitudo applicabitur: *Quomodo terra arida & calor bibunt aquas nivis, ſic improbi peccant ad ſepulcrum uſque.* Quaſi Jobus diceret, Male agendo ita aſſueti ſunt, ut prorſus malo dedita ſit ipſorum natura, ſicut etiam fertur vulgato proverbio, quum homines ad bonum, vel malum, habitum aliquem contraxerunt, conſuetudinem ipſorum in naturam tranſire: cum enim rei illius, ad quam ſe applicarunt, uſum adepti ſunt, ut ſuſceptam conſuetudinem ultro, nec invita ſequantur natura. Jobus igitur hic vult declarare, eos, de quibus hic loquitur, non peccare impetu aut æſtu aliquo animi, ut videre eſt aliquem, qui occaſione oblata à recta via deflectat, & quamvis antea honeſte & ſine probro vitam tranſegerit: tunc tamen tanquam tempeſtate aliqua abripitur. Videre eſt igitur nonnullos, qui malum aliquod aut violentiam perpetrarint, ſed tamen in malo illo non perſeverant. Jobus ſignificat, ſe non loqui de iis, qui ita ſemel peccarunt, quique tentatione aliqua ſuperati ſunt, ſed de iis, qui in vitiis ſuis obduruerunt, eaque quaſi in ordinem naturæ transformarunt. Quemadmodum igitur Sol ea natura præditus eſt, ut nives liquefaciat, tum terra ſicca illas ebibit: ita improbi ad ſepulcrum uſque, in male agendo perſeverant, hoc eſt, ad mortem uſque. Quando hæc exempla oculis noſtris ſe offerunt, quin hac ſententia admonemur cogitare de eo, quod nimis in mundo ordinarium eſt: diſcamus ad Deum confugere, ipſumque precari, quo ejus manu inflexi, ita nos ad ipſius cultum applicemus, ut id nobis ſit tanquam à natura ingenitum. Verum eſt, bonos in ſeſe ſemper repugnantiam aliquam habituros: nunquam enim ita recte ambulant, quin ſemper aliquid difficultatis & repugnantiæ in
Gal. 5. ipſis inſit, (ſicuti perpetuus eſt carnis cum Spiritu
verſ. 17. conflictus;) ſed tamen virtus ea, quam Deus nobis in-
mirum in modum crudeles fuerunt, cum bonis viris, qui in ſimplicitate vixerunt: idem horum & illorum ſtatus, omniaque confuſa eſſe comperientur, ita ut nihil aliud poſſit dici, quam res in mundo confuſas eſſe: ita quidem, niſi longius reſpiciamus, huc nimirum, quod Deus ſibi plenam & perfectam improborum, punitionem uſque in vitam futuram reſervat, ne penitus hic defixi hæreamus, ſed in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui omnia, quæ modo ſunt confuſa, inſtauraturus eſt, oculos conjectos habeamus. Nunc vero quum vitæ noſtræ brevitatem contemplamur, quum videmus, eos, qui dediti fuerunt pauperibus ſpoliandis & diripiendis, pergere ad ſepulcrum, vermium eſcam fieri, ut hic dicitur, intelligamus, nos valde miſeros eſſe, niſi ad promiſſam immortalitatem tendamus. Jobus autem nobis hic proponit vivam vitæ humanæ & mortis imaginem: ut quam miſera ſit noſtra conditio intelligamus, niſi meliora ſperemus, quam ea quæ oculis videri poſſunt. Quid igitur profuerit, quum ſancte vixerimus, Deo ſervire & probari conati fuerimus, cum proximis ſine fraude aut injuria ulla verſati fuerimus? Nam tandem nos cum improbis in ſepulcrum colligi oportet, omnia illic confuſa eſſe, noſque putrefieri. En quæ ſit conditio hominum, ſi in ſeſe & ſua natura conſiderentur. Quænam autem hæc miſeria erit, niſi meliorem ſpem & exſpectationem habeamus? Animadvertentes igitur converſiones omnium rerum, quæ in hoc mundo fiunt, moveamur & ſollicitemur ad caput erigendum, & ſpectandam vitam cœleſtem nobis promiſſam: & quamvis ſimus tanquam miſera cadavera putrefactioni obnoxia, vivamus nihilominus hac ſpe fulti, Dominum miſſurum eum, qui nos ſemel redemit, nec paſſurus eſt, ut pretium tam carum & inæſtimabile, quod pro ſalute noſtra perſolutum eſt, pereat & irritum ſit. En igitur in quo nobis lætandum ſit, & in quo gloria omnis noſtra conſiſtat. Jobus poſtea pergit oſtendere, quomodo improbi ſine ullo metu aut reverentia Dei, nullo denique pudore, qui eos reſpectu hominum contineat, malo ſint penitus dediti: ſpeciem unam duntaxat ponit, quod mulieres ſteriles, quæ non pepererunt, opprimunt, viduas nullo modo ſublevant: ſed non dubium eſt, quin ſub una ſpecie Jobus omnes tenuis & abjectæ conditionis perſonas, quæ injuriam propulſare nequeunt, omnique ope & ſubſidio ab hominibus deſtituuntur, comprehenderit. Ait igitur, improbos impetum in ejuſmodi perſonas facere, quia eas ſibi prædam paratam eſſe ducunt. Expreſſe loquitur de mulieribus ſterilibus: nam ſi mulier liberos habeat, quamvis ſit vidua, modo liberi fungantur officio, ecce illi præſidium paratum, & ſcipionem ſenectutis, ut loquuntur: ſed ſi

mulier

Digitized by Google

ſi in latrones incidiſſet, ex illorum manibus redimere cogatur, vitæ ſuæ diffidat, cum illis paciſci cogatur: & quamvis ipſos placarit, nihil tamen proficiat. Cur? Quia poſtquam proditores & perfidi fuerunt, feræ belluæ evadunt, poſtquam pauperes & abjectos homines devorarunt, ita ut humanitatis nihil amplius in ipſis eſſe cernatur, ex illorum manibus vita, pretio dato, tanquam ab hoſte redimenda eſt: nec tamen propterea quiſquam in tuto eſt: obſervant enim illi vitam eorum, à quibus aliquid acceperunt; quumque ipſis munuſculum aliquod ad eos demulcendos & deliniendos oblatum fuerit, id ſibi inſtar tributi ordinarii pendi debere exiſtimant. Nunc igitur videmus in ſumma, quæ ſit Jobi mens: Improbos nimirum, poſtquam pauperes, qui ſe tueri non poſſunt, & auxilio hominum ſunt deſtituti, oppreſſerunt, audaciores fieri, & feras immanes evadere, ita ut nemini parcant, in divites robuſtos, eoſque qui auctoritate & dignitate pollent, impetum faciant: tum confuſio eſt extrema, ita ut hoc unum agant, ut nimirum obvium quemque violentia pluſquam belluina diripiant, nulla denique in illis humanitas, nullus pudor ſit. Hæc autem nobis proponuntur, ut, quum ejuſmodi exempla videmus, non perturbemur, ſicuti dictum eſt; ſed potius, adverſus ejuſmodi ſcandalum præmuniti, cognoſcamus, Dominum permittere interdum, ut res ita ſint involutæ & implicatæ, quo eo alacrius ad hæreditatem nobis promiſſam, ad quam vocamur, aſpiremus: hic, perinde ac ſi nobis certa quies in his locis propoſita eſſet, nidum non collocemus: ſed potius peregrini & errones in hoc mundo eſſe diſcamus: quumque hic nobis nihil firmi erit, (ſicut Paulus dicit eam eſſe conditionem Chriſtianorum, ut de loco in locum moveantur & agitentur,) ejuſmodi ſtatum ad utilitatem noſtram referamus: donec enim nos quaſi vi à mundo Dominus avulſerit, nullo modo vitæ cœleſti quærendæ dediti erimus. Et hac quidem de cauſa patitur tot eſſe mutationes, res ſuſque deque moveri, omnia temere & promiſcue ruere, ejuſmodi denique eſſe in rebus confuſionem, ut obſtupeamus, pilique nobis in capite arrigantur: hæc omnia debent nobis prodeſſe ad nos ab hoc mundo, ne in ipſo nimis defixi ſimus, avocandos. En igitur, ad quem uſum iſta omnia applicari debeant. Cæterum, ſi ii, qui nudi ſunt & inermes ab omni præſidio, multa violenter perpetiantur, cognoſcant, ſe à Deo omni ope & auxilio humano deſtitui, ut eo magis in ipſum conjiciant oculos: neque enim id nobis fortunæ tribuendum eſt, quum nemo nobis neceſſitate aliqua urgente ſubvenit. Cognoſcamus igitur, Deum nos omnibus mediis humanis ſpoliaſſe, ut in nobiſipſis dejiciamur & deprimamur, ad ipſum reſpiciamus, ipſum quæramus, ipſe denique ſolus ſit nobis por-

bis, quia nulla nobis erit excuſatio. Sic enim reputare debemus, quando ita opprimuntur aliqui, id non fortuito evenire, ſed potius illos nobis à Deo offerri. Sic quum Deus nos alicujus injuriæ, quæ pauperi infertur, teſtes conſtituit, ſi nos non opponamus, ut illi, quantum in nobis eſt, clypei loco ſimus, certum eſt, nos à Deo notari. Ei enim rei invigilat, quia data opera, ut dixi, experimentum ejus charitatis, quæ eſt in nobis, ſumere volebat. Veniamus autem nunc ad ſecundum, quod hic à Jobo declaratur. Dicitur, *Improbos* (de quibus loquitur) *trahere robuſtos poſt ſe.* Quomodo eluvies aquarum arbores evellit, domos demolitur: ſic qui à longo tempore male agendo obduruerunt, ſunt inſtar nimborum & tempeſtatum, quæ omnia, etiam ad domos & arbores uſque, evertunt. Ejus rei oculi ſunt teſtes: & utinam tot experimenta non haberemus. Nam initio famelici, & qui habendi deſiderio ardent, non audent in robuſtos, eoſque, qui ungues & uncinatos digitos habent, quibus ſe tueantur & defendant, impetum facere, ſed à parvis incipiunt. Poſtquam vero illis male agendi licentia conceſſa eſt, tum in robuſtiores ruunt. Idque non accidit ſine admirabili Dei conſilio: juſta enim merces divitibus, & iis, qui auctoritate valent, rependitur, quum ita ab improbis vexantur. Cur? Quando quiſpiam totum ſe ad male agendum dat & projicit, ſi hunc percutiat, alium diripiat, ſi aliquod aliud flagitium inſigne committat, ii, quibus bene eſt, quique habent, unde ſe tueantur, rident; verum eſt, illos ejuſmodi homines condemnare: ſed illos condemnando numquid injuriis ab ipſis illatis remedium aliquod adferre conantur? Minime. Cur vero? Id eos non attingit, ut ipſis quidem videtur: Si, inquiunt, me impeteret, oſtenderem illi me dentes habere. En quomodo, qui valent auctoritate, divites ſunt, & omni præſidii genere inſtructi, ita ut nemo poſſit illos tangere, loqui ſunt ſoliti. Interim tamen ecce pauperes, qui ad ſummum proculcantur. Quum nebulones illi, quibus omnia permiſſa, omniſque licentia conceſſa fuerit, vident ſe non coërceri, irruunt in potentiſſimos quoſque. Quis vero permittit? Nonne putamus, Deum id omne diſponere? Si enim aliquid in nobis humanitatis fuiſſet, nonne debuerat nos pauperum aliqua commiſeratio tangere, quum vidimus ipſos opprimi, eo ut injuriæ ipſis illatæ nos pro virili opponeremus? Atqui nihil ejus agimus: quumque pauper aliquis vexatur & injuria afficitur, non curæ eſt nobis malum reprimere, ſed potius ipſi laxamus habenas, quum improbis profundendæ nequitiæ & audaciæ ſuæ occaſionem præbemus. Nonne æquum eſt poſtea nos ab ipſis laceſſi, Deumque etiam permittere & conſtituere, ut malum in capita noſtra relabatur. En igitur locum

notatu

vis & contemtus inferendi licentiam habuerunt, tandem ſe magnis etiam & nobilibus formidabiles reddant: & quidem hoc pacto Deus vult admonere illos, qui habent facultatem pauperibus opitulandi, ipſoſque tuendi & defendendi, quum illis injuria infertur, quod ſi non ſe opponant, futurum ſit, ut laceſſantur & impetantur: hoc eſt, præſtent ipſimet culpam à ſe deſerti & deſtituti pauperis, ut diripiantur, oculi ipſis, prout ſunt meriti, eruantur: tum Deus illis ejuſmodi retributionem mittendo glorificabitur. Verum eſt, confuſionem magis ac magis augeri, ſed tamen fideles in eo arcana Dei judicia, & quæ ſunt ſupra captum judicii humani, poſſunt intueri, quod Deus ipſis verbo ſuo præluceat. Ecce vero, quomodo nobis ſit agnoſcendum, nos omnis confuſionis, quæ in mundo viget, cauſam eſſe. Novimus conqueri & expoſtulare, ſi res non procedant ex animi noſtri voto & ſententia: ſtatim, Heu, vociferabimur, & ad arma conclamabimus, quin ad Deum ipſum accuſandum ſtatim parati erimus: & interim non animadvertimus, culpam à nobis proficiſci, noſque ejuſmodi mali reos eſſe: ſi enim unuſquiſque vitia & iniquitates reprimere conaretur, quumque malum aliquod ſe offert, unuſquiſque operam & ſtudium ſuum conferret ad ipſum propulſandum: certum eſt, Deum ejuſmodi ſtudio & deſiderio benedicturum, noſque ordinem optandum inter nos, gaudiique materiam habituros. Sed quid? Pro eo quod unuſquiſque malo remedium adferre debeat, nemo eſt, qui non lignum aliquod adferat ad ignem accendendum, aut ſit ipſemet fomes. En quomodo agimus. Mirumne igitur videri debet, ſi res ita ſunt mixtæ & confuſæ, ut neque fundum, neque ripa, ut vulgo dicitur, in ipſis appareat, ſint denique tanquam abyſſus quidam? Nam, ut dixi, igni accenſo lignum addere nunquam ceſſamus. Sibi igitur divites, & ii, qui auctoritate valent, & in dignitate ſunt conſtituti, attendant: quumque videbunt violentias & injurias fieri, pauperes opprimi, manum ipſis porrigant, illiſque opitulari conentur. Quod ſi hæc admonitio ad divites, & eos, qui præditi ſunt facultate pauperibus opitulandi, pertinet, quanto plus pertineat ad eos, qui gladium juſtitiæ in manu geſtant. Si illi diſſoluti & remiſſi fuerint, digni ſint, ut malum, in quo connixerunt, in ipſorum caput recidat, & tanquam in theatro collocentur, ut ſint juſtæ Dei vindictæ ſpectaculum. Eo vero magis id, quod hic nobis proponitur, debent notare. En igitur quem ad finem hoc loco contenta doctrina nobis ſit referenda. Interim valde notanda ſunt nobis vocabula, quibus hoc loco utitur Jobus: neque enim de nihilo eſt, quod dicit cogi homines quaſi pretio redemtionis perſoluto ſe de iſtorum improborum manibus redimere, quum illi vigent, ejuſmodique ipſis hoc tanquam ſpeculo oſtenditur nobis, quanti referat, malo, in loco & tempore, non mederi, & malas herbas ita ſinere creſcere, ut in altum radicibus firmis fundatæ ſe proferant. Fruſtra enim illas poſtea, ſi mature non extraxeris, avellere coneris. Videmus igitur, quæ ſit mali natura: quin Deus juſto ſuo judicio facit, ut animus deficiat eos, qui malo facile mederi poterant, ita ut quaſi fractis brachiis, vigoris & magnitudinis animi expertes jaceant, & diffluant. Cur vero? Ut dixi, juſtæ ſunt pœnæ, quas Deus expetit, de diſſoluta illa negligentia, qua utuntur homines, quum non funguntur officio ad coërcendum & reprimendum malum ſtatim ab initio. Quum enim animadvertitur, pauperes & abjectæ conditionis homines vexari, crudelitate aut violentia aliqua opprimi, ſi ei malo remedium non adferatur, ipſum ita invaleſcere & corroborari oportet, ut qui vellent, & potuerunt etiam reipſa, non poſſint poſtea manum ad ipſum reprimendum admovere, eo quod Dominus illos ea gratia & honore non dignatur. Sedulo igitur & ſerio nobis attendamus. Cæterum agnoſcamus, quanta ſit ea miſeria, quum homines non conquieſcunt in Deo, nec didicerunt in ipſum omnes ſuas ſollicitudines, quo ejus protectioni nitantur, exonerare. Cur vero? Quod enim hic nobis à Jobo deſcribitur, ſolenne eſt inter homines, ut in Deo non confidant: Si videmus improbos regnare, quid conſilii inimus? Danda eſt nobis opera, ut illis benevolis utamur: interim vero non conſideramus, nos hoc pacto malum alere, hoc eſt, illis eo plus audaciæ addere. Perinde enim eſt, atque ſi furioſo, qui obvium quemque velit trucidare, hic enſem in manum tradat, ille lapides ſuppeditet, alius aliud quidpiam ſuggerat, quo virulentum ejus animum magis inflammet: idem faciunt, qui ſic improbos, quum illos auctoritate valere animadvertunt, deliniunt: hic munus offeret, quo illos corrumpat, & ad juſtitiæ nundinationem adigat: alius ſe ratione aliqua ſubtili in ipſorum gratiam & familiaritatem inſinuabit: id vero eo magis illorum rabiem acuit & inflammat. Si enim antea dubitatione aliqua inhibebantur, tunc concludunt ſibi omnia fore licita, non amplius timendum eſſe, ſe omnibus terrori eſſe. Inquiunt enim, Iſte tandem ſupplex ad me acceſſit: alii quoque ſe meo nutui & arbitrio ſubmittant oportebit, ego illos pro arbitrio tractabo, & mihi ſupplices reddam. En quomodo improbi eo majorem audaciam concipiunt, quum homines ita illos deliniunt & palpant. Sic tamen ſemper ſecundum homines fieri ſolet: quum enim Deum non reſpicimus, nos timere, perpetuoque dubio & ancipiti animo eſſe, oportet, ut dicamus, Neceſſe eſt mihi ab iſto caveam, video, me in illius poteſtate futurum: nunc vero quid agam?

 Si

Digitized by Google

appropinquat, & quamvis non tam ſtatim ipſum animadvertamus, nos tamen in cuſtodia ſua habet, & tuetur. Poſſimus igitur audacter & libere improbis inſultare, & omnem ipſorum audaciam pedibus proculcare, Deum invigilare noſtræ ſaluti ſcientes, noſque ex ipſorum ore, manibus & dentibus ſervaturum. En quod conſilium nobis ſit amplectendum, quum videmus nos viam tritam & ſolitam hominibus ſequendo, non poſſe niſi ad malum nos applicare, & in eo cum aliis conſpirare: protectionem itaque Dei intueamur oportet, quæ quidem nobis modo ſecundum ſenſum noſtrum eſt abſcondita: ſed tam certum, tam firmum & validum de ipſa habemus teſtimonium in Scriptura ſacra, ut nullo modo nobis in dubium revocanda ſit. Ut ut ſit, caveamus, ne ſic nos viis & mediis illicitis redimamus: in eo enim diffidentiam & incredulitatem noſtram oſtendimus, tum, quantum in nobis eſt, mali ipſius rei ſumus, quum ipſum fovemus. Quum itaque quiſpiam improbis aſſentatur, illorum auctoritatem & potentiam auget, ſe ex illorum manibus pretio redimit, quid agit? Primum, ut dixi, oſtendit, ſe non confidere in Deo: ſi enim poſſemus in promiſſionibus Dei conquieſcere, certum eſt, nos nunquam media obliqua tentaturos, tum illud ſemper conſideraturos: Hoccine mihi Deus permittit? Numquid prohibuit? ſi prohibuit, non eſt igitur ulterius pergendum. Omnes igitur qui conantur improborum favorem muneribus, largitionibus, & ejuſmodi artibus ſibi adjungere, certum eſt, vere incredulos eſſe, id enim ſatis probant: ſed tandem mercedem ſuam accipiant oportebit, eo quod Deum, ſicut debuerunt, non honorarunt, ſed improbis ſe ſocios adjunxerunt, quatenus ipſos in ſuis iniquitatibus aluerunt: nam perinde eſt, acſi cum ipſis ad omnem ordinem pervertendum & corrumpendum conſpiraſſent: ac ſane, quantum in ipſis eſt, conſpirarunt. Diſcamus igitur, ut dixi, Deum intueri, & in ipſo confidere: tum non amplius ei miſeriæ, cujus hic meminit Jobus, erimus obnoxii, ut nimirum, quid noſtræ vitæ futurum ſit, neſciamus. Neceſſe enim eſt, ut qui improbos ſic tuentur, nec innituntur providentiæ Dei, ſemper tremant, nec unquam ſecuri & quieti ſint. Quin etiam nobis diligenter notandum eſt id, quod Jobus adjicit, quod, quando improborum gratiam muneribus, aut alia ratione illegitima voluerimus conciliare, ipſi eo magis nos obſervant. Nonne animadvertitur ipſos perfidos eſſe? ſed cum Dei timore careant, quomodo hominibus fideles eſſe poterunt? Sed potius, quomodo fieri poteſt, ut Deus non patiatur ipſos perfidia, & omni nequitiæ genere uti, quum nemo non ante tempus ſit de illis præmonitus? Quum itaque ſponte ſic ſe in retia projiciunt homines, num certum eſt, quod quamvis improbi multa erga nos violentia utantur & Dominus permittat ipſis, ut nos laceſſant, & conculcent, nihilominus illud tantum patiemur, quod nobis pati expedit, & Dominus in omnibus exitum felicem & utilem daturus eſt. En, inquam, remedium, ad quod quærendum, quum res ita confuſas in hoc mundo videmus, ſollicitari debemus. Poſtquam autem ita loquutus eſt Jobus, ſubjicit, *Ipſos ad tempus attolli, poſtea deficere, inſtar cacuminis ſpicæ ſecari, cum aliis concludi.* In ſumma oſtendit id, quod jam dixerat, nempe quod ſi non longius, quam ad vitam præſentem reſpiciamus, rerum ſtatum confuſum, ita ut dijudicari non poſſit, animadvertemus. Nam improbi ad tempus valde vigebunt: ecce illos in ſuperiori, ut dicitur, rotæ parte, ſed ſtatim deficiunt. Boni autem poterunt quoque attolli, ſed tandem etiam impingunt. Quid igitur? Id experientia animadvertimus. Sicut etiam Jobus concludit, inquiens, *Ni ita ſit, quis me mendacem reddet?* Ejuſmodi itaque experientiam videntes, diſcamus ad Deum confugere: nam ſi res præſentes duntaxat apprehendemus, certum eſt, nos non modo inſtar arundinum agitatarum, ſed feſtucarum, & paleæ vento huc illuc actæ & impulſæ fore ſimiles, denique nihil firmitatis habituros. Nobis itaque hæc prudentia habenda, ut res confuſas in mundo intueamur, & ita quidem, ut providentia Dei in animis noſtris inſculpta & impreſſa maneat. Verum eſt, nos non poſſe ipſam apprehendere ſecundum noſtrum ſenſum: oculo tamen fidei illa ſpectanda eſt, verbum Dei ſit nobis inſtar ſpeculi, Scriptura ſacra nobis ſit ſpecillorum loco, ut ultra hunc mundum reſpiciamus: & quamvis modo judicia Dei nobis ſint occulta, nihilominus dicamus, Domine, tu es juſtus, noſque ipſi ſubmittamus: utque ipſius promiſſiones ſemper intuentes ipſum nihilominus in omnibus noſtris neceſſitatibus invocemus, ſcientes, ipſum nobis ſubventurum, ſuæ bonitatis ſenſum communicaturum, ita ut quieti & ſecuri futuri ſimus, & in omnibus hujus mundi tentationibus poſſimus gloriari.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, precanteſque ipſum, ut eorum memoriam velit delere, noſque ita ad ſe revocet, ut non amplius his rebus terrenis implicemur, ſed plane ipſius juſtitiæ adhæreamus: tum ut in hoc mundo verſantes, prætereamus duntaxat tanquam peregrini, & advenæ, uſque quo ad ipſius quietem, quæ perpetua futura eſt, per medias turbas & tentationes hujus vitæ mortalis pervenerimus. Sic vero dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, agnoſcimus in nobiſipſis & confitemur, ſicut verum eſt, &c.

CON-

Digitized by Google

QUoniam tantopere dediti ſumus nobis æſtimandis, eaque ſtultitia inde promanat, quod de Deo, & ejus Majeſtate non cogitamus, optima hic & valde utilis admonitio nobis proponitur, ut, quotieſcunque ad tribuendam nobis aliquam gloriam ſollicitamur, oculos noſtros in Deum conjiciamus, & diligenter, qualis ipſe ſit, quæ ſit ejus vis & potentia, qualis juſtitia, qualis denique omnis ipſius gloria ſit, cognoſcamus. Tunc inanis noſtra loquacitas deprimetur: pro eo enim, quod ſuperbia inflati eramus, & inebriati arrogantia, ſolus Dei aſpectus ſufficiens eſt ad nos ita dejiciendos, ut ipſi in nobis confuſi futuri ſimus. En igitur, cur nunc in perſona Bildadi Spiritus Sanctus nobis hanc admonitionem proponit: nempe in Deo eſſe principatum ſummum, noſque de ipſo cogitantes, & conſpicientes ordinem, quo cœlum, & univerſum mundum diſpoſuit, terreri debere: tum ſcire, tantum abeſſe, ut quidquam habeamus, quod ſit alicujus coram ipſo pretii & æſtimationis, ut ſtellæ, quæ nobis lucent, ipſi ſint obſcuræ. Quum ita res ſe habeat, quid ſupereſt hominibus? In ſumma ſunt vermis & putrefactio. Quod ſi ſe ſupra ſtellas velint extollere, quid illud erit? Stultitia ipſorum nonne nimis magna eſt? Sic igitur videmus, ad quem finem tendant ſermones, qui hic continentur: quod nimirum, quoniam homines, inferiora iſta reſpicientes, non poſſint ſe deprimere, Deus illis cum ſua Majeſtate ob oculos ponitur, ut ſciant, non eſſe quod ſe & ſua extollant homines: quicunque enim coram Deo exaltatur, penitus deprimatur oportet. Hic vero Bildadus, ut oſtendat, quantopere à nobis Deus timeri & formidari debeat, adfert, *Ipſum pacem conſtituere in locis ſuis excelſis*, hoc eſt, ita diſponere ordinem cœlorum, ut ibi gubernatio pacata & recte ordinata conſpiciatur. Id etiam poſſit referri ad Angelos, quomodo dicimus in precatione noſtra, Voluntas tua fiat in terra, ſicut in cœlo: quod ſignificat, Deo hic male, propter rebellionem hominibus inſitam, obediri, eo quod pleni & referti ſimus multis pravis cupiditatibus, quæ ipſius juſtitiæ non poſſunt ſubjici. Sic petimus, quomodo Angeli ſunt prorſus ad Dei voluntatem compoſiti, nihil aliud quærunt, quam ipſi in omnibus & per omnia placere: ita etiam ipſi placeat nos reformare, ut nos à pravis affectibus, quibus natura noſtra impura eſt, perpurgans, faciat, ut regnum ſuum & imperium ſit hic inferius pacatum. Poſſet itaque hic locus ad id, quod illic de Angelis dicitur, referri: ſed dubium non eſt, quin Bildadus longius reſpexerit, nempe ad gubernationem illam omnem, quam in cœlorum ordine intuemur. Sic igitur, quamvis Sol ſit tanquam corpus infinitum noſtri reſpectu, ejuſque motus ita velox & præceps ſit, ut omnia obruere debere videatur: non poteſt tamen ad eam normam horologium automatum ita componi, ut ejus motum præciſe ſequatur. Idem videmus in Luna, & omnibus ſtellis: etſi enim ipſarum numerus eſt infinitus, nulla tamen eſt in illis confuſio, nihil perturbatum, ſed omnia ita bene ordinata, ut quam optime. Non igitur ſine cauſa ponit hic Bildadus, *Deum pacem in locis ſuis excelſis conſtituere.* Nec ſolum ejus regnum videmus in ipſius creaturis cœleſtibus, ſed ſuperne ita diſponit univerſum mundi ordinem, ut, quamvis res hic ſint confuſæ & valde agitentur, multæ ſint mutationes & turbæ, Deus tamen nihilominus omnia ad eum finem, quem apud ſe conſtituit & propoſuit, adducat. Verum eſt, ſi in hæc inferiora conjiciamus oculos, nos non poſſe imperium illud ita pacatum, ut nobis hic proponitur, cernere: ſed ſi providentiam Dei intueamur, certum eſt, nos in medio turbarum & converſionum mundi cogituros, Deum omnia, prout ipſi viſum eſt, gubernare. Nunc videmus, quam vim habeat illa loquutio, *Deum pacem in locis ſuis excelſis conſtituere:* hoc eſt, ipſum quaſi habenis quibuſdam continere creaturas ſuas, ut qualeſcunque animadvertantur mutationes, nihilominus omnia regat & gubernet, ut omnia ejus conſilio conſtituantur, & ex ipſius voluntate eveniant. Cum ita ſe res habeat, concludamus, æquum eſſe, ut penes ipſum potentia, principatus & terror ſit: hoc eſt, ut ipſum tanquam dominantem veneremur, vereamur illum & reformidemus, atque adeo ipſum cum omni reverentia Dominum ſummum cœli & terræ agnoſcamus. Prima autem ſpecie videatur hic ſermo ſupervacaneus, ſed quum diligenter id, quod jam tetigimus, expendemus, non ſine cauſa à Bildado gubernationem, & imperium illud, quod à Deo exercetur in univerſum mundum, hic proponi intelligemus. Nomen enim Dei ſatis in ore noſtro volitat, ſatis de ipſo verba facimus: ſed tamen ipſius Majeſtatem, ut par eſt, non concipimus, ſed eam in idolum transformamus. Verum eſt, nos non id confiteri, quin horrori ducamus id facere: Deo tamen vim & potentiam illi debitam, & quam in ipſo nos agnoſcere par eſt, non attribuimus. De ipſius enim Majeſtate, tanquam de re aliqua vulgari loquimur, nomen ejus in ore noſtro, tanquam per contemtum circumfertur, de eo tanquam per ludibrium, ut plurimum verba facimus: notum eſt, homines ita vulgo profanos eſſe, ut nihil ſupra; quumque, quando mentio facienda eſt nominis Dei, omne genu flecti, & omnes creaturæ tremere debeant, ea audacia præditi ſumus, ut nullam ipſi reverentiam nec humilitatem exhibeamus. Denique homines non agnoſcunt Majeſtatem Dei, nec ejus vim apprehendunt, ut ſe ipſi ſubmittant & ſubjiciant, ſicut par eſt. Opus igi-

Eſa. 45. verſ. 23. Rom. 14. verſ. 11. Phil. 2. verſ. 10.

cere & exequi conſilium ſuum: quum, inquam, iſta audimus, diſcamus non amplius eo veterno & ſopore opprimi, ut Deus nobis ludus ſit, ſicut vulgo eſt, ſed coram ipſius Majeſtate tremamus: in primis vero eam concluſionem, quæ hic ponitur, teneamus, nempe penes ipſum ſummum principatum & timorem eſſe: hoc eſt, nos non ſolum ipſi ſubditos eſſe, ſed cum omni timore coram ipſo tremere, illum denique ita reformidare debere, ut eam ſtultam aut potius inſanam audaciam non habeamus, qua adverſus ipſum inſurgamus, ea, quæ facit, obloquendo carpamus & inſectemur, quaſi eſſet in ipſius operibus aliquid reprehendendum. En igitur, quomodo hic omnibus hominibus os occluditur, ut maledicta ſua arrogantia ſpoliati, diſcant coram Deo tremere, & agnoſcere, ſe illi omnem honorem & reverentiam debere: ideo Bildadus adjicit, *Nullum eſſe turmarum ipſius numerum: & cui non luceat ipſius lux?* inquit. Quum dicit nullum eſſe turmarum ipſius numerum, eo ſignificat, oportere homines pluſquam furioſos eſſe, quando ſic adverſus Deum inſurgunt, & illi bellum inferre parant. Verum eſt, ipſos id non faſſuros eſſe: interim tamen fieri non poteſt, ut Deo obloquamur, adverſus ipſius judicia indignemur, aut denique ea, quæ facit, moleſte feramus, quin illi bellum inferamus. Cur vero? Qua enim in re conſiſtit imperium & dominatus, quem in nos obtinet? Quando non ſolum ejus vim & potentiam, ſed etiam bonitatem & ſapientiam infinitam, miſericordiam & ipſius juſtitiam agnoſcimus, quum id agimus, nos ipſum glorificamus. Quando igitur cauſam & rationem non inveniunt homines in iis, quæ Deus agit, quando ipſum crudelitatis inſimulant, aut impatientia indignantur adverſus ipſum, aut ob ea, quæ facit, offenduntur: minime dubium eſt, quin eum gloria ſua divina ſpoliare conentur: id vero fieri non poteſt, quin adverſus ipſum prælientur. Sic, quum Deum in ſua juſtitia, bonitate, potentia, ſapientia infinita non glorificamus, perinde eſt, ac ſi ipſi bellum denunciaremus, & adverſus eum inſurgeremus. Cui vero bellum inferre parat homo mortalis? Hic dicitur, *Dei turmas innumerabiles eſſe.* Ecce omnes Angelos Paradiſi armatos ad tuendum honorem ejus, qui ipſos formavit & creavit: omnes præterea creaturæ diſpoſitæ ſunt, & inſtructæ ad vindicandam ipſius Majeſtatem, quæ ſic à nobis, qui nihil aliud ſumus quam vermis & putrefactio, impetitur. Notemus igitur diligenter, quorſum hic mentio fiat turmarum & exercituum Dei: ut nimirum ſciamus, quod, quotieſcunque ſibi ſumunt homines, ut Deo obloquantur, & in ejus juſtitiam blaſphemias evomant, totidem habeant hoſtes capitales, quot ſunt in cœlo Angeli, neceſſe eſt: ſcimus autem, ipſorum

nos conſolandos inſerviat, ut ſimus certi, Deum nobis in neceſſitate ſubventurum, & habere etiam, unde ſubveniat. Sed quomodo fideles, qui Deo innituntur, ſe ipſi cum omni humilitate ſubmittunt, ab Angelorum multitudine cuſtodiuntur: ita omnes eos, qui adverſus Deum inſurgunt, omnes ſuperbos, omnes rebelles ea terreri oportet, & cognoſcere, quod, quum ſic Deum ipſum petunt, ſibi res eſt cum multis hoſtibus, vis omnis illa, qua Angeli præditi ſunt, ſe in ipſos convertet, ad ipſos opprimendos, creaturæ denique omnes præſto erunt, ad ejus, cujus vi & potentia ſubſiſtunt, gloriam tuendam. Sic retineamus diligenter vocabulum hoc, quum dicitur, *Turmas Dei eſſe innumerabiles?* tum cognoſcamus, fruſtra adverſus nos homines conſpiraturos: nam etiamſi omnes ſuas copias & exercitus collegerint, non tamen prævalebunt. Deus ſemper illis potentior erit. Ne igitur amplius imponamus nobis, quum nos magno & numeroſo comitatu ſtipari, eorumque, qui nobis ſimiles ſunt, magnam eſſe multitudinem animadvertemus. Cur vero? Manu Dei & ejus vi ad momentum temporis poterimus confundi. Præterea, quum, licet ipſe ſolus ad noſtram ſalutem aut exitium ſufficiat, nihilominus habeat exercitus ſuos paratos, tanquam inſtructas copias, nobis incomprehenſibiles, quæ in nos, quando ipſi videbitur, impetum facient: timeamus igitur, & diſcamus, ut dixi, non ſuperbire, quum mundum à noſtris partibus ſtare, & præſto eſſe hominum ingentem multitudinem ad nos tuendos, videbimus: illud nihil proderit nobis, quum tanta ſit Dei vis, quanta nobis hic proponitur. Ex eo autem intelligitur, quam cæca ſit hominum incredulitas: optio enim nobis datur, ut Angeli Paradiſi nos cuſtodiant, nobis excubent, ſintque ſalutis noſtræ miniſtri, aut adverſarii noſtri & hoſtes capitales ſint. Ecce Deum, qui adverſus nos ea bonitate & gratia utitur, ut ad nobis miniſtrandum Angelos ſuos mittat, ut lo-
quitur Scriptura, vult nos ipſorum præſidio muniri Pſal. 34.
& cingi, pariterque pronunciat ipſos eſſe virtutes, verſ. 8.
non ſecus quam ſi ipſe ſupra nos manum ſuam expor- Pſal. 91.
rigeret, ad nos protegendos. Quid igitur in cauſa eſt, v. 11, 12.
quod ab Angelis non deducimur, & ab ipſis adver- Hebr. 1.
ſus omnia adverſa non ſervamur? Non permittitur verſ. 14.
optioni noſtræ ejuſmodi bonum, quod nobis ultro offertur, supereſt duntaxat, ut ipſum accipiamus. Sed quid agimus? Tantum abeſt, ut ejuſmodi bonum, quod Deus nobis offert, accipiamus, ut ejus Majeſtatem deteſtantes, Angelos ipſos ad noſtrum exitium & confuſionem provocemus. Nonne igitur nos valde dementatos, & à Satana quaſi faſcinatos eſſe oportet, quando Angelos pro adverſariis, quam adminiſtris ſalutis noſtræ malumus habere: quum ipſi ad nos quaſi manu deducendos, modo ſimus

membra

arborum aut fructuum terræ vita. Cur? Intelligentia & ratione prædìti ſumus. Sic igitur Dei lux ſuper homines lucet: quumque Deo ita obſtricti ſimus, nonne eo magis rei ſumus, ſi lucem illam extinguimus? Su-
Actor. 17. mus ſane: illud enim, quod dicit D. Paulus in Actis,
v. 27, 28. tenendum eſt, quod etſi cæcorum more palpantes incederemus, nihilominus tamen gloria Dei ſe nobis ſenſibilem redderet. Cur? quoniam ipſe habitat in nobis, nec longius quærendus eſt, in ipſo vivimus, in ipſo motum, vim & eſſe habemus. En igitur, quomodo vulgo hic locus exponitur: Deum nimirum, quum nos ſuæ lucis participes fecerit, nos ita ſibi obſtrinxiſſe, ut pluſquam ingrati ſimus, ſi conamur ejus gloriam abolere, nec ipſi debitum honorem reddimus. Cur vero? Quoniam non poteſt ſe movere homo, quin Deum in ſe habitantem ſentiat: ab ipſo vitam habemus: illi etiam gratias agere tenemur, quod nos potius creaturas rationabiles, quam belluas effecerit. Cur enim præſtamus bobus & aſinis, niſi quia Deo viſum eſt nos anteferre illis? Sic igitur lux illa Dei, qua nobis illuceſcit, tantundem nobis materiæ & argumenti eſt, ad gloriam ipſius exaltandam, noſque ipſius manui ſubjiciendos. Ecce ſenſum hujus loci, qui à nonnullis adfertur, & doctrinam utilem continet. Sed re diligentius expenſa, Bildadus non vult ſimpliciter ſignificare, Deum lucem ſuam ſupra nos effudiſſe, ut nobis rationem & intelligentiam communicaret: ſed oſtendit, nos non poſſe ſuam præſentiam fugere, nobis tanquam coram ipſo ambulandum eſſe, illum omnia intueri, & tanquam aſpectum ſuum in nos intentum habere. En igitur, quomodo lux Dei ſuper homines eſt effuſa: quod nimirum non poſſumus nos ab ipſius præſentia occultare. Idque conſentit cum ſermone jam habito. Nam quomodo dixerat, Deum Angelos ſuos habere, tanquam ingentes exercitus paratos & inſtructos ad ipſi miniſtrandum: ita modo adjicit, fruſtra nos omnia moliri, nec poſſe præſentiam Dei fugere. Verum eſt, nos inſtar ranarum ſaltitare: & ſperamus, nos, inſtar equorum ferocium, vinculis diruptis excurrere poſſe: ſed tandem in ordinem à Deo cogimur. Cur vero? Quia lux ejus nobis ita illuceſcit, ut eam fugere non poſſimus, perinde acſi nobis cum homine mortali res eſſet. Diſcamus itaque ſic concludere, quum ea audacia ſollicitabimur, ut nos manum Dei fugere poſſe ſperemus: Ita quidem, ſed quo ibimus? Scimus enim, vim ejus per omnia effuſam eſſe, quia aſpectus ejus eſt infinitus. Etiamſi in abyſſum uſque terræ penetraverimus, Deus nihilominus nos intuetur & notat. Ne igitur amplius ita veſani ſimus, ut adverſus Deum inſurgamus, ſcientes nos fruſtra omnia mixturos, multa aggreſſuros & conſpiraturos: id enim nihil

movere? Si enim nos judicant & damnant homines; id non faciunt privato nomine & auctoritate, ſed duntaxat judicium Dei, quodque ipſi ſoli convenit, approbant. Ecce autem Deum, qui nos intuetur: interim vero nullam ipſi reverentiam exhibemus, ejus iram adverſus nos provocare ſus deque habebimus. Quomodo id fieri poterit? Sic igitur, quum hanc doctrinam diligenter memoriæ mandaverimus, Deum nimirum lucem ſuam in omnes expanſam habere: certum eſt, id freni loco nobis futurum, quo in omni conſcientiæ puritate ambulemus, & non ſolum peccata, quæ extrinſecus hominibus apparent, ſed malum in nobis occultum, omnemque adeo hypocriſin emendemus. En in ſumma, quod nobis ex hac loquutione diſcendum & retinendum eſt. Bildadus autem ſic loquutus, ſubjicit, *Quam juſtitiam igitur ſibi attribuet homo, Dei reſpectu?* Eſt è verbo ad verbum, cum Deo. *Et qui natus eſt ex muliere, quomodo poterit ſe abſolvere?* Hæc eſt quaſi authentica quædam denunciatio & citatio ad tribunal Dei: qua nobis oſtenditur, nos valde ſtultos & veſanos eſſe, ſi nos alicujus pretii & valoris eſſe ducimus, nobiſque perſuademus, nos aliquam juſtitiam in nobis, aut virtutem, aut aliquid dignum laude habere. Latro qui in media ſylva graſſatur, nec Magiſtratum nec quidquam formidat, verum eſt, ipſum ſemper in ſe quendam pavorem geſtare: ut ſuperius vidimus, Deum hominum cordibus eum peccatorum ſenſum inſculpſiſſe, ut ſeipſos judicare & condemnare cogantur: interim tamen exultant latrones, tot homines & viatores, quot in ipſorum manus incidunt, jugulare non eſt ipſis religio. Nihilominus quum poſtea arcte conſtricti tenentur in carcere, & vident ſibi paratam mercedem, tum non amplius ea audacia & rabie, in qua obbrutuerant, tenentur. Idem etiam nobis accidit: tantiſper enim dum non cognoſcimus, à nobis Deo rationem reddendam eſſe, ipſiuſque potentiam infinitam, & principatum, quem in ſe obtinet, non apprehendimus, ea eſt in nobis arrogantia, ut facile pro nihilo nobis ſit, nos ſupra nubes magnificare & extollere: quod ſi quis à nobis juſtitiam requirat, facile eam in nobis noſtro quidem judicio comperiemus: vitia enim noſtra pro virtutibus habemus. En igitur, quomodo homines, donec eos Deus ad tribunal ſuum citarit, & tanquam vi pertraxerit, ea audacia inebriantur, ut, quales ipſi ſint, non poſſint cognoſcere. Si enim probe ſe noſſent, non jam amplius tanti ſe facerent. Ideo nunc diſerte dicit Bildadus, Homo mortalis poteritne ſe cum Deo juſtificare? Magnam vim habet hæc loquutio, nam perinde eſt ac ſi diceret, Quamdiu homines ſe inter ſe invicem conferunt, poterunt de ſuis virtutibus judicium facere, unuſquiſque

Digitized by Google

quam nos alicujus pretii & æſtimationis eſſe ducamus, opinabimur; diſcamus, inquam, nos citare ad tribunal Dei, nec exſpectemus, dum eo nos ipſe vi pertrahat, ſed unuſquiſque hoc officio erga ſe ipſum defungatur: nam ecce Dominum, qui nobis oſtendit ordinem, quem tenere debemus. Homo igitur ſemper opinabitur, ſe neſcio quid habere, propter quod ſe magni facere poſſit: ſed ut ſtultam illam opinionem corrigat, hoc ſolum ſecum reputet, Quiſnam es tu? Ut autem ſciamus, quinam ſimus, veniamus ad Deum: nunquam enim ſe homo cognoſcit, quamdiu ſe in ſeipſo duntaxat conſiderat, aut quamdiu ſe cum proximis ſuis confert: ſed tunc demum nos cognoſcere incipimus, quando oculos in cœlum tollimus, & nobis proponimus, ad tribunal ejus, qui omnia cognoſcit, nec ſimilis eſt hominum mortalium, quibus nugæ & quiſquiliæ ſatisfaciunt, & cui venditare noſtra, quæ nihili ſunt coram ipſo, licet hic illa plurimi ducantur, non poſſumus, nobis comparendum eſſe. Quum itaque omnia illa, quæ magni fiunt ab hominibus, coram Deo evaneſcere intellexerimus, tunc in ordinem nos cogere, nec tanto faſtu nos attollere diſcemus. Ideoque dicitur, *Homo*, & quidem, *qui natus eſt ex muliere, quomodo ſe poterit reſpectu Dei juſtificare?* Sed adhuc quia nihil difficilius eſt, quam homines eo adducere, ut ſe & ſua cognoſcant, penituſque vana illa ſui fiducia, quæ ipſis imponit, ſpolientur, hic Bildadus ſubjicit, Ad Lunam uſque, non lucere, tum ſtellas non eſſe puras coram Deo: quid igitur erit homo, qui nihil aliud eſt, quam vermis; & filius hominis, qui nihil aliud eſt, quam putrefactio? Verum eſt, hoc vocabulum diverſis modis exponi poſſe, nempe, Deum ad Lunam uſque non lucere: aut non tendere tabernaculum ſuum, hoc eſt, non dignari ad ipſam appropinquare: & ſtellas non eſſe puras, hoc eſt, oportere omnes creaturas, in quibus nihilominus magnus ſplendor cernitur, tanquam removeri à Deo, & nimis magnum inter illas & ipſum intervallum eſſe. Hocque diſerte dicitur, quoniam creaturæ ſupernæ, longe ſunt inferioribus excellentiores. Sed tamen, quicquid ſit, ecce Deum, tam à Luna & ſtellis remotum, ut inter ipſas & illum intervallum prope ſit infinitum. Quomodo igitur ad ipſum accedemus? Senſus autem ille valde congruit, ac ſane quomodocunque accipiatur, aut pro Lucere, aut pro Tendere tabernaculum ſuum, res eodem redit. In ſumma Bildadus vult ſignificare, ſi Dominus noſter velit ad tribunal ſuum vocare ſuas creaturas, nullum amplius in Luna ſplendorem inventum iri, ſtellas obſcuras fore, & tamen illud eſt, quod mundo prælucet: nihilominus totum illud aboleri oportebit, quum Majeſtas Dei prodibit. Eant igitur modo homines, ſibi placeant, & glorientur, omnia illa deprimi oportere, & Deum in integro permanere, nobiſque cognoſcendum eſſe, nullam eſſe nec juſtitiam, nec virtutem, nec ſapientiam alibi, quam in ipſo ſolo: reliqua omnia meram vanitatem eſſe. Sed tamen dicat aliquis, Experientia oſtendit, Solem & ſtellas non eſſe obſcuras. Ita quidem, ſed noſtri reſpectu. Præterea notandum eſt nobis, lucem, quam habeant, illas aliunde mutuari: tum eſſe tanquam parvas ſcintillas gloriæ divinæ, quam Deus in illis oſtendit. Atque ita, neque Sol, neque Luna, neque ſtellæ poſſunt de ſuo coram Deo gloriari. Contra, ſi Deus velit, neceſſe eſt lucem illam, ſicut etiam alia omnia, obſcurari: nam ſi Sol obſcurat nobis aſpectum ſtellarum, quid, quæſo, faciet lux illa infinita Dei? Nunc Bildadi mentem & ſcopum habemus. Quin etiam ad Lunam uſque, inquit, non erit lux, ſtellæ non erunt puræ coram Deo, quaſi diceret, Verum eſt, nos videre lucem effuſam per univerſum mundum, nos habere oculos noſtros, qui lucem excipiunt, & ea fruuntur, ſed tantum abeſt, ut illud ſit aliquid coram Deo, ut ſi veniamus etiam ad corpus uſque Lunæ & omnium ſtellarum cœli, omnia illa obſcura ſint & evaneſcant reſpectu gloriæ Dei. Veniamus nunc ad homines. quid ſunt? quid poſſunt? quænam ipſorum vis eſt? qua de re poſſunt gloriari? Nihil aliud ſunt, quam vermes & putrefactio: & tamen adhuc volunt ſe juſtificare? Nunc vero ſupereſt, ut hanc doctrinam ad uſum noſtrum referamus. Hic nobis oſtenditur, quod, quum coram Deo nos ſiſtimus, nihil poſſumus laude dignum adferre. Homines igitur hic declarantur vacui omni bono, tum in ipſis gutta nulla eſſe juſtitiæ oſtenditur, per quam ſe Deo venditare & commendare poſſint: ſed reos ſe debere confiteri, agnoſcentes, in ſe meram miſeriam & inopiam eſſe. Quod ſi vero hæc doctrina bene cognita eſſet hominibus, non tot nobis cum Papiſtis pugnæ eſſent & concertationes: ipſi enim liberum ſuum arbitrium magni faciunt, quaſi homines vim aliquam in ſeipſis haberent ſe ad Deum præparandi. Verum quidem eſt, ipſos confeſſuros eſſe, nos eſſe infirmos, nihilque poſſe ſine auxilio Dei, & niſi gratia Sancti ejus Spiritus dirigamur. Sed quid? Interim attribuunt hominibus neſcio quas præparationes: præterea ſunt cooperatores cum Deo, ad gratiam ipſius adjuvandam, & ad ſociatis & conjunctis operis cum ipſo operandum: denique ſunt ipſius ſocii. Ubi vero ejuſmodi fundamentum poſuerunt, hoc & illud ſibi attribuunt, ita ut toti ſint in extollendis & magnificandis hominibus propter ſuas virtutes & merita. Nam etſi ſemper confiteantur, nos opus habere, ut Deus noſtri miſereatur, ſuaque erga nos miſericordia utatur, ventum tamen in veſicam inſpirant, ut ipſam inflent: hoc eſt, imbuunt ſe doctrinis iſtis infernalibus & diaboli-

cis,

Digitized by Google

primendos, ita ut nihil amplius de nobis præſumamus: ſed nos nihil aliud quam vermes & putrefactionem, fœtorem denique eſſe, ſimus cognituri. Quid igitur ſupereſt? diſcamus, quotieſcunque de ratione & beneficiis gratias agamus, tum ejus ſolius eſſe nobis eorum, quæ adhuc ſperamus, impletionem & perfectionem dare, agnoſcamus. Nec nobis ſolis hanc gratiam largiatur, ſed &c.

CONCIO NONAGESIMA QUINTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXVI.

1. JObus reſpondens dixit,
2. Cui auxilium præbuiſti? numquid ei, qui viribus deſtitutus eſt? Numquid
brachium ſervaſti, in quo nullus vigor erat?
3. Numquid conſilium dediſti ei, qui ſapientia erat deſtitutus?
4. Cui iſtos tuos ſermones admonitionis gratia proponis, & cujus ſpiritus ex
te exivit?
5. Res mortuæ formantur ſub aquis & in locis vicinis.
6. Gurges eſt coram ipſo retectus, & perditio non habet integumentum.
7. Plagam Borealem ſuper vacuum expandit, & terra ſuper nihilum fundata eſt.

1 Tim. 2. verſ. 15. INitio hujus libri oſtendimus, virtutem, quam divus Paulus requirit in bono doctore, defuiſſe iis, qui venerant conſolandi Jobum gratia: nempe recte verbum Dei ſecare, ipſum ad verum uſum applicare, ea prudentia, ut, qui debilis eſt, confirmetur, qui angitur animo, recreetur, qui languidus & remiſſus eſt, incitetur, qui errat, in bonam viam reducatur. Verum autem eſt, amicos Jobi, ut declaratum eſt, hic doctrinam in genere, quæ bona & ſancta eſt tractare, ſed hoc illis defuit, ut nimirum ipſam recte Jobo applicarent. Notemus igitur, non ſatis eſſe, ut in genere de Deo loquamur, niſi unuſquiſque ad bonum uſum ea, quæ dicuntur, referre poſſit. Id melius intelligetur, quando textus ſigillatim & per partes exponetur. Jobus hic quærit ex Bildado, Quis fructus ex omnibus tuis ſermonibus perceptus eſt? Et primum quidem, Cui, inquit, opem tuliſti? Numquid homini debili? Servaſtine brachium viribus deſtitutum? Quaſi diceret, Bona doctrina non debet temere projici, ſed ad quem dirigitur, aptam & accommodatam inſtructionem debet adferre. Ut verbi gratia, Si videamus hominem penitus dejectum, & ita perterrefactum, ut conſolatione opus habeat, ſi adverſus ipſum fulminetur, nonne, quæſo, hoc fuerit ipſum penitus in deſperationem conjicere? Contra ſi videas hominem, qui in peccatis ſuis obduruerit, contemtor Dei ſit, qui etiam omnes admonitiones irrideat, & tamen illum demulceas, & blanda oratione tractes, nonne præſtaret te tacere, quam ludibrio erga ipſum verbum Dei exponere. Potius enim opus eſſet, quum is ita ſit obſtinatus, illum magnis ictibus dejicere, non ſecus quam ſi malleo incudem ferias. Jobus igitur oſtendit, fruſtra Bildadum de potentia Dei loquutum eſſe: neque enim apte & appoſite loquutus es, inquit: perinde ac ſi diceret, Reſpice quo in ſtatu ſim: quum ad me ſermonem tuum dirigeres, debuiſti, quid mihi nunc utile eſſet, conſiderare: debuiſti igitur prudentiam adhibere, non autem ita temere ſermones tuos in aëre ſerere. Nunc melius intelligimus, quid Jobus ſibi voluerit. Sed nobis ex hoc loco diſcendum eſt, quæ ſit verbi Dei utilitas, quando ex ipſa fructum capere novimus. Hic dicitur, ipſum debere erigere & corroborare debiles, impotentes & penitus dejectos ſtabilire & confirmare. Atque hic uſus notatur etiam ab Apoſtolo in epiſtola ad Hebræos, quando citat locum Eſaiæ, *Hebr. 12. verſ. 12.* confirmandas eſſe tibias tremulas, corroboranda brachia debilia: hoc enim attribuit Eſaïas Propheta illis, *Eſa. 35: 3.* quorum munus eſt annunciare verbum Dei. Ite, inquit, & confirmate miſeros debiles, corroborate tibias tremulas, & genua labantia. Quomodo vero? Scimus, eos, quos Deus conſtituit doctores in Eccleſia, ſermonem duntaxat habere, qui ipſorum linguæ commiſſus eſt. Ita quidem, ſed ille ſermo eam vim habet, ut poſſit debilitatem, quæ ineſt in hominibus, corrigere. Quod ſi ita tremamus, ut nullo modo poſſimus

Digitized by Google

animum addat, oſtendat, Deum ſuis non deeſſe, ut ipſum invocent, &, eo invocato, ope & auxilio ipſius fruantur, tum audacter & intrepide ambulent. Cæterum quomodo nos, qui alios docemus, ad eum ſcopum debemus tendere, idem unuſquiſque erga ſeipſum debet facere, ſicut dicit Apoſtolus: applicat *Hebr. 2. verſ. 12.* enim locum illum quibuſvis privatis, inquiens, Amici mei, Propheta Eſaïas declaravit, eos, quos Deus elegit ad annunciandum ſuum verbum, debere dare animum, vim & vigorem debilibus, eoſque in recta via collocare: attendite autem vobis: unuſquiſque enitatur, quum videt ſe aut debilem aut frigidum, diffidentia aut nimio timore impeditum, quominus Deo & proximis inſerviat: corroboretur, vigorem quærat in verbo Dei. Ne vobis in vitiis veſtris blandimini, quum in vobis infirmitatem aliquam ſentitis, ne dicite, Ego ſum infirmus; ſed cognoſcite, quales ſitis, in verbo Dei quærite remedium. Legite, & audite promiſſiones, quæ illic continentur: intelligite, quomodo Deus declaret, ſe defenſurum ſuos, & ſatis in ſuo Spiritu virium eſſe ad ipſos labantes ſuſtinendos: tale auxilium ab ipſo exſpectate, & exſpectantes ſemper ambulate in ejuſmodi fiducia. Videmus igitur, quomodo ad utilitatem noſtram referendum ſit id, quod Jobus hoc loco dicit, Bildado exprobrans, ſermones, quos in aërem effudit, ſonum duntaxat inutilem fuiſſe. Cur vero? Quia, inquit, non profuerunt ad confirmandum debilem, ad ſervandum & vindicandum ab interitu brachium, quod tanquam fractum erat. Sic diligenter notemus, nos tunc multum profeciſſe in verbo Dei, quum agiles & ad bene agendum diſpoſiti erimus, non habentes brachia fracta, aut tremula genua, ſed vigore præditi ad Deo & proximis inſerviendum, ut par eſt. En quomodo apparebit, nos in Sancti Spiritus ſchola multum profeciſſe. Sed tantiſper dum ſumus languidi & remiſſi, nec poſſumus gradum unum promovere, quin cadamus aut vacillemus, nos in ſchola cœleſti, & quidem culpa noſtra, male profeciſſe ſciamus. Certum enim eſt, verbum Dei hanc naturam & proprium habere, ut nos corroboret, ita ut non amplius ſimus debiles, & quidem niſi per nos ſtet. Qui igitur docent, ad hunc ſcopum ſemper tendant, & unuſquiſque eam prudentiam habeat, ut quando legimus Scripturam ſanctam privatim, ad concionem ſacram venimus, ſecum ſic conſideret, Age, ego ſum debilis, opus habeo novas vires colligere, neceſſe eſt igitur, ut ad remedium illud, quod verbum Dei mihi offert, accipiendum, attentum me præbeam. Denique, prout unuſquiſque morbos ſuos cognoſcit, ſibi à Deo præſcripta agere conetur, & promiſſiones ejus amplectatur, ut ipſis medeatur.

eſſe, meramque in hominibus ignorantiam eſſe, donec in ſchola Dei noſtri profecerimus. Interim ſciamus, Deum nos ducere, noſque in ipſius verbo ſapientiæ perfectionem habere, nec fruſtra hoc ipſi elogium attributum eſſe, quod aptum ſit ad erudiendos ignorantes. En cur diſerte Jobus Bildado exprobrat, quod conſilium non dederit ei, qui ſapientia erat deſtitutus: quaſi diceret, ipſum profanaſſe doctrinam, eo quod ipſam, ut debuit, prudenter non applicaſſet. Ne igitur ejuſmodi reprehenſio jure nobis competat, diſcamus ita verbo Dei uti, ut ex ipſo utilia & ſalutaria documenta capiamus, ut, ejuſmodi doctrina imbuti, non amplius ſicut miſeræ belluæ erremus & vagemur. Is quoque, cui hoc munus à Deo demandatum eſt, ut alios doceat, diligenter conſideret, homines, quidquid ſit, manu Dei & ejus ore regi oportere. Verum quidem eſt, ipſos, donec à Deo convicti fuerint ſuæ ignorantiæ, in ſeipſis ſemper gloriaturos: ideoque neceſſe eſt, ut Deus faſtum illum deprimat, ſicut etiam loquitur divus Paulus, dicens, Euangelium huic uſui debere inſer- *2 Cor. 10. verſ. 5.* vire, ut ſublimitatem omnem, quæ adverſus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum inſurgit, deprimat: juxta illud etiam quod dicit in epiſtola ad Corinthios *1 Cor. 3. verſ. 18.* priore, oportere nos ſtultos fieri, ut ſapientes in ſchola Dei evadamus. Verum eſt, id mirum & abſurdum nobis videri, ſed hæc ſunt prima noſtræ doctrinæ elementa & rudimenta, in quibus diſcendis toto vitæ noſtræ tempore debemus perſeverare. Debent igitur Miniſtri verbi Divini oſtendere hominibus, nullum in ipſis nec conſilium, nec ſapientiam eſſe, ne amplius ſuæ virtuti aut rationi fidant, nec ita arrogantes ſint, ut dicant, Scio, quomodo mihi ſit vita inſtituenda: minime, inquam, id dicant: ſed omnes ſe pro ſtultis habeant, hoc eſt, cognoſcant, in ipſis præter meram vanitatem nihil eſſe: ſi enim in nobis vel minima ſapientiæ gutta ſit, Deus non invidet nobis, ut illam nobis velit ereptam: ſed Deus vult, utilitatis noſtræ cauſa, ut humiliemur, & deprimamur ad ipſum ſolum exaltandum, noſque omnibus iis, quæ ipſe proponit, ſubjiciendos. Videmus igitur, Miniſtros Dei nunquam ædificaturos populum, niſi ab hoc initio incipiant, ut oſtendant hominibus, ipſos ſapientia penitus vacuos & deſtitutos eſſe. Neceſſe eſt quoque, ut unuſquiſque ſibi privatim hanc admonitionem applicet, ut cognoſcentes omnem prudentiam nobis deeſſe, noſque ipſa vacuos eſſe, eam nos in verbo Dei inventuros eſſe ſciamus. Quare ne dubitemus, quin abunde & perfecte doceamur, quum Deum nobis voluntatem ſuam declarare patiemur, idque ut faciat, ipſum rogabimus, parati, quæcunque nobis proponet, probare. Quum igitur ea prudentia

mus: nos nempe ea, quæ dicuntur, ad certum finem debere referre : ut quum argumentum aliquod tractamus, appoſite loquamur, ſingula ordine digeramus, ut nihil ſit confuſum & perturbatum. Ut verbi gratia, juxta id quod jam dixi, ſi volumus eos, qui dolore & ægritudine animi conficiuntur, qui conſcientiam ſuam multis turbis implicatam expedire non poſſunt, conſolari, quærendæ ſunt nobis rationes, quibus ipſos conſolemur, proponentes miſericordiam Dei, nobiſque cognoſcendus eſt morbus, ut convenientia & apta remedia poſſimus applicare. Si volumus ſuperbiam & rebellionem, quæ ineſt in hominibus, contundere: oſtendere debemus, qualis ſit vindicta Dei, ut eos invitos ſentire cogamus, eam non eſſe ludibrio habendam: is enim eſt, qui ſolo flatu & halitu omnia in abyſſum poteſt præcipitare, & , inſtar fulminis, perdere & exterminare. Si volumus ad patientiam hortari eos, qui cruciantur, nec quieto & tranquillo animo pati poſſunt afflictiones, quas Deus ipſis immittit, aut qui diffidunt, vel deſperant: argumenta ad eam rem apta & accommodata conquirenda ſunt: ſi enim multa confuſe dicantur, quid illud proderit? Illud perinde eſt, atque ſi medicus, quum quiſpiam ipſum adiit, & remedium adverſus morbum aliquem exquirit, de arte ſua in genere tractet & diſſerat, interim vero miſer ægrotus animam exhalet, qui tamen, ſi remedium promte adhibitum fuiſſet, poterat in valetudinem reſtitui : omnes vero illi ſermones quid profuerint? Si quum ad architectum aut fabrum cæmentarium ventum ſit, ut illi aliquod ædificium conſtruendum committatur, is diſſerat, quomodo arces ſint ædificandæ, & ingentia ædificia in aëre conſtruenda deſignet, & de ratione illa conſtruendi diſſerat, interim non attendat ad opus, quod in manibus habet, quid illud erit? Si item juriſconſultus ſuper lite aliqua de legibus in genere diſſerat, & ea, quæ in medium adfert, cauſæ, de qua agitur, non accommodet, idem quod ſuperiores faciat. Diligenter itaque notemus, quum verbum Dei tractamus, nobis certum aliquem ſcopum propoſitum eſſe debere, ne huc vel illuc divagemur : ſed recte ſecandum eſſe, ſciendumque, ad quem finem ſermones noſtri, ne vagi ſint & temere ferantur, tendere debeant : alioquin enim multa bona poſſumus dicere : ſed illa bona, cui bono? Id voluit hoc loco Jobus oſtendere, Bildadi temeritatem arguens, eo quod ea prudentia non fuerit præditus, ut bonam doctrinam ad uſum ſuum referret. Adjicit autem ſententiam, quæ majoris eſt ponderis, *Cui*, inquit, *iſtos ſermones proponis, & cujus ſpiritus ex te exivit?* Quum dicit, cui proponis iſtos ſermones? oſtendit, nos debere perſonarum, quibus doctrina proponitur, rationem habere. Non ſum hic mei dunmus, ut in ea neque guſtus, neque ſapor ullus futurus ſit. Cur vero? Præcipuum enim illud eſt, ut ſciamus, quid poſtulet is, qui venit, ut doceatur. Non dico, quid poſtulet ſecundum ſuum ſenſum carnalem, ſed quid illi ſit aptum, quidque poſſit ipſi prodeſſe. Nunc ea declaremus, quæ hic Jobus ponit, *Cujus ſpiritus exivit ex te?* Verum eſt, hunc locum ita expoſitum fuiſſe, quaſi diceretur, Quo ſpiritu loqueris? numquid Dei, aut hominum ſpiritu? Et hic quidem ſenſus non eſt omnino rejiciendus: nam ſane quando aliquis doctrinam ſalutis annunciat, caveat oportet, ne quidquam ex ſenſu ſuo naturali proferat, illud reputans, non eſſe, quod hic ſe homo commendet: ſed duntaxat à Spiritu Dei regi debere, & habere eam virtutem, cujus meminit D. Paulus, ut ipſum à Deo miſſum eſſe intelligatur. Illud igitur valde requiritur: ſed ſi textus ſeries conſiderabitur, potius dicendum eſt, Jobum juxta id, quod jam tetigimus, velle oſtendere, ſermones Bildadi non fuiſſe apte & appoſite propoſitos, quia ſuam animam non vivificarunt: hoc vero primarium eſt, quod debemus in verbo Dei obſervare. Jam diximus, verbum Dei ideo datum eſſe, ut doceat ignorantes, debiles corroboret, & quidem, quoniam languidos & remiſſos, frigidos & pigros hortatur, eos, qui in ſuis peccatis veterno ſopiti jacent, redarguit, eos, qui progredi nequeunt, ſtimulat, corruptos & perditos ad bonam frugem revocat, ſed hoc amplius eſt, quod mortuos vivificat. Atque hoc eſt, quod modo Jobus vult oſtendere, inquiens, *Cujus ſpiritus ex te exivit?* hoc eſt, vi ſermonum tuorum? Notemus igitur, verbum Dei, ut par eſt, tractari, quando dat nobis animum ad ambulandum, & corroborat nos in noſtris debilitatibus, ut nos agiles reddat, etiamſi fractas tibias habuerimus, quumque pro eo, quod omni vigore nudi & deſtituti eramus, fortes & robuſtos nos reddit: ſed & nobis tanquam in morte conſtitutis debet vitam communicare. Expreſſe vero id dicitur de Euangelio : ecce enim quomodo Dominus Jeſus loquitur in 5. cap. Euangelii ſecundum Joan. Tempus venit, inquit, quum vox Filii hominis audietur, non à vivis ſed à mortuis. Quinam vero ſunt illi? Nemo autem ſe ex hoc numero eximat: à quo enim initio incipit Deus doctrinam ſuam in nobis efficacem reddere? Quum revocat nos à morte ſpirituali, in qua omnes detinebamur: antequam enim Deus nos verbo ſuo illuminarit, ſumus cæci, antequam aures aperuerit, ſumus ſurdi, antequam fidem nobis dederit, nec animam nec cor habemus. Verum quidem eſt, nos vitæ aliquam ſpeciem habere: increduli bibunt & comedunt, ſicut & fideles, poſtea negotia ſua tractant, quin etiam multis præclaris virtutibus præditi eſſe videntur : ſed

Digitized by Google

mundi ingratitudo. Quam pauci reperiuntur, qui ſe ex mortuis excitari, & vivificari patiantur? Hoc bonum Deus nobis offert, quando vult verbum ſuum omnibus annunciari, & publicari. En igitur vitam, quæ nobis offertur: & tamen ipſam rejicimus, hoc eſt, animadvertitur, majorem hominum partem ab ea ſe quam longiſſime removere, & tantum & tale bonum, quo poterat frui, repudiare. Nonne hæc nimis turpis & infamis eſt ingratitudo? Nonne homines valde dementatos eſſe oportet? Animadvertitur tamen, quam pauci ſe Euangelio ſubjiciant, & aures accommodent: ſed hominum major pars aut blaſphemant adverſus ipſum, aut irrident, aut calumniantur, aut adverſus Deum ea rabie inſurgunt, ut difficilius quam feræ immanes domari poſſint. Quum igitur animadvertimus, eorum, qui doctrinam ſalutis recipiunt, numerum tam exiguum eſſe, & majorem partem ſe ab ea quam longiſſime removere: alios, ut dixi, eam deſpicere, alios irridere, alios in ipſam ea rabie inſurgere, ut ſatis oſtendant, in ſe nihil præter impietatem adverſus Deum eſſe, in eo animadvertitur, quam multos Satan faſcinarit. Quicquid ſit, locus iſte diligenter nobis obſervandus eſt, in quo dicitur, ſpiritum debere è nobis prodire, hoc eſt, pro eo quod prius mortui eramus, quum audimus verbum Dei, ipſum debere nobis eum vigorem communicare, ut ſpiritus noſter ſe proferat, qui prius erat non ſolum ſopitus, ſed penitus extinctus. Verum eſt, verbum Dei id non poſſe efficere, quatenus ore hominis mortalis profertur, vivificetur enim oportet, antequam nos vivificet. Quomodo vero id fit? Quum loquor, non eſt penes me corda movere & afficere, aut in cor uniuscujuſque immittere doctrinam, quam propono, ita ut inducatur ad appropinquandum Deo. Quid igitur? Opus eſt, ut Dominus noſter Sancto ſuo Spiritu efficax reddat verbum ſuum & vivificet ìpſum, antequam ingrediatur in nos, agat in nobis radices, & nobis ſit in ſemen vitæ incorruptibile. En igitur, quomodo Deus operatur vi ſua arcana, ut in nobis efficacem reddat doctrinam ſuam, quæ nobis ab hominibus annunciata fuerit. Verum eſt. Sed unde venit hæc verbi impotentia, ut ipſum per ſe non ſatis valeat ad nos afficiendos? A nobis ipſis. Perforet enim nobis Deus aures oportet, alias nunquam ipſum audiemus: corda quoque noſtra emolliat, & tanquam carnea reddat, quoniam illa ſunt inſtar lapidis dura & plena rebellionis. Ut ut ſit, verbum Dei debet in ſe eam vim & illud proprium, quod dixi, continere, ut nimirum animas noſtras vivificet. Nec id miremur: propter quem enim finem Deus conſtituit, & voluit verbum ſuum annunciari? Vult nos ad ſe adducere, & nobis appropinquare: nec ſolum id vult, ſed vult in nobis habitare. Ipſe autem eſt fons vitæ, & in nobis nihil eſt præter mortem. Sic igitur,

deant in aere, præſtaret tacere. Ita videndum, cur diſſeratur de verbo Dei, ut auditores ejuſmodi doctrina ædificentur. Jobus igitur oſtendit, nequaquam eum ſtatum, ut dicitur, quæſtionis fuiſſe, ſed Bildadum vagari duntaxat in ſermonibus ſuis. Cur? Ad alium, inquit, ſcopum dirigenda fuit oratio, ut deinceps declarabitur: ſed interim oſtendit, ſe non ignarum eſſe ejus potentiæ, cujus mentionem fecit Bildadus, oſtendens, Deum omnia regere, vim & Majeſtatem præterea, quæ in ipſo eſt, nobis formidabilem eſſe debere, noſque cum omni reverentia debere ad ipſum accedere, ut ei honorem & ſubjectionem exhibeamus. Verum eſt, hanc doctrinam in ſeſe valde utilem eſſe, quumque univerſaliter annunciabitur, non eſſe nobis contemnendam: ſed tamen in particulari negotio videndum, quomodo à nobis tractetur, ſciendumque, non eſſe longos ſermones texendos de rebus, quæ non conveniunt materiæ, quæ ad manum eſt, ſed ad rem veniendum eſſe, ut dicitur. En igitur in quo Jobum Bildadus redarguerit: quod nimirum is, quum diſſeruit de potentia Dei, non reſpexerit, cui uſui poſſet eſſe illa oratio. Atque hæc cauſa eſt, cur Jobus nunc dicat, Equidem non ignoro, Deum creaviſſe mundum, regere omnia, & ſub ſua manu tenere, ipſiuſque Majeſtatem formidandam eſſe: hæc, inquam, omnia novi. Ut vero melius intelligatur hic ſermo, notandum eſt, eſſe homines, quibus ſit potentia Dei demonſtranda, ut ad Majeſtatis ipſius timorem adducantur, ita ut qualem oportet, religionem animo concipiant & alant. Cur vero? Quia multos videas ita immanes & feros, ut vix unquam Deum eſſe aliquem in cœlo conceperint, in eoque plane obbrutuerint. Verum eſt, quod ſi de Deo aliquis verba ipſis faciat, ſubſannantes dicent, Quis vero Deum eſſe negat? Verùm, nunquam ſenſerunt, quæ ſit ejus gloria, nunquam vim illam admirabilem, quæ in ipſo eſt, apprehenderunt. Illis quoque oſtendendum eſt, cultum Dei eſſe ſpiritualem, & ad ipſum cum integritate & ſimplicitate, procul amota omni hypocriſi & ſimulatione, accedendum eſſe. Ut vero ſciant, quænam ſit voluntas Dei, non eſt ab ipſis exſpectandum: neque enim unquam de ea ſciſcitati ſunt: nimis enim in rebus hujus mundi hærent & occupati ſunt. En igitur quomodo multi ſunt profani, & ita vitæ præſentis deliciis implicati, ut de Deo non cogitent. Illi opus habent, ut pluribus ſermones ſuperius tacti ipſis exponantur, quo eo adducantur, ut ſentiant, quæ ſit Majeſtas Dei. Verum eſt, unumquemque eo ipſo ôpus habere, ſecundum captum & menſuram ſuam: ſed dico, iſtos ſermones poſſe pluribus exponi iis, quibus opus eſt ad cognitionem Dei vocari, ut ſub Majeſtate ejus, cui antea illuſerant, tremere cogantur. Ecce unum notandum. Sunt & alii, quibus opus eſt, ut ad hanc cogitationem revocentur: loquor

de

Digitized by Google

abyſſum enim & centrum uſque terræ oculos penetro: video Deum producere res, quæ antea nihil erant, aut res, quæ mortuæ erant, vivificare. Unde venit vita omnibus creaturis? id quaſi abſconditum eſt in profundiſſimis terræ viſceribus & penetralibus. Si quis quærat, Quomodo conſervatur nobis vigor noſter? Ubi quæſivit Deus vitam, quam dedit hominibus? Perinde eſt, acſi ipſam ex abyſſis depromſiſſet. Quomodo terra producit fructus ſuos? quomodo triticum, quod ita germinat, poſtea fructificat? Ecce arcana Dei abſcondita. Tum vero Jobus ſurſum aſcendit, & ait, Cognoſco, Deum expandiſſe cœlum in loco vacuo, in quo nihil diſpoſitum & ordinatum erat. Perinde enim tunc fecit, atque ſi quiſpiam aërem pictis ſtromatibus vellet ornare: id hominibus impoſſibile eſt, ſed hic voluit Deus vim ſuam admirabilem oſtendere. Verum eſt, Jobum diſerte mentionem facere *plagæ Borealis*, & tamen is loquitur de univerſo cœlo: ſed ita loquitur, quia cœlum vertitur circa polum, qui eſt in ea parte, & quo modo in rotis currus eſt axis, qui tranſverſus in medias rotas immittitur, rotæ vero circa ipſum per modiolum vertuntur; eadem eſt ratio cœli. Id manifeſto videtur. Hoc eſt, qui melius curſum firmamenti norunt, vident cœlum ſic agitari: ex parte enim Boreali eſt ſtella, quæ oculis cernitur, & animadvertitur, firmamentum circa ipſam verti. Eſt alia nobis abſcondita, quam videre non poſſumus, & vocatur Polus Antarcticus. Cur vero? Quia etiam circa ipſum

parte: & mirum ſit, quomodo in abyſſum non cadat, cum nihil ipſam ſuſtineat: nullam tamen aliam rationem poſſunt reddere, quam, illud quod conſpicitur in ordine naturæ, qui ita admirabilis eſt, ut homines in his rebus confundi, ſupra ſe aſcendere, & Deum glorificare oporteat, ejus ſapientiam infinitam agnoſcentes. Videmus igitur, quo tendat hîc Jobi ſermo, eo nimirum, ut oſtendat, ſe non ita belluini ingenii eſſe, ut Dei Majeſtatem neget, ſibi ſatis eſſe ejus gloriam cognitam: ſed vult dicere, non ſatis fuiſſe hæc in genere tractaſſe, ſed ad ſuum & legitimum uſum applicanda fuiſſe: ut cras, Deo dante, fuſius iſta à nobis exponentur.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, quo eorum ſenſum talem nobis indat, ut cum omni humilitate & demiſſione animi quæramus ſalutem in pura ipſius miſericordia, nec huc illucve vagemur, ſed ut penitus in nobis proſtrati, nihil aliud quæramus, quam in gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti excitari & recreari, tum in ipſa in dies proficiamus, donec ab eo penitus inſtauremur: ſcientes, quod, quo modo bonum, quod in nobis collocavit, inchoavit, ita ipſum continuat, carnis noſtræ omnia vitia & imperfectiones corrigit, donec nos ad eam perfectionem, ad quam vocat, omnibus impedimentis, quibus ab ipſo avocamur & retardamur, ſpoliatos, adduxerit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis, &c.

CONCIO NONAGESIMA SEXTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXVI.

8. Ligat aquas ſuper nubem, & nubes non deprimuntur ſub ipſis.
9. Tenet faciem throni ſui, & extendit nubem ſupra.
10. Poſuit limites aquis, donec lux & tenebræ ſint conſumtæ.
11. Facit, ut tremant columnæ cœli: & eas minis ſuis perterrefacit.
12. Vi ſua mare ſindit, & ejus faſtum intelligentia ſua ſedat.
13. Cœlos ſpiritu ſuo ornavit, manu ſua ſerpentem lubricum formavit.
14. Hæ ſunt oræ viarum ejus: & quam pauca de ipſis audimus? Et quis potentiæ ipſius terrorem cognoſcet?

HEri incepimus exponere, quem fructum debeamus capere ex eo, quod hic continetur de operibus Dei: ut nimirum ipſa cum omni reverentia conſiderantes, meritum illi honorem exhibeamus. Quum enim diligenter omnia miracula, quæ Deus facit, conſideraverimus, ſi interim ipſe à nobis non honoratur, quid illud nobis profuerit? Diſcamus igitur, quoties nobis proponuntur opera Dei, id fieri ut Majeſtatem ejus cognoſcamus, eique laudem, qua dignus eſt, reddamus.

Jobus

Digitized by Google

& 78:13. mere miraculum, quod tam male ab hominibus agnoſcitur. Videmus igitur, quid contineatur eo verſiculo, in quo dicitur, *Deum ligare aquas in nubibus, & quidem ſine eo quod nubes deprimantur.* Quod quidem oſtendit nobis, quotieſcunque nubes cogi videmus in aëre, & illic aquas includi, terram non cadere in abyſſum, id fieri, quoniam Deus manum ſuam extendit: ideoque ſciamus, ipſum ſe nobis præſentem exhibere, & velle efficere, ut ſentiamus, quanta ſit ejus vis nempe infinita: velle item nos excitare, eo quod ipſum cœlo ſudo & ſereno non intuemur, nec gloriam ejus, quæ ea ratione ſe nobis patefacit, percipimus: ideoque velle nos alia ratione nova docere, quando ita conſtringit aquas, & eas in aëre ita collocat, ut ibi ſint tanquam pendulæ, & tanquam in lagena aut dolio contineantur. Quum itaque id videmus, Deus nobis exprobrat animi noſtri vitium, noſque ad ſe vocat, & oſtendit, ſe omnibus modis potentia admirabili præditum eſſe: ſed videntes nihil videmus. Si quæratur, Quomodo fieri poſſit id, cujus hic meminit Jobus, ratione convincimur, idque evidenter apparet, Deum eſſe ſupra ordinem naturæ: & tamen nullus eo movetur, quin vix id ipſum, niſi coacti, confitemur. Ex eo igitur intelligitur, homines, quantum in ipſis eſt, gloriam Dei obſcurare, & pedibus conculcare. Ideoque eo magis admoneri nos par eſt, ut, quum videmus mutationes, quæ fiunt tam in cœlo, quam in terra, notemus id quod nobis hic oſtenditur. Poſſet Deus efficere, ut cœlum ſemper tectum eſſet nubibus, aut ut ſemper ſerenum eſſet. Vult autem eſſe mutationes: ſomno enim ſopiti eſſemus, ſi res hic perpetuo in eodem ſtatu permanerent: videretur nobis fortuna regere: ſed in ejuſmodi varietate cogimur vel inviti exiſtimare, Dei manum operari, ipſumque adeo non otioſum eſſe in cœlo, nec duntaxat ſemel mundum creaſſe, ut ipſum relinqueret: ſed omnia diſponere, & ita regere creaturas ſuas, ut velit nos ſentire, ſe nobis eſſe propinquum. En igitur, quod nobis in mentem venire debet, quum cœlum turbatur, nubes coguntur in aëre, pluviæ fiunt & mutationes temporum: nempe Dominum noſtrum ſe ea ratione nobis patefacere, nos ad ſe attrahere, quum videat nos alioquin de ipſo non ſatis cogitare. En quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Dicitur autem, *Ipſum tenere faciem throni ſui, & ei nubem opponere, quando ipſi viſum eſt.* Vocabulum, quo hic Jobus utitur, ſignificat aliquando *conſtringere*, ſignificat etiam *jungere*, ut quando fit ligamentum in ædificio, ligna junguntur, alia aliis inſeruntur, & clavis affiguntur, lapides ſimul mortario cohærent. Dicitur igitur, Deum ejuſmodi ligamentum faciei throni ſui aptare, cœlum enim nominatur ipſius ſedes: non quod eo ſit concluſus, (ſcimus enim, ipſum omnia implere, ejuſque eſſentiam ita infinitam eſſe, ut per

oem ſubtiliter exquiſiverunt, quid ſit cœlum, & cujus naturæ, ſed præter conjecturas nihil habuerunt: ſed melius concludere non poſſumus, quam ſi conſideremus, Deum tam eximium opus in univerſi creatione feciſſe, ut ipſum admirationi & quidem ſummæ nobis eſſe, tum ſimul confiteri nos oporteat, nos non poſſe rem tam altam, tam profundam & arcanam, animo complecti. Non eſt igitur ſine cauſa, quod Jobus, volens magnificare Majeſtatem Dei, loquitur hic de ligamento illo, quod in throno ſuo fecit. Poſtea ſubjicit, *Deum nubes, quando ipſi viſum eſt, extendere.* Quando videmus eam mutationem, id eo ſpectat, ut non duntaxat ordinem aliquem conſtitutum eſſe, ita ut mundo creato Deus poſtea voluerit otioſus ſedere, intelligamus: ſed eum quotidie regere & gubernare res, quas ſemel crearit, manum ſuam cœlo & terræ & cæteris omnibus rebus conditis proximam ſemper habere, Patrem noſtrum ſe declarare & talem ſe ſentiendum nobis exhibere. Sic igitur non ſimus ita cæci, ut cœlum intuentes, non apprehendamus imaginem vivam Majeſtatis divinæ & efficacitatis miraculoſæ, quæ ibi ſe exerit: præſtaret, nobis oculos effoſſos, & erutos eſſe, quam præclaris his Dei operibus frui, ipſa intueri, ſi ex ipſis eam utilitatem non accipiamus, ut ad Creatorem uſque aſcendamus. Belluæ non contrahunt culpam ob [illegible]is uſum, quia nimirum ratione carent, qua opificem ſuum poſſint cognoſcere. Ad nos quod attinet, vel hoc unum ſufficiet ad nos coram Deo condemnandos, nobiſque omnem excuſationem eripiendam, quod cum oculis dederit nobis rationem aliquam & intelligentiam ad comprehendenda admirabilia illa, quæ nobis tam ſupra quam infra oſtendit. En, de quo nos admonitos eſſe oportet. Et in hunc quidem finem nobis Spiritus Sanctus eam varietatem proponit, quæ eſt in cœlo, & de qua adhuc amplius deinceps loquetur. Denique præcipuum vitæ noſtræ munus eſt, ut participes facti omnium eorum, quæ Deus in noſtrum uſum creavit, diſcamus eum, qui talem gratiam nobis largitur, magnificare, nec ejus creaturas ſine ipſius agnitione & gratiarum actione poſſideamus. Jobus autem ſtatim ſubjicit, *Eum poſuiſſe terminos aquis, donec lux & tenebræ finiantur.* Ecce adhuc aliud opus Dei, dignum memoria, quod nimirum aquæ inferiores ſunt certis terminis circumſcriptæ, Deuſque illas cohibet, quominus limites ſuos tranſiliant: quod quidem durat, perpetuum eſt, & erit ad finem uſque mundi. De aquis ſuperioribus, hoc eſt, de iis, quas Deus in nubes attrahit, & quæ in aëre retinentur, donec in pluvias converſæ cadant, loquutus eſt: quod ſi Deus mari & aquis non poſuiſſet terminum, univerſa terra iis tegeretur & inundaretur. Si quæratur ex Philoſophis, & iis, qui univerſum ordinem naturæ inveſtigant, confitebuntur, quod ſi elementa naturalem penitus ſitum

obtine-

Digitized by Google

dem, niſi homines ingrati ſui animi vitio velint oculos claudere. Ethnici etiam agnoverunt, (ſicut ratio eos adegit,) quod Deus voluit terræ partem aliquam vacuam & nudam ab aquis, id eo factum eſſe, ut illa locum ad habitandum aptum hominibus præberet: ipſumque adeo rationem hominum habuiſſe, quum conſtituit ut pars quædam terræ ſicca maneret: ſic loquuntur increduli. Cur? quia veritas adeo valida eſt, ut id fateri cogantur. Sed interim quis Deum glorificat? Quomodo beneficium nobis ab ipſo collatum agnoſcimus? Muti ſumus, quod ad laudes ipſius attinet: quodque pejus eſt, terram nobis habitationis cauſa conceſſam profanamus: juſſit recedere aquas, & eas quaſi catenis quibuſdam conſtrinxit: interim vero dum nobis hic locum ad habitandum conceſſit, terra, ut dixi, noſtris ſordibus & iniquitatibus polluitur. En omnem beneficiorum ſuorum agnitionem, quam à nobis Dominus accipit, quod interim nullum os aperitur ad ipſum glorificandum. Non ſine cauſa igitur de his admonemur, quum ingenia noſtra ita obſtupuerint, ut de ipſis non cogitemus. Quin etiam nobis notandum eſt id, quod denuo dicetur, ut eſt
Jer.5:22. etiam apud Prophetam Jeremiam, mare ita impetuoſum eſſe, ut ejus cohibendi nulla facultas eſſe videatur: Deus tamen illi firma repagula oppoſuit. Videtur mare terræ minari ſubinde exitium, ipſamque adeo modo obruendam eſſe: & ſane nunquam unda aſſurgit, quin illico terra abſorbenda videatur. Quando igitur animadvertimus ejuſmodi violentiam in mari, quod quidem res eſt adeo horrenda & formidanda, ut capilli nobis in capite arrigantur: nonne oportet nos manum Dei potentem & invictam agnoſcere, ſimulque fateri, vim ipſius, cujus hic fit mentio, pluſquam manifeſtam eſſe? Eo magis igitur debemus ipſa affici. Sed quid? Quando Deus ita movet mare, non eſt in nobis ea prudentia, ut adducamur ad cognoſcendam Dei noſtri, cùm infinitam bonitatem erga nos, tum vim ſemper eandem & ſibi ſimilem, quo eo nomine gratias ipſi agamus, eo magis in ipſo confidamus, noſque ab illo vitam habere multis modis agnoſcamus, non ſolum quatenus nos in mundo collocavit & creavit, in eo alit, ſed etiam eo, quod terra ſub aquis non obruitur, ſed locus aliquis ſiccus relictus eſt ad habitandum in ipſa. En, inquam, cur expreſſe hic maris mentio fiat, quod à Deo cohibetur, quod in ipſo tanquam concluſæ ſunt aquæ, quamvis alias ipſum nullæ catenæ, nulli funes, nulla denique humana repagula coërcere poſſint. Omnes feræ & belluæ, quantumvis immanes, facilius quam mare domari poſſent: ſed Deus in ipſo dominatur, & quidem dominatur ratione admirabili, nobiſque incomprehenſibili. Quin etiam notandum nobis eſt vocabulum, quod Jobus adjicit, id nempe futurum eſſe, *donec tenebræ & lux finem accipiant, ſimulque miſceantur.* Quod quidem ſignificat, hoc miraculum non in diem potentia, quæ nobis hic declaratur, cogitemus. Si enim prudentes eſſemus, & rationis aliquid haberemus, quotidie ſolenni gratiarum actione Deo vitam noſtram acceptam ferremus, quoniam ipſam conſervat in medio ſepulcri. Quomodo hic ſumus in terra? Certum eſt, nos eſſe tanquam in ſepulcro: nam ecce mare & aquas, quæ ſupra nos ſublatæ ſunt & nobis imminent. Quid igitur impedit, quominus ab ipſis deglutiamur, niſi quod Deus manum, hoc eſt, vim & potentiam ſuam interponit? Tantum vero abeſt, ut id conſideremus, ut ſimus tanquam porci, ventrem noſtrum impleamus, & nos bonis Dei ſaturemus, nec conſideremus id, quod nobis oculo videndum exhibet, quod nimirum ne momentum quidem temporis ſine miraculo vivere poſſumus: ſic enim mare cohibet. Ideo Deus, ut nos incitet ad cognoſcendum, quænam ſit ſua vis, permittit mari, ut ſe exundet. Quum id audimus, de nobis cogitamus, aut ſaltem debemus cogitare, niſi nimis ſtupidi ſimus. Sic enim ratiocinamur; Quid impedit, quominus idem eveniat univerſo mundo, niſi quod Deus vult conſervare ordinem naturæ, quem conſtituit ad nos ſervandos? Omnia igitur in gurgitem & abyſſum demergerentur, niſi manus Domini habenas teneret. En quomodo utilitatem debemus capere ex eo dominatu, quem Deus ſuper mare & aquas obtinet, ut cognoſcamus, quam curam paternam vitæ noſtræ gerat, utque, ſentientes quantopere ipſi ſimus obſtricti, illum colere & honorare, majorique cum ſollicitudine in ipſius obedientia ambulare conemur. Cæterum ſi quis excipiat, iſta vulgo nota eſſe, nec opus eſſe ut in concionibus doceantur, utpote pueris nota: eo gravior eſt culpa noſtra: ſi enim nos ſcholam frequentaſſe, aut altiorem ſcientiam didiciſſe non oportet, ut quod omnibus notum eſt & vulgare cognoſcamus: interim vero reipſa oſtendimus, nos nihil illorum tenere, nonne eo magis ſumus inexcuſabiles? En igitur cur Dominus iſta, quæ unuſquiſque videt & intuetur, nobis proponit: perinde enim eſt, ac ſi nobis exprobraretur, nos eo aſpectu, quem nobis conceſſit, miſere abuti, ſi quidem in contemplatione creaturarum ipſius, ad magnificandum ipſum in ſua vi & potentia, quam ibi exerit, non proficiamus. Ergo, quamvis non magnum quidpiam & arduum ſit (ut quidem videtur) intelligere, mare & aquas ſic inhiberi, ut terra non pereat: magnæ tamen ſapientiæ eſt ſerio apprehendiſſe, Deum in eo ſe Patrem noſtrum declarare, & oſtendere nobis, ſe nos ſub ſua protectione habere, nobiſque ejuſmodi bonitatis & potentiæ ſuæ experientiam dare, ut in ea nos indormire non oporteat. Quando hæc in animis noſtris bene impreſſa & inſculpta fuerint, multum non ſolum in diem unum, ſed in totum vitæ noſtræ tempus profecerimus: ſapientiæ enim perfectæ eſt, inquit Scriptura; ita contemplari opera Dei, ut ipſa ad rectum

oſtendit, imitentur? Sed id parva quædam duntaxat ſcintilla eſt ejus potentiæ, quæ in ipſo eſt infinita. Homines igitur non poterunt aulam centum pedes longam & latam conſtruere, quin ad illam fulciendam columnis opus ſit. Ecce autem cœlum quod comparatum cum terra continet ſpatium infinitum, ipſum tamen ſola vi divina ſuſtineri videmus. Quando igitur Jobus de columnis loquitur, hoc ſibi vult, ſi tonat, ſi libet Deo tempeſtatem aliquam immittere, aërem reboare: & perinde eſſe, ac ſi fundamenta & columnæ cœli eo ſtrepitu concuterentur, ut ſciamus, Deum ſurſum eſſe ſupra omnia, & illic habitare, ut omnia gubernet: non quod, ut dixi, illic ſit incluſus: ſed dum iſta proponuntur, demus operam, ut ſurſum ſenſus & animos noſtros tollamus, & de ipſo cogitemus, ad eum cum omni reverentia & humilitate adorandum, ut nihil de ipſo carnale & terrenum imaginemur. Videmus igitur, qualis ſit ſermo Jobi: nempe quomodo Deus vim & potentiam ſuam declarat, quum mare quaſi catenatum & compedibus conſtrictum tenet, terminoſque ei poſuit, quos ipſum tranſilire nequit: ita etiam quando placet ipſi, ut fragorem edant tonitrua, & aliqua in cœlo tempeſtas moveatur, ibi tum omnia quaſi in abyſſum præcipitanda, ut nihil amplius debeat ſubſiſtere, videntur. Ecce igitur aliam ſpeciem, per quam vim ſuam & potentiam ſenſibilem nobis reddit Deus. Ac ſane id Ethnici noverunt fateri, & quidem non ratione aliqua ſubtili, ſed duntaxat experientia communi, dicentes, quod quum audimus fulmina & tempeſtates, homines quantumvis inviti coguntur moveri & affici ad ſentiendam aliquam divinitatem. En quomodo de his Ethnici loquuti ſunt, quin contemtores Dei, homines profani & belluini ingenii, qui omnem religionem, & quicquid de Deo, & ejus in ordine naturæ gubernatione dici poſſit, ſuſpenſo naſo eludunt: illi, inquam, quum audiunt tonitru, tunc moventur, idque experientia oſtendit. Cur? Quoniam Dominus noſter dat ſignum eximium ſuæ potentiæ. Ecce autem cur Jobus modo iis, quæ dixerat de ordine perpetuo naturæ, tonitrua & tempeſtates adjiciat, ut oſtendat, licet homines ſponte Deo inſultent, quamvis ita obduruerint, ut nolint id, quod ſuis oculis objicitur, cernere; tunc tamen, quando is ita concutit columnas cœli, tonitrua movet, ita ut omnia mox miſcenda eſſe videantur, ipſos quaſi vi adigi ad concipiendam aliquam divinitatem, & ſentiendum, ſuperius eſſe vim & potentiam aliquam ſupremam, quæ dominatur: neque enim res temere feruntur, ſed voluntate & conſilio aliquo admirabili iſta inferiora gubernari neceſſe eſt. En cur in medium prolata ſit hæc ſententia. Inde autem primum admonemur, quam belluina ſit natura noſtra. Nonne miſerum, imo vero horrendum eſt, nos eſſe

me non agnoſcitis, bonum illud omne certa quadam malitia & obſtinatione extinxiſtis, nihil aliud quæritis, quam lucem, quæ eſt in oculis veſtris, obſcurare & extinguere. Quum ita ſe res habeat, ad vos veniam oportet ratione formidabili, citemque vos ad tribunal meum, ut vos etiam invitos ſentire cogam, vos non poſſe Majeſtatem meam incomprehenſibilem effugere. En igitur id, quod nobis obſervandum eſt, quando tonitrua in aëre excitantur, aut alia aliqua oboritur tempeſtas: id perinde eſt, atque ſi Deus nobis inſitam malitiam & ingratitudinem exprobraret, quoniam in ordine communi & perpetuo, qui in cœlo & terra cernitur, (ut ſane non poſſumus oculos aperire, quin undique ſe nobis Deus offerat,) non proficimus ad ejus cultum amplectendum. Atque in hunc finem etiam iſta nobis commemorantur: quumque Scriptura loquuta eſt de ordine univerſali, qui eſt in mundo, & qui quaſi ordinarius eſſe cernitur, proponit etiam nobis id, quod extraordinarium eſt, ſicut hic mentio fit tonitruum. Statim autem ſubjicitur, Ipſum potentia ſua mare findere, & intelligentia ſua ſuperbiam compeſcere. Hic Jobus repetit quod jam dixerat. Verum eſt, cum aliam ſpeciem tangere, quum dicit, Deum mare findere. Quando enim turbines tolluntur, videtur mare nos illico obruturum & abſorpturum: ſed iis, qui in ipſo navigant, offert ſe ejus ſpecies magis horrenda & formidanda: videntur enim undæ eſſe inſtar montium: quod vero inter illas interjectum eſt, tanquam gurges eſt, cujus nullum fundum apparet. Hoc voluit Jobus ſignificare, dicens, Deum mare findere, & poſtea ejuſmodi ſuperbiam ſedare. Et ejuſmodi quidem tam ſubita & repentina mutatio eo magis oſtendit potentiam Dei. Si enim quiſpiam ſit in medio mari, ingens vero tempeſtas oriatur, ita ut tanquam aquarum montes, & quidem denſi appareant, nunquam exiſtimet non ſolum duarum aut trium horarum, ſed ne unius quidem anni ſpatio mare poſſe ſedari: & tamen animadvertetur, mare, poſtquam ita æſtuarit, ſtatim tranquillum & quietum evadere. Quando itaque res ſic mutantur, nonne vis quædam admirabilis Dei poteſt perſpici? En igitur quod Jobus hic voluit ſignificare. Et inde quidem poſſumus colligere, eum clarius, id quod jam antea dixerat, voluiſſe exprimere & magnificare: in genere enim declarat, Deum mari certos terminos conſtituiſſe: nunc dicit, eum ipſum findere ſua potentia. Poſtea ſubjicit, Deum cœlum ſuo Spiritu formaſſe, & ibi lubricum Serpentem formaſſe. Quando hic de Serpente loquitur, non intelligit ſerpentes qui ſunt in terra: quorſum enim illud animal conjunxiſſet cum cœlo? Sed loquitur de illo ſidere, aut numero ſtellarum, qui vulgo vocatur Serpens: quoniam ſit ſeries quædam ſtellarum flexuoſa, quæ Serpentis, caudam agitantis, ſpeciem

Digitized by Google

ut eo magis ad ipſum in ſua bonitate, ſapientia, & potentia magnificandum incitaremur. Denique ipſum omnibus modis glorificemus. Videmus igitur, quomodo Jobus nobis opera Dei proponat, ut ſe profanorum hominum & contemtorum, qui nullam Deo reverentiam exhibent, quique ejus vim & potentiam ad eam adorandam non cognoſcunt, inſtar, in mundo non vixiſſe teſtetur: ſed ſe omnia iſta animo & corde inſculpta habuiſſe. Interim admonemur, ne clauſos habeamus oculos, quando ſe ita nobis Deus patefacit: ne hæc ingrati animi nota nobis exprobretur, quod belluis deteriores fuerimus, ut qui bonis inæſtimabilibus, nobis à Deo conceſſis, fruentes, nulla gratiarum actione ea ipſi accepta tulerimus. Ut vero hunc locum concludat, dicit Jobus, *Hic eſſe oras viarum ejus. Et quam ipſius portionem concipimus? Quis vero vim & potentiam ejus formidandam concipiet?* Ecce concluſionem notatu valde dignam, ſicuti ea eſt magni ponderis & momenti: nihil enim contemplandis operibus Dei proficimus, niſi tandem concludamus, ipſa captum & ſenſum noſtrum ſuperare, ſimulque tam magna & ardua eſſe, ut in illis nos quaſi excæcari oporteat. Quum enim quiſpiam ad cognoſcendum Deum, cùm in cœlo, tum in terra, omne ſuum ſtudium applicarit, ut eum propter omnes potentiæ ipſius partes & effecta glorificet: ſi ſe omnia, quæ illius ſunt, cognitione aſſequutum & complexum putet; certum eſt, ipſum Deo dedecus inurere. An poſſit à nobis majus inuri Deo dedecus, quam ſi ipſius potentiam noſtro ſenſu nos includere poſſe ſperemus? Plus illud fuerit, quam ſi quiſpiam mare & terram pugno concludere, aut duobus digitis tenere ſe poſſe ſperet: major fuerit inſania. Cœlum enim & terra non tam magna ſunt, quam juſtitia, vis, ſapientia & bonitas, quæ in Deo eſt: ſunt enim iſta viſibilia illorum tenuia quædam & obſcura veſtigia. Quando igitur vel diligentiſſimi fuerunt homines ad meditanda opera Dei, ſi ſe ita acutos putent, ut omnia ſe complecti poſſe ſperent, adeoque ſint dium rite applicuerimus ad cognoſcendum quam eximia ſint opera Dei, ſi ad ejus cognitionis ſummum non pervenerimus: hoc veniat nobis in mentem, nos ejus oras duntaxat percepiſſe, fierique non poſſe ut ad imum uſque penetremus. Nam etiam haud ſumus ejus capaces, nimis etiam tardi, hebetes & debiles ſumus, tum ejus, quod in ipſo ſummum & infinitum eſt, exiguam duntaxat portionem habemus: quin etiam ſi vel Angeli Paradiſi concionatorum erga nos munere fungantur, exiguam duntaxat operum Dei portionem poſſint exprimere. Quid igitur hic inferius efficient creaturæ mortales? Quum ita ſe res habeat, ita Deum magnificare diſcamus, ut nihil ſit in nobis, quod nos impediat laudem ipſi debitam reddere. Nam etiamſi toto vitæ noſtræ tempore ſenſus omnes noſtros ad ipſum glorificandum & magnificandum applicemus, fieri tamen nequit, ut centeſima parte ejus obligationis, qua ipſi obſtricti ſumus, defungamur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes omnia peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut ipſorum talem ſenſum nobis indat, ut cum vera pœnitentia & culpæ deprecatione nihil aliud petamus, quam ut nos corrigat & emendet, vitiiſque ſpoliet, quo in hoc mundo converſantes, tot bonis, nobis ejus liberalitate conceſſis, frui, & ea ad rectum uſum applicare poſſimus, ut nimirum ipſis colatur & honoretur, ita ut oculos clauſos non habeamus illic ubi ſuam Majeſtatem ratione tam evidenti præſentem nobis exhibet. Quoniam vero ſumus tanquam excæcati in ſenſibus noſtris, placeat ipſi nos Sancto ſuo Spiritu illuminare, & nos ex eo ſtupore, quo ſopiti ſumus, excitare, ut nihil aliud petamus, quam nos ad ejus cultum applicare, & eo noſtro exemplo alios invitare, ut à nobis, prout meretur, communi conſenſu exaltetur & magnificetur. Idque ut agat, pariter ipſi libeat excitare veros & fideles miniſtros verbi ſui, &c.

Digitized by Google

cata à ſe commiſſa affligi, ſed aliquam cauſam arcanam eſſe, &, ſi cauſam ſuam velit agere, ſuperiorem in ipſa ſe futurum, non quidem adverſus Deum, ſed adverſus illos, qui ipſum tanquam improbum arguere volebant, & concludere, afflictiones, quas patiatur, magnitudini peccatorum ipſius reſpondere. Jobus igitur tuetur, Deum non inductum fuiſſe ad ſe perſequendum, eo, quod ipſe aliis longe ſceleratior fuerit, ſed cauſam aliquam arcanam eſſe & incognitam hominibus, altiuſque aſcendendum, quam ad juſtitiam illam ordinariam, quæ nobis in Lege Dei declaratur. Nunc igitur videmus, quodnam hujus capitis argumentum ſit futurum: ideoque dicitur, Jobum reſumſiſſe ſententiam ſuam. Ut vero id, quod dixit, plus ponderis & auctoritatis habeat, à proteſtatione incipit, quæ jurisjurandi vim obtinet, *Deus*, inquit, *vivit, qui jus meum abſtulit, & animam meam in angore poſuit:* nunquam tamen à propoſito meo dimovebor: quodque me juſtum eſſe aſſerui, non eo feci, ut me attollerem, non hypocriſi aut rebellione aliqua impulſus, non quod etiam non probe noſſem & intelligerem, Deum poſſe me hoc modo affligere: tamen non ſum talis, qualem vos me fingitis: nec unquam confitebor, Deum me, prout dignus ſum, punire, & quidem ſi ego cum aliis comparer: vos enim ſumitis id, quod falſum & impium eſt, Deum nimirum unumquemque hominum in hoc mundo & vita præſenti, prout meritus eſt, tractare. Atqui non ita ſe res habet. Sæpe enim Deus differt punitiones, quas vult in homines exercere, ita ut illæ non appareant, niſi poſt mortem: contra ſæpius ſeveritatis magna ſigna edit adverſus illos, quos diligit, & à quibus fideliter cultus eſt. Non ſunt igitur nobis præcipitanda aut acceleranda judicia Dei, ut ſtatim illa exequutioni mandari debere exiſtimemus: ſecus enim Deum injuſtum eſſe oporteret. Res modo confuſas videmus, & ſi non eſſet aliquis ordo melior, quem in poſterum exſpectamus & ſperamus, quid fieret? Deus pluſquam cæcus eſſet: novimus enim dicere, res non eo modo, quo debent, ſe habere. Nihil igitur ſupereſt, niſi ut aut Deus neſciat, quid agat, aut eum ſemel mundum judicaturum ſperemus: quumque quaſi in dubio & ancipiti tenentur animi noſtri, eo quod res ſunt tanquam confuſæ, in eo Deus vult nos exercere, & oſtendere, modo tempus eſſe pugnæ & conflictus. Quemadmodum igitur in pugna, uter vicerit, aut victus ſit, neſcitur tantiſper dum tela huc & illuc volant, terrentur cùm pugnantes, tum ſpectatores, ſed tamen tandem oſtendit victoria, uter ſuperior ſit: ſic in ejuſmodi rerum omnium mixtione, quæ in hoc mundo apparet, omnia confuſa & perturbata eſſe oportet, ita ut ſecundum illud, quod apparet judicio humano, non poſſint animadvertere aut ſperare homines, fore ut Deus aliquando res in perfectum & integrum ſuum ſtatum reſtituat.

monem, qui mirus admodum & ipſo indignus videtur: quod nimirum dicit, Deum ipſi jus ſuum ademiſſe & eripuiſſe. videtur enim hic adverſus Deum contendere, perinde ac ſi ipſe juſtus eſſet: poſtea ſecundo loco Deum crudelitatis & violentiæ accuſat. En igitur duo, quæ valde mira & abſurda videri poſſint, niſi Jobi ſcopus & intentio intelligatur. Notemus autem, quum dicit, Deum ipſi jus ſuum rapuiſſe, eum non ſignificare, ſe ita juſtum eſſe, ut Deus non habeat ipſum adhuc aſperius tractandi juſtam occaſionem: ſed potius id, quod in Lege ſcriptum eſt de juſtitia ordinaria, tum eorum, à quibus condemnatus erat, ſermones reſpicere: amici enim Jobi non progreſſi ſunt ultra aut ſupra Legis juſtitiam: Deus, inquiebant, punit eos qui peccarunt, Pater & Servator eſt bonorum: ſequitur igitur, Jobum eſſe ſceleratum, contemtorem Dei, vitamque ejus omnem perditam & corruptam eſſe. Cur vero? Quia animadvertitur, ipſum ad ſummum uſque afflictum eſſe: ſi conſiderentur omnia adverſa, quæ vulgo mundo eveniunt, non ſunt cum illis, quæ hic patitur, comparanda. Concludendum eſt igitur neceſſario, Deo ipſum viſum fuiſſe inſignem ſupra omnes peccatorem. Ecce concluſionem, quam ponebant amici Jobi. Hoc vero deterius erat, quod hærebant in maledictionibus, quas Deus pronunciat in Lege ſua, exiſtimantes, omnia illa in vita hac præſenti implenda eſſe, nullamque amplius viris bonis & ſervis Dei poſt mortem ſupereſſe mercedem, nec exiſtimandum eſſe, uſquam niſi hic inferius improbos puniri. En expoſitionem pravam & perverſam Legis Dei: ſi enim Dominus noſter minatur, ſe improbos puniturum, non propterea vult ſe certo tempori adſtringere. Verum eſt, illud crebrius animadverti in hac vita, ſed non ſemper: non eſt conſtituenda regula aliqua generalis, quæ nullam exceptionem habeat: id enim fuerit Deum nimis adſtringere. Videmus igitur, Jobum bonam cauſam adverſus amicos defendiſſe: ideoque retineamus id, quod jam ſuperius declaratum fuit, nempe nobis magna prudentia opus eſſe ad judicandum de afflictionibus, quas Deus immittit hominibus, cùm nobis tum proximis: id enim nos ſubinde in deſperationem conjiciet, ſi, prout nos modo Deus tractat, ex eo volumus reputare illius erga nos affectum & voluntatem. Verum eſt, quod, ſi ipſe nos affligit, ſemper digni ſumus, qui manu ipſius caſtigemur: ſed tamen ut ut ſit, ſi Deum nos odiſſe, eo quod nos paulo aſperius tractet, nobis imaginamur, heu! quid nobis fiet? Non poterimus ipſum invocare, nulla conſolatione triſtitia noſtra poterit leniri: ecce igitur nos perditos. Ideoque nobis hæc prudentia neceſſaria eſt, ut cognoſcamus, Deum non ſemper affligere homines propter ipſorum peccata, ſed velle ipſos in patientia exercere, carnales ipſorum cupiditates velle domare, velle ipſos ſibi penitus ſubjicere:

tum

Digitized by Google

hominum, antequam ejuſmodi concluſionem ponamus, Hic affligitur propter ingens aliquod peccatum, quod in ſe babet. Sed ſi noti ſunt nobis aliqui improbi, & animadvertimus ipſos à Deo puniri, tremamus, ſcientes ipſos nobis à Deo ob oculos tanquam ſpecula & imagines vivas poni, ut oſtendat, quid timere debeamus, niſi nos ad ipſum converterimus. Sed ſi quiſpiam bene vixerit, nec animadvertamus cur patiatur: ibi hæreamus, & exſpectemus dum Deus judicium ſuum patefaciat, nec interim nimis præcipites ſimus ad judicandum: qui enim quietum ſe non continuerit, certum eſt, ipſum ſubinde, quum vult judex eſſe, perverſurum opera Dei, & ex conſequenti auctoritatem Dei, quæ ipſi ſoli propria eſt, ſibi ſumturum. Redeamus autem ad id, quod modo à Jobo dicitur, Deus rapuit meum judicium. Quis ſenſus eſt horum verborum? Jobus, uti diximus, non intelligit, Deum ita ipſum tractando uti ratione tyrannica. En unum notandum. Præterea non ſignificat, ſe ejuſmodi jus habere, ut poſſit cauſam obtinere, & abſolvi, ſi ſe non peccaſſe contenderit: ſed duntaxat declarat, afflictionem, quam patiatur, eſſe tanquam ingentem nubem & obſcuram, quæ rectitudinis ipſius cognitionem impediat & eripiat, ideoque ſuas afflictiones non pertinere ad minas illas, quas Deus Legis tranſgreſſoribus denunciat. Ut autem iſta bene intelligamus, nobis in memoriam id, quod jam declaratum fuit, revocandum eſt, minas, quæ Lege continentur, quum Deus denunciat, ſe homines, & ipſos in ſuis perſonis, & in bonis, in familia & pecore afflicturum, non eſſe perpetuas: hoc eſt, quamvis Deus puniat & morbis, & bellis, & fame, & ſiti, aliiſque ejus generis flagellis, quamvis, inquam, contemtores verbi ſui, & peccatores his modis puniat, illud tamen ſemper æqualiter non accidit. Cur? Quia ſæpius afflictiones bonis & improbis ſunt ex æquo communes. Cur itaque Deus ita interminatur? Ut oſtendat eſſe aliquod judicium futurum. Ejus itaque ſigna aliqua & indicia dat: ſed ſi hic judicia ſua omnia perfecte impleret, quid illud foret? Nullus amplius ſpei locus eſſet. Quid nobis Domini noſtri Jeſu adventus prodeſſet? Aut quid fieret confeſſione noſtræ fidei, quando dicimus, Credo reſurrectionem carnis & vitam æternam? Scimus vero vitam noſtram caducam & corruptibilem eſſe: nec id ſolum, ſed etiam multis miſeriis ſubditam: non habemus igitur eam felicitatem, quam Deus nobis pollicetur, illa nobis eſt abſcondita, improbos quoque ex parte duntaxat puniri oportet, à Deo exſpectari, ipſiſque condemnationem, quam ſunt promeriti, ad ultimum uſque diem, quo Deus plene mundum judicaturus eſt, reſervari. Tunc vero locus ille Eſaïæ implebitur, fore ut omne genu flectatur coram Majeſtabilis videri poſſit. Sed notemus, hic eum loqui ſecundum judicium commune, nec negare, quin Deo, & quidem in ipſius arcano conſilio, ſuorum judiciorum conſtet ratio: ſed ſurſum aſcendendum eſt, ipſiſſæ omnes illæ nubes, quæ veritatem obſcurant, trajiciendæ ſunt, alioqui Jobi juſtitia non innoteſcet. Sic videmus in Deo tanquam geminam juſtitiam: unam quæ nobis nota eſt, quia Lege continetur, & habet etiam aliquam cum ratione, quam Deus nobis conceſſit, congruentiam & convenientiam: alteram, quæ captum noſtrum & intelligentiam omnem ſuperat: eam igitur niſi fide capere non poſſumus, præſtatque ut eam adoremus tanquam rem nobis abſconditam, exſpectantes dum ultimus dies veniat, in quo facie ad faciem, id, quod modo nobis obſcurum & occultum eſt, intuebimur. Juſtitia hæc ordinaria, quæ Lege continetur, in eo poſita eſt, ut Deus nobis in neceſſitatibus noſtris opituletur, ſibique curæ eſſe ſalutem noſtram oſtendat, quum ipſum coluerimus. Si enim in ipſius obedientia ambulaverimus, & eum pro Patre noſtro agnoſcamus, tum etiam oſtendit, ſe nos pro ſuis agnoſcere. Dona igitur omnia, quæ de manu Dei fideles in hoc mundo accipiunt, quum in ipſius timore ambularint, ſunt tanquam ejus juſtitiæ ordinariæ, quæ Lege continetur, approbationes. Verum eſt, nos nunquam poſſe mereri, ut Deus noſtri miſereatur: quicquid enim agamus, dico etiam quum Sancto ejus Spiritu regimur, certum eſt, adhuc omnia opera noſtra polluta eſſe, Deumque ipſa poſſe rejicere. Nos quidem ex nobiſipſis vel unicam bonam cogitationem habere non poſſumus: ſed quamvis Deus nos regat, & in nobis operetur, in nobis tamen ſemper aliquid deſiderabitur, & aliquid ſemper de infirmitatibus noſtris cum gratia Sancti ejus Spiritus miſcebimus, ita ut quicquid à nobis procedet, ſemper ſit pollutum. Nihil itaque poſſumus erga Deum promereri: quia tamen, poſtquam nos vocavit vocatione ſua efficaci, nobis indulget multa, & condonat vitia permixta cum ſtudio & deſiderio ipſum colendi, quod in nobis ineſt, fideles qui ipſum & voluntatem ejus ſequi conati ſunt, remuneratur: & quidem etiam in hoc mundo, oſtendens, ſe nequaquam zelum illum, quo ad ipſi adhærendum ducti fuerunt, neglexiſſe: ſed obſervaſſe, approbaſſe, tum gratum acceptumque habuiſſe. En igitur, quomodo Deus juſtitiam ſuam ordinariam patefacit, quando ſuis favet, iiſque qui ſe ipſi penitus ſubjecerunt, & quidem quatenus infirmitas carnis patitur: quum enim dico, penitus & plene, non intelligo perfecte, ſed ſine ſimulatione, ut etiam Scriptura loquitur. Contra autem, quando Deus punit fures, ſcortatores, ebrioſos, en tibi quoque juſtitiam illius ordinariam. Videas improbum, qui proximos diripuit, qui inſtar crudelis

terim bonos affligi videbimus: videbimus, Deum illos, qui in integritate ambulare conati ſunt, ad paupertatem redigere: videbimus aliquem, qui ſe nulli nequitiæ dedit, toto tamen vitæ ſuæ tempore languere, ut vix & ægre vitam trahat. Quomodo vero id fit? quæ ejus rei cauſa eſt? Neſcimus, & nihil certi poſſumus ſtatuere. Cur vero? Deus ſibi reſervat cauſam. Id igitur non pertinet ad juſtitiam illam ordinariam, nec æqualis ea de re regula conſtitui poteſt. Præterea videbimus improbos rebus proſperis frui, idque non ſolum in diem unum, aut duos, ut ſuperius declaratum fuit, ſed in univerſum vitæ ipſorum tempus & ſpatium: quin quaſi ridentes moriuntur, & tanquam ſomnium eſt mors ipſorum: nam momento temporis, ſine longo morbo, ſine magno cruciatu ex hac vita abripiuntur. Quidnam vero id ſibi vult? Atqui non eſt nobis Deus arguendus iniquitatis, non eſt nobis noſtra adverſus ipſum lingua acuenda: ſed cognoſcamus, eum juſtitiam ſenſu noſtro altiorem & ſublimiorem habere: ad quam non licet nobis aſpirare, ſed rationem nobis modo occultam eſſe: nihilominus tamen arcana ejus judicia adoremus, noſque ipſis ſubmittamus, exſpectantes dum nobis revelet, quod ſibi reſervat tanquam in conſilio ſuo arcano. En, quomodo Deus occultat jus hominum. Sic igitur juxta illud, quod diximus, quum quiſpiam ita affligitur, quid de eo dici poteſt, niſi ipſum ſceleratum eſſe? Non ita tamen ſe res habet. Verum eſt, omnes eſſe peccatores, Deuſque poſſet nos, ſi ipſi ita videretur, perdere & exterminare, ſed non vult: ſuos enim pro juſtis habet, nec ipſis illorum delicta imputat. Verum eſt, ipſos, ut abſolvantur, debere ſe coram ipſo reos agnoſcere, ſed tamen, quicquid ſit, vult illos abſolvere. Interim ipſos affligit. Quorſum? Num quod velit illos perdere? Minime: ſed abſcondit ipſorum jus, hoc eſt, non aperte & evidenter tunc oſtendit, ſe illos pro filiis ſuis agnoſcere, aut illis peccata condonaſſe: quod tamen re ipſa facit, etiamſi id ſenſus noſter non poſſit comprehendere. Cæterum notemus etiam Jobum magis reſpicere judicium illud perverſum, & falſam opinionem, quam homines concipiunt, quando præcipitatione quadam ad judicandum abripiuntur, nec exſpectant patienter, dum Deus ipſis declaret, cur ſuos affligat. Si ea prudentia & modeſtia præditi eſſemus, ut non temere damnaremus eos, qui affliguntur, non videretur nobis mira & abſurda ratio illa, quam ſequitur Dominus, nec opus eſſet dicere, Deum occultare jus. Sed ecce miſerum hominem, qui multis afflictionibus vexatur: tunc in ipſum unuſquiſque impetum facit, & eum condemnat. Dubiæ itaque & ancipites judicii divini rationes efficiunt, ut jus hominis ſit tanquam ſepultum: nam Deus, ut quidem videtur, deberet ejus, qui coram ipſo rectus & integer fuit, cauſam ſtatim tueri, quod tamen non facit, ſed diſſimulat. Sic reſervat judicium ſibi, quando permittit, ut homines detrahendum de aliis, eorum afflictiones ſemper in deteriorem partem interpretantur. Notemus igitur, Deum rapere judicium, quum non ſtatim præſentem ſe exhibet, aut ad nos vindicandos, aut ut declaret ſe nos pro juſtis habere: quum cauſæ noſtræ propugnationem non ſuſcipit illico, ſed patitur nos ab hominibus condemnari: tum ſi afflictiones magis ac magis augeat, ibi homines animos ſumunt, hoc eſt, ſi perverſi fuerunt initio ad præpoſtere & in contrariam partem judicandum, ipſorum audacia eo magis creſcit. Nonne, inquiunt, recte dicebam, nonne animadvertitur, quomodo tractetur. Ecce igitur bonos plus quam oppreſſos, interim vero Deus quaſi ſeceſſit, nec præ ſe fert, ſe illos pro juſtis habere: ſed potius ipſis bellum inferre, & eos longe ſupra alios condemnare velle videtur. Intelligimus igitur, Jobum non blaſphemaſſe adverſus Deum, quando dixit, ſe ab eo jure ſuo ſpoliatum fuiſſe. Videmus igitur, quæ nobis ex hac tam eximia doctrina utilitas ſit capienda. Sciamus igitur, Deum ſæpius jus eripere poſſe, ut tamen non poſſimus eum jure accuſare, de ipſo merito conqueri & expoſtulare: neque enim unquam cauſam noſtram adverſus ea, quæ ipſe agit, litigando & contendendo poterimus obtinere: habet enim juſtitiam ſuam occultam, quam eo uſque, dum illam nobis patefecerit, adorare nos decet. Vult nos modo exercere in humilitate, quando operatur erga nos ratione mira, & quam animo complecti non poſſumus: id eo facit, ut nobis adducat habenas, utque ipſum glorificemus, dicentes, Verum eſt, Domine, me tanquam miſerum cæcum hic in tenebris verſari, in hoc tuo judicio plane cæcutio: tu tamen juſtus es, etiamſi tua judicia mihi ſint abyſſus, non poſſim in ipſa penetrare, quin etiam quamvis tanquam ſepultus in morte jaceam, confitebor tamen te juſtum eſſe. Quando ita nos gerimus, en quomodo in afflictionibus, quas Deus nobis mittit, & quarum cauſæ non ſunt nobis evidentes, profecimus. Cæterum & illud quoque ſequamur, quod Jobus hic dicit, ut nimirum ſi Deus rapiat judicium noſtrum, eum tamen nihilominus pro Deo habeamus, noſque ejus Majeſtati ſubmittamus: quomodo hic loquitur Jobus, *Deus vivit, qui judicium meum rapuit, & poſuit animam meam in angore.* Hic Jobus non imitatur equos duri oris & intractabiles, & quamvis duplici angore prematur, agnoſcit tamen Deum in ipſum omne imperium & dominium habere. Neque enim ita loqueretur, *Deus vivit*, niſi illi honorem exhiberet, dicens, Domine, ego ſum miſera creatura, tu omne in me imperium obtines. Dixi, illum duplici afflictione preſſum fuiſſe: quod diligenter notandum eſt: vidimus enim quomodo in bonis ſuis & corpore afflictus erat: tantum enim patiebatur, quantum mortalis creatura poſſit pati: ſed hæc erat afflictio altera, quod mirum in modum vexabatur ab iis, qui venerant ipſum ſollicitatum ad deſperationem: hoc enim malorum

erat

Digitized by Google

Atque hoc pacto quoties temere juratur, toties Dei nomen contumeliis & vituperiis proculcatur. Ad hæc accedunt perjuria, quæ magis execranda ſunt: poſtquam enim temere jurando ſe aſſueſecerunt homines, pergunt in corrumpenda veritate, eaque in mendacium convertenda: ibi vero nomen Dei paſſim uſurpabitur, ita ut hominibus de ipſius ſanctitate non cogitantibus, pro ludo habeatur. Jobus vero jurans, id quod præcipuum eſt ſpectavit, ut nimirum quum per nomen Dei juramus, ipſum tanquam judicem noſtrum agnoſcamus, auctoritatem debitam ipſi attribuamus, ſiſtamus nos coram throno ipſius, ut ejus ore, ſi peccavimus, condemnemur. Videmus igitur, quomodo Jobus afflictiones, quas patitur, à manu Dei proficiſci agnoſcit, nec refractarium ſe præſtat: non recalcitrat adverſus Dominum ſuum inſtar equi durioris & intractabilis: ſed ſe ſubmittit, & dicit: Deus, quicquid ſit, vivit. Verum eſt, me hominem miſerum & prope perditum eſſe, tot & tanta mala perfero, ut, ſicut par ſit, patiens eſſe nequeam, non tamen eo uſque me in deſperationem conjiciam, ut inſani inſtar dicam, Neſcio, quid ſit Deus, me miſſum faceret cuperem, nec ullum amplius in me imperium obtineret: contra agnoſco, ipſum eſſe meum judicem, omnem in me auctoritatem habere, nolo ei potentiæ, quam in me obtinet, quidquam derogatum, me ſemper ipſius manui, afflictiones, quas immittit, patienter tolerans, ſubjectum agnoſcam. Ideo non ſine cauſa dixi, nos hic habere doctrinam eximiam: primum enim caſtigationibus & afflictionibus, quæ manu Dei nobis inferuntur, tolerandis aſſueſcere docemur. Quare agnoſcentes naturæ noſtræ fragilitatem & imbecillitatem, quum accidet ut deſperatione tentemur, & ejuſmodi in nobis pavorem concipiamus, ut ad inferos uſque jam deſcendiſſe nobis videamur: hic pedem figamus: Deus judicium noſtrum abſcondit, ut nobis perditi, & omnem remedii ſpem amiſiſſe videamur. Quid facto opus eſt? Deus jus meum abſcondit: caput demittamus oportet, & exſpectemus, ut Deus ipſum nobis attollat, nos erigat, & in integrum reſtituat, cauſamque noſtram tueatur. Quod ſi ab hominibus opprimimur, vexamur, unuſquiſque nos exerta lingua irrideat, hominum opprobriis expoſiti ſimus, ne tamen animum deſpondeamus. Cur vero? Videmus exemplum, quod nobis hic proponitur. En igitur quomodo fideles ex iſta doctrina utilitatem capere, eamque ad praxin revocare debent: & quamvis non poſſint ſemper complecti cauſam eorum, quæ Deus erga ipſos agit, nihilominus ad hanc humilitatem ſemper veniant, ut dicant, Domine, diſponas de nobis, ut videbitur tibi: interim te poſſimus ſemper in omnibus

nem, quam inter homines obtinemus, retinere cupimus. Jobus contra oſtendit, quod ſe tanquam coram Deo ſiſtat: &, quamvis cum hominibus loquatur, tamen non præoccupatus ſit ſtulta illa ambitione, ut nullis probris velit obnoxius eſſe. Minime, inquam: ſed coram Deo ſeipſum judicat, &, prout conſcientia atteſtatur, rem deſignat, & expreſſe declarat. Sic notemus, tam malum, quam quod peſſimum, eſſe, quum ita in hominibus hæremus, nec ab hoc initio incipimus, ut nimirum nos tanquam coram Deo judicemus, oculos mundo, opinioni quam de nobis poſſunt concipere homines, omnibus denique iis, quæ nobis poſſunt objici, clauſos habeamus. Nulla igitur omnium illorum habita ratione nobiſipſis attendamus oportet, & videamus, quo loco ſint apud Deum res noſtræ: tum, ut par eſt, deprimemur coram ipſo, ingenue & candide, non per ambages & circuitus, & ſimulate loquendo, intelligentes nos ea via nihil poſſe proficere, culpam agnoſcemus. Ecce unum notandum. Cæterum diligenter hanc loquendi rationem, qua Jobus utitur, notemus: *Donec*, inquit, *erit flatus aut halitus in me, & ſpiritus Dei erit in naribus meis.* Neque enim de vita ſua ſic loquitur, quaſi ipſam abſque gratia Dei haberet. Verum eſt, nos poſſe dicere, id ſatis vulgo notum eſſe, neminemque negare, quin à Deo halitum noſtrum, omnemque adeo, quo præditi ſumus, vigorem obtineamus: ſed tamen quotuſquiſque id ſerio agnoſcit? Homines hic vivunt modo belluino, ita ut videri poſſit, illos exiſtimare, ſe à ſeipſis & vi ſua ſuſtineri: denique pauci ſunt, qui recte quod dicit Paulus, *Actor. 17. verſ. 28.* agnoſcant, nos in Deo vitam & motum habere: pauci admodum, inquam, id agnoſcunt. Diligenter itaque notemus, Jobum hic oſtendere, ſe non tranſverſum abripi, inſtar multorum, qui ſuis perturbationibus ita excæcantur, ut notitiam omnem amiſerint, nec, quid dicant, amplius ſciant. Verum eſt, ipſi voces aliquando excidiſſe modum omnem excedentes, ſicut vidimus, & adhuc viſuri ſumus; nihilominus bonum hoc fundamentum retinuit, etiamſi aliquando non ſatis congruum ædificium ſuperſtruxerit: Dei tamen, inquam, timore & reverentia continetur. Cæterum notemus hanc circumſtantiam, Jobum non loquutum eſſe, quum frueretur deliciis & otio. Ecce illum in ejuſmodi afflictionibus verſantem, ut Deo certum & conſtitutum eſſe, ipſum omnino perdere & profligare, videatur: & tamen ſolenni gratiarum actione Deo vitam ſuam acceptam refert, nos ab ipſo vitam habere agnoſcens. Quid igitur excuſationis nobis ſupererit, quum id apud nos certum & conſtitutum non fuerit, & quidem Deo, quo gratias ejus diligentius expen-

Digitized by Google

tamen, ut diximus, hic error valde vexavit Eccleſiam Chriſtianam: ut etiam ſceleratus ille hæreticus, qui hic pœnas ſuæ impietatis dedit, auſus eſt dicere, animas hominum participes eſſe eſſentiæ divinæ. Horrendum vero illud, & execrandum eſt, à quo etiam natura ipſa abhorret, ut hominem obbrutuiſſe, quum eo uſque devenit, oporteat. Notemus igitur, hic ſermonem non haberi de Spiritu Dei, ita ut ipſius eſſentia in nobis eſſe dicatur: ſed de ejus halitu duntaxat, hoc eſt, de eo quod nobis vi ſua inſpirat: ſicut videmus Solem in cœlo manere, & tamen radios lucis ejus ad nos uſque venire, ita ut illius luce & calore fruamur: ſed an propterea ſequitur, nos hic inferius ut nos ita ſibi adjungat, ut cognitis peccatis noſtris ſemper illi gloriam & laudem tribuamus, nullo modo dubitantes, quin, ſi nos affligit, noſtram utilitatem & ſalutem ſpectet. Interim vero nos ipſi eo uſque ſubjicere diſcamus, ut patiamur nos in nobiſipſis deprimi, & prope in nihilum redigi, quo manu ejus corroboremur, & quidem manu ita valida & potenti, ut poſſimus omnibus tentationibus vi & gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti obſiſtere, ita ut cùm in vita, tum in morte nos morigeros filios inveniat, quomodo ſe Patrem propitium erga nos exhibuit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, &c.

CONCIO NONAGESIMA OCTAVA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXVII.

5. Abſit ut vos juſtificem, donec deficiam, nunquam deſeram meam innocentiam.
6. Retinebo juſtitiam meam, non dimittam ipſam, & cor meum non exprobrabit mihi dies meos.
7. Is qui mihi adverſatur, ſit maledictus, iſque qui adverſus me inſurgit, ſit improbus.
8. Quæ enim ſpes eſt hypocritæ, quum collegerit, & Deus ipſius animam avellet?

POſtquam Jobus ſcopum & intentionem ſuam in eo, quod dixerat, declaravit, ut oſtendat, ſe non blaſphemaſſe adverſus Deum, ſed hoc voluiſſe duntaxat ſignificare, ſibi hanc afflictionem non eveniſſe propter peccata ſua, ſed judicium aliquod extraordinarium & occultum hominibus eſſe: profitetur, ſe in ea ſententia conſtanter perſeveraturum. Diligenter vero hunc ordinem debemus obſervare, ne videlicet in re, de qua non prius certo perſuaſi ſimus, conſtantes & firmi ſimus: nam eo etiam pertinaces, ab iis qui bona & laudabili conſtantia præditi ſunt, differunt. Is qui non judicat, nec res optima ratione ad illas diſcernendas expendit, ſi aliquam imaginationem concipiat, ab ea nullo modo dimoveri poteſt: nec tamen propterea conſtans nominetur, aut laudari mereatur: nihil enim deterius eſt, quam in re non bene cognita ſe obfirmare. Vulgo dicitur, Stulti judicis brevis ſententia. Sed is qui non ſolum præcipitat ſe ad male judicandum, ſed in male judicatis ſe obfirmat, ſtultus & deſperatus ſit neceſſe eſt. Obſervemus igitur diligenter, quam hic Jobus viam ſequatur. Primum enim, quid intelligeret, ſignificavit, & oſtendit ſe falſa aliqua opinione minime imbutum fuiſſe, & quæ dixerit, nullo errore infecta, ſed ipſiſſimam veritatem eſſe. Hoc poſtquam declaravit, modo profitetur, ſe nunquam à propoſito ſuo, quod rectum & juſtum eſſe intelligat, dimotum iri. Quando igitur aliqua de re judicandum erit, nobis attendamus & diſcernamus: quod ſi ingenium aptum ad recte dijudicandum non habemus, (ſicuti par eſt nos ſemper tarditatem & infirmitatem noſtram agnoſcere;) precemur Deum, ut nobis det prudentiam & judicium ad recte dijudicandum. Sed poſtquam aliquid nobis cognitum erit, & de eo certo perſuaſi erimus, ne vacillemus. Magnum enim dedecus eſt, ſi, quum obſtinati homines ita ſint ſtultis ſuis imaginationibus dediti, ut ab iis divelli non poſſint, nos veritate cognita, tam ſtatim, & nullo negotio ab ea abduci ſinamus. Non aliis ad temeritatem & inconſtantiam noſtram damnandam, quam iis, qui ita proprio ſuo ſenſui addicti ſunt, teſtibus & judicibus opus erit. Cur vero? Si illi, re aliqua ſemel approbata, eam mordicus retinent, ut, quicquid agas, non poſſis illos vincere: nonne ſaltem hoc par eſt, ut ii, quibus Deus veritatis cognitionem communicavit, illam amplectantur, & firmiter

Digitized by Google

nulla eſt in ipſis certa perſuaſio. Prius itaque cognoſcamus oportet, à quo doctrinam habeamus, nempe à Deo: ut firmiter perſuaſi ſimus, eum nos ad ſuam ſcholam vocaſſe. Poſtquam vero hæc animis noſtris certa perſuaſio inſedit, ſimul conjungendum eſt perſeverandi ſtudium, ne ſimus illorum ſimiles, qui omnibus doctrinarum ventis agitantur, &, ſtatim atque aliquid novi acceperunt, ea quæ didicerunt obliviſcuntur. In eo igitur ſatis oſtendunt, ſe ne tantillum quidem veritatem Dei degustaſſe. Quid igitur facto opus eſt? Ut, ſicut dixi, quod bonum eſſe cognoverimus, nunquam nobis excidat: ab eo nunquam dimoveamur, ſed ipſum in animo ita infixum & inſculptum retineamus, ut in eo ad extremum uſque perſeveremus. En igitur, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Cæterum quando Jobus hic dicit, *Abſit, ut ego vos juſtificem*, obſervemus, non parvum coram Deo eſſe delictum, quum quiſpiam ſimulat ſe conſentire cum illis, qui malam cauſam tuentur, & veritati repugnant; nam etſi id ex animo non faciat, ſed aliter apud ſe conſtituerit, in eo tamen Deus blaſphematur: ſcimus enim, quantopere ipſi ſua veritas ſit pretioſa. Si igitur ſunt aliqui, qui malam cauſam tueantur, qui adverſus veritatem inſurgant, ad illam obſcurandam, qui denique mali aliquid moliantur: ſi vel duntaxat ſimulaverimus, nos ipſis & illorum in maleficio ſociis adhærere, certum eſt, nos coram Deo ejuſdem iniquitatis reos fore. Eò magis autem nobis hoc præceptum diſcendum eſt, quod hodie majorem hominum partem nullo modo religioni habere videmus, quod cum improbis conſentiant, aut ſaltem ad eorum nutum vultum ſuum componant, quamvis malum ipſis diſpliceat: & quamvis ipſum velint correctum & ſublatum, ad declinandum tamen odium & invidiam, ut dicitur, utque certamina iis propoſita, qui veritatem aperte tueri volunt, declinent, ſimulant ſe perſuaderi, & ad potentiorum ſententiam adduci. Quotieſcunque animadvertunt, improbos obtinere & vigere, Cedendum eſt, inquiunt, tempori: & quamvis pleno ore malum non approbent, tantum tamen abeſt, ut ipſi repugnent, ut ei adhærere, & in eo cum aliis conſentire videantur. Id tam vulgo fit hodie in mundo, quam quod maxime. Nemo eſt qui ſe aliis opponat ad bonas cauſas tuendas: ſed potius unuſquiſque dicet, Nolo me huic negotio penitius immiſcere, vereor ne in me invidia ipſius derivetur, nolo ex alterius aut communi cauſa meam facere. Scilicet vero? quod ſi Dei veritatem nolumus tueri, nonne digni ſumus qui ab ipſo reprobemur? Sed etiam quum ſignum aliquod dabimus, à nobis improbos juſtificari, & malam eorum cauſam probari: nonne hoc eſt, quaſi data opera Deo abrenunciare, noſque ab illo ſeparare? Quid vero volumus agere & evadere? Non abs re igitur tanta vehementia animi Jobus loquitur, & ait, *Abſit à me:* idque, utpote rem nimis turpem & infamem, eum in Dei veritate firmiter fundatum fuiſſe. Quum igitur certamen offert omnibus iis, qui ſecum congredi volent, oſtendit, in ejuſmodi cauſis medios aut neutros nos eſſe non debere, ſed neceſſario nobis ab alterutra parte ſtandum eſſe, non vacillandum aut declinandum nobis modo in hanc, modo in illam partem, ſed in recta via vera ſinceritate nobis inſiſtendum eſſe, ut dicamus, Hæccine cauſa eſt Dei? Nos omnes illius patronos & advocatos eſſe, eamque tueri convenit: ſi ſuſcepta à nobis fuerit mala cauſa, quam certo aliquo argumento cognoſcamus veritati adverſari, illico à nobis deſeratur, nec ullo modo toleretur. Si enim diſſimulaverimus, negare non poſſumus, quin Dei cauſam prodamus. Intelligimus igitur, quonam zelo nos præditos eſſe oporteat, non ſolum ad confirmandam veritatem à nobis cognitam, & declarandum, eam nobis probari, ſed etiam ad omnibus erroribus & falſis opinionibus reſiſtendum: ejuſmodi enim virtute, qualis hic nobis in Jobo deſcribitur, nos inflammari oportet. Notemus igitur, quod, quum agitur de doctrina ſalutis, & de eo quod pertinet ad cultum Dei & ad religionem, non ſolum nobis recipiendum eſt id, quod verum & bonum eſſe intelligimus, & quidem recipiendum animo docili & obedienti: ſed etiam nobis deteſtandæ ſunt omnes opiniones falſæ, quæ veritati adverſantur, & cum ipſa pugnant. Illis, inquam, acriter nos opponamus, omneſque eos, qui contradicunt, & nobiſcum in veritate non conſentiunt, improbos & maledictos eſſe palam pronunciemus, hoc eſt, illos pro hoſtibus juſtitiæ & rectitudinis habeamus oportet, cum nolint ſe nobiſcum in Dei noſtri obedientia conjungere, ſed ipſi ſint rebelles, & veritatem rejiciant. Quum itaque ſic ſe à Deo ſeparent, omnis unionis verum vinculum frangant; neceſſe eſt cum ipſis bellum apertum geramus, nec unquam nobis cum ipſis conveniat: qui enim volunt improbis gratificari, & cavent, ne ipſis diſpliceant, medii denique eſſe, & neutri parti ſe adjungere cupiunt; oſtendunt, ſe duplici facie præditos eſſe, & geminam, non mutatis veſtibus, ut aiunt, agere perſonam. Deus autem ejuſmodi ſimulationem ferre non poteſt. Quapropter retineamus, quod hic dicitur, nempe non ſolum hoc nobis dicendum eſſe, Non repugno, quominus id locum habeat: nec ſatis eſſe, ut veritatem non oppugnemus: ſed ſi volumus oſtendere, veritatem Dei à nobis approbari, eam illico tueamur, quique adverſus nos inſurgunt, nobis ſint hoſtes, eoſque deteſtemur, ſcientes non magis veritati cum mendacio, quam igni cum aqua convenire poſſe. En igitur, quod nobis adhuc notandum eſt. Cæterum Jobus ſubjicit, *Cor ſuum ipſi non exprobraturum dies ſuos:* aut non declinaturum, aut non retroceſſurum: quod ad verbum attinet, poteſt accipi pro exprobrare: poteſt etiam accipi pro renovari annis; inde fit ut per

 ſimi-

Digitized by Google

tractum iri, ſi Deo tergum obverterit, & bonum iter deſeruerit. Verum eſt, quod, ſtatim atque Deus nobis voluntatem ſuam declaravit, nos illius amore rapi, & in ea magis ac magis proficere conari, ne unquam ab ipſa dimoveamur, debemus. Vel primo igitur die, ſtatim atque nobis patefacta eſt veritas Dei, ad eam ſequendam debemus inflammari: ſed quum Deus hanc gratiam alicui largitus eſt, ut ipſum rexerit non ſolum in menſem unum, ſed annum unum, tres, decem; utque is diu, cognoſcens ea quæ de Deo & ſalute ejus cognoſcenda ſunt, vixerit: ſi poſtea is deficiat, nec ad extremum uſque pergat: nonne hæc longe major perfidia eſt, quam ſi alius quiſpiam, qui nondum ita firmas & altas radices egiſſet, averteret ſe, & levitate aliqua à recta via abduceretur? Nam ſi quiſpiam bono guſtato, ab eo ſtatim avertatur, verum eſt, ipſum coram Deo inexcuſabilem eſſe: ſed adhuc nos ejus aliqua commiſeratio capiat, quod, antequam plene & penitus fuiſſet inſtitutus in via veritatis, ab ea avocatus fuerit. Sed ſi quiſpiam, diu rectum iter ſequutus, ut inter firmiores & conſtantiores cenſendus eſſe videatur, ab eo deflectat, & avertat ſe, quid ille excuſationis poteſt obtendere? En igitur, quod Jobus voluit hoc in loco exprimere, oſtendens, quum Deus ſibi hanc gratiam largitus ſit, ut in rectitudine cordis & vitæ ambularit, & longo temporis ſpatio bonum cognorit, fore, ut cor ſuum in poſterum non retrogrediatur. Diſcamus igitur ipſius exemplo unuſquiſque noſtrûm diligenter æſtimare gratiam nobis à Deo conceſſam, quando ipſi nos ad puram Euangelii fidem vocare viſum eſt: ſic enim debemus cogitare, eum tanto beneficio nos ſibi plus obſtrinxiſſe, quam ſi vel arctiſſima & maxime ſolennia inter nos & illum pacta & contractus interceſſiſſent. Demus igitur operam, ut poſtquam bene cœperimus, ad finem uſque pergamus, & certo perſuaſi Deum nos manu deduxiſſe, viam, in qua nos ipſe collocavit, ſequamur. Cæterum diligenter unuſquiſque numeret tempus elapſum, à quo ad veritatis cognitionem pervenit. Quomodo? Jam annus unus, tres, decem, viginti ſunt, ex quo Deus ſe mihi patefecit: quomodo vero ab eo tempore profeci? Et tamen quamvis non ita profecerim, ut par erat, quia tamen Deus me in domum & familiam ſuam ſuſcepit, nec paſſus eſt, ut penitus à via abducerer, ſed mihi hanc gratiam conceſſit, ut huc uſque perſeverarim, ſi modo ipſi abrenuncio, & eum deſero, quid mihi futurum eſt? En quomodo ſecum unuſquiſque debet rationes inſtituero, ut ſe in ea conſtantia, cujus hic exemplum nobis in Jobo proponitur, confirmet. Ecce igitur id, quod nobis adhuc notandum erat. Io ſumma, videmus hoc in loco, non licitum eſſe fidelibus ullo modo diſſimulare, ſimulando ſe, id, quod tamen rationibus certis ducti condegenter id, quod nobis hic Jobi exemplo declaratur; quod nimirum, quando Deus nobis hanc gratiam conceſſit, ut fidem animis noſtris immittat, os noſtrum apertum eſſe debet, ut id, quod credimus, & de quo certo perſuaſi ſumus, confiteamur, & quidem tempore & loco prædicemus. Quod ſi videamus homines impugnare doctrinam, quam pro certo veram eſſe cognoſcimus, illis, quantum in nobis eſt, nos opponamus, Deique cauſam, niſi velimus fidem ipſi datam frangere, tueamur & propugnemus. Quamvis autem hæc doctrina mereatur pluribus tractari, paucis tamen illam à me comprehenſam eſſe ſufficit. Cæterum unuſquiſque ſibi attendat, ut ex ea utilitatem & fructum capiat: nam in ejus praxi omnia poſita ſunt. Nunc vero ad id, quod Jobus adjicit, veniamus: *Quæ eſt ſpes hypocritæ*, inquit, *etiamſi collegerit, ſi Deus animam illius exſtirpet?* Hic Jobus profitetur, ſe non intelligere, Deum non punire peccata in hoc mundo, dormire, clauſos oculos habere, & res in hoc mundo ita ſinere ferri, & labi, ut omnia in univerſum ſint perturbata & confuſa. Omnium, inquit, tandem rationes reddantur oportet: ſed tamen non ſtatim oculis animadvertuntur judicia Dei. En in ſumma, quod Jobus hic declaravit. Nobis vero in memoriam revocandum eſt id, quod jam ſuperius vidimus, nempe Jobi adverſarios contendiſſe, homines hic pro meritis tractari, Deumque ſemper benignum, amabilem, & miſericordem ſe præbere erga eos, qui ipſum precantur, & diligunt: contra promte ſeveritatem & vindictam ſuam promere in eos, à quibus contemnitur, & quidem in eos, qui adverſus ipſum inſurgunt, & omnes qui à recta via deflectunt. Contrarium autem videmus, nempe bonos affligi, Deum videri ipſis infenſum eſſe, utpote qui ipſos ita aſpère, ut nihil ſupra, perſequatur: interim videmus improbos in deliciis & voluptatibus verſari, triumphos ſuos agere, non ſecus atque ſi ipſos Deus delicate & molliter admodum in ſuo ſinu foveret. Quid hoc ſibi vult? Quod nimirum ea ratione animadvertimus, Deum non hic plene & perfecte juſtitiam ſuam exercere, ſed cùm bonorum mercedem, tum improborum punitionem ſibi in ultimum diem, & extra hanc vitam reſervare. Jobus igitur hic dèclarat, quod, quamvis ſuperius dixerit, Deum non punire improbos, & affligere bonos, ipſumque adeo videri immoderata adverſus eos, qui non ſunt promeriti, uti crudelitate, contrà vero improbos quaſi delinire: ſe tamen noluiſſe Deum ſuo munere ſpoliare, aut inficiari, quin is ſit ſemper Judex mundi, & gubernationi terræ invigilet. Quomodo vero id? Nequaquam illi certus dies aſſignandus eſt, non adigendus, ut hora dicta munere ſuo fungatur, ſed patienter exſpectandum eſt: interim vero nobis paſſim, modo

hic,

Digitized by Google

velle ipſorum patientiam probare, & nihilominus ipſos diligere. Quum de eo ut par eſt perſuaſi fuerimus, multum in omne tempus vitæ noſtræ profecerimus: nam ſtatim atque nobis aliqua tentatio ingruit, ita conturbamur & conſternamur animo, ut recreari nullo modo poſſimus. Si animadvertimus improbos in ſecundis & proſperis rebus eſſe, Deumque illos diutius, quam velimus, tolerare, frendemus dentibus, exſpectationi nullus amplius locus nobis eſſe videtur, noſque Deum invocando & colendo vana ſpe deceptos eſſe ducimus: tum ſi conditio noſtra non ea ſit, qualem caro noſtra optat, illico animum deſpondemus, indignamur, & penè in Deum deſpumamus: quicquid ſit, ita perturbamur, ut certo apud nos conſtituere non poſſimus, nobis in mediis noſtris miſeriis ad Deum confugiendum, & mala noſtra lenienda eſſe eo, quod ipſum Servatorem & Patrem nobis perpetuo futurum cognoſcimus. Quare adverſum infirmitatem noſtram pugnemus, ut hac dubitatione animum noſtrum exolvamus. Contra quum videbimus improborum proſperitatem, non deficiamus animo: ſed ſemper bono animo ſimus, ſcientes, Deum ipſos inſtar bovis aut porci ſaginare: ſi enim quiſpiam velit bovem mactare, ſaginabit illum, melius denique longe tractabit, quum lanienæ deſtinat & præparat, quam quum aratro admovet: idem fit in porco. Dominus itaque noſter in hoc mundo inprobos inſtar boum aut porcorum tractat, ſaginat ipſos, ſaturat, cibum in ipſos infercit: ſed totum id ipſorum exitio cedit, quoniam ejus bonitate & patientia abutuntur, quamdiu ita erga ipſos Deus benignus eſt: illi vero interim dona omnia, quæ de manu ipſius accipiunt, polluunt, theſaurum illum iræ, cujus meminit Paulus, colligunt. Quum igitur tantopere utilis nobis ſit hæc doctrina, magna vero cum difficultate à nobis comprehendatur: ne mirum videatur, quod ſæpius iteretur. Nam & opus habemus hanc doctrinam ſæpius revolvere & recolere animo, quod ſtatim initio eam intelligere non poſſumus: ac ſane non parum profecerimus, ſi toto vitæ noſtræ tempore eam comprehendere bene cœperimus: tum eam ſtatim, quamvis quotidie iteratam & denuo propoſitam, oblivioni tradimus. Veniamus autem nunc ad verba Jobi, *Quæ erit ſpes hypocritæ, quum collegerit, Deus vero ejus animam avellet?* Jobus his verbis ſignificat felicitatem hominum vita præſenti non eſſe includendam. Quando igitur homines felices aut miſeros eſſe dicemus? Non debemus habere oculos noſtros defixos in hoc mundo, (nimis enim anguſtis ſpatiis aſpectus noſter circumſcriberetur;) ſed nobis ad mortem veniendum eſt. Illic enim nobis oſtendit Dominus, nihil profuiſſe hic in deliciis egiſſe, multas opes & facultates collegiſſe, in honore & dignitate fuiſſe, in otio helluatum eſſe, denique hic omnium votorum compotem factum fuiſſe: Deus, inquam, in morte deobſervet. En quomodo oculi noſtri, quum huic mundo defixi hærebunt, perſtringentur, aut ita quaſi faſciis quibuſdam involventur, ut amplius judicare non valeamus. Retineamus igitur id, quod nobis hoc in loco oſtenditur, pro nihilo reputandum, quum in mundo in deliciis vixerimus, nec ex eo æſtimandam eſſe hominum conditionem: nimis enim temerarium illud judicium futurum. Diſerte vero Jobus dicit, Etiamſi improbus multum collegerit: hoc eſt, Ponamus hominem in hac vita, quæcunque optari poſſunt, habere, ne propterea tamen meliorem eſſe ejus conditionem exiſtimemus. Cur? Quid illud erit, inquit, quando Deus animam ejus avellet? Hoc vocabulum *avellendi*, oſtendit, mortem improborum ſemper violentam eſſe. Quin etiam quamvis quaſi putruerint in mundo, Deus illos tam diu ſinat vivere, ut prope illos vitæ tædeat, & præ ſenectute, decennium integrum ægre trahant ſe, & quaſi repant, etiamſi ſaturi dierum & bonorum moriantur: nihilominus tamen avelluntur. Cur? Primum, quia nunquam ſe poſſunt ad voluntatem Dei componere: præterea nunquam cognoverunt, in quem finem in mundo ſunt collocati, nempe ut à Deo revocarentur aliquando: & eo minus de vita cœleſti, & hæreditate immortali nobis parata, ſunt perſuaſi. Ecce igitur tria, quæ deſunt omnibus ſceleratis, quod nimirum neſciant, quid ſit obedire Deo, ipſique ſe regendum permittere: non cognoſcunt creationis ſuæ finem, ſe nimirum in hoc mundo poni, ut tranſeant duntaxat: & ad extremum non cognoſcunt, quid ſit vita cœleſtis, & ubi nobis ſit quies conſtituta. Quoniam vero hæc tria nunquam apprehenderunt, aut reputarunt, minime mirum eſſe debet, ſi ex hoc mundo avelluntur, Deuſque illos ad ſe invitos & reluctantes trahere cogatur, ita ut libere & alacri animo ad ipſum non emigrent ex hac vita. Contra fideles ex hoc mundo migrant, contenti eo, quod hic vixerunt in Dei cognitione, ut rebus nobis promiſſis, & quas ſperamus, plene & perfecte fruantur. Avelluntur itaque improbi. Re tamen diligentius conſiderata, quando ita vi avelluntur homines, id contra naturam eſt. Et quamvis ea rebellio, cujus memini, ſit omnibus incredulis inſita, nihilominus tamen Deus coëgit aliquando Ethnicos hæc verba pronunciare, ut oſtenderet inexcuſabiles eſſe, ſi ita mortem fugiamus, & nimis vitæ præſenti addicti ſimus. Sicuti judex reum nocentem in quæſtione habens, cogit ipſum id, quod nolit fateri: ita Deus, uti jam dixi, quaſi vi confeſſionem extorſit ex Ethnicis, ut oſtenderet, eos, qui libere & æquo animo mortem non accipiunt, eſſe tanquam monſtra quædam, quæ naturam omnem pervertunt. Ecce Ethnicum, qui verbum unum ſanæ doctrinæ nunquam audiverat, nunciata morte filii ſui, dixit, ſciebam me ipſum mortalem genuiſſe. Ecce confeſſionem editam ab homine, quæ ad univerſum mundum in

genere

impediunt, quominus ita nos comparare poſſimus, tum etiam remedia, quibus illa corrigere & emendare poſſimus. Primum itaque diſcamus nos Deo ſubjicere, nec ſimus ita perverſi & dementati, ut nos velimus ejus, qui nos creavit & formavit, ſubjectioni eximere. En cui rei ſe ante omnia fideles homines applicare oportet, ut nimirum cur creati & formati fuerimus, agnoſcamus. Ecce Deum, qui omne imperium in nos obtinet: nos igitur ad nutum ipſius componamus, & ejus cultui penitus conſecremus, ut cùm in vita, tum in morte ipſi mancipati & addicti ſimus, neceſſe eſt. Quando quiſpiam ſe ita Deo poterit omni cum humilitate & reverentia ſubjicere, ſibique renunciare, ut dicat, Creator tuus adverſus te cauſam obtineat, omneque imperium & dominatum habeat oportet, en bonum initium. Verum eſt, hanc doctrinam ſatis amplam & uberem eſſe, ut in ea tractanda tres dies, aut etiam tres menſes occupati detineamur: ſed ſufficit, ut ſummatim, quæ de illa attigi, cognoſcamus, ut per otium unuſquiſque ipſam meditetur. En igitur primum præceptum, quod nobis ſæpius animo agitandum & revolvendum eſt, ſi volumus placide vivere & mori, nec vi, aut violenter ex hoc mundo avelli, ut nimirum voluntati Dei noſtri ſubjiciamur. Secundum autem eſt, ut intelligamus, in quem finem in hoc mundo collocati fuerimus: nam ſine eo, nonne belluarum inſtar ſumus? Bos neſcit, cur illum Deus crearit, ſicuti aliæ animantes rationis expertes: ſed ſi id ignoret homo, nullam poteſt excuſationem prætexere, judicio enim & ratione præditus eſt, tum Deus illum ultra hunc mundum vocat, ut ſciat hanc vitam nihil aliud eſſe quam tranſitum. Belluæ neſciunt, quid ſit mors, donec ſecuri aut malleo percutiantur, jugulentur, aut denique morbo aliquo moriantur. Non poſſunt illæ mortem vitamque diſcernere: ſed id ut poſſint homines, præditi ſunt intelligentia: quin etiam Dominus nobis ſemper ob oculos ponit fragilitatis noſtræ ſpecula. Si de iſtis vero non cogitemus, nonne, quæſo, nimis belluini ſumus? Quodque gravius eſt, belluæ nos condemnent oportebit: bos enim quamvis neſciat, cur creatus ſit, ordinem tamen aliquem naturalem ſequitur. Cur cornua demittit, collum ſubmittit, ad jugum ſubeundum, niſi quoniam Dominus ipſum aliquo modo, quamvis ſine voluntate & judicio, erudiit, ita ut miſeræ belluæ naturalem aliquam inclinationem habeant ad faciendum, quod ſui officii eſt. Quod vero interim homines magis ſint indociles & refractarii, quam boves, equi, aut aſini: an non vere id nimis turpe & infame eſt flagitium? Diſcamus igitur, cur Deus nos in hoc mundo collocarit, quem ob finem vivamus, nempe ut intelligamus, nos hic eſſe tanquam in tranſitu, noſque hic inferius in terra tanquam in diverſorio aliquo agere, nos Dei liberalitate ali & ſuſtentari, ideoque peni-

nem nobis à Deo communicatam. Ideoque divus Paulus dicit in loco à me citato, nempe quinto ſecundæ ad Corinth. nos expetere mortem non per ſe, ſed quoniam ſcimus, nos modo eſſe tanquam in tabernaculis caducis. Quid eſt corpus noſtrum? Eſt res adeo corruptibilis, ut folia non tam cito, quam nos, putrefiant, ſed ſcimus nobis domicilium eſſe paratum, noſque, quum in gloriam cœleſtem inſtaurati fuerimus, habitaturos non tanquam in tuguriolo ſub foliis, quæ ſtatim putreſcunt, ſed in ædificio immortali, pleno gloriæ. Quum itaque cognoſcamus, Deum nos ad ejuſmodi vitam, adeoque felicem, vocare, nobiſque ejus pignus in Domino noſtro Jeſu Chriſto dare, nobis non eſt mors fugienda, quum per ipſam in perfectam ſalutis noſtræ poſſeſſionem ingrediamur: denique non venimus ad mortem ſicut ſolent increduli. Increduli dicunt, Neſcio quo vadam: ſi opinionem aliquam immortalitatis animæ ſuæ habent, illic obſtupeſcant oportet, cognoſcentes, Deus erit meus Judex: aut ita obbruteſcent, ut iſta meliorem vitam nullam eſſe putent. Nos vero cognoſcamus, Deum nos condidiſſe ad imaginem & ſimilitudinem ſuam, ut nos ad ſe colligat, ſimuſque certi & perſuaſi, id eum facturum, modo nos ipſi penitus commiſerimus, juxta exemplum, quod dedit nobis Dominus noſter Jeſus Chri- *Luc. 23.*
ſtus. Pater, inquit, commendo tibi ſpiritum meum. *verſ. 46.*
Diſcamus igitur libere Deo dicere, Pono animam meam in manus tuas, Domine. En quomodo ſecuri erimus, quando nimirum Deus animarum noſtrarum cuſtos erit, & quomodo ad mortem ſponte & libero animo ibimus, quoniam animæ noſtræ ſunt in cuſtodia Dei, donec eas denuo cum corporibus conjunxerit, quum adveniet ultimus ille dies. Quum id habebimus, ad confirmationem ejus precationis poterimus adjicere, Tu me redemiſti, Deus verax. En *Pſal. 31.*
quomodo loquatur David, qua etiam ſententia uſus *verſ. 6.*
eſt Jeſus Chriſtus, ut oſtendat eam precationem eſſe omnibus Eccleſiæ membris communem. Ne igitur dubitemus, quin is ſuſcipiat animas noſtras ad eas cuſtodiendas, ſi ſincere, & non ficte ipſas illi commendaverimus: cognoſcamus, ipſum Deum eſſe veracem, qui non ſit permiſſurus, ut, quicquid accidat, pereamus, modo eo animo & prudentia præditi ſimus, ut nos illi committamus.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut noſtri, qui adeo miſerabiles ſumus creaturæ, miſereatur. Quoniam vero adeo remiſſi ſumus ad ſequendum id, quod ipſe nobis oſtendit, nos Sancto ſuo Spiritu in ejuſmodi zelo corroboret, ut nunquam dimoveamur aut abducamur à recta via, in quam ſemel nos induxerit. Quoniam vero quamdiu in hoc mundo vivimus, proclives, imo vero addicti ſumus

multis

Digitized by Google

Vidimus heri, quod, quum de ſtatu & conditione hominum, quiſpiam judicare vult, non debet in vita præſenti hærere, ſed ulterius progredi: quando enim vitam hominis duntaxat conſiderabimus, eam nihil aliud eſſe, quam umbram, videbimus: quin hoc poſito, ut omnium votorum compos fiat homo, Deuſque ipſi omnia, quæ optat, concedat, quidnam totum illud eſt aliud quam fumus, qui ſtatim præterit? Veniendum eſt igitur ad eam ſpem, cujus hic meminit Jobus, ut poſſimus diſcernere, felix an miſera ſit hominis vita. Expreſſe vero nos ad mortem revocat, declarans quum increduli & contemtores Dei ex hoc mundo avellantur, concludendum eſſe, ipſos omnes miſeros eſſe, quodque hic voluptatum, opum, honorum & rerum ſimilium obtinent, illud meram vanitatem eſſe, quæ ipſos decipit, nec in illis hærendum eſſe. Quando igitur homo ita vivit in hoc mundo, ut ſe in manu Dei eſſe cognoſcat, in ejus manu & bonitate conquieſcat, & interim, quandocunque ipſum Deus vocabit, migrare paratus ſit, hæreditatem ſuam perpetuam nequaquam hic eſſe, ſed in cœlo, cognoſcens: ecce hominem, qui beatus poteſt judicari. Sed qui Deum non reſpicit, nec in ejus bonitate confidit, qui etiam neſcit, an ſit in Dei cuſtodia, & qui ſemper in mundo manere vellet, nec niſi vi coactus poteſt ex ipſo exire; is, quamvis ad tempus votorum omnium compos ſit, miſera tamen creatura eſt. Ut autem melius hunc ſermonem confirmet Jobus, adjicit, *Improbos non exauditum iri coram Deo, quando precabuntur, quin etiam in mediis animi anguſtiis & angoribus.* Hoc valde notatu dignum eſt. Jobus enim oſtendit, in quo conſiſtat præcipuum bonum, quod conſequi poſſimus, & optare debeamus: ut nimirum ad Deum confugiamus, ipſe nobis ſit propitius, ut nobis in tempore neceſſario opituletur. Ponamus, aliquem, quæcunque poſſumus animo imaginari, habere, ſi hoc illi deſit, cætera omnia nihil erunt, imo vero in exitium cedent. Homo rideat, ſit in deliciis & voluptatibus, bona ipſi affluant & redundent, unuſquiſque ipſum in honore ſummo habeat, denique hic inferius tanquam in paradiſo ſit, & parvum aliquod numen habeatur: niſi tamen hoc privilegium habeat, ut ad Deum confugiat, & perſuaſus ſit ſe non fruſtra Deum aditurum, ſed preces ſuas exauditum iri, quicquid is præter illud habere poſſit, nihil aliud erit quam maledictio, ipſiuſque augendo exitio eo magis inſerviet. Notemus igitur, non ſine cauſa Jobum nos ad id, quod in tota noſtra vita præcipuum eſt, revocare, & quidem quod attinet ad bonum, quod optare poſſumus, ut nimirum Deus nobis ſit propinquus, ad ipſum confugiamus, ipſe nos audiat, & preces noſtras obtineamus, quo prout opus eſt, & ſaluti noſtræ expedire ipſe cognoſcit, ab ejus bonitate auxilium conſequamur. Sed neque hic ſolum hoc nobis proponitur, ſed ſi univerſam Scripturæ ſacræ doctrinam conſideraverimus, homines ſemper miſeros eſſe, niſi Deus illos reſpiciat & velit exaudire, comperiemus. Verum eſt, nos (qui in nobis eſt ſtupor) id non animadvertere: ſi tamen vel minimam ſani judicii guttam haberemus, nemo ſit, qui non cognoſcat, hanc doctrinam pluſquam veram eſſe. Aperiamus igitur oculos; utque hac felicitate fruamur, & ſciamus qua re potiſſimum illa innitatur & fundata ſit, diſcamus cognoſcere, quod niſi Deum propitium habuerimus, ita ut ad ipſum vera fiducia & certa perſuaſione, qua certi ſimus ipſum ad nobis opitulandum in tempore neceſſario paratum eſſe, poſſimus confugere: niſi, inquam, id habeamus, nos pluſquam miſeri ſumus. Cæterum ſi hoc bonum habemus, ut ad Deum poſſimus confugere, nullæ ſunt afflictiones aut miſeriæ, quæ, quominus beati ſimus, poſſint impedire: nam ecce remedium, quod nobis adverſus omnia noſtra mala debet ſufficere, quum Deus pollicetur, ſe nos confirmaturum & corroboraturum, quando dejecti & tanquam proſtrati animo erimus, nos & quidem opportuno tempore liberaturum, quin etiam omnes noſtras miſerias in bonum & ſalutem noſtram converſurum, ita ut illæ ſint totidem adjumenta, quibus in vitam æternam provehamur, facturum denique, ut nihil ab ipſo, quod non aptum & utile eſſet, nobis immiſſum eſſe ſentiamus. Quum ejuſmodi promiſſionem habemus, poteſt illa multum ad omnes noſtras miſerias leniendas: &, quod amplius eſt, poſſumus etiam unuſquiſque in ipſis gloriari, ut etiam loquitur D. Paulus *Rom. 5:2.* quinto ad Romanos: nam ſub ea pace Dei, cujus ibi ſit mentio, quod hic Jobus dicit comprehenditur. Non poſſumus cum Deo pacem habere, niſi de ejus amore certi & perſuaſi fuerimus, quin januam apertam, & aditum facilem ad ipſum habuerimus. Quum id habemus, inquit D. Paulus, ſumus certi & perſuaſi, nos eſſe filios Dei, ut poſſimus de hæreditate illa æterna nobis promiſſa gloriari. Hoc in ſumma eſt, quod Jobus hic voluit intelligere, dicens, Numquid Deus exaudiet preces hominis improbi? etiam quum ipſum invocabit in afflictione? Sed hic poſſit quæri, quomodo Deus à ſe repulſam pati ſinat eos, à quibus invocatur, quum pollicitus ſit, ſe ad nobis opitulandum pronum fore, quin etiam, non exſpectaturum, ut à nobis ſuum auxilium imploretur, ſed vota noſtra præventurum: ſaltem hoc habemus, quod, ſtatim atque os aperuerimus, Deus paratus erit ad nobis opitulandum, ut dicit per Prophetam ſuum *Eſa. 65. verſ. 24.*

ciem aliquam precum: nec ſolum quum perſunctorie & aliud cogitantes precantur: ſed aliquando animadvertetur, ipſos ad precandum aliquo ſtudio & affectu duci: (coguntur enim:) ſed tamen non vere id ab ipſis fit: neque enim ea cognitione præditi ſunt, ut dicant, Deus meus me vocat, & ad ſe invitat, non fruſtra & in caſſum ipſum accedam. Quum viſum ſit illi me in numero ſuorum agnoſcere, adibo ipſum, non cum ſtulta temeritate & arrogantia, ſed Dei mei voci obediam, in ejus promiſſione confido. Hypocritæ ſic loqui non poſſunt, ideoque nullam in ſeipſis veritatem habent. In ipſis enim fidem eſſe oporteret, fides autem pendet à promiſſis, quæ nunquam improbi guſtarunt. Huc accedit ſenſus ille miſeriarum noſtrarum, quo nos affici oportet, quod nimirum hominem, quum ad Deum accedit, in ſeipſo confuſum eſſe, ſibi in ſuis peccatis diſplicere, ſeipſum odiſſe oportet, cognoſcere ſe pluſquam miſerum eſſe. Improbi autem & hypocritæ nihil ejus habent. Quamvis igitur os apertum habeant ad Deum invocandum, nihil tamen aliud faciunt, quam quod profanant ſanctum ejus nomen, quia nihil in ipſis eſt recti & integri: ac propterea implent id, quod dicit Propheta Eſaïas 29. cap. nempe ipſorum linguam & os ad Deum accedere, ſed cor ſemper remotum eſſe. Notemus igitur, quod, quum Dominus declarat & teſtatur, ſe exauditurum illos, à quibus invocatur, intelligit, ut preces ipſorum à fide promanent, homineſque ipſius promiſſiones diligenter ſint meditati, ut inde fiduciam concipiant ad ipſum adeundum: interim vero ſe tales, quales ſunt, agnoſcant, nempe perditos, damnatos, omnique adeo bono deſtitutos: quomodo etiam id nos ſcire oportet, ut ad bonitatis ipſius & gratiæ fontem confugiamus. Nunc mirum nobis videri nec debet, nec poteſt, ſi hypocritæ & ſcelerati, quum ad Deum accedunt, repulſam patiuntur, neque enim libera voluntate, aut affectu puro accedunt, quin etiam, ſi poſſint, Deum libenter fugiant, ſed quoniam ipſo carere non poſſunt, cum inviti & coacti adeunt. Sed quid illud eſt? Diſcamus igitur Deo ſacrificia voluntaria offerre, quando ipſum precamur, libero & alacri animo illum adire, cognoſcentes, nos ſine ipſo, omnibus rebus nobis neceſſariis, & ad ſalutem noſtram pertinentibus, vacuos & deſtitutos eſſe. Cæterum ne dubitemus, quin is nobis velit eſſe propitius, & favere, quum ſit pollicitus, eamque fidem ſemper habeamus, ipſum ad nos recipiendos paratum eſſe, nec ſurdas aures ad preces noſtras, quando ipſum orabimus, habiturum. En, quomodo à Deo exaudiemur. Expreſſe autem Jobus dicit, Quando tribulatio veniet ſuper hypocritam: quia tunc cognoſcimus & ſentimus, quantum valeant preces noſtræ, & quem fructum nobis adferant. Verum quidem eſt, Deum unoquoque temporis momento bonitatem ſuam erga nos teſtari: quam-

ad humanas anguſtias redacti ſumus? Minime. Nimis enim ſupina fuerit hæc negligentia, ſi ejuſmodi vim & coactionem exſpectaverimus. Nobis igitur Deus omni tempore invocandus eſt, ut poſtea declarabitur: ſed tamen Deus, quum nos affligit, nos ſollicitat, tum pigritiam noſtram corrigit, nos ſtimulat, quo ad ſe accedamus. Expreſſe dicitur, tunc debere nos ipſum invocare, tempuſque opportunum eſſe, quo ipſum adire debemus: ut ſcriptum eſt in
Pſalmo 32. Juſtos Deum precaturos tempore oppor- *Pſal. 32.*
tuno, hoc eſt, malo ipſos urgente & premente, non *verſ. 6.*
quod non ſemper ejus precandi occaſionem habeamus, ſed quod tunc maxime. Eo autem admonemur, ne, quum ad ſummum afflictionis & preſſuræ venerimus, animum deſpondeamus, ſed potius ſumamus fiduciam, qua ad Deum accedamus, ſcientes ipſum tunc nos non ſolum ore, ſed etiam reipſa ad ſe invitare: nec ſolum nobis manum porrigere, ut dicat, ſe nos gratos & acceptos habituros, ſed nos quaſi vi ad ſe trahere, quum nimis pigritiæ in nobis eſſe animadvertat. En quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Interim, quis ſit fidei noſtræ fructus cognoſcamus: quod nimirum in omnibus noſtris miſeriis felices ſumus, omnes maledictiones, quas Deus omnibus propter peccata ipſorum immittit, nobis bono, per fidem, cedunt, quando Deum invocamus, & ad ipſum confugimus. Cur vero? Quia in medio afflictionum apparet nobis Servator, facitque ut ſentiamus ipſum nobis propinquum eſſe. Poſtquam Jobus ſic loquutus eſt, ſubjicit, *Sceleratum non oblectaturum ſe in Omnipotente, nec ſemper ejus opem imploraturum.* Quando dicit, Improbum non precaturum ſemper Deum, illud confirmat, quod jam dictum eſt: nempe nos non tunc duntaxat precari debere, quum ad ſummas anguſtias redacti ſumus, ſed illud nobis perpetuum & ordinarium eſſe debere: ſicut vere ſcimus, nos Deo vel minimum temporis momentum carere non poſſe. Ac ſane gratia, quam ab ipſo exſpectamus, non in eo duntaxat poſita eſt, ut is nos à morte, quando jam in ipſa ſepulcri ora erimus, liberet, ſed etiam malum omne à nobis avertat & propulſet: videmus enim, nos in hac vita centum mortibus circumſeſſos eſſe; miſeriarum, quibus ſumus obnoxii, infinitum eſſe numerum. Nos igitur Deus ſervet oportet, iſque adeo ſit murus noſter, & propugnaculum noſtrum:
ſicut etiam loquitur per Prophetam Eſaiam, Se eſſe *Eſa. 26.*
arcem, rupem & clypeum noſtrum, quomodo etiam *verſ. 1.*
toties in Pſalmis vocatur. En igitur, quomodo debe- *Pſal. 18.*
mus Deum invocare, non ſolum, quando ipſe nos *v. 2, 3.*
tangit, aut tanquam magnis ictibus nos percutit, ſed *& 28.*
etiam tunc, quum bene & commode nobis eſt, noſque *v. 7, 8.*
periculum nullum animadvertimus: conſiderandum *& 31: 4.*
tamen nobis eſt, quot miſeriis obnoxia ſit vita noſtra, ut perſuaſi, nos ipſis liberari non poſſe, niſi Deus nos ab ipſis ſervet, ad illum confugiamus, ut dicamus,

Hei

Digitized by Google

ſemel in die, aut etiam cogente & urgente neceſſitate Deum precari, ſed in eo, tanquam in exercitio ordinario, nobis perſeverandum eſt. Ideoque dicitur, *Improbum non ſemper precaturum.* Sed adhuc aliud quidpiam nobis notandum eſt: Jobus enim vult ſignificare, improbum, etiamſi aliquando ſimulet ſe precari, nihilominus in eo non perſeverare, nec conſtantia & perpetuo tenore uti. Et in eo quidem hypocritarum preces à precibus filiorum Dei differunt: hypocrita enim, non examinato corde ſuo, faciet quidem id quod faciunt filii Dei, in ſpeciem Deum precabitur, quin intelliget, ſibi ea re opus eſſe: ſed ſi minima tentatio ingruat, excandeſcit, non amplius Deum ad auxilium ſuum inclamat, ſed adverſus ipſum grunnit, ejuſmodi rabiem deſpumat, ut ſatis oſtendat, ſe antea nihil à Deo exſpectaſſe aut ſperaſſe, nec ipſum corde integro, ſed ficto & ſimulato duntaxat quæſiviſſe. En igitur, quomodo hypocriſis incredulorum detegatur, quando Dominus illos non tractat ex ipſorum arbitrio, ſed aliqua anguſtia conſtrictos tenet. Contra vero fidelis, poſtquam Deum in proſperis & quietis rebus ſuis precatus eſt, ſi Deus ipſum affligat, nihilominus perſeverabit eum orare, ut vulnera, quæ inflixit, ſanet. In ſumma, filii Dei perſeverant in Deo precando, ita ut, quamvis Deus ipſos vexet, dorſum illis obvertiſſe videatur, ſit ſurdus ad ipſorum preces, pergant nihilominus in precibus, nec defatigentur. Contra increduli, poſtquam Deum precati ſunt, ſi is non ſtatim ipſis applaudit, gratificatur, & omnia deſideria indulget, ſe in precando tempus & operam perdidiſſe exiſtimant. Videmus igitur, quæ ſit rite precandi vera ratio: ne primum ſummam & extremam neceſſitatem exſpectemus, ſed potius ipſam prævertamus, ſicut opus eſt, precantes, ut Dei bonitate præveniamur. Ecce unum notandum. Poſtea, ut quum in afflictione & anguſtia verſamur, nihilominus Deum æque precemur, atque dum ſumus in proſperis rebus: nam etiamſi tunc non videatur nobis Deus favere, ſed potius, ſecundum ſenſum noſtrum carnalem, nobis videatur hoſtis & adverſarius eſſe: ipſo tamen invocando fides noſtra exercenda eſt, quumque precando nihil profeciſſe videbimur, Deuſque ad preces noſtras ſurdus fuiſſe videbitur, in precando tamen, nunquam defatigati, perſeveremus: quumque hodie gemuerimus & ſuſpiraverimus, ſi accidat, ut nullam allevationem ſentiamus, cras ad illud idem remedium iterum redeamus. Ac ſane, ecce ægrotum, qui ſtatim non ſentit, quid illi proſit medicina: nec tamen propterea deſinit ſibi à medico datum conſilium ſequi. Numquid vero plus mortalibus hominibus, quam Deo noſtro, fidei adjungemus? Expendamus igitur diligenter vocabulum, piunt filii Dei & fideles, & lætitiam, qua fruuntur increduli. In eo cognoſcimus, omnes contemtores Dei, omnes improbos, omnes vitæ diſſolutæ homines, quamvis omnium maxime felices eſſe videantur, infelices tamen eſſe, nihilque in ipſis præter miſeriam eſſe. Contra, quamvis vulgo filii Dei exiſtimentur homines nihili, viles, abjectæ & quaſi damnatæ creaturæ: ipſos tamen eſſe felices, quia ſe oblectant in Deo. En igitur locum valde dignum obſervatione, & qui ſæpius in memoriam revocetur. Nemo noſtrûm eſt, qui non appetat exhilarare ſe: ſed interim non cognoſcimus, quodnam ſit verum gaudium, & unde ipſum capere, & quo referre oporteat. Ideo ecce cur hujus mundi gaudium maledictum pronuncietur ore Filii Dei: Væ vobis, qui ridetis. Quomodo vero? *Luc.* 6:25.
Numquid vult Deus nos perpetua malitia dejici? Numquid Deus dolet, & offenditur, quando lætitia aliqua recreamur? Ubi vero ſunt loci Scripturæ in *Deut.* 12. v. 7. 18.
quibus dicitur, Deum nihil aliud cupere, quam ut homines ſe exhilarent, atque adeo ipſis gaudii & lætitiæ materiam & occaſionem præbere? *Pſal.* 104. *verſ.* 15.
Neque enim ipſi ſatis eſt eos aluiſſe & ſuſtentaſſe, niſi ex abundanti det, unde illi poſſint ſe oblectare. Quomodo igitur Chriſtus riſum mundi deteſtatur? Quia nimirum homines ſe in gaudio ſuo inebriant. Quale vero eſt ipſorum gaudium? Quod nimirum illi ſeipſos obliviſcuntur, & avertunt ſe à Deo: ſicut videas magnam partem hominum non poſſe ſe oblectare, quin Deum longiſſime faceſſere jubeant, projiciant & dent ſe ad ejuſmodi intemperantiam, ut in illis nec ratio nec judicium ullum remaneat. Quoniam igitur homines ſic modum excedunt, neceſſe eſt ipſorum gaudium eſſe maledictum. Hujus autem rei exempla adferre non eſt opus: utinam res non ita vulgo nota aut uſitata eſſet. Sed quid? Nemo fere eſt, qui non hoc vitium in ſe agnoſcat. Si enim ſermo de Deo habeatur, cuperemus ſtatim ei finem imponi: ita, inquam, ſolemus affici, niſi Dominus guſtum nobis dederit ſuavitatis ejus, quæ in ipſo invenitur: qui enim ſemel eam guſtavit, nunquam poteſt expleri & ſatiari, dum de Deo verba fiunt: ſi poſſit de Deo meditari & cogitare, pluris id faciet, quam omnes voluptates mundanas. Sed qui dediti ſunt ſuis vanitatibus, certum eſt, ipſos, quum verba illis fiunt de Deo, ex ejuſmodi auditione nunquam ſatis cito ſe expedituros. Cur vero? Quia ejuſmodi ſermones ſunt illis materia triſtitiæ. Ac ſane videmus, quomodo & in conviviis, & in confabulationibus, & ſimilibus rebus, ſi mentio Dei fiat, odioſus & moleſtus eſt ille ſermo. Ne igitur mirum nobis videatur, Deum pronunciare maledictionem illam horrendam in gaudium hujus mundi, quum ipſum ita ſit perverſum, à recta via deflectat,

modo, quis ſit Jobi ſermo: de felicitate enim hominum judicat, ut par eſt, nec ei, quod apparet, hæret: idem enim accidit, ut recte etiam dixerunt Ethnici, felicitati iſti imaginariæ, atque pulchris imaginibus. Ecce imagunculam ligneam: quæ foris & in ſuperficie deaurata eſt, mirum in modum reſplendet, ſed intus tineis exeſa eſt: eadem conditio eſt omnium iſtorum mundanorum, qui ita Deum rident, ut ſe oblectent & exhilarent. Poterunt enim opibus & dignitate valere, & voluptatibus frui, vita igitur ipſorum omnium maxime beata & felix exiſtimabitur: ſed interim intus corroduntur, & mala ipſorum conſcientia eſt tanquam carnifex, qui non ceſſat ipſos cruciare, ita ut, quid agant, neſciant. Quumque non poſſint Deum invocare, neceſſe eſt, nullam ab ipſo miſericordiam ſperent, nec ullam fidei certitudinem habeant, ſed perpetuo ſint in tremore, qui neſciunt, quamdiu in ſpeciem florens ſtatus ipſorum durabit, denique ſtupidi ſint oportet & belluis ſimiles. Contra animadvertitur, fideles etiam in afflictionibus gaudere. Quum enim ad Deum reſpexerimus, & ejus faciem paternam erga nos intuiti fuerimus: vel hoc ſolum verbum non conſolatur, quando is profitetur, ſe non ſupra vires nos afflicturum, & omnibus noſtris malis felicem exitum daturum: quumque ipſa patienter tulerimus, ſentiemus ipſa nobis profuiſſe ad ſalutem, quia expediit, & utile fuit nobis caſtigari manu Patris noſtri, ut nos ab hujus mundi vanitatibus avocaret. Nunc videmus id, quod jam attigi, nempe quamvis increduli omnibus iis, quæ ſolent concupiſcere, potiantur, totum illud nihil aliud eſſe, quam vanitatem & mendacium: contrà fideles, quamvis multis afflictionibus premantur, nihilominus felices eſſe, quoniam Deum invocant, in ipſo poſſunt ſe oblectare, quoniam ipſum ſibi propitium eſſe, & ita ſe ab ipſo caſtigari ſentiunt, ut in bonum ſuum convertantur afflictiones omnes. Interim retineamus id, quod dictum eſt, nempe quomodo debeamus nos exhilarare. Verum eſt, Dominum dare nobis materiam & occaſionem lætitiæ, quando dat nobis panem ad edendum, & vinum ad bibendum, aliaque dona hujus vitæ uſibus commoda. Sunt enim ejus liberalitatis, quæ nobis à Deo conceditur, varia genera: ut puta quum dat Deus homini prolem bonam, & in aliis rebus ſimilibus ipſi benedicit, ecce materiam & occaſionem gaudii. Sed quomodo lætari debemus? In præſentia Dei noſtri, uti jam diximus. Volumusne igitur ita lætari, ut Deus gaudio noſtro benedicat, ipſum probet, atque hoc pacto nos tanquam in conſpectu Dei eo fruamur? Deum reſpiciamus, nos ab ipſo bonum omne habere agnoſcamus, gratiaſque illi agamus: tum ut ita in ipſum ſpem & exſpectationem noſtram reponamus, ut in rebus præſentibus non hærere nec illis animum noſtrum addi-

tes ipſam ſalvam & incolumem in manu ipſius ſervatum iri) illi commendare poſſunt, illos demum vere beatos eſſe. Contrà eos, qui vulgo exiſtimantur honorabiles, qui in dignitate ſunt, deliciis & voluptatibus fruuntur, ſemper miſeros eſſe: quoniam ſe à Deo, qui eſt omnis boni fons, ſeparant: quumque ad mortem ventum eſt, non ſperant in ipſo, ſed quaſi vi trahuntur, pro eo quod ſe placide in illius manus committere deberent. Jobus igitur ſatis ſuperque omnia illa diſtinxit: ſed vult adhuc amplius confirmare ſuum ſermonem: ideoque utitur hac præfatione, ſe oſtenſurum id, quod eſt in manu Dei, & quod eſt penes Omnipotentem: perſequiturque hunc ſermonem, quem jam habuerat, nempe, quum recte volemus judicare, nobis hic inferius non eſſe ſubſiſtendum, ſed fide nobis mundum trajiciendum, nobiſque alia ratione judicia Dei contemplanda. Nam ecce in quo adverſarii Jobi decepti erant, quod ſecundum ſtatum præſentem judicabant, & in his rebus inferioribus hærebant. Jobus igitur oſtendit nobis ad manum Dei veniendum, quin & notandum, judicia Dei arcana eſſe: quaſi diceret, Qui hærent duntaxat in hoc mundo, & reſpiciunt, quomodo hodie res ſint diſpoſitæ, illi judicium perverſum & confuſum ſemper habituri ſunt. Cur vero? Quia Dominus noſter nos ad ſe vocat, nobiſque declarat, quod quamvis ex parte judicia ſua exequatur, eaque nobis ita patefaciat, ut ipſorum ſigna & judicia aliqua poſſimus animadvertere, multa tamen ſibi in manu ſua reſervat: ſicuti Princeps non aperit omnia ſua conſilia, edictorum tantum, quantum ad ſubditorum gubernationem expedire novit, promulgat: paterfamilias etiam profert ea, quæ ſunt è re familiæ ſuæ: ſed reliqua, quæ declarare non expedit, penes ſe reſervat. Quod ſi homines mortales ſibi permittunt ejuſmodi licentiam, quid nobis de Deo ſtatuendum eſt? Numquid oportet Dominum nobis hic omnem juſtitiam & ſapientiam ita patefacere, ejuſque judicia nobis omnia ita nota eſſe, ut nihil ejus ſolius cognitioni reſervetur? Quonam res abiret? Videmus igitur modo, quænam ſit Jobi mens. Perverſam hominum ſuperbiam arguit, eo quod potentiam, juſtitiam & ſapientiam Dei, in ſtatu præſenti mundi, qualis nunc animadvertitur, velint incluſam. Jobus contra, Minime, minime, inquit: ſed manus Dei reſpicienda eſt, ut quod penes ipſum eſt intueamur. Quomodo vero illud cognoſcemus? fide, non autem ſenſu noſtro naturali. Nunquam enim tam alte poterimus aſcendere, ſed fide poterimus intueri, Deum ſibi reſervare multa, & ita quidem reſervare, ut, quum omnia confuſa & perturbata eſſe animadvertimus, nos patientes eſſe oporteat, & exſpectare, dum Deus id, quod modo nobis occultum eſt, patefaciat. Videmus igitur, quæ nobis in ſumma ex hoc loco doctrina ſit colligenda: nobis nimirum ſic in omni-

Digitized by Google

omnis enim noſtra vera ſapientia in eo poſita eſt, ut nos Dei noſtri bonæ voluntati ſubjiciamus. Sed quum hoc pacto velit fidem noſtram exercere, noſque experimento diſcere, quid ſit patientia, ne omnem noſtrum ſenſum & judicium ejus conſilio ſubjicere recuſemus. Cæterum, quum Deus nobis ex parte opera ſua patefaciat, ne ita cæci ſimus, ut nihil prorſus cernamus in iis, quæ omnino patent, & obvia ſunt dum incitemur, ne patiatur nos in noſtris voluptatibus & concupiſcentiis vagari, ſed quum ſemel nos in rectam viam introduxerit, nunquam nos ab illa dimoveri ſinat: ſed in ea magis ac magis, donec ad hæreditatem illam cœleſtem, ad quam nos invitat, pervenerimus, perſeveremus. Sic vero dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO CENTESIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XXVII.

13. Ecce, quæ ſit portio improbi apud Deum, & hæreditas, quam rapaces ab Omnipotente accipiunt.
14. Si liberi ejus multiplicantur, gladio deſtinabuntur, & ejus poſteritas pane non ſaturabitur.
15. Reliquiæ ipſorum ſepelientur in perditionem: & viduæ ipſorum non lugebunt.
16. Si colligant argentum tanquam pulverem, & aurum inſtar luti:
17. Juſtus illis induetur, & innocens diſtribuet ipſius pecuniam.
18. Ædificabit domum ſuam tanquam tinea: & quomodo vinearum cuſtos tuguriolum ſuum conſtruit.
19. Quando dives dormiet, nihil colliget: aperiet oculos ſuos, & nihil apparebit.

IN ſpeciem quidem videtur, Jobum hic alio ſermone, quam ſuperius uſus ſit, uti, & in adverſariorum ſententiam, ſua revocata & relicta, concedere: nihilominus vidimus, ejus mentem & ſcopum non eum eſſe. Quomodo igitur ea, quæ hic dicuntur, accipiemus? Ecce enim cur contenderit adverſus eos, qui ipſius conſolandi cauſa venerant, nempe Deum punitiones in improbos non ita exercere, ut illæ viſibiles ſemper ſint, & in oculos incurrant. Nunc vero eoſdem ſermones, quos alii habuerant, habet: ſed notemus, Jobum hic ex ſuo ſenſu nequaquam loqui: ſed ponit ita eſſe, ut alii dixerunt, & quidem ex parte. Ac ſane videbimus in ſequenti capite, quomodo iſta evertat, & in ſumma oſtendat, ſicuti jam ſuperius dixerat, judicia Dei nobis eſſe abſcondita & incomprehenſibilia: inſtituet enim comparationem auri & argenti cum ſapientia. Quamvis aurum, antequam purgetur, ſit metallum plenum ſordibus, vixque ejus pretium & valor tunc cognoſcatur, eademque ſit argenti ratio, & venas difficile ſit invenire, quoniam illæ ſunt in terra confuſæ: inveniuntur tamen adhuc auri & argenti fodinæ. Sapientia vero longe remotius habitat ab hominibus, non invenitur in terræ viſceribus fodiendo, nec tam alte quiſpiam poſſit aſcendere, ut illam inveniat & conſequatur, niſi Deus ipſam dederit. Eo Jobus ſignificavit, nimis arduæ & difficilis ſapientiæ eſſe homini, comprehendere judicia Dei, nec nobis eſſe certam regulam de ipſis conſtituendam, non ſecus quam ſi illorum perfectam & integram cognitionem haberemus. Videmus igitur in ſumma, Jobum ſecum minime pugnare, nec cum eorum, quibus ſuperius reſtitit, ſermone & doctrina conſentire: ſed potius oſtendere, id, quod illi dixerunt, verum eſſe ex parte, ſed non ex toto, quoniam judicia Dei non exercentur ut plurimum in hac vita præſenti: ipſorum ſigna & judicia duntaxat aliqua, ſed nihil præterea, habemus. Nunc videmus, quænam ſit mens Jobi: ſed ſupereſt, ut ex hac doctrina utilitatem capiamus. Duo itaque nobis hoc in loco notanda ſunt: unum, nempe id, quod hic continetur, eſſe declarationem quandam ſuppliciorum, quæ Deus ſtatuit in improbos: & quidem quando in illos in hac vita caduca & fluxa animadvertere ipſi viſum eſt: ſed pro ſecundo nobis notandum

Digitized by Google

non puniantur, Deus tamen tandem manum operi admovet, id dico juxta illud, quod jam declaratum eſt: non quod regula generalis conſtituenda ſit, ſed ſæpius ita accidet. Diſcamus itaque ad Deum toto vitæ noſtro curriculo reſpicere, nec putemus, nos pœnis abſolutos eſſe, quando ex hominum manibus evaſerimus, nec tunc nobis adulemur, quaſi multum profecerimus: ſed intueamur hæreditatem illam, quam Deus declarat ſe præparaſſe iis, qui ita male vixerint. Quemadmodum puer non poſſidet ſtatim aut primo die bona patris, ſed temporis progreſſu ipſorum dominus & poſſeſſor futurus eſt: ſic contra Deus non punit improbos ſtatim atque illi ipſum offenderunt: tandem ipſorum poſſeſſio illis ſervatur, certaque illis remanet, tanquam hæreditas, quæ illis eripi non poteſt. Ecce unum notandum. Nunc vero adjicitur, *Quod ſi liberi ipſorum multiplicentur, gladio addicentur, poſteritas ipſorum exterminabitur, & in perditionem,* abſque ullo remedio, *ſepelietur.* Ex his verbis intelligamus, Deum non ſolum improbos & contemtores Majeſtatis ſuæ punire in ipſorum propriis perſonis, ſed eam vindictam ad liberos uſque proferre. Verum eſt, id ſenſui noſtro mirum & abſurdum viſum iri: ſed jam ſuperius declaratum eſt, quomodo Deus improborum liberos, ſine eo quod ipſis ullam faciat injuriam, punire poſſit. Cur vero? Nos ſumus omnes maledicti in Adamo, & ex utero matris, præter condemnationem, nihil afferimus. Si igitur Deus nos tales, quales ſumus, relinquat, perditioni omnes, & ſummi & infimi, deſtinati ſumus. Quum Deus univerſum mundum exterminabit, & in abyſſum præcipitem dabit, numquid crudelitatis accuſari poterit? Minime: quod enim leniter nos tractat, id ex mera ipſius bonitate & liberalitate, nullo noſtro merito, proficiſcitur. Quum gratiam ſuam ſubtrahit à prole improborum, utque patres puniat, liberos ſimili perditione involvit; quumque eo quod patres ſe magis ac magis ad omne ſcelus & flagitium dederint, liberos implere patrum ſuorum iniquitatem, ut ea in ipſorum ſinum rejiciatur, oportebit, ut loqui-
Jer. 32. verſ. 18. tûr Scriptura: ne id mirum & à ratione alienum nobis videatur. Deus enim ſcit, cur ita agat. Verum quidem eſt, quod ſi de his volumus ex noſtro ſenſu judicare, nos exiſtimaturos, nobis non deeſſe rationes, cur aliter faciendum fuiſſe nobis videatur: ſed audaciæ diabolicæ eſt, velle opera Dei ex ratione & intelligentia noſtra metiri. Interim quoque illud, quod declaratum eſt, retineamus, nempe, omne genus humanum in ſe damnatum & perditum eſſe, Deumque de ipſo ſumma ſeveritate poſſe ſtatuere, ſine eo quod quidquam poſſit ipſi exprobrari: ſalus enim noſtra non eſt à nobis, quumque Deus nos de ipſa certos & perſuaſos reddit, id non fit propter dignitatem aut meritum aliquod noſtrum; ſed à mera ipſius miſericordia, ut declaratum eſt, promanat. Videmus igitur, Deo gloriam tribuendam eſſe in ea ſeveritate, quam adverſus improbos exercet, quum illos in ipſoſmet puniverit, ſeveritatem illam ad prolem uſque ipſorum perventuram, quin etiam ſe poſt mortem ipſorum oſtenſurum, illorum prolem perſequendo, quantopere illos ſit exoſus & deteſtatus. Quum illa dicuntur, neceſſe eſt improbos, etiamſi lapidibus ſint duriores, terribili pavore corripi. Quomodo enim? inquient. Quanta & qualis hæc erit Dei vindicta in nos, ſi ea liberos noſtros involvat & in ipſorum caput poſt mortem noſtram redundet? Si propter nos prolem noſtram perire oportet, qualis & quam horrenda eſt noſtra perditio? En igitur, cur diſerte Dominus ſe pœnas, quas improbis infligit, ad prolem uſque ipſorum propagaturum interminetur: ut nimirum eo magis timore percellamur, cum homines natura adeo ſint ſtupidi & obfirmati. Veniamus autem nunc ad id, quod initio attigimus, nempe judicium in oculos & ſenſus interdum, ſed non ſemper, incurrere. Videbimus igitur, improborum liberos ſtatim conſumi & inſtar nivis liqueſieri, ſi bona habeant, ſtatim illud effluit, quumque viſi fuerint ſatis opum & facultatum à parentibus accepiſſe, unde ſe laute & uncte alerent & tractarent; miramur, ſtatim illas opes diſſipatas eſſe, nec qua ratione id acciderit ſciri poteſt, accidiſſe duntaxat animadvertitur. Quando igitur attendemus ad judicia Dei, reipſa poterimus obſervare, non fruſtra Scripturam ſacram dicere, Deum improbos in ipſorum prole puniturum. Ecce hominem, qui tota vita ſe excruciavit ad congerendas opes: ac ſane magnas congeſſerit; ita ut divitiæ ejus poſteris & nepotibus nunquam defuturæ videantur, minimo tamen temporis momento omnia illa abſumuntur. Cui rei, aut cui cauſæ ejuſmodi mutatio attribui poteſt? Concludamus igitur, Dei manum eſſe. Quapropter ne cæci ſimus, quando Dominus ita operatur: ſed diſcamus ex ejuſmodi exemplis documentum capere, ne avaritia præcipites abripiamur, nec exiſtimemus, felicitatem hominum conſiſtere in multum congerendo, ſed potius magni faciamus & æſtimemus benedictionem Dei, ſicuti etiam ea eſt, quæ nos alit, & liberos noſtros alere perget. Si Deus manum exerit ad nos ſuſtentandos, en noſtram αὐτάρκειαν, precemur eum, ut in ipſa nobis communicanda perſeveret: & quomodo ipſum erga nos Patrem benignum & liberalem experimur, ita etiam illum liberis noſtris poſt mortem noſtram non defuturum, ſciamus. Sed quoniam improbi tantopere laborant eo ut diteſcant, congeſtæ ab ipſis opes in majorem perditionem liberos, quam patres ipſos, præcipitabunt: quum mira ſe facere putant magnos quæſtus faciendo, reſtim nent liberis ſuis ad eos ſtrangulandos. Si enim curaſſent illos vulgarem aliquam artem doceri, quam exercendo ambularent in bona conſcientia, id illis bonæ & amplæ hæreditatis inſtar fuiſſet: ſed quum multa poſſident, ecce illos excæcatos, ita ut ſe ad omne ſcelus & omnem nequitiam applicent: tum illis divitiæ ſunt occaſio, per quam Deo & hominibus deteſtabiles redduntur. Deus enim ipſorum faſtum & ſuperbiam

ferre

Digitized by Google

aut vult ipſis tollere occaſionem ſomno ſe in his terris obruendi: aut denique vult ex illis, purgationis cauſa, mittere ſanguinem, quia videt copiam, quam poſſident, illis inſtar noxiæ redundantiæ futuram. Quando medicus curat ægroto venam ſecari & mitti ſanguinem, videtur noxium quid ipſi procurare: ac ſane eo conſilio latro jugulum hominis gladio petit, & ſanguinem emittit, ut illum trucidet, medicus tamen curat educi ſanguinem ex ægroti venis bona de cauſa, nempe ad reſtituendam valetudinem. Sic accidet aliquando, ut Deus ſpoliet juſtos opibus, quas illis conceſſerat, aut ut liberos ipſorum ad paupertatem redigat, nec id eo facit, ut exiſtimemus, aliquam punitionem in ipſos exerceri: ſed contra, ut dixi, id inſtar purgationis cujuſdam eſt, qua utitur erga ſuos: atque hoc pacto illos à mundo abſtrahit & avellit, quoniam poterat fieri, ut hujus mundi opibus ita implicarentur, ut id exitii, cum ipſorum, tum prolis, cauſa fieret. En quomodo judicium illud, de quo ante loquuti ſumus, non eſt perpetuum: ideoque etiam non conſtituimus regulam generalem, quæ nullam exceptionem patiatur. Sed redeamus ad id, quod tam ſæpe dictum eſt, quodque adhuc amplius declarabitur in capite ſequenti, nempe judicia Dei non ſemper eſſe viſibilia, nec ſemper à nobis animadverti poſſe, ut dicamus, Deus ſemper hoc modo operatur. Quando igitur Deus hominem puniverit, ſive in ipſius perſona, ſive in ejus prole: ejuſmodi exemplum intueamur, ut ex eo utilitatem capiamus: ſi erga alios conniveat, nec tam ſtatim illos puniat, patienter exſpectemus, dum dies Domini luceat. Nam quum ſumus in hoc mundo, ſumus tanquam in tenebris, res ſunt adhuc obſcuræ: ſed in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti omnes libri aperientur, nihil amplius erit occultum: diem illum exſpectemus patienter. Cæterum quum Deus nos affliget, & quidem ita, ut poſſimus exiſtimare ipſum nos odiſſe, & nos perſequi inſtar hoſtis capitalis: nihilominus tamen ipſi nos ſubmittamus, & cognoſcamus, ipſum hac ratione nos velle ad ſe attrahere: patiamurque nos ab ejus manu, prout ipſi videbitur, tractari, caventes, ne nimis ſenſui noſtro addicti ſimus. Quo enim loco res eſſent, ſi unuſquiſque in ſua manu vitam ſuam haberet, ut diceret, Volo ita eſſe, id ita fiet, ubi eſſet obedientia noſtra? Præterea reſpiciamus quænam in nobis ſit ſapientia ad appetendum id, quod nobis expedit: contra tentamur ad optandum id, quod non niſi exitioſum nobis eſſe poteſt. En igitur cur adducere nobis habenas, noſque totos bonæ voluntati Dei noſtri permittere debeamus. Sequitur autem, *Quod quum improbus aurum collegerit tanquam pulverem*, id eſt, pretioſa veſtimenta, veſtes ſtragulas & ſimilia, tanquam terram coacervarit, *juſtus illis induetur*. Hoc ſæpius accidere poteſt, quumque accidit,

judicandum de promiſſionibus: ſunt enim promiſſiones quædam, quæ ad vitam præſentem pertinent. Non videmus autem promiſſiones illas ſemper eodem tenore impleri, ſed prout Deus novit expedire. Promiſſiones vero ſpirituales, quæ pertinent ad ſalutem animarum noſtrarum, certæ ſunt. Concludendum eſt, Deum, in ipſis nunquam nobis defuturum: diſtinguamus igitur inter illud, quod eſt hujus vitæ caducæ, & illud quod ad vitam cœleſtem & regnum Dei æternum pertinet. Ad vitam autem præſentem quod attinet, verum eſt, in genere nos nobis polliceri poſſe, fore, ut in ea nobis Deus ſit quaſi viæ dux, & quamdiu in ea nos voluerit eſſe, nos ſuſtentet ſua bonitate, noſque ſub umbra & protectione ſua habeat: ſed non poſſumus expreſſe ſtatuere, utrum abunde bona ſit daturus nobis, utrum valetudinem, utrum ſit nos ex manu hoſtium liberaturus, utrum denique nobis ſit hac vel illa ratione opitulaturus: nobis nihil horum deſignare, & certo nobis polliceri poſſumus: ſed nos, ad particularem iſtorum in ſpe noſtra deſignationem quod attinet, obvolutis oculis eſſe oportet: nam etiam Deus vult nos hic quaſi in perpetua pugna eſſe. Cæterum non poſſumus, niſi in pedes noſtros cadere, ut dicitur: omnes enim hujus mundi afflictiones non impedient, quominus Deus nos ad ſalutem promiſſam, & ad quam nos vocat, deducat. Eadem eſt ratio punitionum. Certum eſt, maledictionem Dei ſemper in improbos incumbere, & quamvis divites ſint, triumphos ſuos agant, ſint in honore & dignitate ſumma, Deum tamen invocare non poſſunt, ideoque nullam in ſua conſcientia quietem habent, ſed ſunt in perpetua inquietudine, nec malum ſuum cognitione bonitatis divinæ poſſunt lenire, nullum enim ejus guſtum habent, ut heri declaratum fuit. Quamvis igitur Deus non ſemper ita exerceat vindictam in improbos, ut illa oculis cerni poſſit, nihilominus tamen ſunt ipſi in media ſua felicitate maledicti: ultima vero punitio eos certo manet, & quamvis diu dilata, tandem veniat oportet. Quin etiam quum diu vixerint, ita ut videatur Deus ipſis favere, & in omnibus velle gratificari: id longe deterius eſt ipſis, quam ſi in hoc mundo caſtigati eſſent: caro enim illis conſtabit, quod hic Dei bona helluati, omni genere intemperantiæ inebriati, ejus lenitate & patientia abuſi fuerint, ipſumque adeo, doctrinam ejus, & omnem religionem irriſerint. Non poſſunt itaque improbi extremam illam punitionem, quæ ipſis denunciatur, effugere: ſed in hoc mundo fieri poterit, ut non ſtatim puniantur, quantum quidem animadvertere poſſumus. Veniamus vero nunc ad id, quod Jobus dicit: *Improbi*, inquit, *colligent argentum tanquam pulverem*: permittit enim Deus, quo eo melius vindictam ſuam manifeſtam reddat, improbos diteſcere, ita ut illi videantur eſſe gurgites, qui omnia mundi bona de-

Digitized by Google

dat, ſciri poſſit. Videmus igitur, has minas adverſus multos impleri, ut nimirum improbi argentum, aurum & ſupellectilem multam colligant, boni vero poſtea illorum ſpoliis induantur. Verum eſt, filios Dei, quoniam in ſimplicitate & integritate ambulant, multis rebus opus habere poſſe, illisque ita imminere paupertatem, ut de die in diem ipſos invaſura eſſe videatur: ſed Deus illis ita proſpicit, ut ſemper ulterius pergant. Videmus igitur, bonos improborum ſpoliis ornari: ſed tamen, ſi quis regulam generalem velit conſtituere, & ei Deum adſtringere, quid ille fecerit? Quapropter illud ſemper nobis retinendum eſt, judicia Dei non eſſe ſemper manifeſta & viſibilia, ut oculis cerni poſſint. Quum videmus hominem divitem improbum, ſcandilizamur. Quidnam verò hoc ſibi vult? dicimus. Quum videmus improbos & contemtores Dei honore affici: videtur nobis, Deum non regere mundum, & à fortuna res adminiſtrari. Ecce igitur fidem penitus abolitam, quando judicia Dei volemus metiri eo, quod nunc oculis poſſumus cernere. Diſcamus igitur nos tenere ſuſpenſos: quin etiam ſi de manibus improborum bona Deus avellat, intelligamus, eum minas, quæ hic proponuntur, implere: ſi id non faciat, pro certo habeamus, ipſum ſibi in ultimum diem ſui judicii exequutionem reſervare: nec modo velle res in perfectum ſtatum aſſerere, ut ſpem noſtram alat, eoque ut præſenti mundo addicti non ſimus, & hic inferius tanquam in paradiſo felicitatem noſtram non quæramus, ſed ſurſum ſublatos oculos habeamus, & eo citius hanc inferiorem vitam, tanquam viam aliquam decurramus, noſque in his terris peregrinos & advenas eſſe, ideoque nobis ſemper ad cœleſtem illam & permanentem hæreditatem aſpirandum eſſe cognoſcamus. Eodem modo intelligenda ſunt, quæ ſequuntur, nempe, *Sceleratum hominem domum ſuam inſtar tineæ ædificaturum, eamque inſtar tugurioli ejus, qui vites & agros cuſtodit, futuram.* Quando increduli & contemtores Dei ædificant, videntur ſibi mille annos poſt mortem in ædificiis à ſe conſtructis habitaturi: nam ea ſuperbia, quæ in ædificiis conſtructis à contemtoribus Dei apparet, nonne oſtendunt illi, ſe hic inferius ſibi immortalitatem quandam fingere & imaginari? Videntur ſibi per palatia ſua vitam producturi: quum domus ita conſtructa fuerit, ut mille annos durare poſſe videatur, dominus ejus perſuadebit ſibi, ſe quaſi affixum domui ſuæ eſſe, & hoc pacto celebrem ſe fore, & immortale nomen adepturum. Deus autem ejuſmodi arrogantiam irridet. Ideo Jobus comparat domos improborum cum domo tineæ. Quomodo? Tinea corrumpit & perdit omnia, ut ſibi domicilium quærat, pannum comedit, veſtis item pelliceam fulturam: quicquid invenit, arrodit: denique tinea ſibi, damno & diſpendio alterius, domicilium conficia conſtruere. Si in propriis ædibus habitamus, id bonis nobis à Deo conceſſis, non alienis habeamus: & qui commode habitant, ne in ſuis cupiditatibus inebrientur, ut hic nidum ſuum conſtituant: quotieſcunque enim homines nidum ſuum in terris conſtituent, id non impediet, quominus Deus illos hinc avellat. Caveamus igitur, ne hic inferius nobis nidum conſtituamus, ut dicetur capite 29. Jobum ſibi perſuaſiſſe conditionem ſuam nunquam immutatum iri. Homines autem, quum ſibi ejusmodi perpetuam durationem pollicentur, miſere falluntur, & Deus etiam ſtultam ipſorum arrogantiam irridet. Quando igitur fideles commode habitabunt, ſe tamen tanquam peregrinos in hoc mundo agnoſcant, & ſemper ex eo migrare, quando ita Deo viſum fuerit, parati ſint. Si non habeant commoditates, quæ optandæ videantur, ulterius pergant, & ſe à Deo viſibiliter admoneri intelligant, ſibi hic non eſſe ſubſiſtendum, ſed ulterius pergendum. En igitur, quod nobis retinendum eſt, quando videmus, Dominum nolle homines hic inferius hærere. Recta itaque via tendamus, quo ipſe nos vocat, tuncque benedicemur, tunc unuſquiſque in otio & quiete totum vitæ tempus habitabit, quia inquietudine illa, qua laborant improbi & contemtores Dei, non ſollicitabimur. Ecce unum notandum. Cæterum quamvis nos & domus noſtræ nihil aliud ſimus quam corruptio: nihilominus hanc promiſſionem habemus, quæ nos conſolari poteſt, quod nimirum, quando penitus in gloriam cœleſtem inſtaurabimur, non amplius his inferioribus ædificiis, ex materia conſtructis, opus habebimus: quin etiam corpus noſtrum longe aliud, quam nunc ſit, futurum. Sed interim diſcamus non ædificare rapinis & aliis maleficiis: hæc enim cauſa eſt, cur Dominus ſic diruit & evertit magnifice conſtructa palatia, ſicuti etiam videmus Prophetas minari, ipſa fore palatia noctuarum, ferarum rapacium, volucrium: bubones & Satyros illic habitaturos. Non alia igitur de cauſa Dominus id agit, niſi ut vindicet rapinas & furta, quæ ad ejuſmodi magna palatia ædificanda committuntur, juxta illud quod dicitur apud Prophetam Habacuc, quod, quando illi, qui *Hab. 2. verſ. 11.* alienas fortunas invaſerunt, ædificant, quaſi harmonia & concentu quodam, parietes ſibi invicem reſpondent, quum unus clamat, Conſtructus ſum ſanguine, alter reſpondet, Et ego homicidio. Viderint igitur fideles, ut quum ædificant, ſi ædificio ſuo diu volent frui, facultatibus juſte acquiſitis ædificent. Interim quicquid ſit, non hic hæreant, ad ſuum hic inferius nidum conſtituendum: ſed quotieſcunque Deo viſum fuerit, migrare parati ſint. Interim vero dicitur, *Improbum moriturum, nec honorifice ſepultum iri, oculos aperturum, nihilque ejus oculis obvium fore.* Iſta dicuntur ad concluſionem ſuperiorum. Jobus enim

qui ipſius gratia abuſi ſunt, aliquando illos tolerat, ita ut non animadvertatur, ipſum illos velle punire: ſed eo magis horrenda, uti jam attigimus, illis ratio reddenda erit. Si tamen videmus improbos ex alto cadere, cognoſcamus oportet, Deum illos non ſine cauſa ſuſtuliſſe in altum, ſed eo, ut lapſus illorum tanto gravior, & exitialis eſſet. Poſtquam igitur in altum admodum ſublati fuerint, neceſſe eſt, ut ſic illos Deus in lapſum & ruinam impellat. Cæterum quod ad ſepulturam attinet, non de nihilo eſt, quod ejus hic fit mentio. Quamvis enim ea potiri vel carere nihil interſit ad ſalutem noſtram, duo tamen conſideranda ſunt: unum, nempe improbos Deo & naturæ in morte ſua inſultare, & videri ſibi natura invita producere adhuc poſſe ſuum ſplendorem & magnificentiam, quum Deus illos ad putrefactionem vocat: tunc, inquam, homines mundani & carnales magnificentiam ſuam & opes magis oſtentant, quam toto reliquo vitæ tempore: tam ſumtuoſa enim & ſplendida ſepultura, qua afficiuntur, eo ſpectat, ut ipſorum memoria ab interitu vindicetur, & in hominum ore perpetuo verſetur. Sic videmus vanum illud ſtudium, quo mundani & increduli tantopere ſolliciti ſunt, ut magna & ingenti pompa ſepeliantur, eo ſpectare, ut ſuperbiam & faſtum ſuum ultra mortem Deo invito producant. Deus autem ejuſmodi arrogantiam irridet: facit enim, ut illos ſua ſpes fruſtretur: & pro eo, quod exiſtimarunt, ſe honorifice & ſplendide ſepultum iri, contra infami ſepultura afficiuntur. Ecce unum notandum. Eſt vero hic quoque conſiderandum, ſepulturam à Deo fuiſſe inſtitutam. Ea non eſt inventum humanum, quod careat fundamento: ſed Deus illam inſtituit, ut eſſet vitæ æternæ & reſurrectionis teſtimonium. Quando homines ſepeliuntur, terræ cuſtodiendi committuntur, donec ultimo die excitentur, ita ſepultura nobis eſt tanquam ſpeculum reſurrectionis. Quando igitur improbi ſepultura privantur, id perinde eſt, atque ſi Dominus noſter ratione viſibili, cùm in morte, tum in vita maledictionem ſuam, ſicut hic dicitur, in ipſos exereret. Interim notemus, ſi improbi homines tamen non dat illis ſepulturam. Quomodo vero id? ubi ſunt ex minæ, quarum hic fit mentio? Nobis vero ad id redeundum eſt, quod jam diximus, nempe eſſe judicia occulta & hodie incomprehenſibilia, nobiſque exſpectandum eſſe, dum Dominus nos ad eum diem, in quo omnia retecta erunt, adducat. Interim ſciamus, cœlum ſepulturæ loco futurum iis, qui à tyrannis cæduntur, contumeliis afficiuntur ab improbis & ſceleratis hominibus, quin etiam ſi vel maxime ſplendidis & honorificis ſepulturis potiantur, illud tamen nihil fore præ bono & privilegio, quod ipſis à Deo tribuitur. numquid enim honoratior & ſplendidior cœlo ſepultura poteſt inveniri? Atqui illa ſepultura Dominus ſuos afficit & ornat, quando ipſos communi & ordinaria privat. Quando igitur Deo placebit, ut ſepeliamur, in eo tanquam teſtimonium bonitatis ejus accipiamus: quando vero ea improbos privabit, ejus & in vita & in morte in ipſos vindictam agnoſcamus. Interim diſcamus nos continere, & tanquam clauſos oculos habere, quod ad ipſius judicia arcana attinet, donec ad ultimum diem venerimus, in quo ea, quæ nobis modo ſunt confuſa, aperte declarabit.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut eorum ſenſum nobis magis ac magis indat, quo illa nobis ita diſpliceant, ut nihil aliud quæramus, quam à Sancto ejus Spiritu regi: & interim cum omni humilitate oremus ipſum, ut miſericordia ſua infinita erga nos utatur: nobis peccata, quibus judicio ejus ſumus obſtricti, condonans: utque ita per hunc mundum tranſeamus, ut rebus hujus mundi non ſimus addicti, ſed in fide & ſpe confirmemur, donec Dominus nos ad ſuum Regnum vocarit, in quo ea, quæ nobis ex parte, & parva quidem duntaxat menſura cognita ſunt, plene videbimus; interim vero adverſus hujus mundi ſcandala confirmemur, quamvis ratio noſtra carnalis abyſſum, quæ eſt in ipſius operibus, non comprehendat. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed omnibus populis & nationibus terræ, &c.

Digitized by Google

2. Ferrum ex terra accipitur, & ex lapide funditur æs.
3. Deus finem poſuit tenebris, & omnibus rebus ad exitum tendentibus, terminos obſcuritatis, & umbræ mortis:
4. Facit ut fluvius ſe extra ripas effundat adverſus habitatorem terræ: aquæ ita attolluntur, ut fundum ipſarum pedibus tangi non poſſit, & in majorem homine altitudinem ſublatæ abeunt.
5. Ex eadem terra exit panis, & ſub ipſa eſt mutatio tanquam ignis:
6. Eſt locus, cujus lapides ſunt ſapphirus, & glebæ aurum.
7. Avis nullam cognovit in ipſo ſemitam, & vulturis oculus non vidit ipſum.
8. Leonis catuli non ambularunt in ipſo, leo non tranſivit juxta ipſum.
9. Rupi manum admovet, & montes ab ipſis radicibus convellit.

JUxta heſternum ſermonem hic dicitur, Divitem oculos aperturum, nec quidquam inventurum: quibus quidem verbis ſignificatur, divites ad tempus ſecuros fore, exiſtimantes ſibi nihil deeſſe debere: ſed tandem omnia ab illorum oculis amotum iri, ita ut nulla amplius illis ſpes ſit reliqua: eos excitatum iri, auxilium quæſituros, ſed nullum inventuros. Huc ſumma redit, quod quamvis ad tempus divites ſint tanquam ſomno ſepulti in ſua illa copia & abundantia, quia nunquam exiſtimant fore, ut ulla re egeant, quia præterea faſtu & arrogantia quaſi obvolutos habent oculos: cogit tamen illos Deus auxilium quærere, quod invenire non poſſunt: tum illi cognoſcunt, ſe fruſtra in ſuis opibus confidiſſe, & confunduntur. Hoc judicium Dei quotidie animadvertitur: ſicque admonemur, quamvis Deus, quæcunque poſſumus optare, nobis det, non tamen in eo nobis indormiendum eſſe, cognoſcentibus, vitam noſtram tot mutationibus, ut nihil ſupra, obnoxiam eſſe. Vigilemus igitur, ut Deum invocemus, nec hæreamus in iis, quæ nobis ſunt ad manum: vigilemus, inquam, ut nos multis modis auxilio divino indigere ſentiamus, & eo pacto ad Deum nos convertere, illiuſque ſola providentia & bonitate fundari & inniti diſcamus. En admonitionem, quæ nobis ex hoc loco colligenda eſt. Cæterum hoc non ſemper animadvertitur. Diſcamus igitur, uti dictum eſt, de his non eſſe regulam aliquam generalem conſtituendam: & quamvis divites moriantur in illa ſua rerum omnium copia, comitum magna ſtipentur caterva, conentur omnes ipſis operam ſuam præbere, denique nulla re indigeant: ne tamen exiſtimemus, Deum officium ſuum deſeruiſſe: ſed hoc judicium ſibi reſervat, quod in quoſdam hic exequitur: ideo ne exiſtimemus, ipſum illud non poſſe plene & cumulate hic exercere, ſi velit. Alii locum hunc paulo aliter accipiunt, non referentes ad divitem verbum illud, Aſpicient, ſed ad omnes. Reſpicient igitur homines, quid factum ſit iis, qui rerum omnium copia abundabant, & qui tantum valebant auctoritate in mundo, ſed nihil videbunt, ut dicitur in Pſalmo 37. Vidi illum, qui inſtar proceræ cedri montis Libani ſublatus erat, & vertice prope nubes attingebat: poſtea reverſus ſum, nec cognovi ejus veſtigium. En igitur, quomodo Deus facit, ut evaneſcant improbi, ita ut ipſorum memoria ex mundo deleatur. Et optime hic locus hoc ſenſu quadrabit. Cæterum, ſunt qui hoc non accipiant de morte, nec de ſepultura, ſicut heri fuit expoſitum, ſed perinde ac ſi diceretur, Improbum, quum cubitum ibit, ut quieſcat, quietem nullam inventurum: facilior tamen ſenſus fuerit, ſi dicamus, Improbos non evaſuros, quin Deus ſua judicia in ipſos patefaciat. Id autem fit, uti diximus, ſed non ſemper. Non eſt igitur ſemper nobis quærenda in hoc mundo exequutio judiciorum Dei: malum enim principium eſſet: &, ſicut ſuperius declaratum eſt, quum oculis non cerneremus ea, quæ nobis animo finxiſſemus, magnopere perturbaremur. Sciamus igitur, Dominum, quando ipſi viſum eſt, judicia ſua differre, nec ea hic infetius patefacere. Subjicitur autem, Pavores inſtar nimbi impetuoſi improbum correpturos. Hic aquarum mentio fit, ſed intelligitur repentinus aliquis nimbus, quum turbo aut tempeſtas aliqua noctu repente exoritur. Judicium hoc Dei valde inſigne, ut & frequens eſt, quod nimirum Deus ejuſmodi pavores improbis immittit, ut, quid agant, neſciant, idque illis inſtar nimbi & tempeſtatis non proſpectæ aut proviſæ incidit. Id diſerte dicitur, quoniam improbi ſibi, quando non premuntur, perſuadent, fore ut ſemper illos miſſos Deus faciat: nec tamen penitus quieti eſſe poſſunt, quia malam conſcientiam habent: mira interim ſibi pollicentur, ut eſt apud Prophetam Eſaiam, Ipſos pepigiſſe cum morte, videri ſibi cum morte fœdus iniiſſe, ita ut licet terra diluvio penitus inundetur, omniaque pereant, malum tamen ad ipſos non poſſit accedere. En igitur, quomodo improbi ſuperbia inflantur, niſi Deus illos premat, & in ea indurantur. Ac ſane quando quis illis minatur, & oſtendit, qualem ſuorum conſiliorum exitum ſint conſequuturi, tantum abeſt, ut moveantur, ut hoc unum norint, nempe irridere. Ecce cur dicitur, Pavores inſtar nimbi & turbinis in ipſos caſuros,

Pſal. 37. verſ. 35.

Eſa. 28. verſ. 15.

Digitized by Google

mundo pœnis eximantur, poſt mortem tamen ipſis ratio reddenda erit, tuncque amplius manus Judicis cœleſtis non poterunt evadere. Ambulemus igitur in ſollicitudine. Cæterum, ſi aliquando improbi non perterrentur aut expaveſcunt, ne propterea in mentem nobis veniat, Deum ipſorum iniquitates oblivioni tradidiſſe: ſed non ſemper, ut dixi, præſentia ejus judicia percipimus. Nobis igitur plena hujus judicii, quod improbis denunciatur, exhibitio ad ultimum uſque diem exſpectanda eſt, ſciendumque, Deum, manum ſuam quaſi occultantem, hoc pacto velle fidem noſtram probare. Cæterum nobis notandum eſt, quod, quamvis pavores, quos Deus verbi ſui contemtoribus immittit, non percipiantur, ipſi tamen ſemper in animo occultum terrorem ſentiunt: ut dicitur apud Prophetam Eſaïam, nullam eſſe improbis pacem, ſed eos ſe invicem inſtar fluctuum maris collidere. Quamdiu flat ventus aliquis vehemens, aqua ita commota & agitata cernitur, ut fluctus ſe invicem frangant & collidant: ſic neceſſe eſt, improbos, etiam nemine illos ſollicitante, ſeipſos vexare, ſuoſque in omnibus ſuis cogitationibus & affectibus carnifices eſſe. Ad caſum folii arboris, ut dicitur, nemine ipſos perſequente contremiſcent: ſed ejuſmodi pavores ſunt occulti, quia foris præ ſe ferunt intrepidum & imperterritum animum, eo quod præterea ſe non norunt, vertigine quadam in ſeipſis obſtupuerunt, Deum deteſtantur, admonitiones, quibus ipſos ad pœnitentiam invitabat, reſpuentes. Diſcamus igitur pacem illam, quam dixi, quærere, ut nimirum, quo Deo inniti, ipſumque invocare poſſimus, bonam & puram conſcientiam habeamus: tunc vero, etiamſi turbas aliquas animis noſtris immittat, non ita tamen illis obruemur, quin ſemper aliquam in ipſius bonitate gaudii materiam & occaſionem habeamus. Tandem vero dicit, fore, ut à vento orientali abripiantur, loco ſuo pellantur, malis obruantur, & fugere cogantur. Hæ ſimilitudines venti orientalis, & turbinum, in eundem finem adjiciuntur. nam Judææ reſpectu, ventorum omnium vehementiſſimus erat Orientalis, ut Scriptura ſacra teſtatur. Significatur igitur, improbos, licet ad tempus floruerint, opibus & potentia valuerint, abreptum tamen & proſtratum iri, non ſecus atque ſi ingens aliqua tempeſtas repente exoriatur, aut ventus, qui omnia peſſumdet, ita ut fugere cogantur: quod ſi copiis & præſidiis inſtructi videbantur ad reſiſtendum ingruenti exitio, ſi etiam ipſi in ſuis opibus ſpem collocarant, ſentient, nihil poſſe impedire, quominus Dei judicium adverſus ipſos impleatur. Licet igitur tenuis conditionis homines perterrefacerent, terrori denique omnibus eſſent, fugiant tamen oportebit. Cur vero? Quia nulla amplius in ipſis vis inerit ad malo reſiſtendum: intelligent, ſe opprimi, quoniam ipſos manus Dei perſequatur & affligat. In ſumma,

bos fugere: quod enim in Pſalmo dicitur, in ipſis im-
pleatur oportet. Quid me fiet, Domine, quando volam Pſal. 139.
evadere ex manibus tuis? Etiamſi ſupra nubes poſſim verſ. 7.
volare, Majeſtas tua ſuperius eſt, quæ me reprimet. Si
mare trajiciam, manus tua ultra ipſum proferetur. Si
in abyſſum uſque penetrem & abdam me, inde me
facile poteris retrahere. Poterunt igitur improbi Oſea 10.
montibus dicere, ut cadant ſuper ipſos, ſed fruſtra di- verſ. 8.
cent: ubicunque enim ſe abſcondant, manus Dei Luc. 23.
ipſos attinget. Notemus igitur, vana ſpe & opinione verſ. 30.
ludi homines, quando quærunt pacem, etiam ipſos Apoc. 6. verſ. 16.
perſequente manu Dei, quam quidem poterunt fugere, ſed fruſtra. Cæterum, quamvis id viſibiliter non appareat in omnibus, eſt tamen nihilominus Deus Judex mundi, ut ſemper eo nobis recurrendum eſt. Tandem vero concluſionis cauſa dicitur, Unumquemque manibus plauſurum, quando ejuſmodi improborum exitus animadvertetur: unumquemque ſibilum per ludibrium ex ſuo loco editurum eſſe: hoc eſt, tenuis & abjectæ conditionis homines, qui antea opprimebantur, nec audebant in plateas prodire propter iſtos latrones, qui illos devorabant, & parati erant ad ipſos deglutiendos, lætatum iri, quum Dominus ſic eos, qui dignitate & auctoritate valuerant, exterminarit: quin plauſuros manibus, & irriſuros ſuperbiam & arrogantiam illam, quæ ineſt in ejuſmodi Dei contemtoribus. Hic poſſit quæri, num bonis & fidelibus liceat gaudere, quando improborum exitium animadvertunt. Sed hæc quæſtio eſt prope ſuperflua in hoc loco, quia hic non oſtenditur, quid ſit licitum: ſed ſimpliciter ſignificatur, vulgo homines lætari: ſicuti etiam experientia animadvertitur, quum prædones, qui obvium quemque, & cujuſcunque conditionis homines vexarunt, moriuntur, Deuſque illos proſternit, palam omnes valde lætari. Cur vero? Quia illi fuerunt quaſi totius generis humani communes hoſtes. Sed adhuc nobis in hoc vocabulo notandum eſt, gaudium noſtrum ea occaſione conceptum, ſi non eſſet carnale, aut ab appetitu vindictæ non proficiſceretur, bonum, ſanctum & Deo probatum fore. Sed quum ad lætandum vindicta, aut aliquo affectu carnali incitamur, tunc gaudium noſtrum maledictum & condemnandum eſt. Atque ita, quum homines perturbatione aliqua animi in ſuo gaudio & triſtitia commoventur, en quomodo gaudium aut ira ipſorum ut plurimum ſunt vitioſa. Qui igitur, ut par eſt, velit lætari ob improborum exitium, non debet duci cupiditate aliqua carnali, ſed duntaxat eo, quod judicia Dei approbet, & in eo, quod ipſe declarat, acquieſcat, ut hoc pacto magis ac magis in ejus timore & amore confirmetur & ædificetur, utque etiam ſuas perturbationes moderetur. En quomodo nobis licebit lætari in improborum perditione: ſed caveamus, ne ab affectibus noſtris carnalibus ſollicitemur, aut quidquam de noſtro admiſceamus. Ad lo-

Multas igitur mutationes in mundo videbimus, ut dicitur in Pſal. 107. Hoc enim argumentum illic tractat Propheta, oſtendens propter peccata hominum terram ſterilem fieri, ita ut ſal in ea ſatum videatur, loca antea habitata deſerta fieri, homines propter famem cogi abire, illoſque adeo æſtu & frigore premi, ut quid ſibi futurum ſit, neſciant: præterea Deum etiam, hominum perverſitatem bonitate ſua vincentem, fertiles reddere eas regiones, quæ prius aridæ & exuſtæ erant, ita ut, ubi antea granum tritici non naſcebatur, copioſa annona proveniat. Quidam igitur exiſtimant, Jobum hic ejuſmodi deſcriptionem, qualis eo Pſalmo continetur, voluiſſe proponere. Sed jam ejus mentem & ſcopum indicavi, nempe multa eſſe in mundo arcana, quæ nulla ratione certa fieri videntur, & tamen tandem ratione non carere comperiuntur: ſed ſapientiæ Dei ſummum nunquam poſſe comprehendi, nunquam homines tam alte poſſe aſcendere. Et hæc quidem comparatio à minori ad majus ducitur, quaſi Jobus diceret, Eia, agite, amici mei, rationem & viam inire, qua aurum & argentum, lapideſque pretioſi in terræ viſceribus inveniuntur, arduum quidem & difficile eſt ingenio humano: verum eſt, eo perveniri poſſe, ſed tamen id poteſt jure arcanum naturæ appellari. Sunt & alia, in quibus homines confuſi ſunt, & mirari duntaxat poſſunt, quia flumina aliquando inde erumpunt, unde nemo ea ſcaturitura exiſtimaſſet, ut ſunt aquæ, quæ modo augentur, modo diminuuntur, ita ut locus aliquis modo pede ſicco trajiciatur, paulo vero poſt aqua inundetur: præterea torrentes modo deficiunt, & ſtatim poſtea augentur. Verum eſt, non magnum in eo arcanum videri: augentur enim torrentes, quum nives liqueſiunt, & ingens imbrium vis cadit: ſed videas ſcaturigines aquarum, quæ aliquando exſiccantur, poſtea ita copioſe aquas evomunt, ut non aliud poſſis dicere, niſi quod Deus in ejuſmodi mutationibus velit ſuam virtutem oſtendere. En igitur res obſcuras, quæ in hoc mundo cernuntur, & ad vitam præſentem attinent. Verum autem eſt, ingenium humanum poſſe de his inquirere, & illis inveſtigandis ſtudium applicare: ſed longe aliud quidpiam eſt ſapientia Dei. Quum de ipſius judiciis cogitamus, ne putemus, nos poſſe ipſa cerebro noſtro includere, aut penitus comprehendere, ſed id, quod nobis incognitum eſt, adoremus, Majeſtatem Dei nimis captum noſtrum excedere confiteamur, nec exiſtimandum eſſe, eam poſſe ſubjici noſtro ſenſui, ut eam, prout viſum nobis fuerit, circumſcribere liceat: ſed contenti ſimus eo, quod Dominus nobis oſtendit, ſcientes nimis longo intervallo nos à Deo diſtare, ipſique ad nos appropinquandum eſſe, nos alioquin ad ipſum nunquam acceſſuros: atqui Dominus, nobis appropinquans, non vult, ut id, quod nobis ultimo die patefaciet, modo cognoſcamus. En igitur, quæ mens ſit Jobi. Interim non opus eſt multum immorari in iis, quæ hic dicuntur: prehendendam virtutem inæſtimabilem Dei noſtri. Neque enim Dominus vult, nos inſtar ſtipitum ſtupidos eſſe, ſed contemplari virtutes manuum ipſius: ac ſane par eſt, eas à nobis cognoſci & æſtimari: & quidem ita, ut gloria, quam meretur, ipſi à nobis reddatur, & eo incitemur ad cognoſcendum, qualis & quantus ſit opifex: nec imitemur miſeros illos, qui in mundo ambulant, pedibus conculcantes opera Dei, & ejus Majeſtatem non agnoſcentes. Ne igitur tam belluini ſimus: ſed ſaltem, etſi ſimus ita hebetes & ſtolidi, ut Majeſtatem Dei, & virtutem ejus in rebus magis vulgaribus & abjectioribus non ſentiamus, quum ad ea, quæ mira ſunt & ſtupenda, accedimus, illic moveamur, & incipiamus ſentire, Deum eſſe, qui miraculoſe operatur: alias ingrati animi culpam inexcuſabilem contrahemus, ſi de eo non cogitamus. Sed interim obſervemus, Deum nolle nos in rebus hujus mundi detinere, mavult, ut ad ſe accedamus, & ex admonitione, quam nobis proponit, utilitatem capiamus. En præcipuum, quod nobis hoc in loco obſervandum eſt: ut, quum ſe offerunt nobis opera ſublimia & magnifica, illis ſtudium applicemus ad ea diligenter conſideranda, ut iis conſiderandis Deo gloriam tribuere diſcamus. Diſerte dicitur, *Deum poſuiſſe terminos tenebris.* Ecce tenebras, quæ occultant omnia: die, atra & alba diſcernuntur, ſed nocte adveniente ecce omnia confuſa & mixta, ſenſus noſtri deficiunt, lapidem ab homine, montem à domo non poſſumus diſcernere. Tenebræ tamen, quæ ſic homines aſpectu privant, & impediunt, quominus res poſſint diſcernere, à Deo terminantur & circumſcribuntur. Eo Jobus ſignificat, quod, quamvis in hoc mundo magna ſit rerum diverſitas, ut non excipias tenebras, quæ rerum omnium aſpectum auferunt: iſta tamen omnia quodammodo percipiuntur. Deus enim mittit poſt tenebras lucem: nec tenebræ perpetuo durant. Hic vero optimam & valde utilem inſtructionem habemus, nempe ingenium hominis ad iſta inferiora, & quæ ad hanc vitam caducam pertinent, dijudicanda, facultate aliqua præditum eſſe: ſed ea omnia, quæ pertinent ad regnum Dei, nobis eſſe abſcondita. Dixi hanc doctrinam valde utilem eſſe, modo à nobis, ut par eſt, intelligatur. Verum quidem eſt, nos ad minima & infima uſque non poſſe penetrare, niſi quatenus facultatem nobis Deus concedit: ſicuti multos videmus ſimplices & idiotas, qui parum à belluis judicio & cognitione differunt. Eos, qui ſunt ejuſmodi, Deus nobis tanquam ſpecula quædam ante oculos ponit, ad nos deprimendos. Si videmus fatuum aliquem & idiotam, qui penitus ratione & judicio careat, illic nobis hærendum eſt, ut ipſum conſideremus. eſt enim tanquam ſpeculum naturæ noſtræ. Unde manat ratio & intelligentia, qua præditi ſumus? nonne ea eſt Dei ſingulare donum? Qui igitur ingenio, judicio & intelligentia valent, ſe à Deo ejuſmodi gratia donatos,

Digitized by Google

eſt & character, quem Deus imprimit filiis ſuis. Sic igitur quamvis non habeamus Spiritum Dei, quo regeneremur, & arrhabonem illum ſpei ſalutis obtineamus: poſſumus tamen judicio & intelligentia aliqua valere: donum eſt commune fidelibus & incredulis, ut poſſint de his rebus inferioribus judicare: quin etiam videmus, improbos & contemtores Dei in ſuis negotiis omnium acutiſſime cernere, & prudentiſſimos eſſe: ut dicit etiam Dominus Jeſus
Luc. 16:8. Chriſtus. En igitur, quod nobis diſcendum eſt, Inferiora iſta aliquo modo à nobis capi poſſe, non quod aliunde quam à Deo hoc donum ſit, quod non æquali menſura omnibus diſtribuitur, ſed prout Deo viſum eſt. Sed tamen homines in hoc mundo non collocantur, quin Deus illis aliquid prudentiæ impertiatur, ita ut non ſolum de his rebus inferioribus judicent, ſed etiam bonum à malo diſcernant. Ubi locorum tam belluini ſunt homines, ut furta, homicidia, ſcortationes non condemnent? Natura id nos docet. Præterea omnes, leges & formam aliquam Reip. habent: nemo enim non intelligit, homines ordine carere non poſſe ad regenda & curanda negotia, quæ ad vitam humanam pertinent. Habent præterea artes vulgares, ita ut alius ſit piſtor, alius agricola, alius ſutor, alius pannifex: hæc quidem artificia ſunt dona Dei incredulis cum fidelibus communia: ſed ejuſmodi dona hanc vitam duntaxat & homines ſpectant, quia genus humanum in ſuo ſtatu non poteſt ſine ejuſmodi adjumentis & mediis conſervari. En igitur, quod in ſumma nobis retinendum eſt: quod nimirum, quamvis multa ſint arcana naturæ, eaque, quæ pertinent ad hanc vitam, ſint ardua & ſublimia, Deus tamen aliquam facultatem hominibus conceſſit, eo ut illa poſſint intellectu conſequi. Verbi gratia, ſi quis de artificio loquatur, is, qui eſt ejus ignarus, ipſum admiratur, & quarundam artium in primis ejuſmodi ſunt opera, ut admirationi ſint omnibus. Quomodo hoc fieri poteſt? inquient: quomodo poteſt aurum in terræ viſceribus inveſtigari? ecce aquam, ex ea ſal fit. Quomodo id fit? Hanc igitur induſtriam Deus hominibus largitus eſt. Præterea aurum & argentum, quorum hic mentio fit, quam admirabilia ſunt? Ecce metallum terræ permixtum, quod nullo colore præditum videtur, quin etiam videtur eſſe inutile. Quomodo vero poteſt diſcerni? quomodo poteſt excoqui & purgari, ita ut eo uti poſſint homines, fit metallum pretioſum, fit denique aptum commerciis hominum inſtrumentum, ſicuti videmus ad eum uſum aurum & argentum applicari? quomodo id fieri poteſt? Præterea ad alias artes quod attinet, nulla ars tam vulgaris & abjecta eſt, quin primo aſpectu ejus ignari mirentur, quomodo ea poſſit exerceri: quin quum intuemur, quomodo tritinon naſcitur in nobis, nec iſta habemus, quatenus ſumus homines mortales, ſed quatenus Deo ipſa nobis ſupra ordinem naturæ impertiri viſum eſt. Quin videmus, quomodo etiam in rebus iſtis inferioribus eorum, qui confidunt in prudentia ſua, ſuperbiam Deus puniat. Ecce præclaros iſtos mundi homines, quum in ſuis cautelis & aſtutiis valde callidi ſunt, perſuadent ſibi, ſe Deum & homines poſſe fallere: quin tam ſubtiles ſunt, ut nihil ſibi ex manibus elabi poſſe exiſtiment: tum ſibi mira fingunt, multa denique ſupra vires ſuas ſuſcipiunt. Deus ſic illos patitur præcipites agi: & interim, quum ipſos maxime oculatos & ſagaces eſſe oportuit, ita illos excæcat, ut vel pueris ludibrio & riſui eſſe poſſint. Sæpius enim accidet, ut maxime aſtuti, & qui ſe ad ſummum calliditatis cacumen pertigiſſe exiſtimant, omni judicio deſtituantur, ex improviſo capiantur, ſicuti dicitur
in Scriptura, Deum carpere ſapientes in verſutia *Job.* 5:13.
ipſorum, tanquam decipula quadam: id animadver- 1 *Cor.* 3.
timus. Quomodo fieri poteſt, ut iſte, qui ita prudens *verſ.* 19.
erat, nunc ita judicio lapſus ſit & excæcatus in tam parvo negotio? numquid ratione penitus caret? Scilicet, quaſi Deus non ſit in cœlo ad excæcandos eos, qui ſe nimis acutum cernere opinantur, & mirum quantum in prudentia & ſapientia ſua confidunt. Ejuſmodi arrogantiam puniat neceſſe eſt: quoniam enim tantopere de ſe opinione præſumunt homines, Deo honorem ſuum eripiunt, is ejuſmodi ſacrilegium inultum ferre non poteſt. Cæterum etiam quum homines acumen ingenii ſui ad malum potius quam ad bonum applicent, æquum eſt, ut Dominus ab illis pœnas expetat, quod ſibi ejus liberalitate conceſſa dona profanent: eſt enim id donum ſingulare, quando Deus bonum & acutum ingenium nobis dat: quod ſi ipſo ad fraudem & malitiam abutamur, nonne æquum eſt, nos Deo dare pœnas? Polluimus enim id, quod ipſe non ſolum ſaluti noſtræ, ſed proximorum etiam utilitati communi deſtinarat. Quod ſi Deus ejuſmodi arrogantiam punit, quando homines nimis in ſuo ſenſu & judicio confidunt, quod ad iſtas res inferiores & caducas attinet: quando, quæſo, illi ſupra cœlum aſcendere, omnia arcana cœleſtia cognoſcere, ea, quæ Deus ſibi reſervavit & propria eſſe voluit, intellectu ſuo comprehendere volent: quando, inquam, homines ita ſe attollent, nonne juſtum eſt, ut Deus illorum faſtum retundat, in profundiſſimam abyſſum eos præcipitet, quo eorum arrogantiam & ferociam ulciſcatur? Diſcamus igitur, quamvis ingenium noſtrum ſit idoneum ad diſcernendum hic inferius ea, quæ ad vitam terrenam ſpectant, non tamen inde ſequi, ut poſſimus ad cœlum uſque aſcendere, ad arcana Dei conſilia penetrare, ſenſu denique & cerebro noſtro ea, quæ Deus apud ſe occulta

 eſſe

Digitized by Google

verſ. 13. eſt,hoc mirum & abſurdum nobis videri: illac tamen tranſeundum nobis eſt, ut nimirum, ſi velimus Deum nos docere, doctoris erga nos officio fungi, ſtulti ſimus: hoc eſt, in nobis ne minimam quidem rationis & intelligentiæ guttam eſſe, illa nos magis nudatos eſſe ipſis belluis, & in nobis minus, quam in illis, conſilii & prudentiæ ineſſe cognoſcamus. Sic diſcamus nos deprimere,ut Deus manum nobis porrigat.Quum ita ſe res habeat,quid facto opus eſt? Cognoſcamus ad capienda arcana Dei, opus eſſe, ut ipſe nobis Sanctum ſuum Spiritum largiatur, tenebras noſtras illuſtret, quoniam ſumus natura confuſi, oſtendat ipſemet id, quod nobis cognoſcendum eſt, nec animo præſumamus aliam cognitionem habere, quam eam, quæ ab ipſo nobis conceſſa fuerit. Ecce unum. Sed ad ſecundum quod attinet, opus eſt, ut, quum lucem illam cœleſtem, & donum illud intelligentiæ, quod ut ipſorum majorem, quam adhuc habuimus, ſenſum nobis indat: utque contemplantes ejus judicia, ad ambulandum in ipſius timore magis ſollicitemur: quumque in ſana intelligentia profecerimus, placeat ipſi nobis dare,ut in ea magis ac magis perſeveremus, ne in poſterum extrema illa perditione,quæ omnibus improbis, qui adverſus ipſum obſtinati & indurati ſunt, parata eſt, involvamur: ſed emendatis vitiis noſtris, ipſius judicium, quo gratiam & miſericordiam conſequamur, prævertamus: utque, poſtquam nos in hoc mundo afflixerit,det nobis quietem,quam ſuis pollicitus eſt, ut nimirum tandem omnibus miſeriis,quæ nobis in hoc mundo perferendæ ſunt,defuncti, in gloriam cœleſtem, quo ibi omnium ipſius bonorum participes fiamus, & perfecte ad ejus imaginem reformemur, colligamur.

CONCIO CENTESIMA SECUNDA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXVIII.

10. Secat rivos in ſaxis, & oculus ejus omne pretioſum videt:
11. Conſtringit fluvios, ne exundent, & res occultas producit in lucem:
12. Sed ubi invenitur ſapientia? ubi eſt locus intelligentiæ?
13. Homo neſcit ejus pretium, ipſa non invenitur in terra viventium.
14. Abyſſus dicit, Ipſa non eſt in me; & mare dicit, Ipſa non eſt mecum.
15. Obrizum aurum non dabitur pro ipſa: & argentum ipſam contra non appendetur.
16. Non æſtimabitur auri maſſa, onyce pretioſo, & ſapphiro.
17. Aurum & cryſtallum non æquabuntur ipſi, nec permutabitur vaſibus auri obrizi.
18. Nihil præ ipſa cryſtallum nec galaxias æſtimantur: ſapientia pretioſior eſt margaritis.
19. Topazius Æthiopicus non æquabitur ipſi, nec maſſam auri obrizi contra, æſtimabitur.
20. Unde igitur venit ſapientia? & ubi eſt locus intelligentiæ?
21. Ipſa abſcondita eſt ab oculis omnium viventium, ſimul etiam ab alitibus cœli celata eſt.
22. Perditio & mors dicunt, Accepimus auribus noſtris famam ipſius.
23. Deus cognoſcit viam ſapientiæ, novit locum ejus.
24. Fines mundi intuetur, & videt omnia quæ ſunt ſub cœlo.
25. Ipſe eſt, qui pondera ventis, & menſuram aquis poſuit.
26. Qui impoſuit pluviis mandatum, & tempeſtatibus ſonoris iter præſcripſit.
27. Tunc vidit ipſam, & cognovit, ipſam diſpoſuit & ordinavit.
28. Et dixit homini, Timor Domini eſt ſapientia: & recedere à malo, eſt intelligentia.

Jam

Digitized by Google

ipſam penes ſe habeant, non magis penes ipſos illa reperietur. Verum eſt, multos animo poſſe præſumere, ſe ſapientes eſſe, ſimul etiam jactaturos, ſe pectore ſuo incluſam omnem ſapientiam geſtare: Deus tamen illam occultam penes ſe habet: quin etiam ii, qui ex hac vita exceſſerunt, quamvis hoc corpore mortali non ſint implicati, nec in his rebus inferioribus ſopiti hæreant, minime tamen ea, quæ ſunt conſilii arcani Dei, capiunt. Fruſtra igitur hac illac circuibimus, ſuperius & inferius quæremus: nunquam homo ad eam ſapientiam poterit pervenire: Deus enim illam penes ſe in ſua manu habet. Præterea ſi quis ſperet, ſe illam poſſe opibus acquirere, fallitur. Videntur homines induſtria ſua opes ſibi comparare poſſe: ſed, ut ſint ſapientes, non eſt in ipſis poſitum. Ecce igitur, quomodo ſapientia ſit theſaurus adeo eximius, ut nihil ipſi par & æquale, quod cum ea permutari poſſit, inveniatur. Colligatur aurum & argentum, adferantur lapides pretioſi omnis generis, id par & æquale ipſi non erit. Videmus igitur in ſumma, Jobum hic velle nos deprimere, ne nos ita acutos & ſolertes eſſe exiſtimemus, ut ſperemus, nos poſſe arcana Dei intellectu comprehendere, ſed potius libenter ea, quæ captum noſtrum ſuperant, ignoremus. Cæterum ſi ea, quæ ſunt menſuræ noſtræ, & nobis competunt, volumus intelligere, petamus à Deo, ut ea nobis Sancto ſuo Spiritu patefaciat: eo enim veniendum eſt. Interim veniamus quoque ad eam concluſionem, quæ hic ponitur: Deum nimirum, omnem in ſe ſapientiam habentem: ut re ipſa oſtendit, ſi vel ſolam mundi creationem ſpectes, quum aquarum & ventorum æquilibria quædam inſtituit: quomodo, inquam, in ſe Deus omnem ſapientiam, utpote qui ejus ſit fons, habet, ita ipſum hominibus præſcripſiſſe, ut hac ratione ſapientes ſint, ut nimirum ipſum timeant, & colant. Ex concluſione igitur, quam Jobus hic ponit, intelligimus, ſapientiam hominum in eo non eſſe poſitam, ut ſtulta & inani curioſitate ſciſcitentur, quo omnia ſciant: ſed ut ſe intra limites ſuos contineant, & quid ſit Deum colere, ipſique adeo ſubjici, intelligant: hæc eſt vera ſapientia, in qua tanquam freno aliquo inhibiti & fixi hæreant homines oportet. En quod ad literam attinet hujus contextus. Videamus modo, quam ex ipſo utilitatem capere poſſimus. Primum diligenter notemus, quum dicitur, Sapientiam inter vivos non inventum iri, id eo ſpectare, ut admoneantur homines, ne in proprio ſuo ſenſu & judicio confidant, aut ita acuto & ſubtili ingenio ſe præditos eſſe putent, ut poſſint operum Dei cauſas & rationes inveſtigare. Hæc autem admonitio valde neceſſaria eſt, ſi ſuperbia magiſter, nonne eos plus quam inſanos eſſe oportet? Unde vero hoc manat, niſi ex inſita omnibus arrogantia, quod omnes ſapientes eſſe volunt? Ideo dixi, hanc admonitionem valde dignam eſſe, quæ tenaciter memoriæ noſtræ inhæreat, utque in ipſa ſe unuſquiſque exerceat, quum natura noſtra hoc vitium in nobis innatum habeamus, quod libenter Deum nos ſenſui noſtro relinquere, nec de nobis docendis laborare vellemus. Cur vero? Quia nos ſatis ex nobis ipſis ſolertes eſſe putamus. Diligenter itaque obſervemus, quum hic dicitur, Sapientiam non inveniri inter homines, Jobum in ſumma, (aut potius Sanctum Spiritum ejus ore,) voluiſſe celſitudinem illam nobis innatam retundere, quod nos tam acuto & ſubtili ingenio præditos eſſe exiſtimamus, ut ſperemus, nos poſſe omnia intellectu complecti. Hic Sanctus Spiritus pronunciat, homines ita ſe attollentes falli: ſapientia enim illis deeſt. Quæ vero ſapientia? Arcana Dei cognoſcere. Nam uti dictum eſt, cognitionem aliquam rerum harum inferiorum conſequi poſſumus: & quamvis illæ ſint obſcuræ, eas tamen nobis Deus aliquo modo patefacit, illaque cognitio vocatur naturalis, quia omnes ejus, quamquam non æquali menſura, participes eſſe animadvertimus. Sed quum cognoſcendum eſt, quid ſit Deus, aut ejus judicia, ibi ſenſus humani perſtringantur oportet: & quo magis ſe volent attollere, eo magis deprimentur & confundentur. Ecce unum, quod erat notandum. Diſerte vero Jobus dicit, Sapientiam non acquiri auro, argento, nec lapide ullo pretioſo: quæ quidem verba eo tendunt, ut homines omnibus falſis ſuis præſumtionibus ſpolientur: ſi enim quiſpiam dives ſit, quia ab aliis magni fit, ſe mirum quantum valere putat, & ſui ipſius obliviſcitur. Atque ita Jobus oſtendit, qualiſcunque in nobis ſit excellentia, non inde tamen ſequi, nos ſapientiores eſſe, nec in ea fundandam eſſe ſapientiæ alicujus opinionem. Hoc vero monuiſſe non eſt ſupervacaneum: videmus enim, quomodo miſer mundus fallatur, quando divites, & ii, qui in dignitate aliqua ſunt conſtituti, ſententiam ſuam aliqua de re proferunt. Quid? Non licet contra dicere, aut refragari. Ecce, inquiunt, hic vel ille ſic dixerunt, ſic ſenſerunt: ejuſmodi opinionibus & præjudiciis occupantur homines, ut, quum dives quiſpiam loquutus eſt, in ejus ſententiam inquirendi libertatem ſibi denegent: & quamvis is ſit mera beſtia, in ejus tamen auctoritate obſtupeſcunt, & ſplendore opum perſtringuntur. Hodie vero quid impedit, quominus ſimplices multi homines & tenuis conditionis & ingenii non accedant, nec adjungant ſe veritati

 Dei,

Digitized by Google

rum & ſtipitum hebeteſcant. Id oculis cernitur, ſed non attendimus: ſerio vero conſideremus id, quod hic dicitur, Sapientiam auro & argento non acquiri, ne homines amplius iis omnibus, quæ hic inferius ſibi comparare poſſunt, confidant: ſcientes, ut quis poſſit arcana Dei comprehendere, id donum eſſe ſpeciale, & theſaurum nobis clauſum, donec Deus nos mera ſua bonitate illuminet, & nobis de ipſo, quantum illi viſum fuerit, impertiatur. Interim diligenter notemus id, quod hic Jobus dicit concluſionis loco, nempe Deum à creatione mundi, ſapientiam vidiſſe, penes ſe habuiſſe, diſpoſuiſſe: tum dixiſſe homini, En quomodo ſapientes eritis, ſi me nimirum timueritis. Hic Jobus noſtri comparationem cum Deo inſtituit: quia, niſi vi, non poteſt ſuperbia noſtra domari aut contundi: atque hæc ſola ratio eſt, qua poſſit retundi, quando nimirum ad Deum revocamur. Fruſtra enim nobis ingeniorum noſtrorum tarditas & imbecillitas oſtendatur, nunquam eo venire volumus, pedem ſemper retrorſum referimus, tum ſemper aliquam ſuperbiam occultam retinemus: licet igitur convincamur, ingenium & judicium noſtrum tam infirmum eſſe, ut nihil ſupra; nolumus tamen illam ſtultam opinionem deponere, quin nos ſapientes reputemus: ſed quum ad Deum revocamur, tum cognoſcamus oportet, nos nihil eſſe: nec nos amplius falſa noſtri opinione ludi & falli debere. En cur Jobus hic Deum in medium producat: & quidem, ut ſapientiam illam, quæ in ipſo eſt, agnoſcamus, nobis ob oculos ponit creationem mundi. Eia, inquit, numquid tam acuto & ſubtili ingenio præditi erunt homines, ut arcana Dei omnia intellectu comprehendant, quomodo ipſe ventos, aquas & alia appenderit? Verum eſt, Philoſophos, uti diximus, eorum, quæ nunc videntur, cauſas & rationes aliquo modo inveſtigare poſſe: ſed ſi ad creationem ventum ſit, ea tam admirabilis eſt, ut homines admirari, Dei infinitam ſapientiam adorare, & confiteri, ipſam ſuo ingenio incomprehenſibilem eſſe, oporteat. En igitur ſcopum & mentem Jobi in hoc loco: poſtea vero oſtendit, quemadmodum apud nos conſtituere debeamus, ſapientiam noſtram minime in eo poſitam eſſe, ut de omnibus inquiramus, omnia perſcrutemur & examinemus: ſed ut id, quod nobis utile eſt, prout Deus nobis conſtituit, cognoſcamus. Ecce locum eximium: perinde enim eſt, ac ſi diceretur, Deum ſolum arcana cognoſcere,
Eſa. 40. nec habere conſiliarium, ut dicitur in aliis locis Scri-
verſ. 13. pturæ: ac proinde non eſſe tantum nobis ſumen-
Rom. 11. dum, ut in ejus arcanum conſilium ingrediamur, &
verſ. 34. plura, quam nobis ab ipſo permiſſum ſit, cognoſcere cupiamus: ſed in ejus ſchola ea duntaxat, quæ ipſi viſum eſt nos docere, diſcenda eſſe, omnemque noſtram ſapientiam in eo poſitam eſſe cognoſcendum.

unum. Secundum autem vitium eſt, iſta inanis vanitas: quod nimirum homines ea, quæ ſibi utilia ſunt, & in quibus hærere, ſtudiumque ſuum omne ponere deberent, relinquunt & negligunt: interim vero ſe in rebus vanis, & ex quibus nullam utilitatem percipiunt, vexant, in eo laborant, & ratiocinationem ſuam exercent. Hoc volo ſcire, inquiunt. Cur vero vis ſcire? Quia ſic lubet. En igitur, quomodo ea, quæ nobis minime utilia ſunt, noſque nec in fide, nec in timore Dei ædificare poſſunt, cognoſcendi vanis deſideriis ducimur. Atque hæc cauſa eſt, cur Dominus multa nobis non patefaciat: quia primum vult nos deprimere: novit enim arrogantiam noſtram; noſque, ſi omnia ſciremus, intolerabiles fore intelligit: quum, quantumvis ignari ſimus, contineri tamen non poſſimus, quin aliqui eſſe velimus. Ecce Deum, qui nos deprimit, quumque perfecte ſapientes videri volumus, ita ridiculi ſumus, ut vel pueris riſui eſſe poſſimus: ſed licet Dominus nobis ſic adducat habenas, nihilominus tamen oſtentamus & venditamus nos, nobiſque perſuademus, quin etiam aliis perſuadere conamur, ſummam in nobis ſapientiam ineſſe. Nos igitur Dominus ſub ea ignorantia, in qua ſumus, continet. Cur vero? Numquid quod nobis occultarum rerum ſcientiam invideat? Minime: ſed eo pacto vult nos ad humilitatem erudire: hoc vero eſt præcipuum ſapientiæ noſtræ caput, ut ſobrii & modeſti ſimus, atque adeo infirmitatem, qua laboramus, ne nos efferamus, ſentiamus. Ecce igitur Deum, qui nobis multa occultat, ut humiles eſſe diſcamus: (quales, ſi nihil nobis incognitum eſſet, non eſſemus.) præterea, quid nobis utile ſit & expediat, diſcernit: atque in eo nos totos vult occupare & detinere. Neque enim Dominum in Scriptura ſacra voluiſſe paſcere noſtram curioſitatem, omniaque, quæ cuperemus ſcire, nos voluiſſe docere, invenimus. Pruriunt aures noſtræ, & titillant nos ſubinde deſideria noſtra: Atqui hoc ſcire cuperem. Quid vero illud eſt? Omnia autem illa vana ſunt & inania, quæ nihil prodeſſe poſſunt: Deus autem, ut eam vanitatem, quæ in nobis eſt, & ſtultum illud deſiderium corrigat, ea duntaxat, quæ nobis expedire & utilia eſſe cognoſcit, patefacit. Diligenter itaque hic locus animo noſtro infixus hæreat, quum dicitur, Deum ſapientiam ordinaſſe, quin illam apud ſe retinuiſſe, & interim hominibus dixiſſe, Timete me, tum ſapientes eritis. Eo enim Jobus primum ſignificat, homines falli, quum omnia volunt perquirere: cervicem enim tam alte volantes ſibi frangunt: hoc eſt abſque alis, ut dicitur, volare. Diſcant igitur contenti eſſe, ſi ea, quæ ipſis patefacere, Deo viſum eſt, diſcant. Ecce unum notandum. Alterum eſt, ut ea, quæ Deus nobis patefacit, & in quibus vult unumquemque noſtrûm ſe exercere,

Digitized by Google

[illegible] ingredimur : tunc æquum eſt, ut obruamur. En quomodo Deus multorum, qui ea, quæ ſibi apta ſunt & utilia ſcire, contenti eſſe non poſſunt, ſuperbiam retundit. Itaque Jobus, ut ea duo vitia, quæ notavimus, caſtiget, oſtendit nobis, Ecce id, quod Deus hominibus dixit. Hoc vocabulum magni ponderis & momenti eſt, *Deum dixiſſe hominibus:* perinde enim eſt, ac ſi diceret, Deus voluit ſemel hominibus de ipſius arcanis & omni conſilio inquirendi licentiam præcidere: interim declarat, doctrinam, quam velit in ſua ſchola diſci, utilem eſſe ad ædificandum in ſanctitate vitæ, ut homines ei, qui illos creavit & formavit, ſe ſubjiciant, & in ipſius obedientia ambulent. En, inquam, ſapientiam, quam Deus nobis conſtituit. In ſumma Jobus nobis proponens timorem Dei, (& quidem quia in eo tota noſtra ſapientia poſita eſt,) ſignificat, Deum nos ab eo, quod maxime appetimus, avocare, hoc eſt, à vanis illis ſpeculationibus, quæ non poſſunt nobis alii uſui eſſe, niſi ut nos inani ambitione inflent, & ventoſa illa ſcientia, quæ falſa noſtri opinione nos implet, quæ nihil utilitatis habet, nec erudire nos poteſt, imbuant. Jobus igitur hæc duo quaſi è regione oppoſuit, inquiens, Numquid ſapientes eſſe volunt homines? Non eſt, quod ſapientes eſſe appetant ea ratione, quæ Deo propria & peculiaris eſt: Ecce Deum, qui omnem ſapientiam perfecte in ſe continet: quo magis accedamus ad ipſum, eo magis confuſi erimus: neque enim ipſi, quod ad ſapientiam illam attinet, ſimiles eſſe velle debemus, ſed ei nos potius ſubjicere debemus. En, quæ ſit noſtra ſapientia. Scimus, quid parentibus noſtris Adamo & Evæ contigerit. Deus enim minime parcus & reſtrictus fuerat in ipſos: quin eos ſapientia tanta & tali, qualem ipſis expedire judicarat, ornaſſet. Ecce igitur Adamum ad imaginem Dei formatum, ut omnia, quæ ſibi convenirent, cognoſceret, ita ut, ſi moderatum & ordinatum deſiderium habuiſſet, nihil deſiderare poſſet. Sed quid? Satanas illi in aurem inſuſurrat, fore ut, ſi omnia cognoſcat, Deo ſimilis evadat. Tunc audacia intolerabili, inſtar equi, vinculis diſruptis excurrentis, præceps ruere cœpit. Ergo nihil nobis ignorandum eſt, apud ſe dixit. Videmus, quid illi acciderit: nam hodie unde pluſquam belluina illa ignorantia, qua laboramus, promanat? Vel inviti enim cognoſcamus oportet, quod quando de Deo, nobis audientibus, ſermo habetur, nos miſeræ belluæ ſumus, omniſque adeo lux, qua nos præditos eſſe exiſtimamus, nihil aliud eſt, quam tenebræ. Unde fit, quod homo ſenſualis & animalis non capiat myſteria Dei, & quo magis Deus nos ad ſe vocat, eo magis retrorſum tendamus, aut ita diſſoluti & remiſſi ſumus, ut ad ipſum accedere non poſſimus? Unde id

tur ſapientiam invenietis? Meum eſt, inquit, judicare & diſcernere, quid vobis utile ſit & expediat. Diſcite eo, quod ego vos doceo, contenti eſſe: meum enim eſt, quid vobis ſit utile, judicare, nempe ut me timeatis & colatis. Ibi igitur fixi hæreatis, nec iſtos limites tranſiliatis. Nunc igitur Jobi, aut potius Sancti Spiritus mentem & ſcopum videmus. Diſcamus ergo non amplius ſtultæ huic & prurienti, quæ nobis inſita eſt, ea quæ nihil prodeſſe nobis poſſunt ſciendi, in arcanum Dei conſilium nos inſinuandi, & omnium ipſius judiciorum cauſas & rationes examinandi, cupiditati habenas laxare: neque enim in iis, ad quæ nos cupiditas illa impellit, occupari, aut ſtudium noſtrum collocare decet. Qua igitur in re? In eo, quod nobis ad veram ædificationem prodeſſe
poteſt. Atque hoc eſt, quod dicit divus Paulus, *2 Tim. 3.*
Totam Scripturam ſacram eſſe utilem. Quomodo *verſ. 16.*
vero dicit Deus hominibus, ipſorum veram ſapientiam eſſe poſitam, ut ipſum timeant? Dixit, & re ipſa oſtendit, quum Legem promulgavit, ipſam per Prophetas, & tandem in Euangelio expoſuit. En igitur, ubi Deus declarat, ſapientiam noſtram hanc eſſe, ut ſe timeamus. Ut autem nunc eo melius ex hac doctrina utilitatem capiamus, notemus primum, quæ ſit noſtri Dei bonitas in eo, quod nobis ſapientiam, quam nobis aptam & utilem eſſe cognoſcit, communicat: & quidem, licet ea privati & orbati ſimus natura noſtra. Jam dictum eſt, ſapientiam haud inventum iri inter vivos, non inter mortuos, poſſe nos in abyſſos uſque deſcendere, ſed ſemper confuſos remanſuros. Sapientia enim nuſquam eſt, niſi in Deo: mortui poterunt dicere, Audivimus de ipſa ſermones haberi, ſed nihil præterea de illa novimus: nulla enim nobis cum ipſa familiaritas intercedit. Nunc vero nos Dominus hac gratia & honore dignatur, ut nobis ſapientiam ſuam, quæ eſt theſaurus abſconditus, theſaurus inæſtimabilis, offerat, ad ipſam nullum natura noſtra aditum habemus, & tamen illam Deus nobis offert, ita ut nobis ad eam inveniendam longis viarum circuitibus minime ſit utendum. Cur vero? Duntaxat patiamur, nos à Deo noſtro doceri, & hic theſaurus nobis offeretur. Bonum igitur hoc ſingulare & eximium eſt, quod Deus nobis tribuit, quando ipſi viſum eſt, nobis id, quod ita à nobis alienum erat, & quo privati eramus, communicare. Ideo vero homini ejuſmodi ingrati animi culpam
exprobrat octavo capite Proverbiorum, quum di- *Prov. 8.*
citur, Sapientiam per vicos, per plateas palam cla- *verſ. 1.*
mare, Venite ad me, parata ſum me vobis exhibere & patefacere: pulſat fores, declarat ſibi volupe eſſe in medio hominum habitare: interim nullus ipſam excipit, ridetur tantum bonum, quod nobis offertur,

Digitized by Google

res obturatas habeat, quin omnino ſurdus ſit, fruſtra illi verba fiant, Deus alte & clare ad ejus aures vociferetur, nihil tamen audiat. Idem avaro accidit, idem ebrioſo: denique videmus, varia eſſe impedimenta ad avertendos homines, quominus ſe à Deo doceri patiantur: ſed tamen vitium nimis frequens *Prov. 8.* eſt, & uſitatum, illud, quod eo in loco Deus accuſat, quod nimirum, quum Deus mittit theſaurum illum ſapientiæ, qui debeat eſſe communis omnibus hominibus, quum pulſat ipſorum fores, ipſoſque invitat, unuſquiſque recedit potius, quam ad eum appropinquat. Cæterum quomodo Deus ibi negligentiæ pluſquam belluinæ homines accuſat & condemnat, ſic etiam oſtendit omnibus fidelibus, quanti debeant facere, quod ab ipſo doceantur: ut quando dicitur in *Deut. 4.* Deuteronomio, capite quarto, Ecce ſapientiam & *verſ. 6.* intelligentiam tuam, quod nimirum Deus tuus ad te accedit, tibi voluntatem ſuam patefacit, & oſtendit id, quod tibi utile eſt ad te erudiendum & ædificandum in ipſo. En igitur, quo Dominus noſter nos invitet, quando vult nos ad ſe adducere, quando omnem noſtram ſapientiam & veram intelligentiam in eo poſitam eſſe declarat, ut ipſum audiamus, & quidem, ut id, quod nobis verbo ſuo declarat, intelligamus, quaſi diceret, Miſeri homines, ne decipiamini, ut ſolent mundani & increduli, eo ut vos rebus vanis applicetis: ſed ea, quæ vobis oſtendo, diligenter animis veſtris infigite, & ſcitote, omnem veſtram intelligentiam & ſapientiam in eo eſſe poſitam; voſque adeo ſtultos fore, imo vero inſanos, quando has metas tranſilire tentabitis. Interim exprobrat iterum, & exprobrando oſtendit, nos excuſatione penitus carituros, niſi recta via ambulaverimus. Cur *Deut. 30.* vero? Non dices amplius, (inquit 30. Deuteronomii,) *verſ. 12.* Quis aſcendet in cœlum? quis deſcendet in abyſſum? quis mare trajiciet? Ecce verbum eſt in ore tuo & lingua tua. Dominus igitur noſter ibi declarat, nos non poſſe hoc excuſationis prætexere, nimis difficile nobis eſſe ea, quæ ſunt ſupra nos, comprehendere: quod ſi ingenii noſtri tarditatem cauſamur, ſi item arcanorum Dei ſublimitatem, Minime, minime, inquit: omnibus iis difficultatibus proſpexi & occurri: nam Lege mea data, & voluntate mea patefacta, vobis ita ſapientiam aſſignavi, ut ea nihil aliud cupiat, quam in medio veſtrûm habitare: ſicut etiam *Prov. 8.* dicitur in octavo Proverbiorum, Voluptas mea hæc *verſ. 31.* eſt, ut in medio hominum habitem. Non longas ratiocinationes texetis, ut ad me veniatis, non eſt vobis volandum ſupra nubes, non ingrediendum in abyſſum, non trajiciendum mare: quando enim verbum meum vobis in os immittitur, in cor inſeritur, en veſtram omnem ſapientiam, en in quo vobis hærendum eſt. Quum igitur ita ſe res habeat, quando homines hanc gratiam, ipſis Deo verbum ſuum communicante, oblatam aſpernantur, quantum in ipſis eſt, illi bellum inferunt. Nobis igitur attendamus; hoc enim gloriam, ne amplius appareat, aut uſquam cognita ſit, abolere vellemus. Nonne vero oportet homines ingentia admodum monſtra eſſe, & à Diabolo poſſideri, quando Dei gloriam ſic abolere, lucem ejus, & quidem in qua tota ipſorum ſalus, bonum & gaudium poſitum eſt, extinguere conantur? Eſt tamen hoc vitium frequentiſſimum. Diſcamus igitur hoc beneficium magni facere, quod Deus in nos confert, quando nos ad ſuam ſcholam invitat, nobis fores aperit, ut à ſe doceamur, quumque pro eo, quod natura, ea ſapientia orbi eramus, ipſam nobis ob oculos ponit, tam familiariter offert, quin etiam non exſpectat, ut ſe oremus, ſed ipſe prior fores noſtras pulſat, nos ſollicitat, nec aliud cupit, quam nos ſibi adjungere. Quando igitur Dominus noſter ea lenitate erga nos utitur, nos ad ſe tam humaniter invitat, honorem illum magni facere diſcamus, nec tam ingratos nos erga ipſum, quando vult ut ad ſe veniamus, præſtemus. Meminerimus quoque ejus, quod dictum eſt, quæ ſit natura noſtra: neque enim nos Deus docet tanquam Angelos in cœlo. Nam ad cœli Angelos quod attinet, quamvis natura adeo nobili & excellenti ſint præditi, quamvis jam gloriæ cœleſtis ſint participes, quamvis eam integritatem, quam in ſua creatione obtinuerunt, retineant: Deo tamen maxime ſunt obſtricti, quod ipſis ſuam voluntatem patefaciat, & ob gratiam ſibi communicatam in admirationem rapiantur neceſſe eſt. Ipſorum autem & noſtri diſſimilis eſt ratio: primum enim, quod ad corpora noſtra attinet, ſumus creaturæ mortales, & quamvis Deus nobis animos immortales dederit, hic tamen in tabernaculis ex luto & argilla conſtructis habitamus, ut jam ſuperius à nobis declaratum eſt, *ſup. c. 4.* nihil aliud ſumus quam corruptio: hic cum belluis & *verſ. 19.* vermibus agimus, cum rebus denique tam vilibus & gravibus, ut ſumma inter nos & cœlum diſtantia eſſe videatur. Sed hoc pejus eſt, quod ea intelligentia, quæ patri noſtro Adamo communicata fuerat, orbi ſumus, & tanquam creaturæ reprobæ merito haberi poſſumus. Nam, licet boves & aſini naturam ſuam retineant, homines tamen ita depravati ſunt & corrupti, ut Deo ipſos ad ſe vocante, quum ob ejuſmodi bonitatem in admirationem rapi debeant, ea minus ipſis etiam belluis afficiantur. Ecce Deum, qui nihil aliud cupit, quam nos ſuæ gloriæ, atque adeo bonorum omnium, quæ in ſe habet, participes facere: quin etiam in ipſorum poſſeſſionem, quando verbum ejus nobis annunciatur, mittimur. Si igitur ex tot & tantis beneficiis fructum & utilitatem nullam capimus, quid, quæſo, illud fuerit? Quum vero tempus non patiatur, ut plura de his in præſentia dicamus, primum demus operam, ut nos in ea ignorantia, quæ Deo videbitur, contineamus: ſolus enim ipſe, quid nobis utile ſit & expediat, cognovit. Atque ita ſufficiat nobis in ejus ſchola doceri, & ea, quæ nos docet, diſcere. Cæterum voluntatem ipſius, prout in Scriptura

Digitized by Google

10. Secat rivos in ſaxis, & oculus ejus omne pretioſum videt:
11. Conſtringit fluvios, ne exundent, & res occultas producit in lucem:
12. Sed ubi invenitur ſapientia? ubi eſt locus intelligentiæ?
13. Homo neſcit ejus pretium, ipſa non invenitur in terra viventium.
14. Abyſſus dicit, Ipſa non eſt in me: & mare dicit, Ipſa non eſt mecum.
15. Obrizum aurum non dabitur pro ipſa: & argentum ipſam contra non appendetur.
16. Non æſtimabitur auri maſſa, onyce pretioſo, & ſapphiro.
17. Aurum & cryſtallum non æquabuntur ipſi, nec permutabitur vaſibus auri obrizi.
18. Nihil præ ipſa cryſtallum nec galaxias æſtimantur: ſapientia pretioſior eſt margaritis.
19. Topazius Æthiopicus non æquabitur ipſi, nec maſſam auri obrizi contra æſtimabitur.
20. Unde igitur venit ſapientia? & ubi eſt locus intelligentiæ?
21. Ipſa abſcondita eſt ab oculis omnium viventium, ſimul etiam ab alitibus cœli celata eſt.
22. Perditio & mors dicunt, Accepimus auribus noſtris famam ipſius.
23. Deus cognoſcit viam ſapientiæ, novit locum ejus.
24. Fines mundi intuetur, & videt omnia quæ ſunt ſub cœlo.
25. Ipſe eſt qui pondera ventis, & menſuram aquis poſuit.
26. Qui impoſuit pluviis mandatum, & tempeſtatibus ſonoris iter præſcripſit.
27. Tunc vidit ipſam, & cognovit, ipſam diſpoſuit & ordinavit.
28. Et dixit homini, Timor Domini eſt ſapientia: & recedere à malo, eſt intelligentia.

SUperius oſtendimus, Jobi ſcopum eſſe oſtendere hominibus, eos ſe in ejuſmodi ſobrietate continere debere, ut non plura ſcire appetant, quam Deus ipſis permiſit: atque ita ne temere circumcurſent, ſed potius ſibi præſcriptam viam ſequantur. Ideo Jobus hic nos diſtinguit à Deo, & oſtendit, nequaquam æquum eſſe, ut homo mortalis eo uſque ſe efferat, ut quæ in Deo ſunt exquirat, nec quidquam velit ignorare. Contenti igitur ſimus ei ſubjici, ad quem pervenire non poſſumus, niſi quatenus ipſi viſum eſt nos ad ſe evehere: quin etiam in nos hoc beneficium confert, ut ſe demittere non recuſet, quo ipſum cognoſcere poſſimus: alioquin infirmitati noſtræ ad eam Dei ſublimitatem accedere denegatum eſt: ad nos igitur deſcendat oportet. Ne igitur exiſtimemus, ſapientiam noſtram in eo poſitam eſſe, ut omnia ſciamus; ſed nobis in gradu, qui longe infra Divinam celſitudinem eſt, ſubſidendum eſſe, eaque quæ nobis occulta ſunt, hoc eſt, arcana Dei admirabilia, adoranda eſſe. En igitur in ſumma, quod nobis in hoc loco notandum eſt, quum dicitur, Deum in mundi creatione ſe longe alia ſapientia, quam ea ſit quam conſequi poſſumus, præditum eſſe, oſtendiſſe. Neque enim noſtrum eſt ventos aut aquas metiri, ordinem mundi & naturæ diſponere: ſi ea captum noſtrum ſuperant, diſcamus nos deprimere, & intelligentia nobis conceſſa contenti eſſe. Juxta autem ea, quæ jam declarata ſunt, diligenter hoc vocabulum expendamus, *Deum dixiſſe homini.* Id enim oſtendit, non licere nobis plura, quam ſuperne datum ſit, ſcire. Cæterum conſideremus diligenter donum, quod Deus in nos ſupra alias creaturas contulit: quum enim Jobus expreſſe dicit, Deum hominibus cum menſura aliquam ſapientiam dediſſe, in eo oſtendit, nos minime ſimiles eſſe belluarum, quæ rationis & judicii expertes ſunt: ſed Deum nobis hoc eximium privilegium conceſſiſſe, quod ſumus intelligentes, ratione aliqua & luce præditi, ut ſciamus quomodo vita ſit inſtituenda, modeſtiam & honeſtatem denique aliquam habeamus. Diſcamus igitur gratiam Dei & honorem, quo nos dignatus eſt, quum nos ſic à belluis ſeparavit, magni facere. Hoc autem valde notatu dignum eſt, quia videmus in homine duo vitia extrema contraria, quia medium illi nunquam poſſunt tenere. Qui volunt ſapientes & intelligentes eſſe, dant ſe multis inanibus curioſitatibus, ſpe-

Digitized by Google

eſt inquirendum de arcanis Dei. En quomodo homines, quum modum tenere nequeant, limites ſuos ſemper excedunt. Ideo id, quod hoc loco continetur, retineamus, nempe Deum diſerte hominibus dixiſſe, *Ecce ſapientiam.* Jobus igitur hic magnificat eam cognitionem, quam Deus nobis dedit, nos ab aliis creaturis ſeparans, ut dicitur in primo capite D. Joannis, [*Joan.* 1. *verſ.* 4.] nos non habere vitam duntaxat, ut bibamus & edamus, aut ut exerceamus corpora noſtra, ſed hanc in nobis lucem eſſe intelligentiæ. Quoniam vero hoc tantum beneficium dignum eſt, quod magnificetur, videamus, ne ingrati animi noſtri vitio, ipſo ſpoliemur. Quando Dominus aperit nobis oculos, ſi ipſos claudimus, nonne digni ſumus, qui, utpote ordinis naturæ à nobis perverſi rei, in ſummum probrum & infamiam incurramus? Quando Deus nobis judicium dedit, quo bonum & malum diſcernere poſſimus, quum hic nos velit eſſe, ut ſua opera contemplemur, ad ſe accedamus, ſuæ imaginis, prout intelligentia valemus, participes ſimus: ſi ea omnia profanamus, nec volumus, nonne hoc eſt, palam adverſus Deum noſtrum pugnare, bono, & quidem præcipuo, maximeque æſtimando, quo is volebat nos afficere, abrenunciare? En igitur duo in ſumma nobis retinenda: unum eſt, Deum non collocaſſe homines hoc in mundo, ut eos omni intelligentia privet, neque enim vult ipſos aſinis aut equis ſimiles eſſe: donavit ipſos ratione, illoſque voluit eſſe non brutos, ſed intelligentes. Speciatim igitur ad ipſos ſermonem ſuum direxit, quum dixit, *Ecce ſapientiam.* Cur non æque alias creaturas alloquutus eſt? Quoniam non eo honore ipſas, quo nos, dignatus eſt, nec in tam altum dignitatis gradum illas evexit. Atque ita, ut dixi, omnes ii, quibus nullo modo curæ eſt proficere, quamdiu vivunt, oſtendunt ſe nihil aliud cupere, quam penitus ſe à Creatore ſuo alienare. Ecce unum. Ad ſecundum autem quod attinet, nobis retinendum eſt, Dominum poſuiſſe nobis certos limites, qui non ſint tranſiliendi, quique velint ſapientes & intelligentes eſſe, eos non debere temere divagari aut excurrere, ſtultiſque ſpeculationibus & deliriis animum applicare, ſed in primis hoc præceptum diligenter ſervare, ne videlicet quidquam aliud, præter id quod Deus ipſos docet, ſcire appetant. En ſapientiam noſtram, & noſtrum in omnibus rebus principium: quumque intelligentes eſſe cupiemus, audiamus hanc vocem, nempe, Dominum nos in modeſtia continere, ut nolit nos huc & illuc circumcurſare animo: ſed, quod ipſi viſum fuerit nos docere, placide accipere. Veniamus autem nunc ad vocabulum hoc, *timoris Dei:* Sapientia noſtra eſt, timere Deum. Hic videtur Jobus ſapientiam hominum nimis reſtringere, quando ipſam in Dei timore includit: ſcimus enim, Deum nos alia in verbo ſuo docere. Ecce enim ſapientiam noſtram, ut nimirum Deum loquentem audiamus, ea, quæ ab

nobis propitius, quin nobis peccata noſtra in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti condonet, quumque nos adoptarit, certi ſimus, fore ut nos tanquam filios ſuos diligat, & ad extremum uſque ſalutem noſtram procuret. Jobus igitur non excludit fidem, loquens de timore Dei, ſed in ſumma oſtendit, veram ſapientiam minime in ſola ſpeculatione eſſe poſitam: ſicuti videas multos, qui multum ſe vexant & valde laborant, ut hoc & illud ſciant, nec tamen, cur id ſcire tantopere expetunt, ſciunt, nec ulla ſunt firmitate radicati. Si quis ex ipſis quærat, Agite, poſtquam omnia, quæ ſunt occulta, animo perceperitis & intelligentia veſtra fueritis complexi, quæ ad vos inde utilitas redibit? Certum eſt, nullam ad ipſos redituros, nec meliores, licet omnia illa norint, redditum iri: Non ſatis eſt, ſe vento & inani illa ſcientiæ cupiditate paſcere atque adeo inflari, ſicuti D. Paulus [1 *Cor.* 8.] loquitur, dicens, ſcientiam inflare. En vanitatem ho- [*verſ.* 1.] minum. Sed contra Jobus dicit, fore, ut, quum ſapiemus, prout Dominus noſter præſcribet nobis, ad ambulandum in timore Dei ædificemur. En etiam cur in primo & nono capitibus Proverbiorum timor Dei [*Prov.* 1.] vocatur caput aut initium ſapientiæ. Verum autem, [*verſ.* 7.] & quo ſdam illud initium intelligere, tanquam litera- [& 9: 10.] ria & alphabetica elementa: Timor Dei eſt initium ſapientiæ. Cur? quia inde incipiendum, ſicuti puer non ſtatim ad altiores ſcientias deducitur, ſed rudimentis primis & elementis literarum imbuatur oportet. Qui autem ſic accipiunt verba Salomonis, nituntur potiſſimum eo, quod dicitur in canonica D. Joan- [1 *Joan.* 4.] nis, veram & perfectam charitatem foras pellere ti- [*verſ.* 18.] morem: ſed D. Joannes eo in loco loquitur de timore, quo præditi ſunt infideles, quum Deum fugiunt, ſub ejus Majeſtate trementes, quia ſe plane perditos vident. Quicunque enim non apprehendit bonitatem Dei, ut ad ipſum accedat, in illum fiduciam ſuam reponat, quales ſunt ii, qui non cognoſcunt, eum voluiſſe ſe nobis reconciliare in Domino noſtro Jeſu Chriſto, quumque nos adoptarit, nullo modo dubitandum eſſe, quin ſemper ſe erga nos benignum præbeat, noſque in gratiam & miſericordiam recipiat: omnes, inquam, qui id non guſtarunt, quando de Deo verba fieri audiunt, terrentur & expaveſcunt, inſtar rei nocentis, qui fugit, & omnem juſtitiam è medio hominum ſublatam cupit. En igitur, quænam ſit incredulorum conditio, quod ad mentionem Dei pallent, exhorreſcunt, & contremiſcunt, Deumque, quantum in ipſis eſt, fugiunt. Sed quum de miſericordia Dei perſuaſi ſumus, ea ſuavitate & lenitate invitamur ad nos ipſi adjungendos: & quaſi erecto capite ad ipſum accedimus: non quod reverentia & humilitas non tunc adſit in nobis, ſed tamen certi ſumus & perſuaſi, nos Deo gratos & acceptos eſſe: atque ita non amplius dubitatione & inquietudine illa, qua miſeri increduli vexantur, percellimur.

D. Joan-

Digitized by Google

pata & confuſa fuerat, reformatione. Dicit igitur ea, quæ tunc perturbata & peſſumdata eſſe cernebantur, in ſuum ſtatum reſtitutum iri temporibus Ezechiæ, & quidem, quatenus is Domini noſtri Jeſu Chriſti typus erat. Dicit autem, firmitatem, virtutem, ſalutem, temporibus Ezechiæ fore ſapientiam, intelligentiam, & timorem Dei fore ejus theſaurum. Hic videmus Prophetam declarare, ubi Deus non agnoſcitur, illic omnia diſſipata eſſe, meram vaſtitatem & deſolationem cerni: ſicut etiam alio in loco

Eſa. 5:13. dicitur, ubi Propheta conqueritur, omnia funditus everſa eſſe, quoniam nulla Dei cognitio ſit in terra, hominesque ad omne ſcelus & flagitium projectos eſſe. Mirumne vero eſt, ſi quando homines ſeipſos ſponte ſua fallunt & decipiunt, ſi Deus illos in ſenſum reprobum mittit, ut non pudeat ipſos dare ſe vitiis adeo horrendis & infamibus, ut de iis vel cogitare ſit horror? En igitur, cur idem Propheta Eſaias dicat, populum, quia cognitionem nullam haberet, in perditionem deductum eſſe. Sic contra in loco à nobis citato oſtendit, Eccleſiam inſtauratum iri, omnia in priſtinum ſplendorem & ordinem reſtitutum iri, ſapientiam & intelligentiam Eccleſiæ eſſe firmitatem, ſalutem & robur. Quaſi diceret, Eccleſiam nullo modo poſſe ſubſiſtere, niſi quum homines puram veritatem docentur, & ea, quæ ipſis utilia ſunt, cognoſcunt. Ex hoc vero facile eſt intelligere, quid ſit ſtatuendum de Eccleſia Pontificia: ſatis enim pomparum & ſplendoris externi habent, videmus etiam quomodo diabolica audacia Deo inſultare audeant, nullo modo religioni ducant tot magnificos titulos ſibi arrogare, quod nimirum penes ſe Hierarchiam cœleſtem, & veritatis divinæ & doctrinæ cœleſtis confirmationem habeant, Sanctum Spiritum in manica ſua, Deumque parietibus affixum teneant: ſed tamen quænam apud illos eſt cognitio & ſcientia? Contra videre eſt, eos nihil aliud agere & moliri, quam ut belluinæ ignorantiæ miſerum populum addicant. Sic poſſumus concludere Eccleſiæ Dei ædificium apud illos everſum & ad horrendam confuſionem redactum eſſe. Cur? Sapientia enim illis deeſt, quam Eſaias Propheta Eccleſiæ ſalutem, robur, & firmitatem eſſe pronunciat. En igitur, quod ad primum attinet. Sed ut locum illum iis, quæ hic continentur, adaptemus, ſequitur Ezechiæ & totius populi theſaurum eſſe timorem Dei. Illic igitur Eſaias docet nos, quod hic Jobus intellexit, eos nimirum, qui cognoſcunt ea, quæ Deus nos verbo ſuo docet, vanis & levibus quibuſdam ſubtilitatibus non eſſe deditos: ſed in bonum ædificari, ut recte vitam inſtituere & ambulare in timore Dei ſciant: nam ſub vocabulo illo theſauri, oſtendit, eos illic penitus tanquam in plena ſua & perfecta felicitate hærere, & acquieſcere de-

intelligere duntaxat obſequium aliquod ſervile, quod homines Deo, & quidem coacti, exhibeant: ſed hic timor hanc vim habet, ut huic uni rei ſtudeamus, ut nos manu Dei regi patiamur, ante omnia vero, quænam ſit ipſius bonitas & miſericordia, intellectu conſequamur: ipſique eam reverentiam exhibeamus, ut cum eo vere conjungamur. Ac ſane quum Deus de honore ſibi debito loquitur, non ſolum profert Majeſtatem ſuam, non ſolum ſe Dominum vocat, ſed ſimul etiam ſe Patrem appellat. Clamat enim per

Prophetam ſuum, Si ſum Dominus, ubi eſt timor? *Mal. 1:6.*

Quod ſi ſum Pater, ubi eſt amor? Verum eſt, ipſum illic diſtinguere inter amorem & timorem: ſed poſtea oſtendit, ambo ad unum referri: quod nimirum, quia ipſum cognoſcere debeamus, tanquam Patrem & Dominum debemus ipſum diligere, & quidem ea cum reverentia, ut in tota vita nihil aliud quæramus, & conemur, quam ipſi obſequi. Sic igitur videmus, tantum abeſſe, ut Jobus hic voluerit fidem repudiare, ut in ipſam nos introducat, nam ab ea nobis incipiendum eſt, ut in timore Dei noſtri ambulemus. Ideo

D. Paulus loquens de ſapientia, orat Deum, ut Epheſiorum oculos aperiat, ut cognoſcant, quæ ſit ſpes ejus ſalutis, quam Deus ipſis in cœlo per reſurrectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti paravit: poſtea tertio capite dicit, nobis cognoſcendam eſſe dilectionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & amorem, quem, ut nos de ſalute noſtra certos & perſuaſos redderet, patefecit: eam eſſe noſtram longitudinem, latitudinem, altitudinem & profunditatem: quaſi diceret, nos fruſtra in omnes partes ingenii noſtri vires explicaturos: quod ſi velimus aſcendere, non altius nos aſcenſuros, quam ut amorem illum, qui nobis in perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti patefactus eſt, comprehendamus: fruſtra etiam in abyſſos uſque omnes penetraturos, ſed illic firmiter hærendum, quumque huc & illuc circumcurſabimus, hoc unum nobis ſciendum, ut nimirum, quomodo Deus ſe Patrem & Servatorem noſtrum declaret, quomodo nos in perſona Filii ſui adoptarit, noſque bonitatis & miſericordiæ ſuæ, in qua noſtra ſalus conſiſtit, participes fecerit, intelligamus. Nunc igitur videmus, quomodo, ut Deum timeamus, nos de ejus bonitate certos & perſuaſos eſſe oporteat: ſed Jobus hic ſpeciem unam pro omnibus poſuit, & quidem, ut omnes illas ſubtilitates, quibus ſe dant homines, cum zelo & ſtudio proficiendi & ſui ædificandi in timore Dei carent, condemnet. Cæterum ex hoc loco nobis colligendum eſt, verbum nobis à Deo datum, quodque etiam in Scriptura ſacra continetur, theſaurum adeo eximium eſſe, ut ſatis magnificare & extollere ipſum nequeamus. Scimus, ſapientiam, & quidem ab iis, qui omnium maxime ſunt ignari & idiotæ, magni fieri, hoc enim naturæ noſtræ indidit Dominus, ut veram

Epheſ. 1. verſ. 18.

Epheſ. 3. verſ. 18.

Digitized by Google

Scripturæ ſacræ vacent: Dominus autem illos pro
merito tractat: ſi enim quis velit ſcientiæ ipſorum
periculum facere, animadvertet, eos dupliciter cæ-
cos eſſe, Dominumque illos ſenſu communi privare,
ita ut eorum qui omnium maxime ſunt idiotæ & bar-
bari, amentiores eſſe comperiantur. Ecce merce-
dem, quam omnium eorum, qui verbum Dei conte-
mnunt, ſuperbia reportat. Verum quidem eſt, in ipſo
Verbo magnam prima ſpecie ſimplicitatem videri:
neque enim in eo ſublimi ſtylo Deus utitur: ſed po-
tius ſe ad omnis generis & conditionis hominum ca-
ptum accommodat: id interim nihil Scripturæ ſa-
cræ majeſtati derogat. Cur? Numquid enim bonitas
Dei ejus gloriam debet obſcurare? Numquid quo-
minus erga ipſum humiles ſimus, honoremque illi
debitum exhibeamus, impedire debet? Sed potius
contrarium debet efficere. Quid enim cauſæ eſt,
quod ita rudi ſermone Deus utitur in Scriptura ſa-
cra? Bonitas ejus infinita: eo quod hebetiora & tar-
diora videns eſſe noſtra ingenia, nobiſcum balbutit.
Quum ita ſe res habeat, diſcamus Scripturæ ſacræ
reverentiam exhibere, quamvis Dominus in ipſa
loquendi genere vulgari, & quidem rudi, & ad ho-
minum etiam non literatorum captum accommodato,
utatur. Sed & in eo aliquid amplius obſervandum eſt.
1 Cor. 2. D. enim Paulus nobis in Scriptura ſacra virtutem
verſ. 3.5. cœleſtem & Majeſtatem divinam eo magis intuen-
dam eſſe oſtendit, quod illa ſit omni fuco & lenocinio
orationis vacua, nec pigmentis illis & coloribus, qui-
bus hujus mundi homines, qui Rhetoricæ dant ope-
ram, orationem ſuam pingunt & exornant, ſit illita.
In Scriptura enim ſacra ſimplex, rude, & impoli-
tum loquendi genus invenimus: ſed tamen illic ſe
Majeſtas Dei ſingulari quadam ratione exerit; nihil
in ea carnale & terrenum eſt, quod ipſi ſplendorem
conciliet: ſed convincimur, Deum illic brachium
ſuum exerere, quin etiam id ipſum reipſa ſentire &
confiteri cogimur. Atque ita tantum abeſt, ut ea
Scripturæ ſacræ ſimplicitas nos ad ipſam conte-
mnendam debeat inducere, quomodo videas iſtos
putidos ſuperbos illam flocci facere: ut etiam hunc
uſum erga nos debeat habere, ut Deo ejuſmodi admi-
niculis aliunde accerſitis minime opus eſſe intelliga-
mus, ſed vim ipſius illic ſe ita ſenſibilem exhibere, ut
prope oculis cerni poſſit, quo eo magis ad honorem
ipſi exhibendum, noſque illi penitus ſubjiciendos, in-
citemur. Notemus igitur, non ſatis eſſe, ut deſiderio
proficiendi in ſacra Scriptura teneamur, ſed ſciamus
nobis eo cum omni reverentia accedendum eſſe, nec
aliud quæramus, quam ut omnia, quæ illic continen-
tur, amplectamur, nec linguam acuamus ad gar-
riendum & argutandum adverſus Deum, nec doctri-
nas aut argumentationes contrarias puræ & ſanæ
doctrinæ Scripturæ ſacræ nobiſcum adferamus: ſed
commoditatem & facultatem habent, legunt quoque
Scripturam ſacram: ecce quidem exercitium bo-
num & ſanctum, atque utinam ipſi longe magis,
quam ſumus, dediti eſſemus: ſed tamen nobis ſcien-
dum eſt, utrum tempus bene an male collocaveri-
mus. Qui vero id cognoſcere poterimus? Non ſi
in communibus ſermonibus multum de verbo Dei
diſſerere, ad interrogata apte reſpondere, quæſtio-
nes quaſcunque propoſitas ſolvere ſciemus, quum
denique locorum expoſitionem tenebimus, ita ut
dicamus, Ecce quomodo hic vel ille locus intelligen-
dus eſt. Verum quidem eſt, iſta eſſe neceſſaria, ſed
omnia in eo non ſunt poſita. Quomodo igitur co-
gnoſcetur, an in concionibus, & privata Scriptu-
ræ lectione profecerimus, nec ne? Quando vita no-
ſtra nobis ejus rei teſtimonium perhibebit: ſi Deum
timemus, certum eſt illud argumentum nos in ſcho-
la Dei & profeciſſe, & quemadmodum ipſe fuit bo-
nus & fidelis doctor, ita etiam nos tempus mini-
me perdidiſſe. En quod hic nobis retinendum eſt.
Cæterum, videmus etiam Scripturam ſacram,
quando vult certam notam proponere, qua fide-
les à contemtoribus Dei diſcernuntur, dicere, Ii, Pſal. 22.
qui timent Dominum, qui ipſum laudant. Vos, qui verſ. 24.
timetis Dominum, ingredimini ejus domum. Qui & 115.
timent Dominum, exultent. Timentes Deum au- verſ. 11.
dacter ipſi innitantur. Qui timetis Deum benedi- & 118.
cite Domino. Ecce, inquam, veram notam, qua grex verſ. 4.
Dei à feris ſylveſtribus, quæ ferociunt, diſcerni- & 60: 6.
tur. Quando igitur in concionem venimus, Biblia Eccleſ. 2.
in manibus habemus, diſcamus cognoſcere, Deum verſ. 7.
nolle nos vana ſcientiæ opinione inflare, nolle quo-
que nobis prurientes aures titillare, denique nolle
curioſitatem noſtram alere & fovere, ſed velle
nos ad timorem, honorem & cultum ſuum ædifi-
care. Quando eum ſcopum nobis proponemus, ne-
quaquam, ut ſolemus, in Scriptura ſacra vagi flu-
ctuabimus. Unde enim hoc vitium promanat, quod
non poſſint homines ita ſibi imperare, ut, quod ipſis
utile eſt, animo comprehendant, ſed unuſquiſ-
que neſcio quid ſibi privatim fingat? Unde etiam
tot errores, tot hæreſes, tot opiniones falſæ & erro-
neæ promanant? Ex eo nimirum, quod non intelli-
gimus, quo nos Deus ſuo verbo velit deducere:
quod etiam timor Dei à tergo relinquitur, nobiſ-
que in alium plane uſum data eſſe Scriptura ſacra
videtur. Quum vero ſic abutantur verbo Dei homi-
nes, ipſumque adeo impie profanent, eo magis no-
bis hic locus obſervandus eſt, in quo Sanctus Spiri-
tus rationem nobis oſtendit, qua accurate eos, qui
recta & ſana intelligentia præditi ſunt, poſſimus
dignoſcere. Ea de cauſa, ut jam diximus, Deus
nobis talis, qualis eſt, cognoſcendus eſt: nun-
quam enim ipſum timebimus, donec, qualem ſe nobis
pate-

ipſos revocat: Sapiens, inquit, nulla alia re quam Dei cognitione glorietur. Quomodo vero ipſum cognoſcemus? Numquid ſi normam, nobis ab ipſo præſcriptam, ſciamus? Non id duntaxat: ſed ut ipſum protectorem noſtrum eſſe intelligamus, ſcientes ipſius munus eſſe, mundum regere, omnia in ſua manu habere: ideoque precemur ipſum, ut nos in ſuam protectionem recipiat, in primis vero nos reducat, & regat Sancto ſuo Spiritu, quia alioquin in nobisipſis ſemper confuſi erimus: ſcientes etiam oportere, ut, cum in nobis nihil ſit præter miſeriam & ſummam boni inopiam, ipſe ſaluti noſtræ invigilet, noſque ad perfectionem, ad quam toto vitæ noſtræ tempore nos tendere & aſpirare decet, deducat. En igitur, ad quam rem nobis omne ſtudium noſtrum applicandum eſt, ut ex hac doctrina fructum & utilitatem capiamus: nam ecce medium & viam, per quam nos Deus ad ſe adducit, timorem nempe & amorem ipſius. Verum eſt, multos leviculos homines, ſatis de gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti loquuturos, & de juſtitia, quæ nobis in ipſo tribuitur, de fide denique garrituros: ſed nunquam illi guſtarunt, quid ſit ipſam habere à Deo, donec eo, ut ad ipſum accedant, admiratione rapiantur, & venientes, timorem illum, cujus hic mentio fit, habeant. Ac ſane, quum tam caro pretio nos Deus redemerit, num debet unuſquiſque ſibi & ſuis deſideriis addictus cingi, aliiſque rebus, quæ nos à Deo noſtro avertunt, ita etiam nobis ſtrenue carnis noſtræ tentationibus, omnibuſque mundi illecebris reſiſtendum eſſe, ut corroborati in fide à pravis noſtris affectibus non ſollicitemur ad Deo reſponſandum: ſed quicquid potius eo nos incitat, præcidatur & dejiciatur. Sic in ſumma notemus, nos, niſi nobis abrenunciemus, non poſſe in Dei timore proficere. Quid enim in natura noſtra præter mare & abyſſum omnium malorum habemus? Ea autem omnia nobis abjicienda ſunt, diſcamuſque oportet, nos in eo, quod Deus verbo ſuo docet, exercere, ne in eam confuſionem, cujus mentio à nobis facta eſt, incidamus, ſed in obedientia Dei noſtri ambulemus, magis ac magis in ipſius ſchola proficiamus, ita ut nos pro diſcipulis ſuis agnoſcat, noſque velle ipſum colere comprobemus, ut nos pro filiis agnoſcat, ſeque Patrem erga nos exhibeat.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, precanteſque ipſum, ut delicta præterita nobis condonet, noſque ita ad ſe vocet, ut magis ac magis in donis Sancti Spiritus, quo omnibus carnis noſtræ vitiis ſpoliemur, augeamur & confirmemur. Interim vero nos in noſtris imperfectionibus toleret, donec nos è vita præſenti ad ſe evocet, & gloriæ ſuæ immortalis participes faciat. Sic dicemus omnes, Omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO CENTESIMA QUARTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXIX.

1. JObus reſumſit iterum ſermonem ſuum, & dixit,
2. Utinam eſſem, ſicuti fui tempore præterito, & ſecundum dies, quibus me Deus cuſtodiebat,
3. Quando lampas ejus lucebat ſuper caput meum, & ad lucem ejus ambulabam in tenebris.
4. Sicut eram in diebus juventutis meæ, quum conſilium (aut conſortium) Dei erat in tabernaculo meo:
5. Quum Omnipotens erat mecum, & ſervi mei me cingebant:
6. Lavabam pedes meos in butyro, & rupes mihi olei rivos diſtillabat:
7. Quando exibam ad portam urbis, ibi jubebam mihi collocari cathedram.

PRima ſpecie hic videtur Jobus tempus præteritum deſiderare, & dolere quod Deus mutarit ipſius conditionem, & pro eo quod olim ipſum rebus proſperis florentem reddiderat, nunc eum tam aſpere affligat: ſed hæc non eſt ejus mens & ſcopus. Dirigit enim ſermonem ſuum ad eos, qui male de ipſius afflictione judicabant, non ſecus quam ſi homo quiſpiam à Deo reprobatus eſſet.

Digitized by Google

omnes dolores noſtros, quando illi nos exercere & deprimere placet. Tunc enim nobis cogitandum eſt, Quomodo? nonne antehac nos ita tractavit Dominus,ut æquum ſit, nos, quicquid ipſi libuerit, accipere? Quin etiam hoc nos debet in bonitate Dei confirmare, ne ullo modo dubitemus, quin is nos diligat, quum ipſum tam benignum erga nos reipſa ſimus experti. An non vero abunde habemus, unde contenti eſſe debeamus, quando Deus nobis amorem ſuum patefacit,etiamſi res non eveniant nobis optato? En igitur, quomodo nobis debeat in mentem noſtræ proſperitatis venire,quando Deus nos affligit. Nec ea recordatio debet triſtitiam noſtram augere, aut nos ad aliquam indignationem ſtimulare, ſed potius nos cohibere, ſi vehementiore aliquo impetu & perturbationis æſtu abripimur: ea, inquam, recordatio debet malum, quod ſentimus, lenire, quum Deum nobis olim bonitatis ſuæ, quæ conſolationis materia eſt idonea,guſtum dediſſe cogitamus. Præterea, quum talem olim noſtri curam geſſerit, nos ipſi penitus addictos eſſe, eo, ut, quicquid ipſi libuerit, patienter feramus, æquum eſt. Hæc autem nobis eſt valde neceſſaria admonitio, ut nimirum, quum malum ita nos urget, ut plura pati non poſſimus, in mentem nobis veniat, Deum non ſemper ita nos preſſiſſe, ſed infirmitatis noſtræ rationem habuiſſe, ipſam toleraſſe, eoque ipſo nobis ſuum amorem teſtificatum eſſe, quo in ipſum ſperemus, nec dubitemus, quin, quum ſic nos in patientia exercuerit, adhuc malis noſtris medeatur, ipſiſque nos liberet. En, inquam, quomodo hæc doctrina ſit nobis in omnibus noſtris afflictionibus ad praxin revocanda. Sed nunc ad præcipuum Jobi ſcopum revertamur. Diximus, hic ipſum velle oſtendere, adverſarios ſuos tanquam cæcos eſſe,& ſtulte judicare, quod in eo, quod modo oculis cernitur, hæreant. Quoniam enim Jobus extrema quæque patiebatur, ipſum à Deo rejectum, & pro maledicto habendum eſſe putant. (quemadmodum autem, jam ſuperius vidimus.) Non ſic eſt nobis procedendum,
Pſal. 41. ſed ea prudentia habenda,cujus mentio fit in Pſalmo,
verſ. 1. ut nimirum nos inhibeamus, quo commiſeratione eorum, qui patiuntur, afficiamur. Cæterum, ab alio quoque initio incipiamus, ut ſi nimirum aliquem flagellis, manu Dei, cædi videamus, inſpiciamus quæ ejus vita fuerit: ſi homo fuit improbus, & ad omne ſcelus & flagitium projectus, illic Dominus id, de quo tam ſæpe nos admonet, comprobat, non eſſe ſuas minas inanes, ideóque nobis, aliorum, ut dicitur, diſpendio, diſcendum eſſe in timore ambulare. Videtur aliquando Deus hæc inferiora non ſpectare, & res omnino confuſas relinquere: ſed quum ſua judicia exercet, id nos debet ad juſtitiam
Eſa. 26. erudire, ut eſt apud Prophetam Eſaiam: debemus
verſ. 9. ſic apud nos ſtatuere, Non eſt cum Deo ludendum: tum cernerent, ut videretur Deus ipſum ad imam uſque abyſſum velle præcipitare, ſic debebant ſecum ſtatuere, Hic hæremus, præſtringuntur ſenſus noſtri: vir iſte ſancte vixit, non fuit improbus, ſcortator, ebrioſus, perjurus, flagitiis deditus, crudelis, ſuperbus, nihil horum unquam fuit in ipſo animadverſum. Cur igitur Deus ipſum tanta ſeveritate tractat? Neſcimus: ſed tamen hic Deus nos vult in humilitate continere, ut ſciamus, judicia ipſius interdum eſſe abyſſum, & in ipſa non eſſe nobis nimis alte penetrandum; ſed potius, à nobis etiam, oculos, donec nobis, cur ita agat, patefaciat, claudentibus, gloriam illi tribuendam eſſe. En igitur, quæ ſit ea prudentia, cujus meminit Pſalmus, dum ait, Bea- *Pſal. 41.*
tum eſſe illum,qui de afflicto prudenter judicat. Hoc *verſ. 1.*
vero interim ad noſtram inſtructionem eſt applicandum: nam (ut dicit Dominus noſter) ſi lignum vi- *Luc. 23.*
ride ſic uritur, quid fiet ſicco? Inſtituamus itaque *verſ. 31.*
comparationem eorum, quos viros bonos & Dei timentes eſſe agnoverimus, nobiſcum: tunc in nobis craſſa admodum peccata eſſe comperiemus, ita ut cogamur dicere, Hei! video Deum me tolerare, & infirmitatis meæ magnam rationem habere, quum me ſic leniter tractat: ſum enim illo deterior: video enim, ſi comparatio mei cum illo inſtituatur, multum abeſſe, ut tanta cum integritate, quanta ille, ambulaverim: & tamen ecce illum à Deo afflictum, me vero quiete & commoditatibus hujus vitæ fruentem. Numquid vero id eo fit, quod ſim dignus? Minime: ſed Deus meus me ita debilem, & ferendis afflictionibus imparem eſſe agnoſcit, ideoque mihi parcit: mihi itaque omnia ejus bonitati tribuenda ſunt. Sed ſi proſternar, mihique perferendæ ſint afflictiones, nihilominus tamen mihi, perſuaſo, illas meo bono & ſaluti immitti, ſemper invocandus eſt Deus: quin vel auditis duntaxat ejus minis, me ad mala ferenda præparem oportet: ut quum ipſi fuerit viſum nos virgis ſuis cædere,id nobis,jam multo ante præparatis, novum non videatur. Nunc igitur videmus, quæ ſit Jobi mens: oſtendit enim, eos, qui judicant ex præſenti ipſius ſtatu, & iis, quæ in oculos incurrebant, ab ipſa experientia convictum iri, eo quod ipſe ita ambulaſſet, ut eſſet irreprehenſibilis, omneſque adeo ejus vitam potius admirarentur, quam condemnarent. Non igitur concludendum fuit, licet eum ita voluerit Deus exercere, ipſum reprobum fuiſſe, omnemque adeo ejus vitam nihil aliud quam meram hypocriſin & ſimulationem fuiſſe: nimis enim perverſum erat illud judicium. Interim quamvis Jobus adverſus ipſos, qui illum falſo accuſabant, iſta protulerit: hoc tamen ſcriptum eſt ad communem omnium filiorum Dei inſtructionem. Colligamus igitur ex hoc loco id, quod jam dixi, nempe de omnibus flagellis & caſtigationibus,

Digitized by Google

deditæ homines affliguntur, cognoſcamus, Deum nos per ipſos erudire, ut oculos apertos habeamus ad reipſa cernendum, peccatorum omnium tandem Deo rationem reddendam eſſe, nec ulla impunita manſura. Sed ſi non animadvertamus, cur Dominus noſter hunc vel illum affligat, ſed potius contrarium ſe nobis offerat: tunc diſcamus dicere, Ut ut ſit, tamen juſtus es, Domine. Verum quidem eſt, hic caliginem ingeniis & judiciis noſtris offundi, & carnem noſtram (prout vitioſa eſt) nos ad tibi obloquendum & de te conquerendum ſollicitare; non tamen illos imitabimur, qui tecum contendere & litigare volunt, dicentes, Qua ratione ducitur Deus ad hoc agendum? Minime, inquam, hoc modo adverſus te os aperiemus, ſed quietos & patientes, donec id, quod nobis nunc eſt occultum & abſconditum, patefeceris, nos continebimus. En in ſumma, quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Interim autem notemus, quod, quum de nobiſipſis volumus judicare, hæc ipſa doctrina nobis in mentem venire debet, ne, quantumvis Deus nos premat, ipſiuſque manum valde duram adverſus nos ſentiamus, in deſperationem incidamus, ſed animum ſumamus ad ipſum invocandum, & nihilominus nos in ipſo conſolemur. En igitur, quomodo adhuc nobis eſt iſta doctrina obſervanda. Contra in rebus proſperis ne ita commoditatibus noſtris & deliciis inebriemur, quando videmus mundum abuti bonitate Dei, ita ut, niſi nos ipſe vi cogat de peccatis noſtris cogitare, illic quaſi caligine & vertigine quadam acti obbruteſcamus: at ſimul atque Deus nobis otium & quietem aliquam concedit, ſpirituali quadam ebrietate laboramus, ita ut ſenſibus noſtris abripiamur, & equos duri oris & refractarios imitemur. Caveamus igitur, ne, quum res proſperas nobis Deus largitur, faſtu & arrogantia efferamur; ſed potius, ut jam dixi, cognoſcamus, ipſum dare nobis otium, quo nos ad afflictiones, quas nobis immittit, præparemus, ſcientes fore, ut noſtri miſereatur, nec nos in ſeveritate ſua tractet. Quod ſi videmus Deum impunitatem & licentiam improbis permittere, ipſiſque habenas laxare, nec ſtatim illos perdere, ne meliorem propterea illorum conditionem futuram putemus, aut tentemur ad invidendum illis ejuſmodi felicitatem, ut dicitur in Pſalmo trigeſimo ſeptimo: ſed hic fidem noſtram exerceamus, exſpectantes dum Deus judicia ſua, quæ ad tempus vult occultare, (quomodo etiam non eſt noſtrum ipſorum exequendorum illi horam aut diem præſcribere,) patefaciat. Debent itaque fideles ſe ſuſpenſos tenere, quoties Dominus ſe quaſi propitium improbis, iiſque, qui, ut exterminentur, & penitus ex hoc mundo deleantur, meruerunt, exhibet. Neque enim ipſis favet aut vere propitius eſt, quamvis illos

Pſal. 37. verſ. 1.

ſtris afflictis? Fideles igitur ſe à Deo derelictos eſſe conquerentes, non ita ſe rem habere exiſtimant: ſed in nobis duplex eſt ſenſus & apprehenſio, una eſt ſenſus noſtri naturalis, altera eſt fidei. Senſus autem noſter naturalis, quod objectum habet, & quid intuetur? Ea quæ ſentimus, videmus & tangimus. Quando igitur Deus nos ad eas anguſtias redigit, ut, quid nobis futurum ſit, neſciamus, tanquam denſa quædam nubes inter illum & nos interjecta eſſe videtur, ut non amplius in ejus manu & protectione eſſe videamur. Ecce tamen Deum, qui pollicetur, ſe, quum illum exiſtimabimus à nobis remotum eſſe, propinquum fore: quumque videbitur clauſiſſe oculos, vult, nos ſe intueri, atque ita apud nos concludere, Quum Deus loquutus ſit, audacter ejus promiſſioni adhæreamus. Videmus igitur nunc geminam eſſe in fidelibus apprehenſionem: idque nobis ſerio obſervandum eſt: nec ſatis eſt dici, ſed ab unoquoque ad praxin revocari oportet. Quum malo aliquo premimur, fieri non poteſt, quin Deum nobis dorſum obvertiſſe exiſtimemus: en quo nos natura noſtra impellit. Sed poſtea ſtatim nobis recurrendum eſt ad promiſſiones Dei, quæ hoc expreſſe continent, Invoca me in die afflictionis. Quum nos ad ſe invocandum invitet, argumento quoque eſt nos in ipſius tutela & protectione eſſe. En igitur, quomodo fides ſenſum naturalem debet reprimere, ut in omnibus noſtris miſeriis, auxilium Dei exſpectantes, & ex ejus præſcripto ambulantes, placidi & quieti ſimus. Juxta illud Jobus hic dicit, Ubi ſunt tempora, in quibus Deus me ſervabat? Significat, Deum reipſa, & ita ut oculis cerni poſſet, oſtendiſſe, ſe ipſum olim ſervaſſe: quaſi diceret, Nunc quum Jobus ita affligitur, numquid dici poterit, ipſum eſſe in cuſtodia Dei, Deum ipſum protegere? Non, inquam: ſed Deum, ipſum tanquam miſeram creaturam reliquiſſe. Jobus igitur hic nequaquam loquitur de eo, quod reipſa erat, quaſi Deus ipſum oblivioni tradidiſſet: ſed loquitur de eo, quod hominibus videri poterat, quodque ſenſu ſuo naturali concipiebat, quamvis ipſi fidei ope reſiſtat, promiſſionibus Dei adhæreat, & adverſus ſibi objectam tentationem depugnet. En igitur, quomodo nobis hic locus ſit accipiendus, & interim nobis applicandus. Cognoſcamus igitur, ſi rebus proſperis & ſecundis fruimur, non eſſe nobis eum ſtatum vocandum Bonam fortunam: (prout ea hominibus perverſitas & malignitas inſita eſt, ut Deo debitum honorem eripiant:) ſed ſic loquamur, Deus nos ſervat & cuſtodit. Cur igitur proſperis rebus fruimur? Cur mille mortibus circumſepti, nihilominus modo vivimus & ſubſiſtimus? Quia nimirum Deus noſtri miſeretur, & eſt noſter protector.

Digitized by Google

conſolationem, tandemque etiam lætum & optatum
Eſa. 5: 20. exitum ſenſiſſe. Quid igitur eſt lampas Dei? Quan-
& 42. 16. do Jobus proſperis rebus utebatur, Deus ipſi aderat
& 45: 7. & favebat, ſicuti videmus etiam Deum vitæ præſen-
tis afflictiones cum tenebris comparare. Verbi gra-
tia, Si in bello verſamur, fame aut peſte vexamur:
ecce nos tanquam in nocte poſitos, tunc à nobis fa-
cies Dei occultata eſt, quo nos vertamus, neſcimus.
Sic contra, quando Deus nos blande & indulgenter
tractat, idem eſt, ac ſi Sol nobis illuceſceret. Vide-
mus, tempus ſerenum & lucidum homines exhilarare,
contra noctem nos triſtes reddere, & graves: quando
quoque tempus eſt pluvium & nubilum, quaſi pro-
ſtratis viribus jacemus, unuſquiſque ſe domum reci-
pit. Notemus igitur hic Jobum inſtitutum ſermo-
nem perſequi, dicentem, Lampadem Dei ſuper ſe
luxiſſe, quando in illa ſelici conditione fuit, omneſ-
que ipſi applaudebant. In quo doctrina illa, quam
jam attigimus, nobis adhuc melius confirmatur,
nempe bona hujus mundi non eſſe fortunæ tri-
buenda: quod tamen vulgo facere homines videmus,
qui profani ſunt, nec Dei manum, ſive bene ſive
male ſit ipſis, reſpiciunt. Nobis itaque id minime
faciendum, ſed potius, quotieſcunque boni aliquid
habebimus, ſciamus, Deum nobis illuceſcere, no-
bis faciem benignam exhibere, velle denique, ut
ipſum Patrem, ad ei gloriam tribuendam, agnoſca-
mus. En igitur, quomodo Dominus nobis in rebus
proſperis lætam ſuam faciem exhibet, ut ipſam
intuentes, bonitatis ejus laudandæ occaſionem habea-
mus, & ad illum, tam ſuaviter nos invitantem, alli-
ciamur: idque nobis ad ipſum amandum, noſque
ejus cultui penitus applicandum, animum addat.
Videmus igitur, has loquutiones non eſſe ſuperfluas,
quum Jobus, pro eo quod increduli ſoliti ſunt dicere,
Bonam habui fortunam, mihi bene & commode fuit,
dicit, Deum ſuam lampadem ipſi accendiſſe, & ſubji-
cit, *Deum ipſi illuxiſſe in medio tenebrarum.* Id vero
dicit, quia fieri nequit, quin in hoc mundo multis
caſibus & periculis, etiam quum omnia ex animi
voto & ſententia nos maxime habere videmur, ſimus
obnoxii: ſi aliquis nobis notus eſt, qui ſit quaſi ab
omnibus doloribus immunis, eum tamen, quamdiu
in terra verſatur, per ſpinas ambulare neceſſe eſt: ſem-
per nobis multæ mortes minantur & imminent, &
quamvis aliquis horrea & cellas plenas habeat, is ta-
men poteſt momento temporis pauper fieri. Sic note-
mus, nos in hoc mundo, tanquam in tenebris eſſe, hoc
eſt, multis doloribus, ærumnis & periculis circumſeſ-
ſos, ita ut, niſi Dominus nobis proſpiciat, non poſ-
ſimus gradum unum promovere, vel digitum mo-
vere, quin ſtatim in multas miſerias incidamus: ſed
Deus omnibus illis periculis medetur, quum nobis
lampadem ſuam exhibet & accendit. Diſcamus
tia penitus pendeamus. En igitur, quod nobis ex
hoc loco diſcendum eſt. Subjicitur autem, *Jobum
juventutis ſuæ tempore habuiſſe quoque conſilium Dei in
ſuo tabernaculo.* Vocabulum, quo hic utitur, proprie
ſignificat Autumnum: ſed hic per ſimilitudinem ac-
cipitur pro juventute, non quindecim annorum, ſed
qualis eſt vigente ætate, à vigeſimo quinto anno ad
trigeſimum quintum uſque. Cur vero? Quia tunc
homo profert ſuos fructus: non ad gignendum, (eſt
enim ille ſenſus craſſus & ineptus;) ſed quoniam
homo tunc viget ratione ad conſilium dandum, vi-
tæque humanæ neceſſaria munia obeunda: viden-
tur enim homines ea ætate apti & inſtructi conſilio,
ratione & viribus, ut ad multa utiles eſſe poſſint.
Sicuti igitur autumnus aptus eſt ad proferendos fru-
ctus, ſic homo in ea ætate aptus eſt ad fructus ſuos
proferendos, ita ut utilis eſſe poſſit. Sed & hoc in
loco, in hac ipſa ſignificatione, & per ſimilitudi-
nem, ſed tamen aliter, poteſt accipi hoc vocabu-
lum: hoc eſt, Eram tanquam in autumno meo, hoc
eſt, in tempore, quo colliguntur fructus, in abun-
dantia mea. En quod Jobus intelligit: quando ſu-
mus in vere, videmus herbam, quæ nobis frumen-
tum productura eſt, videmus vites gemmantes, ſed
in ſpe adhuc eſt fructus ipſarum: videmus quoque
prata herbam ſuam emittere: ſed in autumno pecu-
des ſunt pingues & bene nutritæ, quia paſcua & pa-
ſtum copioſum habuerunt, bona terræ collecta ſunt
& intra repoſita. Sic non dubito, quin Jobus vo-
luerit dicere, Quum in mediis opibus eram, quum
Deus mihi tot bonorum dederat, ut illa domi meæ
redundarent. Poſtea ſubjicit, *Conſilium*, aut conſor-
tium, *Dei fuiſſe in tabernaculo ſuo*: quæ omnia juxta
jam habitum ſermonem dicuntur. Vocabulum, quo
Jobus utitur, ſignificat Conſilium aut Conſortium,
& ambo conveniunt: nec eſt, quod de eo quiſpiam
laboret, ſenſus enim ſemper idem eſt. Quando igi-
tur providentia Dei incubabat tabernaculo meo,
hoc eſt, Deus mihi invigilabat, ad omnia mea nego-
tia diſponenda: aut, quando, mecum erat, hoc eſt,
quando illum mihi propitium & propinquum, ita ut
me tanquam in ſinu ſuo haberet & foveret, ſentie-
bam. Hic Jobus pergit agnoſcere Dei beneficia. Ob-
ſervemus autem, ſi homo ſic vexatus, ut Jobus cru-
ciabatur & affligebatur, non ita tamen mente alie-
natus fuit, quin Deo ſemper gloriam tribuerit, quale
& quantum ſcelus fuerit, ſi, Domino multas com-
moditates & otia nobis concedente, quum in deliciis
verſamur, de ipſo non cogitemus? Scimus, quod
ſi quiſpiam malis prematur, ita dejicitur, ut neque
Dei, neque ſui ipſius meminerit, mente denique
alienetur & perturbetur. Nunc vero, quo in ſtatu erat
Jobus? An non videmus, vix creaturam ullam un-
quam tantum, quantum ille fuit, excruciatam fuiſſe?
Ani-

Digitized by Google

pedes ipſorum non impingant, neque quidquam nihil ipſis occurrat. Hoc pacto igitur dicit Jobus hoc in loco: En, Deus me præterito tempore ita tractavit, ut quaſi non ambularem ſuper terram, nullam ſoli duritiem ſentirem, ſed potius mihi Deus ex butyro & rebus mollibus pavimentum ſtraviſſe videretur. Denique ſignificat, ſe, quaſi ex communi cæterorum hominum conditione exemtum, nataſſe in omni voluptatum genere, non quod in illis ſe more helluonum, ebrioſorum, diſſolutæ denique vitæ hominum, qui ſe in delicias ſuas totos immergunt, immoderate exhilarant, ut prope è mentis poteſtate exeant, inebriarit. Jobus id non intelligit: ſed ſignificat, ſibi à Deo tam florentem & proſperum rerum ſuarum ſtatum olim conceſſum eſſe, ut ſatis ipſum, niſi modum verborum excedendo, exprimere non potuerit. Et in eo quidem animadvertitur, ipſum, quantum maxime poteſt, beneficia Dei erga ſe extollere & amplificare, ſicuti etiam à nobis fieri par eſt. Atque hoc eſt adhuc valde notandum, quoniam, quum fateri cogimur, nobis à Deo bona aliqua conceſſa eſſe, non ita ipſa agnoſcimus, ut magnum beneficium à nobis, ſicuti par eſt, extollatur & magnificetur, ſed potius ipſum malignitate noſtra extenuamus. En quomodo Deus à nobis ſua gloria ſpoliatur: quemadmodum ſiquis, quum non poſſit totum debitum inficiari, dicat, Non exiſtimo me tantum debere: ſicuti ſolent iſti, qui non libenter nomina ſua diſſolvunt: verum eſt, ipſos non adeo impudentes fore, ut dicant, Nihil vobis debeo: ſi nimirum res nota & liquida fuerit: ſed centum florenos libenter ad quinque redigant. Idem erga Deum agimus: ipſum ingrati animi noſtri vitio & perfidia ſuo honore, dona, quæ magni facere & amplificare deberemus, verbis imminuentes & extenuantes, ſpoliamus. Contra Jobus hic nobis declarat, quod, quum beneficia à Deo accepimus, non debemus exiſtimare, nos officio grati animi probe defunctos eſſe, ſi uno verbo dixerimus, Ego hoc nomine Deo obſtrictus ſum, ab ejus gratia & liberalitate hoc promanavit erga me beneficium, (ſunt enim nimis inanes ejuſmodi cerimoniæ) ſed diſcamus Dei beneficia, ut merentur, æſtimare. Ac ſane quid *cathedram, unuſquiſque mihi honorem & reverentiam exhibebat.* Quando Jobus ſic loquitur, nequaquam ea profert ad oſtentationem, (contra enim cum omni humilitate ſibi à Deo impoſitum opprobrium tolerat;) ſed redarguit adverſarios, quaſi diceret, Vos hodie judicatis me eſſe hominem damnatum & maledictum. Cur vero? Ecce enim me tanquam miſerum cadaver omni ope deſtitutum, unuſquiſque me irridet. Conſiderate vero, num apte judicetis? Nam non ita pridem ab omnibus honore afficiebar, voſque mihi tunc plauſiſſetis. Veſtrum igitur judicium non rectum eſt, nec æquum, propterea quod in rebus viſibilibus hæretis: atqui vobis longius erat reſpiciendum. Videmus igitur, quæ ſit mens Jobi. Sic diſcamus ex iis, quæ dicta ſunt, (quia in præſentia plura adjicere non poſſumus;) diſcamus, inquam, quotieſcunque Deus bona aliqua nobis largitur, agnoſcere, ea non à fortuna, ſed à manu Dei promanare. Contra, quum ipſi placet nos affligere, agnoſcamus, ipſum eo pacto velle nos excitare, nec id ipſum eo facere, ut animum deſpondeamus, ſed ut humiliemur. Quapropter non deſinamus ſemper ad illum confugere, ſcientes, ipſum, poſtquam nos flagellis ſuis conciderit, poſſe malis noſtris mederi, prout etiam remedia noſtræ ſaluti apta novit.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, precanteſque ipſum, ut eorum ſenſum ejuſmodi nobis indat, ut cum vera pœnitentia nihil aliud petamus, quam ſpoliari omnibus noſtris affectibus carnalibus, quo ipſius Spiritum Sanctum penitus induamus, noſque ad ejus obſequium componamus. Ut ita in afflictionibus, cùm noſtris tum proximorum, proficiamus, ut ſemper magis ac magis in ipſius timore erudiamur: ipſi in omnibus ſuis judiciis gloriam tribuamus, nec ita in his rebus præſentibus implicemur, quin altius ſemper intueamur, & in medio omnium afflictionum noſtrarum non deſinamus ad Deum illum optimum confugere, ſperantes, ipſum bonitatem ſuam erga nos continuaturum, donec reipſa & experientia id, de quo certiores nos facit verbo ſuo, exhibeat. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed & omnibus populis, &c.

Digitized by Google

quæ ad hanc vitam pertinent. Verum eſt, multos nulla parſimonia uti, ſed omnia dilapidare, & profundere: ſed ii ipſi agnoſcunt, vitium eſſe magnopere reprehendendum, ſi quis bonum, quod carum habere debeat, recte diſpenſare non norit. Interim autem, quamvis honorem maximum inter homines theſaurum eſſe confiteamur, nequaquam is parce & dignis, ſed profuſe, tanquam res viliſſima, indignis vulgo tribuitur. Id ita eſſe ut appareat, qui maxime honorantur, coluntur, & obſervantur, numquid propter virtutes ſuas in ea ſunt exiſtimatione? Minime: ſed contra. Si quis ex iis, qui ſe coram divitibus & magnatibus ſubmittunt, quærat, qua re potiſſimum ducantur: non dicent, ſe, quod illi digni ſint, eum honorem ipſis tribuere: proprio enim conſcientiæ teſtimonio convincuntur, illos magna ex parte ſceleratos eſſe. Videmus igitur, honorem, tanquam rem viliſſimam proſtitui: & tamen in ore omnium hoc fertur, honorem rem omnium longe pretioſiſſimam eſſe. Id vero maxime reprehendendum eſt.
Jacob. 2. Sicuti videmus etiam D. Jacobum, non ſolum irridere, ſed graviter reprehendere eos, qui improbos ita honore afficiunt: hoc enim eſt, id, quod Deus bono uſui deſtinavit, profanare. Quid enim aliud præter Deum, idque quod ab ipſo promanat, honorandum eſt? Quando igitur improbus eſt in magna æſtimatione, quod Dei proprium eſt, ipſi eripitur, ut quaſi Diabolo communicetur. Verum eſt, improbum, ſi in dignitate aliqua ſit conſtitutus, poſſe honore affici, non tam propter ſe, quam propter locum, quem tenet. Sed quando vitia virtutum loco habentur & æſtimantur, nonne hoc eſt rerum perturbationem & confuſionem inducere, qua omnis ordo pervertitur? En cur hoc in loco valde nobis notandum eſt, Jobum, loquentem de legitimo honore, non dicere, ipſum propter opes aut auctoritatem, ſed propter virtutes tribuendum eſſe. *Juvenes*, inquit, *videntes me, ſe occultabant.* Quid enim impellebat juvenes, ut ſe occultarent? Si enim vir aliquis jam provectæ ætatis vitiis deditus fuerit, potius inde juvenes ad male agendum, quum ejuſmodi fautorem habebunt, licentiam ſument. Si igitur Jobo ea reverentia exhibita fuit, ut juvenes ſe ab ipſo occultarent; ſignum eſt, in ipſo eas virtutes fuiſſe, ut propter ipſas, non propter opes, illum honorare cogerentur. En, quod nobis primo loco notandum eſt. Sed notemus etiam, hoc vocabulum Abſcondendi, innuere pudorem aliquem, quo detinentur ii, qui Deum non timent: nam, quicquid ſit, adhuc coram hominibus continent ſe, nec volunt turpitudinem & dedecus ſuum cognoſci. Præſertim ſi virum aliquem gravem, maleficii ſui teſtem & ſpectatorem habituri ſunt, ejus præſentiam fugiunt, qui male agere volent.

agendo, eo ipſo illum oſtendere, ſe parum profeciſſe, atque adeo parum Dei honore & reverentia duci. Sed tamen inde duplex utilitas redit. Una eſt, quod quemadmodum puer, antequam ratione & judicio valeat, pudore aſſueſit rebus bonis & honeſtis: ſic Dominus utitur in adultioribus hoc pudore, qui in ſe vitioſus eſt, ad ſenſim alliciendos eos, qui non tantum promoverunt, ut virtutem ipſam propter ipſam diligant. Verbi gratia, Ecce levem aliquem & inconſtantem hominem, qui nullius in ſe nec timoris nec amoris Dei radices habet, denique tanquam caligine quadam ejus mens eſt perſtricta, licentiam ſibi dat ad male agendum, & ad id totum ſe projicit. Freno tamen aliquo inhibetur, nec penitus perfricuit frontem. Multos videas, qui mala conſortia frequentantes ſinunt ſe labi, ſtatim corrumpuntur & depravantur, tum modo huc, modo illuc inflectuntur: ſed tamen in ſe pudorem aliquem habent, ſi vir aliquis gravis, cujus reverentia ducuntur, eos limis oculis aſpiciat: en tibi illos confuſos, ut ſe mortuos & ſepultos eſſe velint: ſi ob vitia ſua reprehendantur, obmuteſcunt, & in lacrymas potius erumpunt, quam reſponſant aut excuſant ſe. En igitur ſignum, quo intelligitur, eum, qui modeſtiam illam in ſe retineat, ut turpitudinem peccati ſui agnoſcat, non plane perditum eſſe aut correctionem omnem prorſus repudiare. interim facile animadvertitur, eum pudorem, qui illum cohibet, in ſeſe non eſſe virtutem, ſed tamen ſenſim ille homo ad bonam frugem convertitur: & Dominus facit, ut ejuſmodi medicina illi, julepi inſtar, præparationis loco ſit adverſus morbum, ut ægrotus poſtea validam aliquam medicinam adhibere poſſit. Ecce julepum, qui ſitim ægroti irritat. Quid? an conducit ad valetudinem reſtituendam? eſt tamen illa præparatio bona, & medicina plus virium habet, & efficacior eſt, quum ægrotus hanc ex parte mutationem ſuſcepit, & ad medicinam diſpoſitus eſt. Eadem ratio eſt pudoris: ex ſe enim vitia non ſanat, nec iis nos purgat, non poteſt efficere, ut ambulemus ut par eſt, ſed præparat & diſponit nos, quominus ſimus deſperati, & penitus ad omne ſcelus profuſi. En igitur uſum & fructum, quem Dominus elicit ex pudore iſto, qui eſt in levibus hominibus, qui ita fundati non ſunt ut par eſt, nec radicatum in ſe habent nominis ipſius timorem. Eſt & præterea alius uſus, quod nimirum omnis excuſatio nobis eripitur, Deuſque nobis notam imprimit, non ſecus ac ſi fronti noſtræ ſtigmata inureret, ne poſſimus nos in vitiis noſtris occultare. Cur? Me occulto à præſentia hominis. Quæ ejus rei cauſa eſt? Pudor. Hic vero pudor unde promanat? Deus ipſum mihi inſtar cauterii impreſſit, ita ut, licet alias velim cœlum & terram omneſque adeo homines meæ turpitudinis teſtes eſſe, cohibeat

tamen,

Digitized by Google

[illegible], ſeu etiam abditiſſimas & maxime arcanas animi cogitationes obſervari. Diſcamus igitur non ſolum homines, ſed in primis Judicem illum cœleſtem, qui nos intuetur, timere: præterea pudorem illum non debere nos regere; neque enim in eo, ut diximus, ſubſiſtendum eſt. Illud enim perinde fuerit, atque ſi puer ſemper in Alphabeto ſubſiſteret: aut ægrotus eſſet contentus ſumſiſſe julepum, unde mors ſequeretur, quia in ſe purgando non ulterius progreſſus eſſet. Non debet igitur hic pudor ſolus in nobis dominari, ſed nos ulterius deducere: ut nimirum, etiamſi ab hominibus pudenda noſtra flagitia non animadvertantur, atque adeo tanquam velis quibuſdam ea tegere poſſimus, & univerſum mundum fallere, nihilominus conſcientia noſtra vigilet, ſit in excubiis, judicium Dei nos urgeat, vitam denique noſtram ſic inſtituamus, ut non ſolum in bona exiſtimatione eſſe apud homines, ſed Deo noſtro probari cupiamus. Ut vero id conſequamur, non ſatis eſt, ut nos à malo evidenti abſtineamus; ſed corda noſtra purgari, rectos eſſe affectus noſtros, nulloſque in nobis ad tegendas ſordes noſtras receſſus eſſe oportet. En igitur quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Sed videmus, in quæ tempora devenerimus: hodie enim ſicut exiguus admodum Dei timor eſt, ita parva hominibus reverentia exhibetur: ita effudit ſe & exundavit iniquitas, ut quo impudentior quiſque eſt, eo plus poſſit. Juventus ſaltem aliquid modeſtiæ deberet habere: ac ſane non ſine cauſa Ethnici, ſenſu & judicio naturali, agnoverunt propriam hanc adoleſcentium virtutem eſſe, ut pudore & verecundia aliqua ducantur. Cur? Quia adoleſcentes nondum ita moderatos & compoſitos, ut par eſt, affectus habent: ſunt æſtus illis, qui ipſos ad malum ſollicitant: fervet caput: tum adeo vehementes ſunt ipſorum cupiditates, ut eas coërcere ſit difficile. Ei rei Deus hoc remedium opponit, quod nimirum adoleſcentes, quamvis valde temerarii ſint & præcipites, convincuntur tamen & coguntur ſeipſos cognoſcere, animadvertunt ſe nondum eam moderationem, quam par eſt, conſequutos eſſe: & hæc quidem cauſa eſt, cur in ſe aliquem pudorem habeant. Nunc vero, quid cernitur? Videas audaculos iſtos: ecce limaces, qui ſtatim atque è teſta caput exeruerunt, latus enſe accingunt, tum pudorem omnem exuunt, ſimiles denique ſunt ſcortis, quæ in lupanari degunt, &, quicquid agant, nullum pudorem, nullam reverentiam aut juſtitiam eſſe exiſtimant, nihilque quod illos regere debeat. Denique juventutem à Diabolo penitus poſſideri, nec ſolum timori Dei, ſed honeſtati aut modeſtiæ nuſquam locum eſſe, videmus. Quum id animadvertimus, cognoſcamus diluvium iniquitatis terram autem nobis verbo ſuo prælucet, in mentem nobis veniat ejus, de quo nos Apoſtolus in epiſtola ad He- *Hebr. 4.*
bræos admonet: illic enim declarat, verbum, quod *verſ. 12.*
audivimus, eandem vim & naturam, atque Deum ipſum, habere, nempe ſcrutari cogitationes noſtras, quicquid in nobis eſt examinare, ad diſcernendum inter medullas oſſium & venas, omniaque quæ in nobis inſunt. Quum igitur Dominus noſter mittens nobis verbum ſuum, ejuſmodi examen de nobis inſtituat, ut, quicquid occultum & abſconditum eſt hominibus, in apertum proferatur, unuſquiſque noſtrum ambulet tanquam in meridie, & cognoſcamus, nos non amplius eſſe in tenebris, quando Dominus Jeſus in medio noſtri per Euangelium ſuum dominatur. En igitur, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Nunc autem Jobus ſubjicit, *Principes ipſi aſſurgere, quin proceres & præſides civitatum tacere, ipſo loquente, ſolitos fuiſſe.* Hic videmus ordinem talem, qualem natura nos docet, niſi omnia audacia hominum perverterentur. Quod ſi, quæ Dominus nos docet, ſequeremur, & quidem ſecundum ordinem naturæ, certum eſt, ſi aliquis polleat facultate docendi, pluſque aliis judicio & ſcientia valeat, illum, cæteris omnibus ſilentium præſtantibus, auditum iri. Quid igitur cauſæ eſt, quod, quum quiſpiam cum judicio verba facit, & facultate præditus eſt, ad alios ædificandos, non recipitur, ſed contemnitur, multi garruli in medium prodeunt, qui quum linguam effrenem habeant, omnium in ſe aures convertunt: unde fit, ut hoc pacto veritas abjiciatur & repellatur? Quænam ejus rei cauſa eſt? Quod homines non poſſunt pati ſe à Deo regi: quin etiam, ut dixi, audacia aut potius inſania ſua ordinem naturæ corrumpunt. Nos enim valde feros eſſe oportet, quum veritati & rationi ſubjici, eoſque, qui nobis tanquam doctores & rectores à Deo conſtituti ſunt, audire nolumus. Sic diligenter hunc locum notemus: neque enim Jobus hic vult duntaxat laudes ſuas prædicare, neque is eſt ipſius ſcopus. Quid igitur? Heri oſtendimus, quam ſic loquendi cauſam haberet. Porro hinc etiam doctrinam generalem, quæ nobis ipſius ore proponitur, poſſumus colligere: ut nimirum, quum erit quiſpiam integer corde, & virtute præditus, qui etiam prudentia valeat, is inter nos audiatur & probetur. Si enim regulam hic nobis propoſitam non ſequamur, non ſolum homini mortali injuriam faciemus, ſed hanc injuriam, tanquam ſibi illatam, in rationes ſuas Deus referet, nec immerito: ſi enim quiſpiam nos poſſit bona doctrina regere, numquid illum id à ſe habere putamus? Unuſquiſque dicet, Dei donum eſſe. Quando autem Deus ſic hominem aliquem ſupra alios extollit, & illi de ſuo Spiritu copioſius largitur, numquid id eo facit, ut is commendet ſe, nomen & auctoritatem

Digitized by Google

tos in ipſum nos præſtamus, quum ab eo regi & gubernari nolumus. Hoc præterea accedit, ſi nimirum audiendi ſunt ii, qui prudentia aliqua valent, longe magis audiendos eos, qui ſpecialiter mittuntur ad annunciandum verbum Dei, & hoc titulo ornantur, ut dicatur Deus per ipſorum os nobis nuncium ſalutis mittere: quomodo Prophetis & Apoſtolis, quum vixerunt, uſus eſt; & inſtituit, ut idem ordo adhuc in Eccleſia vigeret, & permaneret ad finem uſque mundi. Si igitur verbum Dei, nobis annunciatum ab iis, qui id muneris habent, audire recuſamus, nonne duplex erit ea rebellio? nonne eo magis rei erimus? Sic igitur hic admonemur, ut audientiam præbeamus, Deo nobis mittente verbum ſuum, tum & magni & parvi ipſi ſe ſubjiciant, ſimuſque adeo tanquam muti, non tanquam ſurdi: tanquam muti, inquam. Quum enim Deus loquitur, audiendum eſt: nec quidquam adverſus ea, quæ ab ipſo proponuntur, objiciendum: ſed ea placide accipienda, & concludendum Amen, Ita fiat. Cæterum non debemus quoque ſurdi eſſe: & quoniam videmus, nos natura noſtra tam male diſpoſitos eſſe ad auſcultandum Deo, & verbo ejus obtemperandum: is precandus eſt, ut aures nobis perforet, tarditatem illam, quæ nos ab ejus obſequio remoratur, nobis inſitam corrigat, quin nobis ſuæ voluntatis intelligentiam communicet, quia tam belluino ſumus ingenio, ut, quod nobis ad ſalutem conducit, niſi à Sancto ejus Spiritu illuminaremur, comprehendere nunquam poſſimus. Interim vero non ſolum linguas noſtras, ſed etiam omnes affectus noſtros frenare diſcamus. Neque enim hoc duntaxat, quod nimis garruli ſumus, & immoderata eſt noſtra loquacitas, impedit, quominus Deo auſcultemus, & ab ejus verbo doceamur: ſed quot ſunt in nobis cupiditates & affectus, tot ſunt quaſi objectiones & contradictiones, quæ ſermonem Dei interrumpunt. Unuſquiſque igitur ſibi attendat, quum convenimus, ut doceamur in Concione, aut quum alias Scripturam ſacram in manibus habemus: verum eſt, nos paſſim verba aliqua intellecturos, & ſententias aliquas utiles. Sed quid? ſtatim illud nobis excidit, & oblivioni traditur. Cur vero? Quia noſtræ nos perturbant objectiones & contradictiones, quibus verbum Dei oppugnamus. Id perinde eſt, atque ſi in nobis murmur & ſtrepitus eſſet, qui verbi Dei auditionem impediret. Cæterum eorum, quæ nobis dicuntur, centeſimam partem non recipimus: quia carnales ſumus, noſque noſtri affectus tranſverſos & præcipites agunt. Ergo, ſi volumus in verbo Dei proficere, non ſunt nobis duntaxat nimis acutæ linguæ noſtræ frenandæ, ſed & affectus noſtros componi oportet, ut placidum obſequium noſtrum Deo noſtro exhibeamus. En igitur, quod nobis notandum eſt. Sed & ea ſobrietate & modeſtia nos præditos eſſe oportet, ne nimis promti

qui ſe doceri patiantur: unuſquiſque doctoris munus ſibi arrogat. En vero quam male ad praxin revocemus præceptum illud, quod nobis à D. Jacobo datur, *Jacob. 3.*
quum dicit, Non eſſe nobis optandum, ut multi magiſtri ſimus: *verſ. 1.* nam contra nemo eſt, qui non putet, ſe ad univerſum mundum regendum idoneum: & tamen nemo eſt, qui poſſit pati, ut doceatur & admoneatur, quamvis rudis & imperitus admodum ſit. Eo magis igitur hanc circumſtantiam, quam circa perſonam Jobi attigi, obſervare debemus. Sanctus Spiritus hic laudat homines auctoritate & prudentia præditos, qui tamen ſe dociles præbuerunt, nec doceri recuſarunt. Quum id Sanctus Spiritus oſtendit, cognoſcamus, nequaquam hoc duntaxat ipſum ſpectare, ut laudet viros illos, qui hodie nobis ſunt incogniti, ſed proponit nobis exemplum & documentum ejus, quod nobis agendum eſt. Hæc vero admonitio (quæ in nobis eſt ſuperbia) non eſt inanis & ſupervacanea. Unuſquiſque enim, ut dixi, putat ſe ſapere, nulluſque ſponte ad eam humilitatem adduci poteſt, ut ſibi ab aliis doceri opus eſſe fateatur. En cur Spiritus Sanctus nobis hic ejuſmodi inſtructionem proponat: quod nimirum, quamvis omnium excellentiſſimi ſimus, non debemus tamen ejuſmodi perfectionem nobis imaginari, ut exiſtimemus, nobis non opus eſſe ſemper amplius proficere. Interim vero ad dona Dei attendamus: quum videmus hominem facultate aliqua & habilitate præditum ad nos docendos, cognoſcamus, Deum illic theſaurum, ut noſtræ inopiæ ſubveniret, collocaſſe. Debemus id Deo acceptum ferre, ſicut is eſt omnis ſapientiæ fons: verum id quidem eſt, ſed eam ad nos mittit, fluereque & deferri vult per canales ſuos, tanquam per rivos aliquos: quum enim in quempiam dona ſua contulit, id eo fine fecit, ut illa per ipſos nobis diſtribuat: & quamvis non ea polleat quiſpiam facultate dicendi, ut oratione ſua alios alliciat, ſi tamen nos cum judicio & veritate alloquatur, nobis auſcultandus eſt: quin etiam ſi parvus ſit puer, qui nos de peccatis noſtris admoneat, eſt nuncius nobis à Deo miſſus. Quod ſi non recuſandus eſt nobis parvus puer, ſimplex & idiota aliquis, qui auctoritate nulla pollet, non exquiſitis donis præditus eſt, ſi nihilominus ab illis nos corrigi & admoneri patimur, nonne nos pluſquam inſanos eſſe oporteat, ſi dona Dei evidentia, quæ ipſe voluit magnificare, illa tanquam in loco edito & conſpicuo collocans, ſpernimus? ſi illa, inquam, rejicimus, nonne nos mente captos eſſe oſtendimus? Sic quoniam in hoc mundo viventes opus habemus, ut doctrinam & inſtructionem, undequaque nobis illa offeretur, recipiendo confirmemur: dona Dei, ut dixi, agnoſcamus: & ubi illa apparent, hunc illis honorem tribuamus, ut nos ipſis ſubjiciamus. En igitur, quod ex hoc loco nobis diſcendum

Digitized by Google

lingua loquatur, nemo dignetur audire: quia enim ipſum ſerio loqui non animadvertitur, nemo eſt qui non timeat, ne ab ipſo fallatur. Eſt igitur valde neceſſaria in eo, qui docendi munere fungitur, vitæ integritas, ut intelligatur, eum ſerio & ex animo, non ficte & ſimulate loqui, non fabulam agere: ut perſonam in theatro ſuſtinet hiſtrio. Sed tota illa res eſt ludicra. Ideo dixi, non ſatis eſſe diſerte loqui, ſed neceſſe eſt, ut, qui alios velit docere, non ſolum lingua loquatur, ut quod ab illo voce profertur, ex intimo cordis affectu promanare, ipſumque adeo re ipſa doctrinam, quam annunciat, obſignare, cognoſcatur, tum quod in ore habet, ita in corde ſuo concepiſſe, atque adeo in ipſo ita inſculptum geſtare, ut tanquam coram Deo loqui videatur. En igitur, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt, quum Jobus, poſtquam oſtendit, ſe apud eos, qui maximo honore & dignitate erant præditi, in magna exiſtimatione fuiſſe, ſubjicit, eum honorem ſe conſequutum, quod miſeris & afflictis ſubveniſſet, quod benedictionem ejus, qui periturus erat, ſibi conciliaſſet, quod orphanorum tutor, & viduarum protector fuiſſet. Sic ea integritas vitæ ipſi auctoritatem conciliarat: atque hoc eſt, quod dicitur
Pſal. 15. verſ. 4. Pſalmo decimoquinto, nos ſupra omnes, qui timore Dei ſunt præditi magnifacere debere. Ac ſane quum,
Prov. 1. verſ. 7. & 9: 10. ut non ita pridem declaratum eſt, timor Dei ſit noſtra ſapientia, & quidem vera ſapientia: ita etiam ex eo nobis cognoſcendum eſt, num quiſpiam dignus ſit, qui audiatur, nec ne. Cæterum cognoſcamus, quum quiſpiam cum integritate vitæ ambulat, & certiſſimis ſignis & indiciis ſe non ficte & ſimulate loqui, non eſſe irriſorem, non loquacem, qui virtutem in ſummo ore duntaxat habeat, corde autem & affectu ab ea prorſus ſit alienus, comprobat: ſi, inquam, quiſpiam ejuſmodi ſit, ut tota vita ſe alios ex animo velle docere, ut Deus colatur & honoretur, probet, is nobis ſpeculi loco accipiendus eſt. Si enim eorum, qui debent nos docere, bonam vitam ſpernimus, approbationem doctrinæ ſuæ, quam Deus nobis exhibet, rejicimus. Verum eſt, ut dixi, homines non poſſe quidquam verbo Dei derogare, neque enim à virtutibus hominum pendet; ſed in ſe inviolabilem auctoritatem obtinet. ſed tamen, quicquid ſit, quum Deus nobis hoc largitur, ut doceamur ab hominibus, qui teſtantur vita ſua ſe hoc unum quærere, ut Deus colatur: quum ejuſmodi teſtimonium habemus, illud eſt tanquam obſignatio quædam doctrinæ: perinde eſt ac ſi Deus noſtræ infirmitati ſubveniret, quumque nos tardos & remiſſos in ſe adeundo videat, pungeret nos & ſtimularet. Quum id ſpernimus, nonne ſignum eſt nos eſſe belluas refractarias? Obſervemus itaque diligenter hunc locum, prout nobis hic Jobus exprimitur: interim vero qui alios docendi munere quoque tradamus id, quod à nobis dictum eſt, nempe ut parati ſimus à quolibet doceri, noſque dociles præſtare, quum nos Dominus per hunc aut per illum volet docere, ne, inquam, ejuſmodi beneficium nobis oblatum repudiemus. Quod vero hic Jobus dicit, ad hanc ſummam redit, quod nimirum oſtendit, ſe Deum timuiſſe. Qui ambitione ducuntur, volunt ſibi famam & celebritatem nominis parare, nec unquam quidquam agunt, niſi ſe inde laudem aliquam ab hominibus conſequuturos ſperent. Contra hic Jobus declarat, ſe illic operam ſuam & ſumtus poſuiſſe, unde nulla remunerationis ſpes eſſet, & unde non poſſet magnam inter homines nominis & famæ celebritatem conſequi: ſe denique hominibus ſemimortuis conatum eſſe benefacere: eo ſatis oſtendit, ſe in terris non quæſiviſſe mercedem ſuam, ſed tanquam coram Domino ambulaſſe. Si enim quiſpiam commodum ſuum quærat, certum eſt, ipſum iterum atque iterum conſideraturum eſſe, num is, qui beneficium petit, remunerari & parem gratiam referre poſſit. En vero quomodo beneficia omnia, quæ fiunt in hoc mundo, non ſunt gratuita, ſed potius mercenaria, ita ut virtuti non debeant imputari: neque enim vulgo homines charitas ad ſibi invicem benefaciendum, & egenos ope ſublevandos incitat, ſed unuſquiſque commodum ſuum quærit, & reſpicit, num bonum, quod aliis fecerit, ad ipſum cum fructu poterit redire. Contra vero hic oſtenditur, Deum colendo non eſſe nobis remunerationem humanam ſpectandam, nec eſſe nobis laudem & exiſtimationem coram hominibus appetendam: ut ecce Jobum qui dicit, Benedictionem ejus, qui periturus erat, ſuper ſe fuiſſe. Diligenter hoc vocabulum notemus, quando quiſpiam jamjam periturus eſt, quod in illum beneficium confertur, perditum eſſe videtur: ac ſane quod attinet ad homines, totum illud perit. Enimvero Jobus hic loquitur de iis, qui penitus ſunt deſtituti, & omni ope carent, ita ut nemo de ipſis cogitare dignetur. Ecce igitur hominem tanquam ſepultum, inſtar miſeri cadaveris, ego vero illi opem fero: ſane ſi mihi propoſitum eſſet laudem aliquam conſequi apud homines, deligerem mihi aliquem juvandum, qui meas virtutes prædicare, qui aliis, quantum mihi debeat & obſtrictus ſit, ſignificare poſſet: ſed quum miſerum hominem, in quem beneficium conferam, ſumo, qui jam ſemimortuus eſt, & illico periturus videtur, illud certo eſt argumento, me laudem hominum minime quærere. Præterea quam mercedem ab illo exſpectare poſſum? Eſt homo tanquam morti addictus, nulla amplius in ipſo vitæ & ſalutis ſpes eſt. Quando igitur ea ſimplicitate & integritate animi in beneficiis conferendis procedemus, ambitionem à nobis deponi, avaritia nos minime

duci,

Digitized by Google

venditat ſe: ſed potius S. Spiritus nobis in ejus perſona oſtendit, quid ſit magni faciendum, non id, quod foris apparet, quod coram hominibus præclaram ſpeciem habet: id enim ut plurimum nihil aliud eſt, quam abominatio coram Deo. Quid igitur? Quum aliquis ambulat, tanquam nullum alium præter Deum teſtem habens, quæcunque agit, ad hunc ſcopum refert, ut dicat, Deus meus hoc juſſit, in eo vult me periculum facere, ei rei me applicem jubet. Quum aliquis hanc regulam tenebit, hoc pacto ſe ab omni conſideratione humana abducet, ut ſe in Deum colligat. Idem etiam nobis agendum eſt, ut nihil

ipſum in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: utque, quum nos in gratiam receperit, nos ita Sancto ſuo Spiritu regat, ut ſua gloria in nobis luceat: & interim non appetamus honorari ab hominibus, ſed ſufficiat nobis, ejus gloriam ita ſplendere, ut nomen ipſius exaltetur: detque nobis, ut in integritate ambulemus ſub ejus obſequio, ut exemplo noſtro, qui errant & vagantur, ad viam ſalutis revocentur: ut ſimul omnes ipſum toto vitæ noſtræ tempore colamus. Eaque de cauſa excitet veros & fideles verbi miniſtros, qui commodum aut ambitionem ſuam non quærant, ſed exaltationem duntaxat nominis ipſius, &c.

CONCIO CENTESIMA SEXTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXIX.

13. Benedictio ejus, qui periturus erat, ſuper me erat, cor viduæ exhilarabam.
14. Indutus eram juſtitia, judicium meum inſtar pallii aut diadematis circumponebam.
15. Eram oculus cæco, & pes claudo.
16. Eram pater pauperum, & diligenter inquirebam de cauſa mihi incognita.
17. Contercbam maxillas improbi, & illi ex dentibus prædam eripiebam.

HEri incepimus oſtendere, Jobum hic probare, ſe ejus, qui vere Deum timeat, virtutibus præditum fuiſſe: quum teſtatur, ſe nulla hominum ratione habita, nec inde exſpectata mercede, bono dediſſe operam: ſe non ambitione, aut privati commodi ſtudio ductum fuiſſe, ſed tanquam coram Deo ambulaſſe. Qui enim ſpeciem virtutis habent, nec tamen ſincere ambulant, hoc ſemper ſpectant, dum benefacere alicui volunt, num is parem gratiam referre poſſit, aut an eo pacto laudem, decus & exiſtimationem relaturi ſint ab hominibus. Sed quum quiſpiam applicat ſe ad alteri gratuito, hoc eſt, nulla ſperata in hoc mundo remuneratione, benefaciendum, is oſtendit, ſe velle Deo ſervire. Sic Jobus declarat, ſe non ſpectaſſe, utrum ii, quibus benefaciebat, gratiam poſſent referre: potius enim ſe in pauperes, orphanos, viduas & cæcos opem ſuam erogaſſe. Eo igitur oſtendit, ſibi hoc unum propoſitum fuiſſe, ut Deo ſerviret. Poſtea oſtendit, ſe non ambitione ductum fuiſſe, nec quæſiviſſe, ut ſibi plauderetur. Quomodo? Quia contentus fuit, ut ejus, qui periturus erat, benedictio ſuper ſe maneret. Id vero perinde eſt, ac ſi diceret, ſe iis, qui jam ſemimortui erant, opem ferre voluiſſe. In ejuſmodi perſonas collatum beneficium plane perditum & periiſſe videbatur: ſed tamen oſtendit Jobus, ſe non propterea impeditum fuiſſe, quominus bene iis, qui ipſius ope indigebant, faceret, quum ſciret, Deum, etiamſi homines moriantur, benefactorum noſtrorum memoriam ſervare, illaque in libro perſcripta eſſe. In ſumma videmus, Jobum non ſimilem fuiſſe eorum, qui carnalibus affectibus huc & illuc diſtrahuntur, ſed hunc ſibi ſcopum propoſuiſſe, ut nimirum, quid Deus vellet & probaret, ſpectaret & ſequeretur. Atque hoc pacto vita noſtra à nobis inſtituenda eſt: neque enim hic Jobus laudes ſuas prædicat, ſed oſtendit, quid unicuique noſtrûm ſit agendum. Quia vero nihil facilius eſt, quam ut nos extollamus, ſtatim atque mundus nobis gratificatur & applaudit, nos laudat, atque adeo in exiſtimatione aliqua ſumus: ideo hic Jobus nos ad Deum revocat, & declarat, quomodo ipſe ſolus Judex eſt noſter, noſque regendi poteſtas ad ipſum pertinet, ita etiam non debere nos aliud quærere, quam ipſi placere, & in omnibus iis, quæ agimus dicimusve, obſequi. Ecce unum notandum. Interim notemus, Deum, ut probet amorem, quo ipſum proſequi-

quos Deus nobis obtulerat, ut ipſis opitularemur, non fuerimus miſericordes, & prout duro & inhumano corde fuerimus, ita Deus obvolvet oculos illorum, qui miſeriam noſtram intuebuntur, ita ut ipſa non commoveantur: fruſtra conqueremur & patiemur, nullus de nobis ſublevandis cogitabit. Cur vero? Hanc enim mercedem promeruimus, quum eorum, qui patiebantur, nulla nos commiſeratio cepit: & quidem quum eo pacto velit Deus de nobis periculum facere, & experiri, num ſe colere, nec ne, cupiamus. In ſumma, videmus hic vitæ noſtræ, ſi recte & ex præſcripto Dei ea inſtituatur, præcipuam partem eſſe Miſericordiam. Quam vero vim habet hoc vocabulum? Ut quum aliquis patitur, eumque videmus ope noſtra indigere, animo commoveamur, & afficiamur, non ſecus atque ſi ipſi malum illud pateremur, ut hoc pacto ad id, cujus facultatem nobis Dominus conceſſit, agendum incitemur: neque enim ſufficit, ut eos, qui auxilio aliquo indigent, adjuvemus: ſed id fieri debet ſincero amore & cordis affectu. Vocabulum Eleemoſynæ tantundem valet atque Miſericordia ſeu Commiſeratio. Putant homines vulgo ſe eleemoſynam feciſſe, quum hominem, cui bene faciunt, non ſpectant, eumque canis inſtar habent, nec cum ipſo compatiuntur, modo aliquid dederint: id vero proprie non eſt eleemoſyna. Verum quidem eſt, eſſe teſtimonium aliquod eleemoſynæ, hoc eſt, commiſerationis: ſed teſtimonium illud non eſt verum, quum homines commiſeratione, & illo cordis affectu, quem modo dixi, non ducuntur. Sic igitur notemus, tunc vitam noſtram Deo probatum iri, quum humani erimus, ut nos eorum, qui patiuntur, commiſeratio capiat, idque nos ad illis, & prout nobis facultas conceſſa eſt, opitulandum incitat. Qui ei rei ſe applicant, poſſunt dicere ſe regi à Spiritu Dei, vitamque ſuam Deo probari. Verum eſt, Deum nobis alia in Lege præcipere, neque etiam dixi, hoc duntaxat ab illo juberi; ſed dixi, eorum, quæ ab ipſo præcipiuntur, id unam & præcipuam partem eſſe. Sit enim inſtar Angeli quiſpiam, ſit in omnium admiratione, ſi crudelis ſit inſtar feræ, ſi ita ferreo & duro pectore, ut nulla illum pauperum, & eorum, qui mala multa perferunt, cura tangat: certum eſt, omnes ejus virtutes (quæ alioquin alicujus pretii & æſtimationis eſſe poſſint) Deo abominationi fore. Volumusne igitur, ut caſte & ſobrie viventes, unicuique jus ſuum tribuentes, neminem injuria afficientes, Deo approbemur, &, quæ facimus, Deus pro cultu grato & accepto habeat? miſericordia ſtatim adjungatur. Quemadmodum enim cibi ſunt inſipidi ſine ſale: ſic quum miſericordes non ſumus ad ſubveniendum proximis, ipſiſque opem noſtram implorantibus manum porrigendum; certum eſt, Deo quoque inſipidas fore reliquas vitæ noſtræ partes.

nos magis ad hoc unionis vinculum adigere, quum huic morbum, alii hujus & illius rei neceſſitatem immittit, quum divites non magis quam pauperes ab hujus vitæ incommodis immunes ſunt, quum denique nos ad eas anguſtias adigit, ut, quid agere debeamus, neſciamus. Eos, inquam, qui omnia ad manum habent, (ut videtur,) Deus eo loci adducit, quo ſe redactum iri nunquam putaſſent. Quænam vero ejus rei cauſa eſt? Deus videns homines alios aliis invicem libenter carituros ſi poſſint, & unumquemque ſibi velle vivere: nos tanquam vi retrahit, & oſtendit, nimis ſtultos & veſanos nos eſſe, quum ex conditione, quæ univerſo generi humano impoſita eſt, volumus eximi. Sic notemus, quod, quum proximorum noſtrorum aliquis egenus eſt, ut hic mentio fit claudorum, cæcorum, eorum, qui jamjam perituri ſunt, viduarum & orphanorum, unuſquiſque debet ſecum reputare, Quomodo me hic debeo gerere? Si enim Deus facultatem dedit, ut poſſimus; nos ſimul ad adjuvandos eos, qui ſunt egeni & inopes, adſtringit. Quod ſi id non reputamus apud nos, fruſtramur proximos: id, quod Deus ad illorum ſubventionem conſtituerat, ſurripimus; tum reddenda nobis erit ratio, eo quod illud, quod in nobis Deus poſuerat, ut egeni ſublevarentur, ſuppreſſerimus. Unuſquiſque igitur reſpiciat facultatem ſibi à Deo conceſſam: caro enim conſtabunt nobis Dei dona, ſi, ut par eſt, à nobis non impendantur & collocentur: quin etiam niſi Deum ipſa, ut illorum uſus ſit, ſicuti jubet, purus, pretioſa habere cognoverimus. Nullum eſt parvum Dei donum, quod non ſit, ut par eſt, æſtimandum: idque fit, quum ipſum ad rectum & legitimum ſuum uſum applicamus. Sic, quum quiſpiam à Deo aliqua re donatus eſt, ſecum reputet, Hoc non mei duntaxat cauſa mihi datum eſt: verum quidem eſt, Deum velle me uti cum gratiarum actione: ſed mihi etiam dedit, ut habeam unde poſſim proximis ſubvenire: eo igitur uſque me proferam oportet: quod ſi me incluſum & reſtrictum teneam, Deus oſtendet mihi, me hujus boni tanquam procuratorem duntaxat eſſe, ipſumque meum non eſſe, ut pro arbitrio de eo diſponam, ſed ejus diſpenſationem duntaxat mihi commiſſam eſſe. Quamobrem conſideret unuſquiſque, cui uſui ſua dona inſervire velit Deus, & ita bibamus unuſquiſque de noſtra aqua, ſicuti dicit Salomo, ut rivi *Prov. 5.*
defluant ad proximum uſque. Ne privatim belluemur, *verſ. 15.* ſed ſi habemus fontem, qui nos poſſit ſatiare, & qui poſſit indigentibus aliquid opis & ſubſidii adferre, bibamus de fonte nobis à Deo conceſſo: ſed videamus, ut eo etiam alii fruantur, nec ſimus ferarum ſimiles. En quod nobis in ſumma ex hoc loco diſcendum eſt. Cæterum obſervemus etiam, quod, ſi nimis crudeles ſimus, ipſæ proximorum neceſſitates nos ex

ſeipſis

nos docere. Ac ſane unuſquiſque ſatis experientia propria convincitur: quum enim videmus aliquem, qui patitur, certum eſt, nos tunc habere inſtinctum & motum internum, qui illuc accurrendum eſſe nos admonet. Sed quid? Unuſquiſque poſtea obvolvit ſibi oculos, faciem aliorſum convertimus, noſque quibuſdam vanis & inanibus ſubterfugiis officio noſtro abſolvimus. Motus tamen ille nos coram Deo reos peraget, quum proximorum neceſſitati ſubvenire pro virili non fuerimus conati. Nam, uti jam dictum eſt, ne exiſtimemus, id fortuito accidere, quod homines ſic ope indigent. Deus ita conſtituit, ut hoc pacto charitas noſtra probetur, aut nimiæ crudelitatis convincamur. Jobus autem adjicit, *ſe inquiſiviſſe de cauſa ſibi incognita*, ſe ſtatim veritatem rei voluiſſe cognoſcere. Hic loquitur de ſe non tanquam de privato aliquo, ſed eo qui auctoritate Magiſtratus præditus erat, ſicuti ſuperius vidimus. Hoc autem valde notatu dignum eſt iis, qui Magiſtratus munere funguntur: hic enim oſtendit, illos debere vigilantes eſſe ad inquirendum de jure uniuſcujuſque, ne ullum opprimi, aut cuiquam fraudem injuriamve fieri patiantur. Verum eſt, nobis inde generalem doctrinam colligendam eſſe: ſed in primis Magiſtratus, eoſque qui juſtitiam adminiſtrant, intelligere oportet, Sanctum Spiritum hic ipſis præceptum & regulam generalem & certam dare voluiſſe, & quidem ut poſſint, quando volent in id incumbere, fideliter munere ſuo fungi: contra inexcuſabiles reddantur, quando eo non funguntur. En quod hic continetur. Notemus igitur, non ſatis eſſe, ſi Judex nemini ſciens facit injuriam, & ſecundum nota & comperta pronunciat: ſed diligens ſit ad inquirendum oportet. Nec ſatis eſt, ut exſpectet Judex, dum quaſi præmanſi cibi illi in os ingerantur, res quaſi digito demonſtretur: ſed ex ſeipſo hanc curam habeat oportet, ut diligenter circumſpiciat, utque, ſi res obſcura & dubia fuerit, ad veritatem inveſtigandam totum ſtudium applicet. Quod ſi ejuſmodi diligentia in omnibus Judicibus requiritur, quid fuerit, ſi data opera illi claudant oculos, gratia, odio, muneribus corrumpantur, ſi denique ad bonum alterius rapiendum, huic favendum, illi nocendum, cæca cupiditate præcipites agantur? ſi id in ipſis ſit, quanta & quam horrenda futura eſt ipſorum condemnatio? Attendamus igitur ad hanc doctrinam: nam ſi quis velit fideliter Deo ſervire, & ſibi commiſſa cura defungi, quum ad munus publicum vocatus eſt; ante omnia ſciat oportet, ſe illic non eſſe collocatum, ut inſtar idoli & ſtipitis ſit. Ac ſane, cur Deus ſe Spiritum ſapientiæ, & prudentiæ, Regibus, Principibus & Magiſtratibus daturum pollicitus eſt, niſi quia illi ipſo, & quidem ut dono ſupra alia omnia eximio, opus habent? Illis igitur, qui ad eam dignitatem provecti ſunt, ſedulo ut vero obductos oculos habeat, quominus atrum & album diſcernere poſſint? Quonam vero dedecore ejuſmodi Judices Dominum ſuum afficiunt, quando ſponte ſunt ignorantes, aut ita indormiunt in ſuo munere, nec aliud quærunt, quam decipi? Ecce hominem, qui omnium deterrimam cauſam habet, Judicibus vult fucum facere & tenebras offundere, interim Judex id ſus deque habeat, & dicat, Nihil hic video: in hac cauſa plane cæcutio. Quænam hæc eſt proditio? Tribunal Dei ſacroſanctum eſt: & tamen ipſum pro virili polluunt & violant homines. Nimis enim putida eſt juſtitiæ pollutio, quum mendaciis permittitur, ut judicium & rectum pervertant. Dicent quidem illi, Ecce rationem: ſed quænam ratio eſt? Mendacium. Si igitur ita ſunt duplices Judices, & inſtar arundinis ad omnes ventos inflectantur, tum ſatis ſit ipſis, aliquid audiviſſe, & eo ſe paſcant, nullo denique fundamento aut firmitate nitatur ipſorum judicium: an, quæſo, propterea minus erunt culpæ affines coram Deo? Non ſolum autem multos videas, qui libenter ſe falli patiuntur, nec quidquam malint quam ſibi fucum aut prætextum aliquem objici: ſed ipſi etiam mendacio patrocinantur, multa denique de ſuo ad jus pervertendum admiſcent. En cauſam omnino liquidam, ut pueri, ſi pro tribunali ſedeant, de ea vere pronunciare poſſint: en tibi contrà Judices, qui dubia neſcio quæ proferent. Cauſa vera erit ſatis ex ſeipſa clara & perſpicua: tunc neſcio quid, nugæ, inquam, ad omnia perturbanda proferentur. Judices, inquam, non exſpectabunt, dum veniat procurator aliquis aut advocatus, qui mendacia ſua in medium adferat, & pravas ſubtilitates ad cauſam pervertendam: ſed ipſimet dicent, Hoc & illud eſt. Bona cauſa, vera, ſimplex, & aperta eſt: interim illuc mendacia ſua adferunt, ad omnia involvenda & implicanda: denique in judiciis illis nihil cernitur præter impudentiam, adeo infamem, ut vel ipſi pueri poſſint id animadvertere: Deus vero interim nihil aget? Patieturne ſic illudi Majeſtatem ſuam, pollui tribunal ſacrum, quod nomini ſuo conſecrarat? Minime, minime, inquam. Sic igitur iis, qui in tribunali ſedent ad juſtitiam exercendam, horrendas rationes reddendas eſſe, & formidandam maledictionem paratam videmus, niſi vigilantes fuerint ad inquirendum, ne temere judicent, & proverbium comprobent, quo dicitur, Stulti Judicis brevem eſſe ſententiam: ſed dent operam, ut ſciant, quomodo ſe res habeat, & poſſint coram Deo profiteri, ſimulque reipſa coram hominibus oſtendere, non ſtetiſſe per ipſos, quominus inquiſiverint, reique veritas ipſis innotuerit. Quod ſi negligentia tam graviter punitur, quique diſſoluti & remiſſi fuerunt, non poſſunt evadere manum Dei, quid fiet illis, qui mala conſcientia impulſi, muneribus corrupti, gratia & odio præoccupati, ſic temere inſtar

ferarum

Digitized by Google

in omnibus iis, qui Magiſtratus gerunt, debet inveniri, aliam virtutem adjicit, quæ valde in ipſis requiritur, integritatem videlicet conſcientiæ, ut ſe omni injuriæ & violentiæ opponant, nec cuiquam injuriam fieri patiantur: quin, quantum in ipſis eſt, malo ſe opponant & medeantur. Atque hæc quidem cauſa eſt, cur Jobus profiteatur, *ſe improbi maxillas fregiſſe, ipſique è dentibus prædam eripuiſſe.* Hoc autem fieri nequit, quin Judices & Magiſtratus ea ſint conſtantia prædìti, ut nullo modo malum pati poſſint, quin ipſi reſiſtant. Et hæc quidem virtus donum Dei ſpeciale eſt: nam quamvis quiſpiam ſit magni animi, multum tamen retardatur & refrigeſcit ipſius ſtudium & zelus ad malum coërcendum, quando ea pericula & incommoda, in quæ ſolent, qui potentiorum odium & invidiam in ſe concitarunt, incidere, ſibi proponunt. Verum eſt, in Ethnicis, qui nullam veri Dei notitiam habuerunt, ejuſmodi exempla conſtantiæ inveniri, ut inter illos fuerint, qui nulla de cauſa à propoſito jus tuendi dimoverentur, aut poſſent impediri, quominus eos, qui injuſte à potentioribus opprimebantur, ope & auxilio ſuo tutarentur: aliquot, inquam, ejus rei exempla videre erit; ſed Deus in ejuſmodi hominibus id agit, ut iis, qui nominis ipſius cognitionem profitentur, ſi ab officio recedant, ſi conniveant, ſi bonos opprimi, ipſiſque injuriam fieri, agnos denique à lupis, ut dicitur, devorari patiantur, excuſationem omnem eripiat. Eſt tamen, ut dixi, hæc virtus, & conſtantia invicta, donum ſpeciale Dei. Qui igitur à Deo ad munus juſtitiæ adminiſtrandæ vocati ſunt, poſtquam à Deo petierunt, ut ſibi det prudentiam ad recte judicandum: poſtquam etiam omnem operam adhibuerunt, ut officio ſuo fungantur, & iis, qui opprimuntur, manum & auxilium ſuum porrigant: debent etiam ſe inſtar clypeorum objicere iis, qui per vim in alienas opes & facultates invadere, pauperum cervices calcibus premere, volunt: ei rei, inquam, incumbant Judices oportet. Verum eſt, quum videntur improbi laxis habenis, nemine ſe ipſis opponente, ad ſcelera ruere, Magiſtratus & Judices interdum hoc dicturos, Quid faciam? nullam habeo iſtos homines coërcendi facultatem. Sed omnes iſtæ excuſationes coram Deo ſunt inanes. Video, inquient nonnulli, neminem ſe mihi ſocium adjungere ad malum reprimendum, omnes languere: ſi volo officio meo fungi, qui mihi præſto eſſe, & operam ſuam commodare deberent, me deſerunt: ſi duo aut tres ſcelerati os ſuum oſtentarint, tremo, quid agam, neſcio: ac proinde non eſt mea culpa; malo quidem mederi cuperem, ſed non poſſum ſolus. Hæ rationes ſpeciem aliquam habent coram hominibus, ſed apud Deum concidant oportet: nam, uti jam oſtendimus, hic Spiritus Sanctus dat præceptum primuntur, ut, ſi quis apud ipſos conqueratur de injuria ſibi ab aliquo facta, ejuſmodi querelis aër perſonabet; interim eorum, qui manum admovere, & malo mederi debent, aures ſurdæ ſunt. Si quis patiatur ſibi injuriam fieri, ſi Judici malum ipſum notum ſit, excuſatione is caret, non poteſt dicere, Non conqueſtus eſt: ſed malum perpetratum eſt in oculis tuis, & tuum erat proſpicere, ſed neglexiſti: numquid vero coram Deo liberatam eſſe putas animam tuam? Potius vero videmus pauperes conqueri, jus ſuum exponere, nec propterea tamen ipſum à Judicibus obtinere poſſe. Contra, ubi nihil aut leviter peccatum eſt, ibi gladius diſtringitur, tum ea vehementia & impetu proceditur, ut tota illa res furori ſimilis videatur. Dicunt, Zelus eſt juſtitiæ. Scilicet. Nimis infamis ea eſt impudentia, quæ ne veriſimili quidem ratione nititur, quum patiuntur Magiſtratus pauperem aliquem vexari, interim vero in re nihili ſummam ſeveritatem adhibent. Si pauper quiſpiam, cui injuria facta ſit, expoſtulet, & jus ſuum exponat, ſpernitur, in octavum diem judicium rejicitur: dies vero præſtituta ita protrahitur, ut tandem miſerum hominem tam longæ moræ tædeat. Cogetur homo ſimplicis & tenuis conditionis, niſi reditus habeat, unde ſe alat, niſi præſto habeat aliquos, qui ipſius cauſam curent: cogitur, inquam, artifex fame mori, ſi velit jus ſuum, quantumvis clarum & perſpicuum, obtinere. Fit ipſi injuria, res eſt omnibus nota: ſed tamen ſi velit ſuum ſibi reddi, crumenam plenam habeat, claudat officinam, dimidium annum ab opificio ſuo feriari ſibi proponat: & poſtquam diu multumque inſtiterit, & urſerit Judices, tandem adhuc irridebitur. Hæc rerum confuſio & perturbatio hodie cernitur: qui vero in tam auguſto munere ſunt conſtituti, quomodo poterunt Deo rationem reddere? Verum quidem eſt, ipſos ſe coram hominibus purgaturos, ſed tamen hæc doctrina propter ipſos non reddetur irrita. Atque ita, ut dixi, multum ab eo abeſt pleraque pars Judicum, ut inquirant & ſciſcitentur, ut, quum res ipſis ob oculos ponuntur, ad eos, qui ita opprimuntur, ſublevandos, nullum zelum aut ſtudium habeant: cernitur etiam, ſceleratos ex hac licentia, quæ ſibi permittitur, audaciam & animum ſumere. Quum ab ipſis mali aliquid perpetratum eſt, illudque impunitum relinquitur, id perinde eſt, atque ſi unicuique male agendi licentia & libertas daretur; qua ſemel conceſſa utuntur & abutuntur homines: ut vero ſemel cœpit, pergit & creſcit ſemper audacia. Judex quidem interim hoc ſciet dicere, Verum eſt, hoc malum admiſſum eſſe & perpetratum; nec illud duntaxat, ſed ſecundum, tertium, & quartum: tantum denique malorum eſſe, ut omnia ſint confuſa & perturbata. Ubi vero interim remedium adhibetur? Nonne vult Deus

Digitized by Google

nienda, hæreat, & dicat, Neſcio, quid de hoc debeam ſtatuere; nec eam magnitudinem animi habeat, ut res perturbatas & confuſas ſuo ordini afferat, certum eſt, eum nunquam muneri ſuo ſatisfacturum. Quando igitur hic audimus, Maxillas improbis confringendas eſſe, ſciamus, Dominum noſtrum eos, quibus gladium ſuum dedit, admonere, ut eo libere & conſtanter adverſus effrenem improborum audaciam utantur, & quemadmodum illi ſunt belluæ rationis expertes, ita etiam ipſi firmum & conſtantem animum habeant, ad omnem ipſorum violentiam & rabiem reprimendam. En, quod nobis hoc in loco notandum eſt. Concluſionis vero loco hanc ſententiam, quam hic Jobus ponit, diligenter obſervemus, *Se nimirum juſtitia ſua indutum fuiſſe, & judicio, hoc eſt, Recto tanquam pallio aut diademate amictum fuiſſe:* Id eſt, ſe virtute, non ſumtuoſis & magnificis veſtibus ornatum fuiſſe, ſicut ſolent ii, quos Deus in aliquam dignitatem evexit, & qui exiſtimant, mundum non eſſe dignum, qui illos fixis oculis intueatur: ſunt inſtar pavonum, alas explicant, & magnifice ſe oſtentant. En igitur ornamentum eorum, qui hodie ſunt in dignitate conſtituti, & Magiſtratus gerunt; nihil in illis præter ſuperbiam, pompam & magnificentiam cernitur, ſibi videntur ex communi hominum mortalium conditione exemti: contra hic dicitur, Eum, qui fideliter officio ſuo fungi conatur, Juſtitiam loco veſtis ſumere, Rectum ipſum loco pallii & ornamenti ſibi circumponere. Quæſo te, ſi vel ſolum illud honeſtum, quod in habitu & cultu corporis poſitum eſt, ſpectetur, num patietur quiſpiam ſibi veſtem & ſagum eripi, ſeque in habitu abjectiſſimi & ſordidiſſimi cujuſvis relinqui? Etiamſi nec caleat, nec frigeat, nihilominus volet veſtem retinere, ut decenti & honeſto habitu cum hominibus verſari queat. Sed ſi quiſpiam ſpolietur, pluviæ & vento ſit expoſitus, frigus contrahat, aut calore urgeatur, & in fruſta veſtis ejus conciſa ſit, nonne hoc ipſi valde moleſtum fuerit? Atqui juſtitia & rectum, ſunt vera noſtra ornamenta, ſunt veſtes noſtræ, quibus indui nos oportet. Quod ſi quiſpiam fideliter ſe in fungendo ſuo munere geſſit, Deus illum defendit & tutatur, ſuperna protectione munitur. Deo, quantumvis non ſit ipii applauſum ab hominibus, gratus & acceptus erit. En igitur, quomodo muniri & ornari nos coram Deo & Angelis ipſius oporteat, quando nimirum jumur, ipſummet nos tecturum, ſi juſtitia induti fuerimus: & tamen juſtitiam, tanquam rem nihili abjicimus; Rectum illud & æquitatem, quam tantopere nobis commendat, nullius pretii ducimus, ſed potius ludibrio ventorum permittimus. Quum igitur ita ſponte nos ipſos ſpoliamus, nonne digni ſumus, qui à Domino omnibus opprobriis exponamur, irrideamur, & contemnamur, poſtea omni ope deſtituamur, nullumque, neque à Deo, neque ab hominibus, auxilium ſentiamus? En, quod ex hoc loco nobis diſcendum eſt. Verum autem eſt, nos nunquam ita poſſe officio noſtro fungi, ut nihil in nobis deſideretur: non intelligo ſolum Magiſtratus, qui ſic arduum & difficile munus habent; ſed etiam qui ſuas familias, & ſeipſos regendos habent, fieri nequit, ut ejuſmodi perfectionem habeant, ut in omnibus & per omnia juſtitia & recto ſint ornati. Quid igitur nobis faciendum eſt? Nobis ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & quidem duabus de cauſis, confugiendum eſt. Primum enim non inveniemus in nobis ea, quæ hic continentur: ſumus enim tardi ad bonum, & veloces ad malum: nulla eſt in nobis neque prudentia neque conſilium. Opus eſt igitur, ut ea hauriamus ex Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui Spiritus prudentiæ & virtutis eſt datus, ut dicitur in capite XI. Prophetæ Eſaiæ. Si igitur Domini noſtri Jeſu Chriſti induimur juſtitia, tum rectitudine & prudentia, quam nobis Sancto ſuo Spiritu diſtribuet: en quomodo, ut par eſt, ad comparendum coram Deo ornabimur. Sed quoniam in vita præſenti multa erit in nobis imperfectio, multaque deſiderabuntur, opus eſt, ut Dominus noſter Jeſus Chriſtus tegat omnia noſtra peccata, quo illa in ipſius nomine nobis ignoſcantur, ipſeque ea, quæ nobis deſunt, ſuppleat: interim vero Spiritus ſui dona in nobis magis ac magis augeat, noſque ita ipſius virtute regat, donec nos omnibus infirmitatibus & corruptionibus noſtræ carnis ſpoliarit, & ad ſcopum, ad quem tendimus, perduxerit.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut illorum ſenſum talem nobis indat, ut in nobiſipſis, quaſi ad imas uſque abyſſos detruſi, ad ipſum confugiamus, idque non fruſtra fore ſperemus, quia ad omnibus, qui ipſum quærunt, opitulandum, promtus ſit & paratus. Sic igitur dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, agnoſcimus in nobiſipſis, &c.

CON-

Digitized by Google

25. Quum in viam & publicum prodibam, primum locum obtinebam, inter ipſos eram inſtar Regis cum ſuo exercitu, & tanquam conſolator afflictorum.

JObus, poſtquam verba fecit de auctoritate, quam ſibi virtutibus ſuis, & donis ſibi à Deo conceſſis, acquiſiverat, nunc adjicit, immobilem & perpetuum ſibi viſum fuiſſe ſuum ſtatum. Et in eo quidem oſtendit, ſe non eorum ſimilem fuiſſe, qui prope invito mundo dominantur, & qui ſemper ſunt dubio & ancipiti animo: ſicuti videmus, eos, qui malis artibus ad auctoritatem aliquam pervenerunt, vigere ad tempus, omneſque ſub ipſis tremere: ſed ſtatim atque ventus reflarit, vel minima mutatio ipſos obruit. Cur? Exoſi ſunt, quamvis timeantur: quique ipſos colunt & obſervant, illos perditos maxime velint: denique fundamento carent. Jobus autem oſtendit, ſe non inſtabili, aut paucorum dierum auctoritate præditum fuiſſe, ſed ita firmiter fundatum, ut immutabilis ſua conditio, quum undequaque fultus eſſet, videretur. En ipſius ſcopum. Interim ſic Deus illum afflixit, ut ſe omnium hominum miſerrimum videat: ſic mirandum non eſt, ſi ita angatur animo, ut qui maxime: in calamitatem enim, quam nunquam exſpectaſſet, inciderat. Atque hæc cauſa eſt, cur interdum in ſermonibus ſuis non ſatis ſibi temperavit, & quamvis Deum ſemper reſpexerit, modum tamen, & quidem nimis, excedit. Id igitur mirum videri non debet, quum afflictio, quæ ipſi contigerat, incomprehenſibilis & talis eſſet, qualem futuram eſſe nemo unquam exiſtimaſſet. Hoc autem nobis documento eſſe debet, ut ſemper excubemus, & nobis attendamus: ſi Deus nobis felicitatem & proſperitatem aliquam mittat, ne ſomno obruamur, ſed vitam hanc mortalem omnibus mutationibus, quæ nobis in mentem venire poſſunt, obnoxiam eſſe intelligamus: & quidem, quantumvis undique fulti ſimus, nobis univerſus mundus faveat, mille denique humeros, ad omnia onera ingruentia ſuſtinenda, habeamus, nihil tamen hic firmi, ſed omnia caduca eſſe cogitandum eſt: citius quam manum quiſpiam converterit, omnia mutari poſſe; quique omnium maxime ſublati fuerint, in exitium dejici & præcipitari poſſe. En, inquam, admonitionem nobis ex hoc loco colligendam. Eſt vero nobis hæc doctrina valde utilis & neceſſaria: nihil enim facilius ſibi perſuadet homo, quam ſe in felici ſtatu & conditione, ſi eam conſequutus ſit, ſemper permanſurum. Videmus, quid
Pſal. 30. verſ. 7. ipſe David de ſe confiteatur: Dixi, quum bene & commode mihi fuit, me in æternum non motum iri.
Pſal. 10. verſ. 7. Verum eſt, illum id ipſum contemtoribus Dei Pſalmo decimo attribuere: loquens enim de ipſorum felicitate, ait, ipſos ſibi perſuadere, ſe, etiamſi univerſus orbis collabatur, ſtantes & immobiles, quia nimis bene ſint muniti, permanſuros eſſe. En igitur, quomodo mundani & increduli falſa ſibi de ſua virtute perſuadeant, & ſe undique ita munitos & tutos eſſe putent, ut nihil poſſit ipſis nocere, ſicuti etiam univerſa Scriptura tota de ea ſuperbia loquitur. Sed David de ſeipſo loquens in loco allato, nempe in Pſalmo trigeſimo, dicit, Se ſomno ſepultum fuiſſe: quo tempore Rex à Deo conſtitutus fuerat, florebat, ſe denique omnibus hoſtibus ſuperiorem factum cernebat: tunc ſe ſibi perſuaſiſſe, fore, ut eo ſtatu nunquam dimoveretur: ſed, inquit, docuiſti me, Domine, experientia, ſola tui beneplaciti gratia me ſic ſublatum fuiſſe: ſtatim enim atque manum tuam ſenſi, ecce me ad eum ſtatum redactum, ut penitus confuſus fuerit. David igitur oſtendit, etiam filios Dei, quamvis non inſlentur falſa illa ſui opinione, quæ ineſt in incredulis, ut in bona ſua fortuna, ut dicitur, inebrientur, non poſſunt tamen ſe tenere, quin plura, quam par ſit, ſibi polliceantur: felix enim illud tempus ſemper duraturum, & ſuam proſperitatem perpetuam futuram putant. Quum ad ejuſmodi vitium ſimus proclives, nec ab eo ipſe David penitus immunis fuerit, quantopere nos ad officium ſubinde excitare & ſtimulare debemus? David autem iſtud vitium notans, oſtendit etiam remedium, quando dicit, Domine, firmitas mea, & regni mei, ſola tua bonitate fundata eſt. Si omne bonum noſtrum inde, hoc eſt, ex beneplacito Dei, pendere intelligemus, ſane nihil in nobis certi & perpetui eſſe concludemus. Sic igitur Deum invocantes, ex ipſius manu, quod illi viſum fuerit nobis mittere, exſpectabimus: & quamvis ſperemus, ipſum ſuam erga nos bonitatem prorogaturum, nihilominus tamen nos præparabimus, quando is volet nos deprimere, & afflictionibus patientiam noſtram exercere: ſemper ad id parati erimus, nec novum aut à ratione alienum id nobis videbitur. Cæterum diligenter notemus, quod David dicit, Se turbatum fuiſſe. Cur vero? Id enim perinde eſt, acſi hominem ſomno ſepultum aliquis ex improviſo adoriatur. Nolumus igitur ſic turbari, quum affligemur manu Dei? Multo ante ad id diſponamur, omnes mutationes, quas oculis intuemur, & quas ſubinde nobis Deus, ut diligenter excubias agamus, exhibet, animo & cogitatione antevertamus. En igitur, cur dixi, doctrinam hic contentam nobis valde neceſſariam eſſe: ne videlicet nobis perſuadeamus nos in noſtro nido morituros, ſicuti Jobus ea ſimilitudine utitur; ſed potius ſimus aves frondibus arborum inſidentes, ſi Deo nos movere viſum fuerit: ut quum divites fuerimus, ſi ipſi viſum fuerit nos ad paupertatem redigere: quum magno honore & dignitate præditi fuerimus, ſi nos velit opprobrio eſſe, & ita contemtos reddat, ut prope

Digitized by Google

reditatem non det, ſed dicat, Volo hoc fruaris pro beneplacito meo. Qui ea conditione donum illud acceperit, in diem duntaxat ipſum habet, Princepſque eam donationem, quam ita ſuſpendit, quotieſcunque ipſi viſum fuerit, poteſt revocare. Eadem eſt ratio omnium eorum, quæ Deus nobis dat in hac vita: ea enim conditione nobis illa dat, ut non tota vita, & ad mortem uſque, ipſis fruamur; ſed duntaxat, quantum ipſi videbitur, prout etiam, quid nobis expediat, cognoſcit. En, ad primum quod attinet. Secundum eſt, ut intelligamus Dei bonam voluntatem eſſe, ut nos ſæpius, quamdiu in hac vita ſumus, moveat. Cur vero? Quia ſi diutius nos in eodem loco hærere & commorari ſineret, rubiginem & multa ſuperflua & excrementitia contraheremus. Deus igitur nos movet, hoc eſt, ſtatum noſtrum mutat, affligit nos, ad paupertatem redigit, dejicit, poſtquam nos in altum ſuſtulit & evexit: & quidem, ne bonis hujus mundi nimis implicemur, nec ita inſani ſimus, ut ad vitam cœleſtem non ſemper contendamus. En igitur, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Cæterum ſe unuſquiſque noſtrûm in meditandis & contemplandis converſionibus, quas in hoc mundo videmus, exerceat. Dominus enim illas nobis exhibet, & ob oculos ponit, ut inde fructum & utilitatem capiamus. In primis, quando ea, quæ nunquam ſperata aut exſpectata fuiſſent, animadvertuntur: ut, verbi gratia, ſi quis in magnam dignitatem & auctoritatem evectus ſit, afflet illi ſecundus ventus (ut dicitur) à puppi, poſtquam multas opes collegerit, amicorum ſibi tantum, quantum qui maxime, comparaverit, potentibus affinitatibus ſit fultus, infinita denique præſidia habeat, ſi illum Dei manu impulſum præcipitem corruere videmus, intelligamus, nos tunc excitari debere, Deumque nobis declarare, nihil in hoc mundo certi eſſe, ut nos ſub ipſius alis abſcondamus, & parati ſimus ad afflictionem excipiendam, quando ipſi eam nobis immittere viſum fuerit: quod ſi lapſus aliquis aut ruina nos repente invadat, ne nimis propterea attoniti & confuſi ſimus, quum ipſam multo ante præmeditati fuerimus. Quin etiam interdum Deus ejuſmodi converſiones non ſolum in homines, ſed & urbes, regiones & regna immittit. Quum magnorum illorum aulicorum, qui tantam ſibi comparaverant auctoritatem, ut ſupra nubes evecti viderentur, aliquis repente concidit, ecce ruinam & mutationem magnam & admirabilem. Sed ſi urbs, regio, aut etiam regnum aliquod, ut dixi, repentino aliquo caſu corruat, cui tot remedia præſto erant, ut everſioni ad ipſum præcluſa eſſe via videretur, cognoſcamus, Dominum noſtrum nobis ante oculos ejuſmodi ſpeculum ponere, ut unuſquiſque noſtrûm de ſua fragilitate eo melius cogitet, nec in falſa noſtri opinione, & inani confidentia indormiamus. En igitur, quomodo iſta capita percutit? fierine id poteſt? Non cogitamus, Deum velle illic exercere ſuam virtutem, ne homines nimis in ſeipſis confidant, & diſcant ſe ipſi penitus permittere, ejus bonitati duntaxat inniti, nec quidquam ſibi ex ſuo ſenſu & imaginatione polliceri. Eo magis igitur nobis hæc circumſtantia notanda eſt, quod Jobus non in unum, duos, aut tres duntaxat dies ſublatus fuiſſet; ſed penitus ab omni periculo immunis eſſe, nec ulli malæ fortunæ, hoc eſt, cladi & calamitati expoſitus videretur: eum tamen manus Dei ita percuſſit, ut plane ſpeciem & figuram humanam amiſiſſe videatur. Cognoſcamus igitur, Deum hic voluiſſe nobis inſigne ſpeculum exhibere, ut ſemper in excubiis ſimus, & poſtquam Deum invocaverimus, ſi lubeat ipſi nobis aliquam afflictionem immittere, eam ſic prævisſam patienter poſſimus accipere. Quin etiam, quæcunque in nobis virtutes fuerint, ne propterea, quum aliqua mutatio nobis acciderit, magis irritemur: ſed cognoſcamus, quum nobis de ſuis donis Deus impertitus fuerit, quin etiam nos Sancto ſuo Spiritu, quo illis, ut par eſt, uteremur, rexerit, eo nos debere confirmari in patientia, etiamſi corpore debilitati, atque adeo penitus proſtrati fuerimus. Sciamus igitur, Deum vim ſui Spiritus ad nos ſuſtinendos exerturum, ut, quo auctior & cumulatior fuerit ipſius erga nos bonitas, eo illuſtrior ſit nobis parta victoria. En quod erat adhuc nobis notandum. Nunc vero ſermonem jam ſuperius agitatum perſequitur Jobus: de magna illa nimirum auctoritate, quam non vana exiſtimatione hominum, ſed gravitate & prudentia ſua, quodque ſe ita geſſiſſet, ut omnes ipſum revererentur, acquiſiverat. Diſerte igitur ait, *ſe auſcultatum fuiſſe* ab univerſo mundo, & ita auſcultatum, *ut ſermones ſui avide exſpectarentur, omneſque hianti & patulo ore eſſent ad ipſos excipiendos:* quomodo quiſpiam ſitiens, aperit os, aut ſicuti terram videmus valde ſiccam rimas agere, non ſecus, quam ſi pluviam ad bibendum poſceret. Jobus igitur declarat, idem circa ſe accidiſſe, ſe nimirum inſtar pluviæ & roris fuiſſe, ita ut omnes, qui ipſum audiviſſent & auſcultaſſent, ſermones ipſius ſitirent, & qui ipſum audirent, in ejus ſermonibus, non ſecus quam decretis irrevocabilibus acquieſcerent. Hoc vero diſerte nobis declaratur, ut primum cognoſcamus, qualis & quantus vir fuerit Jobus, quem tam aſpere manu Dei percuſſum fuiſſe videmus. Ne igitur querelas noſtras adverſus Deum dirigamus, ut muſſitando ipſi obloquamur, eumque, ſi nos affligat, crudelitatis accuſemus: videmus enim, quid in eo Jobus profecerit: victus enim & confuſus manſit, quum adverſus afflictiones, ſibi à Deo immiſſas, voluit aliquid objicere: & tamen, quanta in ipſo ſanctitas & perfectio vitæ fuerit, animadvertitur. Diſcamus igitur, Deum ſemper juſtum fore, quum nos affliget: quod ſi

Jobi

Digitized by Google

ejus naturæ conveniens, ut nimirum ratione & intelligentia præditi ſimus, ne vita noſtra ſit belluina, noſque ad imaginem Dei creatos & formatos eſſe oſtendamus. Hoc igitur in loco oſtenditur, niſi valde ſtupidi ſimus, quin etiam, ſi guſtum aliquem rationis in nobis habeamus, dandam eſſe nobis operam, ut proficiamus in ea cognitione, quæ docet nos, cur homo in hanc vitam venerit: ut nempe ſemel participes facti cognitionis Dei, in ea magis ac magis confirmemur. Videmus autem multos negligentes, quibus non eſt curæ, quidquam audire: ſed & alios videmus, quibus doctrinam ſpernere non ſatis eſt, ſed eam oderunt, & ab ejus auditione ſe, quam longiſſime poſſunt, removent. Ejuſmodi vero homines numquid merentur, ut inter homines habeantur? Minime: En enim, quo differimus à belluis, quod nimirum conſilio & judicio aliquo præditi ſumus. Quamvis autem Deus in nobis aliquod ſemen intelligentiæ poſuerit, quo poſſimus bonum à malo diſcernere, ea tamen eſt ingeniorum noſtrorum tarditas & imbecillitas, ut adminiculis quibuſdam opus habeamus: quin etiam quamvis omnia ſubſidia, quæ optari poſſunt, habeamus, videmus tamen, quantopere in ea cognitione deficiamus. Quid enim cauſæ eſt, quod bona omnia nobis à Deo oblata rejicimus, niſi quod plus quam belluini ſumus? Concludendum eſt igitur, hominem, ſi ſuæ creationis finem, curque in hoc mundo vivat, intelligat, ſemper ad proficiendum incitatum iri, eoque omne ſtudium ſuum applicaturum, ac proinde media, quibus eo pervenire poſſit, ſibi oblata non repudiaturum: cognoſcet enim, Ecce Deum meum, qui me vult docere: me igitur erga ipſum docilem præbeam, & ejus doctrinam, quæ mihi proponitur, quum ea ſaluti meæ in primis conducat, auſcultem oportet. En deſiderium, quod in omnibus ineſſe debet. Nunc vero videamus noſtram negligentiam. Deus enim hoc donum nobis largitur, ut verbum ſuum nobis offerat, nec duntaxat mittit nobis virum aliquem ingenio & prudentia præditum, ſed ipſemet doctoris munere fungitur: & quamvis non deſcendat de cœlo, ita ut ſe nobis viſibilem præbeat, ipſius tamen Legem, Prophetas, & Euangelium habemus, quæ nobis certum & minime dubium teſtimonium dederunt, ipſum illic loqui. Quum itaque Deus os ſuum ſacroſanctum, quamvis hominum mortalium miniſterio, tanquam inſtrumento aliquo, utatur, aperiat, an non, quæſo, nimis ingrati fuerimus, ſi in ipſius ſchola proficere non fuerimus dignati? Nihilominus, quomodo ſe res habeat, videmus. Quare diligenter nobis hæc doctrina retinenda eſt, quatenus hic nobis Deus exprobrat, quod etiam olim Jeſus Chriſtus Judæis exprobravit, Hypocritæ, noſtis diſcernere anni tempeſtates, noſtis quando Sòl debeat terram vegetare, no-

ſta, ut iis, qui peregre proficiſcuntur, ad oſſa enim uſque penetrat & ipſos madefacit: omnibus etiam quodammodo moleſta eſt, quoniam omnes domi concludit: ſed tamen pluvia opportuna ad nos ſuſtentandos apta eſt, quum terram irriget, quæ abſque ea, non poſſet fructum proferre. En cur pluvia ſit optanda. Cognoſcamus vero, nos terra longe ſteriliores eſſe. Idque ita eſſe ut appareat, nihil aliud quam omnis generis malas herbas poſſumus proferre. Verum eſt, quod ad malum attinet, nos nimis fertiles eſſe: boni vero vel minimum granum, & bonæ herbæ ne minimum quidem quid ferre poſſumus: tantum abeſt ut bonum fructum, qui alat, & ad nos ſuſtentandos aptus ſit, proferre poſſimus, ut boni ſeminis ne minimum quid, donec Deus noſtram naturam mutarit, foras emittere poſſimus. Poſtquam vero Deus in nobis bonum poſuit, ipſum irriget oportet, alias à ſpinis ſuffocaretur, aut degeneraret à natura ſua. Deus itaque in nobis agat, oportet. Hanc vero rationem ſequitur. mittit nimirum nobis verbum ſuum inſtar pluviæ, ut ſic irrigati ſentiamus, quæ ſit ipſius vis; utque bona radix, quam in nobis poſuit, non pereat, ſed magis ac magis creſcat, proferat ſe, & ad bonum fructum perveniat. Cæterum, videamus, ne ſimus inſtar lapidum & rupium, quum Deus ſic ſuper nos pluit. Pluvia terræ bene cultæ proderit: quid vero rupi proderit? Nihil prorſus, periit pluvia illa. Eadem eſt hominum ratio. Si culti ſumus, & volumus ſub obſequium Dei noſtri collum flectere, quum pluet ſuper nos verbum ipſius, certum eſt, ipſum in corda noſtra ingreſſurum & penetraturum, noſq; vim ipſius, eo ut magis ad bonum diſponamur, bonaque opera noſtra oſtenſura, nos nequaquam fruſtra irrigatos eſſe, Deumque noluiſſe ſua dona in nobis perire. Sed ſi multorum, qui maligni & perverſi ſunt, ſimiles ſumus, ita ut ſemper in natura noſtra maledicta maneamus, certum eſt nos ſaxorum & rupium inſtar futuros. Pluet ſuper nos, ſed quid? Nulla erit in nobis ad recipiendam pluviam diſpoſitio, nobis autem pluvia data caro conſtabit. Pluviam igitur à Deo immitti agnoſcamus, quum ipſe vult verbum ſuum nobis annunciari, & ſuper nos fluere: quod ſi ipſum ſinamus in aërem fluere, ita ut non decidat in terram, notemus, Deum non eſſe permiſſurum, ut ejuſmodi ingrati animi vitium impunitum maneat. En igitur ad quem finem nobis referenda ſit ea ſimilitudo, qua Jobus utitur, quum dicit, *ſermonem ſuum optatum & exſpectatum fuiſſe inſtar pluviæ & roris:* ut nimirum ſciamus, bonam doctrinam, quam Deus nobis ad ſalutem noſtram mittit, è cœlo manare: & quamvis ex ore hominis mortalis ipſam audiamus, mitti tamen nobis à Deo. En igitur Deum, qui nihil aliud cupit, quam nos irrigare: In quem finem? Ut fructum feramus, & ſtatim bonum

repugnant. En vero, quo Dominus vult probare, num ſui ſimus, nec ne? Si audivimus verbum Dei, ne quidquam adverſus ipſum objiciamus, ſed Deo gloriam tribuamus, nihil melius eſſe, quam ipſi obſequi, cognoſcentes. Poſtquam id confeſſi ſumus; unuſquiſque domum reverſus, reipſa, ſe doctrinam retinuiſſe, eamque pro bona approbaviſſe, oſtendat: qui enim prorſus contra id, quod confeſſus eſt, aget, duplici condemnatione dignus eſt. Quemadmodum enim multi clam & occulte longe deterius agunt, quam ſi palam & aperta eſſet ipſorum iniquitas, ſic Deo non ſolum ore, ſed vita reſiſtimus. Quum itaque homines non vivunt, ſicut jubentur & docentur in Euangelio, ipſorum opera Deo reluctantur. Quum aliquis proximum vexat, palam & aperte adverſus ipſum inſurgit, vim ipſi aliquam infert; certum eſt, ejuſmodi injuriam nullo modo tolerandam, & à Deo, quantumvis ſero, punitum iri. Sed quum aſtutiis & quaſi ex cuniculis nocere proximis conabimur, licet aſtutiæ noſtræ & fraudes ita tectæ & occultæ ſint, ut ab hominibus redargui non poſſint, nulluſque, ut quidem videtur, poſſit de nobis conqueri; interim clamor in cœlum aſcendit, petit vindictam à Deo, ob vim in occulto illatam. Notemus igitur, licet eam reverentiam verbo Dei exhibuerimus, ut ipſum tanquam bonam & ſanctam doctrinam audiverimus, tanquam verum animarum noſtrarum cibum, tanquam medium, quo ad vitam æternam, & ſalutem ad quam aſpiramus, deducimur, admiſerimus; opus eſſe, ut unuſquiſque ſibi attendat, & caveat ne vita ſua illi contradicat & reſiſtat. Nunc vero, quam rara ſit hæc virtus in terris, conſideremus. Ecce Jobum, qui loquitur de tempore, quo Dei doctrina valde adhuc obſcura erat; nam neſcitur quoque, utrum ante aut poſt legem Moſis vixerit: certum eſt, eum Prophetis anti-
Eze. 14. quiorem fuiſſe: de ipſo enim mentio fit in Prophetis
vers. 14. tanquam de homine priſci temporis. Quum autem ita ſe res habeat, nonne nunc multo magis recipiendæ doctrinæ divinæ, quam illis temporibus, homines deditos eſſe oporteret? Nam, ut dixi, tunc valde obſcura erat doctrina, Deus illam quaſi guttatim infundebat, non ſecus quam ſi nocte parvus aliquis ros decidat: denique, præ hac gratiæ abundantia, quam Deus hodie mundo communicat, parce & reſtricte, ut ita loquar, docebantur homines. Nam in Euangelio theſauri ſapientiæ & intelligentiæ infiniti nobis offeruntur, Deus ſe familiariter nobis patefacit: vult nos ſua doctrina perfecte impleri & ſatiari: nobiſque ipſius intelligentiam dat tam claram & certam, ut nihil ſupra. Interim vero, ubi ea eſt reverentia, cujus hic meminit Jobus? ubi deſiderium? ubi tam amabilis obedientia? Sed contra contemtus animadvertitur, ut jam diximus. Præterea ſi doctrina annunciatur, quam pauci attenti ſunt? Sed major pars ſuis imaginationibus...

tam familiariter ad nos accedat, noſque penitus velit ſatiare: interim nullum nos guſtum in ipſius verbo inveniamus, omnia ſpernamus, ipſoque adeo nobis expoſito, illi reſiſtere, quin etiam ipſum noſtris operibus proculcare conemur. Quum igitur tam maligni & perverſi erimus, qui Jobum audiverunt, nonne teſtes adverſus nos exſurgent, nonne nobis exprobrabunt obedientiam, quam Jobo exhibuerunt, qui quidem Propheta erat, ſed non ejuſmodi vocationis ſuæ teſtimonium habebat, quale Chriſtus iis, qui hodie annunciant Euangelium, dedit? Quare diligenter hunc locum notemus: quomodo enim dicitur,
minimum regni cœlorum, hoc eſt, eorum, qui hodie Mat. 11.
Euangelium annunciant, in ſuo miniſterio, cùm vers. 11.
Joanne Baptiſta, tum omnibus aliis Prophetis excellentiorem eſſe: ſic contra, quum doctrinam, quam Deus nobis mittit, quum eam tantopere velit honorari, contemnimus; certum eſt, nos duplo magis reos eſſe. En, quod nobis ex hoc loco notandum eſt. Statim autem ſubjicitur, *Illos, ſi cum ipſis Jobus jocaretur, id non credidiſſe.* Quibus verbis intelligit, ſe ea gravitate præditum fuiſſe, ut nemo ſibi perſuadere auderet, eum jocari, quoniam ſe in tota vita tanquam Prophetam Dei gerebat, & tantam auctoritatem acquiſiverat, ut ea reverentia, quæ ipſi exhibebatur, in cauſa eſſet, ut nemo exiſtimaret, ipſum ſe tanquam æqualem & ſodalem aliquem ad aliorum inſtar voluiſſe componere. Poſtea ſubjicit, *Cogebant me hilaritatem vultus mei deponere*: hoc eſt, lætum & hilarem meum vultum me abſcondere cogebant: quoniam, quamvis lætum ipſum animadverterent, ſuum ad inſtar illius fingere & componere non audebant, eo quod ipſum ullo modo offendere vererentur. Hoc amplius ſermonem jam habitum confirmat. Sanctus enim Spiritus nobis tanquam in ſpeculo oſtendit, quæ totius populi eo tempore erga hominem, dotibus eximiis inſtructum, reverentia fuerit; idem tamen Spiritus, qui in illo fuit, nobiſcum hodie loquitur. Si igitur tanto in honore fuit, ut, quum ridebat & jocabatur, non auderent homines, quod ipſum offendere vererentur, ad illius inſtar ſuum vultum componere: id docet, nos obedientiam verbo Dei exhibere, doctrinamque, quam ab ipſo ſalutis noſtræ cauſa manaſſe cognoſcimus, magni facere & æſtimare debere. Interim Jobus quoque oſtendit, quomodo verſatus ſit cum iis, qui ſeipſum honore afficiebant, eique tanquam Regi primum locum attribuebant: *quod nimirum afflictorum conſolator fuerit.* Oſtendit igitur, ſe auctoritate ſibi attributa nequaquam abuſum fuiſſe, ut Pſeudoprophetarum more dominaretur, (ut eſt
apud Ezechielem,) qui ſumma ſeveritate utuntur, Eze. 34.
ut piorum & Dei timentium cervices calcibus pre- vers. 4.
mant, fulminent & tumultuentur: interim nulla ſunt humanitate præditi, nec ullo modo curant, ut afflictos

erigant

Digitized by Google

CONCIO CENTESIMA OCTAVA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XXX.

1. NUnc me irrident, qui ætate ſunt me juniores, quorum ego patres eodem loco habere, quo canes gregis mei, recuſavi:
2. Quid etiam mihi profuiſſet robur manuum ipſorum, quum ætas periiſſet in ipſis?
3. Ipſi inopia & fame deſtituti in loca ſolitaria, tenebricoſa, deſolata & deſerta fugiebant:
4. Secabant herbas juxta arbores, & radix juniperorum erat cibus ipſorum.
5. E medio hominum pellebantur, & omnium ſibilis & clamoribus, non ſecus quam fures, explodebantur.
6. In foraminibus fluviorum, in ſpeluncis terræ, & rupibus habitabant.
7. Strepebant inter arbores, & ſub dumetis conveniebant.
8. Filii ſtultorum, & quidem pueri ignobiles infra terram deprimebantur.
9. Nunc vero ſum ipſorum fabula, & materia confabulationum.
10. Me deteſtantur, & procul à me fugiunt, nec tenent ſe, quin os meum conſpuant.

VIdimus, quo in honore Jobus ad tempus fuerit: iſque id commemoravit, ut ex comparatione opprobrii, in quo tunc erat, ſe eo majorem triſtitiæ materiam habere oſtenderet, ſibique eum dolorem intolerabilem eſſe, quod ſe ita, ut qui maxime, proculcari ab iis, qui antea ipſum timuerant & veriti erant, videret. Hoc autem eſt naturale, ut, quum quiſpiam in dignitatem evectus eſt, ſi videat ſe conculcari, id longe magis ipſum excruciet: neque enim id, quod ſibi ſupereſt, ſed duntaxat ſtatum eximium, quo excidit, reſpicit. Vilis & abjectæ conditionis quiſpiam, qui domi ſuæ ruri ſemper vixerit, nec unquam honorem ullum aut pompam guſtaverit, etiamſi irrideatur, in nulla exiſtimatione habeatur, in ipſum denique ſignum aliquod contemtus edatur, non curat, id ſus deque habet. Boni quoque viri, qui ſimplicem vitam egerunt, ſi idem ipſis, quod ruſtico illi, accidat, non ita valde dolent: ſed qui in deliciis, & opum copia vixerit, quia in aliqua olim exiſtimatione fuit, nullum opprobrium pati poteſt, quin letale vulnus accipiat: & quamvis convitium ipſi in os non fiat, ſi indirecta aliqua ratione, quæ tamen ad ejus contemtum ſpectare videatur, perſtringatur, valde indignatur. En igitur rem naturalem, quod nimirum ii, qui in honore aliquo fuerunt, non poſſunt ſui contemtum pati, ipſumque, ſi acciderit, longe ægrius ferant. Id nunc Jobus declarat: ut enim reverentiam ſibi exhiberi ſolitam commemoravit, quodque ubique attente audiretur, non ſolum eo, quod dives & opulentus eſſet, ſed quod ipſi Deus ingenium & prudentiam ſupra alios, ita ut in ejus conſilio poſſent omnes conquieſcere, impertiviſſet, quod denique in tota ſua vita omnis virtutis ſpeculum & typus, ex quo cæteri exemplum capere poſſent, fuiſſet: nunc quum videt ſe irrideri, digito ab omnibus monſtrari, ea crux longe ipſi durior & acerbior eſt, quam ſi in ejuſmodi honorem nunquam evectus fuiſſet. Hinc vero documentum optimum poſſumus colligere, eum, qui ſemper in deliciis vixit, nimis eo genere vitæ mollem & delicatum reddi, ita ut non ſit nobis utile, ſi ſemper in honore ſumus & fovemur, ſi nunquam

Digitized by Google

2 Cor. 6. vers. 7. que de cauſa D. Paulus ait, nos ad dextram & ſiniſtram armari debere, per gloriam & ignominiam æque, per convitia & laudem nobis tranſeundum eſſe. Si Deus velit nos aliquando in honore eſſe, ne id ita interpretemur, ut nos in eo ſtatu ſemper permanſuros eſſe exiſtimemus: quin, ne vana gloria & ambitione inebriemur, ſed Dominum noſtrum nos eo magis ad proximum in bonum ædificandum obſtringere intelligamus. Quum aliquis in honoris & dignitatis faſtigio aliquo ſupra cæteros collocatus eſt, debet ſic apud ſe ſtatuere, omnium in ſe oculos converſos eſſe, ſeque inſtar candelæ ſuper menſam, aut locum quempiam editum, ut longe lateque cæteris præluceat, collocatum eſſe. Eo igitur majori cum ſollicitudine debet ambulare, & ſibi cavere, ne ſcandali occaſionem cuiquam det. En quomodo honos, qui nobis à Deo coram hominibus tribuitur, non ad vanam gloriam, ſed ad proximorum ædificationem debet applicari. Sed & diligenter notemus, quod

2 Cor. 6. vers. 7. ait D. Paulus, nos in perferendis opprobriis & convitiis, ita ut ipſis aures prope attritas habeamus, aſſueſieri debere: ſi fama noſtra & exiſtimatio læditur, patienter id feramus: caventes interim, ne in nos, propter vitia noſtra, maledicta jure conferantur. Cæterum ſi conſcientia noſtra pura ſit coram Deo, & certo ſciamus, eos, qui nos maledictis & convitiis inceſſunt, malitia ſola, nullaque juſta cauſa impelli: id totum Deo permittamus, & ſatis ſit nobis ab ipſo approbari. Interim vero, ut dixi, longo uſu ad iſta obdureſcamus: plurimum enim nocet, ita mollem eſſe, & aures ſic delicatas habere, ut nullum convitium ferre poſſis. En igitur, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Quia vero difficile eſt, iſtam doctrinam ad praxin revocare, exempla, quæ nobis in Scriptura ſacra proponuntur, diligenter conſideremus. Ecce Davidem, (ut virum inter cæteros memorabilem & celebrem ſumamus;) is poſtquam Rex fuit, & ea rerum ſuarum proſperitate uſus eſt, ut viſibilem ſe manus Dei in ipſo deducendo exhiberet, facile à quovis intelligi poſſet, eum nequaquam opera & induſtria hominum, aut ſua duntaxat, ad eum honorem evectum eſſe, ſed Deum in ipſo extollendo vim aliquam ſpecialem voluiſſe exercere: poſtquam, inquam, ſic honoratus fuit, ecce illum momento temporis, & quidem à proprio filio afflictum: ſaxis caput ejus impetitur: Semeï, unus ex ſubditis, illum & re & verbis perſequitur: ipſi

2 Sam. 15. & 16. vers. 5. inſultat his verbis, Mercedem accipis, homicida: exprobrat illi, quod modo Deus ipſum mercede, ob crudelitates, quas exercuerat in familiam Saulis, commerita afficiat. Ecce Davidem, quem ira adverſus Semeï, & quidem ſi circumſtantiæ, quas attigimus, conſiderentur, inflammatum iri veriſimile erat: is videt adverſus ſe ſubditum ſuum aperte inſurgere, eo, ut, quum ad ſummas illas probationes veniemus, patientes ſimus. Hic vero diligenter obſervemus exemplum Davidis, qui homo fuit, iiſdem, quibus nos, perturbationibus obnoxius: ſponte tamen ſe voluntati divinæ ſubjecit, quum ipſi lubere, ut convitiis, quamvis immerito, proſcinderetur, intellexit. Neque enim id nos male habere, aut valde mœſtos reddere debet, quum conſcientia noſtra nobis teſtimonium reddit coram Deo, & ſcimus homines nos injuſte perſequi. En igitur, quod nos eo melius debet ſuſtinere: neque enim nos tam ſtultos & veſanos eſſe oportet, ut dicamus, Quid? Quæ cauſa in me invenietur, cur ita contemnar? Verum eſt, ſi nos opprobrio ſimus hominibus propter peccata noſtra, id eo magis nos ad patientiam inducere debere: ſed ſi Dominus permittat, ut, licet bene vixerimus, nec improbis & obtrectatoribus nos convitiis afficiendi occaſionem dederimus, maledictis tamen inceſſamur & irrideamur, ſingulare Domini beneficium eſſe agnoſcamus, quod nos ita à malitia hominum liberarit, ut immerito illi nos oderint. Cæterum quum ipſe velit nos injuſte pati, ei conditioni ſubjiciamur, nec valde nova & mira ea nobis videatur. En igitur doctrinam, quam ex hoc loco debemus colligere. Nunc vero nobis notandum eſt, quamvis gratiæ & beneficia, quæ à Deo accepimus, debeant nos ſublevare in afflictionibus noſtris, ſi tamen honorati fuerimus, fieri non poſſe, quin id nos admodum mœſtos reddat, duplexque adeo nobis ſit cruciatus, ſi in opprobrium incidamus: ſed tamen ejuſmodi tentationibus nobis reſiſtendum eſt. Patientia noſtra non in eo erit poſita, ut nihil ſentiamus, ſed ut, quum id, quod nobis hic à Jobo declaratur, ſentiemus, nihilominus ſemper tanquam coram Deo ambulemus: quod ſi ipſi placeat, ut immerito fama noſtra convitiis laceretur & proſcindatur, adverſus ejuſmodi pugnam, quo, quidquid ſit, à via non abducamur, armemur. Hoc enim Satan molitur, quum malignos homines excitat, eoſque ad detrahendum de nobis impellit, ut nimirum nos bene agendo, tempus & operam perdidiſſe concludamus. Quid? dedi operam, ut vitam probri expertem agerem, omnibus bene facere conatus ſum, nemo eſt, qui poſſit dicere, me ipſi damnum aliquod intuliſſe: video tamen, me ſic vexari hominum probris & maledictis. Quid mihi igitur mea innocentia & vitæ integritas profuit? En igitur aſtutiam Satanæ, quod nimirum velit nobis perſuadere, nos bene agendo operam ludere: tum vult nos tranſverſos abripere, ut huic nocere, illi damnum & detrimentum inferre, nullo modo religioni ducamus. Contra notemus, ingratitudinem hominum nos eo magis incitare debere, ut nos Deo penitus committamus, ſcientes nobis reddendam eſſe coram ipſo rationem, ac proinde,

ſi ab

Digitized by Google

ros eſſe: ſed potius cognoſcant, Deum ipſos, citius quam manum quiſpiam converterit, non ſolum concutere, ſed ex ſublimi illo dignitatis faſtigio, in quo illos collocarat, deturbare poſſe: ita ut loco ejus honoris, quo affecti ſunt, ſe undique contumeliis, probris & ludibriis peti & circumcingi videant. En igitur, quomodo omnes, qui Deum timent, quando ſunt in dignitate aliqua conſtituti, ſe tanquam freno quodam inhibere debent, & ſic ſtatuere, de die in diem florentem illum ſtatum poſſe mutari: Deus enim, ut ipſorum patientiam probet, hanc hominibus licentiam permittet, ut ipſos irrideant, multiſque convitiis & contumeliis afficiant. Videmus etiam id Ethnicis vulgo cognitum fuiſſe, qui etiam in eam ſententiam proverbia communia, quæ nobis omnem excuſationem auferunt, compoſuerunt. Verum eſt, ipſos illa male obſervaſſe. Cur? Quia difficile eſt hominibus in ſobrietate ſe continere, quando ſecundus ipſis ventus afflat & aſpirat, fortunaque ipſis, ut vulgo dicunt, arridet. Vitium hoc nimis eſt pervulgatum & conſuetum, ut homines in rebus ſuis proſperis inebrientur: id ſatis omnes dicimus, ſed pauci ab eo abſtinent. Quamvis igitur iſtæ ſententiæ ubique admittantur, & probentur, ipſaſque nemo non confiteatur eſſe veras, nempe, non debere homines ſuæ proſperitati confidere, aut in ea inebriari, non debere ſibi perſuadere, eam perpetuam futuram eſſe; ſed potius de mutationibus & converſionibus, quæ poſſunt accidere, cogitare, nemo tamen eo ſtudium ſuum applicat & confert. In hoc autem nobis eo magis laborandum eſt, quod videmus, nos ita ſtatim hujus mundi deliciis & honoribus occupari. Ut igitur nemo ab inordinatis ſuis affectibus & deſideriis abripiatur, eo magis hic propoſita doctrina retinenda eſt. Omnes itaque pii, dum in honore ſunt, ſe à Deo deprimi poſſe cognoſcant: quin etiam non debere ipſos certum ſibi tempus menſis, aut diei polliceri, ſed unoquoque momento temporis paratos eſſe, ut, quum Deo viſum fuerit ipſos opprobriis hominum ſubjicere, firmos humeros habeant, ad ejuſmodi ignominiæ onus ſuſtinendum. En unum notandum. Ac ſane, quando animadvertimus, quanta ſit hodie hominum malignitas & perverſitas, eo magis nos de hoc moneri oportet: mirum enim eſt, quod homini in integritate ambulanti adhuc hodie honos habeatur. Verum eſt, improbos eo uſque etiam, quantumvis invitos & reluctantes, cohiberi poſſe, ut virtutem ament: ſed tamen nihilominus rabie quadam, ad bono obtrectandum, lucem denique in tenebras convertendam, feruntur. Quamvis igitur Deus hoc judicium ſuæ Majeſtatis contemtoribus imprimat, ut, quod ab ipſo profectum eſſe

ſæpius nobis plus quam amicos prodeſſe. Cur? Amici noſtri nobis parcunt, idque efficit, ut nos in vitiis noſtris foveamus: nam etſi hoc ipſis non ſit propoſitum, ut nobis adulentur, humanitas tamen illa, qua nos tolerantes utuntur, efficit, ut ad vitia noſtra, quo ipſa queamus emendare, non attendamus: at adverſarii noſtri diligenter obſervant nos, omnes vias & rationes conquirunt, quo vitia noſtra detegant, & in apertum proferant. Statim igitur atque maledicto aliquo inceſſimur, aut ſcommate perſtringimur, ſic apud nos ſtatuamus, En, Deus me ad tribunal ſuum citat, ut me reum peragam, me ipſum ſollicitem, judex mihi ipſe ſim ad me condemnandum, ut hoc pacto opprobrium meum tegatur & ſepeliatur. En, quomodo nobis agendum eſt. Quod ſi ſciamus, eos, qui de nobis detrahunt, ratione aliqua niti, quamvis malo animo id faciant, ne tamen quidpiam regeramus in ipſos, ut dicamus, Hic vindictæ ſtudio impulſus eſt: ne id, inquam, ſpectemus, ſed culpam agnoſcamus, Deumque precemur, ut peccata omnia noſtra, quo ipſis coram Deo & mundo abſolvamur, deleat. Quin etiam, ſi in eo, propter quod maledictis inceſſimur, non agnoſcimus cauſam aliquam, cur ſic de nobis ſentire aut loqui debeant homines, ſic apud nos ſtatuamus, Si in hoc, cujus accuſor, non peccavi, multa alia ſunt vitia, quorum ego ſum reus: ſed Deus meus mihi indulſit, noluit, ut illa in hominum notitiam venirent: ſi liberet ipſi omnes meas ſordes movere, quid me fieret? Cognoſcamus igitur, Deum hoc pacto voluiſſe nobis privatim ob oculos ponere peccata noſtra, quæ libenter in tergum rejeciſſemus, quod quidem eo facit, ut malum, quod in nobis eſt, nobis omni adulatione remota exoſum reddat. En quod erat ſecundo notandum. Ad extremum autem quod attinet, ſi conſcientia noſtra pura eſt, non quod prorſus peccati expertes & Angelorum inſtar eſſe poſſimus: ſed ſi animadvertamus, homines nullam nos inceſſendi occaſionem habuiſſe, injuſte nos perſequi, quin etiam, ſi eo quod verbo Dei adhæſerimus, & fideliter quod erat muneris noſtri exequuti fuerimus, pati nobis contingat: ſi, inquam, eo nomine maledictis nos homines proſcindunt, (quæ eſt ipſorum virulenta malignitas;) cognoſcamus, Dominum noſtrum velle, nos ejuſmodi mercedem ab hominibus accipere, ut meliorem ab ipſo exſpectemus. Quod ſi omnium cauſam non perſpicimus, ſed in nobis confuſi ſumus: nihilominus dicamus, Ut ut ſit, juſtus es, Domine. En igitur, quo nobis veniendum ſit. Interim vero proficiamus in caſtigationibus, quæ quotidie in oculos noſtros incurrunt, & ſciamus, Deum velle nos ad ſibi laudem & gloriam tribuendam, etiam quum videmus bonos

Digitized by Google

illos virtutibus eximiis ornans, ſummo honore affecit, contemnant; nec ſolum contemnant, ſed infamibus convitiis & calumniis inſectentur. Hic in perſona illorum, de quibus hic Jobus loquitur, videmus hoc vitium eſſe maxime deteſtandum. Nemo eſt, qui faſtum illum, imo vero impudentiam belluinam, non condemnet, quando homines nihili ſic adverſus virum, cui ob virtutes ſuas ſummus honos & reverentia debetur, inſurgunt. Ecce canes, qui allatrant, & allatrant eos, quos mordere non poſſunt. Jobus enim, ut jam vidimus, non erat ex eorum numero, qui propter opes aut dignitatem aut aliam aliquam ejuſmodi cauſam ſunt in auctoritate & exiſtimatione magna: ſed propter virtutes ſuas; quia in ipſo tanquam quidam radii gloriæ Dei fulgebant: en vero homines infames modeſtiæ omnis expertes, qui neſciunt, quid bonum, quidve honos ſit: illi, inquam, ſolvunt & effundunt linguas ſuas ad ipſi maledicendum. An non vero hoc eſt flagitium intolerabile? Nonne vero poſſunt illi moloſſis comparari, qui grundiunt & latrant, quamvis mordere non poſſint? Atque ita hoc vitium eſt intolerabile, ipſumque adeo condemnandum eſſe, à veritate & ratione ipſa convincimur. Diſcamus igitur id, quod in aliis condemnamus & deteſtamur, non imitari. Quumque Deus ejuſmodi mutationes inducit, ut, qui in ſummo dignitatis faſtigio collocatus erat, decidat, ne ad eum inſectandum nos laxis habenis demus, ſed in mentem nobis veniat, Deum ejuſmodi mutationes in mundum inducendo velle, ut unuſquiſque ſe excitet, nec ſimus (ut natura noſtra ad illud vitium proni ſumus) arrogantes. Sum vilis & abjectæ conditionis homo, nullius unquam fui auctoritatis, inauditus & incognitus, video vero ingens caput dejici, id perinde eſt, ac ſi magnus aliquis mons caderet: quid mihi tunc in mentem venire debet, niſi Dominum illuſtriora reddere velle ſua judicia, ut, quis ſim, cognoſcam? Hic ſum tanquam vermiculus, repo duntaxat ſuper terram; hic vero eſt tanquam ſupra nubes ſublatus, video tamen, quomodo illum Deus in oculis meis depreſſerit. Quum igitur te magni facis & æſtimas, fatuus es. En igitur, quomodo parvi debent admoneri, ut ambulent in timore & ſollicitudine: quumque Dominus ſic, illis ſpectantibus, magnos & celſo loco conſtitutos dejiciet, ſciant, illum ipſos, ſi attollere ſe ultra modum velint, poſſe deprimere. Quæcunque enim ſit in hominibus ſublimitas, Deus poterit illos è ſuis nidis extrahere: quum in eo dignitatis gradu conſtituti erunt, ut adverſus ipſos nihil poſſe videatur fortuna; Deus oſtendet illis, vanam & inanem eſſe illam imaginationem fortunæ, quam ſibi fingunt homines, ſed manum ipſius ſe ad omnia proferre. Quin etiam ſi Principes & Magnates hujus mundi debent timere, quum Deum ſic fulminantem videant ſuper magnos aliquis contemtus ſe nobis offeret, cogitemus, tantundem nobis poſſe contingere, ideoque nobis os clauſum habendum. En admonitionem, quæ hic nobis offertur. Si enim id in memoria noſtra bene inſculptum hæreret, non ita paſſim in mundo maledicta, ſcommata, & irriſiones regnarent: unuſquiſque enim ſibi notus ſe reprimeret. Quin etiam ſi vir aliquis in ſe virtutem aliquam habeat, ſit dives, aut auctoritate præditus, nemo tamen unquam ita perfectus reperietur, quin Deus illi det multas occaſiones caput demittendi. Sic quum quiſque diligenter quod in ſe eſt examinarit, certum eſt, fore ut unusquiſque ſe in modeſtia contineat, ne contemtos ſpernat, aut etiam adverſus eos, quos Dominus opprobrio exponere voluerit, inſolenter inſurgat. En quod adhuc nobis retinendum erat. Nunc vero veniamus ad verba Jobi. Dicit, *ſe irrideri à juvenibus, & quidem iis, quorum patribus cuſtodiam canum ſuorum permittere non eſſet dignatus.* Hic videtur Jobus magno cum faſtu & arrogantia loqui: quæcunque enim poteſt colligit ad deſpiciendos eos, à quibus irriſus fuerat, ſicuti quum dicit, Patres ipſorum erant mendici, non dignabar eorum opera uti, miſeri erant famelici, qui terram fodiebant, ut radices extraherent, grana juniperi in ſylvis edebant: nunc vero ſic ego ab illis irridear? Videtur hic prima ſpecie Jobus faſtu & arrogantia aliqua inflatus eſſe. Sed quomodo jam antea à nobis declaratum eſt, ipſum tentationes, quas ſenſit, quamvis ipſis non conſenſerit, expreſſiſſe: ſic nobis hoc in loco retinendum eſt, Jobum hic rem, qualis erat in ſeſe, conſideraſſe: nihilominus interim cum ſuis indignationibus, quæ illi cor & medullas exedebant, eo ut patienter ejuſmodi opprobria ferat, colluctatur. Certum enim eſt, quum ab iis, qui nihil in ſe laude dignum habent, deſpicimur, id longe nobis durius & acerbius eſſe: ſi à bonis viris contemnimur, ſic nobiſcum reputamus, Non eſt, quod nobis ad nos excuſandos blandiamur, eſt enim cauſa, quamobrem vituperemur, cum ejuſmodi viri nos probris inceſſant. Sed ſi illi, qui ſunt improbæ & diſſolutæ vitæ, pleni infamia, nos irrident, certum eſt, ejuſmodi adverſariorum conditionem, opprobrium, ut eo vehementius afficiamur, magis inſigne reddere. En igitur, quod hic ſpectat Jobus, quum ait, homines abjectiſſimos, & ab omnibus ſpretos, adverſus ipſum inſurrexiſſe. Notemus vero, Jobum ſuperius declaraſſe, ſe nequaquam honoratum fuiſſe tanquam divitem, dignitatis, aut nobilitatis eximiæ virum aliquem: in iis enim rebus ſe minime fundarat: ſed quod in ea integritate ambulaſſet, ut qui virtutes, quas in ipſo Deus collocarat, intuerentur, cogerentur ipſum revereri; ſe vero illis donis & gratiis minime abuſum fuiſſe. En igitur, cur nunc, quum ita contemnitur ab iis, qui nihil laude dignum habebant,

Digitized by Google

etiam id quod commune & generale eſt univerſo generi humano: Cur pediculi, pulices, cimices & alii vermes, magnis æque ac parvis bellum inferunt? nullus enim eam conditionem defugere poteſt: & quamvis non omnes ſint in fœtore & ſordibus, Deus tamen imperium aliquod vermibus, quod in Reges & Principes uſque profertur, attribuit, ita ut unumquemque ei conditioni ſubjici oporteat. Cur vero id efficit Dominus, niſi ut eo magis humiliemur? Notemus igitur ſemper eam eſſe Dei voluntatem, ut, quum nos eo loco adducit, ut viliſſimi & abjectiſſimi quique adverſus nos inſurgant, ipſe nobis omnem vanam gloriam & falſam noſtri opinionem eripiat. Deponamur igitur tanquam in manus Dei, ut dicamus, Ecce me, Domine, depreſſum admodum & prope deſperatum: libeat tamen tibi manum tuam exporrigere, & me opprobrio, cui me ſubjeciſti, liberare. Sed & debemus nos ſic comparare, ut in re ſatis uſitata nos ſicuti par eſt geramus: videre enim eſt ut plurimum, eos, qui colunt & obſervant quempiam, quem animadvertunt dignitate & auctoritate pollere, ipſique canum more aſſentantur, ſi illum proſtratum, illiuſque conditionem immutatam & everſam viderint, in eum tanto impetu ruere, ut ex ejus inſectatione maximam voluptatem capere videantur. In eo vero animadvertitur malitia, quæ occulta eſt in hominibus. Quomodo igitur unumquemque noſtrûm præmuniri oportet, ut patienter ferat ejuſmodi opprobria, ſic unuſquiſque noſtrûm ſe examinet, ut in hoc prudenter ſe gerat: interdum enim in honore habemus eos, quos Deus deteſtatur, nec animadvertimus, nos intus occultam quandam ſimulationem alere: ſi enim accidat, ut Deus illos peſſumdet & evertat, primi omnium in ipſos impetum facimus. Ejuſmodi exempla in hiſtoriis videmus, quod Principum milites adverſus ipſos inſurrexerunt. En tibi magnos duces, qui ita viguerunt, ut omnia ſub ipſis tremerent, quique vitam ſuam pro ſalute Principis expoſuiſſent; ut viderunt ipſum proſtratum, ut aut ſucceſſoribus, aut hoſtibus gratificarentur, proditiones exercuerunt & crudelitates, quantas ne hoſtes quidem ipſi perpetrarunt: pro eo enim, quod hoſtes ipſorum miſerti eſſent, qui vitam ſuam pro eorum ſalute profudiſſent, eo magis ſe ad crudelitatem & immanitatem projecerunt. Quum ejuſmodi exempla videmus, nobis attendamus, & demus operam, ne ejuſmodi vitio inficiamur. Cæterum hic poſſit dici, Jobum videri ſibi pugnare, quum dicit, Se non dignatum eſſe iſtorum patribus cuſtodiam canum ſuorum committere. Superiori enim capite declarat nobis, ſe ea humanitate præditum fuiſſe, ut non ſolum orphanorum pater, & protector viduarum eſſet, ſed cæcis oculorum, clau-

lione an non eſt commune? At, inquiet aliquis, ego ex nobiliſſima ſtirpe ortus ſum. Sed, ô amice, nonne omnes ex Adamo, poſtea ex Noacho orti ſunt? Præterea, quod ad ſtirpes & genera attinet, videre eſt, quomodo ſe res habeat: neque enim ſtirpes, quæ nobiliſſimæ & celeberrimæ, eædem etiam optimæ ſunt, ita ut, quo bonis parentibus aliquis naſcatur, præſtet ruſtici & opilionis, quam ejus qui inter homines magnus aliquis vir habeatur, filium eſſe: ſæpiſſime enim, qui ex tam nobili ſtirpe ortus eſt, latronis aut ſcorti filius eſt. Quapropter de eo non eſt gloriandum. Contra ad id, quod dixi, nobis veniendum eſt, quod Rex in ſe præſtantiſſimum & excellentiſſimum habeat, quod nimirum Rex ſit, id ipſi cum bubulcis commune eſſe. Sic magni & honoratiſſimi hujus mundi glorientur quantum volent: fruſtra in eo ſe magni facient: nihil enim aliud eſſe poſſunt quam homines: viliſſimi autem & abjectiſſimi quique, quos illi contemnunt, id æque habent, atque ipſi. Deum igitur nos omnes ex eodem ſanguine feciſſe, hocque unionis vinculum inſtituiſſe, ut nos invicem conſtringeret, intelligamus. En igitur, quod Jobus hoc in loco intellexit. Quamobrem notemus, ipſum in tota hac narratione nobis vivam imaginem ob oculos ponere, in qua Deus, quantæ & quales ſint hujus mundi mutationes & converſiones, oſtendit: ne hiſce rebus terrenis adhæreamus, & ulterius ad vitam cœleſtem, in qua firmitatem permanentem conſequemur, aſpirantes pergamus: diſcamus quoque, in vita præſenti nihil aliud eſſe præter fragilitatem & miſeriam, cui nos ſemper obnoxii futuri ſumus, donec Deus nos hinc ad ſe evocarit, ut nos quietis æternæ, quam nobis in cœlis præparavit, participes faciat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut vitiorum noſtrorum ſenſum talem nobis indat, ut nos coram ipſo condemnare diſcamus: ſicuti revera in nobis nihil præter maledictionem habemus. Interim vero, ſi is nos affligat, eo pacto ad nobis in noſtris peccatis diſplicendum & in ipſis gemendum exerceamur. Præterea nos ipſi permittentes, oremus ut peccata noſtra aboleat, ipſorumque memoriam non ſolum coram ſe, ſed & coram hominibus deleat, ne ſimus ſcandalo, ſed vita noſtra omnibus ſit ædificationi: tum magni & parvi diſcamus, nos ad ejus obſequium componere, ut invicem communicantes, in vera charitate fraterna ſimul vivamus, & animadvertentes hujus mundi mutationes, ulterius ad vitæ cœleſtis ſpem deducamur, quo per hæc loca inferiora, tanquam peregrinationem aliquam, in qua nobis ſubſiſtendum non eſt, conficientes, tranſeamus. Nec nobis ſolis hanc gratiam largiatur, &c.

Digitized by Google

17. Oſſa mea noctu perforata ſunt, nec eſt in me requies ulla.

18. Veſtimentum meum, mutavit colorem propter mali magnitudinem, & ora veſtimenti mei adhæſit mihi.

19. Afflixit me uſque ad terram, & ſum tanquam pulvis & cinis:

20. Quum vociferor ad te, tu non exaudis me: quum te exſpecto, tibi id non eſt curæ.

21. Tu convertiſti te adverſus me ad crudelitatem, & mihi adverſaris robore manuum tuarum.

QUia Jobus ſuperius declararat, homines nihili tam ſuperbe adverſus ipſum inſurrexiſſe, jam adjicit, id fieri non potuiſſe, niſi Deus virtutem ipſius omnem fregiſſet, ita ut ipſe reſpectu hominum fractus & debilitatus ſic eſſet, ut illum unuſquiſque poſſet contemnere: hoc enim intelligit ea ſimilitudine, quum ait, Deum fregiſſe nervum aut vinculum ipſius. Significat igitur, quod, quum manu Dei ſuſtinemur, id perinde eſt, atque ſi vinculo aliquo firmo conſtringeremur, ſed ſi libuerit Deo vinculum illud frangere, effluimus, nihil in nobis conſiſtit, ſed omnia diſſipantur. En Jobi ſcopum, nempe quod homines contemti, & nullius auctoritatis, non auſi fuiſſent in ipſum ita ſuperbe involare & impetum facere, niſi ipſum Deus ſuo vigore deſtituiſſet, nec in ipſo quidquam ad eum in ſuo ſtatu conſervandum fuiſſet. Verum eſt, quoſdam hoc ſic exponere, quaſi Jobus diceret, ſe inſtar belluæ tractatum eſſe, modo ſolutum capiſtro ſuo, modo alligatum fuiſſe: ſed ſenſus ille nimis coactus eſt. Videmus igitur ſenſum naturalem, atque hoc eſt valde notatu dignum: ſi enim homines ſic in nos impetum faciant, ſemper nobis ad hanc ſimilitudinem veniendum eſt, nempe Dominum noſtrum nos diſſipaſſe, non ſecus quam ſi in aliquo corpore nullus amplius nervus eſſet, ſi lignorum faſciculus, manipulorum tritici faſcis, aut aliud quidpiam ejuſmodi ſolveretur. Quod ſeipſum continere non poteſt, opus habet ut colligetur, & externo aliquo adminiculo contineatur. Nos vero ita ſumus à natura comparati, ut nihil habeamus quod nos poſſit ſuſtinere & conſervare. Neceſſe eſt igitur, ut Dominus nos conſervet & vinciat. En unum notandum. Contra, quum viſum eſt Domino nos in fruſta diſcerpere, nihil amplius nos poteſt tueri & fovere, ita ut vel abjectiſſimi quique in nos
cap. 12. imperium & auctoritatem obtineant. Vidimus ſupe-
verſ. 18. rius, hoc munus Deo attributum fuiſſe, ut baltheo Reges modo accingat, modo diſcingat: quibus verbis docemur, ſi Reges & Principes auctoritate ſunt præditi, id fieri, quod Deus illos enſe accinxerit, firmos illos contineat, eoſque ſic formidabiles eſſe velit. Contra, quum eorum baltheum Deus ſolvit & ſecuit, in iis non plus eſt auctoritatis & animi, quam in mulieribus, & adhuc minus. Hic vero doctrinam habemus generaliorem; quam unumquemque ſibi applicare convenit: nos videlicet, ſi virtute aliqua inſigni ſumus præditi, non debere imaginari, id eſſe à nobis, ſed ex eo, quod nos Deus corroborat. Semper itaque nos ipſi ſubjiciamus, ne vana noſtri opinione afficiamur: quum enim videt Deus, homines ſibi perſuadere, ſe, quod ab ipſo acceperunt, à ſe habere, eo illos ſpoliare ſolet, ut ſobrii facti, quæ ſit ipſius gratia ſentiant, & quanti, quum ea fruebantur, illam facere & æſtimare debuerint. Diſcamus igitur non imaginari, nos ex nobisipſis virtutem aliquam habere, ſed nos manu Dei ſuſtineri, non ſecus quam manipulorum faſcis vinculo ſuo continetur. Interim cognoſcamus, ſi Dominus nos ſolvere & funem noſtrum laxare velit, nos ſtatim disjectum & diſſipatum iri, nec ſtatum ullum, niſi quatenus ipſi ſuam erga nos gratiam continuare viſum fuerit, ſtabilem & firmum habere poſſe. Quod ſi accidat ut pedibus proculcemur, vexemur, auxilio & facultate omni nos defendendi deſtituti ſimus, hoc nobis in mentem veniat, homines nunquam in nos ejuſmodi poteſtatem, niſi ea ipſis cœlitus data eſſet, habituros eſſe. Quando igitur Dominus nos contemtos reddit, quivis poterit adverſus nos inſurgere, nobiſque hæc doctrina diligenter meditanda eſt, ut nos, ut par eſt, deprimamus: donec enim in nobis ea prudentia præditi fuerimus, ut cognoſcamus, Deum eſſe, qui nos opprobriis exponit, datque facultatem hominibus nos conterendi, nunquam, ut par eſt, domabimur. Ecce unum notandum. Poſtquam autem ſic loquutus eſt Jobus, ejuſdem generis alias querimonias ſubjicit: nempe juvenes à latere inſurrexiſſe, qui antea coram ipſo procubuiſſent, eos nunc ipſum ſupplantare conari, & illi, quo offendat & impingat, ſaxa ante pedes in via ponere. Eo ſignificat, ſe undique irrideri, ſeque ea reverentia, qua olim ſe affectum fuiſſe commemoravit, penitus ſpoliatum eſſe: denique intelligit, ſe omni calamitatum & malorum generi à Deo expoſitum fuiſſe. Poſtea ſubjicit, Animam ſuam ipſum perſequi. Quibus verbis innuit, ſe in intimis medullis vulnerari. Poteſt enim fieri, ut aliquis irrideatur, nec tamen id valde curet. Jobus autem oſtendit, ejuſmodi opprobria & contumelias, quibus petitur, ad cor uſque penetraſſe: ideoque dicit, Animam ſuam vexatam fuiſſe, & ſalu-

tem

Digitized by Google

poſſe videretur, ſalus ſua ita afflicta ſit & oppreſſa ab hominibus, ut eorum omnium, quos antea noverat, conſolatione deſtituatur. Eo autem ſemper admonemur, ut, ſicut heri attigimus, adverſus ejuſmodi mutationes corroboremur, quum Jobi exemplum habeamus. Is ad tempus fuit eximius inter homines, ſtatus ejus tam nobilis, ut nihil ſupra: ecce tamen Deum, qui illum tanquam horrendum ſpectaculum conſtituit. Unuſquiſq; olim ad ipſi miniſtrandum paratus erat, nemo non videbatur ad ipſi favendum præſto futurus: quin etiam qui prius ipſi erant amici, ecce illos tanquam in feras mutatos, & rabido impetu ad ſalutem ipſi eripiendam ruentes. Quum id videmus, præparemus nos, ut, ſi viſum fuerit Deo ſic nos affligere, quum idem Jobo acciderit, non præter modum perturbemur: videmus enim, quomodo Deus, licet ſervum ſuum ita afflixerit, ut eum deſeruiſſe videretur, ipſius tamen miſertus ſit, & eum non fruſtra in illum, à quo tot antea bona acceperat, confidiſſe, & ad ipſum invocatum confugiſſe, exitus comprobarit. Idem igitur faciamus, in bonitate Dei & ejus promiſſis conquieſcamus: iſque efficiet, ut exitum non alium fore erga nos, quam fuit erga Jobum, experiamur. Cæterum, quamvis non inſiſtam in ſingulis vocabulis, unumquemque tamen apud ſe ea, quæ hic tractantur, meditari convenit. Jobus enim hic voluit nobis ſuam conditionem adeo miſeram exprimere, ut ad illius auditum præ horrore arrigantur capilli. Cur vero? Primum, ut oſtendimus, hic excuſat ſe, quod adeo ſit impatiens, & excruciet ſe, quum afflictionibus immoderatis prematur. Interim ne dubitemus, quin per ipſius os loquatur Spiritus S., ut, ſi mala noſtra nobis ingentia & intolerabilia videantur, ea comparemus cum iis, quæ Jobus perpeſſus eſt: quumque longe magis, quam nos ferre poſſimus, afflictus ſit, ne ſimus nimis delicati, & quaſi tirones, quum mala nos prement, Deuſque in nobis affligendis modum excedere videbitur. Quomodo? Nonne tantundem Jobo accidit? quin malum, quod paſſus eſt, nonne hoc meo gravius & atrocius fuit? En igitur, quomodo ad patientiam debemus erudiri iis, quæ pluribus hic nobis declarantur de afflictionibus, quas Jobus perpeſſus eſt. Interim venit ad id, quod tetigi, quod nimirum malum internum erat, nec duntaxat irriſionibus, opprobriis & contumeliis ſibi illatis premebatur, ſed proſtratus erat in ſe ipſo: ſi enim quiſpiam læto & hilari ſit animo, quamvis inimicos habeat, & ſciat, illos paſſim de ipſo detrahere, is non tam angitur & excruciatur animo, quam is, qui penitus proſtratus eſt & ſuccumbit oneri. Ac ſane ſi quiſpiam animadvertat ejuſmodi crudelitatem in hominibus, ut illi non contenti ſint malo, quod ipſe patitur, ſed magis ac magis accendant ignem, & fodicent ipſum, quamvis ſemimortuum, & unuſquiſque plagam inferat ad illum vulneribus concidendum, & cruciatus, quo jam ad ſummam mortem, noſque multis periculis obſeſſos videremus. Tunc imaginamur, Quomodo? Verum eſt, me jam hoc malum pati, ſed illud nihil eſt: aliud enim malum inſuper mihi poteſt accidere: præterea hoc & illud eſt. Quando igitur pericula ſic intuebimur, nobiſque, una aliqua morte liberatis, ſecunda & tertia imminere videtur, en quod facit ut expaveſcamus. Atque hoc eſt, quod Jobus intellexit, quum dixit, Se intus pavoribus correptum fuiſſe. Hic autem locus diligenter debet à nobis obſervari: unum de præcipuis bonis, quodque etiam naturaliter appetunt homines, hoc eſt, ut nimirum ſecuro & intrepido ſimus
animo. Deus etiam de ſuis benedictionibus loquens, *Levit.* 26.
ante omnia pollicetur, nos quietos fore, ſe nos ſub cu- *verſ.* 6.
ſtodia & protectione ſua habiturum, nos ita placide dormituros, ut, ne quis nos excitet, non timeamus, nos ſine metu etiam ſub arbore in via cubituros, nos denique, etiam non clauſo oſtio, janua nullis vectibus & peſſulis munita, tutos & ſecuros fore, quamdiu ſub ejus manu & protectione delitеſcemus. Videmus tamen, quid Jobus dicat, ſe pavore correptum fuiſſe.
Nullam igitur amplius in Deum fiduciam habuiſſe, *Pſal.* 3.
ac proinde præcipuo bono, quod optamus, quod *verſ.* 6.
etiam Deus ſuis pollicitus eſt, privatus fuiſſe videtur. Verum autem eſt, fideles ſemper ita quieto & tranquillo animo eſſe, ut poſſint in ſuis malis lætari, & quidem, quia confidunt in bonitate Dei, Deumque ipſos nunquam oblivioni tradituros, perſuaſi ſunt. En igitur quietem, quæ nunquam fidelibus omnibus, quamdiu in Deo confidunt, deeſſe poteſt: id Jobus ex parte ſenſit. Sed interim notemus, Deum interdum ſuos in ejuſmodi turbas conjicere (ad breve tempus intelligo) ut, ubi locorum ſint, neſciant, ut S. Spiritus gaudium in illis ſit quaſi proſtratum & ſuffocatum, ut non poſſint ad Deum confugere, nec ſibi perſuadere, Deum pro ipſis excubare, ita ut pro certo ſic apud ſe ſtatuant, Quicquid ſit, tamen me Deus conſervabit: verum eſt, me non animadvertere, ipſum velle mihi opem ferre, ſed nihilominus Deum patienter exſpectabo. Fideles igitur interdum non erunt penitus de Dei auxilio certi & perſuaſi, ſed tantis æſtibus & procellis agitabuntur, ut, quid ſibi futurum ſit, neſciant, ita concutientur, ut quies ipſorum in perturbationem convertatur. Quid igitur facto opus eſt? Ut cognoſcamus, quo, & quidem in omnibus noſtris rebus adverſis, quieto & tranquillo ſimus animo, nobis primum ad Deum confugiendum eſſe, tum pro certo & rato nobis illud habendum, eum non fruſtra pollicitum eſſe, ſe nobiſcum ſemper futurum. Meditemur igitur promiſſiones Dei, ipſis undique muniamur, quo quieti & tranquilli ſimus in omnibus noſtris afflictionibus: nihil enim eſt, quod nos præter ſpem auxilii divini poſſit confirmare, & ſecuros reddere. Quamdiu id habemus, non poſſumus, niſi recti & in pedes, ut dicitur, cadere: ſed ſtatim atque nos

à Deo

Digitized by Google

nullo modo in Dei bonitate ſperare poſſe videantur: nunquam tamen deficient, ſed ejus auxilio & ope, quamvis ſecundum ſuum ſenſum naturalem non poſſint ipſam animadvertere, ſublevabuntur. En igitur, quomodo in noſtris angoribus nos gerere, & hanc doctrinam, ut ex illa utilitatem capiamus, ad praxin revocare debeamus. Quando autem Jobus adjicit, Deum ipſum ad terram uſque afflixiſſe, tum ſe pulveri & cineri ſimilem factum fuiſſe, (antea enim dixerat, veſtimenta ſua mutata eſſe, & tanquam pelli ſuæ adhæſiſſe;) eo oſtendit, ſe penitus proſtratum fuiſſe, nullamque ſibi vitæ guttam ſupereſſe, ita ut dici poſſet, Ecce hominem penitus conſumtum, nihil in ipſo eſt præter mortem, quæ in illum dominationem exercet: illis enim vocabulis, terræ, pulveris & cineris, ſignificat, non ſolum virtutem ſuam defeciſſe, ſed ſe jam inſtar cadaveris, & quidem ſemiputris, eſſe. Jobus igitur oſtendit, in ſumma illa, quam patiebatur, afflictione ſibi nullum vitæ ſignum ſupereſſe: ſed potius ſe condemnari, atque adeo jam ab omnibus condemnatum eſſe. In quo oſtenditur nobis, fiduciam noſtram non debere rebus viſibilibus eſſe affixam, ſed in media morte nobis in Deo ſperandum: & quamvis de nobis actum eſſe videatur, illam tamen vitam, quam Deus nobis pollicitus eſt, amplectendam & apprehendendam eſſe. Interim vero notemus, virtutem Dei non eſſe mediis humanis & mundanis obnoxiam: ſed ipſum ratione nobis incomprehenſibili, & quidem arcana, operari. En iſta duo, quæ, ut ſimul conjuncta ſunt, ita etiam nobis ex hoc loco ſunt obſervanda. Cur enim diximus, fidem non debere eſſe incluſam in eo, quod cernitur, niſi quia virtute Dei ea fundata eſt? Virtus autem illa eſt infinita, nec ex mediis hujus mundi, aut eo quod cerni poteſt, æſtimanda eſt. Deus enim ratione nobis incognita operari poteſt: quumque ita ſe res habeat, fidem etiam noſtram ſe proferre & dilatare oportet. Ut itaque bene hanc doctrinam capiamus, à ſecundo, quod attigimus, incipiamus, nempe potentiam Dei, per quam ad noſtram ſalutem operatur, non eſſe his rebus inferioribus circumſcriptam, nec dicendum eſſe nobis, Deus ſic aget, quia ordo naturalis talis eſt, aut quia id veriſimile videtur, ejuſque ſpecimen aut documentum aliquod habemus, aut quia hoc vel illud medium præſto eſt: hoc enim eſſet magna ipſum injuria & contumelia afficere, quum id, quod in Deo eſt, ſit infinitum. Non eſt igitur nobis in noſtris imaginationibus includenda potentia Dei: ut bonitas Dei eſt infinita & abyſſus quædam, ſic etiam ipſius ſapientia & juſtitia: idem nobis de ejus virtute dicendum eſt. Quando autem volemus eam potentiam & virtutem comprehendere, numquid illam cerebro noſtro includere poteDei noſtri inæſtimabili fundari oporteat, ut nimirum, quando fiduciam noſtram in ipſum reponimus, non ſic apud nos inquiramus, Numquid Deus aliqua remedia ad manum habet? Num res ſunt veriſimiles? Num aliquid in nobis habemus, quod poſſit ad eam rem conferre? Minime, inquam; ſed Deo notum eſt, quomodo rem ſit perfecturus: exſpectemus igitur ipſum patienter. Nunc vero, ut dixi, debet ſe fides noſtra ſuper potentiam Dei proferre: quumque Deus non habeat potentiam certa menſura circumſcriptam aut concluſam, mediiſque humanis ſeu naturalibus obnoxiam, debet etiam ſe fides noſtra ſurſum & deorſum, ita ut ſit infinita, proferre. Verum eſt, ipſam nunquam ut par eſt perfectam fore, noſque ejus duntaxat portionem aliquam habituros: nobis tamen laborandum eſt, & quamvis fides noſtra debilis ſit, eamque certa duntaxat menſura acceperimus, nobis tamen ad eum ſcopum collimandum eſt. Qualem vero? ut nimirum in Deo noſtro conquieſcamus, ut ab ipſo ſalutem exſpectemus. Quomodo vero ipſum exſpectabimus? Numquid nobis his rebus terrenis hærendum eſt? Minime: ſed unuſquiſque ſe ſtimulet & ſollicitet, ut ſic apud nos reputemus, Domine, tu es omnipotens: ſervabis igitur nos pro tua potentia, quæ nobis eſt incognita. En, quod nobis hoc in loco oſtenditur. Quum igitur Deus nobis ejuſmodi virtutis ſuæ ſpecimen & documentum in Jobo dederit, id nos eo magis confirmet. Tandem Jobus ſermonem ſuum ad Deum dirigit, poſtquam loquutus eſt de contumeliis & probris, quibus afficiebatur, poſteaquam etiam de pavoribus, quibus correptus erat, conqueſtus eſt. Ait igitur, *ſe, quamvis ad Deum ſe convertat, ipſius invocandi cauſa, ab eo tamen non exaudiri, & quamvis in propoſito illo ſuo fixus maneat, & Deum exſpectet, illum tamen ipſius non miſereri*, & ne dignari quidem ipſum aſpicere: quodque gravius eſt, *illum ſe ad ipſum inſtar crudelis hominis convertiſſe.* Hæc vero longe omnium graviſſima eſt tentatio: nam ſi malum nobis accidat, ſcimus nos eâ conditione in hoc mundo collocatos à Deo fuiſſe, ut variis modis tentemur, multis miſeriis affligamur, quo vitam hanc caducam nihil eſſe diſcamus: præterea ſi dolore aliquo afficimur, id requirit noſtra fragilitas: ſi ad nos conſolandum non ſuppetit nobis animi conſtantia, id adhuc noſtræ debilitati imputamus. Sed quum ad Deum confugimus, nec tamen ab ipſo mala noſtra allevari ſentimus, verum is in ipſis connivet, denique ipſum invocantes tempus & operam perdere videmur, tunc ad malorum noſtrorum ſummum pervenimus. Cur? Quoniam ſummum eſt hoc remedium, quod Deus nobis offert: Quum eritis quaſi deſperati, quin etiam tanquam mortui, venite ad me, & ſentietis, me virtute præditum eſſe ad vos vivifican-

Digitized by Google

enim Deum, qui nobis fores aperit, quum ait, ſe
omnibus iis, qui ipſum in veritate invocant, propin-
quum eſſe. Sed nunc, inquit Jobus, te, quum quæro,
non invenio, quum te invoco, non reſpondes mihi,
pulſo fores, nec eæ aperiuntur. Quomodo vero ſic
loquitur? Primum enim poſſit quæri, an non Deus
Pſal. 145. promiſſionem illam factam fidelibus, qua confirmat,
verſ. 18. ſe illis, ipſum invocantibus, propinquum fore, imple-
verit: nam quamvis loci illi Scripturæ nondum per-
ſcripti eſſent, Deus tamen nihilominus ſuorum mi-
ſertus eſt: ſed poſtea, quum id voluit & curavit ſcri-
ptis conſignari, qualis eſſet, & qualem ſe ſemper ex-
hibuerit, oſtendit. Si igitur Deum precando Jobus
operam luſiſſet, vanæ & falſæ eſſent illæ promiſſio-
nes, Deum iis, qui ipſum invocabunt, propinquum
fore: ſe illos exauditurum, &, quæcunque in nomine
Joan. 15. Domini noſtri Jeſu Chriſti poſtulabuntur, conceſſu-
verſ. 16. rum, quin etiam ſe, antequam os aperuerimus, ad no-
& 16:13. bis opitulandum paratum eſſe. Notemus vero, Jo-
Eſa 65. bum, etiamſi nunc non animadvertat, Deum velle
verſ. 24. ipſi ſuccurrere, tandem tamen id intelligere: utque
id ſentiat, ſicut etiam ex eo, quod illi accidit, videmus,
effecit Deus. Notemus igitur, de auxilio Dei ex uno-
quoque temporis momento non eſſe judicandum,
(hoc enim eſſet nimis ipſum reſtringere;) ſed exſpe-
ctemus exitum: quod ſi videmus, Deum non habuiſ-
ſe aurem apertam, tunc quum ipſum precati fuimus,
felix tamen ſemper fuit afflictionum noſtrarum exi-
tus, quum in Deo invocando perſeveramus. Cur?
Quia videmus, quid Jobo acciderit. In incredulos
enim duntaxat ejuſmodi minæ cadunt, quum dicitur,
1 Sam. 8. Clamabunt, & non exaudientur. Si enim clamamus,
verſ 18. & quidem in ſpe & fide, certum eſt, hanc promiſſio-
2 Sam. 22. nem, cujus modo mentionem fecimus, firmam & cer-
verſ. 42. tam nobis futuram. Sed increduli, quia clamantes
Pſal. 18. mugiunt & ululant duntaxat, nec ullam fidem ha-
verſ. 42. bent in Deum, & quamvis ſe ſine ipſius ope perditos
Jer. 11. eſſe intelligant, de eo tamen non cogitant ut par eſt,
verſ. 12. ideo non exaudiuntur. Quando igitur hanc tenta-
tionem Jobo accidiſſe videmus, ut clamaverit, nec
tamen exauditus ſit: concludamus, ſi Deus diſſimu-
let, ſe nos audire, non propterea tamen inde ſequi,
ipſum preces noſtras ſpernere & repudiare: nam diſ-
ſimulat, ut nos ad perſeverandum in precibus indu-
cat. Neque enim ſatis eſt, ut ſemel Deum precemur,
& dicamus, Heu! Domine, non miſereberis mei? ſed
in eo perſeveremus oportet: quod ſi differat, nihilo-
minus tamen ſemper ulterius pergamus, donec nos
ab eo exauditos eſſe intelligamus. Cæterum note-
mus, Deum, quamvis diſſimulet ſe preces noſtras au-
dire, ſatis tamen reipſa eas auditas eſſe comprobare.
Idque ita eſſe ut appareat, ecce Jobum, qui conqueri-
tur, quod clamans non ſit exauditus: plus quam ta-
men in abyſſum detruſus fuiſſet, niſi Deus preces
ejus exaudiviſſet; ſed id non ſentiebat ille. En vero,
eſt hodie imminuta. En igitur, quomodo depu-
gnandum nobis eſt, ut adverſus tentationem omnium
longe maximam, quæ ſe nobis offert, quum Deum
invocantes non exaudimur, plenam victoriam con-
ſequamur. Sed adhuc quid gravius eſt, quando Jo-
bus dicit, *Tu te adverſus me convertiſti, & crudelis
animum & mores induiſti.* Hoc vocabulo ſe non mo-
do malis & afflictionibus, quibus premebatur, non li-
beratum, aut ſublevatum fuiſſe ſignificat, ſed ignem
viſum fuiſſe eo magis accendi, gurgites ſe in vaſtio-
rem hiatum diducere, denique conditionem ſuam de-
teriorem redditam fuiſſe Deum precando, quaſi Deum
admoneret, ut vehementius ipſum affligeret. En igi-
tur jam magnam tentationem, quum quis in calami-
tate conſtitutus, licet Deum precetur, non tamen
exauditur: quam Jobus expertus eſt, & ſubinde no-
bis experiri contingit: ſed, ſi penitus res inſpiciatur,
longe illud gravius eſt, quum tantum abeſt, ut, Deum
precando, quidquam proficiamus, ut Deus eo magis
ſtimulari & irritari adverſus nos videatur. Quomo-
do? Vos mihi importuni eſtis, & me obtunditis,
ego vos tot malis premam, ut ſuccumbere cogami-
ni: plagæ, quas vobis prius incutiebam, leves erant,
vos parvo digito duntaxat attingebam, ſed nunc
magnis ictibus in vos irruam, enſem, ad vos peni-
tus opprimendos, diſtringam. Videmur igitur in
precibus noſtris ſæpius nihil aliud proficere, quam
quod Deum admonemus, ut ſeverior & aſperior
ſit, noſque eo magis vexet, afflictiones exacerben-
tur, & eo uſque, dum nos obruerint, inundent &
effundant ſe. En, quod fidelibus interdum, ut
unuſquiſque in ſe experitur, accidet. Quid igitur
tunc faciendum eſt? Notemus diligenter id, quod
hic nobis à Jobo declaratur: id nempe novum non
debere nobis videri, quum Deus ſic vult noſtram
fidem probare, ita ut in languore detineamur, &
malum noſtrum augeatur: quamvis enim ſtatim
non exaudiat nos, ſed potius præ ſe ferat, ſe eo
magis irritatum eſſe: quamvis, inquam, id ſe co-
gnitioni & ſenſui noſtro offerat, eum tamen opem
laturum, & prout mala noſtra augebuntur, ita
nobis ſubventurum, ut nunquam nos deficere pa-
tiatur, confidamus. Manu itaque ejus ſemper, &
quidem ratione nobis incognita, ſuſtentabimur:
ſimulque, poſtquam ſatis fidem noſtram probarit &
exercuerit, efficiet, ut ſentiamus, ipſum, quum nos
maxime affligebat, à nobis nequaquam remotum
fuiſſe. En igitur, quomodo hic locus nobis obſer-
vandus eſt, ut, ſi in ſpeciem non exaudiamur, non
deficiamus tamen, &, quamcunque tentationem no-
bis Deus immiſerit, non obruamur aut vincamur,
ſed potius perſeveremus: quin etiam, licet mor-
tem oculis noſtris præſentem intueamur, & ad gur-
gites uſque inferni prope præcipitemur, non dubi-
temus, quin, quomodo Deus ille optimus ſervum

Digitized by Google

deficere.

23. Scio, te me in ſepulcro poſiturum, & in domo omnibus viventibus deſtinata.

24. Nemo tamen illuc mittet manum ſuam, etiamſi multi in afflictione ſua clament.

25. Nonne flevi cum iis, qui habebant dies duros? & anima mea nonne contriſtata fuit ſuper egenum?

26. Bonum exſpectavi, & venit mihi malum; ſperabam lucem, & ecce tenebras.

27. Viſcera mea fervent, nec eſt ulla quies in tempore afflictionis.

28. Atratus ambulavi, & in cœtu exclamo.

29. Frater ſum draconum, & ſocius ſtruthionum.

30. Cutis mea nigra reddita eſt ſuper me, & oſſa mea exſiccata ſunt.

31. Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

SUperius expoſuimus, quam magna fuerit ea tentatio, quam Jobus ſuſtinuit, quum Deum precando nihil proficere ſibi viſus eſt. Hoc enim extremum eſt omnium noſtrorum malorum perfugium: atque adeo ſingulare eſt hoc remedium, nec unquam nobis deeſſe poteſt. Quando igitur nos noſtra exſpectatio fruſtrata eſſe videtur, Deus ſurdum ſimulat, denique precibus noſtris nihil proficimus: en infernum, tanquam apertum coram nobis, nos denique in deſperationem incidere oportet: & quidem, niſi Deus nos ſuſtineat, & non ſine cauſa ſe auxilium ſuum differre, oſtendat. Si igitur Deus hic non ageret virtute quadam ſingulari, certum eſt, nos in abyſſum uſque præcipites lapſuros, quum, ipſo invocato, non ſublevamur in malis noſtris. Quum autem id Jobo acciderit, ſe ejus exemplo unuſquiſque noſtrûm præparet: quod ſi Deus aliquando (ut & interdum accidit) nos languere patiatur, nec ab eo ex animi noſtri voto & ſententia auxilium accipiamus, adverſus ejuſmodi tentationem pugnemus, quin etiam demus operam, ut Deo obſequamur. Neque enim ſatis eſt, ut ipſum precemur, ſed animos noſtros frenatos cohibeamus oportet: quod ſi malum nos urgeat, & ita vexemur, ut prope ſuccumbamus, nihilominus in ea ſimplicitate, cujus hic fit mentio, permaneamus. Atque ita, ſi ad tempus voluntati Dei noſtri ſubditi fuimus, in eo ad finem uſque perſeveremus: quod ſi interea nobis videamur nimis premi & onerari, hujus exempli nobis veniat in mentem, exituſque doceat nos, Deum, quamvis ſe à ſuis occultet, nec ſtatim ipſis vim ſuam viſibilem & ſenſibilem reddat, nunquam tamen illorum, quin eos tandem exaudiat, & quidem quum tempus opportunum eſſe cognoſcit, obliviſci. Sed retineamus præceptum, quod nobis ſuggerit Apoſtolus, fidem cum ſapientia conjunctam eſſe debere, noſque in multis pugnis, antequam ad triumphum veniamus, exercendos eſſe: hæc enim vita pugnis deputata eſt. Sequitur in textu, quem jam attigimus, *Deum ſe crudelem exhibuiſſe erga Jobum.* Quando vero ſic loquitur, non accuſat Deum injuſtitiæ; ſed mali, quod ſenſit, magnitudinem oſtendit. Poſſumus igitur crudelitatem vocare ſeveritatem immodicam, quæ nos excruciat, ſed tamen non inde ſequitur, ut à nobis Deus condemnetur. En igitur, quæ ſit Jobi mens. Utque hoc melius capiamus, quæ jam ſuperius declarata ſunt, retineamus, fideles nimirum manu Dei preſſos angorem animi tam horrendum, ut exprimi non poſſit, ſentire. Non ſine cauſa David, de afflictionibus ſibi à Deo immiſſis conquerens, his ſimilitudinibus utitur, ſe ad imas uſque abyſſos deſcendiſſe, lucis ſe ne guttam quidem amplius habere, oſſa ſua tanquam putria eſſe, medullam exſuctam eſſe, vigorem ſuum omnem periiſſe, linguam ſuam palato adhæſiſſe, ſe morti, ut nullum ſibi remedium ſuperſit, addictum eſſe. Quando ſic loquitur, notemus, eum vehementiam doloris & anxietatem animi, qua fideles anguntur, quando apprehendunt iram Dei, exprimere voluiſſe: id enim omnia noſtra mala ſuperat, ſi Deum nobis adverſarium eſſe concipiamus animo. Et quo magis ipſum timemus, eo magis anxietas noſtra & cruciatus animi noſtri augetur: increduli enim, contemtores Dei, omnes profani, ſunt quaſi ſtupidi. En tibi aliquem, qui in peccatis occalluit. Si Deus ipſum affligat, verum eſt, eum cogi exclamare, Heu! ſed tamen manum, quæ ipſum percutit, non reſpicit: ſentit quidem ictus & plagas, ſed ea ſibi à Deo immitti non cogitat: fideles vero, quoniam omne ſuum bonum & ſalutem in gratia Dei, & bonitate ejus paterna conſiſtere norunt, conſolantur ſe in omnibus ſuis afflictionibus: ſed ſi illis adverſarius eſſe Deus videatur, aut ipſos projeciſſe, aut ab illis receſſiſſe, etiamſi bene & commode ſit ipſis, omniaque ex animi ſententia ſuccedere videantur, ejuſmodi tamen horrorem concipiunt, ut, quid ſibi futurum ſit, neſciant. Atque ea cauſa eſt, cur Ezechias dicat, Deum adverſus ipſum inſtar leonis crudelem eſſe, ipſique omnia oſſa dentibus contriviſſe. Propoſitumne eſt Ezechiæ de Deo conqueri, aut adverſus ipſum diſceptare? Minime. Cur igitur ipſum leoni, & feræ, quæ inhiat prædæ ad

cam

Heb. 6. verſ. 12. & 10:35.

Pſal. 69. v. 2, 3, 4. Pſal. 22. v. 15, 16. Pſal. 31. v 10, 11.

Eſa. 38. verſ. 13.

[illegible] tentationes, minime dubium eſt, quin temere & cæco impetu ruens loquatur: ac proinde non ſunt nobis in exemplum trahenda, quæ ab ipſo dicuntur, quaſi ea imitari nobis liceret: ſed ſciamus, quamvis aliquis conetur ſe cohibere, ipſum tamen ſuas infirmitates nunquam ita ſuperare poſſe, quin ſemper aliquid in ipſo condemnandum reperiatur. Eo vero magis attenti eſſe debemus ad affectus noſtros tanquam freno aliquo cohibendos, quum, quantumvis in id enitamur & incumbamus, non poſſimus ita Deo ſubjici, ut par eſſet. En igitur duo nobis notanda: unum eſt, quod, quando Deus ſe nobis adverſarium oſtendit, & pro eo, quod nos ab ipſo in gratiam & dilectionem gratuitam receptum iri ſperabamus, ipſum nobis adverſarium eſſe exiſtimamus, peccata noſtra nos redarguunt, nec aliud quidquam quam ſigna maledictionis in nos ſentimus, fieri nequit, quin ad ſummum excruciemur. En unum notandum. Et hæc quidem doctrina valde neceſſaria eſt, ut unuſquiſque ſe in tempore præparet, ut, quum eo deveniemus, præmuniti ſimus, ne in ſummam deſperationem cadamus, ſed in mediis abyſſis conſolationem aliquam Dei guſtemus, ut patienter meliorem exitum, quam poſſimus animadvertere, ſperemus. Quare, ne tantopere id exoptandum nobis videatur, ut nunquam angamur animo, aut expaveſcamus: id enim potius incredulis convenit, & contemtoribus Dei, qui, ut à nobis declaratum eſt, penitus obbrutuerunt. Sus & bos non ſentiunt malum, niſi quatenus fert ipſorum ſenſus: eadem ratio eſt iſtorum infamium, qui in ſenſibus ſuis prorſus obſtupuerunt, nec aliud quærunt, quam ut Deum oblivioni tradant, memoriamque nominis ipſius pedibus proculcent. Contrà ſciamus, expedire nobis, ut ex ejuſmodi ſtupore excitandi, iram Dei ſentiamus, quo majori cum ſollicitudine ambulemus, & eo pacto nos deprimere diſcamus: nunquam enim homines ſuarum infirmitatum convictos ſe eſſe ſentient, niſi ſeipſos ad Dei tribunal citent, & reos peragant, ut dictum eſt. Beatus is eſt, qui ſe ſollicitat, & in ſui ipſius examen deſcendit. Cur? Quia exitialis eſt negligentia, quum ſtupore oppreſſi ſunt animi noſtri. Quum itaque nobis utile ſit, & expediat pro ſalute noſtra, ſollicitis eſſe: ſciamus, non ſine cauſa iræ ſuæ ſenſum Deum nobis imprimere, ut eo melius de peccatis noſtris cogitemus. En unum. Ad ſecundum autem quod attinet, notemus, nos nunquam ita ad Dei noſtri obſequium redigi, aut ita moderari affectibus noſtris poſſe, quin in nobis adhuc multæ ſint repugnantiæ; ſicuti videmus, Jobum, qui patientiæ nobis fuit ſpeculum, non ita ſe inhibuiſſe, ut, quum de Deo loquutus eſt, modum tenuerit: neque enim ea reverentia, qua debuit, in eo ſe geſſit, ſed ſe quaſi præcipitem hac tentatione abripi paſſus eſt, à qua tamen non plane victus eſt, quam-

exemplis duntaxat, quæ oculis vidimus, & experientia, quam habuimus, apprehendamus: ſed cognoſcamus, Deum nos ratione nobis incognita tentare poſſe, & quidem ita, ut pluſquam conſternati ſimus. Quumque id cognoverimus, precemur ipſum, ut velit nos neceſſario tempore confirmare: & quamvis in ſpecie nihil aliud undique videamus quam ſepulcra, videamurque nobis non ſolum in mortem corpoream, ſed ad inferos uſque præcipitandi: nihilominus in timore Domini noſtri perſeveremus, in fiducia bonitatis ejus innitamur, certo & penitus de ejus promiſſionibus perſuaſo animo ipſum invocemus, & ad eum confugiamus: & quidem quamvis reluctentur ſenſus noſtri, omniſque nobis ad illum aditus intercluſus eſſe videatur. En igitur, quod nobis in his locis meditandum eſt. Ne igitur ſupervacaneum eſſe putemus hoc loquendi genus, quum ventorum & turbinum mentio fit, quum dicitur Deus feciſſe, ut inequitaret aëri: iſta enim eo ſpectant, ut oſtendatur, Deo ad manum & præſto eſſe miras & ſtupendas caſtigationum ſpècies, quibus, ſi velit, nos affligere poſſit, illaſque adeo à nobis multo ante præmeditatas, & prævisas animo, non debere nobis præter opinionem accidere. Cæterum, ſi non ſentimus in nobis tam magnas & tam inſignes afflictiones, ſciamus, id eo fieri, quod Deus nos indulgenter habeat & toleret. Quum igitur aliquid mali patimur, quid nobis agendum eſt? Si vexamur & affligimur, pluſquam noſtro quidem judicio par ſit, Jobi exemplum ſumamus. Quomodo? Nondum extrema omnia paſſus es, ſicut bonus ille Dei ſervus. Quid in cauſa eſt, niſi quod Deus tuæ debilitatis rationem habet? Non vult autem te ita aſpere & ſevere tractare, quamvis poſſit, & juſtas cauſas habeat; eſt enim ſatis in te materiæ, cur te ſic affligat. Vides igitur, quomodo erga te humanitate utatur, quamcunque aſperitatem & ſeveritatem ſentias, nondum tamen ita excruciaris, ut poſſis dicere, ipſum ad te inſtar leonis crudelis veniſſe, teque in fruſta diſcerpſiſſe. Non potes iſta omnia proferre: potes igitur adhuc bonum illum Deum invocare, & ad eum reverti, quumque is ſe erga te humanum & miſericordem præbeat, Pater adhuc & Servator tuus erit. En igitur, quomodo iſta comparatio debet nobis prodeſſe, & moderandæ ſunt perturbationes noſtræ, quum animum noſtrum [illegible] nimia acerbitate & tædio irritari ſentimus, & ad indignationem, quæ nos ad rebellandum inducat, ſollicitamur. Iſta igitur, quæ hic proponuntur, nobis meditanda ſunt. Jobus autem denuo coram Deo exponit, ſe miſerum hominem fragilem & morti propinquum eſſe, ideoque mirum eſſe, quod ſic illum Deus perſequatur. *Scio*, inquit, *te me miſſurum ad ſepulcrum, & domum omnibus viventibus deſtinatam.* Quum conditio hominis ea ſit, ut illos collocaris hic

infe-

Digitized by Google

flore & vigore nos comparari herbæ, quæ hodie viridis eſt, ſed ea, ſi ſecetur, illico marceſcit, &, humore omni amiſſo, exareſcit. Si iſta Deo propoſuerimus, eo ſpectabunt, ut eum nobis propitium reddant, quo nos miſeriis noſtris liberet, non quod Deus opus habeat ſic admoneri, (longe enim melius quam nos noſtras infirmitates agnoſcit, non igitur opus habet admoneri;) ſed ſicut ipſum noſtri cauſa precamur, ſic etiam petitiones omnes & rationes, quas in precibus noſtris ponimus, ad uſum & utilitatem noſtram ſpectant. Quando igitur homo Deo proponit, ſe miſeram creaturam fragilem eſſe, ſe in ſeipſo, tanquam in ſpeculo aliquo, intuetur, ac proinde ſe ad humilitatem erudit. Si de conditione noſtra non cogitamus, ſemper faſtu aliquo & ſuperbia inflabimur, aut, ut par eſt, ad conſequendam miſericordiam non diſponemur: ſed ſi Dominus noſter nos eo adducat, ut in nobiſipſis proſternamur, eo melius ad auxilium ipſius, & quidem cum fervore & zelo religionis longe majore, quærendum diſponemur. Cæterum Dominus noſter gratum quoque & acceptum habet cultum illum, quem ante omnia requirit, nempe ſpiritum contritum & proſtratum, ut dicitur in Pſalmo quin- *Pſal. 51. verſ. 19.* quagesimo primo. En igitur, quomodo Deo fragilitatem noſtram proponere poſſumus, nos nihil aliud eſſe, quam pulverem & putrefactionem, nihil eſſe, aut etiam nihilo quid minus: quo eo pacto ad nos in gratiam recipiendos inducatur. Sed notemus, tædium, expoſtulationes, irritationem & exacerbationem animi, nulla denique murmura precibus noſtris admixta eſſe debere: ut ſane hic nequaquam ſe Jobus ut moderatum præbuit. Quomodo enim dicit, Scio mihi eundum eſſe in ſepulcrum & domum omnium viventium? Nemini dubium eſt, quin hic vehementiorem aliquam perturbationem, qua tentatur, prodat, non quod ea victus ſit: ſed tamen in ſe eam rebellionem ſenſit, ut ſe, ſicuti debuit, non penitus voluntati divinæ ſubjecerit: quaſi diceret, Domine, tu hic me probas, me perſequeris, quis vero ego ſum? Numquid te ita ſeverum & aſperum erga miſeram creaturam, quæ nihil eſt, præbere debes? Nobis igitur ab ea impatientia cavendum eſt. Et in eo videmus quænam ſit corruptio naturæ noſtræ, nam in rebus etiam optimis ſemper aliquid vitii admixtum erit, niſi Deus nos miraculoſe ſervet. Jam dixi, bonum & ſanctum eſſe, ut homines afflicti manu Dei, ad obtinendam ab ipſo miſericordiam, proponant ſuas infirmitates, nihil eſſe ſuam vitam oſtendant, ſe nullam virtutem habere, mortem denique unoquoque temporis momento ipſis minari. En igitur rem bonam & ſanctam, hocque ad nos deprimendos confert, ut Deo ſacrificium, quod tantopere ipſi gratum eſt, poſſimus offerre. Id tamen in malum convertimus, ſicut hic exemplum habemus. Si quiſpiam Deo proponat, Dominus ſuſcipiat. Interim nobis ad Jobi mentem redeundum eſt. Ait, Eſto, vado in ſepulcrum: *Scio autem, neminem eo uſque extenſurum manum ſuam: aut Deum non extenſurum eſſe.* Sed ſenſus naturalis eſt, Etiamſi multi me lugeant, nullus tamen manum ſuam proferre poterit ad mihi opitulandum, quum morte correptus fuero, nuſquam remedium apparebit, omnia auxilia humana deficient. Videmus igitur, hanc Jobi mentem eſſe, ut dicat, Quum, ô Domine, mors nos exſpectet, nobiſque ſit deſtinata & denunciata, quumque mortui penitus deficiamus, nulluſque adeo nobis opitulari poſſit, ſaltem aliquas inducias nobis concedas, quamdiu hic ſumus. Cur tanta adverſus nos ſeveritate uteris? En in ſumma, quod Jobus voluit dicere. Jam vero oſtendi, quomodo nobis iſta querimonia liceat uti, nempe modo adverſus Deum non diſceptemus, aut obloquamur. Sed interim notemus, ne huc deveniamus, ut adverſus Deum & ejus flagella inſurgamus, nobis hoc præterea conſiderandum eſſe, nempe quod, quamvis ad mortem tendamus, & ſemper quaſi alterum pedem in ſepulcro habeamus, ſcimus tamen, Deum, ut inde nos extrahat & liberet, manum ſuam exeruiſſe. Cur enim Jeſus Chriſtus deſcendit in hunc mundum? Cur etiam ad inferos uſque deſcendit, hoc eſt, angores & cruciatus omnibus peccatoribus debitos ſuſtinuit, niſi ut illis nos liberaret? Qui igitur nunc bonam ſpem concipere non poſſunt, ut lætentur in morte, perinde faciunt, atque ſi negarent, Chriſtum ipſam pertuliſſe: quia enim Filius Dei, eo uſque ſe demiſit, ut maledictioni noſtræ obnoxius *Gal. 3:13.* fuerit, ut manum Dei infenſam & adverſariam ſenſerit, id eo fecit, ut nos morte liberaret, ſeque nobis victoriam, quam adeptus eſt, peperiſſe confirmaret. Quum itaque is imperium habeat in mortem, ſemper oculis noſtris ejus reſurrectio obverſetur, & ſciamus, Deum, quo nos Satanæ ſervitute liberaret, manum *1 Cor. 15. verſ. 57.* ſuam potentem & victricem exeruiſſe: tum in eo cognoſcamus, ſi in hac vita mortali multa nobis ſint mala perferenda, Deuſque velit nos exercere, mirum id minime videri debere, nec nobis, ad has querimonias & expoſtulationes, quæ hoc loco proponuntur, veniendum eſſe: Sed quid ego ſum? Quum per hunc mundum tranſivero, mihi eundum eſt in ſepulcrum, nec quiſquam poterit mihi opem ferre. At non deerit nobis auxilium, quum Jeſum Chriſtum in Redemtorem noſtrum habebimus, qui ſe pro nobis vadem & prædem conſtituit, qui dolores mortis abolevit, qui Satanæ vincula fregit, qui, ut nos in libertatem aſſereret, portas æneas contrivit. Quando igitur iſta cognoſcimus, ſimus patientes in mediis hujus mundi ærumnis & afflictionibus, ſcientes nobis hic pugnandum eſſe, ſuperius vero in cœlo nobis quietem paratam: quod ſi hic pugnamus, ſciamus triumphum in cœlo certo nos manere. En igitur quod nobis

medi-

Digitized by Google

ipſum in Scriptura minarj iis,qui in rebus ſecundis ſe continere nequeunt: Væ vobis, qui ridetis, flebitis enim. (Luc. 6. verſ. 25.) Cur? Homines enim, quum quiete fruuntur, reſque ipſis ex animi ſententia ſuccedunt, non poſſunt ſe tenere, quin ad intemperiem abripiantur, tunc enim ſuæ conditionis obliviſcuntur, ſe à malis omnibus immunes eſſe putant,& ſunt tanquam ebrii. Quomodo ebrius temperantiæ expers eſt, ac, inſtar feræ,obvium quemque cornu ferit: idem majori hominum parti,quando Deus ipſos leniter & indulgenter habet, accidit, ut nimirum ejus bonitate abutantur, temere ruant, ſuiſque cupiditatibus laxent habenas. Ubi enim aliquis,quod comedat & bibat,affatim habet: en tibi ſcortationem, quæ ſequitur, tum infames luxus: accedent præterea blaſphemiæ, contumeliæ,violenter multa dicta & facta: erunt & ludi & alia ſimilia: denique homines, quum ipſis bene & commode eſt, ſe in ſobrietate continere nequeunt. En igitur,cur Deus homines affligit: quod nimirum animadvertit, ipſis utile eſſe, ut ſic corrigantur. Cæterum aliud adhuc malum eſt: qui enim omnia, quæ concupierunt, habent, afflictorum nulla cura tanguntur, ipſos contemnunt, quin calcibus illorum cervicem premunt. Videmus, quid in hanc ſententiam Sodomis & Gomorrhæ exprobretur: (Eze. 16. verſ. 49.) Adfuit abundantia panis, & deliciæ, poſtea crudelitas, quod indigentibus opem ferre non ſint dignati. Quoniam igitur illi, quibus bene & commode eſt, nolunt doloribus & afflictionibus proximorum participare, ſed, non ſecus quam ſi in paradiſo aliquo terreſtri eſſent, volunt ab omni miſeriarum & dolorum ſenſu immunes eſſe, Deus illos ſua vice duriter & aſpere tractat: & quoniam ipſos afflictionis, qua ſuos fratres premi viderunt,nulla commiſeratio tetigit,Deus illos vi cogat ſentire, ſe eſſe homines, neceſſe eſt: voluerunt miſeriarum humanarum ſenſum omnem exuere; at Deus ipſos invitos, ſe tales, quales ſunt, agnoſcere cogit. En igitur, doctrinam nobis obſervandam, Deum fere & ut plurimum homines affligere, eo quod proſperitatis tempore crudeles ſint, aut in gaudio ſuo immoderato inebriantur. Sed interim notemus etiam, Deum nos extra cauſas illas exercere, & arcana judicia habere poſſe, quorum nullam cauſam, ſicuti Jobo accidit, animadvertemus. Atque hæc cauſa eſt, cur conqueratur: quia enim in proſperitate ſe moderate geſſerat, Deum ſic ipſum affligere non debuiſſe, quumque humanus & placidus, lugens & triſtis cum miſeris afflictis fuiſſet, illum debuiſſe ipſi parcere exiſtimat. Sed quid? Ex eo videmus, nobis duo retinenda eſſe. Unum eſt, ut, ſi Dominus nobis res proſperas & ſecundas largiatur, otio & quiete fruamur, omnia neceſſaria nobis ſuppetant, & ad tempus à doloribus ſimus immunes, igitur, ut nos punias, atque adeo peccatorum noſtrorum, & vitæ effrenis & diſſolutæ fructum ſentiamus. En, quomodo commiſſa delicta nobis in memoriam revocare debemus, quum Deus nos aliqua afflictione caſtigabit: in primis vero videamus, an non erga eos, quibus à nobis ſubventum eſſe oportuit,crudeles fuerimus: ſi enim illos negleximus, æquum eſt, ut nos vice noſtra Deus aſpere tractet, utque hoc pacto, quando Dominus aſperitate & ſeveritate erga nos utetur,agnoſcere peccata noſtra diſcamus. En unum notandum. Sed (ut ulterius pergamus) etiamſi proximis ſubvenire conati fuerimus,illorum,quum fuerunt afflicti, commiſeratio nos tenuerit, cum flentibus fleverimus, ut admonet Paulus, (Rom. 12. verſ. 15.) nihilominus tamen diſponamur ad perferendas caſtigationes, quas viſum fuerit Deo nobis immittere, quamvis non cognoſcamus cauſam, cur illas immittat. Si in tempore proſperitatis vigilantes fuerimus, commoditatibus hujus vitæ non fuerimus abuſi,nihilominus Deus nos interdum aſpere tractabit. Si quæramus,cur id faciat, cauſa non erit ſtatim nobis in promtu: ſed id facit, ut nos deprimat, & in humilitate contineat, atque ita ipſum ſemper juſtum agnoſcamus. Ideo dixi,has duas cauſas diſtincte nobis tenendas eſſe: ut primum minas, quæ in Scriptura ſacra adverſus eos, qui ſunt crudeles in proximos, & qui in rebus ſuis proſperis obbruteſcunt, proponuntur, obſervemus. Deinde cognoſcamus etiam, quamvis aliqui ſint modeſti, ſobrii, & humani, Deum nihilominus illos extraordinaria ratione interdum affligere, ſicut accidit Jobo. Quid igitur facto opus eſt? Ut pro eo, quod hic dicitur: *Exſpectavi lucem, & ecce tenebras: ſperavi bonum, & ecce malum*: bonum, ſicut etiam ipſum nobis Deus pollicetur, ſperemus: nam, ut Paulus dicit, (1 Tim. 4. verſ. 8.) Timor Dei promiſſiones non ſolum æternæ, ſed & præſentis & caducæ vitæ habet. Sic igitur à manu Dei ſemper bonum exſpectemus: ſed non ita exſpectemus ipſum, quin ad malum accipiendum, quando illi videbitur ipſum mittere, parati ſimus: quum enim Deus pollicetur, ſe nos leniter tractaturum, & bonitate paterna erga nos uſurum, id non ſine conditione eſt. Quatenus nimirum id ſaluti noſtræ expediet. Cur? Benedictiones temporariæ ſunt ejuſmodi, ut Dominum illas nobis certa menſura largiri & admetiri oporteat. Quæ cauſa eſt? Ea, quam jam attuli, quod fieri non poteſt, aut valde difficile eſt, ut homines bonis Dei non abutantur, ipſa corrumpant, aut prorſus contra ejus voluntatem inſumant. Sic igitur poſſumus quidem ſperare, Deum, ſi bona nobis conceſſerit & largitus ſit, ſuam erga nos liberalitatem prorogaturum, quin etiam aucturum: ſed tamen exſpectationem noſtram ejuſmodi eſſe non oportet, quin interim ad malum accipiendum,

quando

Digitized by Google

quando mala nobis accident, recto mentis ſtatu exci-
damus. Cæterum diligenter concluſionis loco, quod de Jobo dicitur, notemus. Conqueritur, quod *ſocius fuerit draconum, frater ſtruthionum*, hoc eſt, ferus & agreſtis factus ſit, nec amplius unus ſit ex communi hominum numero & ordine, ſed eo uſque à Deo derelictus ſit, ut feræ ſimilis evaſerit. Quis vero ſic loquitur? Vir, qui ea ſanctimonia & perfectione vixit, ut cum Angelo potius quam creatura mortali comparari poſſet: interim videmus, quomodo tractatus fuerit. Eo admonemur nos penitus in manu Dei conſtituere: quod ſi nos ita aſpere affligat, ut in abyſſum nos penitus præcipitare velle videatur, nihilominus in ipſum ſperemus, quodque ſuperius vidimus ad praxin revocemus, ut nimirum, quamvis nos occi-
cap. 13. vers. 15. derit, ejus miſericordiam ſemper ſperemus, & adverſus certamina mortis pugnemus, ejuſque promiſſionibus innixi, firmi ſtemus, & conſtantes in omnibus noſtris malis ſimus. En quod nobis notandum eſt, mœſtitiam & angorem conjiciat, quum ita turpiter bonis ab ipſo collatis abuſi fuerimus. Nihilominus, quum Deo videbitur, ut manum ipſius in afflictionibus ſentiamus, ſive cauſam cognoſcamus, ſive ea ſit nobis incognita, ad ipſum tamen confugiamus, ſperantes fore, ut nos in gratiam recipiat, & quidem poſtquam condemnaverimus peccata noſtra, & ita ea condemnaverimus, ut ſimus certi & perſuaſi, ipſum bonitatem ſuam erga nos producturum, & effecturum, ut ſuam gratiam, donec nos omni perfectione repleverit, ſentiamus.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut eorum ſenſum ejuſmodi nobis immittat, ut ad veram pœnitentiam per ipſum adducamur, & nihilominus ipſius bonitatem erga nos guſtemus, quo in ipſa confidamus, & ad eam in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti confugiamus. Sic vero dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO CENTESIMA UNDECIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXI.

1. Pepigi cum oculis meis: quid aſpexi in virgine?
2. Quæ enim portio Dei deſuper, & quæ hæreditas Omnipotentis de excelſis?
3. Nonne eſt exciſio iniquo, & confuſio iis, qui conſpirant, & machinantur iniquitatem?
4. Nonne ipſe videt vias meas, & omnes greſſus meos dinumerat?

Jam ſuperius vidimus, quomodo Jobus ſit profeſſus ſe non talem eſſe, qualem ipſum affirmabant amici: ſibi enim perſuaſerant, ipſum à Deo reprobatum eſſe. Declaravit igitur, ſe ſancte & integre vixiſſe. Redit iterum ad eum ſermonem, nec ſine cauſa: ea enim longe graviſſima fuiſſet ipſi tentatio, ſi hypocrita haberetur, quamvis in cordis integritate & ſimplicitate coram Deo ambulaſſet. Cæterum neque illud etiam ſpectat, aut valde curat, quid de ipſo opinentur & exiſtiment homines: Deo enim notus erat. Verum eſt, non debuiſſe ipſi mirum videri, quod manu Dei affligeretur, quamvis ita, ut hic videmus & dicitur, ambulaſſet: ut tamen cauſam & finem, propter quem ſic illum Deus afflixerat, cognoſceret, utile fuit. Id autem plenius in concluſione capitis videbimus. Nunc id, quod hic continetur, conſideremus, nempe Jobum velle declarare, ſe Deo fideliter ſerviiſſe, quodque tanta & tam atrocia mala patiatur, id non accidiſſe ſibi propter peccata commiſſa, ſed ob aliam aliquam cauſam occultam, Deo tamen cognitam, quamque homines animadvertere & cognoſcere non poſſent. Primum itaque teſtatur de ſua integritate, quum dicit, *Se pepigiſſe cum oculis ſuis, ne impudico aſpectu virginem ullam intueretur.* Magnæ autem, & tanquam Angelicæ perfectionis ſignum eſt in homine, ſi is poſſit profiteri, ſe nunquam ad malum ſollicitatum eſſe. Fieri enim poteſt, ut quiſpiam repentina & levi aliqua tentatione afficiatur, & tamen non conſentiat, ſed eam deteſtetur & oderit. Ac ſane magna eſſet ea virtus, ſi quiſpiam ſenſus ſuos ſic integros, & ab omni corruptione immunes habere poſſet, ut nunquam deciperetur. Sed hic Jobus aliquid amplius dicit. Utque hoc melius intelligamus, ſciamus, vitiorum tres gradus eſſe, donec peccatum in nobis ſit formatum, dico etiam quamvis non accedat pecca- Jac. 1.
tum actuale. D. Jacobus utitur ſimilitudine infantis, v. 14, 15.
quum

Digitized by Google

hoc difficile eſſe nobis videri poſſit, nihilominus tamen neque vir neque mulier eſt, qui non id, quod modo dixi, cognoſcat, & ejus in ſe ſentiat experientiam. Verbi gratia, nobis in cogitationem veniet, quum affligimur, Numquid Deus de nobis cogitat? Nemo ſe tenere poteſt, quin ejuſmodi imaginationes concipiat: natura enim adeo corrupta eſt,& proclivis ad malum, ut fieri non poſſit, quin ejuſmodi aliqua nobis veniant in mentem. Jam vero illud vitium eſt, quum nobis in mentem venit, quamvis ipſum repellamus, ſicque nobiſcum cogitemus, Quomodo? Id ego deteſtor: blaſphemia eſt vel cogitare, Deum non miſereri eorum, qui ipſum invocant, nec velle iis, à quibus quæritur, opem ferre: id perinde eſt, atque ſi vellemus negare,ipſum amplius mundum gubernare. Quando igitur iſta nobis in mentem veniunt, en vitium, nobiſque concludendum eſt, Hei! Domine, quam miſeræ creaturæ ſumus & vanitatis plenæ,cùm res ita monſtruoſas animo poſſimus concipere? Secundum eſt, quod, quum malum nos urget, dolorque magis augetur,venimus ad has querelas, Hei! ſi Deus mei miſereretur,numquid ita languerem? Nonne illi curæ eſſet, mihi opem ferre? Quod tamen non facit: diſſimulat: ab eo itaque derelictus videor. Quum ſic nobiſcum diſceptamus, & eam dubitationem concipimus, an Deus noſtri curam gerat, nec ne: tunc cognoſcamus oportet, qualem ſe erga nos declararit, ipſius promiſſiones amplectamur, & illis innitamur atque fundemur, ut dicamus, Quicquid ſit, in Deo meo confidam,& ad ipſum confugiam. Sed quamvis tandem eam perſuaſionem, & firmitatem habeamus, ſi tamen antequam eo veniamus,dubii ſumus & ancipites animo,illud vitium majus eſt primo, jamque ſumus coram Deo incredulitatis & dubitationis rei, eo quod ejuſmodi & tam vitioſam tentationem admiſerimus. Accedit præterea tertius gradus, quum penitus proſternimur, nec habemus, quod dicamus aliud, niſi hoc: Ecce,malum vicit,Deus nimis diſtulit mihi manum porrigere: Ecce me tanquam deſperatum. Quum ſumus ita oppreſſi, ut Deum invocare non poſſimus, nec guſtum in ejus promiſſionibus, quo in ipſis innitamur & lætemur, capiamus, en tertium mali gradum, non ſecus quam ſi infans formatus in lucem edendus eſſet: ita hic nihil aliud præter actum exteriorem requiritur. Veniamus autem nunc ad Jobi ſermones: Pepigi,inquit,fœdus cum oculis meis. Diximus, hoc ſignum eſſe magnæ perfectionis. Cur vero? Si enim quiſpiam poſſit aſpectum ſuum ita continere, ut huc & illuc circumſpiciens, & circumferens oculos, nihil concipiat, quod ipſum ad malum ſollicitet, in ſe veram caſtitatem & honeſtatem habeat, cum inſtar Angeli ab omnibus corruptionibus

tum fuiſſe Deum colere, ſed in iis ita totis viribus incubuiſſe,ut omnes carnis ſuæ perturbationes domuiſſet, & ſervituti ſibi mancipaſſet, ita ut Deo ſervire tam ipſi facile, quam quod facillimum, eſſet: quoniam in ſe non amplius luctas illas & pugnas,quæ nobis ob fragilitatem noſtram & inſitam naturæ corruptionem ſuſtinendæ ſunt,ſentiebat. Notemus autem, ipſum hoc nequaquam ex propria facultate & virtute habuiſſe, neque enim ex ſeipſo ejuſmodi perfectionem habuit, ſed illum à Spiritu Sancto reformatum fuiſſe,ut ex communi hominum ordine ſegregaretur: neque enim ſine cauſa hoc à Deo David poſtulat, Averte oculos meos, Domine, ne vanitatem reſpiciant. Si Jobus ſuo Marte id, quod profitetur, ſibi comparaſſet, dubium non eſt, quin David eam ſibi conſtantiam parare poſſet, ut nullam vanitatem conciperet, ſuique oculi nulla vanitate ſeducerentur,aut ullo modo diſtraherentur. Atqui David confitetur,ſe id niſi mera Dei gratia & liberalitate conſequi non poſſe.Sequitur igitur,Jobum nullomodo id libero ſuo arbitrio pacifci potuiſſe,ut ratio ſic in ipſo dominaretur, ut omnium animi perturbationum victor eſſet: ſed hic propoſitum eſt ipſi Deo laudem ejuſmodi boni attribuere. Hoc non eſt igitur jactare & venditare ſe,quaſi ejuſmodi bonum ipſe acquiſiviſſet: ſed agnoſcit,ſe à Deo ſic gubernatum fuiſſe,ut oculis ſuis haud amplius ad malum ſollicitaretur. Cæterum, quando Jobus ſic loquitur,notemus,eum contra innuere,ſi vir quiſpiam mulierem aut virginem intueatur,& ſollicitetur ad malum, illud jam peccatum eſſe coram Deo, etiam quamvis actus exterior non adſit, quamvis virginem ſeducere aut violare non conetur, quamvis etiam non habeat hanc in ſe ratam voluntatem,ut dicat,Vellem. Quamvis igitur vir ille non habeat illam voluntatem, ſed ei tentationi, à qua ſollicitatur, reſiſtat,Deum tamen offendit. Atque hoc eſt notatu valde dignum.Ac ſane audimus,quid de eo Dominus noſter Jeſus pronunciarit,non eſſe quod nos coram Deo liberatos & abſolutos ducamus,ſi ſcortatione,quod ad corpus attinet,abſtinuerimus: ſed qui mulierem duntaxat aſpexerit, aſpectu impudico, eum coram Deo pro mœcho & adultero haberi. Quodque amplius eſt, ut jam dixi, quum voluntas non fuerit fixa & rata coram Deo,tamen nobis agnoſcenda eſt culpa,ut nos deprimamus. Pontificii quidem,ſi homo cum malo conſentiat, hoc eſt, ita malum appetat, ut prorſus male agere, ſi occaſionem nactus ſit, conſtituerit, illud peccatum eſſe condemnandum confitentur: ſed ſi quiſpiam malam aliquam cupiditatem habeat, modo cum ipſa non penitus conſentiat voluntas, dicunt Pontificii,id non eſſe peccatum. En blaſphemiam horrendã, & execrandam. Dicitur, Diliges Deum tuum toto corde,tota intelligentia,omnibus tuis viribus. Quid ſibi vult

Pſal. 119. v. 37.

Matth. 5. verſ. 28.

Deut. 6. verſ. 5.
Mat. 22. verſ. 37.
Marc. 12. verſ. 30.
Luc. 10. verſ. 27.

Digitized by Google

tur, ſe non peccare nec offendere Deum, quando ad malum ſollicitantur, nihil proficiunt: non meliorem faciunt conditionem ſuam, nam graviter tandem punietur hypocriſis. Sic igitur, ut jam dixi, retineamus, quod, etiamſi cum malo non conſentiamus, ſed eo titillemur duntaxat, ſit in nobis aliqua cupiditas, cui reſiſtamus, illud jam peccatum eſt & infirmitas in nobis: etiamſi malum aliquem appetitum duntaxat concipiamus, jam id corruptæ noſtræ naturæ ſignum eſt. Ac ſane ſi malum non habitaret in nobis, nec jam ab eo, quod rectum eſt, & integritate illa, qua Deus primum hominem donarat, averſi eſſemus: certum eſt, quod oculos longe puriores & caſtiores, quam noſtri ſint, haberemus, omneſque ſenſus noſtri, ut auditus, ſermo, tactus, omnia denique illa pura & munda eſſent, nullaque pollutione infecta & contaminata. Idque ita eſſe ut appareat, diligenter expendamus id,
Gen. 3. verſ. 6. quod à Moſe dicitur: Quum Satan acceſſiſſet ad ſeducendam Evam, ac proinde etiam ejus maritum, poſtquam illi aurem accommodarunt, & ea ambitione correpti fuerunt, ut Deo ſimiles eſſe expeterent, dicitur, ipſos aſpexiſſe arborem ſcientiæ boni & mali, & vidiſſe ipſam ad acquirendam ſcientiam eſſe deſiderabilem. Quomodo inquit eos aſpexiſſe? Nonne prius jam ipſam viderant Adamus & Eva? Deus enim illis
Gen. 2. verſ. 17. dixerat, Ne comedite de fructu, quem ego prohibui: qua enim hora comederitis, vos, tanquam morti & condemnationi addictos, à me ſeparatos fore denuncio. Ergo Adamus & Eva jam prius arborem illam intuiti erant. Cur igitur id modo primum ipſis in peccatum imputat Moſes? Quia cognoverunt, ipſam deſiderabilem eſſe, hoc eſt, malam & perverſam cupiditatem & appetitum habuerunt, quando fructum ejus eſui bonum eſſe exiſtimarunt. Unde id manavit? Cor ipſorum corruptum fuit, quod oculum etiam ipſum ſtatim pervertit: quomodo etiam, quum alicujus viſus ob nimium & immodicum vini præ intemperantia uſum vitiatur, neceſſe, malum internum eſſe, & intus aliquid aduſtum eſſe, antequam oculi amittantur, aut aliam denique aliquam cauſam internam eſſe: quomodo etiam, quum aliquis cæcus ſit, prius catarrho aliquo laborarit, aut alia aliqua cauſa fuerit, quæ ipſi temporis progreſſu viſum eripit, neceſſe eſt. Eadem ratio eſt omnium malorum aſpectuum condemnandorum: nam niſi malus aliquis appetitus eſſet, quo cor jam infectum & corruptum eſt, oculus, ut dixi, purus & mundus ex ſe eſſet, ita ut creaturas Dei, ſine eo quod ad malum ſollicitaremur, poſſemus intueri. Atqui jam non poſſumus oculos aperire, quin ſtatim malum aliquem appetitum concipiamus, non poſſumus dicere, Hoc pulchrum, hoc bonum eſt, quin ſtatim Deum noſtrum offendamus: an non vero ea magna perverſitas? Cognoſcamus igitur, peccatum tur, quamvis oderint ipſum, & ſtatim repellant. Ac ſane, ut dixi, quis eſt, qui non concipiat iſtam imaginationem, Deum ipſius curam non gerere, ſtatim atque mali aliquid nobis contigit? En vero blaſphemiam, & quidem execrandam, ſi eam approbemus, & in ipſa vel tantillum immoretur intellectus noſter, etiamſi rata & fixa voluntas non accedat. Sic videmus, ſi homo ad malum ſollicitetur, quamvis non conſentiat, ſed eam tentationem repellat & oppugnet, ipſum nihilominus Deum offendere. Cur? Quia illud eſt Legis tranſgreſſio, ut oſtendimus. Præterea neceſſe eſt, ut illud à malo & vitioſo fonte promanet: oculus enim ex ſeipſo non eſt corruptus, haud illic primum naſcitur peccatum. Ubi igitur? in anima hominis: nam ſane malus affectus intus occultetur oportet, antequam oculus ſic ad malum tendat & ſollicitetur. Atque hæc cauſa eſt, cur dixi, Jobum, profitentem, ſe ab omni malo & impudico aſpectu abſtinuiſſe, oſtendere, illos, qui ipſo ſunt infecti, non poſſe ſe coram Deo excuſare, quin peccata habeant. Diſcamus vero nobis attendere, nec nobis adulari, ut jam tetigi; nobis, inquam, attendere: quantum enim opus & labor eſt, ita oculos noſtros continere, ut nulla mala concupiſcentia aut inordinato appetitu tententur? quum bona hujus mundi videmus, non tangamur avaritia? quum videmus commoditates vitæ, delicias, voluptates, quæ paſſim ſe offerunt ſenſibus noſtris, ad appetenda ea, quæ nobis denegavit, non inducamur? quum in omnes partes oculos circumferimus, nulla nos ſcortatio, ambitio, avaritia, aut aliud quidpiam ejus generis ſtimulet? Id fieri non poteſt, aut admodum difficile eſt, omneſque adeo vires noſtras ſuperat: ita ut prope fieri nequeat, ut aperiamus oculos, quin ſtatim delictum aliquod adverſus Deum concipiamus. Quum ita ſe res habeat, diſcamus in excubiis eſſe: neque enim poſſumus in eo eniti, quin multa adhuc in nobis deſiderentur, nobiſque ad remiſſionem peccatorum confugere ſit neceſſe. Concludamus igitur, nobis ſtrenue dimicandum, quum ita ſimus corrupti, ut ſenſibus noſtris ullo modo uti, ipſoſque ad ullam rem applicare nequeamus, quin reliquiæ aliquæ noſtræ corruptionis, vitioſæ & Deo exoſæ admixtæ ſint. En igitur, quod nos ad diligentiam debet ſubinde ſollicitare. Præterea ſecundo loco diſcamus etiam nos deprimere, quum Satanas conetur nos per hypocriſin ſopire, ne agnoſcamus peccata noſtra, ut eo pacto conditio noſtra deterior fiat. In nos igitur ipſos deſcendamus, & poſtquam omnium noſtrarum imperfectionum examen inſtituerimus, gemamus coram Deo: Hei! Domine, hanc mihi gratiam largitus es, ut cupiam in tuo cultu proficere, in eo laborem, enitar, omnibus perturbationibus meis reſiſtam, adverſus meipſum pugnem:

ſed

Digitized by Google

frenis atque adeo catenis quibuſdam conſtricti cohibeantur, ne inſurgant, huc & illuc nos agant & impellant, ſed ſemper firmi maneamus, hocque apud nos conſtitutum & fixum hæreat, Nos tamen Deus regat, ejuſque voluntatem ſequamur oportet. En igitur, quomodo in mediis noſtris cogitationibus vitioſis animum ſumere debemus ad ambulandum ſemper in melius, ſcientes bonum Deum nobiſcum indulgenter acturum: non quod non confitendum ſit nobis, totidem eſſe peccata ejuſmodi vitioſas cogitationes: ſed illa nobis condonantur. Et in hoc quidem à Papiſtis differimus. Papiſtæ dicunt, malas concupiſcentias non eſſe peccata, modo illis reſiſtamus: en blaſphemiam horrendam & execrandam. Quod ſi verum eſſet, Deum ſeipſum ad univerſam ſuam Legem evertendam abnegare oporteret. Nec vero levis aliqua ſimplicium & ignorantium duntaxat hominum opinio, ſed in magnorum doctorum ſcholis, aut potius ſynagogis concluſa & determinata eſt ſententia. Contra dicimus, ejuſmodi cogitationes totidem eſſe peccata: quæ tamen nobis à Deo non imputantur, quia gratuita ſua bonitate & miſericordia, per Dominum Jeſum Chriſtum, in quem credimus, illa delet: quumque eam habeamus conſolationem, eo magis eniti, ut jam dixi, debemus. Cæterum, Jobus oſtendit, ſibi id pro peccato cognitum fuiſſe, ſeque reum futurum fuiſſe, ſi aſpectum impudicum habuiſſet: ſubjicit enim, Quæ eſt portio Dei deſuper, quæ eſt hæreditas Omnipotentis è cœlis? Hic vero Jobus oſtendit, ſe non loqui, ut commendet ſe hominibus, & coram ipſis virtutis & ſanctimoniæ exiſtimationem aliquam ſibi acquirat: (ut ſolent ii, qui nihil aliud quærunt, quam hic inferius magni fieri & æſtimari:) ſed ſe in Deum oculos defixos habuiſſe, & hic loqui tanquam coram ipſo, illumque adeo teſtem & judicem appellare. Eo etiam nobis veniendum eſt: nam, ut jam ſuperius dictum eſt, dum vitam noſtram ab hominibus duntaxat approbari cupiemus, mendaciis, ſubterfugiis & calliditatibus pleni erimus, ita ut id in cauſa futurum ſit, ut album adulteremus, & in atrum convertamus, vitium denique virtute, & contra, permutemus. En, quod agemus, quum ab hominibus approbari conabimur. Sic quiſquis cupiet in ea integritate, cujus hic mentionem facit Jobus, ambulare, colligat ſe ad Deum oportet, nec amplius hic inferius vagetur, ut dicat, Quis de me detrahet? Non, inquam: illud ſibi præcidat, ſeque ad tribunal Dei citet oportet: ut dicat, Age, quo loco ſunt res meæ? Mihi cum Deo res eſt: etiamſi omnibus mortalibus ſatisfecero, nihil profecero: nobis omnibus os claudendum eſt; vixit tamen ante Prophetas, ſicut jam oſtendimus, Eze. 14.
de eo ab ipſis, tanquam de homine priſci temporis, v. 14,19.
mentionem fieri. Ergo Jobus, qui vixit eo tempore, quo nondum dederat Deus doctrinam valde amplam, neque tantam lucem, quanta poſtea acceſſit: (Prophetæ enim multum lucis iis, quæ valde in Lege obſcura erant, attulerunt. Jobus vero ante illos vixit. Sic, tanquam parva aliqua lucis ſcintilla duntaxat tunc fuit, ſi doctrinam, quæ poſtea ſequuta eſt, ſpectemus:) nihilominus cognovit, ſe malo appetitu non poſſe ſollicitari, quin coram Deo reus eſſet. Quid igitur nobis futurum eſt, qui habemus Solem Juſtitiæ, qui nobis tanquam in meridie illuceſcit? En Jeſum Chriſtum, qui tantam nobis cum Euangelio ſuo lucem attulit, ut omni excuſatione careamus. Si dicamus, Hoc non intelligo, nimis altum & arduum eſt: quomodo? Nonne doctrinam ſatis amplam habemus, quum voluntas Dei nobis plene & cumulate ſit patefacta? Quomodo igitur excuſabimur, ſi, quod Jobus cognovit, ignoremus. Et in eo quidem quænam, hoc eſt, quam horrenda Dei vindicta ſit in Papatu, animadvertere eſt, quum belluæ illæ auſæ ſunt negare, hominem peccare, quando ſic ad malum ſollicitatur, & habet in ſe ſtimulos & affectus malos, quos concipit, modo penitus cum illis non conſentiat. Jobus tamen, qui præ nobis nullam aut exiguam admodum, ut jam declaratum eſt, doctrinam habebat, id nihilominus cognovit. Attendamus igitur nobis, quum Deus nobis eam gratiam & privilegium conceſſerit, ut ſua veritas nobis longe magis, quam illo tempore, innoteſcat: vigilemus, & ſtatim atque oculos aperiemus, & in nobis vanitatem aliquam, & malum affectum ſentiemus, dicamus, Mali aliquid occulti eſt in nobis, Deum noſtrum offendimus, jam oculi noſtri inquinati ſunt, quum malum foris apparet, quum ſunt ſcintillæ, numquid vero illæ poſſunt eſſe ſine igne? Diſcamus igitur nos condemnare neceſſe eſt: ut ſane, niſi foret miſericordia Dei, propter illud in abyſſum præcipitaremur: hæc enim eſt portio hæreditatis nobis ſuperne paratæ. Verum eſt, homines nos juſtificare poſſe, ſed tamen coram Deo comparendum erit, qui prorſus aliter judicaturus ſit. Jobus vero diſerte dicit, *ſuperne*, *de cælo*. Vocabulum hoc iteratur, non eſt tamen ſuperflua illa loquutio. Tacite comparat judicium Dei, cum opinionibus, quas de nobis apud homines concitare poſſumus. Homines igitur poterunt nos ſubinde juſtificare, noſtræ autem ſordes & miſeriæ ab illis non cognoſcentur: habebimur ergo ab illis tanquam parvi Angeli, ideoque nihil in nobis deſiderandum, aut reprehenſione dignum eſſe exiſtimabimus. Quid vero

Digitized by Google

verum eſt, ipſum non immorari in iis omnibus, quorum in Lege ſit mentio, nec iiſdem verbis, quibus illa, uti: ſed tamen Sanctus Spiritus ejus ore nobis hic generalem doctrinam tradidit. Quum enim verba nobis fiunt de judiciis Dei, & animadverſionibus, quas peccatoribus immittit, ita ſumus tardi, ut id parum nos moveat & afficiat. Dominus igitur nos excitet oportet, faciatque, ut ſentiamus, quam ſit ipſius ira formidanda, quamque ſit horrendum, illum ſic infenſum & adverſarium habere. En igitur, cur Jobus eam declarationem, quæ hic continetur, ſubjiciat, *Nonne eſt exciſio iniquo, & numquid improbus non affligetur?* Quid ſibi vult hic vocabulum iſtud Exciſionis? Improbos nimirum mereri, ut exterminentur, Deus illos in abyſſum projiciat, & penitus evertat; ſicut etiam hoc vocabulum plus innuit quam mercedem aut hæreditatem: homines enim, ut dixi, ſibi perſuadent, ſe levi admodum animadverſione ex Dei manu evaſuros: quemadmodum, quum reus nocens in carcere detinetur, non cognoſcit ſe patibulum promeritum eſſe; ſe duntaxat virgis cæſum aut in exilium miſſum iri, ſibi perſuadet. Sic iram Dei talem, qualis ipſa eſt in ſeſe, non apprehendunt: ſupplicium, quo digni ſunt, quoniam de morte æterna non cogitant, non cognoſcunt. Videmus igitur, quomodo Jobus non ſine cauſa, poſtquam loquutus eſt de portione quæ ſuperius parata eſt omnibus improbis, ſubjicit eam exciſionem & confuſionem ad ipſos exterminandos. Eo autem cognoſcimus, Spiritum Dei nos noſtræ negligentiæ redarguere. Si ſtatim attenti eſſemus ad cognoſcenda Dei judicia, & quidem ad agnoſcenda peccata noſtra, non opus eſſet, ut ſic ſermonem ingeminaret, ſed nos ſemel admonuiſſe ſufficeret. Sed Sanctus Spiritus loquutus de portione, quam Deus omnibus ſuæ Legis contemtoribus paravit, adjicit Exciſionem: quia ſumus tanquam belluini, quumque res ſimpliciter nobis declaratur, eam non apprehendimus animo, eo ſtupore præoccupati ſumus, ut etiamſi Deus nos acriter percutiat, ictus tamen, quos ipſius dextra nobis infligit, non ſentiamus. Qui igitur minis, quibus adverſus nos utitur, ut par eſt, commovebimur? Certum eſt, ſi ipſe loquatur duntaxat, nos in nobiſipſis commotum aut proſtratum nequaquam iri, cum ictus, quos ipſius manus nobis infligit, non poſſint nos ſatis deprimere. Notemus igitur, hic noſtram negligentiam & ſtuporem redargui. Quapropter excitemur, quum Deus nos ſic ſedulo ſollicitat, & erudiamur eo, ut nobis melius attendamus. En, quod nobis in hoc verſiculo obſervandum eſt. Concluſionis autem gratia, quando Jobus dicit, *Nonne Deus vias meas intuetur, & greſſus omnes meos numerat?* notemus, eum ſibi applicare ſus obſervare & dinumerare: id ſignificat, Deum non duntaxat è longinquo numerare, & aſpicere ea, quæ hic fiunt, & in ſenſus hominum incurrunt: ſed propinquum nobis aſpectum ſuum dirigere, ad conſideranda & obſervanda omnia noſtra opera: & quidem non confuſum & incertum eſſe ejus aſpectum; ſed eum omnia obſervare & numerare, ita ut nihil ipſi excidat, nihil apud ipſum oblivioni tradatur. Nunc vero, quæſo, an non majorem occaſionem habemus vias noſtras cognoſcendi, & greſſus noſtros numerandi, quum intelligimus, omnia Deo eſſe præſentia? Quid in cauſa eſt, quod homines peccatorum ſuorum vix centeſimam partem agnoſcunt? Quin etiam aliquis centies in die unum & idem peccatum committet, vix tamen de ipſo ſemel cogitabit: quæ ejus rei cauſa eſt? Quod non exiſtimamus, Deum nos obſervare, noſque ita in ejus oculis eſſe, ut nihil illi ſit occultum, nihil denique operum & cogitationum noſtrarum obliviſcatur. Diligenter igitur expendamus verba, quæ hic continentur, nempe Deum vias noſtras cognoſcere, greſſus noſtros numerare, id eſt, numerum in oculis ipſius eſſe, omniumque ad extremum uſque articulum rationem reddendam eſſe. En quod proficient illi, qui mendaciis & adulationibus malum texerint: omnia enim in lucem prodeant oportebit. Quid igitur ſupereſt? Ut nimirum nobis diligentius, quam ſoliti ſumus, attendamus, ſemperque in excubiis ſimus, nec inſidiis, quibus undique cingimur, opprimamur: videnteſque nos tot vitiis, quibus natura noſtra oppleta eſt, obnoxios eſſe, ea diligenter excutiamus, quo in ipſis nobis diſpliceamus, noſque coram Deo reos peragamus, utque gementes adhuc cum Davide confiteamur, fieri non *Pſal. 19. verſ. 13.* poſſe, ut peccata noſtra nobis innoteſcant: ac proinde perinde precemur optimum Deum, ut, quum in nobis obſervarit peccata, quæ ipſi animadvertere non poſſumus, ea deleat ſua miſericordia, eoque pacto, nullam aliam ſalutis fiduciam habeamus, quam quod nos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti recipiat, & lavacro illo ſanguinis, pro noſtra redemtione effuſi, purgemur.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut illorum ſenſum talem nobis indat, ut nobis ob ipſa diſplicentes, vitia noſtra deteſtari, idque, quod jubet & præcipit, majori ardore & affectu ſequi magis ac magis diſcamus: interim vero ita nos reformet Sancto ſuo Spiritu, ut placide in nobis dominetur, & cum ipſo ea perfectione conjungamur, ut nihil aliud quæramus, quam nos ad ipſius juſtitiam accommodare: quod perficietur, quando is nos ex hac vita corruptibili ad ſe evocabit.

CON-

Digitized by Google

de & violentia purus ſit; quia Deus ea, quæ conjunxit, ſeparari non vult. Dedit totam ſuam Legem, ut ea eſſet vitæ noſtræ norma: quumque vetuit, ne ſcortaremur, furta etiam, mendacia, violentias, & alia ſimilia prohibuit. Qui igitur Deum volet colere, non ſatis eſt, ut purus ſit ab uno peccato; ſed ut univerſam vitam ex Legis præſcripto inſtituat, neceſſe eſt: nam, ut jam diximus, hoc eſſet ea, quæ alioqui, quin violetur juſtitia Dei, divelli nullo modo poſſunt, ſeparare. En igitur, cur Jobus, poſtquam profeſſus eſt à ſe vitam puram, caſtam & pudicam exactam eſſe, ſubjiciat, *Se neminem fraudaſſe, ſuumque pedem nunquam ad mendacium aut malitiam declinaſſe.* Atque hoc valde dignum eſt notatu; ea enim de præcipuis partibus vitæ, quas Deus Lege ſua à nobis exigit, una eſt, ut ea ſimus integritate præditi, quo minime viis obliquis, & aſtutiis, proximorum bona ad nos pertrahamus: ut ſane ea virtus valde difficilis eſt, quamvis nemo non velit rectus & integer haberi: natura enim hominis ſemper hypocriſi dedita eſt, ut nunquam verbum ex ore noſtro audiatur, quin ibi ſit neſcio quid, ut denique, quum nobis aliquid negotii cum proximis intercedit, nunquam ſincere agamus, remque, ut ſe habet, aperiamus, ſed diſſimulando, adulterando & fucando, omnia ad utilitatem noſtram transferamus. Quum igitur ejuſmodi fraudis radicem in nobis animadvertimus, eo magis huic ſinceritati & integritati danda eſt nobis opera, ut poſſimus coram Deo profiteri, vitam noſtram nunquam ad mendacium declinaſſe. Sed & alia præterea ratio eſt, quod nimirum fraudes ſunt deteriores apertis rapinis: ut, qui veneno necat, gravius crimen admittit, quam is, qui enſe occidit. Cur? Quia illa proditio, quum quis ſpecie amicitiæ invitatum aliquem ad epulas necat, plane deteſtanda eſt: crimini etiam illi nulla unquam venia tribuitur. Sic quum quiſpiam aſtutia & calliditate proximum fallit, & ad illum caute irrepit, ita ut is ab ipſo non poſſit ſibi cavere: nonne illud eſt maxime perverſæ naturæ ſignum? Hæ igitur duæ cauſæ nos eo magis ad ſinceritatem & integritatem, ne proximi noſtri à nobis ullo modo fraudentur, ſequendam debent erudire. En quod primo loco nobis retinendum eſt. Cæterum, Deo pretioſam eſſe veritatem agnoſcamus, quum, quando vult, qualis ſit, exprimere, ejus titulum ſumat. Mendacia igitur & fraudes eo magis coram ipſo deteſtabiles eſſe oportet, quum directe ejus naturæ ſint oppoſitæ. Sic quum dicitur, nos debere imagini Dei conformes fieri, D. Paulus inter alia iſtam ſanctitatem veracem adfert: quaſi diceret, Pro eo, quod homines dediti ſunt hypocriſi, omnes alias virtutes habeat, nihil eſt, niſi eam coram Deo puritatem habuerit. Volumuſne igitur vitam noſtram approbari? ad eam integritatem & ſinceritatem, ne in fraude & mendacio ambulemus, omnem operam & ſtudium noſtrum conferamus. Cæterum notemus etiam id, quod Jobus dicit, *Deus appendat omnia in bilance juſtitiæ ſuæ, & cognoſcat integritatem meam.* Hæc ſimilitudo bilancis eo inſignior eſt, quoniam oſtendit, quale ſit in nos judicium futurum, quæ ratio nobis reddenda, & quomodo approbari poterimus, quoniam videlicet omnia Deus in bilance juſtitiæ ſuæ appendet. Quomodo id intelligendum eſt? Quod nimirum Lex & voluntas ejus, ut nobis declaravit, ſint inſtar bilancis, qua probaturus eſt, num opera noſtra bona, & approbatione digna ſint futura. Ut merces, quum ad pondo venduntur, appenduntur, eadem ratione opera noſtra judicari oportet. Quomodo? Ad bilancem Dei. Dixi autem, hanc doctrinam nobis valde utilem eſſe, quia homines ſibi plus, quam par eſt, arrogant, ſibique perſuadent, opera ſua, etiam quando ex animi ſui arbitrio vitam inſtituunt, approbatum iri: nec volunt, Deum ea, quæ ipſi excogitarint, improbare, ipſumque omni auctoritate privant. Mirum eſt, hominem velle eſſe vitæ ſuæ dominum & moderatorem, quaſi Deus non poſſit nobis quidquam imperare. Verum eſt, hominibus pudori fore ſic loqui, neque enim dicent, Meum eſt me regere, cerebro meo obſequi volo, nolo ſibi hoc ſumat Deus, ut mihi quidquam imperet: en horrendam & execrandam blaſphemiam, quam ore non proferent homines: ſed quid? qui ſtultis ſuis circa Dei cultum inventis addicti ſunt, qui ſuam opinionem de iis, quæ ad religionem pertinent, talem, qualem conceperunt, mordicus retinent, nonne adverſus Deum inſurgunt, & conantur ipſum opprimere, illi omnem dominatum, ita ut amplius imperare non poſſit, eripiendo? Si quiſpiam, quod cerebrum ſuggeſſerit & probarit, agat, idque à Deo approbari velit, nec patiatur ſe in ordinem cogi, ut dicat, Hoc malum eſt, quia Deus ipſum prohibuit, Hoc bonum eſt, quia Deus jubet, ſed opinioni ſuæ & judicio duntaxat adhæreat, nonne is vult quaſi in Dei locum invadere? Ea eſt igitur arrogantia diabolica, & quidem ita frequens, ut nihil ſupra. Diligenter itaque notemus, quod hic dicitur, veniendum eſſe ad bilancem Dei, & illic ſecundum aut contra nos pronunciatum iri, prout Deus opera noſtra, & quidem ſecundum regulam Legis ſuæ, non autem animi noſtri ſententiam, examinarit. Homi-

habeatur & approbetur, ſicuti ſinceræ merces appenduntur, tum prout ipſarum pondus eſt, æſtimantur & emuntur. Ad Legem igitur Dei veniendum eſt. Nihil profuerit, ut dixi, quum homines pondo & menſuram ſuam afferent, illiſque fidem haberi volent. Eſt enim in urbe bilanx publica, unuſquiſque privatus non habebit pondo aut menſuram propriam: nec etiam æquum & licitum fuerit; omnia enim perturbarentur: ut vero ordo & æquitas ſervetur in ſocietate civili, æquum eſt, certam eſſe bilancem, quæ omnibus vice regulæ ſit. Quando igitur homines volunt opera bona ex ipſorum judicio & opinione æſtimari, perinde faciunt, ac ſi novam aliquam bilancem cuderent. In eo vero falſi crimen eſt. Qui pondo publicum corrupit & adulteravit, damnatur, & merito: qui igitur recte vivendi normam & canonem, Deo omnibus pondo pretioſiorem, pervertit, nonne atrocius crimen perpetravit, quam ſi mercem aliquam adulteraſſet? Quum itaque ſic ſe res habeat, diſcamus nos inſtituere & informare ex Scripturæ ſacræ præſcripto, hoc eſt, in omnibus noſtris operibus, quid Deus conſtituerit, inſpiciamus, & ſine ulla repugnantia, quod in Lege ſua probat, approbemus: contra, quæcunque ab ipſo prohibita ſunt, ut mala, rejiciamus. Id ſi fecerimus, non erit amplius apud nos ſtultis illis hominum, circa religionem, commentis & ſuperſtionibus, quæ vigent in Papatu, locus. Unde fit enim ut homines ſic inſurgant, & unuſquiſque ſibi cultus divini formulam aliquam præſcribit, ut dicat, Hoc bonum eſt, hoc volo agere? Omnes enim falſum pondus adferunt, & falſas bilances: unuſquiſque enim ſuam opinionem vult proferre, id vero totum Deus rejicit & condemnat. Hanc igitur in nobis humilitatem habeamus, ut vitam noſtram ex mandatorum Dei norma inſtituamus & formemus: tunc omnis hæc ratio tot formas cultus Dei excogitandi ceſſabit & abjicietur, unaque communis omnium certa & minime dubia erit. Cur vero? Una ſola juſtitiæ bilanx eſt, una ſola Lex Dei eſt ad nos regendos: & quamvis ordines & conditiones hominum Deus diſtinxerit, nos tamen omnes ad viam communem & generalem revocat. Magnis æque ac
Exod. 20. parvis dicit, Non furaberis, Non ſcortaberis, Non mentieris, Non dices falſum teſtimonium. Quum igitur Dominus Regum & infimæ ſortis hominum vitam ad eam regulam & normam generalem ex æquo revocet, nobiſque viam regiam, ne erremus, oſtendat: eo magis ſumus inexcuſabiles, niſi ea contenti ſimus, ita ut unuſquiſque bono exemplo proximis eſſe conetur, nobiſque invicem alii aliis adjumento ſimus ad nos Deo ſubjiciendos, ut ei obtemperemus, ſimuſque, ut par eſt, ſubditi. Quod ſi homines eam

rum: non finget judicium novum, Legem enim dedit: hæcque conjuncta ſunt, nempe Deum Legiſlatorem & ſimul Judicem eſſe. Quomodo igitur Deum judicaturum eſſe exiſtimamus? Sicut ſuperius declaratum fuit, nempe ex Lege. Eſt igitur congruentia & relatio quædam inter Legem, quam Deus dedit & vult à nobis obſervari, & Judicium, quod facturus eſt. En igitur, quod ad primum attinet, hypocritas fore confuſos in vana ſua arrogantia, quum exiſtimabunt, ſua opera Deo approbari, nec tamen volent ullam Legi divinæ reverentiam attribuere: quum, ſi, quæ agunt, in bilance appendantur, ſe Deo plus, quam debebant, perſolviſſe putent. Admoniti autem ſimus, fore, ut, ſi in ſequenda Dei voluntate, noſque ipſi ſubjiciendo, laboremus, opera noſtra Deo grata ſint, quamvis etiam nos mundus condemnet: ſicuti videmus Papiſtas, ea quæ nos agimus, nihili ducere. Cur? non habemus tam præclaras pompas & ornamenta, ut illi habent in ſuis ſynagogis: ſi enim quis templum Papiſtarum ingrediatur, illic tot præclara ornamenta conſpiciet. Interim ipſi ſunt ſimiæ, nec curant ea, quæ agimus: leve enim & inanis operæ ipſis videtur, quod huc Dei invocandi cauſa conveniamus, nec præclaras illas cerimonias, quæ in ipſorum templis relucent, habeamus. Sed quid? Sufficit nobis, ut Deus nos approbet. Quomodo vero id conſequemur? Legem ipſius inſpiciamus, quidque à nobis in Scriptura ſacra requirat: hoc enim debet incitare fideles, & illis animum dare ad Deum, ſecundum voluntatem ipſius, colendum, quum ſciunt, nihil aliud nobis ſequendum eſſe, quam illud, quod penitus doctrinæ nobis traditæ conſentaneum eſt. Hoc verbum, inquiebat Dominus Jeſus Judæis, judicabit vos, non autem ego. Cæ- *Joan. 12. v. 47.48.*
terum cognoſcamus, nobis coram magno Judice rationem reddendam eſſe, nihilque nobis profuturum, ſi nos palpaverint & magni fecerint homines: nam dicitur, *Deus cognoſcet.* Hoc autem vocabulo ſignificatur nobis, omnia judicia, quæ modo fiunt, nihil certi habere aut firmi, ſed Deum omnia everſurum. Diſcamus igitur ſic ambulare, ut poſſimus coram Deo profiteri, nos ad ipſum contendiſſe & aſpiraſſe, ipſi ſubditos eſſe voluiſſe, illumq; adeo ſemper honoraſſe & coluiſſe, tanquam eum qui noſtri regimen obtineret. En quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Jobus autem ſtatim ſubjicit, *Si pes* (aut greſſus meus) *deflexit à via, & cor meum ambulavit poſt oculos meos, aut macula aliqua adhæſit manibus meis.* Hæc dicuntur juxta ſermonem illum, quem habuit de ſua ſinceritate & integritate: ſed magis adhuc id, quod dixerat, exprimit. Primumque profitetur, pedem ſuum non declinaſſe à via: verum eſt, nos non poſſe adeo perfecte vivere, quin ſæpius impingamus, & à recto vel imprudentia, &
fragi-

Digitized by Google

monenteque, ne ad dexteram aut ſiniſtram deflectamus, ſed recta via, prout ipſam nobis commonſtravit, inſiſtamus, parère tamen nolumus. Atque hæc cauſa eſt, cur Scriptura utatur hac ſimilitudine Viæ, ut oſtendat, ignorantiæ, ſi in vita noſtra à recta via aberremus, nullam nobis ſupereſſe excuſationem. Cur? Quia Deus nobis ſuam voluntatem patefecit, cui ſi obſequimur, rectam & certam viam ſequimur, non poſſumus errare, aut per devia, erronum more, vagari. Contra, qui ſe penitus Deo, Legi, & Verbo ejus ſubjicere non poſſunt, fruſtra curſitabunt, huc

Eſa. 1: 12. & 58: 23.

& illuc ſatis diſcurrent, ut ait Propheta Eſaïas, ſed inde non alium fructum, quam quod labore pedes & tibias ſibi conficiunt, referent. Quemadmodum igitur vocabulum Bilancis, quo Jobus uſus eſt, debet nos in timore continere, ne quidquam noſtræ imaginationi tribuamus, ſed vitam noſtram ex Dei voluntate inſtituere conemur: ita etiam hoc vocabulum Viæ debet nos erudire, eo, ut non, quicquid nobis probabitur, agamus, ſed in iis, quæ Deus nobis præſcipſit, penitus hæreamus. En igitur in ſumma, quod nobis retinendum eſt de iis, quæ Jobus hoc loco profitetur: non quod non peccarit, (neque enim id in hominem cadit, ut peccati ſit expers, ſi vel fragilitate & ignorantia duntaxat admiſſa peccata ſpectentur;) ſed quia non avertit ſe à via, hoc eſt, non aberravit ab ipſa: ſicut ſubjicit, *Si cor meum ſequutum eſt oculos meos.* His autem verbis ſignificat, ſe non habuiſſe malos affectus, nec omnes illas vanitates, quas homines, ea, quæ ipſis adlubeſcunt, intuentes, concipiunt: nam, ut heri dictum eſt, quot ſunt in nobis aſpectus, tot ſunt faces ad cupiditatum ignem in nobis accendendum. Natura enim noſtra adeo perverſa eſt, ut nihil pulchri & boni ſe poſſit nobis offerre, quin inde materiam aut occaſionem aliquam Deum offendendi capiamus. Hoccine pulchrum eſt? Rapimur. Quomodo? Mala cupiditate. Illudne bonum eſt? Inflammatur appetitus noſter. Ad quid? Ad malum. Quoniam igitur homines tam leves ſunt ad conſentiendum cum malis deſideriis & cupiditatibus, Jobus dicit, Cor ſuum non ſequutum fuiſſe ſuos oculos. Sed poſſet videri aliqua eſſe contradictio & repugnantia inter hanc loquendi rationem & ſermonem heri habitum. Cur? Diximus, omnes impudicos aſpectus, & vitio aliquo infectos jam ex corde manare, eoque ſigno, cor corruptum eſſe, probari: & in eam ſententiam attulimus id, quod à Moſe dicitur de Adamo & Eva, ipſos arborem ſcientiæ boni & mali intuitos eſſe, & vidiſſe illam deſiderabilem eſſe. Oportebit igitur, ut jam intus haberent malam aliquam cupiditatem, quæ eos ad malum induceret: oculus ex ſe quam ſepulti. Nam ſi imago Dei ejuſmodi eſſet, qualis fuit in patre noſtro Adamo ab initio, certum eſt, omnes noſtros ſenſus, ut heri declaratum fuit, puros & mundos fore, nihilque in ipſis polluti repertum iri: omneſque noſtros aſpectus ad Deum directum iri. Statim atque creaturas contemplaremur, gloria illic imprimeretur, ad eum deduceremur ad ipſum honorandum, eoque ut ejus amore penitus inflammaremur, nulla eſſet in nobis vanitas, nihil inordinatum: tantum abeſt, ut malæ rebellionis in nobis aliquid eſſet, ut quæcunque poſſemus intueri, totidem eſſent ad nos ad bonum promovendos adjumenta. Notemus igitur, omnes impudicos aſpectus, & alias omnes tentationes, quas per oculos concipimus, manare ab illo fonte peccati originis, hoc eſt, à corruptione, quam trahimus à patre noſtro Adamo, & eo quod natura noſtra perverſa eſt, quia ſumus à Deo alienati. Nunc vero videmus, hæc duo non eſſe ἀσύστατα, ut homo corde malo incitetur, eo ut tendat ad malum, & interim tamen ea imaginatio ab oculis manans cordis affectum præcedat. Quomodo vero id? Jam diximus, nos ſic tentari oculis noſtris ad ſequendos malos appetitus in corde, quando malum jam intus conceptum eſt. En igitur peccatum, quod præcedit: ſicque concludendum eſt, niſi cor corruptione inficeretur, oculos noſtros puros fore. Verum eſt: ſed tamen non ſequitur, quin tentemur interdum, etiamſi non adſit affectus interior, ut Jeſus ipſe Chriſtus tentatus quidem fuit, nulla tamen in illo fuit pollutio: ſed tentatus fuit prout natura integra tentari poteſt: habuit objecta, ſed voluntas ejus in bono permanſit: nam & in ejus ſenſibus nihil erat corrupti. Alia eſt noſtri ratio: ſenſus enim omnes noſtri corrupti ſunt propter peccatum.

Mat. 4: 1. *Marc.* 1. *verſ.* 13. *Luc.* 4: 2. *Hebr.* 2. *verſ.* 18. & 4: 15.

Poterit tamen aliqua corruptio eſſe in ſenſibus noſtris, & voluntas recta ſemper manere, ut heri declaratum eſt diſtinctione, quam tunc poſuimus, quæque etiam modo à nobis iterata eſt. Si id adhuc obſcurum eſt, ipſum paulo familiarius explicabo. Quum oculos noſtros in cœlum attollimus, ſi aliquo efferendi nos deſiderio tenemur, quum bona hujus mundi intuemur, ſi avaritia & cupiditate hoc vel illud habendi tentemur, Vellem illam domum meam eſſe, vellem tantum pratorum, tantum vinearum poſſidere: ſi denique tot alia multa videamus, & concupiſcamus, ſi eo nos cor noſtrum pertrahat, & aliquem internum affectum habeamus, intus aliquid, quod nos urit, ſentiamus, ita ut per nos minime ſtet, quominus id, quod fert appetitus noſter, obtineamus: En cor, quod poſt oculos noſtros ambulavit: id eſt, concepto aſpectu obliquo propter labem & corruptionem peccati originalis,

oculos noſtros, qui conditi ſunt, ut inſtrumenta eſſent, per quæ contemplaremur opera Dei, ut ad ipſius amorem, reverentiam & timorem erudiamur, eſſe tanquam Satanæ lenones, tanquam ſeductores, qui nos ſeducunt & conjiciunt in exitium. Deus, inquam, creavit oculos noſtros. Quem in finem? Ut verſantes in hoc mundo res diſcernamus, & hoc pacto ad illum deducamur: ſurſum & deorſum oculos conjicientes, nonne animadvertimus Deum nos ad ſe vocare? Quæ ſunt in cœlo & terra creaturæ, nonne ſunt totidem media, quibus ad Deum adeundum invitamur? Non dicit igitur duntaxat, Venite ad me: ſed eo nos bonitate ſua allicit, prout videmus ipſum ſe tantopere liberalem erga nos exhibere: præterea in eo dat nobis occaſionem in ſuo timore ambulandi. En igitur, quem in finem creati ſint oculi noſtri. Si enim oculis careremus, non tanta facultate ad Dei gloriam penitus contemplandam, quantam habemus, præditi eſſemus. Sed ita perverſi ſumus, ut oculos noſtros ad uſum voluntati Dei penitus contrarium detorqueamus: nam, ut dixi, oculi noſtri caliginem animis noſtris inducunt ad nos ſeducendos: & quoties aperiuntur, toties nos diſtrahunt, & à via abducunt, ut inſtar belluarum ſimus, & appetitus feros & agreſtes habeamus: dein inſerviunt ad accendendum intus ignem, ſunt duæ faces: pro eo, quod gloriam Dei recipere deberent ad nos in ipſam transformandos, faces Satanæ recipiunt ad inficiendos noſtros affectus, ut nihil aliud quam Deum noſtrum offendere, & adverſus ipſum inſurgere cupiant. En igitur, quod nobis diligenter obſervandum eſt, ut unuſquiſque ſit in excubiis. Cæterum, quum penitus à fragilitate & corruptione noſtra immunes eſſe non poſſimus, quin oculi noſtri ſic vagentur, & diſtrahant nos, quin etiam repentinis apprehenſionibus ad malum abripiamur; ſaltem demus operam, ut corda noſtra frenemus, ne affectus noſtri leviculi ſint cum oculis noſtris, ad nos à via, cujus ſuperius mentio facta eſt, abducendos: ſed cum omni ſubjectione & humilitate nos ſub Dei noſtri obſequio continere diſcamus. Tandem Jobus adjicit, *Si labes aut macula ulla adhæſit ſuis manibus.* Eſt adhuc alia ſimilitudo, qua eo magis vult vitæ ſuæ integritatem declarare. Quemadmodum enim, quæ tractamus, ea manibus tractamus, ſic quando cum hominibus verſamur, quicquid cum ipſis contrahimus, perinde eſt ac ſi id manibus noſtris tractaretur. Jobus igitur ſignificat, ſe, quicquid ſibi cum hominibus negotii & commercii interceſſerit, in eo nunquam fraude, violentia, corruptione, aut aliis ejuſmodi rebus infectum eſſe: ea autem magna integritas fuit. Sed notemus ſemper hic Jobum de ſe nequaquam per jactantiam loqui: ſed potius Spiritum Sanctum hic velle nobis exhibere ſpeculum perfectionis, ut, quum aliquam Interim etiam quamvis operam dederimus, quo in ea perfectione ambularemus, ut corda noſtra tanquam freno quodam inhibuerimus, levibus noſtris deſideriis non fuerimus diſtracti, jus ſuum unicuique ſervaverimus & tribuerimus, fraude & malitia nulla uſi fuerimus, nobis tamen ſemper, ut ſuperius vidimus, caput demittendum eſt. Quod ſi Deus nos affligat, quamvis peccata noſtra ſibi non proponat, ſed alium ſcopum, ut nos deprimat, aut ut patientiam noſtram probet, caput tamen ſemper demittamus. Cæterum nos ſemper reos fore, eumque ſemper aliquid, quamobrem omnem vitam noſtram rejiciat, in nobis deſiderare poſſe cognoſcamus. En igitur, quomodo hunc locum ad praxin debemus revocare. In ſumma, manibus noſtris oculi debent ſemper eſſe affixi, hoc eſt, ut, quicquid tractamus, ea adſit puritas, ut manus noſtræ non inficiantur. Difficile autem eſt, ut eam puritatem ſervemus: quot enim negotia tractamus, illa ſunt inſtar picis, quæ manibus noſtris tractatur: quomodo igitur fieri poterit, ut inde nullam labem aut maculam contrahamus? Hic igitur Deus operetur, & quidem ratione miraculoſa nos conſervet, neceſſe eſt. Id vero nos valde incitare debet ad ipſum precandum, quum eam integritatem à nobis requiri videamus, ipſi vero in contrariam partem vergamus & nitamur: tantum abeſt, ut ſic puri eſſe poſſimus, ut non multas labes & maculas in nobis ſentiamus. Nihil igitur aliud ſupereſt, quam ut ad Deum confugiamus, non ſolum ab ipſo peccatorum commiſſorum veniam petamus, ſed ut nos Sancto ſuo Spiritu regat, manus noſtras puras contineat, ut, quicquid nobis cum hominibus contrahendum fuerit, ab omni fraude & malitia nos contineamus. Cæterum diligenter ad maledictionem, quam hic Jobus pronunciat, attendamus: quamvis enim ipſam ſibi applicet, in genere tamen, quæ merces iis, qui ſic manus ſuas malo, quod in proximos ſuos cuderunt, polluerint, parata ſit, pronunciat. Si avari multum laborant, ut alieno damno diteſcant: ſi quiſpiam præterea ſic ſibi ſit addictus, & ſuis commodis deditus, ut nihil aliud quam diteſcere ſibi proponat: ne putemus, diu illud eſſe poſſe, quin Deus id, quod hic pronunciat, exequatur, nempe eos, qui plantarint, fructum non comeſturos: ut ſane videmus, eos, qui omnium maxime bona collegerunt & congeſſerunt, illis non frui, Deumque adeo illis ipſos privare: & ſæpe non opus eſt, ut quiſquam impediat illos, ne, quod pepererunt, bibant & comedant: nam ipſi ſibi ſic invident, ut non auſint ſibi commoditates vitæ ſubminiſtrare, excrucient ſe, & ſui ipſorum ſint carnifices. Præterea quod longo temporis ſpatio & magno labore collegerunt, Deus momento temporis illis eripit & aufert, liberi quoque dilapidant: præterea quod illis de bonis reliquum fuerit, ipſorum liberis, ad eos ad patibulum

bulum

Digitized by Google

9. Si cor meum fuit ſeductum ſuper mulierem, & juxta oſtium proximi mei ſedi in ex-
cubiis:
10. Uxor mea molat alteri, & ſuper eam incurvent ſe alii.
11. Quoniam illud eſt ſcelus, & iniquitas damnanda.
12. Nam illud ignis eſt, qui uſque ad perditionem devoraſſet, & omnem proventum
meum eradicaſſet.
13. Si recuſavi judicium ſervo meo, aut ancillæ meæ, quum ipſi litigarent mecum:
14. Quid enim feciſſem quum ſurget Deus? & quum me viſitabit, quid reſponde-
rem illi?
15. Nonne qui in utero fecit me, fecit illum, & diſpoſuit nos in vulva unus?

Hic duo Jobus notatu digna profitetur. Unum eſt, quod ita caſte vixerit, ut coram Deo purus ſit ab adulterii crimine, nec unquam conatus fuerit ſeducere mulierem. Secundum, quod ſuperbus aut crudelis non fuerit adverſus ſibi ſubditas perſonas: tantumque abeſſe, ut in pares inſurrexerit, ut etiam erga illos, in quos imperium & poteſtatem habebat, ſe humanum & modeſtum præbuerit. Nobis autem id, quod ſuperius tractatum eſt, retinendum eſt, nempe Jobum nequaquam profiteri, ſe in integritate coram Deo ambulaſſe, & cum hominibus, nemini injuriam inferendo, in una aliqua ſpecie duntaxat mandatorum Legis: ſed in genere Legem Dei comprehendit, & ea, quæ in ipſa continentur, per partes ordine perſequitur, ut ſane de iis etiam ſpecialiter nos admoneri convenit. Nam, ut oſtendimus, non ſatis eſt ſi officio noſtro defungi conamur in uno Legis articulo, & interim alios omittimus. Deus enim non vult ſeparari aut divelli ea, quæ in Lege ſua conjunxit. Retineamus igitur ea, quæ jam ſuperius expoſita ſunt. Nunc ordinem à Jobo ſervatum ſequamur, exſpectantes dum reliqua adjiciantur. Quod attinet autem ad id, quod de ſcortatione dicit, ſenſus eſt, ipſum paratum eſſe, & ſe offerre ad perferendam hanc ignominiam, ut ſua uxor mœchis exponatur, ſi mulierem aliquam ſeducere conatus fuit. *Alii incurventur ſuper uxorem meam*, patiatur illam fœditatem, & ego quoque feram: ſi cor meum ſeductum fuit, aut ſi excubias egi, inquit, in oſtio proximi mei: hoc eſt, ſi fuerim in inſidiis ad male agendum. Poſtea declarat, cur à ſcortatione tantopere abhorruerit: Nam ea, inquit, eſt flagitium, & quidem iniquitas, quæ ad Judices pertinet: hoc eſt, digna eſt quæ condemnetur. Eſt ignis qui devorat, & qui ſubſtantiæ meæ radicem avelleret. En igitur, quomodo Jobus ſe in caſtitate continuerit, nec adulterii fœditati ſe dederit: quod nimirum id rem deteſtandam, quamque Deus nullo modo ferre poteſt, eſſe cognoverit. Quod ad punitionem autem, quæ hic ponitur, ea juſta eſt merces ſcortatorum & adulterorum, ut nimirum, quod alii fecerint, ipſi patiantur: nec ſolum hoc in loco id dicitur, ſed inter alia inſigne exemplum propoſitum fuit in perſona Davidis: nam etſi ſanctus Propheta eſſet, & Rex 2 Sam. 11.
ex univerſo genere humano ſelectus, qui hoc teſti- Actor. 13.
monium habuit, quod Deus ipſum ſecundum cor verſ. 22.
ſuum invenerit: quia tamen ſemel à via declinarat, & alienam uxorem rapuerat, videmus quod in illum ſupplicium Deus ediderit: & maledictio Dei fuit ipſi
declarata à Propheta Nathane, Tu feciſti hoc in oc- 2 Sam. 12.
culto, ſed tibi in publico reddetur: Sol, inquit, teſtis v. 11, 12.
erit. David ita callide egerat, ut peccatum ſuum mundo cognitum non fore, ſeque ipſo abſolutum iri, quum nemo quidquam exprobraret, aut conquereretur, putabat: ſed Deus ipſius hypocriſin ulciſcitur, & denunciat, quamvis id occulte fecerit, flagitium tamen ipſius publicatum, ipſumque adeo omnium
probris expoſitum iri. Quomodo? Horrendum eſt, 2 Sam. 16.
proprium ejus filium, ſigno dato, populum congre- verſ. 22.
gare, & illic Regis uxores turpitudini & infamiæ expoſitas ab omnibus conſpici. En inceſtum adverſus naturam. Sed Deus declarat, id nequaquam fortuito accidiſſe. Ego, inquit, feci. Quaſi diceret, Non ita inſpiciatur Abſalomi perſona, ut altius non aſcendatur. Verum eſt, ipſum execrabilem debere videri, quod ita naturæ ordinem violarit, omnem honeſtatem perverterit, hancque patri contumeliam intulerit: ſed tamen hic ego operatus ſum, nec hoc fortuito accidiſſe exiſtimandum eſt: ſed ego ipſe feci, inquit Dominus. Cum Deus non pepercerit ejuſmodi Prophetæ, viro tanta excellentia, quantam oſtendimus, prædito, & qui tota vita in ſumma integritate ambularat, ſi excipias delictum admiſſum Uriæ: ſi igitur Deus ea ſeveritate erga Davidem, quem elegerat, uſus eſt, quid fiet adulteris, qui ex profeſſo quaſi artem exercent, ſeducunt alienas uxores, & excubias agunt, ut, quæ apud ſe flagitia conſtituerunt, perficiant? Nonne oportet, ut ſentiant Judicem in cœlo, qui, ut ejuſmodi flagitia impunita maneant, nunquam patietur? Deus igitur efficit, ut ejuſmodi opprobrium in ipſo-

Digitized by Google

dictum eſt, bilancem adferimus, vellemus, ſi fieri poſſet, Deum arguere, & nimiæ ſeveritatis, quum punit noſtra peccata, accuſare. Atque hæc eſt cauſa, cur dixi, nos debere diligenter obſervare id, quod Jobus adjicit, Eſt illud flagitium nimis atrox, & iniquitas condemnanda, eſt ignis, qui urit, ad omnia in exitium devoranda. Id ſignificat, de ſcortatione & adulterio non eſſe nobis ſecundum communem hominum opinionem, quibus illud flagitium ludus eſt, judicandum: noti ſunt joci, qui in multorum ore ſuper eo ſcelere volitant: videmus etiam, quam multi profani & contemtores Dei ipſum riſui habeant. Diabolica illa blaſphemia auditur, Eſt peccatum veniale, condonandum: & alia multa ejuſmodi. Sed non hodie duntaxat iſta cœperunt dici & audiri. Ideo di-
Epheſ. 5. verſ. 6. vus Paulus, poſtquam diſerte de ſcortatione loquutus eſt, Amici mei, inquit, cavete vobis, ne vanis vocibus & ſermonibus tentemini: nam en cur ira Dei venit in incredulos. Jam Satan ejuſmodi jocis homines imbuerat, ut perſuaderet, ſcortationem non eſſe ita deteſtabilem, ſicut eſt. Divus Paulus dicit, homines fruſtra garrire, & ſe ejuſmodi jocis palpare. Cur? Quia nihilominus ira Dei curſum ſuum habitura eſt, ſicuti omni tempore is oſtendit, ſe ſcortationem nullo modo ferre poſſe. Ac ſane ante omnia notare debemus, quam grave ſit corpora noſtra, quæ Spiritus Sancti debent eſſe templa, polluere. Alia peccata, in-
1 Cor. 6. v. 18, 19. quit D. Paulus, ita committuntur, ut ex ipſis contracta pollutio, & nota, non ita hæreat in corpore hominis, ut ea, quæ eſt ex ſcortatione: videntur enim qui ſcortantur, tam viri quam mulieres, notam ſibi inurere, ut coram Deo turpitudinem & fœditatem ſuam proferant. Si ſcortatione templum Dei & Sancti ejus Spiritus profanari, corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti diſcerpi, probe notum nobis eſſet, longe magis ab hoc peccato, quam ſolemus, abhorreremus. Præterea quum adulterium cum ſcortatione conjungitur, jus omne humanum atque adeo æquitas pervertuntur. Si quis alienum furetur, in eum animadvertitur, furem omnes damnant, deteſtantur & conſpuunt: atqui adulterium non eſt ſimplex furtum: neque enim eo crimine opes & facultates duntaxat alterius rapiuntur, ſed honos, omnia denique: nec ſolum ii qui jam nati ſunt, ſed qui nondum in utero matris formati ſunt, ſuo ſpoliantur & diripiuntur. Præterea conjugium nonne eſt fœdus ſacrum, ſicuti etiam Dominus ipſum vocat in Scriptura? Si quis venditionis contractum aliquem corruperit, aut occulte ſibi jus aliquod vindicarit, falſum aliquem teſtem ſubornarit, in ipſum animadvertitur. Atqui omnium contractuum, qui inter homines fieri poſſint, maximus hic violatur: tam ſolenniter profitentur maritus & uxor fidem, quam ſibi invicem debent, hue in templum tanquam in conſpectum Dei conveniunt, ibi Deus damnandam, unuſquiſque ſe ad tribunal Dei citet, & demus operam, ut nos impollutos ſervemus. Quoniam vero ea virtus plus quam humana eſt, Deumque in nobis operari oportet, ad omnes malas cupiditates abolendas, precemur ipſum, quo nos ita Sancto ſuo Spiritu regat, ut peccatum hoc deteſtemur, ſemperque in oculis vindictam, cujus hic fit mentio, habeamus. Et quamquam ſcortatores & adulteros Deus non ſemper puniat eo ſupplicii genere, quod hic exprimitur: ſciamus tamen, ipſum varias punitionum ſpecies & rationes ad manum habere, ut non poſſimus ex ejus manu evadere. Quum quiſpiam uxorem alterius ſeduxit, ſi Deus non permittat, ut ejus uxor in eam turpitudinem & infamiam cadat, (ſicuti poteſt accidere, ut improbus quiſpiam habeat uxorem honeſtam & virtute præditam, Deuſque miſereatur uxoris, eamque puram ſervet, ne ſe flagitio ejuſmodi polluat, quamvis ſceleratus & adulter ſit ipſius vir;) ne tamen exiſtimet ille, ſe pœnas evaſiſſe, alia enim ratione Deus ipſi manus injiciet: ſciamus igitur, Deum armamentarium ſuum punitionibus & ſuppliciis inſtructum habere, ut dicitur in cantico Moſis, Deo horrenda flagella ad manum Deut. 32. eſſe, quæ, quotieſcunque ipſi videbitur, expromere verſ. 34. poterit: antevertamus ipſius judicium, eum timeamus & formidemus, quum nobis hanc gratiam largiatur, ut nos multo ante admoneat. Quod ſi adeo negligentes ſimus, ut ad admonitionem, quæ nobis hic proponitur, animum non advertamus, Sanctum Spiritum has minas ingeminare notemus, quum dicit, illud flagitium eſſe ignem, qui devorat omnia ad perditionem uſque, & ad radicem uſque ſubſtantiæ avellit. Sane homines plus quam obbrutuiſſe oportet, ſi ſaltem hoc ipſos non excitat: neque enim duntaxat dicitur, Eſt flagitium, eſt peccatum, quod dignum eſt condemnatione: ſed, ignis eſt qui omnia conſumit, qui ad radicem uſque pervadit, eſt extrema perditio, nihil ſubſtantiæ permanebit, omniaque exſcindentur. Quando igitur audimus, Deum ſic nobis interminari, ut formidandam iram ſuam nobis reddat, nonne tempus eſt, aut nunquam, nobis attendere? Cæterum hanc doctrinam duobus modis obſervemus: nempe ut unuſquiſque eam ad privatam utilitatem referat: præterea ut pro virili unuſquiſque, pro ſua conditione & vocatione, malum, quum fuerit in medio populi, ut ab eo mundi & puri ſimus, tollere conemur. Ad primum quod attinet, unuſquiſque ſibi attendat, & in excubiis ſit adverſus omnes ſuos affectus, ne ſeducatur. Jam antea oſtendimus, non ſatis fore, ut aliquis ſe præſtet purum, quod ad actum externum attinet, niſi oculos ſuos diligenter conſervet & cuſtodiat, ita ut nullos habeat impudicos aſpectus. Qui enim uxorem alterius mala concupiſcentia

vero hic diſerte Judicum fit mentio, ii, quorum munus eſt peccata coërcere, ſibi attendant: duplo enim coram Deo lenones erunt, ſi ſcortationes omnino manifeſtas diſſimulent aut tegant, quin ipſas libenter magis ac magis regnare velint. En igitur, quod nobis ex hoc loco annotandum. Cæterum demus operam, ut non timore aliquo ſervili duntaxat cohibeamur, ne ſcortationis actum ipſum admittamus; ſed animadvertentes, ipſum nos in templa Sancti ſui Spiritus elegiſſe, noſque ad ſe pertraxiſſe, precemur ipſum, quo nobis det, ut non ſolum corpore, ſed etiam ſpiritu ſe colamus. Et quoniam in corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti inſiti ſumus, iſque adeo nos ſibi tanquam membra ſua univit: caveamus, ne hoc illum probro afficiamus, ut nos ejuſmodi turpitudine & infamia polluamus. En igitur, quomodo fideles ſe ad caſtitatem non timore coacti duntaxat, ſed gratiam & honorem ſibi à Deo factum, quum is ſic voluerit ad ipſos accedere in perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti, reputando, debent inducere. En quod attinet ad id, quod de ſcortatione Jobus profitetur. Veniamus autem ad id, quod ſecundo loco profitetur: tantum abeſſe, ut alienum jus rapuerit, ut in ſibi ſubditos ſuperbia aut crudelitate uſus non fuerit. Servi & ſervæ ejus temporis non ea erant conditione, qua hodie: non erant conductitii, ita ut, pro tempore quod ſerviviſſent, merces ipſis perſolveretur: ſed ad vitam & mortem ſervi erant, ita ut aſinorum & boum inſtar poſſiderentur. Id vero valde notatu dignum eſt: nam quamvis ſecundum jus humanum dominus in ſervum vitæ & necis poteſtatem haberet, videmus tamen, quomodo eo Jobus uſus fuerit: quod nimirum ſe continuerit, & legem ſibi impoſuerit, eo quod cognoſceret ſecundum Deum, eos, qui ejuſmodi imperium obtinent, illo abuti non debere, ita ut ſint tyranni, & creaturas ratione præditas pedibus conculcent. Nobis igitur diligenter notandum eſt, quæ ſervorum eo tempore conditio fuerit: id enim melius oſtendit, quæ fuerit humanitas & integritas, qua Jobus uſus eſt, non permittens ſibi ea, quæ ipſi alioquin ſecundum homines permiſſa erant: intelligebat enim, id ſibi ſecundum Deum non licere. Nunc notemus verba, quibus utitur: *Si recuſavi*, inquit, *judicium ſervo meo, & ancillæ meæ, quum mecum litigarunt*. Vocabulum enim, quo hic utitur, ſignificat jurgari, contendere, litigare. Eo Jobus ſignificat, quamvis os ſervis & ancillis ſuis occludere, & illos magnis ictibus, ita ut nemo eo nomine ipſi infenſus eſſet, contundere, quotieſcunque videretur, poſſet: ſe tamen illis cauſam ſuam agendi facultatem

ſemne coram ipſo conſiſtere? Quum à me vitæ rationem exigeret, quomodo poſſem reſpondere, niſi humanus erga ſervos meos fuiſſem? En locum, qui magnam & valde utilem doctrinam continet, modo ex eo utilitatem capere poſſimus. Si enim ſic humani eſſe debemus erga eos, qui nobis ſunt inferiores, ut, quum facultate ipſos opprimendi præditi ſumus, nobisipſis modum, legem & normam imponere debeamus: quales nos erga pares præſtare debemus? Si enim aliquis mihi ſubditus fuerit, mihi licitum eſſe videtur, ea erga illum auctoritate uti, ut ne hiſcere quidem audeat, ego vero in illum omnia poſſim: ſicuti videmus, homines ſibi plura, quam habeant, arrogare: & ſi Deus illis portionem aliquam auctoritatis conceſſerit, eam ſic augent & proferunt, ut nullis illam terminis circunſcriptam putent. Benigne tamen & clementer cum iis, qui nobis ſunt inferiores, & ſupra quos in aliquem gradum ſumus evecti, debemus agere. Quales igitur nos eſſe conveniet, quum nobis cum paribus aut ſuperioribus res erit? Dominus coram Deo damnabitur, ſi ſervum ſuum violentia oppreſſerit, ſi ſe eo faſtu & arrogantia extulerit, ut non paſſus ſit ſervum ſuum bonam cauſam agere: quid futurum eſt, ſi ſervus adverſus dominum ſuum rebellis fuerit? Quid, ſi filius adverſus patrem, ſubditus adverſus ſuperiorem inſurgat? certum eſt, id longe minus tolerabile eſſe. Videmus igitur hic doctrinam generalem & communem omnibus: ut primum, qui in aliquam dignitatem evecti ſunt, cognoſcant, Deum ipſos eo loco minime collocaſſe, ut ſibi ad alios vexandos, & pede premendam ipſorum cervicem, habenas laxent: ſed eos ſe in humilitate & modeſtia ſemper continere debere. En igitur unum notandum. Ea enim auctoritas, quæ inter homines locum obtinet, eo uſque debet valere, ut, qui ſervit, & parvus eſt, non propterea tamen contemnatur. Certum eſt, unumquemque domi ſuæ velle dominatum obtinere, nec eo dominatu alius eſt nobilior: volet itaque unuſquiſque domi ſuæ audientiam & obſequium ſibi præſtari. Videmus tamen nihilominus, herum in ſervos & ancillas non habere ejuſmodi imperium, ut non debeat illos, ſi qua ipſis injuria facta fuerit, placide audire. Si igitur quilibet privatim, & in familia ſua, ea humanitate in eos, qui ipſo ſunt inferiores, debet uti: quales eſſe debent, qui Magiſtratus auctoritate præditi ſunt? Neque enim illi dominantur tanquam domini in ſervos & ſervas. Eſt in illis auctoritas & præeminentia quædam honoraria: ſed non ea conditione, ut ſic dominentur, ut alii ſervi ſint. Contrà Reges, ne ſibi adulentur, ne mundum ſui cauſa duntaxat condi-

tum

noſtro vivere? Si quiſpiam, quum parem ſuum & æqualem debet agnoſcere, & ſe illi ſocium adjungere, efferat ſe, ita ut, tauri inſtar, in ipſum inſolenter ſe gerat: an non, quæſo, ejuſmodi faſtum & ſuperbiam reprimi oportebit? Quumque quiſpiam, levicula duntaxat temeritate inflatus, volet eam auctoritatem in proximos ſibi arrogare, ut non dignetur ipſos niſi obliquis oculis intueri, omneſque ad ejus aſpectum tremere debere exiſtimet: nonne Deus tandem ad ejuſmodi inſolentiam & faſtum reprimendum manum admovebit? Diligenter itaque hunc locum notemus: neque enim ad dominos & heros duntaxat ad modeſtiam & humanitatem, ſed in genere (& quidem potiori ratione) omnes erudiendos utilis eſt. Quapropter quomodo videmus, Deum velle, ut inferiores ſe ſubjiciant iis, qui auctoritate præſtant: ita etiam oportet ſuam conditionem & vocationem unumquemque reſpicere, ut diſcamus ad eam modeſtiam nos componere, ut dominus ſervum non opprimat, ſervus non inſurgat in dominum: ſed unuſquiſque ita officio fungatur ſuo, ut Deus, tanquam in ſummo gradu conſtitutus, ab omnibus colatur. En quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Ut autem magis convincamur, ſi forte ita feroces ſimus, ut velimus unuſquiſque nobis plus, quam à Domino ſit conceſſum, arrogare, notemus, nos non duntaxat ore Dei & Prophetarum ipſius condemnatum iri, quum ejuſmodi ſuperbia in nobis fuerit, ut crudeles in eos, qui nobis ſunt ſubditi, fuerimus; ſed Ethnicos ipſos extremo die judices noſtros futuros. Jam dixi, ſecundum leges humanas dominum eo tempore vitæ & necis in ſervos poteſtatem habuiſſe. Quid Ethnici

Cic. Off. 1. ſuper ea re dixerunt? Servis tanquam mercenariis utamur oportet: hoc eſt, tanquam conductitiis hominibus, qui nobis ſubditi non ſint. En ipſiſſima illorum verba. Si increduli, qui tunc fuerunt, eam humanitatis rationem habuerunt, ut exiſtimarint, unumquemque ſibi legem præſcribere debere: quænam, quæſo, nobis, qui verbo Dei illuminamur, ſi ſaltem eadem, qua illi, ratione non moveamur, excuſatio eſſe poterit? Sic igitur notemus, ſi Deus nos in aliquam dignitatem evehat, eum velle modeſtiam noſtram probare: ſi etiam ſervos & ancillas dederit, velle nos in ea humanitate & integritate, cujus hic fit mentio, exercere, ut oſtendamus, nos, ſi ab ipſo donum aliquod ſpeciale acceperimus, illud ipſi acceptum ferendo, hoc pacto incitari ad ipſo ſobrie utendum. Quumque ipſe qui omne imperium in nos obtinet, nihilominus nobis parcat, nos illum, utpote qui ſimus ejus filii, imitari, illique ſimiles eſſe enitendo, humanitatem erga alios exercere debere. Cæterum cognoſcamus, poteſtatem illam penitus eſſe perverſam, quando quiſpiam propterea, quod auctoritatem deprimendam. Si quis igitur, quum

Deus illi ſervos & ancillas dederit, & ad ſe nimis efferendum, & immodica erga ipſos ſeveritate utendum ſollicitetur, quærat hoc remedium, quod nobis hic proponitur: Quomodo? Quum crudeliter ſervos meos tractabo, panem illis quaſi de ore auferam, fruſtum niſi me invito comedere non poterunt, urgebo illos nimis ad opus, me denique erga ipſos crudelem præbebo: quicum rem mihi eſſe putem? Verum eſt, ipſos in mea poteſtate eſſe, ſed tamen an non illos Deus creavit & formavit? Nonne habemus Dominum communem in cœlo? Atque hoc eſt, quod Paulus proponit, dum hortatur dominos, ut ſervis *Epheſ. 6.*
ſuis parcant: Amici mei, inquit, etiamſi in eos im- *verſ. 9.*
perium & dominationem habeatis, eſt tamen vobis Dominus in cœlo: qui enim longe ſupra cæteros evecti ſunt, nihilominus ſunt ſubditi: Deus enim ſupra illos eſt: conſiderent igitur ſibi rationem reddendam eſſe ei, qui dedit ipſis ſervos. Nonne hoc conſiderantes debemus nos continere? Numquid enim id à nobis habemus? Quo jure quiſque ad eum dominatum, quem in nobis inferiores & ſubditos obtinemus, pervenimus? Nonne illud eſt tanquam depoſitum, quod Deus nobis in manibus poſuit? Nonne igitur danda eſt nobis opera, ut ex ejus voluntate ipſo utamur? Ethnici ſic loquuti ſunt, quum ſupremas poteſtates voluerunt in ordinem cogere: Eſto, verum eſt, Reges timorem & formidinem ſui omnibus incutere, ſed tamen manum Judicis cœleſtis non poſſunt effugere: eſt enim Deus aliquis ſupra ipſos. Si id dictum eſt de Principibus, qui ſummam & abſolutam poteſtatem obtinent, quanto magis de iis, qui ſunt mediocris conditionis, & habent duntaxat ſub ſe ſervos & ancillas aliquot? Cæterum, ut dixi, hoc cognoſcamus, En habemus omnes Creatorem communem. Quum hoc conſiderabimus, nos omnes ab uno Deo ortum ducere: concludendum erit, id quod verum eſt, nos non poſſe proximos offendere, quin Deus in eo offendatur. Nemo igitur vanitate impulſus inſurgat: nam, ut dicit Salomo, qui cæcum aut *Prov. 14.*
pauperem irridet, is originem & creationem ſuam *verſ. 31.*
contemnit. En pauperem hominem, quem deſpicio, *& 17: 5.*
pudore afficio: verum eſt, contumeliam illam hominem mortalem ſpectare: ſed Deus ſe medium interponit, & injuriam, tanquam ſibi factam, imputat. En igitur, quod Jobus aut potius Spiritus Sanctus voluit hoc in loco notare: quum dicit, eum, qui creavit dominum, creaſſe etiam ſervum. Quando igitur vana arrogantia tangimur & ſollicitamur, eo ut nos longe pluris quam alios faciamus, & ejuſmodi dominatum appetimus, ut unuſquiſque ſe nobis ſubmittat, procidat ad pedes noſtros, regnemus: hoc nobiſcum reputemus, Sed tamen Domini ſum,

Deus

Digitized by Google

omnemque adeo ferociam & elationem animi reprimere: quid, quæſo, excuſationis habebimus, quum modo Deus ſe Patrem noſtrum declarat? Non dicit
Mal. 1. duntaxat, ſe generis humani, divitum atque paupe-
verſ. 6. rum ex æquo, ſervorum & dominorum Creatorem
& 2: 10. eſſe, ſed Patrem ſe nominat: ſit igitur fraternitas

buerit, ſciamus tamen eſſe obligationem mutuam, noſque invicem alios aliis ſubditos eſſe, ut officio noſtro fungamur, atque in unione fraterna ambulemus, ut uno conſenſu, & tanquam uno ore ipſum tanquam Patrem noſtrum invocemus. Sic dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO CENTESIMA DECIMA QUARTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXI.

16. Si prohibui à deſiderio ſuo pauperes, & oculos viduæ deficere feci:
17. Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea:
18. Quia à pueritia mea crevit mecum, tanquam apud patrem, & ab utero matris meæ
deduxi illam.
19. Si vidi pereuntem aliquem, quod abſque veſte eſſet, & quod non fuerit operi-
mentum:
20. Si non benedixerunt mihi lumbi ejus, & de vellere ovium mearum calefactus eſt:
21. Si ſuſtuli manum meam, quum viderem in porta auxilium meum:
22. Scapula mea ab humero ſuo cadat, & brachium meum à canna ſua confringatur.
23. Quia pavor mihi erat à punitione Dei, & à celſitudine ejus non potuiſſem eripi.

Hic Jobus oſtendit, qua humanitate, ad ſubveniendum pauperibus & egenis, uſus ſit. Superius profeſſus eſt, ſe nemini injuriam feciſſe: hic vero jam aliquid amplius addit, quod nimirum eorum, qui ſuam opem imploraſrint, neceſſitatem opibus & facultatibus ſuis ita ſublevarit, ut eos languere non ſiverit. In quo oſtendit, ſe ad egenis opitulandum promto animo præditum fuiſſe: hoc eſt, ſe, ſtatim atque rogatus ſit, illico ſuccurriſſe, nec procraſtinaſſe, ut ii ſolent, à quibus vi extorquetur beneficium. Ideoque dicit, *Si pauperem à deſiderio ſuo prohibui*; hoc eſt, ſi, quum pauperem vidit in egeſtate & inopia conſtitutum, ei non ſit opitulatus. *Si quoque conſumſi oculos viduæ.* Si enim cupide aliquid exſpectamus, oculos noſtros in id ſemper intentos & defixos habemus: quumque aliquid attente intuemur, oculi noſtri deficiunt & caligant. Videmus igitur mentem Jobi, ſe, ut dicitur, pauperes, à quibus auxilium ſuum implorabatur, ſuſpenſos non tenuiſſe, ſed ſtatim eos ſublevaſſe. Subjicit, Se non vidiſſe pereuntes frigore eos, qui veſtibus indigebant: ſed potius, inquit, lumbi & latera ipſorum mihi benedixerunt: hoc eſt, liberalitatem & beneficium meum ſenſerunt: quin mearum ovium vellere calefacti ſunt. Denique ait, Se nequaquam ſolum buccellas panis ſui comediſſe, non helluatum eſſe ſolum bona, quæ Deus ipſi dederat, ſed de illis, viduis & orphanis partem aliquam conceſſiſſe, quos etiam, inquit, apud me eduxi, non ſecus quam ſi pater ipſorum fuiſſem. In quo ſignificat, ſe patris loco orphanis fuiſſe. Habui, inquit, ab utero matris viduam mecum, commendatos habui pauperes, qui indigebant ope mea, nunquam illis defui. Quod ni ita ſit, ſcapula mea cadat ab humero meo: hoc eſt, diſcerpar, & putrefactæ diſſolvantur omnes corporis mei partes: brachium meum, inquit, à canna & commiſſura ſua confringatur: maledictio Dei ingens & horrenda penitus in me & corpus meum cadat, ſi debilibus injuriam, & iis qui ipſam à me propulſare non poterant, intuli: aut, ſi manum meam adverſus orphanum ſuſtuli: & quamvis ſecundum homines id poſſem facere, & me in mea violentia & injuria toleraturus eſſet Magiſtratus: ſi id tamen feci, diſcerpar & putreſcam totus. Et rem ita ſe habere ut appareat, afflictio Dei mihi ſemper fuit timoris loco: neque enim illius onus ferre poſſem. In his verbis, ut ſuperius, ita

etiam

Digitized by Google

dum, miſericordes eſſe debere. Eleemoſynæ igitur hic nobis commendantur. Sæpius dictum eſt, vocabulum illud idem valere atque miſericordiam. Videmus autem, Deum ſibi inter alios titulum hunc attribuere, quod ſit humanus & miſericors: non poſſumus igitur ipſius filii eſſe, nec nos unquam tales, niſi nos ad ejus exemplum in hoc conformemus, agnoſcet: ut nimirum, quum videbimus pauperes aliquos pati, commiſeratione afficiamur, & pro virili ipſorum miſeriis ſuccurramus. Verum eſt, nos omnes opes & facultates noſtras ſic erogare poſſe, ut tamen id nobis in virtutem coram Deo minime imputetur: nam antequam manus aperiatur ad dandum, cor commiſeratione duci & affici oportet: quando tamen eorum, qui patiuntur, commiſeratio nos tenebit, neceſſe eſt ut illis pro virili ſubveniamus.

Jac. 2. verſ. 16. Nam ſi pauperi (ut recte monet D. Jacobus) dixero, Amice mi, Deus tibi proſpiciat: eo ipſo oſtendo, me charitatis expertem eſſe: ſi dixero, Miſeranda eſt tua conditio, irriſor ſum & hypocrita, ſi interim cui benefacere debeo, opem ferre non conatus fuero: hoc eſt, illic miſeriam, quam Deus oculis meis offert, video: id vero perinde eſt, ac ſi Deus mihi benefaciendi occaſionem offerret: Deum igitur me ad beneficentia utendum vocantem video, & tamen ſurdum & cæcum ago. Si in me gutta aliqua humanitatis eſſet, nonne pro virili ejuſmodi neceſſitati ſubvenire conarer? Nobis igitur hic locus retinendus eſt, ut ſciamus, Spiritum Sanctum nos ad eleemoſynas conferendas hortari; idque in duobus conſiſtere, ut nimirum ſimus miſericordes, videntes proximos noſtros pati: quumque commiſerationis affectu præditi fuerimus, qua ratione illis aptiſſime ſubvenire poſſimus, conſideremus, & in id pro virili unuſquiſque incumbat. Verum eſt, nos omnibus neceſſitatibus, quæ in oculos noſtros incurrunt, mederi non poſſe, & Chriſtianum hominem gemere interdum oportebit, ut non crumenæ manum admoveat: nec ſemper poſſunt, qui maxime volunt, opem ferre: nihil igitur habebunt illi præter commiſerationem: Deo tamen illa charitas grata & accepta eſt: non ſecus, quam ſi ab ipſis pauperes alerentur & ſuſtentarentur: nec minus gratum erit ipſi ſacrificium ejuſmodi commiſeratio, quum ea præditus eſt pauper aliquis, quam ſi plenam ad dandum & erogandum crumenam haberet. Videndum tamen, ut pro virili quiſque quod noſtri eſt officii faciamus, ſcientes, Dominum noſtrum nos bonorum, quæ in manibus noſtris poſuit, diſpenſatores conſtituiſſe, non ut illa ſeorſim unuſquiſque helluetur, ſed cum indigentibus communicet. Verum eſt, hic certam legem imponi non poſſe:

Rom. 12. verſ. 8. ac ſane D. Paulus, quum hac de re loquitur, dicit,
2 Cor. 9. verſ. 7. Deum non adigere nos tanquam vi, & neceſſitate aliqua ad officium, ſed liberalitatis affectum à nobis [illegible] quam ſatisfactum eſſe, quum unuſquiſque noſtrûm ita continet ſe, ut neminem damno afficiat, aut facultatibus ſuis ſpoliet. Verum eſt, jam hoc aliquid eſſe & laude dignum, quum poſſumus profiteri nos manus puras habere, nec fraudibus aut rapinis deditos eſſe: ſed tamen ne propterea nos coram Deo liberatos & abſolutos eſſe exiſtimemus: ſi enim Deus nobis dedit, unde iis, qui neceſſitate premuntur, ſubveniamus, ſi illis non ſubvenimus, rei ſumus. Cur? Bona enim Dei rapuimus, ea ad alium uſum, quam ipſe voluit, applicantes. Si enim ſervus aliquis domini ſui bonis adminiſtrandis præfectus ſit, dominus vero juſſerit, Tu huic tantum dabis, illi hanc vel illam ſummam, quam debeo, perſolves; aut illi certam regulam, ſecundum quam velit ſua bona expendi, præſcripſerit: ſi ſervus velit parce agere, ſe clamoribus, ut, quod ſolvere juſſus eſt, ſolvat, urgeri patiatur, nec tamen quidquam velit ſolvere, alius veniat, qui dicat, Dominus tuus vult, ut hoc mihi des, nec tamen quidquam velit expendere, familia clamando panem petat, ipſe vero fame perire ſinat eos, qui domini ipſius opus faciunt: quæſo, quum dicit ſervus, En bonorum tuorum ne obolum quidem attigi, omnia tibi ſervavi: idne vero tolerandum erit? Nam hoc illi exprobrabit dominus, Nequaquam tibi eo fine bona mea in manus tradidi: dedecore enim me affeciſti, quum bona mea, ut juſſeram & mandaram tibi, non expendiſti: nunc me tuo nomine male audire oportet, quod bona, quæ tua non erant, penes te ſervaris & retinueris, nec cuiquam diſtribuere volueris. Quum itaque dominus cum ejuſmodi ſervo ſuo jure aget, nonne ipſum, ut ſceleratum & improbum, condemnabit? Atqui Deus ea conditione & fine nobis ſua bona largitur, ut de illis egenis noſtris fratribus ſubveniamus. Si contra ita ſumus reſtricti, ut ex crumena noſtra ne teruncius quidem, ex penu vero buccella panis non exeat, quid illud fuerit? Nonne hoc pacto illos, quibus partem aliquam facultatum noſtrarum Deus aſſignarat, fraudamus? & nonne Deo id, quod in manibus noſtris poſuit, furamur? Diſcamus igitur, ut jam dixi, ad miſericordiam magis proni eſſe: & quamvis certa lex non poſſit nobis imponi, ut dicatur nobis, Vos tantum dare tenemini: enitatur tamen unuſquiſque, &, quantum poſſit, videat: id ſciens, nos, etiamſi, quod in nobis eſt, præſtiterimus, non tamen officio defunctos eſſe. En igitur legem ſpecialem, quam unuſquiſque debet ſibi præſcribere, ut nimirum charitas ſe in longum & latum proferat, & eo uſque, ut adhuc confiteamur, nos erga pauperes eo, quod illis debemus, non eſſe perfunctos. Sed ſi quod in nobis eſt, non parce aut invite, ſed liberali, & ad ſuccurrendum egenis prompto animo præſtiterimus, quamvis perfectionem non conſequamur:

Digitized by Google

quod concedi. Sunt inſtar mali debitoris, qui, quum ab ipſo debitum exigitur, licet ſciat, ſibi ſolvendum eſſe, & poſſit præſentem pecuniam numerare: ſolutionem tamen differt, & libenter ſe pecunia ſua unum atque alterum diem oblectat: aut ſimiles ſunt ejus, qui ad patibulum deducitur: quantum poteſt, differt, & quum ſcala aſcendenda eſt, in unoquoque gradu tergiverſatur. Idem faciunt parci iſti & tenaces homines: quum ab illis id, quod debent, exigitur, cauſantur ſemper aliquid, quo differant ſolutionem, ſed tunc maxime, quum ab illis petitur eleemoſyna. Atqui ſi charitate præditi eſſemus, certum, nos non ita invitos, nec cum tot dilationibus, quæ damus, daturos: non ita pauperes, dum nos exſpectant, languerent, nec ſuis clamoribus aures noſtras obtunderent: ſed ex tempore, quantum in nobis eſt, ipſis opitularemur. En igitur, quod nobis ex hoc loco retinendum eſt, ut nimirum eleemoſynam Deo gratam faciamus, non eſſe nobis exſpectandum, ut, qui ope noſtra indigent, nos ſollicitent, nobiſque ſint importuni: ſed conſpecta neceſſitate, quæ illos urget & premit, dandam eſſe nobis operam, ut ex tempore ipſis proſpiciamus: ſicuti, quum adverſi & mali aliquid patimur, nunquam ſatis in tempore videntur nobis venturi, à quibus remedium exſpectamus. Cur igitur non tales nos erga alios præſtamus? Hac duntaxat menſura utendum eſſet: nam hæc quoque vera & naturalis regula eſt, ut, quod nobis fieri velimus, id alteri faciamus: ſed ad petendam opem valde promti ſumus, ad dandum vero ita tardi, ut nihil ſupra. En igitur, cur eo melius nobis obſervandum ſit hoc vocabulum, quando dicitur, Jobum non ſiviſſe languere viduam, & pauperem non paſſum eſſe ab ipſo repulſam deſiderii ſui, ſubjicit, Se nequaquam ſolum panem ſuum comediſſe, ſed orphano & viduæ partem aliquam diſtribuiſſe. Cur? Nam, inquit, Eduxi viduam ex utero matris mecum, orphanum tanquam pater alui. Hic bonitatis & liberalitatis ſingulare exemplum habemus: neque enim hic nobis proponitur quiſpiam, qui ſemel in hebdomade in tres aut quatuor parvam aliquam eleemoſynam contulerit. Sed ecce Jobum, qui ſe orphanorum patrem fuiſſe, viduarum protectorem, non ſolum ad illas adjuvandum, ſed etiam alendum propriis facultatibus, fuiſſe profitetur. Quum id audimus, nonne pudore nos ſuffundi oportet, quod, centum hominibus opem noſtram implorantibus, vix uni ipſam præſtamus? quod ſi vigeſies officio noſtro defuerimus, ſatis ſuperque à nobis factum exiſtimamus, ſi eo leviter & perfunctorie erga unum duntaxat defuncti fuerimus, & quidem non ita, ut ipſi, ſicuti par eſt, proſpiceremus, ſed in tranſitu exiguum quid daremus, hoc addentes, Abi, aliunde tibi proſpicias. An non magnum dedecus & pudendum eſt, Jobum hic nobis ſpeculi loco propoſitum eſſe, & in ejus

petat, unde poſſimus, eſt in nobis infirmitas, quæ cohibet nos, quominus & nos & noſtra, quouſque debemus, impendamus: attamen commiſeratione aliqua affici debemus; aliquid, ſi non totum, agamus: præterea, ſi ſcopum, quem Jobus conſequutus eſt, attingere non poſſumus, ſaltem tendamus, quum eo nos Deus vocet. Sed nonne pudendum & dedecus eſt ſummum, nos nullam prorſus officii noſtri partem attingere? Aut quum pedem movemus, dentes conſtringimus, & pigros illos imitamur, qui, quum tibiam attollunt, videntur ſibi montem poſt ſe trahere. Si poſtea brachium attollant, frontem contrahunt, muſſitant & grundiunt, & pro eo quod promovere deberent, retrogrediuntur. Quum eo pede pergimus, nonne id argumento eſt, nos nullo ad bonum ſtudio & affectu duci? Sic igitur ſaltem Jobi exemplum imitari diſcamus, ſi ejuſmodi perfectionem, quam ille ſe habuiſſe, & quidem non per jactantiam, ſed ut magis moveamur & afficiamur, profitetur, conſequi non poſſumus. Deus enim videns, ſimplicem doctrinam nihil nobis prodeſſe, proponit nobis ſpecula quædam exemplorum, ut minus excuſationis habeamus. Si quis quærat, Quomodo igitur? Numquid dandum eſt ſine judicio & temere quibuſvis petentibus? Ad id reſpondetur, Spiritum Sanctum nolle impedire, quominus qui eleemoſynas conferunt, judicent, & reſpiciant, in quos facultates ſuas erogent: nam ſi ſine judicio temere in quoſvis noſtra profunderemus, ſtatim unuſquiſque exhauriretur, & tandem pauperes omni ope & auxilio deſtituti jacerent: nam audaciores, ut dicitur, vincerent. Qui vero ſunt audaciores? Ii qui minime indigent: illi enim pauperes ſimulabunt, & quidem, ut omnia rapiant, nihil aliud quærunt, quam ut duplicata & triplicata in ipſos congerantur dona, nec curant interim, an alii ſitiant aut eſuriant. Prudentia igitur opus eſt, ut videatur, quibus detur, & quidem quum tanta ſit hodie in mundo malitia, totque adeo hypocritæ, ut nihil ſupra. Ex iis, qui petunt eleemoſynam, vix centeſimus quiſque reperietur dignus, cui ſubveniatur: nam quamvis reipſa ſint pauperes, ſtatim atque aliquid ad manum habent, helluantur & inebriantur; Deus etiam efficit, ut omnia illa conſumantur: denique ad cumulum iniquitatis devenimus, ita ut diligenter diſcernendum & dijudicandum ſit, quibus detur. Sed interim caveamus, ne avaritiæ & tenacitatis prætextus ſit ejuſmodi prudentia: Deus enim non vetat, quominus, quibus demus, ſpectemus, ne male facultates noſtræ collocentur: ſed hoc ante omnia apud nos conſtitutum eſſe debuit, Equidem paratus ſum de bonis meis, prout ſunt facultates meæ, erogare: nihil aliud cupio quam invenire quos ſublevem. Quum quiſpiam ſic apud ſe conſtituerit, tum inquirat, an apud hunc aut apud

Digitized by Google

grati animi vitium, quo multi laborant: illa omnia nos ab officio deterrere poſſunt. Bono tamen nos eſſe animo, &, quicquid ſit, perſeverare oportet. In ſumma, juxta id quod jam dixi, non poſſumus in omnibus leges ſpeciales præſcribere, ſed regula generalis, quam Deus dedit, debet nobis ſufficere, ut nimirum animo humano, & ad commiſerationem proclivi præditi ſimus: benefacere & opitulari iis, qui ope noſtra indigent, cupiamus: non ſinamus languere eos, qui opem noſtram exſpectant, ſed potius cor aperiamus, ut manus aperiatur ita ferente neceſſitate. En in ſumma, quod hic nobis obſervandum eſt. Cæterum diligenter notemus, quod hic Jobus ſtatim dicit, *ſe non vidiſſe pereuntem eum, qui veſtimentis indigebat, non paſſum fuiſſe, ut is, qui nullum tegmen habebat, frigore moreretur. Sed*, inquit, *ipſorum lumbi & latera mihi benedixerunt, & agnorum meorum pellibus ſunt calefacta.* Hic Jobus oſtendit ſe, omnibus modis eleemoſynis faciendis applicuiſſe ſe, non ſolum ut eſurientes & ſitientes cibo & potu recrearet, ſed ut nudos veſtiret. Ac ſane, ſi miſericordes eſſe volumus, proximorum neceſſitatibus, prout ipſas videmus, ſubvenire debemus: neque enim ſatis eſt, illis ex parte ſuccurrere & opem ferre. Verum eſt, nos non poſſe idem quod Jobus præſtare: neque enim ovium millena, ſicut ille, poſſidemus, ita ut, quod ad proventum ipſius attinet, inter magnos hujus temporis Principes potuerit cenſeri: ſicut videmus, ipſum non habuiſſe paria aut centena aliquot boum duntaxat, ſed etiam gregum & armentorum quantum eſſe poſſit in quinque aut ſex magnis pagis, aut etiam amplius in regione aliqua. Vidimus enim, ejus opes & facultates in pecoribus, quantus eſt numerus pecorum regionis alicujus, poſitas fuiſſe. Ad eas igitur opes non poterit unuſquiſque pervenire: ſed, quicquid ſit, menſuram noſtram conſideremus, ſecundum illam enim beneficentia eſt
Marc. 12. *verſ.* 14. *Luc.* 21. *verſ.* 2.
nobis utendum: ut ſcimus, quod dictum eſt, Viduam illam, quæ duos obolos duntaxat dedit, pluris fieri à Chriſto, & magis laudari, quam eos, qui pecuniæ aliquam ſummam in gazophylacium conjecerant. Cauſa vero quæ? Quia illa omnes ſuas facultates dederat, reliqui vero exiguam portionem duntaxat pro ſuis facultatibus dederant. Sic unuſquiſque ſibi attendat: ſed in primis, conſpecta cibi & potus, tum etiam veſtimenti inopia & egeſtate, qua proximi noſtri laborant, ſaltem, ſi alia ratione non poſſumus ipſis ſubvenire, Deum, ut illorum miſereatur, illiſque propitius eſſe velit, precemur: interim, quicquid ſit, non ſtet per nos, quominus ſubleventur & recreentur. En quod nobis retinendum eſt, Jobum nempe, poſtquam loquutus eſt de buccellis ſuis, & ſe illarum partem aliquam famelicis dediſſe oſtendit, ſubjicit, ſe illos quoque veſtiviſſe, qui ſine ope pterea. Quod ſi ejuſmodi ingratum animum ferre non poſſimus, notemus vocabulum, quod hic ponitur, beneficium à nobis collatum, nobis coram Deo benedicturum. Eſtne aliquis adeo turpis & infamis, ut ope alicujus ſublevatus indignetur & obloquatur ipſi? fert tamen ſua latera: quod ſi ipſi veſtimenta dederimus, corpus ejus nobis coram Deo benedicat neceſſe eſt. Verum eſt, ipſum eam voluntatem non habere: Deus tamen reſpicit corpus, quod veſtibus tectum eſt, eaque benedictio in rationes accepti apud ipſum referetur. Ejus, qui paſtus eſt, ut dixi, venter loquatur oportet, & quamvis os ipſius adeo perfidum ſit, ut bonum in malum convertat, nec quidquam præter venenum ex ipſo exeat, eleemoſynæ tamen in ipſum collatæ benedictionem Deus gratam & acceptam habebit. En igitur, quod nobis notandum eſt, ut incitemur ad iis, qui ope noſtra indigent, opitulandum. Ne reſpiciamus, an tales ſint, qui beneficium acceptum compenſare & remunerari poſſint, aut denique gratos ſe ſint præſtituri. Quin ponamus, eos contrarium agere, nequaquam tamen rem & operam perdiderimus, quum Deus ſacrificium hoc, ſibi à nobis exhibitum, gratum & acceptum ſit habiturus. En igitur, quam vim habeant hæc verba, *Latera & lumbos benedicere ei, qui hominem nudum & frigentem texit.* Contra notemus, etiamſi pauperes non implorent Dei vindictam adverſus nos, nec de nobis conquerantur, latera tamen ipſorum nobis maledictura, ſi quum egeſtatem paſſi fuerint, oculos ad ipſorum inopiam clauſerimus, nec eorum nos ulla commiſeratio tenuerit: ſed apud nos dixerimus, Bene & commode mihi eſt, non curo quomodo ſit aliis. Si igitur ſic crudeles fuerimus, certum eſt, Deum facturum, ut lumbi & latera loquantur, quum miſeri aliqui egeni, nobis opem ipſis ferre nullo modo dignantibus, propter rerum omnium inopiam & egeſtatem mortui fuerint: etiamſi os non aperiant ad conquerendum de noſtra crudelitate, anguſtia tamen illa, quam paſſi ſunt, clamet, apud Deum conqueratur, & ſecundum eam querimoniam pœna de nobis ſumatur, oportebit. Ita accidet, etiamſi, ut diximus, homines ipſi taceant. Poſteaquam vero ſic loquutus eſt Jobus, ſubjicit, *ſe adverſus orphanum manum ſuam minime ſuſtuliſſe, & quidem, etiamſi paratum auxilium ſuum in porta videret:* hoc eſt, quamvis impune coram hominibus injuriam ipſi inferre poſſet: nam eo tempore juſtitia ad portas urbium, tanquam in locis maxime frequentatis, adminiſtrabatur. Jobus igitur ait, Verum eſt, me huic timorem, illi fugam injicere, &, inſtar fulminis, modo in hunc, modo in illum, nemine ne hiſcere quidem adverſus me audente, ingruere potuiſſe. Cur? Vir auctoritate præditus toleratur, nemo de illo audet

con-

Digitized by Google

omni tempore magnas corruptiones fuiſſe, & eos, qui juri reddendo unicuique præfecti ſunt, munere ſuo ut par eſt non fuiſſe defunctos. Non igitur nova res eſt, ſi hodie maxime ſceleratis Judices manus porrigant, ipſis faveant, eoſque in ſuis maleficiis tolerent; id uſitatum & ſolenne fuit. Eo igitur magis, qui ad Magiſtratus dignitatem evecti ſunt, ſibi debent attendere, ut coram Deo munere ſuo fungantur, & liberent animas ſuas. Sed quid? Ea corruptio jam pridem regnavit, & hodie adhuc maxime regnat. Si quis dicat, Quum hoc malum jam inde ab omni antiquitate & memoria hominum regnarit, flocci faciendum eſt: non tamen propterea excuſabitur. Atqui tunc non tanta erat cognitio Dei, non ita erat doctrina cœleſtis familiaris, ut nunc eſt. Illi igitur, qui ſedent pro tribunali juſtitiæ, qui ſceptrum in manibus habent, quum vim illatam alicui patientur inultam, pauperem aliquem oppreſſum videbunt, nec tamen illius defenſionem ſuſcipient: ſi animadvertentes, eos, qui auctoritate & poteſtate aliqua præditi ſunt, plura ſibi ſumere & arrogare quam par ſit, diſſimulant, quam excuſationem poterunt prætexere, quum quotidie admonitionibus, quibus, quid Deo & populo ipſis commiſſo debeant, declaratur, aures illorum obtundantur? Sic notemus in hac doctrina, ſi ejuſmodi corruptio uſitata & recepta fuit in mundo, ut Judices improbos tolerarint, quum hodie ejuſmodi confuſionem videmus, unumquemque ſe conſolari, nec valde moleſtum nobis eſſe debere, ſi jus & æquum adverſus eos, qui nobis multas injurias inferunt, obtinere non poſſumus. Tunc nos patientia armari oportet: nam videmus, Deum ſic voluiſſe ſuos omni tempore exercere. Poterat quidem jam inde à Jobi temporibus Magiſtratus coërcere, ſed voluit jam tunc multos pauperes, propter injuſtitiam, ſuſpirare. Si hodie ejuſmodi eſt conditio noſtra, vult, ut eo pacto diſcamus, quid ſit pati. En unum notandum. Sed tamen eos, qui Magiſtratu funguntur, ſibi attendere oportet: quum enim homines ad illud vitium proclives ſint, ſtatim ab officio ſuo abducentur, niſi ſibi attendant: & exemplorum nimium nobis quotidiana experientia ſuggerit. Eſt vero alterum præceptum memoriæ diligenter mandandum: ne, quod nobis licitum eſt ex parte hominum, reſpiciamus, ſed, Jobi exemplo, oculos noſtros in Deum defixos habeamus, & timor ejus nos cohibeat, ne proximis damnum aut detrimentum ullum inferamus. Atque hæc admonitio valde neceſſaria eſt: nam hodie, quæſo, quid ſpectamus, niſi ne in hominum reprehenſionem incurramus? Id ſi poſſimus obtinere, ſufficit nobis. Interim vero quæ eſt ratio juſtitiæ? Ea quæ erat Jobi tempore. Auxilium erat ad portam pro iis, qui violentia utebantur, viduas devorabant, tenues & pauperes vexabant. Heu! hodie ad ejuſmodi rerum confuſionem, & adhuc majorem devenimus: quod facultas offerat: ſed ſi hoc illi in mentem veniat, Atqui ratio reddenda erit, præſto eſt quod ſubjiciat, Nihil refert, ſtatim atque hunc vel illum corrupero, res mea in tuto eſt: quum ejuſmodi munus illi obtulero, illum in partes meas pertraham: tum ille duos alios mihi conciliabit: quumque mihi adhuc ſex alios, qui cauſæ meæ faveant, adjunxero, quod volam, obtinebo. En quomodo illi, qui juſtitiam adminiſtrant, venum exponuntur inſtar meretricum, ut nullus ipſos amplius pudor teneat, nec honorem & exiſtimationem ſuam aut quidquam aliud curent: nam hodie calliditates & aſtutiæ, quas obtendunt, ſunt adeo turpes & infames, ut ne veriſimiles quidem ullo modo ſint. Id videmus. Atque ita dat ſibi unuſquiſque licentiam furandi, prædandi, percutiendi, omne genus injuriæ & violentiæ inferendi. Cur? Quia ſi cauſa ad Magiſtratum deferatur, omnia corrupta ſunt. Eſt igitur nobis valde notanda hæc ſententia, quum Jobus profitetur, licet in magna eſſet auctoritate, & omnibus ita formidini eſſet, ut Judices ipſum coërcere & in ordinem cogere non auderent, nec quiſquam de ipſo conquereretur, ſponte tamen à male agendo abſtinuerit, nec concluſerit, Potero, quia homines mihi permittunt: ſed hoc vocabulum freni loco habuerit, nempe *Afflictionem Dei ipſi timoris vice fuiſſe*. Diſcamus igitur in integritate & bona conſcientia ambulare, quumque aliquid volemus aggredi, hoc examen inſtituamus, utrum hoc nobis à Deo permittatur nec ne, quumque videbimus aliquid Deo diſplicere, ab ipſo prohiberi & improbari, id nobis ſufficiat: & quamvis nobis homines plaudant, permittantque, ut, quodcunque libuerit, faciamus, ab eo tamen abſtineamus. Cur vero? nobis enim coram Judice cœleſti comparendum erit. Quid vero nobis proderit hominum manum evaſiſſe? Id Dei vindictam in nos ingeminabit. Cur vero? Quia reipſa oſtendimus, nos homines plus, quam Deum, timere. Nonne vero hæc ſumma eſt injuria, quæ à nobis ipſi infertur, quod Majeſtatem ejus creaturis mortalibus, & miſeris cadaveribus poſtponimus? Timebo homines, & interim Deum irridebo, Majeſtas vero ejus mihi pro nihilo erit. Præterea, quum Magiſtratum & Judicium odio aut gratia aut aliis quibuſdam obliquis rationibus corruperimus, & in partes noſtras Judices ipſos pertraxerimus: nonne hæc adhuc alia injuria eſt, quam Deo inferimus? Nonne eſt illud, quod ſanctificarat, polluere? Juſtitia eſt res ſacra, ipſam vero profanamus, quum eos, qui ſedent pro tribunali, quoſque Deus illic collocarat, ut nominis ſui auctoritas & majeſtas in ipſis luceret, pervertimus: ſi unquam illos ad nequitiam convertimus, nonne illud eſt ſacrilegium? Ideo dixi, nos iram Dei, quum hoc pacto è manibus hominum evadimus, in nos ingeminare. En igitur, quomodo oculos in Deum defixos debemus habere, & ejus judicium intueri, ut, ſi male agere poſſumus,

mit, nec unquam extinguitur, & ita urit ut nos perſtare oporteat, ad ipſum in æternum perferendum, ſuſtinebimus? Cur eo non reſpicimus? Afflictione igitur duntaxat Dei commoveamur, nec à male agendo abſtineamus propter dedecus aut pœnam, quam ab hominibus timere & exſpectare poſſumus: ſed potius ſic nobiſcum reputemus, Quomodo? etiamſi homines crudeliſſimos erga nos cruciatus exercere conſtituerint, illud tamen nihil eſt præ Dei vindicta. Si quiſpiam, attritis & contuſis primum membris, rotæ imponatur, candenti forcipe fruſta carnis ipſi avellantur, vivus exuratur: quamvis cruciatus illi valde graves ſint, prætereunt tamen & parum durant: præterea ad corpus duntaxat pertinent. Sed ecce iram Dei, quæ omnia conſumit, eſt ardens ignis, qui nos emendare, & in dies in ipſius obedientia proficere, donec penitus reformati fuerimus, quæramus. Præterea eorum, qui neceſſitatibus premuntur, commiſeratione ducti, ipſis opitulari conemur, in id toto affectu & ſtudio incumbamus, Deum optimum, ut ipſorum miſereatur, nobiſque etiam propitius eſſe velit, precantes: & quamvis eo indigni ſimus, quum tamen miſericordiæ ſuæ ſenſum nobis indiderit, nullo modo dubitemus, quin magis ac magis ſuam bonitatem & liberalitatem erga nos proferat, doniſque ſuis nos in dies augeat & cumulet, quando cum vera humilitate ipſius opem implorabimus, quomodo nos eo quotidie verbo ſuo benigne invitat. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, &c.

CONCIO CENTESIMA DECIMA QUINTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXI.

21. Si ſuſtuli manum meam, quum viderem in porta auxilium meum:
22. Scapula mea ab humero ſuo cadat, & brachium meum à canna ſua confringatur.
23. Quia pavor mihi erat à punitione Dei, & à celſitudine ejus non potuiſſem eripi.
24. Si poſui aurum ſpem meam, & auro dixi, Fiducia mea es:
25. Si lætatus ſum, quod multiplicatæ eſſent facultates meæ, & quod multum inveniſſet manus mea:
26. Si vidi Solem quando ſplendebat, & Lunam in ſplendore ſuo ambulantem:
27. Et ſeductum fuit in abſcondito cor meum, & oſculata eſt manus mea os meum:
28. Etiam hoc fuiſſet iniquitas judicata, quia abnegaſſem Deum deſuper.

VIdimus heri, quomodo Jobus profeſſus ſit, ſe in integritate ambulaſſe, non hominum metu, ſed quod in Deum oculos ſemper defixos habuerit, quum ſciret ipſum Judicem eſſe, & coram illo ad rationem reddendam comparendum eſſe. Diſerte autem dixit, ſe non confidiſſe in auctoritate ſua, ut ſolent divites qui multa poſſident, nec ſtultam illam imaginationem habuiſſe, ut ſe formidabilem redderet: ſicuti fere videas, eos, qui primarium locum propter opes aut auctoritatem ſuam obtinent, vana ſui opinione inflatos eſſe; pauperes contra, qui injuriam propulſare non poſſunt, opprimi, vexari, damnis, injuriis, probris denique multis affici. Jobus igitur dixit, ſe, quod ad homines attinet, ab omni injuria abſtinuiſſe, nec ipſis nocere ullo modo conatum eſſe. Cur vero? Quum ſciret ſe non poſſe ex manu Dei evadere: quo in loco oſtendimus, ſi malum hic inferius toleretur, patientia nobis utendum eſſe, quum Deus ſic ſemper ſuos voluerit exercere, ut nimirum multæ ipſis fierent injuriæ, bonum ipſorum jus defenſione & præſidio deſtitueretur, juri reddendo præfecti cæci aut perverſi eſſent. Notemus igitur, non eſſe nobis exiſtimandum, nos quidquam profeciſſe, quum ex manu hominum evaſerimus: id enim nihil aliud adfert, quam quod magis iram Dei accendit in nos: qui enim Judices & Magiſtratus corrumpit, eſt ſacrilegii reus: præterea falluntur homines, quum exiſtimant, aliquid licitum eſſe, quia ab hominibus non punitur: inde majorem licentiam ſumunt. Deus vero eo magis offenditur. Tunc igitur maledictionem ejus augeri, & eo magis in nos inflammari oportet. Poſtquam vero Jobus ſe orphanum non oppreſſiſſe, infirmos injuria non affeciſſe profeſſus eſt, ſubjicit, *Se non poſuiſſe fiduciam in auro, nec dixiſſe opibus ſuis, In vobis conquieſco: quin etiam ſe non valde gaviſum eſſe, quando facultates ſuæ auctæ*

Digitized by Google

in luxum effundere & veſtimentorum ornatum augere. Quin etiam vir vultum immutabit, ita ut vicinos ſuos nonniſi obliquis oculis intueri dignetur, os dimidium duntaxat aperiat, ejuſmodi faſtum & ſuperbiam proferat, ut nemo illum poſtea alloqui auſit. En igitur faſtum & ſuperbiam, quæ ubique aſpicitur. Quid vero inſolentes illi homines agerent, ſi auri & argenti acervos haberent, ſi iis opibus, quibus Jobus præditi eſſent, quum declaret, opes ſuas mirum in modum auctas & multiplicatas eſſe? Quum igitur aliquis arcas plenas auro & argento habuerit, nonne valde difficile eſt, ut ea in modeſtia & humilitate ſe contineat, ut aurum & argentum ſuum pro nihilo ducat? Quapropter videmus, Deum in Jobo miraculoſe & potenter operatum eſſe, quum non permiſit, ut is vana ſui opinione & arrogantia ſe divitem conſpiciens excæcaretur: ſed effecit, ut is ſic divitias ſuas poſſederit, ut eas relinquere ſemper paratus fuerit, nec in eis ſpem & fiduciam ſuam collocarit. Quod vero Jobus de ſe profitetur, nobis omnibus præcipitur: ſicuti videmus dici in Pſalmo, Si divitiæ vobis abundent, nec cor veſtrum illis apponatis, hoc eſt, ne ipſas in idola convertatis, ut in illis confidatis, & aliqua elatione animi inflemini. (*Pſal. 62. verſ. 11.*) Ideoque D. Paulus dicit, avaritiam eſſe idololatriam: fieri enim nequit, ut quiſpiam hanc cupiditatem multa congerendi habeat, quin ſtatim ea elatione animi præoccupetur, ut velit ſibi poteſtatem & auctoritatem multam aſſumere, eo quod bona multa poſſideat. Quando vero ea ſuperbia in homine regnat, en geminam idololatriam, quæ in ipſo ineſt: una eſt, quod Deum ſibi defuturum putet, niſi opes habeat: ut vero ſe divitem ſentit, ſe ita munitum, ut nihil ſupra, putat: denique eſt illa quædam ebrietas: quemadmodum enim ebrius ſibi de ſe mira falſo perſuadet: ſic quum aliquis dives eſt, & de ſuis divitiis magnam aliquam opinionem concepit, non recordatur amplius ſe hominem mortalem eſſe, ita ſeipſum obliviſcitur, ut adverſus Deum inſurgere nullo modo dubitet. Notemus igitur primum, Jobum hic nihil de ſe profiteri, quod non Deus omnibus fidelibus præceperit: ne videlicet animum ſuum divitiis, quamvis eæ abundent, applicent. Secundo notemus, eam virtutem valde raram eſſe inter homines, eoque magis ad illam ſtudium noſtrum omne conferendum eſſe, quum non poſſimus ſine magna difficultate, & niſi totis viribus enitamur, nos cohibere. Demus igitur operam ad nos in ea modeſtia continendos, ut divitiæ non abripiant nos, nec eo uſque excæcemur, ut illic cor & ſtudium noſtrum ponamus. Cæterum notemus, vitium intolerabile eſſe, quando quiſpiam in opibus confidit. Cur? An non enim nimis indignum facinus eſt, quum Deo

his rebus terrenis collocandam ſollicitamur: meminerimus, id eſſe, Deo ſuum honorem eripere, illo ipſum ſpoliare, eumque rei nihili attribuere: idque deteſtemur. Interim retineamus hanc condemnationem, quæ hic à Jobo in nos confertur, noſtrique cum illo comparationem inſtituamus. An non pudendum eſt, hominem, qui neſcio quid in re habeat, efferre ſe, jactare & oſtentare, ſibi denique aliquid eſſe videri? En Jobum, qui tantos theſauros poſſedit, acervatim aurum & argentum collegerat: in ſumma tamen humilitate, non ſecus quam ſi pauper fuiſſet, ſe continuit. Quam pudendum igitur erit nobis, quum ob pauxillum quid nos attollemus, quum Jobus in magna illa copia & abundantia, quam Deus ipſi dederat, non excæcarit ſe? En unum notandum. Cæterum obſervemus, non vulgarem hominis probationem eſſe, quando is dives eſt, nec tamen ſuperbit, ſed quietum ſe ſemper continet, nihil ſibi arrogans, inſtar alicujus è vulgo & plebe, vultum, geſtum & inceſſum ſuum componit. En igitur bonam probationem. Ne putemus igitur, nos magnam virtutem acquiſiviſſe, quum eo uſque non pervenerimus: neque enim in hac urbe Geneva, aut etiam in tota regione reperiatur quiſpiam, qui Jobum opibus æquet; ac ſane ditiſſimi in unum conducti nihil ſunt, ut ita loquar, præ eo, quod ille poſſedit. Qui gloriantur hodie propter opes, perinde ſunt, ac ſi quis ſe, quod tam alte, quam ſpiſſus eſt unguis, aſcenderit, magnum putet: ſi, quæ illi habent, cum iis, quæ Jobus poſſidebat, conferantur. Sed quum homines in tenui conditione Deus continet, id bono ſuo fieri cognoſcant, fore enim, ut, ſi plus opibus abundent, præ faſtu diſrumpantur, idque perditionis ipſorum cauſam futurum intelligant, ſiquidem tam alte, ut ſibi cervices lapſi frangerent, aſcendere vellent. Notemus igitur, Dominum bonum & ſalutem noſtram procurare, quum non patitur, ut ſic alte aſcendamus: neque enim fortunam noſtram, ut dicitur, ferre poſſemus. Videmus enim, ut, quamvis tam tenuis & abjecta ſit conditio noſtra, quam quæ maxime, ſemper, & quidem tanquam invito Deo & natura, magni eſſe & videri velimus. Quid igitur nobis fieret, ſi magnæ nobis adeſſent opes & facultates? En quod nobis conditionem noſtram, quantumvis tenuem & abjectam, debet tolerabiliorem reddere, &, ut eam patienter feramus, efficere. Quin etiam qui ita pauperes ſunt, ut qui maxime, agnoſcant, Deum hoc pacto ipſos velle domare & ſubigere, ne ſuperbiæ dediti ſint: ut fortaſſe fuerint, ſi is ipſis non adduceret habenas contractas, nec eos ejuſmodi examine contineret. Ut ut ſit, ſufficiat nobis, quod Dominus, quid nobis conducat, norit, illud ad manum habet, ita ut nulla ipſum impedimenta, quominus in tempore op-

por-

gaudii eſt materia: &, quomodo jam à nobis declaratum eſt, tantum abeſt, ut ejuſmodi gaudium Deo diſpliceat, aut ex ſeipſo ſit condemnandum, ut potius ſit fidei, timoris, & reverentiæ, quam ipſi exhibemus, ſignum, quum hoc pacto ejus bonitatem laudare, eique ob bona, quæ nobis diſtribuit, gratias agere diſcamus. Sed Jobus hic loquitur de gaudio cæco, quale eſt in mundanis hominibus, qui bonis ſuis ita mente alienantur, ut, poſtquam Deum obliti ſunt, ſuæ fragilitatis non amplius meminerint, ſed ſe in ſeipſis extollant. En igitur gaudium effuſum, immoderatum, & inſanum, quod nos à Deo avertit, & inebriat, ut haud amplius, qui ſimus, ſciamus. Atque hoc eſt, quod Jobus hic intelligit: denique ſignificat, ſe animo ſuo hoc frenum impoſuiſſe, ut quum divitiæ ſibi obvenerunt, illas tanquam de manu Dei acceperit; ſi ob ipſas lætatus ſit, Deo, qui ipſum ſic auxiſſet, gratias agendo, gaudium ſuum ſanctificarit: nec tamen propterea ſummum ſuum bonum in opibus conſtituerit. Atque hoc eſt præcipuum nobis notandum: in quo enim falluntur homines, niſi quod in his rebus caducis, quum longius & ulterius ſpectare debeant, hæreant? Quum agitur de ſummo hominis bono & felicitate, nobis omnibus ad Deum tendendum eſt, & ſciendum, ſi ab ipſo ſeparemur, nos miſeros eſſe, bonaque omnia quæ poſſumus poſſidere, delicias denique & omnes honores nos eo majori condemnatione implicare. En igitur, quomodo, quum quæritur de ſummo noſtro bono & felicitate, nobis ſit Deus quærendus. Contra videmus, homines rebus corruptibilibus addictos eſſe, ita ut illas pro Diis habeant, quidam aurum & argentum, alii honores & auctoritatem ſuam, alii voluptates. Quum quiſpiam dives eſſe cupit, hic illius ſcopus eſt: ſibi proponit, ſe, ſi dives fuerit, beatum fore: interim Deum deſerit & relinquit. Is qui in dignitatem & auctoritatem evehi cupit, ea cupiditate abripitur, tum à Deo ſeparari ſus deque habet. Mœchus aut ſcortator, aut alii cuipiam improbæ cupiditati deditus, modo eo quod concupivit fruatur, optime ſecum agi putat, & in eo gaudio exultat. Videmus igitur, homines rebus vanis & corruptibilibus deditos eſſe, pro eo quod ad Deum tendere & aſpirare deberent. Notemus igitur, Jobum non lætatum eſſe propter opes, ſed propter Dei bonitatem, quum dives factus eſt. Sed id nondum ſatis intelligi poteſt, niſi familiarius declaretur; non quod verba ſint nimis obſcura, ſed quia ſemper ſimulatione apud Deum uti volumus, quaſi in nobis ſatis ad eum fallendum ſubtilitatis eſſet. Homines igitur ſemper exiſtimant, ſe ſuis ſubterfugiis evaſuros, quum ſeipſos ex parte duntaxat cognoſcant: ac proinde, ſi uno verbo dicatur, non eſſe lætandum in opibus, ſed in Deo, qui illas dat, ſtatim omnium in divitiis, tanquam in cœno nos volutabimus. Qui animum ſuum divitiis addicunt, illi perinde ſunt, ac ſi in luto hærerent. Quemadmodum enim illi, poſtquam pedem unum extraxerunt, alterum profundius imprimunt, ita ut expedire & extricare ſe non poſſint: idem accidit iis, qui in hoc mundo fiduciam ſuam collocant, tantum abeſt, ut ad Deum poſſint ſe erigere, ut ex hac parte cadant, ex altera impingant, ſæpius titubent, ſe offendant: denique ſe ex hac abyſſo, in quam ſe demerſerunt, non poſſint explicare. Contra, en Dominum, qui ſe nobis offert, noſque ad vitam cœleſtem vocat: quaſi diceret, Feſtinate ad me venire, ſuper mundum leviter tranſite, nec in eo hærete. Quando igitur admonitionem, quæ nobis à Deo proponitur, ſequemur, certum eſt, nos non habituros aliud deſiderium, quam ad vitam æternam tendendi, nec amplius huic mundo affixos fore. Interim notemus, nos nequaquam in Deo gaudere, quin ipſo ſolo contenti ſimus: ut dicitur in Pſalmo 16. Dominus eſt hæreditas mea, eſt portio mea, *Pſal. 16. verſ. 5.* illud ſolum quod opto. Si igitur in ipſo acquieſcimus, certum eſt, nos pro nihilo bonorum omnium, ſi Domino eo nos adducere viſum fuerit, jacturam ducturos, modo ipſum ſolum, qui nobis nunquam poteſt eripi, poſſideamus. Audimus etiam quid dicat Abrahamo, Sum merces tua, eaque ampliſſima. Deus illo *Gen. 15. verſ. 1.* vocabulo vult nos ad ſe allicere, noſtroſque animos & affectus in ſe unum, ita ut nec in hanc, nec in illam partem agantur, converſos & defixos retinere. Videmus igitur, quid ſit in Deo gaudere, non autem in divitiis. nam, ut jam à nobis declaratum eſt, eum, qui in Deo lætatur, oportet in copia, & egeſtate ſeu inopia, oſtendere, cor ſuum non eſſe bonis hujus mundi affixum: & in abundantia quidem, ut nempe ad propoſitum à Deo iter ſequendum, & fungendum erga proximos officio, paratus ſit & expeditus: in paupertate vero, quum Deo videbitur ipſum omnibus ſuis bonis & facultatibus ſpoliare & deſtituere, patientem ſe præbeat, & ad hanc concluſionem ſemper redeat, Atqui tamen non ſum à Deo meo ſeparatus, ſufficit mihi, quod illum mihi propitium & benevolum habeo: me igitur pacatum, & quietum contineam oportet. En enim, in quo penitus debeo conquieſcere. Hoc in ſumma Jobus intellexit, noſque ſuo exemplo voluit docere, quum dixit, ſe non lætatum eſſe in opibus ſuis. Notandum eſt etiam, gaudium illud ſimul inferre gratiarum actionem: hoc eſt, quum habemus, quamobrem in Deo lætemur, ei gloriam à nobis, nihil nos niſi à mera ejus gratia & liberalitate habere cognoſcentibus, tribuendam eſſe. Cæterum ſuperbia quoque damnatur hoc vocabulo: quum enim in divitiis lætari prohibemur, ne propter ipſas, aliis nos præferentes, efferamur. Hoc vero illud eſt, quod dicit Paulus ad Timotheum

Digitized by Google

[illegible] *hoc eſſet Deum excelſum abnegare.* Quidam hoc ita expoſuerunt, quaſi Jobus profiteretur, ſe Solem & Lunam non adoraſſe: quia antiquitus ea ſuperſtitio valde uſitata erat, præſertim in Oriente: in illis autem regionibus Jobus habitabat, ut ſuperius vidimus. Poſſit itaque videri, Jobum velle ſignificare, ſe nequaquam, ex more eorum quibuscum verſabatur, ea cum admiratione Solem & Lunam intuitum eſſe, ut illis majeſtatem & vim aliquam divinam attribueret, eaque in idola converteret.

Deut. 4. verſ. 19. Ac ſane diſerte Deus populum ſuum per Moſem admonet, ne ita cœcus ſit, ut Solem aut Lunam adoret. Quid enim Sol eſt? Verum quidem eſt, ipſum in ſe lucem admirabilem habere, & in ipſo gloriæ Dei veſtigia quædam animadverti. Idem de Luna dicen-

Pſal. 19. dum eſt. Ideo etiam dicitur, illa corpora cœleſtia nobis concionari, Deumque tanquam ipſorum ore nos, ut ad ſe veniamus, compellare & invitare. Interim ſic Dominus admonet, Quomodo? Si Solem & Lunam adoratis, vos ingrati eſtis: cur enim illa creavi & formavi? Ut nimirum me, qui ſum ipſorum Creator, agnoſceretis. Si ſecus feceritis, duplo majus erit ingrati animi veſtri vitium. Quid enim eſt Sol? Veſter famulus. Quid Luna? Veſtra ancilla. Cur Sol lucet, niſi ut vobis illuceſcat, terramque ad fructus proferendos, prout Deus hunc illi uſum conceſſit, aptam reddat? Quum igitur creaturæ, quantumvis nobiles, nobis ſint ſubditæ, Deuſque illas ad noſtrum miniſterium conſtituerit, nonne ea nimis fœda ingratitudo eſt, quum illa in idola convertimus? Is vero ſenſus verus quidem eſt, ſed tamen loco præſenti non convenit: Jobus enim hic voluit alia ſimilitudine uti, & quidem juxta ſermonem, quem jam habuimus de eo, quod profeſſus eſt, ſe nulla ſuperbia & arrogantia laboraſſe: videas enim, ſuperbos ſupercilia attollere, ſe ex communi hominum numero & ordine eximere, & neſcio quem geſtum præ ſe ferre, quaſi vellent ſe ab hac vita mortali ſeparare: & ipſorum faſtus & ſuperbia non profert ſe duntaxat erga proximos, ſed ubique oculos & ſupercilia attollunt, & ea cum audacia Deo os ſuum oſtentant, ut Sol & Luna, quamvis ſupra nos incedant, non tamen ſatis alte præ iſtis incedere videantur: oculos ſuos attollunt, ut dicant, Quales & quanti ſumus? quis nobis major eſt? quis ſublimior? Jobus igitur hic voluit exprimere ſtultam illam elationem, quæ eſt in hominibus, quum ſeipſos ſic ſua opinione extollunt, & ſe ſupra modum magni faciunt & æſtimant, denique in communi hominum ordine & numero cenſeri recuſant, ſed volunt altius, quam Deus ipſis permittat, aſcendere. En igitur quid ſit Solem lucentem intueri, & Lunam in ſua luce ambulantem aſpicere. Videmus autem, Deum noſtræ imbecillitatis ſignum nobis in eo exhibere, quod Solem non poſſuvum fuiſſe, quamvis magni fieret: quamvis ab omnibus coleretur & obſervaretur, quamvis etiam omnes ipſum revererentur, ſe tamen propter illa omnia non fuiſſe gloriatum: quin ſi cor ſuum penitus excutiatur, & ipſius quaſi quædam anatome fiat, nullam occultam ſublimitatem in eo inventum iri: ſubjicit autem poſtea, *Se non deoſculatum fuiſſe manum ſuam, nec eam deoſculandi cauſa ori ſuo admoviſſe.* Quidam hoc ſic exponunt, eum virtutes ſuas non ita magni feciſſe ut illis vim aliquam meriti tribueret, & ſalutis ſuæ fiduciam in vitæ ſuæ ſanctitate & puritate collocaret. Hæc autem doctrina bona eſt, & ſententia notatu digna: prolata enim eſt à viro, qui valde corrupto tempore vixit. Sanctus enim Gregorius, ut vocant, qui temporibus plenis ignorantiæ & corruptionis vixit, præterea Epiſcopus Romanus fuit, is declaravit, impietatem belluinam eſſe, atque adeo Dei abnegationem, quando aliquis fidit in meritis ſuis: hodie vero hic unus eſt de præcipuis articulis, de quibus pugnamus cum Papiſtis: dicimus enim, ſalutem noſtram fundatam eſſe gratuita Dei bonitate, morte & paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti; nos ſola fide ſervari. Papa vult contra, unumquemque ſui ipſius ſervatorem eſſe. Ecce autem unum, qui fuit Papa Romanus, & tamen dixit, Deum abnegari, & horrendam impietatem eſſe, quando homines deoſculantur manus ſuas, hoc eſt, quando confidunt in operibus ſuis, ut illis vim meriti attribuant. Hæc quidem doctrina bona & utilis eſt, ſed tamen hic locus ſimplicius debet accipi, quam de virtutibus Jobi. Verum quidem eſt, illas hic comprehendi, ſed in genere, uti jam vidimus, loquitur de omnibus occaſionibus, quas ſumunt homines, ut in creaturis & in ſeipſis fiduciam ponant. Dicit igitur, *Si manus mea os meum deoſculata eſt.* hoc eſt, ſi auctoritati meæ, aut alii alicui rei, quæ in me eſſet, innixus fui: ſi in bonis meis obbrutui, ut illa in idola converterem, & geſtu aliquo externo, me in ipſorum poteſtate eſſe, ſignificavi: vocabulum enim hoc, *oſculandi*, innuit reverentiam illam quam ſubditus Principi ſuo exhibet. *Si igitur manus mea oſculata eſt os meum*, hoc eſt, me huic vanæ fiduciæ dedi, ut meipſum veneratus ſim; ſi, inquam, id feci, Deus mihi maledicat: nam ſane id eſſet Deum vivum & ſummum abnegare. Hic primum notandum eſt, Deo intolerabilem eſſe ejuſmodi elationem animi. Et hæc quidem loquutio, qua Jobus utitur, valde notatu digna eſt, Solem intueri. Verum eſt, nos natura vultu ſurſum erecto & verſus cœlum converſo eſſe, & eo pacto Deum nos voluiſſe à belluis diſcernere: vult belluas eſſe pronas deorſum, & terram duntaxat reſpicere: homo contra caput ſublatum & erectum habet, quia cœlo ad meliorem & excellentiorem conditionem deſtinatus eſt: ac ſane ea oris noſtri conformatio huc ſpectat, ut animos noſtros ſur-

matione. Inde, ut jam attigi, intelligimus, Deo intolerabile eſſe ſtultum illud deſiderium, quo, ut ſibi auctoritatem & poteſtatem magnam inter homines acquirant, homines tenentur. Quid igitur ſupereſt? Nobis ad remedium veniendum: nempe ad humilitatem. Quum itaque Deus prohibet nobis, ne furſum vultum tollamus, ſponte ipſum demittamus: ſatis enim amplam & juſtam cauſam, cur id debeamus facere, habemus. Si homo ſe inſpiciat, proverbio uſitato parebit, Qui bene ſe novit, parvi ſe ducit & æſtimat. Sed quia nolumus, quinam ſimus, & quæ ſit noſtra conditio, ſcire, non eſt mirandum, ſi ita nos veſana illa ſuperbia abripit, ut ſupra nubes velimus aſcendere. Notemus igitur, diligenter examinandas & excutiendas eſſe noſtras miſerias, quo in omni modeſtia contineamur, & poſſimus profiteri, nos nequaquam caput ſuſtuliſſe, ſed ſemper ipſum demiſiſſe, cognoſcentes, nos non habere, unde poſſimus gloriari. En unum notandum. Ad ſecundum quod attinet, quando dicitur, *cor Jobi non fuiſſe ſeductum in occulto*, retineamus, humilitatem non eſſe virtutem quæ duntaxat in oculos hominum incurrat: ſicuti multos videas humanos, comes & manſuetos, (ut quidem videtur,) ſed tamen illi intus ſtultam de ſe opinionem alunt, magni ſe faciunt. Videas omnes iſtos hypocritas, qui humiles & demiſſos ſimulant: interim adeo ſuperbi ſunt, ut veneno prope crepent & diſrumpantur adverſus Deum, foris coram hominibus ſimplices ſunt, & ſimplicium ovium ſimiles eſſe videntur: interim cautos agunt, ut Deum cornu feriant. Verbi gratia, omnes illi qui in virtutibus ſuis glorantur, & ſe paradiſum mereri opinantur, (quales ſunt omnes iſti ſuperſtitioſi in Papatu, qui volunt ſupra cæteros religioſi videri, & quidem tam viri quam mulierculæ;) omnes, inquam, qui meterum quod ad illam loquutionem attinet, *manus oſculari*, jam dixi, eam tantundem valere atque geſtu & reverentia externa ſe ſubditum profiteri. Nec ſine cauſa ejuſmodi ſtylo uſus eſt Spiritus Sanctus: nihil enim eſt, in quo facilius homines fallantur, quam in ſibi ſumendo Dei honore. Hoc autem eſt ipſi inſultare, ut D. Paulus declarat. Concludendum eſt igitur, homines, donec ſibiipſis ſuiſque virtutibus penitus diffiderint, nunquam ut par eſt depreſſum iri, nec Deum ut par eſt, & meretur, in honore habere poſſe.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, precanteſque ipſum, ut eorum ſenſum magis ac magis nobis indat: quumque adeo ſimus miſeri, diligenter cognitis noſtris miſeriis diſcamus omnem arrogantiam deponere. Quum etiam Dominus noſter toties nos admoneat, omne noſtrum bonum, felicitatem & gloriam conſiſtere in ipſo, diſcamus ipſam apud illum quærere, tum etiam omnes carnis concupiſcentias mortificare, ut Chriſtus, quomodo imperium ſummum ipſi datum eſt, ut omne genu coram ipſo flectatur, placide in ipſis regnet. Quumque per hunc mundum nobis ſit tranſeundum, quum ea quæ hic nos poſſent retinere conveniant omnibus neceſſitatibus naturæ noſtræ, ne illis nos implicari perpetuo permittat: ſed ad regnum illud cœleſte aſpiremus, atque ita creaturis, quas ad noſtrum uſum conſtituit, utamur, ut illas in idola non convertamus: ne etiam intemperantia aut immodico rerum uſu mundo ſimus addicti: ſed ita ſemper per ipſum tranſeamus, ut ſemper ad hunc ſcopum, quo in quietem æternam, nobis partam ſanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti, colligamur, tendamus. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA DECIMA SEXTA

IN

L I B R U M · J O B I.

CAP. XXXI.

26. Si vidi Solem quando ſplendebat, & Lunam in ſplendore ſuo ambulantem:
27. Et ſeductum fuit in abſcondito cor meum, & oſculata eſt manus mea os meum:
28. Etiam hoc fuiſſet iniquitas judicata, quia abnegaſſem Deum deſuper.
29. Si lætatus ſum infortunio oſoris mei: ſi præ gaudio commotus fui, quum inveniſſet eum malum:
30. Si palato meo permiſi ut malediceret, ut maledicta in ipſum conferret.
31. Si non dixerunt homines tabernaculi mei, Quis det de carne ejus ut ſaturemur?
32. Si foris pernoctavit peregrinus, oſtia mea viatori aperui.

Heri

Digitized by Google

&, ſi velimus aliquid proferre, nos in nobis nihil aliud præter omnem confuſionem inventuros: ſi cor noſtrum vanam aliquam opinionem concipiat, illud nihil aliud eſſe, quam tantundem venti, qui poſſit quidem efficere, ut medii crepemus & diſrumpamur, non autem nos impleat. En igitur, quæ ſit vera humilitas, ut nimirum homo nihil de ſe magni exiſtimet: ut ſane non habemus cauſam, cur id faciamus,& qui ſe magni facit,nimis excæcatus eſt,& prope obbrutuit: is enim, qui in ſe deſcendit, omnium ſuarum virtutum examen inſtituit, comperiet,ſe illas pura Dei gratia & liberalitate habere, eoque nomine Deo obſtrictum eſſe, quin etiam in virtutibus, quas Deus nobis conceſſit, tot culpa noſtra infirmitates eſſe, ut non habeamus niſi oculos demittendi occaſionem & materiam. Quique hodie ſibi blandiuntur, ut ſe magni faciant & æſtiment, non ſolum ſeipſos fallunt, ſed Deo honorem ſuum eripiunt, eoque pacto ſunt ſacrilegi: quodque gravius eſt, Deum viventem,ut hic dicitur,abnegant. Verum eſt,id prima ſpecie durum videri: ſed re diligenter expenſa facile eſt judicare, Jobum non uſum eſſe hyperbole aliqua, quum dixit, Eum, qui ſibi adulatur, Deum abnegare. Cur? Quia non ſatis eſt confiteri, Deum unum eſſe, ſed eum talem, qualis eſt, agnoſcere oportet, illi honorem debitum ſervando & tribuendo: ſi enim Deo partem gloriæ ſuæ eripiam, ut ea me ornem, quis ſum? Vermiculus terræ, cadaver, volet ita ſe magni facere, ut Deus imminuatur & deprimatur, ipſe vero extollatur. Nonne vero id eſt cœlum terræ miſcere, omnemque adeo naturæ ordinem pervertere? Cæterum, quum Deus ſic ſpoliatur, gloriaque ejus prædæ exponitur, an non hoc eſt ipſum abnegare? Neque enim amplius Deus talis qualis eſt agnoſcitur, ſed repudiatur. Notemus igitur, fieri non poſſe, ut homines efferant ſe, & ſe magnum aliquid eſſe putent, quin in ſpeciem quandam abnegationis Dei incidant. En e[illegible] cur in

Pſal. 10. verſ. 4.

Pſalmo, quem cecinimus, dicitur, Superbos, qui ſuæ virtuti innituntur & confidunt, ipſique tantum tribuunt, ut exiſtiment, malum ipſos attingere nunquam poſſe: illos in animis ſuis concludere, Deum nullum eſſe: & quantum in ipſis ſit, omnem religionem aſpernari. Verum eſt, id ipſos ore nequaquam dicturos: ſed tamen ita ſe res habet. Sic enim Spiritus, qui ſcrutatur occulta cordis noſtri, ita eſſe affirmat. Quapropter diſcamus, ad Deum colendum, ſtultam illam imaginationem deponere, ut omnis ſuperbia à nobis procul abjiciatur: fieri enim nequit, ut homo ſe cultui Dei niſi cum omni humilitate conſecret: &, uti diximus, non poſſumus humiles eſſe, niſi nos prorſus nullius pretii & valoris eſſe, omnemque Deo in ſolidum gloriam reſervandam eſſe ſtatuamus. Cæterum æſtiment ſe homines quantum

coërcebit. Quid enim eſt vita noſtra? quid omnia illius adminicula & inſtrumenta? Sed alia ſpecies eſt ſuperbiæ, quum homines ita ſe palpant, ut ſibi videantur ſapientia & virtute, qua ſe poſſint regere, præditi, & multum poſſe apud Deum mereri. Quum igitur homines tantum ſibi arrogant, ut ſibi ſalutis ſuæ laudem tribuant, in mortale exitium decidant oportet: hoc enim præcipuum ſibi reſervat Deus, ut ſciamus, nos, natura noſtra damnatos, plane perditos & deſperatos, nullam ſpem niſi in ejus gratuita bonitate & miſericordia recuperare poſſe. Quum ea doctrina obſcuratur, id vero eſt homines extollere, ut Deus deprimatur, quod perinde eſt, acſi Dei honos prædæ exponeretur. Diſcamus igitur capite demiſſo eſſe, ſcientes, ſi, poſtquam poſtrati fuerimus, & ſtultam illam noſtri opinionem, qua ſumus inflati, depoſuerimus, in Deo duntaxat gloriemur, ipſum nos erecturum, gloriæque ſuæ participes facturum, tum omne bonum, quod in ſe habeat, noſtrum eſſe & ad nos pertinere, ſperare poſſe. Si nihil habemus, Deus

Rom. 10. verſ. 12. Epheſ. 2. verſ. 4. Pſal. 23. verſ. 1. Pſal. 3:4. Eze. 16. verſ. 8.

ſatis dives eſt, ut ea quæ nobis deſunt ſuppleat, ita ut nihil nobis defuturum ſperare poſſimus: quomodo etiam Scriptura loquitur, nempe quamvis homines adeo egeni, inopes & miſeri ſint, ut non habeant unde gloriari poſſint, Deum tamen ipſorum gloriam eſſe, omnia illorum pudenda tecturum: ita ut non pudeat ipſos, tanquam filios Dei, & membra Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſe ad dignitatem uſque Angelicam erigere. Poſtquam autem ſic loquutus eſt Jobus, aliud præterea profitetur, *ſe nimirum non lætatum eſſe, ſi quid adverſi ſuis inimicis acciderit: nec gaudio commotum eſſe, quum ipſos vidit cadere: quin etiam non permiſiſſe palato ſuo, ut aliqua in illos maledicta conjiceret, præterea ſe in eo inſtituto ſic perſeveraſſe, ut aures domeſticis ſuis, qui ipſum ad vindictam incitabant, non præbuerit*, &, inſtigantibus licet nonnullis, cohibuerit tamen ſe. En igitur quod Jobus profitetur, ſe, quamvis exoſus fuerit, adverſarios multos, qui ipſi nocere & damnum inferre conati ſint, habuerit, parem gratiam tamen ipſis nequaquam retuliſſe: quodque amplius eſt, occultum odium in corde ſuo non aluiſſe. Hoc autem, quod Jobus hic profitetur, notatu dignum eſt; eorum enim, quæ Deus nobis præcipit, prope difficillimum eſt.

Matth. 5. verſ. 44. Luc. 6. verſ. 27.

Ideoque in Papatu non puduit iſtos falſarios Scripturam ſacram corrumpere, quum dicunt, conſilium eſſe duntaxat, quod nobis à Chriſto datur, quum jubet nos inimicos diligere. Quid eos ad ſic blaſphemandum impulit? Quod nimirum mandata Dei noſtris viribus ſunt metiti, ſpectarunt quid homo poſſit: quod ſi viderunt aliquid eſſe, quod vires noſtras ſuperaret, concluſerunt, Deum id non juſſiſſe: exiſtimant enim, Deum à nobis duntaxat id, quod præſtare poſſumus, Lege ſua exigere. Jam in eo nimis decepti ſunt, nimiſque craſſa fuit ipſorum hypocriſis: examinentur

cos ſuos dilexiſſe. Unde vero hoc didicerat? Nonne à Lege, quæ ſemper in fidelium cordibus inſcripta fuit? numquid Deus aliquid duabus Legis tabulis comprehendit præter id, quod ſemper Sancto ſuo Spiritu inſcripſit in filiorum ſuorum cordibus? Hodie vero, quem uſum Scriptura ſacra habet, niſi ut nobis ob oculos ponat id, quod intus in animis noſtris Spiritus Sanctus inſculpit? Ita ut inter doctrinam, quæ annunciatur, & gratiam interiorem, quam Deus nobis Sancto ſuo Spiritu largitur, ſit conſenſus ſummus. Hic igitur videmus, antequam Dominus Jeſus in mundum deſcenderet, Jobum profeſſum fuiſſe, ſe dilexiſſe inimicos ſuos, ita ut eorum exitio non ſit lætatus. Dixi hoc nobis obſervandum eſſe: quam pudendum enim nobis erit, quando admoniti à Domino noſtro Jeſu Chriſto, prout ipſe nos hortatur, ſubterfugia quæremus, & ſaltem eos, qui eo tempore, quo erat adhuc valde obſcura doctrina, vixerunt, non imitabimur? Nonne duplo rei erimus? Sane. Primum igitur notemus, Deum omni tempore hanc ſuis notam voluiſſe impreſſam, ut nimirum inimicos diligerent. Idque ita eſſe ut appareat, audiamus quid

Exod. 23. in Lege Moſis ſcriptum ſit, Si aſinus aut bos inimici

verſ. 4,5. tui in foveam deciderit, erigas illum oportet. Deus jubet, ut belluis, quæ pertinent ad inimicos noſtros, benefaciamus: ad ipſoſmet vero quod attinet, nonne debemus, quantum in nobis eſt, ad illis opitulandum eniti? Ita debeo inimici mei bonum procurare, ut id oſtendam in ejus pecore: quid debeo erga ipſum, qui longe pretioſior eſt, præſtare? Sic igitur nobis concludendum eſt adverſus blaſphemiam illam deteſtandam Papiſtarum, Deum ſemper voluiſſe, ut fideles diligerent eos, qui ipſos odiſſent, & benefacere conarentur iis, qui ipſorum damnum procurarent. En unum notandum. Obſervandum autem eſt nobis, id non eſſe conſilium, quod nobis liberum ſit relinquere: ſed rigidum mandatum eſſe, cui refragari non poſſumus, quin letali peccato Deum offendamus. Quum igitur Deus ſub Lege voluerit fideles ad diligendos ſuos inimicos obſtringere, potiori ratione nobis modo hæc regula tenenda eſt: ore enim ſacroſancto Domini noſtri Jeſu Chriſti ejus declaratio amplior propoſita eſt. Doctrina Legis eſt in ſe obſcura, quin etiam à Scribis & Phariſæis depravata & corrupta fuit: ecce nunc Jeſum Chriſtum, qui ipſam ad puritatem ſuam revocavit, niſi eos qui nos oderunt diligamus, niſi eos, qui nobis nocere volunt, adjuvemus, nos pro filiis Dei non agnitum iri. Horrenda autem eſt hæc comminatio, nos regno Dei exhæredari, ab ipſo ex filiorum ejus numero & albo expungi, & exterminari. Quum igitur Dominus noſter Jeſus ejuſmodi comminatione oſtenderit, nos inimicos benevolentiæ & charitatis affectu debere complecti, diſcamus ei doctrinæ ſubjici, & in eo Papiſtarum impudentiam nimis craſſam, qui ſub Lege vixerunt, Deum offenderunt, quum voluerunt ſuas injurias ulciſci: quid fiet nobis, qui talem, qualem dixi, voluntatis & mandati divini declarationem habemus? Sed neque hoc ſufficit, ut non male affecti ſimus erga proximum, ſed bonum ipſorum & ſalutem procuremus oportet. Atque hoc notatu valde dignum eſt; nam ſunt, qui putant, ſe coram Deo abſolutos, modo enſe nudato in eos, qui ipſos vexarunt, injuriamve aliquam intulerunt, non irruant. Ego, inquiunt, nolo me ulciſci; ſed precor Deum, ut me ulciſcatur: & lætabor, quum mali & adverſi aliquid inimico meo eveniſſe videbo. Atqui aliam rationem uſus hujus doctrinæ præſcribit Dominus, quum docet, pro iis, qui nobis maledicunt, precandum eſſe; laudandos eos, qui nos maledictis proſcindunt; benefaciendum iis, qui damnum noſtrum procurant. Contra ita in ipſos exacerbati & irritati ſumus, ut nihil aliud petamus, quam ut ipſos in abyſſum Deus projiciat: &, undecunque malum illis eveniat, gaudemus. Idne vero fieri poteſt, quin omnis doctrina Domini noſtri Jeſu Chriſti funditus evertatur? Alios reperias, qui affectu adeo maligno non ſunt præditi, hoc eſt, qui aperte non ita ſuis cupiditatibus frena laxabunt: ſed dicent, Ego vero ſum paratus illi condonare, nec ejus malum & infortunium magis quam meum exopto: non tamen poſſunt eorum, qui ipſos moleſtia affecerunt, quibuſque infenſi ſunt, ſalutem & commodum optare. Notemus autem, non ſatis eſſe, ut ab omni, quod ad manus & linguam attinet, ultione abſtineamus, nec ſatis eſt etiam, ut omni malo affectu vacui ſimus, ita ut eorum, qui nobis inimici fuerunt, calamitatem non expetamus: ſed gradu uno ulterius adhuc progrediendum eſt. Quomodo? Ut nimirum illos diligamus: ſi enim Jobus bonum & commodum ſuorum inimicorum non dilexiſſet, certum eſt, eum, quum malum ipſis eveniſſet, gaviſurum fuiſſe. Sic diſcamus corda noſtra conſtricta tenere, ne adverſus eos, qui nos offendunt, incitemur, ſed illos eo charitatis affectu complectamur, ut doleat nobis, quum mali aliquid ipſis eveniet, illorumque nos commiſeratio teneat. Quod ſi id nobis nimis difficile videtur, Jobus nonne homo fuit, iiſdem perturbationibus, quibus nos, obnoxius, in eo tamen Dei Spiritus fuit victor adverſus carnem. Pugnemus igitur oportet: id non fiet ſine magno conatu, fateor; ſed enitendum tamen eſt, non propriæ virtutis fiducia, ſed precemur Dominum, ut nobis det Spiritum manſuetudinis, qui nos eo adducat, quo nos verbum ipſum invitat. Quid igitur facto opus eſt? Si quod mihi mandatum eſt intuear, certum eſt, naturam meam me in contrariam partem agere: dolebit enim mihi, quum mihi nocebitur, quum malum aliquod mihi procurabitur: & quamvis rectum & æquitatem diligam, malevolentia tamen nihilominus

infla-

Digitized by Google

propterea excuſabor? Si igitur cognoſcimus vitia, quæ in nobis ſunt, ad remedium confugiamus, longius non erit nobis quærendum: & quamvis non ſponte id à nobis fiat, colluctandum tamen eſt cum noſtris cupiditatibus, quum ſciamus, illas ferarum immanium ſimiles eſſe: vi itaque ſunt reprimendæ, & adverſus ipſas magna vi utendum eſt. Ideo dixi, nobis ad id enitendum eſſe: nam maxima cum difficultate victoriam obtinebimus: quum tamen eam viam, quam demonſtravi, ſequemur, Deus acerbitatem & amaritudinem illam, quæ nobis eſt à natura inſita, convertet in humanitatem & manſuetudinem: nec patietur, ut proximum odio proſequamur. In hanc autem ſententiam, quotieſcunque ad odio proſequendos inimicos noſtros ſollicitabimur, nobis in mentem ejus petitionis venire debet, qua petimus à

Matth. 6. verſ. 12. Luc. 11. verſ. 4. Deo, ut nobis peccata condonet, ut & remittimus iis, qui nos offenderunt: nam ibi debemus nos ad Deum citare, ut ſane tunc ſiſtimus nos coram ipſius tribunali. Quomodo? quum profiteor apud Deum, me condonare inimicis meis ipſorum in me peccata, nec me aliam ab ipſo veniam delictorum meorum petere, quam eam, quam concedo inimicis meis, & tamen nihil eſt in me præter ſimulationem: quid? nonne precatio mea in maledictionem convertetur? Quum id reputabimus, certum eſt, nos malum noſtrum animum fracturos & domituros, ita ut tandem Deus ſuperior in nobis evadat, ut etiam eos, qui nos oderunt, diligere nobis ſit facile futurum. Sed ut melius malum nobis inſitum agnoſcamus, gradibus quibuſdam, quomodo etiam nos deducit Scriptura ſacra, progrediamur: fieri nequit, quin, quum nobis ſit aliqua injuria, irritemur: jam vero illud pec-

Matth. 5. verſ. 22. catum eſt: etiamſi intus apud nos muſſitaverimus duntaxat adverſus aliquem, jam meriti ſumus ignem æternum, ſed id exprimit ſimilitudine, quam mutuatur ex more judiciorum ſui temporis. Ut igitur comparet inter ſe tres gradus peccati, in hoc genere delicti ait jam primum illum gradum dignum eſſe, qui judicio coërceatur. Sed quum os aperiemus ad vocem aliquam contemtus adverſus eum, qui nobis moleſtus fuit, proferendam, en condemnationem adhuc majorem & magis timendam: non ſecus quam ſi à Conſilio, paulo frequentius & ſolennius convocato, quomodo etiam ea ſimilitudine Chriſtus utitur, condemnaremur. Tertius gradus eſt, quum ira inflammati, apertis verborum conviciis proximum petimus: tunc vero meremur tanquam à curia ſuprema puniri: ſed Chriſtus, relinquens illam ſimilitudinem, ſimpliciter dicit, ejuſmodi hominem dignum eſſe ignis gehenna. Innuit tres illos omnes ea dignos eſſe, ſed tamen mali gradus oſtendit. Quando igitur ſubita & repentina ira quiſpiam commovetur,

non poſſumus. Poſtquam id cognovimus, ulterius ſemper progrediamur, & ſic ſtatuamus, En creaturam Dei: video eſſe miſeram animam damnatam: quid aliud debemus agere, quam pro iis, qui ſunt in via perditionis, precari? Præterea Dominus noſter Jeſus Chriſtus nonne animas redemit? Verum eſt, effectum mortis ejus non pervenire ad omnes, quia tamen non eſt noſtrum inter juſtos, & eos, qui perditioni ſunt deſtinati, & ad eam tendunt, diſcernere, Jeſum Chriſtum, pro ipſis æque ac pro nobis mortem paſſum eſſe exiſtimandum eſt. Ut igitur efficacem Domini noſtri Jeſu Chriſti gratiam reddamus, conandum eſt nobis unumquemque ad ſalutem adducere. Cæterum, ſi id nobis nimis grave videatur, ſic cogitemus, Quænam inter nos & Deum eſt comparatio? Quis enim non quotidie Deum offendit? Et tamen ſtatim atque ad ipſum revertimur, dat nobis hanc libertatem, ut ad ipſum familiariter, nullo modo dubitantes, nos receptum iri, veniamus. Interim autem nulla reconciliationis nobiſcum ratio, quum offenſi ſumus, iniri poteſt. En igitur, quod nobis ex hoc loco retinendum eſt, quum videmus Jobum profiteri, ſe non ſolum ab omni vindicta abſtinuiſſe, ſed doluiſſe, quum mali quidpiam accidit inimicis ſuis, nec lætum fuiſſe animum ſuum, quum de ipſorum calamitate aliquid audivit. Verum au- *Pſal. 58. verſ. 11.* tem eſt, Scripturam ſacram dicere, Juſtum ſuper confuſione iniqui lætatum iri: & verum illud eſt. Sed ut illud gaudium, quod Deus approbat, habeamus, omni malevolentia & noſtri conſideratione nos vacuos eſſe oportet. Quum filii Dei improborum malis lætantur, id eo fieri debet, ut Deum juſtum & æquum eſſe cognoſcant, interim quoque in timore ambulare, quum Deus ſe Judicem eſſe declaret, & damno aliorum eos erudiat, diſcant. Quando hac ratione procedemus, ut æquam Dei noſtri juſtitiam intueamur, & exemplis, quæ nobis proponuntur, erudiamur ad ambulandum in timore & ſollicitudine, nullam noſtri ad vindicandos nos, quum aliqua propter injuriam nobis illatam indignatione commovebimur, rationem habebimus, ſed ingenue, quicquid in nos commiſſum fuerit, condonabimus, tum miſerarum animarum pereuntium miſerebimur: en, quomodo licitum erit nobis propter exitium improborum gaudere: verum eſt, nobis Deo propter omnia judicia, quæ in hoc mundo exercet, gloriam tribuendam eſſe; ſed caveamus, ne carnales noſtros affectus admiſceamus; zelum enim noſtrum purum eſſe oportet, quum propter malum, quod Deus improbis immittit, lætari volemus. Cæterum Jobus adjicit hanc circumſtantiam, quam attigi, nempe, *Domeſticos ſuos fuiſſe tanquam faces quaſdam*: utpote qui ipſum inſtigarent, & libenter voluiſſent, ut ipſe

cendum eſt igitur, Spiritum Dei in ipſo ratione ſingulari & admirabili operatum fuiſſe. Sed interim notemus, ipſum hic nequaquam ſe jactare, ut ſe magni faciat, ſed nobis hic exempli & ſpeculi loco proponi: quaſi Deus illum in theatro collocaſſet, ut conemur nos ad ejus exemplum componere, & ſciamus, nullum nobis excuſationi locum fore, niſi ejuſmodi exemplum ſequamur. Quid igitur facto opus eſt? Licet tentationibus oppugnemur, quæ poſſunt nos incitare ad ultionem de inimicis repetendam, quin etiam incitemur & inflammemur, aliique nos in peccatis noſtris palpent, non propterea tamen ejuſmodi hominum aſſentationibus fides nobis adhibenda eſt, ſed oculi & ſenſus noſtri ad Deum ſunt dirigendi. Quid enim in cauſa eſt, cur homines tam facile ſibi peccata ſua condonent, ſe juſtificent, quum à Deo condemnantur, niſi quoniam adulatoribus aures præbent? Cur, inquiunt illi, hoc nobis non permittatur? Si hanc tibi injuriam intulit, cur par pari non referas? Non opus autem eſt rhetorica facultate, quo perſuadeatur nobis, nos inimicis nocere debere: in nobis enim neque vena, neque nervus eſt, qui non eo tendat & feratur. Ecce tamen patronos, qui peccata noſtra tegere & nobis blandiri volunt. Eo magis attente nos meditari convenit id, quod Dominus Jeſus nobis præcipit, ut nimirum inimicos noſtros diligamus, ita ut aures noſtras clauſas habeamus adverſus ea omnia, quæ contra afferri poſſunt ab hominibus. Quod ſi ſunt aliqui, qui nobis adulentur, & ſe noſtri honoris & commodi valde ſtudioſos ſimulent, ut videantur nihil aliud quærere, quam ut nobis operam ſuam præbeant in vindicandis noſtris injuriis, ejuſmodi homines ſuſpectos habeamus. Longe præſtaret, quemvis, quum videt nos nimis commotos & ſenſu injuriæ noſtræ tactos, nos cohibere, & conari perturbationem noſtram moderari, quam nos acuere & inſtigare, quamvis bono affectu erga nos ducatur: ſicuti fieri poteſt, ut ſint aliqui ita noſtri ſtudioſi, ut, ſi videant nobis injuriam fieri, offerant ſe nobis: Ego vero eam injuriam mihi illatam duco, illam ulciſcar, non patiar tibi eam contumeliam fieri. Accidere igitur poterit, ut aliquis eo zelo noſtri cauſa abripiatur, quum nos vexari videbit: ſed tamen quid in eo proficimus, niſi quod in majus exitium ſemper ruimus. Optimi igitur amici, quos habere nobis contingat, ſunt illi, qui conantur nos placare, & ad moderationem aliquam animi revocare, quum injuria affecti fuimus. Cæterum, quum ab ejuſmodi facibus, quæ malum augent, tentabimur, colligamus omnes ſenſus noſtros ad Deum, ut dicamus, Quamvis tamen me juſtificarint homines, non tamen coram Judice cœleſti abſolvar: cohibeam igitur me oportet ad perferendam hanc injuriam. Quum Deus me velit in numero filiorum iis etiam qui nobis ſunt incogniti: en, quo nos Deum colere, & veram charitatis regulam habere probamus. Hoc igitur Jobus modo profitetur, & diſerte loquitur de peregrinis: quomodo etiam illos Deus paſſim univerſa Scriptura commendat, idque non ſine cauſa. Qui enim ſunt domi ſuæ in patria, ſatis præſidii habent, cognationibus muniuntur, multas denique facultates & auxilia habent: contra miſeri peregrini omni ope nudati ſunt, auxilio & favore ſecundum homines deſtituti ſunt. En igitur, ubi nobis probanda eſt noſtra humanitas, ſi volumus oſtendere, nos vere, & quidem non quærentes privatum noſtrum commodum, Deum colere. Contra etiam Deus ſeverius condemnat injurias peregrinis illatas, quam eas, quæ vicinis fiunt. Cur? Verum eſt, omnes condemnandos eſſe, nec quidquam manſurum inultum: ſed interim Deum in tutelam & protectionem eos, qui præſidio omni & ope humana deſtituti ſunt, ſuſcipere. Ac ſane en Deum, qui declarat, haud cum homine mortali rem eſſe ei, qui vim & injuriam aliquam inferat iis, quos ipſe in ſuam fidem & tutelam ſuſceperit: ſed illum violare ipſius Majeſtatem. Sed hoc magis nobis debet in animo inſculptum hærere, quum videamus, in his ipſos Ethnicos nobis dedecus inurere: quum enim voluerunt deſignare hominem aliquem vitæ penitus infamis & improbæ, dixerunt, Abi, tu male affectus es erga peregrinos. Hoc gravius erat, quam ſi aliquem ſcortatorem, furem, ebrium, perjurum, aut homicidam vocaſſent. Quum dicebatur alicui, Abi, tu es hoſtis peregrinorum, hoc eſt, tu es bellua deterior: ſic loquuti ſunt quoque Ethnici, & proverbium tritum fecerunt. Quid igitur nobis futurum eſt, qui profitemur, nos eſſe filios Dei, quando ſic directe adverſus naturæ ordinem pugnabimus? Nonne id ſignum eſt, nos Deum aperte irridere, irritare ipſum velle, & Majeſtatem ejus adverſus nos provocare? Notemus igitur, quid hoc loco Jobus profiteatur, ſe videlicet non ſolum liberalem fuiſſe erga eos, qui beneficium acceptum compenſandi facultate eſſent præditi; ſed etiam ſua impendiſſe in eos, à quibus nullam poſſet remunerationem accipere. Conſideremus, inquam, cum Jobo, Deum communi & generali vinculo genus humanum invicem devinxiſſe, noſque erga omnes eos, qui nobis ſimiles ſunt, charitatem noſtram debere expromere, & ipſorum miſereri, ac illis pro viribus noſtris opitulandum. Quod ſi filii Dei ſumus, veram fraternitatem cum omnibus colere & exercere conemur: ſed in primis cum iis, qui propius, & quidem vinculo fidei, nobiſcum conjuncti ſunt: iis, inquam, ante omnes benefacere ſtudeamus.

Exod 22. verſ. 21. Lev. 19. v. 33. 34

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes,

tes,

Digitized by Google

Q… Jobus enim exemplo ſuo docet nos, ſi peccaverimus, remedium adverſus peccata haudquaquam in eo poſitum eſſe, ut ipſa celemus, ut fere ubique in more eſt; ſed ſponte culpam agnoſcamus, nec pudore ullo à peccati admiſſi, ut coram Deo deleatur, confeſſione deterreamur. Virtus autem hæc valde rara eſt, ſed eo magis id, quod hoc in loco nobis oſtenditur, obſervandum eſt: neque enim hic Jobus pro ſe duntaxat loquitur, ſed documentum omnibus utile proponit. Oſtendit igitur, ſe peccatum ſuum non celaſſe: nec potuiſſe ipſum in arcano ſuo: hoc eſt, non conatum eſſe ſe excuſare coram hominibus, ſed culpam & peccata ſua ingenue agnoviſſe. En unum notandum. Interim oſtendit, homines hoc hypocriſeos vitio infectos eſſe, illiſque in more eſſe aut negare, aut ſubterfugio uti, ut ſepeliantur ipſorum peccata. Hic eſt vocabulum *Adami*, quod ſignificat Hominem: & aliquando accipitur pro Unoquoque. Hoc in loco Jobus vult ſignificare, paucos inveniri, qui ita ſuorum peccatorum ſenſu afficiantur, ut illa agnoſcant, ſed potius varias tergiverſationes ipſos ad illa occultanda conquirere. Quamvis itaque vitium illud in mundo regnet, ab eo tamen ſe purum & immunem eſſe Jobus profitetur. Verum eſt, Adamum primum eam artem exercuiſſe, omneſque ſuos poſteros illam docuiſſe: videmus enim, ipſum conari ſe foliis tegere. [*Geneſ.* 3. *verſ.* 7.] Poſtea, quum ad Deum citatur, & ſiſtere ſe cogitur, inanem tamen adhuc excuſationem comminiſcitur, &, quomodocunque, libenter vellet evadere. En igitur Adamum, qui primus poſteros ſuos docuit hypocriſin: neque enim ſibi ſoli eam didicit: nam ea omnes implicati ſunt. Neque duobus aut tribus duntaxat competit, ſed omnibus à natura inſita eſt. Diabolus autem multum profecit, quum ſic induxit nos ad tegenda noſtra peccata: nam ſi ea bene cognoſceremus, ob ipſa erubeſcere & pudore affici cogeremur. Sed ſi malum abſcondimus, id ſufficere nobis videtur, tunc licentiam ad ipſi indormiendum ſumimus; idque ita eſſe, unuſquiſque in ſeipſo experitur. Quæſo te, ſi ad gemendum coram Deo, & veniam ab ipſo petendam ſollicitaremur, nonne ſtatim nos peccatorum ſenſus pungeret, quo in ipſis nobis diſpliceremus, & ad remedium confugeremus? ſed Diabolus nos excæcat, aut tanquam faſciis quibuſdam involvit oculos noſtros, aut res nobis ita pingit & colorat, ut malum ipſum vere, & quale eſt, non agnoſcamus. En quo loco res noſtræ ſunt. Eo igitur magis doctrina hæc nobis memoriæ mandanda eſt, ne iniquitates noſtras tanquam in ſinu noſtro ponamus, hoc eſt, non abſcondamus ipſas, ſed detegamus. [*Geneſ.* 4. *verſ.* 13. *Mat.* 27. *verſ.* 5. *Actor.* 1. *verſ.* 18.] Verum eſt, fieri poſſe, ut aliqui cognito ſuo peccato in deſperationem cadant, ſicut accidit Caino & Judæ: ſed tamen ad reſipiſcentiam venire, à Deo veniam petere, demus, donec illa detecta ſint, & omnem hypocriſin depoſuerimus. Cæterum, qui peccatum ſuum cognoverit, & in eo confuſus fuerit, non quæret amplius ſe coram hominibus abſcondere: ſicut videmus fere in ore noſtro ſemper eſſe mendacia ad nos juſtificandos, quæ tunc à nobis aberunt: pœnitentia enim ſecum infert veram humilitatem. Qui igitur coram Deo convictus fuerit de peccato, culpamque ſine ulla tergiverſatione agnoſcet, dubium non eſt, quin is coram hominibus peccatum ſuum condemnare, & oſtendere, ipſum ſibi diſplicere, paratus ſit. Videamus autem, an non id, quod Jobi tempore in uſu erat, nunc valde ſit auctum, ut nihil hypocriſi frequentius ſit. Verum eſt, nos ex hoc loco intelligere, non novum illud eſſe, quum quærunt homines fucare, & quibuſdam prætextibus peccata ſua tegere: id ſemper fuit in uſu, & ab Adamo primum cœpit, & ad hodiernum uſque diem duravit: ſed tamen eam impudentiam in mundo cernimus, ut vitium illud eo tempore nihil fuerit, præ ut nunc eſt & videtur: nam ſtatim atque aliquem voles de peccato ſuo admonere, in eo videbis frontem æream ad neganda ea, quæ luce ſunt clariora. Sciet aliquis peccatum ſuum cognitum eſſe: vellet tamen de ipſo verba non fieri, & audacia ſua libenter omnibus os clauderet: quin etiam permultis non ſatis fuerit impudenter facinus negaſſe, ſed ad expoſtulationes & minas ſtatim ſe convertunt. Si igitur Jobi tempore homines peccata ſua celarunt, id hodie multo magis fit: non eſt tamen ea idonea excuſatio aut defenſio, quæ à Deo admittatur, (ut ex hoc loco colligere eſt,) quamvis omnes obfirmati ſint & obſtinati, nullus ſe æquitati ſubjiciat, & peccatores ad reſipiſcentiam revocare ſi coneris, te illi inſtar equorum ferocium & indomitorum calcibus petant. Quamvis igitur ſic ſe res habeat, ſciamus, Jobi exemplum doctrinæ loco nobis proponi, nec ſequendum eſſe nobis morem communem, aut dicendum, Verum eſt, omnes ſic agere, ſic in more eſſe. Atqui Deus me in contrarium revocat. Numquid me volunt homines juſtificare? At Deus vult, unumquemque noſtrûm ſe condemnare. Quum homines peccata ſua abſcondant, ne illa innoteſcant, Deus vult contra, ut illa, & quidem omni cum humilitate detegamus. Eo igitur veniendum eſt, minime autem dicendum, Video, ubique hoc fieri, ſic uſu receptum eſſe. Verum eſt, Jobi tempore ſic agere ſolitos fuiſſe homines, ſed à Spiritu Sancto condemnati ſunt. Hodie quum idem fieri videmus, nulluſque peccata ſua confitebitur, diſcant tamen fideles oportet ſe iis, quæ nobis hic proponuntur, ſubjicere: nempe, ut non ſolum coram Deo gemant, ſed etiam coram hominibus oſtendant, ſe confuſos eſſe, & ita ſe condemnent, ut ſeipſos judicantes, à Judice cœleſti, quum ad ipſum revertentur, miſericordiam poſſint

quod primum nobis agendum eſt, nobiſque a Scriptura ſacra præcipitur. Si igitur humani ſumus ad nos invicem tolerandos, ea eſt ſpecies confeſſionis peccatorum noſtrorum. Secunda eſt, ut quum aliquem offenderimus, ei ſatisfaciamus: alias enim videmus nobis ad Deum aditum minime patere, ut
Matth. 5. v. 23, 24. etiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus oſtendit, ſacrificia noſtra nunquam Deo accepta fore, niſi quum proximis, quando illos offenderimus, reconciliati fuerimus. Nobis igitur erga ipſos gemendum eſt, ſi peccata noſtra agnoſcamus. Tertio, quum ſcandalum aliquod commiſerimus, humiliemus nos ad ipſum reſarciendum, & ita ſarciendum, ut malum non toleretur, nec adverſus ſtimulum calcitremus. En igitur tres confeſſionum ſpecies, quas à nobis, & quidem ex parte hominum exigit Scriptura. Interim notemus, id totum manare debere ex ea integritate, qua coram Deo gemimus: donec enim in nobiſipſis ob peccatum confuſi fuerimus, nunquam ſincere & ingenue coram hominibus peccatum confitebimur, ſed ſi ipſum confiteamur, nihil erit præter ſimulationem in ea confeſſione. Qui igitur ſe coram Deo tales, quales ſunt, agnoſcent, ea quoque modeſtia præditi erunt, ut nolint ſe amplius juſtificare. Ridiculum enim eſt, quum dicet aliquis, Equidem me coram Deo peccatorem agnoſco: interim, quod ad homines attinet, obſtinatus remanet, ita ut ex ipſo nihil æqui & veri poſſit extorqueri. Nonne is oſtendit, ſe à Diabolo faſcinatum eſſe, ſe ſua peccata abſcondere, & illa in ſinum ſuum, quantum poteſt, colligere? Notemus igitur, quum eo devenerimus, ut peccata noſtra ſentiamus, & confuſi ſimus ob Legem Dei & ejus juſtitiam à nobis violatam, nos ea ſuperbia non laboraturos amplius coram hominibus, quæ nos impediat ſinceram, & qualem par eſt, confeſſionem edere. Cæterum notandum nobis eſt, quod hic dicitur, Jobum non poſuiſſe peccatum ſuum in arcano ſuo: magnam illud vim habet, Deum enim fallere non poſſunt homines, ſed ſeipſos decipiunt: ſe vero multum profeciſſe putant, quum de peccatis ſuis non cogitant. Si quiſpiam poſſit ſui ipſius obliviſci, & in tergum peccata ſua rejiciat, & ipſa ſub pedibus ponat, ut de illis non cogitet, non amplius melancholicus eſt, non amplius dolet: denique quaſi inebriatus eſt in ſuo malo, ſenſum ipſius omnem amiſit: interim Deus officio Judicis fungitur, omnia enim coram illo perſcripta ſunt. Et quamvis ad tempus diſſimulet & conniveat, omnium tamen tandem illi ratio reddenda eſt. Cupiunt ſemper homines occultari, hoc eſt, peccata ſua nolunt intueri, nec ipſa etiam putant unquam in notitiam hominum ventura: ſed peccatum ſemper manet, & quamvis ſit, quod ad homines attinet, ſepultum, Deus tamen ipſum in apertum proferet. Jobus igitur hic oſtendit, homines ſeipſos fallere, quum magis augetur, præterea inflammatio creſcit: longe ſatius eſſet, ipſam retectam & apertam eſſe: haberet enim aliquem exitum ad ſe purgandum; quod facere non poteſt, quum ita abditum & incluſum malum retinetur. Idem nobis accidit, quum peccata noſtra volumus tegere: en enim jam malam putrefactionem, & tamen volumus ipſam vi ſervare, & intus retinere: ſic retenta vim quandam in ſe habet & patitur, quæ facit, ut malum magis ac magis creſcat & inflammetur. Quid igitur facto opus eſt? Nihil aliud, quam quod dixi, ut nimirum ad Deum accedamus, non pudeat nos coram ipſo noſtras miſerias detegere & confiteri, ut illis, prout expedire novit, medeatur: præterea ut ipſi noſtri judices ſimus: hanc gratiam nobis largitur, ut nos noſtros judices conſtituat, quumque nos ſuo jure poſſit condemnare, paratus eſt nos abſolvere. Contra tergiverſemur quantum volemus & poterimus, nihil aliud agimus, quam quod Deum noſtrum offendimus, & majorem vindictam adverſum nos provocamus. En cur nequaquam, ut ſolemus, in noſtris latibulis peccata noſtra amplius reponere debemus. Diſerte autem fit latibulorum mentio, quia homines multa ſubtiliter & callide excogitant ad fugiendam Dei præſentiam: ita quidem ad tempus. Verum eſt, fruſtra nos receſſus quæſituros, Deus tamen ubique nos intuetur.
Sed interim (ut eſt apud Prophetam Eſaïam) impro- Eſa. 28.
bi ſibi fodiunt cavernas, quumque non amplius co- verſ. 15.
gitant de judicio Dei, ſe optimum ſubterfugium ha- & 29:15.
bere putant: poſtea, quum ea ratio non prodeſt amplius, ad contrariam confugiunt, hucque & illuc curſitant: quumque foramen aliquod & latibulum novum invenerunt, en illos, ut ipſis quidem videtur, ſecuros: quod ſi non poſſunt ſe penitus occultare, perdices aut puerulos imitantur, qui, ſi oculos clauſerint, ſe ſatis occultatos eſſe putant. En cur hic diſerte mentio fit latibulorum noſtrorum, quia natura ſumus hypocriſi dediti, & ſemper ſubtilitates neſcio quas ad Deum fallendum quærimus: interim, ut cernitur reipſa, nos duntaxat fallimus. Id enim nos alit in noſtris iniquitatibus, nec interim conſideramus, Diabolum tantiſper dum ſic agimus nos poſſidere, ita ut non poſſimus ad eum, qui morbos noſtros curare, ipſiſque ſalutare remedium, prout etiam ſummus medicus eſt, adferre poteſt, confugere. Cæterum, poſtquam Jobus profeſſus eſt, ſe agnoviſſe peccata ſua, ſubjicit, Quamvis magnam multitudinem poſſet confringere, ſe tamen viliſſimos & abjectiſſimos quoſque timuiſſe, nec pedem domo extuliſſe. Sed antequam ulterius progrediamur, notemus diligenter, quis hic loquatur. Jobus is eſt, qui tanquam Angelus è cœlo vixerat inter homines, & ejuſmodi integritatem inter homines ſervarat, ut vix ipſi alius ſimilis aut par inveniatur in univerſo mundo: & tamen dicit, ſe non occul-

eſt hodie noſtrûm, qui non ſit affinis multis vitiis, à quibus Jobus fuit vacuus & immunis: & tamen ipſo longe juſtiores vellemus videri. An non vero Diabolum nobis effodiſſe oculos oportet, ita ut non amplius cognoſcamus, quid ſit peccatum, & dedoluerimus, quod malorum ſummum & extremum eſt, ut D. Pau-
Epheſ. 4. verſ. 19. lus loquitur? Comparationem igitur noſtri cum Jobo inſtituamus, quoties ita veſani ſumus, ut nos abſolvere velimus, & cognoſcamus, nos longe abeſſe ab ea perfectione, quam Jobus attigerat: ac proinde hoc unum nobis ſupereſſe, ut coram Deo gemamus, & nos penitus damnemus. Poſtquam vero ſic nos coram ipſo reos peregerimus, diſcamus etiam ea modeſtia coram hominibus ornati eſſe, ut, ſi peccando proximos offenderimus, damna illata ſarciamus: ſi injuriam alicui intulerimus, illum nobis reconciliare conemur: denique in omnibus Deo noſtro gloriam, confuſi in noſtris peccatis, tribuamus. Jobus autem pergit ſuam modeſtiam declarare, quum dicit, ſe hominum viliſſimos & abjectiſſimos timuiſſe, quamvis conterere & confringere poſſet magnum populum. Locus hic à quibuſdam aliter accipitur: vocabulum enim, quo Jobus utitur, ſignificat interdum timere: intelligo primum verbum, quod vertimus Conterere aut Frangere. Significat igitur timere, item conculcare, frangere, conterere. Hoc autem ſic exponitur, quaſi Jobus declararet, ſe non timuiſſe magnam multitudinem, hoc eſt, nunquam ſic perterritum fuiſſe, quin malum, ubi ipſum conſpexerit, redarguerit: nam quum zelum Dei habemus, certum eſt, nos nunquam paſſuros eſſe, ut Deus offendatur, quin nos ei malo opponamus. Nam quum Deus nos eo honore afficiat, ut nos quaſi actores & procuratores ſuos conſtituat, minimum hoc eſt, ut oſtendamus, malum nobis diſplicere, & ipſum impedire pro virili conemur, & ſequamur præceptum il-
Epheſ. 5. verſ. 11. lud, quod nobis præſcribit Apoſtolus, inquiens, non eſſe nobis commercium habendum cum fructibus tenebrarum, ſed ipſos redarguendos eſſe. Multi igitur hunc locum exponunt, quaſi Jobus profiteretur, ſe non conſenſiſſe cum malo, ſed ſe ipſi oppoſuiſſe, illumque adeo, ubicunque adfuerit, impediiſſe: & quamvis multorum odia & invidiam colligeret, omnibuſque exoſus eſſet, ſe tamen malum, ubicunque adfuerit, damnaſſe. Et bona quidem & utilis valde eſt hæc doctrina: ac ſane videmus, quam neceſſarium ſit nobis, confirmari in ejuſmodi conſtantia: nam ſi malum impedire volumus, neceſſe eſt univerſum mundum, hoc eſt, majorem partem infenſam
Rom. 12. habeamus. Verum eſt, nos juberi pacem quærere
verſ. 18. cum omnibus, quantum in nobis erit; ſed licet in eo,
Hebr. 12. officio noſtro functi fuerimus, univerſi tamen pro-
verſ. 14. pe mundi rabiem in nos concitemus neceſſe eſt, ſi

gna eſſet præditus, ea tamen ſe minime abuſum eſſe, ut omnibus os occluderet; ſed eo uſque demiſiſſe ſe, ut viliſſimos & deſpicatiſſimos quoſque, qui tanquam totius mundi ludibrium & rejectanea erant, timeret. Eaque dicuntur ad proxime præcedentis ſententiæ approbationem: nam ſignum eſt, Jobum noluiſſe peccata ſua tegere, quum ea modeſtia præditus fuerit, ut abjectiſſimos quoſque formidaret. Scimus, hominem aliquem aut propter opes, aut propter aliud aliquod Dei donum eam auctoritatem inter homines obtinere, ut ab omnibus formidetur, colatur, & obſervetur, coram ipſo denique omnes os claudant: iſque licet vel maxima peccata committat, nemo tamen palam illum accuſare & reprehendere audeat, niſi clam forte muſſitet aliquis: ſed tamen nullus ea libertate & confidentia præditus eſt, ut dicat, En illum, qui male ſe regit: præterea, ſi clam obſtrepatur, is, qui ſic in dignitatem evectus eſt, aderit illico, & dicet: Quid? numquid hic de me verba fiunt? tum mira volet facere ad honoris & exiſtimationis ſuæ jacturam ſarciendam. Hoc igitur inter homines uſitatum eſſe videmus: nec mirum eſt, quum Jobi tempore, qui auctoritate valebant, opibus ſuis & honoribus abuterentur, ut ſuam exiſtimationem tuerentur, & à ſiniſtris hominum ſermonibus aſſererent. Crimen irremiſſibile eſt, ſi de Principe aut aulico aliquo, aut viro auctoritate & Magiſtratus dignitate prædito, ſiniſtri quid quiſpiam dixerit: ſtatim ad arma conclamatur, ſi ejuſmodi hominum exiſtimatio ſeu fama vel minimum læſa fuerit: & quamvis multa in ipſis reprehendenda ſint, atque adeo vel ipſi parvi pueri vitia ipſorum notare & deſignare poſſent, tacendum tamen eſt. En vero hic Jobum, qui dicit, Potuiſſem populum conterere: hoc eſt, poteram inimicos meos non ſolum domare, ſed etiam conterere & frangere: etiamſi univerſus mundus adverſus me inſurgeret, ita tamen auctoritate & poteſtate valebam, ut facile poſſem illos reprimere. Quid interim? oſtendit, ſe lenem & manſuetum fuiſſe inſtar agni, paſſum eſſe ſe delictorum redargui, etiam à mendico: timui, inquit, illum, erubui ipſo me alloquente, peccata mea agnovi, non exſpectavi, ut exercitus aliquis ingens adverſus me cogeretur, & nobiles convenirent ad me confundendum, ſed infimos quoſque me reprehendentes æquis auribus audivi. Nunc videmus, quis hujus loci ſenſus naturalis ſit. Præcipuum autem eſt, ut ex hac doctrina fructum & utilitatem capiamus: & in primis, ut, qui aliquam dignitatem ſupra alios obtinent, ſciant, ſe ea uti non debere tanquam velo aut pallio aliquo ad tegendas ſuas ſordes, ſed inde diſcere, ſe à Deo in loco celſo & edito collocatos eſſe, ut, ſi labes aliqua in ipſis ſit, ea melius animadvertatur. Ac ſane æquum eſt, ut ii, quibus hanc gratiam Deus lar-

Digitized by Google

ſint inſurgere, conterere valeamus; vix adverſus limacem poſſimus depugnare. Eo pacto igitur etiam invitos in humilitate nos Deus continet. Quare, quid futurum eſt, ſi ſumamus nobis, ut iis, qui merito de nobis poterunt detrahere, os occludamus? Nos nihil ſumus, & nihilo adhuc minus, & tamen in exiſtimatione eſſe, honoremque noſtrum tanquam ſacroſanctum haberi, intactum & illibatum ſervari volumus: quod ſi quis de nobis paulo ſecus loquatur, ad ejuſmodi probrum à nobis amoliendum, cœlum terræ miſceri debere videtur. Quæſo vero te, nonne hoc eſt directe adverſus naturam pugnare? Etiamſi Deus nos evexiſſet, & facultate ad honorem noſtrum tuendum præditi eſſemus, audimus quid hic dicatur, nobis etiam viliſſimos & abjectiſſimos quoſque eſſe timendos. Quando vero Deus non ita nobis laxat habenas, ſed nos conſtrictos tenet, & ferre cogimur, ut peccata noſtra innoteſcant, ſi reſiſtimus, quis excuſationi locus erit? En igitur, quomodo duplo ſe tenues in humilitate continere debent, quum in Jobo ſibi ejuſmodi ſpeculum propoſitum vident, ut is, qui magnos populos poſſet confringere, ita ſe demiſerit, ut ſe à contemtiſſimis, & iis, qui inter alios quaſi mendici habebantur, redargui paſſus ſit. Ea igitur modeſtia præditi ſimus, ut nos à magnis & parvis æque condemnari feramus. En quod nobis primum notandum eſt. Interim nobis hoc vocabulum *contemtus* expendendum eſt: hoc enim nos ſuperbos reddit, ita ut correctionem non admittamus: conſpecto enim eo, qui nos reprehendit, ſic apud nos dicemus, Quiſnam vero ille eſt? Saltem par & æqualis meus eſt: quod ſi inter illum & nos æqualitas aliqua eſſe videatur, nihil jam illum ſupra nos habere debere exiſtimamus. Hic vero numquid audet me reprehendere? numquid me melior eſt? Cæterum nec ſufficit nos aliis, quamvis longe illi præſtent, exæquare, ſed illos dejicimus: egregie enim novimus aliorum vitia notare, quin etiam augere. Quiſnam iſte eſt? an non cuivis notum eſt, multa in illo deſideranda & reprehendenda eſſe? Interim peccata noſtra extenuantur, omnia in nobis lucent, & vitium in virtutem convertimus. En quod efficit, ut in ea ſuperbia indormiamus, ut jugum & correctionem pati non poſſimus, quum Deus nobis homines mittit, qui poſſunt nos in viam reducere, nobiſque vitia noſtra & peccata demonſtrare. Eo igitur magis nobis notandum eſt, quod hic dicit Jobus: *Timui omnium maxime deſpectos*, qui erant tanquam quiſquiliæ totius mundi: homines, inquam, nebulones, qui nec dignitatem, nec quidquam habebant, timui tamen. Eo autem intelligimus, ſi Deus eam gratiam nobis non largiatur, ut ab honoratis aut magnæ auctoritatis viris admoneamur, non tamen propterea ſtatim aſpernandas & repudiandas admonitiones & caſtigationes recipiamus. Præterea huc alia ratio accedit: nam ſi à nullius pretii & exiſtimationis hominibus admonemur, ſic reputemus apud nos, En Deum, qui me eo magis confuſum reddere vult: non mereor enim, ut ad me mittat aliquem, quem ſecundum homines debeam magni facere: poſſet aliquem Prophetam excitare, poſſet hominem prudentem & ob virtutes honorandum mittere, ſed vult me hic domari & ſubigi ab iſto, qui omnibus deſpectui & ludibrio eſt. Cur? ut eo melius malum & vitium meum ſentiam: nam ſi admoneret ab eo qui aliquam poteſtatem & auctoritatem in me obtineret, ſic apud me cogitarem, Pudendum eſt, te huic reſiſtere, idque in cauſa eſſet, ut intus ſemper aliquid arrogantiæ alerem. Sed Deus alia ratione mihi quaſi colaphos impingit, non permittit, ut habeam certum amicum, qui mihi bonum conſilium det, habeam aliquem, qui honorem meum procuret, qui me admoneat, ſed deſpectum & rejectum hominem ad me mittit. Quum igitur id mihi contingit, agnoſcere debeo, id non ſine cauſa à Deo fieri. En quomodo omnibus modis huc adducemur, ut infimos & maxime deſpectos timeamus. Cæterum, quum Jobus dicit, ſe non pedem extuliſſe domo: non inde ſequitur, eum uſum eſſe ſubterfugiis: ſed hoc ſibi vult, ſponte & non invitum ſe continuiſſe, & æquo animo tuliſſe ſe condemnari, nec quidquam contra attuliſſe, ſed ſe, inſtar hominis, qui ſit convictus, domi abdidiſſe. En in ſumma, quod nobis notandum eſt. Verum eſt, interdum aliquem poſſe ſe occultare, qui tamen frenum ſuum, ut dicitur, arrodit: hoc eſt, iram ſuam ſervat animo, & eorum, qui exiſtimationem ipſius læſerunt, vindictam perſequitur. Sed quum dicitur, Jobum non exiviſſe domo ſua, is nequaquam id eo faciebat, ne audiret probra, quæ in ipſum conjiciebantur: & interim vindictam in inimicos ſuos, & eos, à quibus accuſabatur, moliretur. Minime: ſed domi ſe continuit, quaſi locum cedens iis, qui ipſum peccatorum ſuorum vellent arguere, paſſus eſt ipſos regnare, quaſi hoc diceret, Nolo me opponere, non mittam, qui cauſam meam tueatur, ſed quietum me continebo, licet condemner coram mundo, illic ero tanquam concluſus in carcere. Scimus, ſi quis in carcere detineatur, cum libertate in illum inquiri. Jobus igitur, ſe ſponte quaſi in carcere concluſit, ut ſe damnari pateretur. Atque hoc valde dignum eſt notatu: videmus enim hodie, ſi quis maxime nocens ſit, & intelligat, de ſe verba fieri, & vel leviſſimum ea de re rumorem inaudiat, ut medeatur & conſulat ſuæ exiſtimationi, quid faciet? In mediam plateam prodibit, humeros dilatabit, & inſtar apri ſpumabit, locum occupabit ad malum propugnandum, ſecum catervam ducet: Vincam, inquiet, quicquid ſit: fruſtra de me detrahitur, os occludam omnibus iis, qui de me detrahent.

Utinam

Digitized by Google

majeſtate reos eſſe agnoſcamus: ac proinde nullum aliud remedium eſſe, quam ut ad gratiam & miſeri- ræ, &c.

CONCIO CENTESIMA DECIMA OCTAVA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXI.

35. Utinam adeſſet, qui me audiret: ſcopus meus eſt, ut Omnipotens mihi reſpondeat. Adverſarius meus librum ſcribat:
36. Niſi illum geſto humeris meis: capiti illum inſtar coronæ alligabo:
37. Numerabo omnes gradus meos, me inſtar Principis offeram ipſi.
38. Si terra mea adverſum me clamet, & pariter ſulci ejus fleant:
39. Si fructum ejus comedi abſque pecunia, aut animam dominorum ejus afflixi:
40. Pro tritico egrediatur ſpina, & pro hordeo lolium.

Finita ſunt verba Jobi.

SUperius vidimus, Jobum conqueſtum fuiſſe, quod à Deo non audiretur ad jus ſuum obtinendum. Verum quidem eſt, ei, quum ſic loqueretur, non fuiſſe propoſitum blaſphemare, quaſi Deus in ipſum crudelis & injuſtus fuiſſet: ſed hoc ſibi volebat, ſe neſcire cur affligeretur, ſibique non licere cum Deo diſceptare & contendere, quamvis judiciorum ipſius cauſa ſibi incognita eſſet. Nunc juxta illud modo ſubjicit, Nihil ſibi gratius & jucundius poſſe accidere, quam ut Deus ipſi reſpondeat. Quibus verbis ſignificat, ſi ſibi hæc gratia concedatur, ut Deus ſic ſe patefaciat, ut poſſet intelligere cur ſic cruciaretur, ſe hac cognitione contentum fore: ſed de nulla cauſa ſibi adhuc conſtare, cur ita duriter & aſpere tractetur, quum vitam irreprehenſibilem egerit, & ſancte ambulare conatus ſit. Verum eſt, hoc vocabulum Reſpondendi duobus modis exponi poſſe: ut nempe Deus prodiret in jus, & tanquam adverſarius cauſam ſuam ageret: aut reſpondeat, hoc eſt, declaret, ſe à partibus Jobi ſtare, ipſique favere. Quoniam autem ſuperius ſæpius dixit, ſi Deus hoc ipſi vellet gratificari, ut cauſam ſui judicii aperiret, ſibi ſatisfactum fore, locum iſtum accipiemus, quaſi diceret, Nihil aliud peto, quam ut Deus declaret cauſam, cur me ſic affligat: nam quod ad judicia hominum attinet, provoco omnes in certamen, ut ad me accuſandum, ſiquid habent, deſcendant. Habeam igitur acrem aliquem adverſarium, qui adverſus me accuſationem inſtituat & inſtruat, ingentem librum ſcribat: humeris illum geſtare non gravabor, non erit mihi onus nimis grave: potius erit mihi coronæ & ornamenti loco. Videmus igitur nunc in ſumma, quid Jobus voluerit dicere: nimirum talem non eſſe, qualis fuit habitus & exiſtimatus: ſicuti vidimus, amicos ejus ipſum condemnaſſe tanquam hominem reprobum, quod tantos cruciatus pateretur, & exiſtimaſſe, Deum in ipſum voluiſſe exercere ſuam vindictam, ut eſſet ſpeculum improborum, quos Deus penitus perdit & exterminat. Jobus igitur profitetur, ſe nequaquam talem eſſe, & tamen nihil aliud petit, quam cauſæ ſuæ agendæ poteſtatem ſibi fieri. Coram quo vero? non coram hominibus duntaxat: ſed ut Deus ipſi reſpondeat, hoc eſt, Deus juſtitiam ſuam patefaciat: tuncque ſe probaturum oſtendit, ſe nequaquam ob peccata ſua pati, quum nimirum res diligenter expendetur, Deuſque ſententiam, quæſtione ex more judiciorum inſtituta, pronunciabit, non autem tanquam utens potentia ſua alta & abſcondita, ita ut neſciatur cur ſic agat. Vidimus autem ſuperius, non ſine cauſa ejuſmodi votum à Jobo concipi. Cur vero? Quia interdum Deus nos caſtigat ſecundum minas, quas propoſuit in Lege: hocque frequentius & ut plurimum accidit, ut, quum patimur, ob peccata patiamur. Ecce Deum, qui declaravit, ſe non paſſurum, ut iniquitates noſtræ maneant impunitæ: tum tradita nobis bene vivendi regula minas adjicit, Si mea mandata tranſgreſſi fueritis, puniam vos bello, peſte & fame: unumquemque veſtrum morbo & miſeria, modo in hac, modo in illa re. Quando igitur flagellis Dei cædimur, nobis vita noſtra ad ejus Legem examinanda eſt: ſi ſentimus nos peccaſſe, quæſtio adverſus nos peracta eſt, ſententia pronunciata: hoc unum ſupererat, ut pœna irrogaretur. En igitur rationem & viam ordinariam, quam Deus ſequitur in puniendis hominibus. Sed in Jobo aliam rationem ſequutus eſt: neque enim ipſum propter

Lev. 26. verſ. 16. Deut. 28. verſ. 15.

Digitized by Google

beamus ad gloriam ipſi tribuendam, confitendo, ejus judicia, quamvis ſint abyſſus profunda, nihilominus juſta & æqua eſſe. En igitur, quod nobis notandum eſt: nam ſane nihil magis horrendum & formidandum eſt, quam ſi Deus velit nobiſcum in jus deſcendere, ſi is ſe nobis conſtituat adverſarium, quid fiet nobis? Si igitur ipſum ad certamen provocamus, & velimus cum ipſo litigare, nonne id magnæ noſtræ confuſioni cedet? Hæc vero doctrina valde notanda eſt: videmus enim, quomodo quotidie homines querelis ſuis & indignationibus adverſus Deum indulgeant. Quidnam vero illud eſt, niſi Deum provocare velle, & litem adverſus ipſum inſtituere? Numquid quod ſperamus perficiemus? Verum eſt, illos, qui ita tumultuantur, quum affliguntur, non dicturos, ſe velle, ut Deus adverſus ipſos in jus deſcendat: ſed tamen ipſorum ſcopus eo refertur: ſi enim quiſpiam in ſuis afflictionibus non ſit patiens, nec quietum ſe contineat, ut ſe penitus voluntati Dei ſubjiciat, ut manu ejus ſibi immiſſam caſtigationem patienter ferat, nonne ille inſurgit, ut Deus irritatus in ipſum jus ſuum aſſerat? Caveamus igitur nobis, ne litem in Deum intendamus, eumque nobis infenſiſſimum adverſarium reddamus, quum ejus flagellis cædimur: ſed potius nos ejus manui ſubjicere, cunctaque, quæ ab ipſo fiunt, probare diſcamus, etiamſi cauſa ad tempus nobis ſit incognita. Verum eſt, nos quidem optare poſſe, ut placeat Deo nobis oſtendere, cur nos affligat: ſed id non alio conſilio aut fine debemus petere, quam ut ejus flagella nobis proſint, & ad eruditionem noſtram caſtigationes, quas nobis immittit, quum ipſorum cauſam cognoſcemus, poſſimus referre. Quum igitur unuſquiſque peccata ſua ſentiens, dolet, quod Deum offenderit, pudore afficitur ob ſuam turpitudinem, deprimit ſe, tum remedium quærit, quo ſe à malo avertat: quando, inquam, omnibus modis dabimus operam, ut flagella Dei ad utilitatem noſtram applicemus, & illa in ejuſmodi diſciplinam convertamus, ut oſtendamus, nos correctionem non prorſus reſpuere: en quomodo optare & petere à Deo poterimus, ut libeat ipſi oſtendere nobis, cur ſic nos affligat, ne ipſius caſtigationes nobis ſint inutiles. Sed ſi velit potentia ſua uti, noſque attonitos & prope ſtupidos reddere, ita ut neſciamus, cur tanta ſeveritate erga nos utatur: eſt tamen nobis in tanta rerum perturbatione caput demittendum, & eò, quo jam diximus, confugiendum, ut Deum in omnibus & per omnia juſtum eſſe confiteamur: ac proinde, quamvis cauſa, cur nos affligat, nobis ſit incognita, nihilominus ei gloriam tribuamus. En quod ex hoc loco nobis retinendum eſt. Interim veniamus ad id, quod Jobus dicit: Scopus meus eſt, ut Omnipotens mihi reſpondeat: quum adverſarius meus librum per-

bus contradiceret:) ſed cauſam ſuam agit, ut vidimus: oſtendit enim, ſe nequaquam hominem reprobum eſſe: quod ſi Deus ipſum aſpere tractet, non ſequi, id fieri propter inſignia aliqua peccata, ſed aliam aliquam cauſam occultam eſſe. Videmus igitur in ſumma, Jobum noluiſſe ſe jactare & efferre adverſus Deum ea ſuperbia & arrogantia, qua ſolent multi, qui ſe juſtos aſſerunt, & quidem peccata à ſe commiſſa non ſentientes. Et quamvis inſtar Angeli ambulaſſet, agnovit tamen, Deum ſatis in ipſo cauſæ reperturum, cur illum puniat. Sed interim integritatem ſuam tuetur, ut ſe ex contemtorum Dei numero eximat. Eo docemur, licere etiam aliquatenus nobis cauſam noſtram, ſi ea juſta ſit, tueri. Scimus, eos, qui maxime nocentes ſunt, fere audaciſſimos eſſe ad ſe juſtificandum quum condemnantur, & quamvis eorum condemnatio ſit omnibus nota, & ſatis conſtet, eos homines nequam & improbos eſſe, audacia tamen ſumma aſſerent, in ſe nihil eſſe quod reprehendi poſſit, quique illos redarguat, magnam ipſis injuriam facturum. Contra filii Dei quamvis multum laborarint, eo, ut in integritate ambularent, ante omnia ſe reos agnoſcent, & miſeros peccatores eſſe confitebuntur. Videmus igitur, ſi aliquis ſine exceptione ulla velit ſe juſtificare, eum bellum adverſus Deum ſuſcipere: quiſquis enim ait, ſe non eſſe peccatorem, is Deum mendacii vult arguere, inquit Joannes in ſua canonica. *1 Joan 1. verſ. 10.*
Deus in genere de omnibus pronunciavit, & experientia etiam id debet oſtendere, nobis omnibus confugiendum eſſe ad ejus miſericordiam. Qui igitur velit ſe ſine exceptione juſtum aſſerere, is Deo aperte bellum infert, & capite ipſum ferit. *Rom. 3. verſ. 9, 19. Gal. 3: 22.* Quid vero is tandem in eo proficiet? Sed poſtquam peccata noſtra cognoverimus, quid nobis agendum eſt? Si hujus vel illius rei accuſamur, ſi ſentimus nos eſſe reos, caput demittamus, & cognoſcamus, nos dignos eſſe, qui à Deo hoc probro afficiamur, ut hominum viliſſimi & abjectiſſimi quique nos condemnent, ſintque judices noſtri. Si non ſentimus, nos in eo, cujus accuſamur, peccaſſe, alia ratione Deus vult nos deprimere, nos tamen quietos eſſe oportet ad caſtigationem admittendam. Cæterum ſi rejicimur, & homines ſua temeritate aſſerunt nos improbos eſſe, & atteſtante conſcientia ſcimus id falſum eſſe: hypocriſis fuerit, ſi ſilentio noſtro ejuſmodi calumnias approbemus. Si quis aut furti, aut adulterii, aut homicidii accuſetur, & ab iis criminibus ſit purus, ita ut coram Deo & Angelis ejus profiteri poſſit, id falſum eſſe, ſi aliorum accuſationi ſuffragatur, & ſeipſum condemnat, in eo non leviter peccat. Poſſumus igitur integritatem noſtram eo modo quo Jobus tueri, non ut duntaxat honori noſtro conſulamus: ut ſolent ſuperbi iſti, qui ita delicati ſunt, ut pati non poſſint, ſuam exiſtimationem vel tantil-

Digitized by Google

… hoc vult Jobus, ſi Deus ipſi hanc libertatem concedat, ut cauſam ſuam tueri poſſit, ſe viciſſe & obtinuiſſe, quod velit, quum hoc pacto eos, qui ipſum propter ſummas, quas patiebatur, afflictiones pro reprobo homine haberent, mendacii convicturus eſſet. Videmus igitur id, quod jam attigi, nempe nihil prodeſſe ſi quis evadat ex judiciis hominum, ſed nobis ante omnia in Deum conjiciendos eſſe oculos, ut bonam cauſam noſtram coram ipſo proferamus, utque, ſicut dixi, ipſe ejus ſit vindex & aſſertor, eoque judice abſolvamur. Utinam vero hoc in cordibus inſculptum eſſet: homines enim, modo coram mundo poſſint abſolvi, nihil præterea curare, hoc unum quærere, atque ita Deum contemni videmus. Nemo enim eſt, qui putet, ſibi coram ipſo rationem reddendam eſſe, ſed hoc unum reſpicimus, ne quis poſſit nos carpere, utque, ſi quis nos adoriatur, poſſimus ipſum repellere, eique os occludere. Quando igitur ex judiciis hominum evaſimus, nos omni periculo defunctos eſſe arbitramur: interim vero en quod nobis eo majorem audaciam dat ad inſurgendum adverſus Deum. Attendamus igitur ad hanc doctrinam, & reputemus, miſeram eſſe illam mercedem, quum mundus nobis plaudit, niſi Deus nos approbet: quapropter ante omnia unuſquiſque diligenter examinet, quis & qualis ſit, neque hoc examen ex opinione noſtra, ſed ex Lege Dei inſtituamus: ſcimus enim, nos non eſſe judices idoneos: ſed nobis judicium & ſententiam à Lege & doctrina, quæ in ipſa continetur, ſuggeri oportet. Tribunal igitur Dei erigatur coram oculis noſtris, quum verbum ipſius habemus: & diligenter inſpiciamus, num, ſicut ipſe juſſit, ambulaverimus, & à verbo ejus minime declinaverimus: quod peccavimus, diſcamus nos condemnare. Cæterum, quum nobis hanc gratiam largitus fuerit, ut ipſi obediamus, quamvis multa in nobis vitia regnent, modo hunc ſcopum præcipuum habuerimus, ſatis nobis ſit ipſi approbari, quum mundus nos condemnabit: nec valde doleat nobis, nos à mundo calumniis opprimi, modo Deus nobis manum porrigat, nos acceptos habeat, & ſibi gratam eſſe vitam noſtram declaret. Hoc quum conſequuti fuerimus, allatrent licet canes, modo non poſſint nos mordere, &, ſi fides habenda ſit inimicis noſtris, quamvis videamur omnium nequiſſimi eſſe, id patienter feramus. En igitur quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Videmus igitur, duo notanda eſſe. Unum, nos ambitioni & vanitati deditos eſſe minime debere, ita ut gloriam noſtram coram hominibus quæramus, ſubtrahentes nos judicio Dei: ſed contra ſentiendum nobis eſſe, quam ſit formidanda ira Dei, & diligenter examinandas eſſe noſtras conſcientias, ne coram ipſo rei peragamur. Quum hoc conſequuti fueri-

quoniam improbi adeo ſunt impudentes, ut jure ab injuria de aliis detrahere ſus deque habeant. Nihilominus tamen erecto capite poterimus ambulare. Cur? Quia Deum vindicem noſtrum poſſumus appellare, ut videmus à Prophetis fieri. Quum Jere- *Jer. 20. verſ. 7.*
mias dicit, Domine, tu me ſeduxiſti, ſi ſum ſeductor: quia ipſi exprobratur, illum ſeducere & fallere populum: Deus igitur me ſeduxit. Quum ſic loquitur, non intelligit, ullam in Deo eſſe fallaciam: ſed libere & audacter calumnias, quibus premebatur, repellit. Cum Deo agite: ſcio enim, ipſum cauſæ meæ vindicem fore. Eſaïas vero commemorans ſe ab hominibus rejectum eſſe, ſe probris & contemtu ita onuſtum eſſe, ut nihil ſupra: Dominus tamen pro me, inquit, reſpondebit. Quando igitur opprimemur maledictis, ab univerſo mundo impetemur, nihilominus tamen coronam gloriæ geſtabimus, quum teſtimonium coram Deo habebimus. Ideo Jobus dicit, ſe calumnias omnes, quæ in ipſum conjicientur, diſturbaturum. Minime, minime, inquit, non prodibo tanquam reus nocens, qui jam in ſe convictus eſt, antequam inquiſitio criminum ipſius ſit inſtituta: (nam jam in conſcientia convictus eſt, à ſe crimina, quorum accuſatur, commiſſa eſſe:) ſed prodibo, inquit, tanquam Princeps. Ac ſane filii Dei ſunt ſuorum judicum judices, quando inique ab hominibus opprimuntur. Certum eſt, ipſos confidentius poſſe comparere & ſiſtere ſe in judicio, quam ii, qui ipſos malitia, & vi tyrannica condemnant. Numquid putamus, quum hodie hoſtes veritatis ad ignem condemnant filios Dei, & ut in illos ſententiam ferant, ſedent in ſuis tribunalibus oſtro & veſte ſtragula tectis, patibulum non eſſe honoratius, quum in eo martyr aliquis cruciabitur, aut palum erectum, ut ad illum filius aliquis Dei uratur? Eſt ſane: locus enim ille ſupplicii, quo afficiuntur fideles, honore & dignitate longe antecellit omnibus Regum hujus mundi tribunalibus. Reges enim & Principes, una cum ſuis judicibus, iniquitatibus ſuis & injuſtitiis polluunt tribunalia ſacra & dicata Deo: quoniam illic ſedent, tota ſint illa ſordibus infecta & contaminata oportet: quoniam non ſequuntur finem & ſcopum, propter quem à Deo illic collocati ſunt, locum illum infamem & deteſtabilem, quamvis ex ſe alias honoratum, reddunt. Contra, quamvis palus aut patibulum ſit ſecundum mundum aliquid execrandum, martyrem tamen & filium Dei, quum illuc bonam conſcientiam adfert, & propter bonam cauſam patitur, certum eſt, locum illum ſanctificare, qui quaſi maledictus erat. Non ſine cauſa igitur dicit Jobus, Si Deus ipſi velit reſpondere, hoc eſt, ſi, ut poſſit ſuam cauſam tueri, audiatur ad exponendam ſuam vitam, ſe capite erecto prodituri, tanquam Principem aliquem, non tanquam reum nocentem: ſe alacri

Digitized by Google

[illegible] aderit, hoc eſt, quum bonum teſtimonium habebimus, non erimus coram Deo rei eorum criminum, quæ nobis tribuuntur, idque reipſa oſtendere poterimus: etiamſi adverſus nos libri ſcribantur, maledictis & calumniis oneremur, quæ mole ſua magnitudinem montium exæquent, non erit nobis onus illud nimis grave, propterea quod à Deo ſuſtinebimur, ipſo innitemur, potius coronæ & ornamenti vice ejuſmodi librum geſtabimus & circumferemus: longe enim præſtat, nos ita calumniis à mundo exagitari & proſcindi, Deo verò probari, quam ſi undique nobis plaudatur, & inde excuſationem in peccatis noſtris captemus: ſicuti videmus, multos ſibi ad male agendum, & ad contemnendum Deum licentiam dare, quum à mundo approbantur. Quid enim in cauſa eſt, quod multi ſe ad omne ſcelus & nefas projiciunt, & laxis habenis effundunt, niſi quod illis homines indulſerunt, & oculos clauſerunt, ut in omnibus illorum maleficiis connīverent? En exitii ipſorum cauſam. Præſtat igitur, Dominum noſtrum eſſe cauſæ noſtræ vindicem, univerſum vero mundum nobis adverſarium eſſe, quam ſi laudemur, & magna in exiſtimatione ſimus, cœlum vero interim Numinis vindictam adverſus nos inclamet. Videmus hodie, quomodo Papa magni ſit & æſtimatur ob ſimulatam ſuam ſanctitatem: quamvis ſit monſtrum, & Diabolus humana carne indutus, omnes tamen ſe ipſi ſubmittunt, & illi majores quam Deo titulos attribuunt. Interim vero nonne id magis ac magis auget ipſius perditionem? Idem cenſendum de iis, qui mundum juſtificant, ut & ipſi quoque approbentur & laudentur in omnibus ſuis peccatis. Contra diſcamus ſemper ad Deum reſpicere, ſicuti jam diximus: interim vero, ſi is permittat, ut falſo ab hominibus condemnemur, id patienter feramus, & nihilominus ſemper caput attollamus. Cæterum juxta id, quod dicitur *numerare greſſus noſtros*, ſimus parati ad reddendam rationem, quando alicujus criminis accuſabimur: ne putemus, nos judicium Dei effugere poſſe, quum malum aliquod in nobis inhærens occultaverimus: ſed ſciamus, nobis reſpondendum eſſe pro nobis, nec in poteſtate hominum futurum, ut, quamvis nos juſtificent, quod in nobis eſt coram Deo celent. Jobus autem ſic loquutus, extremum hoc profitetur: *Si terra mea*, inquit, *clamavit adverſus me, ſulci ejus flent, quod fructum ejus comederim ſine pecunia: ſi ii, qui illam coluerunt, conqueruntur de me, quod illos oppreſſerim, comedam ſpinam loco tritici, & lolium loco frumenti.* Illis verbis Jobus concludit, quod ſuperius vidimus: nempe, quamvis graviter ſit afflictus manu Dei, ſe tamen non eſſe condemnandum, quaſi ſceleratior eſſet iis, quos Deus tolerat. Cur? Nam, uti diximus, Deus non utitur menſura æquali, quum ſic affligit homines: interdum punit ipſos propter adverſus nos proferendi. Quomodo igitur Jobus intelligit, terram ſuam non conqueſtam fuiſſe, & ſulcos ejus non fleviſſe? Hæc non ita accipienda ſunt, quaſi terra ex ſe lamentandi cauſam habeat: ſed Scriptura ſacra ejuſmodi loquutionibus utitur, quo nos abducat ad melius & vehementius ſentiendum, ſi peccaverimus erga Deum, creaturas nobis inimicas fore, & adverſus nos teſtimonium reddituras. Ut, verbi gratia, Si pauperes agricolas oppreſſerimus, qui terram colunt, ut illa nobis fructus, ex quibus veſcamur, proferat, violentia & rapinis erga ipſos uſi fuerimus, ſubſtantiam illorum eripuerimus, non ſolum teſtes ipſi erunt adverſus nos, ſed terra ab ipſis culta teſtimonium adverſus nos proferet. Cur? Quia illic ſuum ſudorem, qui eſt tanquam ſanguis ipſorum, poſuerunt. Magna vero ea eſt crudelitas noſtra, quum non ſic reputamus, En vero terram, quæ aperuit viſcera ſua, ſicuti Deus hunc ordinem conſtituit, ut illa, quum coletur, fructum proferat. Terra igitur functa eſt ſuo officio, & quaſi arcano & mutuo quodam conſenſu reſpondit ſuo cultori: interim ecce gurgites, qui fructus terræ devorant, & rapta agricolarum ſubſtantia, mille injuriis & violentiis ipſos afficiunt. Quum igitur is, qui terram coluit, apud Deum conquereretur de injuria ſibi facta, nonne terra quoque ipſa, quæ fuerit quaſi vexata & fatigata, ejus clamoribus & querelis reſpondebit? En igitur, cur Scriptura ſacra eo ſtylo utitur. Animadvertimus igitur nobis inſitam ingenii tarditatem & ſtuporem, ut, ſi de peccatis noſtris admonemur, pœna liberati, ſi perfugium aliquod habeamus, nobis videamur: & quamvis coram Deo convincamur, non tamen propter ipſa ſic terreamur, ut in illis nobis diſpliceamus, &, quantopere ſit formidanda ira Dei, ſentiamus. Nos igitur, non inſtar aſinorum, ſed hominum qui penitus in ſuis peccatis obduruerunt, ſtimulari oportet: quin etiam, quum Deus nos tanquam lapides, aut incudes aliquos tundit, non poteſt nos niſi vi mollire aut domare. En igitur, quod nobis notandum eſt. Quotieſcunque igitur ſic loquitur Scriptura, Terram vociferari, ejus ſulcos vindictam poſtulare, ſciamus, Deum nos inſitæ obſtinationis redarguere, & oſtendere, nos ita cæcos eſſe in peccatis noſtris, ut ad eorum cognitionem, niſi vi pertrahamur, pervenire nunquam poſſimus. Ne igitur in ejuſmodi obſtinatione permaneamus, quum Deum tanta vehementia ad nos excitandos uti videmus, ſaltem tunc in peccatorum noſtrorum cognitionem deveniamus, & coram ipſo ſimus proſtrati. En quod nobis notandum eſt. Hoc præterea accedit, quod à terra nobis ad homines veniendum eſt. Dicitur, ju- Prov. 12.
ſtum equum ſuum, bovem & aſinum curaturum, ſed verſ. 10.
improbos fratres ſuos & proximos, vitæ ipſorum ſumma cum injuſtitia ſuſtentaculum comedendo,

vexa-

mur cum ejuſmodi conſcientia ambulare, ut capite & fideles verbi miniſtros excitare, &c.

CONCIO CENTESIMA DECIMA NONA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXII.

1. DEſtiterunt itaque tres iſti viri reſpondere Jobo, quia ipſe erat juſtus in
oculis ſuis.
2. Et exarſit furor Eliu, filii Barachel Buzitæ, de familia Ram, in Jobum: exarſit, inquam, furor ejus, eo quod juſtificaret animam ſuam
magis quam Deum.
3. In tres quoque amicos ejus iratus eſt furor ejus, propterea quod non invenirent
reſponſionem, & tamen Jobum condemnaſſent.

UT ex iis, quæ hoc loco commemorantur & deinceps viſuri ſumus, utilitatem capiamus, meminiſſe debemus ejus, quod jam vidimus: Jobum videlicet, cùm bonam cauſam haberet, eam male egiſſe; eos autem, qui ipſius conſolandi cauſa venerant, cùm malam cauſam haberent, bona argumenta & rationes probabiles, ex quibus utilis doctrina poterat colligi, habuiſſe. Ideo nunc dicitur, *Eliu Buziten doluiſſe, & ira inflammatum fuiſſe, quoniam iſti Jobum non redarguerant, & tamen illum condemnarant: Jobo etiam ſuccenſuiſſe, quoniam voluerat ſe adverſus Deum juſtificare.* Sic videmus, iram iſtam Eliu non ſine cauſa tam adverſus Jobum, quam tres ejus amicos, qui ipſum conſolatum venerant, exarſiſſe. Jobus enim intemperantius loquutus fuerat, quamvis cauſam juſtam haberet: alii Deo reſtiterant, quamvis uſi eſſent bonis argumentis: non appoſite enim illa protulerant. Interim autem dicitur, *Tres amicos Jobi ceſſaſſe cum ipſo amplius diſceptare: & contendere, quoniam ipſe juſtus erat in oculis ſuis.* Jobus non ita ſe juſtum exiſtimabat, quum multa in ſe reprehen-
cap. 7:20. ſione digna putaret: contra profeſſus eſt, ſe miſerum
& 9: 2,3. peccatorem eſſe: ſed tamen noluit ſe ex arbitrio eorum, qui male de ipſius afflictione judicabant, condemnare. Opinio trium Jobi amicorum erat ejuſmodi, Ecce hominem à Deo rejectum & reprobatum, quia adeo duriter & aſpere tractatur. Dicitur autem, nos de eo, quem Deus corrigit, prudenter judicare debere: neque enim concludendum eſt, unumquemque ſecundum peccata ſua puniri: aliquando Deus improbis parcit, & in ipſorum iniquitatibus quaſi connivet: idque fit ad ipſorum eo graviorem condemnationem: caro enim illis patientia Dei conſtabit, poſtquam is ipſos diu patienter exſpectarit & tolerarit. Si igitur Deus interdum videtur nolle punire eos, qui pœnas meruerunt, ne putemus propterea melius cum illis agi; nec juſtificemus eos, propterea quod ipſis Deus parcit. Contra, quum videbimus aliquem flagellis à Deo cædi, ne propterea ipſum exiſtimemus reliquis hominibus deteriorem eſſe: fieri enim poteſt, ut Deus ejus patientiam velit probare, licet in ipſum non animadvertat propter peccata. Jobus autem noluit ſtultæ amicorum opinioni adſtipulari: en cur ille viſus eſt ipſis ſe juſtificare, quamvis non ea eſſet ipſius cogitatio. Caveamus igitur nobis, ne malam cauſam ſuſcipiamus: (cæcutiemus enim, ſtatimque nobis videbitur, ſi quiſpiam nobiſcum non conſentiat, eum ita condemnatum eſſe, ut cum illo non ſit amplius agendum:) ſed antequam ad diſceptandum accedamus, de veritate rei certi ſimus atque perſuaſi: nihil enim deterius eſt in judiciis feſtinatione. Scimus, proverbium fere verum inveniri, feſtinationem nos extra viam abripere, ita ut ex ore judicis præcipitis non exeat niſi præceps & temeraria ſententia. Quum ita ſe res habeat, diſcamus nos ſuſpenſos tenere, donec veritas nobis innoteſcat. Interim vero notemus, ſæpius uſu venturum, ut coram hominibus injuria condemnemur: quamvis etiam ii, qui de nobis detrahunt, os clauſum habeant, & argumentis, quibus nos convincant, careant, ejuſmodi tamen ſuperbia agentur, ut famam noſtram lædant, & de nobis ſiniſtros ſermones ſpargant. Eo admonemur, ſi homines adeo maligni ſint ad nos condemnandos argumentis & rationibus deſtituti, id non valde nobis dolere debere: neque enim id novum eſt, quum Jobo tam eximio ſervo Dei acciderit: ſicuti videmus hodie ſufficere Papiſtis, ſi ipſi ſuos errores, ſuperſtitiones & falſas doctrinas bonas eſſe ſanxerint: ſtylo enim, qui magiſtrum præ ſe fert, in illis ſuis decretis ſanciendis & proponendis utuntur. Satis enim eſt, quod

tinere: Hic modum exceſſi; agnoſco, me non conti-
nuiſſe me ea in moderatione, qua par fuit. Quid facto
opus eſt? Non debeo obſtinatus eſſe, ſed debeo refle-
ctere habenas, & pedem referre, quum malam viam
ſim ingreſſus. En igitur, quomodo exemplo amico-
rum Jobi Spiritus Dei nos primum admonet, ut mo-
deſti ſimus, ne litem adverſus Deum inſtituamus:
præterea ſi nobis contigit errare, ſaltem non ſimus
obſtinati, non perſeveremus in malo, ſed agnito no-
ſtro delicto conemur ipſum emendare. Quod ad Eliu
attinet, cujus hic fit mentio, non ſine cauſa Scriptura
ſacra oſtendit nobis, unde oriundus erat: quomodo
vocatur *Buzita, ex familia Rami.* Nam hic videmus
primum antiquitatem, cujus ſuperius meminimus:
atque hoc eſt præcipuum, quod Deus voluit ſignifi-
care, bonum aliquod ſemen religionis in iis, qui mul-
tis falſis imaginationibus erant implicati, remanſiſſe.
Eſt autem hoc notatu dignum; ſcimus enim quomo-
do mundus ſtatim defecerit, omneſque ad mendacia
& corruptiones deflexerint. Dico poſt diluvium,
quamvis vindicta Dei tam horrenda, tamque memo-
rabilis fuerit, & filii Noachi, qui ex diluvio evaſe-
rant, quum longum tempus poſt vixiſſent, potuiſſent
liberos & poſteros ſuos docere, quomodo mundi ne-
quitiam Deus ultus eſſet. Hoc tamen non impedit,
quominus omnes defecerint, & relicta vera religione
ad mendacia, idololatriam, & omne genus nequitiæ
deflexerint. In eo vero videmus homines adeo fra-
giles eſſe, ut nihil ſupra, nihilque difficilius eſſe,
quam ipſos in timore Dei & vera religione conti-
nere. Verum eſt, quod ad malum attinet, nos nimis
conſtantes eſſe, nec poſſe ab eo dimoveri, & ſi quis
malum, quod in nobis eſt, velit emendare, neſcit unde
incipiat, aut, quum cœperit, quomodo perficiat:
tanta enim eſt obduratio, ut mirum & miſerandum
ſit: bonum autem ſtatim nobis de manibus effluere
& elabi ſinimus, vel minimum quid nos ab eo abdu-
cit. Ejus rei præclarum documentum habemus in
eo, quod ſtatim poſt diluvium homines ſic vias ſuas
corruperunt, & puram Dei cognitionem, quamvis
ſibi à patribus traditam, reliquerunt. Videmus tamen
in hoc exemplo Eliu, Deum bonum aliquod ſemen
reliquiſſe in medio tenebrarum, atque adeo bonam
aliquam & ſanam doctrinam fuiſſe. Cur? Ut incre-
duli inexcuſabiles redderentur, ita ut ignorantia, quæ
tunc ubique regnabat, excuſationis loco non poſſit
proferri. Quid enim in cauſa fuit, quod Deus non
fuerit pure cultus & adoratus, niſi quod homines illi
tergum obverterunt? Nec eo ſimplicitate aliqua,
quam honeſto aliquo prætextu poſſint fucare, ſed
potius certa malitia inciderunt. Homines nolunt ſe
falli, nec id ſe velle ullo modo præ ſe ferunt, ſed quum
Deo ſerviendum eſt, claudunt oculos, omnem lucem,
quæ lucebat, extinguunt, nihil aliud quærunt, quam

diverſis in locis habitarent, videmus tamen illos à
Deo donatos fuiſſe cognitione quæ idonea erat ad
omnes erudiendos. En igitur, quomodo mundus ex-
cuſari non potuerit in ſua ignorantia: etſi enim ido-
lolatria jam inde regnarit à temporibus Thare &
Nachor, ipſique adeo fuerint idololatræ, ut dicitur
extremo capite libri Joſûe, & ipſorum poſteri eos *Joſ.* 24.
imitarentur, hic tamen Eliu, qui erat ex familia Ra- *verſ.* 8.
mi, & tres alii puri erant à communi illius temporis
ignorantia & corruptione: ita ut animadvertamus,
puram religionem in ipſis non fuiſſe extinctam, ſed
doctrinam, quæ illos ad Deum deducere, mundum
pervicaciæ & ignorantiæ, qua tunc laboravit, argue-
re potuerit. En quod primo loco nobis notandum eſt.
Quum igitur audimus ſcriptum, Deum ſiviſſe homi- *Act.* 14.
nes ad exitium tendere, & in via perditionis ambu- *verſ.* 16.
lare, notemus, id dictum, quoniam nequaquam omni- *&* 17:30.
bus hanc gratiam largitus eſt, ut doctrinam ſpecia-
lem, quam populo ſuo & Eccleſiæ reſervavit, omni-
bus communicaret: ſed tamen propterea non excu-
ſantur illi. Deus igitur homines temere vagari &
ferri ſivit, ut omnes in exitium ſe præcipites egerint:
ſed tamen in cordibus ipſorum ſemen aliquod re-
manſit, & convicti fuerunt, ut non poſſent dicere,
Neſcivimus, quis eſſet verus Deus, religionem nullam
habuimus; nullus enim ea ſe penitus privare potuit:
id enim manſit inſculptum in cordibus hominum,
mundum ex ſeipſo non formatum fuiſſe, Majeſtatem
aliquam divinam eſſe, cui ſe omnes ſubjicere opor-
teat. Verum eſt, D. Paulum loqui expreſſe de teſti- *Rom.* 1.
monio, quod Deus creaturis impreſſit, quoniam ordo *verſ.* 10.
mundi eſt tanquam liber aliquis, qui nos docet, & de-
bet ad Deum adducere: ſed tamen nobis ſemper
veniendum eſt ad id, quod ſecundo capite ad Roma- *Rom.* 2.
nos tractatur, Deum in cordibus noſtris boni & mali *v.* 14, 15.
notitiam ita inſculpſiſſe, ut eam delere & extinguere
non valeamus. Non tantum cognitionis ſinguli ha-
bebunt, quantum audimus fuiſſe in tribus Jobi ami-
cis: nunquam tamen hominem adeo rudem, adeo-
que barbarum reperiemus, quin in ſe ſtimulos ali-
quos conſcientiæ ſentiat, quin Deum aliquem eſſe
ſciat, quin judicio aliquo valeat ad malum conde-
mnandum & bonum approbandum. Sunt igitur ve-
ſtigia quædam, quæ Deus reliquit in cordibus maxi-
me ignorantium, ne homines poſſint ullam ignoran-
tiæ excuſationem prætexere, ſed interno & occulto
conſcientiæ teſtimonio convincantur. Interim no-
temus, veſaniam ſummam fuiſſe, quod homines, eo
ut doctrinam, quæ inter ipſos regnavit, tuerentur,
adverſus Deum pugnarunt. Quî enim fieri potuit,
quum Dei cognitio clare in mundo fulgeret, ſicut ſu-
perius vidimus, ut omnes ab ea illuminari poſſent, ut
in tam belluinam & tam craſſam ignorantiam inci-
derint, ut lignum & lapides, Solem item & Lunam
adora-

Digitized by Google

... vero minus ſponte claudendos eſſe oculos. Videmus hodie magnam obſcuritatem, quæ majorem mundi partem occupavit: miſeri Papiſtæ in devia temere feruntur. Cur? Deus ipſos, ſicut meruerunt, dereliquit: quum enim ſponte veritatem oblivioni tradiderint, æquum eſt, eos inſtar diluvii divina vindicta inundet, obruat, & in exitium præcipites mittat. Nos vero Jeſum Chriſtum Solem illum Juſtitiæ, qui nobis prælucet, habemus: nequaquam igitur hic clauſos oculos habere debemus, ſed ambulemus tantiſper dum dies eſt, juxta admonitionem nobis propoſitam, ne, ut qui nobis hodie traditam cognitionem ſponte deleverimus, convincamur. En igitur, quod primum ex hoc loco nobis retinendum eſt. Quod ad *iram autem Elihu* attinet, notemus, hic nequaquam ipſum vituperari, tanquam immoderatæ perturbationi indulſerit, ſed bona & laude digna hæc fuit ipſius indignatio, quoniam à zelo, quem Eliu erga Dei veritatem habuit, promanavit, quum Jobum ita ſe juſtificare velle, *ut ſe ſupra Deum juſtum eſſe exiſtimaret*, animadverteret. Amici Jobi ea cognitione non fuerunt præditi: adverſus ipſum ſiquidem contendebant, illum ſceleratum eſſe. Jobus, & vere, id negat: ſed, ut diximus, modum excedit, & quamvis bonam cauſam habeat, male tamen illam agit & tuetur. Eliu igitur illud ſpectat, quod Jobus non ſibi ſatis temperavit; ſed impatientia interdum obmurmuravit, & in eo quaſi voluit ſe ſupra Deum juſtum reddere. Præterea ſuccenſet iis, qui malam cauſam temere ſuſcipiunt, nec poſſunt illam, ut par eſt, ad exitum perducere, ſed confuſi tandem remanent. En igitur Eliu, ira, ſed non ſine cauſa, inflammatum. Quoniam igitur zelus ipſius bonus fuit, en cur S. Spiritus iram, quæ in ipſo fuit, approbet. Interim notandum eſt nobis, quod hic dicitur, *Jobum voluiſſe juſtum ſupra Deum videri.* Verum eſt, ejus mentem eam non fuiſſe, & centies maluiſſe, ſe à terra abſorptum, aut nunquam natum fuiſſe, quam ejuſmodi blaſphemiam cogitaſſe. Ac ſane diximus, quoties intemperantius loquutus eſt, ea, quæ proferret, non omnino apud ſe tanquam certa & rata conſtituiſſe, ſed æſtu quodam abreptum effudiſſe, quia valde difficile eſt hominibus, ut ita ſe contineant, quin multæ perturbationes illis excidant. En etiam, quomodo ſe Jobus habuit: ad extremum tamen ſuam culpam agnovit, &, quum peccavit, ſe minime excuſavit. Quomodo igitur dicitur, ipſum voluiſſe ſe ſupra Deum juſtificare? Hoc autem vocabulum valde utilem & ſanam doctrinam continet: hic enim docemur, nos minime cogitantes ſæpius poſſe adverſus Deum blaſphemare. Quomodo vero? Adverſus ipſum diſceptando. Niſi, quæcunque agit, probemus, in primis vero quum ipſe nos affligit, non fuiſſe cauſam, cur ſic ipſum affligeret, & quia non cognoſcit, cur id fiat, nihil aliud petit, quam ut Deus tanquam in judicium cauſam ſuam acturus, & quæ in illum habeat prolaturus, deſcendat. Præterea ſecundo indignatur, quod Deus illum non ſtatim conſumat, aut ad inferos præcipitem agat. Quum igitur adeo vehementibus perturbationibus Jobus abripitur, minime dubium eſt, quin tunc ſe juſtum ſupra Deum faciat. Atque hoc eſt, quod jam dixi, nos Deum ſæpius nihil tale cogitantes noſtris perturbationibus blaſphemare: id vero nos prudentiores debet reddere, eo, ut noſtris perturbationibus frenum non laxemus, ne ita ſimus miſeri, ut Deum non cogitantes blaſphememus. Hæc igitur doctrina valde utilis eſt nobis, quum Spiritus Sanctus docet, omnes eos, qui indignantur & obmurmurant in ſuis afflictionibus, omnes eos, qui non poſſunt ſe manui potenti Dei ſubjicere, ut, quicquid is agat, juſtum & æquum eſſe confiteantur, omnes illos juſtos ſe ſupra Deum conſtituere: & quamvis id non dicant ipſi, ſed centies profiteantur, ſe id ne cogitare quidem duntaxat velle, res tamen ita ſe habet. En vero Judicem idoneum, qui hac de re pronunciavit, à cujus ſententia non eſt provocandum, fruſtra adverſus illum recalcitremus. Quid igitur ſupereſt, niſi ut nos ante omnia condemnare diſcamus, quumque coram Deo comparemus, nos ſemper reos peragamus, & miſeros peccatores eſſe confiteamur? Cæterum quum judicia, quæ Deus in nos exercet, nobis nimis acerba videbuntur, ipſa patienter ſine longiori diſquiſitione feramus. Si mirum nobis videatur, quod Deus nimis ſevere nos tractet, nec cauſam, cur id agat, videamus, ſi malum nobis nimis durare videatur, Deuſque noſtræ fragilitatis rationem habere & noſtri miſereri, ut par ſit, non videatur: ne laxemus habenas ejuſmodi cogitationibus, eo, ut illas conſenſu noſtro approbemus: ſed hoc ſemper nobis in mentem veniat, Deus eſt juſtus quicquid ſit. Verum eſt, nos non animadverſuros cauſam eorum, quæ ipſe agit: ſed unde illud, niſi à noſtra infirmitate & tarditate promanat? Numquid noſtro ſenſu nobis metienda eſt juſtitia Dei? Quonam res abiret? Qua id ratione niteretur? Deo igitur in omnibus, quæ ipſe agit, gloriam tribuere diſcamus: & quamvis manus ipſius ſit dura & aſpera, nihilominus tamen confiteamur, Heu! Domine, ſi tecum in jus deſcendam, ſcio cauſam meam perditam eſſe. En quomodo Jeremias egit, & viam nobis præmonſtravit. *Jer. 12. verſ. 1.* Quamvis enim confuſiones tantæ eſſent, ut ad obmurmurandum una cum reliquo populo poſſet mente alienari, hac tamen præfatione utitur: Domine, ſcio te juſtum eſſe: verum eſt, quod vellem tecum diſceptare & contendere, appetitu meo carnali

Digitized by Google

agnoſcimus? Quia nimirum falſis oculos noſtros obvolvimus. Quoniam igitur ſuperbia ſumus inflati, nobis hoc præceptum obſervandum eſt: in primis vero, quum Deus nos affligit, non diſceptemus cum ipſo, etiamſi nimis aſpera nobis videantur ipſius judicia: ſed ſciamus, eum in omnibus illis, quæ agat, modum ſervare, nec unquam excedere, ut id nos doceat, placide nos ipſius voluntati ſubjicere. Quin etiam, quum Deus non puniet nos propter peccata noſtra, ſciamus, gratia ejus & privilegio ſpeciali id nobis concedi: ſemper enim, etiamſi omnium maxime juſti ſimus, cauſam inveniat & habeat, cur nos puniat. Atqui maxime ab ea perfectione abſumus. Quid igitur non poſſit Deus de nobis ſtatuere? Si interim nos viſitat ad probandam patientiam noſtram, nobis etiam hanc gratiam largiatur, ut pro ipſius nomine patiamur, quamvis in nos poſſit propter peccata noſtra animadvertere, agnoſcamus, illum non parvo nos afficere honore, deprimamus nos, tum unuſquiſque ea modeſtia ſit præditus, ut dicat, Vellem equidem, ut Deus me alia ratione tractaret: & video, ipſum in me affligendo quodammodo modum excedere: agnoſco tamen, id eum non ſine cauſa agere; quod ſi non affligit me propter peccata mea, id benignitati ejus & indulgentiæ paternæ acceptum fero: graviora enim promeritus ſum: quapropter caput demittam oportet, me ipſius voluntati penitus ſubjiciendo. En igitur, quomodo à nobis Deo gloria, ſuaque juſtitia attribuetur, quando nimirum os clauſum habuerimus; ut divus etiam Paulus tractat tertio capite ad Romanos. Ut omne os, inquit, occlu- *Rom. 3.*
verſ. 19. datur, omnis mundus ſe coram Deo reum agnoſcat, ipſeque ſolus juſtificetur. Quomodo Deus à nobis juxta Paulum juſtificabitur? Quum omnes condemnabimur, non ea audacia præditi erimus, ut ejus judicio quidquam opponamus, ſed ingenue nos omnes debitores eſſe agnoſcemus. Si eo venerimus, tunc Deus juſtificabitur, hoc eſt, juſtitia ejus à nobis eam laudem, quam meretur, conſequetur. Contra, ſi homines inſurgant, nec ſe reos agnoſcant, eo ut ſe condemnent, nec debitum, quo coram Deo tenentur obſtricti: licet ſe velle ipſum juſtum fateri profiteantur, ipſum tamen condemnant. Cæterum, quum dicitur, Eliu ſic ira inflammatum fuiſſe; notemus, multum differre iram, quæ manat à zelo Dei, ab ea, quam unuſquiſque noſtrum aut propter bona ſua, aut propter honorem ſuum, aut propter ſe concipit. Qui enim iraſcitur aut indignatur, perturbatione aliqua ob privatam & propriam cauſam ſuſcepta, excuſatione caret: & quamvis adferat, cauſam ſuam eſſe bonam, iraſcendo tamen Deum offendit; nimis enim in perturbationibus noſtris cæci ſumus. En igitur unum obſervandum, refrenandam eſſe omnem iram: & quidem, quum noſtri reſpectu incitamur ad

cat, adverſus vitia & peccata ſua indignetur & excandeſcat, eo, inquam, evomamus iram noſtram, nos iram Dei adverſus nos provocare, totque miſeriis plenos eſſe animadvertentes. Ob id igitur doleamus & indignemur, illud initium iræ noſtræ faciamus: præterea malum, ubicunque ipſum inveniemus, in nobis & amicis condemnemus, nec privato aliquo odio ducamur, non evomamus rabiem noſtram in aliquem eo, quod jam malo aliquo affectu erga ipſum ſimus præoccupati. En quomodo ira noſtra laudabilis erit, ipſamque à vero Dei zelo proficiſci oſtendemus. Verum eſt, nos adhuc modum ſervare non poſſe: nam quamvis zelus Dei in nobis dominetur, poſſemus tamen peccare modum excedentes, niſi Deus nos inhiberet. Prudentia igitur & moderatio in eo zelo adſit oportet. Sed tamen, ut jam dixi, ira illa ex ſe laudabilis erit, quum ab eo fonte promanabit: quod nimirum malum, ubicunque, etiam in nobiſipſis, inventum odimus & deteſtamur. Quid igitur primum nobis ex hoc loco diſcendum eſt? Primum, non omnem iram condemnandam eſſe: quum videmus aliquem iraſci & excandeſcere, id non ſemper vitio imputandum eſſe: ut videas contemtores Dei, qui dicant, Numquid vero ſic tumultuandum? numquid ſic iraſcendum eſt? Nonne placida & quieta aliqua ratione agi poteſt? Deum impie blaſphemabunt, deteſtabuntur, ut multos videas, qui omnem bonam doctrinam everſam & peſſumdatam cupiant, nihilque aliud optent, quam ejuſmodi corruptelas inducere, ut Dei notitia ex hominum animis pereat, ipſiuſque veritas prorſus ſepeliatur. Hæc vero, poſtquam egerunt, vellent diſſimulari, aut, quæcunque ab illis dicuntur & fiunt, approbari; è ſuggeſtu vero nullas increpationes & objurgationes proponi, ſed fabulas duntaxat narrari. Scilicet, inquient, non poſſunt iſti homines concionari, niſi iraſcendo? Quomodo? Numquid fieri poteſt, ut creaturam mortalem & caducam ſic videamus adverſus Majeſtatem Dei ad omnem bonam doctrinam pedibus conculcandam inſurgere, ut tamen illud æquo animo feramus? Eo oſtenderemus, nos nullo Dei zelo duci: nam dicitur in Pſalmo, Zelum *Pſal. 69.*
domus Dei debere nos exedere. Nam etiamſi verme *verſ. 10.*
aliquo intus cor noſtrum arroderetur, id non tanto- *Joan. 2.*
pere nobis dolere deberet, quam quum aliquod pro- *verſ. 17.*
brum Deo inferri, ejuſque veritatem in mendacium converti videmus. Diſcamus igitur non connivere in vitiis noſtris. Sed inter zelum Dei & iram carnalem, qua homines ob propriam cauſam commoventur & inflammantur, diſtinguamus: ſicut hic dicitur, Eliu inflammatum fuiſſe indignatione, ira exarſiſſe, & tamen id illi laudi tribuitur, hic enim Spiritus Sanctus loquitur. Ex eo, inquam, intelligamus, non ſtatim nobis omnem iram rejiciendam eſſe, ſed cauſam

extioguere. Verum eſt, ipſos ſimolare, ſe Chriſtianam religionem velle tueri: ſed, quicquid ſit, nihil aliud petunt, quam Majeſtatem Dei opprimere. Videmus, quomodo ipſius veritas diſcerpatur: horrendæ blaſphemiæ, quæ ab ipſis evomuntur, vulgo ootæ ſunt. Quando igitur iſta non afficient nos, ad vivum non vulnerabunt nos, non ſecus quam ſi enſe corpus noſtrum transfigatur, nonne eo ipſo oſtendimus, nos neſcire, quid Deus ſit, nec dignos eſſe, quos ille pro filiis ſuis agnoſcat? Adeo delicati ſumus, ut, quum honos noſter vel tantillum læditur, id pati nequeamus: interim vero honos Dei probro & ignominiæ, nobis conniventibus, exponetur? Nonne meremur, ut Deus nos rejiciat, noſque nullo affectu ad ejus honorem tuendum duci oſtendat? En unum: ſed non tam procul, quam ad Papiſtas eundum eſt, quum videmus inter nos porcos iſtos & canes, qui nihil aliud quærunt, quam omnia polluere, qui os ſuum obſcœnum adverſus verbum Dei aperiunt, qui conantur omnia pervertere, quum iſtos contemtores Dei videmus, profanos item, qui omnia in riſum convertunt, improbos animadvertimus ſic res fucare, falſis ſuis tulimus, armemur: quando vero unuſquiſque noſtrûm animo commovebitur; ob peccata, & in primis quum videt Deum offendi, commoveatur. En, quomodo iram, quæ Deo, ſicut ea, quæ hic commemoratur & laudatur à Spiritu Sancto, probabitur, habituri ſumus. Interim vero, quia nobis facile eſt à medio deflectere, non laxemus habenas perturbationibus noſtris, ſed Deum precemur, ut ita nos Sancto ſuo Spiritu regat, ut zelus noſter ſit penitus purus, ipſique probetur.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, quo eorum talem ſenſum nobis indat, ut coram ipſo gemere & ſuſpirare diſcamus. Quod ſi antea nimis obfirmati fuerimus ad nobis adulandum in noſtris vitiis, eo etiam, ut non doleremus, mundum ſic ad omne ſcelus projectum eſſe: diſcamus deinceps nobis in noſtris malis diſplicere, & veniam ab ipſo petere, ut reliquum vitæ tempus ſic nos Sancto ſuo Spiritu regat, ut nihil aliud cupiamus, quam eum ſecundum noſtram vocationem colere & honorare. Sic dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO CENTESIMA VIGESIMA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXII.

4. Eliu exſpectavit, dum Jobus finem ſuis ſermonibus impoſuiſſet, quoniam omnes ipſo ſeniores erant.

5. Tum Eliu videns, iſtos tres viros carere reſponſione, ira exarſit.

6. Cœpit ergo loqui Eliu filius Barachel Buzites, ac dixit, Parvus ſum diebus, vos autem ſenes: idcirco expavi & timui indicare vobis opinionem meam.

7. Dicebam, Dies loquentur, & multitudo annorum notam reddent ſapientiam.

8. Sed Spiritus Dei, qui eſt in homine, & inſpiratio Omnipotentis, dat intelligentiam.

9. Magni non ſapiunt, nec ſenes intelligunt judicium.

10. Ideo dixi, Audi me, indicabo ſcientiam meam etiam ego.

HEri de zelo Eliu, qui nobis hic laudatur à Spiritu Sancto, verba fecimus, & oſtendimus, ad quem uſum hoc exemplum debeat nobis inſervire: ut nimirum, quum videmus, Dei veritatem obſcurari, & nomen ejus blaſphemari, id cor nobis vulneret. Oſtendimus etiam, ſi aliquo erga Deum affectu & ejus honorem ducamur, nos, quantum in nobis eſt, ejus veritatem tueri debere. Verum eſt, unumquemque non ea doctrina & eruditione præditum eſſe, ut id poſſit præſtare: ſed tamen ſecundum captum noſtrum & menſuram debemus oſtendere, nos malo reſiſtendi, & cum ipſo nullo modo conſentiendi ſtudio teneri. Interim vero tactum fuit, zelum illum ratione temperandum eſſe: noſque adeo haud nimis magno impetu commoveri, ſed certo conſilio & ratione duci debere. Atque hoc illud eſt, quod modo legimus, Eliu non nimis feſtinaſſe, ſed aurem omnibus ſermonibus,

igitur vocetur Spiritus prudentiæ, diſcernendum eſt nobis, quando loquendi aut tacendi tempus ſit. Verum eſt, aliquem poſſe bonos ſermones proferre, etiamſi omnium maxime non valeat ingenio, & à multis ſuperetur: ſed tamen cum timore debet verba facere: & oſtendere, ſe paratum veniſſe ad proficiendum, & malle diſcipulum eſſe, quam doctorem. Quum hoc pacto gerit ſe aliquis, quamvis ante omnes verba faciat, nihilominus erit modeſtus & humilis: ſed ſi quis nectat & trahat ſermones ſuos, nec finem ipſis imponat, de omnibus ſententiam ferat: in eo oſtendit is, ſe vana aliqua ambitione duci, nec locum gratiæ Dei, ut debet, dare. En igitur, quod nobis in exemplo Eliu oſtenditur, quum dicitur, ipſum exſpectaſſe, donec finirentur aliorum ſermones: neſciebat enim, quo res tandem abitura eſſet. Interim oſtendit, ſe honorem ætati habuiſſe; videbat enim, Jobum & eos, qui cum ipſo loquebantur, ſenes eſſe: quia autem ætas ſecum experientiam & gravitatem adfert, Eliu non obtrudit ſe, ſciens, Deum, quum ſinit aliquem diu vivere in hoc mundo, dare illi, unde junioribus conſilio poſſit prodeſſe: plura enim vidit, ac proinde etiam obſervare potuit: debet ſedatiore ingenio eſſe, & prudentiam aliquam comparaſſe. En igitur, quod ſecundo loco debemus obſervare, nempe Eliu cognoviſſe, eos, qui ante ipſum verba fecerant, ſeniores fuiſſe. Juvenes autem hic habent præclarum & utile præceptum, modo ipſi obtemperare poſſint. Nam, ut jam diximus, ſi quis diu vixit, quod Deus ipſum docuit, debuit retinere, idque non ſolum ipſi debet prodeſſe, ſed ut aliis, qui non tantum valent experientia, bona conſilia & præcepta poſſit ſuggerere. Huc accedit ſimul gravitas: ſic enim debent juvenes cogitare, Etiamſi nos aliquo ingenio Deus donarit, pauca tamen adhuc vidimus: qui maximus eſt defectus. Si enim quiſpiam uſu rerum careat, certum eſt, ipſum ſubinde præcipitem ruiturum; rerum enim exitum non circumſpicit, neſcit, unde debeat incipere: præterea ea ira, quæ eſt in juvenibus, rationi & ſanæ intelligentiæ omnino contraria eſt. Quum juvenis quiſpiam compoſito eſt animo, ſimul etiam eruditione præditus eſt, juvenilis tamen ætas præcipitat juvenes, & iis æſtibus [quibus] ætas obnoxia eſt, ut
2 Tim. 2. verſ. 22. non poſſit ſatis ſibi moderari. Videmus, D. Paulum Timotheum admonere, ne ſit juventutis deſideriis obnoxius: per deſideria autem juventutis non intelligit, in ludis eſſe effuſum, aut in ſcortationibus aut ebrietatibus, & ejuſmodi diſſolutæ vitæ aliis partibus. Timotheus erat ſpeculum & typus in ſe omnis ſanctitatis, quin etiam neceſſe fuit, ut Apoſtolus
1 Tim. 5. verſ. 23. Paulus ipſum hortaretur ad bibendum vinum, tamen illi verba facit de deſideriis juventutis. Cur? Quia juvenis erat ætate, in multis nimis præceps eſſe poterat. Si igitur Timotheum oportuit eam admonitionem admittere, illum, inquam, qui ſenes pru-

quum videmus, mundum hodie ita depravatum & corruptum eſſe, ut juvenes audaciam diabolicam collegerint, ut prorſus doctrinam omnem repudient: ii, qui aliquo Dei timore præditi ſunt, debent eo magis adverſus ſe eniti & pugnare, ne uſitato more abripiantur. Videas iſtos juvenculos, ſtatim atque ferulæ manum ſubduxerunt, viros agere, & tamen nondum merentur pueri vocari. Sunt tanquam pulli nudiustertius excluſi, & tamen volunt magni videri. Adhuc decem annos ferulæ deberent eſſe ſubditi: ſed en tibi illos, ut ipſis quidem videtur, viros perfectos. Qua vero in re? Audacia, impudentia meretricia præditi ſunt, nulli diſciplinæ aut correctioni ſubditi eſſe volunt: id animadvertitur. Ii autem, quibus Deus aliquod donum largitus eſt, debent ſibi attendere, quando vitium aliquod adeo commune eſt, ut ſit tanquam morbus aliquis contagioſus, & cavere, ne eo implicentur: eo enim ipſos non ſecusquam alios abripi oporteret, niſi manu Dei potenti fulcirentur. Sint igitur filii Dei in excubiis, & ſciant, ſe, ſi modeſti ſint, multum profeciſſe, quamvis in ſpecie non tanti pretii eſſe videantur; & quamvis illi, qui volunt ſtatim videri, illos eo nomine contemnant, quod fronte erecta non incedant ſicut ipſi: ſciant illi, ſe longe plus Deo probari, & plus in duobus annis, quam eos, qui nimis præcoces & præcipites ſunt, profecturos. Videmus, quid accidat fructibus: fructus qui ſtatim matureſcit, & colorem ſuum colligit, ſtatim etiam præterit: ſed fructus tardior diutius durat. Eadem ratio eſt illorum, qui ſupra annos & ætatem volunt ſe promovere: verum eſt, illos ſpeciem aliquam habere, & ad tempus probari, ſed nihil firmi eſt in illis. Contra, eos, qui pudore aliquo & modeſtia præditi ſunt, qui non magna de ſe præſumunt, ut ſe ſtatim obtrudant, verum eſt, tardos eſſe, ſed tamen Dominus illis virtutem, quæ diutius durat, largitur. En igitur, quod diligenter ex hoc loco retinendum eſt. Verum eſt, modeſtiam eſſe virtutem, quæ omnes deceat: juvenes tamen id, quod hic dicitur, debent obſervare, ut honorem habeant ſenibus, cognoſcentes, ſe poſſe immoderatis æſtibus abripi, opus vero habere, ut ab aliis retineantur: neque enim ſatis compoſiti & moderati ſunt natura, præterea uſum non habent, ut prudentes ſint, ſicuti par eſt. Cæterum, quum juvenis aliquis ita modeſte ſe geſſit, tempore tamen opportuno, quod ſibi à Deo datum eſt, etiam inter ſenes expromat oportet: nam ordo naturæ non impedit, quum ſenes non funguntur officio ſuo, quin juvenes partes ipſorum ſuppleant: quin etiam eo uſque, ut eos, qui diu vixerunt, & tempus ſibi à Deo conceſſum male collocarunt, aut potius perdiderunt, erubeſcere cogant. En igitur, quod nobis retinendum eſt, nempe reverentiam, quam debent juniores ſenioribus exhibere, non debere impedire, quominus veritas ſemper defendatur, Deus honoretur,

vitia

Digitized by Google

ſuperſtitionibus Papatus, quo plus in mundo vixerant, eo minus doctrinæ & eruditionis habebant: Non erat autem exſpectandum, ut Deus illis vellet uti: loquor de majori parte. En igitur ſenes, qui longam & diuturnam experientiam habuerunt. Sed quid? in tenebris demerſi fuerunt, in iis nulla Dei cognitio, nulla religionis puritas fuit. Quid igitur uſus ejuſmodi hominibus præter majorem pervicaciam potuit adferre? Erroribus toti compacti & confuti, illiſque ita dediti fuerunt, ut ipſos in viam reducendi nulla facultas eſſe videretur. Quod ſi Deus voluit juvenes vocare, qui verbum ipſius annunciarent, non oportuit ita adſtrictum eſſe Spiritum, ut juvenes non loquerentur, ſenes vero non eſſent parati ad audiendum. Verum eſt, Deum voluiſſe ſenibus etiam uti: ſicuti ex omni ordine & ætate ad ſe homines vocat: ſed tamen oſtendit, veritatem ſuam non eſſe ætati affixam. Sic videmus, qua modeſtia omnes homines, ſed juvenes in primis, præditos eſſe oporteat: ut nimirum dociles ſe reddant, quoad ipſis aderit occaſio, nec appetant ſibi ſupra modum auctoritatem comparare, non laborent ſtulta ſe oſtentandi cupiditate: ſed cum ſilentio id, quod ab aliis proferetur, admittant, nec tanti ſe faciant, ut non cognoſcant, ſibi opus eſſe, ut ab iis, qui plus experientia valent, regantur. Id ubi factum eſt, non amplius oportet nos ſenilis ætatis prætextu inhiberi, ne quidquam judicemus, & inſtar miſerarum belluarum duci nos patiamur, ut, quum ſenes nobis dixerint, Sic agendum eſt, oraculi vice, quod ex ipſorum ore exierit, ſtatim habeamus. Prudentia enim conjuncta eſſe debet cum zelo, ſicut jam declaravimus, Spiritum Dei hæc ambo in ſe continere. Si igitur modeſtia ſit in juvenibus, in illis etiam zelus & prudentia inſit oportet, nec ſolum nos eorum, qui diu vixerunt, auctoritate frenari oportet: ſed etiam quum univerſus mundus profertur, vetuſtas non debet ei, quod rectum & utile eſt, ullum præjudicium adferre. Ut, verbi gratia, Jam dixi, ſi omnes ſenes adverſus Euangelium conſpirarint, & velint morem & conſuetudinem ab ipſis receptam ſervari, non inde ſequi, ut Deo & verbo ejus oſtium clauſum ſit, juvenibus ſit prohibitum, quominus veritatem tueantur, ſi ſenes ipſi adverſantur, & malum, quod diu aluerint, retineri volunt: illi enim, quibus plus donorum Deus conceſſit, in eo ſe ipſis debent opponere. Sed nunc ulterius pergendum eſt, ut nimirum, ſi nobis dicatur, Centum anni ſunt, ex quo patres & majores noſtri ſic vixerunt, quingenti, imo vero mille anni ſunt, ex quo id obſervatum & pro lege & certa regula habitum fuit: quum, inquam, ea temporis antiquitas nobis proferetur: quin etiam ſi ad creationem uſque mundi revocemur: non tamen propterea veritatem Dei opprimi oportet. Videmus igitur, nos nequaquam, ut modeſti ſimus, debere eſſe miſeros cæcos: ſed nobis modum in eo tenendum eſſe. Atque hoc eſt, nam dicetur illis, Vos comedetis aſſam carnem, artocreas: conditionem vero ipſi perlubenter admittent, ſed an propterea id matrimonium eſt? Eadem eſt ratio eorum, qui pro tribunali ſedent, quum in ipſis prudentiæ & judicii aut prorſus nihil, aut minus quam in pueris ineſt, quia hoc non ſpectatum eſt, ut eligerentur viri qui gravitate & experientia plus valerent. Debet igitur ordo naturæ primum obſervari: ut nimirum, quum habemus viros adultæ & provectæ ætatis, Dei donis ornatos & inſtructos, illis provincia & cura alios regendi demandetur, juvenes autem ipſis ſe ſubmittant. Pudendum enim eſt, quum juvenes volunt alte incedere, nec ex eorum, qui diutius vixerunt, ore doctrinam dignantur accipere. Non ſolum illa ſuperbia fertur in homines mortales, ſed hoc etiam eſt Deo reſiſtere, qui hunc ordinem naturæ conſtituit & vult obſervari. Eadem ratio eſt noſtri, & muneris verbi annunciandi: ſi vir aliquis bonus ſit, qui experientia & judicio valeat, tum probatæ & ſpectatæ fidei, ſi is prætermittatur, & obvius quiſque ad illud munus aſciſcatur, quid illud fuerit? Hic igitur ordo nobis commendatus eſſe debet: nec tamen certa regula conſtitui poteſt. accidet enim interdum, ut Deus longe plus donorum ſit impertitus juvenibus, quam iis, qui duplum temporis vixerunt. Hic igitur ordo non debet impedire, quominus Spiritus Dei, ubicunque ſe exerit & offert, excipiatur, & gratiæ Dei, prout diſtribuuntur, ad uſum applicentur. Ea
de cauſa D. Paulus elegit Timotheum, quamvis mul- *Actor. 16.*
ti tunc eſſent etiam in ipſa Eccleſia ſenes. Quando *verſ. 1, 2.*
enim vidit virum illum eximium, (ut qui non ſolum *Rom. 16.*
ab hominibus, ſed etiam à Spiritu Sancto teſtimo- *verſ. 21.*
nium haberet,) illum ſenioribus prætulit. Eam ratio- *Phil. 2.*
nem modo ſequitur Eliu, qui, auditis ſenioribus, dicit, *verſ. 20.*
ſe cognoſcere, *Spiritum Dei eſſe, qui ineſt in hominibus:* *1 Theſ. 3.* *verſ. 2.*
quaſi diceret, Verum eſt, nos (re non ſatis cognita & *1 Tim. 1.*
explorata) non debere judicare, ſenes delirare, aut *verſ. 18.*
ipſis non eſſe loco cedendum: ſed potius hunc honorem illi ætati ferre debemus, ut dicamus, Vir, qui multa vidit, poterit nos docere: ſed ſi animadvertamus, ipſum non fungi munere ſuo, aut tempus, quod vixit in mundo, perdidiſſe, tunc, ſi Spiritus Dei ſit in juvene aliquo, proferat ſe oportet. Diligenter igitur retineamus, naturæ ordinem non ea conditione obſervandum eſſe, quin juvenes, quum donis quibuſdam à Deo inſtructi & ornati erunt, non debeant Eccleſiæ inſervire, & non ſolum pares & æquales ſuos, ſed etiam ſeniores docere. Ac proinde non debent ſenes ætatem ſuam ſpectare, eo, ut impatientes ſint & omnes admonitiones repudient, ut dicant, Quomodo? Jam diu vixi, adoleſcens vero me doceat? Sed potius ſic ſecum reputent, Debueram tantum profeciſſe, ut aliorum dux eſſem: ſed video nunc mihi ipſi duce opus eſſe, meque puerum eſſe præ iis, quos à me doceri oporteret ſecundum ordinem naturæ. Quum itaque Deus me deſtituerit donis neceſſariis in eo, qui

alios

Digitized by Google

eaque, prout velit, diſtribuere. En, quod Eliu hic voluit ſignificare, ne homines, quum bono ingenio præditi ſunt, exiſtiment, illud eſſe hæreditatem, quam à natura ex utero matris ſecum attulerint, aut ſe habere aliquid ſibi debitum & jure partum. Ecce Eliu, qui pronunciat, Deum nos omnes creaſſe: verum eſt, nos ratione aliqua præditos eſſe, ſed cum menſura: interim, ſi quiſpiam ſcientia præditus eſt, ſi prudentia valeat, Deum ipſi manum ſpeciali favore præbuiſſe, ſeque eo magis Deo adſtrictum & obligatum eſſe agnoſcat. Quum autem iſta dicuntur, ne propterea arrogantia efferamus nos, aut majoris pretii eſſe, quum intelligentia & ingenio aliquo præditi erimus, putemus, cognoſcentes, ſi Deo nobis illud donum tribuere libuerit, nobis in majori timore ambulandum eſſe: eo magis enim ſumus ipſi obſtricti: quod ſi nobis dona ſua largitus ſit, eo fine illa nobis data & conceſſa eſſe intelligamus, ut illa cum proximis communicemus. En unum nobis hic notandum. Interim nobis hic comparatio duorum graduum inſtituenda eſt, nempe, Si Deus dat hominibus ſpecialem intelligentiam ad diſcernenda ea, quæ pertinent ad hanc vitam caducam: quid de doctrina Euangelii, de vera & pura religione ſentiendum eſt? Numquid illam à natura habemus? num induſtria noſtra illam acquirere poſſumus? Heu! multum abeſt. Si quis bonus ſit ludi magiſter ad inſtituendos pueros, bonus ſit advocatus, aut medicus, bonus ſit mercator, aut bonus agricola, adhuc in omnibus illis artibus Spiritum Dei agere & operari oportet. cuidam in aliqua re acumine ingenii opus erit, nam & artes mechanicæ interdum requirunt plus ingenii, quam mercatura. In omnibus igitur iis rebus, quæ ex ſe vulgares & parvi pretii eſſe videntur, hominibus tamen ſuum Spiritum Deus diſtribuat oportet. Jam ſi venimus ad doctrinam Euangelii, en ſapientiam, quæ omnem ingenii humani captum ſuperat, quæ etiam Angelis eſt admirationi: en arcana cœli, quæ continentur in Euangelio: cognoſcendus eſt enim Deus in perſona Filii ſui: & quamvis Dominus noſter Jeſus Chriſtus huc inferius deſcenderit, apprehendenda tamen eſt nobis ejus Majeſtas divina, aut in eo non poſſumus fundari & collocare fidem noſtram. Cognoſcendum, inquam, eſt nobis id, quod incomprehenſibile eſt naturæ humanæ. Si igitur, quod ad artes mechanicas & ſcientias humanas attinet, quæ vitam caducam ſpectant, opus eſt, ut Deus nobis Spiritum Sanctum diſtribuat, longe potiori ratione ne exiſtimaverimus, nos ſubtilitate ingenii noſtri intelligere poſſe, quid ſit Deus, & regni ejus myſteria: ſed ipſe nos doceat
1 Cor. 3. oportet: interim vero ipſi ſtulti fiamus in nobis ne-
verſ. 18. ceſſe eſt, ſicut ait D. Paulus, ut ejus ſapientiæ participes fiamus. Nam ecce ſententiam, quam ea de
1 Cor. 2. re pronunciat, Hominem animalem nunquam do-
verſ. 14. ctrinam Dei capere: hoc eſt, quamdiu homines in Deus, ſive ſenex ſive juvenis ſit: quum videmus, aliquem ſenem, qui diu quaſi tinctus & imbutus fuit Papalibus ineptiis, ad veram religionem accedere, Deum illic miraculum facere cognoſcamus. Si videmus quoque, juvenes veritati ſe ſubjicere, cognoſcamus, Deum illos ad ſe miraculoſa aliqua ratione pertrahere, quia non facile illi jugum ſubeunt, quum arrogantia, uti diximus, pleni ſint. Si igitur Deus ipſos domat & dociles reddit, manus ejus potens illic operata eſt. Sic videmus, hunc locum nobis ad duo utilem eſſe. Primum eſt, ut videntes, nos noſtro ingenio tam alte aſcendere & penetrare non poſſe, ut Deum ejuſque veritatem agnoſcamus, vacui ſimus omni noſtro ſenſu, ipſique abrenunciemus. Atque illud eſt, quod Paulus vocat, ſtultum fieri. Nos igitur ſtultos fieri oportet, ſi volumus, Dominum nos ſua ſapientia implere: hoc eſt, nos nihil de noſtro adferre oportet, ut nos hoc vel illud habere exiſtimemus; hoc enim eſſet Deo januam claudere. Si volumus igitur, Deum perpetuo nobis inſtillare gratiam Sancti ſui Spiritus, poſtquam nobis portionem aliquam diſtribuerit, diſcamus oportet ipſum magni facere & extollere, ut dignus eſt, cognoſcendo, in nobis ne unicam quidem guttam bonæ intelligentiæ eſſe, donec eam nobis Deus infuderit. Deinde hoc adducat nos ad perſeverandum in ejus obedientia, & majori cum timore & ſollicitudine ambulandum, illud animadvertentes, nempe, ſi Deus lucem, quam in nobis accendit, extinguat, nos in tenebris fore, & quidem adeo tetris & ſpiſſis, ut ex ipſis nunquam poſſimus emergere. En primum hujus loci uſum. Secundus vero eſt, ut, ſi videamus, majorem mundi partem à recta via deflectere, & vix aliquem reperiri, qui Deo ſe velit ſubjicere, non miremur, homines ſe ad omnem nequitiam projicere, & in feras immanes transmutari. Cur? *Spiritus enim Dei eſt, qui dat intelligentiam.* Id igitur nobis ſit tanquam argumentum & materia ad eo magis celebrandam & prædicandam gratiam à nobis acceptam: interim, ne, ejuſmodi rebellionem animadvertentes, animo alienemur. Quid? Homines naturam ſequentes, ingenium ſequuntur: interim reſiſtunt Deo; ſed id fit, quia doctrina Euangelii omnem ſenſum humanum ſuperat, Deumque S. ſuo Spiritu operari oportet, & aperire oculos, alioquin ſemper in belluina ſua ignorantia remanebunt homines. Cæterum concludit Eliu, *magnæ auctoritatis viros non ſemper eſſe ſapientes, & provectæ ætatis homines interdum intelligentia, ſcientia, & prudentia, aliis minime præſtare.* Verum eſt, Eliu nolle hic pervertere ordinem naturæ, (ſuperius enim profeſſus eſt, ſe voluiſſe ſenes audire, & omnino paratum fuiſſe ſe eorum doctrinæ ſubjicere,) ſed ſignificat, id quod jam attigimus, Deum ætati aut conditioni hominum non eſſe adſtrictum. Quum Deo libuerit, aliquem in dignitatem evehere, ſi viſum fuerit ipſi

eo uti

Digitized by Google

magnæ auctoritatis viros non ſemper eſſe ſapientes, & ſenes non ſemper intelligentia valere: quaſi diceret, Non eſt hic æqualis & par menſura conſtituenda, ut dicatur, Ille in honorem & dignitatem evectus eſt, ſequitur igitur, ipſum doctum eſſe: non ita ſemper concludendum eſt. Cur? Quia fieri poteſt, ut Deus deſtituat ſui Spiritus donis primariæ auctoritatis viros, ita ut illi ſint magnæ beſtiæ, & quo diutius vixerint, eo plus panis, Dei liberalitate ſuſtentati, conſumſerint, ita ut, ſi ita loqui liceat, præſtaret, bovem eorum loco nutritum fuiſſe: id tolerabilius eſſet. Sic diſcamus, quoniam Deus diſtribuit de ſuo Spiritu iis, quorum vult opera uti, eo magis debere illos muneri, ad quod vocati ſunt, ſedulo & in timore Dei incumbere. Quod ſi aliter ſe gerant, eos, qui ſapientia cæteris antecellere exiſtimabantur, penitus cæcos eſſe, nec Deum cognoſcere, comperietur,
Eſa. 29. verſ. 14. ut Deus diſerte per Prophetam Eſaiam minatur, inquiens, Senes cæcos fore, ſapientes penitus hebe-
1 Cor. 1. verſ. 19. tes & ſtolidos redditum iri. Videmus igitur, quomodo Deus majorem vindictam in primariæ auctoritatis viros, ſenes, rectores & gubernatores, quam in reliquum populum denunciet. Eo admonemur, ejuſmodi viris eam auctoritatem non eſſe attribuendam, quaſi nunquam poſſent errare, aut male alios regere. Quod ſi Deus ſic excæcet ſenes, & primariæ auctoritatis viros, quæſo te, ſi illis amplius petamus, quam ut Deus ſolus in nos omne imperium & dominatum obtineat: tum ſciamus, nos non poſſe judicium aut intelligentiam ullam obtinere, niſi quatenus Sancto ejus Spiritu illuminati fuerimus. En, quomodo non permiſſurus eſt, ut corrumpamur: ſed ſi nos regere & docere cœperit, efficiet, ut magis ac magis in omni ſapientia confirmemur, ut D. Paulus dicit in primo capite primæ ad Corinthios. Quum Deus opus ſuum in nobis inchoarit, eum non paſſurum, ut quidquam nobis deſit ad ultimum uſque diem, in quo plenam omnium eorum, quæ nunc ex parte duntaxat cognoſcimus, revelationem habituri ſumus.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, quo eorum ſenſum talem nobis indat, ut in nobis penitus ſimus proſtrati: quin etiam in nobis tot eſſe miſerias cognoſcentes, bonum Deum precemur, ut nos tot nævis & maculis, quibus ſcatemus, purget, & Sancto ſuo Spiritu ita nos purificet, ut nos ſemper pro filiis ſuis agnoſcat. Nos vero etiam illum tanquam Patrem noſtrum colamus & honoremus, tum ejuſmodi fraternitatem alii erga alios invicem, ſicut is jubet, exercentes, nihil aliud petamus, quam ut ejus nomen inter nos exaltetur, & unuſquiſque in ſuo gradu honorem illi debitum exhibeat. Nec ſolis nobis, &c.

CONCIO CENTESIMA VIGESIMA PRIMA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXII.

11. Ecce, exſpectavi ſermones veſtros, aures præbens tantiſper, dum vos præparabatis, & quærebatis ſermones.

12. Tunc conſiderabam vos, ſed nullus veſtrûm Jobum reprehendit, aut reſpondit ejus ſermonibus.

13. Ne autem dicatis, Invenimus ſapientiam: Deus ipſum propellit, non homo.

14. Non equidem ordinavit Job adverſum me ſermonem: neque verbis veſtris reſpondebo illi.

15. Extimuerunt, ideo non reſponderunt ultra, ceſſarunt loqui.

16. Exſpectavi itaque: at quia non loquuntur, ſed ſubſtiterunt, & non reſpondent ultra,

17. Reſpondebo etiam ego pro parte mea, indicabo opinionem meam etiam ego.

18. Plenus enim ſum ſermonibus, coarctat me ſpiritus uteri mei.

Digitized by Google

ne comperta & explorata. Verum eſt, hoc præceptum potiſſimum pertinere ad eos, qui Magiſtratus munere funguntur: debent enim illi de re diligenter inquirere, antequam de ea pronuncient: ſed tamen unuſquiſque pro parte ſua hanc regulam debet obſervare. En igitur primum, quod hic nobis notandum eſt, juxta id quod fuit heri declaratum: & ſemper animadvertimus, quod dictum fuit, nempe Spiritum Dei, quum regit aliquem, quemadmodum dat illi zelum & movet eum in iis, quæ ad religionem pertinent, ita etiam prudentiam dare, ita ut alterum ab altero nunquam divellatur, ita ut quiſpiam, niſi zelo recte ordinato prædítus ſit, non poſſit ſibi ullam virtutem attribuere: quod ſi Spiritus Dei dominatur in ipſo, cognoſcet, hæc duo eſſe inſeparabilia. Eoque magis nobis precandus eſt Deus, ut, ſi nobis ad tuendam ſuam veritatem uti velit, oſtendat etiam nobis, quando loquendi aut tacendi tempus ſit: det etiam nobis intelligentiam & judicium, ne temere & ſine judicio loquamur aut agamus. Levis enim nimis fuerit ea excuſatio, quum dicemus, Putabam recte agere, audiveram rem talem eſſe. Verum eſt, neminem eſſe, qui non erret: ſed eo magis in excubiis nos eſſe convenit: ut, conſpecta ingenii & judicii noſtri infirmitate, quæramus ita à Deo & ejus manu regi, ut bono zelo præditi, ratione & judicio, ad ipſum moderandum & regendum, valeamus. Veniamus nunc ad id, quod dicit Eliu. Oſtendit, ſuos ſermones non ſimiles fore aliorum ſermonibus, *Ne dixeritis, Invenimus ſapientiam: Deus enim, non homines, Jobum pervertit.* Hic Eliu ſignificat, alia ratione cum Jobo agi poſſe, quam alii egerint. Quam enim rationem illi ſequuti ſunt? Affligeris manu Dei, nec ſine cauſa: concludendum eſt igitur, te improbum eſſe: adeo magna & enormis eſt afflictio tua, ut ex omni hominum numero nemo ſicut tu vexatus & afflictus ſit, unde ſequitur, te omnes iniquitate ſuperare. En fundamentum, quod ſumſerunt amici Jobi, quum ipſum redarguere voluerunt. Eliu autem profitetur, ſe non ea ratione cum Jobo acturum. Ac ſane facile intelligitur, eum, ſi rationem ab aliis inſtitutam perſequutus eſſet, malum aucturum fuiſſe. Jam enim à nobis declaratum eſt, Jobum potuiſſe ſuam integritatem tueri, quia in timore Dei ambulaverat; & in eo duntaxat peccaſſe, quod Dei obſequio animum ſuum penitus mancipare non potuerit, & illi ſua afflictio mira & intoleranda viſa fuerit: ſed tamen bonum & juſtum erat cauſæ ipſius fundamentum. Verum eſt, quoſdam hunc locum intelligere, quaſi Jobus diceret, Ne dicite, vos tacendo ſapientes fore, Deumque ſatis ipſum peſſumdaturum & confuſurum, etiamſi homines mortales non admoneant. Sed ſi res penitus inſpiciatur, ſenſum naturalem eum eſſe, quem dixi, comperietur, ipſum nempe Eliu amicos Jobi irridere: diſerte enim ipſis exprobrat, quod putarint, ſe inveniſſe ſapien-

Nam licet Deus tranſgreſſoribus Legis ſit interminatus, ſe ipſos, cùm in perſonis propriis, tum in bonis & liberis puniturum: non tamen hoc fine, ſed alia de cauſa Jobum perſequebatur. Quod ſi Deus minatur tranſgreſſoribus Legis, id non impedit, quominus ſibi eam libertatem retineat, ut, quum volet, fidelium patientiam exerceat: &, quamvis non proponat ſibi ab ipſis commiſſa peccata vindicare, ſeverum tamen & aſperum ſe erga illos exhibere poſſit. Cur vero? Ut ipſos humiliet: vel hæc ſola ratio debet ſufficere. Præterea Deus vult ſuos ſervos aliis exemplo eſſe. Huc accedit, quod opus eſt ipſorum affectus carnales domare & mortificare: ſæpius enim in nobis vitia arcana & occulta habemus, quibus Deus medetur, antequam illa ſe proferant: quum immittit nobis afflictiones, interdum ignoramus cauſam; ſed Deus acutius, quam nos, cernit. Hoc igitur fixum & conſtitutum nobis eſſe debet, Deum bonos afflicturum, & erga eos, qui iram ipſius non provocarunt, nihilominus ita aſperum & ſeverum ſe exhibiturum, ut eos penitus perdere & exterminare velle videatur. An propterea illi improbi habendi ſunt? Minime. En igitur argumentum inane, quamvis amici Jobi eo innixi fuerint, & ſapientiam ſe inveniſſe putarint, valde tamen puerile & ridiculum fuit. Ex hoc igitur loco retineamus id, quod jam ſuperius attigimus, ut nimirum, quum Deus homines affliget, prudentes ſimus, nec temere judicemus, eum, qui flagellis Dei cæſus ſit, condemnandum eſſe, & ex afflictionibus metienda eſſe peccata: nam ſi quis ea de re regulam aliquam generalem velit conſtituere, is temere & præcipitanter egerit. Quid igitur? Deum varias cauſas & rationes, cur homines affligat, habere ſciamus. Verum eſt, judicium illius ordinarium ejuſmodi eſſe, ut peccata puniat; volet tamen interdum bonorum, & eorum, qui ipſum coluerunt, ſtudiumque ſuum omne ad mandatorum ejus obſequium contulerunt, obedientiam probare: accidet enim interdum, ut illi ſeverius, quam vel improbi ipſi, tractentur. Cur vero? Quia Deus vult illos humilitatem & obedientiam docere. Quum itaque Deus ſibi hanc cauſam interdum proponat, ſuſpenſos nos tenere debemus, quum aliquis affligitur: vult enim hoc pacto Deus ſuos tentatione aliqua, quam ipſis immiſſurus eſt, liberare. Verum eſt, ipſum, ſi ab illis aliquo pacto ſit provocatus, ejuſmodi malo, illos affligendo, mederi. Sed numquid propterea eos, qui aſperius tractantur, aliis ſceleratiores eſſe judicabimus? Quale hoc, quæſo, eſſet? Nonne plane contra Dei ſcopum & conſilium judicaremus? Cæterum hæc tam nobis quam proximis applicemus. Si igitur videmus aliquos, qui multis malis affligantur, ipſorum vitam primum inſpiciamus, nec nimis feſtinemus ad ſententiam pronunciandam de ipſis, ſed inſpiciamus, quomodo vixerunt. Si contemtor aliquis

Dei,

Digitized by Google

damno eruditi in timore Dei ambulemus. En Deum, qui punit ſcortatores, fures, rebelles: id autem facit, ut diſcamus in ipſius obſequio ambulare, nec provocemus ejus iram inſtar eorum, quos ita aſpere tractari videmus. Hoc igitur nobis agendum eſt, quum Deus in iis, qui in ipſum rebelles penitus fuerunt, contemplandam nobis proponit vindictam ſuam: ſi videamus bonos ſic affligi, tum cogitandum nobis eſt,
Luc. 23. Heu! ſi lignum viride ſic in ignem projicitur, quid
verſ. 31. futurum eſt ſicco? Si comparationem noſtri cum iis, qui præ afflictionum multitudine & gravitate ſunt ſemianimes, inſtituamus, longe majores in ipſis virtutes animadvertemus, & tamen illi longe gravius & aſperius, quam nos, tractantur. Neceſſario igitur dicendum eſt, Deum nos tolerare, & indulgenter habere: ſi enim noſtri non miſereretur, quid nobis fieret? Quum hoc pacto excitamur, cognoſcamus, id eo fieri, ne nobis ad male agendum amplius licentiam ſumamus, ſed quaſi conſtricti retineamur, eo ut nos penitus Deo noſtro ſubjiciamus. Poſtquam ſic caſtigationes & correctiones, quas Deus in proximos noſtros immittit, conſideraverimus: quum nos etiam Deus noſtra vice, & quidem propter peccata, puniet, ſic reputemus, Non opus eſt nobis alio teſte, quam conſcientia noſtra, ea judex ſatis idoneus eſt ad nos condemnandos. Sed ſi poſtea Deus aliquando ſeverus eſt in nos, nec ipſi cauſam animadvertimus, ne deſpondeamus animum, ne cum Deo litigemus, aut perturbemur, ſi nos ex arbitrio noſtro non tractet; ſed potius diſcamus nos conſolari: & quamvis Deus nobis hoſtis capitalis eſſe videatur, & adverſus nos fulminet, ſperemus tamen in illum, ſicut vidimus, Jobum ſuperius loquutum fuiſſe. En, quomodo nos prudentes ad judicandum de caſtigationibus, quas Deus nobis immittit, non minus quam moderatos erga proximos eſſe oporteat. En, quod nobis ex hoc loco retinendum, quando Eliu dicit, ſtultitiam eſſe, ſi homines velint in afflictionibus præſentibus hærere, ita vt dicant, En Deum, qui pervertit creaturam, quum manus ejus in ipſam adeo crudelis & aſpera fuerit. Haudquaquam nobis ea regula generalis tenenda eſt. Cur? Quia ſubinde ea nos fallet, uti diximus. Exprobrat vero Eliu amicis Jobi, quod confuſi fuerint. *Exſpectavi*, inquit, *ſed non loquuti ſunt amplius, & ſermonem ſuum reliquerunt*, in eo ſignificans, ipſos, quia male fundati erant, confuſos fuiſſe: ſcimus enim, veritatem ſemper invictam fore. Verum eſt, eum, qui bonam cauſam habiturus eſt, non ſemper auditum iri, quomodo videmus bonam cauſam opprimi ab hominibus temerariis & præcipitis judicii, ſi præſertim illi auctoritate fuerint præditi; (nam iis, qui juſtam loquendi occaſionem haberent, os occludunt:) ſed tamen ſi res bono ordine regantur, quum quiſpiam bonam cauſam habuerit, Deus etiam illi dabit, unde eam tueri poſſit: nam veritas, uti diximus, vi-

fidamus igitur in hac promiſſione, noſque Deo permittamus, tunc hoc non fruſtra dici comperiemus. Verum quidem eſt, ante omnia diſcernendum & dijudicandum nobis eſſe, utrum cauſa, quam ſuſtinemus, bona ſit: Deus enim eorum, qui cauſam quamcunque ſine judicio & ratione ſuſcipiunt, levitatem punit; patulo enim & hianti ore cogit illos hærere, ita ut ridiculi ſint & ab omnibus irrideantur. En juſtam mercedem eorum, qui nimis ſe ingerunt & obtrudunt. Sed quum cauſæ bonitas nobis nota fuerit, eo, quod hic nobis proponitur, innitamur, Deum videlicet ita nos confirmaturum & corroboraturum, ut non vincamur. Cæterum, quum ut plurimum videbimus, illos, qui bonam cauſam tueri deberent, inſtar damarum meticuloſos eſſe, & quum poſſent ſermonem aliquem in medium adferre, tanquam mortuos & confuſos hærere, notemus, Deum punire illorum diffidentiam, eoſque ejuſmodi magnanimitatem, quam par erat, non habere, quoniam ipſum non invocarunt, in ipſo ſpem & fiduciam ſuam non collocarunt, nec Sanctum Spiritum ad ipſos corroborandum ſatis idoneum exiſtimarunt. In eo igitur incredulitas ſe prodit hodie, quod, ſi bona aliqua cauſa ſit, ea ſepelitur, & ſilentio proditur. Improbos contra videre eſt animi plurimum habere, ut mendaciis ſuis pondus & auctoritatem concilient, veritatem contra nullo modo emergere poſſe. Cur vero? quia improbi ſtudium & operam ſuam, quantum poſſunt, eo conferunt, ut omnia pervertant, ut res confundant; interim vero nemo eſt, qui ſe opponat, ſaltem ea animi præſentia & magnitudine, qua par eſſet. Cur vero? Qui enim ſunt boni amantes & ſtudioſi, nihilominus ſunt increduli; ac ſane, ſi in Deo confiderent, non paterentur, res ita confuſas eſſe, ſicut illæ ſunt. En igitur, quod nobis retinendum eſt, quando Eliu irridet amicos Jobi, qui confuſi redditi ſunt: perinde eſt, ac ſi diceret, ex eo intelligi, ipſos malam cauſam habere, & male pro illa adverſus Jobum propugnaſſe. Subjicit, *ſe vices quoque ſuas in loquendo obiturum*. illud vocabulum, *quoque*, debet ponderari, quia Eliu ſignificat, ſe tempore opportuno ſermones ſuos proferre. Cur? Jam diximus, ipſum ſenibus reverentiam exhibere debuiſſe; alioquin enim pervertiſſet ordinem naturæ: Hanc igitur modeſtiam præcedere oportuit, & ipſum Eliu ſenioribus primas in dicendo partes concedere, & eos audire. Hoc ubi fecit, quum Deus ipſi dederit, ut melius quam illi poſſit cauſam diſtinguere, vices loquendi ſuſcipit. Videmus igitur, ipſum non præcipitare, hoc eſt, non ingerere ſe temere, ſed exſpectato tempore opportuno, tunc demum loqui. Atque hoc eſt adhuc valde notatu dignum: ſcimus enim, omnia ordine & decenter in Eccleſia Dei tractari debere,
ut dicit D. Paulus. Duo igitur in ratione docendi *1 Cor 14.*
requiruntur: ut nimirum primum ordo obſervetur, *verſ. 40.*
tum cum ordine adſit decorum, hoc eſt, decenter

Digitized by Google

ſibi à Deo aditum dari ad loquendum, eo utitur. Præterea eo etiam adigitur, ut oſtendit, adjiciens, *Spiritum ſuum coarctari, & lagenæ plenæ muſto ſimilem eſſe.* Si quis vinum novum in dolium infundat, ipſumque dolium ita obturet, ut aëri nuſquam pateat exitus, vino bulliente dolium frangetur: ſic Eliu ait, Spiritum ſuum conſtringi, non ſecus quam ſi dolium vino novo plenum fuerit, quod continere amplius non poſſit, ſed diſrumpi cogatur. Eo ſignificat, ſe neceſſitate adigi ad proferendum ſuum ſermonem, ut cauſa male acta, nunc cum ratione & judicio tractetur. Quia vero Eliu hic magna cum vehementia loquitur, quidam cauſam, cur ſic loquatur, non cognoſcentes, eum hominem ingenio elato & jactabundo fuiſſe exiſtimarunt. Sed primum videmus, eum à Deo non fuiſſe condemnatum: Jobum condemnat, & amicos ejus, & oſtendit, omnes hoc vel illo modo erraſſe. Eliu interim juſtificatur. Quum Deus ipſum non condemnet, quis erit homo mortalis, qui hanc auctoritatem ſibi aſſumat, ut ſupra Deum judicet? Stultitia igitur nimia eſt. Cæterum, hoc non debet adeo novum inveniri: debemus enim ejus, quod ſuperius declaratum fuit, meminiſſe, nempe Eliu non fuiſſe tanquam unum aliquem de Prophetis, qui fuerunt in Eccleſia Dei. Poſtquam Deus Legem ſuam per manum Moſis publicavit, dedit etiam promiſſionem, fore, ut populus Iſraël nunquam deſtituere-
Deut. 18. tur Prophetis: ſcriptum eſt enim in 18. Deutero-
verſ. 11. nomii, Non ibis ad divinos & ariolos: non habebis
Deut. 18. revelationes tales, quales ipſæ Gentes quærunt: non
verſ. 18. confugies ad multa ſcientiarum genera: non ſciſcitaberis etiam mortuos. Deus enim tuus ſemper in medio tui Prophetam excitabit: quaſi diceret, Ethnici inquirant, & multas rationes, quibus doceantur, conquirant. Cur vero? In tenebris verſantur, non habent Prophetam, non habent doctrinam certam, qua regantur. Sed non eadem eſt veſtri ratio, inquiebat Deus filiis Iſraëlis, vobis ſemper aliquem Prophetam dabo, ut in medio veſtri ſpeciatim habitem, veritaſque mea vobis innoteſcet. En igitur Prophetas, qui in Eccleſia Dei juxta ejus promiſſionem ſemper fuerunt, idque ordinarium fuit. Sed Eliu habitabat in
Joſ. 24:2. medio illorum, qui nec Legem, nec promiſſiones Dei
Gen. 22. habebant, Deus quoque fœdus non contraxerat cum
verſ. 21. gentibus illis: aut enim ante Legem vixerunt, aut in medio idololatrarum habitarunt, ſicut diximus, Thare aut Nachorum, qui fuerunt avi aut progenitores Eliu, fuiſſe idololatras. Quando igitur Eliu à Deo inſtitutus fuit, ut poſſet loqui eo modo, quo videmus, id fuit extraordinarium: quare non debet novum videri, ſi in eo magna mutatio fuit, Deuſque hic extraordinariam vim exerit, ipſe denique Eliu ſe immutatum ſentit: nam etiam, ut Prophetiæ eo plus auctoritatis haberent, videmus, Deum aliquando notas omnino manifeſtas Prophetis impreſſiſſe: ſicuti Sau-

lieres, qui erant quaſi ſemiamines, quando conſulentibus erant reſponſa danda: inſtar epilepticorum, & eorum, qui comitiali morbo laborabant, in terram cadebant, ſpumabant, oculi in ipſorum capite vertebantur. Id vero expreſſe factum eſt, quia miſerorum ignorantium oculos caligine perſtringere & involvere voluit Satan, eoſque ita obſtupefecit, ut vel inviti reverentia aliqua affici cogerentur. Quomodo? Neceſſe eſt, hic vim aliquam divinam eſſe, quum viri & mulieres ſic immutentur. Sed id totum, ut dixi, factum eſt artificio Satanæ, qui ſic adumbravit opera Dei, & transformavit ſe, ne falſum à vero diſcerni poſſet, ſed quod eſt ex inferno, è cœlo profectum eſſe crederetur. Videmus tamen, minime mirum videri debere, quod Eliu ejuſmodi vehementiam in animo ſuo habuerit, quoniam Deus ipſum erudierat, & quidem erudierat ipſum, ut cum Jobo & ejus amicis congrederetur. Quin etiam Deum nova ratione erga virum illum operari oportuit. Cur? Juventus ipſa ex ſeipſa non audictur inter ſenes: ſicuti ſenes ſe ob ætatem magni faciunt, ſeque virtutem acquirere potuiſſe & ſapientes eſſe putant: idque ipſos reddit arrogantes; tum ſtulta opinione ita illi occupantur, ut vix, ac ne vix quidem, ac non niſi inviti dociles ſe præbere poſſint. Oportuit igitur Deum ipſum Eliu ad vivum afficere, & in eo magnam Spiritus mutationem inducere, ut ejus doctrina melius inter ſenes admitteretur, & locum aliquem inveniret. In ſumma, Deus hic voluit Eliu authenticum teſtimonium perhibere, quum ipſi tantam Spiritus vehementiam dedit. Sed adhuc accedit ratio, quam attigimus, quod nimirum veritatem oppreſſam cernebat, quum Jobus male cauſam ſuam defenderit, quamvis ea bona eſſet, alii res fucarint, malum fundamentum poſuerint, & verbum, quod à Deo eſt, profanarint, eo quod bonas & ſanctas rationes & argumenta ad malum fundamentum, quod poſuerant, probandum attulerint. Quum id igitur animadverteret, zelo, quem in ſe concepit, commotus fuit: ejus ſpiritus efferbuit, ita ut ipſum, niſi ſe exoneraſſet, diſrumpi oporteret. Hoc autem nobis ad geminum uſum inſervire debet. Primum enim quum videamus, Deum ejuſmodi notam doctrinæ Eliu impreſſiſſe, Spiritumq; cœleſtem in ejus ore apparuiſſe, eo magis ad id, quod ab ipſo dicitur, approbandum incitari debemus. Cur enim ea nota ipſam inſignivit Deus, niſi ut majorem erga nos auctoritatem habeat? Quod igitur deinceps Eliu in medium adferet accipiamus non tanquam ex ore hominis mortalis, quum Deus ſigillum ſuum appoſuerit, volueritque doctrinam nobis certiorem reddi. Eo itaque diſcamus nos ipſi ſubjicere, ſcientes, fidem noſtram non fundatum iri in doctrina creaturæ alicujus, quoniam Deus eſt qui loquitur ore hominis, & eo tanquam inſtrumento utitur. En quod obſervandum nobis eſt. Sed nobis ulterius pergendum eſt. Quod ſi ea nota,

quæ

Digitized by Google

Deum vel una ſola nota, quam ipſi Eliu dedit, voluiſſe doctrinam ejus tanquam authenticam recipi, ſciamus, quum Lex & Prophetæ nobis proponuntur, nos longe magis moveri & incitari debere, quum id, quod hic de Eliu dicitur, ſit appendix aliqua duntaxat. En quod primo loco nobis retinendum eſt. Pro ſecundo autem nobis notandum eſt, quod, ut Eliu zelo commotus fuit, videns veritatem Dei fucari, verbum ejus corrumpi, ſaltem eodem affectu nos præditos eſſe oportet. Quando igitur Pſeudoprophetæ exurgent ad obſcurandam bonam doctrinam, improbi blaſphemias ſuas colorabunt, quo ad Dei & verbi ipſius contemtum mundum inducant, mala cauſa defendetur, homines jus pervertere volent, ne muti aut negligentes ſimus, ſed eam vehementiam in nobis, qualis hic nobis proponitur, habeamus. Si enim hunc zelum Dei erga ejus veritatem non habuerimus, oſtendimus, nos non eſſe ejus filios. Ergo retineamus exemplum nobis propoſitum in perſona Eliu. Quin inter illum & nos comparationem inſtituamus: ſi enim homo, qui in ſchola Dei non fuerat innutritus, qui cum incredulis implicatus erat, tanto zelo commotus fuit, ut, quum Dei Spiritus illum affecit, conſtrictus & coarctatus fuerit, quaſi diſrumpi deberet, donec pectus ſuum exoneravit: quid, quæſo, nobis futurum eſt, quum Deus tam familiariter nos in verbo ſuo doceat? Numquid poterimus excuſari, quando ipſi coram hominibus teſtimonium non reddemus, bonum obſcurari, imo etiam penitus perverti videbimus, nec tamen nos opponemus? Quando igitur nos eo vocat Dominus, & nobis hoc muneris imponit, ſi muti ſimus, nec curæ ſit nobis bonum tueri, aut etiam ſilentio noſtro improbos adjuvemus, nonne erga Deum & ejus veritatem ſumus perfidi? Sane. Nos igitur eo magis moveri oportet, quod videmus, virum, qui in Lege Dei non erat edoctus, qui ex Eccleſiæ ipſius corpore non fuit, ſic tamen voluiſſe tueri veritatem Dei, & quaſi vi ad id adactum eſſe: verum eſt, hanc vim & coactionem voluntariam eſſe: neque enim Deus homines abripit, quum illorum opera ad ſuum miniſterium vult uti, ut illos invitos & reluctantes agat. Loquor de Prophetis & veris ejus ſervis: nam improbis etiam invitis poterit uti: ſed loquor nunc de iis, quibus dat Spiritum Prophetiæ: illis nunquam utitur, quin bonum ſimul illis det affectum & ſtudium. Loquutus quidem
Num. 22. eſt ore Bilhami, interim videmus, ipſum fuiſſe
v. 23,24. ſeductorem, & Sanctus Spiritus eum probro & infamiæ exponit: ſed quod ad Eliu attinet, Deus ipſum tanquam Prophetam ſuum excitavit, qui ſponte illi ſerviit, hoc eſt, omnia impedimenta, quæ ipſum à veritatis defenſione poterant avertere, ſuperavit. Sic hodie, quum videbimus veritatem Dei opprimi, hi

ſuus Creator ſit perditurus. Eliu in ſumma vult dicere, ſe auctoritate humana non frenatum iri, quominus, quum tuenda erit veritas Dei, audacter & libere loquatur. Sed hoc in præſentia totum non poſſet exponi; ſufficiet igitur, ut modo in ſumma Eliu mentem & ſcopum teneamus. Verum eſt, hoc non malum nec condemnandum eſſe, ſi quis alium titulo honorifico appellet: ſed quoniam illud plerumque nobis impedimento eſt, nos ante pugnam ipſam proſternit, nobiſque libertatem eripit, quominus officio fungamur, & pleno ore, quum opus eſt, loquamur; en cur Eliu dicat, ſe non attributurum titulos hominibus: hoc eſt, non ita homines exaltaturum, quin ſemper ſit ſuperior veritas. Sic notemus, quantumvis liceat honorem habere hominibus, imo etiam oporteat; nec ſolum ii, qui nobis ſunt æquales, aut ſuperiores, ſed etiam inferiores (ut jubet Scriptura ſacra) honore ſint à nobis afficiendi: ſive tamen erga pares, ſive erga inferiores, ſive erga eos, qui nos dignitate ſuperant, hominibus ſemper præferenda eſt veritas. Et quamvis privatim unicuique honorem debitum attribuamus, nihilominus tamen ſine perſonarum acceptione loquamur, ſicuti ſcimus, Deum velle, ut, quum loquimur in ejus nomine, loquamur ſine ſimulatione. Si igitur Deo honorem, quem requirit, & quo dignus eſt, tribuere velimus, nobis præciſe loquendum eſt pro veritate, quum homines alloquimur: &, ut dixi, id non impediet, quominus ſuus cuique honos tribuatur. Sed tamen non oportet nos clauſum os habere, ſed ſequenda eſt unicuique ſua vocatio, ut, quum loquendum erit, in veritate loquamur. En igitur, quod in ſumma debemus retinere ex hac extrema ſententia Eliu: ut, qui munere publico funguntur, videant, ut libere, ſicut debent, loquantur: ut etiam unuſquiſque, quamvis non habeant omnes munus docendi, aut ſententiam publice proferendi, nihilominus quum veritas à nobis exquiretur, eam libere confiteamur, ſcientes, id Deum gratum & acceptum habere, tanquam ſacrificium honorificum ſibi redditum. Idque agentes, non ſolum nobis præſcriptam regulam obſervemus, ſed hoc unum ſpectemus, ut eum adoremus, & ſupra omnes creaturas extollamus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut eorum ſenſum majorem, quam adhuc habuimus, nobis indat: idque ut conſequamur, nihil de nobisipſis præſumamus, ſcientes, nos aperire non poſſe os, niſi nos Sancto ſuo Spiritu regat & ducat. Ac proinde lubeat illi nos ita inſtituere & erudire, ut ad loquendum, quum opus fuerit, os apertum habeamus. Nec loquendo ſequamur cupiditates & affectus noſtros, ſed tota vita noſtra reſpondeat, eamque in ejuſmodi obſequium Deo noſtro addicamus, ut

nihil

Digitized by Google

1. Quapropter audi, quæſo, [illegible]
2. Ecce aperui os meum, ſoquetur lingua mea in palato meo.
3. Rectitudo cordis mei erunt eloquia mea,& ſcientiam puram loquentur
labia mea.
4. Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum Omnipotentis vivificat me.
5. Si poſſis, reſponde mihi, diſpone, coram me conſiſte.
6. En ego ſum erga Deum ſicut tu: (aut juxta os tuum) è luto formatus ſum etiam ego.
7. Terror meus non exterrebit te, & manus mea ſuper te non erit gravis, quamvis te
premam.

HEri incepimus exponere id, quod profitebatur Eliu, ſe ſincere & vere, nulla habita ratione hominis mortalis, loquuturum: &, quomodo declaratum fuit, neceſſe eſt, hominem, qui velit vere & ſincere ſecundum Deum loqui, clauſos oculos habere, eo, ut non accipiat perſonam: nam ſi aut odio aut gratia ducimur, nihil in nobis erit recte ordinatum, ſed omnia erunt perturbata. In primis, quum docendum eſt in nomine Dei, videndum, ut ab omni affectu carnali ſimus alieni. In primis Eliu dicebat, ſe à Deo poſſe exterminari, ſi ita hominum ſplendorem & dignitatem ſpectaret. In ſpecie autem hoc poſſit durum videri, aliquem è medio à Deo tolli, eo quod duntaxat alicujus dignitatem magnificarit. Sed primum notemus, quum Deus nobis hanc gratiam largitur, ut ejus nomine loquamur, verbo ejus pondus & auctoritatem ſummam à nobis tribuendam eſſe. Quod ſi ita nos avocat reſpectus hominum, ut libere, ſicut par eſt, non loquamur, nonne hoc eſt Deum dedecorare? Si quiſpiam mittatur à terreno aliquo Principe, iſque ipſum contemni patiatur, meticuloſus ſit, legationis mandatum ſibi commiſſum proferre non audeat: en puſillanimitatem nullo modo ferendam, cuique nulla venia tribuitur. Atqui Deus nos ad ſuum miniſterium recipit, nos, qui coram ipſo nihil ſumus præter pulverem, qui prorſus ſumus inutiles: tam honorificum verbi ſui ferendi & annunciandi mandatum nobis dat, vult ipſum omni cum auctoritate & reverentia ferri: ſi quiſpiam nobis eum terrorem incutiat, ut veritatem Dei corrumpamus, & in mendacium convertamus, aut eam ita fucemus, ut jus ſuum genuinum & nativum non amplius obtineat: an non, quæſo, illud nimis magnum probrum eſt, quo Deus afficitur? Si igitur verbum Dei, ut dixi, non annunciatur ea ſinceritate & libertate, ut homines illi reverentiam & honorem debitum exhibeant; mirum non eſt, ſi punitio ſit parata, ut loquitur Eliu. Sic gemina inſtructio nobis ex hoc loco colligenda eſt. Una eſt pro illis, qui annunciant verbum Dei, & hoc munere prædíti ſunt, ut tanquam Paſtores doceant, eos nimirum ſe ad eam conſtantiam compo-
Jer. 1. nere debere, ut nulla re concutiantur, & dimovean-
verſ. 18. tur ab officio: ſicut dictum eſt Jeremiæ, ipſum fron-
& 15:20. tem æream aſſumere debere ad pugnandum: quo- *Ezech. 2.*
niam mundus nunquam erit ſummæ erga Deum re- *verſ. 6.*
bellionis expers, tum ii, qui in aliqua dignitate & loco *& 3: 8,9.*
excelſo ſunt conſtituti, non poſſunt ſe obſequio Dei addicere & mancipare, ſed ſemper cornua erigunt. Quando vero homines ſe ita ignorant, ut Creatori ſuo non poſſint ſe ſubjicere, nos conſtantia invicta armatos eſſe oportet, nobiſque officio fungentibus certa odia & jurgia parata eſſe ſtatuendum eſt: pergamus tamen inconcuſſi. En quod nobis, præſertim qui ſumus Paſtores conſtituti ad annunciandum verbum Dei, retinendum eſt. Populum quoque hic inſtructionem generalem accipere oportet. Quum igitur convenimus audiendi verbi cauſa, ne elatum animum adferamus ad reſponſandum Deo, quum vitiorum noſtrorum redarguemur. Ne itaque acerbitatem ullam animi adferamus, eo, ut irritemur, quum acrius increpabimur: nec tam veſani & arrogantes ſimus, ut Deo ſilentium imponere nos poſſe exiſtimemus, nec poſtulemus nobis parci, eo quod in aliqua dignitate ſumus conſtituti. Etiamſi Reges & Principes ſimus, collum tamen jugo Dei ſubmittendum eſt: omnem enim ſublimitatem dejici oportet,
ut loquitur D. Paulus in ſecunda ad Corinthios. En *2 Cor. 10.*
enim, cur Euangelium prædicatur, ut nimirum ma- *verſ. 5.*
gni & parvi ſe Deo ſubjiciant, & ab eo ſe regi patiantur, quod fieri nequit, quin, ut eo loco Paulus admonet, omnem ſublimitatem, quæ adverſus Majeſtatem Domini noſtri Jeſu Chriſti attollitur, deprimamus. Non exſpectandum autem eſt, dum vis nobis fiat, & cogamur Deo obſequi, ſed ſponte morigerum ſe præbeat unuſquiſque. Qui igitur in dignitate aliqua conſtituti ſunt, agnoſcant, ſe, etiamſi pluſquam Reges ſint, debere tamen ſe ſubmittere, quum veritas Dei annunciatur. Cur vero? Sic enim ſecum reputent oportet, Is, qui loquitur, à quo domino miſſus eſt? ab eo, qui ſummum imperium in univerſum genus humanum obtinet, cuique ſubjici omnes tenentur. Quum igitur mediocris ſumus conditionis, quæſo te, nonne nimis inſana ea eſt veſania, ſi velimus nos tolerari, diſſimulari, vitia noſtra in virtutes converti, quin etiam in noſtri gratiam veritatem adulterari & corrumpi? Numquid poteſt Deus transformari? Atqui vult verbo ſuo tanquam ſui viva imagine exprimi.

Digitized by Google

... ad ipſum Deus ſine eo terrore, quem
& 23:3. ſentiebat, accederet. Si Deus eſſet tanquam æqualis meus, inquiebat Jobus, poſſem illi reſpondere, & quamvis omnem auctoritatem in me habeat, poſſem tamen cauſam meam tueri. En quomodo Jobus loquebatur. Atque ita hic locus ſic exponi poſſet, Ecce me ſecundum os tuum, id eſt, ſecundum id, quod tu poſtulaſti: aut, ecce me ſecundum menſuram tuam, hoc eſt, tibi ſum ſimilis, quod ad Deum attinet. Sententia tamen eadem erit: atque ita non nimis in hoc vocabulo nobis inſiſtendum eſt. Reſpiciamus ſemper, quo Eliu tendat, & quid velit, nempe ſe non eſſe Deum, ut velit Jobum terrere, ſed ex luto, non ſecus quam Jobum, creatum eſſe: hoc eſt, ſe creaturam mortalem & caducam eſſe, nec in ſe ullam virtutem habere. *Nam*, inquit, *Spiritus Dei me formavit, & halitus Omnipotentis dedit mihi vitam.* In ſumma videmus, Eliu Jobo ſignificare, ſe cum eo iis rationibus & argumentis acturum, ut Jobum vinci oporteat. Non poteris, inquit, amplius hoc proferre, Deum te perterrefacere, gloria, quæ tibi formidabilis eſt, præditum eſſe, nec poſſe te jus ab ipſo obtinere: hoc, inquam, non poteris dicere. Quiſnam ſum ego? Ecce me miſeram maſſam ex luto & argilla. Verum eſt, me ſpiritu & vita præditum eſſe, ſed illa à Deo habeo: quicquid ſit, non ſecus quam tu fragilitate plenus ſum. Sola igitur ratio inter nos judex erit, teque confuſum eſſe oportebit. Videmus in ſumma duo hic contineri: primum eſt, quod Eliu declarat, verba ſua eſſe rectitudinem cordis ſui, nec quidquam dicturum, niſi quod cogitarit & conceperit in ſeipſo. Hoc notatu valde dignum eſt: inde enim poſſumus colligere, quomodo eum, qui verbum fert ſeu annunciat, diſpoſitum & præparatum eſſe oporteat, ne videlicet inanem & futilem garrulitatem in extrema lingua habeat, ne temere verba profundat, aut etiam fabulam agat: ſed, prout à Deo edoctus eſt, iis, qui ipſius curæ demandati & commiſſi ſunt, quod intus impreſſum & inſculptum animo continet, communicet. Si volumus igitur Deum pure in noſtro munere colere, ante omnia nobis cohibenda eſt noſtra lingua, ne quidquam, niſi id, quod intus in corde noſtro impreſſum eſt, proferat. Ac ſane audi-
Pſal. 116. mus id, quod dicitur à Davide, & quod à divo Pau-
verſ. 10. lo adfertur, id ipſum omnibus verbi divini mini-
2 *Cor.* 4. ſtris applicante: Credidi, propterea loquar. Ve-
verſ. 13. rum eſt, id omnibus Chriſtianis & filiis Dei commune eſſe, ſed in primis debet id ab iis, quos Deus tanquam organa Sancti ſui Spiritus conſtituit, obſervari. Quando loquimur, en Deum, qui vult in noſtris perſonis audiri. Quum itaque nos eo honore afficiat, minimum hoc illi præſtare poſſumus, ut doctrinam ejus in nobis impreſſam & inſculptam habeamus, eaque in nobis radices egerit, tum iis, quæ

Quomodo vero? *Ecce me*, inquit, *audi me: nihil enim eſt præter rectitudinem in ſermonibus meis.* Quod perinde eſt, atque ſi in nomine Dei regulam hic nobis præſcriberet. Quod ſi doctrinam, quæ nobis proponitur, ſanctam eſſe, atteſtante conſcientia, convincamur, ſi non cum omni timore deprimamur ad nos ei ſubjiciendum, non modo rei erimus propterea quod homini nos alloquenti reſtiterimus: ſed id perinde eſt, atque ſi Deum viventem ludibrio & deſpectui haberemus. Sit igitur unuſquiſque attentus, quum verbum Dei prædicatur, quumque nobis hanc gratiam Deus largiatur, ut excitet homines, per quos familiariter voluntatem ſuam nobis declarat, ne feros & agreſtes nos præbeamus: ſed reddamur dociles iis, quæ ab ipſo profecta eſſe cognoſcimus. Quoniam vero Lex, Prophetæ & Euangelium ad nos delata fuerunt per illos, quorum integritas ſatis nobis teſtata & comperta eſt: notemus, quicunque non ſubjicietur huic doctrinæ, ad eum condemnandum non alia accuſatione aut inquiſitione opus fore. In ſumma note-
mus, Dominum authenticum teſtimonium Prophetis *Joan.* 12.
& Apoſtolis perhibuiſſe, ne doctrina nobis ab ipſis *verſ.* 48.
tradita in dubium amplius revocetur, ſed pro rata & *Rom.* 2.
fixa habeatur. En igitur unum. Interim admonemur, *verſ.* 16.
fideles non debere ſponte obbruteſcere, eo ut, quic- 1 *Joan.* 4.
quid dicetur, recipiant: ſed debere doctrinam, num *verſ.* 1.
ea à Deo ſit, nec ne, examinare. Ideo dicitur, probandos eſſe ſpiritus. Atque hoc notatu valde dignum eſt: videmus enim, quomodo miſeri Papiſtæ ſe ſine ullo judicio duci patiantur: fides vero ipſorum nihil aliud eſt, quam mera ignorantia belluina, claudi enim oculos, homineſque judicio & ratione penitus carere volunt. Contra Deus vult, ut judicium & prudentiam habeamus, ne à falſis doctrinis, quas homines adferent, ſeducamur. Quomodo id fiet? Verum eſt, nos non debere hoc nobis ſumere, ut de veritate Dei ſecundum ſenſum & imaginationem noſtram judicemus: ſed potius tanquam captiva omnis noſtra ratio & intelligentia conſtringenda eſt, Deoque, ut docet nos Scriptura ſacra, ſubjicienda: interim Deum debemus precari, ut det nobis prudentiam, qua id, quod proponitur nobis, bonum & rectum ſit, nec ne, dignoſcere valeamus. Cæterum omni cum humilitate nihil aliud petamus, quam ab ipſo & ſub ejus manu regi, certi, hoc pacto nos ſcire poſſe, an in ſermonibus, qui proponuntur, ſit veritas. Atque hoc
eſt etiam, quod Dominus noſter Jeſus adfert, quum *Joan.* 8.
vult ea, quæ ipſe profert, recipi: Non quæro, inquit, *verſ.* 50.
gloriam meam, ſed gloriam ejus qui me miſit. Semper igitur nobis inquirendum eſt, quo tendat is, qui nos alloquitur. Si enim ſcopum, ad quem collimat, eum eſſe intelligimus, ut Deo gloria tribuatur, is imperium in nos habeat, non amplius inquirendum eſt, illic penitus hærendum & acquieſcendum. Sed contra, ſi do-

Digitized by Google

invocari, vult Sacramenta, quæ instituit, recipi tanquam teſtimonia ſuæ gratiæ, & tanquam media ad nos ſollicitandos, quo cum animo eo liberiore & ardentiore colamus. Iſta ſunt clara & perſpicua, nihil difficultatis habent, interpretatione non indigent. Hanc igitur amuſſim ſemper habeamus, quum probanda erit nobis doctrina aliqua, tunc recta an prava, vera an falſa, pura an corrupta ſeu mixta ſit, prout Deus nobis oſtendit, quænam ſit vera doctrinæ rectitudo, ſciemus. Non oportet, inquam, nos amplius dubitationibus implicari, aperiamus duntaxat oculos, tum Deum precemur, ut Sancto ſuo Spiritu nos regat: abſque eo enim ſemper vagabimur, nec magis quam pueruli ad diſcernendum apti &

1 Cor. 2. v. 10, 11. idonei erimus: quomodo etiam D. Paulus loquitur, Spiritum Dei tanquam lampadem eſſe debere, quæ

Eph. 1. v. 17, 18. nobis præluceat: alioquin nunquam arcana Dei comprehendimus: ſunt enim illa ſpiritualia, nos vero natura noſtra nihil aliud ſumus, quam caro & terra, deorſum ſemper tendimus. Sed poſtquam Deus nos illuminavit Sancto ſuo Spiritu, de doctrina judicamus, tunc ita diſcernimus, ut à nullis Satanæ fallaciis & tentationibus decipiamur, & quamvis mittat ſeductores, & ingenia ad omnia miſcenda & turbanda apta, quæ conantur omnia pervertere, excitet, id tamen nihil adverſus nos proficiet, modo Spiritus Dei ſit noſtra lux, ut jam diximus. Cæterum, quamvis Deus interdum improborum ore loquatur: ſicut

Phil. 1. v. 15, 16. dicitur, regnum Domini noſtri Jeſu Chriſti interdum per occaſionem promoveri, hypocritas, aut homines nullo Dei timore præditos, qui vana gloria & aliis vanitatibus interdum ducuntur, poſſe ad tempus miniſterio inſervire, Deumque ipſorum opera utentem, doctrinam, quæ ab ipſis proponatur, utilem & efficacem reddere ad electorum ſuorum ſalutem, quamvis ad majorem condemnationem eorum, qui male affecti ipſam annunciant: id igitur quamvis interdum accidere poſſit, ordinarium tamen non eſt. Si velit enim Deus nos in ipſo ædificari, ſimul homines, qui ex animo & zelo loquuntur, excitat: quin etiam eam notam imprimet verbo, quod ex ipſorum ore exit, ut in eo Sancti Spiritus virtus conſpicuam ſe reddat, ut etiam dicit D. Paulus. Ideo qui annunciandi verbi divini munere funguntur, eo magis debent id, quod jam dixi, obſervare, ut nimirum doceantur, antequam loquantur, ita ut cor ante os loquatur. Ea de cauſa Deum precentur, ut ipſos ad vivum tangat & afficiat, ita ut verbum ipſius bene radicatum in animis ſuis habeant, eo ut poſſint proximis ſuis prodeſſe, & cognoſcant, ſe non temerario & cæco animi impetu ferri, ſed à Sancto Spiritu regi & impelli. En igitur, quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Secundo autem profitetur Eliu, ſe hominem caducum & fragilem eſſe, ita ut non poſſit Jobum perterrefacere: ſed veritate & argumentis dun-

tamen noſtram mutare non poſſumus. Quando igitur aliquis ſe arrogantia tentari comperiet, nimis volet ſe evehere, in ſe deſcendat, & ſecum cogitet, Unde ſum oriundus? unde me Dominus eduxit? Quum vel pedes duntaxat cœno oblitos habemus, nos minoris ducimus, ſi lutum nos tangat, nobis videmur contaminari, etiam quum calceis duntaxat adhæret. Sumus tamen ex luto creati. Non itaque ſic à nobis origo & ortus noſter debet oblivioni tradi, quin hoc ſemper nobis animo obverſetur, Tu es terra & pulvis. Verum eſt, hoc ſatis in ore tritum eſſe, & omnium confeſſione agnoſci: ſed tamen id nemo recte agnoſcit. Vel hæc enim ſola cogitatio, firmiter infixa animo noſtro, ſufficiet ad nos omni ſuperbia purgandos. Quid eſt falſa ſui opinio, & arrogantia, quæ eſt in hominibus, niſi ventus, quia ignorantia inflantur, &, qui ſint, obliviſcuntur? Eo magis hoc vocabulum expendendum eſt, quum dicitur, nos ex cœno & luto creatos eſſe. Verum eſt, dignitatem & excellentiam in noſtra natura magni æſtimandam futuram fuiſſe, ſiquidem ea integra permanſiſſet: nec tamen licere nobis ſuperbire. Corrupti igitur in Adamo quum ſimus, certum eſt, nos duplo magis confuſos eſſe debere. Cur? creati fuimus ad imaginem Dei. Ea vero imago quænam eſt? fuit deformata: ita corrupti & depravati ſumus, ut character ille, quem Deus in nobis impreſſerat, ut gloriæ ejus inſerviret, in ipſius opprobrium ſit converſus: omniaque dona, quæ in nos collata fuerunt, ſunt totidem teſtimonia adverſus nos, eo ut rei coram Deo reddamur, quoniam ipſa polluimus, & homo in ſua natura remanens non poteſt non abuti donis, quæ accepit, & ea ad omne genus mali applicare. Atque ita omnibus donis nobis à Deo communicatis confuſio noſtra augetur. Sed adhuc ponamus nos in ea integritate eſſe, in qua pater noſter Adamus primum fuit: numquid nos aliquid nobis arrogare oporteret, eo quod Deus genus noſtrum ſic nobilitaſſet? Omnia enim ab ipſo habemus. Quid nos à belluis ſeparat, & ipſis excellentiores reddit? An id habemus noſtro Marte? numquid virtute noſtra acquiſivimus? An hæreditario jure à majoribus accepimus? Minime: ſed id habemus, quoniam gratuita ſua bonitate Deus nobis conceſſit. Quid igitur facto opus eſt, niſi ut nos deprimamus? En igitur, quod in genere ex hoc loco nobis retinendum eſt, ubi Eliu confitetur, ſe ex luto creatum fuiſſe, ſe ſpiritum & vitam, quam habeat, Deo debere, quoniam ſibi ejus mira bonitate communicata illa fuerint. Interim autem ii, quos Deus in munere aliquo honorifico conſtituit, eo magis hoc præceptum meditari debent. Neque enim, ut inſoleſcant & efferant ſe, Deus hominibus manum porrigit, eoſque in dignitatis & honoris gradu aliquo collocat: ſed potius, ut cognoſcant,

Digitized by Google

cumbent, ut ſe cognoſcant, & intelligant, vel minimam boni guttam ipſis ut propriam attribui non poſſe, ſed omnia in rationes accepti referenda eſſe, ſicuti etiam ſunt reddendis rationibus, ob omnia bona, quæ habent, obnoxii. Cæterum, quum ſic in nobis depreſſi erimus, nullum inde damnum accipiemus, nec propterea minus bonis ornati erimus, imo longe plus illis, qui ita ſunt ſuperbi & arrogantes, & putant ſe aliquid proprium, tanquam hæreditario jure poſſidere, divites erimus, ſi vere cum Deo conjuncti ſimus, & laudem debitam ipſi attribuamus. Ne timeamus igitur, ne aliquid nobis decedat, quum ſic gloria omni vacui erimus. Dominus enim non vult, nos ullo bono orbari: ſed tamen nos ita, ut dixi, in nobisipſis confuſos eſſe oportet. Interim vero, poſtquam cognoverimus, nos nihil poſſe præter id quod nobis cœlitus datum eſt, demus operam, *Joan. 3. verſ. 27.* ut, quicquid nobis à Deo tributum fuerit, ad eum uſum, ad quem ipſe jubet, conferamus. neque enim Sancti ſui Spiritus virtutes nobis Dominus communicavit, quin illas ad bonum uſum applicari velit: neque enim eas inutiles eſſe oportet. Demus igitur operam, ut id, quod accepimus, Deo tanquam in ſacrificium offeratur: quumque ſalutem proximorum eo promoveri velit, hoc ante omnia ſpectemus, ut nos invicem alii alios ædificemus. En quod hic nobis obſervandum eſt. Veniamus autem ad ſermonem, quem hic habet Eliu, & ad ejus præcipuum ſcopum: Dixerat, *Spiritus Dei me creavit, halitus ejus mihi vitam dedit. Non erit igitur*, adjicit, *fraus ulla in me ad te perterrefaciendum, ſed ſola ratio inter nos regnabit.* Hic Eliu oſtendit, quodnam ſit officium boni doctoris, ut nimirum diligenter ſe intueatur, antequam os aperiat. Cur vero? Quia illi, quibus non ſatis ſua fragilitas cognita eſt, proximorum commiſeratione non afficiuntur: quumque volent eos, qui peccarunt, redarguere, ea violentia & impetu procedent, ut miſeros errones potius à via longius abducant, quam in ipſam reducant. Quumque conſolandum erit, nulla ejus rei facultate præditi erunt: ſi docendum ſit, cum faſtidio eo munere fungentur. Si igitur verbum Dei docere volumus, nobis hinc incipiendum eſt, ut cognoſcamus noſtras infirmitates: ut ipſis cognitis ad modeſtiam & manſuetudinem adducamur, quo Spiritu leni & manſueto verbum Dei annunciemus. Verum eſt, quoniam multi ſunt pleni faſtu & rebellione, verbum Dei erga illos mallei vice eſſe debere, qui tundat & frangat duritiem illam: ſed interim primum eos, qui ſe dociles reddent, docere convenit. Quomodo vero id præſtare poterimus, niſi cognoſcamus, quantum opus nobis ſit, ipſos benigne & indulgenter tractare? Id vero fieri nequit, quin ſentiamus quam ſimus fragiles: qui enim miſerias ſuas non cognoſcit, nulla commiſeratione ducitur, eo ut los aſperioribus verbis, quam erga alienos utatur, animus tamen illi quaſi cruore madet & finditur, quum alienum vultum & ſermonem induere cogitur. Notemus igitur, hominem nunquam aptum fore ad docendum, niſi affectum paternum induerit, ſuaſque infirmitates prius cognoverit, quo ſe ad ejuſmodi commiſerationem componat, ut omnium eorum, quibuſcum ipſi res eſt, miſereatur. En, quod hic nobis ab ipſo Eliu oſtenditur. Cæterum qui in auctoritate & dignitate aliqua ſunt conſtituti, ſciant, ſe poteſtate ſua tyrannico more non debere uti, ad eos, qui ipſis ſunt inferiores, opprimendos: duplo enim major ratio ipſis reddenda erit coram Deo, ſi propter auctoritatem ſuam ſe velint formidari, nec ante omnia honorem Dei, cum ſalute illorum, qui ipſis ſunt commiſſi, quærant. En enim, quomodo Ezechiel loquitur de malis Paſtoribus, qui tyrannico more popu- *Ezech. 34. verſ. 4.* lum oppreſſerunt, dicit, eos potenter & ſevere dominatos eſſe. Atqui hic contra nobis oſtenditur, omnes eos, qui fideliter officio ſuo tam erga Deum quam erga proximos defungi volent, quum in ſuperiore aliquo gradu & dignitate collocati fuerint, non debere propterea efferre ſe, ſed potius intelligere, ſi velint terrorem præ ſe ferre, eo ut ſe tenuibus formidabiles reddant, Deum effecturum, ut ſentiant, ipſi non propoſitum fuiſſe, hic feras immanes inter homines collocare, quæ gregem in fugam & pavorem conjiciant, aut hircos, qui cornu feriant, aut aquam turbent, ut eo loco Ezechielis dicitur. Deus igitur *Ezech. 34. verſ. 18.* oſtendet, ſe eos, quos in tribunali gladio accinctos collocavit, aut quos in ſuggeſtum producit, eo ut verbum ipſius annuncient, non conſtituiſſe, ut eſſent hirci, & miſeras oviculas opprimerent. En quod hoc in loco nobis notandum eſt. Interim autem Eliu oſtendit, quomodo hanc doctrinam admittere & approbare debeamus, ut nimirum, ſi ipſam veram & ſinceram eſſe cognoſcimus, ſponte & ultro, non coacte nos ipſi ſubjiciamus. En igitur, quod nobis retinendum eſt, quod attinet ad circumſtantiam loci & ſermonis: ut nimirum, quum nobis doctrina aliqua proponitur, licet homo mortalis loquatur, ſi tamen ipſam veram eſſe agnoſcimus, ſciamus, nos non ſolum adverſus Deum, ſed etiam adverſus conſcientiam noſtram, quæ eſt judex idoneus ad nos condemnandos, pugnare, ſi illis reſtiterimus. Atque hinc nobis valde utilis admonitio colligenda eſt: ut nimirum, quotieſcunque accedimus, eo ut in nomine Dei doceamur, quum videmus, doctrinam, quæ nobis proponitur, veram & ſinceram eſſe, non reluctemur: nihil enim litigando proficiemus: ſi illa ratione nitatur & fundata ſit, acquieſcendum eſt. Cæterum neque id impedire debet, quominus nobis ob oculos obverſetur Majeſtas Dei: neque enim nos de doctrina, quæ nobis proponitur, ex ſenſu & opinione noſtra ju-

IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIII.

8. Profecto dixiſti in auribus meis, & vocem hanc ſermonum tuorum audivi,
9. Mundus ego abſque prævaricatione, innocens ſum, & non eſt iniquitas mihi.
10. Ecce, occaſiones adverſum me invenit, reputat me ut inimicum ſibi.
11. Poſuit in compede pedes meos, obſervat omnes ſemitas meas.
12. Ecce, hac via non es juſtificatus, reſpondebo tibi, quia major eſt Deus homine.
13. Cur adverſus ipſum contendis? neque enim omnibus tuis verbis reſpondebit.
14. Deus ſemel & bis loquitur, non advertente animum homine.

MEminiſſe debemus ejus, quod heri tractatum eſt, nempe Dei ſingulare erga nos beneficium eſſe, quum ſe ad infirmitatem noſtram eo uſque accommodat, ut nos ore hominis mortalis, qui nobis in omnibus ſimilis eſt, alloqui dignetur. Id enim eo facit, ut Majeſtate ipſius non territi, plus otii habeamus ad meditanda ea quæ nobis proponit, quietum & placidum animum ad doctrinam, quam audimus, comprehendendam, & ad utilitatem noſtram referendam, habeamus. Verum eſt, ſi Deus nos è cœlo alloquatur, id nos eo magis movere & afficere poſſe, ac proinde doctrinam plus ponderis & auctoritatis apud nos habituram: ſed tamen quaſi conſternati eſſemus, nec libero animo ea, quæ ab ipſo dicuntur, conſiderare poſſemus. Sed quando homo loquitur, commodius guſtare & digerere, quæ dicuntur, poſſumus. En igitur in quo Deus nos tolerat. Ac ſane videmus, populum Iſraëliticum, *Exod. 20. verſ. 19.* quum Lex fuit promulganda, dixiſſe, Ne alloquatur nos Dominus: periimus enim, ſi nos ipſum audire oporteat. Cur? Statim enim atque Deus cœpit Majeſtatem ſuam exerere, pavor & trepidatio ejuſmodi populum illum invaſit, ut ſe perditum putaret: ita ut concludant, Deum loquendo ipſos in abyſſum præcipitaturum. *Exod. 34.* Quum Moſes ad ipſos venit, cogitur oculos ſuos velare, quia Deus gloriæ & Majeſtatis ſuæ notam impreſſerat, ut eam Judæi nullo modo ferre poſſent. Sic videmus, Deum, quum excitat nobis homines, per quos doceamur, in eo noſtræ debilitatis rationem habere: nec vim ſuam erga nos exerere, ne ea nimis dejiciamur, ſed liberum animum habeamus, eo ut in doctrina ædificemur, ut ea nobis familiarior ſit, pluſque otii nobis ad eam meditandam, & ſtudium noſtrum ad illam applicandum ſuppetat. Eo autem admonemur, non eſſe contemnendum verbum Dei, quum homo nobis ipſum proponit: nimis enim turpis & ingrati animi culpa eſſet. Deus deprimat ſe, & quaſi de faſtigio ſuo deſcendat, ut ſe ad captum noſtrum accommodet: nos vero inde occaſionem capiamus ad ea, quæ nobis in nomine ipſius proponuntur, contemnenda. Quapropter, quamvis hic theſaurus ſalutis, hoc eſt, verbum Dei nobis proponatur in vaſis fragilibus, hoc eſt, ab hominibus mortalibus, qui nihil in ſe præter omne genus infirmitatis continent, nobis tamen ipſum, ut meretur, magni faciendum & æſtimandum eſt, cognoſcendumque, homines illos non loqui ſuo nomine, ſed à Deo, qui velit ex ipſorum ore audiri, mitti. Veniamus nunc ad ea, quæ hic Jobo Eliu exprobrat: *Dixiſti tamen, me audiente, & vocem hanc tuorum ſermonum audivi, Te juſtum, peccati exortem, nec ullius iniquitatis reum eſſe. In eo igitur non poteris te juſtificare*: hoc eſt, non potes cauſam ullam adferre, qua te in eo non peccaſſe probes. Idque ita eſſe ut appareat, *quomodo Deo, qui te major eſt, reſpondebis?* Accuſas eum, quod occaſiones conquiſiverit te affligendi, pedes tuos in compedibus poſuerit, ita ut cauſæ tuæ tuendæ facultas & libertas tibi ſit penitus præciſa. Ne autem ſperes, te eo pacto poſſe evadere: condemneris enim oportet, Deuſque efficiat, ut te merito ab ipſo ſic afflictum eſſe ſentias. Hic primum nobis inquirendum, jure an injuria Jobum Eliu accuſet, quod ſe juſtificare voluerit: in ſpecie enim videtur male interpretatus eſſe verba Jobi, & per calumniam in ſenſum plane diverſum & contrarium detorſiſſe: idque ita eſſe ut appareat, Jobo nunquam propoſitum fuit, eam perfectionem ſibi attribuere, ut negaret, in ſe peccatum ullum eſſe: contrarium plane videmus: videtur igitur Eliu ſermones, quos audivit, pervertiſſe, & in contrarium ſenſum inflexiſſe. Sed quoniam à Deo non redarguitur, ſicut videbimus: præterea profitetur, ſicuti jam audivimus, ſe Jobum nequaquam

Digitized by Google

imus, aut quod nobis ſit iratus, ſeu quod duntaxat velit nos deprimere, & ſcire, num in omnibus & per omnia illi ſubditi ſimus futuri, tum velit etiam concupiſcentias noſtras mortificare: quando, inquam, id nobis propoſuimus, ſimul etiam hoc amplius conſiderandum eſt: quum Deo placuerit, ipſum nihilominus inventurum, cur nos puniat. Quamvis igitur Deus nobis parcat, nec ſeveritate ſua adverſus nos propter peccata noſtra velit uti, poſſit tamen, ſi velit, ea uti, & juſta ſemper illi cauſa adeſt, cur id faciat. Cur tamen non facit? Propter bonitatem ſuam: & tamen nos affligit, aliud ſibi proponens. En unum notandum. Secundum eſt, quod ſi Deus non declaret nobis, cur nos affligat, caput nobis demittendum eſt, donec nos ſibi admoveat, & faciat ut ſentiamus, cur ſic nos tractarit. Debemus igitur ſuſpenſi manere, non obmurmurare, nec frenum laxare noſtris perturbationibus. Jobus in duobus illis peccavit: quamvis enim ſe peccatorem agnoverit, Deo tamen eam gloriam, quam debuit, non tribuit. Cur? Quia non ſatis illud conſideravit, Deum potuiſſe ipſum longe ſeverius etiam ob peccata, ſi voluiſſet, affligere. Præterea vidimus, eum nimis perturbationi ſuæ indulſiſſe & laxaſſe habenas, tum apud ſe indignatum eſſe, Quid ſibi vult Deus? ſum hic miſera creatura, numquid debet is brachium ſuum adverſus me exerere? num id æquum eſt? Viſus eſt igitur voluiſſe ipſum alicujus tyrannidis accuſare: non quod id ſecum concluſerit, tentatus tamen fuit ea cogitatione. In eo Jobus peccavit: non ſine cauſa igitur ſic illum Eliu alloquitur, Quomodo? Tu voluiſti te juſtificare, quaſi iniquitatis expers eſſes, aut quaſi ipſe purus & mundus eſſes. In eo, inquit, nunquam abſolveris, nec cauſam tuam vinces. Ut igitur ex hac doctrina utilitatem capiamus, hoc retineamus, ſi Deus nos ob peccata puniat, nos debere ante omnia nos reos peragere. Atque hoc eſt omnium utiliſſimum: ſi enim coram Deo volumus juſtificari, quid aliud agendum eſt, quam vita noſtra inſpicienda, & cognoſcendum, quum Deum tot modis offenderimus, nos dignos eſſe, qui flagellis ejus cædamur? Si tamen Deus aliud ſibi propoſuit nos affligens, noſque ſeverius & aſperius tractet, quam eos, qui ſunt ad omne ſcelus & flagitium projecti, quique aperte ejus Majeſtatem irrident: notemus, id propter peccata noſtra ipſum minime facere. Cur igitur? Vult nos probare, vult ſcire, num ſui ſimus: nam quum res nobis ex animi ſententia ſuccedunt, quid ſcimus, an Deo ſervire parati ſimus, nec ne? Sed quum voluntati noſtræ abrenunciandum, ſenſus noſter naturalis in ſervitutem Deo mancipandus eſt, denique adverſus affectus noſtros pugnandum eſt, en verum examen, quo cognoſcitur, an Deum, nec ne, colamus. Quando igitur hæc aderunt, ſic cognoſcamus, Verum eſt, omnibus fidelibus prudentia debeat eſſe, ut nimirum hanc in ſe modeſtiam habeant, qua ſemper confiteantur, Deum juſtum eſſe, quamvis operum ejus cauſam non animadvertant. Interim debent illi ſe cum omni humilitate miſeros peccatores agnoſcere: quin etiam Deum ſatis cauſæ invenire poſſe, cur eos penitus exterminet, niſi eos mera ſua liberalitate tolerare vellet. En in ſumma, quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Veniamus autem ad id, quod ſubjicitur: Deus, inquit, captavit adverſus me occaſiones, aut jurgia, interim in cippo poſuit pedes meos, angit me, & ſemitas meas omnes obſervat: ſpeculatur & obſervat me, oculum in me intentum habet, ita ut digitum non poſſim movere, quin ſtatim peccarim. Verum eſt, Jobum noluiſſe Deum injuſtitiæ accuſare, quaſi ab ipſo ſine cauſa affligeretur. Sed interim notemus, ipſum in ſuis perturbationibus abreptum fuiſſe, ita ut rebelliones quaſdam nullo modo excuſandas, tanquam ſpumas quaſdam interdum æſtu abreptus ejecerit: id vero ſuo loco obſervavimus: oſtendimus enim, Jobum nimis adverſus Deum excanduiſſe, & quamvis patiens eſſet, perpetuo ſibi proponeret ipſum glorificare, ita tamen interdum perturbatus & proſtratus fuit, ut neſciret, quo confugeret. Hoc autem valde notandum eſt. Simul etiam bonam & utilem inde doctrinam poſſumus colligere, nempe, quamvis non ita mente alienati ſimus, ut velimus in Deum blaſphemare: tamen ſi aliquantulum libertatis habemus, ſtatim extra cardines, ut dicitur, proſilimus, nullus in nobis modus eſt. Miſera res eſt homo: ex malo enim ita conſutus & compactus eſt, ut ſtatim atque ſibi vel tantillum licentiæ ſumſit, in hanc aut illam partem præceps cadat, à via aberret, in devia etiam non cogitans feratur. Certum eſt, ſi ex Jobo quæſitum fuiſſet, Numquid Deus adverſus te occaſionem quærit, ad te crudeliter tractandum? Non: juſtus eſt. Sic, & quidem ſine hypocriſi & ſimulatione, reſpondiſſet. hic tamen ipſi exprobratur, nec injuria, quod adverſus Deum diſceptarit, quaſi cauſas frivolas & inanes ad ipſum perdendum conquiſiviſſet. Quomodo id fit, & cur? Quoniam Jobus triſtitia vehementer commotus fuit, & interdum non continuit ſe, ut debuit. Sic notemus, licet quiſpiam in timore Dei profecerit, ut malit mortuus eſſe, quam blaſphemiam pronunciaſſe: non tamen poſſe nos frenum noſtris perturbationibus ita laxare, quin ſtatim malum aliquod verbum & condemnandum nobis excidat, in primis quum malis premimur: triſtitia eſt perturbatio adeo vehemens, ut ſibi temperare non poſſit. En hominem, qui ita excandeſcit, ut adverſus Deum, ſed ſuo tandem exitio, ruat. Quum id videmus, primum cognoſcamus, naturam noſtram plus quam vitioſam & perverſam eſſe. En igitur, quod nobis notandum eſt: nempe,

valde

Digitized by Google

nos ſubjiciendi, & patienter afflictiones nobis ab ipſo immiſſas perferendi, patientiam tamen noſtram non eſſe perfectam, multaque in ipſa deſiderari: quot enim malæ cogitationes cerebrum noſtrum ſubibunt? & quamvis ipſis non adhæreamus, quin illas deteſtemur, huncque ſemper in oculis ſcopum habeamus, ut dicamus, Ecce, Deus meus me reget, in me imperium habiturus eſt, ea modeſtia me præditum eſſe oportet, ut me ipſi ſubmittam, etiam quum me pedibus proculcare volet; quin etiam ſi velit in profundiſſimam uſque abyſſum præcipitem agere, me tamen ipſi ſubjiciam oportet. Quum iſta aderunt, adhuc tamen multæ malæ cogitationes nobis in mentem venient: tum, ſi loquamur, ſemper erit neſcio quid, nec unquam ſermones noſtros ita frenabimus, quin ſemper carnis noſtræ & ſenſus naturalis aliquid admixtum ſit & implicatum. Diſcamus igitur nos condemnare, quamvis patientes fuerimus: quumque Jobus hoc in loco tam graviter ab Eliu reprehendatur, cognoſcamus, nos longe magis reos inventum iri, & quidem, quum Deo noſtro obſequi, honoremque debitum illi reddere non fuerimus conati. En quod nobis hoc in loco notandum eſt. Interim vero, ſi Jobus hic condemnatur, quod blaſphemarit adverſus Deum, quid futurum eſt, quum ita abripiemur, ut nulla in nobis, ſicuti ſæpius accidit, ſit patientia? Tunc quomodo poterimus ferre hanc condemnationem, quod cum Deo diſceptaverimus & contenderimus, quaſi is vanos & inanes prætextus quæreret ad exercendam ſuam ſeveritatem in nos? Atqui certum eſt, omnes eos, qui libere & ingenue non confitentur aut agnoſcunt, Deum juſtum eſſe in ſuis afflictionibus, quique hoc certum, fixum & conſtitutum non habent, illos perinde facere, acſi dicerent, Deum tyrannum eſſe: non pronunciabunt hoc vocabulum, quod horrori & execrationi ipſis etiam fuerit, tendunt tamen eo: nullum eſt hic medium: quando Deo gloriam ob ſuam juſtitiam non tribuimus, agnoſcentes, quæcunque agat, ratione, æquitate & juſtitia fundata eſſe, id perinde eſt, atque ſi ipſi exprobremus, eum tyrannidem adverſus nos exercere. Verum eſt, blaſphemias non ſemper eaſdem & æquales fore, nec ſemper adfuturum conſenſum. Job non eo uſque venerat, ut diceret, Nulla eſt ratio & cauſa, cur Deus me ſic affligat; ſed quoniam habuit ſuos æſtus, qui ipſum abripuerunt, ut ſuperius vidimus, en quomodo eum hoc loco à Spiritu Dei condemnari oportet. Notemus igitur, condemnationem noſtram longe majorem futuram, quum omnino quieti non erimus in noſtris afflictionibus, ſed accidet nobis, ut obmurmuremus, etiamſi os ſileat, quum intus angemur & irritabimur animo, atque adeo mulo, qui frenum ſuum arrodit, ſimiles erimus. Quum itaque adverſus Deum ſic fuerimus exacerbati & irritati, perinde fuerit, atque ſi ipſi objiceremus, eum inanes & frivolerit, quem Jobus temere & per incogitantiam protulerat; quid futurum eſt, quum obſtinati fuerimus, & obduruerimus, nec incogitantes duntaxat verbum aliquod, ſed multo ante præmeditati protulerimus; pertinaces etiam in iis, de quibus nos Deus admonet, erimus, ſi admonitiones, quas nobis proponit, admittere nolumus, ſed ſenſum noſtrum & imaginationes naturales ſemper ſequimur? an non, quæſo, ejuſmodi rebellio ſufficiet, ad nos centies gravius condemnandos, quam Jobum ea incogitantia condemnavit? Atque hoc notatu valde dignum eſt. Neque enim, quum de Dei potentia cogitamus, illi debemus potentiam tyrannicam attribuere, ut dicamus, Deus de nobis, quicquid volet, ſtatuet; nos ſumus ejus creaturæ, animadvertit, in nobis nihil eſſe præter fragilitatem, interim non deſinit nos ſine cauſa cruciare. Quum ſic loquimur, non modo modum excedimus, ſed blaſphemias horrendas pronunciamus. Quapropter juſtitiam Dei cum ejus virtute & potentia conjungamus. Verum eſt, potentiam Dei mihi eſſe formidabilem: me illa perturbat: ſed tamen nihilominus juſtus eſt, Deus meus juſte omnia agit. En igitur, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Quum attoniti erimus, cruciatus adeo horrendos, ut nihil ſupra, ſentiemus: non tamen propterea nobis dicendum eſt, Deum modum excedere nos affligendo, aut velle oſtendere, quantum poſſit: ab ejuſmodi ſermonibus nobis caveamus. Quale enim id, quæſo, futurum eſſet? Quin etiam in ſummis & graviſſimis, quæ pati poſſimus, malis, cognoſcamus, Deum nos tolerare, & ita vim ſuam erga nos moderari & temperare, ut ab ea ſtatim non conſumamur. Interim hoc cognoſcamus, quamvis afflictiones duræ ſint, & adeo graves, ut ſub ipſis fatiſcamus, Deum nihilominus juſtum eſſe. En quod adhuc ex hoc loco retinendum eſt. Quod ſi Deus greſſus noſtros obſervat, ſciamus, non ſine cauſa id ab eo fieri. Veniamus autem nunc ad argumentum, quo Eliu utitur ad Jobum reprehendendum: *Non abſolveris in eo*, inquit. Cur? *Deus enim major te eſt.* Videtur hæc ratio ſatis frigida eſſe ad convincendum Jobum, & de præſenti cauſa decidendum. Primum, quis neſciat, Deum majorem eſſe hominibus? Quis tam inſanus eſt, ut magnitudinem ejus non confiteatur & agnoſcat? Videas vertiginoſos quoſdam, qui inſolenter Deum deſpiciunt; ſed tamen ſemper in ſe convicti ſunt, Deum ipſis majorem eſſe. Nihil igitur novi dicit Eliu, & quamvis etiam ſermo ille non ita tritus & vulgaris ſit, quid tamen illud eſt, Deus eſt major nobis, ſequitur igitur, nos nihil profecturos cauſa noſtra tuenda? Potius videtur Eliu reſumere id, quod Jobus dixerat, nempe, Deus exercet ejuſmodi ſeveritatem adverſum me; ſed quia poteſt, magnus eſt, non poſſum illi reſiſtere: eſt Creator meus, ego vero ſum miſerum vaſculum ex argilla, nihil eſt

in me

Digitized by Google

juſtitiam, & ſapientiam infinitam, omnia denique in ipſo infinita eſſe. Quid vero nos ſumus cum ipſo comparati? En loci ſenſum naturalem. Nunc videmus, argumentum bonum eſſe ad ſilentium omnibus hominibus imponendum, eoſque ad humilitatem adducendum, ne amplius adverſus Deum litigent & contendant. Cur vero? Quid enim cauſæ eſt, quod in afflictionibus noſtris obmurmuramus, non poſſumus pati, ut Deus nos ex ſua voluntate tractet; modum excedere nobis videatur; curioſe nimis inquirimus, cur ejuſmodi ſeveritate utatur adverſum nos? Quæ cauſa eſt illorum omnium? Quod de Dei magnitudine non cogitamus. Certum enim eſt, hominem, ſi cogitaret, quis & quantus ſit Deus, eum ſtatim apud ſe constrictum iri: nec amplius ſibi obmurmurandi, aut Deo ullo modo reſiſtendi licentiam ſumturum. Notemus igitur, omnes noſtros nimios & immodicos affectus, omnes obmurmurationes noſtras, atque adeo omnia ejus generis ex eo promanare, quod non cognoſcimus, quid ſit Deus, eumque, quantum in nobis eſt, ſua Majeſtate ſpoliamus. En ſane rem deteſtandam, ad quam nemo non cohorreſcit, ſed tamen non cogitantes, teſte experientia, eo ſæpe devenimus. Statim enim atque res nobis ex animi noſtri ſententia ſuccedunt, nonne ſtatim ita efferveſcimus ad diſceptandum adverſus Deum? En, cuperemus, omnia bene ſe habere. Pono zelum noſtrum bonum eſſe: ſed tamen vellemus Deum eo adigere, ut omnia ex animi noſtri ſententia ordinaret & conſtitueret: quod ſi res contra aut ſecus eveniant, ſtatim irritamur & excandeſcimus. Cur vero hoc accidit? Quia libenter cuperemus, ut Deus nobis privatim cum ipſo agendi poteſtatem daret, videtur nobis, nos poſſe illi oſtendere, rem aliter ſe habere debere: quod ſi ad eam uſque cogitationem non venimus, voluntas tamen ejus non poteſt nobis ſatisfacere. In ſumma nobis huc veniendum eſt: Omnia reguntur providentia Dei: atqui videtur nobis, omnia ſecus atque aliter quam fiant fieri & evenire debere. Hoc igitur eſt in jus deſcendere adverſus Deum, & cum eo litigare: quod perinde eſt, atque ſi ipſum, quantum in nobis eſt, ſua gloria & magnitudine ſpoliaremus, illique ſuum jus eriperemus. Non abs re igitur Eliu hoc principio adverſus Jobum utitur, *Deus major eſt te*: quomodo vero ſic adverſus ipſum litigare inſtituis? Eo autem primum admonemur, Quotieſcunque nimis graviter ferimus afflictiones noſtras, reſque aliter ſe habere volumus, nec poſſumus pati, ut Deus nos regat pro arbitrio, id perinde eſt, atque ſi ipſum parem & æqualem noſtrum vellemus reddere, ipſumque adeo jure ſuo ſpoliatum nollemus amplius imperium & dominationem in nos habere. Scopus noſter non is eſt: ejus tamen criminis rei ſumus. Sic eo magis nos colligentes gemere debemus, quum videamus ... acquieſcamus: & quamvis nos huc & illuc agat, iſtud tamen fixum & ratum teneamus, Eum nihil nobis mittere, quod non ſit æquum, En igitur, quomodo hæc magnitudo Dei debeat agnoſci, ut nimirum, quicquid ipſi videbitur, non ſolum de nobis, ſed etiam de omnibus ſuis creaturis conſtituendi poteſtatem & auctoritatem habeat. Nunc ſcimus, quid ſit Deum Omnipotentem, & quidem ſerio ſine ulla ſimulatione agnoſcere. Sed tamen nunquam homines ſe obſequio Dei ſubjicient, nunquam gloriam, quam meretur, ipſi tribuent, niſi quid ſint ipſi, quidque Deus ſit, cognoſcant. Quum itaque hanc comparationem inſtituerimus, nos nihil prorſus eſſe, Deumque omnia, quæ poſſumus cogitare, ſuperare, & habere in ſe gloriam infinitam, quum, inquam, id conſideraverimus, non amplius vana illa confidentia nos efferemus, nec amplius feroces & refractarios equos imitabimur: ſed Deo magnitudinem infinitam attribuere, interim vero cognoſcere, nos nihil eſſe, diſcemus. Ut vero id melius exprimat Eliu, ſubjicit, *Deum non reſpondere omnibus ſermonibus.* Hæc verba magnam vim & ſenſum habent: vult enim Eliu oſtendere, nos modo omnia comprehendere non poſſe, quoniam ea revelare Deo non ſit viſum. En in ſumma, quod voluit dicere. Obſervandum autem eſt, Deum, ſe nobis ex parte patefacientem, non nolle nos id, quod nobis aptum & utile eſt, docere: ſed tamen captum noſtrum cognoſcere: Deus igitur voluntatem ſuam nobis ſecundum captum noſtrum patefacit: interim ſibi reſervat id, quod non caperemus, quia captum noſtrum ſuperat. Quum hoc præceptum memoriæ mandaverimus, multum in unum diem profecerimus. Ecce Deum, qui munus & partes nos docendi ſuſcepit: non oportet igitur nos ad audiendum tardos & remiſſos eſſe: quum nobis hanc gratiam largiatur, ut velit eſſe noſter doctor, hoc illi minimum præſtare poſſumus, ut ſimus diſcipuli, noſque ad ea, quæ ab ipſo dicentur, attentos præbeamus. Sed interim notemus, ipſum ita doctoris erga nos vices obire, ut omnia, de quibus dubitare & inquirere poſſemus, velit nobis patefacere. Quid igitur? Quod ædificationi inſervire, quodque nobis utile eſſe cognoſcit. Nobis igitur tria obſervanda ſunt. Unum eſt, nos ad recipiendum doctrinam, quam Deus nos docet, aures arrectas habere, nec inſtar belluarum eſſe debere, quum libet illi nos hoc honore dignari, ut nos doceat, ſed huc nobis omne ſtudium noſtrum conferendum & applicandum, ut ſub illo proficiamus. En primum obſervandum: non imitandi ſunt nobis miſeri Papiſtæ, qui nihil volunt ſcire. Periculoſum eſt, inquiunt, arcana Dei ſciſcitari. Verum eſt, cum humilitate & reverentia accedendum eſſe: ſed interim, an ſurdas & obturatas aures nos habere oportet, quum Deus nos alloquetur? Sic igitur diſcamus

Dei habeant; & portionem ejus aliquam, non autem ex toto ipſam cognoſcant: ſi enim veſana hac cupiditate teneamur, ut dicamus, Volo omnia ſcire & nihil ignorare, ecce ſapientiam inſanam, præſtaret nos prorſus ignorantes eſſe. Sic notemus, fideles eo quod ipſis revelatum eſt contentos eſſe debere, eamque longe majorem & præſtantiorem ſapientiam eſſe, quam ſi nullo cum delectu & promiſcue de omnibus ſciſcitari velint. En quod ad ſecundum attinet, Deum nos ſic habere, non quod in ſua voluntate declaranda parcus ſit, ſed, quid nobis expediat, cognoſcat. Sic notemus, Deum docere nos ad ædificationem noſtram. Quid igitur eſt menſura fidei? Quid eſt doctrina Scripturæ ſacræ? Eſt certa regula, quam Deus ad ſalutem nobis utilem eſſe cognoſcit: non erit quod conquerantur homines, quum id, quod Scriptura ſacra continetur, cognoverint, quodque quotidie nobis in concionibus proponetur. Quum id homines cognoverint, non eſt quod conquerantur, quaſi non ſatis intellexerint: quicquid enim aptum & utile nobis fuit, illud nobis Deus patefecit. Quum igitur videmus, Deum juſſiſſe, ut ſuum verbum nobis annunciaretur, nec quidquam eorum, quæ nobis ad ſalutem apta & utilia erant, abſcondere voluiſſe, eo majores illi gratias agere tenemur, quod tam familiariter ſe nobis patefecerit: habemus quod ſufficiat nobis, non autem cur curioſi ſimus: ſicuti multos videas, qui ultra modum volunt ſciſcitari: hocque Papiſtæ vitio laborant, ut modo dicant, Non inquirendum eſt de arcanis Dei: eoque prætextu Scripturam ſacram rejecerunt: modo eos ſtulta illa curioſitas tenuit, ut de iis, quæ ad ipſos non pertinent, ſciſcitarentur: in ſtulta enim illa deliria inciderunt, ut quærerent, Quid illud eſt? quomodo id fit? Denique nulla re contenti fuerunt, totam Scripturam ſacram non habuerunt niſi pro alphabeticis elementis. Neque enim puduit ipſos

tenti ſimus: novit enim, quid ingenium noſtrum ferat & capiat: illud etiam, quod nobis declaravit, non nimis obſcurum eſt, modo ipſum eo honore afficiamus, ut illud cum omni humilitate recipiamus, nec adeo inſani & arrogantes ſimus, ut ea, quæ nobis abſcondita eſſe voluit, velimus intelligere, nec ipſum juſtum confiteri & agnoſcere, niſi cauſam nobis oſtendat, recuſemus. Quomodo à quibuſdam id dici videas, Nihil illorum credo, quia id captum meum ſuperat. Turpis bubo, ſic audes adverſus Deum blaſphemare, quia is omnium eorum, quæ agit, tibi non reddit rationem? nec dignaris ea recipere & approbare, quæ tibi adhuc ſunt abſcondita, & propter ingenii ſtuporem & tarditatem non potes comprehendere? Ne igitur ejuſmodi ſuperbia, quæ nos ad cornua adverſus Deum erigenda incitet, inflemur, ſed eo, quod nobis patefacit, contenti ſimus, patienter magnum illum diem, quo ea, quæ modo cognoſcimus ex parte, quæ guſtamus duntaxat, & tanquam in ſpeculo intuemur, nobis facie ad faciem, & cum omni perfectione revelentur, exſpectemus.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut eorum ſenſum melius, quam adhuc habuerimus, indat; idque non ſolum, ut illa oobis condonari petamus, ſed ut ipſum ſupplices oremus, ut Spiritu ſuo nos renovet, eo ut omnibus carnalibus affectibus purgemur, quumque nihil ſit in nobis præter meram vanitatem, nec non à recta via aberrare poſſimus, ſi ſequamur ſenſum noſtrum naturalem, corrigat nos & manu deducat ad finem uſque vitæ, eo ut nos ad ſe in quietem illam æternam, quam nobis in cœlo paravit, poſtquam nos per hanc peregrinationem terrenam transmiſerit, attrahat. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed omnibus etiam populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA VIGESIMA QUARTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIII.

14. Deus ſemel & bis loquetur, nec tamen audietur.

15. In ſomniis, in viſione nocturna, quando ſomnus invadit homines, ipſique quieſcunt in lecto:

16. Tunc aurem aperit hominibus, & cogitationem ſuam in ipſis obſignat:

17. Ut hominem à ſuo opere avocet, & abſcondat ſuperbiam hominum.

Hic

Digitized by Google

ſtræ: non quod Deus ignorantia noſtra delectetur, ſed id quod nobis utile eſt cognoſcit: nos vero ea menſura, quam nobis impertitur, contentos eſſe oportet, exſpectantes, dum dies revelationis adveniat, quo quidem id, quod nobis modo abſconditum eſt, cognoſcemus. Quapropter modo proficiamus, prout ejus rei facultatem dat nobis Dominus, donec facie ad faciem id, quod modo nobis obſcurum eſt, contemplemur. En igitur in ſumma id, quod in hoc loco nobis retinendum eſt, nempe hic non agi de verbo Dei, quod audimus quotidie, & quod vult nobis proponi: ſed de arcanis ejus, quæ ipſe ſibi reſervat, nec vult adhuc hominibus patefacere, quia illi non poſſunt ipſa capere. Superius dixerat, Deum non reſponſurum eſſe de omnibus ſermonibus: hoc eſt, non debere homines, qui nihil ſunt, tantum ſibi arrogare, ut exiſtiment, Deum ipſis ſuorum operum rationem reddere, ipſos vero ſcire debere, cur hoc vel illo modo operetur. Nunc ſubjicit, ***Deum loquuturum ſemel & bis, nec tamen intellectum iri:*** hoc eſt, multas eſſe Dei ſententias, quas ipſe reipſa profert, quarum tamen ratio nobis incognita eſt, quin etiam, quamvis Deus tanquam ore ſuo loquatur, interdum non auditur, quod attinet nimirum ad ea, quæ homines nondum capiunt, & quæ ipſis ad ultimum uſque diem ſepulta ſunt. Verum eſt, hunc locum varie exponi. Quidam intelligunt, Deum ſemel loquuturum, hoc eſt, verbum prolaturum, & illic hærendum & acquieſcendum eſſe: unum atque alterum ſeſe oppoſituros, ſed ipſum illos intueri non dignaturum eſſe. Atque ita non eſſe, quod homines ſperent, ſe poſſe conſilium Dei revocare, & irritum reddere; integrum enim ipſum maneat oportet. Id verum eſt: ſed quod ad ſermonem Eliu attinet, jam dixi, id, quod proxima Concione vidimus, nobis eſſe perſequendum, Deum minime rationem omnium ſuorum ſermonum redditurum. Atque ita libertatem ipſi attribuit, quicquid velit, dicendi & loquendi, & quidem ita, ut homines non habeant, quod illic carpant aut reprehendant. Quidam ſunt, qui hoc ad id, quod Eliu ſubjicit, referant, ***Deum nimirum homines alloqui viſionibus nocturnis, quando ſomnus eos perturbat, loqui etiam caſtigationibus.*** Videtur ipſis, duas has eſſe loquendi rationes, quibus Deus erga nos utitur: quod nimirum ſe aliquando inſpirationibus patefacit, aliquando etiam nos manu ſua tangit. Sed iſte ſenſus coactus eſt, tum non ſatis convenit. Cæterum non multum laborandum aut hærendum eſt in quærendis variis expoſitionibus, quum ſenſus naturalis nobis ſit manifeſtus. Sequamur igitur id, quod jam à nobis declaratum eſt, Deum nimirum ſemel & bis loquuturum eſſe, nec tamen intellectum iri. Nunc ſcimus, quid ſibi velit Eliu: ſupereſt, ut id ad noſtram inſtructionem applicemus. Quomodo vero? Ut primum tenuitatem noſtram

quanto vero intervallo ipſe cœlos ſuperat, non ignoramus. Quum igitur ſic ſe res habeat, arcana ejus judicia adoremus, ſcientes, ipſum ea auctoritate & poteſtate præditum eſſe, ut invitis omnibus & repugnantibus, effari & pronunciare, quæcunque velit, poſſit: quin etiam, quum ſemel & bis loquutus fuerit, voluntatemque ſuam patefecerit, nihil homines de illa cognituros, nimis enim rudes & craſſos ipſos eſſe, ut uno verbo id, quod Deus in ſuo conſilio habet, complectantur: ſed quotidie ipſos eandem rem viſuros, & tamen in ea novos & hoſpites futuros: uno atque adeo decem annis exactis, ipſos adhuc caligaturos: & quamvis ſæpius eandem rem viderint, rationem tamen & cauſam ipſis occultam & abſconditam fore. Hoc ſatis nobis experientia confirmatum eſt, niſi ea ſuperbia nobis innata eſſet, ut non niſi inviti rationi ſubjiciamur, & ſemper ſapere velimus, & quidem quantumvis ſe noſtra ignorantia prodat. Non tamen fruſtra hoc loco admonemur, Deum ſua judicia tanquam occulta & ſepulta habiturum. Videmus quotidie illa impleri, & tamen nihil aliud poſſumus dicere, quam ipſa admirabilia eſſe, illicque nos penitus ſubſiſtere debere, donec ea Dominus nobis perfectius revelarit: quod nunquam fiet, donec hac carne mortali ſpoliemur. En igitur, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Juxta id autem, quod jam attigi, notemus, hic verba fieri duntaxat de judiciis, quæ Deus nobis vult abſcondere, quoniam non expedit, ut hodie ipſorum plenam & perfectam cognitionem habeamus. Dicitur in Pſalmo 62. Deum ſemel loqui, Davidem vero *Pſal. 62.*
profiteri, ſe ipſum bis auditurum, nempe in Deo eſſe *verſ. 12.*
potentiam & miſericordiam. Illic non tractatur, ut hic, de judiciis Dei mirabilibus: de iis potius, quæ in verbo diſcimus, quæ quotidie nobis proponuntur & revocantur in memoriam: Deus enim vult, ut potentiam ſuam ſentiamus, eo ut timeamus ipſum & ſecundum ejus voluntatem ambulemus: propterea nobis ſuam miſericordiam communicat, ut per ipſam conſolatione & lætitia afficiamur. Quid quotidie in verbo Dei diſcimus, niſi ipſum Dominum eſſe, cui nos ſubditos eſſe oporteat, noſque minime arbitrio noſtro vivere, ſed potius Deum in nos imperium habere, ejus Legem freni loco, ut per ipſam erudiamur, nobis eſſe debere? En primum, ut Deum colamus, & ſciamus, quid probet & à nobis requirat. Secundum eſt, ut ipſum Patrem & Servatorem noſtrum eſſe cognoſcamus, quo penitus in ipſum fiduciam noſtram collocemus. Quomodo vero cognoſcemus ipſum? Quum in mera ejus miſericordia fundabimur & innitemur, cognoſcentes, in nobis nihil eſſe præter peccatum & perditionem, cumque nos ex morte mera ſua bonitate in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti extraxiſſe, agnoſcentes.

delium, ut nimirum totos ſe ad diligenter ea quæ ipſis Deus in verbo ſuo proponit audienda applicent, eo omne ſuum ſtudium conferant, certi, Deum effecturum, ut ea, quæ dicit & pollicetur ad ſalutem, ab ipſis cognoſcantur. En unum notandum. Sed interim caveamus, ne nimis inquiramus, aut, pluſquam Deus velit, ſapientes eſſe appetamus. Quomodo vero id fiet? Ut nimirum in ejus ſchola diſcamus, tum ut, ſi ſibi arcana judicia reſervet, id, quod nobis incognitum eſſe vult, donec nos ex hoc mundo ad ſe evocarit, ignoremus. Verbi gratia: Dicitur nobis, Deum regere omnia ſua providentia: & in eam ſententiam modo loquitur Eliu. En igitur Deum, qui de omnibus ſuis creaturis conſtituit, omnia ſub manu ſua habet, ut nihil in hoc mundo temere & fortuito accidat, ſed ſecundum ejus voluntatem omnia fiant. En igitur doctrinam, quæ nobis in Scriptura ſacra proponitur, & ſine ulla repugnantia recipienda eſt. Jam, ſi inquiramus, Quomodo? Cur? & velimus, ut ſtatim atque aliquid Deus aget, rationem nobis reddat, cur ſic agat: & cum eo diſceptemus, ut ipſi reſponſemus, terminos nobis præſcriptos tranſilimus: ut videmus iſtos bufones, veneno turgentes, qui blaſphemias ſuas adverſus providentiam Dei evomunt. Si, inquiunt, Deus omnia conſtituit, ergo auctor eſt peccati, malum igitur debet ipſi imputari. En rem deteſtandam: ſtandum enim fuit in ea
Mar. 13. *verſ.* 30. *Rom.* 6. *verſ.* 11. *Epheſ.* 1. *verſ.* 4.
menſura, quam Scriptura ſacra nobis dat & præſcribit: & quoniam non percipimus cauſas omnium eorum, quæ Deus agit, quæque propterea mira & abſurda nobis videntur, intra illos terminos debemus nos continere. Sicut etiam quum dicitur in Scriptura ſacra, Deum ante mundi creationem eos, quos ipſi viſum ſit, elegiſſe, alios reprobatos eſſe: æquum ſane eſt, ut id cum omni reverentia recipiamus, & ſalutem noſtram gratuitæ bonitati Dei, quum nos ex maſſa illa perdita & damnata elegerit, acceptam feramus. Jam vero, ſi ſuper hoc doctrinæ capite nimis altis & ſublimibus ſpeculationibus indulgeamus, confundemur, & merito quidem. Cur vero? Tunc enim plus, quam Deus nobis permittat, cupimus ſcire: id vero eſt tanquam adverſus ipſum pugnare. Numquid vero ejuſmodi rabiem impunitam remanſuram exiſtimamus? En igitur, quomodo hic locus nobis obſervandus eſt, quum dicitur, *Deum ſemel & bis loquuturum, nec tamen auditum iri*: hoc eſt, non intellectum iri, quia nimis debile & infirmum ſit ingenium humanum. Nunc vero veniamus ad id, quod ſubjicit Eliu: *Quando ſomnus opprimit homines, tum quieſcunt ipſi & dormiunt in lecto: Deus loquitur & aperit aures, & quidem*, inquit, *ut ipſos ab opere ſuo avducet & domet, aut abſcondat ſuperbiam, quæ eſt in hominibus, hoc eſt, ut deprimat ipſam & ſepeliat: aut ad obſignandam*, inquit, *diſciplinam ſuam*, ſuam inſtructionem, *hominis caſtigando*. Si animadvertat ipſos

tur: quod quoties [illegible] rantes revocat. Videmus enim, homines cognitionem illam ſepelire, & hoc unum agere, ut Deum oblivioni tradant: Deus autem nos intus excutit. Quando igitur ſtimulis quibuſdam & cogitationibus ſollicitamur: ſciamus, Deum nos ad ſe revocare, quia ſumus proclives ad ipſum oblivioni tradendum, & obruteſcendum. In primis noctu, quum in nosipſos quaſi ſeceſſimus, & collecti ſunt animi noſtri, non vagamur huc aut illuc, ſi tunc ſubeant animum noſtrum cogitationes, quæ eo uſque graves ſint, ut ſudorem & tremorem nobis injiciant, aut ſi angimur & premimur, perinde ac ſi in quæſtione eſſemus: Deus eſt, qui illic operatur & nos citat ad tribunal ſuum, quia videt nos eſſe tanquam fugitivos, & inſtar adoleſcentis, qui ex domo patris profugit, ut peregre vagetur & diſcurrat. Deus igitur, animadvertens nos errare & vagari, ad ſe nocturnis viſionibus nos retrahit. Verum eſt, illas non ſimiles eſſe iis, quæ Eliu, Jobo, Eliphazo & aliis oblatæ fuerunt. Cur? Quia adminiculum & adjumentum, quo illi carebant, habemus, nempe Verbum, quod prædicatur & auditur à nobis. En Deum, qui ſe nobis patefacit, quoniam præſto adſunt nobis Prophetæ & Euangelium: quia aures noſtras perpetuo circumſtrepit doctrina, quam vult nobis annunciari: quare, non opus eſt, ut doceamur eo modo, quo illi, qui Euangelio & prædicatione Verbi caruerunt, edocti ſunt: nihilominus tamen videmus interdum Deum eam rationem ſequi ad nos docendos. In ſumma hic nobis obſervandum eſt, ſi Deus non mittit nobis viſiones ſimiles illis, quæ Patribus olim oblatæ ſunt, ne id male nos habeat, & ad expoſtulandum de Deo inducat: intoleranda eſſet ea ingrati animi culpa, quum ſe nobis Deus alia ratione longe commodiori & aptiori patefecerit. Sunt curioſi, qui petunt, Cur de cœlo non apparet, ſicut fecit antiquitus? Cur id, quod per Moſen dixit, ſe *Num.* 12.
cum Prophetis viſionibus & inſomniis loquuturum, *verſ.* 6.
non adhuc hodie implet? Quoniam hodie voluntatis ipſius plenam revelationem habemus. Nonne ſupervacaneum & ſuperfluum eſſet, Deum nobis apparere, ſicuti olim apparuit, quum alia via & ratione ſe ita nobis patefecerit, ut, ſi Verbum ejus, quod in manibus habemus, non contemſerimus, per ipſum ſufficienter & perfecte doceri poſſimus? Diſcamus igitur contenti eſſe hac ratione, quam Deus ad nos docendos inſtituit. Cæterum notemus, Deum olim de cœlo per viſiones Patribus antiquis apparuiſſe, quia illi nondum habebant Legem ſcriptam: Prophetis vero apparuiſſe, quia id, quod adhuc erat obſcurum, amplius & uberius explicari opus erat. Nunc quum veritas Dei nobis ſit ſatis clara & perſpicua, antiquis viſionibus ad fidei noſtræ confirmationem utamur oportet, ſcientes, ipſas ab eo fonte promanaſſe: interim vero in ea ſimplicitate, in

qua

Digitized by Google

uius eſt, & conatus eſt nos ad ſe, modo lenitate, modo aſperitate verborum, pertrahere, ſimiles tamen nobis ſemper ſumus, & tanquam obſtinati in noſtra duritie manemus. Manum igitur ſuam validam attollat, in nos impetum faciat, & tanquam incudem malleo tundat & feriat oportet, animadvertens, nos ita duros eſſe, & verbum ſuum non penetrare in aures noſtras. En quod Eliu voluit ſignificare. Verum eſt, ipſum ſuperius dixiſſe, *Deum aperire aurem hominum*, quia nimirum ſcimus, Deum in nobis vi arcana agere, quando has inſpirationes, de quibus verba modo facta ſunt, nobis immittit: ſed hoc modo ſubjicit, quia libenter ita obſtupeſceremus, ut voluptatibus duntaxat indulgeremus. Videmus, quomodo homines, quantum in ipſis eſt, præſentiam Dei fugiant, nec aliud petant, quam ſe in omnes vanitates effundere. Deus igitur aperit aures noſtras, quando ſic intus nos pungit & afficit, ut cogamur nobis atendere. Latro etiam, qui in malo ſuo obduruit & obſtinatus eſt, qui juſtitiæ memoriam omnem abolitam cuperet, nihilominus intus conſcientiæ ſtimulos & aculeos ſentit. Unde vero hoc manat? Quod Deus illi aures aperuerit. Sed notemus, Deum in nobis geminam aurium apertionem efficere: interdum aures aperit nobis, ut cogamur ſentire, ipſum eſſe qui loquatur: ſed tamen interim obſtinati ſumus, doctrinam & correctiones, quibus erga nos utitur, repellimus, nec caſtigationem ullam ad nos corrigendos admittimus. Eſt altera auris apertio melior: quum Deus flectit & emollit animos noſtros, ita ut ſponte, quæ proponit, accipiamus, noſque attentos, eo ut penitus doctrinæ ipſius ſubjiciamur, præbeamus. Quando hic dicitur, *Deum aperire aures*, non inde ſequitur, omnes promiſcue dociles ſe præbere, omneſque ad ipſi obediendum diſpoſitos eſſe. Minime: ſed hic agitur tam de reprobis, quam de filiis Dei: reprobis enim quodammodo auris aperitur, quin inviti ſentire coguntur, Deum ipſos alloqui: ſed quia eam cogitationem repellunt, & pedibus proculcant, ſemper tanquam ſurdi remanent. Interim boni inde capiunt utilitatem, agnoſcunt, non eſſe Deo reluctandum. Quomodo autem Eliu ſubjicit, *Deum obſignare ſuam inſtructionem*? Loquitur de iis, qui ita adverſus ſtimulum duri ſunt, & ita refractarii, ut eos verbo ſuo domare Deus nullo modo poſſit. Qui itaque ſic omnem doctrinam repudiant, Deum alio modo loquentem audiant oportet: hoc eſt, percutiantur, illoſque Deus magnis ictibus erudiat, & oſtendat, ſe in ipſos imperium & dominatum obtinere. Interim notemus diligenter hanc loquendi rationem, qua Eliu utitur: nempe, *Deum obſignare inſtructionem ſuam caſtigationibus.* Eo enim oſtendit, caſtigationes prodeſſe ad inſtructionem ipſam authenticam reddendam, ipſique pondus & auctoritatem conciliandam, quando ea ab hominibus gant: ſed eos ſtimulos & aculeos, quos dixi, immittit: nemo eſt enim, qui non ferat teſtimonium in conſcientia ſua, ut docet D. Paulus in 2. cap. epiſtolæ ad *Rom. 2.*
Rom. quod etiam natura ſatis experimur. Sic igitur *verſ. 15.*
Deus voluntatem ſuam hominibus patefacit, quantum opus eſt, eo ut ipſi ſint inexcuſabiles: interim, quia videt, homines nolle pati, ut ab ipſo doceantur, aures obturare, aut doctrinam ejus pro inani & frivola habere, admonitiones ſibi propoſitas irridere: quoniam igitur homines ſic ſeipſos obliviſcuntur, Deus in ipſis doctrinam ſuam obſignet, & authenticam reddat oportet, ita ut, quum homines affliguntur, cognoſcant, Ecce Deum, qui mihi vim & potentiam ſuam demonſtrat: & quoniam ipſum non adoravi, ejuſque Majeſtati eam quam debui reverentiam non exhibui, nunc vi ipſum agnoſcam, & eo melius ad inſtructiones mihi ab ipſo datas attendam oportet. Quid enim in cauſa eſt, quod ita affligor, & malum me non cogitantem invaſit? Quia mihi perſuadebam, me poſſe manum Dei evadere. Nunc vero me conſtrictum tenet. En igitur, quomodo doctrina ejus pondus ſuum & auctoritatem apud me obtinet, hoc eſt, mihi talis reddita eſt, ut invitus ad eam attendere, illamque melius, quam adhuc honoravi, honorare cogar. Sic diſcamus, quoties Deus nos affligit, nobiſque caſtigationes aliquas immittit: ſciamus, inquam, eſſe ſigilla; quæ imprimit & apponit ad[illegible]onibus, quas propoſuerat. Si inſtrumentum [illegible]d contractus non fuerit obſignatum, ejus fides in [illegible]bium vocatur, non eſt ratum & authenticum, quum in jus profertur. Sed ſi ſigillum appoſitum fuerit, jam inſtrumenti illius fides pro rata & authentica habetur. Obſervemus itaque, Deum nos affligendo ſic agere & operari: doctrinam enim obſignat. Nam etiamſi Euangelium non prædicaretur inter nos, nec Legem etiam aut quidquam aliud præter conſcientiæ teſtimonium, ſicut habent Ethnici & Turcæ, haberemus: jam ſatis tamen de voluntate Dei edocti eſſemus, & ſatis ea nobis nota eſſet, niſi ipſam malignitate noſtra extingueremus. Quum vero tam familiariter nos in Lege ſua & Prophetis alloquatur, in primis vero per os Jeſu Chriſti loquutus ſit: ſi animadvertatur, nos tam duros & refractarios eſſe, ut nihil velimus intelligere, numquid mirandum eſt, ſi Deus nos magnis ictibus percutiat, noſque ad ſe adeundum ſollicitet? Ne igitur nimis nos perturbent afflictiones: quomodo videas quoſdam excandeſcere, quum Deus ipſos longe gravius, quam ſi verbi Dei nullam unquam notitiam habuiſſent, affligit. Atqui oportet, eam notitiam, quæ nobis communicata eſt, eo carius nobis vendi, quum Deus tam aperte loquutus ſit, & ſacroſancto ſuo ore nos ad ſe adeundum ſollicitarit, interim eo magis recedamus, nec gradum unum promovere dignemur: quin etiam, quum recalcitramus, nonne nos

duplo

Digitized by Google

ſuperbiam occultare. In hoc exprimit, Deum, doctrinam ſuam afflictionibus obſignantem, non hoc duntaxat ſpectare, ut verbum ſuum magnificet, quo majeſtatem ſuam obtineat, ſed in eo etiam ſimul ſalutem hominum procurare. Finis igitur, quem Deus ſibi proponit nos affligens, debet eſſe inſtar ſaccari, ad acerbitatem & amaritudinem illam, quæ alioqui ſe in afflictionibus exhibet, dulcedine temperandam. En afflictiones Dei, quæ latu graves admodum & moleſtæ nobis ſunt. Et quidem, quia abhorremus ab eo, quod deſiderio & cupiditati noſtræ adverſatur. Huc accedit, quod formidanda ſit nobis ira Dei: quoties autem Deus nos punit, tanquam ſigno aliquo ſe nobis iratum eſſe teſtatur, atque ita fieri nequit, quin expaveſcamus, terreamur, & angamur. Sed Deus id omne lenit & mitigat, quum finem, ad quem tendit, proponit nobis, ſe nimirum velle nos ſibi ſubjicere, nec aliud à nobis petere, niſi ut ſe ſequamur ad ei obediendum. En igitur, quod Eliu ſubjicit, inquiens, *Deum velle hominem à ſuo opere avocare.* Quando autem hic operis mentio fit, non eſt id in genere intelligendum de omnibus iis, quæ homines agunt & aggrediuntur, ſed de iis, quæ temeritate & arrogantia ſuſcipiunt. Scimus enim, Deum nos ad operandum creaſſe, nolle nos otioſos & inertes eſſe: ſed velle unumquemque ſe ad id, quod poſſit, applicare, & videre, qua in re Deo & proximis uſui eſſe poſſit, ut pro facultate ſibi conceſſa in id incumbat, & operam ſuam collocet. Deus igitur non vult ab operibus noſtris nos avocare, quando nos affligit, hoc eſt, nos penitus inertes & inutiles reddere. Verum eſt, quum morbis dejicimur, brachia & crura quaſi fracta habemus, nobis alios miniſtrare & circa nos occupatos eſſe debere, ita ut prorſus inutiles ſimus: Deus tamen propterea non avocat nos ab omni opere: patientia enim opus eſt, quod Deus ante omnia magni facit. In ſumma igitur, Deus non vult nos ab omni opere avocare, quum nos affligit: ſed hic agitur de ſtultis hominum conatibus. Si enim Deus nos miſſos penitus faciat, & nobis laxet habenas, quam ſumus ad hoc vel illud machinandum audaces? Nihil nobis arduum aut difficile eſt, vel ipſum cœlum terræ miſcere libenter velimus. Hoc mihi agendum eſt, illuc eundum. Videmus hodie Principes mundi tanta ſuſcipere & aggredi, ut, ſi res ad manum habeant, velint neſcio quot novos mundos creare: ſed ſuperbia, quæ ſic ſe in magnis exerit & prodit, in minimis quoque eſt: ſunt ſcorpiones, qui caudas agitant, ad venenum vibrandum. Nullus noſtrûm eſt tam vilis & abjectus, qui non temere multa ſuſcipiat. Opus eſt igitur, ut nos ſic Deus ad ſe revocet, hoc eſt, afflictionibus, quas nobis immittit, nos à levibus & temerariis auſis & cœptis retrahat. Magnam igitur nos conſolandi, ut dixi, occaſionem, quum Deus nos affligit, habemus. ſeque adeo omnia poſſe putant: non agnoſcunt, ſe ea conditione natos & conditos eſſe, ut Deo obſequantur. Donec itaque ſuperbia in nobis contundatur, certum eſt, nos nimis audaces ad temere ruendum fore. Quando igitur Deus vult nos ab inceptis noſtris revocare, morbo ſuperbiæ, qui in nobis nimis dominatur, medeatur oportet. Diſerte vero de *occultanda ſuperbia* hic mentio fit: non quod ipſam ſepelire, eo ut ſe non exerat, ſufficiat: ſed hic utitur Eliu ea ſimilitudine, qua ſæpius erga homines uti nobis contingit, ad illis pudorem incutiendum, quaſi diceretur, Abi, proripe te occultatum, ſpurce homo. Quum alicui jactanti & oſtentanti ſe quiſpiam ea probra objicit, ut is non auſit in publicum prodire, & domi ſe quaſi ſepeliat: en quomodo ejus ſuperbia retunditur. Sic autem erga nos agit Deus. Nam licet ſapientes agere & ſimulare velimus, ſtultitia tamen noſtra detegit ſe: Deus quoque non permittit, ut ſuperbia noſtra ita celetur, ut non prodat ſe. Quando vero ea ſe prodit & cognoſcitur, quid Deus tunc agit? Affligit nos, ad nos deprimendos: ſed ita id agit, ut nos confuſos reddi neceſſe ſit, hoc eſt, nobis quaſi colaphos impingit, & ejuſmodi probris nos afficit, ut turpitudinem noſtram animadvertamus, & cogamur nos præ pudore tanquam turpes & ſpurcos, qui ſe nimis & præter modum efferre voluerunt, abſcondere. En quod Eliu ſignificavit. Non quod tamen Deus hominum ſuperbiam tegat, ſed oſtendit, ſe ipſum ita dejicere & pedibus conculcare, ut homines, pro eo quod nimis audaces erant, & ſe mira præſtare poſſe exiſtimabant, confuſi fiant. Sic igitur notemus, Deum gratiam ſingularem largiri nobis, quando nos alloquitur, quum tanquam miſeræ belluæ futuri ſimus, ſi ab eo non doceamur. Præterea, quum nobis mittit ſtimulos & aculeos illos, qui nos ad vivum pungunt; quumque, ſi id non proſit, poſtea ejus manu affligimur: agnoſcamus, id fieri, eo quod nimis duri & obſtinati ſimus, noſque ferarum inſtar domari oporteat. Interim tamen ſciamus, omnia illa eſſe tanquam ſigilla Dei, quibus admonitiones nobis verbo ſuo propoſitas obſignat & confirmat. Quapropter ipſa magnificemus & patienter recipiamus, quum eo pacto ſalutem noſtram procuret. Atque ita nihil aliud in tota noſtra vita petamus, quam nos veros erga ipſum filios exhibere, noſque penitus ejus obſequio & cultui mancipare.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes illum, ut det nobis ipſa melius, quam adhuc ſenſerimus, ſentire. Quoniam vero nos elegit, & adſcivit in familiam ſuam, nihil aliud quæramus, quam ab ipſo in omni timore & ſimplicitate regi. Quumque inter nos verbi ſui lumen accenderit, eo ad extremum uſque regamur, tum animos noſtros in ea, qua par eſt, puritate con-

Digitized by Google

videntur.
22. Et appropinquat anima ejus foſſæ, & vita ejus perſequentibus ad mortem.
23. Si tum illi adfuerit Nuncius unus de mille, ad indicandum homini rectitudinem
ſuam:
24. Deuſque illius miſereatur, & dicat, Libera eum, ne deſcendat in foſſam, inveni
propitiationem.
25. Tenerior efficietur caro ejus carne pueritiæ, revertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.

VIdimus heri, quomodo oporteat Deum nos à ſtultis inceptis revocare, quoniam natura ita ſumus arrogantes, ut nihil nolimus agere. Si Deus admoneret nos duntaxat, ut modeſti ſimus nec ingeramus nos, id non ſufficeret: eſt enim inſana quædam in hominibus audacia, quæ non niſi vi magna, perinde ac ſi quis feram vinciat & conſtringat, contineri poteſt. Deum itaque ſic agere oportet, ſicuti nobis in hoc textu demonſtratur, hominem nunquam à cœptis ſuis revocatum iri, donec eum Deus magnis ictibus domet & contundat. Quænam vero ejus rei cauſa eſt? Superbia, ſicut dictum eſt. Donec itaque ſuperbia, inſita à natura hominibus, contundatur, ſemper illi exultabunt, hinc & illinc volitabunt, inſtar ferarum denique præcipites abripientur. Notemus igitur, præcipuum, quod nobis in afflictionibus noſtris faciendum ſit, hoc eſſe, ut diſcamus nos deprimere, nec amplius tam ſtulti & temerarii eſſe, ut plus, quam Deus nobis permittit, aggrediamur: ſed ſub ejus ductu ambulemus, os ejus interrogantes, ut in iis quæ jubet, nihil viribus & virtutibus noſtris attribuentes, acquieſcamus. En igitur præceptum nobis mane & veſperi, quum Deus nos affligit, meditandum. Eliu autem magis exprimit id, quod jam attigimus: Deum hoc pacto ſalutem noſtram procurare, quum nos humiliat. Quomodo vero? Quoniam ea eſt perditio hominum, quum ſic inflantur, & plus, quam ipſis licitum eſt, ſe promovent. Nullum igitur aliud remedium eſt ad nos è foſſa retrahendos, & impediendum quominus caſu letali præcipites cadamus, quam ut Deus nos afflictionibus retineat. En quod in cauſa eſt, *cur in ſepulcrum non cadamus*, quum nimirum Deus nos affligit. Interim autem Eliu oſtendit, quam dura & aſpera ſit hæc medicina, quum ait, ipſam progredi *ad conſumtionem uſque carnis noſtræ: ita ut vix hominis formam & ſpeciem retineamus, ſed potius mortuis è terra extractis ſimiles ſimus: extrinſecus oſſa confracta ſonum edant*, non poſſimus amplius reſpirare, *ſimus denique in cruciatibus continuis*, & Deus nos ita ad vivum perſequatur, ut afflictionis oneri ſuccumbamus. Oſtendit igitur, Deum non poſſe ſtatim ab hominibus id, quod velit, obtinere, ut ſe nimirum miſeros eſſe, & plenos infirmitatis, eò ut caput demittant, agnoſcant: ſed oportere illos diuturnis & continuis cruciatibus convinci, alias nunquam adductum iri, ut ſe Deo ſubjiciant. En igitur duo notanda. Quod ad primum attinet, diſcamus ferre patienter afflictiones, quum illæ nobis medicinæ loco ſint. Numquid parvum eſt, nos è ſepulcro extrahi? Non hic duntaxat agitur de morte corporea, quæ præterit, ſed per ſimilitudinem damnatio æterna, hic fovea nominatur. Lapſui itaque proximi ſumus, non ut nobis brachia aut crura, collum denique duntaxat confringamus, ſed ut in æternum pereamus, è libro vitæ deleamur, & è regno cœlorum exſcindamur. En quo nos noſtra arrogantia deducat: quamdiu enim ſic in aëre volitamus, nos virtutem aliquam habere ſperamus, & ſuper illud fundamentum imaginatione ædificamus: tantiſperdum, inquam, ſic inani & ſtulta illa noſtri opinione occupamur, ruinæ & exitio præcipiti ſemper propinqui ſumus. Deus autem noſtri miſertus, mittit remedia, quæ novit nobis eſſe apta: nos affligit, virgis ejus cædimur. Si obmurmuramus, nec poſſumus eſſe patientes, Deo nos ſic caſtigante; nonne ea nimia eſt ingratitudo, quod pati non poſſumus, ut Deus exitio noſtro medeatur, noſque ab eo liberet? Notemus igitur, S. Spiritum voluiſſe Dei caſtigationes jucundas & amabiles nobis reddere, ut eas nobis immiſſas patienter feramus. En unum notandum. Verum eſt, id ſenſui noſtro carnali durum valde & abſurdum viſum iri. An non enim ſaluti noſtræ Deus melius poſſit proſpicere, quam nos ſic affligendo? Numquid ad mortem nos deduci oportet, ut ad vitam vocemur? En rationem agendi incredibilem homini, quum eam ex ſenſu & ratione ſua carnali æſtimabit: meram hoc ſtultitiam eſſe putabit, ſi Deus, nobis condonando delicta, nos occidat. Quid enim ſunt afflictiones? Signa iræ ipſius: ſicuti ſcimus, omnes morbos nuncios eſſe mortis: ſcimus, omnes dolores & triſtitias, quas concipimus, poſſe nos in abyſſum uſque præcipites detrudere. Dominus autem noſter nos ad dolores, morbos & cruciatus adducit, nos quaſi in quæſtione habet, ut plura ferre non poſſimus, ita denique langueamus, ut vita noſtra ſepulcro appropinquet, ut hic dicitur: neque enim hic agitur de parvis illis afflictionibus, quibus aſſueti ſumus, & oſtenditur, Deum nos ad ſummum miſeriarum omnium gradum, ut nulla amplius in nobis ſpes ſuperſit, adducere. Quomodo vero id fit? Numquid
oportet

Digitized by Google

tionem apprehendamus, eaque nobis ad triſtitias omnes noſtras leniendas ſufficiat: ne, etiamſi periiſſe videamur, animum tamen deſpondeamus: beneficio & vi hujus doctrinæ ulterius pergamus, diſcamus nos erigere, etiamſi ad imam uſque abyſſum projecti fuerimus. En igitur, quod nobis retinendum eſt. Quando vero poſtea Eliu tam longam caſtigationum Dei deſcriptionem inſtituit, id eo ſpectat, ut oſtendat nobis, quantopere ſit ejus ira formidanda. Atque hæc nobis valde utilis eſt admonitio: quis enim noſtrûm eſt, qui iræ Dei magnitudinem reputet, ut dici-
Pſal. 90. tur in Scriptura ſacra? dicitur in Pſal. 90. in can-
verſ. 11. tico Moſis, Quis novit magnitudinem iræ tuæ? Ac
Deut 4. ſane, quamvis ira Dei ſit ignis, qui nos conſumere po-
verſ. 24. teſt, de ea tamen non cogitamus, ſed ulterius ſemper
Hebr. 10. pergimus. In concionibus nobis illa proponitur, de
verſ. 21. ipſa inſignes locos legimus, ſed ea non afficimur, nul-
& 12:29. lus attendit. Quoniam igitur non æſtimamus judicia Dei, illaque nobis ludus & jocus eſſe videntur: diligenter hic nobis à Spiritu Sancto propoſitas admonitiones debemus obſervare: ut in hoc loco dicitur, *Deum oſſa exedere*, & quidem ea violentia uti, ut nulla vis ſit in hominibus, quæ non penitus conſumatur, caro ipſorum comedatur, evaneſcat, nihil præter mortis imaginem illis ſe offerat, adſint continui cruciatus; homo denique ſit quaſi exanimis. Non ſine cauſa hæc omnia nobis proponuntur, ſed ut excitemur, & melius attendamus: quin Deus in ira ſua judicia adverſus nos expromit, ut ſenſum peccatorum noſtrorum nobis immittat, illos cruciatus longe magis horrendos eſſe, quam poſſint exprimi: ſicuti videmus etiam, Scripturam ſacram tot ſimilitudinibus
Eſa. 38. uti. Cur Deum aſſimilat leoni, qui frangit & conterit
verſ. 13. dentibus, unguibus diſcerpit? Illa eo non dicuntur, ut Deo crudelitas, quæ ipſi non convenit, attribuatur, ſed ut humiliemur, quia ſumus ſtupidi, nec ſcimus, quid ſit timere Deum; ut ad ſupplicia, quæ in eos, qui adverſus ipſum inſurrexerunt, immittit, cohorreſcamus. Ne igitur amplius eo ſtupore præoccupemur, Scriptura ſacra nobis Deum proponit, tanquam leonem, qui cum dentibus & unguibus ſe offert: ut oſtendat nobis, quum ipſe ſe adverſarium hominibus vult præſtare, nullum eſſe terrorem cum hoc comparandum. En igitur, ad quem uſum nobis applicandum ſit quod hic dicitur, & quomodo ejuſmodi admonitiones nobis prodeſſe poſſint, antequam iræ Dei effectum experiamur: ſi etiam aliquando in cruciatibus verſamur, & Deus in nos impetum facit, ad praxin nobis revocandum eſt id, quod hic dicitur, illudque ſciendum, nos nequaquam omnium, qui ita tractentur, primos eſſe. Quin etiam ecce locum valde dignum notatu, quum dicitur, Deum *conſumere omnem carnem*, Deum conterere & frangere, Deum deglutire, Deum occidere hominem. Cur? ut ipſum vivificet. Quamvis igitur ira Dei nobis ſit formi-

ptos, recrearet, exſpectarunt, exemplum nos componere. Notemus quoque longum temporis ſpatium, quo Deus producit afflictiones noſtras: neque enim dicit, Deum ad momentum temporis duntaxat aliquem afflicturum, ita ut perditus videatur, poſtea erigatur. Non. Sed potius Deum, quum manum ſuam impoſuerit iis, quos vult affligere, illam magis ac magis aggravare: ita ut, ſi hodie miſera aliqua creatura valde cruciatur, cras duplo, tum deinceps ſemper augeatur & creſcat cruciatus: ita ut nec modus nec finis ullus eſſe videatur: idque tam diu durat, ut quiſquam per centum mortes tranſire videatur, priuſquam ipſum Deus ſublevare velit. Tantum igitur abeſt, ut afflictionibus noſtris, ſtatim atque illas ſenſerimus, liberemur, ut eas augeri magis ac magis oporteat. ea enim voluntas Dei eſt, uſque quo cum multis mortibus conflictati fuerimus. Verum autem eſt, hoc nobis valde durum videri: ſed notemus, rudi aſino rudi aſinario opus eſſe, ut eſt in proverbio, &, quoniam durum lignum ſumus, nobis opus eſt duris cuneis, magniſque mallei ictibus tundendi ſumus. Verum eſt, nos nequaquam exiſtimare, nos eſſe adverſus Deum rebelles, ſed ſi, quod res eſt, ſine adulatione reputaverimus, non leve quid aut vulgare eſſe, quod tantam malitiam in nobis aluerimus, comperiemus. Quidam frenum ſuum adverſus Deum arrodunt, ita ut, quamvis afflictiones creſcant, nihilominus frendeant dentibus, & ferarum inſtar obfirment ſe: alii ſignum quidem aliquod humilitatis præ ſe ferent. Sed quid? Leviculi ſunt, ut ſtatim effluat illud ipſis è memoria. Quamdiu ſe conſtrictum aliquis videbit, verum eſt, ipſum dicturum, Offendi Deum meum, immutem me oportet: nec ſolum per hypocriſin ſimulabit coram hominibus, ſe velle ſe corrigere, ſed ipſemet ſeipſum immutatum, ſeque omni mala voluntate carere exiſtimabit. Sed quid? Si Deus illum ſequenti die liberaret, deterior, quam fuit, aut æque malus eſſet. En quomodo nos habeamus. Ne mirum itaque nobis videatur, ſi Deus ſic ictus ingeminet, quum videat, nos ſub *ſua* manu non ita ſtatim domari poſſe, ſed eam ferociam & ſuperbiam nobis inſitam & innatam eſſe, ut nos longo tempore corrigi & emendari oporteat: opus itaque eſt, ut nos aſperius tractet: quemadmodum, quum obfirmatus eſt & radices egit morbus aliquis: verum eſt, ægrotum exiſtimaturum, ſe, ubi ſumſerit potiunculam aliquam, pilulas; aut ad mittendum ſanguinem vena ipſi aperta fuerit, ipſo defunctum iri: ſibi denique viſum iri penitus convaluiſſe: ſed morbus nondum radicitus avulſus eſt & exſtirpatus. medicinas igitur valde rudes & amaras ſumat, diæta utatur, ſub manu denique & ductu medici menſem unum atque alterum, aut etiam annum integrum ſit oportebit. En quomodo neceſſe eſt, Deum nos
diverſis

Digitized by Google

ipſam non inventurus eſſe, ſi Deus nobis ſit inimicus, hoc eſt, ſi ejus iram apprehendamus. quum enim Scriptura dicit, Deum inimicum, & iratum nobis eſſe, non intelligit, eum vere talem eſſe; ſed talem ſe exhibere, quia opus ſit nos perterrefieri, eo ut in peccatis noſtris nobis diſpliceamus. Notemus igitur, quum aliquis ſic cruciabitur, eum in perpetuo bello verſari, & ſi aliquid allevationis ſperet, illum eam non inventurum. Cur? Manus Dei nimis longa eſt, non poſſumus ex ea evadere, donec cum ipſo reconciliati fuerimus. En quod ex hoc loco intelligi debet. Quod ſi vero Deus aliquid allevamenti nobis dederit, & relaxet aliquantulum de ſua ſeveritate, cognoſcamus, ipſum eo pacto infirmitatem noſtram tolerare. Quinetiam hinc ſingularem & eximiam conſolationem debemus capere: quamvis enim Deus nos aſpere examinet, & ſimus in ipſa ſepulcri ora: admiſcet tamen & dat aliquem ſuæ bonitatis guſtum, facitque ut reſpiremus. Hic dicitur, eum hanc gratiam non conceſſiſſe omnibus, ſed quoſdam ita perſequutum eſſe, ut quietem nullam invenerint. Quid vero hoc ſibi vult? Non loquitur ſolum de reprobis, ſed de iis, quos Deus elegerat, & quorum ea ratione ſalutem procuravit & promovit. Cognoſcamus igitur, Deum infirmitatis noſtræ rationem habere, quum non permittit, nos nimis duriter & aſpere affligi, ſed leves duntaxat aliquot ictus infligit, eo quod animadvertit, nos nimis debiles eſſe. Cæterum quando dicit, *Hominem reſpuere cibum, nec guſtum aliquem invenire in cibo, alioqui deſiderabili*, & cupere ex hoc mundo exire & migrare, id oſtendit, nos, quum afficimur ſenſu iræ Dei, ipſamque ad vivum apprehendimus, nulla in re, quæcunque tandem illa ſit, guſtum invenire poſſe. Quid igitur grata & jucunda nobis reddit beneficia, quæ in hoc mundo manu Dei recipimus? Gratia ejus. Verum quidem eſt, profanos omnes, & omnes contemtores Dei, eos, qui peccatis toti ſunt compacti & conſuti, in illis penitus obbrutuerunt, qui dedoluerunt, ſatis guſtus in ſuis deliciis, & quidem belluinis inventuros; neque enim iram Dei unquam apprehendent, ſed qui Deum ipſis contrarium & adverſarium ſentiunt, neceſſe eſt, quicquid natura ſua deſiderabile eſt, faſtidiant, & aſpernentur. Cur? Quia vita illis grata & jucunda eſſe non poſſit. Quamvis hæc vita multis ærumnis ſit plena, & ſit miſeriarum quaſi pelagus: eam tamen pretioſam debemus ducere, quoniam in ipſa Deus nos collocavit & conſervat, ut illum in ipſa Creatorem & Patrem noſtrum agnoſcamus; ut ſane in eum finem creati ſumus, & conſervamur in hac vita caduca, ut cognoſcamus, Deum in ipſa nos fovere, & bonitatem ejus paternam ſentiamus, quum placet ipſi nos regere, noſtrique curam gerere. Nobis igitur eo nomine vita noſtra pretioſa eſſe debet: ſed quum Deus noſit: ecce cadavera, Deus tamen vult [illegible] nutricius eſſe. En igitur, quomodo ita bibendum & comedendum ſit nobis, ut ſemper de bonitate Dei noſtri cogitemus. Cæterum, quum in omnibus faſtidiemus, & angore animi ita conſtringemur, ut vita noſtra nobis ſit exoſa & inviſa, cognoſcamus, unde id promanet. Quod nimirum Deus faciem ſuam occultavit, nec amplius favorem ejus paternum, qui omnibus ipſius beneficiis guſtum dat, ſentimus. Quando igitur gemimus, & anxietate animi premimur, precemur Deum, ut det nobis bonitatem ſuam tunc nobis incognitam ſentire. Poſtquam autem ipſam ſenſerimus, id non ſolum ad reſpirandum & quietem aliquam inveniendam nobis proſit, ſed ita nos inſtauret, ut vigorem novum colligamus, & ſimus tanquam in flore ætatis, ut hic deinceps dicetur, pro eo quod prius penitus eramus proſtrati. En igitur, quod nobis retinendum eſt. In ſumma dicitur, futurum, ut caro hominis evaneſcat, nec amplius dicatur ipſum vivere. Quod ſi oporteat, nos quaſi in nihilum redigi, & ſpecie humana à Deo privari, demus operam, ut armemur patientia, nec cum Deo diſceptemus & contendamus, quamvis ad malorum illud ſummum & faſtigium perveniamus. Cur? Quia dicitur, Deum ſic tractare electos ſuos. Neque enim hic agitur de iis, quos Deus vult perdere & exterminare; ſed de iis, quos Deus ad ſalutem conſtituit, quos ſub manu & ductu ſuo habet, quoſque regit: illos tamen deformes reddit, ita ut plane perditi illi exiſtimentur. Quum ita ſe res habeat, precemur ipſum, ut, ſi mortuis ſimiles ſimus, vitam tamen noſtram in ſua manu abſconditam habeat. Eo valde opus eſt nobis. Etſi enim omnes non ita aſpere affligantur, ut hic dicitur ab Eliu, Deuſque ea ſeveritate, ubi viſum eſt ipſi, utatur: in genere tamen oportet vitam noſtram ſpeciem quandam & figuram mortis eſſe, ut loquitur D. Paulus in tertio ad Coloſſenſes: & quomodo videmus, arbores in hyeme floribus & foliis atque adeo vigore omni carere: vitam vero intus incluſam continere, ſic oportet vitam noſtram abſconditam eſſe in manu Dei. *Coloſ. 3. verſ. 3.* Quumque eo honore ipſum affecerimus, ut illam ipſi committamus, faciet, ut tandem illum ejus bonum & fidelem cuſtodem fuiſſe ſentiamus. Quapropter ſi viſum ſit ipſi nos ad exiguum tempus confuſos reddere, ut nullum gratiæ ipſius ſignum animadvertamus, videamurque ab ipſo penitus remoti eſſe, exſpectemus adhuc & gemamus, donec vigorem illum, cujus hic fit mentio, nobis reſtituerit. Poſtquam autem Eliu ſic diſſeruit de afflictionibus, quas Deus immittit fidelibus, & oſtendit, oportere eos tanquam funditus everti, antequam Deus illos inſtauret: ſubjicit, Deum, quum vult efficere, ut ſentiant ipſius bonitatem & gratiam, uti verbo ſuo erga ipſos. En igitur medium, quo Deus eos,

Digitized by Google

ita ut triſtitiæ oculis noſtris caliginem inducant: & quamvis promiſſiones Dei nobis proponantur, eas tamen ad uſum noſtrum applicare non poſſumus, ſemper enim aliquod impedimentum interjectum eſſe, nec ad nos illas pertinere nobis videtur. En igitur, quomodo nos habemus, idque unuſquiſque in ſeipſo experientia propria ſentit. Ac ſane Satan ſe illic immiſcet & implicat. Verum eſt, nos nequaquam negaturos promiſſiones Dei, ſed tanquam ſuſpenſos fore. Audio tam præclaram promiſſionem, quæ infinitos homines debeat excitare. Sed quid? ſemper langueo, quia non video, quomodo illa debeat mihi accommodari. Eo melius igitur nobis notandum eſt, quod hic dicitur, Si Deus nobis mittat hominem, qui nos de ipſius bonitate certiores reddat, id perinde eſſe, atque ſi manum nobis porrigeret, & nobis diceret, Ecce me: huc uſque vos vexavi: ſi tamen ſeveritate uſus ſum, id non feci tanquam judex, qui voluerit maleficia veſtra, prout meriti eſtis, punire, ſed medici officio functus ſum. Verum eſt, vos id ſtatim non animadvertiſſe: me uſtionibus & cauteriis uti, oſſa pertentare, & violenta remedia adhibere oportuit: ſalutem tamen veſtram procuravi: in eo igitur bonitatem meam agnoſcite. En igitur, quomodo, quotieſcunque Deus nobis in manum librum Scripturæ ſacræ ponet, & inveniemus illic aliquam miſericordiæ ejus promiſſionem, mittetque nobis virum aliquem, qui teſtetur, ipſum velle nobis condonare peccata: ſic apud nos ſtatuere debemus, Quicquid ſit, Deus meus mei miſerebitur: id ſatis reipſa oſtendit, quum hoc teſtimonium ad me mittit: in primis vero, quum boc dono fruimur, ut Euangelium nobis annuncietur. Scimus enim, quis ſit prædicationis uſus, ut ſoluti in terra, ſolvamur in cœlo. Hic eſt præcipuus finis, propter quem Deus vult verbum ſuum nobis annunciari: nempe ut, quum ſimus omnes captivi, & ſub damnatione æterna detineamur, omnes, qui nobis Verbi Dei miniſtri conſtituti ſunt, nos ſolvant, & peccata nobis remittant, hoc eſt, ſint ejus gratiæ teſtes, ut de ea certos & perſuaſos nos reddant. Scimus, proprium hoc Dei eſſe, ut peccata condonet. id ad homines non pertinet: ſed Dominus noſter Jeſus voluit exprimere vim & efficaciam, quæ eſt in ea prædicatione, inquiens, illic peccata noſtra, & quidem ab hominibus mortalibus, nobis remitti. *2 Cor. 5. verſ. 18.* Ideo diſerte divus Paulus dicit, legationem reconciliationis nobis commiſſam eſſe. Quando igitur ſumus in Eccleſia aliqua Chriſtiana, in qua Euangelium pure annunciatur: ſciamus, Deum claves Regni cœlorum iis commiſiſſe, quorum miniſterio utitur ad verbum ferendum. Cur vero? Ut janua ſalutis nobis aperiatur. Sciamus, Deum ipſis dediſſe auctoritatem frangendi noſtra vincula: ſicuti prædi- *Eſa. 61. verſ. 1.* ctum fuerat per Prophetam Eſaïam, Jeſum Chriſtum enim mundus eam rectitudinem quærit, ſperat, ſe Deo merita offerre poſſe, & imaginatur, ſe, quamvis peccarit, illi ſatisfactionem aliquam exhibere poſſe. En uſum communem aut potius abuſum quo homines decipiuntur. Quum enim angore aliquo cruciantur, & vindictam Dei ſentiunt, ſic ſecum cogitant, Quomodo? An non recte vixi? Nonne Deum ut debui colui? Quod ſi peccatum aliquod commiſi, nonne aliquid boni præſtiti, quod ipſum compenſare poſſit. Hoc & illud feci. En quomodo homines ſemper obicem aliquem opponunt Deo, ne is jure ipſis potior ſit & prævaleat. Quærunt igitur rectitudinem ſuam in ſuis meritis. At Deus plane contrario ſtylo utitur, quum vult nobis dare rectitudinem, per quam coram ipſo ſubſiſtamus: quod nimirum, abſcondens peccata noſtra nos juſtos agnoſcit, & tales habet. Qua igitur re innitetur rectitudo noſtra? Miſericordia gratuita Dei noſtri, quoniam delet peccata noſtra, & non imputat nobis offenſas noſtras, poſtquam ſanguine Filii ſui maculas noſtras abſterſit, poſtquam denique nos mortis damnatione per ſolutionem illam, quam Dominus Jeſus Chriſtus in cruce exhibuit, liberavit. En rectitudinem, quæ illic nobis à nunciis Dei annunciatur, quando videlicet juſtificamur. Non ſine cauſa autem Scriptura ſacra ſemper utitur hoc vocabulo Juſtificandi. Poſſet quidem dici, nos gratiam invenire, quando Deus nobis ignoſcit (ut etiam ſæpius dicitur;) ſed Spiritus Sanctus contentus eſt uti illis vocabulis. Cur? Quia tantiſper, dum ſumus peccatores, Deus nos oderit oportet, ſcimus ipſum eſſe fontem juſtitiæ: nec ullam inter ipſum & iniquitatem convenientiam eſſe. Nos igitur Deo deteſtabiles ſumus, noſque tantiſper, dum ſumus peccatores, rejici oportet: denique nullum ad Deum, donec juſti & recti ſimus, aditum habemus. Nunc vero quomodo tales ſumus? Quia peccatorum noſtrorum rationem habere non vult, quia ipſa abſcondit, illiſque nos purgar. En igitur peccata noſtra deleta per mortem & paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ita ut juſti reputemur, Deus non inveniat amplius in nobis iniquitatem, quando nos ſic in nomine Filii ſui gratos & acceptos habet. Hæc eſt rectitudo, cujus mentio ſit hoc in loco. Cæterum quum diſerte dicitur, nuncium hunc, qui ſic nos delectat, *eſſe unum de millibus*, id eo ſpectat, ut magis æſtimemus bonum hoc, quod parvi ducimus, nempe reconciliationis noſtræ inſtrumentum. Declaratur igitur, hoc non eſſe quidpiam vulgare. Non ſemper hoc contingit, ut aliquem habeamus, nobis à Deo miſſum ut teſtis ſit noſtræ ſalutis, quique noſtræ cum ipſo reconciliationis ſit interpres & internuncius: ideoque non eſt illud beneficium pedibus proculcandum. Ideo etiam dicit Propheta Eſaïas, *Eſa. 52.* Quam deſiderabiles ſunt pedes eorum, qui nobis *verſ. 7.*

pacem

Digitized by Google

ſane, en regiones, quas magni facimus, & quæ etiam ſecundum mundum ſunt nobis longe pluris faciendæ, quæ tamen nuncio ſalutis deſtituuntur. Circumeat aliquis univerſum mundum, olim celeberrimas & nobiliſſimas nationes quærat, ut puta Græciam, quæ totius mundi ſcientias incluſas habuiſſe videtur, Italiam, Galliam, quæ nunc alicujus nominis eſt, Hiſpaniam denique peragret, quid aliud illic reperiat, præter deſolationem? Neque enim ſolum ii, qui ſalutis nuncii deberent eſſe, muti ſunt: ſed, quod gravius eſt, moloſſorum & immanium canum latratus blaſphemantium adverſus Deum auditur; illic mi-

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, precantes ipſum, quo peccatorum ſenſum ejuſmodi nobis indat, ut magis ac magis in omnibus noſtris cupiditatibus mortificemur: à mundi hujus corruptionibus & à nobisipſis avocemur, ut ad eum aſpiremus. Quoniam vero nos multis neceſſitatibus & miſeriis addixit, placeat ipſi nobis manum ſuperne porrigere, ut nos iis liberet, quum ſemel nos ex abyſſis mortis extraxerit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA VIGESIMA SEXTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIII.

23. Si tum illi adfuerit Nuncius unus de mille, ad indicandum homini rectitudinem ſuam:

24. Deuſque illius miſereatur, & dicat, Libera eum, ne deſcendat in foſſam, inveni propitiationem.

25. Tenerior efficietur caro ejus carne pueritiæ, revertetur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.

26. Deum orabit, & placabit ipſum, & videbit faciem ejus in jubilo, reddetque homini juſtitiam ſuam.

Vidimus heri, Deum, quum nos affligit, ſalutem noſtram, quamvis non videatur, procurare. Verum eſt, improbos quoque affligi: ſed afflictionibus illi indurantur, fremunt & indignantur adverſus Deum: tantumque abeſt, ut afflictiones illis proſint, ut eo magis iniquitatem ipſorum detegant, & ad ſummum uſque adducant. Sed quum Deus ſuos electos viſitat, ſic domat & mortificat ipſos, ut coram Majeſtate ipſius tremant, & ſint confuſi, ſint denique quaſi mortui, ita ut nulla amplius, quod ad ipſos & mundum attinet, ſpes vitæ inſit: hocque unum illis ſupereſt, ut ipſorum Deus miſereatur. Eliu autem exponit rationem, qua Deus reddit utiles ſuas caſtigationes fidelibus, quando conſolatur ipſos ſua bonitate, & declarat, ſe paratum eſſe ipſis ſua peccata condonare: quamvis enim afflictiones nobis utiles ſint, & medicinæ vice nobis ſint, ut heri tractatum fuit, id nihilominus nonniſi ipſo exitu apparet. Exitus autem hic nobis oſtenditur, quod nimirum Deus nobis manum porrigit, confirmans, ſe, quicquid ſit, velle eſſe nobis propitium, quamvis nos aſpere tractarit. Diligenter igitur notemus, vitam animarum noſtrarum conſiſtere in verbo Dei, quando ipſi libet ſuæ miſericordiæ & bonitatis erga nos teſtimonium exhibere. Ut vero bonum illud ut par eſt æſtimemus, dicitur, illum, qui nobis eſt remiſſionis peccatorum teſtis, *eſſe tanquam unum è millibus*, qui non fortuito invenitur, ſed theſaurus eſt, quem Deus illis, quibus ipſi viſum eſt, reſervat. Interim declaravimus, Deum, pollicentem hominibus ſe illis peccata condonare, hoc munus demandare Miniſtris Verbi Divini, ut eos è morte extrahant: ut diſerte dicitur, Claves regni cœlorum *Mat. 16.*
datas eſſe illis, qui prædicant Euangelium. Cur? ad *verſ. 19.*
condonanda peccata: non in ipſorum auctoritate, *Joan. 20.*
ſed ut miſeri peccatores eo certiores ſint de ſalute *verſ. 23.*
ſua, nec ullo modo dubitent, quin Deus ipſos in gratiam recipiat: quum jam in nomine ipſius illis pronuncietur, ipſos coram ejus tribunali abſolutos. En cur diſerte dicitur, *Deum miſerturum hominis*, quum bonum & fidum doctorem mittet illis, & hoc munus iis, quos conſtituit, demandabit, ut redimant & liberent miſeram creaturam, quæ in exitium ruebat. Sed ut hoc melius intelligatur, ſunt hic tria obſervanda. Unum eſt, Eliu nobis oſtendere cauſam & fundamentum remiſſionis peccatorum noſtrorum, quod nimirum Deus miſericors ſit, &, infinita ſua bonitate, nos perire nolit. En unum. Secundum eſt, munus

Digitized by Google

poſſe, aut ex parte cauſas eſſe remiſſionis peccato-
rum noſtrorum, ſed reſpiciamus id, quod hic dicitur,
nempe, Quum Deus noſtri miſerebitur, ipſum nos
in gratiam ſimul recepturum. Atque ità vult nos
Eliu admonere, Deum non ſemper ſenſibilem red-
Jer. 18. dere nobis eam bonitatem: quin etiam, quamvis nos
verſ. 17. diligat, & iis, quæ nobis utilia eſſe cognovit, velit
Job. 13. proſpicere, non ſemper tamen id percipiemus, ſed
verſ. 24. occultum erit nobis aliquando: ut, quum Deus nos
Pſal. 13. affligit, dicitur, ipſum nobis tergum obvertere, aut
verſ. 2. non dignari nos intueri, aut faciem ejus obſcuram
& 44. eſſe, noſque illum intueri non poſſe. Notemus igi-
v. 24,25. tur, fideles interdum exanimari, & Deum quærere,
Eſa. 64. nec illum poſſe invenire: non quod ille ipſos obli-
verſ. 7. vioni tradiderit, aut rejecerit, ſed quoniam nolit
tunc ſenſum ſui amoris illis exhibere. En cur Eliu
diſerte dicit, Deum erga nos miſericordem eſſe,
quum per verbum ſuum mittit nobis remiſſionis pec-
catorum teſtimonium, non quod non antea fuerit,
ſed quoniam tunc certum ejus rei experimentum ha-
bemus, & bonitatis ipſius, quæ ad tempus nobis fuit
incognita, poſſeſſionem ingredimur. Secundum au-
Joan. 20. tem eſt, munus eorum, qui Euangelium annunciant,
verſ. 23. eſſe, ut condonent peccata. Atque hoc eſt notatu
valde dignum: abſque eo enim perditi & deſperati
ſumus, nulla alia ratio eſt ad nobis ſpem ſalutis com-
municandam, niſi ut peccata noſtra nobis coram
Deo condonentur, & ſimus abſoluti: nam, ut di-
ctum eſt, hæc etiam eſt rectitudo per quam illi grati
& accepti ſumus. Quamdiu peccata noſtra nobis im-
putantur, Deus nos oderit oportet. Quid vero aliud
eſt ira Dei in nos, niſi omnis maledictionis abyſſus?
Cæterum quando cum ipſo reconciliamur, janua pa-
radiſi nobis aperitur, nos agnoſcit pro filiis ſuis, hæ-
reditas cœleſtis nobis omnino parata eſt. Quomodo
vero id conſequimur? Quum nimirum bonos & fi-
deles doctores, qui nobis Euangelium annunciant,
habemus. huc enim Deus ſpectat, ut ſe nobiſcum re-
2 *Cor.* 5. conciliet, ut D. Paulus declarat, quando exprimit,
verſ. 18. quodnam ſit munus Euangelii, nempe ut ſit legatio
reconciliationis Dei cum hominibus: eo quod Jeſus
Chriſtus, qui peccatum non noverat, qui erat agnus
labis & maculæ expers, maledictioni peccatorum
noſtrorum ſe ſubjecerit, ut in illo Dei juſtitia compe-
riamur: hoc eſt, quod demerſi in ipſius ſanguinem
& in illud ſacrificium, quod pro nobis obtulit, juſti
habemur, eo quod ſacrificium illud vim omnia no-
ſtra peccata delendi habuit. En quod nobis hic ob-
ſervandum eſt. Quotieſcunque igitur Scripturam
ſacram legimus, aut in concionem venimus, quan-
do promiſſio aliqua Dei nobis ob oculos ponitur, ſic
cogitemus, Ecce Deum, qui nobis teſtatur amo-
rem ſuum, ut morte, in quam demerſi eramus, li-
beremur. Quamvis vero hominem mortalem dun-

mittere & condonare peccata, ut jam ex D. Joanne
attulimus; ligare & ſolvere, ut ex D. Matthæo citavi-
mus? In ſumma videmus, quæ ſit Euangelii virtus,
quum fide promiſſiones illo contentas recipimus: id
perinde eſt, atque ſi Deus nobis è cœlo manum por-
rigeret, eo ut nos ex mortis abyſſo extrahat. Interim
pro tertio notemus, id non alia de cauſa fieri, niſi quia
Deus ſic conſtituit. Quod eo dicitur, ut Euangelii
prædicatio à Papæ blaſphemiis diſtinguatur. Papa
enim dicit, ſe, & ſuorum aſſeclarum Presbyterorum
gregem, claves regni cœlorum, & munus peccata re-
mittendi habere. Sed quodnam ejus rei mandatum
habent? Confeſſioni enim illi ſuæ auriculari alli-
gant remiſſionem peccatorum. Ubi vero hoc un-
quam Deus declaravit, debere nos ad veniam conſe-
quendam, ſecreto in aurem alicujus arcana noſtra
omnia peccata inſuſurrare? Deus declarat, ſe pecca- *Eze.* 18.
toris, quum is gemet, miſerturum. En tibi vero ho- *v.* 21,22.
minem mortalem, qui ſibi hoc ſumit, ut legem con-
ſcientiis imponat, & paradiſi januam claudat, niſi ea
lex obſervetur. Nonne vero id eſt aperte in poten-
tiam Dei invadere? Præterea Papa habet bullas, in-
dulgentias ſuas, & alia ejus generis, quibus fundat &
ſancit remiſſionem peccatorum, admiſcet ſanguinem
Martyrum, quaſi expreſſe velit morti & paſſioni Do-
mini Jeſu Chriſti derogare. Interim nullam Euange-
lii promiſſionem profert, nihil habet præter nugas,
veneficorum cerimonias, multas cruces ſuper dorſum
ſignatas, hoc & illud: denique totum illud miniſte-
rium nihil aliud quam mimicam Satanæ geſticula-
tionem continet. Contra dicitur, Remiſſionem pec-
catorum non poſſe eſſe ſine nuncio Dei, hoc eſt, ſine
prædicatione & doctrina: Papa, quum peccata re-
mittit, mutus eſt, ne verbum quidem unum profert
ex verbo Dei, nihil præter carmina, neſcio quæ, &
incantationes habet. Præterea leges tyrannicas im-
ponit ad pervertendam viam & rationem remiſſio-
nis obtinendæ inſtitutam à Domino: præterea Deo,
quantum in ipſo eſt, ſuam libertatem eripit, nec ſtat
per illum, quin impediat ipſum, quominus peccato-
res in gratiam recipiat. En igitur Eccleſiam Papalem,
ſynagogam illam diabolicam remiſſione peccatorum
deſtitutam, ac proinde damnatam, quamdiu adhæret
Antichriſti traditionibus: fieri enim nequit, ut
cum Deo reconcilietur. Nos vero contra dicimus,
peccata hominibus condonari, quoniam ipſi Euan-
gelii nuncium recipiunt: nec hic cerimoniis & le-
gibus pro hominum arbitrio inventis & excogita-
tis locus eſt: ſed duntaxat opus eſt, ut ordinem
& normam, quam Dominus noſter Jeſus Chriſtus,
penes quem eſt remiſſio peccatorum, inſtituit, ſe-
quamur. Præſcripſit nobis rationem, ſecundum
quam vult ipſam fieri, ut nimirum Euangelium
prædicetur, & fidei certitudine recipiatur. Quum
eam

Digitized by Google

æterna, in quam omnino præcipites rueremus, niſi
Deus noſtrum exitium anteverteret, noſque ipſi
bonitate ſua infinita præriperet. Notemus igitur,
nos, tantiſper dum affligimur, mortis tenebris tegi,
& videri, nullum exitum nobis patere: ſed tamen eo
tempore Deus nos tanquam in occulto ſuſtinet, &
quamvis non animadvertamus, nos ipſo inniti, hanc
tamen gratiam nobis largitur. Nam etiam nobis non
ſentientibus valde opus eſt ipſum vim ſuam exerere
ad nos fulciendos. Ac ſane quum incipimus fide ejus
bonitatem apprehendere, non eſt illic ſalutis noſtræ
initium & primum fundamentum collocandum, ſed
Ephеſ. 1. altius aſcendendum, nempe ipſum, antequam nati
verſ. 4. eſſemus, nos ſibi elegiſſe, & ſecundum illud propo-
ſitum bonitatem ſuam ſemper in nos continuare.
Notemus igitur, Deum nos bonitate ſua, arcana qua-
dam & occulta ratione, quæ ſenſui noſtro eſt in-
comprehenſibilis, eligere. Poſtea, quum lubet ipſi
nobis bonitatem ſuam patefacere, quod facit, quum
Euangelium nobis prædicatur, tunc oſtendit, ſe velle
nos ſepulcro liberare. Percipimus igitur noſtram
liberationem & ſalutem, quum Euangelii ipſius
promiſſiones guſtamus, non quod uno momento
perfecte id fiat, ſed Deus nobis ejus guſtum aliquem
præbet, & in eo nos magis ac magis confirmat, do-
nec videamus paradiſi januam nobis plene apertam,
& ſepulcro liberemur. En quod nobis ſuper hoc
vocabulo retinendum eſt. Cæterum quando Eliu
dicit, *Deum inveniſſe reconciliationem*: notemus, ipſum
hic velle adhuc amplius exprimere, quod non ita
pridem attigit: nempe gratuitæ bonitati Dei attri-
buendam eſſe reconciliationem, quam nobiſcum
inſtituit: ipſumque adeo illam procurare, & qui-
dem priuſquam cognitionem aut cupiditatem ul-
lam ad ipſum accedendi habeamus. Quærat enim
nos oportet, quamdiu erramus, ipſumque oblivioni
Eſa. 65. tradidimus, juxta id quod dicitur per Prophetam
verſ. 1. Eſaïam. Verum eſt, ſatis nobis præcipi, ut quæ-
ramus Deum, utque, quum ipſum offenderimus, ad
illum revertamur. Sed quid? Id fieri non poteſt,
niſi ipſe nos intus erudiat, & ad vivum afficiat, ita
ut nobis in peccatis noſtris diſplicere cogamur. Præ-
terea quis nobis dat aliquam ſpem, & facit, ut ad
Deum, tanquam ad perfugium noſtrum, confugia-
mus? Nonne ipſemet eſt, qui nos in fide illuminat?
Non ſine cauſa igitur Eliu ſubjicit, Deum inveniſſe
reconciliationem. Cur? Quando nos affligit, jam
præparat nos ad gratiam, quam nobis tribuit, reci-
piendam: tantiſper enim dum ſuperbia inflati ſu-
mus, bonitas Dei non habet ad nos aditum: quamdiu
indurati ſumus in peccatis, gratiam illam procul à
nobis repellimus: quamdiu in noſtris ſordibus hæ-
remus, certum eſt, nos non poſſe guſtare, quid ſit illa
repellamus. Sed adhuc ejus eſt, ut id præſtare poſſi-
mus, nobis corda carnea dare, & duritiem illam
maledictæ noſtræ naturæ inſitam mollire. Poſt-
quam vero Deus utiles & efficaces erga nos reddi-
dit correctiones, tunc ſe opportunum tempus of-
fert, quo nobis miſericordiam ſuam patefaciat, ejuſ-
que guſtum nobis præbeat. Sic videmus, ipſum eſſe,
qui inveniat reconciliationem, nec poſſe nos il-
lum prævertere, imo vero ex nobiſipſis nihil aliud
agere, quam quod ab ipſo nos quam longiſſime
abducimus. Quum Deus nos primum docet, quo
in ſtatu ſumus? Quod ſi nos miſſos faciat, non-
ne ita noſtris cupiditatibus inebriati ſumus, ut de
illo non cogitemus? Sed quamvis nobis ſalutares
& utiles admonitiones proponat, & miſeriæ no-
ſtræ convincamur: noſtras tamen ſordes conamur
ſepelire, ne hominibus innoteſcant. Alii frendent
dentibus, & indignantur, quum de ſuis iniquita-
tibus admonentur, ita ut tantum abſit, ut id pati
poſſint, ut eos, à quibus admonentur, mordeant,
& calce feriant. Alii ſunt tanquam ſenſus expertes,
& is in ipſis eſt ſtupor, ut, quicquid illis dicatur, non
corrigantur. In eo igitur Dominum operari opor-
tet. Præterea, etiamſi nos ad ſummum uſque affli-
xerit, nondum tamen ſincera in nobis erit obedien-
tia: quin, quando confuſi erimus, adhuc miſeri
phrenetici & furioſi poterimus eſſe: ſicut accidiſſe
videmus Caïno & Judæ. En qualis futura eſſet con-
ditio noſtra, niſi Deus in nobis operaretur. Qua-
propter, niſi nuncium illum ſalutis nobis mitteret,
quid nobis fieret? Etiamſi valde domiti eſſemus, in
perpetuis ſuſpiriis & gemitibus ageremus, nihil ta-
men præter deſperationem in nobis eſſet. Tempus
illud acceptum veniat oportet, quomodo dicitur
apud Prophetam Eſaiam, alio loco, Ecce tempus Eſa. 49.
acceptum, & dies ſalutis. Cur vero tempus ſalutis verſ. 8.
gratum & acceptum vocat? Quoniam Deus ipſum
mera ſua bonitate elegit. En etiam, cur alio in loco
Eſaiæ dicitur, Conſolamini, conſolamini populum Eſa. 40.
meum, inquiet Dominus. Ejus tamen eſt, nos in verſ. 1.
afflictionibus conſolari, alioquin abſorberemur tri-
ſtitia. Ideo ſubjicit, ſe plurimum pœnitere, quod
ſuos afflixerit, tempus quoque veniſſe, quo ipſos
recreare & exhilarare velit. In quibus verbis habe-
mus pleniorem expoſitionem ejus, quod hic paucis
tangitur, proprium munus Dei eſſe, invenire recon-
ciliationem. Sed tamen Deus illud præſtare vult
per Miniſtros. Quotieſcunque igitur promiſſiones
Euangelii nobis offeruntur, in quibus Deus nos ad
ſe vocat, & oſtendit, ſe nobis eſſe propitium, in
nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, nobiſque hanc
gratiam largitur, ut eam bonitatem guſtemus, &
certi ſimus, eum paratum eſſe nos in gratiam recipere,

Digitized by Google

conentur ſe exhilarare, nempe Deum obliviſcendo: melancholiæ enim & triſtitiæ materiam eſſe putant, ſi de ipſo cogitetur. Ac ſane, quam multi ſunt, qui ſe Chriſtianos eſſe jactitant, & tamen, quum exhilarare & recreare ſe volunt, omnem de Deo & vita æterna cogitationem procul à ſe pellant oportet, nec ſolum id agant, ſed quaſi data opera Deum inſolenter deſpiciant. Cur? Quia ſe, niſi male agendo, oblectare nonpoſſunt. Eam igitur naturam hominis eſſe animadvertentes, quum eo morbo infici poſſimus, nobis attendamus, & reputemus, gaudium noſtrum non benedictum iri ſuperne, niſi de peccatorum remiſſione certi & perſuaſi ſimus. Si igitur Deum propitium habemus, ut eum poſſimus invocare, (ſicuti ſtatim ſubjiciet Eliu;) en ubi verum noſtrum gaudium, quod Deus approbat, quod permanet, & ad ſalutem nos deducet, conſiſtit. Sed, quamdiu neſcimus, quo in loco res noſtræ ſint cum Deo, nec cum illo reconciliari quærimus, & in ſordibus noſtris hæremus, quo magis nos exhilarare cupimus, eo magis vindictam Dei adverſus nos inflammamus: eo magis ignem iræ ejus accendimus: & eo altius nos in abyſſum demergimus. En igitur rem longe utiliſſimam, quum oſtenditur, nos, eo ut inſtauremur, certos & perſuaſos eſſe debere, Deum nobis propitium eſſe. En etiam, cur Scriptura ſacra ſemper eo nos revocat, ut, quum de gaudio & lætitia
Eſa. 46. noſtra agit, nobis gratiam Dei proponat. En Deum
verſ. 13. veſtrum, qui vobis eſt propitius, exultate: ecce
& 52: 8. Redemtorem veſtrum, qui quærit vos, ut vos con-
& 60: 8. jungat & uniat cum Deo Patre ſuo, exultate, quieti
Zach. 9. eſtote & pacati in conſcientiis veſtris. Eo admone-
verſ. 9. mur, oportere, ut perturbati & anxii ſimus animo,
Luc. 2. tantiſper dum neſcimus, quo loco ſint apud Deum res
v. 10, 11. noſtræ. Verum eſt, improbos ſatis hoc unum agere, ut ſe exhilarent: ac ſane exhilarant ſe in Dei deſpectum: ſed, quicquid ſit, Deus mittit illis ſtimulos & aculeos, qui ita ipſos pungunt & excruciant, ut quaſi conſtricti teneantur: quod ſi laſciviunt &
Gen. 4: 7. ſaltant, eo modo qui apud Moſen oſtenditur, id fit, ita nempe, ut peccatum ſemper ad fores excubet, quod illic inſtar canis ſtat, quod hominem exſpectat. En igitur improbos, qui poterunt exultare: ſed tamen non poſſunt evadere, quin intus in conſcientia arrodantur, Deuſque illos conſtringat oportet. Eo magis igitur hanc doctrinam meditari nos convenit, ne Deo tergum obvertamus, nec peccata noſtra ſepeliamus, quum pacem habere cupimus, ſed ſemper promiſſionem aliquam Dei ad manum habeamus, quæ nos conſoletur. Quumque videmus, Deum nos ad ſalutem invitare, eo nomine exultemus: tunc enim gaudia noſtra erunt benedicta: & modo eum guſtum habeamus, Deum nobis Patrem eſſe, id gaudia noſtra ſanctificabit, ſed ſine eo nos penitus deficere oportet, nulla nobis gaudii facultas ſuppetit. Eo unum obſervandum. Pro ſecundo autem debemus etiam obſervare, ſolam gratiam

[illegible] amor ille Dei in *Rom.* 5. 5.
noſtris cordibus ſit impreſſus, nempe Deum velle nobis Patrem & Servatorem eſſe, idque reipſa declaraſſe in perſona Filii ſui unigeniti, cui non pepercit, ſed ipſum morti pro nobis expoſuit. En igitur, quod notandum eſt, quum dicitur, Hominem vigorem novum collecturum, inſtauratum iri, carnemque ejus teneram, ſicut fuit in pueritia, futuram. Id enim oſtendit, quamvis omnia mala ſentiamus, (ut certum eſt, nos per hanc vitam caducam tranſeuntes multis miſeriis obnoxios eſſe;) nos nihilominus gaudium habituros, quod ſuperat & vincit omnia, quum Dominus nos bonitate ſua
conſolatur. Atque hoc illud eſt, quod Paulus dicit, *Phil.* 4: 7.
Ut pax Dei, quæ ſenſus humani captum omnem ſuperat, in cordibus veſtris vincat. Eo autem ſignificat, nos, quamdiu in hoc mundo vivemus, multis turbis & doloribus agitatum iri, morte denique ſingulis horis circumdatum iri, ſed tamen hæc pax Dei emergat & ſupereemineat oportet, ut pugnando victores ſimus. Ac ſane, quum videmus, Dominum nobis prælucere, id debet nobis ſufficere, ut dicitur in Pſalmo quarto, omnem copiam bonorum hujus mundi non tantum gaudium carnalibus, & iis qui hæc inferiora expetunt, quique lætitia exultant, ſi copioſus anni proventus fuerit, ipſiſque quod bibant & comedant affatim ſuppetat, afferre. Verum eſt, ipſos admodum lætos eſſe: ſed ſi Dei vultus nobis illuceſcat, gaudium noſtrum debet ſuperare omnia illa, quæ hujus ſeculi homines ſoliti ſunt concupiſcere. Poſtquam autem ſic loquutus eſt Eliu, ſtatim ſubjicit, *Homo Deum precabitur* & placabit, aut ipſum propitium inveniet. Ecce adhuc aliquid, quod magni ponderis & momenti eſt: nam abſque hac nominis Dei invocatione, non vere fructum gaudii ejus, cujus hic ſit mentio, cognoſcimus. In quo enim omne noſtrum bonum conſiſtit? Quando libere & audacter Deum adire poſſumus, tanquam in ejus ſinu, quum affligimur, conquieſcere, ipſumque adeo juxta promiſſa ſua nobis eſſe velle propitium ſcimus. En, inquam, hominum bonum ſummum, quamdiu hic vivunt: nam ſane precatio prodeſt, eo ut Deo appropinque-
mus. Hic nobis fide ambulandum. Deus vero, quod *2 Cor.* 5.
ad aſpectum attinet, à nobis abeſt: & quamvis in *verſ.* 7.
nobis virtute ſua habitet, nobiſque ſuæ gratiæ ſenſum communicet, ſumus tamen, quod ad ſpeciem attinet, tanquam ab ipſo remoti & abſentes. Sed ipſum precantes in cœlum aſcendimus, nos coram ipſius Majeſtate ſiſtimus, denique cum ipſo conjun-
gimur. En igitur familiaritatis vinculum inter Deum *Rom.* 8.
& homines, in ea libertate, quam ad ſe invocandum *v.* 15, 25.
nobis concedit, poſitum. Non tamen ipſum, ut par eſt, precari poſſumus, niſi ejus bonitatem cognove-
rimus: ut dicitur in Pſalmo quinto, Adorabo in *Pſal.* 5: 8.
templo tuo, Domine, in multitudine bonitatis tuæ. Donec igitur, ſe nobis Patrem eſſe, nobis perſua-
ſerit

quod nos invitat, quoniam ejus promiſſionibus innitimur, ipſum precantes, nihil aliud agimus, quam quod ipſius nomen polluimus, omneſque adeo preces noſtræ in peccatum convertuntur. Et ex eo intelligitur, quam ſit maledicta & miſera Papiſtarum conditio. Quod quidem à nobis conſiderandum eſt, ut gemamus, animadvertentes ipſorum perditionem, & eo magis Dei bonitatem magnificemus, quod nos ex ejuſmodi abyſſo extraxerit. Papiſtæ exiſtimant, ſe ſumma attentione & zelo animi Deum precari: ſed tamen hoc principii & axiomatis loco habent, nos de gratia Dei dubio & ancipiti animo eſſe debere: quin nullo modò guſtant promiſſiones Dei, ſed in incertum & dubium eventum precantur. Et vero hæc cauſa eſt, cur tot circuitibus utantur, cur tot patronos & advocatos conquirant, cur tot media & rationes ad Deum adeundum excogitent, neque enim hunc illi honorem habent, ut ipſius verbo ſe ſubjiciant, & plenam fidem adhibeant. En igitur Papiſtas, qui perpetua ſunt in dubitatione, quin etiam volunt dubitare. Sic tantum abeſt, ut privilegium habeant Dei invocandi, eo ut exaudiantur, ut potius repellantur: nam, ut inquit di-
Jacob. 1. verſ. 7. vus Jacobus, quum aliquis cum dubitatione accedet ad Deum precandum, non eſt quod is exiſtimet, ſe quidquam obtinere poſſe. Cur? Quia noſtras precitur in loco illo, quem modo ex Pſalmo quinto ci- *Pſal. 5. verſ. 8.*
tavi, Ingrediar in tuum templum, & illic te in timore adorabo. Cognoſcentes igitur Majeſtatem Dei noſtri, timeamus, deprimamus nos, & nos ipſi cum omni humilitate ſubjiciamus. Nihilominus tamen bono animo ſimus. Cur? Quoniam placuit bono illi Deo, nos ad ſe vocare, & polliceri, nos non fruſtra adituros. En igitur, quod nobis notandum eſt. Quamvis certam fiduciam de bonitate Dei conceperimus, certique & perſuaſi ſimus, ipſum nos ſuſcepturum, nihilominus cum omni humilitate nos ipſi ſubmittamus, ſcientes, nos ipſum ſemper Patrem miſericordem & propitium erga nos inventuros, quum via illa, quam nobis oſtendit, rectà inſiſtemus.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut illa velit abolere, ita ut nullo modo dubitemus, quin nos tanquam juſtos in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti acceptos habeat, nobiſque hanc gratiam largiatur, ut nos coram ipſo ſiſtamus: non ſolum ut peccatorum noſtrorum onere liberemur: ſed etiam, ut ita mundemur, ut in nobis habitet, noſque ita Sancto ſuo Spiritu regat, ut in Legis ejus & mandatorum omnium, quæ nobis dedit, obſequio ambulemus. Sic dicemus omnes, Deus omnipotens, &c.

CONCIO CENTESIMA VIGESIMA SEPTIMA

IN

L I B R U M J O B I.

CAP. XXXIII.

26. Deum precabitur, qui ipſi propitius erit: faciem ejus cum jubilo videbit, reddetque homini juſtitiam ſuam.

27. Reſpiciet homines, & dicet, Peccavi, & averti me à bono, nec id profuit mihi.

28. Redemit animam meam, ne tranſiret in corruptionem; & vitam meam, ut lucem videret.

JUxta illud, quod heri dictum fuit, hic Eliu nobis oſtendit, homines, quando cum Deo reconciliati ſunt, poſſe ipſum conſcientia pacata, & prorſus confidenti invocare. Atque hic eſt verus fidei fructus, eam quietem habere, ut ſciamus, Deum nos diligere, & poſſimus ad eum confugere: nam etiam abſque eo conditio noſtra penitus maledicta eſt. Ac ſane, quamvis omnia mundi bona habeamus, non erimus certi, nos poſſe ipſis momentum temporis frui, niſi nos Deus in ipſorum poſſeſſione conſervet. Præterea, ponamus aliquem totum vitæ tempus poſſe commode & in deliciis agere: omnia tamen dona Dei illi in exitium convertentur, niſi ipſis pure utatur, & de Dei amore paterno certus ſit & perſuaſus. Videmus igitur, ſi non poſſumus Deum invocare ea fiducia, ut certi ſimus nos ab ipſo exauditum iri, preceſque noſtras illi gratas fore, miſeram eſſe vitam noſtram. Eo magis igitur à nobis obſervandus eſt ordo, qui nobis hic à Sancto Spiritu oſtenditur: quod nimirum, quum Deus nos de ſua erga nos bonitate certos & perſuaſos reddiderit, poſtquam cognovimus, in eo ipſum nobis propitium

Digitized by Google

ræ creaturæ, quamdiu ſunt in peccatis ſuis ſepultæ, Deum non poſſunt niſi cum angore animi intueri. Sed quum teſtimonium habemus remiſſionis peccatorum, tunc libere ad Deum venimus, de ipſo cogitamus, de illo libenter verba fieri audimus, quin etiam vultum ejus cum lætitia intuemur. Atque hoc eſt, quod D. Paulus dicit, nos pacem erga Deum invenire, quum fide juſtificamur. Eo autem vocabulo ſignificat, improbos non quieſcere, niſi quum ſopiti ſunt, aut potius obſtupuerunt, ita ut Deum non reſpiciant. En quomodo profani homines, quique nihil aliud quærunt, quam ſe in ſuis vitiis alere, Deum obliviſci conantur, & in eo conquieſcunt: ſed quando Deus ſe illis in memoriam revocat, excitantur, & quidem ita ut excrucientur. Contra ſi certi ſumus, Deum nos in gratiam recipere, (ut ejus rei bonum & tutum teſtimonium nobis eſt fides,) ad Deum libere & audacter accedimus, pacem cum illo habemus: quo vero propius ad Majeſtatem ejus accedimus, eo majorem ſalutis noſtræ fiduciam habemus, quum videmus, ipſum nihil aliud velle quam nobis patrem eſſe, ſicuti reipſa oſtendit. Sermo autem, qui heri tractatus fuit, nobis adhuc iterum confirmatur, quum dicitur, *juſtitiam redditum iri homini.* Eliu antea dixerat, Si miſera creatura in afflictione verſetur, iram Dei & ejus vindictam ſentiat, non poſſe illam alia ratione recreari, aut etiam vitam recuperare, niſi Euangelium ipſi annuncietur, Deus mittat, qui verbum ejus pure annuncient, ex quo miſer peccator, quamvis in abyſſum præcipitatus ſit, cognoſcat, paradiſi januam ſibi apertam eſſe. Eliu id tractans dicebat, eum, qui Euangelium prædicat, declaraturum illi, qui ſic tractatur, ſuam rectitudinem. Quænam vero ea eſt rectitudo? Diximus, non ita illam accipiendam eſſe, quaſi homines ſint in ſeipſis recti, aut poſſint coram Deo conſiſtere: ſed ea rectitudo eſt, quum Deus ſepelit ipſorum peccata, eaque non imputat, quoniam ipſos gratuita ſua bonitate perpurgat: ſanguis enim Jeſu Chriſti eſt animarum noſtrarum, & quidem quum illæ à Spiritu Sancto irrigantur, ut D. Paulus oſtendit, lavacrum ſpirituale. En etiam quomodo hic locus intelligi debet, quum dicitur, juſtitiam reddi homini, aut ad ipſum redituram. Quamdiu enim nos Deus tanquam Judex perſequitur, noſque ad rationem reddendam citat, peccatis noſtris opprimimur, non alia inquiſitione aliiſve teſtibus adverſus nos opus eſt. Sed quum Deus nos ad ſe revocat, & oſtendit nobis, certum remedium eſſe, quo mortis æternæ obligatione, qua detinemur, liberemur, ut nimirum omnem fiduciam in morte Domini noſtri Jeſu Chriſti ponamus, & ſalutis promiſſiones nobis oblatas recipiamus & amplectamur: en quomodo juſtitia noſtra, quæ prius erat remota, & qua penitus vacui & nudi eramus, ad nos redit. Sic diſcamus non amplius in ſinu noſtro peccata noſtra alere, nihil enim proficiemus, volentes cataplaſmata ad vitia noſtra tegenda apponere: eo magis fœtor augebitur, ſimulque putrefactio, qua nos diſrumpi tandem, & totos inſici oportebit: non puritate cordis revertamur. Ne vero exiſtimemus, Deum nobis condonare peccata, ut nos tanquam ſomno ſepultos relinquat: ſed, ut ipſum precemur, & privilegio quod nobis concedit utamur, ut nimirum fiduciam ad eum tanquam Patrem noſtrum invocandum, & nobis perſuadendum, ipſum nos exauditurum, habeamus. Eliu autem ſic loquutus, ſubjicit, *Reſpiciet homines, & dicet, Peccavi, averti me à bono, idque nihil mihi profuit: liberavit animam meam à foſſa.* Locus hic à quibuſdam exponitur, quaſi Eliu de Deo loqueretur, inquiens, Deum intueri homines: quod ſi dicat aliquis, Peccavi, tunc Deum animam ipſius ex fovea eripere, & vitæ lucem ipſi reſtituere, pro eo quod in tenebris mortis jacebat. Sed quia è verbo ad verbum eſt, *Reſpiciet homines, & dicet, Peccavi, averti me à bono, idque nihil mihi profuit*, aut, illud non convenit mihi: animadvertitur, & facile poteſt colligi, Eliu continuare ſermonem ſuum, oſtendentem, eos, qui ſic eo uſque humiliati fuerint, ut agnoſcant peccata ſua, & ad oram uſque ſepulcri venerint, quum Deus ipſis hanc gratiam largitur, ut eos ad ſe revocet, illis vitæ ſpem dare, quin etiam corda ipſorum exhilarare, ut poſſint ipſum vera fidei certitudine invocare, poſtea ſe ad homines convertere, ut ipſis ſuas miſerias exponant, & bonitatem Dei infinitam, quam ſenſerunt, magnificent. Atque hic ſecundus eſt fructus remiſſionis peccatorum, Quum miſer peccator cognoſcit, ſe à Deo non fuiſſe repudiatum, ſed ipſum illi ad ſe aditum aperire: quomodo eo innititur ad Deum invocandum, tuncque fide fructum ſentit, ita etiam oportet ut bonitatem illam Dei apud homines confiteatur, nec pudeat ipſum miſeriam, qua, donec illum Deus ex ipſa, miſericordia ſua liberarit, detinebatur, oſtendere. Denique, quemadmodum, poſtquam Euangelii promiſſiones accepimus, Deum agnoſcere & precari debemus, ita etiam nobis coram hominibus gemendum eſt. Neque enim ſatis eſt, ut privatim quiſque Deum precetur: ſed gloriam ejus à nobis magnificari oportet, & unumquemque incumbere ad incitandum proximos, ut ſic alii ab aliis ædificemur, & qui, quantopere Deus bonus ſit & miſericors, expertus ſit, id aliis oſtendat, ut ipſi inde exemplum capiant, utque, quum ſic conſpirabimus, ſimul laudes Dei prædicemus, ſicuti unuſquiſque ipſi obſtrictus eſt, nec eſt quiſquam mortalis, qui non merito poſſit confiteri, Deum centies ipſum ex ſepulcro extraxiſſe & vivificaſſe. En igitur in ſumma mentem Eliu. Ut autem melius ex hoc loco utilitatem capiamus, notemus, nos ſemper in noſipſos ingredi debere, inde ad Deum adire, tandem ad proximos accedere. Hæc igitur tria valde ſunt obſervanda, hicque à nobis ordo debet ſervari. Primum eſt, ut homines ſedulo conſcientias ſuas examinent, & totam vitam inſpiciant. Cur vero? Eo ut in omnibus ſuis iniquitatibus confuſi ſint: donec enim diligenter animadverterimus, nos plus quam miſeros eſſe, quomodo ad Deum confugiemus? Non commovebimur

ad ipſum

non dubito igitur, Domine, quin mihi tuæ gratiæ & bonitatis ſenſum communices. Illis igitur, Domine, hærebo, & quamvis multis turbis & doloribus cingar, quæ me abs te poſſint avertere: in tuis tamen promiſſionibus hærebo, & illis fretus te invocabo, ſciens te me adverſus omnes Satanæ tentationes corroboraturum. En igitur, quomodo nobis agendum eſt. Tertium eſt, ea concluſio, cujus hic Eliu mentionem facit: ut nimirum proximis declaremus bonitatem Dei, quatenus ipſis opus eſt ad eos ædificandos: communi etiam conſenſu laudetur, omneſque in ſola ejus miſericordia ſalutem eſſe confiteantur. En, inquam, tres gradus, qui nobis ſunt tenendi. Dixi autem, à nobis incipiendum eſſe. Cur vero? Quia multos pleno ore Dei laudes prædicantes videas, ſed illas in animis ſuis non ſunt diligenter meditati: ſunt, qui putent, ſe officio functos eſſe, quum alta voce iſtud inclamabunt, O Deus mi, mei miſerere, hoc eram, illud egeram. Verum eſt, ejuſmodi homines adhuc aliquem in ſe ſenſum habere, nec prorſus ex hypocriſi loqui, ſed tamen multum venti eſt in ipſorum ſermonibus, & latiorem illi linguam, quam cor, habent: vix enim miſericordiam Dei deguſtarunt, & tamen volunt, hanc de ſe opinionem haberi, ſe illam ad ſummum uſque ſenſiſſe, eaque omnino plenos & ſatiatos eſſe. Eſt autem vanitas & ambitio in ejuſmodi hominibus, quando ita diducunt & aperiunt os ſuum ad recte loquendum, & interim gratiam Dei, ut oportuit, ad illam ſentiendam, eo ut in ipſorum conſcientia imprimeretur, eáque vere alerentur, non fuerunt meditati. En cur dixi, antequam loquamur, nobis bene id, quod ſuperius vidimus, apprehendendum eſſe: ut nimirum diligenter in peccata noſtra inquiſiverimus, ſummamque adhibuerimus curam & operam ad cognoſcendum quam miſeri ſimus, & eo uſque devenerimus, ut quaſi abſorpti in inferni abyſſum deſcenderimus. Poſtea ut ſic confuſi promiſſiones Dei amplectamur, quo illarum ſenſum ſic vivum habeamus, ut plena fiducia illum poſſimus invocare. Verum eſt, id perfecte non poſſe præſtari à nobis: eo tamen veniendum nobis eſt, & enitendum. Poſtquam diu multumque in eo enixi fuimus, tunc tempus eſt os aperiendi, & bonitatem Dei magnificandi: ut noſtro exemplo unuſquiſque ad illum alliciatur, omneſque cognoſcant, non aliunde ſalutem exſpectandam, quam ex ejus bonitate infinita, quando libet ipſi nobis applicare vim mortis & paſſionis Filii ſui, eo ut aboleantur peccata noſtra, juſti coram ipſo comperiamur, maculis denique & pollutionibus noſtris purgemur. Non eſt autem hæc confeſſio Papiſtarum, ſed confeſſio Chriſtiana, quæ longe magis in uſu inter nos, quam ſit, eſſe debeat. Oſtendimus ſuperius, blaſphemiam execrandam eſſe in Papatu, quod

quod afflictionibus noſtris exitum felicem & optatum dederit, quum illæ alioqui nos oppreſſuræ viderentur, niſi is nobis manum porrexiſſet, noſque erexiſſet. Huc accedit præterea, ut, quum proximum offendimus, malum aliquod exemplum præbuimus, agnoſcamus peccata noſtra, nec pudeat nos in nobis confuſos illa confiteri. Dixi hanc confeſſionem male inter nos obſervari, videmus enim ſuperbiam majori parti inſitam. Verum quidem eſt, ipſos non audere aperte dicere, Nos juſti ſumus, ſed hypocriſeos pallio duntaxat ſe tegunt; quum ſe peccatores confitentur, inquiunt, Omnes homines ſunt peccatores: atqui unuſquiſque proprium malum deberet ſentire, pro eo quod ſub aliorum pallio deliteſcere volumus. Hoc vero eſt Deo illudere. Quando igitur vere fateri volumus, quantopere Deo ſimus obſtricti, noſque coram ipſo humiliare, cùm miſeriam, in quam demerſi eramus, tum qua ex morte Deus nos eruerit, ingenue, prout in conſcientiis noſtris ſenſimus, profiteamur. En unum notandum. Sunt item alii, qui, quum aliquod ſcandalum commiſerint, Dei nomen blaſphematum fuerit, ſcortatione aliqua vicus infectus fuerit, ſi reprehendantur, ſe ad Papatum revocari, eo quod de peccatis ſuis admoneantur, clamabunt. Scilicet, quaſi Deus velit ſcandala ali, & eum, qui Eccleſiam perturbarit, duritie & obſtinatione ſua vincere. Notemus igitur, quum Deus peccata noſtra detexit, id eo fieri, ut, ſi turbam aut ſcandalum aliquod excitaverimus, ipſum ſarcire conemur, nec pudeat nos, os, ad peccatum à nobis commiſſum agnoſcendum, aperire. Atque hoc eſt, quod nunc nobis oſtenditur, Peccatorem, quum Deum orabit ad veniam impetrandam, ipſum familiariter pro patre agnoſcens, in ejus miſericordia confidens, homines quoque reſpecturum, nec in occulto duntaxat precaturum, non in corde ſuo loquuturum, ut dicat, Peccavi, ut veniam conſequatur, & ad Deum revertatur: ſed ad proximos etiam ſe converſurum. Et pro eo quod Deum libenter fallere voluiſſet, conſcientiam item ſuam ſopire, in ſe dolorem & confuſionem concipiet, ut Deus inde glorificetur; ii, qui erant quaſi ſomno ſepulti, excitentur; quibus gratia Dei non ſapiebat, illi in ea guſtum aliquem inveniant; qui triſtitia & ægritudine animi abſorpti erant, cognoſcant, Ecce Deum, qui nobis aperit januam, ut ſe adeamus; denique, qui erant tanquam deſperati, ſpem vitæ & ſalutis recuperent. En igitur quod in ſumma S. Spiritus voluit nos hoc in loco docere: ut, quum Deum quiſque privatim & ſecreto precabimur, ſacrificium illi palam & coram hominibus offeramus, agnoſcentes, quantopere ejus bonitati ſimus obſtricti, nos in noſtris peccatis humiliantes, & ſentientes, nos creaturas damnatas fuiſſe, niſi Deus noſtri miſertus eſſet. Dicitur igitur,

Reſpi-

Digitized by Google

... primo loco reſpiceremus, & præclaras confeſſiones ederemus, antequam gemuiſſemus & intus ſerio affecti eſſemus, id eſſet ordinem naturæ pervertere: ſed poſtquam turbas judicii Dei ſenſimus, & poſtea promiſſiones Euangelii amplecti, Deumque noſtrum invocare poſſumus, in ipſum confidere, miſericordiæ & bonitati ejus paternæ inniti, poſtquam ſenſimus, illum propitium nobis eſſe velle, & paratum eſſe ad nos in gratiam recipiendos: poſtquam iis omnibus defuncti ſumus, tempus eſt homines intueri, hoc eſt, proximos noſtros ſecundo loco ædificare. Hoc igitur ordine ſequitur id, quod ſuperius declaratum eſt. Homines vero reſpiciendo quid nobis facto opus eſt? dicamus oportet, *Peccavi, averti me à bono, fui homo miſer.* Hic igitur nobis oſtenditur, quomodo à nobis Deo gloria tribui debeat: ut nimirum ipſum ſolum juſtum agnoſcamus, in nobis vero nihil præter iniquitatem eſſe, ut D.
Rom. 3. Paulus loquitur in tertio capite ad Romanos. Quum
verſ. 4. enim illic dicit, Deum juſtificari, intelligit, nos primo & ante omnia condemnari debere. Si Deus juſtus haberetur, noſque una cum illo, quid illud eſſet? Juſtitia quadam communi & mixta, cum hominibus, præditus eſſet. Sed quum omnes ſumus convicti, nulluſque audet ſe culpæ eximere, ſed contra nos ipſimet ſponte reos peragimus & agnoſcimus, & ad ſolam bonitatem Dei confugimus, agnoſcentes, ejus ſolius eſſe nos juſtificare, quia fons ſit omnis juſtitiæ: en quomodo juſtus agnoſcitur? Diſcamus igitur id, quod hoc loco nobis oſtenditur, ſequi: eſt enim præceptum generale omnibus fidelibus, non ab homine aliquo mortali, ſed à Spiritu Sancto præſcriptum. Si igitur palam bonitatem Dei, quam oſtendit peccata noſtra condonando, prædicare volumus, hæc confeſſio ore ad ſalutem edenda eſt, ut loquitur etiam D. Paulus in decimo ad Romanos: Corde credamus ad juſtitiam, & ore confeſſionem edamus ad ſalutem: hujus autem loci bonus & fidelis interpres eſt Paulus: nam, ut jam à nobis declaratum eſt, ſi ab ore incipiamus, nihil in nobis præter fumum & ventum fuerit: ſed corde nobis credendum eſt, hoc eſt, unuſquiſque ſe ad Deum colligat, in ſeipſum deſcendat, tum promiſſiones Dei meditetur, ut ad Deum & meram ejus miſericordiam confugiat. Poſtquam id à nobis præſtitum eſt, os deinde ſequatur oportet. Tunc igitur confeſſionem ore edemus ad ſalutem, quum ſic corde ad juſtitiam crediderimus. Hæc duo tamen conjuncta eſſe oportet, ſicut illa videmus inſeparabilia eſſe. Quando autem dicitur, *Peccavi, & me averti à bono, idque nihil mihi profuit,* Spiritus Sanctus oſtendit nobis puram & liberam confeſſionem edendam, non dimidio ore loquendum more iſtorum hypocritarum, qui dicent, Verum eſt, omnes homines peccatores & reos eſſe: en illos (ut quidem ipſis videtur) præclare ſuo officio defunctos. Atqui

En igitur, quomodo nobis agendum eſt, non perfunctorie & dicis cauſa, ſed cor coram Deo loquatur oportet: tum inter ipſum & linguam conſenſus adſit, ut, quod in nobis ſenſimus, coram hominibus confiteamur. En in ſumma, quod hic oſtenditur. Nunc vero hoc nobis applicemus, & videamus, quem Deo aditum ad nos præbeamus, eo ut is erga nos bonitatis ſuæ theſauros expromat. Ubique enim nihil præter duritiem & impudentiam cernitur. Quotuſquiſque enim ſe hodie humiliat? Contra omnes ſunt feræ immanes; & qui maxime rei & nocentes ſunt, illi ſunt impudentiſſimi ad defendendam ſuam iniquitatem, eo ut, quoties quis vult illos corrigere, cornu illum petant, illi tamen nihilominus Euangelii profeſſione gloriantur. Iſtis igitur parvum quid & leve videtur vitæ reformatio: ſed quænam ſunt tanquam abecedaria Chriſtianorum elementa, & quid primum nobis diſcendum, niſi hoc, ut illuminemur ad cognoſcendam iram Dei, & ſentiendum, quam gravia ſint noſtra peccata, ut in ipſis ſimus confuſi ad miſericordiam Dei amplectendam & apprehendendam, eo ut cum ipſo in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti per ejus mortem & paſſionem reconciliemur, tum ad extremum miſerias noſtras coram hominibus confiteamur, ut laus Deo, ſicut debetur, in ſolidum tribuatur? En, in quo nos penitus exerceri oporteat. Sed quid? ut jam attigi, ſi peccaverint homines non leviter, ſed alius ebrioſus, alius ſcortator, alius blaſphemus, alius malitia & crudelitate plenus fuerit, alius aliquem innoxium percuſſerit: ſi illos quiſpiam de ſuis delictis admoneat, quid illic videat? Feras immanes, quæ nullo modo domari poſſunt, quæ denique omnes ſibi propoſitas admonitiones irrident: nam vix ex decem unus aliquis reperiatur, qui humilitate aliqua & modeſtia, ad delictum ſuum confitendum, ſit præditus. Quum ita ſe res habeat, nonne Deo noſtro oſtium claudimus? nonne gratiam nobis in Euangelio oblatam repudiamus? Denique non poſſumus ferre, ut Deus peccata nobis condonet. Videmus igitur, oportere ut Euangelium multis prædicetur, ad omnem excuſationem illis eripiendam, eoſque in imum infernum præcipitandos, quia ipſum nolunt ad ſalutem recipere. Sollicitat tamen nos Sanctus Spiritus ad exhortationem nobis hic propoſitam ſuſcipiendam. Adverſus ſuperbiam igitur & hypocriſin nobis inſitam depugnemus: hæc enim duo impediunt, quominus nos coram Deo humiliemus & delicta noſtra coram hominibus confiteamur. Hypocriſis facit, ut ſemper peccata noſtra tegere conemur, & ſimulemus nos bonum amplecti velle: interim cor noſtrum ab eo alienum eſt, & in contrarium plane fertur: accedit ſuperbia, quod ſemper in bona exiſtimatione eſſe volumus. hei! quærimus in exiſtimatione aliqua eſſe apud homines, aut ſaltem probro carere: etiamſi ipſi peccatorum noſtrorum conſcii ſimus, nolumus

tamen

ut, quum Deus illos ſuam vicem affliget, ſic ſentiant, Ecce Dei manum ſuper me, citat ad ſuum tribunal. Cur? Eram tanquam inebriatus in peccatis meis, eram tanquam fera vaga: nunc video, ipſum velle me ad ſe adducere, & in viam ſalutis reducere. Expedit igitur, ut alii admoneantur de opere Dei, quod ipſi in nobis ſenſerimus: ut ſane videmus confeſſiones, quas olim fideles ediderunt, nobis documento eſſe. Pſ. 3:6.8. & 38:18. & 119. verſ. 67. Si non haberemus exemplum Davidis in tot afflictionibus, quas ſenſit & exantlavit, ſtatim atque exiguum quid mali ſentiremus, tanquam in deſperationem incideremus. Sed quum videmus, Davidem bonum & utilem exitum habuiſſe, & confiteri, ſibi neceſſarium fuiſſe ſic affligi manu Dei, ſperamus in Deum, & ad eum confugimus, ſcientes ejus eſſe à ſepulcro eruere, poſtquam in ipſum homines demerſerit. Quando igitur confitemur peccata noſtra, & commemoramus, quomodo nos Deus ad tempus in ſeveritate viſitarit, poſteaque nos vivificarit, id prodeſt ad erudiendos proximos noſtros, ne mirum & novum ipſis videatur, quum illos Deus ſuo tempore & ordine viſitabit, &, ut dixi, ſe miſeros peccatores agnoſcant, ſeque tales agnoſcentes, quærant remedium, hoc eſt, fiduciam ſuam in morte & paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti collocent, & magis ac magis ad eam colendam & adorandam, quum & miſericordiam ejus, eo quod ſic in gratiam ipſos receperit, experti fuerint, incitentur. En, quomodo id, quod hic oſtenditur, non eſt inutile. Nam unius hominis exemplo centum ædificantur & erudiuntur. Quapropter diſcamus non eſſe negligentes, quum Dominus ſuam gratiam nobis conceſſerit, in magnificanda ea bonitate coram hominibus, ut communi conſenſu ab omnibus prædicetur. Poſtea concluſionis gratia ſubjicit, *Liberavit animam meam è fovea, & vitam meam, quominus in ſepulcrum ingrederetur.* Verum eſt, hoc non poſſe nunc prorſus expediri: ſed ſufficit, en quomodo commodum & utilitatem noſtram procurat: eo enim nos incitat ad confugiendum ad ſe. En igitur, quod primo nobis hoc in loco notandum eſt. Cæterum notemus etiam, quod, quum à Deo rejecti ſumus, malum nobis imputatur, actum eſt de nobis & periimus, donec nos Dominus in gratiam receperit, ſeque miſericordem & propitium erga nos præbuerit. Quotieſcunque igitur Deus peccata noſtra nobis condonat, id perinde eſt, atque ſi nos excitaſſet: ita ut concludendum ſit, quando ſic cum Deo reconciliamur, en noſtri reſurrectionem à Deo procuratam. Mortui eramus, nulla in nobis vitæ ſpes erat: porrexit nobis manum, ut vigorem reſtitueret, noſque ſibi appropinquaret. Diſcamus igitur gratiam remiſſionis peccatorum noſtrorum magnificare, cognoſcentes, Deum nos vivificare, quoties ipſi lubet nos in gratiam recipere: prout vero videmus Satanam in hoc perpetuo intentum eſſe, ut nos ab eo bono avertat, eo magis ad Deum, prout meretur, exaltandum inflammemur & incitemur.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut ita nos in ſuis judiciis & miſeriarum noſtrarum cognitione exerceat, ut ad ipſum timendum & honorandum ſemper erudiamur, utque cum vera humilitate nos ipſi dedamus, eo ut magis ac magis in ipſius miſericordia confirmemur, quo in ipſa confidamus, & penitus acquieſcamus. Diſcamus quoque coram hominibus confiteri, quantopere erga nos bonus ille Deus miſericors fuerit, quum nos in gratiam recepit: ut ipſi ſoli ſalutis noſtræ laus & gloria, prout etiam ipſi debetur, tribuatur, ita ut ipſe ſolus exaltetur, noſque omnes ſub ipſo ad honorem & reverentiam debitam illi exhibendam humiliemur. Idque ut efficiat, lubeat ipſi veros & fideles Verbi Miniſtros & Paſtores excitare, &c.

CONCIO CENTESIMA VIGESIMA OCTAVA IN LIBRUM JOBI

CAP. XXXIII.

29. Ecce, omnia iſta facit Deus duabus aut tribus vicibus cum viro:
30. Ut avertat animam ejus à ſepulcro, & illuſtretur luce viventium.
31. Attende, Job, audi me, tace, & ego loquar:
32. Si ſunt tibi ſermones, reſponde mihi: loquere, quia volo juſtificare te.
33. Si non ſunt, tu audi me: tace, & docebo te ſapientiam.

CAP. XXXIV.

Digitized by Google

ſentiamus: poſtquam vero illam gratiam ſenſimus, eam apud homines agnoſcimus, in illa confirmamur, & confirmamus etiam proximos. Poſtquam vero Eliu hæc ſic tractavit, ſubjicit, Deum non ſemel duntaxat ſic nos juſtificare, ſed eam inſtructionem iterare. Cur vero? Quia non tam boni ſumus diſcipuli, ut ſatis primo die proficiamus: neceſſe eſt igitur, ut Deus animi noſtri perturbationes mortificare pergat; nos ad ſe attrahat, nos humiliet, ut deinde nos conſoletur. Quod ſi vero id ſemel duntaxat fiat, id ſtatim oblivioni mandavimus, & ad ingenium redimus, aut ſane non eſt in nobis is vigor, ut ſicut par eſt ambulemus. Tenemus igitur nunc mentem & ſcopum Spiritus Sancti. Hæc vero doctrina nobis eſt valde neceſſaria: præterquam quod enim in Papatu prope ſepulta fuit juſtitia gratuita, qua Deus nos ſervat, quum exſtiterunt aliqui paulo æquiores & moderatiores, adhuc illam ita obſcurarunt & implicuerunt, ut illis ſuffecerit dicere, Deum nos ſua bonitate juſtificare, ſed id ſemel duntaxat fieri: poſtquam vero ſic cum illo reconciliati ſumus, tunc noſtrum eſſe mereri, & proprio Marte, ejus gratiæ, quam adepti ſumus, poſſeſſionem retinere. Ea autem doctrina hominem in deſperationem adducit: nam ſi Deus nobis in diem unum duntaxat, manum porrigat, & ſolum nos in rectam viam introducat, quæſo te, quomodo, quæ eſt carnis noſtræ fragilitas, de qua etiam ſatis ſuperque convincimur, ad extremum uſque pergemus? Præterea gratia Dei nobis inutilis eſſet, niſi eam ſemper de novo, ut etiam opus eſt, Deus continuaret. Cæterum videmus, carnem noſtram nimis exultare: etſi ad tempus domiti ſimus, & videamur penitus diſpoſiti ad jugum ferendum, nec aliud velle & cupere quam Deo obſequi: minimo momento temporis immutamur, & proferunt ſe rebelliones in nobis prius occultæ. Satan vero, qui novit qua ratione ſit nos corrupturus, aſtu & calliditate nos ſeducit. Quid igitur fieret, ſi Deus nos ſemel duntaxat corrigeret, poſtea nos prorſus miſſos faceret, & tales, quales ſumus, eſſe ſineret? quid nobis fieret, ſi nos unum diem duntaxat conſolaretur, tum noſtris viribus, ut conſolatione, quam accepiſſemus, pro arbitrio uteremur, permitteret? Certum eſt, fore, ut quicquid ejus haberemus, & quidem ſtatim, effluxeret. Atque ita pluſquam neceſſarium eſt, ut ſubinde de novo gratiam ſuam in nobis inſtauret, quum ad priſtinam nequitiam redeamus, quum flagella non ita in nobis impreſſa ſint, ut eorum memoriam, ſic ut par eſſet, ſervemus, quum ad ipſum invocandum non ſit in nobis ardor animi, ſed potius volitemus & vagemur in noſtris vanitatibus, & pro eo quod in ipſo ſalutem noſtram quærere deberemus, huc & illuc agamur, & ita levia ſint noſtra ingenia, ut, ubi maxime debeant, conſiſtere nullo modo poſſint, continuo itaque vagentur oportet. Quando vero Eliu hic

nunquam in animis noſtris perturbaremur, omnibus vitæ hujus commoditatibus frueremur, in perpetua lætitia & quiete ageremus. Bene illud quidem: ſed, juxta illud quod diximus, non expedit, ut Deus nos pro arbitrio noſtro tractet; ſed judicium ſuum liberum habeat, quodque nobis expedire novit, mittat neceſſe eſt. Finem igitur & exitum afflictionum noſtrarum, ut nos in ipſis conſolemur, inſpiciamus, quod nimirum illæ nobis medicinæ loco ſint. En unum notandum. Quamvis igitur in ſpecie nobis illæ ſint amaræ, de manu tamen Dei illas accipiamus oportet, ſcientes, eas eſſe totidem teſtimonia ejus amoris, quo nos proſequitur, & curæ, quam noſtri gerit ad procurandam noſtram ſalutem. En igitur, quod omnes querimonias in nobis debet compeſcere, ne ſimus, Deo nos caſtigante & durius tractante, impatientes. Cauſa ejus rei quæ? Quia ſic nobis expedit. Non ſatis eſt autem, cognoviſſe, afflictiones nobis medicinæ loco eſſe: ſed, quo in morbo eum erga nos uſum habeant, conſiderandum eſt: eo magis enim ipſas magni faciemus. Si quiſpiam parvo aliquo morbo, levi, & vulgari liberetur, verum eſt, ipſum remedium, quo liberatus eſt, aliquantulum æſtimaturum; ſed ſi penitus derelictus ſit, pro mortuo habeatur, & tamen ex morbo illo evadat, remedium, quo uſus fuerit, tanto pluris ab ipſo fiet & æſtimabitur. Eadem ratio eſt ejus, quod nunc ab Eliu oſtenditur: neque enim duntaxat dicit, Deum mederi noſtris vitiis nos affligendo, ſed ipſum nos è ſepulcro eruere & vivificare. Eo oſtendit, actum de nobis eſſe, noſque in exitium præcipitatos eſſe, niſi Deus nos ad ſe revocet, aut etiam vi utatur: alias enim domare nos non poſſit, quæ eſt durities noſtra, aut quod ita ſimus peccatis noſtris dediti, ut non ſit facile nobis nos ex ipſis extricare. Quum igitur Deus nos quaſi ex mortuis excitet, ut heri pluribus declaratum eſt; cognoſcamus, nos non ſatis poſſe æſtimare bonitatem, quam erga nos exhibet, quum ipſi viſum eſt nos caſtigare. En igitur ſecundum, quod nobis obſervandum eſt. Tertium eſt, eam conditionem nobis inevitabilem eſſe: quod enim dicit, *ut eruat*, oſtendit neceſſitatem quandam urgentem. Verum eſt, Deum alia ratione poſſe nos ſervare: nec hic etiam quæritur de potentia Dei, ſed Eliu conditionem noſtram reſpicit. Illic etiam nobis hærendum eſt. Sic diſcamus, ſi Deus nos lenius tractaret, noſque alta pace frui ſineret, ita ut in peccatis noſtris, nemine excitante, ſopiti jaceremus, id exitii noſtri cauſa eſſet. Opus eſt igitur, nos ea ſeveritate, qua ſæpius utitur, tractari: quin etiam niſi noſtram fragilitatem & debilitatem toleraret, certum eſt, ipſi longe majori erga nos ſeveritate utendum fore. Prout tamen unuſquiſque affligitur, id debet ferre patienter, cognoſcens, Deum ipſum nequaquam ſine cauſa, & quidem neceſſaria, ſic tractare. Interim obſervanda eſt nobis comparatio, quæ

Digitized by Google

[illegible]
nos à nobisipſis tam miſere regi animadvertentes, & omnes iſtas falſas ſui opiniones, quibus mundus imbutus eſt, ut unuſquiſque ſe ad fruendum libero ſuo arbitrio ſatis ſapere putet, deponamus. En quomodo homines ſeipſos fallant, ſibi perſuadentes, ſe prudentiæ & virtutis quod ſatis ſuperque ſit habere. Contra videmus, neceſſe eſſe, ut Deus maledictam hanc cupiditatem plura ſciendi, quam par ſit, nobis inſitam, corrigat. Interim cognoſcamus, quo nos Deus vocet, quando nos ex ſepulcro in lucem vitæ eruit: neque enim nos in medio aliquo ſtatu collocat, ita ut dicat, Non eritis penitus mortui, ſed languebitis duntaxat: ſed vocat nos ad lucem vitæ, hoc eſt, ad novitatem illam, per quam in vitam cœleſtem & incorruptibilem regeneramur. Non ſolum igitur morte nos Deus liberat, ſed in ſuum regnum æternum nos deducit. Quamvis vero hic inferius per multas corruptiones ambulemus, illis undique cingamur, quin etiam illæ in nobis habitent, in mediis etiam noſtris oſſibus & medullis inſideant: Deus tamen, donec ad Regnum ipſius perveniamus, nos vult regere & deducere. En igitur oppoſitionem, quæ longe magis gratiam illam immenſam Dei noſtri confirmare poteſt, ut eo magis ad ipſum quærendum incitemur: poſtquam vero nos in rectam viam introduxerit, conemur in ea in dies promovere: quumque nos eruerit ex morte, nos doceri patiamur, precantes ipſum, ut gratiam ſuam erga nos continuet. Interim notemus, non eſſe nobis deſpondendum animum, etiamſi ſæpius labamur & cadamus, & inſtar cancrorum retrocedendo promoveamus: quumque Deus nos in via collocarit, ipſique adeo domiti erimus, ſi interdum accidat, ut vitia carnis noſtræ ſic in nobis dominentur, ut ſtatim quam longiſſime ab ipſo abducamur, infirmitas cum incredulitate de novo in nobis incipiat, ipſique adeo tenebris tegamur, ne propterea deſpondeamus animum. Cur? Quia dicitur, *Deum ſæpius, & iteratis vicibus in homine operaturum, ut eum ad vitæ lucem adducat.* Quum igitur Deo appropinquaverimus, certamque ſpem ſalutis habuerimus, ſi aliquando accidat, ut in turbis & anxietate animi verſemur, & tanquam tempeſtate aliqua opprimamur, nihilominus tamen in Deum confidamus. Cur? Quia dicitur, ipſum opus ſuum in nobis de novo inſtauraturum, non quod ea ſpe nobis frenum laxare debeamus: ab eo nobis caveamus: illud tamen, quod eſt apud Prophetam Eſaiam, nobis applicemus oportet, Euangelium confirmare genua tremula, & debiles animos corroborare. Si quis robuſtus ſit ad Deo inſultandum, gratiam ejus contemnendam, is Dei judicium ſentiat oportet, eoque ad vivum percutiatur & vulneretur. Sed quum

[illegible]
ceam: cupio enim te juſtificare. quaſi diceret, Nihil aliud cupio, quam ut abſolvaris: ſi juſtas & idoneas defenſiones habes, profer illas: ſin ſecus, tace. Hic vero iterum in perſona Jobi admonemur, ut, quum nobis proponitur veritas Dei, nihil adverſus ipſum objiciamus. Eſtque hæc admonitio valde utilis, quæ eſt in hominibus durities & ſuperbia innata: pluſquam enim difficile eſt nos Deo ſubjicere. Videmus, ſemper in nobis repugnantias eſſe, ne ſe ingenia noſtra ea qua par eſſet humilitate Deo ſubjiciant. Si enim nobis bona & ſancta aliqua doctrina proponatur, non ſumus ea modeſtia præditi, ut illam admittamus: ſed ea ſuperbia laboramus, ut nulli alii quam voluntati noſtræ obnoxii eſſe cupiamus. En igitur naturam hominis, ut adverſus Deum inſurgat, & adverſus verbum ipſius ſemper recalcitret. Quum ejuſmodi vitio tam malo & deteſtando laboremus, nobis hic propoſitam admonitionem obſervemus: ut nimirum dociles ſimus, quum Deus efficit, ut nobis ſua veritas proponatur. Atque hoc eſt, quod Jacobus dicit, *Jacob. 1.*
verbum Dei quieto & pacato animo recipiendum *verſ. 21.*
eſſe. Non ſine cauſa igitur illam rationem expreſſit. Si volumus igitur oſtendere, quomodo in verbo Dei proficiamus, nos ante omnia quieto & placido animo eſſe oportet: ſi enim ingenio turbulento fuerimus præditi, certum eſt, nos omnia in malum converſuros, nunquam guſtum in verbo Dei inventuros: ſed bonum pervertemus, lucemque in tenebras convertemus. Quid igitur facto opus eſt? Silendum Deo loquente. Ne exſpectemus vero, ut viſibilem ſe è cœlo præbeat: ſed quotieſcunque verbum Dei nobis annunciatur, id, quod nobis proponitur, pro vero habeamus, ſcientes, id à Deo proficiſci. Quod ſi contra aliquid objiciamus, id non fuerit bellum inferre creaturæ mortali: ſed potius diabolica arrogantia adverſus Deum viventem inſurgere. Tacendum igitur eſt nobis, ut doceamur. In ſumma, omnis vera hominum ſapientia in eo poſita eſt, ut ſe Deo dociles præbeant, ſeque iis, quæ in nomine & auctoritate ipſius proponuntur, penitus ſubjiciant. En quod primum nobis obſervandum eſt in exhortatione, quam hic Jobo Eliu proponit: ita enim unum hominem alloquitur, ut ſub ejus perſona nos omnes officii noſtri admoneamur, uti dixi. Ante omnia vero notemus, ſilendum nobis eſſe, quum verba nobis fiunt de juſtitia Dei, & noſtrarum iniquitatum redarguimur. En igitur circumſtantiam, quæ adhuc nobis obſervanda eſt præter id quod jam dictum eſt. Quid huc uſque Eliu tractavit? Jobo oſtendebat, Deum eſſe juſtum, & quidem ita, ut ab ipſo homines regi oporteat, ejus eſſe illos extrahere è ſepulcro, ad vitam deducere, & quidem manu ſua illos ſuſtentando & fulciendo, donec ipſos ad perfectionem deduxerit. In hoc autem potiſſimum fallun-

Digitized by Google

qui incipit & perficit omnia: ſubjicit, ut id audiatur, omneſque homines os claudant, ut D. Paulus loquitur in tertio ad Romanos, quem locum nuper citavimus. *Rom. 3. verſ. 19.* Quando autem Eliu ait, ſe cupere ut Jobus abſolvatur, in eo oſtendit, ſe non acerbitate quadam animi aut contentionis ſtudio duci, quomodo fere ſolent homines in adverſarios ſuos ferri; aut quod velit Jobum irritare: ſed inquit, ſe cupere, ut ipſe poſſet juſtitiam ſuam tueri: quod quum is non poſſit, vult ut ſe coram Deo humiliet. Notemus autem, Eliu hic loqui, tanquam organum Spiritus Dei, & eo admoneamur, Deum, quotieſcunque adverſus nos in Scriptura ſacra fulminat, non appetere confuſionem noſtram, ut id quod nobis debetur eripiat, quaſi invideret nobis, & laude dignum aliquid ipſi haberemus: minime: quid enim damni & detrimenti id illi poſſit adferre? Numquid aliquid Deo decederet, ſi ipſi vere aliquid laude dignum haberemus? Non: ſed quia neceſſarium eſt nos penitus dejici, quoniam bonum nobis ab ipſo oblatum recipere non poſſumus, niſi omni vanitate & noſtri opinione vacui fuerimus: en cur ante omnia nos omni vana gloria ſpoliat, & oſtendit, nos nihil præter dedecus, pudenda omnia & infamiam circumferre, nos denique in noſtris ſordibus tanquam putrefactos eſſe. Deum igitur eo uſque nos adducere oportet, non quod ægre ferat juſtitiam noſtram, (quorſum enim propter ipſam doleat, quum nihil ex ea damni poſſit ſentire?) ſed propter utilitatem noſtram id facit. Quid igitur aliud ſupereſt, niſi ut nos humiliemus, & ſalutis promiſſiones nobis oblatas recipiamus, & fide amplectamur? Et quoniam Diabolus nos ſollicitat, eo ut nos quam longiſſime abducamus & removeamus à Dei noſtri obſequio, quominus ipſum placide audiamus, teneamus ingenia noſtra frenata, & ipſa adductis frenis cohibeamus, ut ſic apud nos reputemus, Deus tamen tuus dominetur oportet, ſit tuus doctor & magiſter, ipſe vero ſis ejus diſcipulus, omniaque, quæ tibi illius nomine proponuntur, recipias oportet. En in ſumma, quod nobis ex hac exhortatione, qua hic erga Jobum Eliu utitur, diſcendum eſt. Inde etiam id, quod attigi, poſſumus colligere, nos nimirum nunquam profecturos in ſchola Dei, donec tacere didicerimus. Quodnam vero eſt hoc ſilentium, cujus meminit Eliu? Ne videlicet amplius in cerebro noſtro ſapiamus, ne ſimus ſubtiles ad contendendum & diſceptandum cum Deo, ut dicamus, Quomodo hoc, quomodo illud? Nos enim eo, quod nobis oſtendit, contentos eſſe oportet: ante omnia ſiquidem illi placet obedientia. Atque hoc præcipuum eſt in fide, ut nimirum quietam ſe coram Deo contineat. Quamdiu enim tam arrogantes erunt homines, ut propria ratione concludere & comprehendere velint id, de quo ipſos certos & perſuaſos eſſe oportet, doceri, quaſi aliquid inutile inſtituerit, recuſemus? En Deum, qui vult Euangelium prædicari & audiri. Numquid vero dixit, id inſtitutum eſſe ignorantium & eorum qui in ipſis adhuc elementis verſantur duntaxat cauſa? Minime. Sed totius corporis Eccleſiæ cauſa id inſtituit, ita ut magnos & parvos æque velit ei ordini ſubjici. Ipſeque adeo D. Paulus oſtendit, *Epheſ. 4. verſ. 13.* nobis in iſto ordine perſeverandum, donec ad ætatem perfectam & ætatem Domini noſtri Jeſu Chriſti pervenerimus. Homo autem ille perfectus ubinam reperietur? Non reperietur in hac vita mortali: nos hoc corpore ſpoliari oportet, & ad Deum evocari, antequam ad eam perfectionem veniamus. Quum igitur Deus voluerit univerſum corpus Eccleſiæ doceri, & quidem perfectiſſimos & excellentiſſimos quoſque, nonne ea nimis fœda arrogantia eſt, quum doctrinam nobis ſuperfluam eſſe, noſque ea minime indigere exiſtimabimus? Quin reſpiciamus D. Pauli exemplum, qui fuit ſanctitatis Angelicæ exemplum; is tamen dicit, ſe ſingulis diebus eniti. Mortis proximus, quamvis ſtrenue pro Dei honore propugnaſſet, omnia tamen quæ fecerat obliviſcitur: quamvis Deo fideliter ſerviiſſet, multa pro ejus nomine pertuliſſet, ea tamen quæ adhuc ſupererant reſpicit, ita ut dicat, Non eſt quod me hoc vel illud feciſſe conſiderem, ut interim ſomno me tradam & ulterius non progrediar: ſed me promoveam, & ad id, quod ſupereſt, pervenire coner oportet. In eo igitur D. Paulus oſtendit, quid ſit nobis agendum. Notemus igitur, nos non valde delicatos eſſe debere ad rejiciendam doctrinam, quæ nobis proponitur, quaſi ea non amplius nobis prodeſſet, aut ſi in ipſa ſatis jam docti eſſemus: nam diſerte Spiritus Dei hortatur ſapientiores & intelligentiores ad audiendum & recipiendum quod dicitur. Sic videmus, Dei ſapientiam eſſe infinitam, nunquam penitus comprehenſum iri: quamdiu homines vivunt in hoc mundo, ſufficit ut ejus guſtum aliquem habeant, & in ea quotidie proficiant. Præterea notemus, nos, quum aliquid didicimus, male in memoria ſervare, & ſtatim oblivioni tradere. Opus igitur eſt, memoriam renovari & refricari: Deuſque nobis hanc gratiam largitur, ut nobis miſericordiam ſuam proponat, ne vacui remaneamus, & in deſperationem, eo quod in ipſum non ſperaverimus, cadamus. Neque enim ſatis eſt, ut quidpiam intellexerimus, ſed id in corde noſtro imprimi oportet. Hæc doctrina non eſt in contemplatione poſita, ſicut ſcientiæ humanæ: ad illas enim quod attinet, ſatis eſt, quid illis contineatur, noſſe & concepiſſe, hanc vero in cordibus noſtris radicari oportet. Nunc vero videamus, num ita de voluntate Dei perſuadeamur, ut non opus habeamus eam quotidie nobis proponi, & in memoriam revocari. Concludendum eſt igitur, ſapientes & intelligentes hic

admo-

Digitized by Google

Quid vero illi de eo norunt? Carnem die Veneris comedi poſſe, nos non eſſe obſtrictos confeſſioni illi auriculari: tum vero garriunt, & horrendas blaſphemias cum eo, quod neſcio quo modo intellexerunt, miſcent. Cur vero? Quia non ſunt digni in ſchola Dei diſcere. Quando igitur videmus, Deum ſic punire negligentiam hominum: eo magis nos ad hanc do-
Prov. 1. ctrinam attendere oportet, notantes id, quod à Salo-
verſ. 5. mone dicitur, Sapientem audientem, ſemper confirmatum iri in ſapientia. Quod ſi Deus ſic puniat hominum negligentiam & levitatem, quid fiet ſuperbia, quum ſponte omnem bonæ doctrinæ ad ipſos aditum præcludant, & neſcio quo faſtidio concepto, inflati inſtar bufonum, nullo modo doceri velint? Eliu autem, poſtquam ſapientes & intelligentes hortatus eſt ad ipſum audiendum, cauſam ſubjicit: *Nam palatum*, inquit, *aptum eſt ad guſtandos cibos, & auris ad probandos & judicandos ſermones.* His verbis ſignificat, eos, qui non dignantur Deo & veritati ejus, ut doceantur, aurem accommodare, quique, quum jam edocti ſunt, non quærunt magis ac magis confirmari, naturæ ordinem pervertere, quin eſſe tanquam monſtra, & belluis ipſis deteriores eſſe. Cur? Quia bellua naturam ſuam ſequitur. Ecce autem hominem, qui ſe ſapientem prædicabit, judicio & ratione præditum, ad imaginem Dei creatum, eo ut in omni veritate illuminetur: interim is eo judicio valebit, ut quotidie comedere & bibere, non item proficere in cognitione Dei velit. Illud cum belluis commune habet: cibo enim illæ aluntur, nec ulterius pergunt. En hominem, qui volet excellentior eſſe Angelis Paradiſi, interim comedit & bibit ut bellua, & tamen aure, quam ad uſum longe nobiliorem & pretioſiorem, quam ſit potus & cibi uſus, accepit, uti non dignatur: hoc enim ſpectat ad nos in hac vita caduca conſervandos, illud vero ad nobis ſpem vitæ & ſalutis communicandam. Si igitur homo nolit ejuſmodi dono uti, nonne neceſſe eſt, ipſum tanquam monſtrum naturæ ipſi inimicum, aut geminam belluam cenſeri? Videmus igitur modo, quæ ſit mens Eliu: dicit enim nobis, Amici mei, ſi quis recuſet doceri, conſiderate quid is agat. Quum enim Deus nos creavit, dedit nobis palatum ad guſtandos cibos, ut quotidie manu ejus paſcamur. En vero bonum à nobis æſtimandum, quum Dominus nos alit: ſed illud non eſt præcipuum bonum: dedit enim etiam nobis aurem. Cur? Eo ut doceamur: Non ut invicem communicemus duntaxat ad emenda veſtimenta, calceos, panem, & vinum: uſus linguæ & aurium longe nobilior & excellentior eſt: ut nimirum per verbum in veritatem deducamur, ſciamus, nos ad immortalitatem & incorruptionem natos eſſe: quumque per hunc mundum tranſiverimus, nobis hæreditatem in cœlis paratam eſſe: denique ut ad Deum uſque veniamus. Fides venit ex auditu, ut ait duci. De cibo & potu ſolliciti ſumus, non ut tribus aut quatuor horis ante duntaxat ipſum paremus, ſed multo ante in quatuor vitas ipſum comparamus: tanta enim ſollicitudine in bonis caducis congerendis, ne ipſa illis unquam deſint, laborant, ut ſemper in eo toti ſint: quumque etiam congeſſerint tantum, quantum ſatis ſit ipſis in vitam, ſe tamen adhuc illis etiam poſt mortem opus habituros putant. En igitur, quomodo rebus caducis hujus vitæ addicti ſumus, non conſiderantes, Deum nequaquam nos inſtar belluarum creaſſe, ſed aliquid in nobis eſſe longe præſtantius corpore, nempe ſpem vitæ æternæ, quam exſpectamus. Videntes igitur, nos natura noſtra ita ſtupidos & belluinos eſſe: eo magis quod hic nobis oſtenditur debemus obſervare, nempe quum Deus nos crearit & formarit, nec in corpore & anima noſtra pars ulla ſit otioſa, ſed omnia debeant ad uſum applicari, norimus omnibus iis, quæ Deus nobis dat, cum fructu & utilitate uti. Animadvertentes quoque, nos tantopere occupari in terrenis ſollicitudinibus, ut quidam ſe in comedendo & bibendo corrumpant, helluationibus & intemperantiis ſuis ſint dediti, alii avaritiæ & tenacitati, ut nihil aliud curent quam magis ac magis congerere, alii ſcortationibus ſuis, alii ambitioni inſerviant, ut ſibi in hoc mundo auctoritatem acquirant, eo magis nobis attendamus. Animadvertentes igitur, nos hic inferius retineri, quid facere debemus? Demus operam, ut iſtas avocationes quam longiſſime à nobis removeamus, ſicque apud nos cogitemus: Cur creati ſunt oculi noſtri? Numquid, ut duntaxat ea, quæ ad hanc vitam uſui eſſe poſſunt, quæque, prout carni noſtræ ſunt deſiderabilia, appetimus, contemplemur? Minime: ſed præcipuum eſt, ut opera Dei, quibus is nos ad ſe invitat, contemplemur. Aures vero cur datæ ſunt? Numquid, ut duntaxat inter nos de negotiis noſtris terrenis agamus? Minime: ſed ut doceamur ad Deum noſtrum accedere, ut ipſi adhæreamus, & ad gloriam ejus cœleſtem perveniamus. Quum itaque Deus in mediis corruptionibus corporis noſtri poſuerit inſtrumenta, quæ nos ad bonum illud incorruptibile poſſint deducere, ut puta quum nobis aurem dedit, nonne in eum uſum nos ipſa uti oportet? Quod ſi non fecerimus, certum eſt, nos excuſatione carituros. Non eſt vero quod cauſemur, id quod multi ſolent in medium adferre, Neſcio quid ſit verbum Dei, mihi nimis altum & obſcurum eſt: non poſſum ad ipſum uſque penetrare. Quid ita? numquid de Deo diffidimus, ut nobis judicium & prudentiam, qua id, quod nobis ad ſalutem utile eſt, amplecti poſſimus, deneget: hanc
enim promiſſionem habemus, fore, ut humiles doceat. Pſal. 19.
Diffidamus igitur omnibus noſtris ſenſibus, confiteamur verſ. 8.
nos eſſe miſeras belluas, & ipſe nos Spiritu ſuo Mat. 11.
Sancto illuminabit: confidamus in ea promiſſione, verſ. 25.

Digitized by Google

abſtinere velint, eo quod metuere poſſint, ne veneno cibus infectus ſit? Minime: cibum enim diſcernent, ut ſciant num veneno ſit infectus, nec ne. Cognoſcamus igitur, Dominum non dediſſe nobis uſum auquum ſe Patrem & Servatorem erga nos exhibuerit, benedicamus. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis, &c.

CONCIO CENTESIMA VIGESIMA NONA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIV.

4. Judicium eligamus nobis, & cognoſcamus inter nos quid bonum ſit.
5. Dixit enim Jobus, Juſtus ſum, & Deus * abſtulit judicium meum.
6. In meo jure & cauſa mentior, ſagitta mea gravis eſt ſine prævaricatione.
7. Quis eſt vir ſicut Job, qui ebibit ſubſannationem ut aquam?
8. Ambulat cum iis qui operantur iniquitatem, ambulat etiam cum improbis.
9. Dixit enim, Non placebit Deo vir ambulans cum ipſo.
10. Quare, viri cordati, audite me, Abſit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.

* *ſeu pervertit.*

Quum reddenda eſt vitæ noſtræ ratio, non eſt quòd ſperemus nos alium Judicem quam Deum habere poſſe, qui ſine provocatione de nobis id, quod cognoverit, pronunciabit: fruſtra vero objiciemus adverſus ipſum quæ lubebit, nihil in eo proficiemus. Quia tamen homines ſunt rebelles, nec poſſunt niſi vi adduci, ut confiteantur, Deum eſſe juſtum, Deus utitur loquendi ratione uſitata in ſacra Scriptura, ſe nempe libenter velle in jus coram arbitris nobiſcum deſcendere, & inter nos & ſe medium quendam judicem & arbitrum conſtitui, non quod id fieri poſſit, ſed ut eo magis redarguamur & convincamur, quamvis adverſus ipſum litigare & contendere poſſimus, id tamen nihil profuturum. Sic vero loquitur per Prophetam Eſaïam, Eligamus viros, inquit, qui inter vos & me judicent. Verum eſt, ut dixi, non æquum eſſe, ut Deus eo uſque ſe dejiciat: ſed duntaxat vult oſtendere, etiamſi libertatem habeamus ipſum in jus citandi, ad cauſam noſtram adverſus illum agendam, nos tamen inferiores cauſa ſemper futuros. Idem eſt hoc in loco, quum Eliu dicit, *Eligamus judicium*, ut jam ſuperius ſe non loquuturum cum pavore & terrore profeſſus eſt. Quoniam igitur Jobus conqueſtus erat, Deum ipſum ſua Majeſtate perterrefacere, ſeque non audiri, Eliu ait, Nolo te perterrefacere, ita ut illam rationis ſpeciem poſſis adferre, nullam tibi æquitatem ſervari; ſed placide ad te accedam, & tibi, prout voles, loqui, & cauſam agere licebit: ſi quid habes, quod poſſis proferre pro tua defenſione, illud in medium adferas, omnia diſceptentur. Quum nunc hujus loci ſenſum naturalem habeamus, ipſum ad noſtram inſtructionem applicemus. Primum itaque nobis ex hoc loco colligendum eſt, Deum, quamvis omne imperium & dominationem in nos habeat, nos tamen ea æquitate judicare, ut nihil in ejus judicio poſſit reprehendi: & quamvis cauſæ agendæ facultas nobis concedatur, nos tamen confuſos remanere neceſſe ſit. Atque hoc illud eſt, quod jam ſæpius tractatum eſt, Deum virtutem ſuam nequaquam expromere in nos more tyranni, qui inter jus & injuriam, bonum & malum non diſcernit, ſed duntaxat quid poſſit vult experiri. Deus igitur non eſt præditus potentia abſoluta, ut dicitur; ſed potentia ejus ita eſt infinita, ut ſemper æquus & juſtus ſit in eo quod agit. Verum eſt, nos non ſemper cauſam operum ejus perſpicere, nec etiam æquum eſt ut juſtitia ipſius tam anguſto vaſe & menſura, qualis eſt ſenſus noſter, includatur: hoc tamen omnino certum & conſtitutum habere debemus, Deum ita potentem eſſe, ut omnia in juſtitia & æquitate diſponat. Cæterum ne hoc nobis ſumamus, ut in jus ipſum vocemus; ſcientes, ante omnia nos debere nos reos peragere. Sed interim notemus, etiamſi libertas & facultas litigandi nobis conceſſa eſſet, id nihil nobis profuturum, nos ſemper reos noxios inventum iri: quamvis enim ipſe Judex noſter non eſſet, nos ipſamet noſtra conſcientia condemnabit. Sic diſcamus nos coram Deo humiliare, ſcientes ipſum ita in nos omnem potentiam habere, ut nos juſte confundere & in abyſſum uſque præcipitare poſſit, & quidem ea æquitate, ut ad objiciendum & excipiendum nihil habere in ore poſſimus, quod non ille ſtatim, quando volet, rejiciat. Veniamus

Iſa. 1. verſ. 18.

Digitized by Google

in eo autem non poſſumus ipſum excuſare: nam etiam diximus, eum bonam cauſam agentem non ſequutum eſſe verum ordinem: quomodo contra ejus adverſarii malam cauſam egerunt, & tamen bonis argumentis & rationibus uſi ſunt. Ipſe igitur, quamvis bonam & juſtam cauſam haberet, eam tamen male egit. Cur? Quamvis enim patiens eſſet, & conſtituiſſet ſe Deo ſubjicere: non tamen ita perturbationes ſuas cohibuit, ut modum non excederit: quemadmodum quum homo Chriſtianus in eo laborat, ut domet ſe, & captivum contineat in obedientia Dei, id tamen ea perfectione efficere non
Gal. 5: 17. poteſt, quin id, quod dicitur, in ſe verum eſſe ſentiat,
Rom. 7. nempe, carnem ſpiritui reſiſtere, noſque bonum,
verſ. 19. quod velimus, non poſſe facere: quomodo D. Paulus illic non loquitur de carnalibus, & de iis qui ſibi ad omne mali genus laxant habenas: ſed de iis, qui optimo ad Deo ſerviendum & placendum zelo præditi ſunt: ut ſane ſe pro exemplo proponit, inquiens, ſe, quamvis, quantum maxime poſſit homo mortalis, enitatur, ut ſe ad Dei voluntatem accommodet, id tamen nondum perficere poſſe. Quum enim tentationes ſunt magnæ & violentæ, ſicuti fuerunt in Jobo, fieri nequit, ut ita ſimus conſtantes, quin concutiamur, quinque in iſtis pugnis & certaminibus, quæ nobis cum carne noſtra intercedunt, fremamus, multumque in nobis infirmitatis
Gen. 32. inſit. Videmus quid Jacobo acciderit, quum cum
verſ. 28. Angelo luctatus, ideoque Iſraël vocatus eſt: hoc eſt, victor cum Deo: claudicet tamen, &, quamdiu vivit, coxa ejus diſlocata ſit oportet, ut ſentiat, ſe non ita eam victoriam conſequutum, ut non multas in ſe debilitates & infirmitates habuerit: id vero nobis exemplum eſt & typus. Quamvis Deus nos virtute ſua corroboret, ita ut tentationes ſuperemus, id tamen non ita fieri, quin in nobis noſtræ infirmitatis notæ & veſtigia remaneant. Sic igitur accidit Jobo: merito igitur hic ab Eliu redarguitur. Interim Eliu non intelligit, Jobum voluiſſe Deum injuſtitiæ & crudelitatis ſimpliciter arguere; ſed oſtendit, ipſum Deo juſtitiæ laudem, quam debuerit, non attribuiſſe. Verum eſt, ipſum aſpere loqui, & videri ſermones Jobi detorquere, & in deteriorem partem interpretari: ſed notemus, æquum eſſe, ut Spiritus Sanctus vitia, quæ in nobis ſunt, quamvis ea magna non videantur, detegat. Verbi gratia: En Jobum, qui in genere Deum juſtum eſſe confeſſus eſt, & quidem eum talem erga ſe, agnovit. Sed tamen ita exagitatus fuit à ſuis perturbationibus, ut illi exciderit dicere, Cur vero me ſic affligit Deus? Non eſt in hoc ejus facto ratio & æquitas: quod ſi mihi jure agere liceret, oſtenderem, me non eſſe promeritum, ut ſic violentus ſit adverſus me. Jobo excidit ſic loqui per incogitantiam. Quod ſi ejus ſcopus examinetur, certum eſt, eum omnium peſſimum non fuiſſe: in eo duntaxat illi æſtus fue-

[illegible] ctum fulminare adverſus imaginationes, quæ cerebrum noſtrum ſubeunt, etiamſi illas uſque adeo Dei gloriæ adverſarias eſſe non exiſtimemus: præterea quamvis non ſit is directus ſcopus noſter, ut Deum accuſemus, non tamen poſſumus excuſari, quando ita malis cogitationibus implicamur, noſtræque perturbationes nos in hanc & illam partem agunt, ita ut non ſimus quieto & placato animo, ad Deo gloriam tribuendam, & ipſi in omnibus obſequendum: meremur redargui, tanquam ii, qui ſe juſtos aſſeruerint, Deum præ ipſis reum eſſe voluerint, Deo denique iniquitatem attribuerint, ſe volentes tueri & defendere, quaſi noxæ & peccati expertes fuerint. Hoc vero nos debet admonere, ut, quum nobis cum Deo res eſt, nos reos ſine ulla diſceptatione peragamus: quamvis enim ſubterfugia noſtra poſſint hominibus probari, & ſoleamus ipſis indormire: tandem tamen inviti ſentiemus, Deum uno verbo omnes noſtras longas exceptiones, omneſque ſpecioſos prætextus, quibus nos volumus tegere, everſurum. Sic, quum mala aliqua cogitatio, quæ tendit ad diminutionem gloriæ Dei, & ad inducendam dubitationem aliquam de ipſius juſtitia, animum noſtrum ſubit, cognoſcamus, nos jam in via eſſe ad blaſphemandum, noſque jam maxime condemnandos eſſe, etiamſi citiſſime prætereat illa cogitatio, & animum noſtrum non attendentem leviter duntaxat perſtringat. Præterea quum aliquam cogitationem habebimus, quæ noſtro quidem judicio ad Dei accuſationem non tendit, ſi tamen volumus nos adverſus ipſum juſtificare, id blaſphemia eſt. Quid facto igitur opus eſt? Diſcamus, Deum juſtum nos ipſos condemnando confiteri: hæc enim duo ſimul conſiſtere non poſſunt, ut homines ſe velint abſolvere, & interim Deo, ut par eſt, & prout ipſe meretur, gloriam tribuere poſſint. Nunquam igitur Deus jus ſuum integrum obtinet, niſi confuſi maneamus; idque certum & conſtitutum ſit, nos nullam adverſus ipſum defenſionem habere, ſed hoc unum ſupereſſe nobis, ut caput demittamus. En quod primum nobis ex hoc loco retinendum eſt. Sed ut hoc melius animo noſtro infigatur, notemus id, quod dicit Eliu, Jobum cum improbis ambulaſſe. Quomodo vero Eliu hic Jobo objicit, quod fuerit Dei contemptor, & vitæ effrenis & diſſolutæ, quum tamen ipſe antea ſe ea perfectione ambulaſſe profeſſus ſit, ut vix
quiſquam ipſi ſimilis inveniri poſſe videatur? Vidi- cap. 31.
mus enim, ipſum fuiſſe cæcorum oculum, tibiæ loco verſ. 16.
claudis, orphanorum patrem, manum ejus pauperi non fuiſſe clauſam, non paſſum eſſe, ut eorum, qui frigerent, latera ipſi maledicerent: domum ejus indigentibus ſemper patuiſſe, ipſum erga peregrinos beneficentia uſum: potentia & auctoritate ſua non fuiſſe abuſum: & quamvis apud judices gratia & favore valeret, neminem tamen oppreſſiſſe, & in ſimplicitate ambu-

Digitized by Google

quinque ſolidos furto alteri ſurreptos mortem æternam merui, quum Deo ſuum honorem eripuerim, Majeſtatem ejus imminuere conatus fuerim, nonne in eo crimen magis horrendum & execrandum eſt, quam omnia mundi furta, omnes ſcortationes, omnia homicidia, omnia veneficia, omnia perjuria, omniaque adeo alia ejus generis? Sic notemus diligenter, quum Eliu hic Jobo exprobrat quod cum improbis ambularit, eum id non objicere ob vitia, quod ad mundum attinet, evidentia: non quod homicida, mœchus, aut fur fuerit: ſed quia Deum juſtum eſſe cognoſcens, ipſi ut par eſt gloriam non tribuerit, ſed potius contrà ipſum voluerit condemnare: non quod id direƈte fecerit, ſed quoniam, quum malo ſuo cruciaretur, adverſus Deum quædam objiciens obmurmurarit: ea vero impatientia, quamvis cum patientia mixta eſſet, rejicienda tamen fuit tanquam blaſphemia, & ob eam Jobus ut improbus condemnatus fuit. Eo autem admonemur, ut ſic vivamus innoxii nullum damnum aut injuriam proximis inferendo, ut tamen præcipue Deum reſpiciamus, & coram ipſo ea humilitate ambulemus, ut ſemper laus ejus in corde & ore noſtro reſonet; corde, inquam, ipſum glorificemus & ore pariter: quumque animum noſtrum immoderati dolores & perturbationes invadent, ſtatim nos reos peragamus, non exſpeƈtantes dum aliunde condemnemur, Deuſque nobis mittat judices, qui ſolennem & publicam adverſus nos ſententiam pronuncient. Ne exſpeƈtemus quoque dum è cælo adverſus nos fulminet: ſed unuſquiſque malum quod in ipſo eſt cognoſcat, vel minimas & leviſſimas ejus cogitationes, quæ animo noſtro obverſari poſſunt, deteſtemur; eas, inquam, totidem crimina enormia & mortalia eſſe ſciamus. Interim notemus, Deum quoque nos in gratiam & miſericordiam ſuſcepturum, modo ultro & ſponte nos condemnemus: ſed qui refraƈtarii ſunt, qui contendere & reſponſare volunt, tandem ſentient ſuam obſtinationem illos duplo magis confuſos reddituram. Sic videmus, Deum non ſine cauſa Legem in duas tabulas diſtinxiſſe, ut oſtenderet, cultum & honorem, quem ipſi debemus, anteire, ſequi vero officium quod fratribus tenemur exhibere. Cultum igitur Dei totius vitæ noſtræ tanquam fundamentum eſſe oportet: ut glorificemus ipſum, ſcientes illum nos in eum finem creaſſe, alere & fovere: deinde, ut, prout alii erga alios obſtriƈti ſumus, proximis ſine ulla noxa adjumento eſſe, & inſervire conemur. En igitur, quod ex hoc loco debemus retinere. Nunc vero conſideremus loquendi rationes, quæ hic continentur. Quando Eliu Jobo exprobrat ipſum dixiſſe, *Juſtus ſum, & Deus pervertit judicium meum*: hæc non ita ſunt accipienda, quaſi Jobus ſic præciſe Deum voluerit accuſare, quod is jus ipſius pervertiſſet: ſed notemus, quum homo mortalis ita nunciarit? En igitur quod ad primum vocabulum attinet, quod hic continetur. Quando autem dicit, *Invenior mendax in meo jure*: eo ſignificat, ſe non admitti ad cauſæ ſuæ defenſionem, idque perinde eſſe, atque quum judices ſunt iniqui & crudeles, & ſua auƈtoritate bonum aliquod jus volunt opprimere. En quomodo Eliu nunc Jobo exprobrat quod Deum accuſarit. En, me reum & noxium haberi oportet. Cur? Quia ita Deo lubet. neque enim vult defenſionem meam audire: premit me, os clauſum habeo: quod ſi rationem aliquam adferam, ei nullo modo locus datur. Jobus autem eo uſque noluit extra cardines excurrere: ſed interim id quod diƈtum eſt retineamus, ſi ſimpliciter debitum non confiteamur, id perinde eſſe, atque ſi vellemus dicere, Deum tyrannicam poteſtatem in nos exercere, nequaquam autem jure & æquitate procedere: ſed quoniam in ejus poteſtate ſumus, eum de nobis jure & injuria, prout ipſi viſum eſt, ſtatuere. Quamvis itaque os noſtrum ea verba non proferat, quin etiam illa vel cogitaſſe exhorreſcamus: ſi tamen hoc non ſit nobis conſtitutum, nos defenſione prorſus carere, ſemper in jus cum Deo deſcendimus, cum ipſo litigamus, nos etiam condemnari oportebit eo nomine, quod ipſius juſtitiæ obtreƈtaverimus. Quod vero ſtatim ſubjicitur, Jobum ſubſannationem ut aquam ebibere, ita accipi debet, ipſum ita obſtupuiſſe, ut non animadvertat, ſermones, quibus uſus ſit, turpes eſſe & dignos qui rejiciantur & irrideantur, non ſecus quam ſi ipſe inſanus & mente captus eſſet. Interim autem vidimus, Jobum, eximios ſermones habuiſſe, quin etiam Sanƈti Spiritus organum fuiſſe, ita ut magnam inſtruƈtionem ex iis, quæ ab ipſo diƈta ſunt, colligere poſſimus. Quum ergo ſic ſe res habeat, cur illi objicitur, ipſum irriſionem inſtar aquæ ſorbere? Quia fieri nequit, quin homo, quum perturbationibus ſuis inflammatur, ita extra ſe abripiatur, ut, quid dicat, neſciat. Quod ſi vero id Jobo accidit, quid, quæſo, nobis futurum eſt? Patientia ejus nobis ob oculos ponitur regulæ loco; & diximus, exitum, quem ipſe habuit, oſtendere, nihil melius eſſe quam in bona Dei voluntate, in omnibus caſtigationibus quas nobis immittit, acquieſcere. Et tamen hic accuſatur tanquam impudens, qui neſciat amplius quid ſit pudor, omneque dedecus & infamiam ut piſcis aquam ebibat. Si id ipſi & merito exprobratur, quæſo vero, quum animadvertemus nos centies ipſo impatientiores eſſe, & vel leviſſima de cauſa adverſus Deum ſtatim excandeſcere, quid illud erit? Nonne debemus exiſtimare, nos plus quam obſtupuiſſe? Sic in Jobi perſona videmus Spiritum Sanƈtum nobis hic voluiſſe oſtendere, quid ſimus quum mala nos nimis urgent, noſtraque adeo fragilitas & imbecillitas permixta eſt: neſcimus, in quam partem nos vertamus, dentibus frendemus, frenum noſtrum arrodimus,

mus,

malo ſit exemplo aliis: quemadmodum unuſquiſque propria vitia habemus. Sic quum ambulamus cum hominibus, in confuſione horrenda ambulamus, mixtio & abyſſus tam profunda eſt in vita noſtra, ut nihil in ipſa cognoſci poſſit. En, inquam, quid ſit ambulare cum hominibus. Quid igitur facto opus eſt? Quum ambulando ſecundum mundum corrupti ſimus, & unuſquiſque ad malum proximos ſuos attrahat, & eos ſimul ſequatur, nonne id eſt omnem ordinem pervertere? Nihil igitur aliud ſupereſt, quam ut nos ad Deum colligamus, & penitus ipſi ſubjiciamus. Dici-
Gen. 5. v. 22:24. tur, Henochum cum Deo ambulaſſe. Cur? Quia non
Eccl. 44. depravatus fuit, & quamvis eo tempore mundus adeo
verſ. 16. corruptus eſſet, ut nihil ſupra, Enochus tamen ſe in-
Heb. 11:5. tegrum ſervavit. Ejus rei quæ cauſa fuit? Quod ſpiritus ſuos collegerit, ne frenum ſibi laxaret, & ſe ad nequitiam projiceret: & quamvis iniquitas tunc terram inſtar diluvii inundaret: ſic tamen apud ſe ſtatuit, Mihi tamen eſt tanquam coram Deo meo ambulandum. Hoc vero etiam eo refertur, ut non ſatis ſit nobis ſpeciem aliquam integritatis habere: ſicuti multis ſatis eſſe videtur laudari ab hominibus, à malo coram mundo abſtinuiſſe: quando puras in ſpecie manus habent, id illis ſufficit. Nihil tamen illud eſt, niſi cor noſtrum coram Deo purum habeamus. Notemus igitur, quum Scriptura dicit nobis ambulandum eſſe coram Deo, ipſam ſignificare, nihil eſſe, ſi vitam noſtram externam ita inſtituerimus, ut vitia noſtra non appareant, ſed conſcientiam etiam noſtram reſpondere, noſque ab omnibus malis & perverſis affectibus puros & immunes eſſe debere. Tertio, nobis cum Deo ambulandum eſt, ut nos penitus ipſius Legi ſubjiciamus, & ex ejus præſcripto nos fingamus & inſtituamus. Si enim vita noſtra approbata ſit ab hominibus, & nobis etiam in noſtris bonis intentionibus blandiamur, quid illud fuerit? Nihil: ut videmus in Papatu eos, qui ſecundum ſuas imaginationes religioſi ſunt, Deum ſibi quam maxime obſtrictum putant: ſed tamen quia Scripturam ſacram contemnunt, & quia inventos à ſe & temere excogitatos cultus ſequuntur, totum illud nihil eſt quam quiſquiliæ & ſordes. Sic notemus, ut recte vivamus, rectamque & certam regulam habeamus, nobis cum Deo ambulandum eſſe: hoc eſt, recta linea & cogitationes & opera noſtra ad id quod ipſe præcipit, non quod ab hominibus fuerit inventum, quodque nobis probabitur, accommodanda eſſe. En quod ad hoc vocabulum. Veniamus ad id, quod præcipuum eſt. Quomodo Jobus intellexit, nihil profuturum homini quod cum Deo ambularit? Quia in ſuo cruciatu & ſtupore quaſi perculſus fuit, nec cognovit, Deum ſibi adeſſe, quia illum coluerat, vitamque ſuam omni integritati applicarat. Verum eſt, Jobum in genere agnoviſſe, Deum juſtum eſſe, nec debere nos juſtitiam ejus ex præſenti

Cur vero? Si enim vel duntaxat imaginati fuerimus abſurda eſſe, id perinde fuerit atque ſi adverſus Deum blaſphemaremus. Verum eſt, Dominum non imputare nobis eam blaſphemiam, ſed bonitati ejus id acceptum ferendum eſt: ſumus tamen ejus rei. Atque hic in perſona Jobi à Spiritu Sancto redarguimur, ut ejuſmodi blaſphemia nobis diſpliceat, & horrori ſit: & ſtatim atq; mala aliqua cogitatio animum & mentem noſtram ſubibit, ipſam procul rejiciamus, ſcientes ipſam nos ad majorem blaſphemiam poſſe adducere niſi Deus nos cohiberet. Cæterum notemus, nos in eo magis nobis attendere, & in excubiis eſſe debere, quum videamus ſervos Dei ejuſmodi tempeſtate agitatos eſſe. Verum eſt, Jeremiam, quum inquirit, cur impro- Jer. 12:1.
bi ſic proſperis rebus fruantur, curque Deus, quantum quidem videtur, ipſis faveat, profiteri, Deum juſtum eſſe, ipſiuſque judicia eſſe recta, & uti hac præfatione, ut tanquam hoc freno ſe cohibeat: Scio, Domine, te juſtum eſſe, nihilominus tamen concutior. Videmus quid Habacuc dicat. Idem illi accidit, & in eo oſten- Hab. 1:3.
dit, ſe Dei timore & reverentia retineri: nihilominus tamen animo ſuo perturbatur. David fatetur, ſibi ali- Pſal. 73.
quid amplius accidiſſe. videmus enim eum dixiſſe, verſ. 13.
Fruſtra lavi manus meas in innocentia, me integritati dedidi, in Deo colendo tempus & operam poſui: tempus perdidi. Quum David eo uſq; venerit, quid nobis, quæſo, futurum eſt? Sic verum eſt, ipſum ſe redarguere, ſed fatetur etiam pedem ſuum ſuper glaciem, hoc eſt, in lubrico loco ſteriſſe, ac proinde etiam lapſui proximum fuiſſe. Poſtea adjicit, Domine, ego ſum bellua, non ſum dignus haberi creatura rationalis: ſed ecce mein brutum converſum, aſinis & equis ſimilem factum. Sic, Domine, me manu tua valida ſuſtineas oportet, alias perii. Quum David ſe ab ejuſmodi tentatione immunem non fuiſſe teſtetur, quid, quæſo, nobis futurum eſt? En etiam cur Eſaïas ſententiam hanc non Eſa. 3:10.
tanquam vulgarem, ſed tanquam exquiſitum quid pronunciat: Dicite, Fructus eſt juſto. Hortatur fideles ad concludendum & conſtituendum, fructum eſſe juſto, hoc eſt, eos in colendo Deum operam non perdituros. Videtur illud ſatis tritum & vulgare eſſe: id tamen Propheta tanquam exquiſitam ſententiam pronunciat. Cauſa vero quæ? Quia res confuſæ in hoc mundo etiam inter nos ſubinde videntur, unde fit, ut miſeri fideles magnopere in ſuis ſenſibus attoniti ſint & conſternentur, ita ut ſic apud ſe dicant, Cur Deus nos tanta ſeveritate affligit? ſtatim vero ad obmurmurandum parati eſſemus: quin etiam nobis accideret adverſus Deum blaſphemare, niſi cohiberemur, Deuſq; nobis declararet, quod agat, id ipſum eo non facere ut infidelibus faveat. Sic quamvis videatur nos oblivioni tradidiſſe, nos tamen perſuaſos eſſe oportet, ipſum noſtri miſerturum, in media ſua ſeveritate flagella ſua mitigaturum: quin etiam nos manu ejus abſolutum iri:

negare quin Deus juſtus ſit: ſed tamen centeſimus quiſque vix comperietur, qui juſtitiam Dei, ita ut par eſt, agnoſcat: & qui in eo aliquo modo officio funguntur, adhuc peccant. Juſtiſſimos intelligo, quibus iſtis dubitationibus, quas diximus, ſollicitari accidit. Quid igitur de profanis & belluinis hominibus ſtatuendum eſt, qui in Deo magnificando non ſunt exercitati, neque in id ſtudium ſuum contulerunt? Quare ſciamus, eum, qui hanc doctrinam animo ſedulo infixerit, & ſerio de ea perſuaſus fuerit, ut Deum juſtum eſſe confiteatur, multum profeciſſe: nec ſolum uno die, ſed centum, aut mille etiam, ſi tantum temporis in hoc mundo vivat. Sed nobis obſervandum eſt, quomodo confitebimur Deum eſſe juſtum. Verum eſt, hoc argumentum non poſſe in præſentia pluribus tractari: ſed tamen aliquid de eo delibandum eſt, ut nobis ad id, quod ſubjicietur, aditus pateat. Quomodo igitur Deum juſtum eſſe confitemur? Quando ſola & ſimplex ejus voluntas nobis pro omni ratione ſufficit, & ſerio perſuaſi ſumus, quæcunque Deus agat, bona & æqua eſſe, quamvis eorum cauſa nobis non conſtet. Nam ſi homo Deum velit juſtum confiteri, prout id ipſum ingenio ſuo poteſt capere, quid illud erit? nonne nobis ipſe ſubjicietur? Sed illud omnino certum & conſtitutum habere debemus, Deum eſſe juſtum. Cur vero? Quia ejus vo-

nobis declaret, cur res tam male noſtro judicio ſe habere videantur, & ſciamus, non ſine cauſa ipſum ſic ſtatuere. Quare claudamus oculos, quum res prorſus contra opinionem & ſenſum noſtrum evenient: hoc duntaxat conſtitutum habeamus, ut dicamus, Domine, tu es juſtus, & hac juſtitia contentus ero, donec me introducas in tuum Sanctuarium, & intelligam cur ſic de ſtatu generis humani conſtituas. Verum eſt, ſi nunc opinionem meam ſequar, me adverſus te obmurmuraturum, & indignaturum, quod res hic ſic confuſas videam: ſed quum ſciam, te mundum in ſapientia & juſtitia tua infinita regere, approberis oportet, & confiteamur, te juſte omnia ſic diſponere, quamvis cauſa nobis non conſtet. En igitur in ſumma, quomodo nos hac doctrina uti oporteat.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut eorum ſenſum talem nobis indat, ut in ipſis ita nobis diſplicere diſcamus, ut ſceleratam noſtram vitam deteſtemur, & in poſterum in id incumbentes, ut nos ipſius voluntati ſubjiciamus, in gratiam ab ipſo recipiamur. Interim vero nos ſic regat Spiritu ſuo Sancto, ut nihil aliud quæramus quam ipſi placere, & vitam noſtram ejus cultui conſecrare. Sic dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, agnoſcimus in nobiſipſis, &c.

CONCIO CENTESIMA TRIGESIMA

IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIV.

10. Abſit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.

11. Quia juxta opus hominis reddet ei, & faciet unumquemque invenire ſecundum vias ſuas.

12. Deus non condemnat temere, & Omnipotens non pervertit judicium.

13. Quis præter illum terram viſitavit? aut quis illum mundo præfecit? aut quis ipſum condidit?

14. Si poſuerit ad eum cor ſuum, ſpiritum ejus & flatum ad ſe colligat,

15. Tunc omnis caro interibit, & homo ſimul deficiet.

NObis hæc ſententia exponenda eſt, quæ ſatis vulgaris videtur, nempe *nullam in Deo eſſe injuſtitiam*, unuſquiſque id confitetur, ſed pauci id cognoſcunt, ut ſerio de eo perſuadeantur. Si quiete fruimur, Deuſque, quæcunque volumus, agat, facile fuerit nobis tunc concedere ipſum juſtum eſſe: ſed ſtatim atque dolemus, ſi mali aut adverſi quidpiam nos perturbat, ſtatim obmurmuramus, nec amplius juſtitiam Dei, quam prius confeſſi eramus, agnoſcimus. Non ſufficit igitur, ut uno vocabulo Deum juſtum eſſe profiteamur: ſed præcipuum eſt, ut, quum ad praxin veniendum eſt, quæcunque agit, probemus, & ſponte ejus potentiæ ſubjiciamur: quod ſic nos affligat, non litigemus cum ipſo; nec indignemur, quod mundum aliter, quam cupimus, regat. En igitur, quod ex hoc loco nobis retinendum eſt, quum oſtenditur nobis, nullam eſſe in Deo injuſtitiam. Denique

nique

Digitized by Google

verius perturbationes noſtras depugnandum eſt,
quum illæ in nobis excitantur, & nos ad inſurgen-
dum adverſus Deum incitant. Nunc videamus, quo-
modo Eliu probet non poſſe eſſe injuſtitiam in Deo:
dicit, *eum redditurum hominibus, & facturum ut unuſ-
quiſque ſecundum vias ſuas inveniat.* Hoc igitur no-
tatu valde dignum eſt: neque enim ſatis eſt, Deum
in ſeipſo juſtum eſſe, cognoſcere, ſicuti etiam juſtitia
ejus non eſt in ipſius eſſentia incluſa, ita ut nobis ſit
incognita, ſed per omnia profertur, & erga nos præ-
cipue cognoſcatur oportet. Volumusne igitur co-
gnoſcere, quomodo Deus ſit juſtus? Undique cir-
cumſpiciamus, juſtitiam ejus intueri poterimus:
cognoſcemus, mundum ea æquitate ab ipſo regi, ut
in ejus gubernatione nihil culpari poſſit. Ac ſane
quum unuſquiſque ſuo ordine vocabitur, nemo con-
querendi occaſionem habiturus eſt, ſed omnes confi-
teantur oportet, ſe Dei immenſa bonitate toleratos
eſſe, & juſta ſeveritate punitos eſſe. En quod modo
nobis retinendum eſt ex hac ratione, quam Eliu ad-
fert. Atque hoc eſt notatu valde dignum, ut jam
attigi: quum enim de juſtitia Dei loquitur, ne ima-
ginemur, Deum duntaxat in ſe juſtum eſſe, ſed juſti-
tiam ejus, ut oportet, apprehendamus, & eam, ut par
eſt, ad totius mundi gubernationem extendamus.
Quomodo igitur juſtus eſt Deus? Quoniam omnia
ab ipſo in æquitate reguntur: & quæcunque vide-
mus, nobis pro juſtis, quia ab ipſo promanant, appro-
banda ſunt. Non loquor de peccatis, quæ ab homi-
nibus committuntur, ſed intelligo, Deum in ſuo con-
ſilio ſupremo ita omnia diſponere, ut, quod ab ipſo
proficiſcatur, nobis ſit probandum. Quapropter
quum unuſquiſque noſtrûm ſe examinabit, cogno-
ſcat, ſe nullam cauſam aut prætextum habere, cur
cum Deo litiget aut contendat: ipſum crudelitatis
accuſari non poſſe: nec ullum poſſe dicere, ſe male
ab eo tractatum eſſe, ſed juſtitiam ejus in ratione illa,
qua nos regit & gubernat, approbemus. Cæterum ſi
ſermonem iſtum bene velimus comprehendere, & de
eo ſerio perſuaderi, unuſquiſque ſe primum diligen-
ter excutiat, & qualis ſit penitus conſideret. Quid
enim cauſæ eſt, quod ita indignabundi ſimus, & Deus,
quicquid agat, nunquam poteſt nobis ſatisfacere, ea-
que audacia ſemper præditi ſumus, ut adverſus ipſum
inſurgamus, niſi quod vanis adulationibus nosipſos
excæcamus, & unuſquiſque de peccatis ſuis non co-
gitans ſe juſtum eſſe exiſtimat? Sic quum hac pru-
dentia præditi erimus, ut bene peccata noſtra cogno-
ſcamus, certum eſt, omnes adverſus Deum objectio-
nes ceſſaturas & ſolutum iri, tum unumquemque
cum humilitate dicturum, Domine, tu me ſic tractas,
ut me tuam juſtitiam agnoſcere, tibique gloriam tri-
buere oporteat. Sed quid? Non poſſumus nos tenere,
quin nosipſos fallamus & decipiamus: & quamvis

in injuriam facere: fieri igitur poterit, ſicuti quotidie
accidit, ut Deus ad tempus improbos toleret: ani-
madvertitur, Deum diſſimulare, quum ſe homines ad
omnem nequitiam projecerunt; illos denique non in-
tueri & conſiderare videtur. Id enim in cauſa eſt, cur
improbi indurentur, & ſibi plus licentiæ ſumant: quia
enim non ſtatim ipſos punit Deus, ſibi videntur eva-
ſiſſe. Deus igitur non ſtatim punit maleficia, nec id
etiam intellexit Eliu: ſed tamen tandem Deus, poſt-
quam diu diſtulit, & tempus improbis prorogavit,
oſtendet, ſe, ſi illos ad reſipiſcentiam vocarit & exſpe-
ctarit, illorum peccata non tradidiſſe oblivioni,
omnia apud ſe perſcripta eſſe: quin etiam eos ſibi the- Rom. 2.
ſaurum iræ majorem accumulaſſe. Caro igitur ipſis verſ. 5.
temporis ſpatium conſtabit & vendetur, quum ſic pa-
tientia Dei abuſi fuerint, qui illos non ſtatim punire
voluit, ut ad ſua delicta agnoſcenda, ſeque emendan-
dos otium haberent. En unum obſervandum: Deum
nempe non ſtatim, aut primo die ita exercere ſua ju-
dicia, ut oculis poſſimus cernere, ipſum unicuique
ſecundum opera ſua reddere. Ac ſane quid illud eſſet,
ſi Deus æqualiter hic peccata puniret? Non exſpecta-
remus alium diem: omnia enim in hoc mundo imple-
ta eſſent. Quid fieret articulo illi noſtræ fidei, quo cre-
dimus, nobis reſurgendum eſſe, & comparendum co- Rom. 14.
ram tribunali Domini noſtri Jeſu Chriſti. Denique verſ. 10.
nulla amplius bonis merces, nullus pro improbis & 2 Cor. 5.
rebellibus timor eſſet. En vero, cur expreſſe in Scri- verſ. 10.
ptura dicitur, Deum redditurum. D. Paulus loquens Rom. 2.
de juſtitia Dei, non ait, Deum quotidie unicuique red- verſ. 6.
dere prout meritus eſt, ſed dicit, ipſum redditurum.
Quando vero? Extremo die. Eliu huic ſententiæ non
repugnat: ſed quum ait, Deum reddere, id quod ve-
rum eſt præſupponit, animos noſtros ſuſpenſos tenen-
dos eſſe, donec Deus id, quod nobis ad tempus abſcon-
ditum eſt, detegat. Fidem, inquam, noſtram exerceri
oportet, patienter exſpectando id, quod nondum vi-
demus: ſufficit, ut Deus nobis aliqua ſuæ juſtitiæ ſigna
det, inſignia ejus exempla nobis proponat, ita ut co-
gamur ſentire, eam homines intueri, ut ipſos ob pec-
cata puniat. Si Deus nobis ejus rei aliqua teſtimonia
det, id nobis ſufficiat, interim vero patientes ſimus,
donec id, quod modo ſibi reſervat, cognoſcamus. En
igitur, quomodo hæc ſententia nobis accipienda ſit,
ut eam ad uſum noſtrum recte applicemus. Secun-
dum eſt obſervandum, Eliu non intelligere, Deum
ita reddere unicuique ſecundum opera ſua, quin
eos, quos punit, toleret, & bonitatem erga ipſos ali-
quam oſtendat, quamvis altera ex parte ſeveritate
utatur, & ſentire illos cogat, ſe ipſorum Judicem
eſſe. Sed vult ſignificare, Deo non propoſitum eſſe
peccata omnia æqualiter punire: quid enim no-
bis fieret? Non mitteret nobis morbos, miſerias &
alia ejus generis, ſed ſtatim præcipitaremur, & quaſi
fulmine

Digitized by Google

tuamem reputemus. En igitur adhuc quidpiam nobis hoc in loco notandum. Tertium autem eſt, Deum non ita reddere hominibus ſecundum vias ipſorum, quin ſibi reſervet, ut iis, quos ad ſe vult revocare, veniam dare poſſit. Deus non punit electos ſuos. Cur? Quia placet ipſi illos in gratiam recipere, ſeque illis gratuita ſua bonitate reconciliare: idque quum agit, ipſorum peccata ſepelit, ita ut cum
Pſ. 143. verſ. 2. illis, ſicut dicitur in Pſalmo, non ingrediatur in judicium. Deus igitur hanc libertatem habet, ut peccata ipſorum, etiamſi illa non puniat, aboleat: id interim nihil ejus juſtitiæ derogat. Cur? Quia quum Deus vult nobis peccata noſtra condonare, quomodo agit? Non vult malum, quod in nobis eſt, alere: ſed nos admonet, facit ut ſentiamus quantum ipſum offenderimus: deinde hunc nobis affectum dat, ut nobis in peccatis diſpliceamus, & ob ipſa gemamus. Quando ſic pœnitentia ducimur, delictorum noſtrorum judices ſumus, & ipſa condemnamus. Eo pacto Deus munere ſuo functus eſt. Longe enim præſtat, ut homo ſeipſum condemnet, quam ſi à Deo condemnetur, frendeat dentibus, in peccatis ſuis correctionem reſpuens obſtinatus maneat. Deus igitur, quando nos ad ſe ad pœnitentiam vocat, non obliviſcitur muneris ſui: neque enim peccata noſtra condonat, eo ut nobis in ipſis blandiamur. Contra eo ſpectat, ut ſit duplex punitio: ut ex parte una, mala, quæ admiſimus, ſentiamus; ex altera, miſericordia Dei, ad miſerias, in quibus eramus, detegendas, reluceat, donec nos in plenam libertatem vindicarit. Notemus igitur, Deum, condonantem ſuis electis ipſorum peccata, nihil ſuæ juſtitiæ derogare, quominus hæc ſententia ſemper vera ſit, Eum reddere hominibus ſecundum opera ſua, & efficere ut illi ſecundum vias ſuas inveniant. Nunc videmus, id quod jam attigi, nobis in afflictionibus noſtris perſuaſum eſſe debere, nos nihil injuria pati, Deoque cauſam conſtare, cur nos caſtiget: ſi in jus cum ipſo deſcendamus, nos cauſam perdidiſſe. Cæterum cognoſcamus, Deum nos ita tolerare ſua bonitate, ut occaſionem habeamus ſentiendi, nos ipſi quam maxime obſtrictos eſſe, eo quod erga nos ſeveritatem, quam ipſi liceret exercere, non exerceat. In ſumma cognoſcamus, ipſum nobis parcere, etiamſi vindictam ſuam nos faciat ſentire, & quamvis ſeverum & aſperum ſe exhibeat, ſeveritate illa bonitatem eſſe permixtam, interim vero illum ſemper eſſe juſtum, ita ut homines nihil profecturi ſint, quum ſeipſos volent abſolvere: ſed præſtare, ut, quum videmus, Deum nos ad ſe vocare, & ſollicitare ut ſe adeamus, antè peccata noſtra ſentiamus, ut nobis in ipſis diſpliceamus, ita ut Deus ad ipſa nobis condonanda ſit proclivis. En in ſumma, quod nobis ex hac ſententia retinendum eſt. Juxta illud vero ad majorem confirmationem Eliu dicit,

cauſam ſuiſſe, cur nos puniret, convincamur. En vero, cur Eliu adjiciat, *Deum jus non eſſe perverſurum*: quum enim amplius non poſſumus, ad hoc ſubterfugium venimus, Deum eſſe omnipotentem, & quod velit, agere: &, quia non poſſimus illi reſiſtere, cum quo jure, quaque injuria in nos ruere. Quod ſi ſic non loquamur, nihilominus ejuſmodi cogitationes obliquas habemus, quod nimirum, quia Deus ſit omnipotens, nos vero miſeræ & fragiles creaturæ, ipſi libenter perſuadere velimus, eum nos nimis cruciare. Sed contra dicitur, *Deum nequaquam jus pervertere*, hoc eſt, non punire homines, quin ſemper illos toleret, prout expedire cognovit: quod ſi illos adhuc magis tolerandi occaſionem & cauſam haberet, certum eſt, eum illa uſurum, quia novit quid ipſis utile ſit. Hanc igitur doctrinam ad praxin revocemus, ut nos coram Deo, quotieſcunque ab illo caſtigamur, humiliemus: os clauſum habeamus: ne quidquam contra objiciamus: interim ſimus humiles, hypocriſis non excæcet nos, eo ut in noſtris tranſgreſſionibus nobis adulemur. En in ſumma, quomodo debemus diſcere nos condemnare: interimque cognoſcamus, Deum nos puniendo juſtum eſſe, nec ullum jus noſtrum pervertere: quod ſi bonam cauſam haberemus, ipſemet illius defenſor eſſet, procuratore aut advocato nobis minime opus eſſet: ipſe enim vindex noſter eſſet, nihil aliud cupit quam nos abſolvere. Si condemnemur ab ipſo, illius judicium æquo animo ſubeamus, cognoſcentes, nos ipſum promeritos eſſe. Verum eſt, hoc in genere dici, ſed tamen unumquemque privatim & ſui reſpectu hanc doctrinam memoriæ infixam habere oportet: in primis, quando flagellis Dei cædimur, & hic paupertate, alius morbo affligitur, alii aliqua injuria infertur. Undequaque malum veniat, ſic cognoſcamus, Ecce manum Dei, quæ nos viſitat. Cur? Juſtam cauſam habet: ſumus enim miſeri peccatores, & erga illum tam rebelles, quam qui maxime; nec eſt, quod ſperemus nos peccata noſtra diminuere poſſe, ut dicamus Dei punitiones immoderatas eſſe, quaſi is non habeat juſtam in nos animadvertendi cauſam: ſed contra, etiamſi multo majorem erga nos ſeveritatem exerceat, & quidem eo uſque, ut nos penitus opprimat, confiteamur, eum adhuc modum non eſſe exceſſurum, quum ad ſummum nequitiæ gradum & cumulum peccata noſtra pervenerint. En igitur, quomodo hanc ſententiam debeamus intelligere. Subjicit autem poſtea, *Quem Deus conſtituit ut mundo, præter ſe, præficeret?* quamvis vocabulum, quo hic utitur Eliu, ſignificet interdum Viſitare, non tamen multum in vocabulo hærendum eſt, quum ſententia ſemper una & eadem ſit: in ſumma, Eliu vult ſignificare, Deum ſolum mundum regere, ſocium non habere, nec Creatorem eſſe

in eo,

vero eſt, quod paulo poſt ſubjicit, *Qui injuſtus eſt, numquid gubernabit?* Verum eſt, quod ad mundum attinet, improbos interdum poſſe gubernare. Cur? Ecce enim Reges, qui tales ſiunt & naſcuntur ab utero matris: idem de Principibus dicendum. Præterea munera publica ſuis lenonibus, & nullius pretii atque adeo nihili hominibus, ut vulgo notum eſt, quales fere ſunt aulici omnes, committent & dabunt, aut ipſi vendent: atque ita juſtitia funditus evertetur. Ubi electione & ſuffragiis populi Magiſtratus eliguntur, quomodo illic res geritur? Non in timore aut reverentia Dei, ut eligantur, qui juſte præſint & dominentur: ſed in popinis & ganeis ambientur Magiſtratus, fœdiſſimaque publicorum munerum nundinatio inſtituetur. Quando igitur Reges, Principes, ipſorumque Miniſtri, Magiſtratus denique electi, ejuſmodi via diabolica ad illum dignitatis gradum aſcendunt & evehuntur, improbos tunc dominari neceſſe eſt. At non ita ſe res habet de Deo. Cur? quia natura ſummum mundi Imperium obtinet, quod & ipſi debetur: non electus fuit à nebulonibus, qui volunt omnem confuſionem regnare, & eos, qui ipſos in vitiis ſuis ſunt toleraturi, eligunt, qui denique nihil aliud quærunt, quam omnem bonum Reipublicæ ordinem evertere. Deus igitur in cauponis per ambitum aut malas artes non fuit electus: non gratia ad ſuum munus aſcitus fuit: non in eam dignitatem, qua potitur, gratia ſucceſſit, quaſi Ordines imperii totius mundi ipſi permiſerint, ut patri mortali ſuccederet: nihil horum omnium in ipſo eſt. Quid igitur? Natura imperium mundi habet, ita ut hæc duo ſint inſeparabilia, eſſentia immortalis Dei, & jus regendi & imperandi, quod habet. Atq; hoc eſt, quod dicitur in decimo octavo capite Geneſeos ab Abra-
Gen. 18. hamo. Is, inquit Abrahamus, qui judex eſt mundi,
verſ. 25. numquid bonum cum improbo & ſcelerato perdet
& exterminabit? Quando vero id dicit Abrahamus,
ejus ſcopus nequaquam eſt, ut Deum admoneat, quo
ſibi attendat: quomodo hominem mortalem admo-
Deut. 1: nere poſſumus, ſicut Moyſes, & Joſaphatus alloquun-
verſ. 16. tur Judices, Attendite vobis: Deus vivus vos in thro-
2 *Chr.* 19. no ſuo collocavit, & quiſquis in eo ſederit, non domi-
verſ. 6. nabitur tanquam homo, ſed tanquam Dei legatus.
Sic Judices terrenos muneris & officii ſui admonere poſſumus. Poſſunt enim peccare: quin etiam videmus, quomodo homines potius ad malum declinent, quam bono adhæreant, quoniam ipſi penitus ſunt addicti; præterea quoniam multum abeſt, ut, quæ eſſe debeat, in illis ſit virtus & conſtantia, quumque in ipſis eſt bona aliqua voluntas, non tamen is zelus eſt, qui eſſe debeat. En igitur Judices terrenos, qui opus habent officii ſui admoneri. Cur? Quia eo ut par eſt
Gen. 18. non fingi ſunguntur. Sed quum Abrahamus hoc, Deum
verſ. 25. alloquens, adfert, Num, qui mundum judicat, bonum
tueri, ſicut facit. Quando igitur Deum cœli & terræ Creatorem vocamus, ne id ad momentum temporis reſtringamus: ſed cognoſcamus, Deum, mundo ſemel creato, omnia nunc ſub imperio ſuo & poteſtate habere, & hæc inferiora ita ordinare, ut noſtri curam gerat, & capilli capitis noſtri ſint numerati, paſſus noſtros regat, nihilque accidat, quod non ejus conſilio decretum & conſtitutum ſit. En igitur, quod primo loco nobis retinendum eſt. Diſerte vero dicitur, *Præter ipſum neminem mundo præfectum eſſe, aut terræ Dominum conſtitutum*: quod ſignificat, hæc duo conjuncta eſſe, creationem & gubernationem mundi. Si igitur imaginamur, Deum non gubernare omnia, ſed aliqua fortuito evenire: ſequitur, hanc fortunam Deum eſſe, quæ partem mundi crearit, ac proinde creationis laudem Deo ſoli non deberi. Hæc vero eſt blaſphemia horrenda, ſi Diabolum quidquam ſine Dei permiſſione poſſe exiſtimemus, quod perinde fuerit, atque ſi ipſum mundi creatorem ex parte faceremus. Sic diſcamus, hæc duo vinculo indiſſolubili conjuncta eſſe, Deum omnia feciſſe, & omnia regere. Ideoque diſerte dicitur, Deus mundum conſtruxit. Numquid igitur exiſtimamus, Deum vocare & aſciſcere ſibi ſocium, qui ipſum in regendis ſuis creaturis adjuvet? Verum eſt, Deum uſurum mediis & cauſis inferioribus ad mundum regendum, id tamen ejus auctoritatem non imminuit: ſupra omnes ſiquidem dominatur. Quid ſunt magni Reges, niſi manus Dei? Ipſe vero illis, prout ipſi videtur, utitur, ſicuti per Prophetam ſuperbo illi Sennacheribo exprobrat, qui ſe omnia ſua induſtria effeciſſe exiſtimabat: Quid vero es tu, niſi ſecuris in manu percutientis? Si homo quiſpiam ſerram aut cultrum tractet, eo ſecet, aut utatur pro arbitrio, numquid inſtrumentum adverſus hominem poteſt inſurgere? Minime. quod oſtendit hominem non ſolum poſſe uti manibus ſuis & brachiis, ſed etiam habere ea, quæ ſunt extra ſe, in poteſtate ſua. Num quæ eſt virtus in creaturis mortalibus, niſi à Deo vivente? nonne omnia ſuum eſſe ab ipſo habent? Nihil igitur ſumus à Deo ſeparati: in ipſo vivimus, ſumus & movemur. Cognoſcamus igitur, quum Deus hujus mundi media adhibet, & hominum opera utitur, tanquam inſtrumentis, id non eo referendum eſſe, ut ejus potentia imminuatur aut circumſcribatur, ſed po-
tius eo oſtendere, ſe ipſos regere: ſi jubeat duntaxat *Eſa* 5:26.
& ſibilet, homines præſto eſſe cogi ad voluntatem *&* 7: 18.
ipſius exequendam: quin etiam inferni Diabolos eo adigi: & quamvis id nolint, idque omnino contra ipſorum ſcopum & voluntatem fiat, Deum tamen illos potentia violenta inducere ad id, quod in conſilio ſuo decrevit, exequendum. Sic videmus, quomodo nobis conſideranda ſit providentia Dei, ut nimirum ſciamus, ipſum mundi curam gerere,
omnibus

Digitized by Google

oſtenditur. Quum igitur affligemur, quamvis id ab hominibus promanet, ipſique adeo nobis vim & injuriam faciant, ſciamus, Deum freno ipſos cohibere, nos ſic velle affligere, idque de ipſius tanquam Judicis noſtri manu accipiendum eſſe, ut in peccatorum noſtrorum notitiam veniamus, & nos reos, ut nuper dictum eſt, agnoſcamus. En igitur, quod nobis hoc in loco obſervandum eſt. Quin etiam, quum videmus improbos hic inferius dominari, cognoſcamus, in eo poſitam eſſe partem juſtitiæ Dei. Cur res ſunt ſic perturbatæ, ut quidam ad munera & dignitates publicas malis ambitus & largitionum artibus perveniant, alii ipſas emant, ut quod impenderint, damno miſeri populi, hunc modo abradentes, alium devorantes, reſarciant? Hoc fit, quia Deus videt, nos minime dignos eſſe, qui ab ipſo regamur, ideo Satanæ frenum laxat. En igitur, quomodo omnes injuſtitiæ, quæ in mundo regnant, ſunt totidem Dei ob peccata noſtra flagella, ut jam ſuperius vidimus. Quum ita ſe res habeat, nobis etiam cognoſcendum eſt, ſi Principes & Judices terreni ſunt ſcelerati, Deum velle ſuam juſtitiam eo magis conſpicuam fieri & eminere: affligit ſiquidem nos, & eo pacto peccata à nobis commiſſa punit, oſtenditque, nos non dignos eſſe, qui ad ipſum accedamus: ſed potius ſe debere à nobis abſcedere, ut ſentiamus, nos, quum ad omne ſcelus nos projecerimus, ipſiuſque jugum rejecerimus, meritos eſſe, ut in nos Diabolus, improbique, qui ſunt ipſius miniſtri & ſatellites, quoſque excitat, regnent. Sic videmus, Deum in omnibus & per omnia mereri, ut ipſi gloria tribuatur: quaſcunque in hoc mundo turbas videamus, nobiſque huc ſemper redeundum eſſe, quum ſit omnipotens, fieri non poſſe, ut quidquam injuſtum faciat: neque enim alterius voluntate Princeps eſt mundi, non malis artibus aut fraude ad illud imperium electus aut aſcitus eſt: ſed natura illud obtinet, & quomodo Deus eſt, juſtus etiam ſit oportet: neque enim à potentia ipſius ejus juſtitia ſeparari poteſt, uti jam diximus. Interim autem Eliu oſtendit, *fore, ut ſi Deus cor ſuum in nos converrat, ut ſpiritum & halitum ſuum ad ſe retrahat, omnis caro deficiat, noſque ſtatim in pulverem redigamur.* Hic Eliu conjungit potentiam Dei cum ejus bonitate. Oſtendit igitur, quum regimur manu Dei, nobis ſentiendum eſſe, ipſum eſſe bonum & miſericordem erga nos, quod unoquoque temporis momento non pereamus. Cur? Qua enim alia re opus eſt ad nos in cinerem & nihilum penitus redigendos, quam ſolo Dei aſpectu? dicitur, Deum in homines ſufflare, tunc omnem ipſorum vigorem ſtatim mutari, marceſcere & exareſcere. Propheta Eſaias ſic loquitur de
Eſa. 40. verſ. 7. virtute hominum, quando ipſos herbæ aut flori com-

ſpiritum ad ſe retrahere. Quid enim in nobis eſt, quum virtutes noſtras conſiderabimus? Numquid facultate aliqua præditi ſumus ad nos ſervandos? Quid Deum inducit ad nos tuendos? Quin, numquid digni ſumus, qui bonis nobis ab ipſo conceſſis fruamur? Nihil ejuſmodi eſt in nobis. Præterea, quid ille debet nobis? Quæ ſunt facultates noſtræ? Concludendum eſt igitur, Deo non eſſe aliam cauſam, cur conſervet mundum, niſi quia ipſe bonus eſt, & omnis bonitatis fons: nec aliunde ipſum induci, ad nobis tot bona, quæ quotidie de manu ejus accipimus, largienda, niſi quia lubet facere, ut miſericordiam & gratiam ejus experientia ſentiamus. En igitur, quomodo vel ſola vita, qua præditi ſumus, nobis idoneum eſt teſtimonium, quantopere Deus benignus ſit & miſericors erga nos: & quamvis ſeveriſſime tractemur, duntaxat langueamus, malis & miſeriis turbemur, vel reſpirando duntaxat convincimur, Deum nobis ſuæ bonitatis ſenſum communicare. Cur? quia non niſi in ipſo & per ipſum vivimus & movemur: quod ſi retraheret ad ſe ſpiritum ſuum, illico periremus, & in pulverem abiremus. Atqui vita eſt res pretioſa, quicquid ſit. En igitur, quomodo homines ſemper Deo ſunt obſtricti, quomodocunque ipſe illos tractet. Verum eſt, hoc requirere longiorem tractationem, ſed quoniam id tempus non patitur, ſufficiet in præſentia, ut id, quod jam attigimus, unuſquiſque meditetur, & nobis attendamus: ut nos nihil prorſus eſſe agnoſcentes, ita æſtimemus potentiam Dei, quam erga nos exhibet, ut cum ea bonitatem ipſius conjungamus: atque ita ad ipſum, talis qualis eſt, confitendum incitemur, hoc eſt, ad nos ipſi penitus ſubjiciendum: tum ſciamus, ipſum ita mundum regere, ut nihil niſi cum pondere, & menſura faciat, ipſum juſtum eſſe in omnibus ſuis operibus, talem à nobis agnoſcendum eſſe, etiamſi id nobis, quod ad ſenſum noſtrum carnalem attinet, abſurdum videatur.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut nos magis ac magis in ipſis conſiderandis & cognoſcendis aſſuefaciat: tum diſcamus, nos non ſolum confiteri peccatores, ſed nos in tota vita noſtra condemnare: & unuſquiſque privatim faciat, quod omnes in communi & genere monemur facere. Interim nos ipſius manu regi patiamur, & patienter accipiamus quæcunque adverſa ipſi viſum fuerit nobis immittere, ne nimis in hac vita caduca hæreamus, ſed ſurſum ad Regnum illud æternum, ad quod nos vocat, & in quo gaudium noſtrum & felicitas vere implebuntur, aſpiremus. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed &c.

CONCIO

Digitized by Google

cap. 6. verſ. 8. auferentque ſortem, & quidem non manu.

Eccleſ. 5. verſ. 15. Rom. 2. verſ. 11.

SUperius declaravimus, hic admoneri homines ſuæ fragilitatis, ut intelligant ſe à Deo tolerari, quumque vel momentum temporis ſuper terram manemus, id ejus gratiæ acceptum ferendum eſſe. Cur vero? Si aliquam vitam & halitum in nobis continemus, id totum à Deo habemus, atque ita videmus ipſum nos mera ſua bonitate tueri. Quum ita ſe res habeat, ne nimiæ ſeveritatis ipſum accuſemus: an non enim juſtam nos, quotquot ſumus, omnes exterminandi occaſionem haberet? Quis eſt, qui ejuſmodi juſtitiam poſſit proferre, ut non habeat Deus ſemper cauſam, cur ipſum puniat? Interim videmus, ipſum conſervare mundum, & unuſquiſque noſtrûm eo ordine & numero continetur, debitores enim ſumus omnes ejus miſericordiæ. Tantumque abeſt, ut nimia in nos ſeveritate utatur, ut potius ejus patientiam debeamus mirari, quomodo poſſit tot iniquitates tolerare, nec ſtatim fulminet, & vindicta ſua omnia exterminet. Quum ita ſe res habeat, num quempiam adverſus ipſum obmurmurare oportet? Quod ſi mirum & indignum nobis videatur, Deum alios tolerare, is nobis contra objicere poterit, ſe nos etiam tolerare. Eo igitur diſcamus Deo ſemper in ipſius miſericordia non minus quam in ejus virtute & potentia gloriam tribuere: quamvis enim ſit omnipotens, ſibi tamen moderatur, quia nos diligit. Aliam autem exhortationem ex hoc loco valde utilem poſſumus colligere: ut nimirum fragilitatem noſtram agnoſcentes, diſcamus animas noſtras in Dei manum deponere: non exiſtimemus, nos vi propria vivere, & ſtatum noſtrum continuare: ſed Deus nos gubernet, quamdiu ipſi videbitur, &, ſi placeat ipſi nos ex hoc mundo ad ſe evocare, ſemper ad migrandum ſimus parati. Cæterum, quæ bene vivendi ratio eſt? Ut nempe cognoſcamus, quia Deus nos poſſidet, & Sancto ſuo Spiritu vivificat, æquum eſſe, ut ipſi omnia accepta feramus, ut viventes & morientes ejus cultui penitus dediti ſimus. Quod ſi ea doctrina in animis noſtris infixa eſſet, nequaquam is ſtupor, qui animadvertitur, in nobis eſſet. Numquid enim majori hominum parti, mane quum ſurgit, in mentem venit, ſe in manus Dei committere? Quod ſi cerimoniæ cauſa id faciant, numquid ad vivum afficiuntur, agnoſcentes, ſuam vitam nihil aliud eſſe, quam parvum ventum, qui momento temporis evaneſcit? numquid id cognoſcant? Minime. Eo magis igitur meditanda eſt doctrina, quæ hic nobis oſtenditur, nempe vitam noſtram nihil aliud quam umbram meramque vanitatem eſſe. Nos igitur demus in ejus manus, qui nos in hoc mundo prout ipſi videbitur conſervabit, nos etiam, quando tempus opportunum venerit, ex ipſo evocabit. Sed quomodo hic monemur nos humiliare, nihilque noſtris viribus attribuere: ſic contra habemus in quo acquieſcamus, ſcientes, vitam noſtram non eſſe in manibus cujuſque, ſed in poteſtate ejus qui eſt ipſius protector. Diſerte autem dicit Scriptura, Si ipſe ſpiritum & halitum ſuum retrahat, nos omnes mori. *Pſal. 104. verſ. 29.* Quamdiu itaque Deus nos volet conſervare, audacter Diabolo & omnibus noſtris hoſtibus inſultemus. Verum eſt, quum nos hominum violentiam aſpicimus, ipſos lupos rapaces, nos vero oves videri: os enim apertum habent ad nos deglutiendos, ſed tamen nihil adverſus nos poſſunt, niſi quod Deus ipſis permiſerit. Non ſine cauſa autem ſibi attribuit & reſervat munus, halitum, quem nobis dedit, ad ſe retrahendi. Contenti igitur ſimus, ſcientes, Deum vitam noſtram in ſua cuſtodia & protectione habere, donec nos ex hac vita ad ſe velit evocare, & curſum noſtrum terminarit. Quod ſi hic quærat aliquis, num animæ noſtræ ſint inſtar venti, quum dicatur, nos perituros, quum Deus halitum ſuum retrahet: notemus, quamvis homines ſint immortales, id ipſos non habere ex ſeſe & propriis viribus, ſed ex gratuita Dei bonitate. Cæterum quid aliud eſt mors, quam animæ ex corpore migratio? Deus igitur halitum ſuum ad ſe retrahit, quando nos in pulverem & putrefactionem mittit: nihilominus tamen animas noſtras ad ſe colliget, & in ultimum uſque diem ſervabit. In ſumma Eliu hic voluit oſtendere, nos infirmos & caducos eſſe, & nihil eſſe vires noſtras, niſi quia mera bonitate Dei ſuſtinentur & fulciuntur: quumque nos ſecundum id quod apparet, hoc eſt, reipſa diſſipat, facit id, quod prout ipſi viſum eſt decreverat. En quomodo ſemper ad ipſum reverti debemus, ut jam attigimus, & contenti eſſe eo quod noſtri curam paternam gerit. Ne igitur ſimiles ſimus leviculis iſtis, qui in propriis viribus confidunt, & mira ſe facere poſſe ſperant: cum humilitate potius & ſollicitudine nos ſub alis Dei noſtri abſcondamus, precantes ipſum, ut nos ita regat & deducat, ut ſecundum ejus voluntatem vivamus. Eliu autem ſic loquutus ſubjicit exhortationem, *Si eſt tibi intelligentia, audi me, & præbe aurem ſermonibus meis.* Hic iterum oſtendit nobis, quodnam ſit initium veræ ſapientiæ, nempe ſe docilem reddere. Contra, qui ea arrogantia inflantur, ut nullam doctrinam poſſint recipere, qui ita ſaturati ſunt, ut ſe nihil doceri poſſe putent, illi ſunt penitus deſperati. Non ſine cauſa igitur dicimus, primum introitum & fundamentum ſapientiæ noſtræ eſſe, ut patiamur nos doceri. Cur vero? Inſpiciamus enim quod in nobis eſt, num ratio noſtra idonea ſit ad cognoſcendum & diſcernendum id, quo opus habemus?

enim hæc eſt inſaniæ, quum omni bonæ doctrinæ janua clauditur, hominesque ſe ita ſapientes putant, ut ſibi non eſſe opus doctrina exiſtiment, omnia rejiciant, & quaſi obicem ponant, ut dicant, Deus non accedet ad nos. Bonam igitur ex hoc loco doctrinam poſſumus notare, nempe ſi volumus eſſe intelligentes, id reipſa oſtendendum, placide ea quæ nobis dicuntur & proponuntur admittendo. Contra ſciamus, Deum nos condemnare, tanquam ſtultos, inſanos, omnique judicio deſtitutos, ſi ita efferati ſumus, ut iis, quæ nobis dicentur, aurem præbere neſciamus, ſi bonas & utiles admonitiones nobis propoſitas rejiciamus: ecce nos, inquam, tanquam belluas, quæcunque in nobis ſit ſpecies ſapientiæ. Hæc autem doctrina nobis toto vitæ ſpatio obſervanda eſt, quoniam cognoſcimus, nos eſſe hebetes & tardos: quin etiam quæ poſſumus cognoſcere, ea ex parte duntaxat agnoſcimus, parvum duntaxat guſtum intelligentiæ habemus, à perfectione, heu! multum abſumus. Hæc igitur animadvertentes, eo magis ad proficiendum inducamur, & quoniam Deus hanc gratiam nobis largitur, ut quotidie nos alloquatur, & doctrinam aptam, ad vitam noſtram ordinandam, nobis ſemper proponat, perſeveremus etiam in iis, quæ nobis nomine ipſius proponuntur, admittendis, & in ipſis nos exerceamus, ut in ejus doctrina magis ac magis erudiamur. En, inquam, quomodo nobis obſervanda ſit hæc doctrina. Eliu autem, ut ſuum ſermonem continuet, comparationem à minori ad majus inſtituit. Jobo enim dicit, *Quomodo Regi auderes dicere, Tu es perfidus; & Principibus, Vos eſtis improbi?* Si habeas dominum, qui in te imperium habeat, ſic ipſum timebis, ut non audeas ipſi convitium dicere: nunc vero conſideremus, an non inſania diabolica laborent homines, quum Deo ſe opponunt, & adverſus ipſum obmurmurant. Quæ enim inter ipſum & Principes terrenos eſt comparatio? Rex, quantumvis Majeſtate aliqua præditus ſit, improbus eſſe poterit: Principes vero & Gubernatores quum improbi ſunt & peſſime officio funguntur, nihilominus tamen propter dignitatem, qua præditi ſunt, ipſorum nomini & famæ parcitur. En vero tibi Deum, qui non accipit perſonam, omnes iſtos magnos ſecundum mundum honoratos conterit, exſcindit ipſos non ſecus quam infimos, & oſtendit, ſe nihili omnium ſuarum creaturarum ſublimitatem facere. Tunc quis audebit adverſus ipſum os aperire? Videmus igitur modo, quæ ſit mens Eliu. Ut autem melius hunc locum intelligamus, notemus, quamvis Principes & Gubernatores non ſint tales quales eſſe debeant, Deum nihilominus velle ipſos honorari: & quamvis in ſeipſis honore indigni ſint, Deus tamen in illis ſuam notam impreſſit, vultque hunc honorem ipſis exhiberi, ut dicamus, Iſti, Domine, in tuo nomine regnant & domi-

nil aliud curæ & voluptati ſit, quam diripere & opprimere, qui denique comitatu ſuo ad omnem vim & contumeliam abutantur: nihilominus tamen jubet ipſos honorari. Cur? Si enim homines non merentur, ut pro dominis agnoſcantur, nonne tamen Deus vult ſuo nomine recipi eos qui nullius pretii ſunt? En igitur quomodo nos iis, qui potentia & auctoritate publica præditi ſunt, ſubditos eſſe oportet, illud reputando, Deum velle nos eo pacto humiliare. Quin etiam videmus oportuiſſe, ut filii Dei ſervituti incredulorum ſe ſubjicerent, quum Deo viſum eſt illos eo
uſque adducere. Ac ſane videmus etiam exemplum, *Dan. 9.*
quod Daniel nobis oſtendit: agnoſcit enim, quum *v. 7. 13.*
improbi dominantur, id fieri propter peccata noſtra, noſque id accipere debere, tanquam flagellum Dei: quod ſi ipſi ejuſmodi confuſionem pati non poſſimus, nos nequaquam adverſus homines mortales, ſed adverſus Judicem cœleſtem inſurgere. In ſumma videmus, nos debere honorem habere iis, qui auctoritate publica præditi ſunt. Cur vero? Quia non fortuito in
eum gradum evecti ſunt, ſed à Deo conſtituuntur: *Sap. 6.*
juxta id quod ſcriptum eſt, non eſſe poteſtatem niſi *verſ. 3.*
à Deo: quod ſi in ea confuſionem animadvertamus, *Rom. 13.* *verſ. 1.*
illa peccatis noſtris imputanda eſt: interim quum Deus eum ordinem conſtituerit, ſervetur ille & cuſtodiatur inter nos, ut nimirum principibus & dominis pareatur, & reliqui ipſorum imperio ſubjiciantur.
Quum tamen in Lege vetat Dominus, ne quiſpiam *Exod. 22.*
maledicat Principi populi ſui, non inde ſequitur, *verſ. 28.*
Deum velle, ut malum, ubicunque tandem ſit, probe- *Actor. 23.*
tur: dignitas enim hominis, qui nihil aliud eſt quam *verſ. 5.*
vermis terræ, numquid illa debet juſtitiam Dei pervertere? An non potius hæc ſententia locum debet
obtinere, Væ iis, qui dicent malum eſſe bonum? Sed *Eſa. 5.*
quum Deus privatis hominibus prohibuit, ne de iis, *verſ. 20.*
qui dominantur, detrahant, ideo ſpectat, ut in pace ſine tumultu vivamus, & Magiſtratuum tribunali aliqua reverentia exhibeatur: ni enim id eſſet, non ſolum nullus amplius inter nos ordo eſſet, ſed feris deteriores eſſemus. En igitur quo Deus reſpexit. Interim ſcimus, eum, quum Prophetas ſuos miſit, ideo non feciſſe, ut Regibus & Principibus male agendi, ita ut nemo peccatorum ipſos admonere poſſet, poteſtatem daret: ſed potius dictum eſt, Tu montes reprehende, hoc eſt, celſiſſimos quoſque. Expreſſe vero conſtitui te
ſuper regna & principatus, inquit Deus Prophetæ *Jerem. 1.*
ſuo, ut omnis gloria dejiciatur: ut oſtendat, Verbum *verſ. 10.*
Dei non poſſe ut par eſt prædicari, niſi eorum, qui ſanctum Dei tribunal polluunt & profanant, ſibique in manus tradito gladio abutuntur, peccata redarguantur. Quando igitur mali ſunt & iniqui Gubernatores, eos acriter, prout merentur, reprehendi
oportet. Idque non ſolis Prophetis dictum fuit, ſed *2 Cor. 10.*
D. Paulus oſtendit, nos idem obſervare debere in *verſ. 5.*
prædi-

Digitized by Google

magno illi Regi & Domino Jeſu Chriſto non exhibet honorem debitum, hac libertate quam Dominus nobis dat adverſus illos utendum eſſe. En igitur verum hujus doctrinæ obſervandæ modum, ut nimirum Regibus & Principibus non maledicatur, nobis, quantum in nobis eſt, juſtitiæ illud tribunal reverendum eſſe: quia à Deo conſtitutum ſit ad hominum pacem & quietem procurandam, turbas omnes & ſeditiones impediendas: ſed interim eos, qui peccant, quantumvis ſint in dignitate conſtituti, redargui oportet. Si enim Deus illos evexit, non eo fine hunc honorem illis attribuit, ut male agere, & omnem honeſtatem confundere ipſis liceat, ſed potius ut frenum & habenas reliquis teneant, & omnes confuſiones impediant. Quum igitur à nobis ea Deo reverentia exhibenda ſit, ut propter ipſum nos iis, qui, niſi ab ipſo in tribunali collocati eſſent, nobis conditione æquales forent, ſubditos eſſe oporteat: quid faciendum eſt nobis, quum ad ſummam ipſius Majeſtatem accedimus? Homines enim, quamvis dominentur, ſint Reges, Principes aut Gubernatores, nihilominus tamen ſunt improbi, niſi Deus illos ſuo Spiritu retineat. Alia autem eſt ratio Dei: nam omni tempore ſummum imperium in mundum obtinuit, non malis artibus conſtitutus fuit, non à cauponarum aſſeclis, non neſcio quo ambitu, non gratia, largitione aut corruptione hominum collocatus eſt in cœlo: præterea non electus eſt ab improbis, qui poſſint dicere, Nos tolerabit: quicquid volemus agendi licentiam habebimus. Atqui Deus in ſuum regnum non eſt ea via ingreſſus, non hæreditate & ſucceſſione humana, non fortuito ad ipſum pervenit: ſed quum Deus æternus ſit, eſt etiam Rex & Judex mundi. Quum ita ſe res habeat, quis audeat os aperire ad inſurgendum adverſus ipſum? Regem timebimus: eſt & ille timendus: Gubernatores & Præſides provinciarum timebimus: id quoque æquum eſt, quum Deus illos eo honore affecerit: ſed quid eſt univerſus mundus præ eo qui omnia habet in manu ſua? Non quod opus ſit ipſum manum aperire, ad mundum continendum, ſed etiamſi ipſam clauſam habeat, ſicuti dicitur per Prophetam Eſaïam, & Reges & Gubernatores cum omni hominum multitudine tenebit inſtar grani pulveris. Quum igitur ſic ſe res habeat, audebimusne nunc adverſus ipſum inſurgere? Quæ ea eſt audacia? Quapropter non alia opus eſt condemnatione in eos, qui indignantur & inſurgunt adverſus Deum, quam ea reverentia, quam hominibus exhibent. Qui ita blaſphemias ſuas evomunt, quando Deus ipſos non tractat pro arbitrio, qui obmurmurant, ut dicant, Neſcio quid ſibi velit Deus? numquid debet me ſic affligere? cur permittit, improbos, quæcunque poſſunt, mala agere, bonos interim vexari, ipſo remedium nullum adferente? Ex iis, inquam, quorum ejuſmodi voces audiuntur, & qui ſic blaſphemare audent, quæ-

Cur vero? Quia timore imbueris, quoniam Deus illic aliquas Majeſtatis ſuæ notas impreſſit. Quomodo igitur audes os adverſus cœlum aperire? Quidnam es, miſera creatura? Dicitur apud Danielem, Deum ſuam providentiam in eo oſtendere, quando Regibus & Principibus paretur: ſcimus enim, nihil magis adverſari & repugnare hominis naturæ, quam ſe ſubjicere. Niſi igitur Deus auctoritatem attribueret & conciliaret iis, quos in dignitatibus & muneribus publicis conſtituit, homines nunquam parerent. En vero cur diſerte dicitur, Deum timorem ſuum indere volucribus cœli & animantibus terræ: ita ut, etiamſi homines obbrutuerint, eos tamen adhuc ſenſum illum retinere oporteat, parendum eſſe iis, qui ad Magiſtratus honorem & dignitatem evecti ſunt. Id tamen eſt exigua admodum gloriæ Dei portio. Numquid igitur Majeſtati ipſius bellum apertum inferemus? Nonne, ſi id fecerimus, cervicem nobis frangemus? Quum tres gradus ſaltaverimus, vel illud ſufficit ad nos diſrumpendos: ſi ex feneſtra, quæ ſit una contignatione altior, ſaltamus, ecce nos mortuos: & tamen volemus ſupra cœlum ſaltare atque illic Deum calcibus petere: numquid vero ipſo ſuperiores erimus? Debemus igitur ſerio contemplari, quæ ſit gloria immenſa & infinita Dei noſtri, ut eo melius nos ipſi ſubmittamus. Diſerte vero dicitur, *Ipſum non accipere perſonam magnatum: ſed, nullo divitum & pauperum diſcrimine habito, omnibus manum injicere, una nocte ipſos exterminaturum: quin validiores & robuſtiores ſine manu raptum iri.* Quum iſta audimus, ante omnia cognoſcamus, magnos non debere in ſuis opibus, auctoritate, ſcientia, aut ulla alia re, præterquam in Deo, confidere. Verum eſt, ipſos ſecundum homines honoratos fore, & videri poſſe ſe tueri; quia divites ſunt, multa poſſident, quia omnes ipſis favent: ſed quantum ad Deum attinet, iſta nihil ſunt. Ne igitur ullatenus in ſuarum opum aut dignitatis magnitudine ſuperbiant: qui enim ſe tanquam pavones in ſuis pennis intuentur, ſe in ſuam confuſionem præcipitant. Prout enim ſibi adulantur, eo etiam plus audaciæ ad male agendum ſumunt: quod quum faciunt, eo magis ignem iræ Dei adverſus ſe accendunt. En igitur, quomodo magni debent ſe in hac doctrina exercere, ut cognoſcant, Deum non accipere perſonas: eoque pacto debent ſibi attendere, ne inferiores, & eos, qui ſub ipſorum poteſtate ſunt, opprimant. En igitur, quomodo applicanda ſit hæc doctrina, & in quem uſum hic dicatur, Deum non accipere perſonam. Cur? ut, qui ſervos habet, eos non opprimat, ſed erga ipſos æquum ſe præbeat, ut Paulus declarat: qui in auctoritate & dignitate publica eſt conſtitutus, ita ſubditos ſuos gubernet, ut eos tanquam fratres ſuos agnoſcat, quoniam omnes ſunt filii Dei, noſque eo uſque honoravit, ut nos Filii ſui unigeniti Domini noſtri Jeſu Chriſti membra fecerit. Magni

deficient, ut ſuperius declaratum fuit. Eo unuſquiſque pro parte ſua doceri poſſumus. Magni igitur cognoſcant, ſi à Deo evecti ſint, non ideo ſibi à Deo illum honorem conceſſum, ut alios contemnant, & potentia ſua parvos opprimendo abutantur: ſed potius, ut cognoſcant, ſe eo magis Deo obſtrictos eſſe. Quid enim à ſe habent? Quod ſi omnia ipſis data ſunt, nonne agnoſcant oportet, unde id promanet? In

Jacob. 1. verſ. 9. primis id, quod dicit D. Jacobus, retineant, Frater, inquit, qui, quod ad mundum attinet, dignitate aliqua evectus eſt, in ſua humilitate glorietur. Cur vero? Si enim divites, & ii qui honorantur, aut ſapientes, aut ii qui ſunt in auctoritate & dignitate conſtituti glorientur in ſua celſitudine, ſeipſos ſimul obliviſcuntur, erga Deum ſunt ingrati, & ſe in exitium præcipitant: ſibi itaque propius attendant oportet, ut cognoſcant, ſe nihil niſi ex mera Dei liberalitate habere: quumque omnia inde habeant, debere ſe ipſi penitus conſecrare, nec inde occaſionem capere inferiores & tenuiores opprimendi: ſed ut ſe deprimentes ipſorum tenuitati potius accom-

Rom. 12. verſ. 16. modent: ut monet D. Paulus. Quod ad parvos attinet, verum quidem eſſe, eos debere gloriari in ſua celſitudine, quum Deus ipſos in filios adoptarit: non tamen debent claudere oculos ad ſuam conditionem: quumque ſecundum mundum nihil ſint, tamque contemtibiles exiſtant, agnoſcant, ſe coram Deo nihilo quidpiam minus eſſe, niſi in eo quod placet ipſi eos ſua gratia & liberalitate conſervare. En igitur quomodo doctrinam communem habemus, quæ hic omnibus proponitur: diſcat igitur unuſquiſque pro parte ſua ſe totum Deo permittere, & ab ipſo vitam omneſque ipſius appendices & inſtrumenta agnoſcere. Cæterum quum dicitur, Deum ſine manu robuſtiſſimos exciſurum, id eo ſpectat, ut inter Deum & homines diſcernere diſcamus. Potentiſſimi enim Principes, volentes ex hoſtibus ſuis pœnas repoſcere, opus habent exercitum conſcribere, milites armare, media conquirere, quibus incepta ſua perficere poſſint: ſed Deus nequaquam impeditus erit, quum volet univerſum mundum evertere: non eſt quod aliunde copias mutuetur, ſuis ſtipendiis alat milites, occupatus ſit in conficiendis machinis & tormentis bellicis, aliiſve munitionibus comparandis. Nullo illorum ei opus erit, ſed ſine hominis manu, ſine auxilio humano, ſine conatu aut molimine ullo, omnia, inquam, peſſumdare facillime poterit. Sufflet duntaxat in nos, aperiat oculos, & ecce nos perditos. Ac ſane ſi ſolo ejus aſpectu montes & ſcopuli liqueſcunt, num eum ad nos in abyſſum præcipitandos fulminare oportebit? Numquid Dei aſpectum, quum is ipſum in nos contorquebit, poterimus ſuſtinere. Numquid ejus halitum, quando ipſum in nos emittet, poterimus ſuſtinere? Nonne nos penitus illico deficere oportebit? Cæterum hoc diſerte ex-

Deo prævalere, atque illi adverſus ejus minas & judicia, iſta media & præſidia humana, tanquam aliquod propugnaculum opponunt. Nec id ſolum agunt: ſed ſi peccatorum ſuorum admoneantur, Dei correctionibus apud ipſos nullus erit locus, nullo modo eas audient: denique homines nunquam niſi vi humiles erunt. Cur? Propter vanam iſtam confidentiam, qua inebriantur, quum ſe recte munitos, & media habere putant, quibus ſe tueantur. Diſerte autem dicitur, *Deum ſine manu robuſtos everſurum:* ne ſperemus nos evadere poſſe, quum munimenta & præſidia omnia comparaverimus, multo ante rebus noſtris proſpexerimus, ita ut Deus ipſe ad nos appropinquare poſſe non videatur. Ne igitur omnes illas vanas opiniones nobis imaginemur: apprehendet enim nos Deus ratione quam concipere non poſſumus: ſine manu enim, & medio inferiori, in abyſſum præcipitabimur. En quomodo has ſententias meditari debemus, quum Deus & ejus ira timenda eſt. Contra autem debemus nos conſolari, quum dicitur, Deum ſine arcu, lancea, enſe & manu humana populum ſuum ſervaturum. Quemadmodum igitur hic admonemur nos humiliare, & cognoſcere, media humana nihil nobis profutura, quum Deus nobis hoſtis erit, & unuſquiſque ſe vana illa ſuperbia, qua natura ſumus inflati, ſpoliare docetur: quemadmodum igitur ad eam modeſtiam incitamur, ut nos coram Deo ſiſtamus, & ſentiamus, ipſum, ſi ſe à nobis averterit, poſſe nos unoquoque temporis momento mutare, ad nihilum redigere, & celſiſſimos quoſque dejicere: ſic contra, quum hic conculcamur & opprimimur, ingentes mutationes videmus, tyrannos eſſe inſtar luporum ad devorandas miſeras oviculas & gregem Dei: ad hanc promiſſionem veniamus, Deum, quum ſe Eccleſiam ſuam ſine manu humana ſervaturum ſit pollicitus, id ad finem uſque mundi impleturum. Quamvis igitur omnibus mediis humanis deſtituti ſimus, & tanquam prædæ expoſiti videamur, hoſtes noſtri omnibus præſidiis ad nos millies perdendos & exterminandos ſint inſtructi: confidamus in potentia Dei, quæ mundo eſt inviſibilis. Non videmus quomodo Deus velit nos tueri: ac ſane abſurda & incredibilis prope eſt ea ratio, qua nos hodie tuetur: ſed id eo ſpectat, ut eo magis in ea doctrina confirmemur, nos ſine manu humana ſervatum iri: hoc eſt, Deum in nos virtutem nobis abſconditam, quamque non concipimus, expromturum, quum ipſi nos ex luporum faucibus eripere, noſque conſervare videbitur. Quod ſi Deum ſic operari oporteat, ad nos, quod ad hanc vitam corpoream attinet, conſervandos, quid, quæſo, faciet in ſalute noſtra, quæ longe ſublimior & pretioſior eſt? Numquid Deus manu hominis utitur, quum ex inferni gurgite eruendi Satanæ, & peccati tyrannide liberandi, in regnum ejus cœleſte evehendi

& ad-

Digitized by Google

IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIV.

21. Oculus Dei eſt ſuper vias uniuſcujuſque, hominis paſſus omnes intuetur.
22. Nullæ ſunt tenebræ, neque obſcuritas tam denſa, in qua poſſint ſe abſcondere qui iniquitatem operantur.
23. Deus non poſuit ſuper virum ultra, ut eat ad Deum in judicio.
24. Conterit fortes abſque inquiſitione, & ſtare facit alios pro eis:
25. Ideo cognoſcere facit opera ipſorum, vertit noctem ad eos conterendos.
26. Pro impiis percutit eos in loco videntium.

VIdimus heri, quomodo Deus, volens punire homines, non habeat opus magno apparatu, non conſcribere exercitum, non aliunde vires mutuari, vel ſolo enim aſpectu poteſt omnia peſſumdare. Non eſt igitur quod manu hominis tanquam neceſſitate adactus utatur: verum eſt, ipſum ſæpius illa uſurum; ſed id eo facit, ut oſtendat, omnia ipſi ſubdita eſſe, nec eſſe creaturam ullam, quæ ad ipſi miniſtrandum, & quidem ad exequendas punitiones, quas vult edere, non ſit parata. Sed tamen non opus eſt, ut ipſe ſe multo ante ad nos caſtigandos præparet. Eo autem admonemur nos ſub ejus manu potenti & valida humiliare, ſcientes, ipſo adverſario nobis exiſtente, nos omnibus præſidiis humanis deſtitui, & fruſtra illa à nobis comparari: ſed eum facile, quicquid in nos in conſilio ſuo conſtituerit, poſſe exequi: fruſtra igitur homines ſuperbe ſe efferent, tandem tamen ſentient, non eſſe penes ipſos Deo reſiſtere. Juxta autem ſermonem, quem jam attigimus, Eliu adjicit, Deum id nequaquam potentia abſoluta facere, *ſed quoniam vias hominum cognoſcit, ipſorumque greſſus omnes conſiderat.* Quum igitur magnæ illæ caſtigationes accidunt, populus aliquis potens evertitur, regnum aliquod exſcinditur, cognoſcamus, Deum ejuſmodi virtutem non ſine cauſa expromere, ſed juſtitia ſua id agere. Quod ſi cauſas non percipimus, cur ejuſmodi ſeveritate utatur, omnium cognitionem, prout ea ipſius propria eſt, Deo relinquamus: contenti ſimus ſcire id quod nobis hic oſtenditur, *Vias hominum ipſi cognitas eſſe.* Cur ſæpius de judiciis Dei diſceptamus, eaque nobis mira & abſurda videntur? Quoniam non tam acute cernimus quam ipſe. Sed quum ejus ſit de viis hominum judicare, cum illo conſentiamus: & quamvis nondum videamus, cur hoc vel illud agat, ſciamus tamen, ipſius cauſam ſemper bonam & juſtam inventum iri, ſiquidem non ſolum homines ſingulares, ſed populos & regiones hoc modo caſtigare illi viſum eſt. Hæc ſententia in Scriptura duobus modis ponitur, *Deum cognoſcere greſſus hominum:* ad ejus enim providentiam refertur, quatenus ejus eſt nos regere: ſed hoc in loco (ſicut in pleriſque aliis) dicitur, Deum greſſus noſtros regere, quia nihil ipſi ſit incognitum, totiuſque vitæ noſtræ illi ratio reddenda ſit. Diſcamus igitur ambulare tanquam coram ejus oculis: fruſtra enim nos abſcondemus: ſicut Eliu adjicit, *Nullas eſſe tenebras, neque obſcuritatem tam denſam, ut in ea ſe poſſint improbi occultare.* Non ſine cauſa autem hoc adjicitur. Videmus, quamvis unuſquiſque confiteatur, Deum animadvertere opera noſtra & ipſorum eſſe Judicem debere: nihilominus tamen in eo homines caligare, nec exiſtimare ſe à Deo videri. Ac ſane non fruſtra dicitur in Pſalmo, *Pſal. 10: verſ. 11. & 94: 7.* Improbos ſibi perſuadere, Deum cæcum fore in ipſorum fraudibus & nequitiis: exprobratur etiam ipſis per Prophetam Eſaiam, illos ſibi foramina ſub terra fodere, ut ſe poſſint coram Deo abſcondere. Quum igitur hypocriſis ita excæcet homines, notanda eſt hæc ſententia. *Nullas eſſe tam obſcuras tenebras, quæ improbos coram facie Dei poſſint occultare.* Idque ut melius comprehendatur, nobis primo loco id, quod jam attigimus, retinendum eſt: homines, quamvis convicti ſint, ſibi ſemel comparendum eſſe coram *Rom. 14. verſ. 10. 2 Cor. 5. verſ. 10.* tribunali Dei, nihilominus ſubterfugia quærere, & nimis latibulis ſuis indormire, quaſi Deum poſſent fallere. En quæ ſit noſtra hypocriſis. Interim notemus, homines ſe fallere in eo, quod ſe ita quam longiſſime à Deo removent: quodque, quum ipſum è memoria ſua ejecerunt, exiſtimant etiam eum ipſis tergum obvertiſſe, nec amplius de ipſorum maleficiis cogitare. Ne vanis ejuſmodi imaginationibus nos decipiamus: quamvis enim ad tempus diſſimulet, tandem tamen ſe munus ſuum, quod eſt eſſe

os occludent: tunc enim ſuos triumphos agent, & Deo inſultare audebunt. Sciamus autem, nos nihil profeciſſe, quando mundo à nobis impoſitum fuerit: quæcunque enim in nobis præclara ſpecies fuerit, tandem tamen coram Judice cœleſti comparendum erit, qui libros prius clauſos aperiet, & diem illum magnum adducet, ut tenebras omnes, quæ modo res confuſas reddunt, diſcutiat. En vero, cur Scriptura toties de eo loquitur. Neque enim in uno loco dun-
Pſal. 139. taxat dicitur, Nullas tenebras eſſe coram Deo. Cur
verſ. 12. vero toties hæc ſententia iteratur? Quia de ea plane perſuaderi non poſſumus. Quum enim probra hominum evaſimus, videtur nobis, Deum ſordes noſtras omnes movere & detegere noo poſſe: ſed ſciamus, ipſum illarum ad cœlum uſque notitiam perducturum. Quum de eo perſuaderi non poſſimus, nequaquam ſuperfluum & ſupervacaneum eſt, quod Spiritus Sanctus toties pronunciat, Deum aliter judicaturum quam judicent hodie homines mortales. En vero, cur diſerte hic dicitur, Illic peccatores non occultatum iri: quaſi Eliu diceret, quotidie accidere, ut caligent homines, & vitia ipſis virtutum loco ſint: quin ita ſint maligni, ut libenter ſe mutuo palpeot: ſicuti videmus, quum malum regnat, non amplius vitia condemnari, ſed uoumquemque ſibi in ipſis plaudere. Poterit igitur accidere, ſicut experientia comprobatur, ut vitia regnent, & ejuſmodi ſit iniquitatis diluvium, ut omnia ſint inter homines coofuſa, non amplius judicetur aut diſcernatur: ſed tamen coram Deo rerum vices inverti oportebit. Diſcamus igitur coram Deo ſupra mundum oculos erigere, Deique judicium, quod nobis hodie eſt abſconditum, fide intueri, ſcientes, omnia illic diſcernenda: quemadmodum dicitur apud Danielem, libros apertum iri. Quales vero? Non ex papyro aut membrana: ſed cooſcientia reſpondebit & unuſquiſque accuſationem & criminum ſuorum judicationem non perſcriptam duntaxat, ſed tam alte inſculptam, ut diſſimulationi & integumentis nullus amplius tunc locus futurus ſit, ſecum geſtabit. Præterea Deus illic in perſona Filii ſui cum ejuſmodi ſplendore aderit, ut futurum ſit ut omnia etiam ea, quæ tanquam magnis abyſſis tecta ſunt, innoteſcant: omnia igitur omnium cùm Angelorum paradiſi tum reliquarum creaturarum oculis expoſita eſſe oportebit. Hoc ſemper animis noſtris obverſetur, ut alio in timore, quam ambulamus, ambulemus, ut nos omni hypocriſi ſpoliemus, quia nobis adulando, ut dictum eſt, conditionem noſtram meliorem reddere non poſſumus. In ſumma diſcamus non ducere rationem expenſæ noſtræ ſine hoſpite, ut dicitur: ſed quotieſcunque nobis noſtra vita examinanda eſt, unuſquiſque ſe coram Deo citet: interim quod hic dicitur cognoſcamus, Quum ejus munus ſit corda & cogitationes altiſſimas ſcrutari, ſi hodie coram mundo tollamus: ſed quotieſcunque verbum ejus vitia noſtra inſectatur & reprehendit, id patienter feramus, nec ſimus refractarii. Quid enim proficiemus? Videas hodie multos, qui indignantur, & virulentiam animo concipiunt, quum ipſorum vitia reprehenduntur, ſibi enim vellent parci. Quod perinde eſt, atque ſi Deum nullam in ipſos auctoritatem habere, nec amplius ipſorum Judicem eſſe vellent. Quod ſi diligenter conſiderarent id, quod hic dicitur, non tam ſtupidi eſſent, quam ipſos eſſe conſpicitur, ſemper enim quærunt, Quid eſt? Si de eo quod nimis cognitum eſt admoneantur, os ſuum offerent. Cur vero? Quoniam hanc doctrinam nunquam ſenſerunt, illic (hoc eſt in conſpectu Dei) oullas eſſe tenebras: ſed prorſus profani evadunt, os in terram inſtar porcorum defixum habent, atque ita obbruteſcunt, ut pro nihilo ducant omnes ſuas iniquitates, quamvis illæ ſint eo numero, ut ex iis penitus confuti & compacti eſſe videantur. Sed ſordes ipſorum non fœtent ipſis, quia in illis putueruot. Hanc igitur doctrinam eos aliquantulum meditari oporteret, tunc pacatiore & ſedatiore eſſent animo, quum ipſis ſua vitia proponuntur. Id vero mirum eſt, quum multorum iniquitas omnibus nota ſit, & pueruli de ea judicare poſſint, ipſos tamen in Deum inſurgere, ipſum contemnere, nec pati poſſe ut redarguantur. Quæ vero ea eſt impudentia? non loquor de rebus incognitis, non hic ſunt examinandæ cogitationes, aut è terra eruendum quod hominibus vulgo notum eſt: ſed malum conſpicitur, quod ſe in omnes partes effuodit. Aër fœtore ipſius infectus eſt: & tamen boni iſti Catholici, qui Euangelium ore & dentibus tenus habeot, & quidem ut ipſum arrodant, (ſicuti ſunt immanes & rabidi canes,) volunt tamen ſua vitia & probra diſſimulari: ſibique magnam injuriam fieri putant, quando eorum turpitudo detegitur; quæ, ut vere loquamur, nequaquam à nobis detegitur, ſed de ea loquimur, eo quod illa ſit ab omnibus cognita. Nihilominus tamen, uti diximus, qui hodie ferre non poſſunt, ut Deus ipſorum turpitudinem detegat, quo pudeat & pœniteat ipſos, ſentient tamen ſibi comparendum eſſe coram ejus tribunali, ubi tenebræ & obſcuritas nulla amplius erit. Cognoſcamus igitur, id nobis lon- *Rom.* 14.
ge utiliſſimum eſſe, quando hodie Deus nobis mittit *verſ.* 10.
verbum ſuum, illuminat nos, ut diligenter peccata 2 *Cor.* 5.
noſtra reputemus: quio etiam ſi ad tempus nobis illa *verſ.* 10.
incognita fuerint, nobis io mentem veniant: tuncque factitemus, quod ex Paulo attulimus; nempe nos proſternamus, & ſimus coram Deo confuſi, malitiam, quæ in nobis nimis altas radices egit, ſentiamus. En, inquam, quomodo Deus procurat ſalutem noſtram, quando nimirum eam virtutem & efficaciam in ejus verbo ſentimus, ut diligenter laboremus in examinanda vita noſtra, quo nobis in ipſa, quum vitioſa eſt, diſpliceamus. Sed qui volunt eſſe refractarii, Deo inſul-

Joan. 16. etiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus loquitur, di-
verſ. 8. cens, Spiritum, quum veniet, mundum judicaturum. Quando igitur Euangelium prædicatur, en ſupremam juriſdictionem, quam Dominus exercet, non vere in corpora (ſicut illa ſunt hodie) ſed in animas, vultque nos illic ad ſalutem condemnari. Quando igitur nos toties, ut jam attigi, & tam expreſſe Deus admonet, nobis tandem ad magnam illam lucem veniendum eſſe, non involvamus nobis ſponte oculos: non ſimus ſpontanei cæci, quum mittit nobis verbum ſuum, quod aptum eſt ad detegendas noſtras ſordes, & nobis reipſa oſtendendum, nos nequaquam poſſe ab ipſius facie nos abſcondere. Utamur igitur eo medio, quod hodie nobis offertur. Sed ſi inſtar ferarum ſemper latibula quæramus, inviti tamen ſentiemus, non fruſtra dictum eſſe, Nullas tenebras eſſe coram Deo. Faciet igitur ut in facie ſua & majeſtate glorioſa contemplemur id, quod hodie in ſpeculo verbi ipſius intueri noluimus. Eliu autem ſtatim ſubjicit, *Deum non appoſiturum ultra aut amplius hominibus, ita ut in judicium cum ipſo ingrediantur.* Locus iſte varie exponitur. Quidam enim ipſum accipiunt, quaſi Deus homini non amplius oneris, quam debeat, aut quam ipſe homo ferre poſſit, imponeret: ſed quum continua ſeries textus attendetur, inveniemus, quia hic de judiciis Dei agatur, Eliu aſſerere, Deum nequaquam ſic nos affligere, ut ſic adverſus ipſum litigandi & diſceptandi occaſionem habeamus. Semper conſiderandum, quid agatur: quum verus & genuinus ſententiæ ſenſus conſideratur, ſpectandus eſt præcipuus totius loci ſenſus, ut ſic reputemus, Hic de illa re agitur, & tractatur, en hujus loci ſubjectum & argumentum, en quo omnia referuntur. En igitur hujus loci theſin generalem, ſi res penitius inſpiciatur, nempe poſſe homines adverſus Deum obmurmurare, ſed tandem confuſos fore. Cur vero? Quia ſi hodie videtur Deus nos nimis ſevere & aſpere tractare, re diligenter cognita & expenſa, os clauſum habebimus, Deuſque juſtificabitur, ut dicitur in Pſalmo quinquageſimo primo. Notemus igitur, hic nobis oſtendi, nos poſſe multum cum Deo litigare & contendere, ſed tandem cauſam noſtram perditum iri. Cur vero? Quia tandem reperietur, Deum nos nequaquam inique tractaſſe, nec nimium oneris nobis impoſuiſſe, hoc eſt, non præter modum nos afflixiſſe. Quamvis enim interdum homines percutiat gravius quam ferre poſſint, non tamen ultra æquitatem & meritum ipſorum illos unquam affligit. Eo autem admonemur de ſuperbia nobis inſita, aut potius de rabie, quæ nos ad obmurmurandum adverſus Deum impellit. Quomodo enim cum ipſo litigamus? Videmur nobis rem habere cum judice & arbitro, qui judicio ſit obnoxius. Si enim Deo reddendæ eſſent rationes, numquid audaciores eſſemus ad ipſum deteſtandum, quum nos pro arbitrio noſtro non tractat, reſque nobis non ſuccedunt ex animi noſtri ſententia auctoritatem conceſſit? Ecce judicium datum Domino noſtro Jeſu Chriſto: noſtrum igitur eſt, coram ipſo cum omni humilitate & reverentia nos ſiſtere, quæ de nobis pronunciat, nullo modo ipſi reſiſtendo, audire & admittere. Sed unuſquiſque vult ſibi in ſua cauſa credi: non igitur tantum Deo, quantum hominibus mortalibus attribuimus. Neque enim in terreno judicio oportet eum, qui ſedet in tribunali, ſimul judicem & reum eſſe: & tamen ſæpius inique judicabit, quomodo homines corrumpi poſſunt: ſed tamen adhuc, quod ad formam externam, ordo ille à Deo inſtitutus non mutatur. Quid futurum eſt igitur, quando coram ejus Majeſtate glorioſa comparebimus? Sic videmus, homines mente penitus captos & alienatos eſſe, quando ſic adverſus Deum obmurmurant: videmus etiam cauſam, ex qua hoc malum promanat, quam nimirum attigi. Quod videlicet opera Dei pro arbitrio noſtro æſtimamus. Sed interim ecce Deum, qui ſibi judicium reſervat: ait, Meum eſt greſſus veſtros conſiderare, ego vos obſervo, & ſcrutor in penitiora uſque: non eſt igitur quod vos huic meo judicio immiſceatis: quicunque enim ſibi judicium aſſumet, id, quod ipſi non debetur, ſibi arrogabit. Quid igitur facto opus eſt? Quum Deus nos affligit, illi cauſam noſtram permittamus, ſcientes, ipſum in nobis multa vitia, quæ nobis ſunt abſcondita, obſervare. Ecce, Domine, verum eſt, me peccatorum meorum centeſimam partem non agnoſcere. Sed cur id fit? Quia in illis cæcutio. Quia etiam in malo ſum innutritus, & Diabolus me tanquam faſcinavit. Sic, Domine, fac, ut primum melius ſentire poſſim iniquitates, quas coram te commiſi, ut me reum peragam: præterea quamvis non ſim judex idoneus ad judicandum de peccatis meis, quum tamen hoc me honore afficias, ut te juſtum meum Judicem conſtituas, tibi cauſam meam permitto, ſciens, te id quod mihi incognitum eſt videre. En cur hoc in loco diſerte dicitur, Etiam quum in jus cum Deo deſcendemus, ipſum tamen debitorem non inventum iri. Caveamus igitur nobis hoc ſumere, ut litem adverſus ipſum ſuſcipiamus: quamvis enim ſpecioſam cauſam coram hominibus habeamus, quando coram Deo comparendum erit, in iis omnibus, quæ objicere & in medium adferre voluimus, confuſi erimus. En igitur in ſumma, quod Eliu hoc in loco voluit dicere. Interim dicitur, *Deum potentes, & quidem ſine inquiſitione, contriturum, & alios in eorum loco collocaturum.* Cur vero? *Quia ipſorum opera in luce ponet, & noctem invertet, ut ipſos frangat.* Quum ait, *Deum potentes ſine inquiſitione contriturum*, eo ſpectat, ut melius auctoritatem illam, quam tam audacter, quia nimis ſtupidi ſumus, ſpernimus, ſentiamus. Verum eſt, quoſdam hoc vocabulum *inquiſitionis*, pro *numero* exponere, quaſi diceretur, Etiamſi potentes eſſent numero infinito, Deum tamen illos contriturum:

eo perpetrata crimina cognita ſunt, quomodo item convictus fuerit, notum eſt. Sed Dei potentia & auctoritas ejuſmodi legibus humanis non eſt adſtringenda. Cur? *Quia conteret ſine inquiſitione*, hoc eſt, non declarata nobis cauſa. Non ſemper ſententiam pronunciabit, haud illic crimina recitabuntur, ut declaret, cur nos puniat: illud igitur nobis occultum erit: nihilominus tamen ſemper juſtitiam ſuam exequitur. Nunc videmus hujus loci ſenſum naturalem. Sed tamen adjicit, id nequaquam injuſte factum iri. *Nam Deus*, inquit, *opera ipſorum proferet.* Quamvis enim Deus ſine inquiſitione nos puniat, hoc eſt, non obſervato eo ordine, & forma illa externa, quæ in judiciis humanis requiritur: omnia tamen cum æquitate & juſtitia facit. Quod ſi id non ſtatim & primo die cognitum ſit, exſpectemus donec omnia retecta ſint, idque quod modo confuſum & intricatum eſt, Deus expediat & illuſtret. Hic vero debemus nos hortari, ne nobis more noſtro adulemur: en enim, quod in cauſa eſt, cur ſemper funes & vincula noſtra nobiſcum trahamus, quum videtur Deus nobis parcere: quumque impuniti manemus, licentiam ad male agendum habere nobis videmur. Id non adeo ex ulla alia re fit, quam quod non animadvertimus quum Deus incipit communi ratione caſtigare, ſed ſtupiditate & confidentia carnali præoccupati ſumus. Sed poſtea, quum magno impetu venit, ea perterremur, ut, quo loco ſimus, neſciamus, ſtatim atque fulminat. Quod facit, quum ipſi ita viſum eſt: poſtquam enim diu diſſimulavit, ſimul ac manum ſuſtulerit, momento temporis homines pereant oportet, ſicut hic dicitur. Retineamus igitur hunc locum, ut ſe quiſque mane & veſperi ſollicitet, quum dicitur, Deum non uſurum longa inquiſitione ad nos puniendos: nullis etiam legibus obſtrictus eſt. Cognoſcamus, inquam, nos ſemper paratos eſſe: nec exſpectemus dum percutiat nos, ſed potius ſollicito animo ejus judicium præveniamus:
Prov. 28. ſicut dicitur, Beatum eſſe virum illum, qui cor ſuum
verſ. 14. ſollicitat. Cæterum horrendæ illius comminationis
1 *Theſ.* 5. meminerimus, quum improbi dicent, Pax, omnia
verſ. 3. bene ſe habent, exitium in ipſorum caput caſurum.
Cognoſcant igitur fideles, quum Deo viſum fuerit ipſos punire, minime opus fore, ut is inchoatum opus & aliquo uſque productum intermittat, ſicuti homines mortales pro variis impedimentis ſibi oblatis facere ſolent. Cur? Condemnabit & ſententiam ſuam ſtatim exequetur, nec opus erit, ut in longa criminum noſtrorum recenſione laboret: vix otium ad reſpirandum habebimus, & cum ſummo animi angore languebimus, donec penitus nos manus ipſius perdiderit & exterminarit: illic confuſi erimus non ſecus quam ſi cælum ipſum nos obruiſſet. Si igitur nolumus horrenda Dei vindicta opprimi, ſentiamus peccata noſtra: cæterum ea ſentientes ſciamus, nos nec imaginemur, ipſum tyrannide aut crudelitate ulla uti. Caveamus igitur in Deo ejuſmodi potentiam, quam præter æquum exerat, imaginari. Verum eſt, cauſam quam ipſe ſequitur nobis incognitam fore, noſque ſola & ſimplici ejus voluntate contentos eſſe debere: (ſicuti etiam ipſa ſola eſt omnis rectitudinis norma:) ſed quicquid ſit, ne mala illa imaginatio animum noſtrum ſubeat, Deum in exercendis ſuis judiciis temere ruere: ſed contra hoc ratum, fixum & conſtitutum habeamus, quamvis mira & abſurda videantur ejus judicia, ea tamen ſecundum hanc regulam, quæ omnium optima eſt, temperata eſſe, nempe juxta voluntatem ejus, quæ omnem juſtitiam ſuperat: illud eſt quod modo Eliu nobis hoc in loco declarat. Id vero nobis debet præcipue inſervire. Quando igitur unuſquiſque affligitur, hoc debet ſemper conſiderare, Deum juſtum eſſe, quo pœniteat ipſum peccatorum ſuorum: nunquam enim veram pœnitentiam habebimus, niſi cognoſcamus, Deum nos merito affligere: non poſſumus etiam Deo gloriam tribuere, confitentes, ipſum juſtum eſſe, niſi nos prius condemnemus, uti jam dictum eſt. En igitur, quomodo nobis hæc doctrina applicanda eſt, Deum opera detegere, & ea in apertum proferre, quando ipſa punit. Quin etiam, quamvis, ſigillatim peccata & offenſas à nobis commiſſas non examinemus: caſtigationes tamen, quas Deus nobis immittit, nobis in eum finem debent prodeſſe. Ideo dicitur, *Deum ipſos pro improbis punire*, hoc eſt, eo nomine, ut ſignificetur, nihil ipſos ſuis objectionibus & exceptionibus poſſe proficere, non poſſe ſe juſtos eſſe probare, etiam quum tales coram hominibus apparent. En unum notandum. Alterum eſt, quando dicitur, *Ipſum alios in eorum loco collocare:* idque eo ſpectat, ut mutationum, quæ ſæpius in mundo accidunt, cauſam cognoſcamus: ſicuti etiam dicitur in Pſalmo centeſimo & ſeptimo, qui nobis expoſitionis loco in hanc ſententiam erit. In admirationem rapimur & quaſi obſtupeſcimus, quum videmus peſtem accidere, quæ regionem incolis evacuat, famem item; terram, quæ valde fertilis fuerat, ſterilem reddi, non ſecus quam ſi in ea ſal ſatum fuerit, aut bella ejuſmodi turbas excitare, ut regio deſerta fiat, & Principatus mutentur: quum illa omnia eveniunt, attoniti ſumus. Cur? Quia non agnoſcimus providentiam Dei, quæ regnat ſuper omnia hæc media humana: præterea non conſideramus homines; nam ſi cognoſceremus, uti ſe gerant homines, non videretur nobis mirum, quod tantas mutationes & rerum converſiones inter ipſos Deus inducat. En igitur cur diſerte dicitur, Deum ponere alios in ipſorum loco: ut ſi in mundo mutationes videamus, id mirum non videatur nobis. Cur? Quia tunc Judicem ſe Deus exhibet. Ne fortunæ id tribuamus: ſed ſciamus, Dominum noſtrum hic brachium ſuum exerere, quoniam homines

bono-

CAP. XXXIV.

26. Percutit ipſos tanquam improbos in loco videntium.
27. Quoniam ſe ab ipſo averterunt, nec conſiderarunt omnes vias ejus.
28. Ut pervenire faciat ad ſe clamorem pauperis, & clamorem pauperum exaudiat.
29. Quum ipſe quietem dabit, quis putabit? ſi abſcondat faciem, quis intuebitur
illum? quin & ſuper gentem & ſuper hominem ſimul.

Vidimus heri, quomodo Deus eos, qui peccarunt, ſine ulla inquiſitione puniat, & tamen id juſte faciat, ut nemo propterea de ipſo conqueri, illumque accuſare poſſit. Diſerte vero Eliu adjicit, *Ipſum id agere in loco videntium*. Quibus verbis oſtendit, judicia Dei nobis cognita & nota eſſe debere, & quidem ad noſtram inſtructionem. Quum enim Deus punit peccatores, id non fit eo duntaxat, ut peccata ab ipſis commiſſa unuſquiſque cognoſcat, ſed ut omnes inde exemplum capiant: ſicut dicitur, juſtitiam ſuper terram venturam, quum Deus punitiones, ad corrigendos tam eos, qui peccarunt, quam alios, exercebit. (*Eſa. 26. verſ. 9.*) Non fruſtra igitur hoc vocabulum adjectum eſt, *Deum* nempe *caſtigare eos qui peccarunt, in oculis hominum*, aut *in loco videntium*. Eo autem admonemur, ut attentiores nos præbeamus ad diligenter notanda & obſervanda Dei judicia. Magna eſt hæc gratia, quam nobis concedit, quum nos aliorum damno erudire vult. Si autem tunc claudimus oculos, & ſtupidi ſumus, quis excuſationi locus erit? Quotieſcunque igitur Deus peccatores puniet, attendat unuſquiſque pro parte ſua, & communem inde inſtructionem capiamus, ne flagellorum ipſius fructus inter nos pereat. Ac ſane en cur Deus unumquemque ſuo ordine caſtigat. Si enim ex eo, quo Deus nobis ante oculos ponit, fructum & utilitatem capere poſſemus, unius caſtigatio ad ſexcentorum, imo vero mille, inſtructionem poſſet prodeſſe. Sed quoniam inſtructiones & documenta, quæ Deus nobis proponit, ſine fructu præterire ſinimus, & ea negligimus: en cur unuſquiſque ſuo ordine vocatur, & ſinguli nos ſiſtamus oportet, ut propter transgreſſiones noſtras caſtigemur. Videmus igitur, quæ ſit noſtra ingratitudo, quando dicitur, Deum improbos punire, & conterere in omnium conſpectu. De iis enim, quæ dicuntur, quamvis illa non videamus, ſatis loqui poſſumus. Si verba fiant de aliqua urbe capta aut direpta, de clade aliqua, & aliis rebus ejuſmodi, rumores & nuncii perferuntur, de ea re varii ſermones habentur. Potiori ratione de iis, quæ in oculis noſtris fiunt, novimus verba habere. Interim quid illud nobis prodeſt? Numquid de peccatis noſtris cogitare, & nos coram Deo humiliare diſcimus? Minime: ſed viam ſemel inſtitutam perſequimur; & quamvis non ſimus meliores iis, quos Deus ſic viſitat, & tam aſpere corrigit, videtur nobis ictus nunquam ad nos perventurus. Nonne igitur ea nimis magna, nimiſque intoleranda eſt ſuperbia? Eo igitur magis nobis diligenter notandum eſt id, quod hic declaratur, Deum nequaquam in occulto eos, qui peccarunt, punire, ita ut nemo id ad ſuam inſtructionem & emendationem poſſit animadvertere, ſed per nos ſolos ſtare, quominus inde fructum & utilitatem capiamus. Cur? Si enim Deus theatra ad caſtigationes edendas conſtrueret, non poſſemus ipſas apertius & clarius cernere: ac proinde, quod in illis cæcutimus, id à propria noſtra nequitia & ingratitudine, ut jam dixi, promanat. En unum notandum. Ratio autem ſubjicitur, *Quia ſe ab ipſo averterunt, nec vias ejus conſiderarunt*. Hic præter id quod jam vidimus, Deum nempe homines nequaquam injuria & immerito percutere, ſed ut ipſorum peccata puniat, nobis oſtenditur, quænam ſit malorum omnium origo: quod nimirum nos ab eo, qui omnis juſtitiæ fons eſt, removeamus. Nam en quomodo vita noſtra debet inſtitui & ordinari, ut nimirum Deo obſequamur, quæramus ipſum, & tanquam coram facie ejus ambulemus: ſic quum ab illo receſſimus, non poſſumus niſi præcipites in omnem confuſionem & exitium ruere. Habemus igitur hoc loco valde utilem doctrinam, qua oſtenditur nobis, quomodo in exitium non ſimus ruituri: ſi nimirum ſub alis Dei tanquam occultati fuerimus, ipſi conjuncti, ut ejus voluntati obſequamur. Quum ea prudentia præditi erimus, en in quo ſalus noſtra poſita eſt: ſed contra ſi Deum obliviſcimur, de manu ejus elabimur, vita noſtra modo huc, modo illuc errat & vagatur, ecce nos perditos & exitio addictos: nam dicitur, in omnium oculis & horrendo modo eos omnes, qui

Digitized by Google

pto ad illos docendos, unum Deum eſſe, boni & mali diſcrimen aliquod eſſe: id enim unuſquiſque inſculptum animo habebat: ſed ſi Ethnici accuſantur, quod à Deo receſſerint: quid futurum eſt nobis, quibus Deus longe familiarior & propinquior eſt? Deo non ſatis fuit nos ad ſuam imaginem condidiſſe, & in nobis aliquam boni & mali notitiam impreſſiſſe: ſed habemus præterea Verbum ejus, quod quotidie vult nobis annunciari. Illic nobis familiariter voluntatem ſuam aperit, via eſt (ut profitebatur Moſes) quam ſequentes non poſſumus errare, nullus excuſationi ignorantiæ locus eſt, ſed en quietem noſtram, ut eſt apud Prophetam Eſaïam. Quare, quando via nobis ſtrata eſt, ſcimus, quo nobis ſit aſpirandum, ſi interim ſe unuſquiſque ad nequitiam projiciat, male agendi licentiam ſibi ſumat, vagetur in ſuis cupiditatibus & perturbationibus, nonne longe magis rei erimus, quam ii, qui bonæ inſtructionis & doctrinæ ne voculam quidem audiverint? Si igitur Ethnici hic vocantur apoſtatæ, eo quod ſe à Deo averterunt: quid nobis futurum eſt, quum Deus noſter ita nobis appropinquarit, ut inter nos doctoris munere fungatur, noſque quaſi in ſchola ſua habeat, ut ex ipſius ore diſcamus, in perſona eorum, quos conſtituit ut nomine ipſius Verbum ejus annunciarent? Quando igitur nobis propoſitam in Eccleſia Dei doctrinam ſpernemus, nonne nos tanquam duplo apoſtatas condemnari oportebit? omnino ſane. Unuſquiſque igitur ſibi attendat & cognoſcat, quanti momenti ſit hæc gratia Dei, & quam vim habeat, quando Dominus noſter os quaſi apertum habet ad ei quod nobis utile eſt, & ad ſalutem conducit, teſtimonium perhibendum. Quum id habemus etiam parce & reſtricte admodum, cognoſcamus, nos non poſſe ejuſmodi benedictionem, quam Deus nobis communicat, ſpernere, quin id ſit ab ipſo recedere. Longe potiori ratione quum quotidie Verbum ejus nobis annunciatur, quod etiam poſſumus legere: ſi id non poſſit nos tanquam habena adducta & contracta continere, nec noſtro Deo penitus adhæſerimus, ipſique ſervire conati fuerimus, manus ejus ſe longe erga nos aſperiorem & magis horrendam, quam in eos, qui ſolum ordinem naturæ, ut recte regerentur, habuerunt, exhibeat oportebit. En quod ad iſtud. Simul autem dicitur, *Ipſos non conſideraſſe omnes ejus vias.* Quibus verbis nobis ſignificatur, homines nunquam tam ignorantes & rudes eſſe, quin ſatis in ipſis malitiæ ſit ad ipſos reos peragendos, ipſiſque adeo omne ſubterfugium coram Deo eripiendum. Hic, ut jam tractatum eſt, Eliu loquitur in genere de univerſo mundo: neque enim Judæus erat, ut Legem haberet, & de ſui ſimilibus loqueretur. Dicit tamen, eos, qui nihil præter ſenſum & notitiam communem, quam Deus

cias, comperietur, nihil eſſe in ipſis præter hypocriſin, nec ſine juſta cauſa Deum ſic illis habenas laxare. En igitur, quod nobis in hoc loco notandum eſt, nempe miſeros Ethnicos, quamvis in tenebris ſint, & poſſint cum cæcis, qui palpando prætentant, nec vident iter, comparari, & in illis admodum craſſa ſit ignorantia, nullo modo tamen excuſandos eſſe, quin maligni & rebelles fuerint, quinque ſe à bono ad malum ſponte & de induſtria averterint: ſcriptum eſt enim, *Eos non conſideraſſe vias Domini.* Id belluis, aut lapidibus, quæ ſenſu carent, non attribuitur: concludendum eſt igitur, maxime idiotas, & barbaros illos, inquam, noluiſſe recta via pergere: quod ſi deſiderio ejus ſequendæ ducti fuiſſent, gratia Dei non fuiſſent deſtituti. Non inde tamen ſequitur, ut poſſimus ex nobis ipſis recte agere, & in nobis ea ſit facultas, ut poſſimus Deum quærere: de eo non contendimus. Papiſtæ vero quum ejuſmodi concluſionem colligunt, ſe meras beſtias eſſe oſtendunt: quum enim dicitur, homines haud ignorantia, ſed certa malitia peccare, Papiſtæ concludunt, Quum ita ſe res habeat, ſatis eſt rationis in nobis, eo ut nos recte regere poſſimus: clare cernere poſſumus, denique libertate bonum aut malum amplectendi præditi ſumus. Atqui nimia eſt inſcitia ſic argumentari. Cur? Hæc enim non ſunt ἀσύστατα, ut homines plane cæci ſint, nihil videre aut judicare poſſint, interim vero ſint omnino improbi. Convincuntur tamen quod non conſiderarint vias Dei, quodque ſuperbia præcipites acti, viam rectam non fuerint ſequuti. En igitur, quomodo iſta duo concilianda ſunt, nempe quod propter peccatum ratione & intelligentia penitus ſpoliati ſumus. En hæreditatem, quam habemus à patre noſtro Adamo, quod nimirum perturbati & confuſi ſumus, eaque, quæ nobis ad ſalutem apta ſunt, cognoſcere non poſſumus, ſed in contrarium tendimus: quomodo dicitur, lucem noſtram in tenebras converti, donec Deus nos Sancto ſuo Spiritu illuminet. Interim ignorantia noſtra non eſt ejuſmodi, quin in affectibus noſtris corrupti ſimus, bonum, quod in nobis Deus poſſet ponere, deleamus: quia natura noſtra perverſa eſt, ſumus hoſtes Dei: quot ſunt in nobis cogitationes & imaginationes, tot ſunt inimicitiæ adverſus ejus juſtitiam, ſicuti D. Paulus loquitur in *Rom. 8.*
8. ad Romanos. Sumus igitur ignorantes, nihilominus tamen ſumus perverſi: *verſ. 7.* neſcimus, quo nobis tendendum ſit, & tamen ſponte erramus. Cur? Quia de Deo adeundo non cogitamus: quin cogi nos oportet, eo ut ad ipſum tendamus, aut gratia ejus inſpirari & illuminari corda noſtra, quæ ſunt plena rebellionis. Donec igitur Deus nos ſic reformarit, certum eſt, nos ſemper clauſuros oculos, ne vias ejus conſideremus. Quod ſi id dictum fuit de iis, qui mediis & adjumentis, quæ Deus nobis dat, caruerunt, quid futurum

rum

Digitized by Google

viva imagine doctrinam utilem proponere, ne cæcos aut luſcos agamus, ne oculis noſtris velum obducamus, ut id quod nobis debet ſatis eſſe cognitum, ut certe omnino patet, ignoremus. Interim notemus, quum Deus nos alloquitur, ipſum nolle nos in dubio relinquere, ut hæreamus, &, quid velit dicere, neſciamus: ſed contra eo ſpectat, ut ex ejus verbo bonam doctrinam & inſtructionem recipiamus. Idque adhuc valde dignum eſt obſervatione. Multi enim exiſtimant & volunt, verbum Dei tam altos & profundos ſenſus habere, ut, quid in ipſo tenendum & ſequendum ſit, non conſtet. Id vero eſt accuſare Deum, quaſi dando ſpem, quæ nos fruſtratur, nobis illuderet. Notemus igitur, quum Deus loquitur, id illum eo facere, ut bonam doctrinam accipiamus, prudentes & intelligentes ſimus ad id quod bonum eſt, amplectendum: ut dicitur, Verbum Dei dare ſapientiam ignorantibus: quando nimirum tenuitatem ſuam agnoſcunt, ut ſe ipſi ſubjiciant. Semper igitur eum uſum in verbo Dei ad utilitatem noſtram reperiemus, quum ea prudentia prædititi erimus, ut viam ſalutis ſequi, & in ea inſiſtere velimus: quumque aliquis ſe avertit, quia vias Dei non conſideravit, non poteſt dici, ipſum erraſſe, quia melius non potuerit agere: ſed contra ipſe totius mali eſt cauſa, illique id totum imputandum eſt. Eſt adhuc vocabulum aliquod notandum, quum mentio fit de *omnibus viis Dei*. Quo admonemur, non ſatis eſſe, Deo ex parte ſatisfacere, & verbo ejus dimidiato obſequi, ſed nos in omnibus & per omnia vitam noſtram ex ejus voluntate componere & inſtituere debere: nam meretur etiam ut in omnibus, quæ proponit, audiatur, & ſine exceptione ulla ipſi ſe ſubjiciant homines: ac ſane ejus mandata à ſe invicem ſeparari & divelli non poſſunt. Quomodo Deus non poteſt divelli, ſic notemus etiam, ejus juſtitiam in partes diſtrahi non poſſe. Quænam eſt juſtitia Dei? Ipſa eſt in tota Lege comprehenſa. Non juſſit duntaxat, ut à ſcortatione homines abſtinerent, non ſolum furtum prohibuit, non duntaxat condemnavit homicidium: ſed decem præcepta conjunxit, & voluit ut in iis hærerent & acquieſcerent homines. Nunc ſi hic Deo obediat, caſtitatem colens, alius à direptione proximi, alius item ab omni injuria & violentia abſtineat: ſibi vero in aliis Legis partibus peccandi licentiam ſumat, nonne hoc eſt juſtitiam Dei diſtrahere? Diximus enim, omnia illa mandata eſſe inſeparabilia, & ſacroſancto vinculo inter ſe ſociata & devincta eſſe. Atque ita notemus, ut à Deo benedicamur, nos nequaquam ad partem aliquam duntaxat viarum ejus, ſed ad omnes attentos eſſe debere. En igitur, quod Eliu hic voluit

Deum non in uno aliquo peccato duntaxat, ſed in omnibus & per omnia deteſtentur: denique omnes ejus vias prorſus repudient. Cæterum hic multo adhuc melius quam antea animadvertitur, quam æqua ſit Dei juſtitia, quum nos caſtigat. Cur vero? Qui peccarant, ſunt adhuc erga Deum rebelles, ab eo receſſerunt, ad bonum doceri noluerunt, ſed malo & quidem ſponte ſe dediderunt: nonne igitur tunc tempus eſt, aut nunquam, ut Deus manum admoveat ad eos corrigendos? Quum ita ſe res habeat, id ſemper conſtitutum habeamus, Deum nunquam nos punire, quin nobis plurimum ſuccenſeat, quinque multo ante meruerimus ut ejus manus in nos fulminet. Poſtquam igitur diu diſſimulavit, tandem nobis ad id, quod hic continetur, deveniendum eſt: eum nimirum ita contriturum, ut animadverti poſſit, & ratione exquiſita, omnes eos, qui ſe ab ipſo averterint. En quod ex hoc loco diſcere debemus. Statim autem ſubjicitur, *Ut pervenire faciat ad ſe clamorem pauperis, & clamorem pauperum exaudiat*. Hic Eliu ſpeciem peccatorum notat, quam Deus in hominibus punit. Verum eſt, nos ipſum multis modis offendere: ſed quoniam homines ad peccatorum ſuorum, niſi eorum pluſquam convincantur, agnitionem adduci non poſſunt, hic Eliu ſpeciem poſuit omnium maxime evidentem. Quum enim violentiæ committuntur, alienæ opes diripiuntur, & qui affliguntur, omni ope & auxilio humano deſtituuntur, ad Deum clamant, querelæ audiuntur, unumquemque ipſorum commiſeratio capit. En igitur ſpeciem iniquitatis omnibus magnis æque ac parvis ſatis notam, quum ſic reputabimus, Quomodo? Nullus juſtitiæ locus eſt in terris, fortior & validior vincit, tanquam in latrocinio verſamur: qui enim volet alios prædari, etiam quum omne genus iniquitatis perpetrarit, id ſus deque habet, nullum remedium adfertur, denique nullus ordo ſervatur. Si igitur illa accidant, ſcient omnes id quod res eſt dicere. Ea de cauſa hic Sanctus Spiritus elegit maxime inſigne peccatum, ut eo melius convincamur. Interim notemus, ſub vana ſpecie reliquas omnes comprehenſas eſſe. Quacunque enim ratione Deum offendamus, ſemper habet ille juſtam nos puniendi cauſam: & (quomodo jam à nobis declaratum eſt) Lex ejus non poterit dividi, unita maneat, ejuſque mandata ita ſimul devincta ſint oportet, ut ea juſtitiam integram contineat. Sed quia tam hypocritæ ſumus, ut unuſquiſque ſe inſtar ſerpentis implicet & involvat ad tegenda ſua peccata, Deus vult nos quaſi vi trahere, ut debitum confiteri & agnoſcere cogamur. Si enim injuriam & vim pauperi alicui intulerimus, is vindictam à Deo poſtulabit, notæ erunt ejus

querelæ,

En igitur primo quod nobis notandum eſt. Sed
quum homines etiam adverſus nos vociferantur, &
propter iniquitates noſtras probroſi & infames ſu-
mus, & querelas, quæ vulgo de nobis in omnium ore
volitant, audimus: numquid Deum potiori ratione
illos clamores non auditurum exiſtimamus? Ergo
omnibus modis notemus, non ſine cauſa dici, Clamor
Gen. 18. Sodomorum ad me uſque venit: deſcendi, ut vide-
verſ. 20. rem num ita ſe res haberet. Et ſciamus, Dominum
non habere ſurdas aures, quominus peccata noſtra
ſemper in ejus notitiam veniant. Sed quum is cla-
mor & tanta confuſio eſt, ea omnia ab ipſo longe ma-
gis notari & obſervari oportet. Nam vere, ut jam
attigi, non parvi id momenti eſt, quum id, quod Do-
minus ſic conſtituerat, deſtruimus. Ac ſane quid eſt
bene vivendi regula? Nonne eſt tanquam imago
quædam Dei, quæ relucet inter homines? Quando
vero eam pervertimus, quæ, quæſo, ea eſt confuſio?
Interim vero notemus, Deum non relicturum inul-
tos eos, qui injuſte pauperes afflixerint & vexarint.
Verum eſt, magnos ad male agendum audaciam &
licentiam ſumere, quum vident pauperes omni præ-
ſidio deſtitui, neminem iis opitulari, cognatis & ami-
cis carere, tunc ſibi omnia licere putant. En igitur
cauſa, cur ſe ita ad omne ſcelus projiciant. Sed dili-
genter notemus, dici, Deum ipſorum cauſam gerere:
atque ita, quo magis pauperes omnibus injuriis, ne-
mine ipſis opem ferente, expoſiti erunt, Deus oſten-
dit, ſe eo majorem ipſorum curam gerere, ut illos ul-
ciſcatur. Si id diligenter conſideraretur, melius con-
tineremus nos, ne proximos, & in primis eos qui inju-
riam propulſare non poſſunt, læderemus & vexare-
mus: hoc enim eſt ſacroſanctum præſidium, quo
Deus ejuſmodi perſonas cinxit, violare: & tandem
eum nobis adverſarium ſentiamus oportebit. Si vi-
deamus igitur pauperem aliquem, illic fixi hærea-
mus, ut nullum ipſi damnum & injuriam inferamus.
Cur? Quia Deus ſe medium interponet, & quam-
vis pauper injuriam ſibi factam patienter ferat, cla-
mor tamen ejus ad cœlum perveniet, iſque à Deo
exaudietur. Quomodo vero hæc doctrina nobis ad-
monitionis loco eſſe debet, ut unuſquiſque ſe cohi-
beat, & à male agendo abſtineat: ſic pauperes de-
bent ſe conſolari, quum vident ſe in Dei protectione
eſſe, &, ſi ipſos improbi vexent & affligant, Deum
illorum rabiem frenare, pauperibus invigilare, &
tandem oſtenſurum, ſe nunquam illos oblivioni tra-
didiſſe. Quum itaque ſic ſe res habeat, ut Deus cau-
ſam noſtram, quum injuſte à potentioribus opprimi-
mur, ſuſcipiat, eam illi permittamus, idque dolorem
& mœſtitiam noſtram, quum inique affligimur,
quum deglubunt nos homines, nemine malis noſtris
medente, videmur denique tanquam oves in ore
luporum eſſe, imminuat; ſicque reputemus, Atqui
*quietem, quis poterit turbare? & quum faciem ſuam
abſcondet, quis poterit ipſum intueri?* Quies autem hæc,
quam Deus dat, pluribus modis conſiderari poteſt:
fideles enim hanc quietem habent, cujus meminit
Scriptura ſacra, quod nimirum in Deo conquie-
ſcant, & in ejus bonitate confidant, nec ullo modo
dubitent, quin is ipſos regat. Quod quum habent,
in utramque aurem dormire poſſunt, ut loquitur
Propheta, quum ait, unumquemque ſub ficu & vite *Mich. 4.*
ſua dormiturum, quando ſic erit in cuſtodia Dei, *verſ. 4.*
ipſumque adeo nos cognoſcemus. Atque ea pax ve-
rus eſt fidei fructus, ut loquitur Scriptura ſacra.
En igitur præcipuam quietem, & maximam omnium
quæ in homines cadant, quibuſque illos frui contin-
gat: ut nimirum ſe providentiæ Dei committant,
& animadverſa cura paterna, quam is illorum gerit,
poſſint dicere, Domine mi, vitam meam tibi com-
mendo: quum illa ſit in manu tua, de ea, ut tibi vide-
bitur, conſtitues: interim ego ſemper ulterius via
mea pergam. En unum notandum. Interim ſunt &
aliæ quietes. Deus enim improbos tolerat, quamvis
intus illos percutiat, & ſemper in ſuis conſcientiis
corrodantur, ſicut dicitur apud Prophetam Eſaïam. *Eſa. 57.*
Quamvis enim illic dicatur, ipſorum cogitationes *verſ. 20.*
eſſe inſtar undarum, quæ ſe invicem collidunt, (en
vero intus cœnum, quia infidelitas inquietudinem
ſemper adferat oportet;) Deus tamen illos quaſi ſopi-
tos relinquit, quia non ſtatim nunc punit ipſos. Dici-
tur igitur, *Si Deus det quietem, quis poterit turbare?*
Eo docemur, quamdiu Deus differt & protrahit tem-
pus punitionis improborum, nos non nimis feſtinare
debere: nihil enim proficiemus, ſi adverſus Deum
litigaverimus, ita ut dicamus, Cur ſtatim non punit
eos, qui pœnas ſunt commeriti? Hoc eſſet turbare
eos, quos Deus vult quietos eſſe. Diſcamus igitur nos
patienter voluntati Dei ſubjicere, & caveamus, ne
ſic nos præcipites agamus. Dicitur enim, non eſſe
creaturæ mortalis turbare, quando Deus vult quie-
tem dare. Interim cognoſcamus, nihil prodeſſe pro-
ſperis rebus, quod ad corpus & hanc vitam attinet,
frui, niſi Deum propitium habeamus, idque ſentien-
tes pacato ſimus animo. Cæterum ſciamus, ſi illam
quietem non habuerimus, Dei eſſe ipſam dare. Si
enim pax & bellum ſunt in ejus manu, ſi poteſt tur- *Eſa. 45.*
bare & pacare ſecundum hujus mundi ſtatum cadu- *verſ. 5.*
cum, quando ipſi videbitur: habet penes ſe quietem
ſpiritualem, quæ longe major & excellentior eſt.
Cognoſcamus igitur, non eſſe in poteſtate noſtra pa-
care nos, quum perturbati ſumus, ſed ad Deum con-
fugiendum eſſe: eximius enim & ſingularis hic eſt
theſaurus, qui ab ipſo promanat, quum nos in pace
fovet, ita ut in mediis hujus mundi confuſionibus in
pedes recti ſtemus, & inſtar magnarum tempeſtatum
& turbinum agitati, ancoram noſtram in ipſo de-
fixam

Digitized by Google

oportet, ne tentationibus noſtris prorſus concutiamur. En quod ex hoc loco diſcendum nobis eſt. Contra autem dicitur, *Si Deus abſcondat vultum ſuum, quis poterit ipſum intueri?* Quibus verbis admonemur, non eſſe noſtrum nimis alte ea, quæ Deus agit, ſcrutari: ſed contenti ſimus id, quod ipſe nobis oſtendit, ſcire. Quid eſt facies Dei? Non eſt figura ſimilis faciei hominis, quæ naſum, oculos, & os habeat: ſed facies Dei eſt teſtimonium illud quod nobis reddit, quum ipſius voluntatem cognoſcimus. Deus igitur nobis oſtendit faciem ſuam, quando declarat, cur hoc illudve faciat: id enim perinde eſt, atque ſi ipſum oculis videremus. Contra abſcondit nobis faciem ſuam, quando nos affligit, quum res nobis miræ & abſurdæ videntur, quum cauſam, cur ſic agat & operetur, ignoramus. Quando Deus igitur nos continet ſub ignorantia, id perinde eſt, atque ſi faciem ſuam nobis occultaret. Notemus autem quod dicitur, fruſtra nos conaturos id, quod nobis hodie occultum eſt, patefaciat, & ſcientes, quamdiu hæc vita durabit, nobis ex parte duntaxat cognoſcendum eſſe.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut eorum ſenſum talem nobis indat, ut toto vitæ noſtræ tempore coram ipſo gemamus, & veniam imploremus, donec nos gratuita ſua bonitate damnatione, in qua ſumus, & periculis, quibus cingimur, liberet. Quamdiu vero hic inferius erimus, agnoſcentes infirmitatem & debilitatem noſtram, patiamur nos ab ipſo regi, ut ad rectam viam ſalutis deducamur, ita ut nunquam concutiamur, & quæcunque tentationes nobis poterunt contingere, in vocatione Dei noſtri, donec nos ad ſe ex hoc mundo, ut nos in Regnum ſuum cœleſte, in quo quiete æterna nobis parata fruemur, evocarit, permaneamus. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed & omnibus populis, &c.

CONCIO CENTESIMA TRIGESIMA QUARTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIV.

29. Quumque faciem ſuam abſconderit, quis illam poterit intueri? ipſe eſt ſuper gentem, & ſuper hominem ſimul.
30. Eo quod regnet homo hypocrita, & propter offendicula populi.
31. Sane Dei eſt dicere, Peperci, non deſtruam.
32. Sed, ſi quid non video, doce me, ſi iniquitatem feci, non addam.

HEri fuit ex parte expoſitum, quomodo Deus vultum ſuum abſcondat à nobis, eo ut non aſpiciatur: quando nimirum homines ſunt confuſi in hoc mundo, nec rationem, nec exitum in iis, quæ in ipſo fiunt, videmus: ut contra, ſi Deus nobis hanc gratiam largiatur, ut animadvertamus, ipſum omnia regere, pulchrumque ordinem & bene diſpoſitum videamus, id perinde eſt, atque ſi facies ejus ſuper nos inſtar Solis luceret. Si videamus igitur mundi ſtatum ita perturbatum, ut attoniti ſimus & hæreamus, id perinde eſt, atque ſi Deus faciem ſuam abſconderet. Quid autem tunc facto opus eſt, niſi ut nos humiliemus? (quomodo dicitur apud Prophetam, In tempore afflictionis ſapientem os terræ appoſiturum, quietum fore.) & quidem cognoſcentes, nos reſponſando nihil profecturos, quum Deo viſum fuerit nobis extrema quæque immittere. En igitur quo tendat hæc ſententia, ut nimirum ad modeſtiam & ſobrietatem incitemur, animadvertentes, ingenium noſtrum nimis tardum & hebes eſſe ad capienda judicia Dei: præterea quoniam expreſſe Deo propoſitum eſt nos humiliare quum à nobis recedit. Idque fit, inquit Eliu, *tam ſuper populum, quam ſuper homines ſingulos.* In genere & in particulari Deus ita res poterit miſcere, ut rationem in illis nullam animadvertamus: quod ſi de illis verba facere velimus, neſcimus unde initium facere debeamus. Ut vero melius mentem ſuam Eliu exprimat, ſubjicit, *Eo quod homo hypocrita regnat.* Verum eſt, hunc locum diverſe poſſe exponi: ſed ſeries textus ſatis oſtendit, quis ſit ejus ſenſus, quum ait, *Eo quod improbus, aut deteſtabilis regnat, & eſt ſcandalum in populo*, aut retia tenduntur: vocabulum enim utrumque ſignificat. Hoc enim nos perturbat, quum videmus improbos regnare, nihil eſſe præter meram tyrannidem, nullumque æquitati & juſtitiæ inter homines locum eſſe: tunc quaſi conſternamur: Deus nuſquam apparet. Si indigna facinora perpetrantur, percutiant ſcelerati, undique diripiant, aut retia tenderint, nec poſſint tenues & pauperes evadere: en Deum quaſi è mundo ſubductum. Verum eſt, ipſum nihilominus nobis propinquum eſſe, atque adeo noſtri curam gerere, ſed ipſum non cernimus. Præterea quum non poſſumus id quod fit conſiderare, videtur

Digitized by Google

ſimam & ſuperatu difficilem eſſe tentationem: ſed hic expreſſe eam voluit nobis ob oculos ponere Spiritus Sanctus, ut adverſus ipſam armemur. Ergo ſi injuſtitia vigeat & regnet, improbi ea audacia præditi ſint, ut omnia confundant, reſque ea corruptione tractentur, ut remedio nullus locus eſſe videatur, habemus admonitionem nobis hic à Spiritu Sancto propoſitam, Deum velle ſic vultum ſuum abſcondere ad probandam noſtram obedientiam. Quare exſpectemus dum illuceſcat nobis, tum eum non ſine cauſa ejuſmodi turbas inter nos poſuiſſe intelligemus. En in ſumma, quomodo hic locus à nobis ſit ad praxin revocandus. Eliu autem ſubjicit, Dei eſſe, dicere, *Condonavi, non deſtruam amplius*. Quaſi diceret, Deum in manu ſua funes habere, quo homines pro arbitrio regat: quod ſi ipſi viſum ſit nos propter peccata punire, non poſſumus cauſam dicere, cur non reos nos peragamus: ſi nos toleret, quin etiam velit nobis omnino parcere, quis ei obſiſtet? quis ipſum impedire poterit, quominus miſericordia erga nos utatur? Verum eſt, hoc prima ſpecie mirum & abſurdum videri ſenſui humano: quærimus enim, Quum Deus non accipiat perſonam, cur huic potius parcit, quam alii? cur improbum, qui ad omne ſcelus ſit projectus, tolerat? Poſſumus igitur in animis noſtris ſollicitari ad inquirendum, cur Deus ſic agat: ſed quæ concluſio colligenda, niſi ut ejus conſilio omnia permittantur, quum ſcire debeamus non eſſe noſtrum illi quidquam præſcribere, nec etiam nos idoneos eſſe ad res nimis altas capiendas? Atqui ita ſe res habet, ut Deus, quum vult nos humiliare, agendi & operandi rationibus, quæ nullo modo conveniunt rationi noſtræ naturali, utatur. En in ſumma, quod hic nobis dicitur. Nunc quum verba fiunt de judiciis Dei, quibus caſtigat peccata noſtra, retineamus id, quod dictum eſt, nempe juſtiſſimum hominem reum duplo, imo centies plus reum inventum iri, quam patiatur: atque ita non habere nos unde conqueramur. Cæterum ſi Deo viſum ſit nobis condonare peccata, cognoſcamus, id ipſum non facere ullo noſtro merito, nec propter ullam rem, quam in nobis inveniat, ſed propter ſuam gratuitam bonitatem duntaxat. Hocque diligenter debet notari, quoniam id, quod jam attigi, quodque venit fere natura in mentem hominibus, in cauſa fuit, ut impiæ & falſæ in Chriſtianiſmum inveherentur doctrinæ. Et eo errore hodie imbuti ſunt Papiſtæ, Deum condonare peccata illis qui ſe convertunt, & quidem quum in ipſis bonos aliquos motus animadvertit. Quum Pontificii loquuntur de remiſſione peccatorum, ſemper imaginantur, hominem debere ex parte ſua diſpoſitum eſſe, hancque gratiam ſibi apud Deum acquirere: & quamvis id non fiat æquali dignitate, hoc eſt, ex condigno, ut loquuntur: ex congruo fieri, hoc eſt, congruentiam aliquam, & æquum eſſe, ut quitur. Ac ſane quis dat ejuſmodi motus homini, ut ſibi in ſuis peccatis diſpliceat, niſi Deus jam illum Sancto ſuo Spiritu affecerit? Natura enim noſtra malum diligimus, & poſtquam ipſum perpetravimus, ad ipſum ſemper amplius & magis diſpoſiti ſumus, & hypocriſis nos excæcabit, eo ut in ipſo nobis adulemur. Quando igitur peccator ſibi in vitio ſuo diſplicet, ſignum eſt, Deum jam ipſum affeciſſe. Verum quidem eſt, Caïnum & Judam ſenſu peccati ſui vehe- Gen.4.
menter cruciatos fuiſſe, ſed non ita ut ſibi in ipſo di- vers.13.
ſplicerent, ſed adverſus Deum frenduerunt, & in Mat.27.
malo obdurati fuerunt. Quare concludendum eſt, vers.4.5.
quum peccator aliquam in ſe contritionem habet, & Actor.1.
commovetur, eo ut ſe coram Deo humiliet, id jam vers.18.
eſſe ſignum Spiritus Sancti in ipſo agentis. Signum igitur eſt, Deum nos in gratiam recepiſſe, quum cor humile & contritum dedit, & ad ipſum nobis in nobiſmet ipſis diſplicentes accedimus. Ac ſane nonne id certiſſimum eſt pignus miſericordiæ ipſius? Dicemusne igitur, hominem meruiſſe ut Deus illi peccatum condonaret, quia ad id diſpoſitus erat? Videmus igitur Pontificios hic corrupiſſe Dei doctrinam, eamque adulteraſſe, homini quod ipſi non convenit attribuentes. Eoque magis nobis hic locus notandus eſt, & ſubinde in memoriam revocandus, Si homines in exitium ruant, & peccati ſervitute detineantur, Satanas ipſos poſſideat, Deum hac auctoritate præditum eſſe, ut dicat, Ego condono. Cui vero? Non eſt nobis ejus gratia in hoc vel illo loco alliganda, ſed liberum illi ſuum conſilium relinquamus oportet, ut de omnibus pro gratuita ſua bonitate & miſericordia conſtituat. Quando igitur Deus uni condonat, alium poterit in ſua perditione relinquere: ſicut etiam dicitur apud Moſen: & D. Paulus locum illum tanquam Exod.33.
inter alios inſignem citat, Condonabo cui condona- vers.19.
bo, & miſerebor cujus miſerebor. Deus ſic loquens, Rom.9.
oſtendit, non inquirendum eſſe nobis, cur ſic agat: & vers.15.
omnes ejuſmodi quæſtiones præcidit. Cui igitur Deus condonat? cui ipſi viſum fuerit. Non eſt homo mortalis qui ſic loquitur: eſt Deus vivens qui pronunciat, quum miſeretur non inquirendum eſſe: neque cur, neque cujus miſereatur, nec an is, cujus miſeretur, ſit melius alio diſpoſitus, num in illo aliquod meritum fuerit, bonus quiſpiam motus, aut denique aliud quidpiam. Minime, inquam: vult enim Deus homines eo quod ipſe agit contentos eſſe. Quare ſi miſericordiam ſuam erga quoſdam, non item erga omnes exerceat, nobis ejus bonitas magnificanda eſt: quod ſi velit etiam juſtitiam ſuam elucere, ſciamus, ipſum nobis nequaquam obſtrictum eſſe. Ac ſane ea diverſitas oſtendit, ipſum, ſi nos è morte retrahat, id nonniſi gratuito facere, noſque perditos & damnatos fuiſſe, niſi ipſe nobis ſubveniſſet. En igitur quomodo eo magis incitari poſſumus ad gloriam tribuen-

Digitized by Google

ipſum volunt contrahere. Propheta autem utitur ea ſimilitudine, quum vult ſignificare, conditionem contemtorum Dei non fore meliorem, ſi ſtatim non puniantur, ut vidimus tam apud Jeremiam, quam apud

Jer. 12. verſ. 3. & 51:40.

Ezechielem, eos, qui in longum tempus reſervantur, non melius tractari: ſed prout coram Deo deteriores ſunt, & majorem in capita ſua iræ & maledictionis cumulum congeſſerunt, eo majorem etiam erga illos maledictionem Deus exerat oportebit. Quando igitur Dominus noſter non ſtatim punit improbos, ipſos nihilominus ſub ira & vindicta ſua detinet: ac proinde hic locus ad ipſos non pertinet. Sed quum Dominus noſter penitus abſolvit homines, ipſoſque punire amplius non vult, cur id facit? quia ipſis peccata ſua condonavit. Dixi, hanc doctrinam valde utilem eſſe. Cur vero? Quia primum tam carnales ſumus, ut non curemus, modo Deus ſeveritatem ſuam erga nos non exerat: quamvis nobis ſuccenſeat, nos rejiciat, & ſimus tanquam extorres ex ejus familia, id nos minime movet & afficit, non ſecus quam ſi ægrotus quiſpiam totus putrefactus ſit in corpore, modo tamen nihil mali ſentiat, non curat. Quum aliquis febri laborat, ſi non ſitiat, aut non doleat capite aut lumbis, moderate & tolerabiliter ſe habebit, malum tamen intus aletur, ita ut letale ipſi evadat: contra ſi ſitis eum premat, expediat ipſi eam ad tempus aliquod pati, ad medendum febri, quæ eſt præcipuum ipſius malum: ſed homo ita ſitis dolorem ſentit, ut eum de reliquo morbo nulla cura tangat, modo ſitim ſedet. Idem nobis accidit: nam ſi Deus offendatur, id ſus deque habemus, id non animadvertimus propter ſtuporem noſtrum, atque ita peccata peccatis cumulamus, & obſtinati remanemus. Eo igitur magis notandum eſt nobis id, quod hoc in loco dicitur, nempe nos nequaquam ex manu Dei evaſuros, niſi is nobis peccata noſtra condonarit: ad radicem veniendum. Ne petamus duntaxat, ut nos liberet morbis, paupertatibus, hac vel illa re: ſed in primis precemur ipſum, ut nobis ſit propitius: quumque id conſequuti fuerimus, omnibus malis liberati erimus. Utque adhuc melius hanc doctrinam capiamus, notemus, ſi proſperis rebus fruimur, interim vero Deus nobis ſit infenſus, malum noſtrum ſemper permanſurum, & bonum nobis in malum converſum iri. Si igitur donis Dei utamur ipſum offendentes, bonum, quod nobis largitus fuerit, in majorem condemnationem cedet: ſicut contra quando cum Deo reconciliati fuerimus, iſque peccata nobis condonarit, quamvis nos caſtiget, id nobis medicinæ loco erit, omneſque noſtræ afflictiones coram ipſo benedictæ erunt, ita ut nobis ad ſalutem cedant, ut D. Paulus loquitur in 8. ad Rom. En igitur

Rom. 8. ver. 28.

doctrinam valde neceſſariam, ut cognoſcamus, nos ſemper ſub maledictione incluſos fore, donec nobis peccata condonarit. Diſcamus vero timere non ſolum ... ri: ego de iis loquor, quibus non omnino inutiles ſunt afflictiones. En igitur hominem, qui ſe humiliat poſtquam Deum offendit: ſe liberari cupit, & ſuum malum ſtatim à Deo auferri: ſed tamen miſer non eſt ita affectus, ut in ſe deſcendat, peccata ſua ſcrutetur, & eo uſque deveniat, ut dicat, Hei mihi, danda eſt mihi opera, ut redeam in gratiam cum Deo meo. Ipſi ſatis eſſe videtur non amplius premi, & quomodo canis, qui evaſit baculi ictum, ſuccuſſa aure abit. Is non eo uſque, quo veniendum eſt, venit. Sed in eo, quod externum eſt in afflictione, hæret. Ideo Deus adhuc percutit. Videmus igitur, quam leviter officio ſuo defungantur homines, quum Deus illos percutit ut ad pœnitentiam adducat: utcunque enim apprehendent manum Dei: ſed levis eſt illa apprehenſio, & ſtatim præterit. Quando autem animadvertit Deus, intus hærere pus & ſaniem, quamvis, qui tantopere ægrotat, malum ſuum non agnoſcat, eum tamen à Deo premi oportet, ut cognoſcat, malum incrementum capturum, niſi ſerio & ad vivum purgaretur. Cognoſcamus igitur, deteriorem ſemper factum iri conditionem noſtram, donec nos Deus in gratiam receperit. Non debemus igitur duntaxat petere, ut det nobis ſanitatem, valetudinem reſtituat, omnia denique, quæ caro concupiſcit, det nobis: ſed ut deletis omnibus noſtris peccatis nos regat Sancto ſuo Spiritu, ita ut amplius non ſuccenſeat nobis. En vero cur David & alii Prophetæ, quum ſe manu Dei percuſſos ſenſerunt, non duntaxat dixerunt, Domine, libera me ab hac afflictione. Verum eſt, illos id quidem poſtulaſſe, ſed primum hoc petierunt, Domine, condona mihi peccata mea, ne ſuccenſeas amplius mihi. Cur vero ſic loquuti ſunt? Animadvertebant unde afflictiones procederent, illaſque duntaxat fructus & teſtimonia iræ Dei eſſe: ſed ad originem modo venerunt, quod & nobis faciendum. En vero de quo hoc in loco admonemur, quando dicitur, *Deum non puniturum poſtquam condonarit.* Verum eſt, non ſequi, Deum nobis ignoſcere, quamvis diſſimulet, & oculos tanquam clauſos habeat ad peccata noſtra, quin proſperis rebus fruamur, quaſi nos amaret, nobiſque propitius foret. Tunc potius nobis proxima eſt noſtra perditio: quomodo videmus Sodomitas oppreſſos fuiſſe Gen. 19.
tunc, quum ad ſuarum deliciarum & voluptatum cumulum pervenerunt, eo uſque ut Deo & mundo inſultarent: ſic inebriati fuerunt, ut in ſuis vitiis prorſus cæcutirent: ac ſane ſibi majorem libertatem dabant, eo quod ipſos Deus jam à longo tempore non viſitarat: inſidebant tanquam in ſuis fæcibus, ut loquuntur Prophetæ. Vidimus quoque apud Jeremiam & Ezechielem, improbos, quum Deus eos tolerat, tanquam fæci ſuæ incubare, & magis ac magis in vitiis ſuis confirmari: quumque illa penitus imbiberunt, nullum amplius eſt remedium: de doluerunt, ut

Eſa. 51. verſ. 17. Jer. 48. verſ. 11. Ezech. 23. verſ. 34. Soph. 1. verſ. 12.

Digitized by Google

retur: non quod Jobus in ſumma non cognoverit, eſſe in Deo juſtitiam abſconditam, quam hominum imaginatione metiri non oporteat. id Jobus agnovit: ſed interim vidimus ipſum ſuis perturbationibus ſic agitatum, ut adverſus Deum commoveretur, æſtibus quibuſdam abreptum, interdum temere loquutum eſſe: id vidimus. Nunc autem Eliu ipſum reprehendit, ſed per irriſionem: Video nunc Deum abs te ad rationem reddendam vocari, ita ut tibi dicat, Si peccavi, poteris me docere, & alias melius agam, non recidam: ſcilicet, quaſi Deus eſſet inſtar pueri. Cæterum notemus, hoc non tam dici Jobo quam univerſo mundo: noſque ejuſmodi admonitione indigemus. Scimus enim quis ſit in ingeniis noſtris ſtupor: ſi Deus nos ſerio & cum gravitate alloquitur, parum movemur, quomodo videmus homines ſuæ opinioni affixos eſſe, quumque aliquid conceſſerunt, non facile eſt ipſos à ſua opinione avertere: quod ſi ſimpliciter de Majeſtate Dei verba fiant, ut nobis oſtendatur, quantopere ſimus fragiles, præſto erunt noſtræ objectiones & exceptiones. Quum itaque homines non poſſint ferre, ut placide & cum gravitate peccatorum illos Deus admoneat, & ejuſmodi ſtylo, ut ſimpliciter ad æquitatem adducantur: oportet ut Deus, quum illos ſic obſtinatos videt, irrideat illos, ipſoſque confuſos relinquat, tanquam homines indignos quibuſcum verbis directis agatur. Si videam ſtultum, quem fruſtra conatus fuerim bonis rationibus & argumentis ad officium adducere, iſque tandem penitus ſit deſperatus, & adverſus Deum blaſphemus, quid faciam? numquid illum alloquar perinde ac ſi judicio & prudentia valeret? Minime: ſed illius ſtultitiam irridebo: aut ſi videam illum nimia ferocia inſurgere, minis utar oportet. Hac nunc Eliu via procedit. Dicit, Agite, Deus ad vos veniat oportet, & profiteatur, ſe, ſi peccarit, à vobis admonitum & reprehenſum, ſe correcturum & emendaturum. Ac ſane quid poteſt dici nobis, quum quotidie Deum arguimus, ſicut unuſquiſque cognoſcit, ſe multas querelas intus alere, moleſte admodum ferre, quum res ex ejus ſententia non ſuccedunt, quum in ſumma libenter, Deum pedem referre, & res plane contra, quam agat, agere vellemus? Quando itaque ſic audaces ſumus, quæſo, quomodo tractari poſſumus, niſi ut cum ejuſmodi noſtra arrogantia irrideamur, & omnium probris exponamur? An non vero oportet hominem valde inſanum eſſe, quum ſic adverſus Creatorem ſuum inſurgit? Quis vero de eo dubitet? En igitur quod nobis ex hoc loco retinendum eſt: quum enim verba ſic ironice efferuntur, certum eſt, nos tunc melius convinci, quam ſi ſtylo doctrinæ ordinario doceremur. Cur vero? Quando vocabulum iſtud profertur, Deus veniet, & dicet, Si peccavi, reprehendite me, docete me quid agere debeam. Quum iſta nobis proponuntur, nonne

Phil. 4. verſ. 6.

non agit ex noſtro arbitrio. Quare eo magis nobis ponderanda ſunt vocabula, quæ hic continentur, & quotieſcunque in animis noſtris titillamur deſiderio nimis inquirendi ea, quæ Deus agit, aut illi legem imponendi, cognoſcamus, quo & in quem labyrinthum ingrediamur: id perinde eſt, ac ſi Deum ſua Majeſtate ſpoliaremus, ipſum in hoc mundo vellemus deprimere, & iis, quæ nobis probantur, ſubjicere. Heu! nonne hoc eſt nimis ipſum contemnere? quonam ruimus? Quapropter, quum hoc nobis in mentem venire debet, ſi ut par eſt non attendimus, revocemus nobis in memoriam, Si tamen ſic adverſus Deum obmurmures, erigis te adverſus Deum. En Spiritus Sanctus jam de eo pronunciavit, & oſtendit, in quam confuſionem te præcipites: hoc perinde eſt, atque ſi Dei tui creator eſſe velles: quod ſi hujus duntaxat audaciæ reus eſſes, nonne dignus eſſes qui in profundam abyſſum præcipitareris? Numquid enim ſuperbia iſta major eſſe poteſt, quum obſcurare, imo vero abolere Majeſtatem Dei volumus? Miſerum terræ vermiculum, miſeram creaturam, miſerum cadaver, qui es infectionis abyſſus, numquid te ſic inſurgere oportet adverſus Creatorem tuum? Quum igitur iſta erunt in nobis, demus operam, ut illa tollamus, imo vero penitus ſepeliamus, & oſtium, & quidem omnibus iſtis imaginationibus, claudamus: nihilque potius ducamus, quam dicere, Tu vero, Domine, glorificeris in noſtra ignorantia: & hoc ſolum vocabulum in ore habeamus, Domine, tu es juſtus in omnibus quæ agis, quamvis in illis plane cæcutiamus, ſed aliquando abs te illuminabimur. Nunc magna hæc eſt noſtra ſapientia, ſimpliciter ejus voluntati acquieſcere, quando vult nos ad tempus in ignorantia detinere. En igitur quomodo ad praxin nobis hic locus revocandus eſt. Cæterum quando dicitur, nos Deum docere id, quod ipſe non animadvertit, nobis hic noſtri cum Deo comparatio inſtituenda eſt: ipſe enim fuit ab æterno, nos vero ſumus inſtar limacium uno die natorum, & tamen ſtatim cornua erigimus. Quid vero aliud ſunt limaces quam aqua? quomodo enim formantur, & unde oriuntur? Ecce nos igitur inſtar limacium, ſtatim immutamur: quam id abſurdum eſt, quod adverſus Deum cornua erigimus? Quæ vero vis noſtra eſt? quis vigor? A quo tempore ſumus? ſexaginta aut octoginta annos ſumus in hoc mundo, loquor de ſenioribus: quæ igitur poteſt eſſe noſtra intelligentia? Contra videamus, quæ ſit ſapientia & intelligentia Dei. Ab æterno, antequam mundus creatus eſſet, omnia ipſi præſentia fuerunt: non auctus fuit ſapientia, non etiam imminutus, ſed omnia cognovit, etiam antequam mundus creatus eſſet. Nonne igitur homines pluſquam inſanos eſſe oportet, quum ſic ſenſui ſuo laxant habenas, ut dicant, Res ita ſe habere deberet? Quomodo? Nonne ſatis providit Deus, quomodo

ea res

Digitized by Google

eſſe miſeros cæcos, & ejus nos ſatis admonet experientia. Quapropter ſi hoc nobis ſumimus, ut Deum docere velimus, quonam res hæc abibit? Ideo dixi, ante omnia cognoſcendam eſſe nobis noſtram ignorantiam; tum ſciendum eſſe, Dei unius eſſe ipſi mederi. Si igitur intelligentia opus habemus, eam
Jac. 1: 5. petamus, inquit D. Jacobus, ab eo, qui ejus verus eſt fons: dat eam, & nemini exprobrat: neque enim Deus erga nos parcus eſt & tenax: quemadmodum homo, quum videt facultates imminui, ægre fert ſi nimis importuni flagitatores ipſum urgeant. Atqui non ita ſe habet Deus: nunquam enim nobis benefaciendo defatigatur. Diſcamus igitur nos ipſi offerre, quum ſapientia deſtituti erimus; nec dubitemus, quin nobis, quantum opus erit & expediet, largiatur. Hæc autem doctrina, quam attigimus, plus quam neceſſaria eſt: quid enim in cauſa eſt, quod tot in Chriſtianiſmum introductæ ſunt corruptiones, ita ut bona doctrina corrupta & adulterata fuerit, niſi quod homines nimis ſapientes eſſe voluerint, quaſi Deo in mentem non venerit id quod expediebat? Quum homines ſibi ſumunt ut proferant quod excogitarunt, ita ut dicant, Hoc bonum erit, hoc adhuc faciendum eſt, adhuc medendum eſt ei rei. Quomodo vero? Illorum ſcilicet arbitrio. An non vero hoc Deus providerat? Quomodo non prævenit homines? Videmus quid ipſe pronunciet: illic nobis acquieſcendum & hærendum eſt. Vult, ut, quæ proponit nobis, tanquam bona & ſancta recipiamus: ecce vero homines, qui medios ſe interponunt, & volunt medium quid invenire & ſequi. Cur? Hanc ipſe non vidit, ac proinde proſpiciendum eſt. Sed quomodo? Abolendo, quantum in ipſis eſt, inſtitutionem Jeſu Chriſti. Ecce Dominum noſtrum Jeſum, qui dicit, Bibetis omnes ex hoc calice. Diſerte dicit, *Mat. 26. verſ. 27.*
Bibetis omnes: ecce vero Papam, qui hoc vocabulum *Marc. 14.*
auferet. Verum eſt, inquit, ſic inſtitutum eſſe à *verſ. 23.*
Chriſto, ſed non ſine cauſa ſic à nobis conſtitutum eſt, ut incommodis à nobis prævíſis proſpiceremus. Filius vero Dei, qui eſt ſapientia infinita, qui eſt lux mundi, numquid cæcutivit in hac inſtitutione ſancienda? Videmus igitur, quomodo homines in devia præcipites ruant, niſi cognoſcant, quæcunque Deus fecit, juſtitia & ſapientia infinita conſtituta eſſe. Illic igitur hæreamus, & viam nobis monſtratam ſequamur, non timentes errare, quum ſemel nobis ſuam voluntatem patefecerit, & nos ab ipſa placide regi patiamur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, quo det nobis, ut ea melius quam adhuc ſenſimus ſentiamus, & gemamus ad veniam implorandam. Interim vero non aliam ejus conſequendæ rationem eſſe ſciamus, quam ut nos ipſius miſericordiæ permittamus, ut nobis parcat: idque non ſolum ad exiguum temporis ſpatium, ſed ſemper ejus virtute ſuſtineamur, & ita certi ſimus de ipſius miſericordia, ut nullo modo dubitemus, quin nos ad extremum uſque deducat, donec nos omnibus malis, omnibuſque miſeriis, quibus modo ſumus obnoxii, liberarit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed & omnibus populis & nationibus, &c.

CONCIO CENTESIMA TRIGESIMA QVINTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIV.

** hoc eſt, conſilio tuo.*

33. Numquid rem Deus perficiet à te *? quia averſatus es. Numquid vero tu eliges, non autem ego? Quid ſcis tu? dic.

34. Viri cordati, loquimini, & ſapientes audiant.

35. Job non loquutus eſt cum ſcientia, & verba ejus non ſunt cum intellectu.

36. Cupio ut Jobus probetur in finem uſque, ut videantur reſponſiones, quæ poſſunt fieri improbis & iniquis hominibus.

37. Multiplicabit peccata ſua iniquitate, exultabit inter nos, & multiplicabit peccata ſua erga Deum.

Vidimus ſuperius, quomodo Deus, ut hominum ſtultitiam irrideret, obtulerit ſe ad conſilium accipiendum, petens, ut, ſi res non intellexerit, admoneatur: quod ſi peccarit, ſe non amplius id commiſſurum confirmans. Ibi vero attigimus, non ſine cauſa eſſe, quod Deus ſic irrideat ejuſmodi arrogantiam: videmus enim, ut homines adverſus ipſum inſurgant, & velint ipſum

Digitized by Google

ſe ipſis ſubmittat, & eorum arbitrio ſubjiciat: inviti igitur iis, quæ Deus conſtituit, ſtent & ſubjiciantur oportet, quomodo ejus eſt, res prout ipſi videtur, non autem ex præſcripto noſtro, conſtituere: neque etiam noſtrum eſt illi quidquam præſcribere. Verum eſt, hic poſſe adferri, Eliu non ſatis juſtitiam Dei tueri, quum ejus potentiam profert. Sed nobis retinendum eſt id, quod jam declaratum eſt, quum Deus exaltatur in ſuum tribunal, eum illic non gloriari potentia abſoluta, ſed ſimul eſſe Judicem mundi, nihilque illi tam proprium eſſe, & tam convenire, quam æquitatem & juſtitiam, qua non magis quam eſſentia ſua ſpoliari poteſt. Præterea hic non agitur quid Deus velit, ſed Deus vult hominibus ipſorum fragilitatem oſtendere. Hic igitur eſt contrariorum comparatio: una enim ex parte Deus oſtendit, penes ſe ſine ulla repugnantia omnem potentiam eſſe: ex altera vero admonet nos, ut cognoſcamus, quid ſimus nos, & quæ ſit noſtra iniquitas, quomodo homo mortalis, terræ vermiculus, hanc audaciam ſibi ſumere & attribuere audeat, ut adverſus Deum ſuum velit inſurgere, & in ipſum imperium & dominationem ſibi arrogare. Id autem ignoramus, quotieſcunque adverſus Deum obmurmuramus, eaque, quæ ab ipſo proficiſcuntur, probare non poſſumus. Notemus igitur, Spiritum Sanctum hic homines revocare ad ſuam ipſorum conditionem: nunquam enim eo audaciæ prorumperent, ut adverſus Deum obmurmurarent, niſi obliti eſſent quales ipſi ſint. Voluműſne igitur humiles & modeſti eſſe, ut Deo, ſicut par eſt, gloriam tribuamus? In nos deſcendamus, diligenter examinemus quæ ſit natura noſtra, idque nos adductis & contractis habenis continebit, eo ut nihil nobis arrogemus, quando ante omnia nos eſſe homines reputabimus. En igitur quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Interim autem dicitur, *Tu repudiaſti, tu eliges, non item ego.* Deus iterum in hoc loco introducitur loquens de ſuperbia hominum, quum ſic adverſus ipſum inſurgunt: nam ſane qui non poſſunt in bona voluntate Dei acquieſcere, repudiant quæ ab ipſo fiunt, & eo pacto optionem & electionem ad ſe pertinere putant, quaſi liberum ipſis eſſet dicere, Id non recte fit, ab eo Deus abſtineat oportet. Verum eſt, nos ab ejuſmodi blaſphemiis abhorrere: ſi quis enim quærat ex nobis, quis ſibi ſumat, ut impediat Deum, quominus id quod conſtituit exequatur; unuſquiſque reſpondebit, Abſit ut ſic velim inſurgere, diabolica eſt ſuperbia, blaſphemia eſt intolerabilis: ſed tamen linguam expeditam habemus ad carpenda omnia opera Dei, ſi res nobis ex animi ſententia non ſuccedant: dentibus frendemus, querelas noſtras proferimus, nec nos in ſchola artem rhetoricam didiciſſe oportet ad obmurmurandum adverſus Deum: nonne vero id eſt reprobare ea quæ ipſe facit? Nam tamen neceſſe eſt. Sed quum Deus ſubjicit, Quid reprobatis? Quid vero reprobamus, quum illum ſic accuſamus? nonne hoc eſt adverſus juſtitiam inſurgere? Ubi eſt omnis rectitudinis fons? nonne in Deo? Et tamen volumus repudiare & reprobare ea, quæ ab ipſo fiunt? Quo ea res abibit? Tum inde ſequeretur etiam neceſſario, nos velle ſummum in ipſum imperium obtinere, nulla amplius libertate ipſum præditum eſſe, ſed ea duntaxat, quæ probaſſemus, agere debere. En cur dicat, *Tu igitur eliges, non autem ego?* Quia vero homines, niſi vi, adduci nequeunt ut ſe condemnent, Deus, ut concludat, ſubjicit, *Quid vero tu ſcis? Eloquere.* Quaſi nos ignorantiæ noſtræ argueret: linguam ita, ut nihil ſupra, expeditam habemus, quæ mentis conceptionem prævertit. Deus autem oſtendit, nos, ſi vel tantillum rationis habeamus, prope mutos fore. Cur? Si quis loquatur, neſciens quid dicat, nonne illud eſt ſtultitiæ ejus certum teſtimonium? Et tamen loquimur: quin ſi vel duntaxat mittat nobis Dominus id quod non placet nobis, ſtatim acuimur ad obmurmurandum adverſus ipſum. Nunc vero videamus, an tunc recte ſciamus, & intelligamus, quid & cur loquamur. Quum diligenter id quod in nobis eſt examinabitur, nihil præter ignorantiam comperietur, multum loquelæ & verborum, ſed parum intelligentiæ: lingua noſtra tam expedita & volubilis, quam quæ maxime: interim vero prorſus hebes eſt ſenſus noſter. Quænam vero ea eſt temeritas? Videmus igitur, quanti momenti ſit hæc concluſio, quam Deus proponit, *Quid vero tu ſcis? Eloquere.* Quaſi diceret, Poteſtatem facio vobis loquendi, & quidem modo reipſa vos ſapientes & intelligentes eſſe oſtenderitis. Atqui ita ſe res habet, vos ſtultos eſſe, nihilque in vobis eſſe præter ignorantiam: an vero ejuſmodi licentia vobis ſumenda eſt, ut loquamini, quum non habeatis quid dicatis? Quando utilitatem ex hoc loco capere poterimus, ſane continet bonam & utilem doctrinam: primum enim videmus, quæ ſit vitæ noſtræ regula, ut nimirum Deo debitam auctoritatem permittamus, ut de nobis conſtituat, rem ipſe perficiat, non vero à nobis, hoc eſt, noſtro conſilio. Neque enim noſtrum eſt Deo legem præſcribere, & oſtendere quid debeat agere, ſed quæcunque aget, approbemus. En unum notandum. Verum eſt, nos poſſe ab illo petere ea, quæ ad ejus gloriam, ſalutem Eccleſiæ, proprium etiam noſtrum bonum & commodum apta & utilia eſſe exiſtimamus: ea enim erga nos familiaritate utitur, ut dicat, Exonerate in me veſtra deſideria & ſollicitudines: quomodo etiam D. Paulus dicit, Noſtra deſideria illi ſint manifeſta. *Phil. 4:6.*
Quando igitur in aliqua inquietudine & anxietate animi verſabimur, Deo noſtra permittamus, & precemur eum, ut ea, quæ bona, & quidem ad verbi

ipſius

Digitized by Google

luntas ejus dominetur, homines caput demittant: neque enim à nobis conſilium debet exquirere. Oportet igitur ut & Angeli Paradiſi, & homines in terra degentes ſe humilient, Deuſque ſolus in illos dominetur, & quidem ea libertate, ut, quæcunque agat, confiteantur homines, penes illum eſſe ea agere. Alia vero ex parte admonemur, vix nos gravius peccare poſſe, quam quum adverſus Deum indignamur, & res non evenire nobis ex animi ſententia moleſte ferimus. Cur vero? Quia id eſt ſolam juſtitiæ regulam reprobare. Quid vero illud eſt? Si homo malo deditus eſt, fragilitate peccabit, non eſt tamen propterea excuſandus: ſed quum homo ad eum uſque peccati cumulum venit, ut non contentus ſit Deum offendere, Legem ipſius violare, omnem ordinem tollere & abolere, ſed velit Legem Dei extinctam eſſe, lucem in tenebras converti; nullum amplius boni & mali diſcrimen eſſe: quonam res ea abibit? Atqui ſic ſe res habet, ut, quotieſcunque homines adverſus Deum indignantur, nec poſſunt patienter ea, quæ agit, ferre, & gloriam ipſi tribuere, in eo ipſum improbent & rejiciant, quaſi ſibi in ipſum auctoritatem eum judicandi, neque id tantum agendi, ſed etiam juſtitiæ ipſius condemnandæ, quod nimis atrox & indignum eſt, vellent arrogare. Quando igitur ad dolendum & impatientiam ſollicitabimur, locus hic nobis in mentem veniat, Quid agis, miſera creatura, in quem labyrinthum involvis te? Non hic eſt duntaxat ſimplex aliqua tentatio, ſed adverſus Deum cornua erigis. Numquid te ejus juſtitiam atque rectitudinem delere aut evertere poſſe putas? Cum quo tibi rem eſſe putas? Quum itaque ſic titillabitur caro noſtra, ut nos inducat ad inſurgendum adverſus Deum, hic tanquam obice inhibeamur. Quod ſi id non ſufficiat, hoc adhuc adjiciamus, nimiam hanc eſſe in nobis audaciam, quum volumus eligere, opinionis jus, quantum in nobis eſt, Deo auferendo. Hæc duo ſimul ſtare non poſſunt, ut homines libertatem habeant dicendi, Id debet fieri, & Deus imperium obtineat, ad regendum & gubernandum prout ipſi videtur. Cur? Inter nos & Deum ut inter aquam & ignem convenit: id ſatis animadvertimus: neque enim latum unguem ſe ſenſus noſter proferre poteſt, quin ſtatim caligemus, dum oculos aperire volumus, & ut plurimum id, quod bonum eſt, malum eſſe judicamus, appetitus noſtri, omneſque adeo affectus & cogitationes noſtræ corruptæ ſunt & depravatæ. Quomodo inter nos conveniet & Deum, qui eſt ſapientia infinita, & nobis incomprehenſibilis, qui habet æquitatem ſuam peculiarem, cui nos ſubditos eſſe oportet? Quum ea ſit inter Deum & homines repugnantia, ſi optionem & jus eligendi habemus, Deus ab eligendo abſtineat oportet, ſitque noſtræ

docet: & quotieſcunque ſic obmurmuramus & tumultuamur, ſtatim atque res nobis optato non contingunt, id perinde eſt, atque ſi Deum vellemus pedibus noſtris ſubjicere. Verum eſt, nos id minime cogitare, ſed tamen non ita temere nobis ruendum eſt. Res itaque expendamus, & diligenter conſideremus, nec amplius, ut ſumus, rebelles ſimus. Ad extremum notemus etiam hoc vocabulum, quum dicitur, *Quid ſcis tu? Profer:* nam, ut jam attigimus, ſi quis velit homini exprobrare, quod ſit ſtultus, dicet illi, Neſcis quid dicas: ſi neſcimus quid dicamus, ſequitur, nos nihil ſcire. Ac ſane quum diligenter omnem noſtram ſcientiam excuſſerimus, & alte & profunde inquiſiverimus, quales ſimus, comperiemus, nihil in nobis eſſe præter deliria, quæ nos in devia præcipites agunt. Interim ſemper garrire volumus, quicquid ſit: loquor de iis, qui proprio
ſenſui ſunt addicti: dictum enim eſt, Credidi; *Pſal.* 116.
ac propterea loquutus ſum. En vero quomodo *verſ.* 10.
prudenter ac ſapienter loqui poterimus, ſi ea 2 *Cor.* 4.
nimirum, quæ in ſchola Dei & ejus verbo di- *verſ.* 13.
dicerimus, proferamus. En igitur bonum ſermonem, quem Deus approbat, qui etiam eſt ipſi ſacrificium boni odoris, nempe confeſſio; quam edimus, quaque profitemur, omne id, quod ipſe nobis oſtendit, bonum eſſe, noſque ejus dictis penitus acquieſcere. En quod nobis loquendum eſt. Sed quum homo obtrudit & ingerit ſe, ut, quod in ſuo cerebro imaginatus eſt, proferat, adverſus Deum eo pacto inſurgit. Quid vero tu ſcis? Omnes tuæ vires omniſque ſpiritus tui intelligentia excutiatur, eam nihil aliud eſſe quam meram ſtultitiam comperietur. Quoties igitur linguam nimis agilem & expeditam ad loquendum habebimus, retineamus quod hic dicitur, *Ecquid vero tu ſcis?* Certum autem eſt, Dominum hic voluiſſe omnem ſenſum humanum condemnare, ut etiam aliis in locis Scri-
pturæ, in quibus dicitur, Deum cognoſcere co- *Pſal.* 94.
gitationes hominum, quam illæ ſint frivolæ & *verſ.* 11.
inanes, omnia ipſorum arcana excutere, ſapien- *Pſal.* 44.
tes in ipſorum aſtutia deprehendere, fruſtra ho- *verſ.* 21.
mines ſibi perſuadere, ſe acutos & ſubtiles eſſe: *Job.* 5.
nihil in ipſis præter fumum eſſe, omniaque adeo, *verſ.* 13.
quæ ipſorum ſunt, evaneſcere. Hoc igitur in lo- 1 *Cor.* 3.
co Dominus dicit nobis, Eia ſi ſapientia aliqua *verſ.* 19.
præditi ſitis, oſtendite: ſed ſi nihil ſcitis, cur igitur loquimini? Hic doctrinam generalem habemus, nos nihil ingenio noſtro, in quo confidere poſſimus, debere attribuere. Quotieſcunque igitur animus noſter exultat, & ſumimus nobis, ut de rebus non cognitis judicemus & loquamur: ſciamus, Sanctum Spiritum ei arro-

mus: duo enim ſunt, quæ omnem ordinem pervertunt: unum eſt, quum volumus in nobisipſis ſapientes eſſe: alterum, quum perturbationibus & cupiditatibus noſtris laxamus habenas. Quod ſi id, quod hic dicitur, diligenter cognitum & perſpectum haberemus, noſque, quum loqui volemus, ſtultitiæ convictum iri: ſi de eo diligenter perſuaderemur, certum eſt, Deum exaltatum iri, & unumquemque verbo ipſius acquieturum, communem fore conſenſum, neque tot diſputationibus & controverſiis homines in diverſas opiniones diſtractum iri. Idque ita eſſe ut appareat, cur Papiſtæ tantopere contendunt de omnibus doctrinæ capitibus, de quibus inter illos & nos controverſia eſt? Id non ſolum fit quia Deo ſe ſubjicere nequeunt: ſed quia audacia præditi ſunt, ut ſemper ſe ingerant, & concluſiones ſuas tanquam magiſtri diſcipulis ſuis proponant, de omnibus definiant, & ei, quod conſtituerant, conſcientias obſtringant. Si igitur Papiſtæ poſſent in pura verbi Dei ſimplicitate acquieſcere, certum eſt, momento temporis omnes quas cum illis habemus controverſias compoſitum iri. Præterea quod attinet ad iſtos phantaſticos, qui inter nos reperiuntur ad polluendam puram doctrinam, unde, quæſo, id promanat, niſi ex eo faſtu diabolico, quod placide non poſſunt recipere id, quod in Scriptura ſacra dicitur? Quæratur ab iſtis inſanis, qui hodie volunt abolere cùm electionem Dei gratuitam, tum ejus providentiam & ſimilia, qua ratione nitantur? Id abſurdum, inquiunt, mihi videtur. O beſtias! quum aliquis omnium acutiſſimus & doctiſſimus fuerit, omnis doctrinæ & ſubtilitatis patronus ſit: adhuc nihil aliud eſt quam terræ vermiculus, nedum ut quidquam in iis, quæ Deus agit, poſſit aut debeat carpere aut reprehendere. En vero hic meras beſtias, qui nihil habent præter arrogantiam ſuam, qua crepant, nihil præter fœtidum ſuum virus, & tamen ſibi ſumunt, ut totam Scripturam ſacram evertant, quia hoc vel illud non comprehendunt. Quid hoc rei eſt? Hic igitur articulus obſervetur, homines, quum nihil ſciant, debere tacere & ſilere, ut Deus ſolus exaltetur. Si hæc doctrina obſervaretur, certum eſt, placidam obedientiam fore, & omnes communem aſſenſum, quotieſcunque pura Dei veritas nobis proponeretur, præbituros. Secundum autem malum eſt, quod perturbationes noſtræ ſunt immoderatæ, & illis exultandi poteſtatem facimus. Quando igitur Deus nos affligit, reſque non eveniunt nobis ex arbitrio, tumultuamur, & unuſquiſque præceps abripitur: quodque gravius eſt, non ſufficit, quod nobis licentiam loquendi adverſus Deum damus, ſed videmur detrahendi de ejus juſtitia, niſi imaginationi noſtræ æqua ſit, occaſiones conquirere. Id ſubinde videmus: eo magis igitur nobis notandum eſt id, quod dixi, ſi nimirum hic locus diligenter obſervaretur, orvaret: unde enim venit modeſtia, niſi ex ejus Spiritu Sancto? Hic vero vides, quæ ſit uniuſcujuſque noſtrûm natura. Quum igitur ita ſe res habeat, quum videmus levia iſta ingenia, quæ ſic inſurgunt & efferunt ſe adverſus Deum: ſic ſecum unuſquiſque reputet, Idem mihi accideret, niſi Spiritu Dei mei retinerer, niſi is me regeret & placidum mihi ingenium, ad ipſi gloriam tribuendam, & ab eo, quæcunque mihi mittit, recipienda daret. En in ſumma omnia, quæ ex hoc loco debemus retinere. Dicitur autem conſequenter, *Viri cordati loquantur*, hoc eſt, homines intelligentes, *& homines ſapientes auſcultent*. Hic videtur prima ſpecie pugnantia dicere Eliu: Loqui enim & Auſcultare non conveniunt: ſed tamen non ſine cauſa petit, ut homines ſapientes loquantur, & intelligentes auſcultent. Nunquam enim homo recte loquetur, quin paratus ſit audire; nunquam erit homo aptus ad docendum, quin libenter etiam bonam doctrinam recipiat. Videmus igitur, Eliu hic duo conjungere, quæ nunquam ſeparari debent: atque hoc eſt, quod diximus, Nos poſſe loqui, verum prius edoctos. Credidi, & propterea loquar, inquit Pſalmus. Nobis igitur illud præceptum ſervandum: *Pſal.* 116.
quomodo enim credemus, niſi auſcultaverimus & *verſ.* 10.
paſſi fuerimus nos doceri? Nos enim dociles eſſe 2 *Cor.* 4.
oportet, quando nobis proponitur id, quod bonum *verſ.* 13.
eſt: quomodo etiam dicitur, Sapiens auſcultando *Prov.* 1.
ſemper magis proficiet. En ſententiam Salomonis, *verſ.* 5.
quæ oſtendit nobis, etiamſi loquamur, id non impediturum quominus audiamus: quemadmodum etiam audientes non impediemur quominus loquamur. Cur enim Dominus eſt doctor, niſi ut ipſum audiamus, unuſquiſque proximos erudiat, & ad uſum referat quæ accepit? Si Deus mihi gratiam aliquam largitus eſt, teneor proximos admonere, quum illos peccare video. Hæc igitur duo optime inter ſe conſentiunt, quin ſunt inſeparabilia, Loqui & Audire: & quidem modo bene diſponantur & ordine ſuo conſiderentur. Verum eſt, ipſum Loqui, hic priore loco poni; ſed quum dicit, *Viri ſapientes*, in eo Eliu præſupponit, ut jam, qui loquuntur, didicerint, & ſciant quid debeant dicere. Cæterum quando ponit ſecundo loco, *Ut audiant*, eo ſignificat, nos non ita loqui debere, quin audiamus, quum alius poterit loqui & Deus ipſi plus quam nobis revelaverit: ut etiam Paulus eum ordinem ponit in Pro- 1 *Cor.* 14.
phetia. Is, inquit, qui eſt Propheta, loquatur, duoque *verſ.* 29.
aut tres duntaxat ad evitandam confuſionem loquantur. Quando autem vocat ipſos Prophetas, eos oſtendit habere debere, quod dicant, neminemque debere ſe obtrudere & ingerere, ſed tum demum prodire, ſi vocatus ſit: ut dicitur in duodecimo capite primæ 1 *Cor.* 12.
ad Corinthios, Nos à Deo accepiſſe id, quod proxi- *verſ.* 7.
mis communicavimus. Nemo igitur munus debet ſibi arrogare in Eccleſia, quin vocatus ſit, quin poſſit

utcunque

ſimus ad recipiendam ex aliis bonam doctrinam, quamvis Deus nos verbo ſuo illuminarit. Interim certum eſt, Eliu velle hic Jobum redarguere, quaſi diceret, ipſum oſtendere, ſe male edoctum fuiſſe. Ac ſane quamvis Jobus magna doctrina præditus eſſet, ita tamen ſuis perturbationibus abreptus erat, ut, tanquam mente alienatus, vagis & erroneis ſermonibus uteretur. Hoc eſt quod Eliu vult dicere. Ex hoc autem loco bona admonitio nobis colligenda eſt. Primum, ſi Jobus hic condemnatur tanquam mente captus, is in quem Deus tot dona contulerat, ut dicatur immodicus fuiſſe in ſuis perturbationibus, quin, quamvis eas reprimere conatus ſit, nimis tamen ſibi libertatis & licentiæ ſumſerit, & in ſuis ſermonibus inſtar belluæ errarit & divagatus ſit, cùm, inquam, ita ſe res habeat, quid fiet nobis? Demus igitur operam, ut eam condemnationem prævertamus, & quotieſcunque animus noſter nimis concutietur, adverſus Deum irritati fuerimus, cum eo litigare & in jus deſcendere voluerimus, patiamur tandem nos à Sancto Spiritu redargui. Cur vero? Si enim Jobus non fuit immunis à reprehenſione, is, inquam, qui erat Angelus præ nobis, quid nobis futurum eſt? etiam quum ſimus tam præcipites & perturbati, ut in iis, quæ cogimur agnoſcere proficiſci à Deo, nolimus acquieſcere, ſed tam ſublimia ſint noſtra ingenia, ut cœlum & terram regere velimus, &, ut ita dicam, cœleſtem Rempubl. reformare. Quum ea igitur audacia laboremus, quid nobis futurum eſt? Nonnè centuplo plus quam Jobus redarguemur? Hoc quidem nos ad gemendum debet inducere, quum videmus nimis immodicas eſſe perturbationes noſtras. Cæterum in genere nobis notandum eſt, neminem unquam aptum ad docendum fore, quin omni cum humilitate ſe patiatur doceri, quum peccarit. En quomodo Deus nos velit hoc loco frenare. Quapropter applicet ipſum unuſquiſque ſuæ inſtructioni: ſi enim dicitur, Homines intelligentes, poſtquam loquuti ſunt, debere auſcultare, quid futurum eſt iis, qui nihil intelligunt? Videmus tamen hodie nequaquam ſapientes loqui, aut qui, poſtquam loquuti ſunt, alios audiunt. Quibuſnam hodie locus ad verba facienda in cœtibus datur, quinam ſilentium aliis imponunt? Homines inſani, quibus judicium & prudentia deeſt. Ebrioſus aliquis, qui ingurgitatione ingenium & judicium hebetavit, nondum edormivit heſternam crapulam, dum mane ſurgit, tum ſtatim in cauponam ingreditur, ita ut totum diem inſtar ſtipitis & trunci hæreat, & nocte ſit duplex beſtia. Ejuſmodi aliquis regnabit in conventibus hominum: coram illo cæteros ſilere, ipſum vero audiri oportebit. Quomodo vero id fit? Impudenter. Animadvertitur, impudentiſſimos quoſque in omnibus primas tenere: ad ſapientes vero quod attinet, illos clauſo ore eſſe oportet, nequaquam enim ad lo-

prædicatio, nulla admonitio, aut quicquam aliud ejus generis, vel hoc ſolo ſtimulo conſcientiæ, qui vos intus arrodit, exiſtente, facile poteſtis cernere, nihil eſſe præter omnem nequitiam. Interim petitis, Quid eſt? Ubi eſt hoc peccatum? Multum igitur ab eo abſunt, ut obſervent hanc doctrinam, in qua dicitur, *ſapientes loqui, & intelligentes audire*, quum ſolis ſtultis, amentibus & inſanis ſit poteſtas loquendi, & reliquis legem imponendi, omniſque adeo illis auctoritas datur: interim aures non habent ad audiendum aut ad admittendum correctionem: quum vitiorum ſuorum admonentur, ipſi ſunt ejuſmodi, ut nullam admonitionem pati poſſint. Si tamen ei quod Deus conſtituit reſiſtere velimus, fruſtra conabimur id evertere: nimis eſt durus murus: quare qui ipſi caput allidunt, ſciant, ſuo exitio & confuſioni id ceſſurum. En quod nobis retinendum eſt. Quapropter, quum videmus, quomodo res hodie ſint confuſæ, diſcamus reverti, quo Deus nos vocat: ut nimirum doctrina inter nos audiatur, attenti ſimus ad ipſam recipiendam, &, qui ſe peccaſſe cognoſcit, petat ſe corrigi: & eo pacto omnes ei, qui imperium in nos habere debet, honorem exhibeamus: & cogitemus, ſi Job, eo quod ſibi habenas nimis laxarit, & perturbationes ſuas non ſatis domuerit, nec ut par erat captivas tenuerit, condemnatus fuit: heu! quid nobis futurum ſit? Illa igitur cogitemus, & confuſi ſimus, animadverſis miſeriis, quæ inter nos nimis regnarunt. Nam, quæſo, quo jure vendicamus nobis reformationem Euangelii, quum ſic Deo reſiſtamus? Quum hodie malum paſſim vigeat & regnet, tantum abeſt, ut reprimatur, ut totis viribus defendatur. Quod ſi quis loquatur ad redarguenda vitia, ſtatim dicent, ovem aquam turbaſſe. Iſti hirci fœtidi, qui ſe Eccleſiæ Dei immiſcent, omnem ſanctimoniam, quam Deus inter nos per verbum ſuum poſuerat, turbant & polluunt: interim accuſantur agni, quaſi ipſi mali cauſa eſſent. Quum id videmus, diſcamus bono animo eſſe, & corroborari: quod ſi malum in aliis cognoſcimus, attendamus an non etiam in nobis ſit. Cæterum, quum ſentimus, Dominum nobis hanc gratiam conceſſiſſe, ut nos ipſi in omni modeſtia ſubjiciamus, patiamur doceri: quumque videmus, malum inter nos regnare & dominari, non ſolum ipſum non approbemus, ſed ipſi ſtrenue, quantum in nobis erit, reſiſtamus. Qui enim diſſimulat, aut tanquam velum oculis obducit, quando malum regnat, & Diabolus ſic ſuos miniſtros & ſatellites tranſverſos agit, ille coram Dei judicio reus eſt & obſtrictus, non ſecus quam ſi malum defendiſſet. En, quomodo nobis hæc doctrina obſervanda eſt, ſi Deo honorem debitum exhibere volumus, & agnoſcere, ipſum dominari, & ſummum in omnes hujus mundi Monarchias & Principatus imperium obtinere.

Pro-

Digitized by Google

5. Aſpice cœlum, & vide, ac intuere cœlos quomodo altiores ſunt te.
6. Si pecces, quid facies adverſus eum? &, ſi multiplicatæ fuerint prævaricationes tuæ, quid facies ei?
7. Si juſtus ſis, quid dabis ei, vel quid de manu tua accipiet?

Eliu hic pergit ſemper Jobum accuſare, eo quod adverſus juſtitiam Dei blaſphemarit, eumque hoc nomine modo reprehendit, quod voluerit *ſuam juſtitiam Deo ſuperiorem eſſe:* non quod ea verba pronunciarit, aut quod etiam illud voluerit, ſed quoniam ſic defenderit ſuam juſtitiam, ut eum ſine cauſa, & injuria à Deo cruciari oporteret. Inde igitur ſequebatur, Deum non uti æquitate erga ipſum, ſed illum præter modum affligere. Sed ut hoc melius comprehendamus, nobis in memoriam revocandum eſt id, quod jam ſuperius expoſitum fuit. Quando Jobus de ſua juſtitia loquutus eſt, huc ſpectavit, ut oſtenderet, ſe non ſecundum peccata puniri, nec improbum judicandum eſſe, eo quod à Deo gravius, quam reliqui homines, affligeretur: nam jam à nobis declaratum eſt, Deum, affligentem homines, non ſemper hoc ſpectare, ut ipſorum peccata puniat: ſed velle ipſorum patientiam probare, quomodo Jobo accidit, quum Deus Satanæ laxavit habenas: neque enim hoc accidit, quod Jobus vias ſuas depravaſſet, aut magnis criminibus iram Dei provocaſſet; minime: ſed quamvis Satan non inveniret, quid in illo reprehenderet, poteſtatem tamen ipſum cruciandi obtinuit. *Sup. c. 1. & 2.* Ergo cauſa Deo propoſita in Jobo ſic affligendo, non fuit, quod Deus ipſi infenſus eſſet, ſed hoc pacto voluit ejus patientiam probare, ut nobis ſpeculi loco eſſet. Jobus igitur recte contendit, quum aſſeruit, ſe minime propter peccata, ſed alia de cauſa punitum fuiſſe. Et in eo quidem non meretur condemnationem: ſed hoc ejus peccatum fuit, quod perturbationum vehementia abreptus, primum exiſtimarit, Deum in ipſo affligendo modum non ſervare, & miſeram creaturam non debere ſic affligi. Illic igitur fuerunt obmurmurationes. Verum eſt, Jobum non ſibi in ea infirmitate placuiſſe, ſed tamen non inhibuit ſe, ut debuit. Tum ſummum malum fuit, quod nihil cogitaret niſi ſuos angores & cruciatus, ita ut fide, nonnunquam quaſi extincta in ipſo, non amplius vitam cœleſtem & mercedem omnibus fidelibus, quum hic ſtrenue depugnarint, propoſitam ſpectarit: eo uſque pervenire non potuit, quia à malo ſuo præoccupatus erat, & tanquam penitus perculſus & oppreſſus. En igitur Jobum, qui quidem in genere confitetur, Deum ſuis hæreditatem, quæ certo illos manet, præparaſſe, nec improbos quoque manum ipſius evaſuros: ſi in hoc mundo exultent, voluptatibus atque adeo omnibus vitæ commoditatibus fruantur, caro id ipſis conſtitutum. En Jobum, qui iſta in genere cognovit: ſed quum vult ſibi doctrinam applicare, in eo hæret & laborat plurimum, quia cor ejus conſtrictum eſt, & nimis tumultuatur, huc & illuc circumſpicit, nec tres pedes provehitur, quin caliget, ſenſuſque ejus quaſi evaneſcant. En quod in cauſa eſt, ut non poſſit ſe in promiſſæ quietis exſpectatione conſolari. Nam eo pacto omnes ſuos angores & cruciatus leniiſſet, ſi Deo ſe permiſiſſet, ut diceret, Eſto, Domine, ſperavi tamen te ſemper effecturum, ut tandem, qui ita patienter tulerint afflictiones tuas, ſint felices. Domine, tu mihi oſtendis, eos, qui in te ſpem & fiduciam collocant, ſpem ſuam nunquam fruſtraturam: quin etiam te proſpecturum omnibus ipſorum malis, & bonum exitum daturum, & quamvis auxilium tuum non tam ſtatim appareat, te tamen illis minime defuturum. Jobus igitur iſta cogitare debebat, quod non fecit: illum enim ſuæ perturbationes quaſi conſtrictum tenuerunt, & fides ejus, ut jam dixi, fuit tanquam extincta: quemadmodum ſi tempus valde turbidum & obſcurum fuerit, verum eſt, nos lucem aliquam habituros, ſed tamen non nimis longe ſe proferet aſpectus noſter: ſpiſſæ enim nubes nobis quaſi configunt oculos, ne quidquam poſſimus cernere. Idem nobis contingit quum affligimur, ut oſtendit experientia: quum homo in conſcientia ſua angitur, non amplius Solem aut Lunam intuetur, omnia illi obſcura ſunt. Verum eſt, eum illa principia, quæ fidelium omnium animis inſculpta eſſe debent, retenturum, Deum nempe & ejus bonitatem cogniturum: ſed tamen ſe conſolari non poterit, eo ut ſe in mediis ſuis triſtitiis recreet. Neque enim hanc concluſionem poteſt conficere apud ſe, Ulterius tamen pergam: Deus enim mihi manum porriget, & ex tam intricatis difficultatibus, in quibus modo ſum, exibo. Qui igitur angore animi, Deo ipſum perſequente & peccatorum ſenſum illi injiciente, perterretur, nec eo uſque pervenire poteſt, ut cognoſcat, Atqui Deus declaravit, ſe ſuos ex ſepulcro extracturum: *Eze. 37. verſ. 12.* quamvis itaque videar penitus in abyſſum præcipitatus, potentia tamen Dei non eſt erga me imminuta. En quo loco Jobus fuit. Quamvis igitur cognoſcat, vitam cœleſtem nobis paratam, & veram noſtram hæreditatem eſſe, & in ea nos vero & permanente gaudio fruituros: non poteſt tamen inde conſolationem capere in ſuis afflictionibus. Cur? Quia nimis ſua afflictione correptus eſt, quæ efficit, ut ſentiat manum Dei ſibi adverſariam eſſe: habet oculos tanquam involutos, ſenſus denique ita captivos habet, ut non

poſſit

Digitized by Google

mus. Nobis igitur hæc doctrina valde neceſſaria eſt:
quo enim cadimus, quum nobis in cœlo paratam
quietem non apprehendimus? Quaſi deſperati adver-
ſus Deum blaſphemamus. Nihil autem eſt quod nos
poſſit adducere ad ipſi gloriam tribuendam, & confi-
tendum, eum nos juſte affligere, niſi afflictiones nobis
ad ſalutem utiles eſſe ſentiamus, Deumque illas ſic
temperare, ut medicinæ loco nobis ſint. Si id non ha-
bemus, quomodo poſſumus Deo gloriam tribuere?
Quomodo poſſumus manui ejus potenti nos ſubmit-
1 Pet. 5. tere, ut ei ad obedientiam ſubjiciamur, ut D. Petrus
verſ. 6. nos hortatur? Fieri nequit: ſed contra nihil aliud
quam indignamur & frendemus. Si id Jobo accidit,
quid fiet nobis? Verum eſt, Jobum id minime cogi-
taſſe: nec nos quoque id cogitare vellemus; ſed tamen
rei ſumus, quaſi adverſus Deum litigare, noſque ipſo
juſtiores aſſerere voluerimus. Habemus igitur occa-
ſionem precandi, ne, quum affliget nos, patiatur un-
quam ut guſtum promiſſionum ejus amittamus, quin
ſemper hac ſpe fulciamur, ipſum malis noſtris finem
impoſiturum, & ejuſmodi finem, ut laudis & gratia-
rum actionis illi, tanquam bono patri, qui ſalutem
noſtram procuravit, reddendæ materiam ſimus habi-
turi. Cæterum quum ſentiemus, noſtram infirmita-
tem ejuſmodi eſſe, ut quaſi caligemus in noſtris affli-
ctionibus, nec poſſimus alte aſcendere, ut ad quietem,
quæ nos manet, veniamus: cognoſcamus, nos paratos
eſſe ad blaſphemandum, niſi Deus impediat: quin
etiamſi non is ſit animus noſter, ut id velimus facere,
ſciamus nos in noſtris indignationibus & murmuri-
bus ad hunc ſcopum ſemper tendere, quod ipſo ju-
ſtiores eſſe volumus: id vero blaſphemia eſt horrenda
& execranda. Condemnandæ igitur ſunt omnes no-
ſtræ perturbationes: quum ita dolemus & angimur,
ut, in quam partem nos vertamus, neſciamus, cogno-
ſcamus tunc in nobis æſtus & impetus plus æquo ve-
hementiores eſſe, ideoque illos à Spiritu Sancto con-
demnari. Jobus potuiſſet adverſus hæc excipere,
Nunquam mihi animus fuit adverſus Deum blaſphe-
mandi, aut meam juſtitiam ſupra ipſum extollendi &
magnificandi. Ita quidem: ſed tamen ejus peccati
reus eſt. Quomodo enim Deus ſupra nos juſtus eſt,
niſi quia nos clauſum os habere oportet ad nos con-
demnandos, ita ut nullas excuſationes coram ipſo ad-
feramus? non ſumamus nobis licentiam obmurmu-
randi, quomodocunque ipſi viſum fuerit nos affli-
gere? Si igitur non ita dejiciamur, & confiteamur
Deum omnia juſte agere, certum eſt, nos velle juſti-
tiam noſtram ſupra ipſum attollere. Id vero perinde
eſt, ac ſi Solem calce ferire vellemus. Quum igitur ea
de re admoneamur, demus operam, ut ejuſmodi ma-
lum prævertamus, & quotieſcunque affligemur, hoc
certum, fixum, & conſtitutum in nobis habeamus,
nempe Deum ſcire cur id agat, etiamſi cauſam non
merces noſtra certa ſit. Si igitur Deus eos à quibus co-
litur deſerit, nec curet illos in cœlo remunerari, non
amplius juſtus erit, ut etiam Apoſtolus declarat in
epiſtola ad Hebræos, Deus, inquit, non eſt injuſtus, *Hebr. 6.*
ut non meminerit afflictionum veſtrarum, quo vobis *verſ. 10.*
det relaxationem: eſt enim fidelis. Quum ait, Deus
non eſt injuſtus, oſtendit, inſeparabilem eſſe à Dei
eſſentia ejus juſtitiam. Quamvis igitur accidat, ut
homines hic inferius multis afflictionibus exerceat,
etiam poſtquam ſe in ſua vocatione conſtanter geſſe-
rint: eos tamen, ut pollicitus eſt, poſtea exhilaret ne-
ceſſe eſt. Hocque valde notandum eſt: multos enim
videas, qui Deum imaginantur, tanquam ſomno ſo-
pitum in cœlo jacere otioſum & deſidem. Atqui
Deitas ejus non eſt vana imaginatio, ſed id quod dixi
de gubernatione & imperio mundi ſecum infert.
Deus enim ut omnia creavit, ita etiam ſub manu &
protectione ſua habet homines & belluas, omniaque
propter ſuos ad bonum finem & exitum perducit. Et
quamvis hic inferius res ita ſint confuſæ, apud ipſum
tamen nihil inordinatum & perturbatum eſt: quod
ſi res aliter quam velimus diſpoſitas eſſe patiatur,
conſtituat etiam ut multæ ſint confuſiones, omnia in
integrum reſtituere facile poterit. En igitur quod
ad Deum pertinet, & ejus eſſentiæ proprium eſt.
Notemus igitur, eo ut Deum glorificemus, & juſtitiæ
laudem, quam meretur, illi tribuamus, nobis manum
ejus & virtutem in omnibus rebus contemplandam
eſſe; nec dubitandum, quin ad id, quod agit, agendum,
juſtam cauſam, etiamſi ea non ſit nobis cognita, ha-
beat. En igitur, quod in ſumma nobis notandum eſt.
Cæterum perfectiores aliquando ejuſmodi tenta-
tione tentari poterunt, Quid ad te commodi & utili-
tatis redit, quod nihil peccaveris? ſicut heri ex Da-
vide attulimus, eum in hanc dubitationem incidiſſe: *Pſal. 73.*
Perdidi igitur tempus & operam, quum lavi manus *verſ. 13.*
meas in innocentia; quum me à pollutionibus abſti-
nui, is labor mihi fuit inutilis. David ea tentatione
tentatus fuit, nec eſt ullus fidelium, qui non inter-
dum ejuſmodi imaginationibus agitetur, & quidem
prout mala nos premunt, ſicut fragiles ſumus, Dia-
bolus fidem noſtram, animadverſa noſtra increduli-
tate, adoritur, ita ut fieri nequeat, quin multos pavo-
res ſentiamus, & in ejuſmodi dubitationes ingredia-
mur. Interim quid agendum eſt? Id repellendum
& condemnandum eſt, nec ſolum condemnandum,
ſed etiam deteſtandum. Miſeram te creaturam, in
te multum vanitatis eſſe oportet, quum ſic adver-
ſus Deum tuum cornua erigere audes. Quorſum
vero hoc abit? En igitur, quomodo procul aman-
dandæ ſunt omnes iſtæ ſtultæ imaginationes, qui-
bus Diabolus nos pervertere conatur. Sed inter-
dum malum ita magnum eſt, ut non ſatis confirmati
ſimus ad inſultus iſtos repellendos, ut accidit Jobo.
Nam

Digitized by Google

talis rejiciendam. Minime, inquam; ſed non habuit ejus rei cogitationem præſentem, ita ut id ipſi in mentem, quotieſcunque opus fuit, veniret, non ſemper habuit arma parata. Quemadmodum interdum aliquis ex improviſo ab adverſario opprimitur, & ita perterreſit, ut enſem non poſſit diſtringere: retrogreditur, titubat, plagam denique aliquam accipit, antequam poſſit ſe defendere. Idem Jobo accidit. Verum eſt, ipſum enſem habuiſſe & clypeum, ſed ex improviſo oppreſſus eſt, ita ut Diabolus aliquantulum ſit in certamine robuſtior, ipſe vero quaſi deliquium animi & fidei patiatur, &, ut ſuperius oſtendimus, non poteſt animum ad cœlum uſque erigere, ut illic ſpem, quam Deus ſuis fidelibus dat, intueatur. Quum ita ſe res habeat, diſcamus nos ſuſpectos habere, & cognoſcere eam fragilitatem in nobis eſſe, nos ita dejectum iri, ut nunquam poſſimus reſurgere, niſi Dominus noſtri miſereretur, noſque manu valida ſuſtentaret, ut ipſum invocare, noſque ipſi penitus permittere poſſemus. En igitur in ſumma, quod ex hoc loco diſcere debemus. Eliu ſtatim ſubjicit, *Tibi reſpondebo & sociis tuis*. Quum ſic loquitur, oſtendit, homines, quum adverſus Deum inſurgunt, etiamſi magna ſtipentur caterva, nihil tamen proficere: ſatis enim fortis & validus eſt Deus, ad eos uno verbo retundendos, ita ut ipſos confuſos eſſe oporteat. Jobus non habuit ſocios, loquutus eſt ſolus ad defendendam ſuam cauſam: ſed hoc ſibi vult Eliu, Etiamſi tecum magnas turmas haberes, & ſimul ad accuſandum Deum & blaſphemandum adverſus ipſum conſpiraſſetis: habebo tamen quod vobis omnibus reſpondeam. Hic igitur videmus, quam valida ſit Dei veritas, tum nos fruſtra adverſus ipſam pugnare: quamvis omnibus præſidiis muniti & inſtructi ſimus, multos aſſeclas habeamus, Deus tamen vincat, & integra permaneat ejus juſtitia oportet: ipſam, quum multum allatraverimus, dentibus apprehendere & lacerare nunquam poterimus, ut infra declarabitur. En, inquam, quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Quare primum diſcamus non laxare frenum linguis noſtris, quum Deus nos affligit, res non ſuccedunt nobis ex animi ſententia: ne propterea ſimus in noſtris afflictionibus impatientes, ſed humiliemus nos ſemper coram ipſo, cognoſcentes, ipſum, quicquid ſit, juſtum eſſe. Si enim ea audacia præditi ſimus, ut ipſi reſponſemus, id magnæ noſtræ confuſioni & dedecori cedet. En igitur quomodo omnes ſeipſos debent continere, & quaſi ſe captivos habere, ne unquam adverſus Deum obmurmurent, ullamve in ipſum blaſphemiam proferant. Cæterum etiamſi multi nobis faveant, & ſtent à noſtris partibus, nihil in eo proficiemus: ſe enim magna hominum multitudine vinci Deus nunquam patietur: fruſtra cogemus multitudinem, quæ nobiſcum con-

igitur nobis fieret, niſi id quod hic docemur cognoſceremus, nempe, quia veritatem à partibus noſtris habemus, nos adverſus centum millia pugnare poſſe; nec timendum eſſe nobis, quum Papiſtæ erigunt & jactant, quia ipſi magnus numerus ſunt, nos vero nihil præ ipſis. Minime, minime, inquam: ne id nos perterrefaciat. Cur? Quia non duntaxat pro Eliu ſcriptum eſt, *Tibi & tuis ſodalibus reſpondebo:* ſed Spiritus Sanctus dat nobis eam promiſſionem, ne dubitemus in certamen deſcendere, & firmi ad extremum uſque ſtare, quum ſciamus cauſam noſtram bonam eſſe, Deum pro nobis pugnare, quia cauſam ejus tuemur. Quum igitur de eo certi & perſuaſi ſumus, audacter & intrepide adverſus hoſtes certemus, confuſi enim tandem maneant oportebit. En igitur quod nobis retinendum eſt, & quomodo hic locus ad praxin revocandus, ut ipſum ad noſtram inſtructionem applicemus, in primis hoc tempore, quum videmus mundum ſic adverſus Deum conſpiraſſe, & hoſtium multitudinem adeo magnam eſſe, ut nos ad deſpondendum animum inducere poſſit, niſi Dominus nos conſolaretur, confirmans, nos habituros, quod pro ipſo reſpondeamus, quamvis contradicentium, qui ſic conſpirarunt, magnus ſit numerus. Veniamus nunc ad id, quod Eliu reſpondet: *Contemplare cælos*, inquit, *in altum ad cælos uſque reſpice* altiſſimos: ipſi te longe ſuperant, nec ad ipſos uſque potes pertingere. Videtur autem hæc reſponſio ſatis frigida eſſe: nonne validius argumentum habebat ad oſtendendam juſtitiam Dei? Ita quidem: ſed ſi hic ſermo ut par eſt applicetur, ſufficit ad os omnibus iis, qui adverſus Deum blaſphemare volent, occludendum. Nam ex aſpectu cœlorum aliud argumentum ducit, Nos, ſi bene egerimus, non poſſe prodeſſe Deo; nec etiam, quum male egerimus, ipſi nocere: quod enim damnum inde poteſt accipere? Quum igitur ſic ſe res habeat, non eſt ipſe metiendus & æſtimandus ex hominibus, neque enim ultionis appetens eſt, ut poſſit dici ipſum dolore affici, quum ipſi damnum aliquod illatum eſt: quique affectu aliquo & deſiderio ejuſmodi ducatur, ſicut homo, qui velit ſibi grati aliquid fieri, quique, quum beneficium aliquod acceperit, parem gratiam referat. At Deus minime talis eſt. Non eſt igitur ulna noſtra, ut dicitur, metiendus, aut quidquam carnale de illo cogitandum: nam cœli, qui ipſius pedibus ſubjecti ſunt, oſtendunt ſatis, ipſum non eſſe nobis ſimilem, nec hic nobiſcum permixtum eſſe, ut aliquid noſtræ naturæ habeat. Videmus igitur, quomodo hæc ratio ſit idonea ad retundendos omnes, qui audent adverſus Deum inſurgere, quum dicitur, Contemplare cœlos, intuere ſurſum ſupra caput tuum. Nunc vero opus eſt, ut id, quod ſequitur, per partes exponatur, ut melius intelligatur. Quando Eliu dicit, Si tu bene agis, quod commodum

inde

Digitized by Google

& ad magnificum aliquod convivium celebrandum inſtructa ſit: Papiſtæ, inquam, imaginantur, Deum magnam ex iſtis nugis, ipſorum more, voluptatem capere. Non igitur exiſtimandum eſt, nos quidquam poſſe Deo adferre. En vero cur dicitur in Pſalmo de-
al. 16. rſ.2. cimo ſexto, Domine, bona mea ad te uſque pervenire non poſſunt. Quomodo igitur? Sed ſancti tui, qui ſunt in terra, mihi ſunt honorabiles. Quia Deus nihil poteſt de noſtris bonis accipere, nobis proximos commendat: quando egenis ſubveniemus, hic cum hominibus vitam cum æquitate & juſtitia tranſigemus: iis, quibus opitulari & ſuccurrere poterimus, fidelem operam navare conabimur: ecce Deum, qui ejuſmodi tanquam ſacrificia grata & accepta habet. Retineamus igitur hanc doctrinam, quando dicitur, nos nihil poſſe adferre Deo. Id enim eo dicitur, ut omnis in nobis arrogantia dejiciatur, nec exiſtimemus, Deum nobis quidquam obſtrictum eſſe. Interim quoque non ducamur vanis his & ſtultis ſuperſtitionibus, ad multa quæ nullius pretii ſunt agenda & obeunda, quaſi Deus illis delectaretur. Cur vero? nihil ipſi prorſus adferimus. Sed nobis hæc doctrina præſenti ſcopo ipſius Eliu applicanda eſt, nempe Deum non ſimilem eſſe hominibus mortalibus, qui moventur & afficiuntur. Cur vero? Quia opus habent, ut adjuventur, non poſſunt aliena ope carere. En igitur, cur moveamur, & tranſverſi huc & illuc agamur. Sed ejuſmodi de Deo deliria & ſtultæ imaginationes non debent cerebrum noſtrum ſubire, neque enim ſe habet ut nos, ſicuti etiam nihil ipſi adferre poſſumus. Contra etiam dicitur, nos, quum peccamus, nullum ipſi damnum inferre. Verum eſt, nos, quum Deum offendimus, quantum in nobis eſt violare ejus juſtitiam, eoque pacto magnam ipſi facere injuriam. Sumus igitur rei, quum peccamus, æque ac ſi Dei Majeſtatem imminuiſſemus. Scimus, quæ ſit norma ejus rectitudinis, quam à nobis exigit: quum in contrarium tendimus, id perinde eſt, atque ſi ipſum impedire vellemus quominus regnaret, quaſi ipſum ex ſuo tribunali avelleremus, quaſi ipſum pedibus proculcaremus. Omnium igitur eorum homines ſunt rei, ſed tamen in ſe Deus nec augeri nec diminui poteſt. Notemus igitur, nos nullum ipſi damnum inferre, quum peccaverimus: quin etiam qui blaſphemant adverſus Deum, verum eſt, eos, quum virus ſuum evomunt, Dei gloriam obſcurare: ſicut dicitur, Nomen Dei opprobrio exponi, gloriam ejus imminui, quum à nobis bonus, juſtus & ſapiens non agnoſcitur, quumque eum talem coram hominibus non confitemur. En igitur regnum Dei, quantum ad nos, non autem quantum ad ipſum attinet, imminutum. Sed tamen quid agimus peccantes? Poſtquam multa male egerimus, certum eſt, nos ipſi nullum damnum & nocumentum adferre poſſe. Vel peritiſſimus ſagit-

bemus colligere. Una eſt, Deum erga nos ſummam & infinitam ſuam bonitatem declarare, quando lubet ipſi obſequia noſtra grata & accepta habere, etiam ſi ex ipſis nullam utilitatem percipiat, eaque ad ipſum uſque non perveniant. En unum notandum. Hoc verò uno verbo debuit intelligi, ſed quoniam ſunt rudes aliqui, amplius declarandum eſt. En igitur Deum, qui nos ſpernere & penitus rejicere poteſt. Cur vero? Nam, ut jam dixi, enitatur, quantum volet, univerſus mundus, Deo tamen noſtro nihil prodeſſe poſſumus. Interim dicit, ſi ad bene agendum, & ambulandum in ejus mandatis laboraverimus, ea ipſi eſſe ſacrificia grata & accepta. Nonne ſingularis & eximia ea eſt conſolatio? ut dicat, Gratum & acceptum habeo quod facitis: quamvis dignum non ſit, quod à me æſtimetur, accipio tamen & probo ipſum, & me vobis eo nomine, non ſecus quam ſi tenerer, obligo. Nonne hæc eſt ſumma bonitas, quum id ultro & ſponte facit Dominus? Diſcamus igitur Dei noſtri miſericordiam magnificare, quod opera noſtra ſic grata & accepta habeat, etiam ſi illa id non mereantur, aut ipſe ex parte ſua ſit ullo modo obſtrictus. Id etiam nobis ad bene agendum animum addat, quum animadvertimus, Deum ex manibus noſtris accipere id, quod non meretur, & tanquam in rationes ſuas referre ſingula opera noſtra, quum ea pro bonitate ſua grata & accepta habet. Ac ſane nonne hæc eſt bonitas Dei noſtri inæſtimabilis, quæ, quoties de ea cogitamus, nos in ſtuporem & admirationem debet rapere? Videmus igitur, quantopere ſe erga nos propitium declaret. Ex altera parte nobis hic altera conſideratio ob oculos ponitur. Quid? *Male agamus: non poſſumus Deo noſtro nocere.* Sciamus igitur, Deum nolle nos ob peccata punire, invidia aliqua erga nos, aut vindictæ, inſtar hominis qui offenſus eſt, ſtudio commotum. Homo enim, quum ipſi injuria facta eſt, quum contumeliam paſſus eſt, quum ei aliquid ereptum eſt, conquirit rationes, quibus ſe ulciſcatur. Deus, inquam, ejuſmodi conſiderationibus non movetur. Cur igitur minatur nobis? Quoniam non vult ut pereamus, oſtendit curam, quam noſtræ ſalutis gerit: interim, ſi nos reipſa puniat, in eo ſuam juſtitiam declarat. Neque enim hic in jus adverſus illum deſcendendum eſt, quaſi cauſa aliqua privata inter ipſum & nos agitaretur: ſed nos tanquam juſtus Judex, prout officium & natura ejus fert, punit. Quum igitur Deus eo animo ad puniendum accedat, an non etiam tunc, quum nos caſtigare vult, amorem ejus paternum debemus ſentire? Nam eo pacto nos ex via perditionis, in qua verſamur, retrahit. Quando igitur manum ejus ſentimus, quantumvis ea rudis ſit, hoc ſemper nobis in mentem veniat, Deum ſe juſtum exhibere. Quid igitur aliud debemus agere, quam in eo ſperare, & nos con-

ſolari,

Digitized by Google

8. Viro ſimili tibi iniquitas tua nocet: & filio hominis juſtitia tua prodeſt.
9. Propter multitudinem opprimentium clamatur, & vociferantur propter brachium fortium.
10. Et nullus dicit, Ubi eſt Deus, factor meus, qui dat cantica in nocte?
11. Qui docet nos præ jumentis terræ, & præ volatili cœli ſapientes nos efficit.

NObis pro concluſione ejus, quod heri declaratum fuit, retinendum eſt, quod bic paucis Eliu pronunciat, nempe peccata noſtra hominibus nocere, non Deo; pariterque noſtram juſtitiam bominibus, non autem Deo prodeſſe: ne imaginemur, Deum iraſci eo ut ſeſe vindicet, quum ipſum offendimus; aut contra nobis obſtrictum eſſe, quaſi quidquam ipſi proſint obſequia noſtra. Ne igitur Deum ſimilem nobis exiſtimemus, eumve ſenſu noſtro metiamur. Verum eſt, ipſum ſponte ſe & ultro deprimere: quomodo enim nos niſi more hominum alloquitur? ſed tamen illud non debet quidquam ejus ſublimitati derogare. Quum Deo viſum eſt bonitate ejus infinita accommodare ſe ad captum & tarditatem bominum, an propterea illum ſperni oportet? Contra, eo magis meretur ut ipſum magnificemus. Hoc igitur eſt magnam illi injuriam facere, ſi, eo quod ſe ad noſtram tenuitatem accommodat, illum propterea tranſmutamus: & exiſtimamus, ipſum iraſci, quia offenſus ſit ab bominibus: aut debere bomines remunerari, perinde ac ſi obſtrictus eſſet, etiam quum ipſum coluerunt. Hoc eſt ipſius Majeſtatem tanquam imminuere & abolere: neque enim eſt ordinis noſtri: attribuamus hoc hominibus, ſicut etiam ipſis convenit: ipſe vero nobis eſt in ſua incomprehenſibili ſublimitate adorandus. En igitur, quod nobis ex primo boc verſiculo retinendum eſt. Nunc vero ſupereſt, ut videamus, quomodo Deus ſit juſtus, & mundum regat in æquitate, quamvis tamen res ſint confuſæ. Improbi enim regnant, opprimunt, prædantur, diripiunt. Deus interim diſſimulat, nec oſtendit ſe velle illis confuſionibus proſpicere. Quomodo igitur hoc intelligitur, ut Deus regimen mundi habeat, omnia ſint juſte ab ipſo diſpoſita, & tamen turbæ tam magnæ, iniquitates tam inſignes, ipſo non medente, vigeant? Eliu igitur omnia illa comprehendit, & oſtendit, minime mirandum eſſe, ſi Deus, quum ſit patiens, ſinat res male ſe babere, nec proſpiciat ſimulatque ipſum invocamus, quia etiam ſerio & ex animo non precamur. Si igitur Deus permittit ut homines affligantur, id juſta de cauſa fit, quoniam non convertuntur ad ipſum cum precibus & gratiarum actione, ut par eſt. Exſpectandus tamen eſt nobis, & quamvis judicium ejus tardet, nec nobis tam cito, quam debuit, venire videatur, patienter tamen exſpectandus eſt, nobiſque hic honor ipſi exhibendus eſt, ut in illum ſperemus, quamvis nobis quaſi occultus ſit. En, inquam, primum, quod hic ponitur. Primum autem hic Eliu declarat, homines non dignos eſſe, ut Deus ipſis in neceſſitate opituletur. Cur? Si opprimantur, injuria aut vis aliqua ipſis adferatur, verum eſt, ipſos vociferari, tumultuari, lamentari: ſed tamen propterea non confugiunt ad Deum. Audiuntur itaque clamores & ululatus eorum qui malum patiuntur, Deus tamen illos non exaudit, quamvis ejus munus ſit iis qui injuſte opprimuntur ſubvenire: quoniam ipſum non reſpiciunt, nec ad eum precibus confugiunt: ſed confuſe lamentantur. Nonne oportet, ut Deus illos tanquam obſtinatos relinquat? Quodnam autem eſt adverſus mala iſta remedium, niſi ut, cognoſcentes, Deum hunc titulum, quo ſe oppreſſis ſubventurum ſignificat, fruſtra ſibi non attribuiſſe, recta ad eum tendamus. Id tamen non facimus: fruſtra igitur clamamus, meremur ut Deus manum ſuam ſubducat & retrahat, nos negligat. Cur? Non quærimus ipſum. Scriptum eſt, Quærite & invenietis. Nos vero *Mat. 7: 7.* in contrarium nitimur & tendimus. En igitur, quod *Luc. 11: 9.* valde dignum eſt notatu: eſt enim ſcandalum, quod nos valde perturbat, quum videmus, Deum ſinere homines ſic languere, ut, quum eorum miſeriæ ad ſummum uſque pervenerunt, ipſorum tamen miſereri nullo modo videatur. Tunc concludimus, illi nullo modo curæ eſſe nobis illatas injurias, ipſum ita à nobis remotum eſſe, ut nullo modo noſtris neceſſitatibus providere curet. Interim non conſideramus, nos mereri, ut ipſius ope & auxilio deſtituamur, quum ad eum recta non tendamus. Ut modo verum eſt, confuſiones tam horrendas eſſe in mundo, ut de iis, quin toti cohorreſcamus, cogitare non poſſimus. En bella, quæ multis in locis graſſantur, en regionem vaſtatam: miſeri homines neſciunt, quid amplius agant, incenſas domos videas, fortunas omnes diripi. En igitur populos ita vexatos, ut illis trucidari, quam ſic languere, ſatius ſit. In Deum tamen non reſpiciunt. Si quis regionem exteram adeat, illic multas querelas & expoſtulationes audiet: nec tam procul eundum eſt, ſed ubi tributa & vectigalia immodica à populis exiguntur, qua milites tanquam tempeſtates aliquæ tranſeunt, nemo eſt qui non vociferetur ſe ad oſſa uſque exedi. Interim numquid mundus ad bonam frugem redit? Numquid vera humilitate Deum conqui-

Digitized by Google

ipſum eos reſpicere, aut curare illorum neceſſitatem, in eo ſe juſtum oſtendit. Punit enim negligentiam aut potius ſuperbiam quæ in ipſis eſt, quoniam gratiam ejus, quam ipſe illis tam liberaliter obtulerat, contemnunt. Verum autem eſt, Deum interdum non ſtatim auditurum eos, à quibus in veritate invocatur, ſed hoc non ſemper accidit. Cæterum quum id etiam accidit, juſte fit: neque enim ſemper arbitrio noſtro ſubjiciendus eſt. Quamvis igitur Deus differat opitulari ſuis, etiam quum ab illis corde invocatur: nunquam tamen illos deſerit. Sed quod hic Eliu tractat, eſt maxime uſitatum & ordinarium, quomodo ſæpius loquitur Scriptura: quum enim doctrinam aliquam explicat, ea, quæ ut plurimum eveniunt, complectitur. En igitur quod concludere poterimus, quum mundi ſtatum diligenter conſideraverimus. Comperiemus, eos, qui percutiuntur & vexantur, ſatis lamentari & ejulare ob ſua mala: ſed tamen eorum clamor ad Deum non fertur, ſed eſt tanquam belluinus quidam ululatus: voces ſuas in aërem projiciunt: ſed tamen cor ſuum non effundunt coram Deo, non devolvunt in ipſum ſuas ſollicitudines & angores, ut jubentur, & en cur Deus non declaret ſe propitium erga ipſos. Non eſt quod ipſum crudelitatis aut injuſtitiæ inſimulemus, non eſt quod exiſtimemus, ipſum nobis injuriam facere: videmus enim homines dignos eſſe, qui ſic puniantur, & ſuæ incredulitatis mercedem recipiant, eo quod non innituntur promiſſionibus ſibi factis, nec incitantur in ſeipſis ad confugiendum ad Deum, ſicut debuerant. Quod ſi quis objiciat, homines Deum invocare, (ſicut fieri poterit ut aliquæ preces concipiantur;) Eliu oſtendit, totum illud nihil eſſe. Cur? *Non enim dicunt, Ubi eſt Deus meus creator, qui dat cantilenas in nocte, qui nos erudit ſupra belluas, & nos docet præ alitibus cœli?* Hoc, ut modo dixi, eo ſpectat, ut reſpondeatur ad id, quod poſſet adferri, Pauperes, quum vexantur, Deum inclamare. Scilicet: ſed ficte & ſimulate duntaxat, ac propterea fruſtra id agunt, reſpondet Eliu. Quare non oportet etiam, ut à Deo exaudiantur, quia preces magnâ ex parte ficte & ſimulate concipiuntur. Hæc eſt ratio quam reddit Eliu: neque enim ad Deum tanquam ad ſuum Creatorem confugiunt, ad eum qui formavit ipſos, qui homines exhilarat, tot bona illis largitus eſt, ut, quæcunque mala patiantur, ipſius miſericordiam magnificare debeant. Quando igitur Deum talem, qualem ſe erga nos exhibet, non agnoſcimus, quum dona, quæ de manu ejus accepimus, non æſtimamus ut par eſt, quum ad ipſum ſic affecti non confugimus, nihil in nobis præter mendacium & ſimulationem eſt. Ideo mirandum non eſt, ſi oſtium nobis ſit clauſum, & Deus diſſimulet ſe preces noſtras audire. En locum valde dignum notatu. Videas enim hodie Papiſtas, qui ſupplicationes, Deo ipſos

Vere quidem ſumus ab illo formati, ipſe nobis dedit vitam: ſed multum abeſt, ut id confitentes pro certo & explorato habeant, ut contrarium cogitent. Nullæ igitur preces ſunt, quæ ſic vere vocari poſſint, quum homines ſic obbrutuerint, ut Deum talem, qualem is ſe erga ipſos exhibuit, non agnoſcant. At non duntaxat Creator noſter Deus agnoſcendus eſt, ſed ſimul dona, quæ paratus eſt in nos conferre, æſtimemus & magni faciamus oportet: ut expreſſe hoc in loco dicitur, *Ipſum cantilenas noctu dare*. Hoc à quibuſdam exponitur, Aves cantantes nos recreare, idque bonitati divinæ acceptum ferendum eſſe: quod quum non agnoſcunt homines, in eo ſuam ingratitudinem produnt. Alii ſic accipiunt, Deum, lucere facientem ſtellas, nos exhilarare, nobiſque prædicandæ ſuæ bonitatis occaſionem dare: quamvis enim Sol occiderit, & tenebræ præſentes ſint, Deus tamen nobis illic quaſi faces & lucernas accendit, ut oſtendat, ſuam Majeſtatem non extinctam eſſe, nec penitus latere. Sed ejuſmodi expoſitiones ſunt coactæ. Hoc igitur à nobis ſimplicius accipiendum eſt, Deum etiam eo tempore, quo homines ſunt ſopiti, dare cantilenas. Videtur enim nox omnia extinguere: quando Sol occidit, ſilent omnia, videtur tanquam ſpecies quædam mortis eſſe, Deuſque nos tanquam in ſepulcro concluſos continere. Si Eliu loquutus eſſet de cantilenis diurnis, non ita magnificaſſet Dei gratiam: interdiu enim homines operi ſuo incumbunt, tum ſe exerit ipſorum vigor, tunc excitati ſunt ipſorum animi. Id igitur non adeo fuiſſet eximium, ſi dixiſſet, Deum dare cantilenas interdiu, quemadmodum quum ipſos ad noctem amandat. Sed en Dei bonitatem eximiam: quando ſumus quaſi emortui, animi noſtri quaſi proſtrati videntur, nullus amplius in nobis ineſt vigor: tamen adhuc Dominus nobis dat cantilenas: ſi enim homines noctu excitantur, habent unde ſentiant, quomodo Deus ipſos in ſua protectione habeat, debent ſuam fragilitatem agnoſcere, quod ſubſiſtere nequeant ſine ſomno, & tamen Deum pro ipſis vigilare. In eo igitur debent exhilarare ſe, ita ut dicant, Hei! Domine, non poſſum te invocare quum dormio, en me tanquam truncum & ſtipitem: interim me ſervas, & adhuc bonitate tua reſpiro: quin ſomnus iſte me ita paſcit, ut etiam non ſentiens novas vires colligam. Quando homines id cogitant, nonne habent unde ſe exhilarent, & dicant, Hei! Domine, tu Patrem te exhibes erga me, quum te non quæro; quin etiam quum nullus amplius in me ſenſus eſt, & mortuæ creaturæ ſimilis ſum? Quum igitur ita ſe res habeat, quum me tibi committam, quum te invocabo, nonne mihi potiori ratione propinquior eris? Quicquid ſit, dormiam aut vigilem, ſemper in tua manu, & ſub ductu tuo futurus ſum. Quum homines iſta cogitant & conſiderant, nonne habent

Digitized by Google

demus, minime dubium eſt, quin penitus ad ipſum quærendum inflammemur, & dicamus, Ecce, Deus mi, tu mihi tantum donorum das, ut, quum de ipſis cogito, totus in admirationem rapiar: quumque te uſque adeo liberalem erga me exhibueris, ſi me affligas, nonne me patientem eſſe & tuo nomini benedicere oportet? Homines autem nihil illorum agunt, dona & gratias Dei pedibus proculcant: en quomodo ipſum ſerio & in veritate non invocant. Illud eſt igitur, quod nobis ſuper hoc vocabulo notandum eſt, quando Eliu loquitur de cantionibus nocturnis, quod Deus nunquam deſinat in nos beneficia conferre: in tempore, quod morti maxime ſimile dixeris, quo etiam ipſe Deus quaſi abſconditus eſſe, nec amplius ſua erga nos dona continuare velle videtur, nihilominus adhuc dat nobis magnificandæ ſuæ bonitatis occaſionem. Quum ita ſe res habeat, longe aliter, quam afficimur, ad ipſum adeundum deberemus affici. Poſtea Eliu adjicit gratiam univerſalem, quam Deus univerſis hominibus conceſſit. Verum eſt, unumquemq; pro ſe debere Dei beneficia meditari: quemadmodum nemo noſtrum eſt, qui non privatim maxime Deo ſit obſtrictus propter infinita dona in ſe collata. Quum volam cognoſcere, Deum bonum eſſe & liberalem, non opus eſt duntaxat, ut reſpiciam ea, quæ omnibus hominibus promiſcue tribuit & concedit: ſed in me deſcendam, totum vitæ meæ curſum mediter, & ad bona, quæ ex manu Dei ſenſi & accepi, attendam oportet. Tunc me ſupra mundum abripi oportebit, ut dicam, Ergo, Domine, ſi velim bonitatem tuam comprehendere, ea eſt abyſſus tam profunda, ut ad ejus imum penetrare non poſſim. Quum enim parvam portionem ſignorum & teſtimoniorum, quæ tu mihi dediſti, ſumo, ecce me confuſum: quomodo igitur ad fundum perveniam? En igitur quomodo unumquemque pro parte ſua dona, quæ privatim accepit, diligenter meditari oportet. Sed tamen, etiamſi illud duntaxat, quod generale eſt & commune univerſo generi humano, reputemus, id nobis ſufficere debeat ad magnificandum Deum, & quidem ita, ut, quum ad ipſum venimus precaturi, ut nos afflictionibus liberet, ſimul debeamus lætari, illique gratias & laudes reddere, quod ſe ita benignum Patrem erga nos exhibuerit. Sed quid? Id minime facimus. In eo igitur noſtra ingratitudo & malitia maxime apparet: quam ſi non ſentimus, aperte ſe hypocriſis noſtra prodit. Hoc eſt in ſumma, quod hoc in loco voluit dicere Eliu. Ait autem, *Deus eſt qui nos docet ſupra belluas, & qui nobis intelligentiæ longe plus dedit, quam cœli volucribus.* Hic comparationem inter homines & belluas inſtituit: nam ſi cœlum & terra poſſent loqui, certum eſt, ipſa obſtrictum iri ad Deum laudandum, quamvis intelligentia non ſint prædita, nec ſint in eam dignitatem, quam nos, evecta. Cur vero? Quia jam magnus hic eſt honor hoc illud eſt, quod nobis oſtenditur apud D. Joannem in primo capite: Omnia à Deo vitam habere, eamque vitam ab omni tempore, in Verbo ejus æterno incluſam fuiſſe: ſed vita eſt quædam in luce conceſſa hominibus. Quando dicitur, illic vitam eſſe hominum, nempe in luce illa, D. Joannes oſtendit, nos non habere belluinum duntaxat motum, qui ad cibum & potum feratur: ſed judicio etiam præditos eſſe, Deum nobis intelligentiam ad bonum à malo diſcernendum, ad aſpirandum etiam ad vitam æternam, & ſentiendum Deum eſſe, quem nos tanquam Patrem honorare oporteat, dediſſe. Quum igitur Deus ſic illuceſcat hominibus, videmus, nos longe plus ipſi obſtrictos & obligatos eſſe, quam ſi ſimpliciter nos ſuas creaturas eſſe voluiſſet. Nam ſi id duntaxat eſſet, quod Deus nos ſua manu formaſſet, gratiæ illi eſſent agendæ, ſed quum libuit ipſi nos à belluis diſcernere: nobiſque nobilem & excellentem vitam, qualis eſt ea qua fruimur, dare, nonne poſſumus dicere, Domine, qui eramus? Et tamen libuit tibi nos inter tuos filios reputare, noſque tuo charactere inſignire. Unde vero hoc manat? Num quidquam in nobis poſſumus invenire, quod te ad id impulerit? an poſſumus dicere, te noſtra dignitate inductum fuiſſe? Minime: ſed quicquid hujus eſt, id à tua gratuita bonitate promanat. Videmus igitur nunc id, quod hoc in loco continetur: nempe nos ſatis occaſionis ad Deum laudandum habere, etiamſi hoc ſolo beneficio, quod ad univerſum genus humanum profertur, quod nimirum datum eſt nobis judicium, eo ut belluis antecelleremus, affecti eſſemus. Verum autem eſt, hanc rationem, quam Deus dedit homini, valde corruptam eſſe: ſi enim in noſtra natura remaneamus, ita perverſi & corrupti ſumus, ut de Deo nihil poſſimus judicare, ſumus miſeri cæci, nihil eſt præter vanitatem *in* nobis: noſtræ autem cupiditates nos ita in tranſverſum agunt & abripiunt, ut nulla neque temperantia neque modeſtia in nobis ſit. Quodque gravius eſt, ſi noſtri cum bellua comparatio inſtituatur, plus in equo aut bove, quam in homine, integritatis comperietur: nam equus ratione carens, tamen ſervat id quod ipſi datum eſt à natura: ſed ecce hominem, qui plane obbrutuit, ita ut ratio, qua præditus erat, in malitiam converſa ſit: & pro eo quod Deo propter bona, quæ accepit, honorem exhibere debet, ſuperbit, & omnino rebellis eſt. Præterea videmus, quicquid ſenſus nos habere putamus, nihil aliud eſſe quam belluinam ignorantiam: quum enim de Deo cogitandum eſt, nonne videmus quomodo homines ſint ſuis ſuperſtitionibus implicati? Quid homines de Deo concipere poſſunt præter omnem vanitatem, ſicut Scriptura oſtendit? Si igitur homines ſic caligant, quum de Deo cogitant, ſi ſuperſtitionum acervum fingunt quum ipſum volunt colere: ubi eſt ea ratio & intelli-

Joan. 1. verſ. 3. 4. & 5.

gen-

ſupra belluas evehit, quum aliquod judicium, boni item malique diſcrimen in cordibus noſtris impreſſum relinquit. Atque illud eſt, quod D. Joannes in eo loco, quem citavimus, adjicit, Lucem lucere in tenebris: quaſi diceret, Quamvis peccatum ſenſus hominis perverterit, & prope naturam aboleverit, pergit tamen adhuc Deus eos illuminare, ut primæ creationis veſtigia adhuc aliqua appareant. Quamvis igitur non habeamus id, quod datum eſt primo noſtro parenti Adamo, & vix ejus exiguam portionem retinemus: debemus tamen agnoſcere, Deum nos inæſtimabili bono affeciſſe, quum libuit ipſi nos homines creare, noſque ſic à belluis ſeparavit. En autem, quomodo ab infimo ad ſummum uſque nemo habebit occaſionem obmurmurandi adverſus ipſum: nobis enim ſemper huc redeundum eſt, Quid nos ſumus? quid Deo dedimus? Quid poſſumus proferre, cur nobis ſit obſtrictus? Sed contrà reos nos debemus peragere, quod, quoniam nos ad ſuam imaginem crearit, & creaturas humanas effecerit, in eo ipſi, ut qui maxime, ſumus obſtricti. Interim notemus, ſi Deus diſcrimen conſtituat inter ipſos homines, non habere nos cur adverſus ipſum murmuremus: ſicut videmus phantaſticos iſtos, quum de electione Dei verba fiunt, & ex verbo Dei docetur, Deum ad ſalutem eligere quos velit, ei doctrinæ refragari, & adverſus ipſam multa objicere. Quomodo? inquiunt: num rationi conſentaneum eſſet, ut Deus ſic relinqueret ſuas creaturas? num æquitate illud niteretur? Scilicet, quaſi Deus hominibus adſtrictus eſſet, nec in ipſos amplius ullum imperium & auctoritatem haberet. Si Deus hanc libertatem habuit, ut quum nos poſſet belluas facere, tamen nobis impreſſerit ſuam imaginem, quin etiam nobis dignitatem longe excellentiorem conceſſerit; cur nunc adverſus ipſum murmurabitur, ſi diſcernit inter hominem & hominem, idque in conſilio ſuo arcano conſtituerit, quamvis cauſa nobis ſit minime nota, ſed ut bonitatem ſuam patefaciat? Quum enim jam hominem belluam non fecerit, quum poſſet: ſi eum relinquat in ſua natura, numquid habemus cur adverſus ipſum obmurmuremus? Videmus igitur, eos, qui ſic blaſphemant adverſus electionem Dei, inſanos eſſe, quum ad ſermonem, qui hic nobis propoſitus eſt, veniendum fuerit: ſicut etiam vel Ethnicis ipſis id notum fuit; nam inter illos, aliquos ea laudis formula uſos fuiſſe conſtat. Sunt igitur ejuſmodi ingenia phantaſtica ad incredulorum ſcholam amandanda, neque enim digna ſunt, ut eorum malitia, & quidem cum ejuſmodi adverſus Deum ſuperbia conjuncta, ex verbo Dei redarguatur. Sed interim, ſi bonorum, quæ Deus in genere univerſo generi humano concedit, conſideratio debet nos incitare ad ipſum magnificandum; quum nobis longe aliquid amplius tribuerit, in noquam ſuperius vidimus, nonne idonea eſt ad mala noſtra, quantumvis gravia ſint, lenienda & mitiganda? Nempe ſi bona de manu Dei accipimus, nonne debemus pati etiam nos caſtigari ab ipſo, quum volet erga nos ſua ſeveritate uti? En igitur, ut ita loquar, ſaccarum, ad dulcia reddenda noſtra mala, quum in memoriam revocamus beneficia Dei ipſo nos affligente, & ſic nobiſcum reputamus, Ego ſum creatura humana, & Deus me à belluis diſcrevit. Sed præterea baptizatus fui in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti: & hæc ſecunda eſt nota, quam mihi impreſſit, ut oſtenderet mihi, ſe velle me in ſuo grege habere. Sed, quantum in me erat, vim Baptiſmi mei extinxeram, eram miſer incredulus: ecce autem Deum, qui me adhuc ad ſe reduxit, me in medio harum tenebrarum adeo obſcurarum illuminavit: quin etiam ad inferos uſque demerſus eram, & tamen Deus meus mihi manum porrexit, & nunc Jeſum Chriſtum, Solem Juſtitiæ, qui me ita illuminat, ut faciem ejus in Euangelii doctrina contemplans, videam januam Paradiſi mihi apertam. Quando igitur Dominus ſic nos exhilarat, nonne ipſum magnificandi, nos vero contra coram ipſo humiliandi juſtam occaſionem habemus? Nunc vero videamus, quam pauci reperiantur, qui ita ſe gerant. Verum eſt, ſicut jam declaravimus, eos, qui malis & calamitatibus invaduntur, ad Deum vociferari: ſed quomodo? Numquid præmeditati ſunt, quantopere Deo ſint obſtricti? Numquid eo, cognitione donorum quæ ab ipſo acceperunt, viam ſibi muniverunt? Minime: ſed potius ſecus agunt. Quoniam igitur homines Deum tanquam ſuum factorem & creatorem non agnoſcunt, non revocant ſibi in memoriam bona, quæ continuo ab ipſo accipiunt, in primis vero quod non agnoſcunt, ipſum illos ad ſuam imaginem condidiſſe: quum ita ſe res habeat, mirum eſſe non debet, ſi Deus nos ſic languere ſinat, ut hæreamus in miſeriis noſtris, nec animadvertamus, ipſius ope & auxilio nos foveri & ſuſtentari: neque enim ea gratia digni ſumus. En igitur, quod ex hoc loco nobis notandum eſt. Nunc vero quid contra nobis faciendum eſt? Quum hic S. Spiritus ore Eliu homines ſuæ perverſitatis redarguat, & oſtendat, ſi ipſi à Deo non ſubleventur, ſuisve malis liberentur, id adeo nulla alia ex re fieri, quam quod ipſum vere & ſincere non quærunt; demus operam, ut, quum malis premimur, ipſis tanquam clypeum bona, quæ contra à Deo accipimus, opponamus. Verum eſt, hanc afflictionem, quæ modo te premit, adeo amaram eſſe, ut, ſi ipſam duntaxat ſpectes, te illa poſſit in deſperationem conjicere: ſed nonne Deus tuus ſe erga te, & quidem tot modis, ut bonitatem & favorem ejus ſentire & agnoſcere debeas, Patrem exhibuit? Senſus tuos igitur illic concluſos habens,

jus omne in me obtineat & pro arbitrio ſuo regat? Quando igitur nos ſic bonæ ejus voluntati permittemus, quamvis nos affligat, nihilominus tamen nos bonæ ipſius voluntati ſubjiciemus. Cur? Tot be-

tem illam æternam, quam nobis in ſuo regno paravit, collegerit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA TRIGESIMA OCTAVA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXV.

12. Tunc clamabunt, & Deus non exaudiet ipſos, propter ſuperbiam malorum:
13. Sane vanitas eſt, Deus non exaudit, & Omnipotens non advertit ad illud:
14. Tu dixiſti, Te non videt; eſt judicium coram ipſo, exſpecta illum.
15. Nunc vero quod viſitat, non eſt in furore, aut *nihil eſt quod ejus furor viſitat*,
nec multum in ira caſtigat.
16. Jobus igitur vane aperit os ſuum, & abſque ſcientia multiplicat ſermones.

QUoniam prima ſententia ejus textus, qui à nobis modo lectus eſt, debet conjungi cum ſermone, qui heri fuit habitus, nos ejus, quod tractatum fuit, meminiſſe oportet. Nempe Deum, quum non exaudit eos qui affliguntur, oſtendere nobis, id ipſis imputandum eſſe, quia ad ipſum corde recto & puro non accedunt. Quomodo Eliu hic oſtendit, bona & dona, quæ de manu Dei accepimus, nobis eſſe agnoſcenda, quando ipſum quærimus: alias enim in ipſo ſperare non poſſumus. Quodnam eſt fidei noſtræ fundamentum? Gratuitæ promiſſiones quas Deus nobis dat. Sed interim experimentum, quod habemus de bonitate ejus, prodeſt ad confirmandum id, quod jam habemus per verbum. Qui igitur non apprehenderunt, nec guſtarunt dona Dei, non poſſunt ad ipſum niſi in hypocriſi accedere. Præterea, quum non agnoſcimus, quantopere illi teneamur & obſtricti ſimus, fieri nequit, ut patientes ſimus ad illi obſequendum, & quietos nos contineamus, adverſus ejus voluntatem non obmurmurantes. Eliu igitur modo ſubjicit, *Illos clamaturos eſſe:* quaſi diceret, Verum quidem eſt, homines ad Deum malo ipſos urgente clamaturos: ſed quomodo diſpoſiti & affecti ſunt? Numquid ad ipſum ut par eſt diſpoſiti veniunt? multum abeſt: neq; enim ullo modo cogitant & reputant bona, quæ de manu ipſius acceperunt, neque illorum recordatione utuntur ut illis ſuam fiduciam fulciant. Clamabunt igitur ad Deum homines, propter injuriam & contumeliam ſibi illatam, ſed tamen Deo non appropinquant, non aperitur cor ipſorum: ac proinde, ſi Deus illos non exaudiat, id imputare debemus eorum vitiis, nec propterea dicere, Deum mundum oblivioni tradidiſſe, non fungi ſuo munere, aut quaſi ſomno oppreſſum & ſepultum jacere. Quum homines Deum quærent in veritate, is tunc propinquus erit, ſeque ejus manus ſatis exeret ad ipſis opitulandum: ſed tantiſper dum ululant inſtar ferarum, nec recta ad ſcopum, ad quem tendere debent, feruntur, clamor ipſorum erit inutilis. Quare notemus, nos hodie minime à Deo exauditum iri, & quidem ad ſentiendam ejus opem, quando non erimus certi & perſuaſi de Dei erga nos voluntate, & tumultuando vociferabimur: ſed præcipuum eſt, ut ipſum talem, qualis eſt, agnoſcamus, Patrem nimirum & Servatorem, ejus bonitate innitamur, & quidem beneficia, quæ jam ſenſimus, in memoriam revocando, ut id det nobis animum, ad ipſum ut par eſt quærendum. Tunc ne dubitemus, nos ſtatim ipſum inventuros: quin non exſpectabit, ut longis circuitibus utamur; nobis enim obviam veniet. Videmus igitur, verum precandi modum non conſiſtere in cerimonia, ſed cor erectum eſſe ad Deum debere, & quidem ut non ſolum ſentiamus mala noſtra, ut cupiamus ipſum illis mederi, ſed cum vera fide petamus ab ipſo, ut ſe Patrem & Servatorem exhibeat, eaque fides ipſius promiſſionibus fundata, tot ſignis, quæ ipſe nobis dat, confirmetur & corroboretur, quumque experti fuerimus, quantopere ſit erga nos benignus & miſericors, id ad noſtram inſtructionem, eo ut recte muniamur, applicemus. Cæterum, Deum precantes, ut miſericordia erga nos utatur, laudis ſacrificium pro bonis propter quæ jam ipſi obſtricti ſumus offeramus. Poſtquam autem ſic loquutus eſt Eliu, ſubjicit, Eos, qui Dei providentiam non apprehenderunt, dixiſſe, *Totum illud nihil aliud eſt, quam vanitas, Deus non audit, & Omnipotens non advertit.* Hæc objectio fit in perſona incredulorum: nam quamvis ipſis oſtendatur, Deum non ſine cauſa pati ut homines in ſuis miſeriis hæreant, quia ipſum non adeunt in fide & obedientia; hanc tamen

Digitized by Google

Si id incredulis proponatur, claudunt oculos, & nolunt attendere. Nonne igitur idem eſt, ac ſi Dei providentiam eſſe, eumque res humanas aſpicere negarent? nonne vero id eſt ipſum ſepelire? Et tamen en quo nos carnalis noſtra ratio abripit, niſi humilitatis & modeſtiæ freno contineamur, eo ut de operibus & judiciis Dei ex verbi ipſius præſcripto judicemus. Hoc igitur modo commemoratur ab Eliu ex perſona incredulorum. Non ſine cauſa autem ejuſmodi blaſphemiam retulit Spiritus Sanctus, ut nimirum ſibi unuſquiſque noſtrûm attendat. Ejus perverſitatis ſemen in natura noſtra gerimus, ut ſubinde in hanc rabiem & inſaniam ruituri ſimus, ut adverſus Deum indignemur, & concludamus, eum non fungi ſuo munere: quoniam igitur animus noſter ea arrogantia plenus eſt, & eo uſque corrupti & depravati ſumus, ut omnem rationem pervertamus, hoc nobis proponitur, ut diſcamus nos humiliare, quum de iis, quæ Deus agit & conſtituit, judicandum eſt. Quare ne naturæ noſtræ habenas laxemus, ſed Deum loquentem audiamus, & rationes, quas profert, diligenter expendamus. In primis vero diligenter notemus ea, quæ hic conjungit Eliu. Poſtquam enim eam objectionem propoſuit, ſubjicit, *Quamvis dicas, Deus non videt, eſt judicium coram ipſo, exſpecta illum.* Hic Eliu medetur perverſitati illi quæ detecta eſt, ut ad malum quod in nobis eſt, ne ipſi adhæreamus, attendamus. Verum eſt, iſtos ſermones propter brevitatem eſſe quaſi conciſos: etiam, quoniam eſt, *Ecce, tu dicis*, aut *Quamvis tu dicas, Non videbit*, hoc vocabulum poteſt etiam accipi tanquam pro perſona Jobi: quaſi Eliu ipſi exprobraret, quod cogitarit, Tu Deum non videbis, nec cognoſces quid ille ſit. Sed ſi res propius inſpiciatur, ſententia debet ligari, & tamen quoque diſtingui, *Quamvis igitur dicas, Non intuebitur.* Eo Eliu ſignificat, homines nimis ſe ingerere, & tarditatem ſuam, parvumque captum debere agnoſcere: neque enim ipſorum eſt Deum reſpicere, hoc eſt, ad ſummum uſque ipſum ſcrutari. Verum eſt, nos ſemper in Deum reſpicere debere: ſed ante omnia debemus ab illo petere, ut nobis det oculos. Interim vero debemus ipſum in ſpeculo, quod nobis offert, intueri: nempe in verbo ſuo, tum etiam in ſuis operibus, & in ea ſobrietate ambulare, ut non ultra quam nobis licitum eſt, & ab ipſo permittitur, inquirere velimus. Eſt igitur Dei intuendi ratio bona & ſancta, ut nimirum ipſum contemplemur, quoniam ipſi placet ſe nobis patefacere; & intelligentiæ noſtræ diffidentes petamus ab ipſo, ut nos Sancto ſuo Spiritu illuminet, nec nimia curioſitate aut arrogantia, ad ſciendum plus quam nobis permittat, laboremus. Sed quum volumus Deum aperto vultu intueri, nihil nobis occultum eſſe volumus: in ejus conſilia arcana & nobis incomprehenſibilia ad abyſſi

in te deſcende, tuas miſerias conſidera: tunc ſuperbia tua dejicietur. En igitur remedium, quod nobis hic à Sancto Spiritu proponitur, ad nos redarguendos quando erramus, & adverſus Deum malas & ſubitas imaginationes concepimus: ſi enim volumus in viam reduci, in nos ipſos deſcendere debemus, ignorantiæ noſtræ & peccatorum examen inſtituendum eſt: tunc confuſi erimus, & vagas illas atque erroneas imaginationes, quibus huc & illuc diſtrahebamur, oblivioni trademus. En quis eſſet ſenſus, & quæ doctrina nobis inde colligenda eſſet, ſi vocabulum hoc acciperemus pro *Judica teipſum*. Sed loci ſenſus naturalis eſt, Judicium eſſe coram facie Dei, inquit Eliu, ac proinde concludit *exſpectetur*. Eſt autem hic oppoſitio inter faciem Dei & noſtram: quaſi diceret Eliu, Deum nihilominus juſtum eſſe, etiamſi id non appareat. Quando igitur petimus, num Deus regat mundum, num omnia cum æquitate diſponat, id non eſt metiendum & æſtimandum ex eo quod nobis apparet. Cur? Quia judicium Dei nimis altum eſt, non poſſumus ad ipſum ſtatim penetrare. Notemus igitur, Deum videre id quod bonum & juſtum eſt, nos vero in eo ſæpiſſime cæcutire. Quid igitur facto opus eſt? Exſpectandus eſt duntaxat: quomodo oportet, ſpem hominem fidelem alere, eumque quietum & Deo ſubditum reddere. Scimus, nobis ſperandum eſſe, quum res in ſenſus noſtros non incurrunt. Nunc igitur ſenſum loci naturalem habemus: ſupereſt, ut ipſum ad inſtructionem noſtram applicemus. *Quamvis dicas, Non videbo ipſum.* Hoc oſtendit nobis, nos non debere ita agilem habere linguam, ut ſtatim quicquid de Deo cogitamus, & in mentem nobis venit, effutiamus: ſed frenandas eſſe noſtras linguas, & captivas continendas eſſe cogitationes noſtras, quum ſciamus, Deum velle nos in humilitate continere, quum omnium ſuorum operum cauſam nobis non aperit. Qui igitur nolent à Spiritu Dei condemnari, videant ne nimis ſe ingerant. En unum notandum. Cur? Hoc diligenter ponderari debet, Nos non poſſe Deum intueri. Verum tamen eſt, uti jam diximus, eum hanc gratiam, hocque privilegium nobis concedere, ut ſe nobis exhibeat: ſed id facit, prout nobis expedire cognoſcit. Deus igitur, quum ſit inviſibilis in ſe, in ſpeculo nobis apto, nempe in verbo ſuo & operibus ſuis ſe declarat: ſed tamen non debemus nimis de ipſo inquirere. En etiam cur ſemper nos remittat ad rationem & medium illud, quo uſus eſt ad nos ad ſui cognitionem incitandos. Novit enim audaciam, novit levitatem ingeniis noſtris inſitam & ingenitam, noſque ita leves eſſe, ut nihil ſupra. Sunt autem hæc duo vitia magna, quum homines ſic audaces ſunt, & effreni plura quam par ſit cognoſcendi deſiderio tenentur. Eſt alia ex parte ignorantia, aut potius belluinus ſtupor, præterea

Digitized by Google

igitur, oportere nos penitus condemnare, contenten-tes omnino in nobis nihil eſſe præter inſcitiam belluinam. Poſtquam id cognovimus, precemur Deum, ut nos Sancto ſuo Spiritu illuminet, ne ſuperbia & faſtu pleni ſimus, eo ut dicamus, Sum idoneus ad inquirendum. Caveamus nobis ab ejuſmodi faſtu & arrogantia diabolica: ſed humiliemus nos coram Deo, precantes ipſum, ut nos illuminet. Interim vero quum hanc rationem ad ſe nobis patefaciendum inſtituerit, nempe Verbum ſuum, illic affixi maneamus, nec ulterius progredi tentemus. En igitur ad primum, quod hic nobis oſtenditur. Veniamus autem nunc ad id, quod dicitur, *eſſe judicium coram ejus facie, ipſumque adeo nobis exſpectandum eſſe.* Jam diximus, judicia Dei ex aſpectu noſtro non eſſe nobis æſtimanda: nimis enim brevis eſt ille, quin ita obſcurus, ut nihil ſupra. Quid igitur? Sciamus, Deum habi-
1 *Tim.* 6. tare in luce inacceſſa, ut Scriptura loquitur, ſibi re-
verſ. 16. ſervare cognitionem rerum quæ nobis nimis altæ & profundæ ſunt. Concludamus igitur, Deum juſtum eſſe, quamvis non animadvertamus: & quotieſcunque, quæ agit, mira & abſurda nobis videntur, ita ut illis oſtendamur, ſic reputemus, Heu te miſeram creaturam! verum eſt, te habere oculos, ſed nimis illi caligant, imo vero prorſus cæcutiunt: quod ſi Deus tuus te & quidem ex parte aliqua illuminet, te tamen continere debes, quo illi hunc honorem exhibeas, ut ipſum juſtum eſſe confitearis. Quum igitur ſic ſe res habeat, ut ſenſum & ingenium adeo debile habeas, quum voles Dei infinitam ſapientiam comprehendere, quorſum res abibit? Deo itaque relinque ea, in quibus confuſus hæres: hic enim nullam rationem vides, interim hoc præceptum fixum & certum in animo retineas, *eſſe coram facie Dei judicium.* En, inquam, quomodo caſtiganda & coërcenda eſt audacia ea quæ eſt in nobis, ut confiteamur, etiamſi occaſionem aliquam cum Deo diſceptandi habeamus, ipſum tamen videre id quod nobis occultum eſt. Atque hæc eſt comparatio oppoſitorum, quam non ita dudum attigi. Quando igitur dicitur, *eſſe judicium coram Deo,* declaratur etiam nobis, non eſſe coram facie noſtra judicium illud: quaſi Eliu diceret, Deus videt, non item homo: Deus cognoſcit, homo vero ignorat. Si volumus igitur Deo honorem ipſi debitum reſervare, deponenda eſt vana illa arrogantia, qua natura noſtra ſumus inflati: volumus enim nimis ſapientes eſſe, ſemper diabolico deſiderio de iis quæ ad nos non pertinent inquirendi titillamur. Contenti igitur ſimus Deo gloriam tribuere, id quod ipſi proprium eſt attribuentes, nempe ſapientiam, quæ ſenſus & captum omnem noſtrum ſuperat. Sed id fieri non poteſt ſine ſpe: ea enim nos retinet, ut Deo noſtro obſequamur: ea eſt, quæ modeſtiam & humilitatem noſtram alit. Ac ſane, niſi ſperaremus, res melius aliquando habituras, Deumque præſentibus confu-

exſpectabimus, ut Deus operetur, prout pronunciat ore ſuo, & manus ejus ſe tempore opportuno exerat: tunc diſcemus eſſe modeſti, ipſique gloriam tribuere, eum in omnibus, quæ agat, juſtum eſſe confitendo: quamvis hic perturbemur, & nobis in medio multarum abyſſorum eſſe videamur. Atque hoc eſt illud, ad quod ſtudium omne ſuum veros Chriſtianos applicare oporteret. Cæterum, en cur hodie tam facile abripimur, quin ad omnem nequitiam abducimur: quod quieti non ſumus, ſed inquietudine agitamur: & quidem æſtuante inquietudine, ut Deum ex arbitrio noſtro feſtinare velimus. Niſi res agat ut eas ingenio noſtro apprehendimus, omnia perdita & deſperata eſſe nobis videntur, quoniam præter ſpem & exſpectationem noſtram eveniunt, ipſumque adeo Deum non exſpectavimus: tantiſper enim dum in nobiſipſis oculos & cogitationem defixam habemus, hoc in cauſa eſt, ut ſic indignemur, nullaque in mundo erga Deum obedientia reperiatur. Atque ita nobis eo magis ad praxin hæc doctrina revocanda eſt. Quando igitur res magnopere perturbatas videmus, ut Deus clauſos oculos habere, nobiſque tergum obvertiſſe videatur, id propter noſtra peccata fieri cognoſcamus. Interim id fidem noſtram confirmet, & ſimus quieti: ſcientes, Dei eſſe nobis ſilentium indicere, donec tempus, prout ipſe cognovit, opportunum venerit. Neque enim noſtrum eſt ipſi legem præſcribere, ut dicamus, Id ſic debet fieri, ſic ſe habere: ſed diſcamus in Deo conquieſcere: tunc omnis faſtus & ſuperbia dejicietur, eo ut bonum, juſtum & rectum, quicquid Deus aget, quamvis prima ſpecie nobis abſurdum videatur, judicemus. En igitur, quod ex hoc loco nobis notandum eſt. Eliu autem adjicit, *Quod Deus modo viſitat*, aut punit, *non fieri in ejus ira, ipſumque non cognoſcere in multitudine valde.* Verum eſt, hunc locum aliquantulum obſcurum eſſe: ſed in ſumma ſenſus naturalis eſt ejuſmodi, quamvis Deus ſe modo aſperum & ſeverum præbeat: ſi tamen cognoſcamus, quæ ſit ejus ira, quam formidanda, nos dicturos, nihil eſſe quæcunque videmus hodie ipſius judicia. Cur? *Quia res ad ſummum uſque*, hoc eſt, *exacte non vult cognoſcere*: non nimis alte ipſas ſcrutatur, ſed ſuperficie tenus, & leviter, ut dicitur, ipſas attingit. Eo voluit Eliu ſignificare, quum ad ſummum uſque caſtigabimur, viſum iri Deum ita fulminare, ut nos obruere penitus & opprimere velle videatur: nobis contemplandum eſſe, quid ſit ejus ira, quæ tanta eſt, ut ſi eam totam velit expromere, idonea illa ſit non ad unum hominem, ſed ad mundorum centum millia penitus conſumenda, & ad nihilum redigenda. En igitur quo revocamur à Sancto Spiritu. Atque hæc eſt valde utilis admonitio ad leniendas & mitigandas afflictiones, quas Deus nobis immittit. Quæ enim cauſa eſt, ut exiſtimemus nos ſupra modum à Deo vexari? Quia exiſtimamus, eum non poſſe nos

Digitized by Google

rnas in me ea ſit, quam poſſem ſentire, niſi ipſe meæ debilitatis rationem haberet. Quum igitur Deus meus me toleret, non deſinam ipſum quærere: nam adhuc mihi dat ſignum me poſſe aditum habere eo ut ad ipſum appropinquem. En, inquam, quomodo agnoſcentes Deum nos tolerare, potius occaſionem habemus ipſi benedicendi in omnibus noſtris afflictionibus: interim vero erudimur ad ſperandum in ipſo, quum januam nobis aperiat, ut adhuc poſſimus ab ipſo veniam peccatorum requirere,& petere ut noſtri miſereatur. Quare diligenter hæc vocabula Eliu expendamus, quando ait, nihil eſſe quod modo Deus viſitat, & quidem quantum ad iram ipſius attinet, nec nobis hoc aſpiciendum eſſe. Quid? Magnum eſt, ipſi ſuccumbo. Certum eſt, ſi homo comparet ea quæ hic inferius poterit pati, & oculos dirigat in iram Dei, ipſum animadverſurum revera nihil eſſe totum illud quod hic pati poſſumus. Animadvertentes igitur, illud nihil eſſe, Deumque non rigide & exacte in nos inquirere, ſed ſuperficie tenus & leviter peccata noſtra attingere, ſimulare ſe illa utcunque duntaxat cognoſcere, ſed nolle nos tam rigide examinare, quia etiam ferre non poſſemus: id, inquam, animadvertentes, diſcamus omnes noſtras obmurmurationes cohibere: quod ſi caro noſtra nos ad impatientiam ſollicitat, ſicuti ipſi nimis dediti ſumus, hoc remedium ad illud vitium corrigendum adhibeatur. Quomodo? Miſera creatura, in quem te erigis? Numquid adhuc vis Deum tuum irritare? nonne animadvertis, ipſum te tolerare? tantum illum provocaſti,ut centies ex mundo exterminari merearis, & tamen omnem ſuam iram in te exerere non vult: dignus eſſes qui in profundiſſimam abyſſum præcipitareris, & tamen vides, ipſum efficere ut tibi Sol ſuus illuceſcat, te ſuo pane & ſuis ſumtibus alere, fovere te & conſervare in vita præſenti, quamvis non dignus ſis qui inter opera ab ipſo creata recenſearis, & tamen tibi dat otium quo te ad ipſum convertere poſſis. Quando iſta cogitamus, habemus unde nos conſolemur, ne impatientia nimia agitemur. En in ſumma doctrinam nobis ex hoc loco colligendam. Interim notemus, ſi hodie Dominus non viſitet nos ſecundum iræ ſuæ magnitudinem, nec exacte de rebus velit inquirere, non tamen in eo nobis indormiendum eſſe: magnus enim ille dies veniet, in quo nihil oblivioni tradetur. Nunc Deus diſſimulat, nec punit improbos: ipſi vero ſibi licentiam ſumunt, non ſecus quam ſi manum Judicis evaſiſſent, nullaque ipſis ratio reddenda foret: ſed rempus caro illis conſtabit, quod ſic ejus, qui ipſos ad bonum, num forte inſtituet, certum eſt, eum ſe centies millies confuſum inventurum, antequam ad dimidium vitæ pervenerit: Deus enim nobis longe acutius & clarius cernit: quum peccatum unum cognoverimus, Deus centum millia cognoſcit: quod ſi centum millia, & millena millia agnoſcemus, quid exiſtimandum eſt de Judice cœleſti? Notemus igitur,Deum ſua miſericordia continere ſe, ne nos in multirudine cognoſcat, hoc eſt, ne exacte inquirat. Diſerte vero Eliu dicit, *in multitudine valde.* ut ſignificet, fieri non poſſe, ut creaturæ ſubſiſtant, niſi Deus illas ſua bonitare toleraret, & ſemper de ſeveritate punitionum, quas proprer peccata meriti ſumus, aliquid diminueret. Ibi vero, ut jam dixi, nobis ſentiendum eſt, eſſe longe aliud judicium, quam in hoc mundo animadverti poteſt: ſed ipſum hodie cognoſcere non poſſumus, & in eo nos Deus tolerat. Quando vero ad eam uſque humilitatem devenimus, ut nos condemnemus, & veniam ab ipſo petamus, non dubitemus,quin,quum in extremo die coram ipſius tribunali comparebimus, omnia peccata noſtra deleantur: & ſciamus, quod nunc ex parte de nobis cognoſcit, id eo fieri,ut nihil prorſus in illo die cognoſcat: utque peccatorum noſtrorum memoria ſic aboleatur,ut ratio nobis illorum non ſit reddenda, & illic tanquam juſti, & non ſecus quam ſi in nobis ſumma innocentia & integritas eſſet, habeamur. En igitur,quomodo nobis hæc doctrina ad eum uſum applicanda ſit, ut diſcamus ita in ſpe ambulare, ut ſemper ad adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti tendamus: cæterum ex ea etiam utilitatem capiamus, quum Dominum noſtrum iræ & vindictæ ſuæ ſigna edere videmus. Ur hodie, heu! quot & quantæ ſunt calamitares, quæ paſſim toto mundo cernuntur? Ac ſane poſſemus dicere, Deum à nobis penitus alienatum eſſe, niſi hanc doctrinam haberemus. Sane quando diligenter peccata tam inſignia, quæ hodie regnant, reputabimus; nobis facile erit videre, Deum mundum tolerare, nec in ipſum ea ſeveritate, quam homines merentur, uti. Hic vero diſcamus eo meliori animo ad ipſum reverti, non dubitantes quin nos recipiat. Cæterum cogitationes & affectus noſtros captivos teneamus: quumq; Eliu hic omnes malas cogitationes, leves ſermones, & falſas imaginationes condemnarit, precemur Deum, ut ante omnia corda noſtra omnibus malis imaginationibus, quibus nimis implicati ſumus, mundet, tum linguas noſtras regat, ut nihil, quod non ipſius honori inſerviat, proferamus, juxta illud quod David petebat, Domine, aperi labia mea, ut os meum laudem tuam annunciet. Habemus igitur occaſionem Deum precandi, ut ita animos

Pſal. 51. verſ. 17.

mos

Digitized by Google

1. ADjecit autem Eliu, ac dixit,
2. Audi me, & tecum colloquar: ſunt enim adhuc ſermones Dei:
3. Proferam longe ſcientiam meam, & factorem meum probabo eſſe juſtum.
4. Non erunt falſitas ſermones mei, & eſt apud te integer ſententiis.
5. Potens Deus quum ſit, non rejicit: potens, inquam, animi fortitudine & præſtantia.
6. Non vivificat impium, judicium autem pauperum dat.
7. Non prohibet à juſto oculos ſuos.

QUi ſuperius contenderunt, Deum nullum peccatum in hoc mundo impunitum relinquere, falſi & decepti ſunt, ut amplius declaratum eſt. Ac ſane videmus, Deum ſibi reſervare multa peccata punienda, ut nos ad longius reſpiciendum adducat: nam ſi modo plenum & integrum judicium, in quo nihil deſiderari poſſet, exerceret, non haberemus occaſionem ſperandi adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti: non opus haberet ipſe judicare mundum: jam enim conſummatum & perfectum eſſet omne judicium: Deus itaque ſic punit hic inferius peccata, ut ea non ſemper nec æqualiter puniat: ſufficit ipſi, ſi certis quibuſdam ſignis & indiciis ſe Judicem eſſe mundi probet. Idem etiam animadvertitur in bonorum conſervatione & defenſione. Deus dicitur ſuos regere, Servator eſſe omnium eorum, qui ſe ipſi permittunt, eos ab omnibus malis liberare: ita quidem, ſed non ita fit, quin interdum bonos affligi permittat: quin etiam videtur nolle ipſis opitulari, quantumvis eum illi invocent. Sic agnoſcamus igitur Dei prudentiam oportet, ut ipſum ſibi multa in ultimum uſque diem reſervare ſciamus. Atque hoc eſt argumentum, quod hic tractaturus eſt Eliu. Hoc igitur capite nihil aliud continetur, niſi quod, quum aperiemus oculos, facile poterimus contemplari, Deum rerum humanarum frenum & habenas tenere, & oſtendere, ſe curam noſtri gerere. Verum eſt, nos hic nequaquam ſtatum perfectum, & qualis optandus eſſet, conſpecturos: multum abeſt: ſed ratio omnino evidens eſt: Deus enim vult nos hic in multis luctis & pugnis exercere: præterea nos ultra hunc mundum vocat, ut nimirum diem eſſe, in quo omnia inſtaurabuntur, cognoſcamus: quod ſi nunc res male ſe habent, id eo fit, ut eo melius ſollicitemur ad petendum ut Filius Dei appareat, ut omnia inſtauret: ſicuti hoc eſt ipſius munus, & ſe facturum pollicitus eſt. Eliu autem, antequam id quod diximus tractet, nempe Deum mundum regere, res ita diſponere, ut juſtitiam ejus in ipſo apparere experientia comprobet, utitur hic præfatione: *Auſculta me*, inquit: *nam habeo adhuc ſermones Dei, quos proferam.* Et quos? *Scientiam meam longe proferam*, inquit, *ut probem factorem meum juſtum eſſe.* Eliu inquiens ſe adhuc habere ſermones Dei, oſtendit, fidelem non debere defatigari tuenda veritate Dei, ad os iis, qui adverſus ipſum obmurmurant aut blaſphemant, claudendum. Ac ſane ſi parva aliqua portione zeli, qui nobis in Scriptura ſacra præcipitur, præditi eſſemus, longe plus ardoris ad defendendam gloriam Dei, quam habemus, haberemus. Dicitur in Pſalmo, Opprobria, quæ Deo fiunt, in caput noſtrum cadere debere, nos illa ſentire, & iis vehementer affici debere, ut nos male habeant, & longe plus vexent, quam ſi vel maximæ contumeliæ nobis inferantur: nam etiam quinam nos ſumus? Quum centies contumelia affecti fuerimus, num tantæ curæ & commendationi nobis noſter honor, quam ille Dei, debet eſſe? Contra animadvertitur, ſi alicujus noſtrûm fama & exiſtimatio læditur, ſtatim totum in id ferri & incumbere unumquemque, ut ſe ulciſcatur, aut ſaltem vindictam à Magiſtratu petere, nec unquam conquieſcere, donec damnum honori & exiſtimationi ſuæ illatum ſarciatur; & quidem honori qui nullus eſt: qui enim nos ſumus? Sed ecce nomen Dei, quod laceratur & diſcerpitur in fruſta: quidam ipſum fœde irrident, alii in ipſum blaſphemias horrendas & execrandas evomunt, alii ipſum deteſtantur. Id inter nos labitur, nemo prope commovetur: ſi de eo unum atque alterum vocabulum dixerimus, nobis plus quam ſatis officio defuncti videmur. Quando igitur patimur doctrinam Dei blaſphemari, maledictis Majeſtatem ejus inceſſi, Nomen ejus cum contumelia proſcindi; in eo oſtendimus, boni zeli in cordibus noſtris ne minimam quidem guttam eſſe: diſſolutus igitur iſte animus in aſſerendo Dei honore, nonne meretur, ut Deus nos abneget, & pro filiis agnoſcere recuſet? Si enim ipſum pro Patre agnoſcere poſſemus, numquid poſſemus pati ut ſic quiſpiam adverſus ipſum inſurgeret? Filius bonæ indolis patris ſui carnalis, quamvis is homo nequam fuerit, dedecus volet tegere. Quid autem faciendum eſt, quum agitur honos & gloria ejus qui fons eſt omnis juſtitiæ, qui eſt Rex gloriæ, & omnem laudem meretur? ut loquitur Scriptura, & quomodo etiam reipſa oſtendit. Is igitur à nobis Pater appelletur: interim vero os clauſum habeamus, quando quiſpiam ejus veritatem pervertere conabitur, nomen ejus probris ſubjicietur, videmus denique ipſum penitus ludibrio exponi: interim ob id non commoveamur, &

Pſal. 69.

dolore

Digitized by Google

tire non audeant. Quum tales & tam inſignes impietates regnant, numquid, quæſo, alio teſtimonio opus erit ad condemnandos eos, qui nullum animum aut conſtantiam habent ad tuendum honorem Dei, quam hac voluntate, quæ in improbis ſe ad omnem nequitiam obfirmantibus apparet? ad bonum igitur qui ſe applicet, nemo reperitur. Improbi ad malam cauſam ſuſtinendam, quia illis munuſculum aliquod offeretur, Deo palam ſe opponent: interim nemo eſt, qui bonum tueri velit. Diſcamus igitur majore zelo, quam adhuc à nobis factitatum eſt, procurare gloriam Dei: & in primis, quum videmus homines puram & bonam doctrinam quærere, oſtendamus, quæ fides in nobis ſit, ejuſque confeſſionem ad Satanæ, & iis qui nihil aliud quærunt quam turbas & ſcandala in Eccleſiam Dei inducere, obſiſtendum edamus. En unum notandum. Præterea, ſi videmus Deum irrideri, ſermones de Scriptura ſancta haberi ad omnem religionem ludibrio exponendam, ſancta ira inflammemur: ea enim de cauſa nos moveri & affici oportet, quum honorem Dei lædi & religionem offendi videmus. Oſtendamus igitur eſſe ſermones Dei. Tertio, quum videmus blaſphemias curſitare per plateas, mercatus, & cauponas, ei malo conemur, quantum in nobis eſt, obſiſtere, ut ejuſmodi blaſphemiam è medio noſtri tollamus & purgemus. Non patiamur igitur, quantum in nobis erit, nomen Dei vituperari. Utque concludamus, quotieſcunque malum regnare videbimus, nos ipſi opponamus, ipſumque adeo corrigere & emendare conemur: tunc Deus nobis eum honorem tribuet, ut nos pro ſuis procuratoribus & advocatis agnoſcat. Sed ſi aliter agimus, victoriam Satanæ tradimus, & ſumus rei nominis Dei proditi, quodque id, quod præcipuum eſſe debebat, neglexerimus. En quod nobis obſervandum eſt ſuper hoc vocabulo, quum Eliu dicit, *adhuc eſſe ſermones Dei.* Continuat poſtea hanc ſententiam: ut ſane cauſa eſt valde digna, in qua ſe fideles exerceant, & ſupra vires enitantur. Quum enim dicit, *ſe longe ſcientiam prolaturum*, eo oſtendit, nos de Deo loquentes altius ingenia noſtra, quam naturalis noſter ſenſus ferat, evehere debere. Ac ſane quando homo volet ſecundum imaginationem & rationem ſuam carnalem judicare, numquid ad Deum uſque perveniet? Sed potius nihil aliud agemus quam quod gloriam ejus obſcurabimus. Diſcamus igitur ad Deo gloriam tribuendam ſcientiam noſtram longe lateque proferre: ſicuti exemplum hic nobis proponitur. Quomodo vero? Homo enim nunquam ſcientiam ſuam proferet ad loquendum de Deo ut par eſt, niſi cognoſcat, Majeſtatem ejus omnibus noſtris apprehenſionibus ſublimiorem eſſe: ac proinde oportere, ut ad nos deſcendat: noſque ad ſe erigat & aſſumat. En igitur quomodo cum omni reverentia nos humi-

perbia erit, ita ut, ſubtilitate ingenii noſtri, quaſi idonei judices eſſemus ad pronunciandum de omnibus, confidentes, illam evolvamus; aut verbum Dei cum carnalibus & mundanis noſtris affectibus miſcebimus. Cæterum tantum abeſt, ut ſcientiam noſtram in longum proferamus, ut vanis & inanibus noſtris imaginationibus, maliſque noſtris cupiditatibus, quæ nos in hæc inferiora pronos & conſtrictos retinent, ſimus præoccupati, ita ut ſurſum in cœlum caput erigere non poſſimus. En cur tam exiguum profectum videamus, ita ut magna ex parte, qui fideles ſe nominant, neſciant quid ſit Deus, nec ſcire cupiant. Diſcamus igitur exemplo Eliu attollere. noſtram ſcientiam, & eam in longum extendere & proferre, quum de Deo loquendum eſt: diſcamus quoque ipſi eum honorem exhibere, ut habeamus reverentiam, quæ nos ad ipſum intuendum diſponat. Nam ecce etiam quomodo impletur hæc ſententia Scripturæ ſacræ, Deum appropinquare ad humiles, exhibere ſe iis qui ſibiipſis, nullam ſibi boni guttam attribuentes, diffidunt. In ſumma, quotieſcunque de Deo loquimur, ne cerebro noſtro habenas laxemus, ſed diſcamus ſcientiam noſtram longius proferre. Eliu ſubjicit, *ſe probaturum ſuum Formatorem eſſe juſtum.* Hic igitur videmus, quo tendere debeant omnes ſermones noſtri, quum de Deo verba facimus, ut nimirum ejus gloria defendatur: omnis itaque doctrina, quæ ad hunc finem referetur, pro bona & ſancta habenda eſt: quemadmodum contra, quum homines ad honorem Dei imminuendum diſputant, certum eſt, quamcunque ſpeciem præ ſe ferant, nihil in ipſis eſſe præter perverſitatem. Quotieſcunque igitur de Deo loquimur, hoc nobis in mentem veniat, nempe probare ipſum juſtum: hoc eſt, ei tribuere id quod ipſi convenit, ita ut à nobis magnificetur; eum talem, qualis vult cognoſci, cognoſcamus, omne os clauſum ſit, ne quiſquam de eo conqueratur. En igitur, quos ſermones de Deo noſtro habere debeamus: ut nimirum Nomen ejus ſanctificetur, ut in quotidiana precatione à Deo petimus. Eliu autem ſtatim ſubjicit, *ſuos ſermones ſine mendacio fore, & ſe oſtenſurum Jobo, ſe in ſcientia perfectum eſſe.* Profitetur hic ſe nihil cum bona doctrina permixturum, nec in ea fucanda & adulteranda laboraturum. Ac ſane hoc quoque nobis obſervandum eſt, quum os aperimus ad differendum de Deo, ejus operibus, & verbo ipſius, nihil alieni admiſcendum eſſe, ſed puritatem ſervari debere, ut id quod dicimus ſit integrum. Qui enim bonos ſermones malis miſcet, quid ille aliud agit, quam quod bonum & delicatum cibum veneno tamen infectum proponit? Eadem eſt ratio omnium illorum, qui præclaram ſpeciem præ ſe ferunt, ac ſane bonas & veras ſententias proferunt, ſed tamen ipſas mendaciis & erroribus involvunt & implicant. Notemus igitur,

Digitized by Google

modo ſuperius vidimus eo Jobum tendiſſe, non data opera & malitia deſtinata, ſed murmurans videbatur Dei ſapientiam velle ad ſuum nutum accommodare, & in ejus voluntate non acquieſcendo, illum accuſare, ejuſque conſilium evertere. Ea de cauſa Eliu, ut quibuſdam videtur, hic ait, Deum perfectum in ſcientia inventum iri. Sed potius debet hoc vocabulum accipi de eo qui loquitur: quaſi diceret, Senties, me eſſe Doctorem fidelem. Intelligit igitur, quum loquuturus ſit in nomine Dei, Jobum debere omnes ejus ſermones accipere, quoniam de ſuo nihil prorſus ſit admixturus aut additurus, ſed veram doctrinam, & quidem prout ipſam à Deo accipit, perfecte ſit traditurus & repræſentaturus. Quando igitur is, qui à Deo docetur, magnificat ſuam doctrinam, id non ita accipiendum eſſe, quaſi is nimium ſe efferret: Dei enim veritatem à nobis ſupra omnem ſublimitatem, ita ut nihil ipſam obſcuret, defendi oportet. En igitur quomodo hic loquitur Eliu: non ut ſe jactet & venditet, ſed ut doctrina quam fert & annunciat, prout à Deo eſt, accipiatur, & ſub ipſa ſe unuſquiſque humiliet. Ac ſane quando ſe ipſi aliquis opponit, id monſtri ſimile eſt. Sciamus igitur, illic eam perfectionem eſſe, ut univerſum mundum os occludere, & cognoſcere, Deum adorandum eſſe quando nos alloquitur, ita ut ipſi unuſquiſque obſequatur, oporteat. Veniamus autem nunc ad ſermonem generalem, qui hic continetur. Eliu huc uſque præfatione uſus eſt: nunc vero Dei cauſam agere aggreditur, & ait, *Deum, quum ſit potens, & quidem animi magnitudine, neminem rejicere.* Hic ſumit principium ad ſeparandum Deum ab hominibus, illumque ex communi hominum ordine eximendum, ne nobis ſimilis exiſtimetur. Hæc enim cauſa eſt, cur tam male judicemus, quia Deum ex noſtra temeritate metiri volumus, & quidem quaſi infinita patientia à nobis non diſtaret. Quando igitur Deum homini mortali aſſimilari volumus, id perinde eſt, acſi ejus Majeſtatem aboleremus: & tamen hoc frequentiſſimum eſt: quin omnibus modis id ipſum experimur. Si Deus ſeveritate utatur, ſtatim hoc vel illud imaginamur, & adverſus ipſum indignandi occaſionem capimus: ſi nobis minetur, non movemur aut afficimur: ſtatim enim tranſituram ejus iram putamus. Quæ vero tam belluinæ opinionis cauſa eſt? Quia Deum à ſuis creaturis non diſcernimus. Contra etiam, quando Deus pollicetur, ſe nos in gratiam & miſericordiam velle recipere, de eo perſuaderi non poſſumus: impedimur enim & retinemur imaginationibus noſtris: Quid? Tantum illum offendi. Semper ipſum homini mortali ſimilem facimus. En
Pſal. 103. cur in Pſalmo dicat, Quantum diſtat cœlum à terra,
verſ. 11. tantum diſtant & remotæ ſunt cogitationes meæ à
Eſa. 55. vestris. Per Prophetam quoque Eſaïam confirmat
verſ. 9.
differat. Id vero ut oſtendat, ait, Deum fortem neminem rejicere. Quid enim in cauſa eſt, ut homo mortalis proximo ſuo nocere ſtudeat, illum cubito impellere, ut evertat ipſum, aut quomodocunque in ruinam præcipitet? Invidia & æmulatio, qua alii in alios laborant: præterea etiam timor, quia timentes ſic ſecum cogitant, Ille poterit mihi nocere: quantum ille promotus fuerit, tantum mihi decedet. Quia igitur tanta imbecillitas eſt in hominibus mortalibus, ſemper timent ne proximi nimis attollantur. En cur magis contentionibus & rixis pleni ſint: en cur ſemper illos, qui in nimia auctoritate & dignitate ſunt conſtituti, imminutos cupiant. Ea igitur infirmitas in cauſa eſt, ut homines ſemper conentur ſic deprimere ſuos proximos. Inſpiciamus igitur nunc, an ejuſmodi conditionem in Deo ſimus inventuri. Minime, inquam: nimis enim magnus eſt, ut nobis invideat: nequaquam enim curat quid homines dicant. Numquid enim Deo damnum inferre, aut ejus honorem imminuere poterimus, quum valde magni erimus? Non eſt Rex aut Princeps ullus qui poſſit thronum ſuum ſupra nubes attollere: atqui ecce Deum, qui ſupra cœlos omnes eſt, & ſupra Angelos. Homi-
nes vero quid? Propheta Eſaïas loquens de ea ſuper- *Eſa.* 40.
bia hominum, quando illi volunt ſic ſe attollere, ait, *verſ.* 22.
ipſos eſſe locuſtas. Locuſtæ enim ſaliunt, quia magna crura & magnas tibias habent: aliquantulum ſaliunt, ſed ſtatim in terram recidunt. Aut ſunt ſimiles ranis. En igitur comparationem, qua utitur Eſaïas, ut hominum ambitionem irrideat. Supra nubes enim volitemus, ſimus Angelis æquales: videmus tamen, eos ſummam Dei Majeſtatem adorare, alis ſuis oculos
ſuos tegere, ut eſt apud Eſaïam. Deus igitur non du- *Eſa.* 6: 2.
bitat, ne ipſi poſſimus nocere: non vult etiam nobis invidere, quaſi illi damnum aliquod poſſemus adferre: ſemper integra etiam invitis nobis ejus Majeſtas manebit. Quum ita ſe res habeat, concludendum eſt, nullam inter illum & nos proportionem eſſe, non eſſe nobis imaginandum, Quando Deus ab hominibus offenditur, merito iraſcitur: volunt enim illi quod ſuum eſt eripere. Verum quidem eſt, homines ejus criminis reos eſſe: ſed Deus inde nullum incommodum accipit. Non igitur creaturis ob aliquam infirmitatem, qua ſit præditus, invidebit: magnus eſt. Præterea adjicit, *Ipſum magnum eſſe robore animi*, aut *potentem eſſe virtute cordis.* Quibus verbis alterum vitium, quod eſt in hominibus, tangit Eliu: nam etiam ii qui ſunt potentes, & qui inferioribus non deberent invidere, timebunt tamen illos, quia effœminato ſunt & molli animo: quomodo videmus Reges & Principes ita maligna natura interdum præditos, ut, quum vident aliquem virtute inſignem, doleant. Cur? Quia in ipſis non ineſt vera nobilitas, ut ſic apud ſe ſtatuant, Deus me in hoc dignitatis faſtigio

collo-

Digitized by Google

Quum ita ſe res habeat, non verendum eſt nobis, ne honor Dei hominum virtute obſcuretur. Sed en quod nobis conſiderandum eſt: Deus non cognoſcitur in ſe juſtus & potens, ut meretur, ſi ſecundum ſenſum noſtrum naturalem ipſum volumus contemplari. Cur? Quia ingenia noſtra nimis tarda ſunt, ut tam alte poſſimus aſcendere. Sed quum contemplamur dona & virtutes, quas diſtribuit hominibus: en vivas imagines, in quibus ſe exhibet: & quo magis in integritate ambulant homines, id ad magnificandum Deum prodeſt, quia eo ipſo colitur & honoratur. Videmus igitur modo, Deum in numero hominum non eſſe collocandum, nec de eo modo noſtro judicandum eſſe, ſed illum penitus à nobis ſeparari debere: ut ſane cœlum non tam remotum eſt à terra, quam ab ipſo diſtamus: juxta illud quod jam ex Pſalmo & Propheta Eſaia attulimus. Nunc vero Eliu, poſtquam ſic loquutus eſt, adjicit id quod modo attigimus, nempe multa poſſe providentiæ Dei ſigna obſervari, quamvis res ſint in mundo confuſæ. Ac ſane quamvis Deus non ſervet modo ordinem æqualem, animadvertitur tamen, ipſum in res hujus mundi imperium habere: quod ſi habenas non teneret, undequaque magna & horrenda eſſet hic inferius confuſio. Sufficiat igitur nobis hic habere aliqua veſtigia providentiæ Dei, ut gloriam ipſi debitam tribuamus, & dicamus, Domine, tu es mundi Judex, quicquid ſit: & quamvis multa peccata impunita relinquas, quamvis juſti & innocentes multas afflictiones perferant: animadvertimus tamen, omnia regi tua manu, teque ſummum in omnia imperium habere. En igitur quod hic ab Eliu tractatur. Primo autem loco dicit, *Deum non vivificare improbos, & dare judicium afflictis, nec oculos à juſtis avertere.* Hæ ſententiæ, quas hic Eliu accipit, ſunt generales: & nobis etiam in genere concludendum eſt, Deum eſſe juſtum, quum ſignum aliquod juſtitiæ ipſius percipimus: ſed nobis id, quod jam ſuperius declaratum fuit, retinendum eſt: ut, quum videmus res nondum in eum ordinem & ſtatum, quem optaremus, aſſertas, id nos admoneat, Deum ſemel mundum judicaturum in perſona Filii ſui: juxta etiam articulum noſtræ fidei, Jeſum Chriſtum venturum eſſe ad judicandum vivos & mortuos. Ac ſane, ſi, uti diximus, omnia ex animi noſtri voto diſpoſita eſſent, quid fieret? Nullam amplius, quod attinet ad ultimam reſurrectionem, fidem haberemus. Si igitur videamus, Deum non exercere hic omnia judicia ſua, ſed aliqua reſervare, id nos confirmet in ſpe ultimi diei, & in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui omnis potentia eſt data à Deo Patre, ut appareat in Majeſtate ſua ad ordinanda & inſtauranda ea, quæ fore, quum eo veniendum erit. Diſcamus igitur hanc doctrinam ad praxin revocare, prout illa nobis hic oſtenditur, nempe *Deum non avertere oculos ſuos à juſto, & non vivificare improbum.* Quomodo vero id cognoſceremus? Non ſemper, neque æqualiter, uti diximus, ſed tamen Deus ſatis experimentorum nobis dat, ut concludere poſſimus, ipſum ſatis ſuper bonos vigilare ad illos tuendos: illos in ſua cuſtodia habere, illorum miſereri, eoſque omnibus periculis liberare. Talia ejus rei exempla videmus, uti hanc ſententiam in nobis certam, ratam & fixam eſſe oporteat. Cæterum videmus etiam, Deum manum ſuam potentem & validam exerere ad reprimendas iniquitates hominum non ſemper: multas enim impunitas relinquit & diſſimulat: in multis etiam improbis favere videtur. Sed jam oſtendimus, illud debere fidem noſtram confirmare: ac ſane debemus adverſus hoc ſcandalum muniri, ſcientes, Deum id, quod modo non implet, in ultimum diem reſervare. Sed tamen, quicquid ſit, videmus, Deum, quum ejuſmodi maleficia punit, peccatum odiſſe & deteſtari. Ex eo igitur judicandum nobis eſt, *Eum non vivificare improbum.* Quemadmodum autem hæc doctrina hic ponitur, ut diſcamus Deo in omnibus gloriam tribuere: ſic notemus, eam debere fidem noſtram ædificare, & nos ad timorem erudire. Si videmus igitur, Deum non avertere oculos à bonis, ſed eorum miſereri ad ipſos adjuvandos, confirmemur in fiducia bonitatis ipſius, ut ad eum, quoties affligimur, confugiamus. Si à Deo aliquem liberatum vidimus, aut nos ipſi liberati ſumus, hoc nos inducat ad revertendum ad ipſum, ut ſic dicamus, Quomodo? Deus meus me experientia docuit, ſe paratum eſſe ſubvenire omnibus iis, qui in ipſo confidunt: & Scriptura ipſa dicit nobis, Venite ad *Mat. 11.*
me omnes qui onerati eſtis & laboratis, ego vero vos *verſ. 28.*
ſublevabo. En igitur, quomodo teſtimonia omnia, quæ Deus nobis dat, ut probet, ſe non avertiſſe oculos à bonis, nos debent confirmare in promiſſionibus, quas nobis de ſua bonitate exhibet. Sic contra, quando dicitur, Deum non vivificare improbos, id ad praxin revocare diſcamus. Si videamus, crimen aliquod puniri, ſollicitemur ad ambulandum in timore, ut dicamus, Non hic eſt ludendum cum Deo. Cur? Illum caſtigat, ut ejus damno erudiamur: inſignis vero ea eſt gratia, quum ejuſmodi ſuæ ſeveritatis & iræ dat exempla, ut illo non tangente nos nihilominus admoneamur ejus vindictam omnibus paratam, & quam nobis immittere poſſet, effugere. En igitur quomodo omnia exempla caſtigationum & correctionum, quas Deus in hoc mundo exercet, & quæ nobis ob oculos ponuntur, nobis documento eſſe

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA
IN
LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVI.

6. Non vivificat improbum, & dat judicium afflictis.
7. Non avertet oculos ſuos à juſto: collocabit Reges in ſolio.
8. Si vincti fuerint compedibus, aut irretiti fuerint funibus in afflictione,
9. Annunciat illis peccata ipſorum, & facit ut ſentiant ſuas prævaricationes, iiſque moveantur & afficiantur.
10. Revelabit aurem eorum ad correctionem, dicetque ut revertantur ab iniquitate.
11. Si audiverint & obediverint, conſument dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria.
12. Si vero non audierint, in enſem tranſibunt, & morientur ſine ſcientia.
13. Hypocritæ corde adjiciunt iram, neque clamant quum alligaverit eos.
14. Morietur igitur in adoleſcentia anima eorum, & vita eorum inter ſcortatores.

POſtquam Eliu dixit in genere, Deum non ita avertere oculos à juſto, quin curam ipſius gerat; & contra non vivificare improbum: adjicit jam ſpeciatim, ad magis approbandam providentiam Dei, *Ipſum judicium dare afflictis.* Hoc enim ab ipſo manare oportet, quum miſer aliquis omni auxilio deſtitutus, nihilominus liberatur quando affligitur. Id, inquam, attribui Deo oportet: ſi enim auxilio omni, quantum ad mundum attinet, deſtituamur, interim potentes & validos hoſtes habeamus, quid aliud de nobis dici poteſt, niſi nos perditos eſſe, nullamque ampl'ius nobis vitæ ſpem ſupereſſe? Si igitur inſtauramur, illic cognoſcitur Deum operatum eſſe. Non ſine cauſa igitur diſerte hunc ſermonem proponit Eliu: ut Deum iſta inferiora regere probet, ſecundum ponit exemplum providentiæ Dei: nimirum politicum & civilem ordinem, quando ſunt *Principes & Magiſtratus qui Rempublicam regunt:* in eo animadvertimus, Deum eſſe juſtum, nec velle res ſine ordine eſſe, & quidem quamvis non ſit in illis conſtans æqualitas, ſicuti heri tractatum fuit: ſed tamen, quum aliquem in mundo ordinem videmus, poſſumus tanquam in ſpeculo intueri, Deum non ita omni confuſioni habenas laxaſſe, quin adhuc aliqua ſuæ juſtitiæ det ſigna. Ac ſane ſi ex una parte, quæ ſit natura hominum, conſideretur; ex altera, quomodo ii qui regunt, auctoritatem & gladium penes ſe habent, officio ſuo fungantur: animadvertitur, & facile erit judicare miraculum eſſe, & quidem quod nos ſentire & cognoſcere oporteat, quum inter nos aliquis eſt ordo. Dico naturam hominum eam eſſe, ut unuſquiſque dominari & imperium in proximos habere, ſubjici autem ſponte nemo velit. Quando igitur Dominus non patitur, ut validior vincat, & adhuc aliquis timor eſt ad obediendum iis, qui ſunt in auctoritate conſtituti: in eo animadvertitur, Deum tenere naturam hominum non ſolum frenatam, ſed quaſi compedibus quibuſdam vinctam, quominus faſtus iſte non ita efferatur, quin ordo civilis ſit ſuperior & potentior. Præterea videmus, omnes malo deditos eſſe, & ita effrenes & æſtuantes eſſe cupiditates, ut unuſquiſque licentiam ad omne malum habere cupiat, omnemque correctionem ſublatam velit. Concludendum eſt igitur, ordinem civilem eſſe à Deo, in eoque ipſum oſtendere, ſe homines creaſſe ut ſe in aliqua honeſtate & modeſtia regant. Ad ſecundum quod attinet, videmus Reges & Principes, & eos qui ſunt inferiori dignitate, quum Deus illos gladio juſtitiæ armavit, quomodo officio fungantur, & omnia pervertant, ita ut videantur in Dei ludibrium, quæ ab illo ſunt conſtituta, pervertere. Quod ſi ii, qui placide ordinem à Deo conſtitutum tueri deberent, conantur ipſum evertere, & quaſi data opera contendunt ad confuſionem aliquam inducendam, & nihilominus ordo civilis remanet in mundo, nec omnia ita ſunt confuſa, quin ejus, quod Deus conſtituit, aliqua veſtigia permaneant, in eo nonne animadvertitur Deum dupliciter juſtum eſſe? Non ſine cauſa igitur Eliu, poſtquam oſtendit, Deum ſublevare afflictos, ſtatim aliam ſpeciem ſubjicit, Deum Reges conſtituere, idque non in unum diem duntaxat, ſed ut ille ordo perduret in mundo. Verum eſt, mutationes hinc & inde fieri, magniſque converſionibus principatus & dominatus volvi, ſed in eo

Deus

Ad ſecundum quod attinet, quum videmus, eos, qui rerum gubernacula tenent, ita perverſos & malignos eſſe, Deum tamen non pati ut ſe illi ad omne ſcelus projiciant: illic humiliemur ad providentiam ejus adorandam, & agnoſcamus, niſi is ipſorum iniquitatem prohibeat, nos in diluvio pluſquam horrendo verſaturos, omniaque ſtatim abſorptum & in abyſſum profundam præcipitatum iri. Deus igitur magnificetur oportet, quando reliquias aliquas juſtitiæ & boni ordinis remanere inter homines videmus, quamvis qui dominantur, & gladium in manu gerunt, ſint omnino improbi & malo dediti. Id igitur cognoſcamus, &, quantum in nobis eſt, ordinem juſtitiæ tueamur, animadvertentes, ſingulare illud eſſe bonum, quod generi humano Deus tribuit, ipſumque adeo velle illic ſuam providentiam agnoſci. Quumque videmus, Principes, Magiſtratus, omneſque adeo qui juſtitiæ adminiſtrandæ ſunt præfecti, ita perverſos eſſe, gemamus, animadvertentes, hunc ordinem, quem Deus ad ſalutem & conſervationem generis humani inſtituerat, ſic profanari; nec ſolum eos, qui Deo adverſantur, & ordini, quem inter nos conſtituit, reſiſtunt, deteſtemur: ſed cognoſcamus, fructus etiam hos eſſe peccatorum noſtrorum, ut culpam & cauſam totius hujus mali nobis imputemus. En quod ex hoc loco nobis retinendum eſt. Nunc vero veniamus ad id, quod Eliu ſubjicit. Ait, bonos interdum in vinculis haberi, aut magnates, de quibus loquutus fuerat, quos Deus in altum dignitatis gradum ſupra cæteros homines evexerat: ſi illi igitur aliquando deprimantur, & quidem ad ignominiam uſque in carcerem conjiciantur, habeantur in vinculis, funibus ad confuſionem ſuam conſtringantur; Deus tamen eos non deſerit in ejuſmodi anguſtia, facit ut ſentiant ſua peccata, annunciat iis peccata quæ commiſerunt, ut iis cognitis reſipiſcant, & ad rectam viam revertantur: aperit ipſis aures, ut ſibi melius attendant, & ſeipſos melius cognoſcant. Eliu igitur hic oſtendit, etiam quum oculos claudere nobis Deus videbitur, nec ullam amplius hominum curam gerere, in eo illum juſtas cauſas habere: & quamvis id mirum & abſurdum nobis videatur, ipſum tamen à nobis in omnibus, quæ agit, juſtum & æquum agnoſcendum eſſe, noſque ejus glorificandi juſtam occaſionem habere. Verum eſt, ſemper id, quod jam ſuperius tractavimus, notari debere: nempe res in hoc mundo non regi æquali ratione, Deumque ſibi in ultimum diem judiciorum, quæ vult exercere, magnam partem reſervare, ut ſemper ſuſpenſi ſimus, exſpectantes adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti. Sed tamen debet nobis ſufficere quod aliqua ſigna habemus, ex quibus id, quod hic declaratum eſt, poſſumus animadvertere. Scopus igitur Eliu eſt antevertere ſcandalum, quod poteſt concipi, quando boni & juſti opprimuntur, Deuſque illos bis ſcrutandam & quærendam cauſam, quæ Deum inducit ad agendum id quod primo obtutu abſurdum nobis videtur. Id alienum ab omni ratione videtur, ut vir bonus ſic affligatur, omneſque in illum impetum faciant. Sed tamen Deus novit, cur id agat. Nobis igitur ſpectandus eſt finis, non vero ſtatim præcipitanda noſtra ſententia, more eorum qui temere judicant. Quinam autem finis eſt afflictionum noſtrarum? ut ſentiamus peccata noſtra. Atque hoc eſt notatu valde dignum, unde poſſumus valde utilem doctrinam colligere. Verum eſt, nobis ſæpius illam proponi, ſed tamen non poſſumus illam nimis frequenter audire: ſcimus enim, afflictiones nobis adeo moleſtas eſſe, ut unuſquiſque indignetur, ſtatim atque aliquem ictum flagelli ex manu Dei ſenſit, nec poſſumus nos conſolari & in patientia continere. Eo magis igitur nobis iſta doctrina notanda eſt: Deum, quum nos vexari, & quidem inique, quod ad homines attinet, patitur, interim tamen procurare noſtram ſalutem, quoniam vult ut peccata noſtra ſentiamus, & cognoſcamus quinam nos ſimus: quum enim res proſperæ ſunt, cæcutimus; ac ſane non recte id quod hic continetur cognoſcemus, niſi caſtigationibus nos eo Deus adduxerit. Si ſumus commode & in deliciis, unuſquiſque dormit & adulatur ſibi in ſuis peccatis, ita ut proſperitas ſit quædam ebrietas, quæ animas noſtras ſopit & obruit. Quodque gravius eſt, quum Deus nos pace & otio aliquo frui ſinit, quamvis illum mille modis offenderimus, nihilominus tamen nobis applaudimus, nobiſque Deum propitium eſſe putamus, noſque adeo diligere, quum non perſequatur nos. En igitur quomodo homines peccata ſua ſentire non poſſunt, niſi vi ad ſe cognoſcendos pertrahantur. Quare quum proſperitas nos ſic inebriet, &, quum quiete fruimur, unuſquiſque ſibi in peccatis blandiatur, patienter nobis ferendum eſt, ut Deus nos affligat: afflictio enim vera magiſtra eſt ad homines ad reſipiſcentiam adducendum, ut condemnent ſe coram Deo, & condemnati peccata ſua, in quibus antea ſe totos immergebant, odio proſequi diſcant. Quando igitur fructum caſtigationum, quas Deus nobis immittit, cognoverimus, eas æquiore & quietiore animo feremus. Sed ita ſumus negligentes, ut nihil ſupra: quia non cognoſcimus, Deum ſalutem noſtram procurare, quando nos ſic affligit. Cæterum diligenter notemus, non eſſe nobis oculis corporeis ſpectandam manum Dei, eo ut ſentiamus peccata noſtra. Accidet enim, ut Deus habenas laxet hominibus, illi nos & quidem injuſte perſequantur, nullaque à nobis affecti ſint injuria. In eo autem ſciamus oportet, Deum nos ad ſuam ſcholam vocare: nos enim magis domare & humiliare vult, quum non dignatur nos manu ſua percutere, ſed nos in manus improborum tradit: tunc enim nobis majorem pudorem

Digitized by Google

timus. Aperit etiam aures iis quos affligit, quoniam ipſis aliquod iræ ſuæ ſignum dat, ut doceantur ſibi melius attendere. Si quis quærat, Quomodo igitur? An non Deus nos alloquitur, quum in rebus proſperis verſamur? Alloquitur, ſed non poteſt ad nos uſque vox ejus pervenire: jam enim ſumus à deliciis noſtris & affectibus mundanis præoccupati. Ac ſane videmus homines exultare, quando ad ſatietatem uſque habent quod comedant, commode ſunt, bene ſe habent, otio & quiete fruuntur: tunc ita in hilaritatem effunduntur, ut Deum non amplius audiant. Sed afflictiones ſunt totidem nuncii iræ divinæ, quos Deus nobis mittit. tunc offendiſſe ipſum vehementer nobis dolet, ſimulque ad nosipſos redimus. Afflictiones igitur in genere debent doctrinæ vim & uſum obtinere erga eos, quibus illæ immittuntur, ita ut ad Deum, quamvis ab ipſo prius remoti fuerint, accedant. En unum notandum: ſed tamen non patiuntur ſe à Deo regi homines, donec ipſe Sancto ſuo Spiritu eorum corda molliverit, & bis admonitionibus, quas nobis proponit, aditum fecerit, aures perforarit ad illos ſuo cultui & obedien-
Pſal. 40. verſ. 7. tiæ conſecrandos, ut dicitur in Pſalmo. En quod nobis notandum eſt: quando etiam affligimur, hoc nobis primum in mentem veniat, perinde eſſe ac ſi Deus nobiſcum ageret, nos peccatorum admoneret, reoſque, ad nos ad pœnitentiam adducendos, peragerer. Sed quoniam in nós haud facile penetrat ſtimulus, quodque amplius eſt, ſumus rebelles, & ad omnes admonitiones quas nobis proponit obſurduimus, precandus eſt nobis, ut aures nobis perforet: & eum aditum ſuis inſtructionibus ad nos faciat, ut illæ nobis proſint: nec patiatur, ut illis corde non affecto aër duntaxat percutiatur; ſed ad ipſum adeundum, noſque ad illum convertendos incitemur. Alias ſciamus, nos ipſum duntaxat irritaturos, omneſque adeo correctiones, quibus erga nos utitur, repudiaturos: ſicuti etiam experientia in maxima parte comprobat, eos, qui flagellis Dei cæduntur, non propterea corrigi, ſed potius deteriores reddi. Quum igitur ejuſmodi exempla videmus, diſcamus nos nihil promoviſſe, donec Deus nobis aurem aperiat, hoc eſt, Sancto ſuo Spiritu faciat, ut ipſum loquentem audiamus, & ipſo audito illi obediamus. En quod ex hoc loco nobis notandum eſt: ſtatim autem ſubjicit, *Ipſos, ſi audiant & obediant, tranſacturos dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria; ſed ſi non audiverint, in enſem tranſituros, & morituros ſine ſcientia.* Hic Eliu magis adhuc nobis declarat, quæ utilitas ad nos redeat ex afflictionibus. Jam enim magnum illud bonum eſt, nec ſatis æſtimari poteſt, quum ad pœnitentiam attrahimur, &, pro eo quod in via perditionis erámus, nos ad ſe revocat. En, inquam, quod dolores omnes in afflictionibus noſtris debet mitigare: ſed hoc amplius eſt, quod nimirum Dominus noſter reipſa oſtendit, quam hoc loco notandum eſt. Poſſet autem quæri, Atqui quis ſcit, an Deus velit nos ad pœnitentiam adducere, quum nos affligit, aut patitur nos vexari ab hominibus? quis ſcit an ea ſit ejus voluntas aut conſilium? Hic vero reſponſum habemus: Quando videmus afflictiones eſſe temporarias, & iis Deum nos liberare; ex eo cognoſcimus, ipſum nolle nos prorſus perire, ſed ſatis ipſi eſſe, ſi deprimamur, & ſub ejus manu humiliemur. Sed quum collum æreum habere volumus ad ipſi reſiſtendum, & quum, quaſcunque nobis immittat caſtigationes, cervicem non inflectimus aut ſubmittimus ipſi, nihil aliud, quam ictus ingeminamus. Contra ſi ſentiamus peccata noſtra ad veniam implorandam, ita ut cognoſcat nos vere ipſis affici, tunc efficit, ut afflictiones nobis in medicinas utiles convertantur, tuncque nos liberat. Id, inquam, totum oculis cernimus. Ne igitur amplius obmurmuremus, quum Deum ejuſmodi turbas in mundum immittere videmus, nec ſcandalizemur, quaſi oculos clauſos haberet: ſcit enim quid agat, ſapientia infinita præditus eſt, quæ ſtatim nobis non apparet: ſed tandem videmus, ipſum res bono ordine & bona menſura diſpoſuiſſe. Interim diſcamus quoque non nimis indignari, quum ſic affligimur, ſcientes, Deum eo pacto ſalutem noſtram promovere. Cæterum ſi volumus ſanari, quando ſic doloribus cruciamur, ſi item bonum & optabilem exitum cupimus habere, ſequamur iter hic nobis propoſitum, nempe ut audiamus & obediamus. Quomodo vero audiemus? Si nimirum doceamur, quum Deus nos tanquam in ſchola ſua habet, & afflictiones nobis ſint totidem admonitiones, quæ nos ad ipſi appropinquandum inducant. Id igitur audiamus: poſtea, quod per unam aurem ingreſſum fuerit, per alteram non exeat: ſed obediamus, hoc eſt, Deo talem qualem debemus obedientiam exhibeamus: nihil aliud petamus, quam nos ipſi ſubjicere. En quomodo malis noſtris liberabimur. Sed quid? non mirandum eſt, ſi homines langueant, imo ſemper magis ac magis in ſuas miſerias immergantur. quin enim Deum loquentem audiunt? Animadvertitur quam multi affligantur & vexentur, cernuntur Dei flagella hodie in omnia loca effuſa. Sed quam pauci attendunt! Videas populum aliquem bello ita oppreſſum, ut ſub onere fatiſcat: ſed inter centum millia hominum vix duodecim reperientur, qui Deum loquentem audiant. En flagellorum ictus, quibus aër perſonat, fletus eſt, ejulatus horrendi ſunt ubique, homines ſatis inclamant, Heu? ſed interim manum Dei, quæ percutit, non reſpiciunt: ſicut Prophe- *Amos 4.*
ta obſtinatis exprobrat, quod plagas ſentientes ma- *verſ. 6.*
num Dei non cognoſcant. Idem animadvertimus fa- *Eſa. 9.*
mis & peſtis tempore. Numquid igitur mirandum eſt, *verſ. 13.*
ſi Deus mittit plagas incurabiles, & facit quod dicitur apud Prophetam Eſaïam, A planta pedis uſque ad *Eſa. 1.*
imum verticem non eſt gutta ſanitatis in hoc populo, *verſ. 6.*
eſt

ctionem reſpuamus. Sed ſi nulla in nobis ratio aut vitæ emendatio ſit, & frenum noſtrum arrodamus, non ſentientes peccata noſtra, eo ut nobis in ipſis diſpliceamus, ſciamus, omnes hujus mundi afflictiones nobis letales fore, niſi diſcamus ad Deum reverti, quando nos invitat, nobiſque locum dat ad reſipiſcentiam: hoc eſt, tempore opportuno veniamus, & janua nobis aperta ingrediamur. Si id non egerimus, oportebit ut caſtigationes omnes, quæ nobis ad utilitatem immiſſæ erant, nobis majori condemnatiuni cedant, ſintque totidem citationes, quibus Deus nos citaverit: quin miſeriæ cumulum in nobis impleri oportebit. Eoque magis nobis attendere debemus, ne ſcientes & prudentes ejuſmodi vindictam Dei in nos provocemus. Numquid enim leve id eſt, quod dicitur, oportere obſtinatos vulnerari manu Dei? & quidem, quoniam homines, quantum poſſunt, fremunt & indignantur, nec volunt ſe Deo ſubjicere, quando Deus illis hanc gratiam largitur, ut eos admoneat, ipſiſque ad ſe aditum præbeat. Ac ſane, quum ſic homines inſurgunt & reſponſant Deo, nonne aperte ipſi inſultant? Nonne gratiam ejus pedibus proculcant? Atqui Deus ejuſmodi malitiam ferre non poteſt: jurat enim per ſuam
Eſa. 22. Majeſtatem, (apud Prophetam Eſaïam,) ſe hoc pec-
verſ. 13. catum nunquam condonaturum, quando homines exultant, & dicunt, Bibamus & edamus, tunc quum ipſos Dominus invitat ad pœnitentiam. En Deum, qui ſic eo irritatur, ut juret, illud peccatum perpetuo coram ſe perſcriptum iri. Eo plus igitur debemus nos ſollicitare ad nos humiliandum, Deo nos admonente; ſcientes, illum eo pacto noſtram ſalutem procurare, ne jugum ſuum, quando vult ipſum nobis imponere, rejiciamus, neve ictus, quos immittit nobis, non ſecus quam ſi incudem tunderet, repellamus. Expreſſe vero dicitur, *Eos, qui Deum non audiverunt, ſine ſcientia morituros*, hoc eſt, ſtultitiam ipſorum illos conſumturam. Id autem eo ſpectat, ut homines reddantur inexcuſabiles. Verum eſt, nos clypeum ignorantiæ obtendere, quum peccata noſtra imminuere, aut abolere prorſus volumus: dicemus, Non cogitabam, non venit mihi in mentem: ſed diſcamus, quum verba fiunt de ignorantia hominis, eam proferri ad majorem ipſorum condemnationem, quia prorſus obbrutuerunt, nec ulla eſt in ipſis ratio
Eſa. 5. aut intelligentia. Sic enim Propheta Eſaïas loqui-
verſ. 13. tur: En cur infernus eſt apertus, ſepulcrum omnia abſorpſit, totus populus fuit conſumtus, (inquit Dominus,) quia ſcientia præditus non fuit. Deus illic conqueritur, quod peccatores ſe ſponte in perditionem præcipitarint; interim dicit id accidiſſe, quia ſcientiam non habuerunt: ſed ſimul exprobrat Judaïco populo, quod ſponte obbrutuerit. Nam Dominus ipſe nos ſatis admonet, per nos duntaxat rum Deum non vult audire in afflictione, is ſine ſcientia pereat oportet: hoc eſt, ignorantia, in qua obbrutuit, ſit cauſa majoris exitii, ipſumque eo magis in maledictionem Dei immergat. Id vero animadvertentes, diſcamus dociles eſſe, &, ſtatim atque Deus loquitur, aures erigamus, & parati ſimus nos verbo ipſius ſubjicere, ita ut nihil ſit, quod nos impediat, quominus ad ipſum redeamus. En igitur, de quo hoc in loco admonemur. Ac ſane certum eſt, naturam noſtram ſemper nos inducturam ad reſponſandum, ut hic dicitur. Cæterum ſtultitia & veſania hominum in eo animadvertitur, quod, quamvis ſtulti & imprudentes nolint exiſtimari, multum tamen laborent, ut ſtultitiæ & ignorantiæ excuſationem ſumant, quum coram Deo ratio eſt reddenda. Sed id totum nihil proderit. Eo magis eniti nos oportet, ad nos in tempore humiliandos, & veniendum ad hanc conſolationem, quam Deus nobis dat, quum ait, ſe nos duobus modis erudire: nam ex parte una facit, ut ſuum verbum nobis annuncietur: ex altera vero, quatenus flagellis ejus cædimur, unuſquiſque noſtrûm inducitur ad redeundum in viam. Habeamus igitur aures apertas ad recipiendum doctrinam, quæ nobis proponitur in nomine Dei, ne ſurdos, hoc eſt, tanquam truncos & ſtipites alloquatur. Interim quoque ſimus patientes ad afflictiones, quas nobis immittet, perferendas, quumque aliquid nobis ex animi ſententia non eveniet, nihilominus tamen Deum & gratiam ejus magnificemus, ſcientes, ipſum eo pacto velle, ut noſtra peccata ſentiamus, ne in illis hærendo pereamus. En igitur, quomodo, ſi ſponte Deo illudere volumus audito ejus verbo, nobis etiam cognoſcendum ſit, quo ipſe ſpectet & tendat, quum nos caſtigat, & mittit nobis afflictiones aliquas, undecunque illæ veniant: nihil enim unquam nobis, niſi ex ejus manu accidet. Eliu vero ſtatim adjicit, *Hypocritas corde adjicere iram, nec clamare, quum conſtringuntur: animam ipſorum in juventute interituram, ipſoſque inter ſcortatores perituros.* Vocat hypocritas corde. Cur illos ſic nominat? Intelligit eos, qui ex malitia, dolo & fraude ſunt toti conſuti: & qui receſſus habent, in quos ſe quam longiſſimè à Deo abdere conantur, nec poſſunt ad integritatem aliquam adduci. Videas enim, multos peccare ſtultitia: quia leves ſunt, facile abducuntur à via; ſed tamen nondum in illis eſt obſtinata malitia, quæ radices egerit. Sunt autem alii hypocritæ corde, qui contemtus & omnis rebellionis in ſe radicem habent, ita ut Deum irrideant, nullam verbo ejus reverentiam exhibeant: Diabolus ita faſcinavit ipſos, ut bonum condemnent, malum ſequantur, ſaltem ipſum approbent, ſeque in ipſo alere & fovere velint. Notemus igitur, Eliu, quando hic loquitur de hypocritis corde, intelligere eos, qui penitus ſunt

 per-

Digitized by Google

castigationibus Dei, existimantes, nos ipſas malitia & obſtinatione noſtra repulſuros, iram duntaxat addituros, & maledictionem Dei magis ac magis auctum iri, donec ab ipſa penitus conſumamur. Quando vero hoc audimus, quid aliud debemus agere, quam Deum precari, quo primum nos ita purget, ut rebellionem illam radicatam in nobis, & malitiam abſconditam non habeamus: ſed quamvis infirmitate peccaverimus, ſemper tamen ſit in nobis aliqua timoris Dei radix, nec correctionem omnem reſpuamus. Demus quoque operam, ut ſemper ei ſobrietati & ſimplicitati cordis aſſueſcamus, ne eo uſque in peccatis noſtris involvamur, ut in illis nobis placeamus. Cæterum notemus, nos, ſi velimus aſtutia & calliditate adverſus Deum uti, non reddituros conditionem noſtram meliorem, ſed potius ejus iram ad-

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut, quum nos corrigit, non fruſtra ictus ſentiamus, ſed ad eum reverti diſcamus: ita ut etiam non exſpectemus, ut iræ ſuæ ſigna nobis exhibeat, ſed ut quotidie verbo ejus, & quidem ratione tam ſuavi & benigna, ſicut animadvertitur, invitati, non obduremur, ſed potius ad ea, quæ nobis proponet, quo ejus judicium præveniamus, nos attentos præbeamus. Quumque aliquam in nos propter vitia noſtra correctionem edere volet, nihilominus tamen ſemper ejus promiſſa ſpectemus, & ſperemus fore, ut, quum mala noſtra ſenſerimus, nos illis liberet, & quidem, modo diſcamus nobis in ipſis diſplicere, eaque abdicare. Nec nobis ſolis hanc gratiam largiatur, ſed etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA PRIMA IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVI.

15. Separat pauperem in ſua afflictione, & revelat aurem eorum in oppreſſione.

16. Quin etiam removiſſet te de ore anguſtiæ in latitudinem, ſub qua nulla eſt anguſtia: & requies menſæ plena eſſet pinguedine.

17. Sed impleviſti judicium improbi, ſed judicium & juſtitia obtinebunt.

18. Ecce enim iram, ne te cum abundantia rerum quantavis perdat, & ne multitudo pretii te liberet.

19. Non æſtimabit opes tuas, non aurum, neque omnes vires potentiæ tuæ.

Vidimus ſuperius, homines nihil proficere Deo reſponſando, ſed potius ſuam conditionem deteriorem reddere: durities enim ipſorum auget vindictam Dei, & eo magis iram accendit. Cæterum ut concludat, dicit eos, qui ſic Deo rebelles erunt, morituros in flore ætatis cum ſcortationibus quomodo in vulgari ſermone diceretur, En corpore robuſto & valido juvenem, qui patibulo eſt deſtinatus. Sic dicitur, Contemtores Dei morituros cum omni ſuo robore: quum enim ſibi eſſe commode vident, pleni ſunt faſtu & ſuperbia: ſed tamen illos Deus conſumet. Iterum vero Eliu proponit id, quod dixerat, *Deum aperire aures illorum, quos affligit.* Nec ſine cauſa hoc commemoratur: perſuaſu enim difficile eſt hoc, & tamen judicare poſſumus, nobis hanc doctrinam pluſquam neceſſariam eſſe. Afflictiones enim nobis duræ ſunt & moleſtæ, ita ut illis irritemur & pungamur, nec manum Dei ferre poſſimus: quin videtur nobis injuriam facere, quia utilitatem, quæ ex ipſis redit, non cognoſcimus. Hoc igitur non poteſt ſatis nobis in memoriam revocari, Deum aperire aurem hominibus, quum ipſos affligit: ideo quoque dicitur, Ipſum illos ſeparare in afflictione. Verum eſt, hoc vocabulum hic exponi, Liberare, quomodo etiam accipitur: ſed non eſt in textu, Deum extrahere ex afflictione; eſt, in afflictione. Eſt igitur ſimilitudo, quam ponit Eliu, quaſi diceret, Deum ad ſe colligere & ſegregare eos quos caſtigat: quia quum homines rebus proſperis fruuntur, vagantur, & caligant eorum ſenſus: ſed ſtatim atque Deus illis manus injicit, & ſeveritatem ſuam erga illos exercet, perinde eſt atque ſi eos aſſumeret, ut peccatorum illos admoneat, eoſque ad pœnitentiam adducat. Videmus igitur in ſumma id quod voluit dicere. Notemus autem, aurem hominum apertam eſſe in afflictione, quia quum ſumus in otio, voluptatibus & deliciis fruimur, habemus oculos obvolutos: quomodo Pſalmus ait, eos, qui proſperis rebus fruuntur, præ pinguedine oculos confixos habere, nihil prorſus cernere: en illos penitus in peccatis obſtinatos. Sic aures obturatas habemus, quum quiete fruimur, nihil poſſumus audire: opus igitur eſt, ut Dominus noſter nobis afflictionibus aures aperiat. Verum autem eſt, hanc doctrinam ſatis probari experientia communi, non eſt hic expoſitio tanquam rei obſcuræ quærenda. Videmus enim, eos, qui malo non premuntur, nullam correctionem admittere

Pſal. 73. verſ. 7.

Digitized by Google

Dei reſiſtunt, & ſemper obdurati remanent, ita ut deteriores in dies fiant, quando ictus ſentiunt? idque nimis commune eſt. Sed hic diſerte mentio fit eorum, quos Deus in gratiam recipit: quando enim affligit homines, ad geminum finem tendit: nam quod ad reprobos attinet, vult illos inexcuſabiles reddere: quod ad bonos vero ſpectat, ita vult ipſos domare, ut corde humili ad ipſum revertantur. Hoc igitur in loco de iis duntaxat agitur, quos Deus perire non vult: eaque de cauſa illos caſtigat. Quod ſi opus eſt, ut Deus ſic agat erga electos, quid in genere futurum eſt natura hominum? Hic verba fiunt de iis, quos Deus pro filiis ſuis agnoſcit, quorumque ſalutem vult procurare, ut eos regat Sancto ſuo Spiritu: & tamen illi aures obturatas haberent, & in ſuis deliciis inebriarentur, niſi Deus illos afflictionibus ad ſe colligeret. Cognoſcamus igitur, hic horrendam eſſe perverſitatem in natura noſtra. Cæterum, quamvis Dominus noſter nos affecerit, bonam aliquam voluntatem & deſiderium ipſum adeundi nobis dederit, hoc tamen auxilio ſemper indigemus, ut Dominus noſter nos ſtimulet, calcaribus admotis fodicet, nos denique penitus domet: quin ad eum uſum omnes afflictiones & miſerias, quas nobis immittit, referamus oportet, cognoſcentes, ſemper rebellionem in noſtra carne fore, niſi ea ſic domaretur. En igitur, quod nobis retinendum eſt. Cæterum diſcamus non eſſe obſtinati adverſus Deum, quando ipſe nos affligit: ſed quum eam notitiam habeamus, ipſum velle nobis aurem aperire, precemur ipſum, ut afflictiones nobis ita proſint, ut ad ipſum accedamus: quod ſi jam in bonam viam introducti ſimus, in ea nos promoveat. Ideo diſcamus non errare & vagari in noſtris concupiſcentiis, quomodo videmus maximam hominum partem ab iis ſic arripi, ut Deo ipſos ad ſe vocante tam remoti ab illo reperiantur, ut ejus adeundi viam nullo modo poſſint reperire. Demus igitur operam, ut nos ſegregemus, hoc eſt, quaſi colligamur ad Deum, & ne ſimus ita in noſtris vanitatibus & malis cupiditatibus inebriati, ſicuti nos ipſis nimis deditos eſſe animadvertimus. En igitur in ſumma, quod nobis ex hac ſententia retinendum eſt. Statim autem ſubjicit, *Ipſum extracturum hominem ex ora*, è verbo ad verbum eſt *ex ore*, *anguſtiæ & afflictionis, & in loco lato collocaturum: nec amplius illum in anguſtia futurum, & quietem menſæ ejus pinguedine plenam futuram.* Hoc vocabulum *quietis* poteſt accipi pro eo quod quieſcit, non minus quam ut dicatur, menſam ejus quietam fore, & bonis cumulatum iri. Hoc vero diſerte Jobum ſpectat, quia bonitatem Dei ſenſerat: ac ſane ipſi Eliu ingratitudinem exprobrat. Adesdum, inquit, nonne antea cognoviſti, Deum tibi res proſperas conceſſiſſe? Unde venerunt tibi tot divitiæ, quas tu poſſediſti, niſi ex eo quod Deus ſe erga te liberalem exhibebat? Cæterum ad-

caſtigationes, quas nobis immittit, feramus. Diſcamus igitur hanc ſententiam ad noſtram inſtructionem accommodare, ita ut, quum flagellis Dei cædemur, in mentem veniat nobis bonorum, quæ ipſe nobis olim largitus eſt: & quidem ut nos penitus ejus voluntati permittamus, & cognoſcamus, æquum eſſe, ut nos huc & illuc, prout ipſi videtur, circumagat. Interim hæc recordatio proderit ad leniendos noſtros dolores: ſi enim in Deo nihil præter ſeveritatem ſenſiſſemus, ita in noſtris afflictionibus indignaremur, ut nullo Deum invocandi & ad ipſum confugiendi ſtudio & deſiderio teneremur. Sed quum ſcimus, ipſum ſe Patrem erga nos exhibuiſſe, noſque ad ſe lenitate & benignitate allexiſſe, tunc facit ut ſentiamus, eos, qui confidunt in ipſo & ſe manu ejus regi patiuntur, eſſe beatos. En igitur quod nobis animum addit, & quidem in medio anguſtiarum noſtrarum. Notemus igitur, ſi malis & afflictionibus premamur, illud quod in præſentia ſentimus, non debere ita conſtringere animos noſtros, ut præoccupati non cogitemus bonitatem Dei, aut conſolationes quas nobis exhibet: eſt enim quaſi quidam gurges inferni, ſi de caſtigationibus duntaxat cogitemus. Quid igitur? Bonitatem Dei cum ejus ſeveritate miſceamus. Si bona habeamus, quæ de manu Dei acceperimus, quum ipſe nos affligit, nihilominus ad ipſum confugiamus, eum noſtris afflictionibus bonum exitum daturum ſperantes, quum nobis multa jam experimenta dederit, fore, ut qui ſic ipſi ſe permittunt, illum bonum & miſericordem Patrem ſint experturi. En igitur quod ipſius Eliu ore nos hic voluit docere Spiritus Sanctus. Veniamus autem ad hunc verſiculum, in quo dicitur, *Jobum implevisse judicium improbi.* Verum eſt, hæc quoque vocabula accipi poſſe, perinde ac ſi diceretur, ipſum implevisse judiciis iniquitatis juſtitiam & judicium. Sed ſenſus naturalis hic eſt, Jobum ſe ad nequitiam projeciſſe, & quidem ut ſe improbis adjungeret. Interim hic mentio non fit vitæ ipſius, quaſi fuerit fur, ſcortator, homicida, blaſphemus, aut diſſolutæ vitæ homo. Eliu de his prorſus tacet: ſed declarat, Jobum in ſuis angoribus, Deum ut par erat non glorificaſſe, ſed adverſus illum nimis irritatum & exacerbatum fuiſſe animo, quaſi Deus ipſi injuriam faceret, quin etiam erga illum crudelitate uteretur. En igitur, in quo Jobus hic condemnatur, non quod vitam ſceleratam egerit, ſed quod non ſatis patienter afflictionem tulerit: id autem dicitur, *Implere judicium improborum*, hoc eſt, approbare illorum mores: nam illud notandum nobis eſt, Deo nihil pretioſius eſſe, quam nominis ſui gloriam. Verum eſt, quod, quum hi dant ſe ſcortationi, alii violentiæ, alii helluationi dediti ſunt, juſtitia Dei in eo violatur, ordo quem inter nos inſtituit pervertitur & corrumpitur, tum, quantum in nobis eſt, peccata

Sup. c. 31. perfectionis. Vidimus, quid ſuperius profeſſus ſit, ſe orphanorum tutorem eſſe, viduarum protectorem, oculum cæcorum, tibias claudorum, menſam ejus omnibus pauperibus patuiſſe, cum illos, qui frigebant, ſui pecoris lana veſtiviſſe, nunquam ſua auctoritate ad quemquam opprimendum abuſum fuiſſe, quamvis ubique regnaret, & multas injurias poſſet alii inferre. Videmus tamen, illum exceſſiſſe modum, & modeſtiæ erga Deum limites tranſiliviſſe, quum tanta vehementia illum manus Dei preſſit. Quid igitur eſt, quum data opera & malitia deſtinata Deo illudemus & inſultabimus? uti jam dixi, homines, quum aberrant à via, quantum in ipſis eſt, ſeparant ſe à Deo, & ſe in retia Satanæ conjiciunt. Nobis igitur attendamus, & , licet juſtiſſime vixerimus, cognoſcamus tamen, nos, niſi gratia Dei, & Sancto ejus Spiritu retineamur, poſſe excidere, quin momento temporis ſtatim quaſi deſtitui. Quod ſi ea fragilitas in nobis inſit, ut tam ſtatim in malum ruere poſſimus, quid futurum eſt, quum diu multumque ad provocandam iram Dei perſeveraverimus, quumque lucem Sancti ejus Spiritus, quantum in nobis eſt, extinxerimus? Demus igitur operam, quo ea ſollicitudine ambulemus, ut cognita noſtra debilitate, nulla noſtri falſa opinione, quæ nos excæcet, teneamur: ſed potius Deum precemur, ut nos regat & manu ſua valida ſuſtentet & fulciat, nec, ut ullo modo cadamus, permittat. Quod ſi accidat, ut ſinat nos à recta via aliquantulum declinare, ita nos retineat, ut ad cumulum uſque iniquitatis non veniamus: ſed ſtatim atque peccaverimus, ad conſequendam miſericordiam gemamus. En igitur, quod nobis hoc in loco notandum eſt. Ut autem melius in timore Dei retineamur, notemus diligenter id, quod Eliu ſubjicit, *fore ut judicium & juſtitia obtineant.* Quaſi diceret, fruſtra homines inſanos agere, Deum tamen ſuum ſtatum incolumem retenturum, & ad extremum ipſorum Judicem futurum. Si homines efferant ſe, ad Majeſtatem uſque Dei propterea non pertingent: fruſtra adverſus Solem dirigemus ſagittas noſtras, tam alte non perveniemus: & quamvis Solem loco ſuo detrahere poſſemus, Deum tamen nunquam poſſemus attingere. Diſcamus igitur, homines hic admoneri, ne tumultuentur & digladientur, ut ſolent, quaſi cauſam adverſus Deum poſſent obtinere, & victoriam reportare de ipſo. Scimus, ſicut hic dicitur, fore ut juſtitia & judicium vincant & ſuperent. Quum videamus mentem & ſcopum Eliu, ea, quæ hic proponit, ad uſum noſtrum applicemus. Jam diximus, homines non dubitare cum Deo litigare & contendere. Cur? Quia ipſum metiuntur ex cognitione quam ſui habent: nec apprehendunt etiam Majeſtatem infinitam, quæ in Deo eſt: id enim ipſorum faſtum & arrogantiam contunderet. Quando igitur tentamur ad nos adverſus Deum

ſcholam nobis pluſquam utilem eſſe ſentiemus, quum verbum ejus, niſi tanquam vi adigamur, non audiamus. En igitur, quod ex hac doctrina retinebimus. Dicitur autem, *Iram ejus accendi, ne homo pereat in ſua ſufficientia & abundantia: tunc enim nulla erit*, inquit, *remiſſio: aurum nec argentum, nec omnes mundi opes quidquam æſtimabit.* En præclaram ejus, quod jam attigimus, confirmationem, Deum nimirum efficere, ut ſentiamus ſuam iram, ne prorſus pereamus: ſi enim parcat nobis, magis ac magis indurabimur. Quando enim homines ſemel à via deflexerint, quo diutius illos exſpectabit, certum eſt, eos magis ſtupidos evaſuros: nam quamvis Deus erga nos lenitate utatur, ſcopuſque ejus ſit nos eo pacto ad officium adducere, tam perverſa tamen & maligna ſumus natura, ut pro eo, quod ad illum accedere debebamus, recedamus. Denique id nimis pervulgatum & ordinarium eſſe videmus, ut homines cum Deo ludant; quando ipſe eos leniter tractat, tum bonitatem patientiamque ejus irrideant. Quum ita ſe res habeat, Deus iram ſuam exerat oportet, alioqui periremus omnes: & quo diutius nos toleraverit, eo magis exitium noſtrum augebit. Atque hoc eſt quod D. Paulus ait, nos eo affligi, ne 1 Cor. 11.
cum mundo penitus pereamus. Nos igitur in me- verſ. 32.
dio dolorum noſtrorum conſolari debemus, quum Deus ſalutem noſtram ſpectet ac procuret, quum ſe erga nos ſeverum exhibet. Neque enim pati poſſumus, ut ſe erga nos Patrem amabilem exhibeat, & leniter nos tractet: bonitate enim ejus abutimur: iram igitur ſentiamus oportet, alioquin actum eſſet de nobis. En in ſumma, quod hic voluit dicere Eliu. Quod ſi hoc diligenter obſervaretur, certum eſt, nobis tam facile, quam quod facillimum, fore nomini Dei in noſtris afflictionibus benedicere: pro eo quod dentibus frendemus, tumultuatur unuſquiſque, Deumque nobis injuriam facere putamus, aut ejuſmodi acerbitatem animi concipimus, ut cor conſtrictum habeamus, nec poſſumus de peccatis noſtris cogitare, placidi eſſemus, & meditanda Dei gratia delectaremur. Sed quid? quamvis confiteamur, hanc doctrinam veram eſſe, quum tamen ad praxin illa revocanda eſt, ſatis oſtendimus, nos illam oblivioni tradidiſſe. Non ſine cauſa tamen Spiritus Sanctus nobis toties hoc proponit, & in memoriam revocat, nempe Deum ſe erga nos iratum exhibere, quia nos diligit. Quod ſi placidum & benignum vultum ſemper nobis exhiberet, id exitii noſtri cauſa eſſet. Reipſa igitur iram ipſius ſentiamus oportet: ſed tamen bonitatis ejus id nobis teſtimonium eſt, eoque pacto nos ad ſe revocat, ne in perditionis via, in quam ingreſſi eramus, inſiſtamus. En quomodo nos admoneri oporteat de fine & ſcopo, ad quem Deus tendit,

quum

conſolationem in noſtris afflictionibus ſentiamus oportet, animadvertentes, Deum nunquam ſuam miſericordiam oblivisci, quin etiam quum fulminare erga nos videtur, ſi nos una manu percutit, altera vult nos erigere, ſi nos in ſepulcrum uſque deprimat, vult nos ſupra cœlos erigere & attollere. Animadvertentes igitur, Deum adhuc in medio ſuæ iræ nobis ſuam bonitatem oſtendere, eamque atteſtari, nonne habemus nos in ipſo conſolandi materiam? Et hæc conſolatio ſtatim quietam & pacatam conſcientiam debet in nobis gignere. Si ea ſeveritate Dei conſternamur, ipſumque adeo nos perdere velle videatur, fieri non poteſt, ut tunc ſimus patientes. Sed contra etiam, quum Deus declarat nobis, ſe nolle nos penitus exterminare, ſed Patrem noſtrum eſſe, quum ad ipſum confugimus, & omni cum humilitate accedimus: id corda noſtra omni rebellione, omni acerbitate purgare debet, ut ejus obſequio ſubjiciamur, ei dicamus, Domine, quum tam benignus ſis erga me, ne patiaris me adverſus tuam manum, quum ea paterna ſit erga me, inſurgere. En igitur, quomodo, ut conſolationem ſentiamus in noſtris afflictionibus, nos Deo ſubjici oporteat, ut ab illo nos regi patiamur, juſtitiam ejus approbemus, ne rebellione noſtra ignem magis accendamus, ut ſuperius dictum eſt. Diſerte vero dicitur, *Ne Deus ipſum perdat & conſumat cum ipſius ſufficientia.* Hoc ſpectat ad retundendum faſtum, qui eſt in hominibus, quia ſemper volunt ſe adverſus manum Dei munire. Ideo Eliu adjicit, *Nullum pretium redemtionis fore*, fruſtra nos *magna munera* allaturos, nullum aurum nec argentum fore, quod nos poſſit manu Dei liberare: quin id exitii noſtri occaſionem fore. Hic vero debemus agnoſcere, Deum voluiſſe deprimere id, quod homines adverſus ipſum attollunt. Si enim quiſpiam dives ſit, alius auctoritate valeat, alius honoratus ſit, & magni fiat: nos ea omnia tanquam propugnaculum aliquod Deo opponere volumus, noſque ſatis firmo præſidio munitos eſſe, ad propulſandam à nobis ejus manum putamus: aut ſi ea vana imaginatione non laboramus, ſemper tamen aliquis in nobis ſtupor erit: donec enim homines dejecti & depreſſi ſint, & agnoſcant, in ſe nullam vim neque virtutem eſſe, in ſe ſatis roboris & præſidii ad Deo reſiſtendum eſſe putant. Quid igitur facto opus eſt? Ut omnem noſtram ſufficientiam nihiloquid minus eſſe diſcamus, & quidem præſertim quando nobis cum Deo res eſt: nam in eam duntaxat inſufflabit: fruſtra omnes totius mundi vires colligemus: non ſolum eas, quæ in aliquo homine, quantumvis omnium qui uſquam fuerunt robuſtiſſimus ſit, ſed quum ſurſum & infra omnes quæ in creaturis ſunt vires collectæ fuerint, id nihil erit, quum manum Dei adverſariam habebimus. Notemus igitur, ut nos coram Deo humiliemus, omnes vanas de

obtendunt, quaſi per illa poſſent malum à ſe propulſare, & hoc pacto pugnant adverſus Deum. Quomodo? unde venit ejuſmodi arrogantia? En vermiculum terræ, qui nihil aliud eſt, quam cadaver & putrefactio, qui adverſus Creatorem ſuum inſurget, nonne in eo horrendum & pluſquam belluinum ſtuporem eſſe oportet? Sane. Quin etiam, quum homo dives eſt, ſe neſcio quid habere exiſtimat, unde magni fiat, aut ſibi tantum arrogat, ut adverſus Deum inſurgat, quamvis ſileat: ecce illum ita hebetatum, ut putet ſe ab auro & argento ſuo poſſe liberari. Non eſt igitur intuendum id, quod homines ore confitentur, ſed nobis ipſorum facta intuenda ſunt, quæ certum arrogantiæ illius diabolicæ dant argumentum & documentum, quod nimirum in auro & argento ſuo confidant, & pro eo quod illa ad verum & legitimum uſum deberent applicare, ea occaſione ejuſmodi ſuperbiam colligant, ut Deum ipſum quaſi cornu ferire velint. Quum ita ſe res habeat, nobis ad id attendendum eſt: neque enim hic Spiritus Sanctus utitur ſermone ſuperfluo. Verum eſt, prima ſpecie nequaquam videri opus eſſe, ut id declaretur, Deum aurum & argentum ſpernere. Ecquis enim illud neſcit? vel pueruli tantundem poſſent dicere: ſed interim ſapientiores, qui tales ſe reputant & ejuſmodi opinionem coram hominibus habent, illi ita ſubinde cæcutiunt, ut ſibi auro & argento redimi poſſe videantur. Quia enim aliquid habent, timentur & honorantur, en illos ſic inebriatos, ut non ſibi amplius ſibi videantur homines. non exiſtimant, Deum illos momento poſſe perdere: ſi enim id cogitarent, nequaquam ea audacia diabolica, cujus memini, ut ſic adverſus Deum inſurgerent, laborarent. Quum ita ſe res habeat, diſcamus melius ſub virgis & caſtigationibus Dei proficere, quam adhuc profecimus. Cæterum quamvis non percutiat nos, proficiamus tamen in correctionibus, quas oculis noſtris offert. Ea enim bonitate Deus utitur, ut nos aliorum damno erudiat, & caſtigationes nobis proponat, quæ nobis documento eſſe debent. Id igitur conſideremus, nec adverſus ipſum inſurgamus. Cæterum videntes, nos nihil poſſe adferre, quod nos ex manu ejus redimat, confugiamus ad pretium illud redemtionis, quod nobis in perſona Filii ſui exhibuit: ſicuti etiam D. Petrus oſtendit, Nos neque auro, neque argento, *1 Pet. 1. v. 18, 19.*
ſed ſanguine pretioſo Agni immaculati redemtos eſſe. En igitur, quo nobis veniendum eſt, ut locum hunc concludamus: ut nimirum, poſtquam cognovimus, nos omni facultate ad evadendum ex manu Dei deſtitutos eſſe, ſed nos penitus conſumi oportere, niſi miſericordia erga nos utatur, cognoſcamus, ipſum bonum remedium nobis exhibuiſſe, quando placuit ipſi Filium ſuum unicum in ſacrificium pro nobis exponere: tunc nos redemtos eſſe,

pretium,

Digitized by Google

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA SECUNDA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVI.

20. Ne conſumas noctem ad exterminandum populos ſub ipſis.
21. Cave ne te ad iniquitatem convertas, ipſam enim potius quam afflictionem elegiſti.
22. Ecce Deus exaltat in ſua virtute: quis ipſi ſimilis eſt ad docendum?
23. Quem ſibi præfecit in viis ſuis, aut *quis ſuper ipſum viſitavit & obſervavit in via*
ejus? quis dicet illi, Tu iniquitatem commiſiſti?
24. Memineris magnificare ejus opus, quod homines contemplantur.

SCimus, bonum & utile eſſe meditari opera Dei. En etiam, unde nos in omnem noſtram vitam inſtructionem & ſapientiam noſtram ſumere oportet: potius vero noctu, quum apud nos ſumus & ſeceſſimus, id facere poſſumus: tunc enim plus otii habemus ad vacandum ei ſtudio: quæ enim interdiu vidimus, illa prætérimus: ſed noctu ea majori cum otio & quiete meditamur, meliuſque illa capimus: nobis tamen modus adhibendus eſt, quum cōnſideramus opera Dei. Si enim noſtri reſpectu nimis alta & ſublimia ſint, ingeniique noſtri captum ſuperent, illic nobis hærendum eſt, & ei gloria tribuenda, etiam quum libet ipſi eorum, quæ facit, cauſam nobis occultare. En vero, cur hoc in loco dicitur, *Noctem non eſſe nobis conſumendam ad nimis meditandum, quomodo populi ſub ipſis exterminentur.* Expedit nobis inquirere, quomodo Deus populos exterminet, & quidem eo ut ad humilitatem erudiamur. Nobis enim ſic colligendum eſt, ſi Deo nullus labor ſit, univerſam regionem cum omnibus ipſius incolis delere, quam facile ipſi erit unum aliquem hominem perdere? Numquid ſingularem hominem ſuperbire, ſibique ſtatum permanentem polliceri oportet, quum in oculis ſuis videt, Deum momento temporis magnam hominum multitudinem perdere & exterminare? En igitur comparationem valde utilem. Quomodo? Si Deus regioni non parcit, quando ab illa offenſus eſt: in me quam maxima & plurima peccata agnoſcit, quid igitur me futurum eſt? Nihil enim aliud ſum, quam miſera creatura. Cæterum, quum id cogitaverimus, ſi interdum accidat, ut perturbata & confuſa ſint noſtra ingenia, nobiſque in mentem dubitationes veniant, ex quibus non poſſimus nos expedire, quid nobis faciendum eſt, niſi ut in ea ſobrietate *nos* contineamus, ut judicia Dei, quamvis illa non capiamus, adoremus? Nos igitur ad Dei opera attentos eſſe oportet; ſed tamen cavendum eſt nobis, ne modum excedamus & nimis alte de ipſis inquiramus. Et ecce cur nobis hoc in loco prohibeatur noctem conſumere, aut ipſam abſorbere. En igitur unum notandum. Cæterum notemus, quando dicitur, *populos ſub ipſis exterminari*, id eo dici, ad amplius magnificandam potentiam Dei, in eo, quod efficiat, ut homines in loco ipſis ad habitandum conceſſo tanquam abyſſo aliqua abſorbeantur. Si populus quis in omnium oculis regione ſua pelleretur, & in remotam tranſportaretur, & tamen idem ſemper eſſet & eundem ſtatum retineret, id non tantam nobis admirationem concitaret: ſed, prout ſunt mutationes, quæ mundo accidunt, Deus videtur efficere, ut homines inſtar nivis colliqueſcant. Ac ſane videmus, regionem, quæ incolis referta fuerat, ſtatim deſertam fieri. Quid incolis factum eſt? Verum eſt, ipſos huc & illuc diffuſos eſſe: ſed tamen ipſorum memoria quaſi deleta eſt, quum obſervari non poteſt, quid illis factum ſit. En igitur, quam vim habeat hoc vocabulum, quum dicitur, *populos exterminari in ſuo loco, & quaſi ſub pedibus ſuis:* quaſi terra aperiretur, ipſi abſorberentur, nec vix ipſorum veſtigium poſſet agnoſci. Quum Deus ſic operatur, id admirabilius eſt, quam ſi populi de loco in locum ſubinde moverentur, & oculis deprehenderetur, quomodo Deus illos ex regione aliqua in novas ſedes transferat: hæc enim cauſa eſt, quod Deum ſicut par eſt non timemus. Virtutem tamen ejus abolemus, quum ſublimitatem quæ in ipſo eſt, quæque nos terrere debet, non formidamus. Diſcamus igitur, quotieſcunque ingenium noſtrum ad meditanda judicia Dei, quæ in hoc mundo exercet, applicamus, ſic apud nos reputare, Illa nimis ſublimia eſſe, quumque ea diligenter conſideraverimus, nobis in via hærendum eſſe, & ingenia noſtra in tantam longitudinem & latitudinem non poſſe ſe proferre. Interim vero eſt alia admonitio utilis, Non oportere, ut Deus mediis inferioribus & viſibilibus utatur, quum nos volet conſumere: nam etiamſi ſtemus, nihilominus efficiet, ut colliqueſiamus. Terra, quæ hodie nos ſuſtinet, nobis dehiſcet, deficiet, quamvis nullum adver-

ſarium

convertat. Sub hoc vocabulo autem ne intellexerimus furtum, aut homicidium, aut invidiam, aut ſimilia; ſed intelligamus indignationes adverſus Deum, obmurmurationes, & rebelliones, quæ ex impietate promanant. En igitur, cur hic dicatur, Jobum ſibi cavere debere, ne ſe ad malum convertat: quoniam ſe non ſatis patientem oſtenderit, eo ut ſe Deo ſubjiceret, & juſtitiam ejus, dum affligebatur, confiteretur. Diſerte vero ipſi dicitur, *ut ſibi attendat*. difficile enim eſt, ne, afflictione nos premente, in illam iniquitatem cadamus. Cæterum quod Jobo dicitur, nobis omnibus prodeſſe debet. Atque ita hanc ſententiam accipiamus, quaſi S. Spiritus nos in genere omnes admoneret, ut tunc, quum affligimur, vigilantes ſimus, eo ut ad malum non declinemus. Cauſa vero quæ? Statim atque manus Dei nos tangit, indignamur, ut qui maxime, & levia nobis dolorem concitant: quin ſi afflictio magna ſit & vehemens, ecce nos proſtratos, quæcunque in nobis prius fuerit animi magnitudo; & quamvis invicti futuri eſſe videremur, animo tamen cadimus, & de nobis actum eſſe exiſtimamus. Quum igitur ea fragilitas in nobis ſit, nos nobis attendere oportet, & dare operam, ut firmi ſtemus. Et quidem eo quod, quamvis in id enitamur, valde tamen adhuc difficile ſit perſeverare, quin aliquo modo cadamus. Interim debemus animum ſumere, quum videmus Spiritum Dei agnoſcere, quam ſint difficiles noſtræ luctæ. Nam ſi laboramus, eo ut à malo nobis caveamus, ne dubitemus Deum nos toleraturum, ſi videat nos alioquin conſumtum iri, modo eo tendamus: & in id unuſquiſque noſtrum incumbat, & enitamur, quamvis in nobis ſit debilitas, non plene officio fungamur, laborem tamen noſtrum Deus probabit, ſimulque gratum & acceptum habebit. En quod nobis debet animum addere. Sed tamen nos in hoc diligentes eſſe oportet, juxta id quod nobis hic oſtenditur. Ne igitur nobis adulemur, ſed in eo inſiſtamus & immoremur, ne nos ad malum convertamus, hoc eſt, ne nimis animo commoveamur, ſi virgis Dei cædimur. Laboremus, inquam, ne ipſi reſponſemus, neve adverſus ejus juſtitiam obmurmuremus: nam, ut ſuperius vidimus, hic eſt cumulus iniquitatis, quum homines ſic adverſus Deum inſurgunt, ipſi ſunt rebelles, nec ea quæ facit, eo ut ipſi gloriam tribuant, probare poſſunt. Et quamvis illud malum tale non appareat judicio hominum, Deus tamen ipſum pro deteſtando & execrando crimine habet, non ſine cauſa. Nobis igitur attendamus, ut, quotieſcunque afflictionem aliquam ſentiemus, nos penitus Deo ſubjiciamus. Atque hoc illud eſt, quod apertius Eliu declarat, quum ſubjicit, *Jobum malum potius elegiſſe, quam afflictionem*, aut *propter afflictionem*. Ambæ expoſitiones ad eundem finem tendunt: ut nimirum oſtendant, Jobum non tumeremur? Quapropter primum cognoſcamus, afflictionem, quamvis nobis mittatur ad nos domandos, nos tamen ad Deo rebellandum, non ſua natura, ſed vitio noſtro incitare. Quando igitur Deus nos caſtigat, vult nobis obſequentioribus uti: ſicuti peccata noſtra declarat, ut ea condemnantes ad ipſum confugiamus, & ipſo pro Judice agnito veniam & miſericordiam ejus imploremus, & diſcamus non amplius nobis in noſtris peccatis placere, aut applaudere. En igitur, cur Deus nos caſtiget: ſed afflictiones in contrariam partem convertimus: pro eo quod enim manui Dei ſubjici debebamus, nihil aliud quam reſponſamus, dentibus frendemus, & tumultuamur. Denique non ægroti nec pauperes eſſe, nec alias miſerias in hoc mundo pati poſſumus: quin cuperemus Deum nos miſſos facere. Sic ab afflictione ad malum declinamus. Agnoſcamus igitur in nobis eam perverſitatem, ut media, quæ Deus inſtituit ad nos frenandos, & ſub obſequio ſuo cohibendos, ea in contrarium vertamus, hoc eſt, more ferarum ferociamus, adverſus ipſum indignemur, & adverſus ſtimulum calcitremus: animadvertentes igitur, ejuſmodi vitium in nobis eſſe, adverſus ipſum, quantum in nobis erit, obniti diſcamus. Quod ſi Jobus hic nihilominus accuſatur, ut qui in afflictione elegerit iniquitatem: cogitemus, id multo magis nobis eventurum, niſi nobis attendamus. Cæterum quum dicitur, *Potius quam afflictionem*, (hæc enim aptior, & magis naturalis eſt expoſitio: quamvis ambæ, ut diximus, ad idem recidant) loquendi ratio venuſtatis aliquid habet, unde doctrinam poſſumus colligere. Dicitur igitur, *Jobum potius iniquitatem, quam afflictionem elegiſſe*. Quomodo? Quum aliquis adverſus Deum indignatur, numquid ejus manum propterea evadit? Minime: ſed non continet ſe in ſuo loco & ordine. Hanc enim vim habere debet afflictio, ut dejiciamur. Atqui adverſus Dei manum pugnamus. Verum eſt, id fruſtra fieri: fallet enim nos noſtra ſpes & exſpectatio, nec quidquam proficiemus: ſed tamen cuperemus, ſi id fieri poſſet, non amplius Deo ſubjici, quotieſcunque ſic impatientia adverſus ipſum dentibus frendemus. Ideo dixi, vocabulum hoc bonam doctrinam continere. Si enim vere ſentiremus, omnes eos, qui non poſſunt ſe afflictionibus ſubjicere, invitos Deo ſubjici, & libenter omnem ejus virtutem repulſuros: impatientia nobis majori, quam ſit, horrori eſſet, quin ſentiremus ipſam eſſe blaſphemiam intolerabilem. Quando igitur non eſt nobis religioni indignari, id ſignum eſt nos non cognoviſſe id, quod in hoc loco dicitur, nempe omnes eos, qui ſunt impatientes, nolle amplius Deo ſubjici, ſed libenter ipſi imperium & poteſtatem, quam in ipſos habet, erepturos. En quod debet nos admonere, eo ut ſolito magis patientes ſimus,

quo-

[illegible] bis præter vanitatem, donec in ſapientia Dei fundati fuerimus; quia nuſquam alibi eſt ulla firmitas, reliqua omnia evaneſcunt. Ac ſane ſapientes hujus mundi, quum valde literati & ſubtiles fuerunt, nubeculas tamen ſemper aliquas habuerunt, quæ illarum ingenium obſcurarunt, ita ut nihil certi habuerint, ſemper confuſi fuerint: idem accidet illis omnibus, qui ab hominibus docentur. Vera igitur hæc eſt ſententia, nullum doctorem eſſe cum Deo conferendum; quia nunquam perfecte erudiemur, donec verbum Dei cognoverimus. Sed Eliu adhuc hic longius tendit, nempe nos à Deo doceri, quum ipſi viſum eſt nos intus Sancto ſuo Spiritu afficere, & ita in nobis operatur, ut Majeſtatem ejus cognoſcamus, quo nos ipſi ſubjiciamus. Non invenietur autem creatura, quæ id efficere poſſit: proprium enim eſt Dei, & Sancti ejus Spiritus officium: nec non etiam ubique ſibi hanc laudem reſervat, ipſumque adeo illa dignum eſſe experientia comprobat. Quum enim indeſinenter Scripturam ſacram legemus, ea nobis exponetur, eruditione & ingenii dexteritate inſignes viros, qui illam nobis exponant, habebimus, inutilis tamen ipſorum labor erit, nec quidquam nobis proderit, donec Deus Sancto ſuo Spiritu nos illuminet, corda noſtra afficiat & emolliat, aures nobis perforet, (ſicuti ſuperius vidimus, ipſum nobis oculos aperire,) corda noſtra, quæ lapidea ſunt, in carnem convertantur, ipſiuſque jugo nos ſubmittamus. Donec id in nobis Deus effecerit, fruſtra docebimur: excidet enim nobis omnis doctrina, & effluet, nunquam radicem in animabus noſtris aget. Non ſine cauſa igitur hic nobis proponitur, non eſſe Deo ſimilem ullum doctorem. Cæterum id eo non dicitur duntaxat, ut ab ipſo, ut par eſt, doceamur: ſed ut non eſſe ſapientes in noſtris diſcurſibus & imaginationibus, quas poterimus concipere, diſcamus. Cur? Id enim eſſet januam nobis claudere, ne veniamus in ſcholam Dei. Quid igitur facto opus eſt? Ut omnino diſcamus ignorantes eſſe, donec Deus ſuam voluntatem nos docuerit. Cæterum contenti ſimus id duntaxat, quod ab ipſo habemus, ſcire; quod vero ipſimet excogitabimus, pedibus conculcemus, ſcientes, id merum mendacium & errorem eſſe. En igitur, quod Eliu hoc in loco intellexit. Ideo etiam dicitur, *En Deum, qui exaltat in virtute aut extollit*. Eo oſtenditur, quum Deus operatur, non eſſe quod exiſtimemus, nos omnia, quæ agit, exacte poſſe cognoſcere: quomodo opus hominis, quum ipſum in oculis habemus, poſſumus examinare, intuemur illum, & undique circumſpicimus: contrectare enim ipſum, & pro arbitrio noſtro circumagere poſſumus. At non eadem eſt operum Dei ratio. Cur? Extollit enim in ſua virtute, hoc eſt, admirabilis eſt in iis quæ agit. Non eſt igitur quod homines ſibi ſu- [illegible] *in virtute exaltare*, cognoſcamus, ipſum nolle nos arbitrio noſtro divagari: quare ne hanc ſuperbiam in nobis concipiamus, ut opera ejus ſimilia exiſtimemus operibus hominum; ſed ſciamus, ipſum velle illa magnifieri & adorari. Cæterum quia Spiritus nos deficit, & interim caro noſtra nos ſollicitat & titillat, eo ut plus, quam nobis licet, inquiramus: retineamus, neminem ad docendum Deo ſimilem eſſe, nobis igitur ad ipſum veniendum eſſe, ut nos illuminet, ingeniaque noſtra ſub ejus manu & ductu regantur. Quum in ea ſchola eruditi fuerimus, ſatis in operibus Dei perficiemus, & interim habebimus quo omnes noſtras curioſitates refrenemus. Ac ſane nos ſemper vigilantes eſſe oportet, ad nos cohibendos: nam quamvis fideles ſint modeſti, & ad id ſe longo uſu aſſuefecerint, ut ſe à Deo erudiri & doceri patiantur: ſemper tamen in ipſorum cerebro volitant quædam curioſitates, diſtrahuntur, multæque illis ſe offerunt imaginationes, Cur hoc? Cur illud? Sed redeamus ſemper ad hanc concluſionem, Quia non ſumus idonei ad complectenda intellectu opera Dei, nec ulla quoque creatura ad id idonea eſt, nobis ad ipſum veniendum eſſe: & oportere, ut non ſolum ſuo nos verbo erudiat, & ea quæ illic continentur diſcamus: ſed etiam illuminemur, corda noſtra diſponat, noſque ſibi ſubjiciat, ut nos penitus frenatos contineat. En in ſumma, quod nobis ex hoc loco diſcendum eſt. Subjicitur autem, *Quis ſupra ipſum viſitat in via ejus? & quis illi dicet, Feciſti iniquitatem?* aut, *Quem ſibi præfecit in via ſua?* nam vocabulum ſignificat aliquando conſtituere in eminentia & dignitate, interdum viſitare. Eſt tamen Eliu mens & ſcopus apertus, nempe non eſſe creaturarum mortalium in opera Dei inquirere, ut carpant & redarguant ea quæ agit: quaſi ipſe malus eſſet, aut non noviſſet quomodo res eſſent diſponendæ. En ſummam eorum, quæ hic continentur. Ut magis familiarem doctrinam ex hac ſententia colligamus, uno verbo hoc ſumamus, Homines judicari à Deo, nec ullam habere auctoritatem de ipſo judicandi. Id nobis oſtenditur his vocabulis, quibus Eliu utitur. Si igitur Deum judicare volumus, ſacrilegium eſt: illud enim quod ipſius pro-
prium eſt ſumimus nobis & arrogamus. Scriptum eſt, *Eſa. 45.*
omne genu coram ipſo flexum iri. Cur? Ad compa- *verſ. 23.*
rendum coram ipſius tribunali, ut D. Paulus exponit *Rom. 14.*
in decimo quarto cap. ad Rom. Quum igitur hoc *verſ. 11.*
ſibi ſoli Deus reſervet & ſumat, ut nimirum nos judi- *Phil. 2.*
cet, quid nobis ſupereſt, niſi ut ab hac diabolica au- *verſ. 10.*
dacia abſtineamus, ut ſic velimus ipſum carpere, & *Rom. 14.*
reſiſtere: quaſi quidpiam deſiderandum aut repre- *verſ. 10.*
henſione dignum ſit in iis quæ agit, aut ipſi ratione *2 Cor. 5.*
& prudentia prævaleamus. Quod ſi hoc diligenter *verſ. 10.*
obſervaretur, alia in hominibus ad Deum laudandum modeſtia cerneretur, & pro eo quod blaſphemiæ curſitant

mus, & in devia præcipites ruamus. Conjungendæ autem ſunt hæ duæ ſententiæ, prout hic ponuntur. Prima eſt, Quis poterit Deo dicere, Tu feciſti injuſte? altera, Nobis in mentem venire debere ipſum magnificare. Verum eſt, majorem partem eo uſque efferre ſe: ac ſane audientur obmurmurationes adverſus Deum: & quamvis in omnibus juſtus & æquus ſit, ipſum tamen accuſare non deſinunt homines. Nec tamen ad illum uſque pervenire poſſunt. En vero cur eam arrogantiam irrideat Eliu, quando ait, Neminem poſſe Deo objicere, ipſum iniquitatem commiſiſſe. Poterunt quidem homines blaſphemias ſuas evomere: effluent tamen & evaneſcent inſtar aquæ: Deus vero integer & incolumis manebit, & eam arrogantiam irridebit, quum volent homines ſic ſe in ipſum efferre. Notemus igitur, eos, qui non continent ſe in ea modeſtia, quam diximus ſequendam eſſe, nihil profecturos, quum multa adverſus Deum objecerint. Cur? *Quia neminem ſupra ſe dominum Deus conſtituit.* In eo nobis oſtenditur, valde ſtultos & veſanos eſſe homines, ſimulque mente captos, quum ſic adverſus Deum diſputant. Cur? Quis illos in eo munere collocavit? Si quis vellet illos judicare, in quos nullum imperium obtinet, tributa illis imperaret, judicia in illos pronunciaret, numquid ea arrogantia approbaretur? Nonne pro ſtulto ejuſmodi homo haberetur? Sumus autem longe magis ridiculi ſic inſurgendo adverſus Deum. Si mendicus aliquis daret Ducatus, & Imperia, conſtitueret Judices & Præfectos in regione aliqua: unuſquiſque ipſum irrideret. Atqui nos longe plus agimus, quando ſumimus & arrogamus nobis Deum regere, & illi, quæ agere debeat, præſcribere. Quo vero procedit ea veſania? Si vellemus omnes Principes mundi noſtro arbitrio ſubjicere, non tanta eſſet nec tam furioſa ea arrogantia, quam hæc. Hic igitur Eliu oſtendit, ſi tentemur ad judicandum nimis temere & præcipitanter de operibus Dei, ratioque noſtra nimis audax & ſuperba ſit, nobis eo veniendum eſſe. Quid? Quum omnia diligenter penſitata fuerint: numquid noſtrum eſt Deum intueri, ad carpendum ipſum, ad ſpeculandum, quum aliquid egerit, ut reprehendamus ea quibus ille manum admoverit? Numquid in ipſum imperium & inſpectionem habemus? numquid nos in ejus vias inquirere oportet? Quum igitur hoc conſtitutum habebimus, ſufficiet ad repellendas omnes curioſas quæſtiones, noſque ſub freno habendos. Nam in ſumma concludendum erit, Deum, opera ſua nobis oſtendentem, velle ut ipſa, tanquam longe infra illum poſiti, intueamur. Hic dicitur, *Quis viſitabit ſuper ipſum?* Hoc vocabulum magnam vim habet, ſunt enim duo modi intuendi opera Dei. Unus eſt, quando tenuitatem noſtram ſentimus, & agnoſcentes nos hic humi repere, fide ſurſum animos noſtros tollimus, ſcientes, nos ad arcana tam alta tamque profun-

tutum eſt. En igitur modum contemplandi opera Dei maledictum & perverſum: quum nempe homines ad ipſum accedunt, quaſi pedibus omnia quæ agit proculcaturi, & ab eo rationem exacturi, & ſententiam laturi, quaſi in ipſum jus & auctoritatem aliquam haberent. Caveamus nobis ab eo faſtu diabolico: eſt enim exitium certum & ſimul letale. Cæterum retineamus admonitionem, quæ inde appendicis inſtar dependet, quando dicitur, *In mentem nobis veniat magnificare opera Dei.* Atque hæc eſt ſecunda ſententia, quam dixeram cum ſuperiore conjungendam eſſe. Cur autem dicitur, *Ejus rei in mentem nobis veniat?* Videtur enim Eliu uno verbo dicere potuiſſe, Magnifica opera Dei; ſed ait, Memineris. Cur? Quia ut plurimum malis noſtris imaginationibus præoccupati ſumus, quæ, quominus ei debitam gloriam, quamque meretur, reddamus, impediunt. In memoriam igitur ejus rei animum noſtrum, quum ejuſmodi ſit in nobis Dei oblivio, revocemus oportet. Verbi gratia, Statim atque de Deo nobis cogitandum eſt, primum quod nobis in mentem veniet, erit aliqua illuſio Satanæ, quæ nos ad indignationem concitabit, aut in deſperationem conjiciet, aut diffidentia aliqua involvet, aut in exitium & ruinam penitus nos projiciet. En igitur, quomodo ingenia noſtra ea ignorantia implicata ſunt, ut de Deo non cogitemus, & interim Satan ſatis ſubtilis eſt ad nobis in animum malam aliquam cogitationem inducendam, eo ut nos, ſi poſſit, à Deo avertat. Verum eſt, multos neſcire, quid ſibi illud velit, (ſunt enim prorſus ſtupidi:) ſed qui id agnoſcunt, admonentur, ut morbum, qui eſt quaſi in omnibus hominibus radicatus, ſentiant. Quoniam vero omnibus his malis cogitationibus tentamur, en cur dicitur, nos debere ad ſanam mentem redire, ſenſus noſtros colligere, Deumque in nobis nequaquam ſepultum eſſe debere: ſed in memoriam revocandum eſſe id, quod etiam in omnium hominum animis & mentibus inſculpſit, non debere creaturam adverſus creatorem inſurgere: ſed id freni loco nobis eſſe debere, ad captivos continendos omnes noſtros affectus, eoſque pedibus proculcandos, ut dicamus, Miſera creatura, ubi eras? Tu bic vis cum Deo contendere, eumque tibi ſubjicere, numquid id æquum eſt? Quando igitur homines in illud examen deſcendent, id malas omnes imaginationes, quæ illis in mentem venerunt, &, quominus ut par eſt Dei opera magnificent, impedire poſſunt, repellet. Quamobrem caveamus, ne Satan nobis in cerebrum malas cogitationes immittat: ſed illi eminus clypeum objiciamus, opera Dei, prout digna ſunt, magnificando. Quomodo autem illa magnificabuntur? Nequaquam, quum de ipſis ſecundum ſenſum & cognitionem noſtram judicabimus. Minime, inquam: ſed illa adoremus, quamvis captum noſtrum ſuperent, &, cur facta ſint, cauſam non intelligamus. Non deſinamus igitur

Bbb dicere,

Digitized by Google

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA TERTIA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVI.

25. Homines ipſum contemplantur, unuſquiſque ipſum è longinquo conſpicit.
26. Ecce, Deus eſt magnus, non agnoſcitur numerus annorum ipſius, non eſt illorum numerus ullus.
27. Retinet enim guttas aquæ, tum pluviam facit ex ſuo vapore fluere:
28. Facit, ut illa ſtillet ex cœlo, & ſtillat illa ſuper homines.
29. Quis poterit nubium ejus diverſitatem cognoſcere, & quæ eſt congeries tabernaculi ipſius?
30. Extendit lucem ſuam, & tegit radices maris.
31. Per ipſas judicat populos, dat eſcam affluenter.
32. Nubes induit exhalationibus ſiccis, & jubet his, ut illis in occurſum eant.
33. Socius ejus ipſi annunciat pugnam, & ira inter illos aſcendendo exardeſcit.

INchoatus heſterna Concione ſermo nobis retinendus eſt, quod nempe hic nobis declaratur, quantumvis velint homines oculos claudere, non poſſe tamen illos efficere, quin ſe ipſis Deus offerat, illiuſque adeo ipſis opera innoteſcant. Eo admonemur, ſi aliquis Deum non cognoſcat, id non fieri ſimplici ignorantia, ſed potius malitia: eo quod ab ipſo ſe avertat: nam, uti jam diximus, nimis aperta & expoſita ſunt nobis opera Dei, ubique ſe illa offerunt: non poſſumus igitur ea niſi ſponte noſtra ignorare. Propterea dicitur, *Ipſum è longinquo aſpici.* Hanc enim vim habet hæc ſimilitudo, ut ſignificet, tam eximia illa eſſe, tantam in ipſis magnitudinem & majeſtatem eſſe, ut, quamvis à nobis longo intervallo diſtent, ipſa tamen intueri poſſimus. Scimus, ſi quiſpiam à nobis diſtet, aſpectum noſtrum ad ipſum uſque non poſſe proferri, evaneſcit enim: aut magna aliqua arx eminus à nobis conſpecta, tuguriolum aliquod eſſe, urbs duorum aut trium domorum inſtar eſſe videbitur. Longa igitur diſtantia, rerum quæ magnæ ſunt ſpeciem, quam habent quum ipſas è propinquo aſpicimus, imminuit. Ejus rei experientiam in Sole habemus: vix enim bipedalis videtur: ſi tamen ratio ipſa audiatur, & quod Philoſophi ipſi, iique qui arcana naturæ cognoſcunt, oſtendunt, Sol major eſt terra. Hic autem diſerte dicitur, *homines è longinquo contemplari opera Dei.* Qua diſtantia ſunt illa à nobis diſſita? Tanta, ut ea aſpectum noſtrum penitus obſcurari oporteat. Eminus tamen cernimus, quomodo Deus operetur: inde igitur ſequitur, tantam in ejus operibus Majeſtatem eſſe, ut eam adorare nos oporteat. Nunc igitur notemus, eos, qui Deum, ut par eſt, non glorificant, non poſſe ignorantiam prætexere: nimis enim vanus eſt ille prætextus, quia ejus opera nobis nota eſſe debent. Quod ſi cauſemur, aſpectum noſtrum nimis debilem eſſe, Deumque operandi ratione, quæ noſtri reſpectu nimis alta & ſublimis eſt, uti, reſponſio in promtu eſt: Quamvis opera Dei non ſint nobis propinqua, nos tamen ea percipere, quatenus expedit ad ipſa magnificanda: quamvis viſus noſter ſit debilis, ea tamen excellentia & dignitas eſt in operibus Dei, ut ejus guſtum aliquem habeamus. Diſcamus igitur ſtudium noſtrum conferre ad cognoſcenda ea quæ Deus nobis oſtendit. Cæterum cognoſcamus quoque, nobis Deum & ejus opera ſecundum captum noſtrum eſſe cognoſcenda: ſi è longinquo ſe videndum nobis offert, eo contenti ſimus. Verum eſt, nos poſſe optare, ut nobis appropinquet: nos quoque in dies eniti oportet, ut ejus & operum ipſius ampliorem & magis familiarem cognitionem habeamus: nobis tamen in humilitate ambulandum eſt. Quod ſi Deus nolit perfecte cognoſci, ſed duntaxat ex parte; in eo quod ipſi libet acquieſcamus. Interim ne, ſicut dixi, ſponte noſtra cæcos aut ſurdos agamus; ſed patiamur, ut Deus ſe nobis declaret: quumque ſe declarat, eo cognito ipſum adoremus, eique gloriam quam meretur tribuamus. Interim Eliu dicit, *Nos, quoniam Deus magnus eſt, ipſum non cognoſcere, nec ullum annorum ejus numerum eſſe.* Videtur quidem hæc ſententia pugnare cum eo quod jam diximus. Cognoſcere enim, & non cognoſcere, ſunt omnino contraria. Videmus autem in proximo verſiculo, quamvis Deus valde ſit à nobis remotus,

Digitized by Google

ſpeculo contemplamur veſtitum & ornatum ea Majeſtate, quæ ſe in cœlo & in terra viſibilem exhibet. En quomodo illum intueri & aſpicere oporteat. Ideo dicitur, creaturas eſſe tanquam ejus ſedem. en ipſius ornamenta. Quomodo Princeps ſe magnifice & ad majeſtatis ſpeciem ornabit, ut major ipſi reverentia exhibeatur: ſic Deus habet ſua ornamenta in cœlo & in terra, illicque nobis eſt contemplandus. Eſſentia enim ejus eſt inviſibilis, & nobis abſcondita: ſed virtutes ſuas ita exprimit & exerit, ut quamvis cæci ſimus, eas tamen palpando contrectare poſſimus: ſicut etiam D. Paulus ea ſimilitudine utitur Actorum decimo ſeptimo. Quum ita ſe res habeat, diſcamus, nos Deum contemplari, quum opera ejus cognoſcimus; illic enim virtus ejus apparet, & oſtendit ſe mereri & dignum eſſe, cui à nobis gloria tribuatur: ſed tamen ne ſumamus nobis, ut poſſimus ipſum perfecte cognoſcere, & definire quid ſit ejus gloria: omnem enim noſtram capacitatem ſuperat: oculi noſtri ſunt demittendi, ſimulque confitendum, ipſum in luce inacceſſibili habitare. Cognoſcimus igitur Deum ex parte: confitendum tamen eſt, in nobis eam ignorantiam eſſe, noſque adeo debiles eſſe, ut ſatis ſit, ſi guſtum aliquem Majeſtatis divinæ habemus, eoque nos contentos eſſe debere, quum videamus ſenſus noſtros deficere, & nos quaſi conſternatos eſſe. Tunc, inquam, nos in noſtra tenuitate continere debemus, precantes Deum, ut nos hac carne mortali ſpoliet, quo talem ipſum, qualis eſt, contemplemur, quum ipſi ſimiles erimus, ſicut apud D. Joannem dicitur. Cæterum, nobis illum diem exſpectantibus, nos ad imaginem ſuam reformet, ut eo melius poſſimus ipſum intueri: prout enim Deus nos omnibus noſtris carnalibus vanitatibus, & ea gravitate, quam in nobis ſentimus, purgat, nos etiam magis idoneos ad ipſum contemplandum reddit. Sic, ingeniorum noſtrorum debilitate agnita, debemus Deum precari, ut nos magis ac magis reformet, quo proficiamus, & in ejus cognitione creſcamus. Quum mentio ſit *numeri annorum*, & dicitur, *ipſos numerari non poſſe*, verum eſt, id prima ſpecie durius videri: nam, quum Deus initio careat, non requirit, nec etiam patitur illa æternitas, ut dicatur, ejus annos numerari non poſſe. hoc igitur ſuperfluum videatur. Sed ſi intelligimus, quo Eliu reſpiciat, comperiemus, hanc ſententiam nobis valde utilem eſſe. Cur? Quia, uti ſuperius diximus, homines ſuperbia ſic abripiuntur, ut opera Dei carpant, & inſtar Momi cujuſdam reprehendant. Unde vero promanat ea audacia, niſi quod in ſumma ſe Deo ſapientiores eſſe exiſtimant? Ut vero ea ſuperbia retundatur, dicitur, *non numerari annos Dei*. Sic quum volemus ſupra Deum judicare, eaque arrogantia & deſiderio altius aſcendendi, quam nobis conveniat & ſit licitum, tentaigitur id videmus, Deus nobis dat ea ſigna ſuæ Majeſtatis, ut nos illum adorare oporteat, aut ſumus nimis ingrati & ſtupidi. Verum eſt, opera Dei eſſe altiora & difficiliora ad comprehendendum, quam iſta quæ hoc in loco commemorantur: ſed ſcopus fuit Spiritus Sancti nos rudiori ratione & ſtylo docere, ſicut etiam natura noſtra tardi & graves ſumus: hic etiam Eliu nobis proponit exempla operum naturæ, quæ uſitata & ordinaria appellamus. Nos ſcholam frequentaſſe, aut magnos doctores eſſe non oportet, ut pluviam, grandines, ſerenitates, mutationes denique quas in aëre videmus, cognoſcamus. Verum eſt, rationes vulgo non eſſe notas. Siquis enim ex idiota & rudi aliquo homine quærat, quomodo pluvia generetur, non poterit id definire: quoniam non videmus aquam in altum aſcendere: non videmus etiam quomodo aqua in aëre poſſit generari: idque rationi contrarium videatur. Sic ſimplices homines non poterunt explicare id, quod ex Philoſophia cognoſcitur, quomodo nimirum pluvia generetur, & attractio fiat vaporum: quum enim Sol terram ſuis radiis ferit, quia terra ſit vaporis plena, nec ita conſtipata, ut non parvas aliquas venas habeat, ſurſum attrahit: ſenſim vero vapores denſantur: quumque ad mediam aëris regionem pervenerunt, in pluviam convertuntur. En enim, quomodo ſenſim fiunt attractiones, donec totum illud matureſcat ad imbrem nobis procreandum. Præterea non intelligent, quomodo non tam caleat media aëris regio, quamvis Soli ſit propinquior, quam hæc inferior. Quia nimirum hic calor tanquam in fornace excipitur, in aëre vero ita effunditur ut conſiſtere non poſſit. En vero, cur in æſtate videamus grandines generari. Id mirum & abſurdum videtur, ita ut vix ipſum credituri ſimus, niſi pervulgatum & ordinarium eſſet, ut grando congeletur & congregetur in aëre: & quamvis ſit ei regioni Sol propinquior, tamen animadvertimus, neceſſarium eſſe ut illic magnum ſit frigus. Ignari igitur id non cognoſcent, nec ejus rei rationem ullam & cauſam invenient, ſed attoniti ſubſiſtent. Quamvis tamen cauſas non cognoſcamus, res ex ſe ſatis nota eſt, ita ut animadvertatur, virtutem Dei admirabilem eſſe quum vapores terræ ſic attrahit, & poſtea pluvia generatur: & quamvis pluvia ſit in aëre formata, inhibetur tamen; ſicuti dicitur, nubes eſſe inſtar doliolorum aut lagenarum. Ac ſane ſi eſſent dolia in cœlo appenſa ad continendam aquam, non majus miraculum illud eſſet, quam quum ſuper capita noſtra pendentes nubes aſpicimus. Qui fit, ut non cadant ad nos obruendos, terraque ipſa adeo non pereat? Nonne in eo virtutem tam eximiam eſſe oportet, ut confuſum ſit noſtrum ingenium? En cur dixi, etiamſi ſcholam non adierimus, nec valde ſubtili & acuto ingenio præditi ſimus, eam eſſe cognitionem operum Dei in ordine

que eo magis oſtendit virtutem ejus eximiam, quæque nobis incredibilis eſſet, niſi oculis cerneretur. Si diceretur nobis, guttas aquæ ſe ſuſtinere: hoc eſt, aquam, quæ res adeo agilis eſt, ut videamus ipſam fluere, liquefieri, in eaque nullam firmitatem & ſoliditatem eſſe, ipſius tamen guttas tanto numero ſuſpenſas in aëre inhiberi, id ſine experientia mirum nobis videretur. Si aqua quidpiam firmum & collectum eſſet, poſſet eſſe mons aquæ, quem Deus inhiberet. Sed ecce centum millia guttarum in nubecula: nec gutta eſt ulla quæ non apta ſit natura ſua ad cadendum, & reliquum ſui corporis relinquendum (quomodo res tam labilis & fluida eſt aqua, ut quot ſint minutæ particulæ, totidem ſint diviſiones) & tamen totum illud inhibetur: ſi id non eſſet nobis ipſa experientia cognitum & comprobatum, nobis incredibile eſſet. Nonne igitur virtutem infinitam in Deo cognoſcamus oportet, quum videmus id quod alioquin incredibile eſſet? Sic Eliu eo magis voluit potentiam illam, quam Deus nobis exhibet pluviam in aëre ſuſtinens & inhibens, exprimere, quum ait ipſum inhibere guttas aquæ. Poſtea dicit, *Ipſum ſuo vapore pluere.* Si quæratur, unde pluvia generetur? Ex nihilo. Vapor ex ſe non attolleretur ex terra, quæ in ſuis poris ſuas exhalationes continet, (ea enim eſt ejus natura;) ſed Sol attrahens attollit ipſum, & humorem illum abſorbens in altum educit. Alias quibus funibus opus eſſet? Si id non cerneremus, numquid id poſſemus credere? Id oculo cernitur. En igitur vapores, qui nihil erant, qui in ſpecie oculis noſtris nihil attollunt. Statim atque ſublati ſunt, pluvia ex ipſis generatur & formatur: poſtquam vero terra ipſis irrigata eſt, fructificat, & ex ea ſubſtantia à plantis trahitur. En igitur Dominum noſtrum, qui exſiccat terram: quando vapores ſic educit, id perinde eſt atque ſi humor & liquor alicujus rei exprimeretur, ita ut nulla amplius intus virtus maneret. En igitur terram ſiccam. Deus contra, quum terram ſic exſiccavit, quum ex ea quaſi ſubſtantiam & ſanguinem expreſſit, rationem invenit, ut eo, quod ex ipſa expreſſum eſt, irrigetur: ſicuti videmus terram fructuum copiam proferre, ut hic oſtenditur. Quando igitur illud animadvertimus, nonne nos convictos reddi de Majeſtate Dei oportet, quam prius intueri nolebamus? Quamvis igitur claudamus oculos, invitis tamen nobis ſe Deus offert, ejuſque Majeſtas nobis omnibus modis eſt viſibilis. Statim ſubjicitur, *Deum habere tanquam tentoria ſua:* ſicuti ſcimus ſuperius declaratum fuiſſe, nubes, quin etiam totam hanc expanſionem cœli, vocari tentoria & tabernacula Dei, & quidem quoniam ipſa regit, & circumducit, aut quaſi ipſis ad ſe oſtentandum vehatur. En igitur Deum, qui nobis inſtar Principis cujuſdam exhibetur, quum cœlum illi inſtar palatii eſt, ejuſque Majeſtas ſe illic exhibet. Cæ-

adoremus: quod ſi libeat ipſi ad nos appropinquare, illi cum omni reverentia obviam eamus oportet, nec captum noſtrum excedamus. En, inquam, quod nobis retinendum eſt in illa loquendi ratione, quum nubes vocantur *columnæ palatii Dei*, & dicitur, ipſas ſuſtinere tentorium ejus, aut cum ipſo conjunctas eſſe tanquam ejus partem. Hæc enim eo dicuntur, ut nobis ſufficiat guſtaſſe quid ſit Majeſtas Dei, quatenus ipſi viſum eſt eam nobis ſuis operibus patefeciſſe. Eliu autem de effectibus quoque pluviæ loquitur: dicit igitur, *Deus exercet judicia ſua in homines, & victum dat copioſe & abunde.* Quibus verbis ſignificat, Deum uti, quando ipſi viſum eſt, pluvia, ad bonitatem ſuam demonſtrandam. Quod ſi ipſe velit ſe Patrem nutricium erga homines exhibere, nubes ab ipſo annonam & commeatum allaturas. Nam quemadmodum ſi Princeps velit regionem fame laborantem annona ſublevare, conſtituet, ut è longinquo mari & terra commeatus & annona deferatur: ſic nubes nobis à Deo, & quidem quum ipſi viſum eſt infinitam ſuam bonitatem nobis declarare, annonam adferunt. Contra, quando vult ſuam ſeveritatem erga nos exercere, nubes Dei vindictam in nos exequuntur, Deus illic iram ſuam expromit. Cur? Quum enim pluviæ exuberant, magna damna & incommoda hominibus important, diluviones efficiunt, quæ prata & agros perdunt. Inde etiam alia damna oriuntur: ſicuti animadvertitur, mare & flumina inundationibus ſuis regiones integras obruere. En igitur quomodo Deus per pluvias ſua judicia exequitur: tum contra etiam facit, ut per eaſdem bonitatem ejus ſentiamus. En etiam cur dicitur, *ipſum radices maris tegere.* Quum enim pluvias & nubes intuemur, id prima ſpecie nos afficit, ſimulque attoniti reddimur: ſimulque etiam metum aliquem concipimus oportet: ſed id in nobis majorem ſenſum providentiæ Dei ingenerat, quando aquas inhibet, ne in mundum cum impetu recidant, & ne hic uno momento obruamur. Videmus igitur, quæ mens ſit ipſius Eliu. Tandem vero dicit, *Deum tenebras cum luce miſcere:* quum enim Sol lucet, miramur ſubito repentinum aliquem turbinem apparere: ſicuti æſtate tempus ita ſerenum & ſudum erit, ut nihil ſupra: citius quam manum converteris, ecce nimbum & tempeſtatem tam vehementem, ut illico mundus periturus videatur. Quis id efficit? nonne excellentem eſſe aliquem Dominum, qui imperet, oportet? Nonne excellentiam illam Dei admirabilem eſſe neceſſe eſt? Cæterum hic dicitur, *Deum imperare nubi ut aſcendat:* præterea imperat igni qui eſt in aëre, hoc eſt, *exhalationibus*, quæ igneæ ſunt naturæ, nempe calidæ & ſiccæ. Imperat igitur illis ut colluctentur cum nube quæ vult aſcendere, ibique prælium committitur, non ſecus quam ſi duo exercitus ad pugnam parati & inſtru-

cti

Digitized by Google

eſſe, qui in ea, quæ hic inferius cernere poſſumus, dominatur. En igitur quod nobis retinendum eſt. Et in eo videmus, quomodo ii qui omnem religionem irrident, & non moventur Majeſtate Dei, ſunt tanquam faſcinati à Satana: nam, uti diximus, non oportet nos ſcholam adiiſſe, ut eam inſtructionem habeamus. Interim erunt etiam docti quidam, qui ſe non ſatis agili & acuto ingenio præditos eſſe putant, niſi Deum contemnant. Quomodo vero fieri poterit, ut ſic obbrutuerint? quod, ut dixi, Deus illos penitus reprobarit, & ita ſint hebetati, ut Satan penitus in ipſis dominetur, & quidem iis cum tenebris, ut non digni videantur qui habeantur in communi hominum ordine. Interim vero notemus, eos ſemper aculeos quoſdam ſentire: & quamvis omnem Dei cognitionem delere conentur, uruntur tamen in ſua conſcientia, ut inviti ſentiant eam Majeſtatem, quam cuperent extinctam. Sed non poſſunt efficere, quin Deus illos perſequatur, ſeque ipſorum adverſarium declaret. Concludamus igitur, id, quod hic continetur, experientia cognoſci: quod nimirum homines, quum aperiunt oculos, oporteat intueri Majeſtatem quandam in univerſo ordine naturæ, & etiamſi clauſos oculos habuerint, cogit tamen Dominus illos ipſam ſentire. Verum eſt, hanc doctrinam mereri ampliorem declarationem, ſed quoniam de ea verba fecimus ſuperius, ſufficit revocare in memoriam, quæ declaravimus, abſque eo quod nimis in ea immoremur. Interim notemus, Spiritum Sanctum nobis hic proponere opera Dei, quæ ſunt omnibus magnis & parvis ex æquo cognita, ut unuſquiſque animum ſumat ad Deum adorandum, poſtquam ipſum cognorit. Cur? Si ratio docendi in Scriptura ſacra eſſet ſublimis & alta, ut à viris doctis & literatis duntaxat poſſet intelligi, nos ab ea ſummoveremus, & inde major pars occaſionem caperet dicendi, Heu! quid poſſum facere? Non fui in ſchola, Deus ſe duntaxat viris literatis patefacere dignatur. Sed quum videmus, Deum nobis cibum ipſum mandere, & in os ingerere tanquam puerulis, ſe ad captum noſtrum accommodare, reſque nobis ita proponere, ut rudioribus & tardioribus ſua etiam portio diſtribuatur; nonne, quæſo, eo magis animum ſumere debemus ad ſentiendum & comprehendendum quid ſit Deus, noſque in tanta bonitate, quam erga nos exhibet, conſolandum? Niſi enim curam inæſtimabilem ſalutis noſtræ gereret, non dignaretur ita ſe ſubmittere: ſed quum velit ſe in ſuis creaturis deprimere, &, animadvertens id quod nobis aptum eſt, talem ſe nobis exhibeat, qualem poſſumus ipſum concipere; in eo nonne animadvertimus quam nos diligat, & quam ſalutem noſtram procuret? En igitur quod nobis retinendum eſt. Quando igitur Scriptura loquitur de pluvia, nubibus, turbinibus & grandi-

pluere: eo non moveor aut afficior, quia id mihi uſitatum & ordinarium eſt. Ea autem eſt infamis ingratitudo, ut ſi Deus quotidie miracula faciat, eo quaſi hebetati ſimus, nec amplius attendamus. Quamvis igitur res ſint ordinariæ, quum pluit, grandinat, tempeſtates excitantur ſecundum ordinem naturæ: nihilominus tamen illa diligenter obſervemus, & per partes conſideremus quomodo Dominus theſauros infinitos virtutis & Majeſtatis ſuæ exerat, eo ut à nobis adoretur. En igitur, quod nobis retinendum eſt. Antequam vero ulterius progrediamur, hic poſſit quæri, quomodo Eliu iſta proferat, quum argumentum plane diverſum tractet, ut nempe oſtendat, Deum eſſe in iis, quæ facit, incomprehenſibilem: nec oportere, ut homines mortales ſibi ſumant ut ipſi reſponſent, cauſam ſuam tueantur, quaſi ipſi juſti eſſent, Deus vero crudelis illos affligendo. Iſta, quæ ab Eliu dicuntur, non videntur apte & appoſite adferri. Jam ſoluta eſt à nobis hæc quæſtio: obiter duntaxat eam attingemus, ad eorum, quæ ſuperius pluribus explicata ſunt, memoriam refricandam. Nempe quod hic in genere nobis inferiora quædam proponuntur, eo ut altius ad arcana & incomprehenſibilia Dei judicia aſcendamus. Quando videmus pluviam, nubes, turbines, grandines: ſunt illa quidem naturalia, ut dicitur, & ad vitam hanc caducam pertinent, & hujus ſunt mundi. Et tamen in illis ſumus confuſi, ut divinam Majeſtatem nos adorare oporteat. Quando enim inquiſiverimus, quomodo id poſſit fieri, ſenſus noſtri deficient, nihilque aliud nobis ſupererit, niſi ut nos coram Deo humiliemus. Quod ſi cogamur in rebus his parvis & humilibus Deum adorare, & noſtra infirmitas in eo ſe prodat; quid erit, quum nubes, imo etiam cœlos omnes tranſcendemus, & ad conſilium illud arcanum, quod Deus penes ſe occultum retinet, veniemus? Quum igitur eo aſpirabunt ingenia humana, quid illis fiet? fruſtra volitabunt, millies ſibi homo frangat cervicem oportebit, & tamen adhuc ad Deum uſque non perveniet. En igitur docendi rationem, quam hic ſequutus eſt Eliu: nam ex iſtis quæ parva eſſe videntur, quoniam uſus illas nobis vulgares reddidit, oſtendit nobis, Deum in ſua ſublimitate à nobis adorandum eſſe: nunquam enim, quid ille ſit, comprehendemus. Cur? Non comprehendimus nubes, quin ſenſus noſtri deficiant. Videmus enim, non eſſe hic quidquam objectandum adverſus ea quæ Deus facit. Numquid de nubibus conſtituam, ut præſcribam ſic fieri non oportere, non eſſe id conveniens ut ex terræ vaporibus pluvia gignatur, ut Sol ſic attrahat radiis ſuis quæ hic inferius ſunt? Numquid Deum impediemus, quominus omnia diſponat ſicut inſtituit in ordine naturæ? Heu! rabies nimis condemnanda ea fuerit, id unuſquiſque confi-

Digitized by Google

id eo ſpectare, ut cognoſcamus, omnem ordinem naturæ in manu Dei eſſe, aërem non regere ſeipſum ſuo arbitrio, pluvias quoque non venire ex Solis voluntate. Quomodo igitur? Videmus enim effectus contrarios. En aquam, quæ homines extinguit, & ad nihilum redigit: præterea illos fovet. En duos effectus contrarios. Alimentum ex parte una, ex altera Deus vaſtat, perdit & exterminat omnia. Utrumque tamen animadvertimus. Quæ vero ejus rei cauſa eſt, niſi quod Deus ſuper illa dominatur? Diſcamus igitur Deum in eo magnificare, quum videmus eum ſuas creaturas ad eum uſum, qui ipſi videatur, applicare. Cæterum, quum ex parte una videmus ejus rigorem, tunc quum peccata noſtra punire vult, debemus ſentire eum ſe in eo Judicem probare, ut nos coram ipſo condemnemus, ad ejus miſericordiam confugiamus, in eo quod theſauros ſuæ bonitatis expromit, ſeque liberalem exhibet. Quod facit, quum oſtendit, ſe curam noſtri gerere, mittendo

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut det nobis, quo ipſa melius, quam adhuc ſenſimus, ſentiamus. Interim ſciamus, nos debere in ipſis nobis magis ac magis diſplicere, ut vitium quod in nobis eſt emendemus. Et quoniam jam Deo viſum eſt nos ad ſe allicere, gratiam jam inchoatam in nobis agnoſcamus, & animum ſumamus ad pergendum magis ac magis, donec ad eam perfectionem, ad quam nos vocat, pervenerimus, nec unquam ad eam aſpirantes defatigemur. Interim vero oculos apertos habeamus ad contemplandum id, quod nobis de ſua bonitate, virtute, juſtitia & ſapientia oſtendit, noſque ad ſuum obſequium penitus reformet, ita ut nihil aliud petamus, quam ejus cultui omnem noſtram vitam conſecrare. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed & omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA QUARTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVII.

1. INſuper ad id expaveſcit cor meum, & movetur è loco ſuo.
2. Audite audiendo tremorem vocis ejus, & eloquium quod ex ejus ore egreditur.
3. Sub toto cœlo dirigit illud, & lumen ejus eſt ſuper extrema terræ.
4. Poſt ipſum rugit ſonitu, & tonat voce ſuperbiæ ſuæ, neque tardat ſtatim atque vox ejus exauditur.
5. Tonat Deus voce ſua tremende, facit maxima, quæ intelligere non poſſumus.
6. Quia nivi dicit, Eſto ſuper terram, & hyemis pluviæ, imbri quoque fortitudinis ſuæ.

HOc ad minimum à nobis præſtari debet, ut, quum ſumus in hoc mundo, oculos apertos habeamus ad conſideranda opera Dei, quæ ſunt & nobis propinqua & conſpectu facilia, quamvis viri ſubtiles & literati non ſimus: vel maxime enim idiotæ eum naturæ ordinem eſſe animadvertunt, ut in eo tanquam in ſpeculo Majeſtatem Dei intueantur. Verum eſt, nos debere quidem altius nos erigere ad diligenter conſideranda ea quæ Deus nobis oſtendit; ſed hoc ad minimum à nobis præſtari debet, ut ea quæ nobis præſentia ſunt intueamur. Interim non ſatis eſt, ut intelligamus, Deum quum mundum crearit, ipſum gubernare: ſed etiam ſciamus oportet, ad quem finem res referri debeant. Si hoc duntaxat ſciremus, nempe Deum mittere pluviam, ſerenitates cœli, ipſum eſſe qui tonat, facit ut fulgura per aërem volitent & curſitent: hoc jam eſſet illi attribuere virtutem ſupremam, in eo ipſe omnipotens agnoſceretur. Sed hoc amplius eſt: quum enim Deus mittit pluviam, non duntaxat vult oſtendere quid poſſit agere, ſed interdum homines propter peccata ſua volet caſtigare, interdum volet ſuæ bonitatis theſauros & liberalitates ſuas effundere. Non igitur ſatis eſt, agnoviſſe, Deum omnipotentem eſſe, omneſque adeo creaturas ſub ejus manu & ductu eſſe: ſed nobis etiam notandum eſt, quo-

Digitized by Google

gium omne noſtrum habeamus. Cognoſcamus quoque oportet, homines non permanſuros impunitos, quoniam jam ipſis oſtendat, omnium apud ſe rationem reddendam eſſe. Et ſane hoc eſt quod Eliu tractavit, ſicut heri fuit expoſitum, Deum per pluvias, per grandines & tempeſtates interdum mundum judicare, interdum etiam copioſe victum dare. Nunc vero addit, cor ſuum loco motum fuiſſe, & ſubſiliiſſe, ſimulque ſe his conſpectis expaviſſe: quaſi diceret, quod Deum cognoſcimus, nequaquam eo referri debere, ut in aëre, quod nobis videbitur, ſpeculemur, & interim emortuas duntaxat aliquas cogitationes concipiamus: ſed iis nos affici debere. Atque hoc eſt omnibus generale. Sed increduli, quantum poſſunt, pavorem & terrorem iſtum, quo illos moveri & affici oporteret, extinguunt: fideles in ipſis proficiunt, & ſponte ſe ſollicitant ad expaveſcendum, ut cum omni humilitate & reverentia Deo debitum honorem exhibeant. Notemus igitur, quum Deus ſe hominibus patefacit, id non eo duntaxat ipſum facere, ut ſui levem aliquam duntaxat opinionem & apprehenſionem illis injiciat, eo ut ipſi apud ſe conſtituant, eſſe aliquem Deum, & de eo poſſint verba facere: ſed ſimul dare illis intus vivam inſtructionem, ita ut illos doceri oporteat. Id, inquam, invenietur in omnibus hominibus: ſed interim videmus, incredulos, quantum in ipſis eſt, terrorem illum, quem ſenſerunt, repellere: & conari poſſe cum Deo ludere, & licentiam habere non timendi ipſum. En igitur quomodo ſe habeant increduli, ut adverſus ſuum ſenſum naturalem pugnent, & conentur obbruteſcere, ita ut in ipſis nihil amplius ſit quod illos excruciet. Cur vero id agunt? Quia Deus illis contrarius eſt, quatenus ſunt penitus omni malo dediti. Vident autem, Deum ipſos pati non poſſe, quare fugiunt ipſum & conantur abolere: non ſecus quam fur aut latro, vellent nullum eſſe ordinem in mundo, ut peccata manerent impunita. Eadem ratio eſt omnium profanorum: animadvertentes, ſe non poſſe manum Dei impedire, quamdiu is ſedet in ſua Majeſtate ad judicandum, libenter vellent ſe ipſius imperio ſubducere: ideo conantur, ut jam dixi, rationis lucem, quæ ipſis data fuerat, extinguere. Non poſſunt autem eo pervenire: ac proinde ſunt illic tanquam muli qui frenum ſuum arrodunt, indignantur adverſus Deum, &, quicquid ſit, indurantur, colliguntque ſtuporem, donec Deus illos deſerat, & dedoluerint, ut loquitur D. Paulus. Atque hoc malorum extremum eſt, & exitii ipſorum cumulus, quum ſollicitudine carent, nullos conſcientiæ aculeos ſentiunt, ſed peccando ſibi condonant, & in via ſua ſemper procedunt: ſicut etiam Salomon loquitur, Improbum ad eam abyſſum & cumulum iniquitatis venire, quum ſenſum omnem, quo ad Deum ſe convertat, humiliet ſe, ſibique in

les proficere in cognitione, quam Deus illis dat & communicat per creaturas; ac proinde lucem illam in illis augeri & corroborari, ipſoſque adeo ſe ad id totis viribus ſollicitare. Atque hoc eſt, quod hic dicit Eliu, Cor ſuum expaviſſe, & loco ſuo ſubſiliendo motum fuiſſe. Verum eſt, improbos ipſo tonitru & fulguribus terreri: invitos ipſos Majeſtas Dei afficiat oportet, ut arcano quodam pavore ipſos concutiat & excitet: ſed tamen ejuſmodi cogitationem repellunt, & pedibus proculcant. Contra, qui cupiunt Deum cognoſcere, ejuſmodi initium habentes, omne ſuum ſtudium eo conferunt, ut proficiant in pavore & terrore illo, quem Deus ipſorum cordibus immiſit. Cæterum Eliu hic utitur præclaris ſimilitudinibus, deſcribens tonitrua, fulgura, pluvias, gelu & tempeſtates. Dicit, poſſe *audiri vocem Dei*: & quidem *vocem*, inquit, *quæ magnum ſtrepitum edit, & ſonum qui promanat ex ejus ore.* Hic Eliu non loquitur de verbo quod quotidie prædicatur, ut eo doceamur, & in quo Deus nobis familiariter bonitatem ſuam declarat: ſed vocat Dei vocem ſonoram, & ſonum ex ejus ore promanantem, tonitrua quæ fiunt in aëre: & in eo per ſimilitudinem loquitur, & oſtendit, Deum vocem ejuſmodi habere, quæ terrorem omnibus creaturis incutiat. Neque hoc duntaxat loco id dicitur, ſed in Pſalmo vigeſimonono, Vox Dei tonat, vox Dei montem Libani facit perſonare, vox Jehovæ facit parturire cervas, vox Jehovæ auditur in montibus: vox Jehovæ facit contremiſcere univerſam terram. Ea vox non alia eſt, quam ea quæ ſemper tonitrua exerit: ſed eo ut ſuæ ingratitudinis homines redarguantur, quoniam Deum tonantem non audiunt: quemadmodum etiam id in proverbium abit, quum homines inſanos agunt, Deum tonantem inter ipſos non audiri. En igitur Scripturam ſacram, quæ nobis eum ſtuporem exprobrat, & ſimul omnem excuſationem eripit. Si enim dicatur, Doctrina caruimus, Scriptura non fuit nobis expoſita. Quid? nunquamne toto vitæ noſtræ tempore tonuit? an non Deus loquebatur? nonne eam Majeſtatem in ipſo concepimus, ut nos ad ipſum adorandum humiliari, & ejus obſequio ſubjici oporteat? Id tamen non facimus, ſumus inſtar ferarum, eſt nobis tanquam rabies aliqua cum ſuperbia conjuncta, quum agnoſcere non poſſumus, ipſum omne imperium in nos habere. En igitur homines ſatis convictos, quum tonuit: vocem enim Dei, nempe magnum illum ſonum, quem facit in aëre reboare, apprehendere debuerant. Præterea ſi homines dicant ſe ignaros eſſe, & tanquam in tenebris: Quid? fulgura ipſa cœlum quaſi findere videntur: videmus illic eam lucem, ut Deus ſe ſatis aperte patefaciat: & quidem ut omnem nobis prætextum eripiat, ne quiſquam ſibi in ſua hypocriſi

 adule-

Digitized by Google

rumpunt bona omnia, ex quibus alimentum exſpectabamus. Utrumque igitur in Deo animadvertemus, idque conſiderationem meretur. Ideo dicitur, *Deum mirabilia facere, quæ non intelligimus*, per fulmina quæ mittit. Ut ſane poſtquam fulſit, fulgetra in omnes partes volitarunt, tonitru auditum eſt, ſtatim tempeſtas & fulmina cadunt, non tardabunt etiam nimbi & procellæ: ſed quum ingruunt fulmina, tunc mirabilia & prope incredibilia fiunt. Videre enim erit hominem in cinerem redactum, qui figuram humanam retinebit, vix foramen piſi magnitudine reperietur, & tamen ecce hominem intus exeſum & conſumtum: ferrum etiam abſumetur, vagina, qua conditum eſt, quia cedit, integra permanente, arbores interdum radicitus exſtirpantur, interdum quaſi ſecantur, interdum ita abſumuntur, ut nullæ ipſarum reliquiæ appareant. Idem in ædificiis accidit: denique ſi fulminum omnia effecta conſiderentur, tanta ſunt ut credi non poſſint, niſi experientia cognita eſſent. Par eſt igitur, ut hic homines ſe humilient, conſpecta ſenſuum ſuorum infirmitate, & operum Dei magnificentia. Niſi plus quam ſtupidi ſimus, nos eo diſcamus ipſi ſubjicere, illum honorare, omnemque adeo illi gloriam & imperium attribuere. En in ſumma, quod hic nobis ab Eliu oſtenditur. In primis autem retineamus id, quod à nobis tactum eſt, nempe non ſufficere, ut Deum tanquam creatorem mundi, ad omnem illi virtutem attribuendam, cognoſcamus: ſed ipſum etiam tanquam Patrem agnoſcamus, quoniam nos cura tam benigna & amabili ad ſe attrahat, quam ſi ipſius filii eſſemus. Quis eſt pater terrenus, qui tantum efficiat pro liberis ex ſe procreatis? Ut igitur cognoſcamus quid ſit Deus, nobis ejus bonitas guſtanda, quam declarat, cujus ſenſum nobis exhibet, cujus fructus percipimus, & qua etiam in hac vita mortali fruimur. Poſtquam vero ſic bonitatem Dei guſtavimus, id nos ulterius debet deducere, ut nimirum ſperemus in ipſum, & certo perſuaſi ſimus, Deum non collocaſſe nos in hoc mundo, ut pereamus ad inſtar belluarum, ſed ut nos ad hæreditatem æternam nobis promiſſam deducat. Ad veram igitur fiduciam in Deo collocandam, bonis, quæ ab ipſo accipimus, adduci poſſumus: ſimulque concludere, animas noſtras noſtris corporibus ipſi pretioſiores eſſe: &, ſi dignatur mittere nobis id, quod aptum eſt ad nos hoc in mundo conſervandos, ipſum id quod præcipuum eſt non omiſſurum. Videmus igitur, quod ſi habeamus oculos apertos ad contemplandam Dei providentiam, & ordinem naturalem, qui nobis proponitur, id nobis inſtructionis loco eſſe debere ad plene noſtram fiduciam in ipſo collocandam. Quum vero ſic in Deum ſperamus, poſſumus etiam illum invocare, ſcientes, quum ipſe nobis invigilet, preces noſtras non fore ipſi incognitas,

ſua judicia, & quidem rationibus nobis incognitis utilibus, exercere videamus. Cognoſcamus igitur, Deum velle nos ſibi ſubjicere, & diſcamus ipſum colere, nec prudentes & ſcientes ejus iram provocemus: ſed potius, poſtquam cognoverimus, eum eſſe armatum potentia ad ſe vindicandum de contemtoribus ſuæ Majeſtatis, ad ipſum cum omni reverentia, ne ejuſmodi virtutem, & tam formidandam, in nos expromat, veniamus. En etiam cur D. Petrus nos ad eam conſiderationem revocat: quod Deus ſemel mundum perdidit, & incolas terræ delevit aquis, quæ tamen ſunt ipſius mundi principium. Si quæratur, unde & ex qua materia mundus creatus ſit: videmus in Scriptura ſacra materiam confu- Gen. 1.
ſam fuiſſe initio conditam: ea autem erant aquæ, verſ. 2.
in quibus nihil erat præter confuſionem & abyſſum. En igitur, mundum ab ea origine ſumtum: quum vero voluit Deus univerſum genus humanum exterminare, quibus armis uſus eſt? Miſit diluvium. En igitur aquas, ex quibus vitam haurimus, & quæ totius mundi tanquam ſubſtantia & materia fuerunt, quæ tamen ad ipſum perdendum inſervierunt. Quum id videmus, cognoſcamus, nos hic inferius nequaquam ſine manu Dei poſſe ſubſiſtere: quod ſi etiam à Sole lucem, ab aëre ſpiritum ducimus, eas creaturas nequaquam nos vivificare. Cur? Quia Deus omnia, quum ipſi viſum fuerit, in mortem convertet, inſtrumenta bonitatis ejus nobis erunt gladii mortales ad nos perdendos & exterminandos. Retineamus igitur, quando Deus nobis aut grandines, aut malas pluvias, aut gelu mittit, ipſum in eo ſe terribilem & formidandum exhibere, ut peccata noſtra cognoſcamus, quo in nos ingreſſi, veniam ab ipſo petamus, eo quod illum offenderimus, & in poſterum ipſum timere diſcamus, eique melius, quam adhuc à nobis factum eſt, obediamus. Cæterum, quum de manu ejus ictum aliquem ſenſerimus, id ne in diem unum nobis proſit, ſed in futurum memoriam ejus retineamus. Deus miſitne aliquam ſiccitatem, aut pluviam aliquam noxiam? ejus meminiſſe debemus. nec exſpectandum nobis eſt, dum de novo, flagello illo nos percutiat: ſed ita nobis reputandum eſt, Eia vixi in mundo, vidi aliquando pluviam corrupiſſe ſementem omnem, pro tritico lolium, aut nihil prorſus collectum fuiſſe: præterea Deus terram calore exſiccavit, ita ut omnia exeſa fuerint, aut ventus aliquis univerſum cùm hominum, tum reliquorum animantium alimentum exſuxit. Id vidi: obſervavi poſtea, Deum eo pacto famem immiſiſſe. Non oportet autem, ut exſpectem dum Deus ictus ingeminet, ſed me in univerſum vitæ meæ tempus inſtructum eſſe oportet. En igitur, quomodo nobis ſit ea doctrina obſervanda. Cæterum quotieſcunque tonitru audimus, ſciamus, ſonum eſſe ex ore Dei promanantem. Neque enim ſenſus noſtros ſubſilire &

Digitized by Google

[illegible], ipſorumque cogitationes & affectus ſcrutandos. Ea etiam de cauſa dicitur, nos debere Deo per Euangelium immolari. Species itaque mortis in nobis ſit oportet: alias nunquam in nobis verbum Dei proficiet. Nosipſos abnegemus oportet, ut, quod à natura noſtra eſt, dejiciatur. En igitur, quomodo Deus tonat & fulminat ſuo verbo. Sed ex altera parte eodem verbo nos vivificat & conſulatur: denique nobis dat plenum gaudium, quoniam nos ad ſe vocat, nobiſque Filium offert, ut nos ad ipſum adducat; nobiſque oſtendit, nos in ipſo de ſalute noſtra certos & perſuaſos eſſe. Quum igitur Deus ſic familiariter loquitur, niſi illum audiamus ad gloriam ipſi tribuendam, nonne ea eſt gravior & magis horrenda in nos condemnatio, quam in eos qui nunquam edocti ſunt per verbum, ſed duntaxat ordinem naturæ contemplati ſunt, tonitrua audiverunt, & intus commoti fuerunt? Verum eſt, eam apprehenſionem ſufficere ad nos condemnandos, ut jam dixi; & quamvis homines Legem neque Scripturam unquam habuerint, ubi tamen in hoc mundo vixerunt, excuſatione carent: ſatis enim ſe ipſis Deus patefecit, ad eos malitiæ & certæ rebellionis arguendos. Ac ſane videmus, Deum per tonitrua quaſi equuleo ſubjeciſſe maximos qui unquam extiterunt Majeſtatis ſuæ contemtores. Ethnicorum hiſtoriæ legantur, & comperietur, maximos qui unquam fuerint Dei contemtores ita fuiſſe perterritos & expavefactos, ut inviti tonitrua audientes, oſtenderint, ſe fateri Deum eſſe, qui fulminibus & tempeſtatibus præſideret, quem cogerentur timere: Deus illos ita conſtrinxit, ut tanquam in theatro collocati publice Dei Majeſtatem confiterentur, non ſecus quam ſi violatæ majeſtatis Principis, ignominia publica affectus aliquis crimen agnoſceret. Quin maximi hujus mundi Principes tempeſtatum & fulminum teſtimonio convicti ſunt, eſſe Deum in cœlo, qui omnia regat. Atque hæc eſt approbatio, tonitru debere ſufficere ad omnium maxime induratos animos flectendos, quum in eo ejuſmodi nota Majeſtatis divinæ ſit impreſſa. Vel ſolæ igitur tempeſtates & fulgura, quæ in aëre conſpiciuntur, ſufficiunt ad condemnandos porcos iſtos & canes, qui omnem religionem irrident. Etiamſi nulla neque lex, neque doctrina ſcriptis conſignata eſſet, vel ſolum tonitru ipſos convincit, ita ut inviti cognoſcant oporteat, Deum eſſe in cœlo. Hæc igitur vox, cujus hic fit mentio, ſufficiet ad condemnandos omnes totius mundi homines, etiamſi doctrinæ voculam nec legerint nec audiverint unquam. Sed ſemper ad hanc comparationem, quam attigi, veniendum eſt. Quod ſi Deus tonans in aëre ſono confuſo ſatis loquitur ad condemnandos miſeros incredulos, ſi etiam quum fulgura ſua huc & illuc excurrere facit, ecce lucem quæ ſufficiet ad condemnandos cæcos; quid futurum eſt, quum tam ſuaviter tigi, Deum Ethnicos quidem perterrefacere & excitare, quum tonat: non quidem ut eos ad ſalutem adducat, ſed ad eos prorſus convincendos, ne inanem prætextum obtendant, ſe de Deo nec Majeſtate ipſius quidquam inaudiviſſe. Satis enim abunde ipſum cognoverunt, ut prorſus condemnarentur: ſed tamen Deus vult nos ad ſalutem adducere, quum nos alloquitur. Illic enim non tonat duntaxat ut aërem perſonare faciat: ſed ſermone leni, ſuavi & familiari utitur, cor ſuum nobis aperit & explicat, vitæ viam nobis oſtendit, & lumine verbi ſui, quod ſuper nos lucet, nobis illuceſcit. En igitur, cur Deus meretur in templo ſuo glorificari. Quamvis enim ſe univerſo mundo patefecerit, omneſque creaturæ ad ipſum laudandum invitentur, quin ad id adigantur: eſt tamen in doctrina, quæ nobis prædicatur, alia virtus, & longe magnificentior. Illic enim Deus ſe exhibet, & quidem eo modo, ut nos plus quam ſtupidos & belluinos eſſe oporteat, ſi de illo non cogitamus, ut omnibus iis, quæ nobis nomine & auctoritate ejus annunciantur, ſubjiciamur. En igitur, quod nobis retinendum eſt. Interim cognoſcamus, quæ ſit malitia mundi, quum verbum Dei prædicatum, & cognitum, tam male à maxima parte hominum accipitur, tam parum reverentiæ ipſi exhibetur, ita ut homines videantur data opera velle Deum, omnem doctrinam, quam ab ipſo eſſe cognoſcunt & convincuntur, rejiciendo, irritare & deteſtari. Nonne hodie videtur quæ ſit Papiſtarum rebellio? Sed ne tam longe eamus, nosipſos conſideremus. Profitemur, nos velle Euangelium ſequi: ſed ſi in nomine Dei verba fiant, res ita proponantur & explicentur, ut, qui maxime ſunt diaboli, convincantur, id, quod prædicatur in concionibus, ex Scriptura ſacra hauſtum eſſe; obſtinati tamen manent, ita ut non ſit ipſis religioni adverſus Deum inſurgere. Cum malitia impudentia conjuncta eſt, ut Geneva non ſit exeundum, ſiquis rebellionem omnino manifeſtam ad Deo inſultandum, & diabolicam conſpirationem conſpicere velit: ſic enim multi ſecum conſtituerunt, Deus non dominabitur in nos: dicant quicquid velint iſti concionatores, non tamen immutabimur. En rebelliones omnino manifeſtas, ita ut ea quæ in concionibus proponuntur, non pluris fiant quam fabulæ. Id nimis notum eſt, exempla ſunt in promtu. Atque utinam non eſſent ejuſmodi cum magno noſtro dedecore & confuſione. Sed tamen tandem oportebit, ut, qui ſic ludere volunt cum tanto Domino, cognoſcant eum quem vulnerarunt & punxerunt; quomodo dicitur apud Prophetam Zachariam. Nobis igitur hic locus valde notandus eſt, & quidem ut diſcamus magis eſſe dociles erga Deum quam belluæ iſtæ agreſtes, quæ ſic adverſus ipſum exacerbantur, ut omne id, quod ab ipſius doctrina & verbo eſt, rejiciant. nam Papiſtas pudor adhuc

Zach. 12. verſ. 10.

Digitized by Google

eſſe; ſed re ipſa comprobemus, nos velle ipſius hæreditatem eſſe: quumque nos hoc bono, gratia & incomprehenſibili honore afficiat, ut ſe nobis det, vitaque noſtra eſſe velit; ſit etiam donatio mutua, & ex noſtri parte ſimus penitus in ejus manu, ut nos poſſideat, nobiſque fruatur. Cæterum, ſi dicatur, Deum res magnas & magnificas facere tonando, mittendo fulmina & tempeſtates, noſque id non intelligere, ſciamus, ipſum loquentem, cùm Lege, tum Euangelio, velle nos ſupra ſenſus omnes noſtros evehere: quomodo ſane nunquam in doctrina Dei, neque in ejus verbo, quod nobis proponitur, proficiemus, niſi hoc principium habuerimus, nimirum ut cognoſcamus, Deum nos exercere in arcanis, quæ omnem noſtrum captum ſuperant; quomodo dicitur,

Eſa. 64. verſ. 4. 1 Cor. 2. verſ. 9. Deum præparaſſe iis, qui ipſum diligunt, id, quod oculus nunquam vidit, aures humanæ nunquam audiverunt, nunquam in creaturæ ullius cor ingreſſum eſt. Si id conſtitutum & certum non habuerimus, nunquam guſtabimus id, quod quotidie nobis annunciatur. Ut autem ipſum guſtemus, quid facto quam igitur dixit, hominem ſenſualem non comprehendere arcana Dei, ait nos renovari Sancto ejus Spiritu, ut ipſa cognoſcamus. Verum eſt, nos non fuiſſe conſiliarios Dei, quomodo etiam id poſtea declarat: ſed tamen nos in conſilium ſuum, quatenus nobis expedit, adhibet. Cognita igitur noſtra infirmitate, precemur ipſum, ut nos Sancto ſuo Spiritu illuminet, quo ea, quæ alioqui nobis nimis alta & profunda eſſent, cognoſcere poſſimus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut det nobis, quo illa ſic ſentiamus, ut ipſis afficiamur ad nos condemnandos, nobiſque in ipſis diſplicendum: interim vero ſic operetur Sancto ſuo Spiritu, ut renovemur ad ipſi obediendum, & ambulandum in ejus timore: in eo enim magis ac magis proficiamus, donec omnibus noſtris corruptionibus carnalibus ſpoliati, juſtitia ejus & gloria cœleſti induamur. Sic dicemus, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, agnoſcimus omnes, &c.

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA QUINTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVII.

7. Obſignat manus cujuſlibet hominis, ut cognoſcat homines, qui ſunt ejus opus.
8. Belluæ ſe recipiunt in ſuas ſpeluncas, & abdunt ſe in ſua latibula.
9. De intima nube prodit turbo, & ex ventis diſpergentibus provenit frigus.
10. Spiraculo Dei datur gelu, & ex loco anguſto aquæ copioſæ.
11. Etiam propter irrigationem defatigat nubem, diſpergit nubem luce ſua.
12. Ipſe circumagit ſurculos ductu ſuo, ut efficiat illa quæ præcepit ſuper faciem orbis:
13. Sive in flagellum, ſive propter terram ſuam, ſive propter miſericordiam.

HEri vidimus, pavorem illum, quo tonitru homines afficit, eſſe tanquam Majeſtatis Dei, & virtutis ejus approbationem. Juxta illud hic dicitur, Deum tonantem, *manibus hominum quaſi ſigillum apponere, ut eas abſcondat,* & quidem, *ut homines, qui ſunt opus ejus, cognoſcat: efficere etiam, ut ingrediatur beſtia latibulum ſuum.* Quaſi diceretur, Deum homines domum aut in receptacula cogere, non ſecus quam ſi quiſpiam ſibi ſubditos congregaret, paterfamilias familiam ſuam, Princeps ſubditos, dum cenſum agit, dux aliquis milites ſuos, ut eos recenſeat. En igitur præcipuum hujus loci ſcopum. Idque extenditur etiam ad belluas uſque, ut oſtendatur, ipſas eſſe in manu Dei: eumque etiam, quando ipſi videtur, dare approbationem & documentum, illarum ſe dominum eſſe, vel per tonitru, quando cogit ipſas in ſua latibula ſe recipere, & illic tanquam in cuſtodia concluſas eſſe. Verum eſt, hunc locum vulgo exponi, Deum quaſi ſigillum in manibus hominum ponere, ut ſuum opus cognoſcant: quaſi diceretur, Quicquid induſtriæ homines habent, ut ſe huic vel illi rei applicent, Deum illis quaſi notam & characterem aliquem impreſſiſſe, eoſque id non habere niſi ab inſtructione quæ illis cœlitus data eſt. Sed textus non poteſt pati, ut verba illa ſic accipiantur. E verbo ad verbum eſt, *ad cognoſcendum homines, qui ſunt ejus opus.* Sequitur igitur, Deum cognoſcere homines, quum eos ſic conſtrictos & concluſos tenet in domibus ſuis. Ut id melius intelligatur, quum homines poteſtatem habent eundi & diſcur-

Digitized by Google

nempe tonitrua eſſe nuncios Majeſtatis Dei, non ſolum in eo quod homines perterrefaciunt, ſed quod cogunt illos domi latitare & abdere ſe: tunc perinde eſſe, atque ſi Deus oſtenderet, ſe homines in manu ſua & poteſtate habere: quodque aliqui eant & redeant, ſuaque negotia obeant, id eos facere, quoniam ipſis permittat Deus, qui tamen illos, quando volet, conſtringet. Quum id videmus, diſcamus Deo omni tempore honorem exhibere: nam ſi, quum tonat, duntaxat cognoſcamus, nos Deo ſubditos eſſe, parum in ejus doctrina profecerimus: ſed id documentum nobis eſt, ut ſciamus, ipſum greſſus omnes noſtros regere, noſque niſi ſub ipſius ductu digitum movere non poſſe. Id igitur cognoſcamus, & diſcamus ipſi omni tempore ſubditi eſſe, & pati ut ipſe nos regat. En quod hoc loco nobis retinendum. Quod ſi judicio & prudentia non erimus præditi, ut id poſſimus intelligere: en beſtias, quæ nos docere poterunt. Quomodo enim leones, urſi, lupi, reliquaque omnia animalia recipiunt ſe in ſuas ſpeluncas & luſtra, niſi quoniam Deus declarat, ſe in ipſas dominium habere? Si igitur volumus extra viam excurrere, nec pati ut Deus nos quaſi concluſos ſub ſua manu habeat, ſigillum hoc, cujus hic fit mentio, rejicimus; beſtiæ ipſæ nos ſuo exemplo condemnabunt. En igitur quod nobis adhuc retinendum eſt, ut majorem ex hac ſententia utilitatem capiamus. Vocabulum, quo hic utitur Eliu, proprie ſignificat *obſignare*, quemadmodum quum obſignatur epiſtola, ne legatur. Poteſt etiam arca aut abacus obſignari: ſigillum apponitur, ſi nolit dominus id, quod intus eſt, videri. Deus igitur admirabili ſigillo utitur, quum mittit tonitrua & tempeſtates. Nequaquam hic ceram, annulum, aut ſigillum aliquod materiale adhibet: ſed cogit homines tenere ſe quaſi incluſos, ita ut domi tanquam captivi contineantur. Id nequaquam ſponte faciunt: cognoſcant igitur oportet, dominum aliquem eſſe, qui in ipſos imperium habeat, nec in illorum poteſtate decurſum vitæ ipſorum eſſe. En cur hæc ſimilitudo ponitur, ut Majeſtatis Dei incomprehenſibilis cum omni eo quod in creaturis humanis intueri poſſumus comparationem inſtituamus. Statim autem ſubjicit, *Deum tempeſtatem ex nubibus collectis excitare*, præterea eſſe *ventum diſſipantem*, aut *ventum boream, qui frigus adfert*. Iſtæ mutationes melius oſtendunt potentiam Dei, ut gloria ipſi tribuatur. Verum eſt, ſi ſemper eadem & æquabili ratione aëris diſpoſitio ſe haberet, nunquam nimis caleret aut frigeret, nunquam pluvia aut ventus ingrueret: ſed aër ſemper temperatus eſſet, & is modus in rebus omnibus & anni tempeſtatibus eſſet, ut homines ſe ſemper eodem pacto haberent, id magis optandum videretur. Si ex voto tractaremur, quaſi continuum ver cuperemus habere, modo id nobis prodeſſet. Quemadmodum igitur calor nobis eſt moleſtus, ita etiam nos frigoris tædet, & tum gelu ſequetur: quumque ſiccitas ea fuerit, ut terra penitus exurenda videatur, ecce Deum, qui mittet nubes, & earum opera utetur ad nobis indulgendum, quum tempus ſerenum volet nobis mittere: quum ejuſmodi converſiones & viciſſitudines temporum videmus, nos pluſquam ſtupidos eſſe oportet, niſi de Deo cogitemus. Ac ſane ſui recordationem in hominibus excitat, ſeque ratione apertiori hominibus exhibet, quam ſi eadem via & ratione res ſemper procederent. En cur Eliu tantopere hoc in loco immoratur, ut narret & exprimat nobis mutationes, quæ fiunt in aëre, per cœlum ſerenum, per pluviam, frigus & calorem, per nubes, & per cœlum ſudum, per turbines, gelu, & alia ejus generis. Ea de cauſa etiam dicitur, Deum circumagere circulos: hoc enim ſic expono, quaſi diceretur, mundum renovari, quum ejuſmodi mutationes accidunt. Si eadem perpetuo eſſet anni tempeſtas, una & ſimplex cœli facies cerneretur: ſed quum Sol diem unum lucebit, poſtea ſtatim occultabitur, en tanquam duos mundos diverſos: & ejuſmodi varietas nos melius inducit & ſollicitat ad exiſtimandum, Deum aliquem eſſe, qui gubernat: quomodo enim fieri poteſt, ut res ita moveantur, ut ejuſmodi converſio fiat, niſi Deus in iſta ageret & dominaretur? Videmus modo terram frigore eſſe conſtrictam, aëremque obrigeſcere: contra videmus tempore ſereno, læto & ſuavi omnia relaxari: en adhuc novos mundos. Non ſine cauſa igitur Eliu concluſionis cauſa addit, *Deum circulos circumagere*, hoc eſt, mundos: eoſque modo hac, modo alia ratione circumagere. Cur vero? Ut, ſi ſatis abunde non docemur una ratione, oculos in cœlum attollamus, & undique circumſpiciamus, ſaltem quum ſubitas & repentinas converſiones videmus, id eo magis nos incitet ad Deum cognoſcendum, ut eum glorificemus: quomodo etiam majorem ejus rei occaſionem habemus. En quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Nunc vero videmus, quo plura media Deus nobis ſuppeditat, ut ad ipſum veniamus, eo ut ad ipſum timendum & honorandum doceamur, eo minus excuſatum iri noſtram ingratitudinem; contraque magis condemnatum iri, ſi in ipſis non proficiamus. Et tempus ſerenum igitur, & pluvia, & calor, & frigus, & grando, & tempeſtas adverſus nos in judicio Dei inſurgent. En teſtes contra nos, ad deteſtandam & arguendam malitiam & perverſitatem noſtram: eo quod non adoraverimus illum, qui ſe tot modis nobis exhibuit, & undequaque nos ad intuendam & contemplandam ſuam Majeſtatem induxit. Quare quoties tempus mutabitur, quamvis mutationes prima ſpecie nobis moleſtæ ſint, illas tamen ad noſtram utilitatem à Deo induci cognoſcamus: eo pacto enim Deus nos excitat, ut jam diximus. Si tempus ſudum & ſerenum habuimus, id poterat nos inebriare,

niſi

Digitized by Google

liti ſumus iſtas mutationes intueri, id aſpectum nobis obſcurat, & in cauſa eſt, cur miracula Dei, ut par eſt, non æſtimamus. Sed tamen res ipſa in ſe, nobis virtutem Dei ſingularem oſtendit, quando cœlum tam ſtatim invertitur & mutatur, tamque repente obſcuratur. Dicitur præterea, *Deum laborem nubibus imponere ad irrigandam terram*: & quidem quaſi ipſæ ſinderentur & exinanirentur, ut ex illis alimentum terra ſuſcipiat. En igitur laborem, in quo Deus ad utilitatem & commodum noſtrum nubes exercet, quando ex ipſis pluviam exprimit: poſtquam enim terræ humorem attraxerunt & exſuxerunt, ipſum reddere coguntur, tum marceſcunt, & tandem in nihilum rediguntur. Quando igitur audimus, Deum ſic regere creaturas ſuas, ut ipſas ad uſum noſtrum applicet, idque perinde eſſe ac ſi mercede conductos ſervos & ancillas nobis daret, in eo bonitatem ejus infinitam agnoſcamus. Nec de nubibus ſolum id

Deut. 4. verſ. 19. dicitur, ſed de Sole etiam & Luna, quæ ſunt creaturæ adeo nobiles, ut eas ad uſum noſtrum applicare Deus dignetur. Quando igitur de Sole & Luna dicitur, Deum illis uti ad nobis miniſtrandum & inſerviendum: in eo videmus amorem, quo nos proſequitur, & quam excellentes nos ducat, quamque pretioſa ſit ipſi vita noſtra. Verum eſt, id ex noſtra dignitate non promanare: qui enim ſumus nos? Interim ecce Deum, qui cœlum uſui noſtro ſubjicit. Eoque magis obbrutuerunt homines, quum Solem & Lunam adorarunt: ſicuti etiam eo fine Deus ipſis exprobrat, ſe illas creaturas ipſorum miniſterio addixiſſe. Meminerimus igitur, Deum, quum ſic jubet noſtri cauſa nubes & terram laborare, nobis ſuperius & inferius amorem pluſquam paternum oſtendere, & bonitatis ſuæ ſenſum exhibere, ut, quantopere illi chari & pretioſi ſimus, cognoſcamus, & quidem quantumvis miſeri ſimus. Neque enim digni ſumus, qui inter reliquas creaturas annumeremur. Si comparetur homo cum terra, cum aëre, cum belluis etiam ipſis: certum eſt, homines indignos eſſe qui ſuſtineantur. Cur? Quia corrupti & depravati ſumus. Eo igitur magis magnificanda eſt nobis Dei erga nos bonitas. Cæterum, quando dicitur, *Ipſum luce ſua nubes fugâre & pellere*, eſt adhuc alia mutatio admirabilis, quæ nobis manus Dei ſenſum exhibet. Nam ecce modo cœlum nubibus tectum & obductum: quod ſi bis mutationibus non eſſemus aſſueti, viderentur nobis aquæ minari, ſe modo nos obruturas. Ac ſane quid ſunt nubes, quum univerſum aërem occuparunt, & terra ſic madefacta eſt pluviis, ut cernitur? Nonne ſunt inſtar ſepulcri? Deus verò momento temporis facit, ut nubes evaneſcant: cui id poteſt attribui? Verum eſt, nos in ore habituros ordinem naturæ: & dicturos, ſolitum illud & ordinarium eſſe. Sed tamen, quicquid ſit, manum Dei ſen-

Deum timere nolunt: quo vero illos mittit? Ad creaturas inſenſibiles: & quidem ut eo majorem ipſis pudorem injiciat. En contemtorem Dei, qui omnem religionem pedibus proculcabit: rabies quædam diabolica illum tranſverſum agit: omne boni & mali diſcrimen repudiat. Interim tonitru ipſum perterrefacit, conſternat, & quaſi exanimat. En mercedem quam merentur qui Deo honorem debitum non exhibent, eumque Dominum ſuum agnoſcere recuſant: creaturam inſenſibilem reformident oportet. Diſcamus igitur Deo noſtro potentiam, quæ ipſi convenit & propria eſt, attribuere, ut ab eo timore, quo imperiti, increduli, perverſi, omniſque adeo religionis contemtores conſternantur, immunes ſimus. Si enim ſcimus, Deum regere & gubernare tempeſtates; tunc ſentiamus, nos, quum in ipſius manu fuerimus, ab omni periculo, quando ipſi videbitur, immunes eſſe. Tonitru ipſum nihil poteſt: & quamvis ipſum volare, & à cœlo ad terram uſque quaſi momento temporis pervadere videamus; eſt tamen in manu Dei. Quapropter quemadmodum enſis, quum humi jacet, aut in vagina reconditus eſt, non poteſt vulnerare; eadem eſt ratio fulminum, nihil enim illa ex ſeipſis poſſunt, ſed Deus illa quocunque ipſi viſum eſt vibrat & contorquet. Quum id certum & exploratum habebimus, non timebimus tonitru. Verum eſt, nos ab ipſo commotum iri, ac ſimul ipſum nobis ſtimuli loco inſerviturum, ad nos ſollicitandos ut confirmemur in timore Dei, & in ipſo magis ac magis proficiamus: ſed, quicquid ſit, non poſſumus ab ipſo tonitru conſternari, ſcientes Deum ipſum diſponere, quumque in ejus cuſtodia ſimus, tonitru nihil adverſus nos poſſe, niſi quod ipſi videbitur. En quomodo grandines non timebimus, ſed eum qui illas mittit: non timebimus tempeſtatem, ut nimis ad ipſam trepidemus, ſed tremenus coram Majeſtate Dei noſtri: & poſtquam coram ipſa tremuerimus, in omnibus noſtris affectibus carnalibus mortificabimur, & gaudium illud capiemus, quod nobis contra dat, ſe Patrem erga nos declarans. En, inquam, quomodo hic locus nobis obſervandus eſt. Sed eſt etiam exemplum creaturarum, quod nobis debet prodeſſe. Quum enim videmus, ventos, pluvias, turbines, omniaque illa exequi id, quod ipſis à Deo mandatum eſt, quid nos facere convenit? Numquid pluvia aures habet, ad audiendum id, quod Deus conſtituit? numquid item Sol, terra, nubes, aut aër ipſe? Nulla in illis ratio, nullus ſenſus ineſt: & tamen animadvertitur, omnes illas creaturas Deo ſervire & obſequi. Non decidet in terram gutta aquæ ſine ejus voluntate: Sol non oritur neque occidit, niſi quia illi Deus ſuos greſſus definivit, curſum aſſignavit: quem vel momento temporis non prætergredietur: eadem eſt ratio omnium aliarum creaturarum. Nos vero interim,

Jer. 5. verſ. 24. & 10:13. & 14:22.

Digitized by Google

mus igitur, & pluvias, & ventos, & turbines, & tempeſtates, & ſimilia inſigniorem redditura noſtram rebellionem: quando non deſinemus iram Dei provocare, & impedire quominus ipſi obediatur, noſque ipſius voluntati ſubjiciamur, eo ut ab ipſo placide & quiete regamur. En quod nobis ſecundò ex hoc loco obſervandum eſt, quando dicitur, Per mundum univerſum creaturas facere id, quod ipſis à Deo mandatum & præſcriptum eſt. In ſumma autem hic videmus providentiam Dei, quæ eſt in ordine naturæ. Sed adhuc nobis redeundum eſt ad id, quod heri tractatum fuit, quomodo nos eo Eliu revocat. Ait, *Sive in flagellum, ſive propter terram ſuam, ſive propter miſericordiam ſuam*, exiſtere facit pluviam. Sic loquens oſtendit, ut heri jam attigit, non ſatis eſſe ſcire, omnia ſub manu Dei eſſe, nihilque niſi ex ejus voluntate & diſpoſitione fieri: ſed nobis etiam finem conſilii ejus obſervandum eſſe, nobis cauſas notandas eſſe, cur ſic Deus operetur. Jam autem ſenſus debiles habemus, ita ut, quamvis Deus præmanſum cibum nobis porrigat, concoquere tamen ipſum in noſtris ingeniis nequeamus. Doctrina per partes & diſtincte proponitur, eaque adeo familiaris nobis redditur, ut nihil ſupra: ita tamen hebeti & tardo ingenio ſumus, ut eam, ſicuti par eſt, non cognoſcamus. Quid igitur eſſet, ſi in genere duntaxat ſciremus, Deum regere mundum, nec certiore doctrina præditi eſſemus, qua ejus bonitatem, juſtitiam, & ſapientiam cognoſcamus, quo ad ejus timorem alliciamur, & in fiducia miſericordiæ ejus fundemur? En cur denuo hic dicatur, *Sive in flagellum, ſive propter terram, ſive propter miſericordiam ſuam.* Quando dicitur, Sive in flagellum; in eo Eliu oſtendit, Deum mundum per pluvias, per calores, frigora, tempeſtates, & turbines caſtigare. Sunt igitur totidem flagella Dei, quibus nos percutit propter peccata noſtra. Interim non ſolum pro nobis mundum condidit, quum terram ſuam vocans, ejus miſereatur. Homines quoque non ſunt digni, ut ipſe erga illos miſericordia utatur; vult tamen adhuc terram, quæ ipſius opus eſt, & qua poſtea utitur, fovere: fieri igitur poterit, ut interdum ſeipſum reſpiciat, & id quod creavit, ita ut ſeveritatem ſuam cohibeat, eamque penitus non exerceat, quamvis ipſum irritaverimus. In eo igitur nobis ejus miſericordia agnoſcenda eſt: niſi enim nobis peccata condonaret, aut ipſa ad tempus tolerarct; certum eſt, terram ſub pedibus noſtris perituram, univerſumque adeo mundum, & quidem exitio noſtro conſumtum iri. Deus igitur nobis magnum ſuæ miſericordiæ teſtimonium reddit, quando ſic ipſi viſum eſt nos tolerare. Hæc autem concluſio nobis ad geminum uſum debet inſervire: unus eſt, ut melius id, quod ſupra jam expoſitum eſt, confirmetur: alter, ut heri tractatum fuit, ad nos in timo-

naturam duntaxat in eo operari? Nonne cognoſcendum eſt, Judicem cœli caſtigare regiones, & nobis oſtendere, nos, quum peccavimus, non poſſe ex manibus ipſius evadere? Sciamus igitur, Deum gratiam & bonitatem ſuam expromere, quum commodas & optatas anni tempeſtates nobis mittit; contra, ipſum peccata & tranſgreſſiones noſtras punire, ſi malam & incommodam tempeſtatem mittat. En igitur, quomodo hæc concluſio ſpecialis nos eo melius ad Deum adducat. Sed hoc etiam ſciendum eſt: Quum pluviæ, turbines, grandines, ſint flagella Dei, diſcamus domare & ſubigere nos, quando Deus nos corrigit, ne fruſtra nos percutiat; ſed nos ipſi ſubmittamus, quo ſic nos ſub ipſo humiliemus, ut placide in nos dominetur. Verum eſt, quum ipſe nos ad ſe tam ſuaviter invitet, magno id nobis eſſe dedecori, quando cogitur vi & magnis ictibus nos ad ſuum cultum adducere. Numquid ea natura eſt filiorum, quum nos ſic domari oportet, nec volumus ad patrem noſtrum niſi vi venire? Deum tamen ſic in nos agere oportet: quum tanta ſit noſtra rebellio, & tractatu tam difficiles ſimus, ſeveritate erga nos utatur neceſſe eſt. Hoc ad minimum à nobis præſtari debet, ut tunc nos ipſi ſubmittamus, quum plagas tam aſperas ſentimus, ipſeque & grandine, & pluvia, & tonitru, & vento, & gelu, & turbine, & ſiccitate nos percutit. Quare, quum ictus ſic aſperos ſentimus, & manus Dei nos facit tremere, & tremor ille non eo duntaxat ſpectat, ut trepidemus, & conſternemur animo, ſed ut nos ipſi ſubjiciamus, quo ab illo veniam peccatorum deprecemur: diſcamus, nos dignos eſſe, qui ſic cædamur: cæterum ſciamus, nos nunquam ejus vindictæ in nos magis ac magis provocandæ finem facturos, niſi corda in nobis Sancto ſuo Spiritu nova crearet. En igitur, quomodo flagella Dei nos debent ſollicitare, ut ad ipſum veniamus, ad illum timendum & honorandum. Interim notemus quod dicitur, *Propter terram ſuam* Deum ſui rationem habere, quando non penitus nos perdit & exterminat. Si igitur videamus, Deum nos ſinere vivere, quamvis cum multis miſeriis & calamitatibus vita noſtra conjuncta ſit, in eo tamen ſummam miſericordiam & patientiam animadvertimus: nam nos ſtatim deleri & exterminari oporteret, ſi nos pro meritis tractaret. Quare notemus quod dicitur, Deum id facere *propter terram ſuam.* Neque enim digni ſumus, ut nos reſpiciat: claudit igitur oculos, nec dignatur de creaturis tam turpibus & infamibus, ut nos ſumus, cogitare. En igitur, quomodo hic exprimitur, Deum nos dedignari, quum dicitur, Deum, ſi noſtri duntaxat rationem haberet, ad cœlum & terram, eo ut periremus, exterminandam poſſe adduci. Id vero nobis prodeſſe debet ad nos omni ſuperbia ſpoliandos, noſque majori pudore afficiendos,

Digitized by Google

autem debemus colligere, ſi commoda nobis ſit pluvia, ſi optato tempus ſerenum veniat, nos nequaquam promeritos eſſe, ut Deus nos tam benigne tractet: non debemus imaginari, eum hic nobis mercedem aliquam, quaſi obſtrictum, reddere, aut quaſi ipſi tales eſſemus, ut nos tam delicate pro liberis ſuis habere debeat. Quid igitur? Mera eſt ejus miſericordia, meremur enim fame perire: nulla igitur ratione ad præbendum nobis alimentum adduci poteſt, niſi quia bonus & miſericors eſt. Meremur ut nos ex mundo exterminet, & tamen manum ſuam porrigit, ut nobis tanquam pater liberis ſuis cibum in os ingerat & immittat. In eo igitur gratuitam ejus bonitatem videmus. En quomodo Deus nobis mareperietis.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut illi libeat nos ipſis ita ad vivum afficere, ut in illis nobis diſplicentes, nihil aliud petamus quam ipſis ejus gratia purgari. Quumque in omni ordine naturæ, nobis tam præclara ſuæ bonitatis, juſtitiæ, ſigna & ſpectacula ediderit, illis ſpectandis attoniti ſimus, ad ipſum colendum & adorandum, noſque penitus ejus obſequio ſubjiciendos, quo nos quacunque ratione volet regat. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed & omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA SEXTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVII.

14. Auſculta iſta, Jobe; ſubſiſte & intellige mirabilia Dei.

15. Scin tu, quomodo Deus legem ipſis impoſuerit, & quomodo lucere faciat lucem nubis ſuæ?

16. Num noſti diſſipationes nubium, & mirabilia perfecti ſcientiis?

17. Quomodo veſtes tuæ tibi calcant, quum * flare facit Auſtrum?

18. Num extendiſti cum eo cœlos, qui ſunt fortes, ſicut ſpeculum conflatile?

19. Oſtende nobis, quid dicamus illi: non poteſt diſponi ſermo propter tenebras.

20. Si loquaris, quis illi narrabit? quod ſi aliquis ipſi narret, nonne abſorbebitur?

21. Non videtur ejus lux, quando Sol abſconditur, tum ventus flat, & ſerenitatem aëris reducit.

22. Serenum tempus redit à Septentrione: debet igitur Deus in laude exaltari.

23. Omnipotens eſt in ſua bonitate: potens eſt in virtute, judicio, & juſtitia, & non affligit.

24. Idcirco timebunt eum homines: nec intuebitur omnes ſapientes corde.

** aut terram quietam & tranquillam reddit opera meridionalis venti.*

SI cognoſceremus id, quod hic dicitur de operibus Dei, nempe ipſa eſſe admirabilia, nemo noſtrûm eſt, qui in illis conſiderandis non multo plus operæ poneret, quæ eſt præſertim ingeniorum noſtrorum tenuitas. Sed quid? Nos tam agili ingenio præditos eſſe putamus, ut oculi jactu, ſtatim omne quod in ipſis cognoſcendum eſt didiciſſe putemus: interim opera Dei non æſtimantur à nobis pro dignitate ſua, nobis ſunt tanquam res vulgares propter conſuetudinem, illaſque leviter præterimus. Nobis igitur diligenter notandum eſt id, quod hoc verſiculo continetur: quum ex parte una Eliu profitetur, *opera Dei totidem eſſe miracula:* poſtea dicit, in illis hærendum & immorandum eſſe, & quidem quia ingenium noſtrum nimis debile eſt, ut tam ſtatim veram ipſorum cognitionem conſequi poſſimus. Opus [illegible] igitur, ut eo omne noſtrum ſtudium applicemus. Cæterum diſerte nobis hic præcipitur, *audire:* [illegible] Deus loquutus ſit, nos fruſtra omnes noſtros ſenſus applicabimus ad conſideranda ejus opera, nunquam ad id, quod præcipuum eſt, perveniemus. En igitur tria nobis retinenda. Unum eſt, excellentia & majeſtas, quæ poteſt conſpici in omnibus Dei operibus, ita ut ipſa nullo modo ſint contemnenda. Secundum eſt, quoniam homines ſunt tardi & graves, eos non duntaxat aſpe-

ſcit, ille ingratus & ſacrilegus eſt. Hanc igitur reverentiam adferamus, ut, quotieſcunque de operibus Dei ſermo fit, de iis non cogitemus, niſi ut miraculis, quæ ingeniorum noſtrorum captum ſuperant, in quibus Deus Majeſtatem ſuam exhibet, ita ut ipſum adorandi idoneam occaſionem habeamus. Cæterum, ut jam tetigimus, nobis ex altera parte conſiderandum eſt id, quod in nobis eſt, ne nos tam agili & promto ingenio præditos eſſe putemus, ut omnia uno momento ſcire & comprehendere poſſimus. Contenti igitur ſimus conſiderare id, quod ſtatim non comprehendimus, nec in eo ſtudio defatigemur. Si diu viximus in mundo, & ſumus adhuc tirones, nec eam perfectionem intelligentiæ, quæ nobis optanda eſſet, conſequuti fuerimus, ne animum deſpondeamus: ſed in eo ſtudio pergamus & perſeveremus: multum enim profecerimus, quum in tota noſtra vita miracula, quæ continentur in operibus Dei, ſentire didicerimus. Verum eſt, ſemper nobis ulterius pergendum eſſe: quum etiam dicitur, hic nobis immorandum eſſe, non ſequitur, nos debere otioſos eſſe in noſtris ſpeculationibus: quum enim de Deo cogitamus, id non impedire debet, quominus in id, quod præſcripſit & præcepit nobis, incumbamus. Contrarium enim agendum eſt: quo magis enim unuſquiſque opera Dei conſiderat, eo magis ad id, quod ſui officii eſt, agendum debet incitari. Quin etiam ii, qui hærent & immorantur in conſiderandis operibus Dei, debent retrocedere, eo ut (ſicuti dicitur in communi proverbio) melius ſaliant: id enim eo ſpectat, ne divagemur: quomodo animadvertitur, homines diſcurrere, movere & agitare ſe, imo libenter ſecum mundum ipſum ſede ſua moturos, quum ita in ſuis cœptis ſunt occupati. Sed quid? poterunt ſibi brachia & tibias frangere, ut tamen nihil proficiant, quum rectam viam non teneant. Quid igitur facto opus eſt? Ut bona ratione ducamur, quæ nos regat. Sic igitur hæreamus in operibus Dei, ut tanquam freno cohibeamur, ne ſic vagemur. Sed interim incumbamus etiam in id, quod nobis Deus præcipit, & eo omnia noſtra dirigamus. Cæterum ſciamus, nos natura noſtra nec prudentia nec ratione præditos eſſe ad Deum audiendum: ejus enim munus eſt oſtendere nobis id, quod in ejus operibus debemus conſiderare, ut ex iis utilitatem capiamus. Verum eſt, Ethnicos ſubtiliter diſſeruiſſe de arcanis naturæ, nihilque illos latuiſſe: ſed hæſerunt in hoc mundo, & ad Deum non pervenerunt. Sed quid eſt ejuſmodi ſapientia, niſi confuſa abyſſus? Quæ enim hæc ingratitudo eſt, ut homines tam accurate & ſubtiliter ſcrutentur omnia opera Dei, nec tamen de Creatore cogitent, ipſumve curent? Maledicta igitur ſit ejuſmodi ſapientia, quæ hæret in ſubtili rerum harum inferioinſtructionem applicemus. En quod ad primum iſtum verſiculum attinet. Eliu autem perſequitur ſermonem ſuum, & quærit, *utrum Jobus ſciat, quomodo Deus præceperit omnibus ſuis creaturis, quomodo nubes ordinarit*, præterea, quomodo lucem immiſceat, & utrum cognorit ordinem & diſpoſitionem nubium, *& miracula ejus, qui perfectus eſt in ſcientia*? Quando ait, *Cognoviſtine, quomodo Deus legem imponat ſuis creaturis?* hic duo notanda ſunt: unum, Deum non duntaxat creaſſe opera ſua, ſed ipſa regere, & applicare ad eum uſum, qui ipſi bonus videatur: ſed quoniam hoc vocabulum hic denuo ponitur, expendamus ipſum quomodo etiam bonam doctrinam continet. Quid enim eſſet, ſi nobis diceretur, Deum duntaxat mundum creaſſe, nunc vero ſinere res temere ferri? id frigidum & jejunum eſſet admodum. In ea tamen opinione fuerunt fere omnes Philoſophi. Loquor de iis, qui bonum aliquod ſemen religionis habuerunt: relinquo enim beſtias illas inſanas, qui exiſtimarunt mundum fuiſſe æternum, in qua hæreſi fuit omnium longe ſapientiſſimus, Ariſtoteles nempe. Nunquam extitit, qui cum illo eruditione eſſet conferendus, illic tamen hæſit, & ſic illum dementavit Satan, ut nullum mundi Creatorem agnoſceret: & quamvis Deum aliquem eſſe cognoſceret, mundi tamen creationem non cognovit, quæ eſt tanquam facies Dei, in qua ipſe vult conſpici. Sed ex omnibus iis, qui ſemen aliquod religionis habuerunt, nullus fuit, qui, quamvis hoc omnes cognoverint, Deum mundum creaſſe, providentiam tamen ejus agnoverint, qua omnia continentur: quoniam modo, quæ ejus virtute creata ſunt, bonitate, ſapientia, & juſtitia ſubſiſtunt. Id igitur ab Ethnicis non fuit cognitum. Ea de cauſa diligenter hic contentam doctrinam retineamus, quæ conſentanea eſt cum eo quod dicit Dominus noſter Jeſus Chriſtus, Patrem ſemper operari, ſeque una cum ipſo: ſe, inquam, qui eſt ea Sapientia, de qua loquitur Salomon in octavo capite. *Joan. 5. verſ. 17.* Volumuſne igitur recte cognoſcere, Deum creatorem eſſe cœli & terræ, ut ipſum confiteamur. Hoc ſtatim nobis veniat in mentem, ipſum omnia regere, creaturas ſuas non tradidiſſe oblivioni, ſed de ipſis pro arbitrio conſtituere. Quapropter poſſumus concludere, nubes non cogi in aëre temere aut fortuito, quin etiam non generari illic ex terræ arbitrio; ſed Deum omnia regere, legem ſerenitati & pluviis imponere, (hoc igitur manat à ſupremo illo imperio,) nec guttam pluviæ unquam cadere, nunquam ſerenum eſſe cœlum, nunquam vel minimum ventum flare, quin Dominus noſter juſſerit, quinque hæ creaturæ, quamvis ſenſu careant, motum aliquem arcanum habeant ab eo, qui omnia regit, & in omnia imperium obtinet. En igitur quod ad primum.

Digitized by Google

regi; quid ſtatuendum eſt de regno æterno Dei, quod infinito intervallo ſublimius eſt omnibus iis, de quibus hoc loco verba fiunt? Non ſumus idonei ad judicandum de iis quæ ſunt hujus mundi; ſunt illa viſibilia caduca & corruptibilia, quomodo igitur perveniet judicium noſtrum ad regnum uſque Dei ſpirituale? Nonne illic nos deficere oportet? Diſcamus igitur omnibus modis nos humiliare, & modeſti eſſe. Quum vero cognoſcendæ erunt res aptæ ad ſalutem noſtram, ſi recte in illis volemus proficere, in primis cognoſcamus, nos non eſſe idoneos ad quidquam ſciendum, præter id quod Deus nos docuerit: nos igitur ipſi permittamus, & patiamur nos regi verbo ipſius. Quumque illud, quod appetimus ſcire, non videbimus, ſciamus, Dominum velle nos humiliare: neque hic temerarii & præcipites ſimus ad judicandum ex noſtro arbitrio: ſed doctrinam, quæ nobis verbo Dei proponitur, animo agitare & revolvere contenti ſimus. En igitur quomodo hic locus nobis ad praxin & uſum referendus eſt. Interim Eliu hic loquitur de iis, quæ videri poſſunt, & quorum ratio eſt incomprehenſibilis. Verum eſt, aliquid dici poſſe, ſed tamen tandem hoc concludendum eſt, Miracula Dei nobis nimis ſublimia eſſe. Ait igitur, *Eia age, poteriſne diſſerere, quomodo calida ſint tua veſtimenta, quum Deus terræ dat quietem opera venti meridionalis?* hoc eſt, æſtate dum valde calet, & Sol dominatur, ſi boreas non ſpiret, ſed ventus meridionalis regnet; non eſt tamen ventus, qui animadvertatur. Quemadmodum quum tempus tranquillum & quietum eſt in æſtate, verum eſt, auram à Meridie ſpirare, ſed ea non eſt ventus qui poſſit animadverti: tempus enim ita tranquillum erit, ut non deprehendatur, ullum ventum flare: tunc calore ſuffocantur homines, quoniam etiam tunc maximi ſunt calores. En etiam cur dicitur, *Deum terram quietam reddere, venti meridionalis opera.* Tunc an poteris duntaxat judicare, cur videas ſudorem exire de tuo corpore? Videbis veſtimenta tua madefacta: poſtea illa urent, quum Solis radiis eo uſque icta fuerint, ut perforentur, ita ut adverſus Solis calorem tueri ſe non poſſint. Numquid poteris ejus rei cauſam dicere? *Præterea*, inquit, *finſtine cum Deo, quum cœlum extendit?* Hoc opus cernitur, tanquam ſpeculum fuſile. En mirabilem fuſuram, illam cœli expanſionem. Numquid iſtam virtutem inæſtimabilem Dei, quæ ſe in omnibus exerit, poteris comprehendere? In ſumma autem ex his ſententiis colligere debemus, quamvis cauſæ aliquæ naturales ſint, & caloris & frigoris, non inde tamen ſequi, ut nos, quid illa ſint, poſſimus comprehendere. In primis quando ventus ille Meridionalis dominatur, ita ut ſine magno flatu aut violentia calore urantur homines. Ejus rei cauſam aliquam inferiorem percipere poſſumus: ſed quum omnia cognoverimus, nobis tamen eſt venien-

eſt, ... arcana in corpore humano, Deum ejuſmodi artificio ipſum diſpoſuiſſe, ut, quum rem diligenter & accurate expenderimus, hæreat tamen adhuc ſuſpenſum ingenii noſtri acumen. Si ita non ſumus affecti, nimis infames ſumus, & nimis belluina eſt noſtra ingratitudo. Præterea exponere poterimus, quemadmodum in orbem cœlum ſit conformatum, & quam proportionem cum terra habere poſſit, præterea cujus materiæ ſit, nempe materiæ igneæ, & quomodo in ſuo ſtatu & diſpoſitione conſervetur, quomodo circuitus ſuos obeat: ſed poſtquam omnia illa diximus, cognoſcendum nobis eſt, Hic tamen Deus magna ratione operetur oportet. Et quam magna? Infinita, in qua ſenſus humanos ſe ſubmittere oporteat, ut dicant, Eſt opifex admirabilis: eſt Deus aliquis, qui ſic operatur, ut nos ejus arcana adorare, & honorem illi in omnibus ejus operibus, confitendo, non eſſe noſtrum ad tantam ſublimitatem pervenire, exhibere oporteat. En igitur quo nos Spiritus in hoc loco velit adducere. Quapropter quotieſcunque cauſam aliquam animadvertemus eorum quæ fiunt ordine naturæ, videbimus qua ratione Deus operetur juſtitiam, ejus virtutem & ſapientiam apprehendemus: diſcamus ſemper hanc concluſionem ponere, Non tamen poſſumus omnia comprehendere, nec centeſimam quidem partem: præclare nobiſcum agitur, ſi eorum guſtum aliquem habemus & extrema lingua illa lingere poſſumus: præterea guſtum illum non poſſumus habere, niſi nobis ſuperne detur. Sed interim diligenter notemus, omnem cognitionem, quam obtinere poſſumus, eo ſpectare, ut ſentiamus ingeniorum noſtrorum tarditatem, ut humiliemus nos coram Deo, &, agnita noſtra imperitia, doceri, & magis ac magis proficere appetamus. Cæterum nunquam defatigemur, omne ſtudium noſtrum conferendo ad attentam conſiderationem operum Dei: quum poſſimus nobis inæſtimabilem theſaurum acquirere, quum eorum partem aliquam cognoverimus, & quidem ut guſtum aliquem duntaxat habeamus, ut diximus: nam quum ei rei toto vitæ noſtræ tempore incubuerimus, multum profecerimus, ſi ad dimidium viæ poſſimus pervenire, donec nos Dominus noſter penitus ad ſe colligat. En igitur quod ad calorem attinet, cujus hic fit mentio, & quod ad artificium illud ſpectat, quod in cœlo conſpicimus, quod quidem eſt tanquam fuſile ſpeculum, & tamen ejus expanſio eſt infinita, ut opificem nobis ſummæ admirationi eſſe oporteat. En quomodo nobis hæc doctrina ad uſum & praxin ſit revocanda. Statim autem ſubjicitur, Oſtende nobis, quid illi dicturi ſimus, neque enim ſermones poſſumus propter tenebras diſponere. Hic Eliu Jobum irridet: interim vero ea doctrina nos omnes ſpectat, ut nimirum, qui hoc ſibi ſumet & arrogabit, ut cum Deo velit agere & diſceptare, is oſtendat,

quo-

Digitized by Google

bis, quomodo cum Deo ſit loquendum: ſi adeatis ipſum, & dicatis illi, En, cuperem hoc fieri; ratio adferenda eſt. Quam autem rationem Deo poterimus adferre? Diſerte vero hoc nobis proponitur, quia homines ſe ſuis opinionibus & imaginationibus implicant, quando in Deo & ejus operibus non acquieſcunt. Ac ſane, quid nobis tantam licentiam & audaciam dat, ut adverſus Deum indignemur & irritemur, hoc vel illud ipſi objiciamus, niſi quod Majeſtatem ejus non reſpicimus? Non ſine cauſa igitur Spiritus Sanctus nos huc revocat, ut Deum ipſum alloquamur: quaſi diceret, Oſtendite, quid illi dicturi ſitis: nam illi tanquam abſenti obloquimini. Idem faciat miſerculus aliquis, cui non probetur quod agit vir ſummi judicii & auctoritatis. In eo igitur habebit quod carpat: non tamen audet illi in os obſiſtere, ſed apud ſe in illum exacerbabitur & indignabitur, multaſque calumnias confinget, quas poſtea cum ſui ſimilibus evomat: Ille ſe valde ſapientem & doctum eſſe putat, mihi tamen non probatur, miror quomodo ſic loquens toleretur. Idem adverſus Deum agimus, neque enim ea audacia præditi ſumus, ut adverſus ipſum directe os noſtrum aperiamus, (ut natura nos docet, nobis horrori eſſe debere, ſic adverſus illum, qui nos creavit, & formavit inſurgere:) ſed interim tam turpes & infames ſumus, ut illi in occulto obloquamur, obmurmuremus, modo hoc, modo illud carpamus. Diſcamus igitur, quotieſcunque tentamur ad carpenda opera Dei, coram ipſo nos ſiſtere, & ea, quæ hic continentur, nobiſcum reputare: Quomodo illum alloquemur? unde initium faciemus? Tunc nos reprimendi occaſionem habebimus, eaque ſtultitia, quæ in nobis prius erat, dometur & concidat oportebit. En igitur, quomodo hoc vocabulum debemus accipere, quando dicitur, *Oſtende nobis, quid Deo poſſimus dicere.* Quando autem dicitur, Nos non poſſe diſponere ſermonem propter tenebras: hic ignorantia hominum nobis adhuc melius exprimitur: hic enim ſumus quaſi tenebris implicati, ita ut nihil cernamus. Quomodo igitur ſermones noſtros poterimus adver-
1 Tim. 6. ſus ipſum diſponere? En Deum, qui habitat in luce,
verſ. 16. qui non intuetur inſtar hominis mortalis, quando Sol lucet duntaxat. Atqui homo, adhuc quum in meridie ambulat, videt viam ſuam: quumque ſe ad aliquid applicat, ad certum ſcopum collimare & ſua conſilia dirigere novit. Deus vero non duntaxat id habet, ſed habitat in luce tam magna & tam infinita, ut nihil ſit illi occultum, omnia illi pateant, nullum ſit ipſi præteritum aut futurum: ad abyſſum uſque penetrat, ut ſuperius vidimus. Quomodo igitur ipſi quæ agere debeat præſcribere poterimus, quum in tenebris habitemus? Id perinde eſt, atque ſi homo quiſpiam concluſus eſſet in gurguſtio aliquo, ubi nullam prorſus lucem videret, & diceret alteri, Neſcis quid agas. Miſer cæcus numquid alium ſic admonebit, Ignoras viam tuam, non reſpicis ea quæ

noſtram ignorantiam glorificare non poſſumus. Interim notemus, hic homines ſuæ temeritatis redargui, in eo, quod ad loquendum re non cognita feſtinent. Videmus, quam leves & præcipites ſint linguæ noſtræ, ſi præſertim de Deo & ejus mirabilibus ſit loquendum, de ipſis loquimur & garrimus. Sed quomodo? Temere: & tamen ſumus tanquam in tenebris. Diſcamus igitur ſermones noſtros ad tenuitatem noſtram accommodare. Interim ex altera parte bonitatem infinitam Dei noſtri cognoſcamus, in eo, quod nobis verbo ſuo in medio tenebrarum illuceſcat: & quamvis non penitus comprehendamus, quomodo mundum crearit, & qua ratione nunc operetur, nihilominus tamen nos, quatenus
expedit, conſilii ſui participes facit. Ideo dicitur, Prov. 8.
Sapientiam Dei illi adſtitiſſe, quum mundum con- verſ. 22.
didit, montes ſuſtulit, valles depreſſit, eum deni- & ſequen.
que ordinem, quem videmus, conſtituit. Sed dici- verſiculis.
tur, Eam ſapientiam per plateas clamare, Venite, Prov. 8.
en, me vobis offero, parata ſum familiariter cum verſ. 1.
hominibus agere, quin etiam ipſi ſunt meæ deliciæ, Prov. 8.
ſummaque hæc eſt mea voluptas, ut cum incolis verſ. 31.
terræ verſer & conſueſcam. Quando igitur ſapientia Dei (quæ ex ſe nobis eſt incomprehenſibilis) profitetur, ſuas delicias & voluptatem in eo poſitam eſſe, ut nobiſcum verſetur, nobiſque ſit familiaris: nonne, quæſo, occaſionem habemus nos conſolandi, & vigilandi ad proficiendum in iis quæ Deus nobis oſtendit, & quidem ea cum ſobrietate & modeſtia, ut non appetamus quidquam ſcire ſupra id quod ipſe nos docet, &, laudem ipſi debitam tribuentes, illum glorificemus? En, quod nobis ex hoc verſiculo notandum eſt. Subjicit autem, *Si loquar, quis illi narrabit? Qui verbum proloqui adverſus ipſum audebit, nonne illico abſorbebitur?* Hic Eliu exprimit melius id quod jam attigimus: nempe omnes ſermones temerarios, quos adverſus Deum proferimus, omnes vagas imaginationes, quas in cerebris noſtris concipimus, eſſe tanquam obmurmurationes, quæ in occulto fiunt. Atque ea eſt ſimilitudo, quam adduxi, de nebulone aliquo, qui digitum movere neſciat, & tamen adverſus eos, quos Deus prudentia donavit, garriat, & aliis obtrectando ſapiens velit haberi. Idem adverſus Deum facimus: nemo enim noſtrûm eſt, qui non nimium audaciæ habeat, ad objiciendum ſemper aliquid adverſus ea quæ Deus agit. Sed interim nihil aliud quam garrimus, & ipſe non dignatur ſermones noſtros audire. Oſtendit igitur Eliu, homines nihil profecturos, quum ita adverſus Deum inſurgent. Cur? *Quis narrabit ipſi?* Id perinde eſt, atque ſi mendicus aliquis de magno aliquo Rege loqueretur, & diceret, Atqui Regem prudentiorem eſſe, hoc & illud agere oporteret: nam poſſet ipſi dici, Nuncium igitur aliquem invenias oportet, qui ea, quæ dicis, ipſi ſignificet: nam quum Rex non ſatis conſilii & prudentiæ habeat, niſi ipſe illi conſilium des: illi ſententiam tuam declares

 opor-

Digitized by Google

noſtram confuſionem perſcribantur. Quando igitur arrogantia noſtra ea fuerit, ut audeamus adverſus Deum obmurmurare: ob ejuſmodi blaſphemias Deo reddenda erit ratio, nec illæ manebunt impunitæ. Ne putemus igitur, nos quidquam adverſus Deum proficere poſſe: ſed quum tentabimur ad objiciendum aliquid adverſus ea quæ agit, hæc ſententia nobis veniat in mentem, *Quis ipſi narrabit?* Verum eſt, Deum audire, nihilque ipſum fugere: ſed tamen non dignatur ſe loquacitati noſtræ, quaſi pares ipſius eſſemus, ſubjicere: en ranas, ſicuti jam dixi. Denique hoc ſpectat ad oſtendendum nobis, nos litigando nunquam cauſam noſtram adverſus Deum obtenturos: denique non opus futurum, ut demittat ſe ad reſpondendum. Cauſa vero quæ? Quia id illum non attingit, non poſſumus ad ipſum garrulitate noſtra appropinquare, quamvis linguam noſtram acuamus, & præcidat illa & ſecet aërem: Deus tamen in ſuo ſtatu manebit, nec opus erit ut laboret ad reſpondendum nobis, & cauſam aliquam dicendam: id eſſet ſuperfluum. Diſcamus igitur ea cum reverentia loqui, ut ſermones, quos de Deo habebimus, ſint ad laudem conformati, quo Deus illos gratos & acceptos habeat. Quomodo vero id præſtabimus? Quum ipſe linguas noſtras purgarit, hoc eſt, quum nihil niſi quod ex ejus verbo promanarit, & in ſchola ipſius didicerimus, proferemus. Concluſionis autem cauſa notemus id, quod Eliu ſubjicit: *Si aliquis loquatur*, inquit, *nonne is abſorbebitur?* Hic nobis oſtendit, quæ confuſio parata ſit omnibus iis, qui ſic ſe adverſus Deum erigere audent, & volunt ejus opera carpere. Quid illi tandem proficient? Omnes abſorbebuntur. Animadvertitur, omnes creaturas ſub illa Majeſtate tremere debere. Quid igitur futurum eſt, quum erit rebellio manifeſta? Deus ſolo nutu & aſpectu faciet colliqueſcere viſum fuerit ſe nobis patefacere, nobis hanc gratiam largiatur, ut ſemper in modeſtia ambulemus, & ſemper ad hunc ſcopum collimemus, nempe quod meretur à nobis honorari: ut, cognoſcentes, nos eum honorem ipſi debere, diſcamus nos ipſi penitus ſubjicere. En igitur, quomodo poterimus ad Deum appropinquare, non formidantes ignem iræ ejus: ſed potius ſciamus, ipſum nobis in refrigerium fore, ut ejus gratia foveamur: & quidem, quum ad ipſum cum animi humilitate accedemus, non nimis ingerentes nos ad inquirendum in ipſum & opera ejus. Nos igitur contentos eſſe oportet eo, quod nobis in verbo ſuo oſtendit: illud cogitantes, ejus eſſe nos manu ducere, noſtrum vero ſequi & pergere, prout ipſe nos ducet.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut eorum ſenſum nobis magis ac magis indat. Et quoniam libuit illi nobis in hoc mundo tot bona largiri, ut omnes ſuas creaturas ad uſum noſtrum applicarit, ex ejus manu eam liberalitatem accipientes, diſcamus eum Patrem noſtrum agnoſcere; ſcientes, eum, quum curam noſtrorum corporum in hoc mundo gerat, non defuturum nobis in iis quæ ſpectant vitam ſpiritualem animarum noſtrarum. Et quamvis in hoc mundo multis cupiditatibus & affectibus, qui impediunt quominus ingenia noſtra libere poſſint ejus opera conſiderare, ſimus implicati, animum tamen ad illa meditanda ſumamus. Interim nos ita Sancto ſuo Spiritu regat, ut omnia ea, quæ agit, probare, ipſique adeo propter ſuam juſtitiam, veritatem & bonitatem, omneſque adeo alias virtutes, quas nobis quotidie in ſuis operibus demonſtrat, gloriam tribuere diſcamus. Nec ſolum nobis hanc gratiam largiatur, verum etiam omnibus populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA SEPTIMA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVIII.

1. DOminus Jobo ex turbine reſpondens, dixit,
2. Quis iſte eſt, qui obſcurat conſilium in verbis ſine ſcientia?
3. Accinge lumbos tuos, tanquam vir ſtrenuus; & oſtende mihi id, de quo te interrogabo:
4. Ubi eras, quum fundabam terram? id declara, ſi intelligentia præditus es.

Superius

Digitized by Google

enim ejus bonitate abuteremur, & eo ad nos appropinquante, ipſum tanquam unum aliquem de noſtri ſimilibus & paribus duceremus. Hoc vero eſt quod nobis modo declaratur, Deum nimirum, animadvertentem, Jobum non ſatis domitum ſermonibus & rationibus, quas Eliu adduxerat, Majeſtatis ſuæ ſenſum illi ex turbine exhibuiſſe: ut ſic expavefactus culpam ſuam agnoſcat, & penitus ei, quod ipſi proponitur, obſequatur. Sic videmus, quomodo Deus ſe omnibus modis nobis accommodet, ut nos lucrifaciat. Ex parte enim una ſe deprimit. Cur? Animadvertens, nos nimis rudes & tardos eſſe, eo ut ad ipſum uſque poſſimus aſcendere. Sed tamen quia in cerebris noſtris ſuperbia nimia eſt, ipſe nobis talis, qualis eſt, ſentiendus eſt, ut eum timere, verbumque ejus cum omni humilitate & ſollicitudine audire diſcamus. Hoc vero eſt nobis valde obſervandum: in eo enim videmus, quo amore nos proſequatur, & quam ſalutis noſtræ curam gerat. Noſtri enim magnam curam gerat oportet, quando ſic ſe, ut ita loquar, transformat, nec contentus eſt, ſemper eodem & æquali nos ſtylo alloqui; ſed quum videt illud nobis aptum eſſe & expedire, balbutit nobiſcum: præterea animadvertens, eam bonitatem poſſe in contemtum converti, attollit ſe & magnificat, prout ipſi convenit: ut cognita noſtra conditione, nos ipſi penitus ſubjiciamus. Eoque magis debemus expetere, ut verbo ejus doceamur, quum ipſum ad captum & menſuram noſtram ſit accommodatum, Deuſque nihil eorum, quæ ad ſalutem noſtram requirebantur & utilia erant, omiſerit. Animadvertentes igitur, bonum noſtrum Deum ſic voluiſſe ſe ad nos demittere, & interim etiam ſe attollere, ut nos ad obſequium ſuum adigat, eo majori cum alacritate animi ipſum loquentem audiamus. Nec amplius hac inani & frivola excuſatione utamur, verbum Dei nimis ſublime & obſcurum noſtri reſpectu, aut formidandum, aut nimis ſimplex eſſe. Nam quum res diligenter à nobis expenſa fuerit, certum eſt, Dominum noſtrum nobis in verbo ſuo Majeſtatem proponere, quæ omnibus creaturis terrorem & pavorem poteſt injicere. Eſt etiam ſimplicitas, quæ facit, ut ipſum poſſit à maxime idiotis, ſimplicibus & imperitis accipi: eſt in eo tanta lux, ut ad ipſum, etiamſi ſcholam non adierimus, modo dociles nos præbeamus, aſpirare & penetrare poſſimus: non
Pſal. 19. ſine cauſa enim humilium & parvorum doctorem &
verſ. 8. magiſtrum ſe vocat. En quod primo nobis ex hoc
Mat. 11. loco notandum eſt: nempe, quum Deus nos allo-
verſ. 25. quitur ore hominum, eo ipſum tendere, ut liberius illi appropinquemus, majore cum otio ea, quæ nobis proponit, recipiamus, nec præter modum attoniti & ſtupefacti ſimus: ſed quia etiam admotis calcaribus & ſtimulis non movemur, nec quem promeruit honorem ſentimus, eum ſui talis qualis eſt [illegible] conſiliis ejus incomprehenſibilibus nimis inquirere, ſed de illis guſtemus id quod libet ipſi nobis patefacere: interim cognoſcamus, ſenſus omnes noſtros deficere, niſi libeat ipſi nobis appropinquare, aut nos ad ſe attollere: ſed adhuc alio reſpectu, nempe propter noſtram rebellionem, Deus ſe terribilem oſtendat oportet. Verum eſt, ipſum nihil tam cupere, quam lenitate nos ad ſe allicere: videmus quoque, illum hac ratione amabili uti, quum homines ſunt recte diſpoſiti ad ſe ipſi ſubmittendum, quum eos tam humaniter, ut nihil ſupra, invitat: ſed quum in illis duritiem aliquam ſentit, nos ante omnia deprimat oportet: quid enim alioquin proficiat nos alloquens? Verbum ejus nobis erit contemtui, aut in cor noſtrum non ingredietur.
En cur, quum Legem ſuam promulgaret, excitarit *Exod.* 19.
tonitrua, voluerit tubas in aëre audiri, omnia *verſ.* 19.
tremere & trepidare, ita ut populus eo uſque per- *Hebr.* 12.
terreatur, ut dicat, Dominus non alloquatur nos, *verſ.* 19.
alioquin periimus omnes. Cur ſic commovit ter- *Lev.* 18.
ram Deus, & vox ejus cum ejuſmodi pavore per- *verſ.* 5.
ſonuit? Numquid voluit procul populum abigere, ne ab ipſo audiretur? Contra autem dicitur, ipſum noluiſſe fruſtra Legem ſuam dare, ſed voluiſſe huic populo inſtructionem certam præbere, ut ipſe vitæ viam cognoſceret. Nequaquam igitur voluit illum à ſe deterrere, quum turbines & tempeſtates in aëre excitavit: non id, inquam, fuit ipſius conſilium: ſed id præparationis loco fuit ad domandam & ſubigendam ſublimitatem illam populi, qui nunquam Deo aut verbo ejus obediviſſet, nunquam loquentis auctoritatem ſine notis illis & ſignis, quæ adjuncta fuerunt, cognoviſſet. Notemus igitur, non fuiſſe ſupervacaneum, quod Deus ex turbine ſic loquutus fuerit. Quod ſi vir tam ſanctus, qui omne ſuum ſtudium ad Deum honorandum applicarat, opus habuit ſic domari, quid futurum eſt nobis? Comparemus nos cum Jobo: en ſanctitatis Angelicæ ſpeculum: vidimus, quid ſuperius profeſſus ſit: & quamvis ad ſummum uſque afflictus obmurmurarit, voceſque illi abſurdæ & non ſatis piæ & modeſtæ exciderint: hoc ſemper tamen principium retinuit, ut Deum adoraret, ſub ejus Majeſtate ſe humiliaret: hoc habuit in genere, quamvis ex parte declinarit interdum à via. Nos vero tam carnales ſumus, quam qui maxime, vanitates noſtræ nos ita in tranſverſum agunt & abripiunt, ut quaſi inebriati ſimus, vix judicamus in cœlo eſſe Deum aliquem, quumque ejus verbum nobis proponitur, ad ipſum audiendum ſumus tardi; imo vero aſinis rudiores & hebetiores. Nonne igitur opus eſt, ut Deus nobis ſuæ Majeſtatis ſenſum exhibeat, quo illa ad vivum afficiamur? Verum autem eſt, Deum non

excita-

Digitized by Google

ita ut quantumvis dura molliri debuerint: nihilominus ſemper frendent dentibus. Animadvertitur, vix ipſos ſe poſſe agere: quamvis tamen ſe movere non poſſint, ſe tamen faſtu & rebellione adverſus Deum plenos eſſe oſtendunt, & adverſus ipſum, quantum maxime poſſunt, indignantur. Multum igitur abeſt, ut omnes ii, quos Deus caſtigat, ſint diſpoſiti ad ipſum adeundum. Scopus tamen ejus is eſt. Demus igitur operam, ne Deum noſtrum fruſtremur: quotieſcunque afflictionem aliquam mittit nobis, diſcamus ad eum recurrere, non ſecus quam ſi cum tonitru loqueretur, & fulminaret in nos, ut ſibi audientiam pararet. Id cognoſcamus, & ita cognoſcamus, ut animi noſtri vere domentur ſub ipſo, & nihil aliud quæramus, quam nos ipſius obſequio penitus ſubjicere. En quod ex hoc loco nobis retinendum eſt. Cæterum, quamvis hodie Deus non tonet è cœlo; ſigna tamen omnia, quæ antiquitus data ſunt ad approbationem verbi ipſius, nobis debent hodie prodeſſe. Quando prædicatur nobis Lex Dei, ſimul nobis conjungendum eſt id, quod Exod. decimo nono recitatur, nempe Legem abunde confirmatam eſſe, Dominumque illi plenam auctoritatem dediſſe, quando tonitrua & fulgura de cœlo miſit, aërem ſono tubarum perſonare fecit: ea omnia facta eſſe, ut Lex ejus ad finem uſque mundi cum omni reverentia reciperetur. Idem de hoc loco ſentiendum eſt. Quando enim dicitur, *Deum apparuiſſe in turbine*, ſciamus oportet, eum voluiſſe confirmare id, quod hoc libro continetur: neque id ſolum, ſed nobis hanc auctoritatem per univerſum ejus verbum proferendam eſſe. Hoc præterea conſiderandum ſe nobis offert, nempe, ut, ſi Deus ad nos ad ſe vocandos ratione amabili incepit, ſeque ad extremum durum & aſperum præbeat, id mirum nobis non videatur: ſed potius diligenter vitam noſtram examinemus, ut ſciamus, utrum illi, nec ne, obſequuti fuerimus: & in eo bonitatem ejus ex una parte omnino manifeſtam agnoſcamus: poſtea cognoſcamus, opus quidem fuiſſe, ut ſecunda hac ratione ad nos domandos & ſubigendos uteretur, quum ſe gratia & favore ſuo, quem nobis exhibuerat, nihil profeciſſe vidit. Exempli gratia: Deus allicit nos interdum, quum vult nos in ſuorum numerum & gregem cooptare: nec ulla nobis immiſſa afflictione, verbum ſuum proponit. Videmus igitur, eam eſſe ipſius voluntatem, in ea acquieſcimus. Sed tamen in ea non ita proficimus, ut, ſicut par eſt, in ejus bonitate confirmemur, pravas noſtras cupiditates abnegemus, mundum obliviſcamur, noſque ipſi penitus addicamus. Nos ad tempus tolerat, ſed tandem, quum animadvertit, nos adeo negligentes eſſe, tunc incipit percutere. In eo igitur debemus ſentire, ipſum tanquam ex turbine loqui, quia ipſum noluimus audire, quum nos leni, humana tempus inſtar equi ferocientis excurrere ſinat, tandem tamen ſentiemus formidandam ejus Majeſtatem, ut ab ea terreamur: & quidem, ſi illi libeat erga nos miſericordia uti: ſingulare enim eſt Dei illud beneficium erga nos, quum ſic nos excitat, vox ſua tonat, ut ea in cor uſque noſtrum penetret, noſque vulneret. En, inquam, privilegium ſingulare, quod nequaquam omnibus tribuitur. Cæterum quando in incredulos fulminat, nimis ſero adhibetur erga illos ea medicina: neque enim ſpes amplius ulla eſt, ut ad ipſum revertantur: citat eos ad audiendum ſuam condemnationem. Eo igitur pacatiore & tranquilliore animo hoc adjumento, quod Deus nobis offert, uti debemus, quando ad domandas omnes carnis noſtræ rebelliones turbinem aliquem excitat, hoc eſt, Majeſtatis ſuæ ſenſum nobis exhibet. En in ſumma, quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Veniamus autem nunc ad id, quod dicitur, *Quis eſt iſte, qui obſcurat conſilium in ſermonibus qui ſunt ſine ſcientia? Accinge lumbos inſtar ſtrenui & fortis cujuſdam viri, & reſponde ad omnia mea interrogata.* Deus primum hic Jobum irridet, quod reſponſarit, & exiſtimarit, ſe diſceptando & contendendo adverſus Deum, cauſam ſuam obtinere poſſe. En cur dicit, *Quisnam es tu?* Quando autem Scriptura admonet nos, quinam ſimus, vult illa nos quaſi infra nihilum deprimere. Verum eſt, homines plurimi ſe æſtimaturos, ſibi perſuadentes, in ipſis magnam aliquam dignitatem ineſſe: ſed fruſtra illi ſe æſtimant & magni faciunt; interim enim in ipſis Deus nihil præter ſordes & fœtorem agnoſcit, rejicit ipſos atque adeo deteſtatur. Quamvis igitur ea ſtultitia & veſania præditi ſumus, ut gloriemur in ea virtute & ſapientia, quam in nobis eſſe putamus; Deus tamen, ut nos infra nihilum deprimat, & penitus confundat, hoc vocabulo utitur, Quinam vero eſtis, vos homines? Quando id pronunciatur, eo ſpectat, ad nos omni occaſione gloriæ ſpoliandos: nam tunc cognoſcimus, in nobis ne minimam quidem boni guttam eſſe: tunc nullam habemus amplius nobis quidquam arrogandi occaſionem. En vero cur Deus ſubjicit, *Accinge lumbos tuos inſtar ſtrenui & fortis hominis.* Sis, quantum voles, habilis, perſuade tibi te eſſe inſtar gigantis, omni armorum genere optime inſtructum eſſe, quid tandem proficies? Quum me tibi opponam, miſera creatura, numquid exiſtimas te poſſe ſubſiſtere? Quid habes? Hic igitur videmus, quiſnam Dei fuerit ſcopus. Nam, ut jam dixi, hæc ſtultitia tantopere in nobis radicata eſt, ut nos æſtimemus, magni faciamus, ſimulque exiſtimemus, nos alicujus pretii & valoris eſſe, ita ut valde difficile ſit, nos ad rectam miſeriarum noſtrarum cognitionem adducere, ita ut omni ſuperbia & vana noſtri opinione vacui ſimus. Eo igitur attentius nobis notandi ſunt loci

Scriptu-

inquam, ea audacia eſt in ipſo, ut adverſus me diſceptare velit, & tam alte inquirere? Quonam vero ea res abit? Quiſnam es, ô homo? Quomodo videmus etiam D. Paulum nos hoc vocabulo reprimere, Tu vero, homo, quiſnam es tu, qui ſic Deo reſponſas, & ſic adverſus ipſum litigas? Quando protulit objectiones, in quibus homines ſpecioſum prætextum ad diſceptandum adverſus Deum habere videntur, ita ut dicant, Cur perdet Deus eos quos creavit? quumque nihil ſit, quod alios ab aliis diſcernat, cur hunc ad ſalutem vocet, alium rejiciat? cur id fit? Quando Paulus id propoſuit, quamvis homines ſibi in ejuſmodi objectionibus placeant, dicit tamen, Quis vero tu es, ô homo, qui ſic te Deo opponis? Hoc eſt quod nobis in hoc vocabulo notandum eſt, *Quis eſt iſte?* Unuſquiſque igitur, quoties ſuperbia tentabitur, ſibi attendat, Heu! quis es tu? Non hic contentionem ſuſcipimus cum noſtri ſimilibus, iiſque qui nobis ſunt pares: ſed ſi volumus tam audaces eſſe, ut inquiramus in arcana Dei, ſi imaginationibus noſtris & linguis, ad imaginandum inutilia, Deoque & ejus honori obloquendum, indulgeamus & laxemus habenas: nobis ſic reputandum eſt, Heu! quinam ſum? Quum unuſquiſque in ſe deſcenderit, ſuam debilitatem conſiderarit, in ſumma, ſe nihil eſſe agnoverit; ſatis reprimemur, omnis illa, quam prius conceperamus, loquacitas retundetur: omneſque adeo imaginationes noſtræ ſub freno cohibebuntur, ut adhuc deinceps plenius declarabitur. Diſerte vero dicitur, *Cinge lumbos tuos inſtar ſtrenui hominis.* Quibus verbis ſignificatur, licet univerſus mundus vires ſuas collegerit, & eas expromſerit, illud totum nihil eſſe. En igitur, cur Deus Jobo inſultat, illumque ad certamen quaſi provocat, dicens, Inſtruat ſe, veniat armatus & munitus inſtar gigantis, aut viri omnium ad manus conſerendas exercitatiſſimi. Eo adhuc melius exprimitur id, quod diximus: nempe ſi homines in Scriptura condemnentur, id non intelligi de plebeiis & vulgaribus hominibus duntaxat, iiſque qui ſunt tenuis & abjectæ conditionis, qui nulla ſunt dignitate aut auctoritate præditi; ſed ad ſummos uſque, eos etiam qui ſe nubes pertingere putant, extendi. Quamvis igitur homines in ſe ſpeciem aliquam ineſſe putent, propter quam honore digni ſibi videantur, illud nihil eſſe, quod ad Deum attinet, cognoſcant. Ut, verbi gratia, Qui ſunt eximii & excellentes, quando ſui cum proximis comparationem inſtituent; verum eſt, ipſos de ſe aliquam opinionem concepturos, & ſeipſis contentos futuros: quum vir aliquis doctus habebitur, ingenioſus, præ illis qui iiſdem dotibus non ſunt præditi, ſe admirabitur: ſi item aliquis dives, magnis virtutibus & lau-

mus. nam ſub hoc *conſilii* vocabulo Deus voluit res excelſas & ſublimes, de quibus Jobus loquutus fuerat, ſignificare. Fieri poterit, ut de nugis multis, & rebus nihili, & quidem temere, diſſeramus: ſermones igitur noſtri illis de rebus erunt vani & frivoli: ſed tamen non continebunt blaſphemias, nec in ipſis nomen Dei profanabitur. Sed quum accedimus ad doctrinam ſalutis & operum Dei, de ejus providentia & voluntate diſſerimus: tunc non ita temere ruendum eſt: nam tunc involvimus & implicamus conſilium Dei ſermonibus qui ſunt ſine ſcientia. Videmus igitur, in quo Deus Jobum redarguat: nempe quod nimis cito de eo, quod captum ejus excedebat, loquutus ſit: nam quamvis inſignibus dotibus eſſet præditus, debuit tamen ſe, agnoſcens ſuam infirmitatem, humiliare: debuitque ſe quaſi freno cohibere, quum ſenſus ſuos quaſi exhauſerat in meditandis Dei judiciis, nec tamen quid de illis ſtatueret habebat, ſeque ita confuſum ſentiens, debuit ingenii ſui debilitatem conſiderare, ſeque hominem mortalem reputans, debuit dicere, Heu! nihil in me eſt præter ignorantiam & ſtultitiam. Interim debuit quoque inæſtimabilem Dei Majeſtatem & ejus conſilium incomprehenſibile reſpicere, id debuit ipſum humilem reddere. Neutrum fecit. Quamvis itaque non aberrarit à recta via, ſed ad verum ſcopum ſemper collimarit; hic tamen videmus, illum ore Dei redargui. Locus autem ipſe nos debet admonere de reverentia, quam Deus vult excelſis ſuis myſteriis, & iis quæ regnum ejus cœleſte ſpectant, exhiberi. Si de rebus noſtris diſſerimus, non tam exquiſita ſollicitudine & attentione opus eſt: ſunt enim iſtæ res terreſtres, quæ prætereunt: ſed quotieſcunque de Deo loquendum eſt, de ejus operibus, de ipſius veritate, de eo quod in ejus verbo continetur, cum timore & ſollicitudine accedamus: non habeamus os apertum, ad temere, quicquid nobis cadet ſub imaginationem, effutiendum: quin, ingenia noſtra nimis aperta non habeamus ad inquirendum de iis, de quibus inquirere nec noſtrum eſt, nec nobis licitum. Cur vero? Quia eſt conſilium Dei, hoc eſt, ſunt res noſtri reſpectu nimis excelſæ & ſublimes. non eſt igitur quod ſperemus, nos ad eas pertingere poſſe, niſi quoniam Deus in illis mera ſua bonitate nos volet erudire. Atque utinam hoc diligenter obſervaretur: tot contentionibus, quæ hodie toto mundo vigent, nuſquam locus eſſet. Sed quid? Animadvertitur, paucos admodum Majeſtate Dei affici: quando de verbo ejus & doctrina ſalutis noſtræ & univerſa Scriptura S. agunt, unuſquiſque temere in eo ruit: ſi inter pocula de ipſa verba fiant, unuſquiſque quod ſibi videbitur proferet.

Digitized by Google

dum eſſet, Conſilium Dei eſſe ſupra nos. Sed penitus ſtupidi erunt, & obbrutuerunt, nulla eſt in ipſis ratio nec eruditio, vinum in ipſis tanquam in porcis dominatur. volent tamen Theologos agere, & omnia carpere, ut, ſi illis credatur, prorſus novum Euangelium fingere oporteat. Quapropter retineamus id, quod hic nobis oſtenditur. Quum de eo loquimur, nos non debere nobis licentiam ſumere ad garriendum & effutiendum, quicquid nobis videbitur: ſed cognoſcamus, eum nobis conſilium ſuum in Scriptura ſacra revelaſſe. Magnos igitur & parvos ex æquo ſubmittere ſe debere ad ipſum adorandum. En cur hic agitur de ſermonibus, *qui ſunt ſine ſcientia.* Deus igitur hic oſtendit, quotieſcunque de ipſo & ejus operibus loquimur, doctrinam conſilii, & nimis ſublimem eſſe. Contra, quod poterimus proferre, & quod in animis noſtris concipere poterimus, quid illud eſt? Sermones ſine ſcientia. Homines ponantur in bilance, & ipſa vanitate leviores comperientur, ut dicitur in Pſalmo. Eo magis igitur nobis hæc doctrina notanda eſt, quod in nobis nulla ſcientia ſit, nullum donum, eo ut poſſimus de operibus Dei diſſerere, niſi quia is nos docuerit. En quomodo ſapientes erimus, quum Dei Spiritu & ejus verbo regemur. Sed interim, quum in verbo Dei non inveniemus id, quod cuperemus ſcire: cognoſcamus, nos debere ignorantes remanere, tum nobis os occludendum eſſe: nam ſtatim atque vel voculam proferre volemus, nulla erit in nobis ſcientia, nihil præter mendacium futurum eſt. Hæc eſt igitur accuſatio, quam Deus adverſus Jobum profert: poſtea vero dicit, *Reſponde mihi ad omnia interrogata mea: & quidem, ſi intelligentia præditus es, declara etiam mihi quod ex te ſcire volam.* Hic Deus perſeverat in irridenda ſtulta & vana hominum arrogantia, quum ſe tantum ſubtilitatis habere putant, ut cum Deo litigare & diſceptare velint. Ait igitur, Verum eſt, vos valde agili ingenio præditos vobis videri, quum loquendi partes vobis concedo: ſed vices meas etiam obeam, & aliquantulum loquar oportet, vos vero reſpondete mihi, & ſtatim defectum veſtrum agnoſcetis. Quid igitur in cauſa eſt, cur homines adeo ſint temerarii, ut ſe ita ſtulte adverſus Deum ingerant & obtrudant? Quia ſibi ad loquendum licentiam dant, locum priorem occupant, Deumque reſponſione carere putant. En vero

Pſal. 62. verſ. 10.

mus potius officii noſtri eſſe Deo reſpondere, quam nos ad loquendum ingerere. An non enim hoc eſt pervertere ordinem naturæ, quum homo mortalis, qui nihil eſt, primum locum præripit ſuo Creatori, ſibi audientiam facit, Deo interim tacente? Quonam ea res abit? Hoc tamen agimus, quotieſcunque adverſus Deum obmurmuramus, verbum ejus in fruſta diſcerpimus, verba temere projicimus, ut dicamus, En quod mihi videtur. Quænam ejus rei cauſa eſt, niſi quod volumus Deum tacere, nos vero ſupra ipſum audiri? Nonne ea eſt mera rabies? Ut igitur eam arrogantiam, quæ in nobis eſt, corrigamus, diſcamus non ſumere nobis Deo noſtro reſpondere, ſcientes, ipſum, quum coram illo comparebimus & ſiſtemur, jus & auctoritatem nos examinandi habiturum, & quidem ſecundum voluntatem ſuam, non autem ex arbitrio noſtro & libidine: quumque os nobis clauſerit, loqui cœperit, nos plus quam confuſos fore. Cur vero? Qua de re poteſt Deus nos interrogare? De rebus, quæ nobis plus quam abſconditæ ſunt, & in quibus omnes noſtri ſenſus deficiunt. En quo Deus nos deducet, ut nos ſtultitiæ belluinæ, & arrogantiæ inſanæ arguat. Quum Deus ejuſmodi jus interrogandi in nos habeat, poſſitque ea, in quibus plus quam confuſi erimus, proferre: diſcamus nos ita humiliare, ut ab ipſo doceamur: quumque edocti fuerimus, lucem ſuam nos faciet contemplari in mediis hujus mundi tenebris. Interim quoque ipſum in omnibus colere & adorare diſcamus. Nam en etiam quomodo multum in ſchola Dei profecerimus, quum ipſum magnificare, eique ejuſmodi gloriam, ut, quicquid ab illo promanat, probemus, tribuere didicerimus. Interim quoque demus operam, ut nobis in ipſis diſpliceamus, quo ad ipſum confugiamus, ut bonum, quod nobis deeſt, in ipſo reperiamus. Tum vero libeat ipſi nos ſic Sancto ſuo Spiritu regere, ut ejus gloria pleni habeamus, unde non in nobis, ſed in ipſo ſolo gloriemur.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro *Deo*, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, quo det nobis, ut ipſa ita ſentiamus, ut cum vera pœnitentia ad ipſum nos convertamus: interim libeat illi ſic reformare nos in tota noſtra vita, ut nihil aliud petamus, quam ſanctis ejus mandatis ſubjici. Sic dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO

Digitized by Google

S Dei commemorantur, quomodo etiam illa in cœlo & terra animadvertimus: ſed ſi ſerio ad ipſa attenderemus, non opus haberemus, ut de ipſis nobis verba fierent. Si tamen in iis, quæ hac doctrina continentur, poſſemus proficere, ea ſufficeret ad nos ad humilitatem erudiendos, ita ut os amplius apertum non haberemus ad obmurmurandum adverſus Deum, & cum illo litigandum, quando res ex animi noſtri ſententia non agit: totum illud conſideret. Sublimitas illa & altitudo incomprehenſibilis Dei noſtri, virtus ejus & potentia admirabilis, bonitas & ſapientia infinita, quæ ſe in operibus ejus demonſtrat, ſufficeret ad nos humiliandos, & obſtupefaceret, hocque nobis duntaxat ſupereſſet, ut illum adoraremus, ipſique cum omni timore & reverentia honorem exhiberemus. Duo igitur hic retinenda habemus. Unum eſt, quod quum Deus nobis de ſua virtute verba facit, illamque oculis noſtris & in rebus viſibilibus conſpiciendam offert, id non eſt ſupervacaneum: ad illam enim nimis negligenter, quamvis omnino ſit manifeſta, attendimus. Præterea nobis veniendum eſt ad finem & ſcopum, quem ſibi Deus propoſuit: neque enim ſatis eſt, ut confiteamur, Deum condidiſſe terram, & eam in medio maris collocaſſe. Verum eſt, id admirabile eſſe, quod Deus ſic concluſerit mare, quaſi ipſum ingentibus muris cinctum & circumdatum eſſet, & eximium admodum ipſum opificem eſſe agnoſcamus oportet. Sed nobis ulterius tranſeundum eſt, ut nimirum ad Deum glorificandum ſtudium omne noſtrum conferamus, ita ut omnia, quæ agat, juſta, æquitatis & rectitudinis plena eſſe confiteamur: & eo pacto adducto freno cohibeamur, quando ad indignandum, ipſi ſuccenſendum, & ejus opera carpendum ſollicitamur. Illud igitur, quod hic continetur, nos captivos teneat, noſque in ea humilitate & modeſtia contineat, ut ipſi adorando duntaxat intenti ſimus. Quod ſi operum ipſius cauſa ſit nobis incognita, ipſa nihilominus pro bonis & juſtis agnoſcamus, iiſque ſine ulla repugnantia penitus acquieſcamus. Veniamus autem nunc ad ſermones qui hic continentur: Deus igitur primum quærit, *Ubinam Jobus erat, quum ipſe fundavit terram?* Quaſi diceret, Miſera creatura, cum quo tibi rem eſſe putas? Te parem meum eſſe oporteret? te ad meam intelligentiam accedere oporteret? Quanto vero intervallo ab ipſa diſtas? Poſtea dicit, *Eia, age, oſtende mihi, ſi intelligentia vales. Quis terræ menſuras poſuit? dic mihi ſi noſti: aut quis extendit ſuper ipſam, lineam? ſuper quo baſes ejus defixæ ſunt? aut quis jecit lapidem ejus angularem?* Jobe, dic mihi iſta omnia, inquit Deus. Verum eſt, nos, quum terræ magnitudinem & gravitatem intuemur, illic confuſos eſſe: ejuſmodi maſſa ſenſus noſtros caligine quadam perſtrin-

Animadvertimus quidem, & cogimur confiteri, eam tanta cum ratione, ut nihil ſupra, factam eſſe: ſed deficimus, ita ut in eo fragilitatem & debilitatem noſtram Deus nobis oſtendat. Quum itaque ſic ſe res habeat, ut in iis, quæ ſe oculis & ſenſibus noſtris offerunt, non habeamus judicium idoneum ad illa capienda: quid ſentiendum erit de conſiliis Dei arcanis & occultis, quando in cœlo id, quod ipſi lubet & videtur, conſtituit? Quod ſi ejus cauſam non videmus, numquid nos ita arrogantes eſſe oportet, ut de eo ex ſenſu & arbitrio noſtro velimus judicare, quum captum noſtrum ſuperet? Quod ne ipſi quidem Angeli comprehendere valent, numquid nos id poſſe comprehendere ſperabimus? Nonne ea ſtultitia, imo vero rabies nimis magna & intoleranda eſt in hominibus, quum eo uſque penetrare & aſpirare volunt? Attendamus igitur, quorſum hæc dicantur. Sumantur omnes cæmentarii & lignarii fabri qui uſquam ſunt, imo peritiſſimi in iis artibus eligantur, nullus eſt faber cæmentarius & lignarius, quantumvis in arte ſua eximius fuerit, quin ad ædificandum & linea, & circino, menſuris, plumbo, & aliis rebus ſimilibus ei opus ſit, alioquin ædificium inflexum & incurvum erit, & vix duodecim pedes in altum attolletur, quin ejus vitium agnoſcatur. Quod ſi quantumvis peritos & eximios in ſua arte lineis, circinis & menſuris uti oporteat: interim vero maxima palatia & arces ex ejuſmodi arte conſtructæ ſex pedum perticarum altitudinem non excedant: quantum eſt præ eo, condidiſſe terram & mare? Multum laboratur in ædificanda arce ex lapide exciſo. Primum enim niſi firmis fundamentis innitatur opus, fruſtra ſuperædifices: præterea niſi recte ordinatum & ad amuſſim directum fuerit, ædificium non recte ſe habebit. Quid autem, quæſo, erunt palatia & arces omnes ſimul aggregatæ, ſi comparentur cum mari & terra? Quæ inter hæc & illa proportio eſt? Quum igitur homines, quantumvis periti ſint & intelligentes in ſuis artibus, inſtrumentis & adjumentis opus habeant, & quidem in rebus quæ nihil ſunt præ opere illo tam eximio & magnifico: quod vel in ſola terra apparet, quando Deus ipſam ſuper aquas fundavit, eamque tam præclare, ſicuti cernimus, ordinavit: nonne nos pluſquam inſanos eſſe oportet, ſi hoc nobis ſumamus, ut Deum ea, quæ nobis ſine ulla comparatione longe occultiora ſunt, quam quæ in ordine naturæ cernere poſſumus, agentem carpamus? Hoc igitur quum nobis in mentem venit, nos in ſtuporem & admirationem rapiat, ſimulque nos incitet ad glorificandum eum, qui ſola ſua voluntate, non longo temporis tractu, ejuſmodi ædificium conſtruxit. Videmus homines non poſſe primo die exædificare & perficere id, quod cœperunt, ſed multum in eo temporis

Digitized by Google

eſſe, de illorum operibus loqui non audeamus: quid nos facere oportet, quum ad Deum accedimus? Nonne nos tunc longe humiliores & modeſtiores eſſe oportet? Scimus, quomodo de opificio mechanico loqui ſoleamus, quum ipſi artifices non ſumus. Verum eſt, inquiemus, me in hoc non eſſe verſatum & exercitatum, non eſt ars mea: ſed en meam ſententiam: ſemper tamen omnia permitto peritis & intelligentibus, & illorum judicio ſubmitto meam ſententiam. Si igitur ea modeſtia utimur, quum judicandum eſt de ædificio aut de opere aliquo mediocri, quod fecerit artifex aliquis mechanicus; quæſo, quem honorem Deo nos attribuere convenit, quum de ipſius operibus agitur? Quanti illa facere debemus? Videmus igitur nunc, quid Deus hoc in loco ſpectarit, *de linea & circino* loquens: quaſi diceret, Quomodo? Si eſſem creatura mortalis, adhuc hic honos mihi haberetur, ut contemplantes opera mea dicerent, En magiſtrum artis ſuæ peritiſſimum & intelligentiſſimum: opus ejus loquitur: quin etiamſi mechanicus aliquis artifex, ut diximus, opus aliquod mediocre fecerit, nemo audebit ipſum reprehendere; ſaltem ii qui in eo artificio non ſunt verſati. Ego vero, qui opus tam eximium feci, qui cœlum, terram, & maria condidi, & quidem ex nihilo, qui tam pulchro ordine & diſpoſitione, quæ cernitur, illa ordinavi, hominum judiciis & cenſuræ expoſitus ſim oportet. Quæ eſt iſta audacia? Quid ſunt omnia hominum opera, ſi cum meis conferantur, numquid ad illa accedent? Ego ſum cum virtute & ſapientia incomprehenſibili operatus, & tamen non immunis ero à judicio hominum, unuſquiſque audebit dicere, Cur hoc? cur illud? præſtaret ſic agere. Quænam vero ea arrogantia eſt? Creaturæ mortales mihi, qui ſum Deus vivus, qui ſum omnipotens & omniſapiens, præferentur, an non eſt ea ingratitudo intolerabilis? Si homo mortalis aliquod opus fecit, ei ille honos habebitur, ut de eo non auſint imperiti, niſi magna cum modeſtia, judicare: quum mundum condidi, nonne merui, ut centuplo plus honorarer? Diſcamus igitur opera Dei, alia ratione quam ſolemus, contemplari: ita ut, ſi oculos in terram conjiciamus, ſic nobiſcum cogitemus, En ingentem admodum maſſam: non eſt enim duntaxat inſtar magnæ alicujus arcis ſolido opere ſpiſſiſſimis parietibus conſtructæ, quæque inexpugnabilis ſit: ſed videmus, quanta ſit in ipſa moles, ut ad eam fulciendam & ſuſtinendam fundamentum idoneum reperiri non poſſe videatur. In quo vero fundata & juncta eſt? In aqua. Terram in aëre (ut revera eſt) ſuſpenſam eſſe oportet, aquis vero undique cingi. Verum eſt, Philoſophos, qui non conſiderarunt illam à Deo creatam fuiſſe, hoc intellexiſſe & animadvertiſſe, terram in aëre ſuſpenſam eſſe, & aquis cingi: de eo ſubtiliter diſſerue-

mittere. An non vero id nos in ſtuporem & admirationem debet rapere? Quid excuſationis poſſumus prætexere, ſi non otium ſumamus ad cogitandum de ejuſmodi opere Dei? Nonne illic virtutem & potentiam ſuam tot modis exhibet, ut de ea nos plus quam ſatis convictos eſſe oporteat? Sed videntes nihil videmus ad magnificandum Deum in ſuis operibus. Atque hoc malum inexcuſabile eſt: nam quum homines hic ſopiti ſunt, nec de meditandis Dei operibus laborant, nonne pluſquam ingrati, turpes & infames ſunt? Quæcunque igitur ignorantia in nobis ſit, excuſatione caremus: ſed tamen ſemper rei erimus: quum Deum in ejus operibus, quæ omnium oculis ſunt expoſita, glorificaverimus. En igitur, quod ex hoc loco retinendum eſt. Interim autem, quum hic ſit mentio *amuſſis, circini, menſurarum terræ*: animadvertimus, potentia admirabili & ſapientia incomprehenſibili ad omnia iſta ordinanda opus fuiſſe. Terra enim nunquam in ſua firmitate & ſtabilitate conſiſteret, niſi undique à cœlo ex æquo diſtaret, & in ejus medio collocata eſſet. Præterea quum tantam diſtantiam, quæ eſt à terra non ſolum ad nubes uſque, ſed etiam ad cœlum uſq; ubi ſunt ſtellæ & planetæ, contemplamur, nonne nos plus quam admirabundos eſſe oportet? Nunc vero, cùm contemplamur eam altitudinem, qua cœlum ſupra terram ſublatum eſt, quid eſt terra? Quantacunq; ſit illa moles & maſſa, ſi cum magnitudine tamen cœli comparetur, nonne nos cum Philoſophis confiteri oportet, eam inſtar pilulæ eſſe? Quæ inter utrumque proportio eſt? Si tamen duntaxat montes, qui ſunt ſuper terram, contemplemur, inveniemus illic, unde admirari & adorare opificem, qui omnia fecit, debeamus. Præterea quum contemplamur firmitatem terræ, nonne ea debet nos in admirationem rapere? Quamvis illic magnam varietatem videamus, manet tamen illa in loco ſuo, nec concutitur. En igitur montes altos, qui terram gibboſam reddunt, en loca inæqualia, quod ad ipſam concutiendam & in ruinam præcipitandam ſatis per ſe poſſe videtur. Omnia autem ea proportione & menſura Deus libravit, ut terra in loco ſuo ſemper firma conſiſtat; & quamvis montes ipſam everſuri videantur, ſibi tamen illi ſic invicem reſpondent, ut æquilibrium ſemper remaneat. Denique, ut ut ſit, terra ſubſiſtet, & ad finem uſque proportione & temperamento, quo libratur, conſervabitur, &, quicquid accidat, non concutietur. Interim, quum videmus illam aquis cinctam eſſe, & magnos montes, tanquam præcipitaturos ipſam in mare, aſſurgere, eamque tamen nihilominus firmam manere, nonne dicendum eſt, Deum illic ratione plus quam admirabili operatum eſſe? Omnino ſane. Quid igitur nobis aliud ſupereſt, niſi ut Deum noſtrum adoremus, confitentes, nos ſub tanta magnitudine, tanta & tam incomprehenſibili

ſapientia

qua ratione id fiat. Videmus quidem, quomodo illa colatur, & de eo diſſerere poſſumus. Sed tamen nos ob id in admirationem rapi oportet. Atque hæc eſt textus concluſio. Quum igitur ſic ſe res habeat, ut in terra ipſa, quam pedibus calcamus, virtutis & ſapientiæ incomprehenſibilis Dei ſpeculum habeamus: quid futurum eſt, quum cœlum, quod nos multum ſuperat, & ad quod pertingere non poſſumus, fuerimus contemplati? Nunquid illic nos Deo objicere oportebit, cur ſic egerit, cur hoc vel illud permiſerit? Heu! qui ſumus nos? Notemus igitur diligenter, quum terra à nobis attente conſiderabitur, eam nobis prodeſſe debere, ad nos tanquam frenandos in ingeniis noſtris: ne tentemus nos ſupra cœlos evehere, ſed Deo noſtro in omnibus, quæ ipſi lubet agere, gloriam tribuamus, ſcientes, ipſum Deum ſupremum eſſe, gloriam perfectam & integram habere, virtutem & potentiam ejus admirabilem cum ipſius juſtitia & ſapientia infinita conjunctam eſſe, ut nihil ſit, quod in ipſo deſiderari & reprehendi poſſit. Quum id comprehenderimus, multum uno die profecerimus. Interim veniamus ad id, quod dicitur, *Stellas cantica laudum cecinisſe, & filios Dei jubilaſſe*, in creatione mundi. Illis verbis Deus ſignificat, ſtatim atque ſtellæ factæ ſunt, illud fuiſſe tanquam cantum ordinatum, & concentum, ad ipſum glorificandum: non quod ſtellæ canant, aut ſint creaturæ ſenſu præditæ, ſed quod in illis ſuam magnitudinem, bonitatem, virtutem & ſapientiam Deus patefecerit, id perinde eſt, atque ſi illæ clara & alta voce loquerentur. Quoties igitur oculos cœlum verſus attollimus, concentum ſtellarum debemus audire, quomodo illæ à ſua creatione inceperunt canere: & certum eſt, ejuſmodi harmoniam & concentum debere nos excitare & ſollicitare ad canendas laudes Dei, & ad ipſum glorificandum. Sane, niſi pluſquam ſurdi eſſemus, aures cordis noſtri ad ejuſmodi cantus tam harmonicos eſſent nobis accommodandæ. Nam, ecce Angeli paradiſi, qui ad id agendum incitantur. Sed nimis in eo ſtupidi ſumus, ita ut oculos in cœlum ad contemplandas ſtellas erigentes, non reſpiciamus quid illæ nobis prodeſſe debeant. Hic tamen locus ad noſtram inſtructionem applicandus eſt, ut ex eo utilitatem capiamus. Primum autem dicitur, *Stellas* à creatione ſua *incepiſſe canere.* Quomodo? Ut jam attigimus, non lingua: ſunt enim illæ creaturæ ſenſus expertes, & mutæ: ſed tamen bonitas Dei, virtus ejus, & ſapientia, quæ lucet in ſtellis, nobis totidem canticorum loco eſſe debent. Si aër altis & claris vocibus perſonaret, non magis incitari deberemus ad glorificandum Deum noſtrum, quam quum ordinem illum admirabilem, quem Deus in oculis noſtris poſuit, cernimus. Ut autem eo melius inducamur ad ipſum glorificandum, dicitur, *Angelos exultaſſe*, quum ejuſmodi ſpectaculum audimus, is ſtatim præterfluit. Quamvis quam maxime admoneamur, cœlum intuendo, & Solis luce fruendo, nos debere Deum glorificare: quamvis de eo agendo admoneamur, id nobis effluit: caro tamen nobis conſtabit, quum reddenda erit nobis ratio, ſiquidem præcipuus cultus, quem Deus ab hominibus requirit, hic eſt, ut ab ipſis laudetur: & tamen id nullo modo curamus; quodque gravius eſt, ipſi ſuum honorem eripimus, eum ſuo fraudamus, quum ipſum, ut meretur, non glorificamus. Verum eſt, Dominum noſtrum ſcire, ſe nihil à nobis habere poſſe, quo, ut meretur, magnificari poſſit: ſed tamen contentus eſt, ſi modo exaltetur & glorificetur in operibus ſuis, & ipſis contemplandis ad eum laudandum commoveamur. Quod ſi ſic non gerimus nos, nonne plus quam ſacrilegi ſumus? Sane: diſcamus igitur in doctrina, quæ hic continetur, proficere. Interim notemus, Angelos hic appellari filios Dei, ut eo magis inducamur, ad confugiendum ad eam jubilationem, cujus hic fit mentio: & cum ipſis uniamur ad jubilandum laudibus Dei, eumque communi conſenſu glorificandum, quum eam melodiam & concentum infra & ſupra, quatenus Deus per omnia gloriam ſuam effudit, audimus. Verum eſt, hunc titulum tribui Angelis privilegio ſpeciali, ut vocentur filii Dei: quia enim propius ad ipſum accedunt, & eam in ſe nobilitatem & prærogativam naturæ habent, ut omnibus aliis creaturis antecellant, non ſolum Nuncii Dei vocantur, ſed etiam ejus Virtutes, Potentiæ, quoniam per illos tanquam per manus ſuas id, quod vult, exequitur.

Coloſ. 1. verſ. 16.

En quomodo Angeli ſunt filii Dei: ſed tamen hic nobis cum ipſis communis eſt titulus. Cur? Quoniam Deus nos ad ſuam imaginem & ſimilitudinem creavit: & quamvis peccato Adami ea imago deleta fuerit, in electis tamen inſtaurata & reparata fuit, quando miſſus eſt Dominus noſter Jeſus, qui eſt imago viva Dei, & ejus Spiritu ita exaltati fuimus, ut in primum gradum ſimus reſtituti, & Jeſus Chriſtus eo honore nos affecit, ut ex ſtirpe Abrahami deſcenderit, hoc eſt, naturam noſtram induerit, ut nos Deo Patri ſuo reconciliaret. Quum igitur ſic ſe res habeat, notemus, Deum hoc in loco nobis oſtendere, quomodo nos ejus eſſe filios, ac proinde hæreditatem cœleſtem, quæ nobis cum Angelis paradiſi communis eſt, poſſeſſuros, certi & perſuaſi eſſe poſſimus: quamvis enim hic ſuper terram repamus, quamvis tam miſeræ creaturæ, & tot infirmitatibus pleni ſimus, ut nos noſtræ miſeriæ pudere debeat: Deus tamen rationem inveniet, qua cum Angelis paradiſi nos ſociet & conjungat. Interim ſciamus, Angelos tremere, quando cœlum & terram intuentur: quamvis tam excellentes creaturæ ſint, coguntur tamen ejuſmodi ſpectaculum, quod in cœlo & terra eſt, intueri. Quum igitur Angeli, qui tantopere ſupra homines excellunt, ad tantam Dei

poſuit vectes & oſtia, & dixit, Huc uſque venies, neque ulterius tranſibis? Quum mare attollitur, videtur ipſum omnia vorare & abſorbere velle: & tamen videmus ipſum tanquam in carcere & cuſtodia conſtrictum teneri: quin etiam Deum ipſum habere, non ſecus atque nutrix puerum ulnis complexa tenet: nebulas circa ipſum poſuit tanquam faſcias, & veſtimentum quoddam ad ipſum tegendum. Videtur igitur mare eſſe inſtar pueruli, Deuſque ipſum, prout vult, tractare. Et in eo pergit in magnificandis ſuis operibus, ut oſtendat, nos ea excellentia contentos eſſe debere, ad ambulandum cum humilitate, utque non audeamus adverſum ipſum os noſtrum
Jerem. 5. erigere: ut etiam loquitur per Prophetam Jeremiam:
verſ. 22. Non timebitis me, inquit, qui mari terminos appoſui? Illud dicit, quia mare nobis ſupereminet. Verum eſt, idiotas non capere, mare ipſum nobis & terra altius & ſuperius eſſe: ſed exiſtimant, aquas ſub terra eſſe, & illa multo inferiores & depreſſiores eſſe. Sed contra ſe res habet, idque oculis cernitur: quum ſumus juxta mare, cognoſcimus, ipſum terra ſublimius eſſe. Quum itaque aqua ſic nobis ſuperemineat, quid impedit, quominus unoquoque temporis momento obruamur, quum aquæ ſupra capita noſtra multum elatæ ſint? Quin etiam, quum mentio fit diluvii, quo ſemel univerſa terra inundata & tecta fuit,
Geneſ. 7. dicitur, Deum aperuiſſe gurgites, & cœli voragines,
verſ. 11. abyſſos etiam aperuiſſe, aquas non amplius cohibitas, ſed laxatas fuiſſe. In horrendo autem illo diluvio Deus oſtendit nobis tanquam in ſpeculo, quod perpetuum eſſet ſuper univerſam terram, niſi miraculoſe aquas inhiberet. Videmus igitur, quomodo mare omnia abſorbere debere videatur. Quid ipſum impedit? Nonne illud eſt omnino manifeſtum miraculum? Nonne ingratitudinis pluſquam convincimur, ſi eo ad Deum adorandum non adducimur, ſi ſecundum virtutem ſuam non formidatur à nobis, eo ut omne imperium in nos habeat, & penitus dejiciamur? Quod ſi homines ſibi tantum ſumant, ut ſic adverſus Deum os attollant & erigant, cum mari duntaxat litigent, ut videant, num adverſus ipſum audientiam ſint ſibi facturi. Quidnam vero eſt mare cum omnibus magnis ſuis undis & fluctibus impetuoſis, niſi ſigna virtutis Creatoris ſui? Quod ſi undæ & fluctus maris nos expaveſcere cogunt, heu! quanto magis nobis debet eſſe formidanda Dei noſtri Majeſtas. Quum mare tanto impetu, quanto cernimus, undas ſuas ebullit & ejicit, tremimus: Creatorem vero ipſum non timebimus, ſed potius exerta illum lingua irridebimus? Quo prorumpimus? Nonne dicendum eſt, homines prorſus inſanos eſſe? En vero cur Deus hominibus per Prophetam Jeremiam, ſicut eum locum jam attulimus, exprobrat, Non timebitis me, qui arenam poſui terminos maris in decreto, ne extra terminos ſuos egrediatur: non ſecus quam *faſciæ* puerulum cohibent. Verum eſt, ipſum libenter brachia & tibias extra faſcias ſuas explicaturum, ut liberior ſit: ſed ita faſciis ſuis incluſus eſt, ut illic tanquam captivus maneat. Eadem eſt maris ratio. Ita ſe attollit, ut non ſolum è loco in locum ſubſultare, ſed potius, uti diximus, omnia obruere, & confuſionem in mundum univerſum inducere velle videatur. Id igitur in mari videmus. Numquid vero ulla catena eſt ad impediendum ejuſmodi impetum qui in ipſo cernitur? Quamvis multis repagulis ad vinciendam tantam & tam furioſam creaturam opus eſſe videatur, Deus tamen ad ipſam cohibendam violento remedio non utitur: ſed duntaxat nebulas conſtituit ad ipſam coërcendam. Eoque videmus, ipſum illam inſtar pueruli, ſicut loquitur, tractare. Idque ita eſſe ut appareat, videbimus nebulas, quæ nihil ſunt, quæ ex vaporibus in aëre procreantur: miramur, quum ſtatim atque nebula aſcendit, & ſuper mare ſe effundit, ipſum mare quietum & tranquillum reddi. Unde illud fit? ex nihilo. Quid igitur aliud dici poteſt, niſi mare eſſe inſtar infantuli, qui faſciis ſuis involutus & conſtrictus tenetur? Quamvis autem iſtæ ſimilitudines prima ſpecie abſurdæ videantur, vix tamen loquendi rationes aptiores inveniri poſſunt, quo adducamur ad ſentiendam iſtam incomprehenſibilem Dei Majeſtatem. Non eſt quod ad Majeſtatem ejus uſque aſcendamus, ut eum talem, qualis eſt, agnoſcamus: ſed ſublimitatis & magnitudinis ejus operibus ipſius pluſquam admirabilibus, quæ quotidie in oculis noſtris ponit, convincamur oportet. Magno vero dedecori id nobis cedit, niſi virtutem Dei incomprehenſibilem cognoſcamus in eo, quod hic dicitur, ut puerulum faſciis, ita mare nebulis cohiberi. Quid enim eſt mare ita impetuoſum, ut cernitur? Intra terminos tamen ſuos cohibetur, fruſtra ſubſilit, & in altum ſe attollit: ultra terminos ſuos efferre ſe nequit. Diſcamus igitur Deum in mirabilibus ſuis ſolito melius glorificare: pudeatque nos tam turpes & ingratos erga ipſum eſſe, ut bonitatem, virtutem & ſapientiam ejus, ad illi meritam laudem tribuendam, non agnoſcamus. Tum vero ad præcipuum Dei ſcopum nos convertamus, nempe non eſſe nobis in mari hærendum ad rem ipſam ſimpliciter conſiderandam. Verum eſt, jam bonum illud documentum fore, quum homines conſiderabunt, quomodo Deus cohibeat mare, ne ipſum nos deglutiat & abſorbeat. Quum id cognovimus, nonne unuſquiſque pluſquam convincitur, nos vitam à Deo tanquam miraculo quodam habere? Sed id adhuc parum nobis prodeſſet, niſi ulterius progrederemur. Ecce Deum, qui nobis ſua mirabilia oſtendit, & ea in rebus viſibilibus, quæ tamen ita ſublimes ſunt, ut in ipſis caligemus, ſenſibus noſtris exhibet.

Digitized by Google

gnoſcamus, quoniam tamen in ejus manu ſumus, nihil in omnibus noſtris obmurmurationibus proficiemus. Videmusne improbos & iniquos in hoc mundo regnare? Videmusne contemtoribus Dei commode eſſe? Videmusne eos dignitate & auctoritate valere, & tanquam dominos totius orbis eſſe? Videmusne quoque eos quotidie Deum deteſtari, & tamen non ſtatim puniri? Videmusne contra, nos modo opprobriis, modo doloribus obnoxios eſſe, modo nos prodi, Deum vero nobis tam cito quam cuperemus non opitulari? Exſpectemus patienter, namus quærere, ut fide ad bonum illum Deum erigamur, & quidem modo id ſemper fiat cum modeſtia & ſobrietate. Utque cognoſcentes, quantopere illi propter ſua bona, quæ in nos quotidie confert, obſtricti ſimus, incitemur, imo vero penitus ad illi gratias agendas inflammemur. Noſtro quoque exemplo ad eandem fidem & veritatis agnitionem miſeri ignorantes & increduli pertrahantur, ut ab omnibus communi conſenſu laudetur, magnificetur, & exaltetur, ſicuti meretur. Idque ut agat, libeat illi excitare veros & fideles verbi Miniſtros, &c.

CONCIO CENTESIMA QUADRAGESIMA NONA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVIII.

8. Quis clauſit oſtiis mare, quod erumpens, tanquam è vulva prodit?
9. Quando poſui nubem veſtimentum ejus, & caliginem faſciam ejus:
10. Et decrevi ſuper eo decretum meum, appoſuique illi vectes & oſtia:
11. Et dixi, Huc uſque venies, neque addes, & hic pones elationem fluctuum tuorum.
12. An in diebus tuis præcepiſti auroræ? An indicaſti auroræ locum ſuum:
13. Ut apprehendat extrema terræ, & excutiantur impii ex ea?
14. Mutatur ſicut lutum ſigilli: & conſiſtunt tanquam veſtimentum.
15. Et prohibetur ab impiis lux, & brachium excelſum confringitur.
16. Numquid ingreſſus es uſque ad profunda maris, & an profunda abyſſi ſcrutatus es?
17. Numquid detectæ ſunt tibi portæ mortis, & an portas umbræ mortis vidiſti?

QUod ſtulte de operibus Dei judicant homines, id non ex alia cauſa fit, quam quod nimis feſtinant, non exſpectantes exitum, ut ſciant quomodo Deus omnibus rebus proſpexerit. Atque ita omnes proverbium vulgatum in nobis comprobamus, Stulti judicis brevis ſententia. En cur opus eſt, ut nos cohibeamus, ne judicium, re nobis nondum cognita, præcipitemus. Quodque uno vocabulo de mari dicitur, nos debet erudire. Si enim contemplemur undas, quæ ſe attollunt; videtur, omnia mox ab ipſis obrutum, mundumque adeo abſorptum iri: poterimus dicere, Deum debuiſſe ei rei proſpicere, ſed quum poſtea undæ ſe cohibent, & ipſæ in ſeipſas franguntur, nec ſuos limites tranſilire poſſunt, tunc melius ſapientiam Dei admirabilem, & ejus virtutem ſimul agnoſcimus: animadvertentes, quamvis mare eo impetu moveatur, Deum tamen ipſum cohibere, non ſecus quam ſi puerulum in ulnis geſtaret, ſicuti heri fuit expoſitum. Quando igitur perfecte opera Dei poterimus comprehendere, habebimus unde ipſum in omnibus glorificemus: ſed ſi more noſtro judicium præcipitemus, noſtra temeritas ſe prodat, & confuſi maneamus oportebit. Retineamus igitur quod hic dicitur, *Deum decretum poſuiſſe mari*, & ei dixiſſe, *Eo uſque progredieris.* Si mare ſemper eſſet tranquillum, nec ullus unquam turbo aut tempeſtas ipſum agitaret: non tam bene providentia Dei & cura paterna, quam de hominibus gerit, ad conſervandos ipſos in habitatione quam illis conceſſit, appareret. Sed quum licentia mari data eſt, ad ſe tam alte & tam potenter attollendum, nec tamen ipſum poteſt exundare & ſe effundere ſuper terram, ſed illo decreto Dei impeditur: en ubi poſſumus percipere, quomodo Deus omnia, bona menſura & ratione diſpoſuerit. Hoc vero longius proferri debet: quum enim videmus bella excitata, omnia ſus deque miſcenda eſſe nobis videntur, ſtatim, ſi id penes nos eſſet, Deum condemnaremus, aut adverſus illum, quod illa omnia permittat, temere multa effutiremus. Sed ſi exitum patienter exſpectemus, ex parte una cognoſcemus, Deum merito homines caſtigare, quum bella inter ipſos excitat: præterea eo vult virtutem ſuam oſtendere: quum enim ignis ſic accenſus fuerit, momento temporis poſtea reſtinguetur, tum Deus exercet ſuum officium de quo agitur in Pſalmo 46. Ipſius eſſe *Pſal. 46. verſ. 10.*

eſtis? Non fuit dies aut lux ante vos? Quumque tanta ſapientia prædititis, ut me redarguatis, ſequitur, antequàm vos nati eſſetis, nullum ordinem fuiſſe in mundo: lux matutina neſciebat quo ſe reciperet, & in quam partem iret: ſine vobis nulla erat diſpoſitio, abſque vobis nihil factum eſſet. Quum vos tam ſapientes eſſe opinemini, & mei cenſores eſſe velitis, hoc duntaxat ex vobis quæram, Præcepiſtisne luci quo illa ſe debeat recipere? Interim ſemper aliquid deſideratis & reprehenditis in iis quæ facio. Atqui ego ab initio mundi diſcrevi lucem à tenebris: ego aſſignavi tempus noctis tenebris: præterea auroram produxi, quando mihi libuit: conſtitui ordinem perpetuum, qui debeat eſſe ſummæ admirationi: quod ſi nimis ingrati non eſſetis, iſta adeo eximia, ut nihil ſupra, confiteri cogeremini. Iſta autem omnia facta ſunt antequam vos neque ſtirps veſtra nati eſſetis, antequam etiam homo ullus natus eſſet. Quid vero vobis vultis, quum modo me arguitis? Os veſtrum adverſus me attollitis? Numerate annos, à quo mundus eſſe cœpit: mundum rexi huc uſque, & quidem ita ut omnes creaturas confiteri oporteat, ſe obſtupeſcere, quando id quod illis oſtendo contemplantur. Interim videor vobis nihil ante vos feciſſe. Numquid vero ſcitis, quomodo lux diſponenda erat, & è tenebris educenda: quum vos tantopere ſapientes eſſe ducatis? Hic igitur primum Dominus noſter nos ad ortum noſtrum revocat: quaſi diceret, Numerate annos veſtros à quo tempore in mundo eſſe primum cœpiſtis. Ecce homines, qui ſunt tanquam limaces, ſtatim atque nati ſunt, mors illis minatur. Quod ſi Deus illis ſpatium aliquod det ad vivendum, hic ambulant, ut dicitur in Pſal. 90. ſed ſtatim atque tria aut quatuor ſpatia obambularunt, & hic inſtar ranarum paululum ſaltarunt, Deus illos ad ſe revocat. Interim in ejuſmodi vitæ brevitate, quæ inſtar venti tranſit, & quæ ſtatim præterfluit, homines, qui nihil aliud ſunt quam putrefactio, volunt adverſus ſuum Creatorem diſceptare & contendere. Quonam prorumpit iſta audacia? Conſideretur aliquantulum ejus æternitas. Quotieſcunque igitur tentabimur ad tam curioſe de Deo & ejus operibus inquirendum & ſatagendum: conſideremus, non ita pridem nos natos eſſe: quod viximus, vix ſatis nobis fuiſſe ad oculos in cœlum tollendos, & ſemel ſerio cùm æternitatem illam Dei, tum vitæ noſtræ brevitatem conſiderandam. Quod ſi id ſemel conſideraverimus, nos os occludere oportebit: ſenſus omnes noſtros occluſos eſſe, nec amplius audere ullo modo adverſus Deum obmurmurare oportebit. Comparationem autem vitæ noſtræ cum longa mundi duratione inſtituamus. Præterea nobis ulterius progrediendum eſt, nempe Deum ſeipſo & ſua Majeſtate, antequam mundus creatus eſſet, contentum fuiſſe. Quum ita cognitam non æſtimamus: & uſus ipſius, quem nobis dat, nos ad eam ingratitudinem, non per ſe, ſed malitia ſua inducit. Nihilominus non ſine cauſa Deus hic dicit, ſi lux matutina conſpiciatur, homines coactum iri mirari, ſi, unde ipſa exeat, intueantur. Quamvis enim Oriens ſit ſemper in certa aliqua regione, animadvertitur tamen, Solem ſecundum anni tempus modo altius, modo ex inferiore loco oriri. Hyemis tempore Sol, quia remotior eſt à nobis, in magis longinqua regione oritur: poſtea in æſtate, prout nobis appropinquat, & in altum tollitur, animadvertitur, ipſum quaſi verticibus noſtris imminere. Denique, prout eſt Oriens, ita etiam eſt lux matutina. Quando autem talis in cœlo ordo eſt & certa menſura, ita ut Sol momento non declinet, niſi quia Deus illi ſuum circuitum deſcripſit, quem ubi obiit, ad ſuum punctum & locum redit: nonne id nos in admirationem debet adducere? Videmus Solem nunquam è via ſua exire: ita ut ſi curſum ejus obſerves, animadvertas, in omnibus anni diebus eſſe diverſitatem, & tamen ſi totus atque integer annus cum anno conferatur, curſum Solis eodem tenore & tractu procedere comperietur. Sol modò ex uno puncto exibit, cras ex alio: quando occidit, eadem plane eſt ratio: quumque ad finem anni perventum eſt, revertitur in ſuum locum; ad curſum, quem à creatione mundi continuavit, perſequendum, iterum revertitur, & ita ſuum ordinem retinet, ut horologium ad certam regulam non tam accurate poſſit accommodari atque circuitus Solis. Quænam vero maſſa eſt? Aliquid quod univerſa terra longe majus eſt. Præterea ſi anni ſpatio eum circuitum, quem uno die obit, obiret, illud multum eſſet: quum tamen ordo inſtitutus à Deo ſervatur, an non id nos in admirationem & ſtuporem rapere debet, eò ut Majeſtatem Dei noſtri incomprehenſibilem adoremus? Ita quidem, niſi beſtiis deteriores eſſemus. Oculos habemus, & nihil cernimus, Deus facit creaturas ſuas mutas reſonare, quia gloriam ſuam illis impreſſit: ſed nihil de melodia illa audimus. Per noſtram igitur malignitatem & perverſitatem duntaxat ſtat, quando gloriam Dei, quæ nobis viſibilis eſt, quæque ſe in omnibus creaturis & ordine, quem in mundo conſtituit, & quem ita firmum & conſtantem, ut nihil ſupra, ſervat, offert, non apprehendimus. Statim autem ſubjicitur, *Auroram effundere ſe & occupare omnes alas*, hoc eſt, extremitates terræ: vocabulum enim hoc Alæ in Hebraïco ſermone ſignificat extremitates. En igitur lucem, quæ ſe effundit & extendit per univerſum mundum ſimul atque apparuit. Quum cernimus tenebras noctis, ad illas fugandas & pellendas magna contentione & molimine opus eſſe videtur. Quomodo? Quidnam tenebris terram purgare poſſet, ita

poſitum eſt, deficere oportet; in conſiderandis ipſius arcanis incomprehenſibilibus nos valde humiles & ſobrios eſſe oportet, dum plenam in ultimum diem revelationem exſpectamus. Nunc igitur ſufficiat nobis fide comprehendere id quod non poſſumus videre, donec plura didicerimus: quod futurum eſt, quando bonus ille Deus nos carne noſtra mortali exuerit, ad ſe evocarit, & gloriæ ejus conformes facti fuerimus. Statim autem ſubjicitur, *Improbos ex terra excuti.* Hoc autem ſic à quibuſdam exponitur, Solem multos morbos gignere, ac proinde quum aurora oritur, eam inſervire ad improbis mundum eluendum, quatenus morbus aliquis eos rapit. Sed is ſenſus nullo modo convenit: nam primum aurora potius excitat homines, ſiquidem tunc agiliora & melius affecta ſunt corpora noſtra. Quin etiam miſeri ægroti nocte multum vexati & afflicti, matutino tempore veniente novum vigorem novaſque vires accipiunt, ita ut tunc allevetur ipſorum morbus. En etiam cur Propheta Malachias, quando loquitur de Domino noſtro Jeſu Chriſto, vocat eum Solem Juſtitiæ, accipit ſimilitudinem Solis materialis, & ejus quod experimur, nempe ipſum nobis in ſuis alis, hoc eſt, radiis, ſanitatem adferre, ejus adventu terram purgari, corpora noſtra humoribus, ut fere fit noctu, gravata & oppreſſa allevari. Quin etiam ſi aurora morbos gigneret, ei incommodo boni æque ac improbi eſſent obnoxii. Ac proinde ſenſus aptior & convenientior hic eſt, Improbos excuſſum iri è terra, hoc eſt, diſcretum iri. Si enim ſemper tenebræ eſſent, album ab atro diſcerni non poſſet: ſed quum Deus ſic lucem per univerſum mundum effudit, tunc cognoſcitur, quomodo ſe unuſquiſque gerat. Verum autem eſt, improbos ſe toto diei ſpatio nihilominus ad omnem nequitiam projicere: nullo enim timore Dei præditi ſunt; & quamvis hominum pudore aliquo teneantur, eam licentiam tamen capiunt, ut in ipſa meridie diſſolutæ vitæ flagitiis indulgeant: ſed tamen ejus, quod hic dicitur, veſtigia aliqua animadvertimus. In mundo res ſunt confuſæ, & tamen Dei ordo in illis apparet & conſpicitur, ita ut poſſimus dicere, Verum eſt, Deum laxare habenas Satanæ, nec improbos, ut poſſet, cohibere, ſed ipſis ad malum exultandi libertatem dare: ergo ſunt ex parte aliqua res confuſæ, Deus tamen ad conſervationem generis humani lucem mittens, vult improbos reprimere. Quid enim fieret, niſi improbi arcana Dei providentia cohiberentur? certum eſt, nos ſtatim perituros. Quin etiam Satan, qui illos impellit, in quam rabiem ipſos præcipites ageret, niſi Deus illic operaretur? Scimus, Satanam eſſe omnium hoſtem capitalem, & nihil aliud cupere quam omnes creaturas extinguere, & Dei memoriam in mundo delere: quare ordinem aliquem ex parte Dei eſſe oportet: ſed turbæ & confuſiones ab hominibus proficiſcun-

cipere, eaque, quæ illa continet, ipſi veſtimenti loco eſſe, quando Sol ſic lucet. Noctu enim terra prope informis eſt, nihil in ipſa cernitur: perinde eſt igitur, atque ſi magnum aliquod lutum, in quo nihil diſcretum eſſet, diſcerneretur. Quando autem Sol incipit lucere, perinde eſt, atque ſi ex maſſa aliqua argillæ vaſa figulina fingeret & diligenter ornaret. En terram formatam, quæ antea figura carebat. Quando igitur Deus diei lucem mittit, perinde eſt, atque ſi univerſam terram formaret ad dandum ipſi ſpeciem & decorem, ut eam cum admiratione intueamur: atque ita ipſam veſtit, pro eo quod prius nuda erat, conſtricta & ſterilis, ad oculos noſtros quod attinet, hic enim agitur de aſpectu hominum: terra eſt tanquam deſerta nocte, vacua eſt, nihil in ipſa apparet, die vero in illam veſtitam quum in quamcunque partem oculos conjicimus, *Pſal. 65.*
pulchra ornamenta, quæ Deus ipſi attribuit, con- *verſ. 12.*
ſpicimus: ſicuti dicitur, ipſum coronare annum benedictione: quum terram ſuis fructibus implet, perinde eſt, atque ſi præclaris veſtibus, coronis, & ſertis illam ornaret. Quando videmus Deum ſic operari, nonne habemus unde obſtupeſcamus, & quidem magnitudinem operum ipſius omnes noſtros ſenſus ſuperare, noſque in illis deficere, confitentes? Quamvis enim ex parte bonitatem, virtutem, ſapientiam & juſtitiam ipſius poſſimus guſtare, tamen ad extremum cum Davide nobis exclaman- *Pſal. 66.*
dum & concludendum, Domine, quam admirabilia *verſ. 3.*
ſunt & excelſa opera tua, ipſa ſunt abyſſus, quis ipſa *& 92: 6.*
enarrabit? Verum eſt, Davidem conari narrare opera *& 134.*
Dei: non quod de illis non cognitis temere garriat. *verſ. 24.*
Deus igitur ipſi id, quod dicit, oſtenderat: & nos *& 139.*
etiam ex parte poſſumus judicare de eo, quod Deus *verſ. 14.*
nobis in creatione mundi, & ordine quem in ipſo conſtituit, oſtendit. Ibi juſtitiæ ipſius, bonitatis, virtutis & ſapientiæ, ut jam attigi, veſtigia aliqua cernimus: ut vero omnia, quæ videmus, ad ſummum uſque exacte comprehendamus, multum abeſt. Supereſt igitur, ut cum admiratione exclamemus, Quam admirabilia ſunt opera tua? En in ſumma, quod nobis hoc in loco notandum eſt, quando dicitur, *Terram novam formam ſumere*, & res, quas Deus in ipſa poſuit, eſſe *tanquam veſtimenta*, quibus illa ornatur. Quum vero illa quotidie fiunt, niſi uſus adeo vulgaris eſſet, certum eſt, nos dicturos, En res admirabiles. Diſcamus igitur non metiri dignitatem operum Dei uſu quotidiano, ſed eo magis incitemur ad dicendum, Ipſum eſſe opificem, qui non ſit attingendus, ita ut exiſtimemus, nos in ipſo aliquid carpere poſſe: potius nos ipſi omni cum humilitate ſubmittere debere. Deus autem ſtatim ſubjicit, *Improbos non fruituros luce, ſimulque brachium elatum confractum iri.* Hoc dicitur ad eundum obviam objectioni, quæ fieri poterat: Quomodo? Deus, quum Solem conſtituerit ad mundum illuſtrandum, quum

 tam

beant oculos apertos ad fruendum luce Solis, tandem tamen ea penitus privabuntur. Ait igitur, *Lux ipſorum illis eripietur.* Quando ait, *ipſorum lux*, oſtendit nobis, verum quidem eſſe, nos modo nihil, quod ad vitam præſentem attinet, ut quidem videtur, amplius habere, quam contemtores Dei & profanos homines: hauriunt enim aërem æque ac nos, luce fruuntur æque ac nos, comedunt, bibunt. En igitur quomodo patienter nobis ejuſmodi mixtio modo ſit perferenda. Interim non ſine cauſa improbis lucem hic dat Deus: eo pacto enim ipſos vult eo magis inexcuſabiles reddere: verum hæc lux non erit ipſis perpetua. Nos vero Deo vitam noſtram & omnia ejus inſtrumenta accepta ferentes, eo ſpectabimus, ut tanquam filii ejus mundi hæredes ſimus:
Rom. 4. divus quoque Paulus non ſine cauſa quarto ad Ro-
verſ. 13. manos id attribuit Abrahamo & omnibus fidelibus. Diſcamus igitur, quum Sol lucet, id eſſe hæreditatis noſtræ partem, quumque Deus nos in filios ſuos adſciverit, Sol nobis eſt debitor: id in bonis noſtris numerare poſſumus. Eadem eſt ratio, quum comedimus & bibimus, fruimurque omnibus quæ terra nobis producit. Id minime debetur nobis à Deo, ſed à mera ejus liberalitate promanat: ſed poſtquam nos in filios elegit & adſcivit, ipſumque adeo corde puro Patrem noſtrum invocamus, terra nobis debet alimentum, omnes creaturæ nobis præſto in poteſtate noſtra ſunt, hoc eſt, ipſis libere uti poſſumus. Atque is uſus perpetuus erit nobis: non quod bibendi & comedendi, quando ex hoc mundo exiverimus, neceſſitatem ſimus habituri: ſed dico, uſum nobis perpetuum fore, quia benedicetur: quotque modo creaturis Dei utimur, ſunt nobis totidem ad promovendam ſalutem noſtram adjumenta, (eo enim pacto Deus nobis ſuæ bonitatis & amoris ſenſum exhibet;) quumque gloriæ ipſius cœleſtis participes erimus, mundus multo magis, quam unquam, noſter erit, quamvis tunc cibo, potu, & veſtimentis opus non ſimus habituri: nam, quicquid ſit, meliorem poſſeſſionem, quam ea ſit, qua hodie fruimur, ſumus habituri. Non ſine cauſa igitur Deus hic adjicit, *lucem quam habeant improbi*; & quam ſibi attribuunt, *illis ereptum iri.* Hocque nobis expoſitionis loco eſſe poteſt ejus, quod jam tactum fuerat, *Improbos excuſſum iri aurora exoriente*: eos ſpeciem virorum bonorum aſſumere, Dominum noſtrum eos tunc conſtringere: & quamvis aliqua ſit in rebus humanis confuſio, admixtum tamen aliquem ordinem cerni, ad magnas turbas, quæ abſque eo mundum perderent, & in abyſſum præcipitarent, temperandas. Nunc igitur, ſi animadvertitur, improbos gloriari poſſe, quod lucem nobiſcum communem habeant, quodque gravius eſt, ſi ipſos regnare cernitur, miſeros filios Dei pedibus proculcari, opprobrio exponi, vixque illos en etiam cur improbos regnare, & brachium attollere patitur. Verum eſt, hanc tentationem valde duram eſſe, quando videmus improbos eſſe tanquam mundi dominos: unde vero id venit, niſi ex eo quod Deus illis porrexit manum, eoſque ſic voluit magnificare? En igitur quomodo miſeri infirmi perturbarentur: ſed ſufficiat nobis id, quod hic dicitur, Brachia robuſta tandem fractum & contuſum iri. Quotieſcunque igitur videmus improbos dominari cum ſuperbia & crudelitate, eos propter auctoritatem ſuam nimis ſe attollere, ad hanc doctrinam, quæ nos conſolari poteſt, confugiamus: nempe quod ſi hodie ipſorum brachia noſtris humeris incumbant, ita ut ab ipſis capita noſtra comminuenda videantur, Deus poterit illa facile frangere & conterere. Quapropter patienter exſpectemus, dum Deus id, quod pronunciavit, impleat: non fruſtrabitur nos ea ſpes & exſpectatio, modo animos noſtros quietos & tranquillos ad providentiæ ejus locum dandum contineamus: novit enim tempora ad operandum opportuna, nec noſtrum eſt illi quidquam præſcribere. Cæterum hic debent improbi ſibi attendere. Verum eſt, hanc doctrinam fidelibus potiſſimum ad eorum conſolationem inſervire debere: ut in medio ſuarum afflictionum & anguſtiarum, quum vexantur & contumeliam patiuntur, ſuſtineantur. In memoriam tunc ſibi revocent, ad tempus attolli oportere brachia improborum, donec Deus ipſa confringat. Sed tamen Spiritus Sanctus voluit etiam improbis minari, quia ſic furere cernuntur, ut ſe mira facere poſſe ſibi perſuadeant. Deus igitur nobis uno verbo dicit, Exſpectate dum brachia, quæ modo elata ſunt, confringantur: id omnino accidet. Si igitur nolumus Deum pro adverſario habere, ne brachia noſtra attollamus, hoc eſt, ne ipſa, ut loquitur Scriptura, ad vim & injuriam inferendam extendamus: ne malefacere, aut nocere proximis conemur: ſed unuſquiſque cum omni modeſtia id quod ſibi licet & permiſſum eſt intueatur, brachia noſtra retineamus, ut verbo Dei regantur, nec quiſquam aliquid ſupra vocationem noſtram aggrediatur. Quando ſic nos geremus, Deus ſemper nobis *novas* vires addet, & quamvis brachia remiſſa habeamus, ab illo tamen tandem corroborabimur: ſicuti etiam
dicitur, doctrinam Euangelii ad id prodeſſe, ut ni- *Eſa.* 35.
mirum nos, quum debiles erimus, corroboret: ſed *verſ.* 3.
quicunque brachium attollet, hoc eſt, qui volet ſu- *Heb.* 12.
pra captum & menſuram ſuam aliquid aggredi, *verſ.* 12
à Deo tandem confringatur oportebit: omnium enim iſtorum, qui magna aggrediuntur, ſuperbe efferuntur, nullamque in ſe modeſtiam habent, hoſtis eſt. En igitur quod ad iſtum locum attinet. Poſtea autem ſubjicitur, *Numquid ad guttas uſque maris perveniſti?* Vocabulum, quo hic Deus utitur, ſignifi-

ca:

nimis tenues & debiles eſſe, ad comprehendendum id quod in ipſis eſt, nobiſque invitis confitendum eſſe, Deum nobis miracula oſtendere, quæ nos ſupra omnem noſtrum ſenſum & cogitationem debent in admirationem rapere. Si igitur cogimur fateri, eam in Deo ſapientiam eſſe, & quidem quod attinet ad ejus opera quæ nobis obvia ſunt, quæque nobis digito quaſi demonſtrantur: quid fiet iis, quæ nobis abſcondit, & ad ultimum diem ſibi reſervat? quomodo quum multa permittit & conſtituit in hoc mundo, quæ nobis abſurda videntur & occulta, in quibus nullam rationem animadvertimus: illa enim ſunt de conſiliis ejus arcanis & ſpiritualibus. Quid dicemus, Si res quæ hic ſunt quaſi in pedibus noſtris, & quas prope calcamus, comprehendere non poſſumus; ſi ad illa, inquam, penetrare & aſpirare non poſſumus, quid futurum eſt eo quod ſupra cœlos eſt, quodque omnes creaturas & communem hujus mundi ordinem ſuperat? En igitur in ſumma, quinam ſit ſcopus Dei. Nunc autem diſcamus, quum ingenia noſtra nimis pruriunt ad judicandum ſupra id quod nobis licet, diſcamus, inquam, de mari & locis profundis aquarum cogitare, ut dicamus,

Pſal. 36. verſ. 7. Eia miſera creatura, quid vis agere? Dicitur, conſilia Dei eſſe abyſſos tam profundas, ut ad eas homo pervenire non poſſit: abyſſi vero illæ longe ſuperant abyſſos maris. Poſſesne duntaxat fluvium aliquem exhaurire, ut poſſes videre unde aquæ exeant? Quin etiam non poſſis comprehendere quæ ſit parvi fontis ſcaturigo, unde tamen magnus fluvius exit. Quum omnia expenderis, nunquam poteris fluvium aut fontem exhaurire: quomodo igitur poſſes ad gurgites uſque maris ingredi, ut accurate poſſis explicare, unde promanet ea copia aquæ, quæ illic collecta eſt? Nunc vero, quum rem materialem non comprehendis; quomodo audes cum Deo litigare, tantaque temeritate & arrogantia adverſus tuum Judicem, ita ut ipſi quidpiam objectes, illumque tibi velis ſubjicere, ruere? En quod in hoc loco nobis obſervandum eſt. Verum eſt, hanc doctrinam nobis tritam & vulgarem videri: nemo eſt, qui ipſam non intelligat, ſed numquid ex ipſa utilitatem aliquam capiamus? Videmus autem, quomodo unuſquiſque ſibi ad ſtulte & temere de ope-

[illegible] bus ſedulo obſervaretur, & ad praxin revocaretur. Sed ut ſemel hunc locum concludamus, diſcamus, Deum nobis ſingularem gratiam largiri, quum in infirmitate & tarditate intellectus noſtri quidpiam abyſſorum aſpectu longe melius nobis dedit. Cur? Quia in ſpeculo Euangelii facit, ut arcana Dei, prout nobis expedit, contemplemur. Dico autem, quatenus eſt nobis neceſſarium: neque enim ſtultis & immoderatis noſtris deſideriis indulgendum eſt: ſed contenti ſimus revelatione quam Deus nobis dat, (nec ſimus curioſi ad inquirendum ſupra ejus verbum,) ſufficiat nobis, quum nos illuminat Sancto ſuo Spiritu, eo ut de ejus operibus, ut par eſt, judicare poſſimus. Id quum faciemus, tunc implebitur id quod Moſes dicebat, Ne amplius dicite, Quis deſcendet uſque in abyſſum? Quis ſupra nubes aſcendet? Quis mare tranſibit? En verbum tuum in ore & corde tuo: hoc tibi ſufficiat. Quando igitur nobis hanc gratiæ prærogativam Deus concedit, ut nos omnia ea, quæ nobis utilia eſſe cognoſcit, doceat, idem eſt atque ſi nos trans maria traduceret, quaſi nos in abyſſos ingredi faceret, quaſi nos ſupra nubes attolleret, denique nos in ſuum uſque ſinum reciperet. Quid igitur amplius petimus? Contenti igitur ſimus cognitione, quam libet ipſi modo nobis dare, verbo ſuo & doctrina Euangelii: exſpectantes, dum ampliorem ejus revelationem nobis concedat; quod fiet, dum facie ad faciem id, quod ex parte duntaxat modo cernimus, videbimus. *Deut. 30. verſ. 14.*

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut eorum ſenſum talem nobis indat, ut de noſtris miſeriis, & naturæ noſtræ corruptione melius cogitemus quam adhuc cogitavimus: ut nobiſipſis diffidentes, & penitus confuſi, ad ipſum confugiamus: hocque unum petamus, quo ita nos gubernet, ut omnibus noſtris vitiis purgemur: noſque ita ad imaginem ſuam reformet, ut quod eſt naturæ noſtræ vitioſæ in nobis proſternatur & mortificetur: ut ſentientes virtutem ejus ſic operatam eſſe, non poſſimus niſi in mera ejus bonitate gloriari. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed omnibus etiam populis & nationibus terræ, &c.

27. Ut ſatiet vaſtitatem ac deſolationem, & faciat germinare egreſſum herbæ?
28. Quis eſt pluviæ pater? aut quis gignit ſtillas roris?
29. De utero cujus egreditur gelu, & pruinam cœli quis gignit?
30. Inſtar lapidis aquæ abſconduntur, & ſuperficies voraginis congelatur.
31. Numquid cohibebis delicias Pleiadum, aut contractiones Orionis aperies?
32. Numquid educes ſigna cœleſtia tempore ſuo? & Arcturum cum filiis ſuis deduces?

QUamvis videatur, ſermones, qui hic commemorantur, nimis notos eſſe, quum rem diligenter expenderimus, unuſquiſque judicabit opus eſſe, ut arrogantia noſtra non uno duntaxat verbo, ſed longis admonitionibus, quales hic Deus proponit, reprimatur. Quamvis enim confeſſi fuerimus, ingenia noſtra nimis debilia eſſe ad comprehendenda opera Dei: citius tamen quam manum quiſpiam converterit ad ſtultam aliquam curioſitatem & arrogantiam inducimur; & ea audacia eſt tanquam rabies quædam, quæ nos præcipitat. Ne igitur novum nobis videatur, ſi Dominus hic longis ſermonibus utitur, ut ſentiamus, non eſſe noſtrum judicare de ipſius operibus, & ſufficere ut ipſum ex parte ſecundum noſtram tarditatem cognoſcamus, ipſeque adeo nobis ſui guſtum aliquem præbeat. En quomodo ad noſtram utilitatem retinebimus ea quæ dicentur. Nunc vero id, quod hic dicitur, reſpiciamus. Mentio fit *terræ*, Deus vero petit, num homo poſſit ipſam metiri. duplex autem menſura eſt terræ. Una eſt, ut ſciamus amplitudinem mundi habitabilis: quod conjectura quodammodo comprehendi poteſt. Conſideratur etiam tota terra in ſeſe, comprehenſa nimirum parte illa, quæ mari tegitur, ita ut non appareat: non poteſt de ea magnitudine judicari. Sed etiamſi ponatur, homines de omnibus his poſſe definire, illi tamen ejusmodi miraculo cognito mirari deberent, & opificem glorificare. Non ſine cauſa igitur Deus quærit, num terram dimenſi fuerimus, & an id poſſimus facere. Id fieri nequit: nam, ad mundum habitabilem quod attinet, conjectura aliquid aſſequi poſſumus: ut ſciamus, quæ ejus ſit longitudo, & latitudo: ſed ſi de tota hac maſſa & univerſo corpore quæratur, fieri nequit, ut cognoſcatur, quis ſit ejus ambitus. Nullum igitur ingenium humanum eo pervenire poteſt. Quid igitur illud fuerit, ſi Majeſtatem Dei, & ejus conſilia ingeniis noſtris includere voluerimus? Dicitur, Deum tenere terram, non ſecus quam ſi tria aut quatuor grana pulveris manu tenerem, non aperienda erit mihi propterea manus, ſed pugnum comprimam, & intus pulverum illum continebo. Deus illa ſimilitudine
Eſa. 40. utitur per Prophetam ſuum Eſaïam, oſtendens, nos,
verſ. 12. quum de Deo loquimur aut cogitamus, non debere ipſum metiri eo quod nobis apparet: terra enim infinita nobis videtur, ipſam tamen incluſam pugno tenet, hoc eſt, nulla eſt proportio inter illam eſſentiam incomprehenſibilem, gloriam illam inæſtimabilem, quæ in ipſo eſt, & ingentem illum cumulum aggeſtum terræ, qui nihil eſt præ ipſo. En igitur id quod modo nobis hoc in loco obſervandum eſt: nempe, quum cogitamus, terram tantum ambitum continere, ut in eo ſenſus noſtri deficiant, oportere, ut cognoſcamus, eum, qui illam tenet, aut tenere poteſt pugno ſuo comprehenſam, longe aliam in ſe magnitudinem continere: nobis igitur hoc unum ſupereſſe, ut debilitatem noſtram, noſque nimis tardos & craſſos eſſe, agnoſcamus. Tum eum adoremus, & confiteamur quæcunque agit, ea cum perfectione fieri, ut nihil culpari poſſit, nec noſtrum eſſe quidquam contra objicere, quia nimis ignorantes ſumus. En igitur in ſumma, quod nobis retinendum eſt de eo quod hic dicitur. Statim autem mentio fit *viæ lucis*, poſtea *de tonitruis*, *& fulguribus*, ſicuti jam facta fuerat. Sed non ſine cauſa hic ſermo iteratur: nam, ut heri vidimus, ſtatim atque aurora exivit, en totum mundum illuſtratum: & alæ terræ, hoc eſt, extrema deteguntur, ita ut terra novam formam accipiat: idque fit momento temporis. Quum igitur ejuſmodi miraculum ſe oculis noſtris offert, nonne æquum eſt, ut Deus ob ipſum glorificetur? Quod ſi hic agilitatem ingenii noſtri oſtentare volumus, nonne meremur, ut arrogantia noſtra puniatur, & Deus ſtultum iſtud deſiderium ea quæ nos ſuperant comprehendendi, quo tenemur, irrideat? Qua via debet incedere lux? Numquid noſtrum eſt id præfinire? Si cùm in longitudinem, tum in latitudinem ipſi ſuam viam præſcribamus, quomodo penetrare poſſumus totam hanc ingentem maſſam terræ & ad extremum uſque mundi pervenire? Quænam ea audacia furioſa fuerit, quando ſumemus & arrogabimus nobis, ut velimus de admirabilibus Dei operibus judicare? quum non poſſimus comprehendere quomodo id fiat, ut lux ſubito effundatur, quando nomine Solis poſſeſſionem invaſit ad dominandum in diem? Diſcamus igitur in omnibus creaturis ita Deum in magnitudine & ſublimitate ſuorum operum exaltare, ut nos tanquam frenatos contineamus, agnoſcentes tenuitatem noſtram, ut nos humiles coram ipſo habeamus. En enim quomodo homines Deo gloriam & honorem debitum attribuunt, quando nullo modo gloriantur, nec quidquam ſupra ipſum ſibi ſumunt & arrogant. Fruſtra enim Deum magnificabo: interim, ſi volo

ipſius

Digitized by Google

debimus quidem nives & grandines: ſed interim quum Deus creat nivem & grandinem, numquid in eo aliquid intelligimus & percipimus? Verum eſt, Philoſophos de eo poſſe diſſerere: aliquæ cauſæ animadvertentur: interim habet Deus conſilium ſuum ſecretius & remotius, ita ut illic deficiamus. Intelligimus nunc, cur Deus hic de nivis & grandinis theſauris loquatur. Supereſt igitur, ut hanc doctrinam obſervemus. Quis noſtrum eſt, qui arte poſſit nivis pugillum efficere? Quis aquam aut vapores in grandinem aut gelu poterit convertere? Excogitent & imaginentur quicquid volent homines, numquid illud perficere poterunt? Non poſſimus capillum unum capitis noſtri album aut atrum efficere. Quum ita ſe res habeat, nonne magnificanda eſt nobis potentia inæſtimabilis Dei noſtri, quando terram nivibus totam contegit? Ubi ejuſmodi aquæ quantitatem accipit? Verum eſt, dictum iri, id procreari in media aëris regione, quæ eſt frigida: quumque certa copia vaporum aſcendit, ipſos tandem congelari & cogi, nivemque ex eo generari: quod ſi ea copia magis ſit coacta & compreſſa, grandinem tunc fieri, quia materia ſolidior eſt. Id quidem dici poterit, & verum eſt; ſed tamen nonne mirum eſt, tantillo tempore theſaurum, qui erat abſconditus, retegi? Hyeme aliquando tempus erit ſudum & ſerenum, tribus poſt diebus ecce nivem, quæ cadit ut pedis unius aut duorum altitudine terram contegat. Ejuſmodi vero mutatio nonne quæſo nobis in capite capillos erigere debet; & quidem, niſi ſtupidi ſimus, eo ut ad aliquem Dei timorem inducamur? Cæterum ſi recto & ſincero affectu ducimur, nonne incitari debemus ad ejuſmodi reverentiam Deo noſtro exhibendum, ut cognoſcamus, ejus virtutem adeo ſublimem & excelſam ſupra nos eſſe, etiam in his rebus viſibilibus & terreſtribus, ut ſui glorificandi, noſtram ignorantiam confitendo, det nobis occaſionem? En igitur quod nobis retinendum eſt in hoc *theſauri* vocabulo, ut recte ipſum ad noſtrum uſum applicemus. Cæterum meminerimus ejus quod dicitur in Cantico Moſis, Deum habere ſuas caſtigationes abſconditas in ſuis theſauris, quos non comprehendimus: ne à recta via abducamur: quomodo videmus, homines ſæpiſſime Deo inſultare, ſibi perſuadentes ſe ex manu ejus evaſiſſe: quum enim ipſos malo aliquo Deus liberarit, ſe omnibus calamitatibus perfunctos eſſe putant, & aurem duntaxat ſuccuſſant, ut dicitur. Meminerimus ejus admonitionis, quæ nobis à Deo proponitur: Cognoſcitisne flagella, quæ abſcondita ſunt in theſauris meis? quaſi diceret: Quum ego vos uno modo percuſſero, poſtea veſtri miſertus fuero, ne vos omnibus ærumnis perfunctos eſſe exiſtimate: habeo enim alios vobis incognitos & incomprehenſibiles vos caſtigandi modos. Quum caſtigati fuetem: en cœlum & terram, quæ arma innumera ipſi adferent. Nam quemadmodum ad pedis unius aut duorum altitudinem nive terram conteget; nonne ipſa, ſi illi ita videretur, nos poſſet opprimere? Numquid ita imminutam exiſtimamus eſſe ipſius potentiam, ut non poſſit in triginta orgiarum altitudinem nivem in capita noſtra mittere? Præterea videbimus aliquando terram congelatam, & à vento borea ita conſtrictam, ut tanquam ferrea ſit: per quid ſtat, quominus Deus non ſemper illam in eo ſtatu relinquat? Notemus igitur, Deo nequaquam opus eſſe, ut magnos apparatus faciat ad congrediendum cum ſuis hoſtibus, eoſque debellandum: verbum faciat duntaxat, tum illico en tibi mundum univerſum inflammatum, nulla erit creatura quæ non ſit pluſquam ſufficiens ad homines in abyſſum præcipitandos. Quum iſta audimus, nos manui Dei ſubjicere diſcamus, tam potenti Domino ne bellum inferamus: quid enim proficiemus? Diſcamus ipſi obſequi: nos enim ipſius manu ſuſtineri, aut eam nobis adverſariam eſſe oportet, nihil eſt medium. Verum eſt, Deum nos ad tempus toleraturum; ſicuti dicitur, ipſum tanquam occultatum homines exſpectare: ſed tamen ſub ejus protectione ſimus, aut ipſe nobis hoſtis ſit, idque tandem appareat oportet. Demus igitur operam, ut nos ipſi ſubjiciamus, quo ipſe nos conſervet, & ſub ejus ductu ſimus: quum vero ipſe ſalutis noſtræ cuſtos fuerit, cùm adverſus grandinem, tum adverſus tempeſtates confirmemur. Cur vero? Quia grando ſeipſam non gignit, nix non cadit quin ipſi mandatum fuerit: ſunt theſauri Dei. Quum libebit homini ea quæ conſtricta tenet, expromet: eadem eſt ratio creaturarum omnium, illas enim Deus pro arbitrio in medium producit. Non erunt igitur nobis timendæ tempeſtates nec grandines, quum in Dei cuſtodia erimus: ſed contra, nos in inquietudine & cruciatu continuo eſſe oportebit, ſi Deus nobis ſit adverſarius. Interim notemus id, quod dicit, *ipſum reſervare in diem pugnæ, in diem afflictionis*: quaſi diceret, non debere homines ſe efferre, prout ſoliti ſunt, quando ipſos Deus non affligit: res enim proſperæ nos ita ſopiunt, ut de peccatis noſtris non cogitemus, nec nobiſcum rationem ineamus, ut ſciamus quo loco apud Deum ſint res noſtræ: quin etiam quamdiu induciæ aliquæ nobis conceduntur, ſumus ſimiles mali debitoris, & hominis qui omnia diſſipat & dilapidat. Niſi enim citetur, & dies præſtituta advenerit, nihil prorſus curat & ſollicitus eſt, etiamſi centum coronatos debeat: tantiſper dum unum in crumena habebit, laute ſe tractabit. Eadem ratione nos cum Deo gerimus: ſi dilatione aliqua erga nos utatur, illico exultamus, de ipſo non cogitamus amplius. Juxta igitur illud quod hic nobis proponitur, quum Deus

gnati prælii de tota controverſia decidit, tunc ſcitur quis victor, & quis victus ſit. Eadem igitur ratio eſt, quum Deum noſtrum offendimus, noſque ab ipſius manu & poteſtate, quantum in nobis eſt, alienamus, & ſumus erga ipſum rebelles. En igitur bellum omnino ex parte noſtri apertum. Deo ore non inſultamus, non mittimus ad ipſum fecialem, qui bellum indicat: quoniam tamen peccata noſtra ab immani rabie promanant, id vero eſt ipſi bellum denunciare. Quum igitur ſit hoſtis noſter, quid exſpectamus? Interim verum eſt, primo die prælium non committi, Deus patitur ut ad tempus in pedes ſtemus: ſed pro certo nobis perſuadeamus, tandem nobis congrediendum fore: & exſpectando, ne exſpectemus: hoc eſt, id multo ante præmeditemur, ne in peccatis & iniquitatibus noſtris hæreamus, nec iræ ejus igni lignum, quo conſumamur, magis addamus. Id poſtquam didicimus, nobis mature attendamus, ut veniam ab illo petamus. En igitur quod adhuc nobis obſervandum eſt. Verum eſt, Deum juſtos æque ac improbos grandinibus & tempeſtatibus (ejuſmodi enim afflictiones
Matth. 5. ſunt omnibus communes, ſicut contra Solem ſuum
verſ. 45. facit lucere ſuper bonos & malos) caſtigaturum: ſed tamen nos ſemper perſuaſos eſſe oportet, ut Scriptura loquitur, illa eſſe flagella Dei, quibus vult peccata noſtra corrigere & emendare, quum mittit grandines, tempeſtates, & alia ejus generis. Interim juſti habent, unde ſe conſolentur: ſciunt enim, Deum ipſos paterna lenitate caſtigare, ne, ſicut Paulus ad-
1 Cor. 11. monet, pereant. Caſtigationes temporariæ debent
verſ. 32. nos de peccatis noſtris admonere, (ſicut ſunt teſtimo-
Heb. 12. nia iræ Dei) ſed tamen ſi in ejus timore ambulemus,
verſ. 5. & in ipſo fiduciam noſtram collocemus, noſtri ſem-
& ſeq. per miſerebitur, noſque in miſericordia, non autem in ſeveritate tractabit: & quamvis nos corrigat, ad utilitatem tamen & ſalutem noſtram ſpectabit. Deus igitur ſignis externis oſtendit interdum ſe bellum inferre iis, qui ipſum timent, & in ejus timore ambulant: ſed tamen, quicquid ſit, omnia ad eorum ſalutem recidunt, quoniam ſeveritatem ſuam erga ipſos moderatur, & facit ut temporariæ caſtigationes ipſis medicinæ loco ſint, quamvis in genere ſint correctiones, quæ nos de peccatis noſtris admonent, & ſimul nobis oſtendunt, nos Deo bellum intuliſſe, & mereri ut ſic nobiſcum prælietur, & omnes creaturas ſuas ad nos perdendos armet. En in ſumma, quomodo hic locus à nobis obſervandus ſit, & ad praxin revocandus. Dicitur autem conſequenter, ***Deum pluviam miſſurum ſuper deſerta, in quibus nemo habitat, terramque ita irrigatum iri, ut germinatura ſit.*** In quibus verbis ſermo iſte continuatur, nempe Deum etiam in communi ordine naturæ ita operari, ut in ipſo ſimus confuſi, & caligent noſtri ſenſus. Verum eſt quidem, nos ea, quæ fiunt, videre, & eorum ali- homo irrigat, tum pluviam & rorem excipit, ita ut plantæ & fructus in ipſo creſcere oculis cernantur: ſed ecce deſertum, quod hodie uritur ardore Solis, nemo eſt qui ipſum irriget, terra ex ſe arida & ſicca eſt: interim Deus immiſſa pluvia magnam herbarum & fœni copiam producet. Quando id videmus, quo familiarius ſe nobis Deus patefacit, ipſum glorificandi juſtam cauſam & materiam habemus: quod ſi non facimus, ingrati animi noſtri culpam nullo modo excuſare poſſumus. Nonne mirum & horrendum eſt, nos oculis miracula Dei cernere, (digito enim ipſa nobis demonſtrat: neque enim illa ſemel in vita hominis fiunt, ſed quotidie renovantur & iterantur:) & tamen nos, ut par eſt, ad illa minime attendere? Herbam pedibus calcamus, nec tamen eo uſque illam intueri poſſumus, ut dicamus, Benedictus Deus, qui ſic facit germinare terram. Cæterum ſimul tarditatem & ſtuporem noſtrum agnoſcamus. Non poſſum dicere, quomodo vel minutiſſima herba procreetur: id oculis video, ſed cauſa mihi ita abſcondita eſt, ut ſim confuſus: video granum herbæ putrefactum germinare, & granorum copiam ad alimentum hominum adferre. Illa omnia video: nonne vero ſunt totidem Dei miracula? ſed tamen, ſicut deberem, ad illa non attendo. Verum eſt, prima ſpecie videri poſſe, hanc doctrinam ſuperfluam eſſe; nec opus eſt hic exponere, quomodo triticum & herba creſcant: an non enim id unuſquiſque videt? nonne ſatis de eo etiam admonemur? Ita quidem: ſed interim quis eſt qui Deo honorem debitum reddat? Quantum in nobis eſt, nonne ejus gloriam & majeſtatem obſcuramus? Atque ita hæc cognitio, quam nos habere exiſtimamus, nos eo magis reos reddet, quoniam ſe in eo prodit noſtra ingratitudo. Quicquid ſit, ſemper notemus, etiam in rebus infimis eſſe ſapientiam Dei incomprehenſibilem. Fruſtra dicemus, id magnis & parvis notum eſſe: ſed ſi ad cauſam uſque ſupremam veniamus, comperietur, ſapientiſſimos in eo confuſos eſſe: & quo magis ſuam ſubtilitatem volent oſtendere, Deus illorum arrogantiam vindicabit, ſicut etiam æquum eſt ut nos faciat ſentire quam admirabilia ſint ſua opera: quumque ipſorum cognitionem aliquam habemus, eam eſſe ex parte duntaxat, prout illi ipſam nobis impertiri viſum eſt: ipſumque adeo ſibi partem aliquam, uti dictum eſt, reſervare, & quidem ita, ut cauſas occultas & abſconditas in ſuo conſilio habeat, ad quas aſpirare modo non debemus. Præclara vero hæc eſt doctrina, poſſe ſic diſcernere inter id quod Deus nobis revelat,
& id quod penes ſe habet, ſicut etiam Moſes loquitur: *Deut. 29.*
Deus noſter, inquit, habet ſibi arcana ſua: quæ reve- *verſ. 29.*
lata ſunt, ad nos & liberos noſtros pertinent, prout in Lege continetur. Verum eſt, Moſen illic loqui de Lege, quæ publicata fuerat: quaſi diceret, Nobis attenda-

Digitized by Google

una, ſumma in hominibus negligentia; ex altera, ſtulta eorum arrogantia: nam ſi Deus nobis arcana ſua velit abſcondere, quaſi invito ipſo illa ſcire & cognoſcere appetere videmur. Nonne animadvertitur ſatis, quæ ſit in hominibus cupiditas, ea, quæ ipſis non ſunt revelata, cognoſcendi? Hoc & illud cuperem ſcire, omnemque adeo lapidem movent, ut diſſerant. Qua autem de re? de eo quod ipſis in Scriptura ſacra occultatum eſt. En in quo ſemper homines maxime laborarunt, ut nimirum ſcirent ea, quæ Deus, cognoſcens non expedire, noluit ipſos docere. Videmus igitur hanc inſanam arrogantiam in hominibus, ut velint in ſuo cerebro id, quod ipſis permiſſum non eſt, concipere, & in arcana Dei ipſo invito ingredi. Altera ex parte ſumma eſt negligentia ad diſcendum id, quod ipſe nos docet. Deus voluntatem ſuam, quatenus nobis expedit & utile eſt, declarat: præmanſum nobis cibum in os ingerit, ut ipſum in ventriculum immittere poſſimus, quia nos debiles eſſe agnoſcit: nos familiariter ſecundum naturæ noſtræ captum docet. En Scripturam ſacram, quæ eſt revelatio tam clara & perpetua, ut nihil ſupra: ſimul in ea bona Dei voluntas apparet: quum ad ipſam ſtudium noſtrum applicabimus, omnia, quæ ad ſalutem noſtram requiruntur, in ipſa inveniemus: illic enim Deus ſe ad noſtram tarditatem accommodat, nobiſcum familiariter loquitur: quin etiam non ſecus quam nutrix cum puero nobiſcum balbutit. Sed non curæ eſt nobis proficere, & ipſum præeuntem ſequi. Animadvertentes igitur, nos adeo negligentes & remiſſos eſſe, quum nobis in Scriptura ſacra proficiendum eſt: & interim hac curioſitate, aut potius inſana ſtultitia laborare, ut plura, quam nobis conveniat, ſcire velimus: retineamus id quod nobis à Moſe declaratur, Dominum noſtrum habere ſua arcana: ne inquiramus de iis, quæ Deus noluit nobis revelare: ſufficiat nobis doceri ratione quam inſtituit: interim Deo ſua arcana relinquamus, nihil ſupra illum nobis arrogemus, glorificemus ipſum, ſcientes, nos nondum ad eam perfectionem, ut ipſum facie ad faciem
1 Cor. 13. v. 10, 12. intueri & contemplari poſſimus, perveniſſe: ſed nos in ejus imaginem prius transformari debere: quod perfecte non fiet, donec nos omnibus noſtris carnalibus imperfectionibus ſpoliarit. In ſumma igitur retineamus, quum ſapientiam Dei, juſtitiam, & bonitatem ejus in omnibus ipſius creaturis guſtaverimus, nobis concludendum eſſe, nos ad ſummum uſque gradum pervenire non poſſe, ſed in media via deficere: ut eo admoneamur ipſum adorare, noſque adeo ipſi penitus ſubjicere. Poſtquam autem mentio facta eſt terræ, abyſſi & aquarum, nivium & ſimilium quæ in aëre gignuntur, pluviarum quæ irrigant: ſtatim de cœlo & terra verba fiunt. Hic Dominus noſter ponit iterum, quod ſuperius vidi- ipſum interpretantur Arcturum, qui nominatur cuſtos earum rerum quæ recondi poſſunt, & vaporum qui in aëre attolluntur. Sed non opus eſt, ut in his nimium immoremur: ſufficit, ut ſciamus eſſe ſignum quod ſecum magnas tempeſtates invehit. Dicitur igitur, Poſſesne illa impedimenta ſolvere? quaſi diceretur, nos nullam in cœlo gubernationem habere, quin etiam nos in admirationem & ſtuporem rapi debere, quum de ipſo cogitamus. Primum autem ex hoc loco diſcamus, homines admoneri brevitatis ſuæ vitæ: quod ad illos reprimendos facit, quando nimis exultare volunt. Quos enim nos exiſtimamus eſſe? Vix nati ſumus: & tamen Deum in iis, quæ agit, condemnare vellemus. Itane? Numquid quæ illi agenda ſunt præſcribemus, quaſi ipſe neſciat quomodo ſit regendus mundus? Quinam eramus nos, quum omnia creata ſunt? quum tam admirabilis ordo conſervatur, numquid in ejus conſilio fuimus ad ipſum adjuvandum? Nihil eſt in nobis, ita ut vix ex utero matris exſtiterimus, & tamen ejus judices eſſe volumus. Præclarum eſſet, puerulum, qui vix fari poſſet, velle univerſum mundum regere, ſibique adeo ſoli conſilium & prudentiam arrogare. Quid vero nos ſumus reſpectu Dei? Quamvis ad quater viginti aut centum annos pervenerimus, quidnam eſt illud ſpatium temporis præ illa ſapientia æterna Dei, quæ, antequam mundus crearetur, ab æterno fuit? Præterea qualis & quam admirabilis eſt ea mundi gubernatio, quæ tamdiu duravit? Quoties igitur vitæ noſtræ brevitatem reputamus, ſciamus, Deum eo pacto omnem noſtram ſuperbiam retundere, ne nos tam ſapientes eſſe putemus, ut adverſus ipſum diſceptare & contendere velimus. Atque hoc eſt primum & præcipuum, quod nos in ſchola Dei diſcere oportet. Verum quidem eſt, nos, quum in eo profecerimus, habituros unde gloriemur: ſed tamen adhuc nihil habemus quod noſtrum & à nobis ſit. Quare contenti ſimus, quamdiu in hoc mundo verſamur, Deum loquentem audire, & ea, quæ nobis declarat, animis noſtris infigere, ut in ipſis magis ac magis proficiamus. Cæterum, ne tantum ſumamus nobis, ut adverſus ipſum inſurgamus: nam ſi vel hoc unum eſſet, quod vita noſtra nihil eſt, nonne ſatis eſt cauſæ cur nos in humilitate & modeſtia continere debeamus? En quod ex una parte diſcere debemus. Sed interim hic bona conſolatio ſe offert: nempe, quum videamus, Deum mundum tantum temporis ſpatium conſervaſſe, ne dubitemus quin ipſi in futurum proſpiciat. Quare quum nos nimia aliqua ſollicitudo vexabit de hac vel illa re, nos in manum Dei tradamus, ipſique adeo permittamus: ſcit quomodo gubernandus ſit mundus, non eſt novus hoſpes in ea adminiſtratione. Quando igitur hunc ordinem, qui à creatione mundi duravit, ita ut, quæcunq; inciderint mutationes, cognoſcatur, omnia

Digitized by Google

gnant: non quod non in ipſas dominetur Deus: nam quamvis ſignis cœleſtibus ſuas influentias dederit, nihil tamen ex ſeipſis & ſuo arbitrio illa faciunt. Nam alioquin quid fieret? In eadem & æquali ſemper menſura ver cerneretur: hoc eſt, nunquam plus frigeret vel caleret, nunquam plus pluviæ in uno anno quam in alio caderet: denique nullæ eſſent aliæ temporum viciſſitudines. Sed quum ea varietas eſt, ut anni tempora diverſa eſſe animadvertamus, tunc intelligimus, neque pluvias, neque nives ex ſeipſis procreari, ſed à Deo; qui, quamquam ſtellis aliquas proprietates conceſſerit, ſibi tamen ſemper habenas reſervavit, & oſtendit nobis, ſe ſummum imperium & regimen habere ita ut omnia diſponat & conſtituat prout ipſi viſum eſt. Eo igitur attentius nobis hi loci notandi ſunt, in quibus Deus nobis declarat, ſtellas, quamvis curſum ſuum naturalem, ſuaſque proprietates habeant, ex ſeipſis tamen non pergere, nec pro- par eſt, conſiderandas, aures erigamus ad audiendum id quod nobis proponit, nec in eo ſimus negligentes. Id vero, quod noſtri reſpectu nimis altum & profundum eſt, miſſum faciamus, & ejus pleniorem revelationem, ad quam bonus ille Deus nos vocat, quæque nobis communicabitur, quum ad ejus gloriam transferemur, exſpectemus.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut det nobis, quo ipſa melius, quam adhuc ſenſimus, ſentiamus: in genere quoque detegat noſtras miſerias, quo nos penitus deprimat, & nos ad quærendum in ipſo omne bonum noſtrum adducat. Interim nos ita ad ſuum cultum applicet, ut magis ac magis inter nos exaltetur, ut illum Deum noſtrum agnoſcamus, ipſeque nos ſuum populum agnoſcat. Dicemus ergo omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO CENTESIMA QUINQUAGESIMA PRIMA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XXXVIII.

33. Numquid noſti viam cœli? numquid pones dominium in terra?
34. Numquid elevabis nubi vocem tuam, ut multitudo aquarum operiat te?
35. Numquid emittes fulgura, & ibunt, dicentque tibi, Ecce nos?
36. Quis poſuit in renibus ſapientiam, aut quis dedit intellectui intelligentiam?
37. Quis eſt, qui in ſapientia conſtituet id, quod cœlum debet agere? & quis cœli lagenas ſeu utres quieſcere faciet?
38. Quum pulvis cogitur, & glebæ indureſcunt.

CAP. XXXIX.

1. NUmquid venaris leoni prædam, & animam leunculorum imples,
2. Quum decumbunt in habitaculis ſuis, & jacent in luſtris ſuis ad inſidias?
3. Quis præparat corvo eſcam, quando pulli ejus ad Deum vociferantur, & errant, quod non ſit eſca?
4. Numquid noſti tempus quo pariunt cameli, & tempus, quo parturiunt cervæ, obſervaſti?
5. Numeraſti menſes quibus conceptum adimplent? & an noſti tempus quo pariunt?
6. Incurvant ſeſe, fœtus ſuos conterunt, dolores ſuos remittunt.
7. Attamen convaleſcunt fœtus eorum, creſcunt frumento: egrediuntur, & non revertuntur ad eas.

HIc idem ſermo, qui ſuperioribus his diebus fuit tractatus, adhuc continuatur, nempe homines non comprehendere univerſum ordinem naturæ, ſed potius ſuæ tarditatis convinci: eoque debere admoneri, ut ſe coram Deo humilient; approbent, gratum & acceptum habeant, quicquid ab ipſo promanat. Dicitur igitur, *homines non cognoſcere vias cœli:* hoc eſt, neſcire, quis ordo in eo ſequendus ſit: interim, ſi ea, quæ Deus fecit, contemplentur, debent attoniti eſſe ob tantam ſapientiam,

Digitized by Google

mium aliquod opus contemplemur, opificem ipſum laudare & extollere cogemur: (loquor de eo quod fit inter homines mortales:) non ſequitur tamen, ut ea ingenii, qua ipſe, facultate præditi ſimus; ſed contra ea conſilio teſtimonium eſt, nos nihil præ illo in eo artificio poſſe. Nunc vero accedamus ad Deum. Numquid ſatis eſt illum æſtimare & magni facere, tanquam eum qui opus aliquod eximium fecit? Sed debemus confuſi eſſe. Quum igitur ſic ſe res habeat, huc redeamus, ut nimirum nos ipſi penitus ſubjiciamus, nec quidquam ſupra captum noſtrum aggrediamur, nec, ut ſolemus, judices temerarii ſimus. Statim ſubjicitur, *Quis retinebit aut quieſcere faciet utres cœli?* Nubes ſic appellantur, nec ſolum hic, ſed etiam in Pſalmo, ut ſentiamus virtutem Dei admirabilem, quæ aquas quaſi contra ipſarum naturam retinet. Scimus enim aquas fluere: & quoniam graves ſunt natura, deorſum feruntur. Ecce autem aquas in aëre pendentes, & tamen ſubſiſtunt. Unde vero fit quod ſubſiſtant, niſi quod Deus illas incluſas tenet tanquam in utribus, doliis aut lagenis? Vocabulum enim, quod hic ponitur, proprie ſignificat lagenam aut hydriam ad aquam continendam aptam. En igitur nubes, quæ ſunt tanquam vaſa Dei, & quidem non lignea aut ex terra: ſed abſque eo quod materia ulla ſit, ſufficit ut Deus aquis præcipiat, ut illic contineant ſe & ſubſiſtant. Interim oſtenditur quoque, opus eſſe ut Deus cœlum claudat, ne ſemper pluat. Quid enim eſſet? Terra ſemper in cumulos aggeſta eſſet, ſeri non poſſet: quemadmodum ſi nulla eſſet pluvia, terra quoque indureſceret, fructificare non poſſet, quaſi ferrea eſſet, nihil ex illa poſſet exprimi. Opus igitur eſt, ut Deus faciat pluere tempore opportuno, reſervet etiam tempus aliquod ſudo & ſereno cœlo. Id animadvertimus & ſentimus admiratione dignum eſſe: interim nonne nos nimis perverſos eſſe oportet, in eo quod Deum noſtrum non glorificamus, confitendo illius eſſe omnia conſtituere, & pro arbitrio diſponere; noſtrum vero eſſe pro bono & juſto, quicquid egerit, & quidem cognita in primis ingeniorum noſtrorum imbecillitate, agnoſcere? Quicunque enim adverſus Deum obmurmurat, ſibi ſapientiam illius ſapientiæ contrariam attribuit, & ſe ſupra ipſum ſapientem reputat. Si Deo laudem quam meretur, confitentes noſtram ignorantiam, attribuerimus, ab eo nobis cavebimus, ut ſupra ejus opera judicemus. Atque ita videmus, quo ſpectent omnes hi ſermones, qui huc in medium adferuntur. Dicitur etiam expreſſe, non eſſe noſtrum mittere fulmina, aut planetas, aut procellas, quo de illis diſponamus, ut di- gloria, & eſſentia æterna loquutus eſt, curſum Solis & Lunæ, omnemque adeo ordinem cœli conſtituit, nonne id longe magnificentius eſt? Quum igitur vocabula iſta ad noſtram utilitatem referemus, ex illis diſcemus Deum noſtrum, ſicut dignus eſt, exaltare, nos ipſi ſubjicere; omneſque cogitationes noſtras, ne ſupra id quod nobis licitum eſt, & permittitur, quidquam aggrediamur, captivas habere diſcemus. Ac ſane fruſtra nobis aſſignatos limites tranſiliemus. Hic dicitur, *Planetæ & fulmina non dicent, Ecce nos, præſto adſumus.* Numquid nobis debent illæ creaturæ reſpondere? Quum homines plus, quam ad ipſos pertineat, voluerint ſuſcipere & audere, adverſus Deum ſe obfirmare, eo etiam uſque impietatis proruperint, ut blaſphement, poteruntne aliquid mutare in ordine naturæ? Numquid timorem ſui Soli, aëri, aut parti alicui mundi poterunt injicere? Numquid creatura ulla erit, quæ illorum minis commoveatur? Deus igitur ſtultitiam & arrogantiam noſtram irriſit, quando ſic loquutus eſt. Contra videmus, Solem, Lunam, & omnes ſtellas ipſi dicere, Ecce nos, tibi præſto adſumus: nam non loquentes faciunt id quod Deus ipſis præcepit. Neque ingenio nec intelligentia præditæ ſunt: eſt tamen arcana aliqua inclinatio, quæ ipſas regit, & impellit ad exequendum id quod Deus vult & in creatione mundi pronunciavit. Quando id videmus, nonne admirari nos oportet eam Majeſtatem, cui etiam obſequuntur creaturæ inſenſibiles? En igitur quod nobis in hoc vocabulo obſervandum. Sequitur autem, *Non eſſe noſtrum venari prædam leonibus, paſcere ad ſatietatem uſque leunculos, locum corvis ad paſtum aſſignare, & ipſorum parvulos alere, quando ad Deum clamant.* Scimus, quanta eſca opus ſit leonibus & aliis feris: non opus eſt illis tribus aut quatuor offis aut buccellis ad illas implendas, ſed copioſum alimentum requirunt prout ſunt beſtiæ quæ deglutiunt & vorant. Nunc igitur, quis illis cibum neceſſarium, & quidem quantum ſufficiat, procurat & præbet? Verum quidem eſt, Principem voluptatis gratia leonem aut alias aliquot feras alere poſſe; ſed quis eſt Princeps, qui poſſit omnibus mundi leonibus neceſſariam & ſufficientem eſcam præbere? Quod ſi hoc duntaxat eſſet, quod feræ habent unde alantur, & quidem quia Deus illis de victu proſpexit, an non illud eſſet miraculum idoneum ad nos incitandos ad bonitatem Dei agnoſcendam? Sed Dei mentem & ſcopum in hoc loco adhuc melius agnoſcemus, quando nos reſpexerimus. Quid impedit, quominus leones, & aliæ feræ, quidquid uſpiam eſt in mundo homi-

Digitized by Google

ſtri miſereatur, noſque ſuo ſua protectione habeat, ne pereamus: ut omnino accideret, niſi curam noſtri paternam gereret. Verum eſt, evenire aliquando ut à leonibus homines devorentur: idque in primis in deſertis & calidis regionibus accidere ſolet, quia illic major ferarum copia eſt: ſed quum id accidit, Deus nos admonet, malum illud univerſale fore, niſi ipſe proſpiceret. Illic enim præclara ſpecula habemus, quum videmus feras ſic devorare homines. Quid impedit, quominus ulterius pergant, quin etiam in domos ipſas impetum faciant, omniaque vaſtent & conſumant? Nonne obicem & repagulum aliquod Dei manu oppoſitum eſſe oportuit? Hoc nequaquam prævenit induſtria hominum. Magnificemus igitur Deum noſtrum, quod ita libeat illi paſtum dare feris, ut vivamus in hoc mundo, & bonis, quæ nobis concedit, fruamur: cæterum hoc loco lecto, retineamus
Pſal. 34. etiam id, quod dicitur in Pſalmo trigeſimo quarto,
verſ. 11. leones famelicos eſſe, quamvis in illis eam vim & violentiam ad prædam quærendam videamus, nec poſſint repleri, quamvis ita famelici ſint, Deum tamen ſemper ſuos nutriturum. Eſtque hæc comparatio valde notanda: nam ſi Deus paſcit leones, qui ſunt feræ immanes, quæ etiam nobis ſunt deteſtationi, quomodo non alet homines, quos ad imaginem ſuam condidit, quoſque in filios aſciſcit? In primis quando ipſum tanquam Patrem ſuum vera fide invocabunt, & in eorum corde Sanctus ejus Spiritus regnabit: numquid dubitandum eſt, quin illos alat? Quando igitur ad Deum confugiemus, quum feras paſcat, corvis eſcam præbeat, ut ſtatim dicetur; numquid ipſum nos derelicturum putamus? Videmus igitur, hoc nobis ad geminum uſum inſervire: primus eſt, quod bonitatem Dei admirabilem debemus apprehendere in eo quod leonibus & feris proſpicit, ipſiſque dat alimentum, ita ut in medio ipſarum conſervemur. En primum. Secundus eſt, ſi Deus nutricius ſit leonum & ferarum, potiori ratione curæ illi fore nos alere, quia ſumus ejus filii, juſſit ut ſe adiremus, & oraremus, quia panem noſtrum ordinarium nobis diſtribuit, nos paſcit: denique nihil habemus, niſi quod nobis ab ipſo datum eſt. En in ſumma quod nobis hoc in loco notandum eſt. Simul autem mentio fit corvorum: & dicitur, Deum ipſos alere, & eorum pullos quando ad ipſum clamant. Verum eſt, aviculas non eſſe eo intellectu præditas, ut ad Deum clamare poſſint: non enim habent vocem ad loquendum: tantum abeſt, ut eo vera fide adducantur: quia tamen paſtu deſtituuntur, nec habent facultatem ullam ſe alendi: en
cur dicitur, ipſos clamare ad Deum: ſicuti etiam di-
Pſal. 147. citur in Pſalmo: illic enim eadem loquutio eſt. De-
verſ. 9.
bus: ſi deſit illis præſens cibus, ad Deum confugiunt, non quod ſenſu aliquo id faciant: ſed res ita ſe habet, ut fruſtra vagentur, & errent per univerſam terram: ecce illos omni ope deſtitutos. Hoc igitur unum ſupereſt, ut Deus manum ſuam proferat, & bonitate ſua illis largiatur id quod ipſis neceſſarium eſt. Nunc vero ad hanc noſtri cum belluis comparationem redeamus: nam ſi dicitur, Deum ſe exhibere, quum ope & ſubſidio naturali deſtitutæ ſunt animantes, idque perinde eſſe atque ſi illæ ipſum adirent, ejuſque opem implorarent, quid nobis faciendum eſt? Nam etiamſi bonorum copia nobis ſuppetat, ipſaque adeo bona nobis redundent: debemus tamen ſcire, Deum nobis id, quod habemus, ſua manu largiri: quod ſi accidat, ut inopia & egeſtate premamur, eo magis ad ipſum adeundum incitamur. Non eſt igitur quod homines retardentur, aut frenum ſuum arrodant, quando ſe mediis deſtitutos eſſe comperient. Quid igitur illis faciendum eſt? Sic ſecum reputent: En Deum, qui nos ad ſe vocat. Ac ſane declarat & profitetur, ſe velle tanquam incitare belluas, ut ad ſe confugiant, & ſe ipſarum gubernatorem & conſervatorem reipſa probare: alias nihil in mundo remaneret: omnia vacua, deſerta & deſolata eſſent. Quanto magis me ad illum confugere oportet? Notemus igitur, quotieſcunque non habemus paratam & collectam domi annonam, quoties ignoramus quid nobis ſit futurum, & in quam partem nos convertere debeamus, id perinde eſſe, atque ſi Deus declararet, ſui muneris eſſe, nobis ea, quæ apta ſunt & conducunt, dare: illumque eo pacto velle, ut fiduciam noſtram in ipſo penitus collocemus. Quod ſi eam fidem & apprehenſionem habemus, preces & orationes ſtatim adjungi oportet. Qui enim jactabit, ſe à Deo cibum & paſtum ſuum exſpectare, interim non dignatur ipſum invocare; nonne is oſtendit, in ſe nihil præter hypocriſin & ſimulationem eſſe? Nos igitur fides noſtra incitet oportet ad invocandum Deum, ut confiteamur, ipſum Patrem noſtrum nutricium eſſe, ut cibum tanquam de manu ejus accipiamus: & quum ipſum accepimus, confiteamur, nos mera ejus bonitate ali. En igitur quomodo hic locus nobis obſervandus eſt. Cæterum nobis ſimul ad altiorem comparationem veniendum eſt, ut, quum intellexerimus, Deum ſic alere noſtra corpora, potiori ratione ab ipſo quærendam & exſpectandam eſſe animarum noſtrarum alimoniam, ſciamus. Etiamſi in hoc mundo ad comedendum & bibendum affatim haberemus, ita ut ad ventrem implendum & farciendum nos caput duntaxat demittere oporteret: cibus tamen animarum noſtrarum pretioſior eſt, quam ut ipſum hic inferius poſſimus invenire. Atqui cibus corruptibilis nobis manu
Dei

Digitized by Google

tiæ, quando illi ita ſunt arrogantes, ut adverſus Deum diſceptare & contendere velint. Si enim ex illis quæratur, Quomodo creatus fuiſti? Quando conceptus & formatus fuiſti in utero matris tuæ? Quomodo illic novem menſium ſpatio geſtatus fuiſti? Quomodo tandem inde exiiſti? Poſſesne ea omnia explicare? Si quis, inquam, id ex ipſis quærat, confuſi manebunt. Homo itaque, etiamſi ex ſeipſo non exeat, tam convincitur, quam quum maxime, Deum in ipſius creatione potenter & miraculoſe operari. Quale enim, quæſo, illud eſt, quod miſera creatura, & quidem ex corruptione & ſordibus gignitur, & tamen (quomodo videmus corpus noſtrum fictum & figuratum eſſe) formam accipit? Præterea quale & quantum etiam illud eſt, fœtum ali in fœtore & in medio excrementorum omnium in utero matris ſuæ, inde tamen alimentum trahere, & ita tamen craſſeſcere, ut poſſit in lucem hanc venire? qualia & quanta ſunt omnia illa? nonne ſunt miracula Dei tam excellentia & eximia, ut ob illa nos in admirationem rapi oporteat? Quare, ut jam dixi, non oporteret nos ad feras, ad cervas, & camelorum fœminas amandari: ſufficeret, ut unuſquiſque, quomodo in utero matris geſtatus & altus fuerit, quomodo item ex matrice, ut in hanc lucem prodiret, exierit, contemplaretur. Sed tamen non ſine cauſa Deus nos amandat ad feras. Cur? Nam mulieres ope humana & adjumentis, quum partus ipſarum tempus venit, ſublevantur: præſto habent, qui ipſis miniſtrent, & ipſæ ſibi invicem opitulantur: habent præterea uſum & experientiam quæ ipſas admonet, tum ſibi cavent à periculis, vident quid ſibi ad partum conducat, & neceſſaria præparant. En igitur, quomodo miraculum illud majus in belluis, quam mulieribus videri debeat; miſera enim bellua, quum ventrem plenum habet, neſcit quid geſtet: ſentit duntaxat pondus quod ipſam impedit & gravat, poſſet indignari, poſſet arbori aut ſaxo ventrem, ut abortiat, allidere: quumque fœtus ſe in ipſo invicem collidunt, poſſet ſe tanquam deſperabunda in terram projicere: Deus tamen illas ita cuſtodit & habet, ut ſuum fœtum conſervent: & quamvis ſit ipſis moleſtus & gravis, conſervatur tamen, & quidem miraculoſe. Animadvertitur enim, cervos & cervas non poſſe pinguedinem ſuam ferre: ſi nimis pingues ſunt, à cibo abſtinent: hoc enim illis à natura inſitum eſt, ut quod ipſos gravat & impedit ferre non poſſint. Interim tamen ecce cervas, quæ parvulos ſuos, & quidem magna cum difficultate geſtant: nam etiam dicitur, illas magna partus difficultate laborare, & magno cum dolore parere: ſicut etiam hoc loco dicitur, ipſas ſe incurvare, quaſi ſe ſecarent & finderent, magnam denique vim & violentiam pati. Verum eſt, mulieres magno nixu parere, ſed illud longe magis eſt in cer-

rum utero ſit exiturum: neſciunt, an id, quod ferunt, illarum ventrem ſit diſrupturum, & viſcera foras emiſſurum: & tamen illud conſervant. Præterea poſtquam fœtus ediderunt, norunt ſine ulla ope ſuis neceſſitatibus proſpicere: parvulos ſuos mundant, &, quantumvis magnum dolorem ſenſerint, adhuc laborant circa ipſos, ita ut illi ipſarum culpa non deficiant. Quando igitur illa videmus, nonne habemus magnificandi Dei occaſionem? In primis quum diverſitatem belluarum cogitamus, & interim animadvertimus ipſas ſic multiplicari: nonne, quæſo, nos convictos eſſe oportet, Deum illic brachium ſuum exerere, & miraculoſa ratione operari? Numquid ſchola nobis adeunda eſt, ut illud comprehendamus? Numquid nos valde ſubtiles eſſe, magniſque adeo & profundis argumentis diſſerere oportet? Nemo eſt tam parvus, aut tam imperitus, qui non cognoſcat, miraculum Dei eſſe in generatione cùm hominis, tum belluarum: illicque manum Dei, quomodo etiam dominatur, agnoſci debere. Eam vero cognoſcentes, nonne etiam admirari debemus bonitatem Dei noſtri, quæ ſe ad belluas uſque profert? Quando videmus, ipſum eo uſque miſericordem ſe præbere, nonne ipſum in eo glorificare debemus? Quando ejus virtutem & ſapientiam videmus, nonne ſaltem illi ſacrificium laudis reddere debemus? En quomodo maxime imperiti ingratitudinis convincuntur, quando ſtudium ſuum ad cognoſcendam ſapientiam, juſtitiam, virtutem, & bonitatem Dei, quæ ſe ubique, etiam uſque ad belluas exerit, non applicant. Quamvis autem hic expreſſe mentio fiat cervarum, & fœminarum camelorum, aut aliarum caprearum rupicolarum, colligenda tamen nobis eſt in ſumma generalis doctrina pro omnibus animantibus, Oportere ſane, ut Deus manum ſuam extenſam habeat ad ordinem illum regendum, quando vult animantia multiplicare: eoque pacto illa progeniem & ſobolem habere: oportere vero, ut ipſe omnia regat, cùm ſine ejus ductu horribilis confuſio ſit futura. Sed in primis quum arcana illa novimus: ſicuti ſunt ſpeciales difficultates, quemadmodum jam tetigi, in cervis pluſquam in aliis; ideoque Deus illis eam induſtriam dedit, ut herbam conquirant: ex ea cognitione utilitatem capiamus. Quis cervarum medicus fuit? In qua ſchola artificium illud didicerunt, ut herbam conquirant, eamque ſibi ad purgationem & ad emittendum fœtum aptam eſſe cognoſcant? Quis id illis oſtendit? Quis fuit ipſarum doctor? Nonne hic Deum cognoſci & glorificari oportet? Has igitur ſpecies, quæ nobis ob oculos ponuntur, & in quibus gloria Dei apertius ſe exerit, debemus notare: hæc tamen doctrina generalis, quam dixi, nobis colligenda eſt, nempe Deum ubique operari: ſicuti conſequen-

ter

Digitized by Google

dicitur, *Cognoſciſne ſpatium temporis quo cervæ debent parere?* neque enim de effectu ipſo Deus loquitur: ſed quis ſic diſpoſuerit. Non eſt noſtrum ſcire quantum temporis debeant cervæ fœtum geſtare. hoc eſt, Numquid illis menſes aut dies aſſignavimus? Scilicet. Quoniam igitur Deus voluit cervas fœtum geſtare tantum temporis ſpatium, tum exacto illo tempore liberat illas partu, dat illis facultatem edendi fœtus, & res, prout ipſe diſpoſuit, regitur: eo nobis concludendum eſt, eum ſibi dominationem in omnes belluas reſervaſſe: & quoniam eas aluit in uteris matrum, quando illæ editæ ſunt, illas etiam regit prout vult. Quando autem ſic de belluis cogitaverimus, ad nos redeamus. Volam ingenii ſubtilitatem Deum arguendo, & adverſus ipſum diſceptando oſtentare. Cur ſic me tractat Deus? cur non mittit mihi quod cupio? cur hoc pacto affligor? Sed quum in ejuſmodi obmurmurationes, ad ſic adverſus Deum inſurgendum, ingredimur, redeamus ad ortum noſtrum, ut ſic nobiſcum reputemus: Heu! quomodo ex utero matris tuæ exiiſti? quis te inde extraxit? Verum eſt, adjumenta aliqua fuiſſe: ſed tamen nobis
Pſal. 22. verſ. 10. redeundum eſt ad id, quod dicitur in Pſalmo vigeſimo ſecundo, Manum Dei nos è matrice extraxiſſe. Omnes mulieres ingenii ſui, quantum volent, vires & nervos intendant, nihil in eo efficere poterunt, niſi Deus, & quidem virtute miraculoſa, operetur. Quando igitur ortum noſtrum duntaxat reputabimus, collum jugo ſubmittamus oportebit, ita ut dicamus: O Domine, antequam in mundum venerim, oſtendiſti, me ſub tuo ductu eſſe: ubinam enim eram, quando me ex utero matris extraxiſti? quin etiam quamdiu me foviſti in utero matris? nonne illud plus quam mirum & abſurdum videretur, niſi jam uſu ei rei aſſuefacti eſſemus, fœtum illic incluſum eſſe? Aëre vivimus: quumque reſpirare non poſſumus, ecce ſtatim ſuffocamur: en in quo conſiſtit vita hominum, nempe in halitu; ſi obturentur meatus cerebri, actum eſt de nobis. Verum eſt, puerulos in utero matris habere aliquam reſpirationem: ſed quid? per umbilicum. Sed interim quo alitur infans? Omni corruptione. Illic eſt in omnibus excrementis & miſeriis, ita ut, quum cogitatur quomodo illic ſpatio novem menſium & geſtatur & alitur, manus Dei potens illic cerni poſſit: & quidem adeo exiquin etiam nos noſtram ignorantiam & debilitatem ſentire coactum iri, & quidem in exitium noſtrum, quando voluerimus nos ſupra captum noſtrum efferre. Quum igitur ſic ſe res habeat, diſcamus eo, quod Deo placet nobis revelare, contenti eſſe: & caveamus nobis ab eo faſtu diabolico, quem in quibuſdam ineſſe videmus, in primis quando de eo agitur quod captum noſtrum ſuperat. Quemadmodum quum dicitur, Deum omnia ſic diſponere, ut nihil ſit nobis reprehendendum aut deſiderandum in omnibus iis quæ agit, cùm præſertim omnia ſua providentia regat. Ibi vero quidam ſic objiciunt, Ego vero id mihi perſuadere non poſſum, neque enim intelligo, ac proinde concludo id malum eſſe. Quomodo, miſer! viſne tam parva menſura, qualis eſt illa ſtulti tui cerebri, Deum includere? Id perinde eſt, ac ſi diceres, Non credo Deum eſſe, niſi ſit in oculis meis & quaſi intra meas tibias. Quonam vero prorumpit ea veſania? Non eſt autem nobis ſic agendum. Non eſt quod ſumamus nobis huc Majeſtatem Dei attrahere, ſed nobis ſurſum aſcendendum eſt, ingeniaque noſtra attollenda ad incomprehenſibilem illam, quæ in ipſo eſt, magnitudinem comprehendendam. Et quidem nobis nihil arrogantibus, ſed cognoſcentibus nos hic duntaxat humi repere, cum humilitate aſcendendum eſt. En igitur quomodo nobis hæc doctrina obſervanda eſt, ſicut etiam eo fine illa nobis proponitur.

Proſternemur autem coram facie Optimi Dei noſtri, agnoſcentes peccata noſtra, eique ſupplicantes, ut illi libeat oculos noſtros aperire, ut diſcamus ſentire, nos ſic in noſtris miſeriis dejici debere, ut omni arrogantia vacui & ſpoliati ſimus: non arrogemus quidquam nobis: ſed cognoſcentes, nullum in nobis bonum eſſe, noſque pluſquam inutiles eſſe, ad Deum confugiamus, ut nobis det vires & virtutem ad ſequendam ſuam voluntatem, utque in ipſa ambulantes inducamur ad reddendas illi laudes & gratiarum actionem. Eaque de cauſa libeat illi hanc ſuperbiam, quæ in nobis eſt, quæque impedit, quominus ipſum, ut par eſt, laudemus, domare: quo ipſa purgati, ad ipſum communi conſenſu, nos ejus verbo placide ſubjicientes, revertamur. Quod ut efficiat, libeat illi veros & fideles Paſtores excitare, &c.

CON-

Digitized by Google

15. Numquid credes illi, quod reddat ſemen tuum, & in aream tuam congreget?
16. Numquid pavoni exultantes alas dediſti? an item pennas ciconiæ & ſtruthioni?
17. Qui dereliquit in terra ova ſua, & ſuper terram ipſa calefacit:
18. Et obliviſcitur quod pes conculcabit ea, & beſtia agri conteret illa:
19. Obduravit cor ſuum in fœtus ſuos, perinde ac ſi ſui non eſſent, & quaſi in vanum
eſſet ejus labor, non timens ipſis.
20. Deus enim ipſum privavit ſapientia, neque impertitus eſt ei intelligentiam.
21. Quum tempus fuerit, in altum elevat ſeſe: tunc deridet equum & aſcenſorem ejus.

SI unum quidpiam duntaxat in univerſo mundo intueremur, nobis id deberet ſufficere ad dandam gloriam Deo: nihil enim eſt, in quo non declaret ſe talem ergá nos, ut honorare illum cogamur. Sed Deus, animadvertens, homines nimis tardos & remiſſos eſſe ad ipſum cognoſcendum, ipſos voluit ea varietate incitare, ut excuſatione careant, ſi conſpectis rebus infinitis, quæ ſe infra & ſupra oculis noſtris offerunt, ipſum non cognoverint. Dico, hominem, ſi ſeipſum duntaxat conſideraret, nec ad alia conſideranda tranſiret, habere unde magnificet Deum: aut ſi unam aliquam duntaxat ſpeciem creaturarum intueatur, idem poſſumus dicere. Sed quum ingenio noſtro varios circuitus obimus, & Dei gloriam in una mundi parte contemplati, in aliam partem oculos convertimus, omneſque adeo creaturas quaſi recenſemus: certum eſt, nos tunc eo magis commoveri debere ad confitendum eam eſſe perfectionem in Dei operibus, ut ſatis ipſum magnificare non poſſimus. En cur hic Deus nobis multas & diverſas ſpecies proponit, non quod hic hiſtoria perfecta, & integra enumeratio proprietatum quæ inſunt in animalibus, contineatur: ſed tamen in exemplis hic poſitis jam habemus, quod nobis ſufficere debeat. Ut modo, quum mentio fit onagrorum, Deus ait, non eſſe noſtrum illos liberos ſinere. Quod perinde eſt, atque ſi diceretur, nos, quum contemplamur aſinos ſylveſtres, debere ſic ſtatuere, omnes homines ſimul congregatos non poſſe dare illis eam naturam qua præditi ſunt. Confiteamur igitur, Deum omnia diſpoſuiſſe ſupra vires & facultatem noſtram, & ſi in ipſius operibus aliquid deſideremus aut reprehendamus, id à temeritate nimis ſtulta promanare: hocque unum ſupereſſe, ut, oculis ſurſum ſublatis, eum, qui ejuſmodi & tam immenſam potentiam videndam nobis exhibet, adoremus. Poſtquam loquutus eſt de aſinis ſylveſtribus, loquitur de monocerotibus, aut alia aliqua animalis ſpecie: ſed tamen vulgo omnes interpretes conſentiunt, hic agi de monocerotibus. Dicitur, monocerotem non fore nobis ſubditum, nec eo nos uti poſſe, ut bove, equo, & aſino, nunquam poſſe ipſum cicurari, ipſum nunquam araturum, nec granum in horreum aut arcam tracturum. Quum ita ſe res habeat, cognoſcamus, non eſſe noſtrum diſponere de operibus Dei. Fruſtra enitemur, nihil proficiemus. Nam ſi aſinum ſylveſtrem, aut aliam aliquam feram domare non poſſumus, quomodo univerſum mundum regemus? Quod ſi facere non poſſumus, quomodo os adverſus Creatorem, qui omnia ea ſapientia diſpoſuit, ut nihil ſit in ejus operibus culpandum, attollemus & aperiemus? Tandem loquitur de pavonibus & ſtruthionibus: aut (quomodo hoc quidam intelligunt) de ciconiis. Sed quamvis ſecundo loco de ciconiis verba fiant, quod tamen extremo adjicitur, non poteſt niſi ſtruthionibus convenire, quod nimirum ſua celeritate equum & equitem ad certamen provocent: præterea quod ova ſua obliviſcantur, & ita ſtolidum ſit animal, ut ipſa in arenam projiciant, & de iis amplius non cogitent: magna igitur ſtoliditas ineſt in eo animali, quæ ſtruthionibus potius quam ciconiis convenit. Huc igitur ſumma redit, niſi uno aliquo ſpeculo gloriæ Dei contenti ſint homines, ſaltem nos tanta varietate, quæ ſe ubique exhibet, ad Deum quærendum incitari & commoveri debere, ut eo invento, nos ipſi ſubjiciamus: & quidem ejuſmodi obſequio, ut, quamvis cauſam operum ejus non animadvertamus, nihilominus tamen captivos nos habeamus, ne adverſus ipſum ullo modo obmurmuremus. Veniamus nunc ad ſingulas partes. Quando mentio fit *onagrorum*, dicitur, *Deum illos ſolvere & liberos eſſe jubere, eoſque paſtum quærere in deſertis & ſalinis: interim illos, qui in urbibus habitant, qui tributis pendendis & ejuſmodi oneribus ſunt obnoxii, irridere, ut qui omnia illa ignorent, quum ſint conditionis liberæ.* Quando vero ſic loquitur Deus, vult redarguere homines, qui ſe magni faciunt, nec de conditione ſua cogitant: magna enim pars hominum ſubdita eſt, & tamen videmus, quomodo glorientur, ita ut terra non videatur digna ipſos geſtare. Unde vero ea arrogantia promanat? Si enim ſui cum aſinis ſylveſtribus comparationem inſtituant, invenient, aſinos aliquid longe præſtantius & optabilius, quam ipſos, habere, nempe libertatem. Unuſquiſque confitetur, omnium bonorum, quæ in hac vita nobis contingere poſſint, illud ſummum eſſe & primarium. Atqui ſumus ſervi magna ex parte, onagri vero ipſi liberi. Interim jactemus nos, quantum volemus, perſuadeamus nobis, nos tam eximia dignitate præditos eſſe, ut nubibus geſtari debeamus, ipſeque adeo Deus debeat nobis manum porrigere, ut in humeros ſuos nos attollat. In eo igitur ſtultitiam & arrogantiam hominum videmus. Notemus igitur, Deum hic voluiſſe nos humiliare, & ſuper-

& excellentior eſſet omnibus mundi imperiis. Sed quoniam corrupti & depravati ſumus, nos in ſervitute contineri oportet: nam in eo Deus oſtendit, nos non eſſe idoneos ad noſipſos regendos, quum vult nos ab aliis regi. Nec ſolum leges erunt, & ordo politicus, qui homines ſub jugo continet, ſed Deus permittit illis dura & moleſta onera imponi: ſicuti videmus, quum interdum tyranni in mundo dominantur, tantum abeſſe, ut ſuorum ſubditorum ſint patres, ut illos crucient, vexent, prædentur & rodant, quantum maxime poſſunt. In eo igitur nos noſtra conditio debet pudore afficere: Deuſque oſtendit nobis, in quibuſdam rebus belluarum conditionem noſtra meliorem eſſe. Interim non ſequitur, Deum uſque adeo in omnibus hominem rejeciſſe, ut belluæ ſint ipſi præferendæ: videmus enim, ipſum, quum per Prophetam Oſeam comparat populum Iſraëliticum cum aſino ſylveſtri, velle ipſi oſtendere, illum in ſe nullam rationem aut humanitatem habere. Tu vis ſeorſim habitare, & ſegregatus eſſe, hoc eſt, non poſſum te cicurare. Dominus enim noſter vult nos in grege ſuo habere: quumque verbum ejus habemus, vult Doctoris erga nos munere fungi. Quod ſi tunc non poſſumus pati, nos manu ejus regi, illud contra naturam eſt, & oſtendimus, nos natura, quæ nullam correctionem admittat, præditos eſſe. Præterea certum eſt, in ea ſubjectione, cui Deus homines addixit, nos videre bonitatis ejus veſtigia, & longe ſatius eſſe hominibus, ut ſubjiciantur, & quidem etiam ſi ſævere & aſpere tractentur, quam aſinis ſylveſtribus expediat, ita feros eſſe & in montibus exultare. Nam interim peccatorum ſuorum admonentur homines, quando Deus aſpere & magnis ictibus illos cædit & caſtigat: idque ſpectat ad ipſos ad pœnitentiam alliciendos. Præterea, quicquid ſit, oſtendit, in ipſis eſſe notitiam aliquam, qua bonum à malo diſcernere poſſint, quum aſini ſylveſtres in ſua ſtoliditate hæreant. Diſcamus igitur, Deum, quodcunque ſubjectionis jugum impoſuerit hominibus, nihilominus tamen bonitate ſua & miſericordia erga ipſos uſum eſſe: ſed hæc admonitio, quæ hoc loco fit, eo ſpectat, ut ſciamus, homines, ſi velint ſuperbire, nimiſque ſe jactent & magni faciant in ſua dignitate & nobilitate, mereri, ut remittantur ad aſinos ſylveſtres, Deuſque ipſos irrideat: Eia, agite, quinam eſtis miſeri homines? Videtur enim vobis, me non debere amplius in vos imperium habere, voſque pares & æquales meos eſſe: interim multis oneribus obnoxii eritis, non poteritis ſimul vivere, quin multæ moleſtiæ, querelæ, & clamores incidant, & unuſquiſque in metu & timore ſit: quomodo videmus homines non poſſe ſimul alios cum aliis habitare, quin multæ ſuſpiciones, multi metus oboriantur: hi fraudibus injuriam faciant, alii hoc & illud moliantur, & conentur non fruimur, nos eo doceri, ipſum adire, ita ut ſubjectio hominis melior ſit libertate beſtiarum: ſi in ſervitute habeamur, id nobis longe plus prodeſſe, quam belluis proſit vagari & diſcurrere, nullum habentibus dominum, nullo ſtabulo concluſis, nec quid ſit lex, rectum honeſtumve ſcientibus. En quomodo ex parte una ſentienda ſit nobis bonitas & miſericordia Dei, ex altera caput demittendum, ne in noſtra dignitate efferamus nos, ſed ſciamus, Dominum velle nos ſibi ſubjectos eſſe. Poſtquam autem ſic verba facta ſunt de aſinis ſylveſtribus, ſtatim mentio fit *monocerotum.* Deus dicit, *Monocerotem domari non poſſe, nos non poſſe ipſo uti: quamvis ſit ſatis robuſtus & velox, eum tamen non araturum agros, non tracturum aratrum, nec currum, ad convehendum in horreum triticum:* denique ipſum non in ſervire uſui hominum, ſed ſui juris eſſe, & ſibi ſoli vivere. Hic autem primum diſcere debemus, quando nobis ſerviunt animantia, id eo fieri, quod Deus ipſa domet, & nobis quaſi in manum & poteſtatem noſtram tradat, ut illis uti poſſimus. Idque ita eſſe ut appareat, cur equus ſinet ſe ab homine regi, trahet aratrum, aut onera feret? Cur morigeris bobus, aſinis, & mulis utimur? Nam equus ſatis agilis eſt ad reſiſtendum homini: videmus ipſum eſſe animal animoſum & alacre, quomodo igitur domari poteſt? Ad bovem vero quod attinet, quando ejus cornua videmus, niſi ipſi domando aſſueti eſſemus, certum eſt, ipſum belluam immanem & formidabilem eſſe: vel caput duntaxat moveat, hominem perterrefaciat: magnos enim oculos & ingens collum habet: præterea ſi cornua dirigat, en unde hominem, qui ad ipſum appropinquet, poſſit medium perforare. Animadvertitur quoque in ipſo ingens illa moles corporis. Quomodo vero ipſo poſſumus uti, niſi quoniam Domino viſum eſt nobis aliquod imperium in ipſum attribuere? Nam monocerotes poſſent æque cicurari ac boves & aſini, niſi Deus eam naturam illis attribuiſſet. Hic igitur bonitatem Dei noſtri contemplemur, quando ad uſum & miniſterium noſtrum applicuit belluas, quæ alias ſolo ſuo aſpectu nos ita perterrefacere poſſent, ut ad ipſa appropinquare non poſſemus. Puerulus illas reget, ita ut boves jugo aſſueti bacillo contineantur, non inviti ingens illud ſuum collum jugo ſubmittant, & demittant cornua prout vult qui illos regit: ita tractantur, ut pro eo quod omnia inſtar fulminis cujuſdam diſrumpere poſſent, cedant, & faciles ſe præbeant. Quum id videmus, cognoſcamus, Deum eſſe qui ſic ſe liberalem erga nos præbuit, quando ſic nobis ſubjecit belluas, quæ nobis, ut jam dixi, vel ſolo aſpectu terrorem incutere poſſent: quumque vult, ut illæ ad uſum noſtrum & miniſterium adhibeantur, & cicurari poſſint. En etiam elephantem, qui domatur, quam-

Digitized by Google

cidimus, quum à Deo averſi & alienati fuimus; non ſecus quam vaſallus, quum perfidia aliqua & proditione erga dominum & principem ſuum uſus eſt, bona ſua omnia amittit. Eadem eſt hominum ratio: placidum enim & quietum imperium in omnia animantia retinuiſſemus, niſi erga Deum noſtrum ingrati fuiſſemus, illi debitum honorem denegantes. En igitur quomodo dominatione & imperio nobis in omnia animantia attributo orbati fuimus. Quum itaque belluæ in nos poſſint inſurgere, & fieri poſſit ut illis uti non poſſemus, niſi Deus ipſarum uſum nobis reſervaret, quin etiam aliquas, ut opus eſt, nobis ſubjiceret, eo admonemur, nimiam eſſe eam rabiem in nobis, quum in Creatorem inſurgimus: quin belluæ ipſæ nosipſos, ſi opus eſſet, poſſent domare: nec neceſſe eſt, ut Deus leones, aut monocerotas in nos armet, ſed pediculis & pulicibus poterit, quando ipſi videbitur, ad ſuperbiam noſtram irridendam, nobis bellum inferre. Animadvertentes igitur, interdum nos obſequentibus belluis uti non poſſe, agnoſcamus unde id promanet: nempe ex peccato Adami & noſtra perverſitate, ſimulque ex eo, quod in illum, qui nos in hoc mundo principes conſtituerat, omneſque adeo creaturas in manum & poteſtatem noſtram tradiderat, rebelles fuimus. Id cognoſcamus, & gemamus ob peccata noſtra, quotieſcunque nobis nocent feræ: ſic cogitemus, En Deum, qui nobis miſerias noſtras oſtendit: ibi vero precemur ipſum, quo gratiam hanc nobis largiatur, ut notam & characterem ejus circumferamus, quo belluæ agnoſcant poteſtatem quam nobis tanquam filiis ſuis in ipſas permiſit: & tamen ſciamus, ipſum nos in hac vita mortali ſemper ſub freno velle habere. En, quod nobis ſecundo loco notandum eſt. Nunc vero poſſet quæri, cur conſervet Deus ejuſmodi ſpecies animalium, cur non amplius inſerviant homini: videtur enim hoc pacto ceſſare cauſa, cur illas debeat Deus alere. Sed notemus, ipſas nihilominus ornamenti loco eſſe in hoc mundo, ut eo magis in ipſo Majeſtatem Dei contemplari poſſimus. En rationem jam ſatis idoneam. Præterea, ut jam dixi, ea animalia nobis ad inſtructionem proſunt: habemus enim in ipſis varia ſpectacula, quæ Deus nobis exhibet: eo ut nos illa varietate erudiat, quo melius, quæ ſit ejus virtus, ſapientia & juſtitia, ſentiamus. Ex alia parte ea inſtructio nobis valde utilis eſt: quando enim morigeris belluis uti non poſſumus, eo docemur, nos non nimis debere nos efferre. Quin etiam, en equos & boves, qui in nos impetum facere poſſunt: quamvis enim illos nobis ſubjecerit Deus, ipſiſque adeo velit nos uti, interdum tamen vel pedis uno ictu ab equo interficitur homo. Quando id videmus, nonne in eo bonam inſtructionem habemus, ut caput demittamus, ne nimis in-

tum tot bona, quæ nobis largitus eſt, reputemus: quemadmodum quum equos & boves ad terram arandam conſtituit, ſimulque ad convehendam in aream meſſem: tum alias induſtrias dedit, ita ut homines, quum aliqua re indigent & opus habent, ſtatim ad manum remedium habeant: ne ſimus ingrati, quum Dominus oculis noſtris videndam ſuam bonitatem exhibeat: ſciamus etiam, quantopere teneamur & obſtricti ſimus, ad illi, & quidem in humilitate, obſequendum. Nam hoc præcipue nobis in hoc libro oſtenditur, nempe homines nunquam Deo honorem debitum exhibituros, niſi caput demittendo, non ſumendo ſibi ut adverſus ipſum obmurmurent, agendave illi præſcribant. Ac ſane nequaquam ipſi ſchola noſtra adeunda eſt: in ipſo ſiquidem ejuſmodi ſapientia eſt, ut cogamur, ſicuti ſuperius declaratum fuit, & ille ſermo adhuc continuatur: cogamur, inquam, mirari, & obſtupeſcere, cernentes ea quæ Deus agit: & quomodo ſumus in eo confuſi, oportet etiam ut ipſum glorificare diſcamus: en enim id unum, quod nobis ſupereſt. Veniamus nunc ad id, quod ſubjicitur de pavonibus, & ſtruthiocamelis. *Quis dedit pavonibus alas delectabiles?* inquit Dominus. Uno autem vocabulo oſtendit nobis, vel ſolam plumam debere nos convincere, immodicam eſſe in nobis ſtultitiam, ſi eo, quod agit Dominus, contenti eſſe non poſſumus. In pavonis alam oculum conjiciamus: nonne illic artificium tam admirabile eſt, ut, quid dicamus, non habeamus, niſi quod Deum glorificare nos oporteat? Dico etiam, incredulos eo adigi. Quum ita ſe res habeat, quum gubernationem mundi intuebimur, & ea quæ ſine ulla comparatione longe ſubblimiora ſunt, an, quæſo, eo uſque ſenſus noſtri pertingere poterunt? Nonne deficiant oportet? Si vel unica pavonis penna nos in ſui admirationem rapiat, & quaſi obſtupeſcere cogat, quid faciet totum illud artificium quod in hoc mundo apparet? qualis & quanta, quæſo, nobis ſpecialiter videbitur gubernatio generis humani? Et tamen in eo blaſphemias ſuas expromunt homines, illic Deum execrantur, tumultuantur, & vellent mundum ex ipſorum arbitrio regi. Id vero ex eo eſt, quod ſuorum deſideriorum non fiunt compotes, Deus ex animi illorum ſententia & voto non tractat. Nos tamen pluſquam convictos officii noſtri eſſe oportet, ſi ea, quæ oculis noſtris exhibet, poſſumus conſiderare. En igitur Dei in hoc loco ſcopum: comparationem poſtea inſtituit *alarum ſtruthionum*: ſed eo potius intendit, immorari in eo, quod ſubjicit de ſtoliditate & levitate ſimulque robore illi animali inſito. De *ciconiis* quoque loquitur: ſed potius eo ſpectat ad nos revocandos ad rationem, qua illæ præditæ ſunt, quum in illis plus humanitatis quam in hominibus ſæpius interdum reperiatur. Parvæ enim ciconiæ, quum ado-

Digitized by Google

equite pedum velocitate certat. Id oſtendit agilitatem, qua ingens illa bellua prædita eſt: eſt enim ſemiavis, & ſemianimal terreſtre: eaque gravitas eſt in corpore ſtruthionis, ut non poſſit ſe attollere ad alte volandum: ſed ita volitat, ut nemo ipſum aſſequi poſſit. Fruſtra citato curſu ruas, non poſſis illum apprehendere: nam ex parte imis plantis ſubſultans, ex parte volitans, equorum & aliorum animantium omnium pernicitatem ſuperat. En unum notandum. Hac præterea induſtria præditi ſunt, ut in via, fugientes, lapides ungulis biſulcis comprebendant, & contra ſequentes ingerant. En igitur duo in illo animali, ſtoliditas una ex parte, ex altera prudentia ea, qua valet in colligendis, dum currit, lapidibus, quos à tergo fugiens contra inſequentes projicit. En igitur rem admirabilem, quæ apparet in ſtruthionibus. Eſt autem in illis tanta ſtoliditas, ut in tanta reliqui corporis altitudine & mole, quum colla frutice occultaverint, ſe latêre exiſtiment. Præterea ovis ſuis non incubant: ſed quoniam in calida regione degunt, ipſa in arenis occultant, Sol vero radiis ipſa calefacit, atque ita illa excluduntur. Quando una ex parte conſideraverimus prudentiam quæ eſt in illis animalibus, ex altera veto ſtoliditatem in eo quod ſic occultent ova ſua, nonne opera Dei, in eo quod ſic omnia regit, admirabilia videbimus? Cæterum, quum mentio ſit roboris & velocitatis ejus, qua ſtruthiocameli præditi ſunt: in eo nos ab illis ſuperari agnoſcamus: fruſtra gloriabimur, ſed in ea conditione nobis longe præſtant ſtruthiocameli. En unum notandum, quod homines non ita ſe, ut ſolent, magni facere debent: ſubinde enim eos Deus ad illa exempla, quæ ſtultam illorum jactantiam irridere poſſunt, amandabit. Ex alia parte, quando videmus, illa animalia, quæ agilitate & robore, atque adeo etiam induſtria in aliis rebus prædita ſunt, ita ſtolida in aliqua re eſſe, ut nullus in ipſis ſit ſenſus & prudentia, nonne Dei erga nos bonitatem nos glorificare convenit? Quis enim nobis plus ſenſus & judicii dedit, quam ſtruthiocamelis? Numquid homines ipſum virtute ſua acquiſiverunt? numquid auro & argento ejuſmodi mercem ſibi poſſunt comparare? Unuſquiſque igitur cognoſcat, quantopere Deo ſit obſtrictus, eo quod tale judicium nobis dederit: & ſciamus, nos teneri illi debitam laudem reddere. En igitur quæ ſit mens Dei hoc in loco. Quando igitur dicitur, *Deum prudentia deſtituiſſe ſtruthionem*, cognoſcamus, eo nos admoneri, quod, quum judicio & ratione præditi ſumus, eo magis Deo obſtringimur, qui bonum & privilegium inæſtimabile nobis conceſſit. Quantum enim illud eſt, poſſe bonum à malo diſcernere, & intelligere quodnam ſit officium noſtrum, non ſolum ad ambulandum in hoc mundo, ſed etiam ad aſpirandum ad quando ex parte, quantumvis exigua, poſſunt judicare quæ ſit illa magnitudo & ſublimitas, quæ in operibus Dei apparet: utque humi repentes, ſemper in altum cum omni humilitate & modeſtia tendant; ſcientes, ſe adhuc ad magnas illas abyſſos arcanorum Dei pervenire non poſſe. Atque hoc eſt quod ab initio tetigi, ut eo magis hunc locum confirmarem: nempe Deum ex parte velle nobis ſuæ bonitatis ſenſum exhibere, ne ullam occaſionem dolendi habeamus, quaſi meliorem conditionem belluis, quam nobis, dediſſet: & tamen ad nos humiliandos videamus, in hac conditione, qualis nobis à corruptione peccati attributa eſt, beſtias nos in quibuſdam ſuperare. Certum eſt, nos ſemper præferendos eſſe belluis, & uno gradu ipſis ſuperiores fore. Quin etiam ſi non tanto robore tantaque agilitate præditi ſimus, quanta belluæ, id utilitati noſtræ cedit, ad nos nimirum humiliandos: nam adhuc cicurari non poſſumus. Animadvertimus, quamvis nos debilitatis noſtræ Deus admoneat multis rebus, quas cernimus; ipſum tamen cogi de nobis conqueri, quod ſimus inſtar ferarum, ſicuti dictum eſt. Quodque gravius eſt, bos *Iſa. 1: 3.*
cognoſcet præſepe in quo alitur: aſinus aut equus cognoſcet ſtabulum domini ſui: nos vero non cognoſcimus ipſum qui eſt noſter Creator, denique non poteſt nos ullo modo manſuefacere. Nobis igitur expedit, non eo robore iiſque viribus valere, quibus valent hæ belluæ agreſtes: quid enim eſſet? Quomodo poſſet nobis morigeris uti? Cæterum ſemper illud retineamus, nobis ſemper recurrendum eſſe ad tot beneficia, quæ Deus nobis ſpeciatim communicat, quibuſque belluas orbavit, quomodo hic rationis & intelligentiæ mentio ſit? Sed ne duntaxat rationem illam communem, quæ in omnibus eſt, conſideremus, ſed etiam hoc, quod libet Deo nos illuminare ea ſapientia, quæ continetur in Euangelio, quodque Sancto ſuo Spiritu nobis aperit oculos, ita ut ejus arcana, quæ alioqui nobis abſcondita & incomprehenſibila eſſent, poſſimus cernere. Diſcamus ipſum in eo magnificare. Hæc duo ſunt nobis notanda. Interim notemus, quum hic ſit mentio *ovorum ſtruthionis*, ſi Deus providentiam ſuam eo uſque extendat, ut ſtruthionis ova, etiam derelicta, excludi velit; potiori ratione ipſum nos oblivioni nequaquam traditurum, nos, inquam, qui creaturæ ſumus longe excellentiores. Ac ſane videmus, ipſum longe melius generi humano, quam ei animalium generi, proſpexiſſe. En enim matres tam ſtolidas, ut ova ſua & pullos, qui ex illis debent excludi, obliviſcantur: Dominus autem hunc affectum mulieribus impreſſit, ut parvulos ſuos agnoſcant, eoſque ſuo ſanguine & ſubſtantia alant. Quando igitur Dominus eum ordinem generi humano indidit: in eo cognoſcimus, curam paternam noſtri geri. Sed non adhuc eo duntaxat nobis metienda

eſt

Digitized by Google

CONCIO CENTESIMA QUINQUAGESIMA TERTIA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIX.

22. Numquid dediſti equo fortitudinem? numquid induiſti collum ejus ſtrepitu?
23. Numquid terrebis eum ſicut locuſtam? fremitus narium ejus terror eſt.
24. Pedibus ſcrobem cavat, geſtit fortitudine, egreditur in occurſum armorum.
25. Deridet pavorem, nec formidat, nec revertitur à facie gladii.
26. Sonet pharetra, ferrum lanceæ & clypei:
27. Cum fremitu & ira terram deglutit, nec curat ſonitum tubæ.
28. Quum audit buccinas, dicit, Euge, & eminus odoratur bellum, clamores ducum, & ſtrepitus exercitus.
29. Numquid per intelligentiam tuam volat accipiter, & extendit alas ſuas ad Auſtrum?
30. Numquid tuo juſſu & mandato attollet ſeſe aquila, & exaltabit nidum ſuum?
31. In rupibus habitat, & in altis montibus tanquam in arcibus habitat.
32. Illinc explorat eſcam, eminus ejus oculi contemplantur.
33. Pulli quoque ejus abſorbent ſanguinem, & ubi fuerint cadavera, illic eſt.
34. Reſpondet autem Jehova ad Jobum, ac dixit,
35. Numquid contendere cum Omnipotente eſt eruditio? diſputans cum Deo reſpondeat ad illud.

SI diſpoſiti eſſemus ad utendum Deo doctore, nos ipſe etiam ſic tractaret, ut ejus doctrina nos ſtatim ad ipſum erigeret, & quidem ratione familiari, quomodo pater alloquitur filios ſuos. Sed cùm ad regendum difficiles ſumus, & pro eo quod dociles nos reddere debemus, volumus nimis ſapientes eſſe: tunc oportet, ut Deus nos ad belluarum ſcholam amandet: quomodo jam ſuperius vidimus, & adhuc pergit. Nam loquens de equis & eorum natura, oſtendit, homines non ſatis cognoſcere opera ſua, quando ſic adverſus ipſum inſurgere volunt. Interim oſtendit, ſi velit, ſe non dignatum iri reſpondere omnibus noſtris objectionibus: ſed ſufficere, ſi à belluis convincamur: vel etiam ab equis, qui nobis domeſtici ſunt: nec procul eundum eſſe ad nos refutandos. Deus enim per plateas, per agros, per domos advocatos habiturus eſt, qui ſatis bene cauſam ipſius agent: nec magnos rhetoras è medio hominum excitabit: ſed, ut dixi, belluarum patrocinio contentus erit. Cæterum hic nequaquam ſubtiliter de natura equorum differendum eſt: Deus enim voluit hic ejuſmodi ſtylum ſequi: ſed ſimpliciter id, quod vel maxime idiotis notum eſt, proponit. Nos non multum exercitatos eſſe oportet ad comprehendendum id quod hic dicitur: vel pueris enim id notum eſt: ſicuti de aſtris & ſideribus, magnorum Philoſophorum more, nequaquam locutus eſt. Cur? quoniam pauci in eo profeciſſent: non ſunt omnes tam altæ & reconditæ doctrinæ capaces: ſed craſſa & pingui Minerva de Sole & Luna, eoque quod apparet, loquutus eſt. Quiſquis habet oculos, quamvis imperitus, nec magnus doctor ſit, capiet quæ ſuperius dicta ſunt de Sole & ſtellis: non opus eſt illic aſtrologia: idem eſt, quum hic de belluis loquitur. Nunc igitur eandem rationem ſtyli perſequitur, idque eo facit, ne quiſquam excuſatione utatur, quomodo ad id proclives ſumus. Verum eſt, homines libenter non confiteri ſuam ignorantiam; ſed qua excuſatione uti volunt apud Deum, eam clypei inſtar obtendunt. Id, inquiunt, ingenium meum ſuperat, id nimis eſt ſubtile mei reſpectu, non poſſum eo uſque penetrare. Quoniam major pars hominum ejuſmodi ſubterfugium quærit, Deus declarat, vel maxime rudes & ignaros hoc nomine convictum iri, quod erga ipſum ingrati, maligni & perverſi fuerint, idque, quod ipſorum oculis & ſenſibus obvium & expoſitum erat, non cognoverint. En igitur cur hic, quum verba fiunt de equis, res ſimpliciter narrantur, prout omnibus hominibus, magnis & parvis ex æquo notæ ſunt. Quin, inquit Deus, eſtne in poteſtate hominis *dare ejuſmodi robur, quale cernitur in equis?* & quidem ejuſmodi naturam, & tam vegetam? nam præterquam quod equi ſunt robuſti, videmus ipſos *ad bellum ex parte natos eſſe,* animadvertitur, ipſos in pericula præcipites ruere: eſt

Digitized by Google

& jacula medios ruere. Opus erat, ut ſic loqueretur. Cur? Quia audaces ſumus, & quidem ad ſuccenſendum Deo, quum ejus gloria non eſt nobis cognita. Eſt autem ſtupor noſter, qui dat nobis ejuſmodi audaciam: quia enim velum opponimus & obducimus oculis noſtris, quod impedit quominus gloriam Dei contemplemur, unuſquiſque ſic obbruteſcit. En cur ſuperbi ſumus: nam ſi, quid ſit Deus, apprehenderemus, certum eſt, nos penitus dejectum iri, nec ullam ſuperbiam aut arrogantiam in hominibus conſpectum iri. Quoniam igitur acuti volumus eſſe, & omnia ſecundum ſenſum & imaginationem noſtram comprehendere, ut ſciamus, quid ſit virtus infinita Dei, en cur hic agitur de equis, Deuſque nobis virtutem, quæ in ipſis eſt, proponit. Cur? Ut nos ejus gubernatio in admirationem rapiat: neque enim illic oſtendit omnia, quæ poteſt agere, ſed guttam aliquam duntaxat providentiæ ſuæ exhibuit. Et tamen, ſi id, quod hic dicitur, bene cognoſceremus, nec aſſueti eſſemus equis videndis & tranctandis; unuſquiſque ad ipſorum conſpectum fugeret, animal denique formidabile eſſet, in primis quum videmus audaciam illam, quam in prælio præ ſe fert & oſtendit. En igitur quomodo ad inſtructionem noſtram omnia, quæ hic per partes de equis narrantur, referre debemus. Quin etiam ex alia parte debemus obſervare Dei noſtri bonitatem, in eo quod ſic domat equos, ut ipſos hominibus ſubjiciat, & eos applicet ad ipſorum miniſterium. Numquid exiſtimamus, equum, qui natura ſua indomitus eſt, quique etiam quaſi natus eſt ad prælium, paſſurum ſe ita regi & tractari, niſi Deus ferociam illi inſitam auferret, quo homines ipſo poſſint uti? Numquid ex nobisipſis eum domare & tractare auderemus? Concludamus igitur, Deum nobis ſuam virtutem declarare, quando ejuſmodi audaciam equis dedit, eoſque ita feroces reddidit: nobiſque ſingulare etiam ſuæ bonitatis & amoris teſtimonium dediſſe, quando nos, qui nihil ſumus, equos ſic domare poſſumus, ut illis utamur, & patiantur ipſi ſe à nobis fatigari, adhiberi ad currus trahendos, ad arandum, ſe ab hominibus conſcendi. Quando igitur equi ſe ſic regi patiuntur, minime dubium eſt, quin Dominus oſtendat, quantopere ſit liberalis erga nos, idque reipſa cognoſcendum nobis exhibeat. En igitur, quod ad hoc attinet. Sed quod præcipuum eſt in hac doctrina, illud eſt, quod tetigi: nempe hoc nobis prodeſſe debere ad audaciam nobis inſitam reprimendam. Quando igitur ſollicitamur ad obmurmurandum adverſus Deum, aut volumus ipſi aliqua in re obſiſtere & repugnare, nobis oculi in belluas conjiciendi ſunt: poterunt enim ipſæ nos docere, nos quoque ea ſchola & ejuſmodi doctoribus digni ſumus, quando Deum noſtrum, ad ſimplici ejus voci obediendum, auſcultare noluimus. Subjicit poſtea de riat ad verbum ullum proferendum oportebit: quot enim ſunt creaturæ, illæ ſunt totidem teſtes ad nos ſexcenties confuſos reddendos. Verum eſt, ea audacia nos præditos eſſe, ut nos efferamus adverſus Deum, perinde ac ſi ipſum blaſphemiis noſtris de ſolio detrahere vellemus: ſed repagula & obices ſatis multos nobis opponet: neque enim beſtia in terra, nec avis in aëre erit, quæ non teſtificetur adverſus nos. Videmus igitur, quomodo Dei cauſa à creaturis, etiam Deo ſe illis non adjungente, agetur: interim oportebit, ut, quod adverſus ipſum machinati fuerimus, in capita noſtra recidat. Quamvis autem hæc doctrina ſatis facilis ſit, peſſime tamen illam homines meditantur. Idque ita eſſe ut appareat, videmus aves in aëre volare, alia animalia in terra ambulare: quam pauci ſunt, qui ad cogitandum de Deo excitentur? Quotidie tentationes ingruent, Satanas nobis ſuggeret obmurmurationes & indignationes adverſus Deum: ſi ex animi voto non tractamur, ſtatim cuperemus cum Deo contendere: eccui vero tunc in mentem venit ea admonitio quæ nobis hic proponitur? Satis confitemur, eam omnino notam eſſe: interim eam obliviſcimur: non venit illa nobis in mentem. Quo igitur facilior & magis vulgaris eſt hæc doctrina, eo minus excuſabimur, & magis rei coram Deo habebimur, quod ad ea, quæ etiam nemine loquente & admonente nobis nota eſſe deberent, non attendimus. An non vero hoc ab omnibus intelligi debet? Quod ſi hæc non cogitamus, quum ſollicitamur à Satana adverſus Deum, quid illud impedit præter malignitatem & ingratitudinem noſtram? Animadvertentes igitur, nos eſſe ita tardos, eaque, quæ nobis obvia eſſe deberent, in mentem nobis non venire, eo magis id, quod hic tangitur, obſervare debemus, nempe unumquemque ſe ejuſmodi admonitionibus erudire debere. En igitur *accipitres, qui volant in aëre.* Mirum eſt quum duntaxat videmus animal poſſe ſe ita projicere, & tanto impetu in aërem attollere, ut videatur nubes perforare & findere: niſi id ſolitum & ordinarium eſſet, certum eſt, nos pluſquam id admiraturos. Numquid enim exiſtimamus id fieri fortuito & caſu? Niſi Deus ipſis ejuſmodi naturam attribuiſſet, numquid ita poſſent ſe in altum tollere volucres? Quando igitur manum Dei omnino evidentem cernimus in volucri, quis noſtrûm erit, qui velit ipſi quidquam præſcribere? Nam confuſi ſumus in re admodum exigua: quando vero comparationem Dei cum creaturis inſtituemus, quæ proportio eſt, quæ affinitas? Cæterum quum accipitrem cum reliquo mundo comparabimus, id nihil eſt. En tamen exiguam portionem creaturarum Dei, quæ nos in admirationem rapere debet. Quid facient igitur omnia ipſius opera, quando perfectam ipſorum enumerationem inſtituemus, eaque omnia,

Digitized by Google

ſcitur: & deſcribendi ratione rudiori uti, ne prætextum aut excuſationem ullam ignorantiæ obtendamus. En igitur aquilas, quæ ſunt ad prædam natæ, & quidem jam ab ortu hoc habent inſitum, quod ſanguinem ſugunt. mirum illud eſt, aves ſic ſe paſcere & alere ſanguine: en inſitam crudelitatem: ea igitur natura aliunde promanet oportet. Unde manat ejuſmodi diverſitas inter aves quæ ex præda vivunt, & alias? Nonne oportet ut Deus illas diſtinxerit, nobiſque ſuæ providentiæ ſigna dederit? ita ut cogamur confiteri, ipſum omnia regere & diſponere: aveſque adeo ipſas quomodo ſe non crearunt, quantum ad eſſentiam ſuam attinet, ita etiam ſibi non dediſſe eam inclinationem quam habent: ſed eam aliunde accepiſſe, Deumque ſe illic patefacere, ita ut Majeſtatem ejus à nobis adorari oporteat. En quod præcipue ex hoc loco retinere debemus. Non eſt igitur ſchola adeunda, duntaxat aperiantur oculi, etiam à magis idiotis: quod enim hic dicitur, ab univerſo mundo cognoſcitur: nos vero reos peragi oportebit, quando eo uſque ſtupidi & ſtolidi fuerimus, ut id, quod univerſo mundo obvium, & expoſitum eſt oculis noſtris, non cognoverimus: quin etiam quum ſubjecerimus, *ubi ſunt cadavera, eo aquilas ire, eminus cadavera odorari, prædam indagari*, ut in eam partem ſe vibrent: quum id videmus, agnoſcamus, Dominum motum arcanum illis indidiſſe: neque enim fieri poſſet, ut id ex ſeſe aquilæ haberent, niſi Deus naturæ inclinationem ad id ipſis dediſſet, aut in illis neſcio quid, in quo ſe admirabilem exhibet, impreſſiſſet. Quando igitur huc & illuc oculos conjecerimus, & eam varietatem operum Dei animadverterimus: cogemur inviti agnoſcere, Hic eſt Creator aliquis qui dominatur: nam ſi omnes belluæ ejuſdem naturæ & inclinationis eſſent, providentia Dei non ita appareret. Tunc, ut videtur, ſpecioſum eſſet, dicere, Natura eſt quæ eſt dominatur: quomodo videmus Philoſophos, poſtquam omnia accurate circumſpexerunt & perquiſiverunt, pro eo quod Deum adorare & magnificare in ſuis operibus debebant, omnes ſenſus & ingenii vires applicuerunt ad fingendam & excogitandam neſcio quam Naturam, quæ Deum & gloriam ejus obſcuraret & extingueret: & Diabolus ad id illis magno & horrendo ipſorum judicio ſuaſor & impulſor fuit. Sed quum ejuſmodi varietatem conſpicimus, ut hæc avis ſit hujus naturæ, alia alius, animantia etiam ſunt diverſa: dici non poteſt, Ecce Naturam: quomodo diceretur, ſi omnia animantia eadem via pergerent, & in illis idem & æqualis naturæ tenor animadverteretur. Si res ita ſe haberent, ſtatim Natura, Natura, inclamaretur: de Deo autem non cogitaretur: ſed quum videbimus avem aliquam meticuloſam, aliam vero minime: en opus Dei, quod melius apparet. Columbæ, ut cernitur, ſunt anima-

timus, hic magnus eſt, ille parvus, mores quoque ſunt tantopere diverſi, hic eſt ingenio acuto, alius hebeti & obtuſo, hic magna facundia ad eloquendum præditus eſt, alius ſemimutus eſt: quum igitur omnia illa videmus, nonne æquum eſt, ut, niſi pluſquam maligni & perverſi ſimus, confiteamur, Deum nobis, ut ipſi libet, dona Sancti ſui Spiritus diſtribuere, ipſum eſſe qui nos format: ſicuti vidimus ſuperius, quemadmodum *cap. 11.*
mulier, quum lac vaccam mulgendo eduxit, caſeo *verſ. 10.*
formam quam vult imprimit, Deum etiam de nobis ita diſponere, ut, quid dicamus, non habeamus, niſi quod manus ejus illic & quidem ratione admirabili operatur. Quapropter diſcamus non eſſe cœci in tanta diverſitate, quam Deus nobis proponit: quotieſcunque oculos aperimus, totque res ſe nobis offerunt, ita ut hæc iſtam figuram habeat, alia aliam omnino diverſam: cognoſcamus, Deum nos ad ſe allicere: videntem vero, nos tardos eſſe ad ipſum adeundum, nos ſollicitare, & ejuſmodi aculeos addere, ut quaſi inviti cogamur progredi, niſi velimus ipſi certa malitia obſiſtere, eumque irritare, ita ut ſic apud nos ſtatuamus, Etiam videns non videbo. Eſt adhuc aliquid notandum, quando dicitur, *Aquilas cogi illic ubi ſunt cadavera*: nempe ſi aves ex rapto & præda viventes ea induſtria præditæ ſunt, ut quærant paſtum: quin etiam aquilæ eminus odorantur, ubi ſit, quod comedant, potiori ratione nobis conveniendum eſſe eo, ubi oſtendit Deus noſtram vitam eſſe. Quare quam excuſationem prætexere poſſumus, quum aves pro cibo corruptibili congregentur, quin etiam ad ipſum accurrant, & tantopere de eo laborent, ſi paſtum ſpiritualem nobis oblatum repudiamus, nec eo judicio præditi ſumus, ut illic, ubi eſt vita noſtra, congregemur? numquid aliis adverſus nos, quam aquilis, teſtibus opus
erit? quemadmodum etiam Dominus noſter Jeſus *Mat. 24.*
proponit eam ſimilitudinem: poſtquam enim locutus *verſ. 28.*
eſt de turbis quæ tam magnæ in mundo futuræ erant, *Luc. 17.*
inquit, Ubi eſt cadaver, illuc congregantur aquilæ. *verſ. 37.*
Quomodo in his regionibus idem de corvis dicere poſſemus. En igitur miſeras illas belluas, quæ ea inclinatione naturæ præditæ ſunt, ut cibum & prædam quærant: nos vero ubinam vitam noſtram inveniemus? Numquid nos ita mente captos eſſe oportet, quum Jeſus Chriſtus nos ad ſe vocat & invitat, ſimulque declarat, nos, quum ad ipſum venerimus, omnia, quibus opus habemus, inventuros, boniſque omnibus ditatum iri, virtute ejus ſufficienter ſuſtentatum iri? Adhuc igitur attendamus: quando enim ejuſmodi promiſſionem habemus, ſi ſumus remiſſi, nonne oportebit aquilas in magno illo die adverſus nos teſtimonium reddere? Sed redeamus ad præcipuum, quod initio attigimus, quemadmodum etiam Deus hac concluſione utitur: *Numquid doctrina eſt cum Omnipotente contendere & diſceptare? Iſque, qui hoc ſibi ſumit,*

Digitized by Google

ſentiamus quam egeni & inopes ſimus ad reſpondendum iis quæ Deus poterit nobis opponere. Animadvertentes igitur, nos ejuſmodi oneri impares eſſe, diſcamus nos humiliare. Quomodo vero? Ad eam ſapientiam de qua verba facta ſunt, confugiamus: ut nimirum nos corrigamus. Quando igitur homines ſe diligenter conſiderarint, ſuaſque miſerias ſenſerint, non amplius ſibi applaudent, nec ſibi perſuadebunt ſe hoc vel illud valere: ſed adverſus ſe indignentur oportebit, pudeatque ipſos ſuarum ſordium; ſe etiam oderint & deteſtentur oportebit: quando ſic mortificati erunt, tunc offerant Deo ſacrificium, cujus in Pſal. mentio fit, nempe ſacrificium tienter feramus, precemur ipſum, ut nos conſoletur, noſque ita in ſuo amore confirmet, ut, quicquid ſit, nunquam adverſus ipſum obmurmuremus.

Proſternemur autem coram Optimo noſtro Deo, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, quo ipſis ita afficiamur, ut coram ipſo penitus dejiciamur, & ad ſolam ejus miſericordiam confugiamus, ſicuti etiam nullum aliud remedium habemus. Nec ſolum peccata commiſſa condonet nobis, ſed ita Sancto ſuo Spiritu nos in poſterum regat, ut nihil aliud velimus quam in ipſius obſequio ambulare. Sic dicemus omnes, Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

CONCIO CENTESIMA QUINQUAGESIMA QUARTA IN LIBRUM JOBI.

CAP. XXXIX.

36. Tunc reſpondit Job Jehovæ, ac dixit,
37. Ecce, contemtibilis ſum, quid reſpondebo tibi? manum meam appoſui ori meo.
38. Semel loquutus ſum, nec reſpondebo ultra: ac ſecundo, nec addam.

CAP. XL.

1. REſpondit itaque Jehova ipſi Jobo ex turbine, & dixit,
2. Accinge nunc ſicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & ego notificabo tibi.
3. Numquid proſternes judicium meum, & condemnabis me, ut juſtificeris?
4. An eſt tibi brachium ſicut Deo, & an voce ſicut ille tonabis?
5. Orna te nunc celſitudine & ſublimitate, gloriaque ac decore indue te.
6. Diſperge furores iræ tuæ, & vide omnem ſuperbum, & humilia eum.

VIdimus ſuperius, Deum, ut Jobum ad veram humilitatem erudiret, ex turbine loquutum eſſe: quamvis enim vel ſola ejus vox nos debeat perterrefacere, eo tamen adhuc magis oſtendit, quantopere duri ſimus, quum rationem aliquam inire cogatur, qua nobis inſitam ſuperbiam dejiciat, alias nunquam nos domare poſſit. Verum eſt, humilitatem promanare à Spiritu Dei, eoſque, qui ad malum obduruerunt & obfirmati ſunt, nunquam ſponte ſe ipſi ſubjicere, quamvis admonitionibus utatur & experimentis, quæ poſſint ipſos ad officium adducere, & quaſi vi adigere: ſed tamen Deus utens his mediis violentis erga eos etiam quos ſuo Spiritu regit, eo vult malignitatem & perverſitatem naturæ noſtræ inſitam oſtendere: eum tonare, ſtrepere oportet, alioquin ſemper ſtupidi ſimus manſuri, ita ut Majeſtatem & virtutem ad nos ipſi ſubjiciendum non ſentiamus. Nunc declaratur nobis fructus ejus, quod Deus fecit: quando enim dicitur, *Jobum reſpondiſſe, ſe eſſe contemtibilem, ſibi tacendum & os occludendum eſſe:* in eo animadvertitur, Deum non fruſtra ſe magnificaſſe, quumque è medio turbine loquutus eſt, id non irritum fuiſſe. Cur? Ecce enim Jobum inſtar oviculæ domitum, non amplius Deo reſponſantem. Superius reſponſarat, cum Deo, cauſam ſuam agendo, contendere voluerat: totum vero illud nunc ſublatum eſt; ait enim, ſe non auſurum amplius loqui, & quamvis multos ſermones in medium attulerit, ab iis tamen ſe in poſterum prorſus abſtinere velle. Diſcamus igitur, quum Deus vehementer tonuerit, id in noſtrum commodum eſſe, quamvis prima ſpecie durum & aſperum nobis videatur: Deus, inquam, nos terreat oportet; noſtra enim natura duri ſumus adverſus ſtimulum, nec facile ſubjicimur: magna igitur vis adhibeatur oportet, ad ſuperbiam nobis natura noſtra inſitam domandam. Sed notemus etiam, quum Deus ſic loquutus fuerit, tanquam ex turbine, nullum nobis excuſationi locum fore, niſi cognita noſtra miſeria, eo ut penitus quietos nos contineamus, Jobi exemplum

Digitized by Google

ingenium ſemper retineamus, certum eſt, illud caro nobis conſtiturum. Quamvis igitur ſtulti fuerimus, ne tamen in ſtultitia noſtra perſeveremus. Si ſtatim Deo ſubjici non poſſumus, ſaltem caveamus nobis, ne ſimus obſtinati, quando videmus ipſum nos premere, & quaſi vi nos ad ſuum obſequium adigere. Si Deus mediis, quæ conſtituit, utatur, ne illi obſiſtamus. Quid enim nos profecturos ſperamus? Tandem nos ſub ejus manu præcipitari oportebit. En igitur, quod primum nobis notandum eſt. Sed interim ictus, quos Deus nobis incutit, patienter ferre diſcamus, ſcientes, ipſum eo pacto velle nos præparare, eo ut ipſi ſubjiciamur: & quoniam id nobis valde expedit, ut ex feris tanquam oves & agni evadamus, non feramus ægre ejuſmodi præparationes, ſed Jobi exemplo dicamus, Domine, en, *ego ſum contemtibilis*. Verum autem eſt, hoc vocabulum videri non magnam vim habere: ſed ſi cognoſcamus ſtultam arrogantiam quæ eſt in hominibus, cognoſcemus, Jobum multum profeciſſe, dicentem, ſe abjectæ conditionis eſſe. Si quæratur ex nobis, unde ſimus orti: Nos miſeras creaturas eſſe, noſtram originem ex terra eſſe, nos tam fragiles eſſe, ut nihil ſupra, tot infirmitates in nobis eſſe dicemus, & ore confitebimur: ſed interim nos magni facimus, & obliviſcimur originem noſtram: quo nobis ſit revertendum, & quæ ſit conditio noſtra præſens, id in mentem nobis nullo modo venit. Homines igitur quaſi inebriantur, ſibi perſuadentes, ſe multum valere, ſibique opinione & imaginatione dignitatem quandam attribuunt. Quando igitur aliquis vere & ſine ſimulatione cognoſcit ſe, ut ſe contemnat, nihilque in ſe eſſe intelligit cur ſe magni faciat, illud multum eſt, en magnam ſapientiam. Notemus vero, nos eo nunquam adductum iri, donec Majeſtate & gloria Dei afficiamur. Tantiſper enim dum homines alii alios intuebuntur, occaſionem capient ſe æſtimandi. Nonne tantundem atque hic & ille valeo? Hæc igitur comparatio, quam homines ſui cum aliis inſtituunt, cauſa eſt cur excæcentur, & ſe ſemper neſcio quid eſſe exiſtiment: ſed quando ad Deum venimus, ipſeque adeo ſe talem, qualis eſt, declarat & exhibet, omnis ea arrogantia, quam conceperimus, disjiciatur, evaneſcat, & ad nihilum redigatur oportet. Optandum igitur nobis eſt, ut Deus gloriæ ſuæ ſenſum nobis exhibeat, ut in illud miſeriæ noſtræ examen ingrediamur, atque ita nos deprimere poſſimus, nemo amplius ſe falſa ſui opi-
Geneſ. 18. nione deludat. En etiam cur Abrahamus, quum Deus
verſ. 17. ipſi apparuit, dixit, Heu! nihil aliud ſum quam cinis & terra. Sic omnes quidem loquimur, quamvis Deus ſit quaſi remotus à nobis, & parum de eo cogitemus: ſed nihil eſt in nobis præter hypocriſin & ſimulationem, nunquam autem ex animo & ſerio nos deprimemus, donec, quid ſit Deus, ſenſerimus. Notemus igitur pure in Euangelio edocti fuerint, eo uſque debent ſapere, ut ſe deprimant. En vero cur dicimus, fidem humilitatem adferre hominibus: prout enim Deus nobis bonitatem ſuam revelat, ſciamus oportet, nihil in nobis eſſe præter omnem maledictionem, noſque perditum & exterminatum iri, niſi ipſi liberet ſua miſericordia nobis ſubvenire. Nos igitur ad eam modeſtiam adducit doctrina Euangelii, ut nos deprimamus, nobiſque oſtendit, nos nihil eſſe quod ſit alicujus pretii. Interim Jobus dicit, *Se manum ori appoſiturum: ſi ſemel loquutus ſit, ſe iterum non loquuturum eſſe: quin, ſi bis loquutus ſit, ſe non additurum*. Quando ait, *Se ori manum appoſiturum*, eo ſignificat & profitetur, ſe nolle amplius limites ſibi aſſignatos tranſili-
re: ſicuti ſæpius in Scriptura hæc loquendi ratio oc- *Pſal.* 39.
currit. Unde notandum eſt, reprimenda eſſe nobis *verſ.* 2.
ſtulta noſtra deſideria, quando caro noſtra nos titillat ad loquendum, illiſque obſiſtendum eſſe, non ſecus quam ſi camum aut frenum ad nos cohibendos apponeremus. Si homo ex ſe tam ſapiens eſſet, ut ad male loquendum non ſollicitaretur, non opus haberet manum ori apponere, ſe ſponte contineret, nec ullo impedimento aut obice ipſi opus eſſet: ſic contra, quum dicitur, nos debere manum ori apponere, id ſignificat, nobis adverſus ſtultas noſtras cupiditates & concupiſcentias, quæ ad loquendum nos nimis promtos & præcipites reddunt, ita ut lingua ſit ſemper parata ad neſcio quid perverſi adverſus Deum proferendum, pugnandum eſſe. Hic igitur de vitio magno & valde pernicioſo admonemur, quod nimirum nimis ſubtiles eſſe volumus ad litigandum adverſus Deum, noſque, variis excuſationibus miſerias noſtras tegentes, jactamus. En igitur, quo homines tendunt, & prorſus ſunt proclives: nempe quod ſe hypocriſi tegant, Deumque potius condemnent, quam ſe ad id quod æquum & rectum eſt adduci patiantur, mendacium aliquod ſemper habeant, ſubterfugiis utantur, tandemque blaſphemias ſuas evomant. Quum enim linguam ſic venenatam habemus, quæque tota ex mendaciis & falſo conſuta eſt, tandem ſe illa adverſus Deum effundit. Quando id cognoſcimus, nonne juſtam occaſionem, cur nobiſipſis graves & moleſti ſimus, habemus? Quando igitur hanc loquendi rationem audimus, viros ſanctos coactos fuiſſe manum ori ſuo apponere: promtitudinem, quæ in nobis eſt, ad male loquendum agnoſcamus. Quin etiam quando noſtri cum Jobo comparationem inſtituemus, ſi is tacere non potuit ſine nixu & conatu magno, heu! quid fiet nobis? Multum enim abeſt, ut tantum, quantum ipſe, profecerimus. En igitur quod ad primum attinet, nempe homines ſibiipſis ſuſpectos eſſe debere quum loqui volunt: quum illud bene ſciant, eorum naturam ſemper illos ad male loquendum impellere, linguamque ipſorum

Digitized by Google

namus, hoc eſt, obicem nobis ponamus: nam inſtar ferocium belluarum frenandi ſumus. Unuſquiſque igitur ſibi attendat: ſin vero accidat, ut affligamur, aut aliud aliquod objectum ſe offerat, quod hunc exacerbet, alium irritet, & virulenta ira repleat, ita ut ad male loquendum ſollicitemur, reprimamus nos. Atqui ſentio, id mihi difficile eſſe, & ſemper in contrarium tendo: ſed ſufficit ut reſiſtamus, non quod non ſimus condemnandi, quamvis omnes tentationes ſuperemus: nam vel ſola hæc imaginatio, quam conceperimus, eſt mala & vitioſa coram Deo: ſed nos gratos & acceptos habet, quando videt, malum non placere nobis, ſed nos conari ipſum reprimere: Deus igitur, videns, nos eam inclinationem in nobis habere, non deſinit nos approbare. Animadvertentes igitur, ipſum ſic liberalem ſe erga nos exhibere, eo majori animo mala verba, blaſphemias, & obmurmurationes, quæ adverſus Deum poſſent in nobis exoriri, debemus repellere. Dicitur, *Jobum ſemel loquutum, finem facere, quin etiam bis loquutum, eo non relabi.* Quibus verbis primum ſignificatur, ſi nimis diu in male loquendo perſeveraverimus, nos minime propterea indurari debere: ſicuti multos videas, qui, quum ſemel in devia ſe præcipites egerunt, nunquam in viam poſſunt reduci: nam deſperatione impelluntur. Non ita nobis agendum eſt: nam quamvis malum diu durarit & in eo nimis perſeveraverimus, nobis tamen habenæ reflectendæ ſunt, ſtatim atque Deus nos admonet. Ne igitur homo obſtinatus & pervicax ſit, quum diu peccarit, & peccata ſua ingeminarit, & poſtquam malum ſermonem temere effuderit, duos & tres poſtea adjecerit, ne propterea adverſus Deum ira inflammetur: ſed ſe ter & quater condemnet, poſteaque ad rectam viam redeat. En igitur, quod in hoc loco nobis notandum eſt. Quod ſi diu in Dei offenſione perſeveraverimus, ſemper tempus opportunum eſt ad redeundum in viam. Secundum eſt, Etiamſi multas occaſiones habuerimus, nos tamen nequaquam nobis adulari debere. Quemadmodum, ecce Jobum, qui multos ſpecioſos prætextus habuit: neque enim unam duntaxat rationem attulit ad cauſam ſuam tuendam, multas habuit, & ſermones ſuos variis modis ingeminavit, ita ut ad loquendum materiam & argumentum illi non defuiſſe videatur: diceres, illum id ſibi perſuaſiſſe, ipſumque adeo ſibi propoſuiſſe inde victoriam referre; & articulo uno prolato, ad alium tranſire ipſum potuiſſe. Nunc omnes illas objectiones, & ſpecioſa illa argumenta, quibus adverſus Deum agere & litigare poſſe ſibi videbatur, miſſa facit. *Si ſemel*, inquit, *& bis loquutus ſum, omnia illa miſſa facio, nolo amplius loqui.* Eo, ut dixi, docemur, quamvis ſpecioſos prætextus, & argumenta firma & valida ad cauſam noſtram tuendam, habere nobis videamur: illud nihil eſſe, gari oportet. Certum eſt, Jobum, confitentem ſe eſſe miſeram creaturam, hominem nihili, non uſum fuiſſe ſimulatione, ſed ex animo, ut ſentiebat, loquutum fuiſſe. En igitur ipſum penitus domitum, en illum humili & quieto animo, qui duntaxat Deo ſubjici petit, præditum: & tamen opus habet, ut iterum caſtigetur, & magis adhuc erudiatur, ut ſe talem, qualis eſt, agnoſcat, Deum glorificet, illique adeo omnem gloriam tribuat. Quomodo vero? Quia ſemper ſunt aliqui receſſus: quamvis homines ad Deum adducantur, & cupiant ſe ipſi ſubjicere, non tamen ſtatim ſuperbia ſibi inſita purgantur: Deuſque in illis morbum aliquem arcanum cognoſcit, quem corrigat oportet. Ecce locum notatu dignum. Miramur enim quum Deus nos afflixit, & uno verbo agnovimus merito nos affligi, ſimulque peccata noſtra confeſſi fuimus, ſi adhuc nos aſpere tractare pergat: tunc dicemus, Quid vero? An Deum ſic ſeverum erga me eſſe oportet? Scit enim quod me humiliavi: quod ſi peccavi, agnoſco peccatum meum, imo peccata mea, confiteor illa, & reum me perago. Nonne hoc illi ſufficit, quid amplius à me poſtulat? Nobis igitur videtur Deus quaſi injuriam facere, quum nos percutit, modo uno verbo confiteamur nos eſſe peccatores. Atqui Jobum reſpiciamus: non ſolum faſſus fuerat, ſe hominem eſſe nihili: ſed ſentiebat etiam, & enixus fuerat, ne quidquam amplius objiceret: gloria Dei, quæ ipſi apparuerat, perterritus fuerat, & tamen adhuc opus habet, ut Deus tonet, & ſe in turbine oſtendat, ipſumque perterreat. Si Jobus, poſtquam ita proſtratus fuit, adhuc opus habet perterrefieri, ut ſe melius agnoſcat, ut miſerias ſuas ſentiat, omnemque rebellionem obliviſcatur: heu! quid futurum eſt nobis? Multos tamen videas, qui nihil præter hypocriſin, imo vero impudentiam habent, qui ubi, & quidem per ludibrium, perfunctorie dixerunt, Verum eſt me peccaſſe: ſi ſtatim pro juſtis non habeantur, aut delicate non tractentur, ſibi injuriam fieri putant. Ut vero jam dixi, quamvis peccata noſtra & quidem ſerio ſenſerimus, & ſine ſimulatione ipſa confeſſi fuerimus, ſimulque nihil aliud petamus, quam ut Deus nos regat, omneque imperium & dominationem in nos habeat: non inde tamen ſequitur, quin adhuc malum occultum ſit in nobis, quamvis non ſit cognitum. Verum eſt, non videri nobis ullam amplius in nobis ſuperbiam eſſe, quia eam hodie non videmus, ſed ea cras cerneretur, niſi Deus mederetur. Ne igitur mirum nobis videatur, ſi Deus nos tanquam ex turbine & tonitru alloquatur tunc quum nos afflixit, & oneri ſuccumbimus. Ne amplius miremur, ſi Deus nos ſic alloqui pergat: ſcit enim cur id agat. Quod ſi vitia, quæ in nobis inſunt, non animadvertamus: quamvis etiam illa in nobis non eſſent, Deus tamen nos de die in diem, imo vero unoquoque momento,

exhorreſcat ſe Deo prorſus æqualem conſtituere. Si quæratur ex hominibus, num ipſorum ſcopus ſit tam alte aſcendere, ut nolint Deum in ipſos imperium ullum habere, ſtatim abnuent, & inquient, Quomodo? Nonne omnino inſanus eſſem? Sed tamen, quum adverſus ipſum irritamur, id agimus. Quum volumus nos juſtificare, & excuſare noſtra peccata, nonne illud eſt Deo inſultare, ipſique adeo bellum inferre? Quando igitur ſic in certamen & contentionem cum ipſo deſcendimus, videmur nobis adverſariorum partes adverſus ipſum ſuſtinere poſſe: ut ſane ſi homo Majeſtate Dei non percellatur, perſuadebit, ſe cauſam adverſus ipſum obtinere poſſe: nec unquam poterit contineri. Si igitur temeritas noſtra nos eo uſque impellat, ut adverſus Deum pugnare velimus, id ſignum eſt, nos imaginari, in nobis virtuti ejus parem & æqualem eſſe virtutem. Non ſine cauſa igitur Deus hic nos, quotquot ſumus, magnos & parvos ad certamen provocat, oſtendens, nimiam hanc eſſe noſtram veſaniam, imo vero rabiem, quando ſic in certamen adverſus ipſum deſcendimus: neque enim illo unquam ſuperiores eſſe poterimus. Notemus autem diligenter, quum Deus dicit, *Accinge lumbos tuos inſtar ſtrenui viri*, eum hic declarare, fruſtra nos aliquid nobis de viribus noſtris polliceri. Quid in cauſa eſt ut ita audaces ſimus, quando juſtos nos eſſe arbitramur, & ſapientes videri volumus, niſi quod illud, quod non eſt, opinamur, nobiſq; perſuademus? Niſi ſtulta hac opinione, qua nobis perſuademus, in nobis aliquas vires eſſe, imbuti eſſemus, nullus unquam ſic Deo ſe opponeret. Diſerte igitur hic mentio fit virium humanarum, ut oſtendatur, nihil aliud eſſe quam fumum, quicquid de ipſis cogitant homines: & fruſtra illos ſibi perſuaſuros, ſe robuſtos eſſe: Deus enim ipſos tales, quales ſunt, agnoſcit. Interim oſtendit, ſe nolle fictam & ſimulatam humilitatem, quomodo videmus, multos, volentes ſe coram Deo humiliare, mentiri: hoc eſt, ore confeſſuros id quod ab ipſorum corde alienum & remotum eſt. Apud Papiſtas hæc virtus humilitas commendatur: ſed poſtquam dixerunt, Væ miſero mihi peccatori, nihilominus tamen ſermonibus illi confeſſioni penitus contrariis & pugnantibus utuntur, quum aiunt ſe mereri coram Deo, & quamvis ſint peccatores, ſe tamen habere ſuas ſatisfactiones, quibus ſe redimant, arbitrantur. En igitur Papiſtas, qui ſuperbia inſtar bufonum inflati, interim ſimulant ſe reos ſe coram Deo peragere. Inter nos vero quam multi ſunt, qui ſic arrogantia turgent? Denique homines non poſſunt veræ humilitatis niſi per ludibrium & contemtum ſignum dare, quia ſibi ſe magni pretii & valoris eſſe putant. Ea de cauſa Deus hic declarat, quando omnes noſtras vires examinaverimus, & diligenter, quid in nobis ſit, reputaverimus, nos tandem comperturos, tonui ipſius, quæ noſtri reſpectu nimis fortis & valida eſt, allidamus, ſub ipſa nos frangi & conteri oportebit, tunc ipſam onus eſſe nobis nimis grave, atque adeo intolerabile, ſentiemus. Interim dicitur, *Poteriſne judicia mea pervertere, & te juſtificando me condemnare? Si hoc te facere poſſe exiſtimas, vide num poteris omnes mundi ſuperbos dejicere.* Hic Deus ſuſcipit cauſam, quam inſtituit adverſus Jobum agere, nempe ſe juſtiorem inventum iri: non quod is Jobi ſcopus fuerit, ut adverſus Deum tam turpiter blaſphemaret, ſexcenties ſe mortuum eſſe maluiſſet, quam tam horrendum quidpiam cogitaſſe, ut vellet Deum condemnare: ſed tamen ita ſe res habet, nempe hominem, quando vult ſe juſtificare, hocque ſibi propoſuit, Deum neceſſario condemnare: quando vult cauſam ſuam tueri, neceſſario Dei judicium pervertere. Hoc jam ſuperius declaratum fuit: ſed in memoriam revocandum eſt: nec inanis & ſuperflua eſt hæc repetitio, qua hic utitur S. Spiritus. Notemus igitur, ſtatim atque homo ſuſcipit cauſam ſuam adverſus Deum tuendam, quaſi ipſe juſtus eſſet, eum velle, & quidem oblique, Deum condemnare: & quamvis id ſibi non propoſuerit, eum tamen id agere. Cur? Quia Deus juſtus nec Judex etiam poteſt eſſe, donec nos omnes condemnatione digni fuerimus. Quamdiu homines in ſe aliquam juſtitiam habebunt, quomodo erit Deus ipſorum Judex? Atqui nos ſemel omnes condemnavit: quod ſi juſtitia aliqua eſt in nobis, injuriam nobis facit: dejiciatur itaque omnis noſtra juſtitia oportet, hoc eſt, cognoſcamus, nihil in nobis eſſe præter iniquitatem, noſque vel unicum laude dignum virtutis granum non habere, ſed quicquid in nobis ſit, nihil aliud eſſe præter fœtorem & meras ſordes. Donec eo uſque pervenerimus, Deus non poteſt eſſe Judex mundi. Quiſquis igitur vult cauſam ſuam tueri, ſibique & aliis perſuadere ſe purum & innocentem eſſe: is judicia Dei, quantum in ipſo eſt, pervertit, præterea Deum ipſum crudelitatis condemnat. Scriptum eſt, ut Deus juſtus ſit, omne os claudi oportere, & univerſum adeo mundum ſe reum coram Deo peragere. En verba D. Pauli in tertio capite ad Romanos. *Rom. 3. verſ. 19.* Quum ita ſe res habeat, nulla erit amplius juſtitia in Deo, ſed tolletur, ſi os apertum habeamus, & adverſus ipſum aliquid ad cauſam noſtram agendam objiciamus. Videmus igitur, non fruſtra hic dici Jobo, ipſum voluiſſe pervertere judicium Dei, & voluiſſe ipſum, ſe juſtificando, condemnare. Quod ſi id Jobo accidit, qui ſanctitate Angelica præditus fuit, qui in medio tentationum ſuarum ſemper profeſſus eſt, ſe velle Deo gloriam tribuere, Heu! quid nobis fiet, qui tam fragiles ſumus? Numquid tantos in timore Dei progreſſus, quantos ille, fecimus? Numquid tanta humilitate, quanta ille, præditi ſumus? Multum abeſt. Et tamen videmus eum peccaſſe, & quidem

Digitized by Google

CONCIO CENTESIMA QUINQUAGESIMA QUINTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XL.

4. An eſt tibi brachium ſicut Deo, & an voce, ſicut ille, tonabis?
5. Orna te nunc celſitudine & ſublimitate, gloriaque ac decore indue te.
6. Diſperge furores iræ tuæ, & vide omnem ſuperbum, & humilia eum.
7. Vide, inquam, omnem ſuperbum, & deprime illos, & contere illos in loco ſuo.
8. Abſconde eos in pulvere ſimul, faciem eorum liga in abſcondito.
9. Tunc fatebor, dexteram tuam te poſſe ſervare.
10. Ecce Behemoth, quem feci tecum, herbam tanquam bos comedit.
11. En nunc potentia ejus in lumbis ejus eſt, & fortitudo ejus in umbilico ventris ejus.
12. Celeriter movet caudam ſuam, quæ eſt ſicut cedrus, nervi teſticulorum ejus perplexi & implicati ſunt.
13. Oſſa ejus baculi ærei: oſſa, inquam, ejus ſicut virga ferrea.
14. Ipſe eſt principium viarum Dei, qui fecit eum, gladium ſuum ei applicabit.
15. Profectò germen montes ferunt ei, & omnis beſtia agri ludunt ibi.
16. Habitat inter arundines, & in locis humidis.
17. Tegunt eum arbores, & circumdabunt eum ſalices torrentis.
18. En ſorbebit fluvium, nec trepidabit, confidit quod Jordanem in os ſuum attrahet.
19. Capietur hamo in naribus ſuis, & perforabitur.

VIdimus heri, homines, quum in rebus adverſis indignantur, eo quod ſe, Deum condemnando, juſtificare velint, ipſi litem intendere: quamvis enim ſic ore ſuo non loquantur, ita tamen ſe res habet, ut homo, ſi velit ſe excuſare, Deum condemnet. Nunc vero quis cauſam obtinebit? En vero, cur dicitur, etiamſi vires noſtras omnes attulerimus, id minime profuturum: multumque abfuturum, ut ei qui nos creavit, quique omnia in ſua manu habet, pares ſimus. Nunc autem nobis oſtenditur, quid nos præ Deo ſimus, ut loquacitas noſtra reprimatur. Ac ſane hoc eſt, quod homines ad humilitatem debet adducere, quum ſuam conditionem reſpiciunt, tum etiam quæ ſit gloria & majeſtas Dei cognoſcunt. Nam ſi homines ſe duntaxat reſpiciant, ſibi ſemper aliquid attribuent, ſeque vana fiducia efferent: ſed quum oculos in altum tollunt, Deum contemplantur, poſtea ad ſe deſcendunt, ecce illos penitus proſtratos. Dicitur igitur, *Numquid brachium tuum ſimile eſt brachio Dei, & an voce ſimili ipſius voci intonabis?* Atqui ſi homo brachium ſuum intueatur, imo vero omnes mundi vires, quid in ipſis inveniet, præ immenſa & infinita illa potentia, quæ in omnia dominationem & imperium obtinet? Verum eſt, ut jam dixi, ſatis ſtultitiæ in homine futurum, ut vires ſuas magnas eſſe putet, quum non longius aſpectum ſuum proferet: ſed ſtatim atque Deus ſe exerit, cætera omnia tanquam aboleri neceſſe eſt. Ut vero hoc nos melius afficiat, dicitur Jobo, ut *gloria ſe induat, magnificentia, & majeſtate.* En quomodo Scriptura de Deo loquitur: præterea etiam, quomodo res ipſa loquitur, quid eſt cœlum nisi pallium regale, quo Deus amictus eſt? ita ut cogamur ad reverentiam moveri & affici, quando creaturas contemplamur: nihil enim eſt quod non inſerviat ad ornandam Majeſtatem Dei, eo ut ipſa à nobis, ut par eſt, utque meretur, adoretur. Nunc vero ſimilia ornamenta conquiramus: Quis phrygio aut ſartor ejuſmodi texere poterit? Ubi eam materiam reperiemus, ut nos gloria ſimili ei, quæ in Deo apparet, ornare poſſimus? Valde igitur dementati ſint homines oportet, quum eo uſque excæcantur, & ſeipſos obliviſcuntur, ut adverſus Deum obmurmurent, ſe ipſi adverſarios conſtituant, & eum adverſus

Pſal 104. verſ. 1, 3.

Digitized by Google

ut Deum unum eſſe, qui omnia fecit & gubernat, intelligamus. Cæterum, quantum attinet ad id quod dicitur de hac Dei *voce ſonora*: verum eſt, homines nimis alta voce interdum clamare: ſicuti animadvertitur, ipſos linguas ſuas acuere ad blaſphemandum adverſus Deum & eum deteſtandum. Dicitur in
Pſal. 73. verſ. 9. Pſalmo, improbis non ſatis eſſe, quod ſuperbi ſint inter homines, hunc falſo accuſent, alium ad certamen provocent, proditionibus & malis artibus utantur: ſed impurum ſuum os in cœlum erigere, Deumque ſibi in adverſarium depoſcere: eorum denique ſuperbiam ejuſmodi eſſe, ut divinam Majeſtatem ipſam impetere audeant. Ecce igitur homines, qui ſtrepitum quidem edunt: ſed tamen Deus ipſis, quando illi videbitur, ſilentium imponet. Quomodo vero? Superius vidimus, tonitrua, ſicut etiam in
Pſal. 29. & 77: 20. Pſalmo dicitur, eſſe tanquam vocem Dei. Quando igitur tonitru facit ut reboënt montes, aër ſono illo tanquam finditur, terra tremit, arbores commoventur, ſcopuli expaveſcunt: quando illa omnia audimus, quis noſtrûm amplius ſibi ſumat adverſus Deum loqui? Habet enim vocem quæ nobis ſilentium imponet: alte & pleno gutture vociferemur, invitis tamen nobis Deus audietur, omnes noſtræ obmurmurationes concidant oportebit. Cæterum quamvis Deus non tonet eo modo, nobis tamen declarans ſuam voluntatem, os nobis claudet, omneſque adeo noſtros clamores extinguet. Non erit opus, ut de cœlo deſcendat, aut hic ſe videndum forma viſibili præbeat: ſed quomodo omnia verbo ſuo creavit, quæ etiam vi ipſius ſuſtinentur: per ipſum efficiet, ut non ſolum linguæ noſtræ, ſed ingenia & omnes virtutes noſtræ deficiant. Deus itaque varios loquendi modos obtinet, quibus ita ſilentium imponit hominibus, ut, quum volent ipſi reſponſare, futurum ſit ut nullo modo audientia ipſis præbeatur. Quapropter diſcamus ſponte tacere, & heſternum præceptum ad praxin obſervare, nempe manum ori apponere: quamvis natura noſtra ea audacia nobis ſit inſita, ut adverſus Deum inſurgamus, ei ſuperbiæ diabolicæ reſiſtamus: diſcamus Deo noſtro ſimpliciter gloriam tribuere, confitendo nihil eſſe præter miſeriam in nobis. Quando ita ſponte confuſi erimus, non ſolum ea vox Dei non erit amplius nobis formidanda, ſed nos vivificabit: Deus etiam nobis os aperiet, ita ut libere loqui poſſimus. Unde fit, ut fideles poſſint adverſus Diabolum gloriari, mortique adeo poſſint inſultare? unde proficiſcitur ea confidentia, quod poſſumus Deum tanquam Patrem noſtrum invocare, noſque illius filios appellare? Quoniam os clauſum habuimus, quando nos condemnavimus, didicimus nos nihil eſſe, nihilque præter meram vanitatem in nobis eſſe. Quando igitur os ſic clauſum habuimus, eo ut quidquam nobis compeſcere, ſuperbos, ipſos conſumere: & an poſſint improbos delere. Si id fecerint, oſtendent, ſe in ipſis habere materiam ſe efferendi: ſed ſi id non adfuerit, quomodo litem aliquam Deo intendere poterunt? Hic autem ſemper eſt ea comparatio, quam jam attigi: ut nempe, quum, quid ſit Deus, ejuſque natura & officium, cognoverimus: contra nos intueamur, ut id ex una parte Dei gloriam incomprehenſibilem, ex altera tot miſerias, quæ in nobis ſunt, magis elucere faciat. In ſumma nobis hoc in loco ſignificatur, Dei munus eſſe ſolo ſuo aſpectu omnes ſuperbos in abyſſum præcipites mittere, & improbos exterminare: quumque regnare & triumphos ſuos agere videbuntur, eos ex terra deletum iri: Deus id ſibi attribuit. Nunc vero an idem poſſunt efficere homines? Numquid aſpectu præditi ſumus, qui hoſtes noſtros abolere, & in primis improbos extinguere & delere poſſit? Cæterum hic notemus, Deum non loqui de potentia abſoluta, ſicuti diximus; ſed de potentia conjuncta cum ipſius juſtitia. En vero cur expreſſe loquitur de ſuperbis & improbis. Hæc duo igitur bene notemus: Deum hic ſe magnificare, quod ſolo ſuo aſpectu poſſit perdere & exterminare improbos, & interim parcat ſuis creaturis, nec virtutem & potentiam illam exerat, niſi in ſuperbos & improbos: Deus igitur eſt omnipotens: ſed, quicquid ſit, vult illic juſtitiam ſuam agnoſci, & homines confiteri, (ſicuti res etiam ipſa id oſtendit,) id eo ſpectare, ut domentur deſideria omnium eorum qui ſe ipſius Majeſtati ſubmittunt & ſubjiciunt: contra, ipſum fulminare in eos, qui nimium ſibi arrogant, qui ſuperbiunt, exceptionibus & contradictionibus utuntur, ut Deum ſibi infenſiſſimum & capitalem hoſtem reddant. Quomodo autem ſuperius de *voce* actum eſt, ſic modo nobis de *aſpectu* tractandum eſt. Fideles petunt à Deo ut ipſis faciem ſuam oſtendat: en enim ubi poſitum eſt omne noſtrum gaudium, felicitas & ſalus: quomodo dicitur in Pſalmo, Pſal. 80.
Domine, oſtende nobis faciem tuam, & ſervabimur. v. 8.20.
En igitur omne noſtrum bonum, en omnium noſtrorum votorum cumulum & complementum. Quid igitur omnium maxime nobis optandum eſt? Aſpectus Dei: ſicuti contra, quando ipſe tergum nobis obvertit, ſe nobis abſcondit, nos quaſi perditos & deſperatos eſſe oportet: nihil enim eſt, in quo poſſit homo conquieſcere, niſi quando cognoſcit, Deum ipſius curam gerere. Tantiſper igitur dum Deus dignatur oculis apertis nos intueri, eſt unde gaudeamus, ſumus certi, ipſum nos conſervaturum, nihilque nobis timendum eſſe: ſed ſtatim atque Deus nos oblivioni tradidit, expaveſcimus: nec ſine cauſa: ſumus enim tanquam prædæ expoſiti Satanæ, centum mille mortes nos cingunt, nec ullum eſt remedium. Videmus igitur, aſpectum Dei eſſe optandum, & qui-

Digitized by Google

verſ. 20. ut dicitur, fore, ut, quiſquis exaltabitur, deprimatur.
Mat. 23. Notemus igitur, Deum immortale & ἄσπονδον bel-
verſ. 12. lum gerere cum iis omnibus, qui ſe intra limites ſuos
Luc. 14. non continent, qui tenuitatem ſuam, eo ut ſe humi-
verſ. 11. lient, non agnoſcunt, ſed attollunt ſe: Deum, in-
& 18:14. quam, cum illis concurrere & congredi. Si hoc bene
cognitum eſſet, nequaquam tot concionibus opus
eſſet ad nos ad humilitatem adducendos. An non
enim illud horrendum eſt, vermiculos terræ dedita
malitia adverſus Deum pugnare? Atqui omnes qui
ſibi quidpiam arrogant, qui ſe aliquid eſſe putant,
qui ſibi perſuadent ſe ſapientes, virtute præditos, aut
juſtos eſſe: illi, inquam, omnes Deo bellum inferunt.
Etiamſi id ore non profiteantur, nihil refert: res
enim talis eſt: Deus quoque declarat, hominem non
poſſe ſe juſtificare quin cum coelo ſe committat. Si
igitur de hac doctrina ſerio perſuaſi eſſemus, omnes
ſuperbos eſſe hoſtes Dei, & ejus iram adverſum ſe
provocare, longe alia ſimplicitate & modeſtia, quam
ambulamus, ambularemus. Sed quid? Videtur no-
bis, Deum recedere debere, ut loco nobis cedat. En
vero quomodo homines inebrientur. Si tamen hodie
hanc doctrinam non auſcultaverimus, ut nos ipſi ſub-
jiciamus, tandem experientia ſentiemus, non fruſtra
dici, *Aſpectum Dei ſuper excelſos eſſe, ad eos delendos &*
Pſal. 37. *exterminandos ex terra*: ſoloſque mites & placidos hæ-
verſ. 9. reditatem perpetuam obtinere. Sed, ut melius ex hac
doctrina utilitatem capiamus, notemus qui ſint ſu-
perbi. Neque enim ab hominibus ita ſemper cogno-
ſcitur ſuperbia, ut condemnetur: ſed quicunque in
virtute ſua confidit, quiſquis de juſtitia ſua aut ſa-
pientia ſibi aliquid perſuadet, quiſquis ſe in ſua ſubli-
mitate & auctoritate inebriat, quiſquis denique li-
mites & menſuram ſibi aſſignatam tranſilit, is ſuper-
bus eſt coram Deo. Quomodo vero homines menſu-
ram ſibi aſſignatam tranſiliunt? Quum ſe vel unicam
boni guttam ex ſeipſis habere putant: donec enim
infra nihilum fuerimus depreſſi, nulla eſt modeſtia
aut humilitas in nobis. Cæterum quando Deus nobis
aliqua dona impertitus fuerit, nos Sancti ſui Spiritus
dotibus ornarit, ne propterea cornua adverſus ipſum
ad eum irritandum erigamus. Si agili & acuto inge-
nio præditi ſumus, id nequaquam ex nobis habemus:
quare non debemus inde occaſionem capere nos at-
tollendi, eo enim magis Deo ſumus obſtricti. Cæte-
rum is qui omnium maximus eſt, conetur parvis in-
ſervire, nec contemnat eos quos Deus in eodem cum
ipſo dignitatis & honoris gradu collocavit. Quando
igitur nos aliquid eſſe putabimus, aut propter dona à
Deo in nos collata, arrogantia ad contemnendos pro-
ximos noſtros inflabimur: en ſuperbiam, quæ Deum
irritat, ejuſque vindictam adverſus nos provocat.
Quid igitur facto opus eſt? Si nolumus Deum pro
adverſario habere, diſcamus ei quod in nobis eſt dif-
tibus laxaturos. Superbia igitur nos abripiat oportet,
quum injuria & violentia adverſus proximos utimur,
hunc prædamur, alius ſubſtantiam diripimus, deni-
que omni malignitate utimur: ſignum illud eſt, in
nobis nullum Dei timorem eſſe, non etiam cognoſce-
re, nos eſſe mortales. Qui enim cogitabit, ſibi duntaxat
per hunc mundum tranſeundum eſſe, vitamque ſuam
caducam & fragilem eſſe; certum eſt, ipſum vel hac
ſola cogitatione contineri poſſe. Faſcinatos igitur
eſſe oportet homines, nec amplius cognoſcere quales
ipſi ſint, aut qualis ſit ipſorum conditio, quum ad
omne ſcelus & flagitium ruunt. Ac ſane en cur Pro-
pheta Habacuc, quando dicit juſtum ex fide victu- *Hab. 2.*
rum, contra pronunciat, omnem ſublimitatem deje- *verſ. 4.5.*
ctum iri. Quid vero intelligit per omnem ſublimita-
tem? Intelligit omnem adverſus Deum rebellionem,
& nequitiam adverſus homines: ſed utitur hoc voca-
bulo ſublimitatis, quia homo ſeipſum obliviſcitur, &
eſt quaſi dementatus, quando ſic ſe ad omnem nequi-
tiam projicit, & Deum ſuum irritat. Nunc vero poteſt
quæri, an Deus ex hoc mundo omnes ſuperbos exter-
minet: animadvertitur enim potius, ipſum illis parce-
re, habenas remittere, illoſque pro arbitrio ſuo trium-
phos agere. Sed notemus, non eſſe noſtrum, terminum
aſſignare, ut Deus in inſtanti confundat & deſtruat
omnes ſuperbos: id efficiet, ſed tempore opportuno.
Quamvis igitur ſuperbi dominentur, Deus illos ſinat
agere quæ volunt, quin etiam rideant illi, quaſi ipſe
non haberet illos reprimendi potentiam: hoc tamen
ſemper proprium munus habet, ut ſolo ſuo aſpectu
ſuperbos & improbos ex hoc mundo deleat. Verum,
quomodo dicitur in Scriptura, aliquando ſe abſcon-
dit Deus à fidelibus: non quod unquam ipſos oblivio-
ni tradat, aut ipſorum curam non gerat: ſed id reipſa
non oſtendit, eo ut fidem & patientiam noſtram pro-
bet. Videtur Deus nos oblivioni tradidiſſe quum in
aliquo periculo verſamur, quum etiam ictus ſentimus,
denique mortem præſentem videmus: interim vero
non videmus, Deum velle nobis manum porrigere:
tum vociferamur, Heu! Domine, ubi tu es? quomodo
mei oblitus es? En querelas, quas ſecundum noſtrum
ſenſum carnalem proferimus. Sic videtur Deus non
reſpicere ſuperbos, quando ſic illos virus ſuum ejice-
re patitur, totque violentias & atrocia ſcelera, quæ ab
ipſis patrantur, tolerat. Si igitur ad tempus illi tole-
rantur, Deuſque diſſimulat; ſciamus, tempus nondum
veniſſe, ipſumque adeo illos in ſua ira reſpicere ad eos
perdendos & exterminandos. Hæc autem doctrina
debet ad geminum uſum inſervire: fideles enim de-
bent ſe conſolari: & quamvis Deus non ſtatim ipſos
improborum tyrannide liberet, habent tamen ipſi
occaſionem in eo conquieſcendi. Cur? non ſequitur,
ipſum deſeruiſſe ſuum munus, & quidem quamvis
in ipſum illi inſurgant, ſed tempus opportunum

improborum melior ea bonorum, vitam æternam non deſinamus ſemper ſperare, quamvis ea nobis non appareat. Cur? Quoniam Deus ipſam nobis pollicitus eſt. Quod autem ex ejus ore promanavit, non eſt irritum. En igitur quomodo nobis hac doctrina utendum eſt. Nunc vero videamus, an id, quod hic Deo tribuitur, poterimus efficere. Numquid ſolo aſpectu poterimus improbos in abyſſum præcipites agere? numquid omnibus ſuperbis terram, quomodo Deus poſſet, ſi vellet, purgare poterimus? Heu! qui ſumus nos? Diſcamus igitur gloriam dare ei, qui ſe mundi Judicem exhibet, qui omnem poteſtatem in ſua manu habet, eaque ejuſmodi ordine & æquitate utitur, ut in ipſius operibus nihil carpendum & reprehendendum ſit. Quamvis autem res ſæpius nobis perturbatæ & confuſæ videantur, nihilominus tamen Dei potentiam & ejus bonitatem, quæ ſe in ipſis exerit, contemplemur: quod ſi oculos puros habeamus, certum eſt, nos omnino cognituros & judicaturos, Deum juſte mundum regere. En igitur quomodo nobis obſervanda eſt hæc doctrina, quando Deum in ſe talis qualis eſt, & qualem ſe reipſa & experimentis exhibet, cognoverimus: in nos deſcendamus, infirmitatum noſtrarum examen inſtituamus, quo nos humiliemus, nec ſumamus nobis, ut cum eo, qui in ſe omnis juſtitiæ & virtutis perfectionem continet, diſceptemus. En in ſumma quod nobis retinendum eſt. Quin etiam diligenter expendamus vocabulum, quod concluſionis cauſa hic adjicitur, *Hominem poſſe ex ipſius manu evadere, quum id habuerit:* quaſi diceretur, Deum confiteri, homines tunc ipſo carere poſſe. Quando igitur unuſquiſque noſtrûm ea virtute, cujus hic ſit mentio, præditus erit, non eſt opus ut amplius ad cœlum confugiamus, & Deum in Servatorem noſtrum invocemus: unuſquiſque enim ſe ſervabit. Quando id dicitur, ad eam cognitionem homines revocantur, quod opus habent aliunde ſervari, nec habent vitam ſuam in ſua manu, nec ſe ullo modo ſervare & tueri poſſunt. Cognoſcamus igitur, nos non vivere ex nobiſipſis, nec facultate ulla ad nos tuendos præditos eſſe: quin etiam quamvis univerſus mundus nobis faveret, & viderentur nobis omnia ex animi ſententia ſuccedere: nihil tamen ſumus: ſed toti ex Deo noſtro pendeamus, & manu ejus ſervemur, oportet. En unum notandum. In ſpecie autem illud ſatis tritum & vulgare eſſe videtur: quomodo natura docentur homines ad Deum confugere: ſed tamen nonne ea ebrietas aut potius rabies cernitur, quæ nos abripit, quod unuſquiſque ſe ſervatorem ſuum eſſe, & poſſe ſe tueri putat? Quis autem id nobis dixit, niſi quod falſo illo delirio, quod nobis in cerebrum Satan immiſit, dum aliquam in nobis eſſe virtutem, ſapientiam, & juſtitiam cogitamus, præoccupati ſupoſſunt? Nonne quod poſſunt, idcirco poſſunt, quia Deus ipſos illic conſtituit, illiſque adeo utitur tanquam inſtrumentis? Non debent igitur media, quæ Deus in hoc mundo conſtituit ad ipſius Majeſtatem, poteſtatem, & juſtitiam declarandam, ipſam obſcurare, & impedire quominus ejus gloria tam bene eluceſcat, ſed majorem potius ipſi ſplendorem conciliare. Cæterum videmus, quomodo, quando ita ipſi viſum eſt, etiam manum non admoventibus hominibus, operetur. Concluſionis cauſa hic oſtenditur, Deum creaſſe belluas cùm in mari tum in terra: & quidem ejuſmodi beſtias, quæ nobis terrorem incutere debeant, ne amplius tantopere nos in ipſum inſurgendi titillet deſiderium. Diſerte vero mentio ſit *Behemoth*. Nomen *Behema* ſignificat ſimpliciter belluam: ea autem appellatione boves & aliæ beſtiæ comprehenduntur. Hic numero plurali dicitur, *Ecce Behemoth* quod creavi tecum: & verba fiunt tanquam de una aliqua beſtia, quamvis nomen ſit plurale: ſed quoniam Deus hic voluit ſpeciem aliquam deſignare, en cur in numero plurali ponit *Behemoth*. Non poteſt tamen divinari, quam ſpeciem animalis innuat, niſi elephantem intelligas, propter ingentem molem corporis, qua animal illud præditum eſt. Eum autem hic neque de bove, neque de equis, nec de aliis ejus generis animalibus loqui apparet: quia dicitur, *Ecce Behemoth, quod comedit fœnum ſicut bos.* Deus igitur diſerte diſtinguit inter ſpeciem illam animalis, de qua verba facit, & boves. Abſque eo quod igitur multum laboremus, notemus, Deum hoc in loco ſpeciem animalis elegiſſe, quam nos penitus admirari oporteat. En elephantem, qui corpore tam robuſto eſt, ut dicatur, *ejus oſſa eſſe inſtar æris, oſſicula ejus, aut cartilagines quæ vocantur, eſſe tanquam vectes ferreos*: id enim incredibile eſt nobis, qui non ſumus aſſueti: ſed qui beſtias illas intuentur, vel ſolo illarum aſpectu expaveſcunt: videntur illæ ex arte factæ eſſe, quum tanta ſit ipſarum magnitudo. Quod ſi ſatis ſaperemus, non opus eſſet, nos extra nos exire ad contemplandam Majeſtatem Dei: ſed homines ad belluas amandari oportet propter ſuam ingratitudinem, quando Deum non agnoſcunt prout ipſe ſe in illis patefacit. Propter ſtuporem igitur & ingratitudinem noſtram talia ſpecula, qualia hic nobis in elephantibus & belluis ſimilibus proponuntur, habeamus oportet. Quum igitur videmus, Deum illa animalia ea forma & magnitudine creaſſe, etiamſi nullum aliud virtutis ejus ſignum & documentum haberemus, demittendi tamen capitis, & ſublimus illius Majeſtatis, quæ ſe in feris illis exhibet, adorandæ juſtam occaſionem haberemus. Expreſſe vero dicitur, *illos elephantes nobiſcum creatos fuiſſe*: ut oſtendatur nobis, Deum animalia diſcreviſſe, ut ipſi viſum fuit, & conſtituiſſe ordinem admirabilem in mundo, ut

homines

Digitized by Google

deſtituiſſe. Ecce ingentem corporis molem: & tamen flectere poplites non poſſunt, ſed recti ſtent oportet: proſtratus enim elephas non poſſet exſurgere. Quando igitur ejuſmodi virtutem ex parte una cernimus, ex altera talem defectum, nempe quod illorum non flectantur genua, & cogantur belluæ illæ ſtantes quietem capere, quumque elephas proſtratus jacet, ſi quis ipſum velit in pedes rectum ſtatuere, id perinde eſſe, atque ſi domum vellet erigere: quando id videmus, nonne glorificandæ bonitatis Dei materiam & occaſionem habemus? Quid enim impedit, mus omnes in ejus timore ambulare, noſque ipſi penitus, nihil nobis arrogando, permittere, infirmitates noſtras, petendo ut ipſis ſubveniat, agnoſcamus. Quoniam vero ſexcenties in die vinceremur, niſi ipſe clypeus & protectio noſtra eſſet, libeat ipſi nos in primis adverſus noſtros hoſtes ſpirituales ſervare: nos omnibus noſtris tentationibus liberet, detque nobis virtutem, quo ipſis obſiſtere poſſimus, donec nos hac vita terreſtri, quæ eſt pugna perpetua, ad ſe evocarit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed omnibus etiam populis & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA QUINQUAGESIMA SEXTA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XL.

10. Ecce Behemoth, quem feci tecum, herbam tanquam bos comedit.
11. En nunc potentia ejus in lumbis ejus eſt, & fortitudo ejus in umbilico ventris ejus.
12. Celeriter movet caudam ſuam, quæ eſt ſicut cedrus, nervi teſticulorum ejus perplexi & implicati ſunt.
13. Oſſa ejus baculi ærei: oſſa, inquam, ejus ſicut virga ferrea.
14. Ipſe eſt principium viarum Dei, qui fecit eum, gladium ſuum ei applicabit.
15. Profecto germen montes ferunt ei, & omnis beſtia agri ludunt ibi.
16. Habitat inter arundines, & in locis humidis.
17. Tegunt eum arbores, & circumdabunt eum ſalices torrentis.
18. En ſorbebit fluvium, nec trepidabit, confidit quod Jordanen in os ſuum attrahet.
19. Capietur hamo in naribus ſuis, & perforabitur.
20. Num extrahes Leviathan hamo, & fune linguam ejus ligabis?
21. Numquid pones hamum in naribus ejus, & ſpina perforabis maxillam ejus?
22. Numquid multiplicabit ad te preces? numquid loquetur ad te mollia?
23. Numquid feriet fœdus tecum, atque accipies eum in ſervum perpetuum?
24. Numquid ludes eo tanquam ave, & ligabis eum puellis tuis?
25. Numquid eo epulabuntur & veſcentur ſocii? numquid illum divident inter ſe negotiatores?
26. Num implebis inſtrumenta piſcatoria pelle ejus, & capite ejus naſſam piſcatorum?
27. Pone ſuper eum manum tuam: non addes meminiſſe prælii.
28. Ecce, illius ſpes mendax eſt: nonne etiam ad aſpectum ejus proſternetur?

CAP. XLI.

1. NEmo eſt, qui excitet eum: & quis coram me ſtabit?
2. Quis me præveniet, & ego illi ſatisfaciam? quicquid ſub cœlo eſt, meum eſt.
3. Non tacebo robur membrorum ejus, aut ejus virtutes, aut gratioſam & jucundam ſingulorum ejus membrorum conformationem.
4. Quis detexit faciem indumenti ejus? cum duplici freno ejus quis accedet?

5. Quis

19. Non fugat eum ſagittarius, in ſtipulam vertuntur ei lapides fundæ.
20. Sicut ſtipula reputantur tela, & deridet vibrationem haſtæ.
21. Sub eo ſunt acutæ teſtæ, ſternit ſibi rem acutam in luto.
22. Fervere facit, veluti ollam, profundum: mare ponit ſicut mortarium.
23. Poſt ſe lucere facit ſemitam ſuam, reputabit voraginem canitiem.
24. Non eſt in terra dominatio ejus, & factus eſt ut ſit ſine terrore.
25. Omne ſublime deſpicit, eſt Rex ſuper omnes elatos.

OStendimus heri, Deum, poſtquam multa terreſtria animalia produxit ad teſtandam ſuam virtutem & gloriam, ex parte una elephantes, ex altera balænas adducere. Hocque ad ſermonis concluſionem ſpectat: ſi homines non contemplentur eſſentiam Dei, ipſos tamen debere ſentire quæ ſit ipſius Majeſtas, duntaxat intuendo belluas quas creavit: in primis vero illas, quæ vel ſolo ſuo aſpectu nos poſſunt terrere, ut Deus eo magis à nobis glorificetur. Heri autem vidimus, quid tractatum fuerit de elephante, qui ingenti eſt corporis mole, quæ nos admodum debet perterrefacere. Sed ſi coram bellua tremimus, numquid nos coram Deo audaces eſſe oportet, ut ipſo nos caſtigante litigemus,& indignemur,quando volet nos humiliare? Numquid nos tam ſtultos eſſe oportet, ut adverſus ejus juſtitiam obmurmuremus, aliqua in re ipſi repugnemus, & ejus imperium velimus deprimere & imminuere? Rabiem igitur ſuam cognoſcant homines, quando in Deum feruntur, quum belluæ ipſos tremere faciant. Antequam vero ulterius pergamus, nobis notandum eſt, in eo quod tam longa explicatio proponitur ejus ſpeciei animalium terreſtrium, quam diximus heri eſſe elephantes, (quamvis ea nominetur nomine generali *Behemoth:*) ſicut etiam longa hic texitur narratio de *Leviathan:* exiſtimatum eſſe, hic allegorice de Diabolo tractari potius quam de elephantis aut balænis: ſomnium vero iſtud confirmare voluerunt eo, quod tandem dicitur, *Regem eſſe filiorum ſuperbiæ* ejuſmodi balænam. Quum autem verba fiebant de ſpecie illa belluarum, quam heri attigimus, dicebatur, Deum illam fœno & herba ſicut boves paſcere. Videmus igitur, illa dici ad declarandam Dei potentiam in rebus viſibilibus, non autem ad deſcribendum Diabolum. Quod ad vocabulum illud *Leviathan* attinet, paſſim in Scriptura ſignificat Balænam, idque videmus in
Pſal. 104. *verſ.* 26. Pſalmo 104. ubi redditum eſt, Balæna; in Hebraïco textu eſt Leviathan: & ſatis notum eſt, illic agi de miraculis Dei, prout ea conſpiciuntur in mari, & quidem magis quam in terra. Eſt alia ratio omnino evidens ad evincendum, textum hunc ſimpliciter, non autem ita ſubtiliter accipiendum eſſe: vidimus enim ſuperius, Deum velle docere homines ſtylo rudi & craſſo pro ipſorum tenuitate, idque ipſum eo facere, ut illi melius ejus potentiæ convincantur. Præterea voluit illis ipſorum ſtultitiam exprobrare, in eo quod audeant adverſus ipſum inſurgere, quum belluæ ipſos redarguere poſſint. Notemus igitur, Deum hic doctrinam tradere hominibus, ad eorum arrogantiam irridendam, quum ipſos ad belluas amandat: quod locum non haberet, ſi de Diabolo verba fierent. Quando autem voluit balænam eſſe tanquam Regem ſuperborum; non inde ſequitur, ejuſmodi belluæ illius affectum eſſe, ſed id potius dicitur ad comparandum homines cum balænis: quaſi Dominus diceret, Verum eſt, homines in altum clypeos attollere, ſupra nubes ſaltare: ſed poſtquam omnes ſuas vires collegerint, multum ſibi arrogarint, quid illi erunt præ balæna? Sibi tantum quantum volet arroget homo, cum balæna poſtea ſe comparet, nonne habet illud animal majorem gloriandi occaſionem? Si enim cum domo aut turri conferatur, ſi cum monte, an non omnes illæ qualitates ipſi competent, in eo tantum robur comperietur, ut naves poſſit evertere? Quis vero homo ad tantam vim poteſt accedere? Videmus igitur, Deum diſerte oſtendiſſe, nos à balænis ſuperatum iri, ac proinde noſtram ſuperbiam nimis ridiculam eſſe: in primis quando eam audaciam ſumimus, ut adverſus ipſum inſurgere, eique quod ſuum eſt eripere, & ipſum ſua juſtitia ſpoliare velimus, in eo nos debere confuſos ſubſiſtere: & quidem ſine eo quod Deus deſcendat de cœlo, aut ſe in ſua Majeſtate patefaciat, ſufficiet, ut belluarum patrocinio ad tuendum ſuum honorem utatur. Verum autem eſt, anagoge quadam hanc ſimilitudinem ex balænis & elephantis accipi poſſe, ut ſentiamus quantopere virtus Diaboli nos debeat perterrere, quum aëris & mundi Princeps appelletur. En titulum quem Deus illi non ſine cauſa attribuit, nempe ut in timore ambulemus, animadvertentes, nos habere hoſtem tam validum, tamque potentem, *noſtri*, qui ſumus tam debiles, reſpectu. Ex uno igitur ad aliud argumentum deduci poteſt: quod, ſi Deo ſubjici nolumus, nos in ſervitutem Satanæ mancipari oporteat, iſque ſatis domare nos poſſit, quum nullas ad ipſi reſiſtendum vires habeamus. Ut, verbi gratia, quum verba fiunt de creatione mundi, Moſes non agit de Angelis: voluit enim parvorum & idiotarum doctor eſſe: *Gen.* 1.
atque ita proponit duntaxat id, quod oculis cernimus:

Digitized by Google

fieri oportcat : nam in mole illa ingenti corporis ipſorum, miracula infinita cernimus. Videmus ex parte una, quomodo nos ſuperent : videmus etiam, Deum nequaquam illis, quod gratuita ſua bonitate nobis conceſſit, dediſſe. Sic diſcamus, nos inſurgendo nihil profecturos: nam, quicquid ſit, à belluis ſuperabimur: interim noſtra ingratitudo in eo ſe prodit, quod exiguam admodum mercedem Deo propter dona quæ ab ipſo accepimus rependimus. Quid enim in cauſa eſt, quod non ſumus belluæ? Ut heri dictum eſt, elephas nonne nobiſcum creatus eſt? Numquid ex materia pretioſiore educti fuimus? Numquid in nobis aliqua qualitas erat, propter quam illis antecellere deberemus? Minime: ſed hoc ſolum fuit, quod Deus nos diſcrevit. Videmus tamen elephantas, qui, quamvis formidabili robore ſint, non ea tamen audacia ſunt prædíti, ut in nos impetum faciant: in loca humida ſe abdunt, nec commodum latibulum invenire poſſunt. Quum ita ſe res habeat, videmus ex parte una, quantopere plus Deo obſtricti ſimus: interim debemus debilitatem noſtram confiteri, quum verba ſiunt de belluis, quarum aſpectum ne ſuſtinere quidem poſſumus: quid fieret igitur nobis, niſi Deus illas cohiberet? Poſtea autem Deus nos ad mare deducit, & oſtendit, nos etiam illic nos humiliandi occaſionem habere: non ſolum in ea multitudine piſcium & varietate quæ illic conſpicitur, ita ut ſcriptores profani & infideles coacti fuerint dicere, ſi multa miracula ſuper terram conſpiciantur, veram officinam miraculorum naturæ eſſe in mari: ſed etiam quum conſiderabitur certa aliqua ſpecies duntaxat, ſumamus balænam, nonne incredibile eſt, ejuſmodi maſſam in aqua viventem cerni? Quis belluæ tam magnæ, tam robuſtæ, & tantæ molis, ſicuti illa cernitur, materiam poſſit formare? Videtur enim illa ſe attollere debere, ut prædam in terra auferat, nec eſcam eſſe in mari, quæ ipſi poſſit ſufficere. Videmus etiam, quid in ejus oſſibus, aut ariſtis, quæ ſunt plus quam oſſa, inſit, illic chalybs & ferrum cernitur: ſi etiam carnis ejus conformationem reſpicias, mireris oportet. Quo igitur tantum & tale corpus ſuſtentetur, magnas opes eſſe in mari neceſſe eſt. Quis vero eas ſuppeditat præter Deum? Neque enim mundum conſtituit, niſi ut etiam ipſum conſervaret: omnibus igitur rebus proſpexit. Quando igitur id videmus, diſcamus nos ipſi ſubjicere, aut aliis judicibus ad nos condemnandos, quam belluis ipſis brutis, non erit opus: non aliis inquiſitionibus opus erit ad nos reos peragendos, quam teſtimonio creaturarum, quæ per univerſum mundum tam mari quam terra ſparſæ ſunt. Si eam ſimplicitatem retinuerimus, præſtabit illa nobis omnibus ſubtilibus expoſitionibus, quæ poſſunt adduci: quemadmodum quum ii, qui hic allegorias conſtruxerunt, oſſa igitur eam duritiem tanquam vi frangat, noſque coſum ſuo jugo ſubmittere cogat neceſſe eſt. Vel ut etiam ab elephantis proculcemur, eorumque pedibus ventres noſtri premantur promeriti ſumus, quum eum, qui ipſos nobiſcum formavit, glorificare, honoremque ipſi debitum exhibere nolimus. Sed ſufficiat nobis, quod Deus nos ad ipſorum ſcholam amandet, ut humilitatem diſcamus. Præterea digni eſſemus, qui à balænis abſorberemur, quin etiam ut mare terram inundaret & obrueret: quod omnino foret, ut ſuperius declaratum eſt, niſi Deus ſua liberalitate nobis locum ad habitandum in ipſa aſſignaſſet, noſque infinita ſua bonitate toleraret, quamvis quot momentis temporis mereamur in abyſſum projici. Sed pro bono non vulgari ducamus, quod Deus nobis terra & mari det inſignia documenta, omniaque velit ſaluti noſtræ inſervire, ut & inſervient, niſi ab eo fine ignavia, ignorantia & malitia noſtra avertamur. En igitur præcipuum, quod nobis ex hoc loco colligendum eſt. Antequam vero per partes deſcriptionem hic propoſitam explicemus, notemus id quod hic dicitur. Deus enim declarat, quo fine hic loquatur de balæna. Ait igitur, *Quis in præſentia mea conſiſtet?* Quum igitur homines non audeant cete magna excitare, nec ad ipſa appropinquare, quiſnam, inquit, coram me poterit ſtare? Ea eſt comparatio quam jam attigimus, nempe ſi creaturæ, quæ ſunt exigua duntaxat portio virtutis quæ in Deo eſt, nos perterrefaciunt, quid futurum eſt Majeſtate ejus infinita? Quid enim eſt univerſus mundus Dei reſpectu? Dicitur, Deum cœ- *Eſa. 40.*
lum & terram tenere, nec opus eſſe ut extendat bra- *verſ. 12.*
chia ad univerſi hujus tam magni ambitum complectendum: ſed omnia ejus manu incluſa tenentur. Atqui cete unum eſt exigua duntaxat univerſi portio, & quidem quantumvis magna corporis mole præditum ſit, & quantumvis multa ejus generis ſint in mari. Præter infinitatem igitur illam aliorum piſcium magnorum & parvorum qui ſunt in mari, quos Deus regit & gubernat; en balænas quæ illic comprehenduntur. Quum igitur Deus in ſua gloria omnia comprehendat, & comprehendat tanquam rem nihili, nonne coram ipſo obſtupefieri debemus, quando ſimplex illa bellua nos trepidare cogit, ſicut hic dicitur? Et ad ejus confirmationem adjicitur, *omnia ejus eſſe.* Nam ſi adferatur, verum quidem eſſe, balænam eſſe formidabilem, ſed Deum non eſſe talem: Scilicet, inquit. Quid vero eſt balæna, niſi telum quod projicio, aut lapis funda vibratus? Hoc igitur cognoſcamus oportet, Deum balænis & aliis ingentibus belluis aliqua ſuæ virtutis indicia impreſſiſſe, ut ſciamus, ipſas ex ejus manu profectas eſſe, eumque ipſis uti, ut illas ad eum uſum, quem ipſe velit, applicet: ita ut balæna noſtri reſpectu debeat conſiderari, quaſi Deus lapidem funda projiceret, quo aër perſonaret, nos

vero

Digitized by Google

nat oportet, poſtea nos erigat: ſed ſi voluerimus nos magnos & elatos præſtare, nunquam id, quod volemus, perficiemus, ſed potius exitii noſtri id cauſa erit. Vocabulum igitur *ſubſiſtendi* innuit hominem nunquam bonam cauſam habiturum, ſe juſtum & ſapientem tuendo: ſed oportere, ut primum penitus deprimatur, & cognoſcat, Deum omnem poteſtatem, virtutem & juſtitiam habere, noſque in natura noſtra non poſſe non ad inferos uſque detrudi. Verum eſt, Deum non ſolum velle ut ſubſiſtamus, ſed nos ſupra cœlos attollere, non quod ad corpus quidem modo attinet: ſed id facit poſtquam nos proſtravit. Notemus igitur, magnam diverſitatem inter iſta duo eſſe, quando homines ſibi ſapientiam aut juſtitiam attribuentes, aliquid eſſe volunt, & quum omni bono vacui ad Deum confugiunt, & precantur ipſum, ut eos inſtauret, quum omni gloria ſpoliati ſint, nihilque in ſe præter confuſionem habeant. Poſtquam igitur hanc doctrinam didicerimus, neminem coram Deo poſſe ſubſiſtere, agnoſcemus, in nobis nihil eſſe præter omnem fœtorem: idque quod in ſpecie nos habere putamus, nihil eſſe præter vanitatem: omnemque adeo opinionem illam, quam conceperimus, nos fallere: quando, inquam, id bene perſuaſum nobis fuerit, tum Deus nos attollet: omniaque ipſi, ad illum tanquam Patrem, & eum qui nobis illa non adſtrictus, & nullo noſtro merito dedit, glorificandum, accepta feremus. Atque hoc eſt fidei noſtræ principium generale, omnem carnem coram ipſo tacere debere, tum cognoſcendum eſſe, ſi aliqua in nobis viriditas ſit, futurum ſtatim ut marceſcamus: in nos duntaxat inſufflet, tum illico ſine virtute & vigore ullo præterfluemus: omnis enim noſtra juſtitia nihil aliud eſt quam maledictio. En, inquam, principium generale noſtræ fidei, ut gratia hæc, quæ nobis in Domino noſtro Jeſu Chriſto patefacta eſt, cognoſcatur, ad eam confugiamus, nullum initium aut complementum fidei noſtræ exſpectemus, niſi in eo, quod gratuito, hoc eſt, ſine eo quod ipſum ullo modo obſtrinxerimus, aut illi quidpiam noſtrum offeramus, operari Deo viſum eſt. En etiam cur expreſſe adjicit, *Quis me prævenit, & ego illi ſatisfaciam?* Quaſi diceret, Si velimus cum ipſo litigare, oportere ut nobis debeat, ſit obſtrictus, jus denique aliquod adverſus ipſum habeamus. Ubi vero reperietur homo, qui jus aliquod adverſus Deum proferat, quo illum ipſi obſtrictum eſſe probare poſſit? Sed contra videmus, nos omnia ab ipſo habere, ipſum vero nihil nobis debere: & tamen adhuc ita obſtinati ſumus, ut adverſus ipſum litigare velimus. Hoc autem in genere proferri, ad nos docendum, nos debere nos ſubmittere manui Dei, & quidem ipſum ſapientem,
Rom. 11. juſtum & potentem, quicquid agat, confitendo, D.
verſ. 35. Paulus oſtendit 11. cap. ad Rom Quamvis enim ta audacia proditis, virtutem & poteſtatem veſtram adducitis: Deo igitur oſtendiſtis, quid agere deberet, ſequiturque, ipſum nihil facturum fuiſſe, niſi quod ipſum docueritis, atque ita ipſum vobis plurimum debere & obſtrictum eſſe. Quod ſi ejuſmodi jus adverſus ipſum obtenditis, venite, & cognoſcatur, quis illi dederit? Quod ſi cognoſcatis, ipſum nihil à vobis habere, quomodo adverſus ipſum audebitis obmurmurare? Quum itaque illa ſic tractet Apoſtolus, & cognoſcamus ejus mentem quantum ad electionem Dei attinet: inde retinendum eſt, unum eſſe de principiis fidei noſtræ, ut ſciamus, Deum nihil à nobis habere: noſque proferre nequaquam poſſe, ipſum quidquam à nobis accepiſſe: ut omnis gloria ipſi tribuatur, nec ipſum nobis inferiorem eſſe, aut ullo modo nobis obſtrictum reputemus. In eo autem omnia poſita ſunt, ut hanc doctrinam ad praxin revocemus, in primis quando caro noſtra nos ad arrogantiam & ſuperbiam ſollicitat, hoc freno inhibeamur, ut cognoſcamus, Quomodo? Cum quo tibi rem eſſe putas? Nam habeas oportet, quod Deo reſpondeas, ſi velis eum in jus pertrahere, & cum ipſo litigare. Quid vero proferes? Quum nihil præter omnem miſeriam & maledictionem habeas, nonne oportet ut te ipſi cum omni humilitate & obſequio ſubmittas? Cæterum notemus quoque, his verbis omnem juſtitiam hominum dejici, nobiſque oſtendi, quicquid de meritis poſſumus imaginari & ſomniare, eſſe ebrietatem Satanæ, qui ſic ingenia hominum, qui exiſtimarunt ſe erga Deum mereri, ut regnum paradiſi mercedis loco recipiant, faſcinavit. In Papatu nihil uſitatius & frequentius in ore eſt, quam homines poſſe Paradiſum acquirere. Quomodo? operibus ſuis meritoriis. Quamvis vero Papiſtæ cogantur confiteri, nos nihil poſſe ſine gratia Dei, & ſemper aliquas in nobis imperfectiones habere: opera tamen ſua ſemper cum gratia Dei miſcent. Hominem ſe præparare inquiunt, ad recipiendam gratiam: non quidem ex condigno, (coguntur enim noſtram indignitatem confiteri;) ſed ex congruo, inquiunt, quoniam conveniens eſt ut homo ſe præparet & diſponat ad recipiendam gratiam Dei. An non vero hoc eſt aperte Spiritum S. mendacii arguere? En ſententiam ſatis claram, cui nulla interpretatione opus eſt: *Quis me prævenit?* inquit Dominus. Notemus igitur, Deum hic univerſum genus humanum falſa illa & diabolica opinione, qua tantopere homines inebriantur, ſpoliare, quum dicit, ſe nobis non eſſe obſtrictum, nos vero omnia ab ipſo habere, nos nihil poſſe ipſi adferre, ipſum nullum emolumentum ex noſtris in ipſum, ſicuti etiam nobis minime opus habet, officiis percipere. Nunc in ſumma videmus, omnem generis humani ſapientiam abolitam eſſe. Duo enim ſunt, quæ nos adverſus Deum inſurgere

faciunt;

Digitized by Google

quid ſe offert quod nobis abſurdum videatur, ſi ſciamus, Deum ſic pronunciaſſe, illud nobis ſine ulla repugnantia recipiendum eſt. Cæterum quum Deus, rem non aperiens, nos volet ſubſiſtere, hærendum illic, nec ulterius nobis tranſeundum eſt: nec eſt quod arbitrio noſtro ſubtiles eſſe velimus. En unum notandum, Os noſtrum debere frenari, ut patiamur nos eſſe diſcipulos Dei, quum eo honore nos afficiat, ut nos cùm ore, tum Sancto ſuo Spiritu doceat. Secundum autem eſt, juſtitia: ut convicti, nullam in nobis eſſe dignitatem, ſed poſtquam multum laboraverimus, nos nihil poſſe adſerre Deo noſtro, nos reos eſſe, ſponte agnoſcamus. Sed hoc longe gravius eſt, quod nimirum tantum abeſt ut ſe ad bene agendum homines applicent, ut omnes ſuas vires ad malum conferant, donec Deus illos reformarit. Omnibus igitur modis proſtrati erimus, quum ſciemus, & ſentiemus, nos non debere hoc nobis ſumere, ut exiſtimemus nos dignitatem aliquam aut merita ulla habere, ſed nobis hunc honorem Deo tribuendum eſſe, ut agnoſcamus, ipſum omnia poſſe. En in ſumma quod nobis ex hoc loco retinendum eſt. Concluſionis autem gratia, quamvis non opus ſit, nec etiam expediat nos immorari in unoquoque vocabulo longæ hujus narrationis, quæ hic de balæna texitur, ſciamus tamen hoc non eſſe ſupervacaneum. Obiter, & tanquam aliud agentes, teſtimonia, quæ Deus nobis dat de ſua Majeſtate, intuemur. Quod ſi bene compoſita eſſent ingenia noſtra ad obſervanda ea quæ Deus nobis oſtendit, eo ut afficeremur ad ipſum ſicuti par eſt honorandum: non eſſet nobis extra nos exeundum: nam ſat documentorum, de iis, quæ Deus poteſt & vult, in nobis inveniremus: bonitatem & virtutem ejus in nobis cerneremus, etiamſi ulterius non progrederemur.

Act. 17. mur. Atque hoc eſt quod D. Paulus dicit, quoniam in
verſ. 28. ipſo vivimus, movemur, & ſumus, nos ſatis convictos

eſſe. Ne oculos aperiamus: cogit tamen Deus nos palpare, ſe in nobis habitare: atque ibi ita ſe exerit, ut nos illi honorem exbibere oporteat. Sed quid? Interim temere ruimus: atqui vel minimum quid poſſet nos in obſequio Dei, ſi prudentes eſſemus, & judicio valeremus, retinere. Sed quia ulterius pergimus, nec magni facimus opera Dei, en cur longa hic narratio, etiamſi de beſtiis duntaxat agatur, texitur. Quando Deus hic longam anatomen exequitur, certum eſt, id longum nobis videri: non eſt tamen ſupervacaneum. Cur? Quia ita leves ſumus, ut miracula Dei, quantumvis magnifica ſint, contemnamus. En igitur quod nobis primo loco retinendum eſt. Interim, quum dicitur, *Numquid eo uteris? an naribus illius retinacula appones? numquid ipſo tanquam avicula aut cane ludes?* Id ſignificat nobis, eo minus nos excuſandos eſſe, niſi Creatorem noſtrum agnoſcamus, quum confuſi hæreamus dum noſtri cum balæna comparationem inſtituimus. Interim tamen, quum homines in ſuo cerebro de operibus Dei diſſerunt, ipſum car-

formidabilior erit, quam illa balæna? Poſtea notemus, quum dicitur, Balænas efficere ut maris profundum ferveat inſtar ollæ, eaſque mare ſimile mortario reddere: quomodo etiam dicebatur de elephante, ipſum gutture ſuo ſorbere flumen Jordanem: quum enim videmus belluam in mediis aquis degere, & abyſſos ſorbere; an non, quæſo, nos magis terreri Dei Majeſtate oportet? Ecce balænam, quæ in mediis aquis ſuffocari debeat: eſt tamen ea bellua tanta, & tam magna, ut mare medium findat, ipſum inſtar ollæ, ut hic dicitur, fervere faciat, ſternutatione ſua naves evertat: quin etiam quicquid circum ipſam eſt, deglutitura eſſe videatur: an vero Dominus noſter balænarum duntaxat ſternutationem habiturus eſt? ſed habet halitum illum, cujus ſit mentio apud Pro-

phetam Eſaïam: & etiam in Pſalmo 104. eſt, Si Deus *Eſa.* 40.
emittat halitum, hoc eſt, Spiritum ſuum in nos, opor- *verſ.* 24.
tere nos illico præcipitari in abyſſum. Quando igitur *Pſal.* 104.
videmus ejuſmodi terrorem in naribus belluæ: quid *verſ.* 29.

futurum eſt Spiritu illo Dei, qui eſt omnis virtutis fons, ad nos inſtaurandos & vivificandos, aut ad nos perdendos & præcipitandos in abyſſum? Nunc igitur animadvertimus, quomodo iſta per partes non ſine cauſa ſunt expoſita: & ſpecies hæ belluarum non ſunt diſtinctæ niſi ad inſtructionem noſtram, & quidem modo eo judicio præditi ſimus, ut omnia iſta Deo applicemus, & comparationes, ut à nobis declaratum eſt, inſtituamus. Quando verba fiunt de duritie carnis ejus, & oſſium ipſius, nobis id ad hanc cogitationem referendum eſt, Quomodo? Quando Deus manum ſuam adverſus nos tollet, quid nobis futurum eſt? Ecce balænam, quæ ingentes naves evertit & demergit in mare: quando Deus volet nos manu ſua tangere, nonne vectes ferreos longe duriores habiturus eſt? Impetum igitur nunc adverſus ipſum faciamus. Quando igitur ſic bene apprehendemus, quæ ſit virtus infinita & immenſa manus Dei & brachii ipſius, in primis vero ſi adverſus nos armatus ſit; intelligemus, non inutilem eſſe ſermonem, quum ſic de carne & oſſibus balænæ verba facta ſunt. Sed alia ex parte ſi bellua eam virtutem in ſe habeat, quin etiam dicatur, eam irridere agitationem lancearum, non timere enſes, & omnes alios gladios: eo oſtenditur nobis, nos, ſi Dei noſtri virtute armemur, tutos & ſecuros eſſe, nec habere occaſionem cur timeamus aut ſolliciti ſimus. Videmus, Deum belluis eam virtutem dediſſe: cur igitur in ipſius protectione non confidemus? Cæterum notemus, omne robur, quo tam balænæ, quam alia animantia prædita ſunt, quamvis ſit formidabile, periturum, ſicuti perit quando Deo libet. Nos igitur debemus cohibere, eo ut fiduciam in nobiſipſis non habeamus: (nimia enim eſt ea ſtultitia:) ſed ad eum, qui omnem in ſe virtutem & potentiam habet, confugiamus. Ut vero majorem ex hac doctrina utilitatem capiamus, notemus, quod, quum videmus manum Dei ſublatam, videmus turbas, quæ ubi-

locum deprimere, & interim ejuſmodi fiduciam, quando erimus in protectione Dei noſtri, concipere, ut non dubitemus, ipſum idoneum eſſe ad nos ex ſextribuamus, expectantes dum ipſa ſubinde augeat, donec nos ad ipſorum cumulum & perfectionem adduxerit. Sic dicemus omnes, Deus omnipotens, &c.

CONCIO CENTESIMA QUINQUAGESIMA SEPTIMA

IN

LIBRUM. JOBI.

CAP. XLII.

1. JObus reſpondens Domino, dixit:
2. Scio te poſſe omnia, nec ullam cogitationem abs te prohiberi poſſe.
3. Quis eſt iſte, qui obſcurat conſilium abſque ſcientia? loquutus ſum, & non
intelligebam mirabiliora me, nec ſciebam.
4. Audi, quæſo, & loquar, interrogabo te, ut doceas me.
5. Auditu auris audiveram te, nunc autem oculus meus videt te.

cap. 39. verſ. 37.

JAm ſuperius videramus, quem fructum attulerat admonitio illa, qua Deus erga Jobum uſus fuerat; ſed poſtquam Deus iteravit ſermonem ſuum, adhuc magis & apertius nobis apparet, quemadmodum Jobus ſub ejuſmodi correctione profecerit. Jam ipſum pœnituerat, modo magis ad vivum affectus eſt. Sic videmus, poſtquam Deus nos jam erudierit, ſæpius id ex parte duntaxat profeciſſe; & quamvis exiſtimemus, nihil amplius in nobis deſiderari poſſe, noſque ad ſummum perveniſſe, levem duntaxat in nobis eſſe præparationem. Deus igitur pergat nos docere oportet, ut doctrina, quam jam audivimus, melius radicetur in animis noſtris, nos moveat & afficiat, & in ipſa penitus acquieſcamus. In ſumma videmus pœnitentiam non perfici ſtatim, ſed oportet, ut Deus, poſtquam nos exaſciavit, nos poliat: quemadmodum quum quiſpiam opus ex lapide aut ligno vult efficere, malleus ſæpius adhibendus, & ictus ingeminandi ſunt. Sic Dominus pergat oportet: alias initium aliquod pœnitentiæ habebimus: ſed illud ſtatim evaneſcet, aut aliquid imperfectum & rude erit. En cur patienter nos ferre oporteat, ſi Deus, quum nos ob peccata caſtigat, non contentus eſt uno flagelli ictu, ſed ictus ingeminat: id enim nobis eſt utile. Cæterum, quum ad ſalutem noſtram bonam aliquam inſtructionem audiverimus, ſi eam admiſerimus, ſciamus, nos duntaxat cibum guſtaſſe, ſed nondum ſatis abunde nos nos paſtos eſſe, ac proinde nobis redeundum eſſe identidem ad paſtum. Ne igitur defatigemur, nec faſtidio unquam afficiamur ob doctrinam quam audivimus: ſed cupiamus ſemper magis ac magis proficere, ſcientes, toto vitæ noſtræ tempore nobis ad Deum accedendum eſſe, noſque in ejus timore & amore confirmari debere: alias, abſque eo, leviculi ſumus, & ad ingenium noſtrum ſubinde revertimur: quum videbimur nobis penitus ad Deum converſi, id nihil erit præter fumum; ſtatim effluet & evaneſcet. En quod nobis retinendum eſt. Sequentes etiam exemplum Jobi, quum hodie peccata noſtra cognoverimus, cras enitamur, ut illa adhuc melius cognoſcamus, ipſiſque magis vulneremur: ſi enim exiſtimamus, nos ſatisfeciſſe officio noſtro, quum verbum unum dixerimus, & bonam aliquam duntaxat cogitationem habuerimus, fallimur. Pœnitentia igitur ſemper victrix eſſe debet, ita ut, quum ficta & ſimulata non fuerit, eam ingeminari oporteat. Veniamus autem nunc ad id, quod dicitur, *Scio te omnia poſſe, nullamque cogitationem abs te prohibitum iri.* Iſta exponuntur, quaſi Jobus Deo omnem potentiam attribueret; præterea, ſecundo loco, conſilium infinitum, ad rebus omnibus proſpiciendum, eaſque regendas: quaſi diceret, Domine, ſcio te omnia in manu habere, nihil tibi abſconditum eſſe, te omnia ſcire & cognoſcere. Sed hæc loquendi ratio frequentius apud Hebræos hoc ſenſu occurrit, ut dicamus, Nulla cogitatio à te prohibebitur, hoc eſt, Quicquid conſtitueris & præceperis, imo etiam quod cogitaris, illud ſtatim efficietur, ita ut te de eo laborare non ſit opus, quaſi res tibi difficilis ſit, tibi aliquid deeſſe aut impedimento eſſe poſſit. Notemus igitur, hic ſimpliciter verba fieri de potentia Dei infinita, & duo hæc vocabula ad unum & idem referri. Quomodo? Quod enim in ſuo conſilio Deus conſtituit, illud ſtatim exequitur, nec poteſt ipſum quiſ-

quam

Digitized by Google

ſuam voluntatem diſponat, nos vero ipſi os clauſum habeamus, nec ſumamus nobis, ut adverſus quidquam eorum, quæ agit, aliquid objiciamus. Quando igitur Dei potentiam cognoverimus, ut nos ſub ipſo deprimamus, & confiteamur, æquum eſſe, ut in nos imperium & dominationem obtineat, nos vero ipſi non coacti & inviti, ſed leni & placido ingenio obtemperemus, tunc Deum eſſe omnipotentem vere confitemur. Sed tantiſper dum volumus nobis aliquid in ipſum arrogare, ipſumque adeo arbitrio noſtro tractare, cupimuſque ut nobis obtemperet, &, quicquid conceperimus & imaginati fuerimus, agat: heu, male tunc ipſum omnipotentem eſſe agnoſcimus: vellemus enim ejus pares & ſocii eſſe, quin etiam in eo gradu ipſo ſuperiores eſſe. Notemus igitur, Jobum hic de potentia Dei, alio ſenſu quam ſuperius tractavit, agere. Deum enim in ſummo illo ſuo imperio adorat, & agnoſcit omnia ab ipſo regi debere, ejus munus eſſe regere homines, nec eſſe nobis obmurmurandum, ſi Deus nos affligat, & quamvis afflictiones nobis duræ & moleſtæ videantur, ſemper tamen huc nobis redeundum eſſe, Quum Deus ſit juſtus, non poteſt peccare: noſtrum eſſe, nos ad ejus nutum & voluntatem accommodare, noſque quaſi captivos continere, eo ut ab ipſo, quomodo ipſi viſum eſt, tractemur & regamur. Cæterum omne bonum ipſi acceptum à nobis ferendum. En quomodo nobis agnoſcendum ſit, Deum eſſe omnipotentem. In ſecundo autem membro, Jobus definit quæ ſit potentia Dei, & quomodo illa ſit à nobis apprehendenda, loquitur enim *de cogitationibus Dei.* Multos phantaſticos videas, qui, quum de potentia Dei loquuntur, hoc & illud ſpeculantur: Si Deus eſt omnipotens, cur hoc vel illud non agit? Si eſt omnipotens, illud poteſt. Atqui non debemus ita vagari in noſtris imaginationibus: potentia enim Dei non accommodat ſe ad noſtra ſomnia. Quid igitur? Hæc ſunt inſeparabilia, potentia Dei & ejus voluntas: Deus eſt omnipotens, numquid ut efficiat quicquid homo in ſuo cerebro excogitarit? Apage hoc: ſed ut id, quod in ſuo conſilio decrevit, perficiat. Diſcamus igitur hæc duo unire, nempe conſilium Dei & ejus virtutem. En cur Jobus dicit, nullam cogitationem à Deo prohibitum iri, quominus exequatur, non quod homines cognoſcunt & apud ſe conſtituunt, (neque enim id ad ipſos pertinet,) ſed id quod Deus conſtituerit, & bonum eſſe cognoverit. Videmus igitur modo, quomodo potentia Dei à nobis cognita eſſe debeat: ut nullo modo dubitemus, quin ipſe quicquid apud ſe conſtituerit agat, non quidem quod mutuetur à nobis conſilium, ſed quia ipſe omnis ſapientiæ fons eſt, ejus eſt, quid facto opus ſit & expediat, conſtituere, id enim omne in ejus manu & poteſtate eſt, ut nihil ipſum poſſit impedire, quominus impleat omne id quod apud ſe conſtituit. Hoc melius intelligetur ex ipſo & quidem quicquid adverſus nos Satan moliatur, Deus enim omnipotens eſt. Ex eo diſcamus, nobis Dei potentiam cum bona ejus voluntate, qualem ipſam nobis verbo ſuo declarat, conjungendam eſſe. Id quum certum & conſtitutum apud nos habuerimus, nequaquam multis vagis ſpeculationibus frena laxabimus, habebimus quo jocos & ſcommata eorum, qui virtute Dei tanquam pila ludere vellent, repellamus. Ut exempli gratia, En Papiſtas, qui volunt panem mutari in corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut id, quod panis prius erat, Deus evadat: utque ſuam opinionem probent, hoc adferunt, Quomodo? Deus nonne eſt omnipotens? Ita quidem: ſed numquid in eum finem, ut quicquid illi volent, ipſe agat: præcipe igitur ipſi, ut Solem obſcurum faciat, Lunam in aquam convertat, terram in cœlo, & cœlum in terra collocet. Nonne hoc eſt Deum irridere, quando ſic agemus de potentia Dei? nonne hoc eſt omnem ordinem pervertere, ut nullum amplius ſit inter album & atrum diſcrimen? An non vero id eſt impie Dei potentiam diſcerpere & opprobriis ipſam exponere? Unde hoc promanat? Quod Papiſtæ nondum eam doctrinam, quæ nobis hic proponitur, didicerunt, nempe Deum omnipotentem eſſe ad implenda ea quæ conſtituit. Ubi vero eſt hoc conſilium Dei? Nobis ſic conſiderandum eſt: numquid hoc Deus vult? Quando igitur cognita & perſpecta nobis fuerit Dei voluntas, tunc extendenda eſt nobis ejus potentia ad impletionem omnium eorum, quæ in ſuo conſilio conſtituit. Sed ne exiſtimemus, Deum velle ut homines ipſius potentiam in quamcunque volent partem circumagant. Retineamus inſtructionem, quæ nobis hoc loco proponitur. Quum Deus nobis voluntatem ſuam, quantum attinet ad ſalutem noſtram, patefecerit, dixerit ſe nos ad finem uſque conſervaturum, omnibus noſtris neceſſitatibus ſubventurum, nos proſtratos erecturum, in noſtris debilitatibus nos corroboraturum: quum, inquam, in his rebus nota ſit nobis Dei voluntas, ne dubitemus quin ipſe manum ſuam extenſam habeat, ad id, quod declaravit nobis, perficiendum. En igitur, quomodo manus & os Dei debeant conſentire. Os præcedit, nempe conſilium ejus: tum manus ipſius exequitur, quicquid ipſe decrevit. Nunc igitur hæc duo habemus: nempe nos penitus ſubjici debere iis, quæ Deus in hoc mundo diſponit. Cur? Quoniam conſilium ejus bonum eſt. Præterea ſcimus etiam, ipſius eſſe regere: & æquum eſſe, ut omnes creaturæ ſe ab ipſo regi patiantur: nec libertatem hanc ſumant, ut ſeipſas regant, ſed ſe ipſi in omnibus ſubjiciant. Quum id fixum & conſtitutum habuerimus, multum in vita noſtra profecerimus. Statim autem ſubjicitur, *Quis eſt ille qui abſcondit conſilium ſine ſcientia?* Deus hoc prius Jobo exprobrarat. Et videtur quidem Jobus voluiſſe confiteri, rem ita ſe habere:

cur: cauſa ejus ipſi ſemper in promtu & præſto eſt: nos vero, quando conſilium Dei, pluſquam nobis licitum eſt, detegere volemus, nihil aliud agimus, quam quod ipſum magis implicamus, idque fit ſine ſcientia, ita ut, quo plus docti eſſe volumus, eo magis inſcitiam noſtram prodamus. Diſcamus igitur, Dei eſſe, conſilium ſuum penes ſe ſervare, ut ipſum nobis non declaret, & quidem, ſi animadvertat, ipſum captum & tenuitatem noſtram ſuperare: Deus id, quod nobis aptum eſt & conducit, nobis revelat, ſed multa obſcura penes ſe ſervet & retineat neceſſe eſt. Cur? Quia nimis adhuc debiles ſimus, ut tam alte poſſimus aſcendere. Deus igitur conſilium abſcondit, ſed cum ſcientia: ipſe enim nihil ignorat, nec id eo facit, quod non poſſit nobis oſtendere cur hoc vel illud faciat: ſi modo apti & idonei eſſemus ad comprehendendum id, quod modo nobis eſt incomprehenſibile. Quando vero plura, quam nobis permiſſum eſt, ſcire volemus; verum eſt, nos ſubtilitate aliqua præditos fore ad multum loquacitatis profundendum: ſed tandem confuſi in omnibus noſtris ſermonibus hærebimus: & quo magis conabitur homo mortalis ſapiens eſſe non ſequendo verbum Dei, eo magis vanitatem ſuam oſtendet, quam leve ſit ipſius ingenium, & quam nihil in ipſo ſit præter mendacium. Si volumus igitur pura & clara intelligentia præditi eſſe, ut de operibus Dei loqui poſſimus, nobis ipſius ſchola adeunda eſt: ipſe loquens audiendus, nobiſque quod ab illo proponetur, retinendum: in primis hanc ſobrietatem habeamus, ut non plura, quam quæ ab ipſo nobis declarantur, ſcire appetamus. Hoc ſi præſtiterimus, recte loquemur; & ad ædificationem proximorum, ita ut ſermonibus noſtris ſemper magis ac magis confirmentur, loquemur: quod ſi limites nobis à Deo præſcriptos tranſiliverimus, & velimus ulterius, quam ipſe velit, exſpatiari & divagari, nihil erit amplius in nobis præter mendacium & vanitatem. En igitur, quod nobis in hoc verſiculo retinendum eſt. Ideo Jobus ſubjicit, *Loquutus ſum & non intelligebam: iſta mirabilia fuerunt ſupra me, & ipſa non cognovi*. Hæc dicuntur ad confirmandum id quod modo diximus. Jobus confitetur, *ſe loquutum eſſe ſine ſcientia*. Quomodo? *Quia non intelligebam*, inquit. quod perinde eſt, ac ſi diceret, Nimis temere ſermones profudi. Cur? *Hæc mira fuerunt ſupra me, nec cognovi ipſa*. Hic vero nobis notandum eſt, cur Jobus dicat ſe ignarum & imperitum fuiſſe: nempe propter arcanorum, de quibus verba facere volebat, ſublimitatem: Dei manum ſentiebat: ſed non comprehendebat cur ita deberet affligi, exinde in altas & profundas tentationes ingreditur:
cap. 3. v. 6. Quidnam hoc ſibi vult, quod ad ſummum uſque pre-
7, 9, 10. mor? an non Deo ſatis eſt, quod pereo? Vellem me
13, 14, 16. præcipitem in abyſſum egiſſet, hic me languere co-
17, 19, 23.

videmus, nihilominus arcano Dei conſilio, qui habenas moderatur, & res ad quemcunque ipſi viſum eſt exitum convertit, regi audiamus, neſcimus ubinam locorum ſimus. Ibi vero quid facto opus eſt? In timore cognoſcamus, nos non poſſe ad ejuſmodi arcana aſcendere: ac proinde Deum in eo quod nobis incognitum, donec nobis ipſum patefaciat, adoremus. Si hoc bene cognitum eſſet, canes iſti, qui tantopere providentiam Dei allatrant, & adverſus doctrinam, quæ de ipſa traditur in Scriptura ſacra, blaſphemant, linguas ſuas petulantes reprimerent. Videas ebrioſos & vertiginoſos homines, qui dicant, ſi Deus omnia gubernat, inde ſequi, homines non peccare amplius, aut peccata ipſis imputari non debere. Cur? Quia nebulones illi huc adduci non poſſunt, ut agnoſcant, providentiam Dei, & rationem quam Deus in mundo regendo ſequitur, eſſe doctrinam ſupra ipſos admirabilem. Nihil Deo relinquunt: ſed de omnibus ſecundum ſuum ſenſum volunt ſtatuere. Quonam vero ea res abit? Notemus igitur, Deum hic pro principio generali nobis declarare, quum agitur de operibus Dei, & ſciendum eſt quomodo omnia hic inferius agantur, nos hac reverentia præoccupatos ſemper eſſe debere, Quomodo? Hic eſt abyſſus præ nobis nimis alta: non eſt igitur, quod de ea loqui ſecundum captum noſtrum, nobis ſumamus: ſed nobis Deus adorandus in ſimplicitate & ſobrietate, nec nimis inquirendum eſt nobis. Sed interim concludamus, Deum omnia regere, reſque non fortuito & temere, ſed prout ab illo conſtitutum eſt, evenire, ſicuti ſuperius ſæpius hæc doctrina tractata eſt. En unum notandum. Pro ſecundo autem diſcamus, quicquid ad regnum Dei ſpirituale ſpectat, id in rebus ſupra nos admirabilibus deputandum eſſe: quomodo etiam
Paulus loquitur: Homo animalis, inquit, non com- 1 Cor. 2.
prehendit arcana Dei: ſicuti dicitur, Bona quæ Deus v. 9. 14.
ſuperius in cœlo paravit electis, adeo eximia eſſe, Eſa. 64.
ut nullus ſit oculus, qui illa poſſit videre, nec inge- verſ. 4.
nium, quod illa poſſit comprehendere. Quum igitur ita ſe res habeat, diſcamus Deum precari, ut nos Sancto ſuo Spiritu illuminet, noſque ſupra cœlum uſque evehat, & quidem vi fidei: (nunquam enim eo uſque ſenſus noſter naturalis pertingere poterit:) quando id conſequuti fuerimus, ea modeſtia, de qua verba fecimus, præditi eſſe poterimus, eo ut menſuram fidei noſtræ, ſicuti deinceps Jobus tractat, non prætergrediamur. En igitur, quod primum ex hoc loco nobis diſcendum eſt: nempe opera Dei, & in primis promiſſiones ſalutis æternæ in Euangelio contentas, eſſe res ſupra nos admirabiles: non eſſe igitur nobis ad eas temere & cum arrogantia accedendum; ſed omni cum timore Deum nobis eſſe precandum, ut quatenus nobis expedit, arcanorum ſuorum guſtum det nobis: de die in diem id quod nobis obſcurum eſt illuſtret:

Digitized by Google

condemnantes: *Loquutus ſui, & non intelligebam.* Interim nos quoque in poſterum prudentes eſſe, tum quod jam ſuperius dictum eſt obſervare oportet, ut nempe credamus antequam loquamur. Non poſſumus autem credere, niſi illud, quod nobis à Deo noſtro declaratum eſt: nobis igitur eo veniendum eſt, ut fides noſtra verbo Dei innitatur, & Scriptura ſacra ſit omnis noſtra ſapientia. Quum ſic in cognitione profecerimus, tunc loqui poterimus: & quidem loqui de iis rebus, quæ captum & intellectum noſtrum ſuperant, ſed quas nobis Deus, & quidem fide declararit, ſicuti jam diximus. Non ſatis autem eſt ut peccata noſtra agnoſcamus, ſed ad remedium ſimul veniendum eſt, ſicuti etiam nos ſuo exemplo Jobus docuit. Poſtquam enim dixit, ſe prius quam rem intelligeret, temere loquutum eſſe, ſubjicit, *Audi me & ego loquar, tum interrogabo te, ut me doceas.* Hic igitur Jobus oſtendit, ſe velle ſe reprimere, quia, quando ſe in limitibus ſuis non continuerat, inſtar equi ferocientis & vinculis diſruptis laſcivientis excurrerat. Nequaquam igitur hic peccatum ſuum confitetur more multorum, qui ſe abſolutos & liberatos eſſe putant, quum uno verbo dixerint, Peccavi: poſtea ſtatim in idem peccatum relabuntur, & de novo ſemper peccant. Non, inquam, ita agit Jobus: ſed ait, Domine, quum ita ſe res habeat, tantaque ſtultitia & temeritas in me inſit, ipſeque adeo me præcipitem in devia egerim, nunc interroga me: & poſtquam in ſchola tua doctus fuero, loquar duntaxat ûti volueris me docere: nec unquam accidet mihi, ut ea, quæ non probe norim, proferam. En in ſumma quod in hoc verſiculo continetur. Quando vero Jobus dicit, Audi me, tum loquar: non vult ſibi audientiam facere, ut quicquid ipſi libuerit proferat, (nam nimis in eo cupiditati ſuæ indulſerat,) ſed excuſat ſe, ſimul inquiens, ſe Deum interrogaturum, ut ab ipſo doceatur. Notemus igitur, duos modos eſſe Deum alloquendi: unus eſt, quando homines cum Deo litigant & contendunt, proferunt interrogata ſua, & objectiones ſuas, tuncque ſe valde ſapientes eſſe putant. Id igitur impium & penitus condemnandum eſt, quando ſic cum Deo diſceptare, aut adverſus ea, quæ agit, quidquam objicere audemus. Caveamus nobis ab eo ſermone. Præſtaret enim linguas noſtras exciſas eſſe. Licet vitium illud nimis vulgare eſt, tamen deteſtabile eſt & nullo modo tolerandum. Diſcamus igitur os clauſum habere, ut ſuperius dictum eſt, ne ex cerebro noſtro loquamur: quum offerunt ſe nobis noſtræ imaginationes, totum illud dejiciatur. Quum enim dico, non licitum eſſe loqui, intelligo, nos non ſolum in linguis, ſed etiam omnibus noſtris affectibus reprimi debere: non quod tantum efficere poſſimus, quin ſemper aliquam eſſe ad nos inhibendos: fieri enim poſſet, ut Deum plus quam par eſt interrogaremus: ſicuti multi ſunt, qui volunt omnia cerebri ſui examini ſubjicere. Ad Deum quidem accedent, & ipſum interrogabunt. Sed quid? cum curioſitate immodica, nullum illi ſibi terminum ſtatuunt. Quando igitur Deum interrogabimus, hac ſemper exceptione uti debemus, Domine, patefacias nobis id quod ad ſalutem noſtram expedire cognoſcis: quodque cognoverimus, illud nos tum in fiducia bonitatis tuæ, tum in timore nominis tui ædificet. Præterea noſti tenuitatem noſtram, Domine: nobis igitur voluntatem tuam, ſecundum captum noſtrum, patefacito. Quum enim mel comedimus, verum eſt, ipſum guſtu dulce & ſuave eſſe: interim videmus, eum, qui nimis de ipſo comedat, inflari: eaque dulcedo faciet, ut medius crepet & dirumpatur. Si igitur nimis ſublimem ſcientiam quæramus, ea tandem, etſi initio dulcis, nobis in amaritudinem convertetur. Ineſcabimur initio, eo quod ſcientia illa nobis præclara videbitur, & ejuſmodi, ut ad ipſius cognitionem nos pervenire poſſe ſperemus. Sed quid patri noſtro Adamo acciderit, conſideremus. *Geneſ. 3. v.4.5.22.* Voluit bonum à malo, pluſquam Deus ipſi conceſſerat, diſcernere: ea occaſione in abyſſum, in qua adhuc hodie jacemus, præcipitem ſe & genus ſuum involvit. Quum ita ſe res habeat, ne gloriam immodicam appetamus: tandem enim ea non erit nobis gloria, ut dicitur à Salomone: *Prov. 25. verſ. 27.* nam quemadmodum mel amittit dulcedinem ſuam, imo etiam in amaritudinem convertitur, ſi quis de eo nimis comedat: eadem eſt ratio, ſi de voluntate Dei & ejus operibus, plus quam ipſe nobis permittit, inquirere voluerimus. Quare ne appetamus plus de illis ſcire, quam captus noſter ferat, niſi illa ſcientia velimus obrui. Expreſſe vero dicitur, Audi, & loquar: interrogabo te, eo ut docear. Si ad Deum accedamus, eo ut ab ipſo doceamur, nos dociles præbeamus oportet. Prima autem docilitas, quænam eſt? Ut ipſe doctor ſit, eique penitus mos geratur in omnibus iis quæ ipſe nos docere volet. Quum enim puer ſcholam adit, ſi velit libros ſibi pro ſuo arbitrio eligere, ut dicat, Hanc ſcientiam volo ſcire, volo hoc vel illud doceri, antequam Alphabetum didicerit: ſi velit doctor eſſe, antequam ad id, quod ipſum doceri oportet, pervenerit: an, quæſo, ea modeſtia eſt, quæ requiritur in diſcipulo? Quod ſi adoleſcens, qui ſe docendum alteri tradat, ſe ipſi totum debet ſubjicere, quid Deo debemus? Quæ inter illum & omnes doctores eſt comparatio? Notemus igitur, nos, ſi ſine ſimulatione Deum interrogaverimus, ut ab ipſo doceamur, nequaquam ipſum arbitrio noſtro ſubjecturos, ut velimus ipſum, quicquid conceperimus animo, nos docere: ſed ſufficiet

Digitized by Google

1 Cor. 2. verſ. 10, 11, 12. cana uſque Dei, & quidem profundiſſima, penetrare: Spiritus enim ejus habitat in nobis, ut ſit nobis teſtis eorum, quæ in ſenſum carnalem non deſcendunt. Fides igitur ex auditu promanans nos ad veram perfectionem ſapientiæ adducit, atque ita debet nobis ſufficere, quum Deum loquentem audivimus: ſed hic Jobus vult ſignificare, eam cognitionem, quam habuerit, eſſe perinde ac quum audimus verba fieri de re quam non vidimus, quam ſi poſtea videamus, tum de ea longe melius perſuaſi ſumus. Notemus igitur Jobi mentem, quæ ea non eſt, ut velit rejici doctrinam, in qua erudimur, quum verbum Dei nobis prædicatur: ſed vult ſignificare, doctrinam, quum ipſa duntaxat aures noſtræ attritæ ſunt, eſſe rem mortuam, donec Deus ſe ita nobis patefecerit, ut prope oculis ipſum præſentem intueamur. Quomodo vero id fit? Quotidie, quum Euan-ctoritatem & imperium in nos obtineat.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut eorum ſenſum magis ac magis nobis indat, quo cum vera pœnitentia ipſum accedamus. Nec patiatur, ut quotidie, cùm à doctrina quæ nobis annunciatur, tum correctionibus quas nobis immittit, ſollicitati, nihil in ipſis proficiamus, ſed magis ac magis confirmari in ſenſu peccatorum noſtrorum diſcamus, ut veniam ab illo petamus & remedium in ejus bonitate quæramus. Interim nihil aliud petamus, quam in ejus ſchola doceri, ut ipſi magis dociles reddamur, donec nos penitus noſtra ignorantia ſpoliarit, noſque omnibus vanis fiduciis, quibus modo implicati ſumus, nudarit. Nec ſolis nobis hanc gratiam largiatur, ſed omnibus etiam populis, & nationibus terræ, &c.

CONCIO CENTESIMA QUINQUAGESIMA OCTAVA

IN

LIBRUM JOBI.

CAP. XLII.

6. Propterea averſor, & pœnitet me in pulvere & cinere.
7. Fuit autem poſteaquam loquutus eſt Jehovah verba iſta Jobo, dixit Jehovah ad Eliphaz Themaniten, Exarſit ira mea contra te & duos ſocios tuos, quia non eſtis loquuti apud me rectum, ſicut ſervus meus Jobus. verſ. 8.
8. Nunc igitur ſumite vobis ſeptem vitulos, & ſeptem arietes, & ite ad ſervum meum Jobum, atque offerte holocauſtum pro vobis. Job autem ſervus meus orabit pro vobis, faciem enim ejus ſuſcipiam, ne afficiam vos ignominia, quia non loquuti eſtis recta apud me, ſicut ſervus meus Jobus.

VIdimus heri, quid ſit ſentire præſentiam Dei, & affici ejus gloria, quoniam abſque eo fieri nequit, ut homines in ordinem cogantur, quicquid ipſis dicatur. Aut enim ſurdos agent, aut non ſatis reverentiæ Deo exhibentes, quicquid ipſis dicetur, ſicut experientia oſtendit, effluere patientur. Opus eſt igitur, ut Deus nos alloquens, ſe exhibeat, nobiſque vivum aliquem ſuæ Majeſtatis ſenſum immittat, eo ut ipſum timeamus. En cur Jobus profitetur, ſe ſibi diſplicere, omniaque ea, quæ dixerit, reprobare: nunquam etiam homines opera & ſermones ſuos deteſtabuntur, niſi Deum ipſorum Judicem eſſe ſentiant. Scimus, quomodo unuſquiſque ſibi vanis adulationibus blandiatur: ſcimus etiam, quemadmodum, quum oculos excæcatos habemus, nullus ſuam turpitudinem videat, & quamvis eam videamus, libenter tamen ipſam non intuemur. Deus igitur ſe oſtenderit oportet, antequam eo devenire poſſimus, ut nobis diſpliceamus, & quicquid nobis factum dictumve fuerit, ut par eſt apprehendamus. Contra, quum vera pœnitentia prædìti ſumus, non amplius vitia noſtra coloramus, aut excuſationes ullas quærimus: ſed potius, ſi vere nos pœniteat, nos peccaſſe, & quidem nos ipſos deteſtantes, confitebimur. Peccator enim, ſi ſe vere ad Deum converterit, non ſolum peccatum ſuum agnoſcet, & ſe condemnabit: ſed ſe condemnabit eo, quod adverſus ſuum Creatorem inſurrexerit. Notemus igitur, veram pœnitentiam ſecum odium, & quidem ſummum, peccati inferre: ita ut homo ſe reprobet & oderit, quoniam talis, qualis eſſe debeat, non

con-

tio, quum hodie tam belluini, ſtupidi & hebetes erimus, ut fidei principia non poſſimus diſtinguere? En quem profectum fecimus in Euangelio. Ii, qui ante Prophetas vixerunt, qui non fuerunt inſiti in corpus populi Judaici: ejus, inquam, populi, quem Deus ſibi in Eccleſiam aſciverat: ſciverunt, & reipſa declararunt, nullam eſſe pœnitentiam, niſi homines ſe penitus condemnarent, & in ſuis vitiis ſe infra nihilum deprimerent. Hodie qui volent Chriſtiani haberi, hoc vocabulo pœnitentiæ utentur, fœdo & putido ſuo ore ipſum profanantes atque polluentes: nec non volent merum Dei ludibrium & irriſionem pro pœnitentia haberi. Eo magis igitur nobis id, quod hic continetur, notandum eſt, nempe, ut oſtendatur, nos vere ad Deum converſos eſſe, noſtram turpitudinem inſpiciendam eſſe: & ita inſpiciendam, ut, quicquid eſt in nobis, condemnetur, diſcamuſque eſſe judices noſtri, ut abſolvamur coram eo, qui nihil aliud petit, quam veniam dare omnibus iis qui ad ipſum cum omni humilitate confugiunt. Diſerte vero Jobus ſubjicit, *Se pœnitentiam acturum in cinere & pulvere:* quaſi diceret, ſe paratum eſſe ſe Deo tanquam miſerum reum nocentem dedere: nam pœnitentia poterit eſſe in quopiam ſine eo, quod dorſum ſuum ſacco contegat, aut capiti pulverem imponat: ſed antiqui uſi ſunt ejuſmodi cerimoniis, quum voluerunt palam profiteri, ſe penitus coram Deo condemnatos eſſe, nec ullum aliud remedium ſibi ſupereſſe, quam ut Deus erga ipſos tanquam miſeros reos nocentes gratia & miſericordia uteretur. Notemus igitur, Jobum hic nequaquam loqui de pœnitentia vulgari, ſed agnoſcere, peccatum ſuum tam grave & atrox eſſe, ut mereatur tanquam cum laqueo ad collum appenſo ſupplex ad Judicem venire, & ſignis oſtendere, nihil in ſe præter maledictionem eſſe, donec Deus ipſum ſuſcipiat, & ad ſe colligat. Verum eſt, hoc argumentum pluribus exponi poſſe: ſed in ſumma ſufficiet nobis, id, quod hic dicitur de cinere & pulvere, non eſſe id, quod præcipuum eſt in pœnitentia, ſed ejus ſignum externum eſſe duntaxat. Præterea hoc ſignum non ſemper requiri; ſed adhibitum fuiſſe ad atrocis criminis ſolennem confeſſionem edendam. Neceſſe eſt, ut fideles toto vitæ tempore pœnitentiam agant, ut ſibi ipſis diſpliceant: nunquam enim diem unum tranſigimus, quin multis miſeriis nos implicemus: etiam non cogitantes, infinita peccata admittimus, imo vero etiam dum nos recte agere opinamur: quod ſi accuratum noſtri examen inſtituemus, ſemper multa in nobis culpanda eſſe comperiemus. Atque ita gemendi occaſionem habebimus: & tamen manifeſtam & apertam coram hominibus confeſſionem non edemus: ſed quum inſignia ſunt peccata noſtra,

…tia de qua loquitur D. Paulus, quamque dicit 2 *Cor.* 7.
non eſſe fugiendam, quum ea ſit ad ſalutem. En *verſ.* 10.
etiam cur apud Prophetam Joëlem dicatur, Fran- *Joël.* 2.
gite corda veſtra, non veſtes veſtras. Verum qui- *verſ.* 13.
dem eſt, Prophetam præcipere iis, qui graviter offenderunt, & volunt à Deo exaudiri, ut convertantur ad Dominum cum ſacco, cinere, & pulvere: ſe reos nocentes agnoſcant, & veniam petant, tum ſolenni confeſſione profiteantur, ſe morte dignos eſſe, niſi Deus erga illos miſericordia utatur. Sed interim, quia homines ſunt tantopere ad hypocriſin proclives, & volunt Deo externis geſtibus & ritibus duntaxat ſatisfacere, tum id, quod primum & præcipuum eſt, obliviſcuntur, Propheta diſerte dicit, corda findi, & duritiem illam dejici debere. Videmus igitur in ſumma, quid Jobus voluerit ſignificare: nempe quod pœnitentia ductus, eo quod temere loquutus fuerit, adjicit, peccatum ſuum nec leve nec tenue eſſe: ſed tam atrox, ut paratus ſit, ſe, tanquam miſerum reum nocentem, qui crimen mortale admiſerit, quique pro ſola ſua ſpe & perfugio ducat miſericordiam, in manus Dei tradere: quin etiam ſe libenter coram hominibus culpæ confeſſionem editurum, ut, qui ipſo offenſi & ſcandalizati fuerunt, denuo ædificentur, omneſque agnoſcant, ipſum nihil aliud petere, quam ſe ſub manu Dei humiliare. Quum itaque ſic ſe res habeat, diſcamus, quando peccatum aliquod commiſerimus, ipſum non extenuare, aut occultare: ſed ipſum cognoſcere, & quidem ut propter ipſum penitus proſternamur. Cæterum, quando peccata noſtra in corde noſtro condemnare, eaque, ut nobis in ipſis diſpliceamus, ne Deus rationem ipſorum à nobis exigat, deteſtari cœperimus: coram hominibus etiam ea modeſtia præditi ſimus, ut confeſſione, quam Deus approbet, utamur: hoc eſt, palam & aperte, nos mortem, niſi Deus nos in gratiam recipiat, promeritos eſſe, profiteamur: ne vero pudor impediat, quominus ſcandala, quæ peccatis noſtris commiſimus, reſarciamus. Ibi vero dicitur, Deum, quum Jobum alloquutus eſſet, ſe ad Eliphazum Themanitenconvertiſſe, eique dixiſſe, *Ira mea exarſit adverſus te, & ſocios tuos: neque enim recta coram me, ſicuti ſervus meus Jobus, loquuti eſtis.* Vidimus ſuperius quemadmodum Deus Jobum redarguerit: nunc ſecundo loco ejus ſocios redarguit, & quidem longe aſperius. Nunc enim ipſum approbat, reliquos vero condemnat. Antequam vero ad hanc comparationem, quæ hic inter Jobum & ejus amicos inſtituitur, accedamus, nobis obſervandus eſt ordo, quum nimirum dicitur, Deum, quum ad Jobum verba ſuperiora habuiſſet, convertiſſe ſermonem ſuum ad eos, qui ipſum injuſte con-

ſcere iniquitatem. Illos autem quos adoptavit, quos pro liberis agnoſcit, caſtigat, ſeveritate erga illos utitur, tantiſper dum alieni quieſcunt, otio & deliciis fruuntur. En igitur quod nobis hoc loco oſtenditur: quæ quidem doctrina nobis perutilis eſt: videmus enim quotidie, fidelium conditionem in ſpecie miſeriorem eſſe ea contemtorum Dei. Videntur enim illi à Deo penitus reprobati, ægre vitam trahunt, nihil aliud quam languent in hoc mundo: interim improbi attollunt criſtas, en illos lætos & hilares, laute ſe tractant, omnis generis voluptatibus eo uſque indulgent, ut Deum irrideant. Quando autem iſta videntur, iis turbari poſſemus, niſi hanc doctrinam haberemus, nempe judicium incipere à domo Dei: quomodo etiam dicitur apud Prophetam

Eſa. 10. verſ. 10. Eſaiam, Quando Deus omnem ſuum opus impleverit in monte Sionis, tunc improbis non parcet. Diſerte vero Propheta Eſaias dicit, oportere ut Deus omnes ſuas caſtigationes impleat in Eccleſia ſua: ſicuti etiam ſuos maxime commendatos habet. Eos itaque primos viſitet, peccatis purget, reformet denique, nec faciat id diem unum duntaxat, ſed totum opus ſuum impleat oportet. Præterea horrenda vindicta parata eſt iis, qui ipſius patientia abuſi fuerint, qui ſe indurarint, tantiſper dum ipſe illos tolerabat,

1 Petr. 4. v. 12, 17, & 18. ſicuti etiam D. Petrus nos admonet: Heu amici mei, ne invideamus, inquit, filiis hujus mundi, quando Deus illos quietos ſinit, nos interim manu ejus caſtigamur, conditio noſtra dura eſt & moleſta: id leniter feramus: quid enim futurum eſt illis, quos Deus penitus reprobavit, quum nos tam rigido examini & purgationi ſubjici oporteat? Agnoſcamus igitur bonitatem Dei, ſicuti etiam dicitur apud Prophetam,

Jer. 24. v. 3, 8. & 29:17. illos, quos Deus diu toleravit, comparari cum fructibus, qui extremi ſervantur, & putreſcunt, illos vero qui maturius colliguntur, hoc honore affici ut menſæ apponantur, & in cibum inſerviant hominibus. Diſcamus igitur, Deum ſalutem noſtram procurare & promovere, quando libet ipſi nos primos caſtigare, incredulis interim otio & genio indulgentibus. Verum autem eſt, nos dicere non poſſe, Eliphazum & ejus ſocios penitus reprobatos fuiſſe, (contra enim Deus illos gratos & acceptos habuit;) ſed tamen ad tempus ab ipſo alienati fuerunt, nec non ut pro ipſis Jobus intercedat oportet, alias veniæ & miſericordiæ locum nullum inventuri erant. Quando igitur Jobus cum illis comparabitur, dicemus ipſum eſſe domeſticum Eccleſiæ, alios vero ad tempus ab ipſa exulare, donec Deus illos ſibi reconciliarit. En autem Jobum reprehenſum: alii vero interim ne verbum quidem unum fecit. Cognoſcamus igitur id quod dixi, nempe quo plus nos Deus diligit, eum etiam noſtram caſtigationem accelerare: quumque animadvertit nos declinaſſe, & à via ſalutis deflexiſſe, nobis invigilat, ut nos ſtatim in viam reducere hac vita fragili & caduca includere: illud igitur erat omnia pervertere. Nobis igitur hæc duo in memoriam revocanda ſunt, ut rectitudinem, cujus hic ſit mentio, agnoſcamus. In ſumma nobis notandum eſt; id quod ſuperius ex Pſalmo attulimus, Felicem eum eſſe, qui prudenter de afflicto judicat: ubi Propheta Pſa. 41:2
oſtendit nobis, quando aliquem afflictum videmus, Deum velle nos ea prudentia præditos eſſe, ut non ſtatim illum condemnemus: ſed altius reſpiciamus, & conſideremus, afflictiones nonnunquam hominibus accidere, ad ipſos ob peccata caſtigandos: ad probandam etiam nonnunquam ipſorum patientiam: Deum aliquando prævenire aliqua peccata, in quæ ipſi poſſent cadere: Deum etiam illos, tanquam ſpecula conſtituere, ut conſpecta ipſorum obedientia, ea ædificemur: interdum eſſe cauſas arcanas, nobis incognitas. Caveamus igitur nobis à temeritate, quando videmus Deum aliquem aſpere vexare: ne levi judicio præditi ſimus, eo ut pronunciemus adverſus ipſum, illum dignum eſſe qui ſic tractetur; & contra, illos, qui otio & quiete fruuntur, quaſi à Deo maxime delecti eſſent, æſtimemus: id enim fuerit nimis temere judicare. Quando igitur ea humanitate præditi erimus, ut cauſas, quæ nobis in Scriptura deſignantur, intueamur, eos, qui maxime eximii Dei ſervi ſunt, ſæpius omnium aſperrime, ita ut videatur nobis Deum hoſtem ipſorum eſſe, tractari comperiemus, ſed tamen de illis ex ſenſu noſtro non judicabimus. Quum eam modeſtiam ſervabimus, Deus ſemper nos ſublevabit, quum affligemur; ſed ſi crudeles fuerimus, & nimia ſtultitia præcipites feramur ad temere pronunciandum de aliis, eadem quoque menſura nobis rependetur. Cæterum, ut eo melius comprehendamus id quod hic dicitur, *Jobum recta loquutum eſſe, non autem ejus amicos*, nobis hæc regula generalis ſumenda eſt: nempe, quum quiſpiam vitam ſic inſtituit, ut Deum ſequatur & timeat, illum acceptum eſſe, quamvis magna peccata committat: ſi alius contra non habeat in ſe veram radicem timoris Dei, quamvis virtutibus inſignibus, quæ magni ſiunt ab hominibus, præditus ſit, nullius tamen pretii illum eſſe, & fœtere coram Deo. En, inquam, hominem, qui timet Deum, puro & ſincero affectu ſe ad bene agendum applicat: interim multis infirmitatibus laborat, claudicat, declinat, interdum cadit. Sed tamen peccata, quæ committit, ipſi condonantur, & Deus ſemper ipſi manum porrigit ad ipſum erigendum: quin etiam lapſus illi ad bonum & utilitatem cedunt: quoniam ipſi propoſitum eſt ad Deum tendere, eoque deducit ipſum ſuum ſtudium & deſiderium. Contra, ut dixi, poterit accidere, ut quiſpiam multum æſtimetur, præclaras virtutes habeat, agat laude digna. Sed tamen nulla erit in eo vera radix, aut erit contemtor

Dei,

Digitized by Google

verbis quibuſdam particularibus: ſemper tamen ad illum ſcopum, quem initio propoſuimus, tendit: & ab eo quamvis aliquantulum declinet, non tamen penitus ſe avertit, ſed ad eum tendit, etiamſi non recta feratur; inſtar ſagittarii, qui, etiamſi ſcopum non feriat, ad ipſum tamen colſimat, & proxime, quantum poteſt, appropinquat. Eadem, inquam, Jobi ratio eſt. En cur Deus illi rectitudinem attribuit. Diſcamus igitur, quod, quum puro & ſancto affectu præditi ſumus, & bene agere nobis propoſitum eſt, quamvis ſimus infirmi, multiſque vitiis implicati, nobiſque accidat vacillare aut etiam cadere, quamvis denique mereamur à Deo reprobari, is tamen nos tolerat, nec rationem ullam habet infirmitatum & vitiorum nôſtrorum, eo ut ipſa ſine ulla remiſſione nobis condonet. En cur dicitur in Scriptura, illos, qui ſe ad Deo ſerviendum & Legem ejus obſervandam applicuerunt, juſtos eſſe: quomodo

Luc. 1. verſ. 6. dicitur, Zachariam & Elizabetham coram Deo juſtos fuiſſe. Quomodo juſtos? Ubi quiſpiam talis inter

Pſal. 14. verſ. 1,3. & 53. verſ. 1,3. homines reperietur? ſicuti dicitur in Pſalmo: Nonne nos omnes tanquam miſeros peccatores condemnari, & ore clauſo eſſe oportet? Ita ſane: ſed, præterquam quod Deus Zachariam & Elizabetham Sancto ſuo Spiritu regendos ſuſceperat, gratum & acceptum habet, quod cupiunt & ſtudent bene agere, non ſecus quam ſi in bonis noſtris deſideriis, quæ imperfecta ſunt, perfectio ineſſet. Obedientia non ea eſt, qualem eſſe oporteret, Deus tamen illam gratam acceptamque habet, quoniam Deus iis, qui ipſum colere cupiunt, non imputat omnes imperfectiones, quibus illi laborant. En cur Deus illos pro juſtis acceptos habet. Quamvis igitur in nobis peccata fuerunt, Deus tamen illa obliviſcetur & ſua miſericordia ſepeliet, ita ut nihilominus nos tanquam juſtos & rectos accepturus ſit, modo, uti diximus, ad ipſum honorandum, noſque ejus obſequio addicendos, cor noſtrum tendat. Hoc vero debet nobis ad duo quædam prodeſſe. Primum enim videmus, quomodo Papiſtæ inſaniant, quum ad fundanda ſua merita his teſtimoniis abutuntur. Ecce, inquiunt, mentio fit rectitudinis: meremur igitur erga Deum, cordaque pura & recta ad Deum adeundum habemus. Heu! unde vero venit ea rectitudo? Numquid ejuſmodi laudem ex ore Dei noſtri meremur? Ipſe vero nos ſexcenties, nulla erga nos utens miſericordia, poſſet condemnare: ſed quoniam delet & obliviſcitur peccata noſtra, nec vult ipſorum rationem habere, en cur nos pro juſtis habet. Agnoſcamus igitur hic duntaxat ejus miſericordiam & meram bonitatem, honoremque illi exhibeamus. Cæterum debemus animum ſumere ad bene agendum, quando dicitur, Dominum nos acceptos habere, & tanquam bonum & laudabile probare id, quod tamen

mines nos magni faciant, ſed huc nempe veniamus, ut Deus noſter nos regat, habenis nos moderetur, ipſi vero nos ei in obſequium addicamus. Interim habemus hic teſtimonium certum, & minime fallax, ejus, quod ſuperius tractatum fuit: nempe Jobum, quamvis in quibuſdam verbis peccaverit, nihilominus tamen bonam cauſam habuiſſe, quum Deus, qui ſolus idoneus Judex erat, ſic pronunciarit. Contra, quamvis ejus amici ſpecioſa & nimis tranſibilia, ut quidem videbatur, argumenta attulerint, nihilominus hic reprobantur. Cur? Jam duas rationes oſtendimus: una fuit, quia Jobum condemnarunt, eo quod manu Dei percutiebatur. Si igitur volumus, judicium noſtrum ſuperius in cœlo non everti, diſcamus non temere judicare, quum Deus homines caſtigabit: idque agamus, non ſolum erga proximos, ſed etiam erga nos. Si igitur Deus nos affligat, ſapientes ſimus: ſicut etiam, quum Jacobus loquitur de patientia, ipſam diſerte vocat ſapientiam. *Jac. 1. verſ. 4.* Atque hæc eſt maxima ſapientia quæ poſſit nobis contingere, poſtquam Deum Patrem noſtrum cognovimus, gratiamque, quam nobis offert in Domino noſtro Jeſu Chriſto, accepimus, ut placide, quicquid nobis afflictionis immittit, poſſimus accipere, & humeros contrahentes conſolemur nos in noſtris miſeriis, noſque in triſtitiis noſtris recreemus. En quomodo recte in ſchola Dei noſtri erudiemur. Quando igitur Deus nos affligit, ne acerbitatem ullam animi, aut irritationem adverſus ipſum concipiamus: nihil enim eo proficiemus: ſed potius id quod Scriptura ſacra nos docet meditemur. Nempe opus eſſe, ut mortificemur: nimis enim mundo ſumus addicti, de vita cœleſti non cogitaremus: ſi quæcunque optamus nobis evenirent, quid nobis foret? Sed hoc amplius eſt, quod Deus novit multas rebelliones arcanas eſſe in carne noſtra: nos igitur tanquam vi domari oportet. Præterea neſciremus, quid eſſet illi obedire, ſi nos ex arbitrio noſtro tractaret. Opus eſt igitur, ut nos caſtiget & aſpere nos tractet: ſed in eo ſalutem noſtram procurat, quando nos examinat, & mittit nobis ea quæ dura & moleſta ſunt: nam ſi tunc adverſus ipſum non obmurmuremus, en tunc obedientiam noſtram comprobatam. En vero quod hic nobis notandum eſt, nempe, ſi ſobrie de afflictionibus, quas nobis & proximis Deus immittit, judicaverimus, nos eam rectitudinem, cui Deus hoc loco proprio ore teſtimonium perhibet, habituros. Ad extremum dicitur, *Deum amandare Eliphazum & ſocios ſuos ad Jobum, & præcipere ipſis, ut offerant ſacrificia, polliceturque, Jobum gratiam apud ipſum inventurum, ut illorum peccata ipſis condonentur.* Hic primum nobis notandum eſt, Deum adhuc ita Eliphazum & ſocios ejus redarguiſſe, ut noluerit tamen prorſus ipſos abigere: & quamvis condemnationem ipſis denunciarit, noluiſſe tamen illos ſine ulla ſpe veniæ

ſicuti videmus, ipſum condemnaſſe D. Paulum eo tempore quo erat perſequutor. Et in perſona etiam D. Pauli eo melius etiam poſſumus comprehendere id quod modo dixi: ſi enim duo homines ſumantur, res non tam facilis erit cognitu. En D. Paulum, qui tam improbus erat, ut prope deſperatus judicandus eſſet. erat tamen ex electorum Dei numero. Jam ab utero matris ſeparatus & deſignatus erat. Sed tamen initio non videbatur ad Eccleſiam Dei pertinere, potius erat ipſius hoſtis mortalis: Deus autem condemnat ipſum, quando ipſum dejicit, & eum ſpoliat illa ſuperbia, qua initio inflatus erat, eumque ſimilem miſero captivo reddit. Onus illud ipſi valde durum & grave videbatur: id illi fuit condemnationis loco: ſed ei ad ſalutem ceſſit. Superbiam enim illam, qua turgebat, domari, eumque tanquam vi dejici oportuit. En igitur condemnationem omnino ſalutarem: ſed ea pertinuit ad hominem, qui omnino erat alienatus à Deo, & prorſus deſperatus videbatur. Poſtquam vero ſic ſemel D. Paulus condemnatus fuit & gregi ſuo Deus illum adjunxit, factus eſt denique ovis & ſimul paſtor: adhuc tamen condemnetur oportet. Quomodo? Deus illi impingit alapas: dicit enim, eum Satanæ permittere, ut illum colaphis cædat, tanquam ad opprobrium, ne propter revelationum, quas habuerat, ſublimitatem attolleretur: & ſibi eo antidoto opus fuiſſe, ne ſuperbiret. Videmus igitur, in perſona D. Pauli duas rationes condemnandi eſſe, quæ ſunt nobis ad ſalutem. Idem videmus hoc in loco, ubi amici Jobi ad ſalutem condemnati fuerunt. Deus enim illis portam aperit, & oſtendit, illos confidere debere ſe veniam conſequuturos, quum ad ipſum cum vera pœnitentia accedent: arcet tamen adhuc ipſos aliquantulum, nec tam familiariter ad ipſos, quam ad Jobum, appropinquat, nec dat ipſis ad ſe aditum niſi ea ratione quæ hic exprimitur, nempe Jobo pro ipſis intercedente. Videmus igitur hic duo exempla diverſa miſericordiæ Dei: quamvis homines ſic tractet diverſis rationibus, agnoſcere tamen ſemper debemus, eum procurare ſalutem illorum, quos non penitus reprobavit. Eo autem docemur æquo animo pati & accipere omnes correctiones, quas Deus nobis mittit, & quamvis viliati ſumus, confugiamus. Notemus igitur, nos eo minus hodie excuſabiles, poſtquam Jeſus Chriſtus mortem paſſus eſt, futuros, ſi exiſtimemus nos coram Deo abſolutos eſſe alia ratione, quam ea purgatione quam ipſe fecit, pro nobis ſatisfaciens, ut nos morte, in qua detinebamur, liberaret. Si igitur cupimus miſericordiam conſequi, (quomodo ipſa opus habemus, & ea ſola eſt ratio Deo appropinquandi,) nobis ſemper animo debet obverſari mors & paſſio Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt ſacrificium noſtræ redemtionis & reconciliationis. Quum ita nos geremus, ne dubitemus ullo modo, quin Dominus noſter, quum ſe miſericordem declararit erga eos, qui ipſum offenderunt tempore figurarum Legis, quin & miſericordiam ſuam extenderit erga eos, qui non erant ex corpore populi ipſius, nos hodie ſuſcipiat ad ſe, quum Evangelium ſit per univerſum mundum promulgatum, fœdus commune cum Ethnicis & Judæis ipſe ſanxerit, nulluſque ſit paries intermedius ad alios ab aliis diſcernendos: ne dubitemus, inquam, quin ad Deum per hoc ſacrificium nobis confugientibus ipſe obviam procedat, ut ab ipſo veniam conſequuti de ſalute noſtra certi & perſuaſi ſimus.

Gal. 1. *verſ.* 15. *Actor.* 9. *verſ.* 4. 5. 6. 9. — 2 *Cor.* 12. *verſ.* 7. — *Epheſ.* 2.

Proſternemur autem coram Optimo Deo noſtro, agnoſcentes peccata noſtra, & precantes ipſum, ut illis velit nos magis ac magis purgare: quumque nos redarguet, det nobis interim ſenſum ſuæ bonitatis paternæ, ut habeamus unde nos conſolari poſſimus in noſtris afflictionibus: nec moleſtum & grave ſit nobis, ſi miſeris incredulis parcens, à nobis caſtigandis initium faciat, quum ſcire debeamus, ipſum eo pacto declarare, ſe, quum nos elegerit & ad ſe aſſumſerit, nolle ut pereamus. Ne patiatur igitur flagella ſua nobis inutilia eſſe, noſve ſemper in peccatis obſtinatos hærere: ſed vere ad ipſum recipiamur, & cum omni humilitate agnoſcamus peccata noſtra, ut propter ipſa animis noſtris angamur. Quin etiam coram hominibus profiteamur, quantopere ſimus ipſius miſericordiæ obſtricti, ut proximi noſtri à nobis ædificentur, & alii alios ad hunc ſcopum pertrahamus, ut nimirum ipſum in tota noſtra vita glorificemus. Idque quo efficiat, libeat illi ſuſcitare veros & fideles verbi Miniſtros, &c.

CON-

11. Convenerunt autem ad eum omnes fratres & ſorores ejus, ac quotquot noverant eum prius: comederuntque cum ipſo panem in domo ejus: & commoti ſunt ſuper eum, atque conſolati ſunt eum ſuper omni illo malo quod induxerat Jehovah ſuper eum, dederunt quoque ei quiſque nummum unum, & quiſque inaurem auream unam.

12. Jehova præterea benedixit extremo Jobi præ initio ejus: fuerunt namque illi quatuordecim millia ovium, & ſex millia camelorum, mille item juga boum, ac mille aſinæ.

13. Fueruntque illi ſeptem filii, & tres filiæ.

14. Vocavit autem nomen unius Jemimah, nomen vero ſecundæ Keſiah, & nomen tertiæ Kerenhappuch.

15. Nec inventæ ſunt mulieres ita formoſæ ſicut filiæ Jobi in tota terra: dedit autem illis pater earum poſſeſſionem in medio fratrum ſuorum.

16. Cæterum Jobus vixit poſt hoc centum & quadraginta annos, & vidit filios ſuos, ac filiorum ſuorum uſque ad quatuor generationes.

17. Mortuuſque eſt ſenex & ſatur dierum.

Vidimus, quemadmodum Deus, redarguens amicos Jobi, noluerit ipſos in deſperationem conjicere, ſed eos ad reſipiſcentiam vocarit, profitendo ſe velle ipſos exaudire, ſimulque illorum miſereri. En vero correctiones quæ nobis ſunt utiles, quum Deus non claudit nobis oſtium, ſed oſtendit ſe paratum eſſe nos in gratiam recipere. Nam alias quid proderit nobis, quod peccatorum noſtrorum convincimur & redarguimur? Nos in abyſſum deſperationis conjici oportebit, niſi Dei miſericordiam apprehendamus: atque ita nunquam vero pœnitentiæ ſtudio afficeremur: ſed potius indurati eſſemus ad frenum noſtrum arrodendum, neque ullam correctionem admitteremus. Notemus igitur, Deum ſingulari gratia afficere homines, quum, poſtquam effecit ut malum ſuum ſentiant, oſtendit tamen ipſos gratiam conſequuturos quum illam quærent. Interim autem vidimus etiam Deum præcepiſſe illis hominibus, *ut ſua ſacrificia ad Jobum adducerent, quo ipſe pro illis precaretur*; quod ad ipſos humiliandos pertinebat. Quamvis enim Deus ſe exhibeat benignum & promtum erga nos: opus tamen habemus, ut ſe ex parte difficilem præbeat, & quidem ut nos ad majorem peccatorum noſtrorum diſplicentiam adducat: nobis enim ſæpius ſufficere videtur, ſi bonum, ut vulgo dicitur, ſuſpirium ex gutture duximus: atque ita quaſi cum Deo ludimus. Pœnitentia debet nos prorſus confuſos reddere, debet nobis terrorem injicere, quando cognoſcimus iram Dei, quæ nos poteſt penitus obruere: ad hæc parum attendimus, ſed, ut dicitur, levi pede, & tanquam per prunas ardentes tranſeuntes, locum iſtum iræ Dei decurrimus. Ea de cauſa expedit nobis & utile eſt, ut Dominus nobis habenas contrahat, & oſtendat eſſe adhuc in nobis multum mali abſconditi, quod melius ſentire debeamus. Deus igitur nequaquam vult ſuam miſericordiam ut vile aliquid & vulgare proſtare & expoſitam eſſe hominibus: eo ut ſemper magis humilientur, & peccatorum à ſe commiſſorum recordentur. Hæc igitur ratio eſt, cur hoc in loco dicatur, *Jobum precaturum pro iis, qui offenderant*. Interim minime dubium eſt, quin Deus cum per ſacrificia, tum etiam in perſona Jobi voluerit oſtendere, homines opus habere aliquo Mediatore, qui det ipſis aditum ad ſe, & gratiam conciliet: quemadmodum videmus in Lege Deum con- *Exod. 30.*
ſtituiſſe Sacerdotem, qui ſolus in Sanctuarium in *v. 6, 10.*
nomine totius populi, cæteris procul ſtantibus, & *Levit. 16.*
eo pacto cognoſcentibus ſe indignos eſſe qui ad Dei *v. 3, 17.*
præſentiam accederent, ingrederetur. Id enim figurabat, ſine Mediatore, qui Deum noſtro nomine adeat, nunquam licitum nobis fore Deum precari, noſque merito rejectum & excluſum iri. Jobus autem hic tenuit locum & officium Sacerdotis, quando pro amicis ſuis interceſſit: neque enim id ſibi ſumſit: nimia enim ea fuiſſet ſuperbia. Deo enim ut ſupplicaret oportebat ad veniam conſequendam, nec ipſe poterat ſine Mediatore & Advocato accedere: quomodo ipſe igitur gratiam aliis conciliaſſet, niſi Deus id muneris ipſi attribuiſſet? Jobus igitur, quod ad actum illum attinuit, inſtitutus fuit à Deo Sacerdos, & ſic oportuit fieri: nam, ut inquit Apo-
ſtolus, nemo debet honorem illum ſumere; ſed qui *Hebr. 5.*
à Deo conſtitutus fuerit, ille verus & legitimus eſt *verſ. 6.*
Sacerdos: ut etiam ipſe Jeſus Chriſtus, quamvis ſit Dominus in Eccleſia, caput hominum & Angelorum, ſit in gloria Dei Patris ſui, nequaquam tamen ſe obtruſit, ſed cum jurejurando ſolenni vocatus eſt
ab eo, qui dixit, Juravi, nec me pœnitebit, Tu es Sa- *Pſ. 110:4.*
cerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedek. *Heb. 5: 6.*

Notemus

Digitized by Google

nobis Mediator conſtitutus eſt. Tunc certi ſumus, Deum nos non rejecturum eſſe: habemus enim tunc promiſſionem ejus, quæ non poteſt nos fallere & fruſtrari; ſed ſi temere ipſum adierimus, nihil proficiemus. Idem ſtatuendum eſt de Sacrificiis, quorum hic ſit mentio: nunquam enim preces ſine ſacrificio exauditæ ſunt. Cur? Quia Deus voluit oſtendere, homines non dignos eſſe, qui ipſum adeant, eo quod omnes mortis ſunt rei; ſin ipſum adierint, id ipſorum exitio futurum eſſe. Omnes, qui voluerunt miſericordiam conſequi, aliqua ſacrificia attulerunt, ut conſiterentur, ſe obnoxios eſſe judicio Dei, nec poſſe ſe aliter quam per ſacrificium ipſo liberari. Id Ethnici etiam ſequuti ſunt & obſervarunt, ſed finem, propter quem ſacrificia offerri oporteret, non intellexerunt: ideoque illud fuit duntaxat teſtimonium adverſus ipſos. Deus tamen in univerſo mundo voluit hoc teſtimonium exſtare, ut homines cognoſcerent, nihil in ſe eſſe præter condemnationem, ſeque abſolvi non poſſe, niſi aliqua ſacrificatione ipſorum peccata delerentur. Nunc vero ejus rei veritatem habemus nobis in Euangelio patefactam, nempe, quoties Deus precandus eſt, nobis confugiendum eſſe ad mortem & paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti: alia enim ratione cum ipſo reconciliari non poſſumus, preceſque noſtras ſanguine, quem effudit ad eluendas noſtras maculas, irrigari oportet. En igitur, quomodo Deo grati & accepti erimus, quamvis merito ſit hoſtis noſter capitalis, & quando bellum ipſi intulimus, ita etiam vindicta & maledictio ejus ſit ſuper nos: nempe quod nihilominus nos in gratiam ſit recepturus, quum ad ipſum accedemus cum ſacrificio illo quod à Domino noſtro Jeſu Chriſto oblatum eſt, applicantes ipſum ad uſum noſtrum, ut nos & preces noſtræ benedicti ſimus à Deo, ipſeque nos & omnia noſtra grata & accepta habeat. Hic vero notandum eſt, quum Deus dicit, *Ne ſtulte agam vobiſcum*, (nam è verbo ad verbum ſic eſt in textu,) hanc loquendi rationem paulo duriorem videri poſ-
Pſal. 18. ſe: ſed ſi reſpiciamus id quod continetur Pſalmo 18.
verſ. 27. hujus vocabuli perſpicuam & facilem declarationem
Levit. 26. habere poterimus. Dicitur, Deum tractare homines
v. 23, 24. prout ipſos nanciſcitur: Perverſus ero cum perverſis. Id abſurdum videbitur: non tamen inde ſequitur, Deum mutare ſententiam, aut ſimilem eſſe noſtri: ſed duntaxat hoc innuit ea loquutio, nos Deum, ut vulgari proverbio dicitur, Duro aſino durum aſinarium experturos eſſe: ſi enim refractarii ſumus, & dura cervice, quam non poſſit flectere, præditi ſimus, magnis mallei ictibus nos contundet. Tunc vero Deus nobis immanis eſſe videtur. Prout igitur Deum ſentimus, eumque ex ſenſu noſtro apprehendimus, dicitur eſſe talis, quamvis nulla mutatio ejus Majeſtati conveniat. Idem eſt in hoc loco

quid adhuc contemtius fuiſſet, loquebantur. Nunc vero ipſum & quidem ſupplices accedunt. Cur vero? Deus illos ſpoliavit ea ſuperbia quæ prius illos excæcabat. En igitur unde manabit mutatio, nempe quum coram Deo humiliati erimus, ipſeque adeo corda noſtra alloquutus fuerit, ita ut cognoſcamus, quinam ſimus: nihil enim eſt quod impediat, quominus in timore ambulemus, & penitus dejiciamur, niſi quod ſtulta arrogantia inebriamur, noſque id eſſe, quod non ſimus, opinamur. Deus igitur nos doceat oportet: omnes enim homines non poſſint nos à ſtulta illa arrogantia, qua inflati ſumus, deducere, donec Deus manum admoverit. Sed præterquam quod amici Jobi ſuperbiam illam, quæ ipſos tranſverſos agebat, depoſuerunt, ſuam etiam pœnitentiam Deo obſequendo declararunt: ut ſane hic verus eſt fructus, qui alioqui latentem in corde bonam radicem arguit, quando cupimus nos ei quod Deus præcipit ſubjicere. En etiam cur dicitur in Actis Apoſtolorum, Quid faciemus, homines fratres? Quum D. Petrus tanquam fulminavit in eos, qui prius erant contemtores Domini noſtri Jeſu Chriſti, dicitur, eos vulneratos in ſuis cordibus & tanquam aculeo quodam compunctos dixiſſe, Quid faciemus. Se Deo obtulerunt ad ſequendum, quicquid ipſis præciperetur. Ejuſmodi igitur pœnitentiæ fructum in hoc loco videmus: nempe quod amici Jobi, poſtquam ſe cognoverunt, & ſtultam illam arrogantiam, qua prius tentabantur, depoſuerunt, omnia ea quæ Deus juſſerat præſtiterunt. Quando igitur humiliati coram Deo fuerimus, eo ut nobis diſpliceamus, voluntatem etiam & deſiderium ſimul nos ſubjiciendi verbo Dei habebimus: nam hæc etiam pars eſt arrogantiæ noſtræ, quod, quicquid in cerebro noſtro fuerimus imaginati, volumus agere. Dum nimis ſapientes eſſe volumus, non poſſumus Deo obſequi: ſed quum omnem ſuperbiam exuimus, tunc agnoſcimus, penes Deum jus & auctoritatem eſſe, nobis quicquid velit præcipiendi, nihilque aliud nobis ſupereſſe, quam ut nos ipſi ſine ulla repugnantia ſubjiciamus. Statim autem ſubjicitur, *Deum ſuſcepiſſe faciem Jobi & ejus captivitatem convertiſſe*, aut converſum fuiſſe ad ejus pœnitentiam, *quando precatus eſt pro amicis*. Quum Deus exaudiverit faciem Jobi, precationem ejus acceptam habuerit, quia ipſum Sacerdotem conſtituerat: an non, quæſo, longe melius certi & perſuaſi eſſe debemus, nos exauditum iri, quum futurum ſit, ut advocato noſtro, nempe Jeſu Chriſto, qui Sanctuarium *Heb.* 6.
cœlorum ingreſſus eſt, nec nobis etiam quidquam, *v.* 19.20.
quum ad Patrem ejus via quæ nobis propoſita eſt *& cap.* 9.
veniemus, denegetur? Ecce Johum, miſerum ho- *v.* 11,12.
minem, qui non ita pridem parum ab eo abfuit, quin adverſus Deum blaſphemaret, quamvis ſe ſemper in patientia cohibuerit ad concluſionem quod attinet,

æſtibus

Digitized by Google

procedit, quum non poſſunt unico mediatore contenti eſſe homines. Papiſtæ ſanctos & ſanctas ſuas in patronos & advocatos conquirunt. Quid ejus rei in cauſa eſt? Quod Chriſto non attribuant eam dignitatem ut ſe ejus morte & paſſione redemptos eſſe agnoſcant: in ore quidem habebunt filium Dei & redemptorem: Sed ipſum pro Advocato non agnoſcunt, nec ad illum confugiunt, neſciunt quid ſit illum precari, plane id ignorant. Nos vero an ut par eſt, in ea parte officio noſtro fungimur? Loquor de iis qui ſatis abunde edocti ſunt. Quotieſcunque enim debemus Deum precari, ſacrificium illud æternum, quo redemptio nobis acquiſita eſt, noſtris oculis & animis obverſetur, oportet. Sed de eo non niſi perfunctorie cogitamus, multique adeo ſunt ſtolidi & hebetes ut quamvis aures attritas habeant hac doctrina, qua docemur Jeſum Chriſtum eſſe advocatum noſtrum, non poſſint tamen inter Deum & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum diſcernere, ita ut quum ab ipſis invocandus eſt Pater in nomine Jeſu Chriſti, neſciant, an ſit aliquis Advocatus, qui pro nobis intercedat. Sed mirandum non eſt ſi ſæpius Dominus noſter ſic excæcat oculos hominum, ut eos avertat à viâ illa ſalutis quam ipſis in verbo ſuo proponit: malitia enim ſua ſe ab ipſa averterunt, ſibique oſtium clauſerunt eo ut nullum ad Deum, ad ipſum invocandum aditum habeant: ſicuti etiam ſcimus non patere nobis januam, niſi Chriſtum advocatum, quem ipſi dereliquerunt, habuerimus. En vero cur omni tempore diabolus conatus eſt inanes imaginationes hominum animis & cordibus immittere, ut ipſos hac & illac tranſverſos ageret. Sed caveamus nobis ne in devia feramur, aut divagemur: potius cum videamus Deum interventu ſacrificiorum homines olim exaudiviſſe, Sacerdotes qui ſub Lege erant, non fuiſſe fruſtra ingreſſos in Sanctuarium factum manu hominum, quodque erat corruptibile, cum eo non adferrent aliud quam ſanguinem belluæ; certi ſimus hodie Jeſum Chriſtum nobis Deum Patrem proprium & benignum redditurum, nobiſque apud ipſum gratiam & miſericordiam conciliaturum, & quidem quum preces noſtræ ſacrificio illo quod pro nobis ipſe obtulit fundatæ erunt, & cognoſcemus, illius eſſe preces noſtras ad patrem deferre & efficere ut exaudiamur. Interim nobis notandum eſt id quod hic dicitur *Deum convertiſſe Jobi captivitatem* aut ad pœnitentiam ſe convertiſſe. Vocabula enim ſic poſſunt accipi: ſed magis ſimplex impoſitio hæc eſt, cum convertiſſe captivitatem Jobi, hoc eſt ærumnam illam & anguſtiam qua premebatur Jobus fuiſſe ſublatam aut captivitatem ejus hoc eſt greges ipſius & facultates ipſi reſtitutas fuiſſe: ſed & diſerte annotatur id ipſi accidiſſe, *quando precatus eſt pro amicis ſuis*: hoc eſt pro iis qui ipſum ut vidimus perſecuti deſtuant preces omnes quas pro ipſis conceperimus. En igitur cur diſerte dicitur. *Jobum à Deo miſericordi oculo conſpectum fuiſſe, quum precatus eſt pro iis*, qui ipſum contumelia ut vidimus affecerant. Nobis igitur in memoriam revocandum eſt id quod dicit D. Jacobus. Vos audiviſtis patientiam Jobi, & videtis etiam finem & exitum quem conſecutus eſt à Deo. Oſtendit autem nobis afflictiones quas Deus immittit filiis ſuis eſſe temporarias: quin etiam ipſarum exitum felicem eſſe, & longe ipſis præſtare ſic affligi ad tempus, quam ſi ſemper otio & quiete fruantur. Si enim Deus illis nimis parceret, nemo non in hoc mundo indormiret: neſciremus amplius quid ſit Deo obſequi, cupiditates carnis noſtræ inſtar equorum refractariorum indomitæ eſſent & laſcivirent, de hac vita caduca duntaxat cogitaremus. Cognoſcamus igitur primo, quod quando Deus affligit ſuos fideles nolit ipſos ad ſummum premere: novit enim ipſorum captum, & ut dicit D. Paulus, quia ipſe fidelis eſt, non permittet ut ultra vires noſtras tententur. Sed præterea tandem oſtendit nobis optandum eſſe, ut ſic ejus flagellis cædamur: ſicuti David dicit; utile mihi fuit Domine, quod me caſtigaris, ita ut in miſeriis & caſtigationibus noſtris ſemper gloriari poſſimus. Hoc nobis hoc in loco obſervandum eſt. Neque enim propter Jobum ſcriptum eſt, *Deum poſteriori ejus ſtatui magis benedixiſſe, quam priori*, duplicaſſe ejus opes & facultates, quæ prius magnæ erant, *dediſſe illi filios & filias, vitam illi produxiſſe, ita ut ipſe ad quartam uſque progeniem viderit filios ex ſua ſtirpe procreatos*, poſtquam ſe ita omnibus rebus nudatum & ſpoliatum viderat. Verum eſt Spiritum Sanctum hic voluiſſe relinquere monumentum & documentum gratiæ Dei in perſonam Jobi, at id nequaquam ad ipſius inſtructionem ſed ad noſtram factum eſt. Non ſine cauſa igitur nobis illud ſpeculum proponit D. Jacobus inquiens, Amici mei, verum quidem eſt patientiam moleſtam, duram & difficilem eſſe latu, quando homines cruciantur id eorum naturæ adverſatur: ſed tandem Deus totum illud ſic convertit ad ipſorum ſalutem, ut intelligant ſibi longe utilius fuiſſe ſic caſtigari, quam ſi Deus illos nimis toleraſſet & indulgenter habuiſſet. Denique quotieſcunque afflictionibus vexamur: non dico duntaxat quod ad corpus attinet: ſed quum perturbationibus animi eo uſque angimur, ut indignemur, & ad deſperationem, aut ad reſponſandum Deo ſollicitemur, repetemus animo id quod de Jobo & ejus patientia legimus. Nam ſi cum ipſius afflictionibus conferamus omnia mala quæ pati poſſumus, certum eſt Deum hic voluiſſe proponere ſpeculum, quod ſuperaret omnes tentationes & moleſtias, quæ quotidie fidelibus accidunt. En Jobum omnibus ſuis ſpoliatum: dives tamen erat, & tanquam princeps ali-

Jacob. 5. verſ. 11.
1 Cor. 10. verſ. 13.
Pſal. 119. Theth.
Jacob. 5. verſ. 11.

Digitized by Google

mit? Jobus igitur in ea perturbatione erat, quum videbat Deum ipſum adverſarium eſſe, & cauſam ignorabat: Quum ita ſe res habeat, non debet nobis durum & moleſtum eſſe quando mediocriter affligimur: Deuſque unumquemque noſtrum ratione habita noſtræ infirmitatis prout competit nobis caſtigat: id mirum nobis videri non debet, ſed ſumamus hanc hiſtoriam quæ ad noſtram inſtructionem perſcripta eſt: Tum finem & exitum intueamur: ſi enim extremum illud malorum omnium ſentiremus in quo Jobus verſatus fuit eo tempore quo Deus ipſum perſequebatur, heu perterreremur, nemo eſſet qui animum & omnia non deponeret. Quid prodeſt Deo ſervire, cum ii qui in ipſius timore ambularunt, ſint omnium miſerrimi? Sed quum finem & exitum afflictionum Jobi reſpicimus, en, in quo habemus unde nos conſolemur: nempe quod primum afflictiones (uti jam diximus) ſunt temporariæ filiis Dei, præterea ipſis loco medicinæ ſunt, tum earum exitus ſemper eſt felix, ita ut ſemper habeant unde Deum glorificent, non ſolum quando ipſos liberat, ſed etiam quod omnes malas ipſorum concupiſcentias mortificet: quod etiam in eo meliorem confirmationem doctrinæ habeant, quatenus, cum Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſit viva imago omnium fidelium & filiorum Dei, ipſi conformes fiunt ut docet Paul. 8 cap. ad Romanos, nos in omnibus miſeriis conformes fieri Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt filius primogenitus in domo Dei. Ac ſane ſi crucem duntaxat Domini noſtri Jeſu Chriſti contemplemur, ea maledicta eſt ore Dei: nihil in ipſa præter probrum & terrorem videbimus: denique inferni gurges videtur apertus fuiſſe ad Chriſtum deglutiendum. Sed quum reſurrectionem cum morte ejus conjungemus, en gaudii materiam & occaſionem, quæ omnes triſtitias noſtras lenire poteſt. ne ſupra modum triſtitia afficiamur, quando libebit Deo nos affligere. Id vero expreſſe impletum fuit in Domino noſtro Jeſu Chriſto, ut ſciamus hoc non duntaxat pro una perſona ſcriptum eſſe, ſed cognoſcamus filium Dei nos vitæ ſuæ participes facturum, quando cum ipſo mortui fuerimus, ſuam item gloriam nobiſcum communicaturum quando omnia probra omneſque miſerias quas Deo humeris noſtris imponere viſum fuerit conſtanter & patienter feremus. Videmus igitur cur iſta nobis commemorentur, ne haud præviſa nos opprimant mala, quum videbimus Deum nos affligere, neve triſtitiam concipiamus, quæ cor nobis conſtringat, & nos ita captivos contineat, ut nullam conſolationem poſſimus accipere: ſed exitum ſemper ſpectemus quem Deus ſuis filiis promiſit: quem etiam reipſa tam in Jobo quam Davide, & aliis, ſed in primis in Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt verus & ſummus omnium fidelium patronus, comprobavit. Verum eſt non ut plurimum eventurum ut Deus duplo augeat dona ſua temporaria illis qui afflicti fuerint, cipiamus illas, prout ipſas mittet; ſed id quod præcipuum eſt reſpiciamus, nempe ſi hoc ſolum eſſet, quod confirmamur in bonitate Dei noſtri, eo majorem auxilii ipſius approbationem habemus, fides noſtra ſemper exercetur, quando affligimur an non illud multum eſt? Quiſpiam qui non ſatis cognoverit, quantum poſſit gratia Dei ad nobis in neceſſitatibus noſtris opitulandum, quum affligitur, videt ſe à Deo Sancto ejus Spiritu corroborari, ita ut afflictionem æquo animo ferat: quumque liberatus eſt, tunc cognoſcit Deum manum admoviſſe ad ipſum liberandum, atque inde colligit quum ipſi ſemel Deus adfuerit ſe illius ope & auxilio nunquam deſtitutum iri. Si vel hoc ſolum haberemus, quod ex parte una ſenſimus auxilium Dei, ex alia videmus ipſum in nobis Sancto ſuo Spiritu operari ne deficiamus, & ad extremum Deum ejuſmodi experientia nobis declarare, ſe ſemper paratum eſſe ad nos adjuvandos, quando id duntaxat ex afflictione referemus an non eſt ea utilitas inæſtimabilis? Sed hoc amplius eſt quod Deus facit ut infirmitates noſtras quæ nobis erant incognitæ ſentiamus: eoque magis incitamur ad ipſum invocandum, quaſi nos ad id acuiſſet. Præterea pro eo quod correctiones quaſi temere illatas acceperamus, docemur ipſas tanquam ex ejus manu accipere, ut ex ipſis utilitatem capiamus. Deinde, poſtquam ſic proſtrati fuimus, melius diſpoſiti & præparati ſumus ad aſpirandum ad vitam cœleſtem: qui enim ſecundum mundum exultant, à Deo ſe avertunt. Contra quum domiti ſumus, Deuſque nos ad imas uſque partes dejecit, itaque depreſſit & debilitavit, ut quid nobis ſit futurum, neſciamus; eo ſpectat, ut nos ſibi appropinquare faciat, quo ſalutem ſpiritualem, quæ nobis parata eſt, eo melius guſtemus. Si igitur vel hæc duntaxat habuerimus, nonne debemus agnoſcere id quod de Jobo ſcriptum eſt in nobis impletum eſſe, noſque verum ejus exemplum habere? Permittamus igitur Deo ut nos tractet nobiſque dona ſua largiatur prout ipſi videbitur. Sed quicquid ſit, cognoſcamus exitum afflictionum noſtrarum ſemper felicem fore. Ac ſane, ſi vel hoc ſolum eſſet, quod illæ proſunt ad nos adducendum ad gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod continget quando ex hoc mundo evocati fuerimus, erimus in cœtu filiorum Dei & Angelorum ipſius, nonne debemus afflictiones magnifacere? Quamvis vero ſecundum carnem illæ nobis ſint duræ & aſperæ, nonne tamen ſemper lætandi, & Deo noſtro gratias agendi occaſionem habemus, præcipue quum nos liberat miſeriis in quibus modo verſamur? Quoniam vero omnia nunc pluribus exponi non poſſunt, & ſufficit ſummam quandam habere eorum quæ hic dicuntur: ſuperſedeo nunc loqui *de forma filiarum Jobi*, nam in ſumma Scriptura voluit ſignificare, Deum illi ita res proſperas in hoc mundo conceſſiſſe, ut oculis ipſis Deum illi & quidem extraordinarie faviſſe cernamus. Nec mirum nobis videatur

Deum

Digitized by Google

longe excellentiorem quæ debet nos conſolari. Exempli gratia ſumamus id duntaxat, quod dicitur de longa vita. Deus magni fecit in Lege ſua hanc longam vitam quam dabit Patribus. Interim multi fuerunt increduli & reprobi qui diu vixerunt. Primum igitur nobis in eo non eſt hærendum, cum illud bonum ſit quod poteſt hoſtibus Dei cum infidelibus eſſe commune: non eſt illud ſummum bonum, vera & perfecta felicitas, multum abeſt. Sed nobis ſecundum adjiciendum, nempe Patres antiquos non ita perfecte atque nos, ſciviſſe, Deum ipſis præparaſſe hæreditatem in cœlo. Verum eſt ipſos ejus guſtum aliquem habuiſſe, & fuit illis fides nobiſcum communis: ſed tamen ejus declarationem non habuerunt tantam, quanta nobis patefacta eſt in Domino noſtro Jeſu Chriſto. Oportuit igitur ut Deus illos diu vivere ſineret, eoſque diuturnis in hoc mundo exercitiis & experimentis erudiret. En cur Jobus longam vitam habuit. Hodie vita noſtra brevior eſt, & quidem quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus nobis apparuit & oſtendit nos eſſe advenas & peregrinos in hoc mundo, eo ut ad hæreditatem illam quæ nobis ejus ſanguine parta eſt concurramus: Quod igitur in umbra duntaxat erat, id confirmari oportuit gratiis viſibilibus: ſed nunc habemus ſubſtantiam: umbræ

Coloſ. 2. verſ. 17. & figuræ præterierunt, ipſarum corpus habemus in Domino noſtro Jeſu Chriſto: nos igitur contentos eſſe oportet eo quod Deus nobis dat, tum ejus ductui nos ſemper permittere debemus. Cæterum cognoſcamus nos vita ſatiatos eſſe debere; quando libebit Deo nos ex hac vita educere. Verum eſt Scripturam

Gen. 25. verſ. 7. quum ſic loquitur de Jobo & Abrahamo, dicitque ipſos mortuos eſſe annis plenos & ſaturos, voluiſſe exprimere benedictionem illam temporariam quam dixi. Sed quicquid ſit, nunquam neque Jobus, neque nos ſed tem paternam Dei noſtri: quin etiam ſi tres dies duntaxat viveremus in hac vita, id ſufficeret ad guſtandam bonitatem & miſericordiam Dei; tum confirmandam fidem noſtram. Cum enim Dominus noſter Jeſus Chriſtus mortuus ſit & excitatus: non opus eſt, ut diutius in mundo vivamus ad cognoſcendum Deum nobis eſſe patrem, noſque de noſtra ſalute certos & perſuaſos eſſe debere. Quare ſimul atque Deus dat nobis cognitionem veritatis Euangelii ſui, ſemper parati ſimus ad moriendum, ſcientes ipſum nos adoptaſſe in filios, ſeque Patrem nobis cum in vita tum in morte præſtiturum. En igitur quomodo ſemper vita ſatiati erimus, quum nimirum in Chriſto tantum ſui amoris pignus, nobis Deus dederit, ut non oporteat nos petere ut terminum vitæ noſtræ nobis prorogeт ad majorem ejus amoris confirmationem. Quare ſemper precemur ipſum, ut nos poſtquam in hoc mundo Sancto ſuo Spiritu gubernarit, ad ſe evocet, & ad ipſum vitæ ſaturi migremus, eo quod hic nos aluerit, nobiſque demonſtrarit veram noſtram vitam & ſtabilem felicitatem nobis in cœlo paratam eſſe.

Proſternemur autem coram optimo noſtro Deo agnoſcentes peccata noſtra & precantes ipſum, quo libeat ipſi eorum ſenſu nos magis ac magis afficere, ut cum vera pœnitentia accedamus ad ipſum, quo nos ad ejus juſtitiam conformemus. Quoniam vero ſumus miſeri peccatores, nec non tot tentationibus implicati & oppreſſi ſumus, ut fieri non poſſit ut centeſima officii noſtri parte fungamur, libeat ipſi nobis adeſſe Sancto ſuo Spiritu, noſque in infirmitatibus & imperfectionibus noſtris tolerare donec nos illis penitus ſpoliarit. Ergo dicemus omnes: Deus omnipotens, Pater cœleſtis, &c.

F I N I S.

20. Deus non invenerat Adamo adjutorium (inter animantes) quod eſſet coram ſe, 40. a
24. Vir & uxor erunt in carnem unam, 156. a
III. 4, 5. Dixit ſerpens ad mulierem, Non moriendo moriemini. Novit enim Deus, quod in die qua comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut Dii ſcientes bonum & malum, 193. a. 319. b
6. Videns Eva quod bona eſſet arbor ad veſcendum, & quod delectabilis eſſet oculis, de fructo ipſius comedit, 432. a
7. Adamus & Eva poſt tranſgreſſionem foliis ſe operuerunt, 413. b 417. a
12. Mulier quam mihi dediſti me decepit, 457. a
IV. 1. Poſtea cognovit Adamus uxorem ſuam, &c. 215. a
4. Reſpexit Deus ad Abelem & ad ejus oblationem, 9. a
7. Si non bene egeris, peccatum præ foribus cubat, 498. a
8. Cainus occidit Abelem, 345. b
13. Major eſt punitio mea, quam ut ferre poſſim, 35. a. 158. a. 457. a. 530. b
V. 22. Ambulavit Henoch cum Deo, 295. a. 511. a
VI. 3. Non diſceptabit amplius Spiritus meus cum homine, 285. a
5. Vidit Deus multam eſſe hominis malitiam in terra, 235. b
6. Pœnituit Jehovam quod feciſſet hominem in terra, & doluit in corde ſuo, 240. a
7. Dixit Jehova, Delebo hominem quem creavi, à ſuperficie terræ: quia pœnitet me quod fecerim eum, 140. b
9. Noah vir juſtus & integer fuit, 145. a
VII. 11. Tempora diluvii rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cæli apertæ ſunt, 590. a
23. Deleta eſt omnis ſubſtantia, quæ erat ſuper faciem terræ, 523. a
VIII. 20. Noah ædificavit altare, & obtulit in eo holocauſta, 9. b
XII. 3. In Abrahamo benedicentur omnes terræ nationes, 235. a
XIII. 6. Facultates Abrahami & Lothi erant amplæ, 6. a 293. a
6. Terra non ferebat eos, ut ſimul habitarent: eorum enim facultates erant multæ, 293. a
16. Dixit Deus Abrahamo ſe effecturum ipſius ſemen ſicut pulverem terræ, 241. b
XIV. 18. Melchiſedec erat Sacerdos Dei ſummi, 2. b
XV. 1. Deus eſt merces Abrahami, 297. b. 430. b
5. Semen Abrahami multiplicabitur ſicut ſtellæ cæli, 245. b
12. Fuit Sole occumbente ut ſopor invaderet Abrahamum: & ecce terror tenebroſus & magnus cadens ſuper eum, 35. b. 56. a
15. Sepelieris in canitie bona, 293. a
XVII. 1. Ambula coram me, & eſto integer, 136. b
XVIII. 19. Abrahamus præcipiet filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Jehovæ, 218. a. 235. b
20. Clamor Sedom & Hamorrah multiplicatus eſt, & pervenit ad me, 528. a
23. An etiam perdet juſtum cum impio? 127. b
25. An etiam morti trades juſtum cum impio? ibid. 515. a
Abſit tibi ut morti tradas juſtum cum impio, 127. b
XIX. 24. Jehova pluit ſuper Sedom & ſuper Hamorrah ſulphur & ignem, 531. b
25. Subvertit Deus Sedom & Hamorrah & omnes habitatores urbium, & germen terræ, 325. a. 531. b
XXIII. 1. Sara vixit annos centum viginti & ſeptem, 639. a
XXIV. 35. Jehova benedixit Abrahamo valde, & dedit ei pecudes & boves, & argentum, & aurum, & ſervos, & ancillas, & camelos, & aſinos, 6. a. 639. a
XXXII. 24. Quidam luctatus eſt cum Jacobo donec aſcenderet aurora, 38. b
28. Non dicetur ultra Jacob nomen tuum, ſed Iſraël: quia princeps fuiſti cum Deo & hominibus, prævalebis, 509. a
XLVII. 9. Dies vitæ meæ fuerunt mali, nec comparandi cum diebus patrum meorum, 293. a

E X O D U S.

I. 16. Cum adjuvabitis ad partum Hebræas, ſi filius fuerit, enecate eum; ſin autem filia, ea vivat, 2. b
XI. 5. Et morietur omne primogenitum in terra Ægypti, 12. a
XIX. 9. Dixit Jehova ad Moſen, ecce ego venio ad te in denſa nube, 581. b
10. Sanctificate vos: nam Jehova cras eſt gloriam ſuam patefacturus, 2. b
16. Fuit die tertio, cum cœpiſſet mane, ut eſſent tonitrua, fulgura, & nubes denſa ſuper montem, ſonitusque tubæ vehemens valde, adeo ut trepidaret totus populus qui erat in caſtris, 56. b. 381. b. 584. a
19. Cum ſonus tubæ pergeret & invaleſceret valde, Moſes loquebatur, Deus vero reſpondebat ei voce, 583. b
XX. 2. Ego ſum Jehova Deus tuus, 297. a
5, 6. Deus viſitat iniquitatem patrum in filios uſque in tertiam & quartam generationem: & facit miſericordiam in mille generationes diligentibus ipſum, 301. a
18, 19. Totus populus percipiebat tonitrua, & fulgetra, & ſonum tubæ, & montem fumantem: percipientique populus trepidabat & ſtabat procul. Et dixit ad Moſen, loquere tu nobiſcum, & audiemus: ſed ne loquatur nobiſcum Deus, ut non moriamur, 56. b 482. a
XXII. 21. Peregrino vim non facies, nec opprimas eum: nam peregrini fuiſtis in terra Ægypti, 456. b
22, 23. Si viduam aut orphanum affligeritis, eorum clamorem exaudiam, 344. a
24. Si eos affligeritis, tum occidam vos gladio, & erunt uxores veſtræ viduæ, & liberi veſtri orphani, 344. a
26, 27. Si pignore acceperis veſtem proximi tui, Sole occumbente illam ei reſtitues: eſt enim ejus operimentum, in quo cubat, 513. a. 344. a
28. Principi populi tui ne maledicito, 518. b
XXIII. 4, 5. Si offenderis bovem inimici tui, aut aſinum ejus errantem: reducito eum ad illum: Si videris aſinum oſoris tui ſuccumbentem oneri ſuo, ſubſiſte, & adeſto ei, 454. a
XXV. 30. Imponito menſæ panem propoſitionis ante faciem meam jugiter, 10. a
XXVIII. 12. Aaron portabit nomina filiorum Iſraël ſuper duos humeros ſuos coram Jehova in monimentum, 160. b. 161. a
XXX. 18. Ponito aquam in labro, 8. a
XXXII. 1. Fac nobis deos qui anteeant nobis, 317. b
32. Nunc autem, aut condona peccatum eorum, aut deleto me de libro tuo quem ſcripſiſti, 41. b
XXXIII. 19. Gratioſus ero, cui fuero gratioſus, & miſerebor, cujus miſertus fuero, 530 b
XXXIV. 7. Deus viſitat iniquitatem patrum in liberos in tertiam & quartam generationem, 270. b. 182. b
33. Abſolvit Moſes loqui cum filiis Iſraël, impoſuitque faciei ſuæ velamen, 482. a

L E V I T I C U S.

XVI. 3. Aaron ingredietur Sanctuarium cum juvenco, in peccatum populi, & ariete, in holocauſtum, 635. b
17. Aaron faciet expiationem pro tota domo Iſraëlis, ibid.
XVIII. 5. Homo qui fecerit ſtatuta Dei, vivet in eis, 131. b. 144. a. 545. a. 184. a
5. Statuta & judicia mea obſervatote, quæ qui fecerit, vivet in eis, 138. b. 145. a
oculos & animum cruciabunt, 461. b
17. Opponam faciem meam vobis, & coram inimicis veſtris cadetis, & oſores veſtri dominabuntur vobis, & fugietis nemine vos perſequente, 79. a
Impii fugient nemine perſequente, ibid.
19. Tranſgreſſoribus reddet Deus cælum tanquam ferrum, & terram tanquam æs, 170. a. 578. a
Frangam excellentiam roboris veſtri, & reddam cælum veſtrum tanquam ferrum, & terram veſtram tanquam æs, 170. a. 576. a
23, 24. Si iſtis non erudiemini, ſed ambulabitis mecum temere, temere etiam ego ambulabo vobiſcum, & percutiam vos ſeptuplo propter peccata veſtra, 78. a. 656. a
24. Deus percutit ſeptuplo tranſgreſſores legis, 228. b
25, 26. Inducet Deus contra impios gladium ulciſcentem ultionem fœderis ſui, 162. b
28. Ambulabo vobiſcum temere, & caſtigabo vos ſeptuplo propter peccata veſtra, 76. a. 638. a
33. Diſtringat gladium ſuum Deus contra impios, 162. b
36. Reliquis ex vobis inducam mollitiem in animum eorum in regionibus inimicorum ipſorum, & ſtrepitus folii agitati fugabit eos & fugient tanquam à gladio, & cadent nemine perſequente, 78. a. 162. b. 280. b
Strepitus folii agitati fugabit tranſgreſſores legis, ibid. 387. a
Tranſgreſſores legis fugient tanquam à gladio, 79. a. 162. b. 280. b
Strepitus folii fugabit impios, ibid. 387. a

N U M E R I.

XI. 23. Manus Jehovæ non eſt curta, 252. b
XII. 6. Deus patefacit ſe Prophetis viſionibus, & loquitur eis per ſomnium, 411. b
XXIII. 10. Bilham cupit mori morte juſtorum, 284. a. 305. a
19. Non eſt Deus ſicut homo, ut mentiatur, 477. a

D E U T E R O N O M I U M.

I. 16. Juſte judicabitis inter virum & fratrem ejus, & inter peregrinum qui eſt cum eo, 315. a
IV. 6. Statuta Dei ſunt ſapientia & intelligentia noſtra ante oculos populorum, 194. a. 346. b
6. En ſapientia & intelligentia veſtra, 194. a
19. Sol & Luna non ſunt nobis adoranda, 451. a
Attollens oculos ſuos in cælum, videnſque Solem & Lunam cum omni exercitu cæli, ne erres, ut incurves te coram eis, & colas ea, cum impertita ſit ea Deus omnibus populis, 451. a. 576. a
24. Deus eſt ignis conſumens, 282. a. 492. a
VI. 5. Diliges Deum tuum ex toto corde, anima & viribus tuis, 411. b
10. Deus promiſit Iſraëli ſe effecturum ut habitet in domibus quas non ædificaverit, 176. a. b
VII. 1. Cum introduxerit te in terram quo es ingreſſurus ad poſſidendam eam, dejeceritque gentes magnas à facie tua, internecioni devoveto eas, ne pangito cum eis fœdus, 145. a
VIII. 3. Non ſolo pane vivit homo, ſed omni eo quod prodit ex ore Dei, 243. a. 273. b
3. Deus cibavit populum ſuum manna in deſerto, ut notum faceret nobis non ſolo pane vivere hominem, ſed omni eo quod prodit ex ore Dei, 243. a. 273. b
X. 17. Deus non accipit perſonam, nec ullum munus recipit, 517. a
XII. 7. Comedetis coram Deo, & lætabimini, 266. b 323. a. 379. b. 380. a
7. Timentes Deum comedent & lætabuntur coram eo, 323. a. 450. a
Lætabimini in omni re qua benedixerit vobis Deus, ibid.
Lætaberis coram Deo tuo, ibid.
Lætaberis coram Jahova Deo tuo edens bibens, ibid.
18. Lætaberis coram Deo in omni re ad quam admovebis manum, 323. a. 370. b. 380. a. 450. a
32. Quicquid nobis præcipit Deus, id eſt nobis faciendum,

Digitized by Google

XXVIII. 1. Si Iſraël fecerit voluntatem Dei, ſublimem efficiet eum Deus ſupra omnes gentes terræ, 182. a. 326. b
2. Si Iſraël fecerit voluntatem Dei, omnes benedictiones eum aſſequentur, 162. a
4. Benedictus erit fructus ventris tui, fructus terræ tuæ, & fructus armenti & gregis tui, 301. a
10. Videbunt omnes populi terræ nomen Jehovæ invocari ſuper juſtum, & timebunt ab eo, 162. b
13. Deus facit ut juſtus excellat bonis & fructu ventris, 245. b
15. 18. Si Iſraël non auſcultaverit voci Jehovæ, maledictus erit fructus ventris ejus, fructus terræ, & fœtus boum & pecudum ejus, 326. b. 461. b
25. Quiſquis non auſcultaverit voci Dei affligetur variis modis, 461. b
Si non auſcultaveris voci Dei variis modis tibi maledicet, 389. a
22. Transgreſſorem legis percutiet gladio, & perſequetur eum donec pereat, 162. b
23. Cælum tuum, quod eſt ſupra caput tuum, erit æneum, & terra quæ ſubeſt tibi ferrea, 170. a. 576. a
25. Proſternet Jehova transgreſſorem legis coram hoſtibus ejus, 162. b
30. Rebelles conſerent vineas, ſed eas non vindemiabunt, 244. a. 346. b
33. Populus incognitus abſumet fructum terræ impii, & omnem laborem ejus, 215. a
38, 39, 40. Semen multum feres, ſed parum colliges: vineas conſeres, ſed vinum non bibes: oleæ erunt tibi, ſed oleo non unges te, 346. b
48. Transgreſſor legis ſerviet inimico, quem Deus mittet contra eum, 162. b
49. Efferet Jehova contra transgreſſores legis gentem e longinquo ab extremitate terræ advolantem, quemadmodum volare ſolet aquila, ibid.
65. Dabit Deus cor trepidum transgreſſoribus legis, & hebetationem oculorum & mœrorem animi, ibid. 213. a
66, 67. Vita tua ſuſpenſa erit coram te: pavebis noctu & interdiu, nec certus eris de vita tua. Unoquoque mane dices, O ſi eſſet veſpera: & unaquaque veſpera dices, O ſi eſſet mane: præ pavore cordis tui quo pavebis, & præ viſo oculorum tuorum quod videbis, 79. b. 91. a. 182. b. 213. a
XXIX. 4. Non dedit vobis Jehova cor ad intelligendum, oculos ad videndum, & aures ad audiendum uſque in hunc diem, 234. b
29. Arcana Dei ſunt nobis revelata, ut faciamus omnia verba hujus legis, 598. b
XXX. 6. Jehova circumcidet cor tuum, & cor ſeminis tui, ut diligas Jehovam ex toto corde tuo, & tota anima, ut vivas, 159. a
12. Quis tranſibit trans mare, quis aſcendet in cœlum, quis deſcendet in abyſſum? ut ſonat nobis verbum, quod eſt valde propinquum nobis? 136. b. 394. a
14. Verbum Dei valde eſt propinquum tibi, in ore tuo & in animo tuo, ad faciendum illud, 595. b
19. Conteſtor hodie contra vos cælum & terram, me vitam ac mortem propoſuiſſe tibi, benedictionem ac maledictionem. Quare elige vitam, ut vivas, 527. a
XXXII. 2. Stillabit tanquam pluvia doctrina mea, fluet tanquam ros ſermo meus, 415. b
10. Cuſtodit Deus populum ſuum tanquam pupillam oculi ſui, 189. b
11. Aquila excitat nidum ſuum, pandit alas ſuas, aſſumit eum, & portat ſuper alas ſuas, 104. a
15. Qui ſtare debebat, ſaginatus recalcitravit, 321. b
22. Ignis accenſus eſt ira mea, & ardebit uſque in imum infernum, & abſumet terram & fructum ejus, & inflammabit fundamenta montium, 443. a. b
34. Omnia ſunt recondita & obſignata in theſauris Dei, 227. b. 597. a
Nonne illud reconditum eſt apud me, & obſignatum in theſauris meis! ibid.
17. Secundum totam hanc viſionem domus Davidis ſtabit in ſeculum, 258. b
XII. 11, 12. Tradam uxores tuas proximo tuo, & cubabit cum eis. Nam feciſti clam: ego autem facturus ſum rem hanc coram toto Iſraele, 27. a. 439. b
12. Clam feciſti, David, ego autem Jehova faciam rem hanc coram toto Iſraele & coram Sole, 439. b
XV. 26. Faciat mihi Deus prout bonum videtur in oculis ſuis, 418. a. b. 559. b
XVI. 5. Scimhi egrediebatur & maledicebat Davidi, 247. b. 418. a
7. Scimhi maledicebat Davidi dicens, exi vir ſanguinarie & nequiſſime, ibid.
10. Quis ſcit an præceperit Deus, ut irruat in me? 247. b
11. Dicit David ad Abiſai & ad omnes ſervos ſuos, Ecce filius meus, qui prodiit e viſceribus meis quærit vitam meam, quanto magis nunc iſte filius Jemini? Sinite eum, ut maledicat: edixit enim ei Jehova, 539. b
22. Abſalomus ingreſſus eſt ad concubinas patris ſui coram toto Iſraele, 439. b
XVII. 14. Jehova decreverat ut conſilium Achitophelis bonum, irritum fieret, ut induceret Jehova malum in Abſalomum, 174. b
XXII. 42. Clamabunt increduli: ſed non erit qui ſervet, 425. a

I. REGUM.

VIII. 10, 11, 12. CUm exiiſſent Sacerdotes è Sanctuario, nubes implevit domum Jehovæ, adeo ut non poſſent Sacerdotes conſiſtere ad miniſtrandum, propter nubem. Tunc dixit Salomo, Jehova dixit ſe habitaturum in caligine, 583. b
27. Cœli non capiunt Deum, 317. a
XIX. 11, 12. Deus tranſibat, & ventus magnus, ac vehemens perfringens montes ac perrumpens petras ante Jehovam; ſed Jehova non erat in vento: poſt ventum concuſſio; at in concuſſione non erat Jehova: poſt concuſſionem ignis; in eo autem igne non erat Jehova, 385. b
XXI. 10. Maledixiſti Deo & Regi, Naboth, 11. a
13. Naboth maledixit Deo & Regi, ibid.
XXII. 19. Vidi Jehovam ſedentem in throno ſuo, & totum exercitum cæli adſtantem ei, à dextra & ſiniſtra ejus, 17. a
20. Dicit Jehova, Quis pelliciet Achabum, ut aſcendat & corruat ad Ramothas Galaad? 171. a

II. REGUM.

XIX. 35. PRodiit Angelus Jehovæ & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia, 11. a
XX. 13. Ezechias intentus ad legatos Regis Babyloniæ oſtendit eis totum gazophylacium ſuum, argentum, & aurum, & aromata, ac oleum præſtantiſſimum, & domum vaſorum ſuorum, & quicquid inveniebatur in theſauris ſuis: non fuit quicquam in domo & tota ditione ſua quod non oſtenderet eis Ezechias, 21. b

I. CHRONIC.

XXI. 1. INſtitit Satan contra Iſraëlem, & incitavit Davidem ad numerandum populum, 18. a

II. CHRONIC.

XXXII. 31. PRopter legatos Principum Babyloniæ miſſos ad Ezechiam, ut inquirerent de prodigio illo, quod fuerat in terra, dereliquit eum Deus, tentando eum, ut experiretur quid ei eſſet in animo, 21. b

JOBUS.

I. 8. DIxit Jehova ad Satan, Advertiſtine animum tuum ad ſervum meum Jobum, quod non ſit par ei in terra, vir integer ac rectus, timens Dei, & recedens à malo? 538. a. 540. a
Hhh 3

inane! Quare conſultant ſimul Reges & Principes contra Deum? Jehova ridebit, & ſubſannabit eos, 540. b
4. Sedens in cœlis ridebit, & ſubſannabit eos, 510. a. 517. a
III. 4. Clamavi ad Jehovam, & reſpondit mihi, 455. b
6. Ego cubui & dormivi, & experrectus ſum: quia Dominus ſuſtentabat me, 423. b. 505. a
8. Surge Jehova, ſerva me Deus mi, quia percuſſiſti maxillam omnium inimicorum meorum, & dentes impiorum confregiſti, 503. a
IV. 4. Jehova exaudiet me, cum inclamavero eum, 250. b
7, 8. Multi dicunt, Quis efficiet ut videamus bonum? Verum Jehova attolle ſuper nos lucem faciei tuæ. Indidiſti lætitiam animo meo majorem quam temporis quo frumentum & muſtum illorum aucta ſunt, 214. b
V. 8. In amplitudine benignitatis tuæ ingrediar domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum cum timore tui, 498. b. 499. b
VII. 10. Deus explorat corda & renes, 125. b. 322. a
15. Saul parturit iniquitatem, & jam concepit dolorem: ſed pariet mendacium, 223. a
16. Cadet impius in foveam, quam excavavit, 53. b
VIII. 2, 10. Magnificum eſt nomen Jehovæ in tota terra, 387. b
5. Quid eſt homo mortalis, ut memor ſis ejus? 103. b. 198. b
X. 4. Impius pro elatione vultus ſui Deum non curat: Deum non eſſe, ſunt omnes cogitationes ejus, 453. a
6. Dicit impius in corde ſuo, Non dimovebor unquam: quia nihil experitur adverſi, 221. b. 301. a
11. Dicit impius cum animo ſuo, Oblitus eſt Deus: abſcondit faciem ſuam ne unquam videat, 521. b
XI. 4, 5. Oculi Jehovæ intuentur, & palpebræ ejus explorant filios hominum. Jehova explorat juſtum: improbum autem & amantem violentiæ odit animus ejus, 54. a
XII. 7. Verbum Dei eſt ut argentum purgatum & defæcatum ſepties, 359. a
XIII. 1. Jehova, quouſque abſcondes faciem tuam à me? 496. a
2. Quouſque conſultabo cum animo meo, & mœrore afficietur cor meum totum diem? Quouſque attolletur inimicus meus ſupra me? 91. a. 496. a
XIV. 2. Jehova reſpexit e cælis ſuper filios hominum, ut videat an ſit intelligens, aut requirens Deum, 211. b
3. Non eſt vel unus, qui faciat bonum, 283. a. 633. a
XV. 4. Qui deſpicit & abjicit ſeipſum, timentes autem Jehovæ honorat: juratus in damnum ſuum, non tamen mutat, 407. a
XVI. 2. Bonum noſtrum non pervenit ad Deum, 508. a. 541. a
5. Jehova eſt merces mea, 257. b. 450. b
10. Non permiſſurus eſt Deus miſericordem ſuum videre corruptionem, 232. b
XVII. 3. Cum exploraveris animum meum, viſitaveriſque nocte: cum probaveris me, nihil invenies: quod cogito non tranſgreditur cor meum, 87. a
8. Serva me tanquam pupillam oculi tui, & umbra alarum tuarum abſconde me, 183. a
XVIII. 2, 3. Deus eſt firmitas noſtra, rupes, propugnaculum, liberator, clypeus, cornu ſalutis, editus locus, 378. b
27. Cum puro purum te præbes: at cum perverſo eluctaris, 82. b. 76. a. 836. a
28. Deus ſervat afflictum populum: oculos vero elatos dejicit, 174. a. 610. a
42. Impii vociferabantur, ſed Jehova non exaudiebat eos, 154. a. 425. a
XIX. 2. Cœli enarrant gloriam Dei, 186. a. 451. a
8. Lex Jehovæ integra eſt reſtituens animam: teſtimonium Jehovæ fidele ſapientiam afferens imperito, 13. b. 160. b. 507. b. 583. a
11. Mal-

XXVIII. 7, 8. [illegible]
meum: Dominus robur noſtrum & via liberationum uncti ſui, 378. b
XXIX. 9. Eloquuntur omnes gloriam Dei in ipſius templo. 573. b. 618. a
XXX. 4. Jehova eduxiſti è ſepulchro animam meum: reſtituiſti me vitæ, ſeparans me ab iis qui deſcendunt in ſepulchrum, 50. a
6. Ira Dei momento tranſit: at benevolentia ejus durat in vitam: veſpere diverſatus fletus, mane adeſt cantus, 49. b
7. In tranquillitate mea dicebam, Non dimovebor in ſeculum, 21. b. 423. a
XXXI. 4. Deus eſt firma rupes & domus bene munita, 328. b
6. In manum tuam commendo ſpiritum meum: redimens me Jehova, Deus verax. 79. b. 376. b
10. Jehova miſerere mei: nam anguſtia eſt mihi: oculus meus, anima mea, & venter meus præ indignatione contabeſcunt, 21. b. 426. b
10, 11. Oculus meus, anima mea, & venter meus contabuerunt præ indignatione: defecit mœrore vita mea, & oſſa mea contabuerunt, 426. b
12. Probro fui apud omnes adverſarios & propinquos meos, 245. a
20. Recondit Deus bona ſua timentibus ſe, 277. b. 302. a
XXXII. 1. Beatus homo cui peccatum eſt condonatum, 250. a. 251. a. 334. a
3. Quia ſilui, inveteraverunt oſſa mea præ clamore toto die, 102. a. 225. a
4. Quia interdiu & noctu gravis fuit ſuper me [illegible] tua, converſus eſt humor meus in ſiccitatem [illegible]vam, 84. a. 223. b
6. Juſtus orabit Deum tempore opportuno, 378. b
8. Erudiam te & docebo viam qua ſis ambulaturus, & deducam te attento in te oculo meo, 52. b. 70. b
9. Ne eſtote ut equus & mulus expertes intelligentia: quorum os fræno & habena conſtringendum eſt, ne appropinquent ad te, 109. b
XXXIII. 7. Deus congerit in cumulum aquas maris: diſponit in theſauris abyſſos, 364. a
19. Deus eripit à morte animam juſti, & vivum conſervat eum in fame, 215. b. 243. a
XXXIV. 8. Angelus Jehovæ circa timentes ejus, & eripit eos, 12. a. 19. a. 232. b. 356. b
11. Quærentes Jehovam non indigebunt ullo bono, 52. a. 277. b. 602. a
16. Oculi Jehovæ ſuper juſtos ſunt, & aures ejus ad clamorem eorum, 52. b. 163. a
17. Facies Jehovæ contra facientes malum, ut excindat è terra memoriam eorum, 54. a. 163. a. b
XXXV. 6. Perſequatur eos Angelus Jehovæ, 12. a
11. Teſtes injuriæ inſurrexerunt in me, 243. a
13, 14. Ægrotantibus inimicis meis induebar cilicio, affligebam jejunio animam meam, & tanquam pro me, orabam. Ita me geſſi, quaſi eſſet amicus aut frater meus, 36. b
16. Contra me ſtrenduerunt dentes impii, 245. a
20. Impii excogitant fraudes contra quietos [illegible]
XXXVI. 2. Coram oculis hominum non [illegible] Dei, [illegible]. a
7. O Deus, Juſtitia tua eſt abyſſus magna! 130. b. 139. b. 166. b. 208. b. 313. a. 343. b
Jehova, homines & jumenta conſervas, 319. a. 333. a. 595. a
8. O Deus, quam pretioſa eſt benignitas tua! cum filii hominum ad umbram alarum tuarum ſe recipiant, 100. a
10. Penes Deum eſt fons vitæ, & ipſius luce, luce fruimur, ibid. 107. a
11. Protende benignitatem tuam erga cognoſcentes te, & juſtitiam tuam erga rectos animo, ibid.
XXXVII. 1. Ne accendaris ira propter maleficos, nec invideas facientibus iniquitatem, 401. a
6. Profert Deus juſtitiam ſuorum tanquam meridiem, 213. b. 370. b. 463. b
9. Expectantes Jehovam hæreditario poſſidebunt terram, 619. a
10. Mox non exiſtet impius, 241. a. b. 269. a
[illegible]
ſunt, quam ut id poſſim præſtare, 33. b
7. Aures perfodiſti mihi, 556. a
13. Innumerabilia mala me invaſerunt, 318. b
XLI. 1. Beatus eſt, qui attendit ad egenum & pauperem: tempore enim mali liberabit eum Dominus, 36. a. 49. b. 253. a. 338. a. 262. a. 369. a. 400. a. b. 632. b
4. Jehova ſuſtentabit eum in lecto languoris: totum ſtratum ejus mutaſti in infirmitate ejus, 90. b
10. Etiam vir pacem colens mecum, in quo confidebam, comedens panem meum, ſuſtulit adverſum me calcem, 29. a. 256. a
XLII. 8. Abyſſus abyſſum inclamat ad ſonum cataractarum tuarum: omnes undæ & fluctus tui ſuper me tranſierunt, 21. b
XLIV. 21. Si obliti fuiſſemus nominis Dei noſtri, aut expandiſſemus manus noſtras ad Deum alienum, nonne Deus pervestigaſſet iſtud? 555. b
24. 21. Evigila Domine, quare dormires? quare faciem tuam abſconderes? 496. a
XLVI. 10. Deus facit ut ceſſent bella uſque ad extremitatem terræ: arcum perfringit, truncat haſtas, currus comburit igne, 591. b. 592. a
XLIX. 11. Prævidet ſapientes morituros, ſtultum ſimul & brutum perituros, ac derelicturos aliis facultates ſuas, 60. b
12. Putant bruti domos ſuas in ſeculum remanſuras, 243. b. 244. b
14, 15. Hæc illorum via convertitur eis in ſtultitiam, & poſteri eorum præcepta eorum approbant. Selah. Diſponentur in ſepulchro tanquam pecudes: mors depaſcet eos, & recti mane dominabuntur eis: & forma eorum peribit, cum ex habitaculo ſuo in infernum detrudentur, 60. b. 307. a
L. 12. Dei eſt tota terra, 308. a
14. 15. Sacrifica Domino laudem, & redde excelſo vota tua. Invoca me tempore anguſtiæ, eripiam te, & honore afficies me, 10. a. 423. a
15. Invocabis me tempore anguſtiæ, & eripiam te, 378. b. 425. a
LI. 4. Lava me ab iniquitate mea, 109. b
6. Tibi, tibi ſoli peccavi, feci que quod malum eſt coram oculis tuis, ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & juſtus comperiaris cum judicaveris, 27. b. 123. b. 211. b. 232. a
7. Ecce in iniquitate conceptus ſum, &c. 193. a
17. Domine, aperi Labia mea, & os meum annuntiabit laudem tuam, 549. b
19. Sacrificia Dei ſunt Spiritus fractus, animum contritum & fractum non ſpernit, 37. a. 228. a. 428. a. 613. a
LII. 10. Ero ut olea virens in domo Dei, 221. b. 244. b
LIII. 2, 3. Non eſt qui faciat bonum, ne unus quidem, 211. b. 633. a
LV. 14. Homines ſanguinarii & doloſi non perducent ad dimidium dies ſuos, 370. a
LVI. 8. Impii ſperant ſe malitia evaſuros: Dejice eos ira tua, ô Deus, 540. b
9. In utre ſuo ponit lachrymas Deus, 228. a
LVII. 2. Recipe me in locum tutum ad umbram alarum tuarum, 183. a
LVIII. 9. Elati in hoc mundo, qui vivas radices non poſuerunt, ut in Deo ſubſiſtant, ſimiles ſunt limacibus, 265. b
11. Lætabitur juſtus cum viderit ultionem iniqui, 257. a. 455. b
LX. 6. Deus dat veſillum ſui timentibus, 398. b
LXII. 9. Confidite in Deo, ô populi, omni tempore: effundite coram eo animum veſtrum: Deus eſt expectatio noſtra. Selah. 37. a. 85. a. 131. b. 136. b. 343. a
10. Filii hominum nihil aliud ſunt quam vanitas: ſi lancibus omnes ſimul imponerentur, vanitas præponderaret, 516. a
11. Opulentia ſi abundet, animum ne apponas, 275. a. 449. a
12. Semel loquutus eſt Deus, bis eum dicentem audivi, 339. a. 457. b
13. Deus eſt benignus, ibid.
6. Cingit impios ſuperbia tanquam torquis, & violentiæ ornamentum operit eos, 117. b
7. Egrediuntur præ pinguedine oculi eorum: ſecundæ res ſuperant cogitationes eorum, 65. b. 218. b. 558. b
9. Opponunt impii cœlo os ſuum, & lingua eorum pervadit terram, 618. a
13. Fruſtra purificavi animum meum, & lavi in munditia manus meas, 511. b. 539. b
17. Nimis laborioſum eſt mihi, finem impiorum animadvertere, 221. a
LXXVII. 11. Dixi, mors mea hæc: tunc recordatus ſum annorum dexteræ Jehovæ, 200. a
20. In mari fuit via tua, & ſemitæ tuæ in aquis amplis, 618. a
LXXVIII. 13. Deus ſtatuit aquas tanquam acervum, 364. a
30. Cibus erat adhuc in ore eorum, 279. b
32. Reprobi non deſiſtunt à peccato cum ira Dei ardet in eos, ibid.
39. Recordatur Deus nos eſſe carnem, ventumque abeuntem nec revertentem, 99. a. 188. b. 428. a
71. A tergo fœtarum duxit Davidem Deus, ad paſcendum Jacobum populum ſuum, & Iſraelem hæreditatem ſuam, 22. b
LXXIX. 5. Quouſque Jehova iraſceris in æternum, & exardeſcet ira tua velut ignis! 98. a
LXXX. 4. Fac ut luceat facies tua ſuper nos, Deus, & ſervabimur, 618. b
8. Fac ut luceat facies tua ſuper nos Deus: ita ſervabimur, ibid.
LXXXI. 13. Deus deſerit impios, ut ambulent ex ſententia animi ſui, & in conſiliis ſuis, 181. b
LXXXII. 1. Deus adſtat, in cœtu Dei, & judicat inter judices, 12. b
6. Dii eſtis, & filii excelſi, vos omnes, ibid.
LXXXIX. 33. Viſitabit Deus virga peccatum ſuorum, 213
XC. 3. Deus redigit hominem eo uſque ut ſit contritus: tunc dicit, revertimini filii hominum, 373. b. 592. a
4. Mille anni in oculis tuis ſunt ſicut dies heſterna, 511. b
11. Quis agnoſcit robur iræ tuæ, cum excandeſcentia tua ſit ſecundum timorem tuum? 492. a. b
12. Doce nos recte numerare dies noſtros, ut applicemus animum ſapientiæ, 59. b
XCI. 4. Fideles ſunt ſecuri ſub umbra alarum Dei, 182. a
11. Angelis ſuis præcipiet ut conſervent te in omnibus viis tuis, 12. a. 191. a. 242. a. 252. b
12. In manibus ſuis portabunt te angeli, ne offendas ad lapidem pedem tuum, 77. b. 242. a. 356. b
15. Quum invocaverit me, exaudiam eum, 298. a
XCII. 6. Quam magna ſunt opera tua Domine! valde profundæ ſunt cogitationes tuæ, 593. b
13. Juſtus ut palma florebit, 244. b
XCIV. 7. Dicunt impii, Jehova non videt: Deus Jacob non intelliget, 525. b
11. Dominus cognoſcit cogitationes hominum eſſe vanas, 335. b
19. Cum multæ eſſent cogitationes meæ apud me, conſolationes tuæ refecerunt animum meum, 218. b
XCV. 1. Venite, exultate in Domino, cantate ſumma voce rupi ſalutis noſtræ, 110. a
6. Venite, incurvemus nos & procumbamus in genua coram Jehova, ibid. 201. a
7. Jehova eſt Deus noſter: nos autem populus paſcui ejus, 201. a
8. Ne obduretis cor veſtrum, ut in Meriba, & ut die Maſſa in deſerto, 150. a
XCVII. 5. Montes ut cera liqueſcunt à præſentia Jehovæ, 223. a. 189. a
C. 3. Deus fecit nos, non nos ipſi, 579. a
CII. 17. Deus reædificabit Sionem, 576. b
27, 28, 29. Terra & cæli peribunt: tu autem permanes, & omnia iſta veteraſcent ut veſtimentum: ut induttientum mutabis ea, & mutabuntur. Tu vero idem es, & anni tui non finiuntur, filii ſiliorum

Digitized by Google

naſti os Judas in eo, 622. a
29. Abſcondente Deo faciem ſuam omnia conturbantur: auferente ſpiritum eorum deficiunt, & in pulverem revertuntur, 60. a. 76. a. 100. a. 142. b. 252. a. 516. b. 517. b. 625. b
30. Deus emittit Spiritum ſuum, & creantur, & renovat faciem terræ, 60. a. 100. a. 142. b. 516. b
32. Deus intuetur terram, illa tremit: cum attingit montes, ipſi fumant, 522. a. b
CVII. 34. Terra fructuoſa fiet ſalſuginoſa, propter malitiam habitantium in ea, 381. a
42. Vident hoc recti & lætantur: omnis vero nequitia occludit os ſuum, 71. b
43. Quiſquis ſapit obſervabit iſta, & animadvertet benignitates Jehovæ, 69. a
CX. 4. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in ſeculum ſecundum ordinem Melchiſedec, 653. b
CXII. 1. Beatus qui timet Dominum, 269. b
6. In memoria æterna eſt juſtus, 244. b
CXIII. 6 Demittit ſe Deus ut aſpiciat omnia in cælo & in terra, 319. a
CXV. 11. Qui timetis Jehovam, ſperate in eo, 398. b
16. Deus dedit terram filiis hominum, 314. b
CXVI. 10. Credidi propterea loquutus ſum, valde cruciabar, 91. b. 264. b. 479. a. 515. b. 516. b
12, 13. Invocabo nomen Domini pro omnibus ſuis erga me beneficiis, 308. a. 328. b
CXVIII. 3, 4. Dicat domus Aaron benignitatem Domini eſſe in ſeculum: qui timent eum, dicant ejus bonitatem eſſe in ſeculum, 398. b
17. Vivam, & narrabo facta Jehovæ, 148. b
18. Me qualem caſtigavit Dominus: ſed morti non tradidit me, 503. a
CXIX. ב Quomodo emendabit puer viam ſuam? obſervando eam ſecundum verbum tuum, 189. b
37. ה Jehova, averte oculos meos, ne videant vanitatem, 431. b
67. ט Antequam humiliarer, errabam, 76. b. 503. a
71. Bonum eſt mihi quod afflictus fuerim, ut diſcerem mandata tua, 637. b
98, 99, 100. מ Inimicis meis ſapientiorem me reddidiſti præceptis tuis. & prudentia ſuperavi omnes doctores meos: ſenibus prudentior ſum, 556. a
105. נ Lucerna pedi meo verbum Dei, & lux ſemitæ meæ, 319. b. 182. a. 402. a
CXX 7. Pacem diligo: ſed cum loquor de pace, ipſi ad bellum conclamant, 34. a
CXXIII. 1. Deus habitat in cælis, 317. a
CXXV. 1. Qui confidunt in Domino ſunt ut mons Sion, qui non dimovetur, ſed in ſeculum permanet, 64. a
3. Non quieſcet virga improbitatis ſuper ſortem juſtorum, ibid. 241. b
CXXVI. 3. Notus in Judæa Deus, in Iſraël magnum eſt nomen ejus, 121. a. 348. a
CXXVII. 2. Vanum eſt vobis mane ſurgere, & tarde quieſcere, qui veſcimini pane laborum: dabit enim Deus dilecto ſuo quietem, 216. a. 383. b
3. Poſſeſſio Jehovæ ſunt filii: fructus ventris, merces, 65. a. 79. b. 215. b
CXXVIII. 2. Beatus eſt qui fruitur labore manuum ſuarum, 276. b
3. Uxor juſti erit ut vitis fructifera ad latera domus ipſius, & filii, ut plantæ olearum, circumſtantes menſam ipſius, 245. b
CXXIX. 4. Jehova juſtus truncavit funes improborum, 64. a
6. Omnes oſores Sionis erunt tanquam fœnum tectorum, quod antequam evellatur exaruit, 212. b
CXXX. 3. Domine quis conſiſtet? 338. a
4. Apud Deum condonatio ut timeatur, 253. b. 327. a. 397. b
7. Apud Jehovam eſt plurimum benignitatis, 311. b. 397. b
CXXXI. 1. Non ambulavi in magnis, nec in mirabilibus ſupra me, 452. a
3. 5. SApiens audiet, & addet doctrinam, 406. b. 507. a. 536. b
V. 15. Bibe aquam è ciſterna tua, & fluenta e medio putei tui, 409. b
VIII. 1. Nonne ſapientia clamat, & intelligentia edit vocem ſuam? 393. b. 581. b
22. Jehova ab initio viæ ſuæ poſſedit me: jam etiam ante ipſius opera, 381. b
31. Oblectabam me circa terram ipſius: deliciæ meæ ſunt cum filiis hominum, 309. b. 394. a. 581. b
IX. 10. Principium ſapientiæ timor Jehovæ, 596. b. 397. a. 389. a. 407. a
X. 7. Memoria juſti benedicetur, 244. b
24. Quod formidat impius, id eveniet ei, 213. a
XII. 10. Cognoſcit juſtus vitam jumenti ſui: at impiorum commiſeratio eſt crudelis, 464. b
XIV. 27. Timor Jehovæ eſt ſcaturigo vitæ, ad recedendum à laqueis mortis, 387. a
31. Qui opprimit egenum, probro afficit ejus opificem, 442. b
XVI. 1. Penes hominem ſunt cogitationes animi: ſed à Jehova ſermo linguæ, 47. b
9. Jehova ſtatuit greſſus hominis, 213. b
14. Ira Regis eſt nuntius mortis, 217. b
XVII. 5. Qui ſubſannat inopem, probro afficit opificem ejus, 442. b
27, 28. Vis intelligens cohibet ſermones ſuos: etiam ſtultus quiete conſiſtens, ſapiens reputatur, 177. b. 227. a
XVIII. 3. Adveniente improbo, advenit etiam contemptus: & cum ignominioſo probrum, 348. a. 571. a
10. Turris munita eſt Nomen Jehovæ: quo accurrens juſtus, collocabitur in edito, 249. b. 250. a
18. Contentiones ſors ſubmovet, & dirimit inter fortes, 265. a
XX. 7. Beati erunt filii juſti poſt eum, 301. a
24. A Jehova ſunt greſſus viri, 213. b
XXI. 13. Qui obturat aurem à clamore inopis, etiam ipſe clamabit, 230. b. 223. b. 347. b
XXII. 2. Deus fecit divitem & pauperem, 314. b
6. Inſtrue puerum pro ratione viæ ipſius, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea, 270. a
XXIV. 16. Septies cadit juſtus, & exurgit: improbi autem corruunt malo, 50. a. 77. b
XXV. 22. Prunas congeres ſuper caput ejus, & Jehova rependet tibi, 456. b
27. Pervestigare honorem ſuum non eſt honeſtum, 26. b. 629. b
XXVII. 7. Animæ famelicæ omne amarum eſt dulce, 272. a
XXVIII. 1. Fugiunt improbi nemine perſequente: at juſti confidentes ſunt ut leo, 79. a
14. Beatus homo qui ſemper pavet, 11. a. 247. b. 327. b. 524. a
XXX. 32. Si malum cogitaſti, manum ori imponito, 289. a

E C C L E S.

V. 15. QUid prodeſt laboraſſe vento? 517. a
IX. 4. Vivens canis melior eſt leone mortuo, 307. a

J E S A I A S.

I. 3. AGnoſcit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe Domini ſui: as Iſraël non agnoſcit, populus meus non intellexit, 166. b. 608. b
6. A planta pedis uſque ad verticem nihil eſt in illo integri: ſed vulnus, livor, ac plaga ſanioſa non compreſſa nec circumligata, nec oleo emollita, 203. b. 356. b
12. Si veniretis ut compareatis in conſpectu meo, & conculcetis atria mea, quis quæſivit à manu veſtra? 210. a
15. Quamvis orationem multiplicetis, tamen non exaudiam: quia manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine, ibid.
18. Venite jam, inquit Jehova, & diſceptemus. Si fuerint peccata veſtra tanquam coccinum, tanquam nix exalbeſcent, 231. b. 333. a. 506. b. 308. a
VI. 2. Seraphim aſtabant Dei ſuperne, ſenas quinque habens alas: binis velabant faciem ſuam: binis pedes ſuos, 121. a. 352. b
5. Oculi mei viderunt Regem Jehovam exercituum, 35. b. 36. a
9. 10. Audiendo audietis, & non intelligetis: videndo videbitis, & non percipietis, 630. b
11. Dixi, Quouſque Jehova? Et dixit, donec deſolatæ ſint civitates, domus hominibus vacuæ, & terra vaſtata, 235. a
VII. 18. Die illa ſibilabit Jehova ad muſcas quæ ſunt in extremis fluvii Ægypti, & ad apes quæ ſunt in regione Aſſyriæ, 525. b
VIII. 9. 10. Conſociamini, ô populi, & conterimini: aurem præbete quotquot eſtis in locis longinquis terræ: accingimini & conterimini, accingimini & conterimini. Inite conſilium, & irritum fiet: loquimini verbum, & non aſſiſtet: quia Jehova eſt nobiſcum, 71. b. 339. a
10. Inite conſilium, & irritum fiet: loquimini verbum, & non ſtabit: quia Deus eſt nobiſcum, 71. b. 279. b. 339. a
IX. 13. Populus non reverſus eſt ad percuſſorem ſuum, & non requiſiverunt Jehovam exercituum, 226. b. 341. a. 556. b
X. 12. Quum perfecerit Dominus totum opus ſuum in monte Sionis & in Jeruſalem, animadvertam in fructum inſolentis animi Regis Aſſyriæ, 632. a
XI. 2. Spiritus intelligentiæ & roboris quieſcet ſuper eum, 412. b
4. Percutiet Deus terram virga oris ſui, & interficiet impium ſpiritu labiorum ſuorum, 54. b. 219. a
XIII. 10. Stellæ cælorum & ſydera eorum non facient ut luceat lux ſua: Sol erit tenebroſus ab exortu ſuo, & Luna non edet lucem ſuam, 211. a
XV. 7 Quæcunque recondiderint exportabunt ea ad fluvium Arabiæ, 130. b
XIX. 11. Stulti ſunt Principes Soan, Principes Noph erraverunt: errare fecerunt Ægyptum, 174. a
14. Jehova miſcuit in medio Ægypti ſpiritum perverſum. & errare fecerunt eam in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius in vomitu ſuo, 71. b. 130. a. 174. a
XXII. 13. Edamus & bibamus: cras enim moriamur, 557. a
XXIV. 23. Lunam pudebit, Sol erubeſcet quum Jehova exercituum regnabit in monte Sionis & in Jeruſalem, & quum glorioſus erit coram ſenioribus ſuis, 38. a. 168. b
XXVI. 1. Deus eſt murus noſter, & præmunitio noſtra, 372. b
9. Nam quum judicia tua extant in terra, juſtitiam diſcent incolæ orbis habitabilis, 108. a. 319. b. 400. a. 523. a
18. Concepimus, & doluimus quaſi pepeiſſemus ventum, 223. a
XXVIII. 9. 10. Quem doceret Deus ſcientiam? depulſos à lacte, & avulſos ab uberibus? 167. a
Nam præceptum præcepto, præceptum præcepto: delineatio delineationi, delineatio delineationi: paululum hic, paululum illic, ibid.
15. Dicit impius, flagellum inundans non obveniet nobis: quia ſub fallaciam & mendacium recepimus nos, 301. a. 326. b. 452. b
XXIX. 10. Jehova perfundet vos ſpiritu ſoporis: obſignabit oculos veſtros, & oculos Prophetarum & videntium veſtrorum præcipuorum, 71. b
13. Populus hic appropinquat ad me ore ſuo, & labiis me honorat: cor autem eorum procul abeſt à me, 178. a. 473. b
14. Sapientia ſapientum peribit, 473. a
15. Væ abdentibus in profundum à Jehova conſilium: tenebroſa ſint opera eorum & dicant, Quis videt nos? quis animadvertit nos? 72. a. 107. a. 282. a. 458. b
19. Exultabunt oppreſſi in Jehova, & egeni in Sancto Iſraëlis, 379. b
XXX. 2. Non conſuluerunt os Dei, 12. b
33. Ædificium Dei ſunt pyræ ejus: ventus ejus ut torrens ſulfuris ardentis, 282. b

XXXIII. 1. Væ

ſciſſa à me, tanquam tentorium paſtorale: præcidi vitam meam tanquam telam: reſecabit ab initio: à die uſque ad noctem me conſumes, 81. b. 98. b

13. Proponebam donec eſſet mane, confregit omnia oſſa mea, ut leo: à die uſque ad noctem conſumes me, 81. b 225. b. 556. a. 426. b 492. a

14. Ut grus & hirundo ita pipiebam, gemebam ut columba: defecerunt oculi mei ſuſpicientes in cœlum, Domine oppreſſio ſit mihi: libera me, 85. a. 225. b

17. Ecce pro pace amara mihi eſt amaritudo: ſed placuit tibi liberare animam meam à fovea corruptionis: abjeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea, 50. a. 233. b

20. Cantica mea cantabimus omnibus diebus vitæ noſtræ in domo Jehovæ, 148. b

XXXIX. 2. Ezechias lætatus eſt de legatis Babyloniæ, & oſtendit eis gazophylacium ſuum, argentum & aurum & aromata, oleumque præſtantiſſimum, & omnia loca munita ſua, 23. b

XL. 1. Conſolamini, conſolamini populum meum dicet Dominus, 487. b

2. Loquimini quæ ſunt cordi Jeroſolymæ: completum eſt enim tempus ei præfinitum, condonata eſt iniquitas ejus, 96. a

6, 7, 8. Omnis caro fœnum, omniſque gloria ejus ſicut flos agri: Exaruit gramen, decidit flos: quia ventus Jehovæ perflavit ipſum: utique populus eſt gramen. Exaruit gramen, decidit flos: at verbum Dei permanet in ſeculum, 60. a. 141. a. 322. a. 518 a

12. Quis menſus eſt aquas pugillo ſuo, & cœlos ſpithama ſua expendit! quis pulverem terræ tribus digitis complexus eſt? 596. a. 625. b

13. Quis expendit ſpiritum Jehovæ, aut fuit ei à conſiliis? 592. a

22. Habitatores terræ ſunt velut locuſtæ, 310. a. 340. b. 352. b

24. Inſufflabit Deus in Principes terræ, & exſiccabuntur: turbo quaſi ſtipulam tollet eos, 225. b

27. Cur ergo dicis, Jacob, & cur ita loqueris, Iſrael: Abſcondita eſt via mea a Jehova, & judicium meum à Deo meo præterit? 37. b

XLI. 1. Sileant inſulæ coram me, & populi roborent ſe, & tunc loquantur: pariter ad judicium accedamus, 134. b

8. Tu Iſraël, ſervus meus es, & te, Iſraël, elegi, ſemen Abrahami dilecti mei, 37 b

14. Ne timeto vermicule Jacobi, viri mortui Iſraëlis: ego auxiliabor tibi, dicit Jehova, protector tuus, Sanctus Iſraëlis, ibid.

XLII. 2. Convertam tenebras in lucem, 402. a

XLIII. 2. Cum tranſibis per aquas, ero tecum, & flumina non inundabunt te: cum ambulabis per ignem, non ureris, & flamma non incendet te, 78. b

25. Deleo defectiones peccatorum propter me, dicit dominus, 233. b. 402. a. 407. a

XLV. 7. Deus creavit lucem & tenebras: facit pacem & creat malum, 287. a. 328. b

9. Væ litiganti cum factore ſuo, 578 a

19. Non clam loquutus ſum: non inaniter dixi Jacobi ſemini, Quærite me, 516 a 417. a

23. Flectet ſe omne genu coram me, 355. b. 388. a. 564. b

XLVIII. 22. Nulla eſt pax improbis, 387. a. 437. a

XLIX. 8. Sic ait Jehova, Tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tibi, 112. a. 427. b

13. Gaudete cæli: exulta terra: montes edite fragorem cantus; quia conſolatus eſt Jehova populum ſuum, 428. a

15. An obliviſci poteſt mulier fœtus ſui? etiam ſi obliviſceretur, tui non obliviſcar, 609. a

L. 2. Non eſt brevior manus Dei, quam ut redimat, 252. b

LI. 8. Vermis exedet iniquos, tanquam lanam, 448. b

17. Expergiſcere, expergiſcere Jeroſolyma, ſurge: quæ bibiſti à manu Jehovæ: poculum æſtus ejus: bibiſti & exſuxiſti fæcem poculi ſtuporis, 515. b

LII. 1. Evigila, evigila, Sion, indue robur tuum, induc veſtes tuas pretioſas: nam incircumciſus & pollutus non perget invadere te, 498. a

2. Peccata veſtra abſconderunt faciem Dei à vobis ut non exaudiat, 135. a

4. Concipiunt dolorem, & pariunt mendacium, 223 a

9. Judicium receſſit à nobis, & juſtitia non aſſequitur nos: expectavimus lucem, & ecce tenebræ: ſplendorem, & ambulamus in caligine, 259. a

14. Judicium retroceſſit, & juſtitia è longinquo conſiſtit, 82. b

LX. 1. Surge Jeruſalem, illuminare: quia venit lux tua, 498 a

19, 20. Sol non lucebit amplius interdiu ſuper Eccleſiam, nec Luna noctu: Sed Jehova erit nobis luci perpetuæ, 149. a

LXI. 11. Ut terra profert germen ſuum: ſic Dominus producet juſtitiam & laudem coram gentibus, 494. b

LXIV. 4. Non audita ſunt inde à ſeculo, nec auribus intellecta, nec oculis percepta, ô Deus, quæ comparas præſtolantibus te, 374. a. 618. b

7. Domine abſcondiſti faciem tuam à nobis, 496. a

8. Sumus opus Dei, 501. a

LXV. 1. Quæſitus ſum ab iis qui me non interrogabant. Dixi genti quæ Nomen meum non invocabat, Ecce me, ecce me, 497. a

23. Non amplius inaniter laborabit populus Dei, 250. a

24. Exaudit Deus timentes ſui antequam clament, 128. b 177. b 178. a. 425. a

LXVI. 1. Cœlum eſt ſolium Dei, & terra ſcabellum pedum ejus, 317. a

2. Ad quem reſpiciam, niſi ad trementem ad verba mea, 150 b

5. Audite verbum Jehovæ, qui trepidatis ad verbum ejus, ibid.

24. Videbunt cadavera hominum qui defecerunt à me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, 448. b

J E R E M I A S.

I. 12. Conſtitui te ſuper gentes & ſuper regna, ad extirpandum & deſtruendum, ad perdendum & evertendum, ad ædificandum & plantandum, 518. b

18. Poſui te tanquam murum aheneum Regibus Juda, 478. a

II. 13. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt ſcaturiginem aquæ vivæ, ut effoderent ſibi ciſternas, ciſternas inquam fractas, quæ non capiunt aquam, 82 b

27. Impii obverterunt mihi dorſum, 295. b

V. 3. O Jehova, oculi tui an non reſpiciunt ad veritatem, 3. a. 258. b. 231. a. 325. a

14. Deus ponit verbum ſuum velut ignem in ore eorum qui ipſum rejiciunt: ipſi erunt velut ligna, & illud abſumet eos, 222. b

22. Deus diſpoſuit arenam terminum mari, & non tranſgredietur: fremunt fluctus ejus & agitantur, at non tranſgredientur, 305. a. 580. a

24. Timeamus Deum qui dat nobis pluviam matutinam & veſpertinam tempore ſuo, 578. b

VII. 11. Facta eſt domus mea ſpelunca latronum, 185. a

IX. 23. 24. Ne glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec potens in potentia ſua: ſed qui gloriatur, glorietur ſe cognoſcere Deum Jehovam exercentem judicium, juſtitiam & miſericordiam, 590. a

X. 13. Deo vocem ſuam edente fremitus aquarum eſt in cœlis, & aſcendunt exhalationes ab extrema terra, & fulgura in pluviam convertuntur, ventique prodeunt ex ipſius theſauris, 574. b

23. Novi, Jehova, non eſſe penes hominem viam ejus, nec ambulare vel dirigere greſſus ſuos, 48. a

24. Caſtiga me Jehova: attamen modice, 337. a. 599. b

XI. 12. Civitates Juda, & habitatores Jeroſolymæ clamabunt, 425. a

20. Deus probat renes & corda, 582. a

XII. 1, 2. Si contendere velim tecum, Jehova, juſtus es, 467. b. 531. b

3. Trahe Domine contemptores tuos tanquam oves ad mactationem, 241. b. 531

nes ſuæ gladium, famem & peſtem, & exponet eos tanquam ficus horridas, quæ non poſſunt comedi, ibid.

XXXI. 33. Scribam legem meam in corde Iſraelis, 150. a

XXXII. 18. Deus exercet miſericordiam in milleſimos, & rependit iniquitatem patrum in ſinum filiorum ipſorum, 270. b. 382. a. b

33. Impii obverterunt mihi cervicem, non autem faciem, 295. a

XLVIII. 11. Tranquillus eſt Moab à pueritia ſua, & deſidet ſuper fæces ſuas, neque transfuſus eſt de vaſe in vas: propterea manſit ſapor ejus in eo, & odor ejus non eſt mutatus, 531. b. 556. b

LI. 40. Deducam eos velut agnos ad mactationem, ut arietes cum hircis, 531. a

L A M E N T A T.

II. 19. Surge, vociferare de nocte, in principio vigiliarum, 15. a

III. 29. Ponam os meum in pulverem, 278. b

IV. 21. Gaude & lætare, filia Edom, quæ habitas in terra Hus, 9. b

E Z E C H I E L.

I. 31. Angeli ſequunt ſe alis, 304. a

III. 8. 9. Reddidi frontem tuam obſtinatam contra frontem eorum: reddidi faciem tuam ut adamanteam firmiorem rupe, 478. b

XIV. 14. Si Noachus, Jobus & Daniel eſſent in medio eorum qui erant perituri, ſeipſos eriperent; reliqui vero peſſum irent, 2. a. 31 a 2. 416. a. 435. b

19. Peſtem immitto in terram, & ſuper eam effundo iram meam ad cædem, ita ut exſcindam ex illa hominem & jumentum, 435. b

20. Etiam ſi Noachus, Jobus & Daniel eſſent in media civitate iſta, nec filium nec filiam eriperent; ſed ipſi ſolum, eriperentur, 329. a. 454. a

XVI. 4. In ortu tuo, & quo die nata es, non præciſus fuit umbilicus tuus: aqua lota non fuiſti ad nitorem; nec ſale ſalita, nec faſciis involuta, 70. b

8. Juxta te tranſivi, & vidi te: & ecce tempus tuum erat ut tempus amorum, & expandi alam veſtis meæ ſuper te, & operui nuditatem tuam, conveniens tecum in fœdus, & facta es mea, 413. b

25. Divaricaſti pedes tuos omni viatori, & multiplicaſti fornicationes tuas, 341. a

49. Iniquitas Sedom fuit abundantia panis & deſidia, 233. b. 429. a

XVIII. 20. Anima quæ peccaverit ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, 370. b

21, 22. Si impius converſus fuerit, vivet & non morietur, 496. b

XX. 11. Qui obſervaverit judicia Dei vivet in eis, 458. a

XXIII. 34. Bibes illud & exſuges & teſtas ejus comminues, & mammas tuas avelles, 531. b

XXXIV. 4. Debilitatam non confirmaſtis, & ægrotam non curaſtis, & confractam non obligaſtis, & depulſam non reduxiſtis, & pereuntem non requiſiviſtis, ſed dominamini in eas vi & ſævitia, 416. b. 481. b

18. An non ſatis eſt vobis bono paſcuo paſci, quod reliquum paſcuorum veſtrorum pedibus veſtris conculcatis, & ubi nitidas aquas bibitis, reliquas pedibus veſtris conturbatis, 481. b

XXXVI. 26. Dabo cor novum Iſraëli, amovebo cor lapideum è carne eorum, & dabo eis cor carneum, 159. a

25. Effundam ſuper vos aquam mundam, 191. b

XXXVII. 9. 10. Spiritus perflavit oſſa, & revixerunt, 424 b

12. Ecce, aperiam ſepulchra veſtra, & ex ſepulchris vos educam, vos, inquam, qui eſtis populus meus, 48. b. 226. a. 558. b

13. Educam vos è ſepulchris veſtris, 226. a

D A N I E L.

II. 37. Tu Rex, Rex Regum es. Deus cæli dedit tibi regnum, potentiam, robur & gloriam, 273. b

38. Quibuſcunque locis habitant filii hominum, beſtiæ agri & aves cæli, ea dedit in manum tuam, & dominatorem conſtituit te omnibus illis, ibid.

IV. 19. Tu Rex magnificatus es, & amplitudo tua crevit in cœlum uſque, & dominatio tua in finem terræ, ibid.

VII. 10. Mil-

C … in jejunio, fletu & planctu, 221. a
13. Lacerate corda veſtra, non autem veſtimenta, & revertimini ad Jehovam Deum veſtrum, 36. b. 228. a. 631. b
15. Sanctificate jejunium, 222. a
16. Convocate populum, indicite congregationem, congregate ſenes, colligite parvulos, & ſugentes ubera, 228. a
28. Dies venient quibus effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, 208. 6
32. Quiſquis invocaverit nomen Jehovæ ſervabitur, 259. b. 210. a

A M O S.

III. 6. NOn eſt malum in civitate quod non fecerim, 150. b. 556. b
IV. 6. Dedi vobis munditiem dentium in omnibus civitatibus veſtris, & penuriam panis in omnibus locis veſtris: ſed tamen non eſtis converſi ad me, ait Jehova, ibid.
V. 19. Si fugiens à conſpectu leonis occurrat in urſum: aut domum ingreſſum, & innitentem manu ſua ad parietem mordeat ſerpens, 220. a
20. An non dies eſt tenebrarum dies Jehovæ, 343. a
IX. 2. Etiam ſi pervenerint in ſepulchrum, inde manus mea capere eos: ſi aſcenderint in cælum, illinc deducerem eos, 131. b

M I C H E A S.

IV. 4. COnſidebit quiſque ſub vite ſua & ſub ficu ſua, 512. b
VII. 19. Subiget Deus iniquitates noſtras, & omnia peccata noſtra projiciet in profundum maris, 255. b

N A H U M.

I. 10. IMpii erunt ut ſpinæ complexæ, 222. a

H A B A C U C.

I. 3. QUare feciſti ut viderem iniquitatem, cum videas moleſtiam? quare vaſtitas & violentia ſunt coram me? 511. b
II. 1. Speculabor ex arce munita, 282. a
4. 5. Juſtus in fide vivet: robuſtus autem elatus eſt ut ebrius: non manebit in habitaculo: dilatat velut ſepulchrum animam ſuam, &c. 294. a. 619. b
11. Lapis è pariete clamabit, & nodus e ligno reſpondebit, 584. b. 465. a
III. 2. Jehova, in ira recordare miſericordiæ tuæ, 306. a. 255. b

S O P H O N.

I. 12. TEmpore illo quæram Jeroſolymam lucernis, & animadvertam in homines concretos cum ſuis fæcibus, dicentes, Non benefaciet nec malefaciet Jehova, 252. a. 551. b. 556. b

Z A C H A R.

I. 3. REvertimini ad me, & revertar ad vos, 158. a
II. 8. Sic ait Jehova, Qui vos tanget, tanget pupillam oculi mei, 129. b
III. 1. Satan ſtabat ad dextram Jehovæ, ut adverſaretur Joſuæ, 15. b
V. 4. Proferam eam, ait Jehova exercituum, & invadet domum furantis, & domum falſo jurantis per nomen meum, commorabiturq; in media domo ejus, & conſumet eam, & ligna ejus ac lapides ejus, 65. a
8. Appoſuit Deus maſſam plumbeam ori impietatis, 202. b
IX. 9. Exulta valde, filia Sionis, clange filia Jeroſolymæ, Ecce Rex tuus adveniet tibi, juſtus, ſervator & humilis inſidens aſino, 498. a
XII. 10. Effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Jeroſolymæ ſpiritum gratiæ & miſericordiæ, reſpicientque ad me quem transfixerunt, & plangent ſuper eum, &c. 469. b. 573. b

M A L A C H.

I. 2. JAcobum dilexi: Eſavum autem odio habui, 2. b
6. Si pater ſum, ubi eſt honor meus? Si dominus ſum, ubi reverentia mei? 4. a. 156. b. 397. b
II. 10. Nonne pater unus omnibus eſt nobis? quare igitur perfide a fratre ſuo quiſque tractatur? 443. a
III. 14. 17. Obſervatio mandatorum Dei prodeſt nobis, quod condonabit nobis peccata noſtra, 297. a

… 245. a
V. 5. Beati mites: quoniam ipſi terram obtinebunt, 54. b
7. Beati miſericordes: quoniam miſericordiam conſequentur, 92. b
11. Beati eritis cum convitiati fuerint vobis propter me, 412. a
12. Magna eſt merces veſtra in cælis, 52. a
15. Non accendunt lucernam, ut ponant eam ſubter modium, ſed in candelabrum, ut ſplendeat omnibus qui ſunt in domo, 164. b. 481. a
22. Quicunque iraſcitur temere fratri ſuo, tenebitur judicio: qui dixerit fratri ſuo raca, tenebitur conceſſu: qui dixerit ei, fatue, &c. 455. a
23, 24. Si munus tuum attuleris ad altare, ibique memineris fratrem tuum aliquid habere contra te, relinque ibi munus tuum, & primum reconciliator ei & tum veniens offer munus tuum, 452. a
25. Eſto amicus adverſario tuo cito, dum es in via cum eo, ne te tradat adverſarius tuus judici: judex vero miniſtro, & in cuſtodiam conjiciaris, ibid.
28. Quicunque aſpicit mulierem, ut eam concupiſcat, jam adulteravit eam in corde ſuo, 431. b
44. Diligite inimicos veſtros, ut ſitis filii Patris veſtri, qui eſt in cælis, 224. b. 451. b. 454. a
45. Deus facit ut Sol ſuus exoriatur ſuper bonos & malos, 82. a. 456. b. 594. a. 598. a
48. Eſtote perfecti, ut Pater veſter, qui eſt in cælis, 82 a
VI. 12. Remitte nobis debita noſtra, quemadmodum remittimus debitoribus noſtris, 455. a
33. Quærite primo regnum Dei, & juſtitiam ejus, & iſta omnia adjicientur vobis, 53. a
VII. 2. Qua menſura menſi fuerimus, contra metientur nobis, 58. b. 230. b
7. Quærite & invenietis, pulſate & aperietur vobis, 326 b. 542. b
11. Si vos igitur, quum ſitis mali, dona bona datis liberis veſtris: quanto magis Pater veſter qui eſt in cælis, dabit bona iis qui petierint ab ipſo, 129. b
12. Quæcunque volueritis ut faciant vobis homines, ita & vos facite eis, 14. b. 224. b
19. Omnis arbor quæ non fert fructum bonum, exciditur & in ignem conjicitur, 114. b
X. 16. Ego mitto vos ut oves in medium luporum: eſtote igitur prudentes ut ſerpentes, &c. 70. b
29. Nonne paſſer unus non cadit in terram ſine voluntate Dei, 319. a
30. Capilli capitis noſtri numerati ſunt, 213. b. 340. a
XI. 11. Qui minimus eſt in regno cælorum, major eſt Joanne Baptiſta, 416. b
25. Deus abſcondit arcana ſua à ſapientibus, ea vero detegit parvulis, 163. a. 507. b. 583. a
28. Venite ad me omnes qui fatigati eſtis & onerati, & ego reficiam vos, 98. b. 311. a. 535. b
XIII. 14. Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non cernetis, 650. b
22. Divitiæ vocantur à Chriſto ſpinæ, 5. a
24. Simile eſt regnum cælorum homini ſeminanti bonum ſemen in agro ſuo, 308. b
52. Simile eſt regnum cælorum patrifamilias, qui profert è theſauro ſuo nova & vetera, 332. a
XV. 13. Omnis planta, quam non plantavit Pater meus cæleſtis, eradicabitur, 114. b
XVI. 3. Hypocritæ, noſtis quidem faciem cæli diſcernere: ſigna vero temporum non poteſtis, 413
19. Quicquid ligaveris in terra, erit ligatum in cælis: & quicquid ſolveris in terra, erit ſolutum in cælis, 495. b. 496. b
XVIII. 7. Væ homini per quem offendiculum evenit, 42. a
10. Angeli parvulorum intuentur ſemper in cælis faciem Patris mei, qui in cælis eſt, 12. a
18. Quicquid ſolveritis in terra, erit ſolutum in cælis, 496. b
XIX. 5. Erunt duo in carnem unam, 236. a
23. Difficile eſt divitem ingredi in regnum cælorum, 5. b
XXI. 33. Quidam paterfamilias plantavit vineam, & elocavit eam agricolis: poſt autem miſit ad percipiendos fructus, 108. b
44. Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur, 504. b

…
IX. 12. Hoſtes veritatis videntes vident, & non cernunt: & audientes audiunt & non intelligunt, 630. b
21. Num lucerna venit, ut ſubter modium ponatur, aut ſubter lectum? 264. b
24. Qua menſura menſi fuerimus, metientur nobis, 230. b
XII. 1. Quidam plantavit vineam, & circumpoſuit ſepem, & fodit lacum, 308. b
42. Vidua pauper miſit duos nummulos in gazophylacium, 446. a
XIII. 20. Niſi Dominus contraxiſſet dies illos, nulla caro ſervaretur, ſed propter electos contraxit illos, 411. a
XIV. 23. Dominus dedit eis poculum, & ex eo biberunt omnes, 302. a. 533. b
XV. 34. Deus mi, cur deſeruiſti me? 250. b
XVI. 15. Profecti in univerſum mundum, prædicate Evangelium omni creaturæ, 136. a

L U C A S.

I. 6. ZAcharias & uxor ipſius Eliſabeta, erant ambo juſti coram Deo, ambulantes in omnibus præceptis Domini inculpate, 145. a. 633. a
53. Omnipotens implevit bonis famelicos, & divites dimiſit inanes, 56. b
II. 10, 11. Ne timete, ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum: nempe natum vobis eſſe hodie in civitate Davidis Servatorem Chriſtum, 498. a
23. Omnis maſculus primogenitus ſanctus erit Domino, 142. a
IV. 1, 2. Actus eſt Jeſus à Spiritu in deſertum, ibique fuit per quadraginta dies tentante eum Diabolo, 22. b. 457. b
4. Non pane ſolo vivet homo: ſed omni verbo prodeunte ex ore Dei, 245. a
18. Spiritus Domini eſt ſuper me, quod unxit me: ut euangelizem pauperibus miſit me, 494. b
V. 8. Diſcede a me, Domine: homo enim peccator ſum, 192. b
VI. 25. Væ vobis qui nunc ridetis, nam lugebitis & flebitis, 116. b. 266. b. 379 b. 419. a
27. Diligite inimicos veſtros, 455. b. 454. a
28. Orate pro iis qui vos inſectantur, ibid.
31. Prout vultis ut faciant vobis homines, vos etiam ſimiliter iis facite, 224. b
35. Deus eſt benignus erga ingratos & malos, 456. b
36. Eſtote miſericordes prout Pater veſter miſericors eſt, 315. a
38. Qua menſura metimini, viciſſim metientur vobis, 230. b
VIII. 10. Hoſtes veritatis videntes non vident, & audientes non intelligunt, 630. b
16. Nemo accenſam lucernam operit vaſe, nec ponit eam ſubter lectum, 264. b
X. 20. Gaudete, quod nomina veſtra ſcripta ſint in cælis, 245. a
27. Diliges proximum tuum ſicut teipſum, 224. b. 431. b
XI. 5. Amicus amicum lecto pellit ſua importunitate, ut ſibi panem det mutuo, 379 b
9. Petite, & dabitur vobis: quærite & invenietis, 526 b. 542. b
XII. 6. Paſſerculus unus non eſt in oblivione apud Deum, 319. a
7. Omnes capilli capitis noſtri numerati ſunt, 195. b. 218. b. 319. a. 340. a
19. Anima mea, habes multa bona repoſita: comede, bibe, oblectare, 215. b. 274. b. 312. a
56. Hypocritæ, faciem cæli & terræ noſtis probare: qui fit autem ut hoc tempus non probetis? 413. a
XIV. 11. Quiſquis ſe extollit, deprimetur: at quiſquis ſe deprimit, extolletur, 304. b. 619. a
XVI. 8. Filii hujus ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis, 389. a
15. Quod apud homines eſt ſublime, apud Deum eſt abominatio, 4. a
19. Quidam erat dives, 6. a
21. Canes lingebant ulcera Lazari, 325. b
XVII. 7. Quis veſtrum habet ſervum arantem, qui regreſſo ab agro dicat ſtatim, Prodi & diſcumbe? 145. a

Ip. Ita

Digitized by Google

27. Homo non poteſt accipere quicquam, niſi fuerit ei datum de cælo, 421. a
33. Quiſquis credit in Jeſum Chriſtum, is obſignavit quod Deus verax ſit, 358. a
IV. 24. Deus eſt Spiritus: & oportet ut qui adorant eum, Spiritu ac veritate adorent, 3. a. 15[illegible]. b
V. 17. Pater meus uſque adhuc operatur, & ego operor, 572. b
25. Tempus eſt, quo mortui audient vocem filii Dei, 361. b
27. Jeſus Chriſtus accepit auctoritatem à Patre ſuo judicium faciendi, 253. b
VI. 21. Diſcipuli voluerunt recipere Jeſum in navigium, & ſtatim navigium pervenit ad, &c. 603. b
37. Quicquid dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui veniet ad me, non ejiciam foras, 152. a
38. Voluntas Patris mei eſt, ut non perdam quicquam ex eo quod dedit mihi, ibid.
VII. 18. Qui quærit gloriam Dei, verax eſt, & injuſtitia non eſt in eo, 172. b
24. Ne judicate ſecundum ſpeciem? ſed juſte judicate, 172. a
VIII. 34. Quiſquis committit peccatum, ſervus eſt peccati, ibid.
50. Ego non quæro gloriam meam, 478. b
X. 4. 5. Bonus paſtor antegreditur oves ſuas, & oves eum ſequuntur: norunt enim ejus vocem, 81. b
11. Chriſtus eſt bonus paſtor, 82. b
28. Qui timent Deum non rapientur è manu Jeſu Chriſti. nam Pater, qui major eſt omnibus, eas illi dedit, 52. b. 152. b. 227. b
29. Pater meus qui meas oves mihi dedit, major eſt omnibus: & nemo rapit eas e manu Patris mei, 22. b. 52. b. 156. b 338. b
XI. 33. Jeſus fremuit ſpiritu, & turbavit ſeipſum, 40 b
35. Jeſus flevit, ibid.
XII. 31. Princeps hujus mundi ejicietur foras, 13. a
35, 36. Ambulate dum lucem habetis; dum lucem habetis, credite in lucem, 467. a
40. Excæcat Deus oculos impiorum, &c. 650. b
47, 48. Chriſtus non venit ut judicet mundum: ſed verbum ejus nos judicabit, 436. b. 479. b
XIII. 18. Qui mecum edit panem, contra me ſuſtulit calcaneum, 252. a
XV. 1. Chriſtus eſt vitis, 114. b 244. b
2. Amputat Deus palmitem non ferentem fructum, 114. b
5. Chriſtus eſt vitis: nos, palmites, ibid.
6. Qui non manet in Chriſto, abjicietur foras, ibid.
16. Quicquid petieritis à Patre in nomine meo, dabit vobis, 425. a
XVI. 8. Quum Spiritus S. venerit, arguet mundum de peccato, de juſtitia & judicio, 523. a
13. Spiritus veritatis reget vos, 421. a
XVII. 11. Pater ſancte, ſerva eos per nomen tuum, quos dediſti mihi, ut ſint unum prout & nos, 151. b
21. Rogo ut omnes ſint unum, ut tu Pater es in me, & ego in te, ibid.
22. Gloriam quam dediſti mihi, dedi eis, ut ſint unum, ſicut & nos unum ſumus, ibid.
XX. 23. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, 495. b 426. a. b
XXI. 18. Amen amen dico tibi, Petre, cum eſſes junior, cingebas te, & ibas quo volebas: ſed quum ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & transferet quo noles, 30. a

ACTA.

I. 18. JUdas acquiſivit ſibi agrum ex mercede injuſtitiæ: & præcipitatus crepuit medius, 457. a. 550. b
II. 21. Quiſquis invocaverit nomen Domini, ſervabitur, 250. a
37. His auditis compuncti ſunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos Apoſtolos: viri fratres, quid faciemus? 556. b
III. 19, 20. Tempus refrigerii noſtri erit, cum Dominus noſter apparuerit judicaturus mundum, 301. a
VII. 5. Pollicitus erat Deus ſe daturum terram Canaan Abrahamo & ſemini ejus. 6. a
31, 32. Ut vidit Moſes Angelum Domini, admiratus eſt viſum: & cum accederet, &c. 55. b. 52. a
44. Tabernaculum teſtimonii fuit cum patribus noſtris in deſerto, 30. a

[illegible] 318. b
XXVIII. 26. Vade ad populum iſtum, & dic, Auribus audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis, 650. b

ROMAN.

I. 1. PAulus ſervus Jeſu Chriſti, Apoſtolus ex Dei vocatione, ſeparatus ad prædicandum Euangelium Dei, 155. b
4. Chriſtus declaratus eſt filius Dei ſecundum Spiritum Sanctificationis, 281. b
20. Inviſibilia Dei perſpiciuntur ex creatione mundi, dum ex rebus conditis intelliguntur: ut ſimus inexcuſabiles, 121. a. 122. a. 155. b. 186. a. 462. b
21. Propterea quod cum Deum cognoverint, non ut Deum glorificaverunt, nec gratias ei egerunt: ſed vani facti ſunt in ratiocinationibus ſuis, & obtenebratum eſt cor eorum, 67. b
23. Deſerit Deus eos omnes qui mutant veritatem in mendacium, 317. b
28. Ut impii Deum agnoſcere non curarunt: ita etiam eos tradidit Deus in mentem judicii expertem, 171. b. 255. a. 247. b. 296. b
II. 4. An contemnis divitias benignitatis, patientiæ, & longanimitatis Dei, ignorans te ab eo ad reſipiſcentiam deduci? 129. a
5. Pro duritia cordis noſtri theſaurizamus nobis ipſis iram Dei, 254. a. 375. a. 515. b
6. Deus reddet unicuique ſecundum opera, 513 b.
11. Apud Deum non eſt perſonarum acceptio, 178. a. 517. a
14. Gentes natura quæ Legis ſunt, faciunt: ſcripta eſt enim in cordibus earum, 466. b
15. Conſcientia reddit omnibus teſtimonium Legis, 125. a. 468. b. 419. b
16. Deus judicabit homines ſecundum Euangelium, 479. b
III. 4. Deus eſt juſtus: omnis autem homo mendax, 502. a
5. Num injuſtus eſt Deus cum punit, 607. a
6. Alioquin, quomodo judicabit Deus mundum, ibid.
8. Et (ſicut de nobis male loquuntur, & ſicut aiunt nos dicere) cur mala non facimus, ut veniant bona? quorum damnatio juſta eſt, 123. a
9. Sumus omnes ſub peccato, 114. b. 153. a. 462. b
10, 12. Non eſt juſtus, ne unus quidem, 155. a. 218. b. 235. a
18. Timor Dei non eſt coram oculis noſtris, 153 a. 524 a
19. Ut Deus ſit juſtus, oportet omne os occludi, mundumque fateri ſe obnoxium eſſe condemnationi, 82. b 124. a. b. 191. b. 462. b. 468 a 506. a 510. b. 816 b
21. Nunc abſque Lege juſtitia Dei patefacta eſt, teſtimonium habens Legis ac Prophetarum, 56. a. 125. a
23. Omnes deſtituuntur gloria Dei, 124. a
28. Homo juſtificatur fide abſque operibus Legis, 125. a
IV. 13. Non per legem promiſſio ceſſit Abrahamo, aut ſemini ejus, ut eſſet hæres mundi, ſed per juſtitiam fidei, 19 b. 594. a
17. Vocat Deus ea quæ non ſunt, tanquam eſſent, 111. a
18. Abrahamus contra ſpem ſub ſpe credidit, ut eſſet pater multarum gentium: ſecundum id quod fuerat ei dictum, Ita erit ſemen tuum, 73. a. 111. a. 260. a 347. b. 402. a
V. 1. Juſtificati fide pacem habemus apud Deum, 377. b. 106. a
3, 4, 5. Gloriamur in oppreſſionibus, ſcientes quod oppreſſio patientiam efficiat: patientia experientiam: experientia ſpem. Spes autem non pudefacit, quod charitas Dei effuſa ſit in cordibus noſtris per Spiritum S. qui nobis datus eſt, 75. b. 377. b. 485. b
10. Quum eſſemus inimici, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus, 454. b
VI. 11. Mortui ſumus peccato, viventes Deo in Chriſto, 428. a
16. Servi ſumus ejus, cui obedimus, 211. b
17. Servi fuiſtis peccati, ibid.
20. Quum eſſemus ſervi peccati, eramus liberi juſtitiæ, 227. b
VII. 9. Quum eſſem quondam ſine Lege, vivus eram: quum autem advenit mandatum, peccatum revixit, 133. b. 141. b

[illegible] 131. a
31. Si Deus eſt pro nobis, quis contra nos? 149. a
33. Deus eſt is, qui juſtificat, 231. b. 334. b
35. Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? num oppreſſio, num anguſtia, &c. 20. b. 78. b
37. In omnibus plus quam victores ſumus, per eum qui dilexit nos, ibid.
38, 39. Mihi perſuaſum eſt neque mortem, neque vitam, neque Angelos, neque principatus, neque poteſtates, neque inſtantia, neque futura, neque ſublimitatem, neque profunditatem, neque ullam aliam rem creatam poſſe nos ſeparare à charitate Dei, qua nos complexus eſt in Jeſu Chriſto Domino noſtro, 78. b
IX. 3. Optarim ego anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, cognatis meis ſecundum carnem, 45. a
15. Miſerebor cujus miſertus fuero, &c. 510. b
20. Tu qui es qui ex adverſo reſponſas Deo? 172. a. 531. a
22, 23. Deus vult oſtendere iram ſuam in vaſa iræ coagmentata ad interitum, & notam facere gloriam ſuam in vaſa miſericordiæ, &c. 541. a
X. 10. Corde creditur ad juſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem, 553. a
12. Dives eſt Deus in quoſvis invocantes eum, 453. b
13. Quiſquis invocaverit nomen Domini ſervabitur, 159. b 250. a
17. Fides eſt ex auditu: auditus autem per verbum Dei, 507. a. b 610. a
XI. 8. Non timentibus Deum dat Deus oculos, ut non videant, & aures, ut non audiant, 610. b
33. O profunditas divitiarum tum ſapientiæ tum cognitionis Dei! quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus! 107. a. 146. a. 457. b
34. Quis cognovit mentem Domini? aut quis fuit ei a conſilio, 392. a
35. Quis prior dedit Deo, & reddetur ei? 614. a. b
XII. 3. Nemo præſumat ſapere ſupra id quod oportet ſapere, 289 b
8. Qui miſeretur, id faciat cum hilaritate, 444. a
15. Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus, 82 a. 429. b
16. Ne elate de nobis ſentiamus: ſed humilibus obſecundemus, 267 b. 412. b. 520. a
17. Procurate honeſta coram omnibus hominibus, 459. a
20. Si eſurit inimicus tuus, da ei cibum! ſi ſitit, da ei potum. Hoc enim ſi feceris, &c. 458. b
XIII. 1. Poteſtates à Deo ſunt ordinatæ, 313. b
9. Diliges proximum tuum ſicut teipſum, 284. b
XIV. 8. Sive vivimus, ſive morimur, Domini ſumus, 204. b
10. Omnes apud tribunal Chriſti ſiſtemur, 237. b. 287. a. 513. b. 521. b 522. b. 524. b
11. Vivo ego, dicit Dominus, Quod mihi ſeſe flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo, 355. b. 564. b
17. Regnum Dei eſt pax ſpiritualis, 215. b
19. Sectemur quæ ad mutuam ædificationem faciunt, 206. b
XV. 2. Unuſquiſque indulgeat proximo in bonum, ibid.
4. Quæcunque ante ſcripta ſunt, ad noſtram ædificationem ſcripta ſunt, ut, &c. 22. b. 75. b
16. Operam dare debemus Euangelio, ut oblatio Gentium ſit accepta, 573. a
XVI. 21. Timotheus adjutor meus vos ſalutat, & Lucius & Jaſon & Soſipater cognati mei, 471. b

I. CORINTH.

I. 3. PAulus vocatione Apoſtolus Jeſu Chriſti per voluntatem Dei, 155. b
18. Sermo de cruce eſt ſtultitia iis qui pereunt, 472. b
19. Abolebo ſapientiam ſapientum, & intelligentiam intelligentium tollam e medio, 475. a. 531. a
21. Poſtquam in Dei ſapientia mundus non cognovit Deum ex ſapientia, placuit Deo per ſtultam prædicationem ſervare credentes, 235. a
II. 4. 5. Prædicatio verbi Dei non verſatur in perſuaſoriis verbis humanæ ſapientiæ, ſed in demonſtratione Spiritus, ut fides noſtra non conſiſtat in ſapientia hominum, ſed in potentia Dei, 393. a
9. Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in mentem hominis venerunt, ea ſunt, quæ Deus paravit iis qui ipſum diligunt, 574 a. 623 b
10, 11, 12. Reve-

Digitized by Google

quæ ſunt Dei, 296. b
VII. 30, 31. Ementes ſint tanquam nihil poſſidentes, & qui hoc mundo utuntur, tanquam non abutentes: præterit enim ſpecies hujus mundi, 54. b. 44. b. 299. b. 320. a
VIII. 1. Notitia inflat: charitas vero ædificat, 396 b
IX. 27. Contundo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne quo modo, cum aliis prædicarim, ipſe reprobus fiam, 51. b
X. 1. Nolim vos ignorare, fratres, patres noſtros ſub nube fuiſſe, & per mare tranſiviſſe, 117 b
6, 11. Omnia typice eveniebant illis, ibid. 238. a. 475. a
13. Fidelis eſt Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, &c. 45. b. 76 a. 160. b. 637. b
31. Sive editis, ſive bibatis, omnia in gloriam Dei nobis ſunt facienda, 7. a
XI. 7. Vir non debet velare caput ſuum, cum ſit imago & gloria Dei, at mulier gloria viri eſt, 39 b
11. Vir non eſt abſque muliere, nec mulier abſque viro in Domino, 40. a
32. Cum punimur, à Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur, 500. b. 598. a
XII. 7. Unicuique datur declaratio Spiritus ad utilitatem, 204 a. 336. b
XIII. 3. Si inſumam alendis egenis omnes facultates meas, charitatem autem non habeam, 35. b
7. Charitas omnia ſperat, ibid.
9. 10. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus. At quum quod perfectum eſt evenerit, quod ex parte eſt abolebitur, 44. a. 135. b. 599. a
12. Cernimus nunc per ſpeculum & per ænigma, & ex parte cognoſcimus: ſed die revelationis perfecte cognoſcemus, 44. a. 133. a. 170. b. 209. a. 307. b. 393. a. 416. a
XIV. 20. Ne eſtote pueri intelligentia: ſed malitia pueri, 207. b
24, 25. Si omnes prophetent, ingrediatur autem infidelis quiſpiam aut idiota, arguitur & dijudicatur ab omnibus: & ita occulta, &c. 326. a. 322. b
25. Arcana cordis noſtri manifeſta fiunt, 326. a
27, 28, 29, 30. Si quis lingua incognita loquatur, fiat per binos, aut ad plurimum ternos, & viciſſim: unus interpretetur, 92. b. 476. a. 336. b
40. Omnia decenter & ordine fiant, 473. b
XV. 19. Si in hac tantum vita ſperamus, ſumus miſerrimi omnium hominum, 513. a. 282. b
33. Corrumpunt bonos mores colloquia prava, 167. a
36. Demens, quod tu ſeminas non vivificatur, niſi mortuum fuerit, 100. a. 196. a. 261. a
46. Quod eſt corruptibile præcedit, 150. a
53. Oportet ut corruptibile, quod eſt in nobis, aboleatur, 343. a
57. Victores ſumus per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, 428. b
58. Fratres mei dilecti, firmi eſtote, immoti, abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes laborem veſtrum non eſſe inanem in Domino noſtro, 51. b

II. CORINTH.

I. 22. DEus dedit nobis arrhabonem Spiritus in cordibus noſtris, 500. b
II. 11. Novimus machinationes Satanæ, 505. b
III. 5. Non ſumus idonei ad cogitandum quicquam velut ex nobis ipſis: ſed, &c. 144. a. 179. a. 414. a
18. Transformabimur in imaginem gloriæ à Spiritu Domini, 261. b
IV. 4. Deus hujus ſeculi excæcavit mentes infidelium, ne irradiet eos lumen Evangelii, 541. a
6. Splendet Deus in cordibus noſtris, ad præbendum lumen cognitionis gloriæ ſuæ in facie Jeſu, 150. a
7. Habemus hunc theſaurum in vaſis teſtaceis: ut præſtantia hujus virtutis ſit ex Deo, non ex nobis, 137. a
8. Premimur omnibus modis, at non opprimimus, ib.
13. Credimus, quamobrem etiam loquimur, 264. a. 479 a. 531. b. 536. b
17 Momentanea levitas oppreſſionis noſtræ, efficit in nobis valde excellentis gloriæ pondus æternum, 96. b. 131. a
V. 1. Cum corpus noſtrum diſſolutum fuerit morte, nobis erit domicilium æternum in cœlis, 196. b. 343. a. 261. a
6. Qui ſerit benigne, benigne etiam metet, 53. b
7. Quiſque prout præoptat corde, ita agat: non autem ex neceſſitate, 444. a
X. 4. 5. Arma militiæ noſtræ conſilia evertunt, omnemque ſublimitatem, quæ extollitur adverſus cognitionem Dei, 231. b. 360. b 473. b. 318. b. 519. a
15. Nequaquam eſt nobis gloriandum de iis quæ non ſunt menſuræ noſtræ, 380. b
XI. 14. Satan ipſe transformatur in Angelum lucis, 16. a
16. Recipite me, ut aliquantulum etiam glorier, 176. b
22. Hebræi ſunt: ſum & ego, 176. a
XII. 7. Ne excellentia revelationum ſupra modum efferrer, datus eſt mihi ſurculus infixus carni, angelus Satanæ, qui me colaphis cædat, ne efferrer ſupra modum, 18 a. 614. a
9. Potentia Pauli per infirmitatem perfecta eſt, 182. a
19. Declaratio Spiritus datur unicuique ad ædificationem, 512. a. 634. a
21. Deus non me deprimat apud vos, 10. b

GALAT.

I. 15. DEus me ſeparavit ab utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam, 614. a
III. 10. Execrabilis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro Legis, ut faciat ea, 132. a 114 a. 310. b. 334 a. 436. a
11. Nemo per Legem juſtificatur apud Deum, 132. a
13. Chriſtus nos redemit à maledictione, cum factus eſt pro nobis maledictio, 428. b
22. Omnia concluſit Deus ſub peccatum, 462. b
IV. 6. Quoniam eſtis filii, emiſit Deus Spiritum Filii ſui in corda veſtra, 12. b. 499 a
22. Abrahamus duos habuit filios: unum ex ancilla, & unum ex libera, 623. a
V. 14. Diliges proximum tuum ſicut teipſum, 224 b
17. Caro concupiſcit adverſus Spiritum, Spiritus autem adverſus carnem: ita ut non faciatis quæcunque volueritis, 351. a. 509. a
25. Si vivamus Spiritu, Spiritu etiam incedamus, 3. b. 326 a
VI. 1. Fratres, etiamſi præoccupatus fuerit homo in aliqua offenſa, vos ſpirituales inſtaurate ejuſmodi hominem cum ſpiritu manſuetudinis: conſiderans unuſquiſque temetipſum, ne & tu tenteris, 51. b
4. Quiſque opus ſuum probet: & tunc habebit unde glorietur in ſemetipſo, & non in alio, 111 a
5. Quiſque onus ſuum portabit, ibid.
9. Ne benefaciendo ſegneſcamus: tempore enim ſuo metemus, 446. a
15. In Jeſu Chriſto nihil quicquam valet: ſed nova creatura, 200. b

EPHES.

I. 4. ELecti ſumus à Deo ante jacta mundi fundamenta, 488 a 497. a
13. Obſignati eſtis Spiritu ſancto promiſſionis Evangelii, 499. a
14. Spiritus S. eſt arrhabo hæreditatis noſtræ, 200 b
17. Deus dat Spiritum ſapientiæ & revelationis ad cognitionem ſui, 480. a
18. Deus illuminat oculos mentis veſtræ: ut ſciatis quæ ſit ſpes ſalutis, quam Deus præparavit vobis in cœlis, 497. b. 480. a
II. 2. Princeps poteſtatis aëris eſt ſpiritus nunc agens in filiis rebellionis, 11. a
3. Eramus natura filii iræ, 193. b
4. Deus dives eſt miſericordia, 453. b
10. Conditi ſumus ad bona opera, 200. b
14. Chriſtus eſt pax noſtra, qui ex utroque fecit unum, & intergerinum ſolvit parietem, 614. b
19. Sumus concives ſanctorum, & domeſtici Dei, 340. b
III. 9, 10. Evangelium eſt myſterium abſconditum in Deo ab initio: ut ſapientia Dei nota fiat principibus ac poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam, 12. a. 155. b
12. Aditum habemus ad Deum cum fiducia per Chriſtum, 499. a
18. Aſſequamur oportet quæ ſit latitudo & longitudo, & profunditas & ſublimitas, 156. a. 397. b
19. Oportet ut cognoſcamus dilectionem Domini noſtri, 397. b
brarum, ſed potius redarguite, 459 a
25. Diligite uxores veſtras ut propria corpora, 6. b
VI 1. 7. 8, 9. Sciant domini & ſervi utrorumque Dominum eſſe in cœlis, nec perſonæ reſpectum eſſe apud eum, 44 b. 442. b
12. Nobis eſt bellum adverſus poteſtates ſpirituales, & non adverſus carnem & ſanguinem, 1. a. 13 a. b. 17. a. 105. b
16. Fidei clypeo extinguetis jacula omnia ignita Diaboli, 199 a
17. Sumite galeam ſalutis, & gladium Spiritus, qui eſt verbum Dei, 22. b

PHILIPP.

I. 15, 16. NOnnulli per invidiam & contentionem prædicant Evangelium, exiſtimantes ſe afflictionem vinculis meis addere, 480. a
21. Chriſtus eſt mihi lucrum in vita & in morte, 204. b
22, 23, 24. Si vivere in carne mihi operæpretium eſt, & quid eligam neſcio. Coarctor enim utrinque deſiderans migrare & eſſe cum Chriſto: nam id mihi longe optimum eſt. Sed manere in carne magis eſt neceſſarium propter vos, 46. b 84. a
II. 2. Explete gaudium meum idem ſentientes, eandemque charitatem habentes, unanimes, & ſententiis uni, 176. a
3. Alius alium præſtantiorem ſe exiſtimet, ibid. 420. b
7. Chriſtus exinanivit ſeipſum accepta ſervi forma, 443. b
10. Ad nomen Jeſu omne genu flectitur cæleſtium terreſtrium ac ſubterraneorum, 355. b. 564 b
12. Cum timore ac tremore veſtram ipſorum ſalutem conficite, 91. b
20. Neminem pari animo præditum habeo cum Timotheo qui germane res veſtras curet, 471. b
III. 5. Circumciſus ſum, ex gente Iſraëlis, tribu Benjamin, Hebræus ex Hebræis, 176. b
20. Converſatio noſtra eſt in cœlis, 367. b
21. Chriſtus transformabit corpus noſtrum humile, ut conforme faciat corpori ſuo glorioſo, pro efficacitate qua poteſt ſubjicere ſibi omnia, 300. a. 396. b
IV. 6. Preces noſtræ debent innoteſcere cum gratiarum actione, 351. a. 534 b
7. Pax Dei ſuperat omnem intellectum, & cuſtodit corda & mentes noſtras, 491. b
12. Novi ſaturari & eſurire, abundare & egere, 366. b

COLOSS.

I. 5. SPes noſtra repoſita eſt in cœlis, 291. a
15. Chriſtus eſt imago Dei inviſibilis, primogenitus omnis rei creatæ, 12. b. 548 a
16. In Chriſto condita ſunt omnia, quæ in cœlis ſunt, & quæ in terra, viſibilia & inviſibilia, ſive throni, ſive dominia, ſive, &c. 18. a. b. 58. a. 585. b
20. Placuit patri per Chriſtum reconciliare ſibi omnia, pace per ſanguinem crucis ejus facta, tum & quæ in cœlis ſunt, tum quæ in terris, 58. b
28. Chriſtum annunciamus, admonentes quoſvis, & quoſvis erudientes omni ſapientia, ut quoſvis ſiſtamus perfectos in Chriſto Jeſu, 63. a
II. 3. In Chriſto abſconditi ſunt omnes theſauri ſapientiæ & cognitionis, 548. a
9. In Chriſto inhabitat plenitudo Deitatis corporaliter, 261. b
14 Deleto chirographo, quod erat adverſum nos, 9. a
III. 1. Si reſurrexiſtis cum Chriſto, ſuperna quærite. Mortificate membra veſtra terreſtria, ſcortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam, & avaritiam, quæ eſt idololatria, 574. b
3. Mortui ſumus; at vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto, 43. b. 116. a. b. 196. a. 233. a. 313. b. 493. b
4. Quum Chriſtus vita noſtra patefactus fuerit, tum & nos patefiemus cum eo glorioſi, 116. a. b
15. Oportet ut pax Dei regnet in cordibus noſtris, 183. a
17. Quicquid egeritis ſermone, aut facto, in nomine Jeſu facite, agentes Deo & Patri noſtro gratias per eum, 7. a
19. Viri, diligite uxores veſtras, & ne ſitis adverſus eas amarulenti, 6. b

IV. 6. Sit

Digitized by Google

9, 10. Adventus impii eſt ex efficacia Satanæ, cum omnipotentia, ſignis & miraculis mendacii, & cum omni fraude injuſtitiæ in iis qui pereunt: quia dilectionem veritatis non receperunt, 14. a. 17. b. 171. b

11. Propterea mittet illis Deus efficaciam deceptionis, ut credant mendacio, 17. b

III. 13. Ne ſegneſcite benefaciendo, 446. a

I. TIMOTH.

I. 16. IDeo miſericordiam ſum aſſequutus: ut in me primo oſtenderet Chriſtus omnem clementiam, 184. a. b

17. Deus eſt immortalis & inviſibilis, 196. a

18. Fili Timothee, fac ſecundum prægreſſas de te prophetias militando, 472. b

II. 4. Deus vult quoſvis homines ſervari, 6. 6

IV. 5. Quicquid creavit Deus ſanctificatum per verbum Dei & preces, 7. a

8. Pietas promiſſionem habet vitæ præſentis ac futuræ, 52. a. 429. b

V. 21. Obteſtor in conſpectu Dei & Angelorum, 210. a

23. Ne amplius eſto abſtemius: ſed utere pauculo vino, propter ſtomachum tuum, 470. a

VI. 16. Solus Deus habet immortalitatem, 57. b. 100. a. 107. a. 196. a. 548. a. 567. a. 581. a

17, 18, 19 Denuntia iis qui divites ſunt in hoc ſeculo, ne efferantur animo, neque ſpem ponant in divitiis incertis, ſed in Deo vivo, qui præbet nobis omnia copioſe ad fruendum: ut aliis benefaciant, ut ſint divites operibus bonis, faciles ad impertiendum, faciles convictus: recondentes ſibiipſis fundamentum bonum in poſterum, ut apprehendant vitam æternam, 5. 6. 24. b. 175. 6. 451. 6

II. TIMOTH.

II. 5. SIquis certet, non coronatur, niſi legitime certaverit, 197. b

22. Juveniles cupiditates fuge, 470. 6

III. 13. Improbi homines & impoſtores procedent in pejus, ſeducentes alios & ſeducti ipſi, 92. b

16. Tota Scriptura eſt divinitus inſpirata, & utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem quæ eſt in juſtitia, 50. b. 177. a. 193. b

Ad TITUM.

II. 13. EXpectamus beatam ſpem in cœlis, 291. a

Ad HEBRÆOS.

I. 3. FIlius eſt ſplendor, & character perſonæ Patris, 28. b. 348. a

14. Nonne omnes ſunt miniſtratores ſpiritus, qui miniſterii cauſa mittuntur propter eos qui hæredes erunt ſalutis, 12. b. 316. b

II. 14 Ut per mortem aboleret eum, qui mortis habet imperium, hoc eſt, diabolum, 12. a

16. Chriſtus non aſſumpſit Angelos: ſed aſſumpſit ſemen Abrahami, 12. b

18. Chriſtus paſſus eſt tentatus, 457. b

IV. 12. Sermo Dei eſt gladius anceps, pertingens uſque ad compages & medullas, & dijudicans cogitationes & conceptiones cordis arcanas, 119. b. 326. a. 349. a. 402. b. 373. a

12. Sermo Dei pertingit uſque ad diviſionem animæ & Spiritus, & compagum & medullarum, 119. b. 318. b. 322. b

13. Omnia ſunt nuda & patentia oculis ejus quicum nobis eſt negotium, 105. b

15. Non habemus Pontificem, qui non poſſit affici ſenſu infirmitatum noſtrarum; ſed habemus eum, qui tentatus fuit in omnibus ſimiliter, abſque peccato, 103. b. 427. b. 636. a

V. 3. Aaron debet offerre pro peccatis, 10. a. 636. b

4. Nemo ſibiipſi ſumit hunc honorem, 632. b

6. Tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec, 633. b

VI. 10. Deus non eſt injuſtus, ut obliviſcatur operis veſtri, & laborioſæ charitatis, quam demonſtraſtis ergo ipſius nomen, ut qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtretis, 12. b. 339. b

6. Fieri non poteſt, ut illi ... cere poſſit: nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet eſſe Deum, & præmia largiri iis qui ipſum requirunt, 52. a

7. Noachus per arcam condemnavit mundum, 2. b

9. Abrahamus commoratus eſt in terra promiſſa, ut aliena, 293. a

17. Per fidem obtulit Iſaacum Abrahamus, 9. b

XII. 5, 6. Ne negligito caſtigationem Domini, neque remiſſus eſto cum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus caſtigat: & flagellat quemcunque filium recipit, 73. a. 109. b. 398. 6

11. Omnis caſtigatio in præſens non videtur eſſe gaudii, ſed triſtitiæ: at poſtea fructum tranquillum juſtitiæ reddit iis qui per eam fuerint exercitati, 75. a

12. Manus remiſſas, & genua ſoluta ſurrigite, 359 b. 503. b. 394. b

14. Pacem ſectamini cum omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Dominum, 459. 6.

18, 19. Non acceſſiſtis ad contrectabilem montem, & incenſum ignem, ac turbinem & caliginem & procellam, tubæque ſonitum & vocem verborum: quam qui audierant, deprecati ſunt, ne amplius ſibi fieret ſermo, 38. b. 323. b

19. Non acceſſiſtis ad tubæ ſonitum, & vocem ſermonum, quam qui audierant, deprecati ſunt ne ſibi amplius fieret ſermo, ibid.

29. Deus eſt ignis conſumens, 181. a. 493. a

JACOBI.

I. 4. PAtientia opus perfectum habeat opus eſt, ut ſimus perfecti & integri, 633. b

5. Si cui deeſt ſapientia, poſtulet eam à Deo, 240. a. 322. a. 633. b

6, 7. Qui poſtulat cum fide, accipit quod poſtulat: qui autem dubitat ſimilis eſt fluctui maris, qui ventis agitatur & jactatur, 328. b. 499. a

9. Frater humilis conditionis glorietur in ſublimitate ſua, 320. a

10. Dives veluti flos herbæ præteribit, 321. 6

11. Solis æſtus omnia exurit, ibid.

14, 15. Unuſquiſque tentatur cum à propria cupiditate ineſcatur: poſtea vero quam cupiditas conceperit, parit peccatum: peccatum vero peractum gignit mortem, 430. b. 431. a

19. Omnis homo ſit velox ad audiendum, tardus ad loquendum, 287. a

21. Excipite cum lenitate ſermonem vobis inſitum, 503. b

II. 8. Diliges proximum tuum ſicut teipſum, 224 b

10, 11. Quiſquis totam Legem ſervaverit, offenderit autem in uno, omnibus tenetur, 132. a 435. 6. 436. a

13. Judicium abſque miſericordia erit ei qui non præſtiterit miſericordiam, 54. b 210. b. 313 b 444 b

16. Si quis egentibus dixerit: Abite cum pace, caleſcite & ſaturamini: non tamen dederit eis quæ ſunt apta corpori, quæ erit utilitas? 444. a

III. 1. Ne eſtote multi doctores, 406. b

2. Si quis in ſermone non labitur, perfectus eſt, ut qui poſſit fræno moderari totum etiam corpus, 34. b. 177. b

IV. 6. Deus reſiſtit ſuperbis, 174. 6

13. Proficiſcamur hodie & cras in illam urbem, ibique agamus annum unum, & mercemur & lucremur, 47. b

V. 4. Merces operariorum qui meſſuerunt arva veſtra (quæ à vobis intercepta eſt) clamat, & clamor pervenit in aures Dei, 465. a

11. Beatos pronunciamus eos qui toleratunt adverſa. Tolerantiam Jobi audiſtis, & finem Domini vidiſtis, 1. a. 232. b. 563. b. 637. b

13. Æger eſt animo aliquis inter vos? oret, 267. a

20. Qui averterit peccatorem ab errore viæ ſuæ, ſervabit animam à morte, 496. b

I. PETRI.

I. 2. ELecti ſumus ſecundum providentiam Dei in ſanctificationem ſpiritus, in obedientiam & aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti, 300. 6

12. Ne tanquam hoſpites exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad veſtri experimentum, percellimini, ut ſi peregrinum aliquid vobis accideret, 331. a

14. Si probris afficimini in nomine Chriſti, beati eſtis: Spiritus enim Dei ſuper vos requieſcit, 94. a

17. Nam tempus eſt quo incipiat judicium à domo Dei. Quod ſi primum incipit a nobis, quis erit finis eorum qui non parent Dei Evangelio, 632. a

V. 5 Deus reſiſtit ſuperbis: humilibus autem dat gratiam, 174. a

6. Demittite vos ſub potente manu Dei, ut vos in tempore attollat, 76. b. 108. b. 267. b. 329. a

7. Omnem curam veſtram in Deum conjicite: nam illi cura eſt de vobis, 543. a

8. Adverſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens, obambulat, quærens quem devoret, 13. a. 28. b

II. PETRI.

I. 9. CUi non eſt virtus, is cæcus eſt, 401. b

19. Habemus firmiſſimum ſermonem propheticum; cui recte facitis quod attendatis, velut lucernæ ſplendenti in obſcuro loco, uſquedum dies illuceſcat, & lucifer exoriatur in cordibus veſtris, 225. a

II. 4. Angelis Deus non pepercit qui peccarunt: ſed in tartarum detruſos, catenis caliginis tradidit, damnationi ſervatos, 13. a. 44. a

5. Priſco mundo non pepercit Deus: ſed octavum Noachum juſtitiæ præconem ſervavit, diluvio in mundum impiorum inducto, 372. b

I. JOAN.

I. 9. SI confiteamur peccata noſtra, Deus illa nobis remittit, 283. b

10. Si dixerimus nos non peccaſſe, mendacem Deum facimus, 462. b

II. 1. Si quis peccarit, advocatum apud Patrem habemus Jeſum Chriſtum, 233 b

III. 1. Vocamur filii Dei, 610 a

2. Scimus fore, ut cum patefactus fuerit Deus, ſimiles ei ſimus: quoniam videbimus eum, ſicuti eſt, 28. a. 222. b. 387. a

20. Deus eſt potentior corde noſtro, & novit omnia, 119. a. 230. a. 348. b

Si condemnet nos cor noſtrum, potentior ſane eſt Deus corde noſtro, & novit omnia, 230 a

IV. 1. Ne cuivis ſpiritui credite: ſed probate utrum ex Deo ſit, 479. b

18. Metus non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras ejicit metum, 196. b 397. a

V. 14. Videte fiduciam, quam habemus apud Deum: ſiquid petierimus ſecundum voluntatem ejus, nos audit, 84. b

19. Scimus nos ex Deo eſſe, 92. 6

JUDÆ.

I. 6. ANgelos qui non ſervata ſua origine reliquerunt ſuum domicilium, judicio magni illius diei vinculis æternis ſub caligine reſervavit, 13. a. 44. a

APOCAL.

I. 7. ECce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, etiam qui eum transfixerunt: & plangent coram eo omnes tribus terræ: etiam, amen, 469. b

VI. 16. Et dicebant montibus & petris, Cadite ſuper nos, & abſcondite nos à conſpectu ejus, qui ſedet in throno, & ab ira Agni, 298. a. 387. b. 493. b

XXI. 23. Et civitas non eget Sole vel Luna, ut luceant in ea: nam gloria Dei illuſtrat eam, & Agnus eſt lucerna ejus, 149. a

XXII. 5. Et nox non erit illic, neque opus eſt eis lumine lucernæ, neque lumine Solis: quoniam Dominus Deus illuſtrat eos: & regnabunt in ſecula ſeculorum, 149. a

INDEX

Digitized by Google

Adami vocabulum quid ſignificet, 457. a
Adami perſona repræſentabat totum genus humanum, 191. a
Adami conditio prima, 249. b
Adamus qualis conditus fuerit, 191. b
Adamus primus hypocrita, 457. a
Adoleſcentia, 59. b
Adorandus eſt Deus ſpiritu & veritate, 3. a
Adverſæ res tam electis quam reprobis ſunt communes, 38. a
Adverſas res quid vocent homines, 74. b
Adverſis rebus adverſus Deum murmurare ſolent non regenerati, 15. 16. a
Adverſitatis nomine quid intelligatur, 236. b
in Adverſitate æque nobis eſt colendus Deus atque in proſperitate, 51. b. 52. a
Adulari ſibi quomodo ſoleant homines, 235. b
Adulatio, ibid.
Adulatio eſt pernicioſiſſima, ibid.
Adulatio eſt deceptio, ibid.
Advocatus noſter Chriſtus, 354. b
Ædificandi verbum quid ſignificet, 109. b
Ædificari quid ſit, 228. b
Ædificatio noſtra quid ſit, 206. a. b
Ægros ſibi facile conſolantur, 50. b
Æquitas duas habet partes, 128. b
Ad æquitatem quid nos incitare debeat, 53. b
Aeris effectum, 572. b
Æſtatis cauſa, 121. b
Ætas virilis, 59. b
de Ætatibus, ibid.
Affectiones pravæ ſunt peccata, 147. a
Affectus noſtri quomodo retinendi, 40. a. b
Affectus boni plerumque modum excedunt, 43. a
Affectus hominis non regenerati ſunt inimicitia adverſus Deum, 179. a
Affectus cohibendi, 109. a
Affectuum violentia quo rapiat homines, 44. b
Afflicti ſupra vires, ſi immodicis perturbationibus abrepti fuerint, excuſationem non merentur, 37. a
Afflicti ſunt miſericordia proſequendi, 88. a
Afflicti impii quibus ſimiles, 74. b
Afflicti impii incipiunt jam in hac vita pœnis æternis plecti, ibid.
Afflicti pii ſentiunt manum Dei, & Spiritu ejus intus tanguntur, ibid.
Afflicti quid cogitare debeant, 23. b. 24. b
Afflictus quid ſignificet, 72. b
Afflicto ſpem eſſe reſiduam, quid ſit, 73. a
Afflictorum aures aperit Deus, 558. a. b
Afflictio eſt medicina, qua purgatur ſuperbia, 70. a
Afflictio piorum cui rei ſimilis ſit, 114. b. 115. a
Afflictio ſedat odium & malevolentiam, 88. b
Afflictione una præterita, altera imminet, 78. b
Afflictione una præterita, manet altera, ſæpe ſuperiore gravior, 10. b
Afflictiones impiorum ſunt veluti faces, quibus ira Dei in illos accenditur, 74. a
Afflictiones impiorum ſunt initium majoris judicii Dei futuri, ibid. b
Afflictiones fidelium ſunt benedictæ, 64. a
Afflictiones fidelium cedunt in ipſorum bonum, 64. a
Afflictiones noſtræ ſunt leves, ſi cum afflictionibus quas perpeſſi ſunt ſervi Dei comparentur, 30. b
Afflictiones ſunt inſtar ſpeculi quo ſe contemplantur homines, 15. b. 75. a
Afflictiones piorum quouſque procedant, 17. b. 18. a
Afflictiones piorum non ſuperant eorum vires, 18. b
Afflictiones omnium fidelium non ſunt uniuſmodi, 19. a. b
Afflictiones omnes fidelium non ſunt æquales, ibid.
Afflictiones non ſunt ſemper ſigna odii Dei, 20. b
Afflictiones Jobi variæ, 19. a. 21. a
Afflictiones patienter eſſe ferendas probatur argumento naturali, 33. a
Afflictiones ſunt probationes obedientiæ noſtræ, 483. a
Afflictiones non ſemper immittuntur à Deo pro ratione delictorum, 1. b
Afflictiones leviores & graviores immittit Deus pro morborum ratione, 75. a. b
... tempore quatenus ſint nobis meditanda, 96. a
Afflictionum piorum felix exitus, 77. a. b
Afflictionum, quas paſſi ſunt olim fideles, conſideratio eſt nobis valde utilis, 62. a
Afflictionum ſal obedientia, 83. b
Afflictionum cauſæ peccata noſtra, 62. a. b
Afflictionum cauſæ ſoli Deo vere ſunt cognitæ, 238. a
Afflictionum cauſæ, 48. a. 104. a
Afflictionum Jobi & Davidis comparatio, 51. a. b
Afflictionibus præfinitum eſt tempus à Deo, 98. a
Afflictionibus omnes ſunt obnoxii, 114. b
Afflictionibus magis indurantur impii, 74. a. b
Afflictionibus in mediis percipitur Dei bonitas, 45. a
Afflictionibus conformes ſiunt fideles imagini Chriſti, 51. b
in Afflictionibus extremis ſemper eſt in Deum ſperandum, 115. a
cum Affligentibus nos non eſt contendendum, 86. a
Affligi & perire differunt, 52. b
Affligi cur velit nos Deus, 70. a. 501. a. b
Agnis comparantur fideles, 91. b
Agnitio vitiorum nihil prodeſt, niſi accedat remedium ad ipſa vitia extirpanda, 615. a
Alæ vocabulo quid intelligant Hebræi, 592. b
Alcoranus, 486. b
Altiora nobis appetere non debemus, 155. b. 156. a
Amandus eſt Deus propter ſe, 52. b
Amandus eſt Deus non tantum ſpe utilitatis, ibid.
Ambitio fons & mater omnium diſſenſionum, 176. a
Ambitio tranſit naturæ ordinem, 44. a
Ambulare cum Deo quid ſit, 511. a
Ambulare cum hominibus, ibid.
Amentia hominum, 68. a
Amici Jobi celebres prudentiæ & ſapientiæ nomine, 88. b
Amicitia vera, 52. b
Amicorum Jobi viſitatio magis anxium eum reddidit, 35. a
Amicorum erga amicos officium, ibid. b
Amoris inter maritum & uxorem pignora, 255. b
Angeli quales ſint coram Deo, 57. b
Angeli ſevero Dei judicio ſatisfacere nequeunt, 58. a
Angeli non ſunt ex ſeſe & natura immortales, ibid.
Angeli quomodo immortales ſint, 57. b. 58. a
Angeli non ſunt firmi niſi Deo eos ſuſtinente, 58. a
Angeli non ſunt conferendi cum Deo, ibid.
Angeli ſunt proximi Deo, 59. a
Angeli non eguerunt redemptore ſed mediatore, 58. b
Angeli vocantur electi, 210. a
Angeli ſunt creaturæ, ibid. b
Angeli ſunt teſtes vitæ noſtræ, 105. b
Angeli non poſſunt capere magnitudinem operum Dei, 587. b
Angeli tutores noſtri, & ſalutis noſtræ miniſtri, 19. a
Angeli armati ſunt adverſus impios, 356. a. b
Angeli vocantur filii Dei, 589. b
Angeli ſumunt occaſionem jubilandi Deo ex ſtellarum creatione & diſpoſitione, ibid.
Angeli habent Legem, ſed non ſcriptam, 144. a
Angeli rei comperientur ſi cum Deo comparentur, 58. a. 210. b
Angeli puerorum vident perpetuo faciem Dei, 15. a
Angeli nihil faciunt proprio motu, ibid.
Angeli cur vocentur Poteſtates, Principatus, & Virtutes, ibid. a. b
Angeli ſunt à Deo conſtituti ut nobis ſerviant, ibid. b
Angelorum erga Deum obſequium eſt perfectum, quatenus in creaturis perfectio locum habere poteſt, 58. a
Angelorum firmitas nititur Gratia Dei in Jeſu Chriſto, ibid. b
Angelorum redemptor non eſt Chriſtus ſed eorum eſt mediator, ibid.
Angelorum & hominum comparatio, ibid. 210. a. b
Angelorum miniſterio utitur Deus ad ſumendam vindictam de ſceleratis, & ad conſervandam & defendendam Eccleſiam, 12. a
Angelorum & Diabolorum comparatio, 13. a. b
Anima præſtantior corpore, 140. a. b
Aquarum deſcriptio & natura, ...
Arare iniquitatem quid ſit, 53. b
Arbitrium liberum nullum, 179. a
Arbitrio Dei nos ſubjicere debemus, 48. b. 47. a
Arcana ſacris literis comprehenſa debemus perſcrutari, 156. a
Arcana Dei dupliciter conſideranda, 155. b
Arcana Dei non ſunt perſcrutanda, niſi ea quæ Deus vult à nobis cognoſci, ibid. 588. a. 596. a. b
Arcana quæ nobis communicavit Deus non ſunt amplius arcana, 155. b
Arcana Dei nos non poſſe cognoſcere, oſtenditur præclara ſimilitudine, 28. a
Arcana præter Scripturam quædam eſſe nobis reſervata docere, Diabolicum eſt, 486. a. b
Arcana Dei velle perſcrutari, ita ut nihil nos lateat, ſumma impietas eſt, 88. a
Arcana Dei cognoſcere non poſſumus, niſi Deo ea nobis revelante, 154. a. b
Arcana ſua nobis revelavit Deus, 209. a
Arcanorum Dei ingens eſt abyſſus, 487. b
Arguendi verbum quid ſit, 181. b
Argumentum naturale quo probatur afflictiones patienter eſſe ferendas, 33. a
Armatura fidelium contra Satanam, 22. b
Arrogantia hominum, 58. a
Arrogantia parit negligentiam, ibid.
Arrogantiæ fructus, ibid. b
Artifices non poſſunt operari ſine inſtrumentis, 587. b
Aſini & boves avaros judicabunt, 85. b
Aſpectus Dei ſummum hominis bonum, 618. b
Aſperſio pulveris ſuper caput quid ſibi apud priſcos voluerit, 36. b
Aſſuere vel adjungere iniquitati, 202. b
Aſtrologia, 121. a
Aſtrologia vera, ibid. b
Aſtuti in aſtutia ſua deprehenduntur, 71. a
Aſtutia fugienda, 70. b
Athei ipſi coguntur aliquando fateri Deum eſſe, 58. a
Attributa Dei diſtinguuntur ſed non ſeparantur, 107. a
Avaritia eſt idololatria, 448. a. b
Avarorum ſors, 273. a. b. 274. a. b
Audacia hominum ſumma, 67. a
Auditores verbi Dei quales eſſe debeamus, 91. b. 92. a
Auditores verbi Dei quales ſimus, 551. b
Avellendi vocabulum, 175. b
Aurium uſus, 507. a. b
Auroræ effecta, 195. a
Auſcultando proficiet magis ſapiens, 536. b
αὐτάρκεια fidelium, 272. b
Author peccati non eſt Deus, 26. a
Auxilii nihil nobis afferre poſſunt creaturæ, ſi Deus nobis adverſetur, 169. a
Auxilii Divini dilatio non debet fidem noſtram turbare, 32. a. b

B.

Balæna, 613. b. 625. b
Balænæ & hominis comparatio, 625. a. b
Baptiſati quomodo ſeſe gerere debeant, 29. b
Beati quinam dici poſſint, 230. a
Beatus eſt, quem Deus increpat, 73. a
Behemoth & Behemah, 620. b
Benedictæ ſunt afflictiones fidelium, 64. a
Benedicti ſunt fideles in mediis maledictionibus, ibid.
Benedicti ſunt ſoli filii Dei, ibid. b
Benedictio Dei eſt ſobolis incrementum, 79. b
Benedictiones Dei corporales annexam habent conditionem, 54. b
Benedictionum Divinorum cauſa, 501. b
Benedicere & maledicere unius eſt Dei, 65. b
Benedicere pro maledicere uſurpatum, 11. a. b
Benedicere nomen Dei quid ſit, 25. a
Beneficentia teſtimonium timoris Dei, 88. a. b
Beneficentiæ Dei uſus, 491. b
Beneficentiam metere quid ſit, 58. b
Beneficentiam ſeminantes, beneficentiam metent, ibid.
Benefici Deo aſſimilantur, 88. a
Beneficiorum Dei uſus, 166. b
Beneficiis Dei non abutendum, ibid.

Beſtia

Cæli viæ quam ſint,
Cælorum motus, 121. b
Cælorum & hominum comparatio, 60. b
Cælum cur dicatur thronus Dei, 317. a
Calcanei voce quid intelligatur, 242. a
Caloris cauſa, 380. a. b
Calliditas procul remota eſſe debet à fidelibus, 70. b
Captus vocabulum, 331. a
Capacitati noſtræ ſeſe accommodat Deus, 383. a
Caro & ſanguis non poſſunt capere ea quæ ſunt Spiritus Dei, 332. a. b. 333. a
Carnalis confidentiæ exitus, 43. a. b
Carceris nomine quid intelligatur, 143. a
Caſtigari in judicio quid ſit, 137. a. b
Caſtigationes impiorum cedunt eis in exitium, 114. b
Caſtigationes ſunt nobis neceſſariæ, 49. a. 491. a. 492. b
Caſtigationes impiorum ſunt velut excidii illorum exordium, 114. b
Caſtigationes fidelium & pœnæ impiorum differunt, 63. b
Caſtigationum Divinarum deſcriptio longa, 491. a. b. 492. a. b
Caſtigationibus multi redduntur infeliciores, 74. b
Caſu nihil nobis evenit, 12. a
Cauſa amoris quo quis alium proſequitur, 52. b
Cauſa omnium bonorum Deus, 87. b. 359. a
Cauſa operum Dei eſt ipſi Deo ſoli cognita, 163. b
Cauſa mala bonis nonnunquam argumentis tractatur, 106. a
Cauſa bona facile pervertitur, 2. a
Cauſæ judiciorum Dei plerumque ſunt nobis incognitæ, 126. b. 127. a
Ceremoniæ externæ ſolæ ſunt nullius pretii apud Deum, 10. a
Certamen eſt in omnibus fidelibus, 104. b
Certamen fidelium quale, ibid. 105. a
Certamina ſpiritualia ſunt ad ferendum difficiliora, quam quævis alia mala, 1. b
Certandum eſt nobis acriter & totis viribus, ſi victoriam velimus obtinere, 33. a
Certitudo pro Varitate, 219 b
Cervarum partus, 603. a b
Cervorum & cervarum natura, ibid.
Charitas in proximum, 255. 256
Charitas erga proximum quid complectatur, 88. a
Charitas erga proximum teſtimonium timoris Dei, ibid. a. b
Chirurgi inſtar agit nobiſcum Deus, 181. a
Chriſti deſcenſus ad inferos, 418. b
Chriſto ſapientia juſtitia & ſanctificatione nobis facto poſſumus coram Dei tribunali comparere, 411. b
in Chriſto recuperamus ea omnia quæ in Adamo amiſimus, 103. b
in Chriſto abſcondita eſt vita noſtra, 45. b
Chriſtus eſt verum ſpeculum gratiæ Dei, 303. b
Chriſtianorum ſuſpiria, 48. b
Cibi quibus veſcimur convertantur in ſubſtantiam corporum noſtrorum, 142. a
Cibus cum benedictione Dei utilis eſt, 243. a
Cibus ſine benedictione nihil prodeſt, ibid.
Ciconiæ earumque natura, 607. b. 608 a
Ciconiarum & hominum comparatio, ibid.
Claves regni cælorum, 495. b. 496. a
Clypeus fidelium Deus, 70. b
Cogitandum ſemper de morte, 60. a
Cogitationes quæ nobis in mentem veniunt, 199 a
Cogitationes malæ quomodo repellendæ, ibid.
Cogitationes malæ ſunt peccata, 147. a
Cogitationes impiorum, 223. a
Cognitio vitiorum noſtrorum eſt nobis imperfecta, 119. a. b
Cognitio Dei vera, 107 a
Cognitio noſtri, 357. b. 358. a. b
Cognitio noſtri eſt non mediocris ſapientia, 61. b
Cognitio Chriſti vera ſapientia eſt, 56. b
Cognitio veritatis ſi à perſeverantia in profeſſione ejuſdem veritatis ſeparetur, non eſt vera veritatis cognitio, nec quicquam prodeſt, 41. b
Cognitio eorum quæ ad ſalutem noſtram pertinent adhibenda eſt ad noſtrum uſum, ibid.
Comparatio hominum & cœlorum, 60. b
Comparatio virium infidelium & fidelium, 72. b
Comparatio divitiarum & paupertatis, 5. a. b
Conciliatio religiorum, 180. a
Concipere non poſſumus immenſitatem majeſtatis Divinæ, 58. b
Concipere afflictionem & parere moleſtiam quid ſignificet, 223. a
Concupiſcentia eſt peccatum, 35. a. 144. a. 451. a b. 452. a. b
Concupiſcentia prohibetur, 144. a
Condemnare nos ipſos debemus, ſi à Deo volumus juſtificari & abſolvi, 457. a. b
Condigni & congrui doctrina, 550. a. b
Conditio impiorum in hoc mundo melior & felicior piorum conditione, 115. a
Conditio fidelium in hoc mundo, 72. b
Conditio hominum fluxa, 59. a
Conditio Adami ante peccatum, 348. b
Confeſſio Chriſtiana, 499. a. b. 500. a. b. 501. a. b 502. a. b. 503. a. b
Confeſſio peccatorum conjungenda eſt cum ſupplicatione, 310. a
Confeſſio peccatorum qualis eſſe debeat, ibid.
Confeſſio peccatorum neceſſaria, ibid.
Confeſſio auricularis, 496. b. 501. a. b
Confeſſio oralis nihil prodeſt ſi ab interna confeſſione ſeparetur, 306. a
Confeſſionis fidelium ſcopus, 81. b. 82. a
Confeſſionis peccatorum fructus, 499. a. b 500. a. b
Confeſſionis gradus, 500. b. 501. a
Confeſſionum ſpecies tres, 453. a
Confidentiæ carnalis exitus, 43. a. b
Conformes ſunt fideles capiti ſuo Chriſto, 131. a. 161. b
Confuſio magna ac perturbatio in verbis Jobi, 47. b
Conſcientia judex noſter, 307. a
Conſcientia bona eſt inexpugnabilis, 92. b
Conſcientia mille teſtes, 319 b
Conſcientiæ cruciatus eſt omnium maximus, 35 b
Conſervationis noſtræ cauſa, 251. a. b
Conſervatione Divina opus habemus, 142. b
Conſilia Euangelica Pontificiorum, 453. b. 454 a
Conſilia impiorum diſperdit Deus, 71. a. b
Conſilii vocabulo quid intelligendum, 585. b
Conſiſtere pro Credere, 219. b
Conſolandi rationes variæ, 223. b. 255. a. b
Conſolari ægros ſanis eſt facile, 50. b
Conſolatio in afflictionibus, 95. b. 96. a
Conſolatio fidelium, 46. b
Conſolationis argumentum in afflictionibus, 34. a
Conſtantia Dei, 338. b. 359. a
Conſtringere pro Jungere, 564. a
Contemptus effecta, 400. a
Contemnendus non eſt proximus, ibid. a. b
Contendendum non eſt cum affligentibus, 16. a
Continuatio proſperitatis non eſt à nobis ſperanda ſimpliciter, 49. a
Continuationis peccatorum cauſa, 67. a
Contradictio in dicto Moſis Exod. 32. verſ. 32. & Pauli Rom. 9. verſ. 3. 45. a
Contradictio Jobi, 358. b
Contrariorum doctrina, 118. b
Converſio ad Deum vera, 160. b. 161. a
Convivia inchoanda ab invocatione Dei, 7. a
Convivia gratiarum actione claudenda, ibid.
Convivia fidelium qualia eſſe debeant, ibid.
Convivia, 6 b
Conviviorum finis, ibid.
Conviviorum effecta, ibid. 7. a
Copia bonorum non affert ſatietatem, 216. a
Copiis non opus habet Deus ad exequenda judicia ſua, 54. b
Cor & cor gerere, 29. a
Cordis vocabulum in S. Scriptura quid ſignificet, 558. a
Cordis vocabulum pro intelligentia, 254. b
Corde profundi ſunt ſapientes mundi, 72. a
Corda ſcrutari Dei eſt officium, 119. b
Corda ſunt ſcindenda & non veſtimenta iis qui reſipiſcunt, 37. a
Creatoris nomine quid ſit intelligendum, 24. b
Creatura cum Creatore non eſt comparanda, 58. a
Creaturæ Dei excellentiſſimæ ſi cum Deo comparentur, ab ipſius immenſitate abſorbebuntur; quod ſimili Solis & ſtellarum declaratur, ibid.
Creaturæ armatæ ſunt adverſus impios, 356. a. b
Creaturæ non poſſunt ſtare in conſpectu Creatoris, 210. b. 211. a
Creaturæ omnes, homine excepto Creatori ſuo obtemperant, 69. a
in Creaturas omnes ſummum Deus habet imperium, 1. a
Creavit Deus corpora & animas noſtras, 128. a
Cruciatus animæ eſt omnium graviſſimus, 35. b
Crudelitas Deo tribui non poteſt, 15. b
Crudelitas in proximum, 255. b. 256. a
Culpa omnium miſeriarum noſtrarum eſt in nobis, 66. a
Culpam in alios rejicere commune eſt omnibus hominibus, 11. a
Cultores Dei amplam mercedem accipient, 52. a
Cultores Dei non mirantur afflictiones, 256. a. b
Cultus Dei verus, 9. b. 10. a
Cultus Divini ratio apud Pontificios petitur à traditionibus hominum, 325. b
Cultus Dei præcipua pars eſt oratio, 229 a
Cuneus durus duro nodo adhibetur, 21. a
Cupiditatibus noſtris ſerio eſt renunciandum, ſi Deo, ut par eſt, ſervire velimus, 50. b. 51. a
Cupiunt fideles non exui, ſed ſuperindui, 61. a
Curioſæ quæſtiones de vita æterna ſunt rejiciendæ, 44. a
Curioſitatis effecta, 57 a
Cuſtodis vocabulum quid ſignificet, 163. b

D.

DAvidis humilitas & gratitudo in Deum, 21. b
Debetur afflicto beneficentia ab amico, 38. a
Decretum Dei, 340. b
Deliberationes hominum vanæ & inanes, 47 b
Dementia hominum inſignis, 57. a
Deprimi nos expedit, 55. b. 56. a
Deſperationis cauſæ, 47. b
Deus eſt ſemper ſui ſimilis, 20. a. b
Deus non agit more hominum, 332. a
Deus non eſt nobis metiendus ulna noſtra, 540. b
Deus omnia videt, 105. b
Deus non poteſt à nobis cognoſci, 318. b. 319. a
Deus ſapiens animo & robuſtus viribus dicitur, 120. a. b
Deus non mutat propoſitum, 54. a
Deus non eſt ſimilis homini mortali, 552. a. b
Deus vult ſolus agnoſci juſtus, 56. a
Deus eſt Omni-potens, Omni-juſtus, Omni-ſapiens, Immortalis, creator omnium rerum earumque gubernator, 355. b. 356 a
Deus eſt à nobis agnoſcendus, qualem ſe nobis in verbo ſuo patefacit, 67. a. b
Deus eſt author omnium bonorum, ibid. b
Deus ſe nobis patefacit in rebus creatis, ibid.
Deus non ſolum omnia creavit ſemel: ſed etiam ea conſervat, gubernat, diſponit, & adminiſtrat prout vult, 69. a
Dei proprium officium, 49. b
Dei proprium eſt ſcrutari corda, 119 b
Dei ſolius eſt benedicere & maledicere, 65. b
Dei vocabulo Dei officium ſignificatur, 107 b
Deo quænam, inter alia, tribuantur elogia, 16. b
Deo nobis præſente aut appropinquante Satanam vincimus: recedente vero vincimur, 18. b
Deo nobis infenſo, etiam ſi omnes creaturæ nobis auxilium ferant, pereundum eſt nobis, 169. a
Deſideria noſtra ſunt manifeſta Deo, 314. b
Deſperationis effecta, 310. a
Diaboli ſubjiciuntur Deo, 12. b. 13. a
Diaboli ſunt tortores & carnifices Dei, 17. b
Diaboli ſine Dei voluntate nihil prorſus facere poſſunt, 12. a. b
Diabolo concedit Deus erroris efficaciam, 17. b
Diabolus non eſt ſuprema cauſa afflictionum, ibid. a. b
Diabolus aliquando verum profert, 16. a

Diabolus

Digitized by Google

[illegible], 217. a
Diſcrimen inter Deum & homines, 334. b
Diſputationes curioſæ vanæ, 120. a. b. 205. a. b
Divites impii inexcuſabiles, 5. b
Divites ignorant quid ſit in Deum ſperare, 451. a
Divites impii & eorum conditio, 215. b. 216. a
Divites ſunt diſpenſatores Dei, 314 b
Divites & pauperes conjunguntur à Chriſto in regno cælorum, 6. a
Divitum officium, 451. a
Divitum reproborum judex futurus eſt Jobus, 5. b
Divitum præſumptio vana, 313. b. 314. a
Divitum conditio, 278. a. b
Divitiæ per ſe non impediunt quominus Deum colamus, 5. b
Divitiæ non ſunt damnandæ, ibid.
Divitiæ & earum effecta, 274. b. 275. a
Divitiæ fluxæ & incertæ, 5. a
Divitiæ bonæ, 314. a
Divitiæ malæ, ibid.
Divitiæ vocantur à Chriſto ſpinæ, 5. a
Divitiarum uſus, 314. a
Divitiarum cauſa Deus, 5. b
Divitiarum & paupertatis comparatio, ibid. a. b
Divitiarum effecta, ibid. b. 449. a
Divitiarum effecta mala non manant ab ipſis divitiis: ſed à noſtra corruptione, 5. a
Divitiis non innitendum, ibid.
Docentes alios ſunt omnium maxime inexcuſabiles, ſi doctrinam ad ſuum uſum non adhibuerint, 51. a. b
Docentium vita debet ipſorum verbis reſpondere, 51. b
Docendi vera methodus, 50. b
Docendi ratio, 223. b. 224. a
Docendi verbi vis, 92. a
Dociles ſunt pauci, 419. a
Docilitas eſt inſignis virtus, 91. a
Doctrina Scripturæ ſanctæ quid ſit, 486. a
Doctrina ſancta vocatur pabulum, 205. a
Doctrina Evangelii nihil pretioſius, 93. b
Doctrina Evangelii eſt vera ſapientia, 63. a
Doctrinæ ſanctæ & cibi boni effecta ſimilia, 203. a. b
Doctrinæ cæleſtis & humanæ comparatio, 564. a
Doctori nulli comparandus Deus, ibid.
Doctorem ſui ipſius oportet unumquemq; eſſe, 51. a
Doctores eſſe volunt omnes, nulli diſcipuli, 60. a
Doctores alii aliorum debent eſſe omnes, & ſinguli fideles, 50. b. 51. a
Doli expertes debent eſſe fideles, 70. b
Dolor impiorum perpetuus, 213. a
Dolor interous eſt externo acerbior, 225. b
Doloris vehementia multa, quæ eſſent reticenda, ex ore extorquet, 45. a
Dominari volunt omnes, nemo jugum ſubire, 174. a
Dominium hominis in beſtias ante & poſt lapſum, 606. b 607. a
Dominatione tota in beſtias non ſunt prorſus ſpoliati homines, 79. a
Dona Dei ſunt nobis agnoſcenda, 544. b. 545. a. b
Dona Dei ſunt agnoſcenda & honore afficienda ubicunque ea fuerint, 168. a
Dona Dei ſunt varia, nec æquali menſura omnibus diſtribuuntur, 51. a
Dona à Deo accepta ſinguli referre debent ad ovium & ſingulorum fidelium ædificationem, ibid.
Dona corrupta pereunt, 222. a
Dubitandum non eſt de Dei favore, 328. a
Dubitant ſemper improbi, 353. b
Dubitatio Papiſtarum, 318. b
Dubitatio quatenus locum habeat in fideles, 49. a

E.

Ebrietatis ſpiritum immittit Deus impiis, 71. b
Ebrii ſunt porcis ſimiles, 235. a
Eccleſia à mundi exordio ſemper extitit, 2. b
Eccleſiæ facies in Ægypto, ibid.
Eccleſiæ facies in deſerto, ibid.
Effecta providentiæ Dei docent quanta ſit Dei majeſtas, 67. b
Evangelium eſt ſapientia adeo ſublimis, ut ne ab Angelis quidem comprehendatur, 155. b
Evangelii prædicatio magnum Dei donum, 495. a
Evangelii effecta, 505. a. b
Evangelii doctrina vera eſt ſapientia, 63. a
Evangelii ſumma, 215. a
Evangelio exercet Deus ſuam juriſdictionem, 523. a
Evellendi verbum quid ſignificet, 115. a
Examen conſcientiæ eſt neceſſarium, 427. a
Excæcat Deus oculos ſapientum, 234. b
Excæcationis Divinæ fructus, 235. a
Excuſabiles non ſunt, qui etiamſi verſentur inter infideles, Deum recte non colunt, 4. a
Excuſandi non ſunt qui immodicis perturbationibus abripiuntur, etiamſi ſupra vires affligantur, 87. a. b
Excuſari nemo poteſt coram Deo, 179. a
Excuſationes habemus ſemper paratas, 66. b
Exemplo bono alii aliis eſſe debent, 474 b
Exempla rerum præteritarum præſentibus accommodari debent, 61. b
Exercitu non opus eſt Deo, 54. b
Exercitium fidei, 110. a. b. 111. a
Exiguas res auget Deus, 110. b. 111. a
Exiſtimationi noſtræ quomodo conſulendum, 462 b. 465. a. b
Exitii hominum cauſa, 185. a
Exitus impiorum, 241. a. b
Exitus impiorum infelix, 62. a. b
Expenſæ ratio ſine hoſpite non eſt ducenda, 522. a
Exui non cupiunt fideles, ſed ſuperindui, 61. a

F.

Faciei vocabulum quid ſignificet, 278. b
Facultatum fidelium & infidelium comparatio, 72. b
Falli non poteſt Deus, 325. a
Faſtus potentum hominum torrenti ſimilis, 89. a. b
Felices tantum in ſpeciem ſunt improbi, 281. a. b
Felices ſunt ſoli fideles, 64 b
Felices multos habent amicos, 184 b
Felicitas ſumma ubi quærenda, 450. a. b
Felicitas perfecta nulla eſt in hoc mundo, 550. a
Felicitas hominis cognitio ſui ipſius & voluntatis Dei, 146. b
Felicitas non mediocris, 276 b
Felicitas vera non conſiſtit in uſu bonorum corporalium, 216. a
Felicitas improborum quibus rebus ſimilis, 221. a. b
Felicitas noſtra ubi quærenda, 207. a
Felicitas Principum, 212. a
Fideles differunt ab incredulis, 236 b
Fideles agnis comparantur, 91 b
Fideles ovibus & agnis ſimiles audiunt vocem ſui paſtoris, ibid.
Fideles ipſi aliquando à Satana decipiuntur permittente Deo, 13 a
Fideles vincunt: ſed non ſine vulnere, 38 b
Fideles ſoli ſunt felices, 64. b
Fideles rident in mediis afflictionibus, 79. a b
Fidelium victoria fides, 28 b
Fidelium commodo, 264. a. b
Fides conjuncta eſt cum ſapientia, 426. a
Fides non ædificatur in malum, 207. a
Fides non eſt ſine operibus, 206 a b
Fides noſtra nititur bonitate & potentia Dei, 260. a b
Fides eſt certa cognitio, 92. a
Fides niti debet ſolo Dei verbo, ibid.
Fides fidelium nonnunquam igni cineribus contecto ſimilis, 186. b
Fides piorum auro comparatur, 116. b
Fides vera non ſeparatur à timore, 28. b
Fidei fovendæ ratio, 98. a
Fidei juſtitia, 218. a. b
Fidei exploratio explorationi auri & argenti comparatur, 116 b
Fidei exercitium, 111. a
Fidei noſtræ baſis, 208. a
Fiducia fidelium differt ab arrogantia, 378. a
Fiduciæ argumenta, 221. a. b
Furoris ſpecies impatientia, 140. a
Futura ignoramus, 48. a. b. 49. a

G.

Garrulitas damnatur, 552. a
Gaudere in Deo quid ſit, 450. b
Gaudium effuſum, ibid. a
Gaudium moderatum, ibid. a. b
Gaudium mundi, 293. a. b
Gaudium fidelium, 330. b. 379. b. 380. a
Gaudii fidelium cauſa, 498. a
Gemere licet fidelibus ac ſuſpirare per totam vitam, 47. a
Gemere cur debeamus, ibid.
Generales ſententiæ non ſemper bene applicantur, 55. a. b
Gloria Dei eſt ubique conſpicua, 166. a. b
Gloria Dei quomodo imminuatur, 541. a. b
Gloriam inter homines captare non debemus, 176. b
Gloriari nemo debet de ſuis virtutibus, 38. a
Gloriari nemo debet præſenti potentia, 44 b
Gloriari poſſunt fideles de ſalute ipſis promiſſa, 377. b
Gloriatio ſumma eſt dementia, 57. b
Glorificandi Deum ſatis materiæ habent homines ex operum ipſius contemplatione, 122. a. b
Glorificandi Deum ratio, 500. b. 501. a
Glorificandus eſt Deus in omnibus, 158. b. 166. a
Glorificare Deum debemus in omnibus, 1. a
Grando eſt flagellum Dei, 577. b
Grandinis theſauri, 597. a
Gratia Dei dupliciter conſideranda, 76. b
Gratiæ Dei ſpeculum Chriſtus, 103. b
Gratiæ Divinæ tribuendum eſt quidquid boni in hoc mundo experimur, 16. a. b
Gratitudinis & humilitatis exemplum in Davide, 21. b

H.

Habenas cur laxet Deus improbis, 93. b
Habitaculum juſtitiæ noſtræ quid ſit, 110. b
Hæreditatis vocabulum quid ſignificetur, 284. b
Hæreſes eſſe cur oporteat, 93. a
Hiſtoriarum uſus, 111. a
Homo, 358. b
Homo naſcitur ut pullus onagri, 157. b
Homo eſt præcipuum & excellentiſſimum opus inter creaturas, 119. b
Hominis origo coagulationi caſei comparatur, 140. a
Hominis præſtantiſſimum quid ſit, ibid. b
Hominis materia nos ad humilitatem incitare debet, ibid.
Hominis forma nos incitare debet ad glorificandum & magnificandum Deum, 141. a. b
Hominis fragilitas, 158. b
Hominis corruptio, 191. a. b. 358. b. 519. a. &c.
Hominis materia, 140. a. b. 141. a. b. 480. b
Hominis miſeria, 584. b
Hominis & onagri comparatio, 605. b. 608 a. b
Hominis in beſtias dominium ante & poſt lapſum, 607. a
Homines quomodo brutis ſimiles, 60. b
Hominum & piſcium comparatio, 210. a
Hominum & Angelorum comparatio, ibid. a. b
Hominum corpora qualia, 58. b
Hominum & cælorum comparatio, 60 b
Hominum natura, 614. b
Hominum ortus ratio nobis incognita, 605. a
Honor quem exigit Deus à nobis non conſiſtit in ceremoniis externis, 124. b
Honor Deo tribuendus, 106. b. 107. a
Honorem Deo debitum non tribuentes ſunt deteriores bobus & aſinis, 166. b
Honorandus eſt Deus ſupra omnes creaturas, 477. b. 478. a
Honorandus nemo eſt honore divino, 212. b
Honorandi ſunt quos Deus vult honorari, ibid. a
Honorandi ſunt à nobis & in pretio habendi ſoli Dei timentes, 64. b
Horrendum eſt incidere in manus Dei viventis, 55. a. b. 217. b
Humani affectus cur Deo tribuantur, 28. a

Huma-

Digitized by Google

Hypocritas deleoit Deus,
Hypocritarum ſpes peribit, ibid. b. 113. a
Hypocriſis ſignum, 25. a

I.

JActatores ſunt torrentibus ſimiles, 92. a
Idiotarum libri, 180. b
Idola Gentium, 117. b. 318. b
Idola ſibi fingunt homines pro vero Deo, 67. b
Idololatræ ſunt quicunque Deum ex animi ſui ſenſu fingunt, 317. b
Ignis omnium miſeriarum eſt in nobis incluſus, 86. a
Ignis ſignum eſt præſentiæ Dei, 21. b
Ignorantia hominum craſſiſſima, 481. a
Ignorantia cum malitia & rebellione conjuncta, 857. b
Ignorantiæ Papiſticæ cauſa, 814. b
Ignorare velle quæ Deus vult nobis eſſe occulta, ſapientia eſt, 88. b
Ignoratio quarundam rerum eſt nobis perutilis, 186. a. b
Ignoratio ejuſmodi nos ad humilitatem & modeſtiam incitat, 158. b
Imago vera Dei, 548. a
Imago Dei obſcurata in nobis, 158. a
Imagini filii Dei nos conformes fieri oportet, 31. b
Imaginationes pravæ etiamſi effecta non producant, ſunt peccata, 34. b. 38. a
Imitanda eſt nobis Dei benignitas & miſericordia, 436. a. b
Immortalitas proprie uni & ſoli Deo competit, 58. a
Immortalitatem animæ norant Ethnici ipſi, 43. a
Immutabilitas Dei, 859. b
Impatientia eſt furoris ſpecies, 540. a
Impatientia eſt blaſphemia, 301. a
Impatiens fuit ex parte Jobus, 107. b. 108. a
Impii quibus comparentur, 63. a. 821. a
Impii fugiunt nemine perſequente, 79. a
Impii in afflictionibus ſunt ut incus malleum repellens, 82. a
Impii peribunt flatu Dei, 53. b. 54. a
Impii in mediis benedictionibus ſunt maledicti, & in media felicitate, infelices, 62. b
Impii metent quod ſeminarunt, 53. b
Impii ſunt increduli, 219. b. 220. a
Impiorum conſilia diſperdit Deus, 71. a. b
Impiorum ſermones ſunt ventus, 106. b
Impiorum incredulitatis cauſa, 220. a. b
Impiorum conditio in hoc mundo, 238. a. b
Impiorum exitus infelix, ibid. 62. a
Impiorum certum eſt exitium, 63. a
Impiorum felicitas non commovere debet fideles, ibid. a. b
Impiorum mors eſt ſemper violenta, 375. b
Impiorum benedictiones cedunt ipſis in perniciem, 62. b. 83. b
Impios flatu Dei deficere quid ſit, 84. b
Imprecatur Jobus vitæ ſuæ, 99. a. b. 103. a
Improbi recedunt & latitant luce accedente, 593. a. b
Improbi aſſumunt ſpeciem bonorum virorum, 594. a
Improbi ante tempus ſuum peribunt, 281. a
Improbum ſe fatetur Jobus, 132. b
Inconſtantiæ exemplum, 38. a
Inconſtantiæ cauſa, 93. a
Incredulis ac rebellibus nunquam defuerunt qui ipſos condemnarent, 2. b
Increpationes Divinæ ſunt ſalutares, 73. a. b
Indignatio Dei eſt nuntius mortis, 217. b
Infantia, 59. b
Infelices ſunt impii in media felicitate, & in mediis benedictionibus maledicti, 82. b
Infinita eſt Eſſentia Dei, 295. a
Ingratitudo fœda hominum, qui cum ſemel à Deo beneficia acceperunt, exiſtimant Deum ipſis in poſterum obſtrictum, 24. b
Ingratitudo noſtra eſt cauſa cur Deus bonis ab ipſo acceptis nos ſpoliet, 78. b
Ingratitudinis fœdæ ſignum, 24. a. b. 25. a
Ingratitudine peccavit Jobus, 42. a
Inimicitia adverſus Deum eſt quicquid eſt in nobis nondum regeneratis, 29. a
Invocandus eſt ſolus Deus, 9. a
Invocandum nobis eſſe Deum natura docet, 165. a
Invocantur ſancti mortui à Papiſtis, 229. b
Invocantibus Deum ipſe præſto eſt, 110. a
Jobus quid ſignificet, 2. b
Iobus revera extitit & vixit, & quæcunque in hiſtoria Iobi deſcribuntur, reipſa evenerunt: nec fictitium quicquam, & quod ad nomen, & quod ad nos attinet, putandum eſt, ibid.
Iobus cauſam bonam tuetur: ſed eam male egit, 1. b
Iobus quo tempore vixerit ignoratur, 2. a. 416. a
Iobus quo ſenſu rectus, 3. a
Iobus quo ſenſu integer & perfectus, ibid.
Iobus maximus Orientalium, 5. a
Iobus patientiæ ſpeculum, 108. a
Iobus fuit impatiens ex parte, 107. b. 108. a
Iobus ingratitudine peccavit, 42. a
Iobus non eſt plane excuſandus, 38. a
Iobus quouſque peccaverit, ibid. b
Jobus exemplum patientiæ, 10. a
Jobus annumerat ſe peccatoribus, 202. b. 203. a
Jobus quomodo propheta & doctor fuerit, 838. a
Jobus exauditus eſt à Deo quum precaretur pro ſuis amicis, 836. b. 637. a
Jobus imprecatur vitæ ſuæ, 99. a. b. 103. a. b
Jobus futurus judex divitum impiorum, 5. b
Jobi genus, 2. b
Jobi facultates, 5. a
Jobi afflictio graviſſima & multiplex, 19. 20. 21
Jobi patientia illuſtris valde, 8. a. 21. b
Jobi patientia magna fuit: ſed non perfecta, 101. b
Jobi dignitas, honor & authoritas, 403. b
Jobi opes, ibid.
Jobi virtus laude digna, 5. b
Jobi opera charitatis, 407. b. 408. a
Jobi triſtitia ingens, 23. a
Jobi juſtitia qualis, 144. b
Jobi amici celebres, 88. b
Jobi exercitia, 443. a. b. 444. a. b
Jobi pœnitentia, 831. a. b
Jobi uxor cui comparetur, 31. b
Jobi reſponſio ad impiam & blaſphemam uxoris ſuaſionem, 32. b
Jobi filiorum exitus qualis, 108. a
Jobi hiſtoriæ author ſecundum nonnullos Judæos, 2. a
Jobi nomen celebre in populo Iſraëlitico, ibid.
Jobi hiſtoriæ finis, 20. a
Jobo poſt afflictionem benedixit Deus, 637. b
Jobo duplicavit Deus facultates, produxit vitam, dediſque filios & filias, ibid.
Ira Dei formidanda, 492. a
Iræ Dei pondus eſt graviſſimum, 225. b. 226. a
Iræ Dei miſericordia admiſcetur, 208. a
Iram Dei ſuſtinere non poſſunt Angeli, 549. a
Iram Dei nulli homines ſuſtinere poſſunt, ibid.
Ira Dei nihil terribilius, 85. a
Iracundi cui comparentur, 41. a
Iracundia ſtultum interfici quid ſignificetur, 61. b
Iraſci quando & quomodo debeamus, 468. a. b
Judex qualis ſit Deus, 107. b
Judex juſtus eſt Deus, 314. b
Judex munere Chriſtus, 523. b
Judicis ſtulti ſententia brevis, 168. a
Judices quales ſint homines, 107. b
Judicandi verbum quid ſignificet, ibid. a
Judicandum eſt juſto judicio, 378. a
Judicandum quid ſit de filiis Jobi, 108. a
Judicandum non eſt ex præſentibus, 383. b
Judicandum eſt prudenter de afflictis, 368. b. 389. a
Judicandum non eſt de afflictis, 36. a
Judicandum quomodo ſit de noſtris afflictionibus, 49. b. 50. a
Judicandum non eſt temere, 64. a
Judicare de infelici aliorum exitu temeritas eſt, 63. b
Judicium humanum in rebus adverſis, 53. a
Judicium poſt hanc vitam à Deo exercendum rationibus conſtat, 294. b
Judicium aſinorum & boum ſubibunt avari, 85. b
Judicium mundi de afflictis, 64. b
Juſtificationis nemo ... Evangelii prædicationem, 583. a
Jus Dei in nos, 596. b. 297. a
Juſtificari nemo poteſt coram Deo, 135. a. b
Juſtificationis doctrina Pontificiis eſt incognita, 153. a. 154. a
Juſtitia Dei incomperta & incognita eſt nobis adoranda, 150. b
Iuſtitia hominum eſt abominatio coram Deo, 152. a
Iuſtitia quid ſit apud Pontificios, 154. a
Iuſtitia quam Deus requirit ab hominibus ut poſſint ſubſiſtere coram ipſius tribunali non ineſt in nobis ſed in ſolo Chriſto, 153. b. 154. a
Iuſtitia apud Pontificios ex ratione humana æſtimatur, 154. a
Iuſtitia Iobi qualis fuerit, 144. b
Iuſtitia duas habet partes, 128. b
Iuſtitia eſt res ſacra, 447. b
Iuſtitia quomodo profanetur, ibid.
Iuſtitia Dei ubi contineatur, 587. a
Iuſtitia fidelibus imputata eſt præſtantior juſtitia Angelorum naturali, 832. a
Iuſtitia legis quatenus perfecta vocari poſſit, 144. a
Iuſtitia Dei cum ejus Potentia conjungenda, 435. a
Iuſtitia hominis non poteſt conſiſtere in conſpectu Dei, 57. b
Iuſtitia Deo tribuenda in omnibus, 106. a. b. 107. a
Iuſtitia Dei nobis ea parte occulta eſt, 307. a
Iuſtitia fidei, 128. a. 153. b
Iuſtitia Deo qualis ſit tribuenda, 157. a. b
Iuſtitia Dei duplex, 134. a. b
Juſtitiæ omnis fons eſt voluntas Dei, 371. b
Iuſtitiæ adipiſcendæ ratio, 211. b
Iuſtitiæ noſtræ habitaculum quid ſit, 110. b
Iuſtitiæ fructus, 54. a
Juſti quomodo ſint fideles, 134. b
Juſti quomodo fuerint Simeon, Zacharias & Eliſabetha, 145. a
Juſtus quo ſenſu plerumque accipiatur, 127. b
Iuſtus nemo pronuntiari poteſt juſtitia in Lege Dei præſcripta, 382. a
Iuſtus eſt Deus tum etiam quum ab hominibus condemnatur, 117. a. b. 118. a
Iuſtus eſt Deus in omnibus operibus ſuis, 117. a. b
Juſtiſſimi omnium rei ſunt apud Deum, 182. a
Juvenes quouſque auſcultare debeant ſenibus, 470. b. 471. a
Juvenum officium, 470. a. b
Juvenilis ætatis effecta, 189. b

L.

LAbia aperire, 153. b
Labiis peccare quid ſignificet, 34. a. b
Lachrymæ maris, 595. a
Lætitia incredulorum, 179. b. 180. a
Lætitia fidelium, 180. a. 187. b
Lætitiæ fidelium cauſa, 582. b
Lex Dei vocatur via, 437. a
Lex eſt vitæ norma, 206. b. 436. a
Lex cur dicatur miniſterium mortis, 133. a
Lex oſtendit peccatum, ibid. a. b
Lex ad humilitatem nos incitat, ibid. b
Lex debet eſſe nobis fræni loco, 487. b
Lex Dei natura inſculpta eſt cordibus hominum, 589. b
Legis tabula neutra ab altera ſeparata, 59. a
Legis tranſgreſſores ſunt omnes, 334. a
Legis doctrina in ſe obſcura, 454. a
Legis mandato uno violato tota lex violatur, 439. a
Legis præcipua capita, 88. a
Legis promulgationis circumſtantiæ, 883. b
Legem perfecte præſtare nemo poteſt, 454. a
Legem ſcriptam non habent Angeli, 144. a
Leoni comparatur Deus, 492. a
Liberat Deus filios ſuos ex omnibus anguſtiis, 25. b. &c.
Liberi ſunt pignora amoris inter maritum & uxorem, 255. b
Liberis impiorum maledicit Deus, 301. b
Liberis piorum benedicit Deus, ibid.
Liberos improborum quomodo puniat Deus, ibid.
Libe-

Digitized by Google

Lucta fidelium non eſt adverſus carnem & ſanguinem tantum : ſed etiam adverſus poteſtates ſpirituales, 1. a
Lucta fidelium, 200. b
Lucta fidelium qualis, 305. b
Luna Sole eſt inferior, 122. a
Luna non eſt major aliis ſtellis, *ibid.*
Luna, 601. a. b
Lunæ eclipſis, 122. a

M.

Magiſtra modeſtiæ paupertas, 72. b
Magiſtratus officium, 10. b
Magiſtratibus quouſque obediendum, 471. b
Mahometes revelationem Euangelio pleniorem habuiſſe ſe dicebat, 57. a
Majeſtas Dei plurimum differt à pompis Principum terrenorum, 121. b
Majeſtas Dei nobis eſt incomprehenſibilis, 107. a. 220. a
Majeſtatis ſuæ ſigna conjunxit Deus cum verbo ſuo, 55. b. 56. a
Majeſtatis Dei magnitudo percipitur ex ipſius effectis, 82. a
Majeſtati Dei nihil poteſt detrahi, 106. b
Malitia hominum convertit bonum in malum, 6. b
Malum judicamus quod nobis eſt ſalutiferum, 115. b
Malum pro bono ſæpe experiuntur fideles, 54. a
Mali vocabulum duobus modis accipitur, 130. b
Mali author non eſt Deus, *ibid.* a. b
Mali author eſt Deus, *ibid.*
Mala omnia quæ patimur peccatis noſtris ſunt adſcribenda, 69. b
Maledicere Deo quid ſit, 81. b
Maledicere quid nonnunquam ſignificet, 63. b
Maledicere & benedicere eſt unius Dei, *ibid.*
Maledicti incipiunt jam in hac vita pœnis æternis plecti, 74. b
Maledicti quomodo ſe gerant in afflictionibus, *ibid.*
Maledicti in afflictionibus non animadvertunt Dei manum, *ibid.*
Maledicti natura ſumus, 70. a. b
Maledicti ſunt impii in mediis benedictionibus & in media felicitate infelices, 62. b
Maledictorum opes ſunt maledictæ, 65. a
Maledictionis ſignum ſunt hujus vitæ incommoda, 74. a
Maledictiones Legis, 244. a
in mediis Maledictionibus benedicti ſunt fideles, 64. a
Mandata Dei multis vocabulis exprimuntur, 187. b
Mandato uno Legis violato reliqua omnia violata cenſentur, 532. a. 419. a
Mane Deum quærere, 109. b
Manifeſta Deo ſunt deſideria noſtra, 514. b
Manſuetos eſſe oportet filios Dei, 91. b
Manus Dei poteſt momento omnia confundere, 356. b
Manus puræ ſunt extendendæ ad Deum, 160. a
Manus ab iniquitate removere quid ſit, *ibid.* 161. a
Manus ab iniquitate quomodo removeantur, *ibid.*
Manus ad Deum extendere quid ſit, 159. a. b
Manus extendunt hypocritæ, *ibid.* b
Manus oſculari quid ſit, 452. b
Manuum extenſio ſine cordis & animi extenſione hypocritica eſt & vana, 159. b
Manuum extenſio ad Deum declarat nos ad Deum tendere, *ibid.*
Mare eſt altius terra, 590. a
Maris diſpoſitio, 591. a. b
Maris aqua unde, 593. a
Maria virgo eſt Papiſtis mater gratiæ, 159. b
Materia hominis nos ad humilitatem incitare debet, 140. b. 141. a
Materia rerum creatarum, 578. b
Media barbara non ſunt inania, 114. a
Medius non opus habet Deus ad exequenda quæ vult exequi, 34. b
Miniſtros verbi ſui cur homines eſſe voluerit Deus, 183. a
Miniſtris verbi Dei adverſantes ipſi Deo adverſantur, 11. a
Miracula ſunt omnia opera Dei, 378. b. 379. a
Miſeri deſeruntur ab omnibus, 164. a. b
Miſeriarum hujus vitæ cauſa, 39. a
Miſeriarum noſtrarum cauſa & culpa eſt in nobis, 66. a
Miſeria hominis morte detegitur, 24. a
Miſericordia proſequendi ſunt afflicti, 81. a. b
Miſericordia Dei egent omnes, 124. a. 462. b
Miſericordiæ adipiſcendæ via, 206. b. 207. a
Miſericordiæ obtinendæ ratio, 188. b
Modus tenendus eſt in morte appetenda, 46. b
Modum non ſervant homines in proſperis nec in adverſis rebus, 40. b
Modum tenere res eſt hominibus difficillima, 44. a
Modeſtiæ magiſtra, paupertas, 72. b
Moleſtia & Iniquitas in Scriptura quid ſignificent, 53. b
Monarchiæ Chaldaïcæ everſio, 173. b
Monarchiæ Perſicæ & Medicæ everſio, *ibid.*
Monarchiæ Græcæ finis, *ibid.*
Monoceros ejuſque deſcriptio, 606. b. 607. a
Monumenta ſeu ſepulchra magnifica ſibi extrui curantes quid faciant, 24. a
Morbus omnium hominum communis, 47. b
Mors æquivalet pecuniæ, impiorum & contemptorum judicii Dei proverbium, 72. b
Morbi ſunt milites Dei, 254. a
Morbo aliquo laborantibus accurrendum eſt ad remedium, 47. b. 48. a
Morbi animæ ſunt vitia, 76. b
Morborum varietas, 256. b
Mori & non in ſapientia quid ſit, 61. a
Mori ſtatutum eſt omnibus hominibus, 60. a. b
Mors & paſſio Jeſu Chriſti eſt cauſa felicitatis noſtræ, 207. a
Mors impiorum eſt violenta, 375. b
Mors ex ſeſe eſt terribilis, 376. b
Mors quatenus fugienda, *ibid.*
Mors corporea ſepulchro, æterna vero foveæ comparatur, 491. b
Mors Chriſti delet peccata noſtra, 494. b
Mors hominum & beſtiarum diſſimilis, 60. b
Mors nemini parcit, *ibid.*
Mors detegit hominis vanitatem, 24. a. 61. a
Mors hominis miſeriam detegit, 24. a
Mors ſemper ob oculos nobis obverſari debet, 80. a
Mors hominis quatenus ſimilis ſit morti canis, 307. a. b
Mors eſt velut penſi noſtri perfunctio, 394. a
Mors piorum, 243. a. b
Mors impiorum, *ibid.*
Mors eſt ſimilis mucroni fracto & obtuſo, 182. b
Mors regio obſcura, 150. a
Mors quatenus expetenda, 46. a. b. 47. a
Mortis Chriſti finis, 428. b
Mortis miniſterium quatenus lex dicatur, 133. a. b
Mortis primogenitus quid ſit, 243. a
Mortis varia genera, 303. a
Mortis & tormentorum perpetuorum diſcrimen, 24. a
Mortis Chriſti vis & efficacia in quos ſe exerat, 455. b
Morti homines obluctari ſolent, 61. a
Morti & vitæ dominatur Deus, 424. b
in Morte vitam ſperent fideles, 415. a
Morti ſunt obnoxii Principes ſicut & reliqui, 44. b
Mortem expetere non debemus ubi proximo noſtro vita noſtra prodeſſe poteſt ad ſalutem, 46. b. 47. a
Mortem præmeditatam habere præclara eſt ſapientia, 41. a
Mortem expetentes qui peccent, 34. a. b
Mortem non optant omnes ob eaſdem cauſas, *ibid.*
Mortem cur optare debeamus, 39. a. 46. a. b
Mortem fugiunt omnes, 132. b
[illegible]
Natura noſtra rebus adverſis qualis ſit, 53. a
Natura corrupti & maledicti ſumus, 70. a. b
Natura Dei, 75. b
Naturæ ordo, 240. b
Nihil & medioctitas differunt, 153. b
Nivis theſauri, 597. a
Noachus ejuſque liberi Prophetæ fuerunt, 416. b
Nocere Deo nemo poteſt, 106. b
Nomen Dei benedicere quid ſit, 15. a
Nota qua hypocritæ à filiis Dei diſcernuntur, 12. a. b
Nubem cur voluerit Deus eſſe ſignum præſentiæ ſuæ, 583. b
Nubes ſunt argumentum Potentiæ Dei, 364. a. b. 365. a
Nubeſ ſunt utres cœli, 602. a

O.

Obedientia eſt ſal afflictionum, 83. b
Obediendum ſuperioribus, 213. a
Obedire Deo, eique in omnibus nos ſummittere debemus, 1. a
Obediunt Deo creaturæ inanimatæ, 601. b
Obligatur nemini Deus, 144. a
Oblivio Dei eſt hypocriſis, 213. 514. a
Obſcura regio, mors, 150. a
Obſcuritatem Scripturæ ſacræ tribuere blaſphemia eſt, 136. a
Obſtrictus nemini eſt Deus, 624. a. b
Occludere os quid ſit, 71. a
Oculis innuere quid ſit, 210. a
Odit Deus iniquitatem, 138. b
Officina Diaboli technis omnibus referiſſima, 71. b
Officium Dei proprium, 49. b. 50. a
Officium paſtorum Eccleſiæ, 50. b. 51. a
Officium amicorum erga amicos, 33. b
Objecta movent ſenſus, 410. a
Omnipotentia Dei conjuncta eſt cum ipſius juſtitia, 107. a
Omnipotentis vocabuli conſideratio, 217. a. b
Onagri & hominis comparatio, 605. b
Operis unius & ejuſdem authores Deus, Satan, & impii, diverſum, & plane contrarium finem habent, 26. a. b. 27. a. b
Opera Dei ſunt juſtiſſima, 26. a. b
Opera Dei ſunt totidem miracula, 578. b
Opera Dei præterita & præſentia meditari debemus, 111. a
Opera Dei magna, inſcrutabilia & admiranda, 67. b
Opera Dei nimis curioſe perſcrutantes, eorum mole opprimentur, 81. a
Opera Dei ſunt ipſius ſapientiæ argumenta, *ibid.* b
Opera noſtra quantumvis bona nihil utilitatis Deo afferre poſſunt, 308. a. b
Opera bona noſtra ſunt ſignum gratitudinis noſtræ erga Deum, *ibid.*
Opera bona non poſſunt compenſare opera mala, 307. a
Opera noſtra quantumvis præclara merentur rejici à Deo, 145. a. b. 158. b
Opera noſtra quomodo placeant Deo, 184. b. 341. b
Opera hominum judicantur ex legis norma, 436. a. b
Opera noſtra grata ſunt Deo non per ſe, ſed quia gratis ea acceptat, 52. a
Opera bona noſtra, ſunt Dei opera quæ in nobis per Spiritum ſuum facit, 52. a
Opere manuum ſuarum delectatur Deus, 201. a. b
Operum Dei cauſa Deo ſoli cognita, nobis vero incognita eſt, 26. a. b
Operum Dei varietas arguit unum eſſe Deum, 611. a. b
Operum juſtitia nulla eſt in hominibus, 132. a
Operum ſupererogationis origo, 151. b. 152. a
Operibus promiſſa merces eſt gratuita, 52. a
Operibus Dei quotidianis & ordinariis non movemur, 193. b
Operibus Dei quotidianis non afficimur, ut par eſt, 69. a
Operibus ſuis nitentes Deum abnegant, 451. b
Operatur quotidie Deus, 579. b

Digitized by Google

Papiſtarum patroni, 78. a
Parcit nulli hominum conditioni Deus, 174. a
Parentum hujus ſeculi in educandis liberis ſuis & ſcopus, 7. b
Parta malis artibus evaneſcent, 222. a. b
Paſſiones præſentes nos abripiunt, 42. b
Paſtores Eccleſiæ quid primo cogitare debeant, 51. b
Paſtorum Eccleſiæ officium, 10. b. 50. b. 51. a 213. a
Patefacit ſe nobis Deus operibus ſuis, 123. a
Patiens quis vere ſit, 22. b
Patientia quid ſit, 23. a
Patientia Jobi magna quidem fuit, ſed non perfecta, 101. b
Patientia Dei non eſt abutendum, 65. b. 632. a
Patientia Jobi illuſtris, 23. a
Patientia in afflictionibus, 258. b
Patientia nulla eſt ubi nno eſt afflictio, 162. a
Patientia Dei abutentibus parata eſt horribilis vindicta, 632. a
Patientiæ ſpeculum Jobus, 108 a
Patientiæ exemplum Jobus, 20. a
Patientia Lombardica quænam ſit, ibid. b
Patientiæ veræ deſcriptio, 21. a. 22. a. b
Patientiæ fovendæ ratio, 98 a
patientiæ quæ in hominibus locum habere poteſt deſcriptio, 44. b
Patienter ferendas eſſe afflictiones probatur argumento naturali, 33. a
Patris pii exemplum, 6. b. 7. b
patris pii officium, 6 b. 10. b
Patrisfamilias pii officium, 30. b
Patroni Papiſtarum, 78 a
Pavo ejuſque adjuncta, 207. b
Pavores fidelium, 426. b
pavores impiorum, 186. b. 387. a. b
Pauper quid ſignificet, 72. b
Pauperes impii inexcuſabiles, 5. b
pauperes & divites conjunguntur à Chriſto in regno cœlorum, 6. a
pauperes fideles ſunt divites, 452. b
Pauperum eſt habenda ratio, 444. a. b. 445. a. b
Pauperibus inſignia ſua affixit Deus, 217. a
Paupertas eſt magiſtra modeſtia, 72. b
paupertas eſt obnoxia multis tentationibus, 3. a
Paupertatis effecta in non regeneratis, ibid. a. b
paupertatis & divitiarum effecta, ibid.
Pax vera & quæ cum vero gaudio conjuncta, 213. b
pax fidelium conjuncta eſt cum gaudio, ibid.
pax fidelium conjuncta eſt cum tremore, ibid.
pax fidelium qua in re ſit poſita, 193. a
pax impiorum, 215. a
Pacis cauſa, 528 b
Peccamus jam inde ab ortu noſtro, 69. b
Peccata multis vocibus exprimuntur, 187. b. 191. a
peccata noſtra ſunt infinita, 310. b
peccata noſtra ſunt abyſſus, 185 a
peccata cauſa ſunt flagellorum à Deo immiſſorum, 62. b
Peccata multa latent in nobis quæ ignoramus, 86. b
peccata ſua qui abſcondere conatur, efficit ut innoteſcant, 457. b
peccata ſua qui agnoſcit & confitetur remiſſionem eorum conſequitur, ibid. 500. b
Peccatum eſt pabulum hominis, 310. a. 218. a
peccatum eſt ſceptrum Satanæ, 46. b
peccatum eſt nobis inſitum, 62. a
peccatum originis, 191. b. 192. a
peccatum maximum, 510. a
peccatum Deo diſplicere unde appareat, 42. a
peccatum originis nonnulli negarunt, 193. a. b
peccatum voluntarium & ignorantiæ, 187 b
peccatum Scortationis quantum & quale, 439 a. b 440. a. b
peccatum veniale apud Pontificios, 85. a
peccatum veniale apud Pontificios quo pacto deleatur, ibid.
Peccati author non eſt Deus, 26. a. & 170. b
peccati cauſa & mater concupiſcentia, 431. a. b. 482. a. b
peccati ſcaturigo, 437. a. b
Perſeverabunt fideles in finem uſque, 14. a. b
Perſeverantia filiorum Dei certa, 149. b
perſeverantia fidelium firma eſt, 53. 6
perſeverantia non eſt ſeparanda à ſolicitudine & oratione, 38. a
Perſeverantiæ fidelium cauſa, 14. b
Perſonæ vocabulum quid ſignificet, 178. b
Perſonarum acceptio non eſt apud Deum, ibid. 179. a
Perturbationes hominum cui rei comparentur, 41. a
Perverſos perverſe tractat Deus, 76. a. b
Petenda quæ ſint nobis à Deo, 125. a
Petenda ſunt à Deo non quæ in mentem nobis venire poſſunt: ſed quæ Deo placent, 40 a
Petitiones noſtræ quomodo ſint Deo gratæ, 196. a
Philanthropia Chriſti, 309. b
Picturæ Majeſtatis Divinæ ſunt res conditæ, earumque conſervatio & adminiſtratio, 126 a. b
Pietas per externos fructus cognoſcitur, 237. b
Pietatis exercitia, 295. a. b
Pietati factæ ſunt promiſſiones Dei, 297. a. b
Pii quibus comparentur, 312. a. b
Pii non obſtupeſcunt in afflictionibus, 236. a
Pignora quæ accipiuntur non debent eſſe ex earum rerum numero quæ homini ad neceſſitatem ordinariam pertinent, 315. a
Piſces docent nos, Deum eſſe, 166. a
Plagæ vocabulum quid ſignificet, 146. b
Planetarum conſideratio, 121. b. 122. a
Plejades, 599. b
Plejadum effecta, ibid.
Pluvia nonnunquam eſt flagellum Dei, 577. a. b
pluvia nonnunquam eſt benedictio Dei, ibid.
pluvia, 601. a
pluvia præſtat quibuſvis irrigationibus, 598. b
Pluviæ author Deus, 570. b
Pluviæ à Deo demiſſæ fines varii, 577. a. b 578. a
Pœna temporali ſolet Deus animas fidelium ſervare, 108. a
Pœnæ impiorum & caſtigationes fidelium differunt, 65. b
Pœnitentia Jobi, 231 a. b
pœnitentia vera, 228. 6
pœnitentia vera quibus in rebus conſiſtat, 36. b. 37. a 228. a
Pœnitentiæ ſigna, 630. b. 635. a
pœnitentiæ veræ effecta,
ad Pœnitentiam nos vocat Deus cum nos caſtigat, 108. b. 109. a
Pontifex Leviticus figura ſummi noſtri Pontificis Chriſti, 160. b. 161. a
Pontificiorum blaſphemiæ, 35. 6
Porcis ſimiles ſunt ebrii, 235. a
Porta quid ſignificet, 25. a
Portionis vocabulum quid ſignificet, 214. b
Poſſidere peccata, 149. b
Poſſibilia Deo ſunt omnia, 98. a
Potentia abſoluta injuſta & tyrannica non eſt Deo tribuenda, 197. a
Potentia Dei nobis eſt incomprehenſibilis, 107. a
Potentia Dei eſt infinita, 124. b. 157. b. 300. b
Potentia Dei qualis, 123 a
Potentia Dei elucet tum in rebus omnibus creatis, tum in earum adminiſtratione. 364. 365. &c.
Potentia Dei non eſt a juſtitia ejus ſeparanda, 485. a
Potentiæ & virtutis Dei conſideratio nos excitare debet ad humilitatem, 124. a
Potentiæ Dei argumentum, nubes, 164. a. b. 365. a
Potentiam Dei arguit naturæ ordo, 123. b. 124. a
Præceptum unum Legis ſi quis tranſgreſſus fuerit, omnibus tenetur, 439. a
Prædantes præda erunt, 53. b
Præſentes paſſiones nos abripiunt, 42. b
Præſentiæ ſuæ teſtimonium nobis dat Deus, 123. a
Præſumptio juſtitiæ procul à fidelibus abeſſe debet, 237. b
præſumptio eſt ſpecies abnegationis Dei, 433 a
præſumptio parit negligentiam, 56. b
præſumptio naturalis, 36 b. 56. b
præſumptio Diabolica eſt hominis fateri nolle Deum eſſe juſtum, niſi hoc rationis ſuæ acumine percipere poſſint, 26. b
Proſperitas cauſa exitii Sodomitarum, 235. b
Proſperitatis conſummatio non eſt ſperanda ſimpliciter, 49. a
Proſperitatis impiorum finis, 561. b
Proſperitatem perpetuam cur ſuis non largiatur Deus, 69 b 70. a
Proſperis rebus homines non conquieſcunt, 83. a. b
Proſperis rebus Deo benedicere ſolemus, 15. a. b. 16. a
Proverbium contemptorum Dei, 72. b
Providentia Dei erga ſuos, 602. a. b
providentia Dei erga beſtias, 601. b. 201. 603. 604
providentia Dei in omnes mundi partes ſe profert, 353. a
providentia Dei in omnibus quæ ſiunt in hoc eſt conſideranda, 26. a. b. 27 a
providentia Dei omnia fiunt, ibid.
providentia Dei apparet in omnibus rebus, 128 a
providentia Dei eſt admirabilis, 146 a
providentia Dei particularis, 215. b
Providentiæ Dei Satan opponere ſeſe non poteſt, 26. a. b
Providentiæ Dei nobis eſt adhæreſcendum in afflictionibus, 42 a
Proximus quomodo à nobis tractandus, 224. b
Proximum debet diligere quiſque ſicut ſeipſum, 224. b
Prudentia ineſſe ſolet ſenibus, 167. b
prudentia impiorum eſt aſtuta, 72. a
prudentia & potentia regna conſervantur, 175. b
prudentia ſine humanitate non eſt laudanda, 35 b
prudentia ſine charitate non eſt laudanda, ibid.
prudentia hominum eſt ſtultitia, 157. b
prudentia & ſimplicitas filiorum Dei, 70. b
Punitionum temporalium & æternarum comparatio, 446. a
Punitionum Dei cauſa, 252. b
Purgare & purificare nos ipſos quomodo debeamus, 8. a. b
Puritas puriſſimorum eſt infectio coram Deo, 132. b. 133. a

Q.

QUærendi Deum ratio, 158. a. b. 159
Quærentibus Deum ſe ipſe patefacit, 76. b
Quærere Deum mane quid ſit, 109. b
Quæſtiones curioſæ, 153. b
Quæſtiones curioſæ ſunt rejiciendæ, 44 a
Quies vera, 528. b

R.

RAmi vocabulo quid intelligendum, 219. 6
Ratio ſuo tempore de omnibus reddenda erit, 83. a
Ratio humana non poteſt comprehendere quæ ad ſalutem noſtram pertinent, 153. b. 154. a
Ratio expenſæ ſuæ hoſpiti ducenda non eſt, 518 a
Rationem operum ſuorum nobis reddere non tenetur Deus, 26. a. b
Rebelles mittentur in locum ſuæ iniquitatis, 108. b
Recondere verbum Dei quid ſit, 338 a
Recondendi vocabulum quo ſenſu accipiatur, ibid.
Rectus quo ſenſu dicatur fidelis, 3. a
Rectitudo noſtra quo fundamento nititur, 494. b
Reſtitutio ſermonum Jobi, 632. a. b
Rectitudo pro Vanitate, 219. b
Rectitudinis vocabulum quid declaret, 494. b
Reddit Deus unicuique ſecundum opera ſua: ſed non in hoc mundo, 513. a. b. 514. a
Reddenda erit ſuo tempore de omnibus ratio, 83. a
Redemptionis noſtræ pretium, 561. a
Redemptionis noſtræ Opus tranſcendit naturæ ordinem, 68. a
Redemptor angelorum non eſt Chriſtus: ſed eorum Mediator, 58. b
Reformatio religionis, 180 a. b
Reges & Principes injuria non ſunt afficiendi, 518. a. b
Reges & Principes quum peccaverint ſunt à paſtoribus & miniſtris verbi Dei redarguendi, 518. b
Reges

Digitized by Google

veritatem proferamus, 478. a. b
Reſpondendum non eſt Deo, 586 b. 587. 588
Reſponſare Deo nunquam debemus quum nos punit, 152. a. b. 155. a. b
Reſpondere Deo non poſſumus unum ex mille, 118. b. 139. a. b
Reſponſio Jobi ad uxorem, 32. b
Reſurrectio carnis quibus argumentis probetur, 196 a. b. 197. a. 200. a b
Reſurgunt eadem corpora quæ moriuntur, 260. b. 281. a
Reſurrectio mortuorum quo ſimili probetur, 100. a
Reſurrectionem corruptio impedire non poteſt, 260. a
Reſurrectionis ſpes, 258. b. 259. a. b
Revelationes alias non debemus quærere, quam eas, quas nobis patefecit Deus in verbo ſuo ſcripto, 57 a
Revelationes Papæ, deliria & blaſphemiæ ſunt, ibid.
Revelationes Mahometicæ, ibid.
Revelationes fanaticorum Eccleſiam ſubverterunt, ibid.
Revelationes fanaticorum ſunt Diabolicæ, ibid.
de Revelationibus, Pontificiorum doctrina falſiſſima, ibid.
Robur Dei quale, 210. b
Roboris voce quid intelligatur, 243 a
Ruſticitatem noſtram tolerat Deus, 115 b
Rupis vocabulum quid ſignificet, 240. b
Rex terrorum quis ſit, 243. b

SAcerdos ſummus noſter Chriſtus, 635 b 636. a
Sacrificia, 634. b 635. 636 a
Sacrificio Chriſti unico reconciliati ſumus Deo, 634 b
Sacrificia conjungenda cum precibus, 636 a
Sacrificia Chriſtianorum Eleemoſynæ, 129 a b
Sacrificia ſunt inſtituta a mundi exordio, 9. a
Sacrificia Deo grata, 227 a
Sacrificia fidelium, 10 a
Sacrificiorum veterum uſus, 10 b
Sacrificiorum cauſæ a mundi exordio cognitæ, 9. a
Sadducæorum error, 290 b
Sadduc. ... ibid.
Sal afflictionum obedientia, 93 b
Salus filiorum Dei eſt firmiſſima, 12. b 13. a
Salutis proximi ratio nobis eſt habenda, 46. b 47 a
Salutis conſequendæ ratio apud Pontificios, 153 a. 154 a
Sanctos eſſe invocandos velle probare ex Eliphazi verbis Job 5:1 ... inſulſum eſt, 61 b
Sanctificare ſe quid ſignificet, 7 b
Sanctitas Deo grata, 113. a b
Sanguinis vocabulum quid ſignificet, 130 a
Sani ægros facile conſolantur, 50 b
Sapiendum non eſt extra Scripturam, 279 a
Sapiendum eſt ad ſobrietatem, ibid.
Sapiens auſcultando magis proficiet, 538 b
Sapiens & ſtultus, 287 a
Sapientes in oculis ſuis, ſtulti & ridiculi evadent, 164. a
Sapientum oculos excæcat Deus, 234. b
Sapientia Dei eſt hominibus ſtultitia, 235 a
Sapientia hominum vera quænam ſit, 158. a. b
Sapientia improborum, 92. a
Sapientia Dei elucet in minimis rebus creatis, 88. a
Sapientia non eſt inter homines, 381. a
Sapientia non acquiritur auro, argento, nec lapillis pretioſis, 391. a. b
Sapientia eſt fidei adjunctum, 426 a
Sapientia inſana eſt velle omnia ſcire, nec quicquam ignorare, 486. a
Sapientia præclara eſt mortem præmeditari, 61 a
Sapientia præclara eſt noſtri conſideratio, ut nos ipſos cognoſcamus, ibid.
Sapientia vera non eſt in ullis rebus creatis, 166 a
Sapientia vera eſt Chriſti cognitio, 16. b
... creata, ibid. a
Satanæ concedit Deus erroris efficaciam, 17. b
Satanæ regnum viget in iis qui ſunt à Deo ſeparati & ab Eccleſia ſegregati, 18. a
Satanæ ſtudium, 13. b
Satanæ inſidiæ ſunt fidelibus notæ, ibid. 14. a
Satanæ inſidiæ nos incitare debent ad orandum & vigilandum, ibid.
Scandalum acceptum, 305. b
Sceleratos delebit Deus, 112. a
Sceptrum Satanæ eſt peccatum, 46. b
Scientia vacui ſermones, 586. a
Scientiarum omnium cauſa Deus, 589. b
Scriptura continet quicquid ad ſalutis noſtræ cognitionem attinet, 44. a. 57. a
Scripturæ ſacræ uſus, 177. a
Scripturæ ſacræ utilitas, 50. b
Scripturæ obſcuritas unde, 13. b
Scriptura ſacra quibus inutilis, 177. b
Scripturarum finis, 111. a. b. 112. a. 194. a
Scriptura ſacra eſt clara, 199 a
Scriptura ſacra eſt perfecta, ibid.
Scriptura nos contentos eſſe oportet, 57 a
Scrutari corda unius Dei eſt, 119 b
Secreti vox quid ſignificet, 209. a
Securitatis impiorum exitus, 301. a
Securitatis carnalis, & ejus quæ nititur promiſſionibus Dei diſcrimen, 49. a
Seculi vocabulo quid nonnunquam ſignificetur, 321. b
Seminantes beneficentiam eam metent, 52 b
Securitatis carnalis effecta, 29 b
Seminatum metere quid ſit, 53 b
Seminare moleſtiam quid ſit, ibid.
Seminare beneficentiam, ibid.
Sepultura à Deo ſuit inſtituta, 335 a
Sepultura teſtimonium reſurrectionis, ibid.
Sepulturæ impiorum magnificæ, ...
Sepultura nihil detrahit nec addit felicitati fidelium, 144 b
Sepultura in ... eſt cælum, ibid.
Sepulchra magnifica ſibi extrui curantes Deo videntur velle reſiſtere, 24 a
Sepulchra adeſſe alicui, quid ſit, 331. a
Senectus, 59 b
Senum admiratio, 470 a
Senum officium, 268. a 470 a
Sententiæ veriſſimæ non ſemper vere applicantur, 53. a
Sermo interdum pro Re ſumitur, 10 a 262. a
Sermones ſine ſcientia, 586. a
Sermones impiorum ſunt ventus, 108. b
Sermonum noſtrorum finis, 205. b
Sermones noſtri quales eſſe debeant, ibid. a
Servetus alter Mahometes, 57 a
Serveti impia doctrina, ibid.
Servi quomodo tractandi, 441. a. b 442. a. b
Servire Deo cur debeamus, 296 a. b. &c. 463. a b. &c.
Servire Deo, ut par eſt, res eſt quam difficillima, 33 a
Severitas Dei horribilis, 230 b
Sexus fœmineus non eſt tamen rejiciendus, 40. a
Sexus virilis anteponitur fœmineo, 19 b
Sexus virilis ſine fœmineo propagare ſemen ſuum non poteſt, ibid.
Silere & loqui quando debeamus, 92. a
Silendum eſt Deo loquente, 585. b
Silentii vox quid ſignificet, 91 b
Silentium præbere loquenti quid ſit, 57. a
Similis ſui ſemper eſt Deus, 20. a. b
Similis creaturis non eſt Deus, 158 b
Similis mortali non eſt Deus, 152. a. b
Similitudinibus rerum naturalium utitur Deus ad declarandam nobis ſuam bonitatem, 100. a
Simplicitas & prudentia filiorum Dei, 70. b
Soboles eſt Dei benedictio, 245. b
Sobolis incrementum eſt benedictio Dei, 79. b
Sobrie ſapiendum, 7. a
Sobrie de Deo & cum omni modeſtia & humilitate loquendum, 126 b
Sobrietas in edendo & bibendo ſacra violatur, 8. b
Spiritus Dei non eſt ſibi contrarius, 470. a
Spiritus Dei omnia (nempe bona) efficit in omnibus & ſingulis, 472. a. b
Spiritus ſanctus dat nobis intelligentiam qua præditi ſumus, ibid.
Spiritus ſancti organa ſunt Prophetæ, 55. a
Spiritus Dei dona ſunt varia, 470. a
Spiritum ab aere ducimus, 572. b
Stellæ ſunt exercitus cæleſtes, 801. a
Stellæ vocantur exercitus cœli, 122. a
Stellæ cur nobis minores Luna videantur, ibid.
Stellæ quomodo canant laudem Deo, 589. a
Stellarum numerus, 121. b
Stellarum conſideratio, ibid. 123. a
Stellarum multitudo, varietas, diſtinctio, ordo, ſitus, diſtributio, &c. 601. a
Stultus pro ſapiente habetur quum tacet, 177. b
Stultus quid ſit, 62. b
Stultos cui comparetur, 63. a
Stultitia eſt ubi timor Dei non regnat, ibid.
Stultum iracundia interficit quid ſit, 61. b
Stupidi plane non ſunt homines, 23. a
Stupor hominum, 152. a
Stupiditas hominum in conſiderandis Dei operibus, 89. a
Struthionis natura, 605. b. 607. b. 608. a. b
Strenui vocabulum quid ſignificet, 515. a
Sublime quicquid eſt apud homines, in conſpectu Dei mera eſt abominatio, 4. a
Subſtantia vox quid ſignificet, 323. a
Subſiſtendi vox quid innuat, 624. a
Sudores canis, 510. b
Summum bonum ubi ſit quærendum, 450. a b
Superbia eſt ſpecies abnegationis Dei, 453. a
Superbiæ depreſſæ exemplum, 158. a
Superbiæ morbus afflictione tanquam medicina purgatur, 70. a
Superbiæ hominum cauſa, 490 b
Superbiæ effecta, ibid a. b
Superbi ſunt, qui Dei operum nimis curioſi ſunt ſcrutatores, 26. b
Superbi torrentibus ſunt ſimiles, 90. a
Superborum vox, 105. b
Superbos deprimit Deus, 176. a
Supplicandi verbum quid complectatur, 124. a
Supererogationis operum origo 151. b 152. a
Suſpecti nobis ipſi eſſe debemus, 814 b
Suſpirare poſſunt fideles ac gemere per totam vitam, 47. a
Suſpirare cur debeamus, ibid.
Suſpiria Chriſtianorum, 46. b

T

TAcendum eſt prius quam loquamur, 91. b
Taciturnitas efficit ut ſtulti habeantur pro ſapientibus, 177. b
Temeritas eſt judicare de infelici aliorum exitu, 63 b
Temere non eſt judicandum, 84. a
Tempus finit, 59. b
Tenebrarum à luce diſcretio, 591. a
Tenebrarum & Lucis vocibus quid ſignificetur, 300. a
Tenebrarum regnum, 138 b
ex Tenebris lucem elicit Deus, 150. a. b
Tentatio quid ſit, 50. a
Tentatio ſpiritualis, 1. b
Tentatio Jobi graviſſima, 126. a. b
Tentatio fidelium in afflictionibus, ibid.
Tentatione una ſuperata, altera aut plures imminent nonnunquam priore graviores, 30. a. b
Tentationes non primo impetu ſuperantur, 132 a
Tentationes quæ ſubinde afflictis objiciuntur, 52. b. 53. a
Tentationum gradus, 199. a
Tentationibus variis exploratur fides fidelium, 23. b
Terra ſpeculum potentiæ, ſapientiæ & gloriæ Dei, 579. a
Terra mater noſtra nutrix, ibid.
Terræ menſura duplex, 596. a. b
Terræ ſitus, 611. b

Terræ

Digitized by Google

Tonitruum effecta, 573. a. b
Tonitruum cauſa, 572. b. 573. a
Tonentes, 88. b. 89. 90. a
Torrentibus ſimiles ſunt ſuperbi jactatores & oſtentatores, 90. a
Tranſgreſſores Legis ſunt omnes, 334. a
Triſtitia ita nos affici decet, ut tum eſt ſic nobis luctandum forti animo, 47. b
Triſtitia Jobi quanta, 23. a. b
Turbo ſignum præſentiæ Dei, & cur, 585. b. 574. a
Turbines ſunt flagella Dei, 577. a. b

V.

VAna ſunt deliberationes hominum, 47. b
Vanitas vox quid ſignificet, 220. b
Vanitas eſt ubi timor Dei non regnat, 63. a
Vanitas ſunt res hujus mundi, 24. b
Verax eſt Deus, 339. a
Verbum Dei applicandi rationes variæ, 223. b. 224. a
Verbum Dei recte applicandi ratio, 360. a. 361. a. b
Verbum pro Re nonnunquam uſurpatur, 50. a. 262. a
Verbi Dei utilitas, 339. b
Verbi Dei effecta varia, ibid. a. b. 360. a. b. 361. a. b. 362. a
Verbi Dei effecta, 573. a. b
Verbum Dei victui comparatur, 317. a. b
Verbum Dei excellentius quovis cibo, ibid.
Verbum Dei eſt pabulum animarum, 177 a
Verbum Dei eſt fax ardens, 119 b
Verbi Dei vis & efficacia, ibid.
Verbi Dei æternitas, 91. b
Verbi Dei ad uſum noſtrum applicatio, 30. b. 51. a
Verbi Dei profanatio, 208. a
Verbi Dei finis, ibid. a. b
Verbo Dei tanquam unico fundamento nita debemus, 49. a
Verbo Dei non abutendum, 1. b. 2. a
Verbo ſuo confundet & proſternet inimicos ſuos Chriſtus, 54 b
Verba ventoſa quæ ſiam ſint, 223. b
Verba noſtra qualia eſſe debeant, 205. a. b
Virtutis invidia comes, 552. b. 553. a
Virtutibus propriis nemo invitatur, 38. a
Viſiones hodie nobis non offeruntur, 56. b
Viſiones non ſunt hodie expetendæ, 57. a
Viſionum finis, 55. a. b. 56. a
Viſitatio nonnunquam perniciosa, 35. a
Viſitatio Dei quid ſit, 142. a. b
Vita noſtra vera non apparet, 326. a
præſens quatenus debeat eſſe nobis tædioſa, 37. a
Vita hominum momentanea, 60. a
Vita duplex, 142. a
Vita hominis pugnæ ſimilis, 200. b
Vita præſens eſt flatus, 188. b
Vita hominum flori comparatur, 190. a
Vita humana oppleta miſeriis, 191. a
Vita humana quomodo conſideranda, ibid.
Vita præſens eſt donum Dei, 38. b. 147. 148. 149. a
Vita præſens non eſt ſpernenda, ibid.
Vita quam pretioſa ſit hominibus, 50. a
Vita noſtra à Deo eſt, 337. a
Vita res eſt pretioſa, 326. b
Vita hominum brevis, 250. b. 190. a
Vita hominum quibus rebus ſimilis ſit, 130. b
Vita afflictorum, 135. a. b. 138. a
Vita melior poſt hanc vitam electis Dei eſt repoſita, 43. b
Vita noſtra abſcondita eſt in Chriſto, 43. b. 196. a
Vita æterna non fruemur donec totum Chriſti corpus perfecte compleatur, 41. b
Vita cœleſtis ab hominibus contemnitur, 39. b
Vita noſtra quibus rebus ſit ſimilis, ibid.
Vita hominis nihil fragilius, ibid. 80. a
Vita uniuſcujuſque eſt definita à Deo, 194. a. b. 193. a
Vita noſtra umbræ ſimilis, 198. b
Vita noſtra non debet eſſe noſtra, ſed Dei, 47. a
Vita noſtra vento eſt ſimilis, 99. a. b
Vita doctorum debet ipſorum verbis reſpondere, 51. b
Vitæ hujus incommoda ſunt ſignum iræ & maledictionis Dei adverſus peccatum, 74 a
Vitæ æternæ jam ſunt participes fideles quum perſuaſi ſint ſe eſſe filios Dei nec fruſtra in eum ſperaſſe, 43. b
Vitam recte [illegible] 24. b. 25. a
Vitam perpetuam in hoc mundo ſibi pollicentur homines, 60. b. 324. a. b
de Vita noſtra conſtituere ſolius Dei eſt, 3. a
Varii ſunt morbi animæ, 78. b
Ululandum eſſe cum lupis, proverbium ſæpe uſurpatum, 4. a
Umbræ ſimilis eſt vita noſtra, 198. b
Vocis Dei effecta mirabilia, 571. b
Voluntas Dei non poteſt cogi, 170. b
contra Voluntatem Dei ſi quid fieret, non eſſet omnipotens, 170. b
Voluntas Dei præeſt omnibus quæ fiunt ſub cœlo, 171. a. b
Voluntas Dei eſt fons omnis juſtitiæ, ibid. b
Voluntas Dei patefit hominibus quantum ipſis opus eſt ad ſalutem, 419. b
Voluntas Dei ſalutaris fidelibus, 86. a
Voluntas Dei eſt rectiſſima, 137. b
Voluntatis Dei effecta nemo impedire poteſt, 150. b
Voluntati Dei & in vita & in morte nos ſubmittere debemus, 46. b
Voluntatem Dei habeant omnes inſculptam in cordibus ſuis, 419. b
Utilitatem ſibi proponere ſolent homines in ſuis operibus, 187. b
Utilitatis noſtræ cauſa non eſt amandus Deus, 52. b
Utres cœli nubes, [illegible]. a
Vulnera quæ infligit Deus, ipſe ſolus ſanat; ſed non in omnibus, 76. a
Vulpinari cum vulpe, 70. b
Uxor Jobi cui comparetur, 12. b

Z.

ZElus non ſemper conjunctus eſt cum prudentia, 350. b
Zelus ſine prudentia ignis eſt, ibid.
Zelus Moſis qualis, 43. a
Zelus Pauli qualis, ibid.
Zelus bonus nonnunquam modum excedit, ibid.

F I N I S.

AMSTELODAMI,
Ex Typographia BORRITII JANSONII SMIT.
M. DC. LXVII.

AMT
1461783

Digitized by Google

Digitized by Google